


37
12 D
12



ITALIA SACRA

SIVE

DE EPISCOPIS ITALIÆ,

Et Insularum Adjacentium

TOMUS QUINTUS

Complectens Patriarchales in Italia singularis dignitatis Ecclesias, earumque Suffraganeos Episcopatus, qui in Foro-Julii, Venetorumque Dominio enumerantur.

AUCTORE

FERDINANDO UGHELLO

Florentino Abbate SS. Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias Ordinis Cistercienlis, & Sacræ Indicis Congregationis Consultore.





Editio secunda, aucta, & emendata.

CURA ET STUDIO

Nicolai Coleti, Ecclesiæ S. Moysis Venetiarum Sacerdotis Alumni.





VENETIIS, Apud Sebastianum Coleti. MDCCXX.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

ILLUSTRISS.MO, AC REVERENDISS.MO D.O D.O

PETRO BARBADICO

PATRIARCHÆ

VENETIARUM, DALMATIÆQUE PRIMATI AMPLISSIMO.

Sebastianus Coletus.

Sempiternam felicitatem.



Estiebat jamdudum, ILLUSTRISSIME, ac REVERENDISSIME PRÆSUL, nova hæc præclarissimi Operis de Italiæ Episcopis editio, qualicumque labore, ac verè præcipiti cura elaborata, amplitudinis Tuæ Patrocinium; peragratisque hactenus externis aulis patrio denique in solio conquiescere, umbræque domesticæ lenitate frui jampridem optabat. Effuderunt tandem irrequieta præla quintum hoc volumen, Venetæ urbis, atque dominii augusta majestate repletum, duarum præstantissimarum totius Italiæ, si Romanam excipias, Ecclesiarum dignitate conspi-

cuum; plurimorum concivium Tuorum sacris infulis redimita frequentia ornatum, splendidissimi denique nominis Tui nitore superbum; quod, cum Majorum more præsidium illi dandum esset, ac decus, Tuæ virtuti, fidei, felicitati committendum summo jure existimavi. Neque aliud mehercule cogitavi, ex quo primum hujus operis excudendi spartam susceperim, quam ut illud in tanto regiminis Tui splendore renatum Tuis quoque auspiciis prodiret in lucem. Verum unaquaque Provincia singulis voluminibus proprium exhibente Patronum, Teque ea, qua præstas, benignitate cum aliis clientelæ munus haud ægrè partiente, tamdiu peroptatus Te adeundi mihi dilatus est honos, quamdiu hoc, quod humillime offero, emitteretur volumen. Describitur in eo hæc princeps Ecclesia, cui tam laudabiliter praees, quæque è vulgari aliarum sorte ad maximam pervenit amplitudinem: describuntur Antecessorum Tuorum res gestæ, atque virtutes; quibus Tu demum accedis & horum dignissimus successor, & illius majestati par. Mirabitur autem fortasse aliquis, quod cum de Te verba fierent, parcissime, ac summis, ut ajunt, labiis decora Tua fuerint perstricta, quibus & ad tanti Sacerdotii cathedram viam Tibi straveris, & eam impleas non impari præstantis animi magnitudine. Verùm cum noverit virtutem Tuam, quæ laudes studet promereri, horret audire, satis facile intelliget satius fuisse silendo ingenti parcere modestiæ Tuæ, quam fando eidem esse molestiæ, ac oneri: cùm autem perpenderit à Te virente adhuc ætate, & ad quodlibet illustre facinus parata, majora in dies edi, à nobis expectari, probè perspiciet temeritatis, ac iniquitatis haud fuisse notam evasurum, si quis segetem florentem adhuc, jamque in spicas undequaque erupturam intempestiva falce demetere voluisset; atque certis quibusdam conatus esset coercere limitibus gloriam Tuam, quæ termini nondum patiens novum quotidie percipit incrementum. Venient Posteri, in quorum mentibus perpetuo vigebit Tui memoria grandibus testata, expressaque recte gestorum monumentis: iis fas erit eximias animi Tui dotes, egregiaque facta plenissimis, & ab omni assentationis suspicione remotis præconiis libere concelebrare, eaque tenerorum nepotum oculis objicere veluti exempla quædam, quæ vel imitentur, vel saltem admirentur. Iis licebit extollere singularem PIETATEM Tuam, qua asperrimis Reipublicæ temporibus pluries visus es pœnitentis specie indutus urbem penè totam supplex atque pedes Clero præeunte populo subsequente lustrare, imminentium malorum efficax deprecator: insignem MODESTIAM, qua secundarum rerum affluentia minime abriperis, neque superbis in tantæ dignitatis fastigio collocatus: ÆQUITATEM summam, à qua non Magnatum favore, non parentum officiis divelli unquam potes rectissimus cujuscumque meritorum æstimator: incredibilem propè VIGILANTIAM, atque SOLLICITUDINEM pastoralem, quibus irrequietas super gregem Tuum agis excubias, ac vitia evellendo, inserendo virtutes Clerum Tuum ad sanctiorem vivendi normam, atque ad severiorem Ecclesiasticæ disciplinæ regulam pertrahere summis viribus contendis: LIBERALITATEM denique, BENEFICENTIAM, CHA-

RITATEM, CLEMENTIAM, HUMANITATEM; cæteraque non vulgaria animi Tui ornamenta, quibus & curæ Tuæ concreditas oves pientissimè foves amantissimus Pastor, & à Majoribus Tuis parto Barbadicæ familiæ splendori novas faces addis nobilissimæ stirpis præstantissimum germen. Fulget equidem inter Venetas soboles Barbadica propago & sanguinis vetustate, & rerum gestarum commendatione percelebris, atque nomen, quod ex ea editi Proceres quà toga quà sago illustres muneribus seù sacris seù profanis domi forisque egregiè obitis immortalitati peperere, longe lateque diffundit: verùm tantam gentilitiam claritatem, qua plerique contenti hæreditario lumine inerter fulgerent, Tu veluti alienam putas, atque eam tantùm respicis, quatenus ad Avorum Tuorum persequenda vestigia generosum animum accendit. Hinc quasi novus homo non à familia Tibi dignitatem accersis, sed facinorum patratorum gloria in familiam novum invehere niteris ornamentum. Verùm quò sensim pertrahor invitus, & aurium Tuarum vellico rigorem? Hæc, inquam, Posteri enarrabunt: mihique in præsentiarum abunde sit Tuam exorasse benignitatem, ut hilari fronte, serenoque vultu hoc, quod magna animi alacritate cultu majori nomini Tuo sacrum dico, eruditissimi Auctoris volumen, & quidquid eidem impensum est, excipere non dedigneris, atque respicere clementissimo intuitu hoc meæ erga Te reverentiæ, debitique obsequii argumentum, & Deum Optimum Maximum enixis precibus efflagitasse, ut in Ecclesiæ suæ commodum atque decus Te diu servet incolumen.

Dabam Venetiis VIII. Kalendas Martias 1720.

LE-

L E C T O R I
C A N D I D O.

Habes nunc, amice Lector, Quintum Sacræ nostræ Italiæ Volumen, in quo, ut in aliis quatuor usu evenit, eo Alphabetico scilicet ordine sedes continentur. Iis autem latius duæ Venetiarum potentissimæ Reipublicæ clauduntur Metropolitanæ, & singulares in Italia Patriarchatus fulgentes dignitate, quarum prima occupabit Istriam, seu Forum-Julii nobilissimam Provinciam, quæ Aquilejam spatiosissimi, ac vetusti Patriarchatus sui caput agnoscit, ac veneratur, quem constat Gradensem progenuisse, de quo suo loco instituemus narrationem. Secunda Venetias caput Serenissimæ Reipublicæ, ubi Patriarchatus Venetus cum circumadjacentibus Insulis est institutus, de quo accuratè narrabimus, quem Gradensis ruinæ provexerunt ad summum, relictoque tantummodo nomine Gradensis, in Venetum opibus translatis, & juribus, hunc vulgus antea de Castello, appellare solebat, ita quidem ut non solum ob oculos ponantur sacra harum Ecclesiarum Præsulum præclarissima gesta, monumentaque pretiosa, verum & Venetorum, simul cum Christianis incunabulis, natalis dies, & incrementa.

Tu vero, amice Lector, cum Pindaro, qui vetus vinum laudandum, floridos vero conatus recentiorum suspiciendos, monet in Epharmosto, ita veteribus scripturis afficiaris, ut recentiores non negligas, & vale.

Nova hujus editionis Præfatio.

„ *Quintum hoc Italiæ sacræ doctissimi Abbatis Ferdinandi Ughelli è fraternis prælis me curante emissum volumen exhibiturus, patere benigne Lector, ut te perpaucis conveniam, atque edoceam, quibus auxiliis in eodem perpoliendo non spernendam navarim operam. Neque enim ubi de patria ageretur Ecclesia, aliorum mihi fuit expectandus labor: ubi verò de circumstantibus differeretur sedibus, adiiciendas proprio studio subsidiarias doctorum virorum curas facile impetravi. Rursus autem major in hoc volumine recognoscendo fuit adhibendus conatus, quem siquidem & res patriæ exigere videbantur, & major in illo concinnando, quam in cæteris, Auctoris oscitantia, frequentior lapsus, infœcundior sterilitas. Hinc non loci aliquot sanati, non aliquot additi Episcopi: sed nonnulli Præsulum Catalogi ab imo ad summum propemodum restituti, reliqui non leviter aucti, atque emendati. Ducenta circiter & quinquaginta vetusta documenta inserui, vel ad ecclesiarum jura, privilegiaque illustranda, pleraque ad res noviter allatas adprobandas, atque confirmandas, quæ vel ex hujus urbis, insularumque adjacentium archivis ipse descripsi, vel à doctissimis viris meæ editionis splendorem curantibus accepi. Nonnulla tamen, Amanuensium licet inscitia corrupta, mibi suppeditarunt codex chartaceus recentis Scripturæ, & mss. Commentaria Istorico-geographica Istriæ Provinciæ à Francisco Zeno Justinopolitano, & Jacobo Philippo Thomasino Æmoniensi Episcopis vernaculo sermone exarata, Schedæ pariter citati Antistitis Francisci Zeni, quæ cum memoratis commentariis, & codice in Cl. viri Apostoli Zeni Historiographi, Poetæque Cæsarei ejus nepotis bibliotheca servantur: vetustiora tamen, ac præclariora desumpsi ex chartaceo quodam præstantissimo Codice Cl. viri Bernardi Trivisani nuperrimè non parva litterariæ Reipublicæ jactura defuncti, in quo ex authographis olim in sanctiori Venetæ Reipublicæ archivo existentibus, fortuito postea igne consumptis transcripta quamplurima remotioris ætatis monumenta à temporis, ignisque injuria hactenus vindicantur. Atque his quidem ducibus Gradensium, Castellanorum, Caprulensium, Clugiensium, Torcellanorum, Æmoniensium, Justinopolitanorum, Polensium, Parentinorum, Tergestinorum, atque Petenensium Antistitum Ughellianos Catalogos expolivi. In Olivolensibus præterea, seu Castellanis Episcopis digerendis usus sum* CHRONICA MS. ANDREÆ DANDULI, *a qua cum exactissimus sæculi decimi quarti scriptor res nostras è veteribus documentis diligenter inspectis hau-*

se-

„ ferit, recedere piaculum duxi. COLLECTANEA pariter quædam de Episcopis, &
„ Patriarchis Venetis Auctore ANGELO MARIA Veneto Canonico Regulari S. Sal-
„ vatoris ex MS. authographo Bibliothecæ S. M. Angelorum Florentiæ mihi per-
„ humaniter transmisit eruditissimus clarissimusque vir D. Petrus Cannetus,
„ Camaldulensis Abbas, à quo Ambrosii à Porticu Camaldulensis instituti
„ Generalis Epistolas notis illustratas eruditus orbis expectat. Opus consarcina-
„ vit Angelus Maria ineunte sæculo decimo sexto jussu Antonii Contareni Pa-
„ triarchæ, cujus erat familiaris, quo etiam, ut puto, edocente idem Patriarcha Præ-
„ decessores suos, in principe aula pingendos curavit. Ex illo non attenta Scriptoris
„ chronologia, atque male digesta Præsulum serie, in quibus frequentius labitur, non-
„ nulla in Ughellianum Catalogum transtuli, & præcipue quæ tribus primis Olivolensi-
„ bus Episcopis, & septem post D. Laurentium Patriarchis attexui.
„ Pro Aquilejensibus autem Patriarchis pauca mihi indicavit cl. vir JUSTUS FON-
„ TANINUS SS. D. n. Clementis XI. aulicus honorarius; nonnulla cll. viri NICOLAUS
„ MADRISIUS Nobilis Utinensis, & Abbas JOSEPH BINIUS nobilis Forojuliensis;
„ reliqua cl. vir FLORIANUS MOROCUTUS Carnus celsissimi, ac Reverendiss. Pas-
„ saviensis Episcopi Consiliarius Ecclesiasticus, atque Bibliothecarius.
„ Pro Veronensibus eruditam, solidamque Epistolam mihi dedit Cl. vir. SCIPIO MA-
„ PHÆJUS nobilis Veronensis, quam ante Veronensium Episcoporum Catalogum
„ edidi.
„ Plura vero contulere pro Cenetensibus cl. vir Abbas HIERONYMUS LEONIUS
„ nobilis Cenetensis:
„ Pro Concordiensibus Cl. vir HIERONYMUS DAVID civis Venetus.
„ Pro Tarvisinis Cl. vir ANTONIUS SCOTUS nobilis Tarvisinus, atque patriæ
„ Cathedralis Canonicus.
„ Pro Tridentinis cl. vir IO: BENEDICTUS GENTILOTTUS Cæsareæ Bibliothe-
„ cæ doctissimus custos.
„ Pro Torcellanis cl. vir D. PETRUS BONOLUS I. V. D. Torcellanus civis.
„ Ex editis autem libris præter Acta sanctorum Bollandi, atque sociorum, &
„ Conciliorum Harduini novissimam collectionem pro Justinopolitanis consului PAULI
„ NALDINI CHOROGRAPHIAM Ecclesiasticam urbis & diœcesis Justinopolitanæ
„ 4. Venet. 1700. pro Comensibus PRIMI ALOYSII TATTI ANNALES SACROS
„ Comensis urbis 2. vol. 4. Comi 1663. & pro Patavinis SERTORII URSATI PA-
„ TAVINAM HISTORIAM fol. Patav. 1678.
„ Neque defuere huic volumini illustrando Cl. viri PROSPERI MANDOSII S.
„ Stephani Equitis, & Romani Patritii notulæ Auctores indicantes, qui de E-
„ piscopis, de quibus sermo, plura scripserint; & cl. viri, doctissimique BENEDI-
„ CTI JOANNELLI Casanatensis Bibliothecarii subsidiarius labor, cui etiam debeo
„ tertium JULII AMBROSII LUCENTII Italiæ sacræ restrictæ & auctæ MS. vo-
„ lumen, quod quinto, sexto, septimo, octavo, & nono Ughellianis respondet.
„ Ex eo pro quinto hoc tomo pauca descripsi, cum Auctor Magistri sui errores fere
„ semper fideliter describat, atque ex melius perspectis Vaticanis regestis pauca
„ emendet.

INDEX
ALPHABETICUS
ARCHIEPISCOPATUUM,
ET EPISCOPATUUM,

Qui in hoc Quinto Tomo Italiæ Sacræ continentur.

ITA-

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Cisterciensis.

PROVINCIA DECIMA,
SIVE
ForiJulii Ducatus, ubi de Aquilejensi Patriarchatu, ejusdemque accurate tractatur Suffraganeis: quorum alii in hac ipsa Provincia, in Venetis alii, aliique in Provinciis diversis fixere sedes.



A ORIJULII, seu Patriæ appellatione eam Venetæ regionis partem nostra ætas intelligit, quam à Marchia Tarvisina Liquentia fluvius, nunc *Livenza* dictus, & ab Istris Timavus, à Virgilio celebratus, disterminat. Timavi ostia, quem alii *Brentam* perperam putarunt, Belfortis arx, & modica è regione Insula ostendit. Habet itaque Forum Julii ad ortum Istriam & Japidiam, quam nunc Carniam vocant, ab occasu Marchiam Tarvisinam, à Septentrione clauditur Noricis Alpibus, quæ nunc Germanicæ dicuntur, qua spirat Auster, extremi Adriatici sinus undis alluitur. Patet in longitudinem linea à Pontevia per Venzonum, Utinum, & portum Gruarium usque ad mare extensa stadia 528, in latitudinem à Timavi ostiis per Montem Falconem, Aquilejam, & Sacillum stadia 500. & paulò amplius, in circuitu verò stadia circiter
B 200. Estque amphitheatrali formæ simillima regio, quadrifariam divisa, in paludes, quæ mari adjacent, planiciem, colles, & montes. Paludes præbent pascua, aucupia, venationes, piscationes. Planicies, quæ his adhæret, partim cæduas sylvas habet, unde vis ingens lignorum & ad navalem, & ad domesticum usum Venetias convehitur, partim amœnos campos pasturæ animalium accommodos, reliqua arbustis vitiferis, & omnium ferme felicium arborum genere referta, frumenti quoque, ac exterarum frugum diligenti cultu ab agricolis subacta. Colles viribus, ac pomiferis arboribus consiti longe aliis suaviora exhibent vina; ea præcipue Germani Transalpinarum mercium commutatione appetunt. Montes ut plurimum compascui; quo fit, ut passim ipsi montium accolæ pecuniæ studeant. Hinc non modica carnium, casei, ac domesticarum pellium copia in propinquas Urbes distrahitur.
C Teretium præterea arborum ad antennarum, & malorum navalium usum summa ingens: tabulæ, trabes, ligna non in proximas tantum, sed in remotissimas quoque oras transvehuntur. In universum situs regionis ad mare depressior, inde in meditullio in colles primum editissimos assurgit, quibus circumvallata provincia à Tarvisina Marchia una tantum parte, Juncii scilicet fluminis trajectu, Tarvisium aditur. Cæterum qua in Germaniam, & Japygiam, Istriamque vergit, immunita prorsus, & aperta est, sicut nulla pars Italiæ apertior.

A Quod intelligens Populus Romanus, ut ait Strabo, Aquilejam Urbem validam incumbentibus Barbaris opposuit, qua demum ab Attila deleta, per hanc unam patentissimam Italiæ portam Hunni, Longobardi, Hungari, omnisque barbaries in Italiam penetravit. Quamobrem ad id periculum depellendum Veneti novam Urbem Palmam omine Victoriæ à nomine sumpto firmissimam adversus Barbaros arcem statuerunt. Littoralis ora Forijulii longitudo à Liquentia ad Timavum millia passuum porrigitur quinquaginta quinque. Sunt in ea portus complures. Montes, qui ad hanc regionem pertinent, omnigenis metallis scatent, ferro, plumbo, stanno, ære, argento, auro. Marmor etiam hic effoditur candidum, nigrum, varium; effodiuntur lapilli, corneolos vocant, & berylli, crystallusque montana. Fluvii plurimi regionem irrigant, Liquentia, Lemen, Tiliaventum, Melo, Variauus, Stella, Tunus, Sontius, Natissa, Natiso, Tulminia, Vipavus, Hydra; sed omnium discri-
B minosissimum, ac transitu difficillimum est Tiliaventum, & licet aquæ vim vehat ingentem, raro tamen navis patiens est, quia nullis coercitus ripis, neque eodem semper alveo fluens, nova semper vada, novosque gurgites facit. Maxime autem admirabilis est Timavus, qui in finibus Japydiæ ortus, ubi Cranius nominatur, inde terris absorptus, diuque per subterraneos cuniculos fluens, tandem juxta mare, in novem, ut Maro tradit, & ut Strabo, septem fontes erumpit. Rapacissimus est Drovardus, cujus alveo saxa instar doliorum præcipiti gurgite rotantur. Cœlum ipsum in Alpinis, ac Montanis locis frigidissimum, in maritimis aliquanto gravius, in mediterranea, & campestri regione clementissimum. Ingenium, mores, & cultus hominum in hac regione varii pro loci varietate: Alpium incolis stupida versutia, ac feritas est, & idcirco perniciosior. Mediam tenentibus regionem ingenium longe mitius, mores faciliores, & urbana quædam affectata vivendi elegantia: ma-
C ritimis gentibus vigor quidem, & natura ad omne facinus promptior, sed quæ non careat levitatis nota; capillus flavus promiscue maribus, & fœminis, color candidus, statura mediocris, sermo varius, civibus, & oppidanis prudens, & accuratus, ac Veneto assimilis, rusticis semibarbarus, quippe qui plures & ferme omnes sonet linguas: spectaculis & choreis libenter coeunt, armorumque studio, ac mercatura aptissimi. Nomen Regioni Aquileja primum fuit à Metropoli desumptum, qua demum eversa, cum Longobardi caput Regionis fecissent Urbem Forijulii, à Julio Cæsare olim conditam,

tota inde Regio Forijulii nomen accepit. Primum hic principatum tenuere Euganei, Veneti, Trojani, Carni. Nam Carni à Natisone flumine of-que ad Forniconem, quantum ex Strabonis, & Plinii perspici monumentis potest, oppida tenuerunt, Aquilejam, quam aperte extra Venetos fines trans amnem fuisse narrat Strabo, Concordiam, & Tergeste. Postea Populos Romanus rerum potitus, cujus in fide constanter perstitere Provinciales, quandiu fortuna, ac majestas nominis Romani stetit, qua inclinante, Gothis primum, Hunnisque cesserunt, quorum Rex Attila Aquilejam, hujus regionis caput, funditus delevit; dein vero Longobardis, quorum Rex Alboinus regionem in formulam Ducatus redegit, & Gisulphum nepotem Ducem instituit anno Domini 568. Hinc Ducatus Forojuliensis nomen inclaruit, atque hic primus fuit, qoi perpetuam in Italia ditionem, Dux institutus, adeptus sit. Ex quo apparet Ducatum Forojuliensem omnium Ducatuom Italiæ antiquissimum esse. Gisulpho plures ex eadem gente successere Duces, usque ad Rodigandum, qui in hac successione à Gisulpho XVII. à Carolo Magno sublatus est anno Domini 780. & regio in duodecim Comites divisa; quibus sublatis, Henricum Francum Ducem instituit; hujus tertio successore Baldrico à Ludovico Pio spoliato, rursus Ducatus, sive Marchia Forojulien. in duodecim Comites distributa est anno 828. Inde Berengarius Oberardi filius, qui postea Rex Italiæ, & Imperator fuit, à Carolo Calvo Francorum Rege Marchio Forojuliensis institutus est anno 876. Ejus vero ex filia nepos Berengarius Rex anno Christi 952. ab Othone Magno Marchia Forojulensi spoliatus, & Henricus Bavariæ Dux Othonis Magni frater Forojuliensium Dux constitutus est, parte Regionis Aquilejensi Ecclesiæ ab Othone attribura. Hujus successor Conradus Imperator Popponem Patriarcham Aquilejensem, à sancto Marco quinquagesimum primum, hominem Germanum Forijulii, & Istriæ Ducem creavit circa annum Domini trigesimum supra millesimum. Ex quo tempore Patriarchæ Aquilejenses imperio potiti usque ad annum 1420. quo Veneti, Thoma Mocenico Principe, Forumjulium, & Istriam Patriarchæ ademptam in potestatem redegerunt. His itaque mille ac octuaginta quatuor annis, qui à prima Longobardorum irruptione ad hoc ævum intercesserunt, hæ fuerunt Imperii varietates. Ducibus Longobardis paruit regio hæc annis 212. Francis Ducibus 48. mox Comitibus ex eadem gente 38. Berengariis Italis, & propriis Principibus titulo Marchionatus annis 76. Germanis sub Othonibus annis fere 80. Patriarchis Aqailejensibus annis 400. Demum Veneto Senatui usque ad hodiernum diem annis 230. Nec vero ignoramus nonnulla etiam in hac regione Oppida ab Aquilejensi Patriarcha, ac Augusta Austriaca Domo possideri. Sed nos amplioris ditionis rationem habendam duximus. Quod attinet ad religionem; primus in hac regione Marcus Evangelista, & post eum Hermacoras à B. Petro Apostolo missi Evangelium annonciarunt, cujus fides avide ab indigenis suscepta, constantissime postea retenta est. Nec Longobardorum, aut Hunnorum gentiles ritus diu perdurarunt, sed ipsi etiam, post constitutas in hoc tractu sedes, Christiana Sacra susceperunt. Nec fraudi est, quod unos, aut alter Aquilejensium Præsulum tria Chalcedonensis Concilii capita approbare recusarunt. Nam Ecclesiasticam si rem spectes, nobilissima post Latium censeri hæc regio debet, quippe Patriarchali sede præfulgens. Episcopatus in Forojuliensi regione quinque olim erant, onus Patriarchatus scilicet Aqoilejensis, & Episcopatus Concordiensis, Sacillanus, Forojuliensis, & Maranensis, è quibus tres sublati, Sacillensis, Forojuliensis, & Maranensis *a*. Forumjulium nobilis fuit, & mediterranea Venetiarum Civitas, à Julio Cæsare, dum ibi Galliam administrans forum haberet, condita, & denominata, quæ post excisam Aquilejam,

a De his late agemus in X. tomo.

A Longobardicis temporibus Ducis facta sedes, Venetæ regionis parti Forijulii nomen dedit, nunc ejus ne situs quidem exploratus est eruditis. Sabellicus namque suspicatur Forumjulium esse Cividatum, quam Natiso amnis prærupto, & confragoso alveo intersecat, conjecturam capiens ex eo, quod Ptolomæus Forumjulium coloniam inter Aquilejam & Concordiam in mediterraneis Carnorum ponit; & Plinius Carnicom Julium appellat; sed extant nunc antiquissimi oppidi vestigia in montanis Carnis, quem locum proximi Incolæ Julium vocant, unde id Julium Carnicum esse suspicari quis possit. Vvolfangus Lazius vult Julium Carnicum fuisse, quod nunc Villæ appellant oppidulum. Forojuliensem aotem Coloniam vult fuisse eam, quæ nunc dicitur Civitas Austriæ, ab Austriacorum Principum imperio antiquo denominata. Ex quo refelluntur Utinenses, qui patriam suam Forumjulium fuisse contendont, nobis neutrum affirmandum, aut negandum temere videtur. Episco-

B patum Forojuliensem Aquilejensi Patriarchæ Suffraganeum fuisse ex ipsis Aquilejensis Ecclesiæ monumentis testatom habemus. Calistus enim Patriarcha Aquilejensis, Aquileja à Sclavis exactus, Amatorem Episcopum Forijulii deturbare Ecclesia sua voluit, cùm diceret, insignem Ducis Sedem Patriarchæ magis, quam Episcopo convenire. Quare à Pemmone Duce in custodiam traditus est anno 737. parumque absuit, ne in mare præcipitaretor, nisi Dux à suis retentus fuisset. Cujus rei indignatione permotus Luitprandus Rex Ducatum Pemmoni ademit; quæ res magnorum in ea regione tumultuum causa fuit. Anno 588. *b* Julianus Episcopus à Severi Patriarchæ Aquilejen. auctoritate descivit, quod tria Chalcedonensis Concilii capita improbaret. Apud Forumjulii 16. Maji celebratur natalis S. Maximæ Virginis, quæ multis clara virtutibus in pace quievit, ex Romano Martyrologio.

b An. 590. cum Severus Cathedram non conscendisset ante an. 589.

Secundus antiquus Episcopatus Sacillanensis

C fuit. Est Sacillum Oppidum in Ducatu Forijulii oomen retinens, loco amœnissimo, Liqueutiæ fluvio cinctum, populo frequens, & lautum, terræmotibus gravissimis concussum, ut Villanos in Chron. Episcopalem hic sedem fuisse patet ex Concilio Maranen. habito ao. Chr. 588. *c* relato à Sigonio lib. p. hist. de Regno Italiæ, ubi inter cæteros Episcopos, qui rectam fidem amplexi, se à Severi Patriarchæ tria Chalcedon. Concilii capita improbantis auctoritate removerant, recensetor. Episcopus Sacillanus subscripsit Epistolæ Synodicæ Agathonis Papæ, quæ extat in Actis sextæ Synodi.

c 590.

Tertius antiquus Episcopatus, Maranen. extitit. Maranos olim, seu Marianus antiquum est, & littorale Oppidum, paludibus undique circumdatum, nunc arce munitissima à Venetis communitum. Quod olim per proditionem Maximiliano Imperatori deditum, cum nulla vi expugnari à Venetis potuisset, per proditionem etiam receptum est. Abest

D ab Aquileja octo passuum millibus versus ostia Tiliaventi. Episcopalem hanc non ita pridem sedem fuisse Aquilejensi Patriarchæ Suffraganeam patet ex codice Fisci Apostolici. Hic anno Christi 589. *d* habitum Concilium duodecim Episcoporum, in quo Severus Patriarcha Aquilejensis se Hæreticis per vim assensisse, & Concilium Chalcedonense una cum catholicis approbare juravit. Atque hi quidem sunt Episcopatus deleti in Regione Forojuliensi. Extantes autem nunc in ea Episcopatus duo sunt, Patriarchatus Aqoilejensis, & Episcopatus Concordiensis ejus suffraganeus. Ab antiqua igitur Aquileja, ejusdemque Patriarchatu, sive ut maluerit benevolus Lector, hæc nostra decima Provincia Titulum sortietur, in qua de Aquilejensi Patriarchatu, eusdemque suffraganeis, qui tum in hoc ipso Ducatu Forijulii, tum alibi sparsi leguntur, accurate tractabimus. Cæterum Provincia Aquilejensis Patriarchæ jam inde ab origine fuit amplissima. In

d 590.

anti-

a 590. antiquis namque Conciliis septendecim Provinciæ suffraganeæ recensentur. Anno salutis 589. *a* Conventui Maranen. adfuisse leguntur Episcopi

b Decem. novem *b*, qui se à Patriarchæ hæretici authoritate removerunt, Sabionen. qui nunc Brixinen. Tridentinus, Veronen. Vicentinus, Tarvisinus, Feltrinus, Sacillanus, Bellunen. Julien. *c*. Rursus in Synodo Romana sub Agathone Papa celebrata anno Christi 680. octo alii Aquilejen. Provinciæ Episcopi subscripserunt, Polen. Parentinus, Ceneten. Viglien. Tergestinen. Opitergien. Paduanus, Altinen. quin & Joannes XIX. Pontifex Max. Popponi Patriarchæ, & successoribus Metropolitanum jus supra viginti Episcopos concessit. At nunc quatuor ex memoratis Episcopatibus deleti sunt. Altinus scilicet, Sacillanus, Julien. & Marauen. Vigliensis vero aliam Metropolim agnoscit: Mantuanus vero & Brixien. Episcopi nescio quo pacto à Patriarchali potestate desciverint. Latissima tamen est Provincia Aquilejen. utpote quæ complectatur plurimas, amplissimasque regiones, ForumJulii, Istriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, Marchiam Tarvisinam, Comitatum Tirolensem, atque partem Lombardiæ; intra fines septendecim extant suffraganeæ sedes, & Diœceses Episcopales, quorum Episcopatuum unus est in Ducatu Mediolani, nempe Comensis, duo propriis Episcopis, & in temporalibus subjecti, Tridentinus, & Cenetensis: tres sunt sub ditione Domus Austriæ. Lubianen. *d*, Tergestinus, Petenen. Reliqui undecim Venetorum ditione continentur, nimirum in Lombardia unus Veronensis, in Istria quatuor Parentinus, Justinopolitan. Polen. Civitatis Novæ, seu Æmonen. In ForoJulii unus Concordien. In Marchia Tarvisina preter Ceneten. quinque, Feltren. Bellunen. Tarvisinen. Vicentinen. Paduanen. Porro antequam de ipsa Aquileja, deque Patriarchis ejusdem sermonem instituamus, aliquid etiam ad majorem cognitionem de Istriæ, Tarvisinæque Marchiis, earumque antiquis jam inde deletis Episcopatibus, hic exscribemus, ut inde de iis, qui modo supersunt, facilius agamus.

c Et Cellinen.

d Hic subest immediate Pontifici.

Istria igitur Regio Italiæ extrema ab Augusto addita, ut ex Strabone, & Plinio colligitur, inter ForumJulii & Dalmatiam in Adriaticum in modum Peninsulæ excurrit, tribus hinc quidem Tergestino & Phanatico sinu usque ad ostia amnis Formionis, quem Tisanum hoc ævo appellant, inde vero Dalmatiam versus usque ad amnem Arsiam extremum Istriæ, atque Italiæ terminum; ad Septentrionem Alpes imminent, quæ Italiam à Carniola, & Pannonia disterminant; & juxta hanc terminationem latitudo Istriæ à Formione ad Arsiam est millium quadraginta passuum, littoralis ora centum viginti duorum. Ptolomæus tamen, & Strabo lariorem Istriam, quam Plinius, faciunt, & ad Timavum usque porrecta, Tergestum civitatem in ea includunt, quo posito ora littoralis Istriæ fuit ducentorum m.p. Quam nos descriptionem magis probamus, utpote Ecclesiæ Hierarchiæ consentaneam, siquidem ut ex Romana Synodo habita sub Agathone Papa, & in sexta Oecumenica Synodo relata licet cognoscere, non modo Tergestum, sed & Aquilejam, imo omnes esse Aquilejensi Patriarchæ subjectas Episcopales sedes, quæ septendecim in Provincia Istriæ censebantur. Quod tamen non ita intelligendum est, quasi omnes illæ civitates, quarum nonnullæ remotissimæ ab Istria sunt, ut Verona, & Tridentum in Istria essent. Sed id factum fuit ob reverentiam Patriarchatus Aquilejensis, cui subjectæ jure ecclesiastico erant illæ omnes civitates. Cæterum Istria proprie dicta, regio est, non quidem plana, sed quæ tamen montes minime arduos habeat, minimeque infœcundos, imo vitibus, olivis, aliisque pomiferis arboribus consitos. Frumento præterea, pascuis, & pecoribus abundat. Unus præ cæteris mons exurgit excelsior, inde major appellatus, & Arsiæ imminens, herbis ad medicos usus idoneis celebratus. Marmor etiam Istricum Venetæ, & littoralium Adriatici maris Urbium ædificia

A exornat. Salinæ Istriæ non modicum Veneto Senatui vectigal mittunt. Cœlum hic pestilens præserim in ora maritima. Quamobrem Venetus Senatus ad Urbium solitudinem frequentandam, agrorumq; vastitatem excolendam huc commigrantes p'uribus immunitatibus donavit. Istrorum gentem Aborigenum sanguinis, Duce Istro in has oras à Jano missam, Cato in Originibus scriptum reliquit. At Justinus eam à Colchis originem ducere, missis ab Aeta Rege ad Argonautas, raptoresque filiæ persequendos, qui ut à Ponto intraverunt Istrum alveo Sai fluminis penitus invecti, vestigia Argonautarum insequentes naves suas humeris per juga montium ad littus Adriatici maris transtulerunt, cognito quod Argonautæ id propter longitudinem navis priores fecissent. Quos ut advectos Colchi non reperiunt, sive metu Regis, sive tædio longę navigationis iuxta Aquilejam consedere, Istrique ex vocabulo amnis, quo à mari concesserant, appellati sunt. Istris Romani arma primum intulerunt

B anno ab Urbe condita D. XXXII. Scipione, & M. Minucio Coss. quod naves Romanorum cepissent, ac diripuissent; sicque annos quadraginta pacatæ in Istria res fuerunt, quo bellum Istris decretum, & anno deinde D. LXXV. ab A. Manlio Consule gestum, & octo millia Istrorum cæsa, inde alia quatuor millia, ac Istria, morte Regis Æpuli, & trium excidio Oppidorum in deditionem venit. Sicque sub Romano Imperio perpetuo substiterunt usque ad Gothos & Longobardos, Longobardis Franci, Francis Berengarii, hisque, ut alibi indicavimus, successere Germani, qua ex gente Conradus Rex Patriarchas Aquilejenses Istriæ Marchiones creavit. Lazius tamen scribit, Gothopoldum Patriarcham Istriam ab Honorio III. obtinuisse, cujus successores eam tenuere usque ad Volcherum, qui sub Friderico II. Cæsare Marchiam Istriæ Ludovico Bavariæ Duci contulit, postea Istriæ pars ad Austriacos Principes, pars ad Venetos pervenit. Nam ex sex hujus Provinciæ civitatibus duæ Ter-

C gestum & Petenensis Austriacis parent, reliquæ quatuor Justinopolis, Pola, Parentium, & Æmonia à Venetis reguntur. Harum porro Urbium duæ celeberrimæ, Justinopolis, & Tergestum, solę benigno utuntur cœlo, reliquæ insalubri. Indigenæ statura breviori, palido aspectu, cęli intemperiem conformato, fortunis tenues, & piscatu in littoralibus locis victitantes ob piscium copiam, quibus mare Istricum plurimis circumquaque Insulis, ac sinibus idoneos piscium generationi recessus facit. Hæc de Istria, de Marchia vero Tarvisina subiiciemus pauca.

Longobardorum ingruentibus armis, Italia non modo leges, atque instituta vetera, sed etiam regionum fines, ac nomina mutavit. Ergo eam Transpadanæ Italiæ partem, quæ inter mare Adriaticum, & Alpes jacet, quæque à Venetis Trojanæ originis populis & habitata, & denominata olim fuerat, in Ducatum Foriiulii, & Marchiam Tarvisinam Longobardi partiti sunt, & Ducatum qui-

D dem Foriiulii à Duce dixerunt, qui in ipsa Forojuliensi Urbe sedem habebat. Tarvisinam vero Marchiam à Marchione, quem Tarvisio claræ Urbi imposuerunt. Anno siquidem Christi 590. Valfarim Tarvisii Ducem ab Authari Longobardorum Rege, ad Francorum Regem Childebertum defecisse proditum est. Hanc ipsam regionem Carolus Magnus, deleto Longobardorum dominatu, Dalmatiam supra mare appellavit. Quod nomen in sacro Codice Fisci Apostolici adhuc retinet, vulgo Longobardicum Marchiæ Tarvisinæ nomen in ore est. Fines igitur Tarvisinæ Marchiæ longe sunt angustiores, quam antiquæ Venetę regionis. Nam ab Oriente Adriatico littore finitur, ab occasu Longobardiam spectat, & Cœnomanos fluvio Athesi, Tridentum, ac Veronam claras Urbes perfluente, diremptos; à Septentrione Rhœtiæ Alpes imminent, quibus à Rhœtis, & Noricis, & Liquentia amnis, quo à Forojuliensi Marchia dis-

jungitur; ad Auſtrum denique ipſo Atheſis alveo à Longobardis pariter diſterminatur. Clari amnes regionem hanc dividunt, Atheſis, Medoacus, Brenta, Anaſus, nunc Plavius dictus, ac Liquentia. Montes celebriores ſunt Euganei, qui in agro Patavino exurgunt, & vina nobilia ſundunt. Urbes claræ Patavium, Tarviſium, Vicentia. Eſt autem regio hæc ubertate ſoli, cœli clementia, celebritate, ac magnitudine Urbium, hominumque cultu nulli inferior. Ejus campi omni ſrugum, ac pomorum copia, ac varietate feliciſſimi: colles vineis, & arboribus conſiti, ager fere omnis aquis irriguus, ac nobilium Venetorum Villis magnificentiſſime paſſim excultus. Non vina nobiliora deſiderantur, non nemora ad venationem, non lacus & ſtagna ad piſcationem, non balnea, & thermales aquę ſanandis corporibus idoneæ; lini etiam copia & præſtantia in tota Italia celebratur. Sunt & marmorum varii generis fodinæ, ſed præcipue laudantur panis Patavinus, vinum Vicentinum, caro Tarviſina. Urbium quidem Venetarum ab origine gentis antiquiſſima Metropolis Patavium fuit: poſtea vero quam Romani, Pannonia ſubjecta, itinera tuta reddidere, Aquileja caput extulit. Illic enim hoſticus apparatus cogebatur. Longobardicis vero temporibus, loco deſtructæ Aquilejæ in mediterraneis Forum Julium, in ora maritima nova Venetiarum Urbs ſurgere cœpit, quæ totius demum Venetiæ, ac finitimarum gentium imperium arripuit. Sed ut ſingula ordine percurram, primi ac vetuſtiſſimi hujus terræ incolæ, ut Sempronius & Cato in Originibus tradiderunt, fuere Tuſci, patria lingua appellati Euganei, hoc eſt, bene nati: tum Veneti Trojanis mixti ſedes hic ſuas poſuerunt. Hi ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & Trojanum profecti ad bellum, cùm Philemonem Regem ad Trojam amiſiſſent, cum reliquis Trojanorum Antenorem ſecuti Ducem, in intimum Adriatici maris ſinum enavigarunt. Unde & in quem primum egreſſi ſunt locum, Trojam vocarunt ad ſua uſque tempora, ut ſcribit Livius. Romanorum dehinc in ſocietatem primi Tranſpadanorum omnium Veneti, utpote fratres ob Trojanæ Regionis memoriam aſciti ad extremam uſque Romani labentis Imperii cladem in officio manſerunt. Poſt Romanos regionis imperium Gothi aliquandiu tenuerunt, Gothos Longobardi, Longobardos Franci, Francos Germani Cæſares depulerunt, quorum languescente in Italia poteſtate, Urbes ſeſe in libertatem aſſeruere. Mox in factiones diſtractæ potentiorum Civium Tyrannidem diu pertulerunt. Sed inter tyrannos potentia, ac ſævitia longe maximus fuit Ezellinus, qui annos tres & triginta Tarviſium, Patavium, Vicentiam, Feltrum, Civitadum, Tridentum, Veronam, Brixiam oppreſſas tenuit. Hoc extincto Civitates ſeſe in libertatem vindicarunt, & Romanæ Eccleſiæ obnoxias reddidere, tum ob memoriam recentis beneficii, quod Legatus Apoſtolicus Gregorius Montelongus tyrannum ſuſtuliſſet, tum ob priſca Romanæ Eccleſiæ jura, cui regionem hanc nomine Dalmatiæ ſupra mare à Carolo Magno oblatam Vaticana teſtantur monumenta. Sed gliſcentibus rurſus factionibus, ac civilibus diſcordiis, & tyrannis interim reliquos prementibus, omnes fere Ci-

A vitates Venetæ Reip. mitiſſimo imperio ſponte colla ſubmiſere. Epiſcopatus antiqui hujus Tarviſinæ Marchiæ, qui hodie non extant, duo fuere, Altini ſcilicet, & Opitergii [a]. Altinum mediterranea fuit Civitas Venetorum memorata Straboni, Ptolomæo, Plinio, Melæ, Tacito, Martiali, in paludibus quondam poſita, ut Ravenna, Strabone teſte, everſa ab Attila Hunnorum Rege, adeo ut ruinæ tantum, & veſtigia extent ad ſiniſtram partem oſtii Sili amnis à Tarviſinis montibus defluentis, & in Torcellana æſtuaria influentis. Epiſcopalem hic fuiſſe ſedem notiſſimum eſt. Altini Epiſcopus fuit S. Heliodorus doctrina, & ſanctitate inſignis, ad quem multæ extant epiſtolæ S. Hieronymi, qui in Concilio Aquilejenſi adverſus Arrianos cum S. Ambroſio Mediolanenſi conjunctis viribus ſtrenuè decertavit. Ejus natalis ex Romano Martyrologio agitur 3. Julii. Altinus etiam Præſul fuit S. Therneſtus Martyr ab Arrianis peremptus anno 425. cujus natalis ex eodem Martyrol. Rom. agitur 30. Oct. B Sed incenſo ab Attila Altino, epiſcopus, & cives ſedes ſuas Torcellum novam Urbem tranſtulerunt, ubi adhuc perſeverat ſedes Epiſcopalis, de qua ibi. Opitergium (vulgo *Oderzo*) antiqua fuit Venetorum, ac Tarviſinæ Marchiæ Urbs memorata Plinio, Tacito, Ptolomæo & Cæſari in Commen. & Lucano, littoralis quondam, & maritima, potentia florens belli Pompejani temporibus, cùm, ut narrat Cæſar, & Florus, mille Opitergini milites ſe in navibus necarunt, ne in manibus Pompeii venirent. Extantque adhuc ſcalæ marmoreę, quibus in naves deſcendebatur: nunc triginta mari milliariis abeſt. Incendit eam Attila; reſtituit Rotharius Rex Longobardorum, ut teſtatur Paulus Diac. lib. 4. Sed Grimoaldus, qui poſtea Longobardorum Regnum tenuit, in ultionem fratrum hìc interfectorum Opitergium delevit; & agrum Opiterginum Cenetenſibus, Tarviſinis, & Forojulienſibus conceſſit, ut idem ſcribit Paulus Diac. lib 5. C Epiſcopalem hic ſedem fuiſſe patet ex epiſtola Agathonis Papæ ad Heraclium, & Tiberium Auguſtos, cui ſubſcripſit Benenatus Epiſcopus Opiterginus. Poſtremus Opitergii Epiſcopus fuit S. Magnus, cujus corpus Venetias translatum eſt anno 1206. in Eccleſiam S. Hieremiæ, quo die memoria ejus agitur in Martyrol. Rom. Hic Severino Romano Pontifice, & Heraclio Imperatore probantibus in æſtuaria ſeceſſit, & novam Urbem Heracleam condidit brevi duraturam, quippe centum quinquaginta poſt annos everſam. Epiſcopatus nunc octo in Tarviſina Marchia ſunt, Tarviſinus, Vicentinus, Bellunenſis, Feltrenſis, Cenetenſis, Adrienſis; omnes in Provincia Aquilejenſi præter Adrienſem, qui eſt in Suffraganeis Archiepiſcopi Ravennatis, de quo egimus in noſtro II. Tomo. Sed qui de his Regionibus uberiorem cognitionem deſiderat, conſulat Biondum, Sabellicum, Leandrum Albertum, Volaterranum, Merulam, Sigonium, Dolionum, Pilonum, pluresque alios, qui de his ſcripſere. D Satis erit nos tantum libaſſe ea, quæ neceſſaria fore exiſtimavimus ante Eccleſiaſticæ noſtræ Hiſtoriæ narrationem de Patriarchis Aquilejenſibus, ejuſdemque Suffraganeis Eccleſiis.

[a] De quibus in X. Tomo.

AQUILEJENSES PATRIARCHÆ

Cujus Suffraganei ſunt

Epiſcopatus
- Bellunenſis.
- Cenetenſis.
- Civitatis Novæ, ſeu Æmonenſis.
- Comenſis.
- Concordienſis.
- Feltrenſis.
- Iuſtinopolitanen.
- Lubianen. a
- Parentinen.
- Patavienſis.
- Petenenſis.
- Polenſis.
- Travisinenſis.
- Tergeſtinenſis.
- Tridentin.
- Veronenſis.
- Vicentinenſis.

a Hic ſedi Romanæ immediate ſubeſt.



QUILEJAM ad Natiſſæ fluvii ripam duodecim à mari milliariis Romani, ut ait Strabo, condidere, incumbentibus Barbaris oppoſitam, & Coloniam deduxere P. Scipio Naſica, C. Flaminius, & Lucius Manlius Acidinus Triumviri ad hoc ipſum creati. Latinam eam Coloniam fuiſſe Livius, Romanam Strabo vult, quinquagena jugera peditibus data, centurionibus centena. Nomen Urbi factum ſive ab Aquila, quæ Romanis olim legionibus inter ſigna præferebatur, ut Lucanus ſcribit;

—— Infeſtiſque obvia ſignis
Signa, pares Aquilas.

Unde & ſigniferi aquiliferi dicti ſunt, ac etiam publica Aquilejenſium inſignia ſunt flava aquila; aut

A forte ab aquis, quibus Aquileja circumluitur. Verum ſive Romani nominis candore contigerit, ſive potius civium virtute, & concordia, quibus civitates magnopere coaleſcunt, ſive ipſa loci opportunitate ſatis conſtat, procedente tempore eam Urbem adeo opibus, & fama floruiſſe, ut non propinquis tantùm, ſed remotioribus etiam locis fulgore ſui nominis tenebras induxiſſe videatur. Nam quemadmodum Strabo ſcribit, Illyricarum gentium emporium fuit, quo copioſiſſimæ vini, & olei merces mancipiis, pellibus, ac pecoribus commutabantur, & centum viginti hominum millia intra mœnia alebat, nec ſolum opibus, ac nobilitate civium, ac magnificentia ædificiorum, ſed etiam gratia Romanorum Principum diu floruit, quorum nonnulli aliquando Aquilejæ regiam habuerunt, ut non immerito omnis circumjecta regio Aquileja appellata ſit. Octavianus enim Auguſtus Aquilejenſium amœnitatibus delectatus, cum uxore per octo menſes ibi fefellit tempus, ut auctor eſt

Svetonius, atque ad dilectæ Civitatis munimenta, minaces, superbosque muros adjecit. Incolis Romanæ nobilitatis prærogativas attribuit. Tyberius ex uxore Julia ibidem dicitur sustulisse filiolum, qui præpropero fato extinctus est. Vespasianus ad Imperii fastigium Aquilejæ postremo à militibus subvectus est, quæ tot aucta à fortuna honoribus, & altera Roma appellata est, & à Julio Cæsare claustrum ac propugnaculum Italiæ. Ausonius Poeta nobilis clarissimarum Urbium Aquilejam nonam denumerat, cum de eadem sic caneret:

Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti
Nona inter claras Aquileja celebris Urbes,
Itala ad Illyricos objecta Colonia montes,
Mœnibus, & Portu celeberrima. Sed magis illud
Eminet, extremo quod te sub tempore legit,
Solveret exacto cui justa piacula lustro
Maximus,

Rufosque Sextus ejusdem magnitudinem descripsit. Sub posterioribus Romanis Imperatoribus totius Venetæ Regionis caput habita est, ut Paulus Diac. scribit lib. 2. cap. 14. Rerum Longob. Adeo autem Romano Senatui illibatam præstitit fidem, ut contra Maximinos à militibus Cæsares renunciatos, non modo strenue obsidium toleraverit, sed renovato etiam exemplo, quod ante Romæ factum fuerat bello Senonum, mulieres Aquilejenses, decisas comas pro funibus, quibus forte propugnatores destituebantur, excutiendis in hostes sagittis arcubus aptaverint. Itaque Maximino à militibus cæso, Aquilejaque metu soluta, Veneri Calvinæ ejusdem cives decreverunt Templum, dedicaruntque, ut insigne pietatis exemplum imbellis sexus honorifice traducerent ad posteros. De obsidione Aquilejensi meminerunt Julius Capitolinus, Herodianus, Eutropius, aliique scriptores. Extremam clarissimæ huic Urbi Rex Hunnorum Attila cladem intulit, triennali, ut ferunt, obsidione efferatus eandem incendit, ac delevit anno Domini 452. qua obsidione, & expugnatione nulla celebratior: siquidem Rex immanissimus obsidionis diuturnæ tædio affectus emigrantis ex Urbe ciconiæ auspicio adductus est, ut expugnationem speraret, & aggrederetur, in qua incredibile dictu est, quanta feritate sit desævitum. Ex eo tempore Aquileja, licet Narsetis opera restituta, & à Poppone Patriarcha menibus cincta, & triginta in foro officinis frequentata, veteri tamen celebritate perpetuo caruit, nihil ut fere ex antiqua fortuna nisi nomen, atque ipsum Patriarchale decus retinuerit, ac nunc ruinis pene obsita est. Nam ruinosa adhuc spectatur domus, pavimenta, aquæductus, sepulchra, ac pleraque alia huiusmodi, veteris amplitudinis monumenta, parietes hedera, vie gramine totæ virent; integræ dumtaxat sunt paucæ domus templo circumjectæ Patriarchico, quas partim Canonici hyberno illic tempore sacra operantes incolunt, partim coloni, & piscatores quam paucissimi, qui nec ipsa quidem æstivi cœli intemperie ob inopiam inde pelli possunt. Ita Aquileja vetusta, ac opulentissima civitas documento esse potest, nil tam firmum, stabileque reperiri in rebus humanis, quod injuria temporum, hominumque non dejiciat, atque expugnet. Hæc enim aliquando frequens populis, incolarumque divitiis gravis, Cæsarum aliquando sedes, altera Roma dicta, cujus Patriarcha tam divini, quam temporanei dominii Princeps, tantæ potentiæ erat, ut cum cæteris Imperii Principibus de dignitate decertare auderet. Hæc, inquam, tanta civitas eo miseriarum hoc tempore redacta est, ut præter ea, quæ diximus, nudum tantum sterilescensque ex ruinis miserabile solum perspiciatur, quod ipsum etiam Patriarcham compulerit alibi demigrare.

Sedes Aquilejensis in Italia, si Romanam Apostolicam Sedem excipias, & originis vetustate, & Patriarcharum dignitate (1), priscaque potentia, ac claritudine, & Diœcesis amplitudine, & suffraganeorum Episcoporum multitudine, longe aliis omnibus est illustrior; ejus primordia ab Apostolicis usque ducta temporibus. Primus enim Marcus Evangelista, Petri Apostoli discipulus Aquilejam, utpote primariam, & celeberrimam per id tempus Urbem, ab ipso Petro, quod felicitati Aquilejensi ascribi potest, in opus Evangelii missus, constituta hic sede, & relicto Evangelii libro sua manu exarato, qui postea anno 1420. sub Thoma Mocenico Duce Venetias translatus est, Hermagoram discipulum successorem reliquit, accepta à Petro potestate, & baculo Episcopali, qui adhuc in ea Ecclesia diligentissime per tot sæcula conspicitur: subinde successere in ejusdem Ecclesiæ administratione Præsules supra nonaginta. Ex tota autem Aquilejensium Patriarcharum serie quinque in primis sanctitatis gloria fulserunt, ipse scilicet Marcus Evangelista, qui post constitutam Aquilejæ Ecclesiam, Alexandriam cum Petro profectus, post annunciatum ibi Evangelium, fundatamque Ecclesiam, pro Christi fide vinctus, & graviter afflictus in carcere obdormivit octavo Neronis anno; natalis ejus tanquam Martyris à Latinis pariter ac Græcis agitur 25. Aprilis. Corpus vero Alexandria Venetias transvectum summo ibi honore colitur, ut in Venetiarum Ecclesiastica descriptione demonstrabimus. Martyr etiam fuit S. Hermagoras S. Marci discipulus, quem primum hujus sedis Episcopum plerique numerant; is ergo inter miracula sanitatum, & prædicationis instantiam, plura pœnarum genera expertus, tandem una cum Fortunato Diacono suo capitali supplicio perpetuum meruit triumphum. S. Hilarius quoque pro fide passus est. Confessores item fuere duo, S. Valerianus, qui Valentiniani Imp. temporibus sedere cœpit, post Fortunatianum Arrianum, Ecclesiamque Aquilejensem non solum omni labe Arriana purgavit, verum Ecclesiastica disciplina adeo illustravit, ut quemadmodum scribit Hieronymus, habita sit quasi Chorus sanctorum. Hic præfuit Concilio Aquilejensi viginti trium Episcoporum sub Damaso Papa, & Gratiano Imp. Successit illi pari eruditione, & sanctitate B. Chromatius Hieronymo, & Chrysostomo etiam vivus celebratus. Floruere etiam alii Patriarchæ sanctitate clari, ut Paulinus.

Jam dignitas Patriarcharum Aquilejensium, quemadmodum diximus, ea est, ut inter Italiæ Episcopos, ac Metropolitas secundum à Romano Pontifice locum obtineat. Itaque prima Ecclesiarum in Italia post Romanam, Aquilejensis à Leone IX. Pont. Max. appellatur. Consimiliter Leo VIII. Pont. Othone II. imperatore, Aquilejensem sedem secundam à Romana vocavit, ut in Romano Concilio sub Clemente II ad Lateranum habito, Pontifici in throno Apostolico sedenti, Patriarcha Aquilejen ad dexteram, ad lævam Archiepiscopus Ravennas assedit, deque Patriarchæ præsessione Patres sententias rogati idem decreverunt: nec mirum, cum Patriarcha Aquilejen. Evangelistæ in sede succederet, atque Suffraganeorum Episcoporum multitudine, atque ipsius Ecclesiæ amplitudine facile supra omnes emineret. Itaque more, rituque Romanæ Ecclesiæ à Clero, populoque Aquilejen eligebatur, & consecrationem dumtaxat à Romano Pontifice postulabat. Magnas autem Aquilejen. Ecclesia mille annorum spatio passa est vicissitudines, ac varietates. Namque anno Domini 568 irrumpentibus in Italiam Longobardis Alboino Duce, atque iis, qui Venetum tractum incolebant, metu barbarorum emigrantibus, Paulinus Patriarcha, ut sibi, Ecclesiæque suæ consuleret, Aquileja relicta, atque omni Ecclesiæ thesauro inde abrepto, in vicinam Gradi Insulam, & ab hostium adito tutam, se recepit.

(1) An vero ab ipso Ecclesiæ Aquilejensis exordio Patriarchalis hic decor, & dignitas petenda sit, ut plures Aquilejensium rerum scriptores volunt, merito dubitant præclarissimi Auctores. Hos inter novissimus rem hanc accuratissime discussit Card. Norisius in sua dissertat. histor. de V. Synodo cap. [illegible], cum Aquilejensis Præsul nuspiam jus, auctoritatem, privilegiaque Patriarcha nunquam habuerit, ut apud omnes in confesso est, honorarium Patriarchæ titulum eidem non innatum, sed initio quidem à Provincialibus schismatis tempore inditum, subsequutis vero temporibus ab Apostolica etiam sede approbatum censet. Cui sententiæ omnino adhærendum puto.

pit. Ex quo tempore Aquileja suo viduata Pastore in solitudine mansit usque ad annum 605. quo Gisulphi Ducis ForoJuliensis opera Patriarchalis dignitas Aquilejæ restituta est; primusque Joannes Patriarcha à Clero Aquilejæ creatus est, vivente adhuc, ac sedente altero in Insula Gradi Patriarcha, qui à Paulino successionem ducebat. Ita duo in Veneto tractu Patriarchæ, scissa Aquilejen. Ecclesiæ unitate, esse cœperunt, alter Gradi legitimus Marci successor, cui Episcopi Veneti ex insulis, itemque Illiriæ partibus, alter Aquilejæ posititius, quippe sine Sedis Apostolicæ auctoritate factus, cui Episcopi Venetiæ ex continenti obedientiam præstabant; illum Veneti agnoscebant, ut suum, & viribus atque auctoritate sustinebant, huic Longobardi Venetis infensi maxime favebant. Aquilejensi tamen nunquam datum pallium est, usque ad annum 719. ad tollenda Ecclesiarum dissidia. Gregorius Pontifex Luitprandi Longobardorum Regis rogatu id Sereno Patriarchæ indulsit. Nec ita multo post cum Helias Patriarcha in Manichæorum hæresim lapsus, à Sclavis pulsus Aquileja exularet, Cormonæ oppido sedem posuit, ubi ejus successores usque ad Calistum Patriarcham consedere. Hic, quod in Civitate Forijulii (ea *Cividal di Friuli*, seu de Austria dicitur) pulso inde Amatore Episcopo sedem fixisset, factum est, ut non amplius Aquilejensis, sed Forojuliensis Patriarcha, seu Patriarcha de ForoJulii per ea tempora diceretur. Extantque adhuc Gregorii VII. Pontif. Max. litteræ ad Patriarcham de Forojulii. Callisti autem Patriarchæ factum indigne tulit Pemmo Forijulii Dux, & dum sacrilegas manus in eum iniicere, & in mare præcipitem dare nititur, à Luitprando Longobardorum Rege Ducatu spoliatur. Successores deinde Aquilejam reversi, cum regionis Principatum obtinuissent, sedem Utini nobili oppido collocarunt, quorum primus fuit Bertoldus Federici II. temporibus circa annum Domini 1222. Qua in sede qui secuti sunt, Patriarchæ domicilium habuerunt usque ad Ludovicum Ducem à Dek Germanum, cujus ignavia, conspiratione que vicinorum populorum de Cammeria, de Duino, de Collalto, de Canaria omnia pene Patriarchatus bona, una cum Utino Metropoli in potestatem Venetorum concesserunt, & ab eo tempore qui numerantur Patriarchæ, omnes Venetiis sedem, in angustias redacti, habuerunt. igitur Patriarchæ Aquilejenses mille annorum spatio, qui à Longobardorum in Italiam irruptione intercurrerunt, septies sedes mutarunt. Nam primum Gradum migrarunt, inde Aquilejam reversi sunt, postea Cormonem Oppidum petierunt, quarto Forumjulii, quinto Aquilejam reversi sunt, sexto Utini consederunt, nunc vero etiam eandem fortunam subeunt, quippe orta inter Venetos, atque Austriacos, non secus ac quondam inter Venetos ipsos, atque Longobardos de Patriarcharum legendorum jure contentione, dumque Veneti è nobilitate sua Romano à Pontifice subrogari Patriarchas curant; Austrii vero advocatos se, & protectores Patriarchatus ejus hæreditario Goriciensis Comitatus jure à Conrado II. Imperatore Popponi Patriarchæ temporibus dato, constitutos asseverant, ipsamque Urbem, ac Sedem Aquilejensem, præsidiario milite firmatas obtinent. Patriarcha interim tanquam pupillus veteri patrimonio, ac domicilio deturbatus, centenarium jam prope annum sua sede caulat a, & precario Venetiis degit. Cæterum non prætereundum, in Patriarcharum Aquilejensium successione summæ nobilitatis viros, & Regio, ac Cæsareo Stemmate progenitos fuisse plurimos, qualis inter cæteros fuit Reginaldus ex stirpe Regum Longobardorum, Udalricus Federici I. Imperatoris cognatus, Bertoldus Moraviæ Dux, Andreas Hungariæ Regis consanguineus, Philippus Dux Carinthiæ, Conradus Dux Poloniæ. Ac sane ea fuit Patriarcharum Aquilejensium amplitudo, ut Bertoldus, Federico II. imperante, Colosensem Archiepiscopatum, profano etiam principatu nobilissimum, ultro dimiserit, ut Patriarchatum Aquilejensem obtineret. Sed & Patriarcharum nonnulli bello etiam inclyti fuerunt, ut Gregorius, qui de Hungaris prope Labacum splendidam victoriam retulit, Syrus de stirpe Comitum Plocen. qui ditionem suam usque ad Danubium extendit, Conradus Peregrinus, qui Honorio Papa splendide excepto, transmarinam expeditionem juvit. Nec minus ob animi magnitudinem, & in ædificando magnificentiam celebrandi Poppo Aquilejensis Urbis, Ecclesiæque instaurator, & Bertoldus, & Raymundus Turrianus Utini conditores.

a Splendido Utini residet.

Mensæ Episcopalis census maximi quondam erant. Carolus enim Magnus opes ingentes huic Ecclesiæ attribuit in Forojulii, Istria, & Norico Oppidis, Paulino ejus temporis Patriarchæ, atque ejus successoribus dono datis, quam donationem Ludovicus Pius, Lotharius, Berengarii, atque Othones Cæsares confirmarunt. Otho I. Rodoaldo Patriarchæ, ac successoribus Utinum. Fagagnam, Gruarium dedit, cum omnibus terris, quæ Liquentia amne, & paludibus Aquilejæ, quas Plavas vocant, includuntur. Conradus Popponi Patriarchæ totam Forijulii regionem, & Istriam insuper concessit, quo primum tempore, Patriarcha Aquilejensis Dux Forijulii, Marchio Istriæ, & Sacri Romani Imperii Princeps appellari cœpit, centum millium florenorum annuo censu dives cum potestate nummos signandi, & ducatos cudendi; quin & Henricus IV. Imperator Sigeardo Patriarchæ donavit Japidiam. Vvolfangus tamen Lazius scribit, Ducatum Forijulii, & Istriam Marchiam Gothopoldo Patriarchæ ab hoc IV. Henrico donatam fuisse. Hanc ditionem universam, cujus longitudo, ut in vetustis Patriarchii hujus monumentis extat annotatum, quindecim dierum iter continebat, tenuere Patriarchæ Aquilejenses usque ad Volcherum Patriarcham, qui, ut Lazius scribit, Mendeam Istriæ Ludovico Bavaro Duci contulit, Federico II. imperante. Sed majorem jacturam hæc Ecclesia fecit sub Ludovico Duce Deckio Patriarcha, cui anno Domini 1420. Veneti, bello adversus eum gesto, victores Forumjulium ademere, & in suam potestatem redegere; & quamvis postea anno 1445. Patriarcha instante, Basileense Concil. Venetos sacris interdixisset, Eugenius tamen Pontifex, natione Venetus, spe restitutionis data, ipsos absolvit, quibus promissa minime præstantibus per Legatum graviter comminatus est. Tandem ita res compositæ; Patriarchæ Aquilejensi Civitas, & S. Viti, ac S. Danielis Oppida summo cum imperio tradita; Forijulii patriam & provinciam Veneti retinuere, Beneficiarii, seu Feudatarii, & vectigales Patriarchæ facti, eique pensionem annuam quinque millium ducatorum aureorum polliciti, quæ postea Nicolao V. Pontifice ad tria millia redacta est, supradictorum Oppidorum vectigalibus pro reliquis duobus millibus computatis. Sed & anno 1451. eodem instante Pontifice Veneta Respub. sacramento interposito, obligavit sese ad Patriarcham in dictorum Oppidorum possessionem, contra quoscunq; propriis armis, sumptibusque conservandum, atque ita res durarunt usque ad annum 1509. quo tempore bello inter Maximilianum Cæsarem & Venetos orto, sua Patriarcha cum Venetis amisit, quæ brevi recuperavit. Anno 1523. in Vormaciensi tractatione inter Austrios, & Venetos inita, cautum ita in hæc verba: *Abstineant Veneti ab Aquileja, salvis tamen juribus Reverendissimi Patriarchæ in quocunque loco*. Ex quo Austrii argumentati sunt jus sibi aliquod in Aquilejensem ditionem competere. Sed anno 1529. cum Carolus V. Augustus Bononiæ inauguratus esset, delectis arbitris, qui controversias dirimerent, ita cautum; *Iidem arbitri videant jura Patriarchæ, & si quæ restituenda sunt, restituant*. Rursus anno 1535. in Concilio Tridentino lata ad favorem Patriarchæ sententia, & a Rege Romanorum confirmata, qua Venetis Austriacisque vetitum quicquam sibi juris in tria hæc Patriarchalia loca usurpare.

pare. Verba sententiæ hæc sunt: *Reverendissimum San. Rom. E. Cardinalem & Patriarcham Aquilejæ redintegrandum esse ad Civitatem Aquilejæ in omni ejus districtu, territorio, pertinentiis, redditibus, proventibus, & quibuscunque aliis juribus suis, ac omnimoda jurisdictione, mero, & mixto imperio, omni temporali Dominio, ita ut universa administratio, dominium, ac gubernatio ipsius Civitatis, & territorii sit Reverendiss. Patriarchæ, nec Serenissimus Romanorum Rex possit se ullomodo in eis intromittere, salvis tamen semper, & exceptis feudis, illorumque collatione, cum cæteris aliis juribus, quæ Illustrissimo Dominio Veneto sunt reservata in conventionibus inter ipsum Illustrissimum Dominium, & Patriarcham initis anno Domini 1445. die 18. Junii.* Verum anno 1542. indignati Austriaci, quod Marani arcem à Petro Strozio, Turcis eam se velle tradere dicente, Veneti coemissent, Aquilejam occuparunt, & in ipsa sacra Patriarchalis Ecclesiæ Turri præsidium militum impositum, quod & adhuc durat, nequicquam Pauli III. Pontificis minæ, aut Ferdinandi Cæsaris profecere mandata, qui moriens Aquilejam Patriarchæ restitui jussit. Ita clarissima Italiæ Ecclesia, quam Romani Pontifices, quod non semel diximus, secundam post Romanam in Italia appellare consueverant, sub seculari potestate captiva detinetur. Quamobrem Patriarchalis mensæ census hac tempestate constat partim ex tribus millibus aureorum, quos Senatus Venetus pro Forojulio persolvit, partim ex vectigalibus duorum Oppidorum S. Viti & S. Danielis, in quibus Patriarcha utramque exercet jurisdictionem, & merum ac mixtum imperium habet. Taxatur vero Aquilejensis Patriarchatus in libris Cameræ Apostolicæ ad florenos 10000.

Basilica Patriarchalis Aquilejensis titulo Beatissimæ Virginis, amplissimo ædificio constructa à Poppone Patriarcha an. 1031. divas admodum, & referta Sanctorum reliquiis, quę auro & argento munitæ, magna hic veneratione custodiuntur, & ad eas visendas, colendasque statutis diebus quamplurima confluit virorum, ac mulierum multitudo. Sacris in ea ministrantium numerus longe olim major fuit, & opulentior, siquidem idem Poppo Patrarcha fundator quinquaginta Canonicorum Collegium instituit, qui nunc ad viginti octo sunt redacti, è quibus duo dignitate eminent, Decanus, qui primam post Patriarchalem sedem habet, & Archidiaconus. Canonicis adnumerantur etiam Romanorum Imperator, Patriarcha, & Comes Goritiæ per Vicarium inservientes, ex institutione ipsius Popponis: his accedunt Mansionarii viginti duo, & Clerici quatuor, qui omnes divinum cultum in Ecclesia per quinque dumtaxat menses exercent, septem vero reliquis ab Aprili scilicet ad Decembr. exclusive ob cœli inclementiam ab Ecclesia absunt. Interea vero ne Ecclesia in solitudine sit, Mansionarii per vices Deo cultum præbent. Sacramenta vero administrantur per Curatum ad id specialiter deputatum, & perpetuo residentem. Præbendæ Canonicorum exiguæ, sed distributiones quotidianæ sic copiosæ, ut ad status decentiam commode sufficiant. Decani vero fere duplo major est portio, quam Canonicorum. Pluribus hoc nobile Capitulum est Pontificiis, Cæsareisque insignitum privilegiis; cumulativam jurisdictionem exercet cum ipso Patriarcha, non solum in omnes Plebanos, Vicarios, cæterosque Ecclesiarum sibi subjectarum Clericos, verum & in ipsum Decanum, Archidiaconum, Canonicos, Vicariosque, ita ut quotannis unum ex Canonicis judicem eligat ad justitiam recte administrandam, habetque jurisdictionem pluribus in locis temporalem cum potestate gladii, ac in Parlamento totius patriæ tres inter nobiles consultivas voces, totidemque deliberativas, ut vocant, haber, seniorque Canonicus ibi secundo loco sedet post Concordiensem Episcopum.

In Civitate ipsa Aquilejensi præter Patriarchalem Ecclesiam, Parochialis Ecclesia nulla; Mansionarii enim sacra piscatoribus ministrant. Sanctimonialium Monasterium unum à Poppone fundatum opulentissimum, & temporali etiam jurisdictione præditum; cujus Moniales ob cœli inclementiam per æstivum tempus clausuram non servant, estque immediate subjectum Sedi Apostolicæ, quæ illius regimen commendavit Episcopo Tergestino. Sed & Aquilejæ præter sanctos Præsules memoratos aliorum etiam Sanctorum fulsere natales; hic namque Sanctæ cives Virgines, & Martyres Aquilejenses Euphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma sub Nerone post multa supplicia gladio cæsæ sunt, & à S. Hermagora sepultæ, quorum natalis in Romano Martyrologio agitur 3. Septembris, licet in Aquilejensi Ecclesia agatur die 19. ejusdem. Hic sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus Cantianus & Cantianilla fratres ex illustri Aniciorum progenie, una cum pædagogo suo Proto ob Christianæ fidei constantiam capite plexi sunt. Natalis eorum ex eodem martyrol. Rom. agitur 31. Maii, corpora vero apud Aquilejam sepulta, ut Fortunatus in carminibus canit. Hic etiam sub Diocletiano S. Chrysogonus post longa vincula & carceres constantissima Christi cōfessione toleratos, capite cæsus, & in mare projectus martyrium consummavit. Natalis ejus habetur 24. Nov. Supersunt adhuc tumuli in Villa Canciana agri proximi duo marmorei, quorum in altero scriptum est, *Hic jacet corpus S. Proti*; in altero vero, *Hic jacet corpus S. Chrysogoni*. Hic S. Anastasius, qui cum fullo esset, pro fidei merito in numerum martyrum cooptatus est; ejus dies festus agitur 7. Septembris. Hic etiam in eadem Diocletiani & Maximiniani persecutione natalis SS. martyrum Felicis & Fortunati fratrum, qui equuleo suspensi, atque ardentibus lampadibus circa eorum latera appositis, & mox divina virtute extinctis per ventrem fervente oleo sunt persusi, & ad ultimum cum in confessione Christi persisterent, capite truncati. Hic tandem sub Numeriano Imperatore, & Beronio preside cum Hilario Episcopo Felix, Largus, & Dionysius post equuleum, atque alia tormenta martyrium terminarunt. Agitur de his 13. Martii. Aquilejensis fuit S. Pius primus Papa, & martyr, & S. Syrus primus Episcopus Ticinensis, à S. Hermagora Aquilejensi Præsule ordinatus, & illuc in opus Evangelii missus cum sociis Juventio, & Pompejo Diaconis, ac Chrysantho, & Fortunato presbyteris viris sanctis. Et Aquilejensem fuisse S. Epiphanium Ticinensem pariter Episcopum sanctitate, & doctrina clarissimum affirmant, item Rufinum presbyterum B. Hieronymi contemporaneum, atque æmulum, Paulumque Diaconum Longobardicæ Historiæ auctorem. Hic anno Domini 381. Damasi Papę temporibus celebratum fuit contra Arrianos Concilium viginti trium Episcoporum, cui præfuit Valerianus Episcopus Aquilejensis, & adfuere inter cæteros S. Ambrosius Mediolanensis, & Heliodorus Altinensis, & anno Domini *696.* [a] temporibus Sergii Papæ celebratum fuit Concilium provinciale super expositione trium capitum Concilii Chalcedonensis.

[a] Seu potius an. 698. Vide Pagium ad dictum annum.

Diœcesis Aquilejensis amplissima est, quippe in tres nationes longe, lateque diffusa, Italicam, Sclavonicam, atque Germanicam; politico jure in duos divisa Principatus, Venetum, & Austrium, ut alios minores Principatus omittamus. Venetis Forumjulium subjacet, reliqua ad Septentrionem Viennam versus, Styria nimirum, Goritia, Carinthia superior, & inferior, & Carniola Austriis Principibus subjecta sunt. In Forojulii, atque adeo in parte Diœceseos Veneto imperio subditæ sunt duæ Collegiatæ Ecclesiæ in duobus insignioribus Oppidis. Altera est in Oppido, quod *Cividale del Friuli*, seu *Cividale d' Austria* nuncupatur. Hæc babet Canonicos 44. quibus annumerantur Patriarcha, qui per Vicarium inservit, dignitatem unam, & ministros ad numerum centenarium, qui in si-

gnom temporalis jurisdictionis, & meri, & mixti imperii die Epiphaniæ Diaconum galea, & stricto ense canere Evangelium jobent. Sontque hic etiam tria virorum Cœnobia, & duo sanctimonialium septa.

Altera collegiata est in Oppido Utini cum Canonicis 26. & Decann, aliisque ministris. Est hic etiam Tribunal Patriarchæ, & sanctæ Inquisitionis, & Vicarius Patriarchalis Generalis constitotus, præterea septem virorum Cœnobia, & duo sanctimonialium Monasteria, duoque Hospitalia, quorum alterum ab opulentia, Magnom merito est appellatum, nec non Mons pietatis. Et quoniam Utinum totius nunc est provinciæ Metropolis, & prætoria sedes, pauca de eo dicere locus admonet. Sedet igitur Utinum in medio ferme patriæ Forijulii centro. Utinum quasi Unnium, ex eo plerique appellatum credunt, quod ab Hunnis Aquilejam obsideotibus Attilæ Regis auspiciis excitatum sit. Arx enim militare opus haud dubie est, quippe tumulus media in planitie assurgens aggesta terra videtur eductus; sed Lazius Udinum vult esse, quod vocalibus transpositis Idunum Ptolomæus diait; nam & elevatio poli utrobique eadem. Hoc municipium, ut semper Patriarchatui Aquilejensi subjectum, Bertoldus Patriarcha primus extulit Patriarchali sede, ex civitate Austriæ eo translata, novisque mœnibus excitatis, & duodecim portis apertis. Ipsam preterea Civitatem in quinque regiones distinxit, Consilium 54. virorum nobilium, & Collegiom Cannnicorum S. Odorici instituit. Hæc ioltia fuere Urbis hojus, quæ nobilium plurimarum Familiarum ex Lombardia, Hetruria, atque aliis regionibus perfugium & asylum fuit. Accubat arci ad meridiem porticus cum pateoti area, & è regione forum marmoreis attollitur columnis, & publico pavimento constratum est, hinc inde mercatum novum, ac vetus tabernis, & officinis undique circumdatum. Non desunt Templa, & Cœnobia illustria, non privatæ ædes peramplæ, non formosa mœnia, non turres, porteque pulcherrimę duodecim à Raymundo Turriano Patriarcha ædificatæ. Situs Urbis amœnissimus, ambitus viginti octo stadiorum. Junis amnis Urbem præterlabitur, & fossa Joannis Hermi Prætoris cura quondam ducta mœnibus ipsis undique amœnissima: prędia patentes campi excipiunt animalium pastionibus idonei; civilis ubique cultus, & frequens nobilitas. Utini autem animarum numerus ad sexdecim millia censetur. Hinc effulsit Paulus Venetus Sophista Eremita Augustinianus, & Romulus Amasęus vir eruditissimus. Reliqua oppida Diœcesis iosignia sunt, Glemona cum nobili Monasterio Virginum, Ventoricum, Mons Falconis, Sacillum Episcopalis olim sedes, Ponteba, Cadorinm, S. Daoielis. Sunt io hoc tractu tres Abbatiæ Consistoriales commendari solitæ, prima de Medio nuncupata, altera Rosaccensis, tertia Sextensis Ordinis S. Benedicti. In universum autem quidquid Venetis paret, hoc est Forum Julii & magna Carniæ pars solis Catholicis habitatur. Altera pars Diœcęsis extra Italiam in Stiria, Carinthia, & Carniola sub ditione domus Austriæ posita, hęresibus magna ex parte infecta est, culpa eorum maxime, qui legitimo Pastori Patriarchæ se se opposuerunt, cannnicas Ministrorum, & Sacerdotum Ecclesiæ electiones impediere, ac violarunt præceptum Domini, *Non alligabis os bovi trituranti*, pro quibus ioterea Patrem misericordiarum obsecramus, ut malit eos Pastoris sui dicto reddere audieotes, quàm communium hostium tyrannidi misere servientes. In universum autem Aquilejensis Diœcesis extra Italiæ fines situs sub Francisco Barbaro Patriarcha se habebat. In Caroiola nobiles omnes Hæreticos sequuntur. Populares majori parte hæretici, oonulli tameo Catholici. Rustici omnes Catholici, & antiquam fidem in simplicitate cordis adhuc retinent. In Stiria nobilium plerique hæretici, multi tamen Catholici, populares bifariam in hæreticos & Catholicos dissecti. Rustici omnes Catholici. In Carinthia nobiles omnes & populares cum majore rusticorum parte hæresim sequuntur Lotheranam, aliis etiam omnibus admixtam. Ecclesiæ supellex, & instrumenta aut exigua, aut nulla, cultus fere nullus. Patrimonia divendita, aut distributa ab Ecclesiasticis, aut à laicis, & hæreticis occupata. Sacerdotes & Clerici plerique illiterati, & rerum Ecclesiasticarum ignari, & vino, ac luxuriæ dediti. Ex quo innumerabiles io sacramentorum uso abusus sequuntor. Atque hæc qoidem de Diœcesi Aquilejensi extra Italiam posita generatim dicta sint. De Patriarcha Aquilejensi habetur per Gloss. & Archid. in cap. Clericos 21. distinct. 9. & per Alvaret. io tit. Episcopum vel Abbatem in principio Col. 6. vers. *anat traaseamus*, & in cap. *istud est* 9. quęs p. & 53. quęs. 4. cap. *eum propter bellica*, de qua Justinianus Imper. ita meminit in Authent. secundum ioterpretatinoem Gregorii Alandri sub titolo de Prætore Paphlagoniæ conft. 29. De ejus vero civitatis Patriarchis scripsit Dandulus io chronica Diatribes, Sigonius Panvinius io Chronic. Sabellicus, Jo. Candidus, Leander, Dolionus, Claudius Robertus in Galliæ Christianæ appendice, aliique quamplures, unde nos, tum ex aliis monumentis de iisdem hanc seriem concinnavimus.

A D D I T I O.

(,, *Basilica Patriarchalis Aquilejæ titulo Beatiss. Virginis in Cælum Assumptæ, sive sub invocatione ejus sanctissimi Natalis insignita, plurimis Sanctorum reliquiis referta est, inter quas extant corpora SS. Hermagoræ, & Fortunati, quos agnoscit, & colit, ut suos præcipuos Divos tutelares: nec non baculus ille ibidem servatur pastoralis ligneus per S. Petrum Hermagoræ primo Aquilejensium Præsuli ordinato datus. Item corpora SS. Quirini Martyris, & Marci Papæ, & Confessoris ab urbe Roma à Jo. XIX missa tempore consecrationis hujus Ecclesię jactę à Poppone Patriarcha; ossa etiam Ss. Martyrum Euphemiæ, Theclæ, Erasmæ, & Dorotheæ, quæ ad Aquas Gradatas Martyrium consumarunt. Habet sacristiam sacra supellectili abunde ornatam, unicam Decanatus dignitatem, ac 24. Canonicatus, & totidem præbendas, & tres Vicarios ad nutum amovibiles, unum videlicet Romanorum Imperatoris, alterum Archiducis Austriæ, uti comitis Goritiæ, tertium Patriarchæ; qui Vicarii neque vocem, neque ullam in Capitulo habent jurisdictionem; Ecclesiæ tamen inserviunt, & quotidianas distributiones percipiunt una cum Canonicis. Adsunt etiam 15. mansionarii, pro ejusdem Ecclesiæ divino cultu explendo. Horum verò residentia hyemali tantum tempore ob aeris inclementiam exigitur, à prima videlicet Dominica Adventus per totam Octavam Dominicæ Resurrectionis. Reliquo verò tempore absunt ab ejus servitio, & pro majori parte in Oppido Utini commorantur, ubi etiam nobile Palatium pro sua habitatione habet Patriarcha, Seminarium Clericorum existit, & Patriarchales functiones exercentur. Mansionariorum verò duo per turnum singulis mensibus ab octava Paschatis usque ad primam Dominicam Adventus in ipsa Aquilejensi Ecclesia resident. In civitate adsunt duæ Parochiæ, & unum Monialium cœnobium sedi Apostolicæ immediatè subjectum, quę ob eandem aeris intemperiem ad oppidum Civitatis Fori-Julii se recipiunt æstivo tempore, & à Vicario Apostolico deputato gubernantur. Diœcesis est amplissima, quæ complectitur in Germania Provincias Carniolæ inferioris & superioris; præterea magnam partem Carinthiæ, & Styriæ, & in Italia partem Fori-Julii, & Regiones Carneæ, & Cadubrii, in quibus adsunt plura, & celeberrima Oppida circiter 50. & pagi mille, & ultra. Annuus Patriarchatus hodiernus census est circiter trium millium ducatorum. Taxa Rom. 10. mil. Flor. notatur, quæ reducta etiam reperitur ad flor. 1500, seu 1500, &*

,, 2000.

„ 2000. *ex gratia Pontificis supplici libello annuen-*
„ *tis, prout ei visum fuerit, attenta diminutione red-*
„ *dituum hujus Ecclesiæ*. Lucentius.)

I. 1 S. MARCUS Evangelista *a* à S. Petro Apostolo Aquilejam missus est ad prædicandum Christi Evangelium, ubi cum fidem plantasset, abundeque irrigasset, successorem suum designavit Hermagoram. Ipse vero profectus in Ægyptum, Alexandriam nobilem Urbem, Christi Evangelio replevit, quam Ecclesiam cum verbo, exemplisque firmasset, multa perpessus, evolavit ad Cœlos, Neroniani Imperii anno 8. die 25. Aprilis. Hujus gloriosissimum corpus hodie Venetiis honorificentissime asservatur, potentissimæ illius Reipublicæ declaratus Protector, qui olim Aquilejensem Provinciam, quæ hodie, magna ex parte, Venetæ ditionis est, Evangelio illustraverat. Andreas Dandulus Dux Venetiarum, qui vixit anno 1353. hæc de S. Marco Aquilejensium Apostolo suis in Chronicis scriptis mandavit lib. 4. cap. 1. de Pontificatu ejusdem. *Marcus*, inquit, *Evangelista in Aquileja primo Catholicam Ecclesiam fundavit anno Christi Jesu Domini nostri 48. Hic ex genere Levi sacerdos, Evangelista Dei electus, & Petri Apostoli in baptismate filius, atque in divino sermone discipulus. Prædicante Petro Romæ, ut quotidie audientibus nulla satietas fieret, rogatus à fratribus, ut ea, quæ illo verbo prædicaret, ad perpetuam eorum commonitionem scripturæ commendaret. Petrus vero, ut per Spiritum sanctum se spoliatum comperit, furto delectatus confirmavit, legendamque Ecclesiis scripturam tradidit. Marcus itaq; assumpto Evangelio, quod ipse confecerat, jussu Petri Aquilejam venit, & in quem primum ingressus est locum, Murejana vocatur, ubi Ecclesia sui nominis postea constructa est, & innumeros sua prædicatione, & doctrina subsequentibus signis ad Christi fidem convertit. Nam juvenem quendam Arnulphum* (1) *filium Ulphi lepræ morbo percussum in suburbanis Aquilejæ sanitati restituit, & supplicantibus neophytis Evangelium suum transcripsit, & observandum dedit, quod usque in hodiernum diem in eadem Ecclesia devotissime veneratur. Cum igitur B. Marcus hos cerneret in fide roboratos, & jussu Petri Romam redire disposuisset, Hermagoram civem Aquilejensem, quem ad regendum populum acquisitum aptiorem cognoverat, in navicula secum assumpsit, & directo navigans, in paludes (ubi nunc Rivoaltina Civitas constructa dignoscitur) tandem pervenit, cui tunc Rivaltus nomen erat, & urgente vento naviculam ad tumbam ligavit; apparuitque ei in ecstasi posito Angelus Dei dicens: Pax tibi Marce, hic requiescet corpus tuum. Cui cum se passurum illico naufragium hæsitaret, subintulit Angelus: Ne timeas Evangelista Dei, quia tibi adhuc grandis via restat, multaque te pro Christi nomine oportet pati; post vero passionem tuam, circumvicinarum regionum devoti & fideles populi, infidelium crebras persecutiones declinare volentes, hic vivificam Urbem fabricabunt, & corpus tuum denique habere merebuntur, quod summa veneratione colent, tuisque meritis, & precibus plurima beneficia consecuturi sunt. Tunc Beatus Marcus expergefactus gratias Deo egit, dicens: Domine fiat voluntas tua. Postea B. Marcus prospero cursu Romam accedens, Petro Apostolo, quæ gesserat, enarravit; & ut Hermagoram, quem multis jam diu experimentis approbaverat, Aquilejensi populo in Episcopum dignaretur concedere, supplicavit. Petrus vero confortatus in Domino, Hermagoram Episcopum confirmavit, atque ei pastoralem baculum, qui usque in præsentia tempora in præfata Ecclesia incorruptus perseverat. Rexit quoque Beatus Marcus annis duobus fere cum dimidio Aquilejensem Ecclesiam.* Hæc ille.

a Hujus Acta in tomo 3. Actor. SS. Aprilis p. 344. & seqq.

(„ *S. Marcus non solùm Ecclesiæ Aquilejensis, sed*
„ *etiam Laureacensis in Norico Ripensi fundator*
„ *extitit; prout plures scriptores, & monumenta*
„ *testantur. Extat adhuc præclarum hujus rei te-*
„ *stimonium in oppido Ens, non procul a ruinis ve-*
„ *teris Laureaci sito, ubi in turri hi antiquissimi*
„ *versus, saxo insculpti leguntur:*
„ Aspicis exiguam, nec magni nominis urbem,
„ Quam tamen æternus curat, amatque Deus.
„ Hæc de Laureaco reliqua est. His Marcus in otis
„ Cum Luca Christi dogma professus erat.
„ *Alii tamen tradunt S. Marcum non venisse in No-*
„ *ricum, sed ab eodem, vel ab ejus successore Her-*
„ *magora missum fuisse illuc ab Urbe Aquilejensi*
„ *Beatum Laurentium quemdam, primum Laurea-*
„ *censem Apostolum, & Antistitem, à quo, & suc-*
„ *cessoribus ejus Archiepiscopis Laureacensibus, &,*
„ *qui postmodum his subrogati fuere, Episcopis*
„ *Passaviensibus, Evangelium Christi annuntia-*
„ *tum fuisse Noricis, Hunnis, Avaribus, Gepidis,*
„ *Marcomannis, cæterisque finitimis Barbaris*
„ *transDanubianis. Porrò extat adhuc in ruinis*
„ *Laureaci templum huic Laurentio (qui diver-*
„ *sus est ab alio S. Laurentio Levita:) antiquissimis*
„ *temporibus dicatum. Sive igitur Laurentius mis-*
„ *sus fuerit à Marco, sive ab Hermagora, certum est,*
„ *Laureacensem Ecclesiam primordia sua debere*
„ *Aquilejensibus Præsulibus. Ita fatentur Anna-*
„ *les Laureaco-Passavienses, Salisburgenses, &*
„ *omnes Rerum Noricarum Scriptores, inter quos*
„ *Cuspinianus, Aventinus, Bruschius, Hundius,*
„ *Velserus, Raderus, Brunnerus, Adlzreitter, &*
„ *plerique alii.*
„ *Habet certe quod meritò sibi glorietur sancta A-*
„ *quilejensis Ecclesia, cùm non solum omnium fe-*
„ *re Ecclesiarum Galliæ Cisalpinæ Mater extiterit,*
„ *sed etiam Lauroacensis Archiepiscopatus funda-*
„ *menta jecerit, unde lumen fidei tot Regnis, tot-*
„ *que Barbaris nationibus postmodum illuxit.* Mo-
„ tocutus.)

2. S. HERMAGORAS, natione Germanus, ex diutino incolatu civis Aquilejensis, S. Marci Evangelistæ alumnus, ab ipso Aquilejæ Episcopus ordinatus anno salutis 50. Æmulatus Magistri vestigia, Aquilejensem populum instruxit ad fidem, haud segniori opera, quàm fecisset Magister; ob quam denique, cum prius plura alia tormenta pertulisset, cum Fortunato suo Diacono capite punitus, palmam tulit Martyrii die 12 mensis Julii, quo ipso die ejus festum celebratur. Hic Syrum Ticinum cum Juventio misit (2), quem educaverat, illiusque Civitatis primum ordinavit Episcopum, ut illic fidem Christianam excoleret. Presbyteros, atque Levitas Tergestum, & ad alia finitima loca misit. Euphemiam & Dorotheam nepotes, ac Theclam, & Herocinam *b* filias Valentini viri Christiani, & nobilis Civitatis Aquilejæ sacro fonte regeneravit, quæ pro Christi nomine variis tormentis afflictæ, jussione Sevesti Præsidis capitali sententia damnatæ sunt; quorum corpora Hermagoras in marmoreis tumulis in domo Valentini reverenter recondidit, eamque in honorem S. Mariæ Ecclesiam consecravit: prælibata vero sanctarum Virginum corpora (Dandulo teste) sub Paulo Patriarcha Gradum translata sunt. In carcere, item sancto Episcopo posito, Pontianus custos videns lucidum ibidem lumen, & Gregorius vir clarissimus, cujus natum, qui à dæmone vexabatur, liberaverat, effecti sunt Christiani, & Alexandra nobilis fœmina ab ipso lumini restituta, & à Fortunato baptizata; & ille propterea in carcere cum Episcopo positus; utrumque Præses in eo decollare fecit. Quorum corpora Pontianus recolligens, extra Urbis mœnia in Agello Alexandriæ sepelivit, translataque sunt Gradum sub Primogenio Patriarcha. Aquilejensis vero Ecclesia Pastore destituta anno Christi 70. diu vacua fuit, cum

II.

b [illegible]

(1) Hoc miraculum latius deducitur in vita S. Hermagoræ apud Mombritium, & in MSS sed nomina filii, ac patris non patiuntur nos credere, quod hoc miraculum contigerit ante Gothorum, aut Longobardorum tempora. *Henschenius* in Actis SS. April. t. 3. p. 347.

(2) Hæc non consonant cum iis, quæ scripsit idem Ughellus in Papiensibus. Syrus siquidem à Petro Apostolo, cujus erat alumnus, primus Papiensis Episcopus ordinatus fuit circa an. 46. Juventius vero, qui tertium locum tenuit in Ticinensi sede, Hermagoræ, Syrique discipulus fuerat: [illegible] hic illi Cathedra ab Hermagora attributus, cum Hermagoras decessisset an. ch. 70. & post centesimum Papiensem Juventius contendisset. [illegible]

A com plebs catholica persecutionis fluctibus exagitata coovenire nequiret, privatisque hospitiis sacrificia Deo exhibebat. Hermagoræ vexillum Venetis aliquando propitium fuisse, idem narrat auctor, ejusque felicissimis auspiciis Parentum, Polam, multaque alia Istriæ Oppida sub ipsorum imperium concessisse: cujus etiam Divi meritis Aquilejensis regio instituto solemni pro infantibus sacrificio, quod & hodie servatur, à vexatione dæmonum liberata creditur.

III. a Hujus Acta apud Bolland. tom. 2. Mart. p. 448.

3 S. HELARUS, vel Hilarius a post diutinam (1) annorum 206. vacationem Hermagoræ successit anno 276. Hic natione Pannonicus, in juvenili ætate divinis institutus scripturis, Diaconus ordinatus, à Clero & Popolo Aquilejensis Episcopus ordinatus. Titianum discipulum coadjutorem suum & Archidiaconum constituit, & Felicem, Largum, Dionysiumque viros fide probatissimos adjutores habuit: qui cum multos ad fidem Christi couvertisset, à Beronio Præside sub Numeriano Principe, Aquilejensi id in primis Monophante Idolorum Templi sacerdote excitante, cum supra relatis collegis per exquisita tormenta illustrem tulit palmam martyrii 17. Kal. Aprilis anno salutis circiter 285.

IV. 4. CHRYSOGONUS („ *Origine Thracius de „ civitate Bisantio ex Dandulo*) ordinatur Aquilejæ Episcopus anno 286. Is non est idem cum Chrysogono martyre, cujus festum Ecclesia celebrat die 24. mensis Novembris. Hic enim non fuit Episcopus Aquilejensis, sed Aquilejam perductus fuit jussu Diocletiani Imperatoris, ut ibi martyrium consummaret pro Christo. Quamobrem errasse constat, quicunque de rebus Aquilejensibus scripturus ejus Ecclesiæ Catalogo hunc sanctum martyrem inseruit. Chrysogonum verò Episcopum Aquilejæ præfuisse referunt aoois 10.

5. S. QUIRINUM, Philippi Imperatoris Filium, Laureaceosem io Bajoaria Archiepiscopnm, ad Aquilejeosem Ecclesiam translatum plerique scribunt, de quo nulla in Aquilejensium tabulis mentio extat. Hundius in Catalogo Pataviensium Episcoporum de eo hæc habet. *S. Quirinus Philippi Imperatoris I ad Christianismum conversi, per baptismum à Fabiano Pont. Max. regenerati filius vir sanguinis nobilissimus, & virtutum dignitate conspicuus, insignis sapientiæ, doctrinæque cælestis cognitione minime vulgari præditus, ab ipso parente suo Laureacensi Ecclesiæ commendatus, tandemque eo à Decio Tyranno è vivis sublato, unanimi totius populi suffragio eidem præfectus esse legitur: cujus Ecclesiæ non solum Philippus pater liberalissimus, dum viveret, extitit benefactor, sed & filius Quirinus, qui post crudele patris fatum omne suum patrimonium huic Ecclesiæ suæ devote & magnifice delegasse scribitur. Docuit vero S. Quirinus in Aquileja aliquando, cujus amplissimæ Ecclesiæ eum primum Patriarcham fuisse aliqui scribunt, etsi in ejus loci Patriarcharum Catalogo non reperiatur. Cum autem in inferiori etiam Pannonia Christum intrepide profiteretur, ac Ethnicos Idololatras acerrime impugnaret, à Maximo quodam impio Tribuno militum apud Sisaram captus, Sabariam ad Pannoniæ Præsidem missus est. Ab hoc Vindobonam, hodie Viennam, relegatus est, in tristi custodia inclementissime tractatus est; tandemque Sacarbanicam Sabariæ vicinam reductus, cum Diis Gentilitiis Ethnicorum sacrificare nollet, in proximum sinum antiquitus Sabariam, hodie Gunsum dictum, præcipitatus est, imperante iis terris Gallieno Cæsare totius Illyrici Domino: corpus ipsius à pia plebecula quæsitum, sublatumque, Romam honoris causa delatum est. Hinc anno à martyrio S. Quirini 400. tempore Pipini Regis, in Bavariam ad Tegerinum Monasterium translatum est, ut patet ex ejus loci Annalibus, & præsertim ex libro Metelli Poetæ, ac Monachi ibidem, qui anno Christi 1160. floruit, ac Lyrico carmine totam hujus sancti vitam elegantissime descripsit, atque Quirinalia intitulavit. Legitur in vita S. Severini, S. Quirinum habuisse socios 40. qui sacras litteras studiose discebant, & alios* B *docebant. Hi Lauriaci fame enecati omnes in eo loco, quem hodie Murinum Cœnobio insertum Romanorum carcerem appellant. Quirini Episcopi, quòd an. 308. passus sit, meminere Annales Patavin. sed de eo, quod Archiepiscopus Laureacen fuerit, nihil, sicut neque Catalogus.* Hactenus Hund. Illyricum, vel Noricum facit S. Quirinom Raderus, primom Aqoilejensem Patriarcham, deinde Laureacensem Archiepiscopum. Ferrarius in Catalogo Scicitarum Episcopum dicit, sed errat, nam nullus reperitur Episcopus Scicitanus. Eadem fere scribit de S. Quirino Jo. Cuspinianus in Annal. Austriæ, habetque ex Laureacensi Ecclesia ad Aquilejensem translatum fuisse, & demum sub Diocletiano, vel Gallieno in odium patris, & fratris Philippi post varios agones pro Christo io Tyberim submersum, in cœmeterio Pontiaoi sepulrum (2), cujus lipsana sacra Dux Burguudiæ Albertus, & Ottocharus germani fratres à Zacharia Papa, cum accepissent, in Bavariam ad Cœoobium Deegerotee detolerunt b. Por- C ro Laureacenses Archiepiscopi originem dederunt Patavinis Episcopis in Bajoaria; à Lauriaco Norici Oppido Metropolis hæc dicta est. Fuit Urbs admodum insignis, sed postquam Attila Urbem delevit, ubi ara erat, oppidum ea nomine fluvii se in Danubium exoneranris, restitotum est. Sedes vero Metropolirana Patavium primum, deinde Saltzburgium translata. Videndus Hund. in Metrop. Saltzburgensi.

b At illa Popponem Patriarcham à Jo. XIX. obtinuisse anno 1031. & juxta Altare majus suæ Cathedrali condidisse veteri inscriptionis argumento deducit Palladius rerum Forojul. p. 116.

6. S. THEODORUS genere Thracius sedem Aqoilejensem obtinuit anno Christi 308. Concilio Arelatensi interfuit anno 314. seditque sanctissime annis 11. quem sub Agone Præside Aquilejensi subiisse martyrium scribit Candidus lib. 2. V.

7 CHRYSOCOMAS, vel Chrysogonus, („ *Dal „ mata)* forte idem qui supra, ex Monacho ad hanc sedem assumptus. Huic (3) S. Hieronymus scribit epistola 24. cum adhuc Monasticum institutum profiteretur, ejusdemque meminit lib. 2. contra Ruffinum. Dandulus duos recenset Chrysogonos Aquilejenses Antistites, unum post alium; Candidus narrat Chrysogonum Theodoro successisse, unomque tan- VI.

(1) Palladius lib. 7. de rebus Forojuliensibus ut tam late patentem expleat lacunam, contra vetustissimi Aquilejensis Chronici, & caeterorum veterum scriptorum fidem, aliter Hilarii, ac sequentium Episcoporum tempora metitur. Vult enim Hilarium sedisse ab an. 70. ad 96 passumque sub Domitiano: Chrysogonum ab an 97. ad 117. Theodorum ab an. 117. ad 149. Chrysocomum ab an. 150. ad 182. Agapitum ab an. 151. ad 182. Fortunatum ab an. 182. ad 214. Valerianum ab an. 214. ad 251. Maximum ab an. 251. ad 283. Quirinum ab an. 283. ad 303. cui denique anno 304. successerit Benedictus, atque deinde alter Fortunatus, alterque Valerianus, Chromatius, caeterique ab Ughello relati. At praeterquamquod arbitraria omninò, nulloque luminis vel levi fundamento haec sit temporum partitio, cogaturque duos Fortunatos, totidemque Valerianos admittere, imò & alterum Theodorum, si hujus nominis Praesulem Aquilejensem Arelatensi Concilio interfuisse animadvertisset Palladius, Hilarium certe ex editis monumentis non sub Domitiano, sed sub Numeriano passum constat. Citat Palladius vetusta Hilarii Acta: sed ea non profert. Standum igitur illis, quae edidit Bollandus ad tom. 2. Martii: ideoque ab Ughello non discedendum, donec clarior, puriorque affulgeat lux.

(2) Quid vero inter tot Auctorum discrepantes de Quirino enarrationes sentiendum essari cupimus: primumque dicimus hujusmodi Quirinum nunquam Aquilejensibus praefuisse, cum & ex ipsa Hundii confessione nullum de eo Ecclesiasticae tabulae nomen proferant, & ipse observat Ughellus. Et sane qui primus invexerat cum tot divitiis Patriarchalem in hanc sedem dignitatem nonne aeternitati erat sacrandus? Sed esto invidiosa vetustas adamantinum delevérit memoriale, quandonam haec praefuerit, examinandum? nonnisi post mortem parentis, fratrisque sui imperatorum, quorum post necem vel Laureacensi, vel Aquilejensi in Altari est sacris addictus infulis ut ne pontificatu Hundius. Et tunc quo nisus sceptro? Ecclesiastico? nullum hac de re habemus Romanum monumentum. Caesareo? Decius imperitabat Christiani non minus, quam Philipporum implacabilis hostis. Denique haec Patriarchalis Aquilejensium fundamenta non innotuere & Ambrosio, & Hieronymo tam illustri Caesarum propinquo, dignoque martyre. Hinc tali nusquam demandatum Quirino Aquilejensi ovila facile censemus. Fuisse vero per haec tempora nobiliss. martyrem, sacra ornatum thiara, Quirinum nomine fatemur, eumque in aquis agonem suum pro Christo consummasse: licet diversimodè rem enarrent Hundius, & Cuspinianus. Sed & Baronius suum nobis offert Quirinum Sciscianum in Illyrico Episcopum an. 308. mola ad collum alligata praecipitatum in flumen, de quo Martyrol. Rom. pridie Nonas Junii. Et hic est, de quo Ferrarius rejectus ab Ughello, eoquod pro Sciscianu Scicitanum notaverit amanuensis culpa: & hujus corpus Romam delatum Beda, & Ado apud Baronium in notis Martyrol. profitentur, & demum in Bavariam sub Pipino Rege translatum. Hinc plures in hunc unum coalescere Quirinum censemus, qui qualis, quantusque fuerit, habent Prudentius, Fortunatus, aliique in notis praefatis adducti. Nobis hoc unum indicasse satis, eum sacram Aquilejensium praefecturam non sustinuisse. *Laurentius.*

(3) Chrysogonum Monachum, cui S. Hieronymus scripsit Epistolam n. 44. in editione Plantiniana, alterum fuisse oportet ab hoc Aquilejensi Antistite, quo florente nondum in vivis erat Hieronymus. Chrysogonus Monachus vixit Chromatio Aquilejen. Praesule, ut testatur idem Ughelius infra.

tantum annum in ea dignitate explevisse; Dandulus eidem attribuit an. 12. (1)

VII. 8 AGAPETUS, Aquilejensis civis, virtute, & prædicatione clarus, Patriæ Præsul deligitur anno 319. Hic ecclesias ædificavit quamplurimas, bonique pastoris exemplar fuit; seditque annis 13.

VIII. 9 BENEDICTUS, Roma oriundus, vir sanctus, & piis operibus intentus, Aquilejensem post Agapetum rexit Ecclesiam an. 20. (2) ad eam vocatus ex Danduli sententia anno Christi 332. Romano Concilio *a* interfuit anno 337.

a Hujus Concilii Acta confecta putat Bacchin. in Agnel. Raven. dissert. 2.

IX. 10. FORTUNATUS, sive Fortunatius, qui aliis etiam Fortunatianus est, natione Aphecus *b*, Aquilejensem sedem assecutus est *c*. Sardicensi Concilio interfuit an. 347. Hunc secus, ac præseferebat nomen, exitus infortunatus excepit, cum enim Arrianam hæresim fuisset amplexus, S. Athanasii damnationi Arelate subscripsit an. 353. Cujus meminit Baronius ad an. 372. affirmatque Arrianum obiisse. Commentarios in Evangelia brevi sermone, & rustico stylo scripsisse referunt. [„ *Fortunatianus fundavit circa annum Domini 350. Episcopatum Sabionensem, nunc Brixinensem in Alpibus Noricis, consecrato ibidem primo Episcopo S. Cassiano Martyre, prout videre est apud Hundium tom. 1. Metrop. Salisb., qui procerto asserit, Episcopos Brixinenses primordia sua debere Aquilejensibus Patriarchis, quorum suffraganei quondam fuere, etsi nunc Salisburgensi Archiepiscopo subsint. Cæterum non constat quo tempore, quove pacto Episcopatus iste detractus fuerit Metropoli Aquilejensi. unde suspicari licet, hoc accidisse tempore Caroli Magni, qui ortum dissidium propter fines inter Paulinum Patriarcham, & Arnonem Archiepiscopum Salisburgensem sua authoritate sedavit: assignatis utrique Diœcesi certis terminis.* Moroeutus)

b Ex Aphecon Palæstinæ Oppido, nunc Faba appellato, Aphrum appellat Dandulus.
c An. 347. defunctus an. 366. ex eadem clariss. Fontanini Bibliotheca. lib. 1. c. 1. & 3.

X. 11 S. VALERIANUS Fortunatum consecutus est in hanc eandem sedem, qui non modo ecclesiam sibi creditam perpurgavit Arriana labe, quam Aquilejensi Ecclesiæ insperserat Fortunatus, sed etiam optimis legibus ita instituit, ut plane Angelicum chorum, ut S. Hieronymus narrat, videretur referre; in quibus laudat præcipue Florentinum, Bonosum, Rufinumque illustres Valeriani alumnos. Idem Hieronymus ejusdem Valeriani sæpius meminit in epist. 42. 43. & aliis. Hujus sancti temporibus, Concilium Aquilejense contra Arrianos celebrarunt an. 381. Gratiano Cæsare imperante, veritatique Catholicæ favente, cui Concilio assederant Episcopi 32. Quorum melior pars sanctissimi, ac doctissimi viri erant, in quibus elucebant S. Ambrosius Mediolanensis, Sabinus Placentinus, S. Eusebius Bononiensis, nosterque Valerianus *d*, ut refert Baron. tom. 4. De Valeriano mentionem faciunt Ruffinus Aquilejensis lib. 1. Invect. Martyrol. Rom. die 27. mensis Novemb. idem Baron. in notis, & alii. Sedisse referunt an. 18. alii 19. („ *Romanæ Synodo sub Damaso habitæ an. 382. interfuit Valerianus, & inter ejus præcipuos Patres adnumeratur in literis ad eam directis ab Orientalibus Episcopis, qui ejusmodi Concilium ut declinarent, aliud Constantinopoli coadunaverant, ut scribit Baronius an. 382. Sed & anno 370. jam adfuerat Concilio Romæ à Damaso habito, in cujus Synodica Epistola ad Orientales Episcopos post Damasum primus memoratur. Natione Gallum fuisse asserit Dandulus. Obiisse verò sub finem anni 386. docet præstantissimus Fontaninus in sua Bibliotheca Aquilejensi lib. 3. c. 3.*)

d Et Ambrosius Sipontin. & Philastrius Brixien.

XI. 12. S. CHROMATIUM, genere Hispanum, Valerianus excepit *e*, ab ipso Diaconum, mox Presbyterum ordinatum, cum suo antecessore æque eruditum, & sanctum, ut S. Hieronymus testatur in præfat. lib. Paralipom. aliisque locis, ubi ejus eruditionem, sanctitatemque collaudat. Idem facit S. Joannes Chrysostomus in epist. 155. ad eundem perscripta, S. Ambros. in epist. ad Chromatium, Ruffinus lib. 1. Invect. Bellarm. de scrip. Eccl. Vixit circa an. Domini 390. Scripsit (3) de octo Beatitudinibus in cap. 5. Matth. Commentariaque super eundem Matthæum, quæ voravit invidiosa vetustas. Cæterum epistola Chromatii, & Heliodori ad S. Hieronymum, cum ejusdem responsione, ubi agitur de nativitate B. Mariæ Virginis, supposititia est, sicut etiam illa altera Chromatii, & Heliodori circa Martyrol. Rom. c. 5. & 7. Ejusdem meminit idem Baron. ad an. 405. & in notis ad Martyrol. die 2. mensis Decembris. Rexit hanc Ecclesiam Chromatius an. 18. mens. 9. *f* Quo Præsule Julianus, & Niceas hujus Ecclesiæ Diaconi, & Chrysogonus Monachus, & Paulus senex, Concordiæ Eremiticam ducentes vitam viri venerabiles floruerunt. Quibus B. Hieronymus familiariter conjunctus, exhortatorias plures sparsim scripsit epistolas. („ *Hoc addendum, quod cum damnarentur Origenis errores, Chromatium summo in pretio habuit Anastasius Papa, uti Baron. an.* 400.)

e Ineunte an. 387.
f Obiitque an. 406 ex memorata Cl. Fontanini Bibliotheca l. 3. c. 3.

XVII. 13 S. NICETAS, seu Niceas *g*, eruditione, ac moribus vir longe clarissimus, cui cum adhuc esset Subdiaconus Aquilejensis Ecclesiæ, S. Hieronymus scripsit epist. 42. successerat enim Chromatio. Cujus Pontificatus an. 452. eversa est funditus Aquileja ab Hunnorum Rege Attila: qua de re Baron. Procopius lib. 1. Vandalic. Freculphus Chronic. lib. 5. cap. 14. Cassiodorus Chron. & Luitprand. lib. 3. cap. 2. Hujus etiam meminit Gennadius de Viris illustrib. cap. 24. ac Honor. Aug. cap 28. Huic etiam literas dedit *h* S. Leo Pontifex epist. 79. post excidium ab Hunnis Aquilejæ illatum (4). De eo etiam Martyrol. Rom. die 22. mensis Junii. Et Baron. in notis ad Martyrol. ubi ostendit, cur Nicetas Romatianæ Urbis Episcopus fuerit appellatus, eamque reddit rationem, quod Aquileja per id tempus, vel urbs Romatiana, vel altera Roma vocaretur, quod aliquando nobilissima Romanorum fuisset colonia, vel ob claras opes, quibus cum Roma ipsa decertare videretur. Sedit Nicetas an. 25. aliis 30. Post Nicetam narrant aliqui, Fortunatum secundum hanc sedem obtinuisse, quem scite Baronius cum superiori, qui Benedicto successit, confundit.

g De quo Acta 22. Junii tom. 4. p. 241. Hic vero postponendus est Secundo n. XVII.
h An. 458.

XII. 14 AUGUSTINUS, origine Beneventanus, divinis scripturis satis eruditus, Aquilejensis Ecclesiæ iis temporibus electus est Antistes *i*. Eam bene administravit ann. 14. aliis 28. *k*

i Post Chromatium an. 406.
k & aliis ad annum circiter.

XIII. 15 DELPHINUS *l*, Altini natus, post Augustinum Aquilejensis Præsul ordinatus est. Sedit annis novem.

l Al. Adelphus.

XIV. 16 MAXIMUS sedit annis 18.

17 JA-

(1) At S. Theodorus sedit an. 11. usque ad 319. perdurasse necesse est fateri, adeoque Chrysogonum brevissimi temporis Pontificatum gessisse, cum ipse Agapetus delectus fuerit an. 319. Potuit sane ex Candido hic Chrysogonus annum egisse, & superiorem Chrysogonum duodecimum usque in annum, & ulterius suum regimen protraxisse, deletis iis, quæ perperam Quilino tribuuntur. *Lucretius*.

(2) Hic corrigendus locus Danduli, ubi asseritur rexisse hanc Ecclesiam Benedictum an. 20. cum enim proxime enumerandus Fortunatus interfuerit Sardicensi Concilio an. 347. haud potuit Benedictus duxisse Præsulatum ad an. 352. *Lucretius*. Sed illustriss. clarissimusque vir Justus Fontaninus nonnisi ad an. 343. pervenisse Benedictum hunc ostendet in Bibliotheca Aquilejensi, quam prælo subjiciendam parat.

(3) Chromatius, qui scripsit de octo Beatitudinibus, videtur esse D. Hieronymo, & Gennadio longe junior propter eorum de opere isto silentium, & alias propterea ab isto Chromatio Aquilejensi D. Hieronymo familiari, quem proinde amici opus latere non debuisset. Inscriptio opusculi de octo Beatitudinibus præfert Auctorem Chromatium *Romanum Episcopum*. Quidni legendum *Comanum*? Quidni ly *Episcopum* ab imperitis amanuensibus additum? His tamen non obstantibus non alium quam Chromatium Aquilejensem Antistitem XVIII. Homiliarum in Matthæum auctorem esse evincet doctissimus Fontaninus in sua Biblioth. Aquilejen. l. 1. c. 1.

(4) Hic tres, vel duos saltem Nicetas, seu Niceas in unum compingit Ughellius noster. Et primo quidem Niceas ille subdiaconus Aquilejensis, cui D. Hieronymus scribit, non videtur confundendus cum Niceta Patriarcha, ad quem misit Epistolam S. Leo. Nam, præter nominis diversitatem, cum Niceas Hieronymi amicus jam ab an. fere 390. Subdiaconus esset Aquilejensis Ecclesiæ, ad quem gradum non ante 25. ætatis suæ annum probabile est eum esse evectum, septuagesimo quinto, vel 80. anno ad labores Episcopatus esset assumptus: nondum enim an. 449. locum alteri cesserat Januarius: quod quidem vero parum simile est. Multo minus vero videtur confundendus cum altero Niceta, vel Nicea, de quo Martyrol. Roman. 22. Junii, & Baronius ibidem. Hic enim fuit Romatianæ, quam *Remesianam* tabula Peutingeriana, *Remisianam* Antonini Itinerarium appellant, civitati in Dacia præpositus; atque ille idem, ut putat Holstenius in annotatis Marginal. ad Martyrol. Romanum, de quo idem Martyrologium die 7. Januarii. Neque enim adhærendum est Baronio, qui per Romatianam Civitatem Aquilejam esse intelligendam autumat. Qua de re consule Quesnellium in Epistolam S. Leonis præfatam, & Papebrochium in Actis 22. Junii tom. 4. p. 245. Porro Gennadius de viris illustr. ac Honorius Augustod. intelligendi sunt de Niceta in Dacia Episcopo, de quo tam honorificam mentionem facit S. Paulinus Epist. 30. ad Severum, & in Natali 9. S. Felicis. Quod vero Nicetas subdiaconus Aquilejensis idem sit ac Nicetas Romatianus Episcopus, dilucide ostendet Clariss. Fontaninus in sua Bibliotheca Aquilejen. Nicetam autem Aquilejensem Episcopum successisse Secundo nonnisi post eversam ab Attila Aquilejam palam faciet in sua dissertatione de S. Columba.

XV. 17 JANUARIUS(1), sive Gennarius, qui etiam est Julianus, in Pola civitate natus, hanc rexit Ecclesiam an. 8. Ad hunc S. Leo Pontifex narratur scripsisse, ut publicæ habent tabulæ hujus Ecclesiæ. Cæterum si verum est, S. Leonem ad hunc dedisse literas, dicere etiam oportebit, Januarium successisse Nicetæ, seu Augustino, non vero Maximo, quem post tot annos ab excessu Leonis constat gessisse Aquilejensem Pontificatum.

XVI. 18 SECUNDUS Januario subrogatur, vir moribus, fide, ac scientia probatus, annis tribus sedit.

XVIII 19 MARCELLIANUS sedit an. 28.

XIX. 20 (2) MARCELLINUS patria Romanus, vir magni nominis, & excelsi animi, Templum & Patriarchatum Aquilejensem ab Hunnis desolatum restauravit; præfuitque utilissime annis 15.

XX at STEPHANUS Mediolanensis successit Marcellino, qui cum Arrianis in Synodo Nicæna damnatis sentire nolens, à Theodorico Italiæ Rege Arrianorum labe infecto, Catholicosque crudelissime insectante, multa pro Catholica veritate passus est. Sedit annis 12. floruitque an. 515. salutis nostræ. Dandulus in Chronic. lib. 5. cap. 9. narrat, Stephano in Aquilejensi Patriarchatu successisse quendam Laurentium, in Pola Civitate natum, sedisseque annis quatuor, mensibus quinque, de quo nec Candidus, neque alii, qui de Aquilejensibus Patriarchis scripserunt mentionem ullam faciunt, statimque post Stephanum Macedonium substituunt Patriarcham.

XXI 22 MACEDONIUS hanc eandem sedem tenebat anno 536. eamque rexit annis 26. qua tempestate Gothi imperium Italiæ, Siciliæ, ac Dalmatiæ occuparunt.

XXII. 23 PAULINUS, vel Paulus, Romanus, eodem throno nobilitatus, contra veterem morem Episcopus ab Honorato *a* Mediolanensi consecratus est: quem Pelagius Papa execratum, non consecratum scribit ad Narsetem Patritium. Hic cum accepisset Albuinum Regem Longobardorum in Italiam descensurum, ut præriperet prædam victori, averteretque nefarium sacrilegium, Aquilejensis Ecclesiæ thesauris secum ablatis, in Insulam Gradensem concessit anno 568. Ubi etiam ipse decessit anno 573. salutis nostræ, præsulatus vero sui anno 11. ut narrat Paulus Diac. lib. 2. cap. 10. de Gestis Longobard. („ *Paulino Pelagius Pontifex indignatus fuerat, quòd contra Apostolicæ sedis „ decretum, ne quisquam scilicet per ea tempora „ consecraretur nisi prius præstito ad tuendam Synodum V. Sacramento, hoc prætermisso inauguratus fuisset à Mediolanensi Antistite, nullo itidem „ contra morem requisito Romani Pontificis consensu. Hinc Paulinus una cum Vitali hostis S. R. E. „ ab eodem Pelagio habitus est, ab eoque Narseti „ scriptum, ut uterque justissimis vinculis obstrictus „ ad Imperatorem puniendus duceretur. Extat hac „ de re Epistola in 2. par. decr. q. 1. causa XI. c. 17. „ in qua ostenditur à Principibus corrigendos, quos „ Ecclesia corrigere nequit. Sed ibi non rectè hæc Epistola S. Gregorio tribuitur, quem præcesserat Paulinus: & causa 23. q. 1. c. 33. habetur Mediolanensem, & Aquilejensem Antistites ex antiqua consuetudine se invicem consecrasse; ita tamen, quòd „ ordinator semper iret ad Ecclesiam ordinandi, idque efficiendum cum facultate Romani Hierarchæ. „ Paulinus, & Vitalis se fortissimè defendentes „ in Narsetem minime inciderunt, & tandem in „ gratiam S. R. E. rediit uterque, adeout Paulinus „ etiam Beati titulum sibi compararit, ut habetur Italia Sacra Tom. V.*

a A Vitali.

A „ *apud Norisium §. 6. Dissert. hist. de Synodo V. „ cap. 9.*

„ *Sed in quam turpe schisma per hæc tempora prolapsa fuerit Aquilejensis Ecclesia, omnino reticet „ Ughellus. At rem accuratissimè tractat mox citatus Eminentiss. Norisius. Universo namque Catholico orbe ad Synodum V. accedente, soli Venetiarum, ac Istriæ Episcopi refragabantur. Pelagius schismati indignatus datis ad Narsetem literis eumdem hortatus est, ut repugnantes vi cogeret ad recipiendam Synodum. At illi Narsetem „ ipsum ab Ecclesiastica communione suspenderunt. „ Mox schismatici Episcopi Paulino Aquilejensi Metropolita incentore adversus V. Synodum Provincialem conventum Aquilejæ tenuere, in quo tria „ capitula à Chalcedonensibus Patribus non damnata à quoquam proscribi posse negarunt. Pelagius „ rei indignitate commotus egit cum Narsete, ut „ Paulinus Antistes, Synodi obtrectator, captivus „ ad Justinianum Byzantium mitteretur, quod tamen,*

B „ *cum meliora de ipso sperarentur, minimè „ factum est. Exordia vero hoc schisma habuisse vult „ Baronius an. 553. cum quo concordat Labbe in concil. edit. t. 5. pag. 739. renuit verò Noris, dum „ principem ejus schismatis Paulinum pronunciat. „ Verùm Paulinus, qui successerat Macedonio an. „ 562., antesignanus esse nequiverat Conciliabuli „ Aquilejensis coadunati an. 553. Præterea Paulinus sortitus sacra Aquilejensium jura sanctam inaugurationem inconsulta Apostolica sede excipere „ est ausus, quod nullus prædecessorum intentaverat unquam: igitur jam Aquilejensium cœtus „ schismate obsordaerat. Ni forsan schismaticorum „ princeps dicendus Paulinus, quòd primus omnium munus consecrationis cum bona venia Romani Pontificis suscipere detrectaverit. Verumtamen cum tale schisma eruperit Pelagio I. summo Pontifice, isque successerit Vigilio die 11. Aprilis an. 555. ut deducit Pagius ad hunc annum,*

C „ *& perduraverit in Petri Cathedra usque ad 6. „ Non. Mart. an. 559. seu potius 560. deque hoc „ schismate querelæ sint Pelagii contra Paulinum, „ censendum est Paulinum ante an. 562. quinimo „ & diutius ante Pelagii obitum in sede Aquilejensi „ collocatum. Porrò, teste Paulo Diacono lib. 2. de „ gest. Longobard. c. 25. obiit Paulinus Alboino Liguriam invadente,* Indictione ingrediente tertia, *XII. Sacerdotii sui anno; ideoque an. 569, „ aut insequenti. Proinde an. 558, vel superiori ordinatus fuerit, ut notat Bollandus ad diem 8. „ Febr. in vita S. Honorati Mediolan. Episc. in eo „ corrigendus, quòd Synodum Aquilejæ habitam an. „ 699. cum hac confundat, ut notavit citatus de „ Noris. Atque anno circiter 558. Aquilejensem „ præfatam Synodum celebrasse Paulinum autumat „ Pagius ad hunc an. Alii volunt celebratam à Macedonio sive an. 553. ut ex Baronio, sive 554. ut „ Palladius habet 1. par. lib. 1. rerum Forojulien.*)

D 24 PROBINUS Paulo successit anno 573. Hic Anicianæ stirpis nobilissimæ surculus, brevissimo, quo præfuit tempore, perpetuæ felicitatis recuperandæ Aquilejæ populo spem fecit. Sedit anno 1. m. 8. in Grado sepultus. XXIII

25 HELIAS Aquilejensem sedem adsecutus est anno 575. Hic cum initio hæretica Manichæorum pravitate infectus esset, tria decreta Chalcedonensis Concilii abnegans, ad sanius consilium conversus, Pelagio Pontifice adhortante, errorem agnovit, Synodum viginti Episcoporum coegit, inque Gradensem Insulam transtulit sedem, illamque Ve- XXIV

(1) Extat inter Epistolas S. Leonis octogesima sexta juxta editionem Raynaudi ad Nicetam Aquilejensem vulgo inscripta, quæ cum exarata sit anno 447, ut observat Card. Norisius in hist. Pelag. l. 2. c. 12. seu potius an. 444. ut contra Norisium arguit Quesnellius in notis ad dictam Epistolam, certum est hanc ad Nicetam scriptam non fuisse, & Nicetæ nomen eidem fuisse ab imperito scriba affixum. In omnibus pene MSS. codicibus legitur data *ad Aquilejensem Episcopum.* At cum quidam legerent Epistolam 79. scriptam ad *Nicetam Episcopum Aquilejensem* datam xi. Kal Aprilis Leone, & Majorano Augg. Coss. nempe an. 458. alteram quoque posteriorem 86. ad eumdem Nicetam missam existimarunt. Januario equidem Aquilejensi Episcopo Leo scripsit tertio Kal. Julii, vel 1. Kalend. Januarii Alipio, & Ardabure VV. CC. Coss. anno scilicet 447. quæ epistola in editione Raynaudi est tertia, et in Quesnelliana XIV. prohibens, ne clerici, qui Pelagiani aliquando fuerint, ad superiores ordines queant promoveri. Hinc clare patet ante relatam quoque Leonis Epistolam ad hunc eumdem Januarium datam fuisse, & quidem ante tertiam, seu XIV. ut notat idem Quesnellius, qui proinde in sua S. Leonis operum secunda editione ei sextum locum assignat. Hinc vero difficile non est redarguere Ughellum Januarium post Nicetam in hac serie locantem, cum Januarius, cui an. saltem 449. D. Leo scripsit, sit præponendus Nicetæ, cui idem Leo an. 458. literas dedit. Vide Norisium, & Quesnellium locis citatis.

(2) In Synodis Romanis an. 502. 504. *Bonifacius* legitur modo Aquævivensis, modo Aquilejensis. Sed is verè fuit Aquævivensis. *Lucent.*

netæ regionis caput constituit, titulo tum Gradensis, tum Aquilejensis insignitus. Hujus rei ita narrat historiam Dandulus.

Helias Venerabilis Episcopus Ecclesiam S. Euphemiæ in domo pro sua habitatione in Grado construxit, & consulto, & decreto Pelagii Papæ II. Episcoporum concilium celebravit in ipsa Ecclesia S. Euphemiæ, quam, translata sede, totius Venetiæ & Istriæ Metropolim, auctoritate Papali, de voluntate Synodi instituendam proposuit; prout ex infrascriptæ constitutionis tenore, quem, ut nascentis Ecclesiæ dignitas à posteris memorabilis habeatur, sicut in authenticis, & vetustissimis codicibus reperimus, singulariter describemus. In nomine Domini nostri Jesu Christi, summi, æterni Dei nostri, imperante Domino serenissimo Tiberio Constantino Augusto, anno imperii ejus quinto, eodem Consule sub die tertio nonarum Novembrium indictione 13.a Cum in Civitate Gradensi Helias Episcopus sanctæ ejusdem novæ Aquilejen. Ecclesiæ una cum Martiano, Leoniano, Petro, Vindemio, Virgilio, Joanne, Clarissimo, Patritio, & reliquis Episcopis, & sacerdotibus, quorum nomina subscriptiones propriæ manifestant, in Concilium eo venissent, & in nova Basilica S. Venerabilis Martyris Euphemiæ consedissent, sedentibus quoque Presbyteris, plurimis assistentibus Diaconis, propositis in medio sacrosanctæ Ecclesiæ Evangeliis, Helias primæ sedis Episcopus, dixit: Ineffabilia sunt opera Domini nostri Jesu Christi, quibus misericordi benignitate fragilitatem nostram frequentare donatur, Sanctissimi fratres. Nam inter angores, quibus Ecclesia Domini circumquaque depressa suspirat, & gentium ferocissimas clades, quæ miseræ nostræ provinciæ reliquias quatere, ac devastare non cessant, fateor, me non præter spem, sed ut verius dixerim, supra spem meam ad hunc venerabilem cœtum vestrum invitasse sanctissimam charitatem. Angebar, ne quid undecumque votis communibus obstitisset. Verùm quia ut præfatus sum, Jesus Christus verus Deus, & Dominus noster, supra quem credidimus, & speravimus, præstitit, ut vestra nunc in illo præsentia perfruamur. Dignum vero charissimi fratres mansuetudo vestra duxit ex consensu Beatissimi Apostolicæ sedis Papæ Pelagii, cui jam ante communi nostrum intuitu descripsimus necessitudinem, si vestræ placeat sanctitati, hanc Civitatem Gradensem nostram perpetuo confirmare Metropolim, novamque vocare Aquilejam. Quoniam ut prælibavimus, intervenientibus malis nostris, quotidie hostile perpatimur flagellum. Jampridem ab Attila Hunnorum Rege Aquileja civitas nostra funditus est destructa: & postea Gothorum incursu, & cæterorum barbarorum quassata vix respirat, sed etiam nunc Longobardorum nefandæ gentis flagella sustinere non valens, ex consensu Beatissimi Apostolicæ sedis Papæ Pelagii, cui jam ante descripsimus necessitudinem, si vestræ sanctitati placeat, hanc Civitatem Gradensem nostram confirmare perpetuo Metropolim, novamque eam vocare Aquilejam. Sancta Synodus dixit, quæ vestra proponit beatitudo, omnes pari affirmamus assensu. Si vestræ sanctitati placeat, Beatissimi Papæ Pelagii privilegium pro hac ipsa intentione ab ipso transmissum, in medio recitandum deferatur. Laurentius Presbyter Legatus Apostolicæ sedis repræsentavit privilegium, quod suscipiens Epiphanius Notarius in medio stans recitavit privilegium Gradensis Ecclesiæ.

a Anno Christi 579.

Pelagius sanctæ Ecclesiæ catholicæ Urbis Romæ Episcopus Heliæ Aquilejensi Patriarchæ. Convenit Apostolico moderamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, & poscentium animis ab hac re devotione impartiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimum à conditore omnium proculdubio promerebimur, si venerabilia loca opportuno transmutata tempore, nostro fuerint studio ad meliorem sine dubio statum perducta. Igitur quia petisti à nobis per immissionis tuæ, venerande frater, breviarium, consentientibus suffraganeis tibi Episcopis, quatenus Gradense Castrum totius Venetiæ fieri & Istriæ Metropolim ad regendam sanctam Ecclesiam, atque cum Dei timore dispensandam, emissa præceptione concedere deberemus. Quapropter vestri compatientes mœroris necessitudinem, imo etiam rabiem furentium perpendentes Longobardorum, inclinati precibus vestris, per hujus præcepti seriem suprascriptum Castrum Graden. totius Venetiæ fieri cum omnibus vestræ Ecclesiæ pertinentibus, etiam Istriæ Metropolim, perpetuo confirmamus. Statuentes quapropter Apostolica auctoritate super interminatione futuri judicii, nulli licere nostrorum successorum, vel alii cuilibet, hæc, quæ à nobis decreta sunt pia, in quoquam destruere, aut convellere; quæ potius firma stabilitate inconvulsa manere diffinimus, atque sub anathematis vinculo perpetuis temporibus observanda. Quamobrem hortor te semper relevare oppressos, semper corripere inquietos, ut zizania dominicam non possint suffocare messem. Gratia Domini nostri Jesu Christi, & omnis charitas Dei sit semper vobiscum. Data 12. Kal. Martii imperante Tiberio II. C. Augusto.

Quo perlecto, universi Episcopi voce compari: Exaudi Christe, Pelagio vitam, omnes uno consensu sanctissimi Pelagii præceptionem, & vestram sequimur confirmantes sententiam. Observandum enim ex Apostolica auctoritate decernimus, hanc Graden. Civitatem vestram Metropolim perpetuis temporibus esse. Quicumque vero confirmationis hoc nostræ violare decretum præsumpserit, anathema, sancta Synodus tertio affirmavit: Fiat, fiat, fiat.

Helias primæ sedis Episcopus dixit: Si vestræ Beatitudini placet, recitentur etiam necessariæ causæ ad Ecclesiæ statum pertinentes, pro quibus vestram unanimem sanctitatem ad nos usque similiter fatigati rogitavimus. Sed ut magis dispositionum nostrarum determinata jam sedis hujus quæstione rite constet ordiri primordia, recitetur Deo gubernante nobis primum fides sanctorum Patrum, quæ cunctis actionibus nostris deinceps secuturis velut immobile fundamentum existat, de fide catholica sanctorum Patrum.

Sancta Synodus respondit: Justissimum est recitari quod utilissime provenit audiri. Epiphanius Not. ex codice synodali recitavit.

Sancta, magna, & universalis Synodus, quæ secundum Dei gratiam & sanctitatem piissimorum Christianorum Imperatorum nostrorum Valentiniani, & Martiani congregata est apud Chalcedoniam, Metropolim Bithyniæ Provinciæ, in atrio sanctæ & Venerabilis Euphemiæ definivit subter annexa. Dominus noster, & Salvator Christus notitiam fidei confirmans discipulis suis ait, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne ullus à proximo suo dissonam doctrinam pietatis ostendat. Quoniam vero non quievit nequissimus suam zizaniam inspargere, novi aliquid contra veritatem semper inveniens, ob hoc consuete Dominus noster providens, humano generi piissimum & fidelissimum principem ad zelum fidei suscitavit; qui undique sacerdotum principem ad se convocat, quatenus gratia Domini feliciter impetrante ab omnibus Christi dogma quidem mendacii submoveret, germen autem pietatis, & veritatis pingue efficeret; quod quidem & fecimus communi decreto dogmatum fugantes errorem, integram vero Patrum revocantes fidem; 318. Patrum Symbolum prædicantes, & tanquam domesticos, quod pietatis hujus compositionem receperunt Patres adscribentes, qui postea apud Constantinopolim convenerunt 150. qui & ipsi eandem fidem subsignaverunt. Definimus igitur ordinem, & omnes formam fidei conservamus nos quoque. Apud Ephesum olim facta est sancta Synodus, in cujus congregatione Præsules fuerunt sanctæ memoriæ Cœlestinus Romanæ Urbis Antistes, & Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ Præsul. Egere quidem rectæ, & immaculatæ fidei expositionem Concilium 318. Patrum ad Nicæam, simul cum piæ recordationis Constantino Principe congregatum: obtinuere autem etiam 150. Sanctorum Patrum

apud

apud Constantinopolim definitam ad interemptionem tunc exortarum hæresum. Confirmationem vero ejusdem catholicæ nostræ fidei apud Niceam 318. Patrum.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ visibilium omnium, & invisibilium; & in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, qui natus est ex Patre ante omnia sæcula. Deum verum de Deo vero; genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, atque humanatus est, & passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlum, venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem, qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat, & priusquam nasceretur, non erat, & quia ex inde extantibus factus est, aut ex alia substantia, dicentes, esse aut convertibilem, aut mutabilem Filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apostolica Dei Ecclesia.

Helias sanctæ Ecclesiæ Aquilejensis Episcopus his gestis subscripsi.
Laurentius Presb. Apostolicæ sedis Legatus his gestis subscripsi.
Martianus Episcopus S. Ecclesiæ Opiterginæ his &c.
Leonianus a Episcopus S. Ecclesiæ Toborriecensis b *his &c.*
Petrus Episcopus s. Eccl. Alsinacis c *his &c.*
Vindemius Episcopus s. Eccl. Cæsen. d *his &c.*
Virgilius Episcop. s. Eccl. Patavinæ his &c.
Clarissimus Episc s. Eccl. Celicanæ e *his &c.*
Patricius Episcop. s. Eccl. Emonen. his &c.
Adrianus Episcopus s. Ecclesiæ Polen. his &c.
Maxentius f *Episcopus s. Ecclesiæ Julien. his &c.*
Severus Episcopus s. Ecclesiæ Triestinæ his &c.
Solatius Episcopus s. Ecclesiæ Veronen. his &c.
Joannes Episcopus s. Ecclesiæ Parentinæ his &c.
Aaron Episcopus s. Ecclesiæ Aventien. his &c.
Martianus Episcopus locum faciens viri Beatissimi Ingenuini Episcopi s. Ecclesiæ Sederestiæ his &c.
Virgilius Episcopus s. Ecclesiæ Scaravacien. Superveniens sanctæ Synodo his gestis mihi relictis &c.
Laurentius Presb. supervenien. in sancta Synodo locum faciens viri Beatissimi Frontei Episcopi s. Ecclesiæ Feltrinæ his gestis mihi relictis subs.
Martianus Episcopus S. Ecclesiæ Patenatis supervenien. in sancta Synodo his gestis mihi relictis &c.
Laurentius Presb. super statutis Deo gratias agens subs.
Emarus g *Presb. super statutis Deo gratias agens subs.*
Sergius Presb. &c subscripsi.
Dorotheus Presb. super &c. subsc.
Laurentius presb. super statutis &c. subs.
Albinus presb. super statutis &c. subs.
Leo presb. super statutis &c. subsc.
Martianus presb. super statutis &c.
Severinus h *presb. super statutis &c.*
Lucidus i *presb. super statutis &c.*
Castus presb. super statutis &c.
Provincialis presb. super statutis &c.

Helias itaque de Aquilejensi Episcopo, factus novæ Aquilejæ Patriarcha existente Synodo, corpora Ss. Hilarii, Tatiani, ac Quirini Mart. in Ecclesia S. Euphemiæ, quam ipse construxerat, dignissime collocavit. Similiter Ss. Cantii, Canciani, & Canciauillæ membra in Ecclesia S. Jo: Evangel. *hic Pontifex cum honore reposuit. Sanctarum vero Virginum Euphemiæ, Dorotheæ, Theclæ, & Erasmæ ossa in Ecclesia S. Mariæ solemniter tumulavit. Corpora etiam 42. Martyrum in Ecclesia S. Vitalis devotissime recondidit. Hæc omnia, quæ in Synodo facta sunt, Tiberio Augusto patefacta imperiali decreto confirmata sunt.* Habet deinde Auctor. *Hic Patriarcha quoddam Paganorum templum in honorem Bethel in contiguo littore in monte puellarum sub S. Petri Apostoli vocabulo transmutavit, & non procul à vicina Insula Monasterium Monachorum in honorem S. Mariæ constituit, ubi sibi revelatum fuerat, quod Barbanum nuncupavit, quia vir Catholicus Barbanus nomine, qui cum Tarilesso socio suo de Tarvisio illuc confugerat, constitutus ibi primus Abbas.* Præfuit Helias annis 14. mens. 10. dieb. 11. K; mortuusque est anno 589. & in Ecclesia S. Euphemiæ, quam ipse construxerat, sepultus est.

(„ *Elias, natione Græcus, ut in Gradensibus* „ *Ughellus, cum renunciatus esset Aquilejensis Ar-* „ *chiepiscopus, & Aquilejæ inter Christianæ rei in-* „ *fensissimos hostes haud tuto se degere posse animad-* „ *verteret, Pelagium II. rogavit, ut Metropolita-* „ *na sedes Aquilejensis Gradum transferretur. Pe-* „ *lagius, tum ut initio Pontificatus schismaticorum* „ *Principem collatis beneficiis erga sedem Apostoli-* „ *cam reverentiorem faceret, tum quod sub Roma-* „ *no Imperio viventem ad obedientiam facilius re-* „ *vocari posse intelligeret, Heliæ precibus annuit,* „ *delegavitque Laurentium presbyterum, qui cum* „ *literis Pontificiis synodo Provinciæ ea de causa ce-* „ *lebrandæ suo nomine adesset. Coacta est synodus* „ *apud Gradum die 3. Novemb. an. 579. in qua post* „ *assensum sedis translationi præbitum, contra V.* „ *Concilium schismatici Episcopi iterum jurarunt.* „ *Quod videns Pelagius an. 586. Redemptum E-* „ *piscopum, unaque Quodvultdeum Abbatem ad* „ *eosdem Legatos misit cum literis, ut rogati ad pa-* „ *cem venirent. Helias, & Collegæ Pelagii legatio-* „ *ne audita & ipsi cum literis Nuncios Romam mi-* „ *serunt, execrabili superbia mandantes, ut lite-* „ *ris Papæ datis ne verbum quidem supra adde-* „ *rent. Non despondit animum Pelagius, sed ite-* „ *rato ad eosdem scripsit. At illi & factum defende-* „ *re, suamque stultitiam Pelagio instillare longiore* „ *Epistola pertentarunt. Quare benignissimus Pa-* „ *ter tertiò jam tandem rebelles filios prolixa satis* „ *ad eosdem data Epistola monere non destitit. Tres* „ *has Pelagii Epistolas lege apud Harduinum in* „ *collect. Concil. tom. 3. col. 414. Sed cum surdis se ca-* „ *nere intelligeret, abjecto calamo armata manu* „ *cum schismaticis agendum ratus Smaragdum* „ *Exarchum contra eosdem per literas concitavit,* „ *qui Pontificis jussa impigre executus minaces ad* „ *Heliam, reliquosve, qui sub Imperatoris potesta-* „ *te erant, literas dedit, obedientia erga Aposto-* „ *licam sedem imperata. At illi coacta synodo Ora-* „ *tores ad Mauritium mittere decreverunt, à quo* „ *etiam, ne quid molestiæ ipsis inferretur, impe-* „ *trarunt. Cæterum paulo post Helias decessit; schis-* „ *maticus ne, an pœnitens, lis adhuc ex diverso-* „ *rum opinione sub judice est. Hinc plane vulgata* „ *apud scriptores rerum Forojulien. de Helia opinio* „ *rejicienda est: etenim in Manichæorum illum hæ-* „ *resim delapsum fingunt, indeque Pelagii literis* „ *revocatum, quod in elogio in aula Patriarchali* „ *Utini eidem Heliæ inscripto etiamnum legitur,* „ *quam Manichæam hæresim Heliæ quoque successo-* „ *ri Severo perperam affricant. Hæc omnia late* „ *deducit Card. Norisius in laudata dissert. de V Sy-* „ *nodo cap. 9. §. 4.)*

46 SEVERUS Ravennas in hac dignitate Heliæ successit anno 589. Hunc Smaragdus Patritius cum aliis tribus Istriæ Episcopis Ravennam abductum in Manichæi verba jurare coegit. Gradum reversus, quòd cum Joanne Archiepiscopo Ravennate sociasset errorem, tanquam hæreticum devitarunt. Qui tandem in Synodo decem Episcoporum Marani celebrata, ejurato errore, ut legitimus Patriarcha exceptus est. Porro qui interfuerunt illi Synodo Episcopi hi fuerunt: Petrus Altinus, („ *Clarissimus Celican.*) Ingenuus *l* Sabionensis, Angelus *m* Tridentinus, Junior Veronensis, („ *Horontius Vicentinus*) Rusticus Tarvisinus, Fontejus Feltrias, Angelus *n* Asilins, Laurentius Bellunensis, Maxentius Juliensis *o*, & Hadrianus Polen- XXV

a Al. Leonianus. *b Al. Tiburniensis.* *c Al. Altinatis.* *d Al. Cesensis.* *e Al. Celejano.* *f Al. Maxentius.* *g Al. Ennurinus.* *h Al. Severentinus.* *i Al. Lucillus.*

Kal. ex Ms. Bibl. Barberinæ inter Gradens. ab Ughello relato.

l Al. Ingenuinus. *m Al. Agnellus.* *n Al. Agnellus.* *o Hi duo omittuntur à Paulo Diacono.*

sis. Præfuit Severus annos plurimos, mortuusque est anno 605. relinquens bona sua Ecclesiæ S. Euphemiæ, commendans Sacerdotibus, ut omni die Sabbati pro ipso Missas celebrarent, atque oblationes offerrent, mensamque pauperum fieri jussit, & in eadem Ecclesia sepelitur.

(,, *In hoc Severo quantum sint hallucinati Sigonius l. 1. de Regno Ital. an. 586. Panvinius l. 3. antiq. Veron. c. 9. Rubens l. 4. hist. Rav. & ex recentioribus Palladius l. 1. hist. Forojul. & ab his deceptus Ughellus, dum inquiunt Severum Ravennæ in Manichæi verba jurare coactum, eruditus Noris advertit. Severus iste si in Manichæorum crimina præceps actus, à Joanne utique Ravennaten. Antistite. Igitur Joannes iste Manichæus, & Manichæorum propugnaculum. Et si hujusmodi, non innotuerat Magno Gregorio pervigili Christiani ovilis custodi? & qui oves omnes agnoverat, hunc tantum Ravennatem Pastorem ignorabat? Sciebat profecto esse hunc in soliditate unius Romanæ confessionis sincerissimum. Habes ex Gregorianis Epistolis, in quibus fides, studium, & pietas hujus Joannis extollitur, & Severi Aquilejensis Patriarchæ protervia damnatur. Huic libros de Cura pastorali nuncupavit, sacra donaria ab urbe misit, condoluitque inconsolabiliter demortuo, ut ex lib. 4. Epist. 23. Severus porrò à Smaragdo Exarcho captus, & Ravennam deductus, Joanne ibi edocente, schisma ejuravit una cum Jo: Parentino, Severo Tergestino, ac Vindemio Cenetensi cum Severo Ravennam deportatis. Sed Gradum reversus, cum à perfidis schismaticis Catholicus homo evitaretur, in Synodo congregata Marani stetit, & schisma rursum amplexus est.*

Gregorius ubi ad culmen Apostolatus pervenit haud immoratus est severissimis literis datis an. 590. mense Decembri uti præstitæ fidei prævaricatorem compellare Severum, quem & ad se Romam cum suis sequacibus venire præcepit, adjecitque contra rebelles Mauritii Imperatoris decretum. Sed hi Pseudo coacta Synodo persistiterant in sententia, ne ullus Romam ad Synodum proficisceretur: & res ad Mauritium deferretur. Nomina Episcoporum, qui memoratum conventiculum conflarunt, hæc sunt, ut apud Hard. Concil. tom. 3. fol. 526. Ingenuinus Sabionensis in secunda Rhetia. Maxentius Episc. Juliensis. Laurentius Bellunensis, Augustus Concordiensis. Agnellus Tridentinus. Agnellus Acelinus. Junior Veronensis. Fontejus Feltrensis. Felix Tarvisinus. Horontius Vicentinus. *Interea Severus apud Gradum Synodum alteram cum Istriæ Episcopis habuit, atque in unam sententiam itum, ut à Pontifice Cæsarem appellarent. Hinc tres Epistolæ ad Mauritium missæ sunt; utraque Pseudosynodus scripsit, privatas etiam Severus addidit: quibus Mauritius à priori sententia motus est, jussitque schismaticis nullam deinde inferri molestiam. Cæterum cum nullis unquam Gregorii monitis ad pacem potuerit compelli Severus an. 605. fatis concessit: In cujus elogio in Utinensi Patriarcharum aula inscripto, præter ea, quæ leguntur* de Manichæorum erroribus assensu, *& quod à* Gregorio I. ad Catholicam veritatem redire revocatus hanc in Episcoporum Provinciali Synodo publice professus sit, *corrigenda, illud sane tolerari nullo pacto potest, quod de eodem ibidem scriptum legitur;* Sancte vixit, obiitque. *Etenim usque ad S. Gregorii mortem Severus schismaticorum caput extitit, & non modo ipse ad Ecclesiæ unionem venire recusavit, sed & Firminum Episcop. Tergestinum præmiis quidem iteram ad schisma pellexit, dein recusantem civilibus dissensionibus afflixit. Idem contra Gregorium semper stetit, ac datis ad Mauritium literis s. Pontificis desideria, atque operam elusit. Hinc falsum omnino est quod in Ms. Chronico Aquilejen. apud Dandulum ab Ughello in tabulis Gradensium Patriarcharum legitur, Severum à S. Gregorio Patriarchalis sedis ad Gradum translationis iteratam approbationem obtinuisse. Adeò enim Gregorius Severi nomen abhorruit, ut illius urbem vel eleemosynis indignam prorsus arbitraretur. Vide de his late disserentem Card. Norisium in Dissert. hist. de V. Synodo. c. 9. §. 4. & 5.*)

Defuncto Severo (1), Gisulphus Dux Forojuliensis Joannem Abbatem per Clerum Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcham designandum curavit: Gradenses vero Candianum elegerunt. Enatum itaque hujusmodi schisma has sedes ita diduxit in partes, ut ex authoritate deinceps Pontificia pro uno Patriarcha, duo legitime existerent, Gradensis scilicet, & Aquilejensis. Hinc ipsarum Ecclesiarum divisio consecuta. Aquilejensi omnes Episcopi paruerunt, qui in continenti Venetia, quæ erat Longobardorum, sederunt. Gradensi ii, qui æstuaria, atque Istriam, Imperatorem respicientem, tenuerunt. De qua re legendus Baronius ad annum 605. Sigonius lib. 2.

27 JOANNEM itaque Abbatem Severus in Aquilejensi sede excepit anno 605. Vixisse Joannem in ea dignitate annis duodecim scribit Candidus, alii 22. *a* Extat ejusdem Epistola ad Agilulphum Regem contra Candianum à Clero in Gradensem Episcopum electum, apud Baron. (2) XXVI

a Hic quoque vixit in schismate.

28 (3) MARTIANUS ex Pirano Istriæ Oppido ortus, ab Helia Patriarcha educatus, atque Presb. ordinatus, in Synodo Gradensi translationem sedis cum cæteris approbavit: defuncto Severo Joanni adhæsit, eidemque mortuo successit in veteri Aquilejensi Ecclesia, quem Claudius Robertus vixisse ait anno 633. *b* Dandulus ante Candianum hunc reponit, habetque Severo successisse, ac sedem tenuisse annis 3. mense 1. diebus 5. Certe tamen habemus, post Severum enato schismate inter Joannem, & Candianum, non potuisse Martianum superstitibus iis has Ecclesias administrare. XXVII.

b Semper schismaticus.

(,, FORTUNATUM *deinde post Martianum in hac Cathedra sedisse docent antiqui hujus Ecclesiæ Catalogi, illumque esse reor, qui, defuncto Cypriano, Gradensem quoque sedem invaserit, suffultus Longobardorum favore, ut ipsemet Ughellus in Gradensibus enarrat; à qua tamen statim ejectus, Gradensibus civibus Romanæ Ecclesiæ addictis schismaticum hominem minime ferentibus, Cormonam tum Aquilejensis Præsulis sedem* ,, as- XXVIII.

(1) Mortuo Severo Martianum quemdam successisse Chronicon Aquilejense, ac Danduli historia recitant, adduntque per triennium eum sedem tenuisse, sed ex Jo: Diacono l. 4. de vita S. Gregorii oppositum patet, nempe à Severi obitu diœcesim Aquilejensem in duas esse distractam, quod etiam constat ex libello schismaticorum, quas ex veteri Ms. laudat Baronius ad an. 605. *Defuncto*, inquiunt, *itaque Severo ordinatur loco ejus Joannes Patriarcha in Aquileja eo tempore, quo Agilulphus rex Longobardorum regnabat; in Grado quoque ordinatus est hæreticus Candianus.* Noris in dissert. hist. de V. synodo c. 9. §. 5. De hoc Martiano Ughellus his post Joannem agit: in Gradensibus vero male post Severum posuit. Indeque nos illum expungemus.

(2) Hieronymus Megiserus in Chronica Carinthiæ, lib. 5. cap. 11., authoritati Sigonii, & Ven. Bedæ innixus, Joanni tribuit successorem Agrestinum quemdam Monachum, & Eustasii Luxoviensis Abbatis Discipulum. Sed vel Megiserus male interpretatus est Sigonium, vel hic non bene intellexit verba Bedæ; ait enim Sigonius lib. 2. ad annum 621. *Postero anno, ut narrat in Vita S. Eustasii Beda, Agrestinus Monachus Luxoviensis, relicto Abbate suo Eustasio, venit Aquilejam, atque Ecclesiam illam nullius ab Ecclesia Romana propter tria Chalcedonensis Concilii capita dissidentem, se disfidis ejus defensorem exhibuit, ac venenatam super ea re epistolam per Aurium Adelualdi Regis notarium ad Bobiensem Abbatem Attalam scripsit.* Ex his Sigonii verbis Megiserus male putat Agrestinum Patriarchatum assequutum fuisse; ut clare colligitur ex Bedæ verbis, quæ habentur in Tomo 1. Operum suorum ad Vitam s. Eustasii, & ad diem 29. Martii in Actis Bollandianis: *Itaque veniens (inquit Beda) Aquilejam jactus statim schismaticis effectus, Romanæ Sedis à communione sejunctus, ac divisus est, totius orbis communionem, quicumque Romanæ sedi jungerentur damnans, in sola Aquileja Orthodoxam fidem retineri decertans: quo schismate imbutus epistolam venenosam ad Beatum Attalam Bobiensis Cœnobii rectorem per Aureum Adalualdi Regis Longobardorum notarium dirigit &c.* Porro ex hisce Bedæ verbis constat quidem Agrestinum Aquilejæ degisse, sed illum Patriarchali honore decoratum fuisse non satis probari manifeste apparet. Cæterum admonendus hic lector Vitam s. Eustasii male attribui Bedæ, cùm ejus Author fuerit Jonas quidam Abbas, prout clarè ostendunt Acta Bollandiana ad diem X. Martii in vita B. Attalæ. *Monachus.*

(3) Documenta Mss. Ossiacensis Benedictini in Carinthia Cœnobii memorant cujusdam Popponis, Aquilejensis Præsulis, Ozzi illius filii, qui seculo Christi septimo illud cœnobium fundasse perhibetur. De eo verba esse conjecturas Schonlebius in Annal. Carniol. p. 339. & nunc inter Joannem, & Martianum, seu inter hunc & Maximum, nunc inter Marentium & Urbanum, vel inter Urbanum & Andream seculo nono Popponem illum locari posse affirmat. Ego puto omnino prætereundum, cum & monumenta ætate à recentiori Aloma confecta convincantur, & de hoc Poppone nulla apud Aquilejenses extet memoria.

„ *asportato Gradensis Ecclesiæ thesauro se recepit.*] A

XXIX

a FELIX Schismaticus.

29 MAXIMUS (1) omittitur ab aliquibus, tamen clarus habetur in Synodo Romæ habita à Martino I. Papa an. 649. ubi Sergius Pyrrbus, Paulus Constantinopolitanus, & Cyrus Alexandrinus Patriarchæ hæretici sunt condemnati. Hunc Maximum invenio aliquando vocatum Maximum FELICEM, unde aliqui pro uno duos scripsere fuisse eodem anno 649. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchas. Tenuit Maximus Felix sedem hanc an. 14.

XXX

30 IOANNES ejus nominis II. sedit anno Domini 660. præfuitque annos X. („ *Et hunc schismaticum fuisse autumo.*)

XXXI

b Et hic Schismaticus.

31 PETRUS *b* Aquilejensis Patriarcha successit Joanni anno 670. sedit annis 14. Hic à nonnullis recensetur Agatho anno 680. qui interfuit Romano Concilio sub Agathone Papa. In Codice Nonantulano vetustissimo reperitur scriptus, *Agatho Episcopus Aquilejensis c*: quamobrem suspicatus sum Agathonem hunc Aquilinæ Civitatis hoc nostro seculo, & olim jam ante desolatæ, obliteratique tituli fuisse Episcopum. B

c Idest Aquilejæ novæ Episcopus, de quo in Gradensibus.

XXXII.

d Hic prædecessorum damnavit contumaciam, & Synodum V. recepit.

e De qua Pagius in Annal. Baron. ad an. 698. n. 23.

32 SERENUS *d*, cui Gregorius II. pallium misit, rogante Rege Luitprando, ad quem etiam extat epistola ejusdem Gregorii, cùm ille Gradensis Ecclesiæ jura invadere niteretur anno 729. hujus male in annum Domini 726. (2) obitum alii referunt, cùm superstitem fuisse adhuc videatur. Sub quo Aquilejæ Synodus *e* celebrata est, teste Petro Diac. lib. 6. cap. 13. ut Concilium Chalcedonense in ea Provincia ab iis omnibus reciperetur, qui hactenus oppugnarant.

XXXIII.

f tom. 9. ad an. 729. & infra in Gradensibus.

33 CALLISTUS, Tarvisinæ Ecclesiæ Archidiaconus, Serenum ad sedem consecutus est anno 730. Luitprando Rege favente: sub quo facta est divisio diœcesis Forojuliensis, & Gradensis ex permissu Gregorii III. anno 733. de qua re legenda epistola ejusdem Gregorii ad Callistum apud Baronium *f*. Hic etiam cum Aquilejensibus Patriarchis turpe arbitraretur Cormonæ domicilium, ubi ad eam diem fuerant commorati, ex quo Elias præfuerat, Forojuliensem Civitatem adivit, exactoque Amatore ejus loci tertio Episcopo, civilem, festamque populo illam sibi adlegit pro sede. Non tulit autem Pemmon Dux Forojuliensis æquo animo Amatori illatam injuriam, cùm Callistum Patriarcham eo nomine carcere mulctasset, eumque in mare præcipitare voluisset. Intervenit autem invicem certantibus Luitprandus Rex, ira percitus, Pemmonem Forojuliensi spoliavit Ducatu, filio suo Rachisio donavit, exsolutoque Callisto, qui Ducem impulerant ad id consilii, eos omnes ad unum insigniter dicitur punivisse. Callistus demum è carcere eductus, postquam Basilicam in civitate Austria pulcherrimam condidisset, obiit circiter anno 770. pontificatus sui 40. C

XXXIV.

g Hic est ignotus scriptoribus Aquilejen. neque de eo ulla mentio in Catalogis hujus Ecclesiæ.

(„ *JOANNES g sedebat an. 772. quo Venetorum* „ *legati ad Stephanum Papam missi, eo defuncto ad* „ *Adrianum devenerunt expostulantes, ut Joannem* „ *Aquilejensem Episcopum Ecclesiasticis armis contineret, eo quia fultus Longobardorum viribus* „ *haud mediocre Gradensi Ecclesiæ damnum quotidie inferret, & Episcopos insuper Istriæ ab ea* „ *contra Romanorum Pontificum decreta removere* D

„ *auderet, ut docet Oldoinus in addit. ad vitam Adriani I. & sanè ex Baronio edocto à Sabellico in* „ *Enneade 8. lib. 8. circa finem. Sed & multo ante* „ *Joannem adfuisse Zachariæ Papæ Capellam S.* „ *Petri Lubniæ consecrantem docet Arnulphi privilegium Frisingensi Ecclesiæ concessum, & nuper à* „ *Jo. Christophoro Lunig tom. 2. Spicilegii Ecclesiastici relatum sequentis tenoris.*

„ In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

„ Arnolfus divina favente Clementia Rex. Si erga loca divino cultui mancipata curam gerimus, „ & aliqua eis pietatis nostræ impenderimus subsidia, pro æterna adipiscenda salute, hoc nobis „ non ambigimus esse profuturum. Quapropter omni patescat Christicolarum agnitioni, quomodo „ nos pro divinæ remunerationis emolumento, nec „ non ob interventum Waldonis, Sanctæ Frisingensis Ecclesiæ præsulis, quandam juris nostri capellam in Sclaviniæ partibus ad curtem nostram, „ quam Lubnia, vulgo Lurna vocatur, consistentem, quàm Zacharias Papa, ob hæreses quasdam „ illis in partibus obortas, necandas illo veniens „ Johanne Aquilegens. Præsule assistente, in honore Sancti Petri consecraverat, Pipini Regis „ ob amorem, cum omnibus appendiciis suis, ad „ præfatam Sanctæ Dei Genetricis Ecclesiam, electumque Christi confessorem Corbinianum, qui „ ibi corporaliter requiescit, perpetualiter consistendam tradidimus, cum curtibus, & ædificiis, „ familiis, atque mancipiis, decimis utraque Tharavi fluvii in parte ad ipsam capellam antiquitus terminatis, censibus, terris cultis, & incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, „ viis, & inviis, exitibus, & redditibus, quæsitis, „ & inquirendis universis, quæ legaliter ad ipsam „ capellam pertinere censentur, & jussimus hunc „ præsentem muniminis nostri titulum inde conscribi, firmiter imperantes, ut eandem capellam cum universa integritate sua ad prælibatam „ principalem Sedem Diœcesis suæ nostris, futurisque temporibus pertineat, atque consistat; ut „ ita Rectores ejusdem Ecclesiæ perbenni semper „ utantur arbitrio, quidquid inde facere libuerit „ sine ullius obstaculo. Et ut hoc verius credatur, „ diligentiusque ab omnibus conservetur, manu „ nostra idem roborantes præceptum annulo jussimus nostro insigniri. Signum Arnolfi piissimi „ Regis. Engilbert notarius ad vicem Dietmari „ Archicapellani recognovi. Data XII. Kalend. „ Augusti *h* anno Incarnat. DCCCXCII. Ind. „ VIII. anno Regni Domini Arnolfi Regis IV. „ actum Mathahove feliciter. Amen.

h sequentes Epochæ inter se non conveniunt.

„ *Cæterum Capella hæc S. Petri, à Zacharia Papa consecrata, adhuc extat in Carinthia superiori ultra flumen Dravum in Diœcesi Salisburgensi* „ *tribus mille circiter passibus supra oppidum Spitali in sylva, ubi antiqua urbis visuntur rudera,* „ *quam Teurniam Plinii seu etiam Tiburnia fuisse* „ *multa documenta ostendunt. Patet hinc etiam Patriarchas Aquilejenses jurisdictionem spiritualem* „ *habuisse in Carinthia ultra Dravum sita, quæ ipsis* „ *adempta fuit per sententiam Caroli Magni, divisione Diœcesis Aquilejensis a Salisburgensi facta:* „ *assignando utrique terminum Dravum fluvium,*

Italia Sacra Tom. V.

B 3 „ *prout*

(1) *Subscriptio*, qua se Maximus iste in synodo Romana à Martino I. Papa habita an. 649. Aquilejensem Præsulem vocat, Ughello imposuit, ut crederet Aquilejæ Maximum præfuisse. Verum non Aquilejæ, sed Gradi Antistes fuit Maximus, (tunc enim, qui Gradi sacris præerat, Aquilejensis Episcopi nomine adhuc appellabatur, sicut & Gradus ipsa nova Aquileja) de quo Ughellus ipse inter Gradenses. Fortunato vero, ut Aquilejensis Ecclesiæ vetusti afferunt Catalogi, Felix immediate successit, quem cum vixisse reperisset Ughellus eodemmet tempore, quo Maximus, binominem perperam putavit, ideoque Maximum Felicem appellat, in unum duos diversarum Ecclesiarum præsules cogens. Atque hinc evanescit argumentum, quod eminentiss. Norisium in dissert. de synodo V. c. 9. §. 4. impulit, ut contra Bedæ, Pauli Diaconi, & libri Pontificalis fidem, & auctoritatem, communemque post eos scriptorum sensum asseveret, Aquilejense schisma haud perdurasse usque ad Sergii Papæ tempora, qui sedit ab an. 687. sed longe ante Aquilejenses Antistites Romanæ adhæsisse confessioni. Nullum enim pondus novæ sententiæ potest accedere ex subscriptione Maximi Aquilejæ novæ, seu Gradi pontificis præfato sub Martino Concilio, nullum ex subscriptione Concilio ab Agathone Papa an. 680. Romæ celebrato Agathonis Aquilejensis Episcopi: nam & hunc quoque Aquilejæ novæ præfuisse infra dicemus.

(2) Sereni obitus refertur in an. 726. Sed in serie Ughelli ad ulteriores annos protrahitur, ideo quia Ecclesiæ Gradensis jura an. 729. invadere niteretur, quod nos ex Donato Patriarcha Gradensi improbamus. Cum enim hic (ut ibi clarissimè habetur) eo in solio annos 7. produxerit ab an. videlicet 717. usque ad 724. quo obiit, ejusque permotus querelis Gregorius II. redargutorias ad Serenum misisset Epistolas, id sane non evenit an. 729. Quare hinc non suadendum superasse Serenum annum Christianæ salutis 726. Corrigendus insuper Baronii locus, unde Ughelli mendum. Anno enim 729. n. . inquit: *Hoc tempore, nempe triennio antequam successor hujus* (idest Gregorii) *itidem Gregorius III. ejus nominis dictus sederet, contigerunt insta querela Donato Gradensis Patriarcha adversus Serenum Forojuliensem Antistitem, cujus rei causa reperiuntur scripta Epistola hic recitanda. Præerat hoc tempore Serenus Ecclesiæ Forojulien.* &c. Jam modo considerandæ sunt literæ Gregorii III. quæ infra n. 6. ab ipso Baronio referuntur, eæque ad Callistum Aquilejensem haud triennio post missæ, cum quo conqueruntur, & quorum fuisse eo præcedenti triennio perturbaturum Gradensis juris innuunt. Id intentatum jam antea sub Donato Gradensi, & Sereno Aquilejensi, & à Gregorio II. sedatum, recruduit per Callistum contra Antonium Gradensem Donati successorem Gregorio II. adhuc summum Pontificatum instituente eo triennio ante Gregorium III. Sed non eo Sereno Patriarcha Aquilejensi, ut nostrum hoc opus conferentes cum Gradensibus aperte innotescet. *Laurentius.*

„ *prout de facto etiam utriusque Diœcesis terminus* „ *prædictus fluvius existit*. Morocutus.)

XXXV. 34 SIGINALDUS è Regia Longobardorum stirpe, ex eadem sede divinum jus dixit. Excessit juxta aliquorum calculum anno 774. („ *Siginaldus*, „ *seu potius Sigualdus*, *qui & Siguals*. *& Sigold*, „ *amplissimo diplomate auxit Moniales S. Juliæ Brixiensis civitatis sub dat. Ticini die 13. Octob. an.* „ *774. ex Bullario Casinen. tom. 2.*)

XXXVI. 35. S. PAULINUS *a*, hujus nominis II. natione Austriacus, nobilioribus disciplinis exactissime excultus, & vitæ honestate illustris, ad hanc Patriarchalem sedem fuit adlectus anno 774 *b*. Apud Carolum Magnum auctoritate polluit, quippe qui rebus illius non in Italia solùm, verum in Gallia & Germania componendis præfuit. Variis Synodalibus conventibus sub Carolo coactis interfuisse seipse profitetur in Concilio Forojuliensi. Verùm illustris eruditionis ejus testimonio vel ipsa sunt ab eo celebrata Concilia, edidítque de rebus divinis Commentaria. Fuisse litterarum politiorum professorem, antequam Patriarcha fieret, artisque Grammaticæ Magistrum, docet diploma Caroli Magni anno Christi 773. (1) anno 8. Regni sui, 15. Cal. Julii datum apud Baron. tom. 9. Donationem verò à Carolo ipso Imp. factam Paulino Patriarchæ, cujus meminit Sabellicus, vidimus, ejusdemque habemus subscriptum exemplar. Sed cùm data, & indictio haud veritati cohæreant, pluraque in ea habeantur parum veritati consentanea, libenter prætermisimus. Paulini prædicatione Evangelica Carinthiæ populos, & nationes finitimas ad Christi fidem perductas fuisse, ex antiquis monumentis docet Ferrarius. In Concilio Forojuliensi à Paulino celebrato anno 791. *c* Elipandi Toletani Episcopi in Hispania, & Felicis Urgelitani hæresis sæpius damnata, ibidem solidissime confutata, & jugulata est Paulini virtute; qui libellum adversus eam scripsit Coepiscoporum nomine, præcipue Petri Mediolanensis. Tres alios contra Felicianam hæresim libros composuisse Paulinum (adjecta in fine regula fidei metro scripta) quos & ipsi Carolo Magno dicavit, testatur Alcuinus epist. 4 & 8. ad eundem Carolum. Hos libellos, cùm ante hanc lucem non vidissent, Andreas Quercetanus una cum Alcuini operibus edidit. Luculentum de Paulini in Concilio auctoritate, & libris scriptis extat testimonium apud Continuatorem Pauli Vicamefridi de Hist. Longobardorum. *d* Anno 802. Altini Oppido Provinciæ Aquilejensis, ab Episcopis ejus Provinciæ, præsidente ipso Paulino Patriarcha, ut vult Baronius, celebrata est Synodus *e*: cujus nomine Paulinus Carolum provocavit ad ultionem immanissimi sceleris à Venetorum Duce perpetrati, cùm in Gradensem furens Patriarcham Joannem, eundem è turri præcipitem dedit. Vualfridus Strabo hymnos ab eo sacros compositos refert lib. de rebus Ecclesiasticis cap. 25. *Traditur siquidem Paulinum Forojuliensem Patriarcham sæpius, & maxime in privatis Missis circa immolationem Sacramentorum hymnos vel ab aliis, vel à se compositos celebrasse. Ego vero crediderim tantum tantæque scientiæ virum hoc nec sine auctoritate, nec sine rationis ponderatione fecisse*. Hæc ille. Sacrificiis Paulini, precibusque plurimum confisus est Alcuinus; id liquet in ejus epistolis, & in poemate 214. iterum se ejus precibus & lachrymis commendat.

O Pauline Pater, Pastor, Patriarcha, Sacerdos,
Pars animæ melior, nostræ pars inclyta vitæ:
Sis memor Albini, sacris altaribus adstans,
Et dulces inter lachrymas super ora fluentes
Dic: miserere Deus nostro clementer amico,
Criminibusque suis veniam largire benignus,
Ut te cum sanctis liceat laudare per ævum.

a De eo Bollandus tom. 1. Jan. p. 713. & Oudin. in supplem. de script. Eccles. p. 200. Mandos. *b* Post. an. 774.

c An. 796. ut docet Pagius in Baron. ad an. 791 n. 6.

d An. 794. Concil. Francfurdiensi, adfuisse. *e* Paulini Epistolam de gestis in Synodo Altinati edidit Baluzius Miscel. t. 5. p. 6.

In vita & in morte miraculis claruisse Paulinum testantur Aquilejensis Ecclesiæ antiqua monumenta. Obiisse Paulinum anno 802. (2) habetur in Annalibus Francorum Fuldensibus, è quibus Baronius corrigit, quæ habentur in ejus vita, ipsum diem obiisse anno Domini 804. Constat enim Leonem Papam III. Gradensi Patriarchæ Fortunato, Joannis à Veneto Duce interempti successori pallium concessisse Indict. 11. anno 803. mense Aprili, quo fortassis anno ineunte obiit Paulinus, mense Januario 11. qua die ejus celebrant natalem. Acta ex monumentis Aquilejensium breviter describit Ferrarius in Catalog. fusius Bollandus. Sepultus fuit Paulinus in ecclesia Forijulii in majori Basilica, ubi Concilium celebraverat, eidemque hoc Epitaphium posuit Alcuinus poemate 213.

Hic Paulinus ovans toto requiescit in ævo,
Hocque cubile Pater dignus dignetur habere.
Invidus hoc templum numquam pertranseat hostis,
Nec charos animis subito disjungat amicos,
Quos Christi charitas charos conjunxit amicos.

Cæterum eidem Paulino idem Carolus Magnus (teste Candido) multos pagos, & jurisdictiones in Forojulio, in Istris, & Noricis concessit: quæ à Ludovico, Lothario, altero Carolo, Berengario, Othone, Friderico I. Othone IV. aliisque pluribus Imperatoribus ac Regibus amplissime roborata sunt; Tabulisque testamenti (ut scribit in ejus vita Eginhartus) triennio ante obitum exaratis, Thesauri, supellectilisque Regiæ trientem Aquilejensi Ecclesiæ attribuit, cum Romana, Mediolanensi, Ravennate, Gradensi, Coloniensi, Moguntina, Iuvavensi seu Saltzburgensi, Trevirensi, Senonensi, Vesontiensi, Lugdunensi, Rothomagensi, Rhemensi, Arelatensi, Viennensi, Dorantaria, Ebrodunensi, Burdegalensi, Turonensi, & Bituricensi communicandam, quas pientissime Ludovicus filius inviolabiles observari curavit. Approbavit & jurisdictiones, quas in constructione Forijulii Monasteriorum, unius Sextio Oppido Monachis S. Benedicti, alterius in Ripa Salti ipsorum matri Piitrudæ & Virginibus Herphius, Antonius, & Marcus Desiderii Regis & Adalgisi consenso elargiti sunt, sacris postmodum Lotharii, Berengarii, Othonis, Ludovici, confirmatas monumentis.

(„ *Fuisse inter Paulinum Patriarcham, & Arnonem Archiepiscopum Saltsburgensem maximum* „ *dissidium propter Carinthiam, quam uterque juri* „ *suo vindicare studebat, plures tradunt, inter* „ *quos Megiseras, Mezgeras in Historia Saltzburgensi, & Jo. Ludovicus Schonleben in Annalibus* „ *Carniolæ, quod tandem sopitum fuit anno 798. à* „ *Carolo Magno, qui terminum utrique Præsuli assignavit, qui adhuc durat, Dravum nempe flumen, mediam intersecans Carinthiam. Joannes* „ *Vveichardus Baro Valvasorus in descriptione* „ *Carniolæ producit Diploma Caroli hanc divisionem continens, quod licet mendosum hic non gravabor subscribere*.
„ In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.
„ Carolus Serenissimus Augustus, à Deo coronatus, magnus, pacificus, Imperator Romanorum gubernans Imperium qui per misericordiam „ Dei Rex Francorum, & Longobardorum. Notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini præsentium, & futurorum qualiter viri Vene-

(1) Hic Baronium secutus Ughellus insignem Caroli donationem Paulino Grammaticæ professori factam cum anno Christi 781. perperam conjungit. Nam cum hæc hujus donationis subscriptio sit: *Data XV. Kal. Julii anno octavo Regni nostri e Lorvio civitate*: hujus Epochæ exordium sumas vel ex quo regnare cœpit Carolus in Gallia, ut sentit Cointius in Annal. Franc. & Pagius in Baronium, & tunc annus Caroli octavus per mensem Junium, quo hoc diploma exaratum, cum anno Christi 776. convenit: vel ex quo regnare cœpit in Italia, ut mavult Fontaninus in libello, quem *delle Masnade* inscripsit, & tunc annus Caroli octavus per mensem Junium in annum Christi 781. incidet, itaque semper, ut, cum adhuc grammaticus magistro Paulino sit à Carolo hæc facta concessio, nonnisi post annum 776. Patriarchalem Cathedram conscenderit Paulinus.

(2) Super anno, quo Paulinus ad Deum migravit, non est una omnium sententia. Cointius cum Ferrario, qui hujus Sancti vitam concinnavit ex monumentis Foro-juliensibus, eum anno 804. mortuum existimant. Bollandus suspicatur Paulinum diem obiisse an. 802. quo Fortunatus Joannis successor Pallium à Leone III. impetravit. Verum cum Annalista Fuldensis scribat: *Anno 802. Paulinus Patriarcha Forojuliensis obiit*, totidemque verbis idem habeant Annalista Hildesheimensis, & Annalista Carisiensis à Lambecio editus, ac etiam Hermannus Contractus juxta editionem Canisii, indubitatum videtur, Baronium accurate mortem ejus cum hoc Christi anno copulasse. *Pagius in Baronium* ad an. 802 n. 6.

„ nerabiles Ursus Sanctæ Ecclesiæ Aquilegiensis Patriarcha, & Arno Juvavensis Ecclesiæ Archiepiscopus ad nostram venientes præsentiam non minimam inter se contentionem habuerunt de Carantana Provincia, quòd ad utriusque illorum Diœcesim pertinere deberet. Nam Ursus Patriarcha antiquam se authoritatem habere asserebat, & quòd tempore, antequam Italia à Longobardis fuisset invasa, per Synodalia gesta, quæ tunc temporis ab antecessoribus suis Aquilegiensis Ecclesiæ Rectoribus agebantur, ostendi posse prædictæ Carantanæ Provinciæ Civitates ad Aquilegiam esse subjectas. Arno verò Episcopus asserebat, se habere authoritatem Pontificum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Zachariæ, Stephani, atque Pauli, quorum præceptis, & confirmationibus prædicta provincia tempore antecessorum suorum ad Juvavensis Ecclesiæ Diœcesim fuisset adjuncta. Nos autem audita, atque discussa eorum contentione, ut in unam eos charitatem, & concordiam revocaremus, & ut in futurum tam inter ipsos, quàm & successores eorum omnis controversia, atque disceptatio fuisset penitus ablata, prædictam Provinciam Carantanam ita inter eos dividere jussimus, ut Dravus fluvius, qui per mediam illam Provinciam currit, terminus ambarum Diœcesum esset, & à ripa Australi, ad Aquilegiensis Ecclesiæ Rectorem, ab Aquilonari verò ripa, ad Juvavensis Ecclesiæ Præsulem pars ipsius Provinciæ pertineret. Ecclesiæ verò, quæ in utraque ripa fuissent constructæ, ubicumque possessiones suas, justè sibi collatas, habere noscerentur absque contradictione, & contentione ambarum partium haberent, quia compertum habemus, quòd quędam Ecclesiæ in una ripa fluminis prædicti sunt constructæ.

„ Hac igitur definitione promulgata à nobis præcipimus, atque jubemus, ut tam præsentes viri Venerabiles Maxentius videlicet, qui in locum nuper Viri Venerabilis Ursi Patriarchæ subrogatus est, & [*legendum est: Arno vir Venerabilis &c.*] Arnonem virum Venerabilem Juvavensis Ecclesiæ Archiepiscopum decernere in futurum nulla controversia, aut quæstio moveatur, sed contenti sint ex utraque parte nostro judicio, quod inter eos secundum rectitudinis normam, propter charitatem, & pacem, quæ inter tales viros decet, conservandam judicavimus; neque enim justior nobis super hujusmodi disceptatione sententia proferenda videbatur, quàm ut divisio inter eos illius Provinciæ fieret, cujus ambo se authoritatem habere asserebant; quia nos eorundem authoritatem neutiquam falsam, neutiquam infirmam facere volumus, quia una antiquitate, altera Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sublimitate, pręcellebat. Hanc nostrę authoritatis jussionem, ut majora per tempora vigorem sortiretur, firmiorque ab iis, qui post nos futuri sunt hominibus haberetur, more nostro eam subscribere, & de Bulla nostra jussimus sigillare.

„ Datum XVIII. Calend. Junii. Anno XI. Christo propitio Imperii nostri, XLII. Regni nostri in Francia, atque XXXVII. in Italia. Indictione quarta. Actum Aquisgrani Palatii in Dei nomine Amen.

„ *Diploma Caroli datum est anno 811. ut ex notis Chronologicis colligitur, quo Paulinus jam obierat; ideoque videtur obstare authoritati scriptorum asserentium disceptationem hanc sopitam fuisse vivente Paulino anno 798. Verùm plus fidei attribuendum Diplomati, quàm Megisero, & aliis. Deinde lis hæc potuit suscitari vivente Paulino, agitari sub ejus successore Urso, ac tandem definiri tempore Maxentii, Urso subrogati. Vel lis forsan composita fuit semel vivente Paulino, sed iterum mota ab ejus successore Urso.* Morocutus.)

XX XVII [a] URSUS. 36 URBANUS [a] post Paulinum Aquilejensem Patriarchatum est nactus an. 804. sedit annis 5. juxta Candidum.

37 MAXENTIUS Urbani successor subscripsit donationi Rotaldi Episcopi Veronensis an. 813. [b] die 24. Junii. Erulsum Mantuanum Episcopum Suffraganeum suum consecravit an. 823. de quo Dandulus in Chronic. *Maxentius Patriarcha Aquilejensis, Lotharii Regis fultus favore, Gradensem Ecclesiam & Suffraganeos Istriæ turbare nititur* [c], *nec à Gregorio Papa admonitus desistere voluit, imo, repetito seculari subsidio, antedictos Episcopos ad sibi reverentiam, & subjectionem Metropolitano debitam exhibendam, in totum coegit.* Candidus vero de eo sic narrat. *Urbano successit Maxentius, ad cujus suasionem, curante Lothario, Eugenius II Pontifex Concilium Mantuæ statuit, in quo Gradensis Insula Aquilejensi Ecclesiæ adjudicata est Venerio, qui falso patriarchatus nomine utebatur, deposito. Hic in templi ruderibus, prisci patrii Beli Dei, Monasterium s. Benedicti Monachis Belinense Aquilejæ extruxit. Quod demum ob aeris inclementiam prorsus destitutum Gregorius XI. Pontifex, Cœnobio Utinati divorum Gervasii & Protasii ejusdem Ordinis annexuit, prædia, redditusque pari jure concedens: cujus quidem privilegium postea Urbanus, & Bonifacius latissime comprobarunt: quamquam perfidia eorum, qui Reipublicæ administrationem invaserant, omnia ut pleraque alia inversa sint, sibi ipsis magnam eorum partem impietate solita vendicantibus: reliquum vero periudt ac neglectum, Canonicorum Aquilejensium Collegium sibi Nicolai V Pontificis collatione asciverit; sic fere raptores publici, dum propriis nimium invigilant, communia parvifacientes evertunt. Cum autem in Patriarchatu annis 15. vixisset, in civitate Austriæ moritur.* Hæc ille de Maxentio. De obitu Maxentii non constat, quo anno ille migraverit. Oportet tamen illum excessisse post Concilium Mantuanum habitum ex auctoritate Eugenii Papæ II. anno 826. De eo Concilio supra egimus in I. tomo in Episcopis Mantuanis, ubi corrige anno 828. ac repone 826. qui ultimus fuit Eugenii II. XXX VIII.

[b] Vel potius 814. ut dicemus infra in Veronen.

[c] Sed de his Jurgiis vide in Gradensibus, ubi de Venerio.

38 ANDREAS suffectus est post Maxentium, qui (teste Candido) cum in Synodo septem & quadraginta Episcoporum à Leone IV. Pontifice celebrata, plebis Gradensis restitutionem assecutus esset anno decimo pontificatus moriens Aquilejæ sepelitur. Claudius Robertus scribit Andream Patriarchatum gessisse anno 820. Sed omnium scriptorum sententiæ, Mantuanum Concilium sub Eugenio II. Papa celebratum, in eoque assedisse Maxentium Patriarcham, testantur. Anno 826. ut dictum est, illud Concilium coactum fuit. XXX IX

(„ *Anno saltem 844, quo Apostolicam Petri Cathedram conscendit Sergius, vivebat adhuc Andreas, cui scribit idem Sergius, ut ejus adventum ad synodum pro D. Martini festo indictam differret, cum generale Concilium celebrare statuisset; interea ne quid attentaret super contentionibus, quæ inter ipsum, & Venerium Patriarcham Gradensem vigebant. Sergii Epistola ex præstantissimo Clariss. nobilissimique viri Bernardi Trivisani Ms. codice descripta hisce verbis est concepta.*

„ Epistola Sergii Papæ ad Andream Patriarcham Forojulien. &c.

„ Pro universis Dei Ecclesiis diversa semper debemus tollerare certamina. Sic enim nos scriptura sæpe admonet dicens: Ambulate dum lucem habetis. Nam de suscepto Magisterio, quod habemus divinitus attributum, ante opificis nostri oculos districtam posituri rationem erimus, si de sanctis Dei Ecclesiis, quamdiu hic vivimus, negligentes, vel desides fuerimus. Et quia vestra nobis fraternitas nuper missos suos, & Epistolam misit pro contentione scilicet illa, quæ inter vestram & Gradensem sedem hactenus manet, pro qua nostram fieri Epistolam jussimus, eamque per eosdem missos vestros Venerio Patriarchæ mandavimus, ut uterque vos simul &

,, illedie sacro natalis beati Martini ad causam &
,, contentionem vestrarum sedium perquirendam
,, atque definiendam Romam debuissetis omui di-
,, latione deposita pervenire. Tamen ut nihil exin-
,, de remaneret imposterum, hoc animo nostro ve-
,, uit consilium, ut sive auctoritate, sive consensu
,, Karissimi filii nostri D. Imperatoris hoc non de-
,, buissemus peragere. Et quia non solum vestra
,, modo, verum etiam pene omnes Ecclesiæ scan-
,, dala patiuntur, mandavimus eidem D. Imperato-
,, ri, quod si ipsi libitum fuerit, adjuvante nos
,, Christo, desiderium habemus generalem syno-
,, dum congregare; quatenus ibidem, quæ nunc
,, enormiter, quod cum magna contritione cordis
,, dicimus, peragitur, confratrum nostrorum suf-
,, fulti solatio correpta ac ventilata modis omni-
,, bus fiant. Unde vos interim abstinere precipi-
,, mus, quousque D. noster Imperator nobis exinde
,, responsum mandare dignetur. Nam & Venerio
,, Patriarchæ simili tenore mandavimus, ut usque
,, ad tempus pro re supradicta expectet: tempore
,, enim quo nos responsis Imperialibus certi fueri-
,, mus, nostram ad vos Epistolam destinabimus
,, festinanter, ut quantocius ad audiendum vel ad
,, sustinendum Canonica nullatenus differatis ve-
,, nire. Deus enim te incolumem custodiat reve-
,, rendissime, ac Sanctissime frater.
,, *Quidi quod in rescripto consultationis, seù ex-*
,, *hortationis Episcoporum ad Ludovicum Impera-*
,, *torem dato an. 855. è Concilio Ticinensi Cisalpino-*
,, *rum Episcoporum in causa disciplinæ Ecclesiasticæ*
,, *celebrato apud Harduinum Concil. tom. 5. col. 97.*
,, *cum Angilberto Mediolanensi, & Joseph Archi-*
,, *capellano memoratur Andreas Patriarcha? For-*
,, *tasse mendum irrepsit, & pro Andrea reponendus*
,, *Theodemanus, quem cum præfatis Angilberto, &*
,, *Josepho præsedisse synodo in urbe regia Ticino ha-*
,, *bitæ an. 850. ex Harduini Conciliorum collectione*
,, *tom. 5. p. 25. novimus. Verùm quidni ex memora-*
,, *to rescripto corrigendus sit Synodi locus, & pro*
,, *Theodemano describendus sit Andreas? Palladius*
,, *quidem in Forojulien. historia Andream Aquile-*
,, *jensem sedem occupasse ab an 846. ad 856. af-*
,, *firmat, & Ughellus ipse in Mediolanen. ubi de An-*
,, *gelberto, hunc Andream sibi collegam adjunxisse*
,, *asserit.)*

XL. 39 VENANTIUS eandem dignitatem gessit post Andream, quem Candidus habet sedisse annis 13. a Vixit juxta computum Claudii Roberti anno 831. Id tamen non cohæret cum iis, quæ supra diximus in Maxentii successore Andrea, cui decem attribuunt annos in sede.

a Parum sedisse oportet.

XLI. 40 HINDELMARIUS, sive Vildemarus, seu Eudelmarus celebris in Synodo Regiaticina circa annum 850. (1) simul cum Engilberto Mediolanensi, Josephoque Archicapellano. Hic ex Candido, Cæsareo etiam rescripto Gradensis Insulæ ditione à Ludovico II. insignitus, sedit annis uno, & viginti, juxta illum; quod haud potuit esse, cum successor Lupus vixerit anno 855.

(,, *Ludovici rescriptum, quod indicat Candidus,*
,, *quale invenimus descriptum in Codice Ms. apud*
,, *eruditissimum virum Apostolum Zenam, licet ali-*
,, *quot in locis mendosum, atque corruptum hic liben-*
,, *ter proferimus. Est vero sequentis tenoris.*
,, Ludovicus gratia Dei Imperator Augustus. Si
,, petitionibus servorum Dei clementiæ nostro
,, commodamus assensu, & ea, quæ per viros Ec-
,, clesiasticos suggeruntur, ad condignum ducimus
,, effectum, profecto non solum nobis divinum re-
,, gnoque nostro conciliamus auxilium, verum
,, etiam nobilium nostrorum promptiorem reddi-
,, mus famulatum. Proinde omnium fidelium S.
,, Dei Ecclesiæ, & nostrorum præsentium subje-
,, ctorum quoque cognoscat devotio, quia vir Ven.
,, & religiosus Theutimarus Aquilejen. sive Foro-
,, juliensis Patriarcha per Eurardum III. Comitem,
,, dilectumque compatrem nostrum magnificentiæ
,, nostræ antiquas auctoritates ostendit, quibus
,, manifestissime comprobatur, quod Aquilejen.
,, civitas ab initio fidei Catholicæ per Italiam, Ger-
,, maniam, Venetiam, Istriamque regionem disse-
,, minatæ principatum in omni Istria Patriarcha
,, obtinuit dignitatis: & per eversionem suam ali-
,, quamdiu Aquilejensis Ecclesia præreptum ite-
,, rum studio suorum præsulum, Romanorumque
,, Pontificum favore, & Majorum nostrorum auxi-
,, lio reparaverit: siquidem cum cogentibus pecca-
,, tis habitatorum suorum eadem civitas Attilæ sæ-
,, vissimi Ungarorum regis esset jam manibus tra-
,, dita, quo in tempore plures quoque civitates
,, Italiæ obsidionem, vastationemque Gentilium
,, passæ esse noscuntur, accidit, ut ejusdem urbis
,, Paulus Antistes ad Insulam, quæ Gradum nun-
,, cupatur, cum omni Ecclesiæ thesauro confuge-
,, ret: Honoratus etiam Mediolanensis Archie-
,, piscopus eodem metu Januensem urbem expete-
,, ret, & hæc sola fuit occasio, qua propter longis-
,, simam Aquilejen. vastationem defuncto Paulo
,, Pontifice ipsius Gradensis Antistes Patriarcha-
,, tus dignitatem assumpsisse cognoscitur. Et ne
,, longum sit singula prosequi, pluribus postmodum
,, Conciliis decretum, confirmatumque est, ut si-
,, cut Mediolanensis Ecclesia post redditam pacem
,, pristinam recuperaverat dignitatem, & Januen-
,, sis Episcopus sub Mediolanen. in suffraganiei or-
,, dine manserat: ita etiam Aquilejen. sive Foro-
,, juliensis Antistes Patriarchatus more priscorum
,, suorum sibi vindicaret auctoritatem; quod ma-
,, xime perfectum, definitumque est temporibus B.
,, Papæ Eugenii, qui ad suggestionem piæ recorda-
,, tionis Ludovici avi nostri, atque Domini, & ge-
,, nitoris nostri gloriosæ memoriæ D. Lotharii præ-
,, stantissimi Augusti petitione Synodale Concilium
,, Mantuæ congregare præcepit, in quo sub præ-
,, sentia Legatorum S. R. E. adsistente coram Mas-
,, sentio Aquilejen. beatæ recordationis Antistite,
,, supradicta controversia Aquilejen. & Gradensis
,, Ecclesiarum sententiis Episcoporum penitus est
,, soluta: deinceps quoque temporibus beatissimi
,, Papæ Gregorii interpellante, etiam iterum con-
,, tra Gradensem Episcopum supradicto Massen-
,, tio Forojuliensi Pontifice eadem est quæstio re-
,, tractata, & eorum judicio ad finem usque per-
,, ducta: sed propter quorumdam cupiditatem, &
,, temeritatem non poruerat: Ne iterum se dicta
,, quæstio posset emergere, & redivivere denuo
,, Ecclesiis inducere certiores per Ebrerandum co-
,, mitem supramemoratum Patriarcham antedicti
,, genitoris nostri expertus celsitudinem, ut anti-
,, quissimum jus Ecclesiæ ejus denuo confirmaretur
,, auctoritate; id ipsum etiam præfatus Vener.
,, Theutimarchus Patriarcha per jam dictum Eu-
,, rardum III. Comitem, dilectumq; compatrem no-
,, strum nostram exoratus est celsitudinem, ut eas-
,, dem diffinitiones, ac Domini genitoris nostri au-
,, ctoritate morem præcessorum sequentes corro-
,, borare non denegaremus. Cujus postulationi as-
,, sensum nostrum libenter accomodantes hos ma-
,, gnificentiæ nostræ apices decrevimus fieri, per
,, quos statuimus, atque in perpetuum sancimus, ut
,, Antistes Aquilejensis, seu Forojuliensis omni
,, tempore Patriarchalem, seu Metropolitanen-
,, sem dignitatem in ordinandisque, regendisque
,, Istriæ Episcopis, & Ecclesiis absque ullius omni-
,, no contradictione, & interpellatione possideat;
,, neque aliquis unquam supradictam adversus A-
,, quilejen. Ecclesiam rennvare valeat quæstio-
,, nem. Et ut hæc nostræ confirmationis auctori-
,, tas stabilem perpetuis temporibus obtineat, in-
con-

(1) Andream præsedisse huic Synodo ex rescripto ad Ludovicum dato existimo, quoque tamen cum Palladio initium sedis *Endelmarii* ad an. circ. 869. rejiciendum, siquidem anno 856. vel saltem 857. constat jam fuisse Patriarcham ex supra relato Ludovici diplomate. Anno vero 874. teste Rubeo lib. 5. Raven. hist. interfuit Endelmarius Synodo Ravennæ, à Joanne VIII. Papa celebratæ, decessit autem ex Palladio an. 899. cùm sedisset ex an. 20. ab an. scilicet 856.

„ convulsumque vigorem manu nostra subtus con- A
„ firmavimus, & annuli nostri impressione sigilla-
„ ri præcepimus.
„ Signum manus Ludovici Sereniss. Impera-
„ toris.
„ Druchsemirus Archicancellarius recognovit.
„ Datum Calen. Novemb. an. X. propitio Impe-
„ rio D. Ludovici piissimi Augusti quinta Indict.
„ Actum Papia civitate Palario regio.)

XLII. 41 LUPUS sedit anno 855. præfuitque, ex eo-
dem Candido, annis 5. („ *ex Palladio electus an.*
„ *878. paulo post decessit.*)

XLIII 42 VALPERTUS successit electus circa an-
num 858. *a* ad quem scribit Joannes VIII. Papa e-
pist. 48. die postrema mensis Maji Indict. 10. anno
salut. 877. *b* Hic (teste Candido) cum à Carolo II.
cum quo Romam ad Joannem eundem VIII. ad Im-
perii sceptrum accipiendum cum delectis proceri-
bus Forojuliensibus profectus fuerat, amplissima
privilegia retulisset, anno sexto ac vigesimo institu-
tionis, in civitate Forojuliensi obiit. B

a An. Ep. ulenis ad Illas ex Palladio. *b* Hæc Epist. in Jo: regest. ab Hard. in Concil. edita non habetur.

(„ *Baronius ad annum 883. ait: Patriarcham*
„ *Aquilejensem, cujus nomen ignorat, fuisse Schis-*
„ *maticum, ac solum ex Prælatis Occidentalibus ad-*
„ *hæsisse Photio Constantinopolitano Patriarchæ,*
„ *itidem Schismatico, à quo per legationem illi mis-*
„ *sam, & litteras auxilium petierit contra Latinos.*
„ *Recitat etiam Baronius Litteras responsorias*
„ *Photii ad Patriarcham. Hæc si ita se habent, nul-*
„ *li magis convenire videntur quam Valperto,*
„ *aut saltem ejus successori Friderico*; Morocu-
„ tus.)
„ *Cæterum inter Ursum Venetiarum Ducem, & su-*
„ *pradictum Valpertum anno 880. tali conventione*
„ *transactum est. Eam descripsimus ex Trivisaneo*
„ *diplomatum Ms. codice.*
„ In nomine S. & individuæ Trinitatis. Impe-
„ rantibus DD. Basilio & Leone à Deo coronatis
„ pacificis & magnis Imperatoribus: anno autem
„ Imperii eorum tertiodecimo mensis Jannarii In-
„ dict. XIII. Venetia Curte palatii. Omnia, quæ C
„ ob superni regis amorem, sanctarumque Eccle-
„ siarum vigorem inter partes pura mente conve-
„ niunt, necesse est scripturæ stylo roborari, ne
„ per temporalium rerum spatia, in quæ finiuntur,
„ oblivioni tradantur. Igitur nos quidem Ursus
„ divino fretus auxilio Imperialis Prothospatarius
„ & Veneticorum Dux promittentes promittimus
„ vobis Valperto Reverentissimo Patriarchæ A-
„ quilegiensi, ut si observare satagitis ea, quæ no-
„ bis simili modo per promissionis paginam pollici-
„ ti estis servare erga sanctam Dei nostram Gra-
„ densem Metropolim, idest ut nullam amplius
„ adversus eamdem Ecclesiam subtractionem si-
„ ve contrarietatem faciatis, vel facere jubeatis,
„ nec per vos ipsos nec per aliorum . . . aut ali-
„ qua quæstione in sedibus beatorum martyrum
„ Marci Evangelistæ & Hermagoræ, necnon in
„ rebus in propriis Ecclesiis, seu cæteris universis
„ locis ibidem pertinentibus, ita & nos observare
„ spondimus, ut usque dum Christo favente isto in D
„ seculo vixeritis portum vestrum, qui vocatur
„ Pyium, nulla intentione claudere jubeamus, sed
„ sicut multo ex tempore apertus extitit, simili-
„ ter & modo apertus consistat in tali tenore, ut
„ nostris omnis honor quidquid annuatim haberi
„ exinde debemus, salvetur, atque ad nos defera-
„ tur: & populus noster, qui ibi advenerit, nul-
„ lum gravamen, aut suprapositam, vel forcias
„ patiatur, sed more antiquo sua sibi securiter om-
„ nes & vendat, & emat, imo & mansiones qua-
„ tuor nostræ, quæ ibi sunt, ut mos fuit, salven-
„ tur: & ex nostro negocio proprio nullum ibi sol-
„ vatur tributum, quia talis declaratur fuisse pri-
„ sca consuetudo. Quod si hæc omnia, quæ supra
„ legitur ..... observaveritis, & nos contra hoc,
„ quod spondimus, ire præsumpserimus, ... sol-
„ vere debeamus vobis auri lib. XXX. & post pœnæ
„ solutionem hæc promissio in sua maneat firmita-
„ te. In simili Cartula, quam facere jussi ego
„ Ursus Dux Veneticorum ad nomen præfati Val-
„ perti Patriarchæ Forijulii sunt intromissæ sub-
„ tus manus nostræ & Johannis filii nostri. Testes
„ autem fuerunt in primis, Armatus Tribunus de
„ Luprio, & Vigilius Tribunus de Geminis; I-
„ tem manus Juliano Aulibado primato de Lu-
„ brius. Item manus Johannis, vel Joannini de
„ Mastalico, item manus Leonis Patricii, item
„ manus Petri filii Johannis Ducis, item manus
„ Pantaleonis Abrolino, item manus Leon Coro-
„ zali, item manus Johannis Granzarolo. Et Do-
„ minicus presbyter Cancellarius noster scripsit
„ hoc & illud.)

43 FRIDERICUS adlectus Patriarcha circa XLIV
ann 884. Hunc, narrat Uvion. lib. 2. ligni vitæ, fi-
lium fuisse Caroli Calvi Imperatoris, ex Mona-
cho Fuldensi ad hanc dignitatem vocatum, pri-
mumque Conceptionis B. Mariæ Virginis festum
colendum instituisse; *c* sed revera hallucinatur (1),
cùm neque inter filios Caroli recenseatur in Stem-
mate Carolingorum Regum, neque in Epitaphio
modo exhibendo ulla de iis habeatur mentio, ne-
que de eo Christophorus Brovverus in lib. Antiqui-
tatum Fuldensium, ubi de præstantia, doctrina, &
pietate illustrium Fuldensium Monachorum diser-
te agit, mentionem habet, qui certe haud tacuisset
tanti viri excelsam sanguinis nobilitatem, & insti-
tutionem ab Uvione relatam. Cæterum Fridericus
rei militaris gloria, & generis splendore præcel-
luit. Qui cùm res Italiæ (inquit Candidus) Carolo
III. Imperatore, ob Regni dissidium magno in di-
scrimine essent, Hunnis ex Scythia in Pannoniam
delatis, indeque pulsis Gepidis, & Pannonibus, jam
Forojuliensem regionem hostiliter ingressis, ita re-
stitit, ut, hostibus victis, Italiam pacatam reddide-
rit. Quod sepulchro Aquilejæ excisum inferius te-
statur Epitaphium:

c De quo Ciaconius in vita Gregorii VII. & Schonl. in Annal. Carniol. p. 445. de his tamen audiendus Baronius in suis Martyrol. ad diem 8. Decemb.

Conditur interius nitido hoc Patriarcha sepul-
chro,
Præclarum nomen cui Fridericus erat.
Pannoniæ rabiem magna virtute repressit,
Et pacem afflictæ contulit Italiæ.
Egregius Pastor mitis dum pasceret agnos,
Semper utrique gregi pabula læta dedit.
Annosæ ætatis post cursum in luce quievit,
Et cumulata capit præmia pro meritis.

Fato cessisse anno 897. scribit Claudius Rober-
tus, electum ad Patriarchalem sedem anno 884.
quod male cohæret iis, quæ narrat Candidus, illum
sedisse annis 53.

44 LEO eandem dignitatem gessit anno 897. XLV.
Hunc Roaldus Longobardus ob libertatem Eccle-
siasticam obtruncavit anno 13. sui pontificatus.

45 URSUS successit anno 909. Qui cum plura XLVI
pro Ecclesia gessisset, in civitate Austriæ decessit.

46 LUPO II. Aquilejensis Ecclesia data est, te- XLVII
ste Sigonio, anno 932. sedit annis novem. Hic pa-
cem cum Venetis iniit, intercedente Patriarcha
Gradensi, ne fines Venetorum Patriarcha aut lite,
aut armis vexaret, sed jus utrinque ex fœdere dice-
retur. („ *Documentum ex Trivisaneo Codice desum-*
„ *ptum est hujusmodi.*

In

(1) Hunc Megisernsalt, fuisse natione Forojuliensem, & Arnolpho Cæsari charissimum, & antequam ad Patriarchatum evectus fuisset, Subdiaconum Aquilejensem. Ejus mater fuit Mechtildis illustris fœmina, quæ, cum à Magnate quodam Dalmatiæ ad nuptias violentas stimularetur, recurrere coacta fuit ad Arnolphum Cæsarem, à quo à molestiis Magnatis illius defensa fuit. Hoc profectò confirmare videtur sententiam illorum, qui Fridericum Caroli Calvi filium nothum asserunt; cùm & Fridericus, & ejus mater Mechtildis speciale patrocinium, & gratiam Arnolphi, forsan tanquam consanguinei, promeriti fuerint. Rejicit hanc sententiam Ughellus potissimùm se eo, quod in Stemmate Carolingorum nulla mentio fiat hujus Friderici, vel in ejus Epitaphio. Futilis sanè objectio, cùm constet Carolingos multos genuisse spurios quorum in Genealogiis nulla fit mentio. Carolus Crassus nothum, Bernardum nomine habuit, prout plures tradunt, inter quos Regino Abbas Prumiensis ita de hoc Spurio, Bernardo loquitur: *Mittit ergo ad Arnolphum ex Imperatore effectus egenus, et desperatis rebus, non de Imperii dignitate, sed de victu quotidiano . . . dirigit etiam Bernardum filium, quem ex pellice susceperat cum Xenia, cumque eius fidei commendat.* De quo Bernardo Crassi filio nulla extat mentio in Stemmate Carolingico. Ergo & Fridericus filius Caroli Calvi esse potuit, etsi de illo altè sileant Genealogistæ. *Morocutus.*

In nomine Amen, regnante D. nostro rege Ughone an. XX. a & filio ejus Lotherio an. XIIII. Ind. 2. mensis Martii die XIII. feliciter. Notum facimus nos Lupo Patriarcha sedis sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ omnibus hominibus nostrorum fidelium sacerdotum, seu clero & populo, quia orta fuit contentio inter nos & Veneticos pro quibusdam intervenientibus causis, deinde etiam peccatis imminentibus quidam ex nostris intra civitatem Gradensem cum armis perrexere cupientes damna inferre: unde D. Petrus Veneticorum Dux in ira permotus: litigatio & magna discordia inter eum & nos adcrevit, & cum malum de die in diem magis accresceret per multorum nostrorum ac ejus fidelium legationes & deprecationes corrupta pace non valebamus ad statum proprium revocare. Tunc demum deprecantes misimus nostrum fratrem Marinum Patr. ut ipse ad suum seniorem de hac re se intromitteret, ut ad pacis firmamentum nos cum suo seniore revocaret, qui & benigna mente peregit, & per ejus supplicationem prædictus D. Petrus Dux ad pacem, & ad priorem amicitiam, quam nobiscum habuit, est reversus, atque secundum seriem pacti ei legem fecimus. Sed ipsa compositio per deprecationem jam dicto Marino fratri nostro Pat. nobis reddere jussit. Quapropter promittentes promittimus nos Lupo divino juvamine vobis prænominato D. Petro Duci Venet. filio Boni Petri Ducis Candiani, & amodo in antea nostris & vestris diebus & D. Marino Patriarchæ fratri nostro nullo tempore neque per nos, neque per submissas personas intra vestra Civitate Gradensi cum armis pergere non debeamus per nullum ingenium, aut occasionem, neque in cæteris vestris finibus, quod de vestro ducatu pertinet, facere non præsumamus, & si quis facere voluerit vos D. Petro Duci, aut Marino Patriarchæ fratri nostro scire faciemus absque omni tarditate; hæc omnia inviolabiliter observare promittimus. Quod si non observaverimus, sicut superius legitur, tunc componere promittimus vobis D. Petro Duci auro l. 30. & hæc promissionis Carta maneat in sua firmitate. Actum in civitate Aquileja.

Ego Lupo Patriarcha in hac promissione à me facta m. m. ss.
Ego Ingelfredus Diaconus atque Vicedominus m. m. ss.
Ego Albertus Diaconus.
Ego Claudius Diaconus.
Ego Vitalis Archip.
Ego Bonaldus Diaconus.
Ego Petrus Presbyter.
Ego Petrus Diaconus.
Ego Eribertus Diaconus.
Ego Audo presb.
Ego Modestus presb.
Ego Giscelarius presb.
Ego Lupo presb.
Ego Gauspertus presb.
Signum manus Cadoli filii Bonigrimaldi.
Signum manus Jo. filii Rodaldi.
Signum manus Arpini filii Ronchausi.
Signum manus Ruperti testis.
Signum manus Spemmieis filii Terdoglo Radengo testis.
Signum manus Stabili & Ganasio test.
Ego Benedictus notarius hanc chartam promissionis rogatus scripsi, & post robur testium post tradita complevi.

Hæc conventio edita fuit anno Christi 944. ut ex Indictione secunda, & anno Lotharii regni XIV. evincitur: ac proinde ad hunc saltem annum vitam protraxisse Lupum asserendum est.)

XL VIII. a Post an. 944.

47 ENGELFREDUS, sive Endelfredus, aut Hengelfredus Aquilejensi Ecclesiæ præficitur anno 941. Cui Berengarius II. & Otho I. ex sententia Candidi privilegia multa concessere, & in patriarchatu sedit annis tribus & viginti, sed ex iis, quæ in successore Rodoaldo mox dicemus, hic vix annum vigesimum in eo munere vidit (1).

XLIX. b Rodoaldus. c Non ante an. 963. De Consecratione Parentinæ Ecclesiæ vide, quæ diximus in Parentinis.

48 RODOALDUS b ad eam dignitatem promotus est ante annum salutis 961. c eo namque ipso anno ex mandato Joannis XII. Papæ, una cum suis Suffraganeis Episcopis Ecclesiam Parentinam in honorem Beatissimæ Virginis, & S. Mauri martyris consecravit die 8. Maji. Hic Rodoaldi facinus non inultum reliquit, à quo Leonem Antistitem suum antecessorem intersectum diximus, bona omnia inter Liquentiam & Plaviam ab Othone Imperatore impetravit: cui prius Utinatem Urbem, Faganam, Gruarium, Bugam, & Braitanum condonaverat: idemque Leo VIII. insigni, gratiosaque perscripta epistola, omnium Italicorum Præsulum Primatum asseruit anno sal. 964.

Leo Episcopus servus servorum Dei.

Reverendissimo ac Sanctissimo confratri nostro Rodoaldo sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ. Si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, & ut nequa ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant: Quanto nos sudore, quantaque cura debemus esse pervigiles, qui pastores animarum dicimur. Attendamus, & susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus; ne in die divini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem negligentiæ reatus excruciet, unde modo honoris reverentia sublimiores inter cæteros judicamur. Pallium autem fraternitati vestræ ex more ad missarum solemnia celebranda transmisimus: quo tibi non aliter, Ecclesiæ tuæ privilegiis in suo statu manentibus, uti concedimus, quam prædecessores, decessoresque tuos usos esse incognitum non habetis. Cujus quoniam indumenti honor modestia actuum vivacitate servandus est, hortamur ut & morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo recte utrobiq; possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula. In ipsa si qua fortitudo illis injecta est, dirigantur, in ea quod imitentur aspiciant, in ipsa semper considerando proficiant, ut tuum post Deum videatur esse bene quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa dejiciant. Sed quicquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te locum odia, nullum favor indiscretus inveniat. Districtam mali cognoscant. Insontem apud te suggestio mala non faciat. Nocentem gratia non excuset, remissum te delinquentibus non ostendas, ne quod ultus non fueris, perpetrari permittas: sit in te boni Pastoris dulcedo, sit & judicis severa districtio. Unum scilicet quod innocenter viventes foveat, aliud quod inquietos ferocientes à feritate compescat. Sed quoniam nonnumquam præpositorum zelus dum districtus malorum vult vindex existere, transit in crudelitatem correptio, iram judicio refræna, & censura disciplinæ sic utere, ut culpas ferias, & à dilectione personarum, quas corrigis, non recedas; misericordem te, ut virtus patitur, pauperibus exhibe. Oppressis defensio tua subveniat; opprimentibus modesta correptio contradicat. Nullius faciem contra justitiam accipiat. Nullum quærentem justa despicias. Custodia te æquitatis extollat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud vos extra viam suadeat rationis audere. Nec pauperem de re sua faciat humilitas desperare, quatenus Deo miserante talis possis existere, qualis sacra lectio præcipit dicens, Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus uti salubriter poteris, si magistram charitatem habueris, quam qui secutus fuerit, à recto aliquan-

(1) Obiit anno 963. Nam in Conciliabulo Romano, quo Joanne Papa deposito in ejus locum Leo subrogatus fuit, an. 963. assedit pro Angelfrido Aquilejensi, quem Romæ languor repente ortus arripuerat, Rudulphus ejus Diaconus. Sed & eo morbo raptum è vivis Angelfridum testatur Reginonis Continuator relatus à Baronio in Annal. ad hunc an. 963. Quod quidem spectat ad Ecclesiæ Parentinæ consecrationem, ab ejus successore Rodaldo an. 961. celebratam, cujus monumentum infra refert Ughellus in Parentinis, nihil nos cogit asserere an. 961. factam, quam potius post an. 963. peractam evincit non nisi eo anno ad hanc sedem Rodaldi accessio.

quando tramite non recedit. Et ecce fratrum charissime multa alia ista sunt Sacerdotii, ista sunt Pallii, quæ si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Et ut omnibus pateat Christianis, quanta charitate diligamus ob amorem B. Marci Evangelistæ pastoris nostri gloriosissimi Petri Apostolorum Principis discipuli, qui vestræ præsedit cathedræ, renovamus vobis per præsens privilegium illud antiquum sanctissimo Hermagoræ Beati Marci Evangelistæ successori à Beatissimo Petro contraditum, verum peccatis nostris promerentibus à paganorum sævitia concrematum. Volumus scilicet, & Apostolica auctoritate jubemus, ut inter omnes Italicas Ecclesias Dei sedes prima post Romanam Aquilejensis, cujus Deo auctore præes, habeatur. Sed & hoc in augmentum & decorem Ecclesiæ vestræ concedimus, ut dum volente Deo vos vestrique successores ab hac luce migrare contigerit, non liceat quempiam ex aliena Ecclesia præponi. Sed ex proprio sinu tam Clerici, quam laici eligant, quem legaliter sibi pastorem constituant. Fidelis est Deus, qui nunquam deficere patiatur, ne in Aquilejensis Ecclesiæ cœtu talis possit inveniri, qui merito cæteris Episcopatus dignitate possit præponi. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem ad æternam simul pervenire dulcedinem mereamur. Datum in sacratissima æde Petri Apostoli, Idibus Decembris, anno Pontificatus Leonis I. imperante Othone anno II.

Privilegium hoc quoque ex archetypo extat apud Jo. Candidum lib. 4. qui narrat Rodoaldum Aquilejensem sedem tenuisse annos duos & quadraginta, quod tamen videtur à veritate alienum, si vera sunt, quæ de Joanne successore narrantur. interfuisse Rodoaldum Synodo Ravennatensi, à Joanne XIII. Papa celebratæ an. 967. ejusdem acta clare ostendunt: mortem vero oppetiisse anno 996. aliqui scribunt.

(„ *Rodaldi quoddam placitum, Veronæ ab eo ut Imperatoris Misso habitum, an. 971. vide apud Muratorium Antiqu. Estens. tom. 1. p. 152.*

„ *Porro diploma, quo Otho Rodaldum, ejusque successores anno 967. exornavit, ditavitque, sequens est ex copiali existente in Codice præfato Ms. cl. Apostoli Zeni.*

„ Otto Divina favente clementia Imperator Augustus. Omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, ac nostrorum, præsentium scilicet, & futurorum noverit industria Liuprandum Ven. S. Cremonen. Ecclesiæ Episcopum nostram exorasse prudentiam, ac clementiam, quatenus pro Dei amore, statuque Imperii nostri Rodaldo almifico Patriarchæ Aquilejensis Ecclesiæ, & per eum suæ Ecclesiæ, suisque successoribus Abbatiam de Sexto cum omnibus suis pertinentiis, & quidquid quidam Longobardus nomine Rondaldus, qui prædictæ Ecclesiæ bo. mem. Leonem Patriarcham interfecit, Aquilejæ & in omnibus finibus Forijulii possidere visus est, quod omnium judicio legaliter in jus ejusdem Ecclesiæ decidit, per illius scilicet nefandæ operationis necem; necnon omnes res, & proprietates Amioni, quas per præceptorum paginas nuper de Berengario divinæ mem. Imperatore acquisivit, & quidquid ei de jure parentum obvenit in supradicto comitatu Forijulii in vico Pavano, seu Incerciano, vel in Rungis, aut in Præberdiaco, & in Aulianico, atque in Foliano, vel in Mirione; necnon & castrum, quod vocatur Farra cum omnibus suis pertinentiis intus, & foris ad nostrum jus pertinentibus; & quidquid inter flumen Liquentiam usque ad duas sorores & viam publicam, quam stratam Ungarorum vocant, interjacet usque ad litus maris, tam ad proprietates mortuorum hominum, quam & eorum, qui absque hæreditate, & testamento mortui sunt, per nostri præcepti paginam imperiali auctoritate donaremus, & confirmaremus, quatenus nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut Sculdasius, seu aliqua persona in prædictis locis habeat potestatem placitum tenendi, aut aliquam dationem, vel redhibitionem requirendi, nisi solus præfatus Ecclesiæ Pontifex, vel illius Vicarius. Nos autem petitionibus optemperantes pro Dei amore, statuque imperii nostri prædictam Abbatiam de Sexto cum universis pertinentiis, & quidquid prænominatus Rodaldus possidere visus est Aquilejæ, in cunctisque Forojulianis finibus, nec non omnes res, & proprietates prænominati Amioni, quas per præceptorum paginas nuper de Berengario divinæ mem. acquisivit, & quidquid ei de jure parentum obvenit; item in prænominato comitatu Forojulianensi, in vico Paciano, seu in Cerciano, vel in Roncas, aut Præberdiaco, aut in Aulianico, atque in Foliano, vel in Mirione, nec non & castrum, quod vocatur Farra cum omnibus suis pertinentiis intus, & foris & ad nostrum pertinentibus: & quidquid inter flumen Liquentiam inter duas sorores, & viam publicam, quam stratam Ungarorum vocant, interjacet usque ad litus maris cum omnibus pertinentiis, omnibusque rebus mobilibus, & immobilibus, & familia utriusque sexus, Castellis, villis, locis, massariciis, capellis, ædificiis, domibus, montibus, vallibus, planiciebus, campis, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, salinis, piscationibus, ripis, paludibus, molendinis, silectis, cultis, & incultis prænominato Ven. Patriarchæ Rodaldo, & per eum suæ Ecclesiæ, suisque successoribus per hanc nostri præcepti paginam nostra imperiali auctoritate à nostro jure, & dominio sequestramus, & in ejus, suorumque successorum jus, & dominium omninò transfundimus, & delegamus habendi potestatem omni contradictione remota; quatenus nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut Sculdasius, seu aliqua persona in prædictis locis habeat potestatem placitum tenendi, aut aliquam dationem vel redibitionem requirendi, nisi solus præfatæ Ecclesiæ Pontifex, vel illius Vicarius. Si quis hujus nostri præcepti tenorem frangere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem cameræ nostræ, & medietatem prænominato Ven. Patriarchæ, ejusque Ecclesiæ, & suis successoribus, qui pro tempore fuerint. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria subtus firmantes in calce & jussimus sigillari annulo sigilli nostri.

„ Signum D. Ottonis Serenissimi Imperatoris.

„ Ambrosius Cancellarius ad vicem Auberti Episcopi & Archicancellarii recognovit, & scripsit.

„ Datum tertio Calend. Madii anno Dom. Incarn. DCCCCXXVII. Imperii vero D. Ottonis piissimi Imperatoris Cæsaris Indict. X. Actum Ravennæ in Dei nomine feliciter. Amen.

„ *Menda, quæ amanuensium errore in hoc Dato irrepserunt, sic corrige: Datum 3. Cal. Madii an. Dom. Incar. DCCCCLXVII. Imperii verò D. Ottonis piiss. Imp. sexto Indict. X. &c.*

„ *Iis omnibus Otho II. Imperator erga Rodaldum æquè munificus adjecit an. 977. Insulam in Istria sitam, quam Patriarcha coemerat à Vitali Candiano Gradensi Pontifice, hoc cuso diplomate, quod ex tabulario Monialium S. Mariæ extra muros Aquilejæ munere cl. viri Nicolai Madrisii hic exhibemus, sequentis tenoris.*

„ In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Otto Divina ordinante Clementia Imperator Augustus. Noscat omnium sanctæ Dei Ecclesiæ, ac nostrorum fidelium, præsentium scilicet, & futurorum industria, quod Henricus Karentanorum Dux nostræ humiliter suggessit Majestati, quatenus locum, qui nuncupatur Insula, quæ est sita in Histria cum suis pertinentiis, & reti-

bitionibus, quam dudum beatæ memoriæ genitor noster cuidam Venetico Vitali Candiano nominato per præcepti paginam tribuit, nos id ipsum ab eodem Venetico venditum Rodaldo Patriarchæ suisque successoribus per auctoritatis nostræ præceptum confirmare dignaremur; cujus suggestioni libenter assensum præbentes locum, qui dicitur Insula, cum suis appendiciis tam infra Civitatem Justinopolim, quam extra, quæ vocatur Capras, æque in montibus, in planiciis cum omnibus censibus, & retibitionibus, sive paludibus, pascuis, aquis, aquarumque ductibus, fontaneis, molendinis, Casaliciis, clausuris, vineis, pratis, sylvis, olivetis, cultis, & incultis, ripaticis, piscationibus ita integre uti in nostra permansit potestate, eidem Rodaldo venerabili Patriarchæ Rectori videlic. sanctæ Aquilejen. Ecclesiæ, ejusque successoribus concedimus, atque largimur habendi potestatem, omnium scilicet hominum contradictione remota. A

Eo videlicet ordine, quatenus nullus Dux, Maschio, Episcopus, Comes, Vicecomes, Sculdasius, Gastaldius, vel aliquis publicæ rei Exactor, nec non magna, parvaque persona inquietare, aut molestare præsumat, aut placitum tenere, sive aliquod officium construere, nisi prædicti Patriarchæ licentia. Insuper etiam pro remedio animæ nostræ omnem censum, quem prædictæ Insulæ homines infra Civitatem Justinopolim in domibus, vel cæteris rebus Regiæ potestati, atque Imperiali hactenus persolvere visi sunt, in prædicti Rodaldi Patriarchæ, suorumque successorum potestatem firmiter tradidimus, ac ordinavimus. Si quis vero hujus nostri præcepti violator extiterit, aut consentire noluerit, sciat se procul dubio compositurum mille libras optimi auri, medietatem Cameræ nostræ, medietatemque supralibato Rodaldo Patriarchæ, suisque successoribus, quibus molestiam intulerit. Et ut hoc inconvulsè servetur imposterum, hujus paginæ præceptum manu nostra subtus roborantes sigillo nostro jussimus insigniri. B

Signum Domini invictissimi Imperat. Aug. ni Ottonis



Petrus Cancellarius ad vicem Uberti Episcopi Archicancellarii recognovi.

a 977. Dat. XV. Kal. Maii Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXVI *a*. Indict. V. anno verò Regni Domini Ottonis XVI. Imperii X. Actum in Igilinhenn fœliciter.)

Cæterum obiisse Rodaldum ante annum 996. ex mox dicendis patebit.)

Exigit autem hic locus, ut difficultas producatur, quam nobis proponit Wolfgangus Lazius, qui l. 12. cap. 7. Comment. Reip. Rom. ubi agit de Genealogia Comitum de Plejen, seu de Beilstain, enumeratis prius aliquibus hujus familiæ Proceribus sic sequitur: Hos secuti sunt Syrus Patriarcha Aquilejensis, author monasterii Beuurn prope Salisburgum anno Domini 978. ratione cujus Comites hi à Piejen. Patriarchatus Aquilejensis Advocati antiquiores instituti sunt: & ut habent annales gentilitii supra inserti, magnam hi Forijulii partem feudo à Romano Imperio obtinuerunt, adeò ut Goricenses Comites Romani, Imperii Principes non minimi Comitum à Piejen, ac Beilstein vassalli extiterint, ut supra auditum est &c. *Et paulo post*. Huc pertinet Patriarcha alter Ecclesiæ Aquilejensis nomine Sigefridus, à quo Beatus Altmannus Episcopus Bataviensis ad ripam Danubii S. Petroneliæ parochiam in Carnunto veteri emit, & aliquot propè Fabianam, hoc est, Viennam, agros. C D A

Hæc si vera sint, Syrus Patriarchatum rexit post Rodaldum, & quidem circa annum 978. & consequenter Rodaldus non vixit in Patriarchatu per duos, & quadraginta annos. Hieronymus Henninges in theatro Genealogico duos pariter distinctos Patriarchas horum Comitum stemmati inseruit, Syrum, & Sigheardum, seu Sigifredum. Meminit quoque Syri Patriarchæ Paulus Mezger lib. 3. cap. 28. Historiæ Saltsburgensis his verbis: Ad hunc quoque annum (idest 1072.) referuntur exordia Monasterii S. Michaelis in Beurn Diœcesis, & ditionis Salisburgensis, ab oppido Lauffen uno milliari distantis. Fundationem fecerunt Comites de Plain olim terræ Salisburgensis incolæ. Hos inter eminuit Syrus Patriarcha exin Aquilejensis, eadem familia progenitus. *Ex his Mezgeri verbis apparet monastertum hoc fundatum fuisse anno 1072., quo vivebat Sigifredus alter ex hac familia Patriarcha; unde suspicor, Lazium deceptum fuisse à similitudine nominis accipiendo Syrum pro Sigheardo, seu Sigifrido. Certè Mezgerus, quamquam faciat mentionem Syri, non tamen illum pro fundatore prædicti Monasterii agnoscit, imo in Catalogo Abbatum dicti loci hoc Sigefrido Patriarchæ tribuit, unde in hac re exigua fides Lazio adhibenda est, sicuti etiam Henninges, qui suas tabulas Genealogicas ut plurimum à Lazio mutuatur. Cæterum ad indagandam hujus Patriarchæ genuinam notitiam recurrendum esset ad Archivium præfati Monasterii, cujus incolæ revera adhuc fatentur pro suo Fundatore Patriarcham Aquilejensem quemdam, sive ille sit Syrus, seu Sigheardus, sive hi ambo unus idemque sit.* Morocutus.) B C

49 JOANNES Rodoaldo substituitur anno 996. (1) qui eodem anno Cal. Junii Indict. 9. ab Othone III. privilegiorum Aquilejensis Ecclesiæ ab Imperatoribus concessorum obtinuit confirmationem *a*. Interfuit consecrationi Basilicæ Bambergensis ab Henrico Rege constructæ (2), missamque celebravit anno 1011. apud Ditmar. lib. 6. Donavit Joannes Præposito & Canonicis Forijuliensibus Villam Præmariati an. 1015. quam donationem confirmavit postea Bertholdus Patriarcha anno 1241. Joannes vero cum sedisset annis 19. mortem obiit anno 1016. Othonis indicatum diploma exscriptum vidimus, quod cum esset in paucis corruptum, & adulterum, haud hic inseruimus, ne lectores ad nauseam provocaremus. L.

a Refertur privilegium à Palladio hist. Forojul. p. 145.

50 POPPO ex Germania claro genere ortus, Henrici Imperatoris Cancellarius, Patriarcha Aquilejensis electus an. 1016. (3) cui idem Henricus cudendi pecuniam indulsit privilegium. *Hic*, teste Danduio, *Gradensem Ecclesiam sibi subjicere anhelans cum favore Imperiali mittit nuncios suos Benedicto Papæ, & de Insula & Ecclesia Gradensi justitiam requirit, & Ursonem Patriarcham, quem deceptorem nominat, citari petit. Ille ergo citatus dum obedire vellet, cognovit tractatu Popponis insidias in itinere sibi paratas fore; unde rediens legatos suos Papæ mittit, & causam suæ absentiæ prætendit, videlicet Imperialis timoris, quam Papa justam cernens excusationem admittit, & eum à citatione absolvit*. Sequitur idem auctor post electionem Joannis XIX. Papæ de actis LI. D

Pop-

(1) Ante annum 996. Aquilejensem Cathedram ascendisse Joannem evincit ejus judicatum in Comitatu Vicentino ad favorem Monialium S. Zachariæ Venetiarum editum an. 992. die 14. Februarii, & relatum à Muratorio in Antiquit. Esten. tom. 1. pag. 218.

(2) Quod Joannes Patriarcha interfuerit dedicationi Ecclesiæ Bambergensis confirmat etiam Anonymus author vitæ S. Henrici Imperatoris, quæ habetur apud scriptores Germaniæ nuper vulgatos à Joanne Petro Ludewig, additque Anonymus: In Dominica Paschalis ad officium matutinum Joannem Patriarcham recitasse lectionem primam, Archiepiscopum Ravennatem secundam, & ipsum Pontificem Benedictum tertiam. Citat pariter Anonymus epistolam satis longam, quam præfatus Patriarcha scripsit Henrico Episcopo Vrtzeburgensi de fundatione Bambergensis Basilicæ. *Morocutus*.

(3) Anno 1019 si revera an. 1031. erat XII. sedis Popponis, ut videlicet ejus donatio infra relata. An. 1024. interfuit declarationi exemptionis corporis S. Benedicti in monte Casino ex Bullario Casin. tom. 1. const. 6. sed & an. 1021. 6. Decembris sedit in judicio Veronæ cum Henrico Imperatore, dum lis agitaretur inter S. Zenonis monachos, & Rambaldum Tarvisii Comitem: ut videre est apud Muratorium Antiq. Esten. t. 3. pag. 149.

Popponis. *Eodem anno cum intee Venetos gravis discordia orta usque adeo perducta esset, ut Dun & frater ejus Patriarcha* (Gradensis siquidem) *relictis propriis sedibus apud Istriam exulare coacti forent, Poppo Paeriarcha Aquilejensis Gradum adiit petens recipi, adjutorem fratris sui Patriarchæ & amici sui Ducis, cui cum nollent acquiescere per sendecim suorum sacramenta firmavit, quod ad salvam faciendam civitatem intraret. Ubi postquam intratum est, Ecclesias & monasterium diruit, sanctimoniales violavit, thesauros abstulit, & civitatem licet destitutam, munitam suis reliquit. Addens quoque iniquitatem super iniquitatem Poppo, nuncios suos misit Joanni Papæ, & de subjectione Insulæ & Ecclesiæ Gradensis, tacita veritate, privilegium obtinuit, adjecta hac conditione juste, & canonice si sibi pertinere dignoscitur.* Hæc ille.

Porro Privilegium Joannis Papæ à Poppone extocto, nobis scribentibus ex authentico exemplari, communicavit eruditus amicus noster Comes Federicus Ubaldinus, cujus tenoc est hujusmodi.

Joannes Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto in Christo fratri Popponi sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ perpetuam salutem. Cum magna nobis sollicitudine insistit cura pro universis Eeclesiis Dei ac piis locis vigilandi, ne aliquam necessitatis jacturam sustineant, sed magis propriæ utilitatis stipendia consequantur. Ideo convenit nos totamentis aviditate eorundem veterum locorum stabilitatem ac integritatem maxime procurare, & sedulo eorum utilitatem, ac subsidia illic contrahere, ut Deo nostco omnipotenti id, quod pro ejus sancti nominis honore & laude, atque gloria ejus divinæ majestatis nostrarum rerum confirmare veteribus locis sit acceptabile. Nobisque ab ejus locupletissima misericordia, digna hujusmodi pii in fidereis conferi amor arcibus remuneratione. Igitur quia postulatis à nobis, quatenus Patriarchatum sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ cum omni suo honore, atque suis pertinentiis totum in unum vobis conferamus, sicuti olim à Beata Petro Peincipe Apostolorum, nec non Eugenio, atque Gregorio, cæterisque prædecessoribus nostris hujus Apostolicæ sedis Episcopis decretum est. Inclinati namque precibus vestris Apostolica auctoritate concedimus, & per hujus nostri privilegii paginam confirmamus vobis vestrisque successoribus Patriarchatum sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ fore Caput, & Metropolim super omnes Italiæ Ecclesias, quoniam ante omnes constitusam, & in fide Christi fundatam fuisse cognoscimus: atque volumus S. Aquilejensem in cunctis fidei rebus peculiarem, & Vicariam, & secundam esse post hanc Almam Romanam sedem, sicuti olim à Beato Petro Apostolo concessum fuisse videtur. Insuper vobis vestrisque successoribus, Apostolica auctoritate Pallium concedimus, quo vos ad Missarum solemnia celebeanda uti volumus in Natali Domini, ac solemnitate Epiphaniæ, & in quatuor S. Mariæ festivitatibus, & in ejusdem dedicatione Ecclesiæ, & in die Natalitii sui, & in Cæna Domini, & in die S. Paschæ, & in Ascensione Domini, & in die S. Pentecostes, & in nativitate S. Joannis Baptistæ, atque in festivitatibus omnium Apostolorum, & in festivitate omnium Sanctorum, & in cæteris omnibus præcipuis festivitatibus, nec non in consecratione Episcoporum. De rationali autem idipsum præcipimus, ut in cæteris festivitatibus utamini, quemadmodum & de Pallio. Insuper autem vobis vestrisque successoribus Apostolica auctoritate universos Episcopos S. Aquilejensis Ecclesiæ pertinentes, nec non Monasteria . . . atque etiam Parochias cunctas eidem Patriarchatui pertinentes cum omnibus plebibus, titulis, Ecclesiis, seu Capellis, Castellis, Villis, terris cultis, & incultis, seu decimationibus eorum cum exitibus, vel redditibus eorum, seu cum omnibus utensilibus eorum, & appenditiis, quæsitis, vel inquirendis, quæ dici vel

A *nominari possunt. Nec non confirmamus vobis vestrisque successoribus Insulam, quæ Gradus vocatur cum omnibus suis pertinentiis, quæ barbarico impetu ab eadem Aquilejensi Ecclesia subtracta fuerant, & falso Patriarchali nomine utebatur, de qua multi antecessores vestri, temporibus meorum antecessorum, & multorum Imperatorum per multas Synodos proclamaverunt, ad quas æmulus tuus multoties Synodali sententiç, & Imperiali præcepto vocatus venire renuit, unde interventu etiam & petitione dilecti filii nostri Conradi Imperatoris Augusti Synodum congregavimus, in qua multi nostrates & Longobardi, & Theutenici Episcopi, & Abbates interfuerunt, ad quam ipse canonice vocatus venire distulit. Unde judicio omnium Episcoporum qui aderant, restituta est ibi eadem Insula cum omnibus suis pertinentiis, ut secundum Deum & votum vestrum eam ordinare vobis liceat, vel omnia, quæ sub jure ac dominio Patriarchatus præfati adjacere, vel pertinere noscuntur, quemadmodum Beatissimus Petrus Apostolus olim* B *suo discipulo Marco Evangelistæ, ejusque sequaci elegaati viro Hermagoræ contradidit. Statuentes igitur Apostolica censura sub divini judicii obtestatione, & anathematis interdictu interdicimus, ut nullus unquam nostrorum successorum Pontifex, nullusque Episcopus, nullaque magna, parvaque persona in totis finibus vestri Patriarchatus, vel Episcoporum vestrorum dominio pertinentium ordinationem quamlibet facere præsumant, nisi vestro, vestrorumque successorum fuerit consensu, quatenus Ecclesiarum ordines cum Dei adjutorio sedule accrescant. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu hujus nostri Apostolici privilegii transgressor extiterit, sciat se auctoritate Dei omnipotentis, & Apostolorum Principis Petri, & Pauli, & nostra, qui eorum fungimur vice, anathematis vinculo esse innodatum, & à regno Dei esse alienum; qui vero hujus nostræ Epistolæ institutionis in omnibus observator extiterit, benedictionis gratiam, vitamque æternam, & absolutionem omnium peccatorum suorum consequi mereatur à* C *Deo, qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.*

Scriptum per manus Joannis Cardinalis, & Cancellarii vice Petri Diaconi Mense Septembris, Indictione decima (1). *Datum per manus Bossonis Episcopi & Bibliothecarii S.R.E. in Mense, & Indictione suprascripta, in Sacratissima Sede Beati Petri Apostoli anno IV. Deo propitio. Pontificatus D. Joannis Summi Pontificis & universalis XIX. Papæ.*

In hoc transumpto exemplari descripto ex libro authentico, asservato in Arce scripturarum Cancellariæ Aquilejensis Ecclesiæ, non extant illa verba supra relara ab Andrea Dandulo in Chronic. scilicet: *juste & canonice si tibi pertinere dignoscitur*; unde suspicatus sum transumptum non fuisse fideliter exscriptum, vel consulto verba illa, si aderant, fuisse prætermissa. Hoc igitur fultus privilegio Poppo, & Imperatoris authoritate, Insulam Gradensem recepit, Ursone Patriarcha deposito, indeque thesauros, quos ibidem prædecessores ob metum Barbarorum condiderant, Aquilejam deportan- D dos curavit; quam cum solo æquatam recepisset, muros Civitatis instauravit: Templum sumptuosissimum cum pulcherrima Turri sanctissimæ Virgini Deiparæ Tutelari extruxit. Inque foro Aquilejensi officinas triginta, & in portu Pyri viginti: juxtaque Templum ædes Regio more amplissimas ædificavit. Condidit quoque Cœnobium, ubi sacræ Virgines Benedictini Ordinis ad omnem pietatem instituerentur. Patriarchale templum à se extructum solemni pompa dedicavit assistentibus pluribus Episcopis, ac præsentibus *a* Joanne ipso XIX. Papa, & Conrado Imperatore anno 1031. ut vetus monumentum *b* proloquitur. *MXXXI. Indictione XIV. III Idus Julii. Ego Poppo hujus Aquil. Ecclesiæ Patriarcha, una cum duobus Romanis Epis. Cardinalib.*

a Non præsentibus, sed regnantibus.

b Quod prostat ad ejusdem Ecclesiæ Australem Januam.

(1) *Hic loco indictionis decimæ reponenda est indictio XV. Ughellus enim tom. 4. recitat aliud privilegium Sylvæ Candidæ Episcopo datum, scriptum per manum Georgii Notarii Regionarii atque scriptoris S.R.E. in mense Decembri Ind. X.* post subscriptionem vero Præsulum &c. in eo nominatorum: *Datum XII. Kal. Januarii per manus Bruchardi Episcopi Portuensis, & vice Peregrini &c. anno Pontificatus D.N. Joannis summi Pontif. & universalis XIX. Papa in sacratissima sede B. Petri Apostoli tertio, mense Decembri, Ind. X.* anno scilicet Christi MXXVI. Cum itaque eo Christi anno die 17. mens. Decemb. tertium sedis annum attigisset, in præcedenti subscriptione loco indict. X. reponenda indictio XV. alioquin an. 1026. mense Septemb. annum IV. Pontificatus, & mense Decemb. ejusdem anni an. III. numeraret. *Pagius in Annal. Baron. tom. 4. p. 131.*

& XII. Coep. præsidente D. Joanne Papa XIX. & Imperatore Conrado Augusto, consecravi hoc templum in honorem S. Mariæ Genit. Dei, & Ss. Martyr. Hermach. & Fortunati, ob cujus solemnitatem idem Roman. Summus Pont. de gratia Apostolica concessit indulg. C. Ann. & C. dier. singulis annis omnib. vere pœnitent. & confessis dictam Aquilejensem Ecclesiam visitantibus causa devotionis, & in festo dictorum Martyrum Hermach. & Fort. & per octavas eorum singulis diebus XVIII. annorum, & totidem quadragenarum. Item dicti Cardinales auctoritate Apostolica ob reverentiam S. Quirini mart. qui ejus corpus portaverunt de Urbe, & condiderunt à parte dextera in altari parvo juxta altare majus, & ob reverentiam B. Marci Papæ, & Confess. cujus etiam corpus de Urbe portaverunt, & collocaverunt à sinistris in altari parvo juxta altare majus, concesserunt indulgentiam X. ann. & X. quadragenarum tam in supradictis solemnitatibus, quam etiam in festivitatibus eorundem.

Instituit Poppo eodem die, eo in Templo, 50. Sacerdotes, ut assidue divinis assisterent institutis, quibus præter alia multa prius concessa Meleratum, Palmatam, Silavum, Ronchium, Ronchetium, Castillionum, Marianum, Carolinum, S. Georgium, Pagos Forijulii non ignobiles attribuit. Hujusmodi donationis monumentum tale est ex authentico exemplari.

Cum summus ille Paterfamilias ad excolendam vineam suam ab exordio usque ad finem mundi innumeros quotidie cultores vocare non desinat, inter ultimos me Pipponem licet inutilem, & indignum operarium in hac sancta Aquilejensi Ecclesia dignatus est advocare. Et quia idem Paterfamilias benignus, & misericors tributor retributionem novissimos primus novit misericorditer eorum, quare licet ad undecimam horam servus operator accessi, inter ultimos tamen operans, modo aliquam portionem accepturum in eadem Vinea Domini, prout potui, studui laborare. Videns itaque ego Poppo prædictus ejusdem Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, eandem Aquilejensem Urbem quondam famosissimam Paganorum sævitia omnibus ædificiis, & munitionibus destructam, & maxime Ecclesiarum decore destitutam, inspirante Deo omnium auctore, hanc Ecclesiam fabricavi, & eo auxiliante eam in honorem S. Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ, Ss. Martyrum Hermagoræ, & Fortunati, unacum pluribus Episcopis consecravi. In qua ex diversis, & maxime ex Romana Ecclesia plurimas Sanctorum reliquias summo, & ardenti studio congregavi, & studiosissime collocavi. Ob eorum igitur reverentiam, & amorem Jesu Christi, qui est caput, & sponsus Ecclesiæ, qui eam dilexit, & se ipsum tradidit pro ea, in hac eadem sancta Ecclesia Aquilejensi quinquaginta fratres ad serviendum Deo, & sanctis suis ordinavi; quibus, & ex consilio, voluntate Advocati ejusdem Ecclesiæ honorabilis Viri Valperti, nec non ex consilio duorum Romanorum Pontificum Joannis, & Dudonis, simulque cæterorum Coepiscoporum scil. Rodberti Concordien. Joannis Polen. Voldarici Petenensis, Azonis Civitatis Novæ, Adalgerii Tergestini, Rotarii Travisani, Astalphi Patavini, Heremani Bellunen Voldarici Brixiani, Rigizonis Feltren. Helmigerii Ceneten. Voldarici Tridentini, quædam ex bonis ejusdem Ecclesiæ, quasi de sinu matris accipiens, ipsis fratribus, seu filiis educandis concessi, & de ea, quæ ab antecessoribus meis illis tradita fuerunt, adauxi, ut his adminiculis consolati Deo, & Ss. ejus hic constitutis fideliter serviant, ac pro statu Regni, & Sacerdotii, pariterque pro vivis, atque defunctis Dei misericordiam exorare valeant. Juxta Apostolicam enim sententiam justum & rationabile, ut qui Ecclesiæ serviunt, de Ecclesia vivant. Hæc autem sunt, quæ ad dictorum fratrum præbendam dedi, & ordinavi.

In primis Villam de Melereto cum omnibus finibus, & pertinentiis suis, scil. cum Villa Sclavorum, quæ similiter dicitur Meleretum, & Palmata, & Roncha, & Ronchetas cum agris, vineis, pratis, pascuis,

A *cultis, & incultis, sylvis, & venationibus usque ad sylvam S. Laurentii, & usque ad Villam, quæ dicitur Antonianum, & usque ad Teletas, & usque ad Bicinis, & usque ad Villam Stephani, & usque ad Clanianum; similiter & Villam de Castellone, & de Marciano cum finibus, & pertinentiis suis à Villa S. Andreæ, usque ad Villam, quæ dicitur Gonarium, & usque ad sylvam cum omnibus redditibus suis, cum agris, vineis, pratis, pascuis, cultis, & incultis, cum paludibus, & sylvis, cum venationibus, cum aquis, aquarumve decursibus, cum molendinis, & piscationibus, eis trado, atque confirmo. Villam etiam de Mariano, & Villam de Carlsuis, & Villam S. Georgii cum omnibus redditibus, una cum omnibus finibus, & pertinentiis suis, cum campis, vineis, pratis, pascuis, cultis, & incultis, cum aquis, aquarumve decursibus, ac molendinis, Insulis à mari, & à flumine, quod dicitur Cornium. usque ad aquam, quæ dicitur Arnuncus cum paludibus, & piscationibus, cum sylvis, & venationibus mihi, & successoribus meis omni utili-*
B *tate sublata eis perpetualiter habendas concessi. Trado insuper eis in omnibus supradictis beneficiis eorum Ecclesias baptismales cum Capellis sibi pertinentibus, & ut Præpositus eorum de cæteris eis largius ministrare valeat, ipsas Ecclesias ad suam utilitatem ordinet, & habeat. Similiter in foro Aquilejæ triginta stationes, & in portu Piri viginti eis concedo, & ad eorum servitium, vel utilitatem dispono. Eorum itaque orationibus me committens, ut pro salute mea tam animæ, quam corporis, & ut pro vivis atque defunctis Dei misericordiam fideliter deprecentur, eos sub testimonio, & præcepto Christi devote commoneo. Successores quoque meos in Christo humiliter peto, ac moneo, ut quod ego tam pro eorum, quam pro mea salute ordinavi, Dei timoris pariter & amoris, & suæ memores salutis minime infringant; sed scientes pro malefactis pœnas, pro benefactis præmia suscepturos, omni tempore ratam & stabilem esse permittant. Rogo insuper eos, ut locum istum, &*
C *fratres sic misericorditer tractent, sicut Deum & Sanctos ejus cupiunt habere propitios. Quod si aliter, quam disposui de omnibus prænominatis rebus, quod nec spero, nec cupio, facere voluerint, habeant S. Mariam, & omnes Sanctos à me hic positos accusatores in die judicii, & eum, qui est Sanctus Sanctorum, Christus Judex.*

Si vero aliæ quælibet personæ hoc à me factum infringere, vel turbare, & aliquo ingenio, vel violentia mutare præsumptuose tentaverint, sub anathemate positi corporis, & animæ duplicem pœnam percipiant. Corporis quidem, ut Psalmista ait, Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes; *Animæ vero, ut in die judicii perpetua damnatione cum Anania, & Juda traditore Domini sine fine damnentur. Quod ut verius credatur, & diligentius observetur, hanc paginam per manum Bertholdi scribi, atque Sigilli mei impressione insigniri feci.*

Actum in eadem Ecclesia Anno Dominicæ Incarna-
D *tionis MXXXI. Indict. XIIII. tertio Idus Julii. Residente D. Joanne Apostolico in Urbe Romana, regnante vero Conrado Imperatore Augusto Imperii sui anno 5. Pontificatus autem ejusdem D. Popponis an. 15. Residentibus autem duobus Romanis Pontificibus cum cæteris Episc. & Clericis, astante Valperio Advocato cum reliquis laicis. Hujus Ecclesiæ fideliter peracta consecratione explicitis missarum solemniis, Ego prædictus Poppo S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha gaudens & exultans, & Deo gratias agens, qui non meis meritis, sed secundum magnam misericordiam in bonis adimplevit desiderium suum, coram cunctis astantibus hanc chartulam ordinationis Mariæ S. Dei Genitrici, sanctisque martyribus Christi Hermagoræ, & Fortunato obtuli, & propria manu subscribens omnes astantes Episcopos, cum Valperto Advocato, & quibusdam laicis subscribere invitavi, ac si prædictis fratribus perpetuo habenda, & possidenda propria manu donavi.*

Ego Poppo Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha propria manu subsc.

Ego

Ego Joannes Romanæ Ecclesiæ Card. Episcopus subscripsi.

† *Ego Dedo similiter S.R.E. Cardinalis Episcopus subsc.*

† *Ego Aistulphus S. Ecclesiæ Patavinæ Episcopus subscr.*

† *Ego Voldaricus Dei gratia Brixianus Episcopus subscr.*

† *Ego Azo Civitatis Novæ subs.*

† *Ego Voldaricus Peteneus Episc. subsc.*

† *Ego Rotharius S. Tarvisin. Ecclesiæ Episcopus subscripsi.*

† *Ego Heremanus Bellunen. Episc. subs.*

† *Ego Regizo Feltren. Episcopus subs.*

Ego Elmingerus Ceneten. subsc.

† *Ego Joannes Polensis subs.*

† *Ego Adalgerus Tergestinus Epis. subs.*

Signum manus Valperti Advocati.

Signum manus Joannis Vicedomini, & Bertholdi fratris ejus.

Signum manus Heremenardi, & Jaginzonis fratris ejus.

Signum manus Senterelli, & Zapoli.

Signum manus Aldini.

Signum manus Tinualdi.

Signum manus Martini.

Signum manus Pesozonis.

Signum manus Juvaldi.

Signum manus Azonis.

Signum manus Gapponis.

Signum manus Roaldi.

Signum manus Veccini.

Signum manus Ingilfredi.

Signum manus Adæ.

Signum manus Bertholdi, qui hanc chartulam ex jussu Domini Popponis Reverendissimi Patriarchæ conscripsi, atque complevi.

Locus signi not.

Popponis donationi accessit pia Conradi Cæsaris in magnificum, nobileque templum, tum & in ipsum Popponem liberalitas. Popponi itaque (teste Candido) Ducatum Forojuliensem, ac Marchionatum Istriæ cum innumeris prędiis tradidit: ex quibus quotannis centum & amplius aureorum millia percipi solebant: Templum vero quo dignitate fulgeret illustriori, sibi & successoribus suis Imperatoribus locum in Throno inter Canonicos constituit, cuique Cæsareus Vicarius hodie præest. Cæterum Poppo Conradum in Venetos irritavit, Adalpertumque Carinthium Ducem in agro Aquilejensi tributa extorquentem repulit: Noritianis Comitibus ut Suffragatores Aquilejensis Ecclesiæ essent, multum Fisci addidit. Nec politicas institutiones omittens, conventum universæ Regionis (Parlamentum vocant) cum Nomenclatura Antistitum, urbanorum, castellanorumque decrevit: quæ constitutio hodieque servatur. Afferunt quidam illum ut acerbo & pertinaci ingenio, ita parum honesto mortis genere non multo post Gradensium cladem extinctum fuisse: sed alii æstiment cum præclara ejus viri gesta feliciter usque ad exitum viderint. Hæc Candidus. Verum Dandulum audiamus de morte Popponis ita loquentem: *Anno 1044. Indictione 12. Poppo Patriarcha Aquilejensis, Apostolica sede multipliciter quassata, privilegium de subjectione Gradensis Ecclesiæ obtinuit, ac Gradum furtim ingrediens abominanda commisit flagitia. Nam Ecclesias incendit, thesauros abstulit, & multas reliquias, quas invenit, retulit secum. Pro tanto igitur flagitio Dux Dominicus Contarenus, & Ursus Patriarcha Benedicto Papæ litteras mittunt. Sed antequam de tanto actu coerceretur, idem Poppo sine confessione, & viatico moritur turpissime. At Dux, & Patriarcha Benedictum Abbatem Sanctissimæ Trinitatis de Brondulo, Joannem Sternatum, & Gregorium Clericum Nuntios Papæ delegantes, irritationemq; privilegii Popponi concessi obtinentes cum ablatorum restitutione, & suæ sedis approbatione redeunt. Tunc Dux Urbem Gradum dirutam reparare studuit.*

Clarus igitur magis bellicis artibus, quam pacis decessit Poppo vigesimo octavo sui Pontificatus anno salutis 1044. sepultusque est in Patriarchali Basilica, ubi ejusdem res gestas, Epitaphium insigne marmoreum complectitur, in hunc, qui sequitur, modum.

Post cineres quod habet muros Aquileja, quod ingens
Stat templum, Turris celsa quod astra petit,
Quod dos ampla datur Conrado à Cæsare, & æra
Sub Patriarchali cudere posse nota,
Debentur cuncta hæc illi, qui clauditur Arca hac
Poppo, sacerdotes huic date thura, fuit.

In veteri libello Statutorum Capituli Aquilejensis habetur, ut quolibet anno anniversarium Popponis solemniter celebretur. *Cap. 140. deliberatum fuit, & statutum, quod anniversarium Reverendissimi D. Popponis olim Patriarchæ, & fundatoris Sanctæ Ecclesiæ, honoraretur etiam cum celebratione Missarum, & quod omnes, & singuli tam D. Decanus, quam Canonici, & Mansionarii eo die celebrare debeant, & per ipsum D. Decanum cantetur Missa, & per duos eu Canonicis Evangelium, & Epistola. Quod si D. Decanus non fuerit præsens, prior Canonicorum cantet Missam, & alii duo gradatim Evangelium, & Epistolam, & in Missa offerantur ipsi D. Decano per Dapiferum denarii viginti quatuor, & cuilibet Canonicorum Missam celebranti, aut Evangelium, & Epistolam cantanti denarii duodecim, & successive cuilibet Mansionario celebranti denarii sex.* Ex relato Epitaphio, tum ex aliis hallucinatus videtur Jodocus Hundjin sua Metropoli Salezburgensi a, dum Popponem Brixinensem Episcopum, qui anno Domini 1048. Summus Ecclesiæ Pontifex renunciatus Damasus II. dictus est, Patriarcham Aquilejensem asseruit, Popponem Aquilejensem anno 1044. defunctum cum Brixinensi Poppone confundens, quod adstipulatur Baronius in Damaso tom. 11. Annalium Ecclesiastic. De Poppone Aquilejensi habemus item apud Hermannum Contractum in Chronic. quod Herimbertum Mediolanensem Archiepiscopum captum à Conrado Imperatore anno 1037. custodiendum accepit.

a Ex Bucellinus in sua Germania sacra, item Ciaconius in Damaso, nec qui post ipsum scripsere Victorellus, Ughellus, & Oldoinus hunc correxerunt errorem.

(,, *Verum hic accipe diploma, quod Poppo retulit ,, ab Henrico III. Imperatore an. 1040. exscriptum ,, excitato Apostoli Zeni codice, mendosum ut jacet.*

,, *Henricus divina favente clementia. Si Ecclesiarum Dei cultores nostræ largitatis munere ditare ,, studuerimus, id ad nostri regni statum multum ,, proficere minime dubitamus. Quocirca notum sit ,, omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus præsentibus scilicet & futuris, qualiter Poppo Patriarcha S. Aquilejensis Ecclesiæ nostram humiliter exoravit ,, clementiam, quatenus pro Dei amore, nostræque ,, animæ remedio, S. Aquilejen. Ecclesiæ honorem ,, S. Mariæ dedicatæ, omnes Episcopatus, Abbatias, plebes, Monasteria, tam Monachorum quam ,, & puellarum, nec non & sinocdochia, Castella, ,, Tholonea, ripatica, villas, forestæ, omnesque ,, ejusdem Ecclesiæ possessiones, quas ipsa Ecclesia ,, olim per præcepta regum, seu Imperatorum, nec ,, non per privilegia Apostolorum usque nunc visa est ,, possidere: & ubicumque supra terram ejusdem Ecclesiæ residentes greges suos pascere viderentur, ,, nulli herbaticum sive pescaticum cogerentur nisi ,, Aquilejen. Ecclesiæ & Popponi Patriarchæ, suisque successoribus placita, & districtiones, collectas, & angarias, forum, & suffragia, sive omnes publicas functiones, quæ nostri antecessores ,, Imperatores, sive reges, per præcepti paginam ,, jam dictæ Ecclesiæ, ejusque rectoribus largiti sunt, ,, nos ei pariter largiri dignaremur, & confirmaremus cuncta suarum instrumenta cartarum, eo scilicet pacto ut si unquam ea ipsis aliqua, aut furto, aut ,, incendio, aut naufragio, aut quomodolibet eventu amiserit, habeat licentiam defendendi per hoc ,, nostrum præceptum, si ab aliquibus per placita fa-*

,, *tigatus fuerit, tanquam si ipsas cartulas, aut firmitates propriis retineat manibus. Cujus dignis petitionibus aures nostræ Dapsilitatis accomodantes corroboravimus, atque per hujus regalis præcepti paginam largimur S. Aquilejen. Ecclesiæ, ejusque rectoribus, qui pro tempore fuerint, omnes Episcopatus, Abbatias, plebes, monasteria tam Monachorum quam etiam puellarum, nec non Sinodochia, Castella, Tholonea, ripatica, villas, foresta, omnesque ejusdem Ecclesiæ possessiones, quas ipsa Ecclesia olim per præcepta regum, sive Imperatorum, nec non privilegia Apostolicorum usque modo visa est possidere, ut ubicumque super terram ejusdem Ecclesiæ residentes greges pascere videntur nulli herbaticum, sive eschaticum dare nisi Aquilejen. Ecclesiæ & Popponi Patriarchæ, suisque successoribus, placita, & constructiones, collectas, atque angarias, forum, & suffragia, seu omnes publicas functiones: de castellis, villis S. Aquilejen. Ecclesiæ, & de universis hominibus inter ejusdem terram Ecclesiæ habitantibus, quod antecessores nostri suo antecessori Joanni Patriarchæ suisque præcessoribus per diversas præceptorum paginas contulerunt, eodemque ordine, ut nullus Dux, Marchio, Comes, nullaque regni nostri magna vel parva persona in Castellis, sive villis sepedictæ Ecclesiæ placitare, collectas facere, vel homines angariare præsumat præter prælibatum Popponem Patriarcham, suosque successores, qui Aquilejen. Ecclesiæ sedem tenere videbuntur; sed S. Ecclesiæ Patriarcha in se vel suo latere nuncius in jam dictis Castellis, villis placitet: & si lites inter eos exortæ fuerint, legali judicio vel legalis missus potestative determinet. Si quis verò hujus nostri præcepti paginam infringere voluerit, sciat se compositurum auri optimi libras mille, mediet. cameræ nostræ, & medietat. prænominatæ Ecclesiæ, ejusque rectoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu nostra confirmantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus.*

,, *Signum D. Henrici III. gloriosissimi, atque invictiss. regis.*

,, *Chadelous Episcopus & Cancellarius vice Hermanni Archiep. & Archicancel. recognovit. Data 3. Non. Januarii Ind. 8. an. Dom. Incarn. MXXXX. anno vero ordinationis D. Henrici XII. regni vero I. Actum in Civitate Ratisbona feliciter Amen.*

,, *Nec diù post alterum diploma Popponi Henricus expedivit, quo quinquaginta regales Mansos munificentissimè eidem, ac Ecclesiæ suæ concessit. Illud quidem, prout in sæpius memorando Trivisaneo veterum monumentorum Ms. codice descriptum reperimus, hic libenter subjicimus.*

,, *In nomine S. & individuæ Trinitatis Henricus divina favente clementia Rex. Divinæ mentis dispositio, quæ post excessum divæ memoriæ regum, & imperatorum sollicitudinis scil. regalis potentiæ non ignara misericorditer respexit, monet, & instigat Ecclesiis Dei in regno nostro circumquaque constitutis tanto vigilantius prudentiæ nostræ curam impendere, quanto constat in nostri ordinis promotione, cœlestis gratiæ beneficia indulgentius nos percepisse. Ex hoc enim lucri potissimum præmium apud conditorem omnium Deum proculdubio promereri confidimus, si venerabilia loca opportuno tempore ad meliorem fuerint statum Deo juvante nostraque potentia cooperante perducta. Quapropter noverint omnes Christi nostrique fideles tam futuri quam præsentes, qualiter nos pro piissimi genitoris nostri felicis memoriæ Conradi Romanorum Imperatoris, nostræque animæ remedio, simulque ob fidele servitium Popponis Patriarchæ Aquilegensis Ecclesiæ, cui idem præsidet, in honorem scil. Ss. Hermachoræ, & Fortunati constructæ L. regales mansos, idest villas circumcirca cum cæteris villis ibi adjacentibus ad explendos tot præscriptos regales mansos in Marchia Creina in comitatu Eberardi Marchionis sitos cum omni pertinentia in proprium tradidimus, cum Ecclesiis, areis, ædificiis, agris, terris cultis, & incultis, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, viis & inviis, exitibus, & reditibus, quæsitis, & inquirendis sive cum omni utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire, eaque ratione ut præscriptus Poppo Patriarcha, suique successores de prætitulatis L. regalibus mansis liberam deinceps habeat potestatem tenendi, commutandi, vel quidquid sibi ad utilitatem prælibatæ Ecclesiæ placuerit inde faciendi. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis, & inconvulsa per futura annorum curricula permaneat, hoc præceptum inde conscriptum subtus manu propria confirmatum sigilli nostri jussimus impressione insigniri.*

,, *Signum D. Henrici III. regis invictissimi.*

,, *Theodoricus Cancellarius Vice Gordonis Arcicapellani recognovit.*

,, *Data VI. Id. Januar. Ind. 8. anno Domin. Incarn. m. quadragesimo: anno autem D. Henrici III. ordinat. XII. regni vero I. Actum Augustæ feliciter. Amen.*)

51 EBERARDUS Germanus, (,, *Augustanus Canonicus*) ejusdem Patriarchalis sedis Antistes fuit electus an. 1044. Romano Concilio interfuit anno 1047. post quintum sui Patriarchatus annum ex mortali vita discessit anno 1049. LII.

52 GOSOBALDUS *a* item natione Germanus, ex Metensi Præposito, ad hanc eandem sedem pervenit anno 1049. Ab Alexandro II. Gradense Oppidum obtinuit; ab Henrico Cæsare Forojoliensis, atque Istriæ Ducatus confirmationem accepit, eo jure ut Imperii membrum nobilissimum teneretur. Cœnobium, atque ædem S. Stephani Prothomartyris exædificavit prope Aquilejam: fatoque cessit anno 1065. sepultusque est in Patriarchali, ubi rhythmicis carminibus compositum legitur Epitaphium, quod Candidum puduit referre, quòd minus Latine exscriptum fuisset. LIII.

a Godoboldus.

53 RAVONGERIUS *b* natione Germanus, electus anno 1065. excessit è vivis anno 1068. LIV.

b Revengerus.

54 SINGIFREDUS, sive Sigeardus Germanus, in Epistola Gregorii VII. habetur, cumque Cancellarius esset Henrici IV. Cæsaris, electus fuit anno 1068. cui idem Cæsar Japidiam adjecit. Mortuus est anno 1077. (,, *Sigifredus seu Sigheardus ex Comitibus de Plejen ortus, sive idem sit cum Syro, de quo supra, sive alius, fundavit Monasterium S. Michaelis in Beurn non procul Salisburgo anno 1072. Vendidit Altmanno Episcopo Passaviensi Parochiam S. Petronellæ non procul Vienna in Austria, & aliam capellam in ipsa urbe Viennensi Divo Petro sacram, cum quibusdam agris. Hinc irrepsit error aliquorum, qui ex hoc arguunt, Jura Patriarchatus Aquilejensis extensa fuisse olim usque in Austriam, quod falsum est; nam Capellæ, & agri, quos Sigifredus alienavit, fuerunt juris patrimonialis Comitum de Plejen, ad Sigifredum hæreditario jure devoluti, tanquam ad Comitem ejusdem familiæ. Non possum hic præterire ea, quæ de Sigifredo asserit Joannes Adlzreitter Part. 1. lib. 18. Annalium Bojariæ, seu Bavariæ, ubi agens de fautoribus Henrici IV. contra Pontificem hæc habet.* Non fuit absimile supplicium Sighardi Aquilejensis Patriarchæ, qui cùm omnium acerrimè Gregorii partes ante annos aliquot defendisset, urlisserque Henrici abdicationem, facto ad Schismaticos transfugio, operam pessimæ causæ sociavit. Is Ratisbonæ, lapsus in delirium vitam infeliciter finiit, & ne incomitatus abiret, secum traxit quinquaginta socios, quos illaudata phrenesis, & dubia mors interemit. *Sed & eadem narrat Bertholdus Constantiensis in Append. ad Herman. Contract. p.* 348. Item Sigehardus Aquilejensis Patriarcha in LV.

auxi-

auxilium Henrici contra bannum Apostolici armata manu veniens, in amentiam vertitur apud Ratisponam, & ex ipso itinere repentina morte intercipitur, sicque domum non sine aliquibus suorum funeribus in corpore, & anima mortuus reportatur.

Cæterum Sigifredus tradidit in feudum agnatis suis Comitibus de Plejen Advocatiam Ecclesiæ Aquilejensis, ut supra ex Lazio accepimus, horumque Comitum descendentes fuerunt forsan Burcardus, & Henricus fratres, qui illam in manus Ulrici Patriarchæ resignarant. De qua postmodum investiti fuere Comites Goritienses à Berchtoldo, at creditur, Patriarcha. Morocutus.)

Anno 1076. Legatione functus Apostolica Concilio Triburiensi præsedit pro depositione Henrici IV. Germaniæ regis. Ad hunc, quem Sicardum vocat, scribit Gregorius VII. *Epist. 42. an. 1074. &* LXII. *an. 1075. apud Harduinum Conciliorum tom. 6.*

B *Adhuc autem 3. Idus Junii 1077. in vivis agebat ab Henrico Istriæ Comitatu, & Marchia Carniola ditatus sequentibus diplomatibus ex citato Cl. Apostoli Zeni codice exscriptis.*

Henricus Dei gratia Rex. Experimento *didicimus quam præclaram, & permansuram adepti sunt famam Reges, seu Imperatores nostri videlicet antecessores, quia suorum fidelium clementer cognoscentes servitia, regali eos ditaverint munificentia, quanto magis Ecclesias Dei sua sublimitate abundantia. Quorum vero exempla nos æque potentes, æque divites secuti fideli nostro Sygeando Patriarchæ, & suæ s. Aquilejen. Ecclesiæ ad honorem Dei genetricis, atque virginis Mariæ, & S. Hermacoræ ibi requiescentis per petitionem dilectæ nostræ regni ac thori nostri consortis Berthæ Reginæ, subvenientibus quoque ad hoc familiaribus nostris Embricone Augusten. Vocalricho Eihesten. Epone Nuireburgen. Bennone Osnabrugen. Gebardo Pragen. Episcopis, Ducibus autem Vuritizlao Boemiæ, ac Lindulfo Chorinthiæ quoque Palatino Comite, & Tieboldo Marchione, aliis quoque nostris quampluribus amicis* C *Comitatum Istriæ tradimus, ac perpetua proprietate dicamus, ea quidem ratione, ut idem præfatus Patriarcha Sigeando liberam potestatem habeat eumdem Comitatum possidendi, obtinendi, vel cuicumque velit dandi. Hanc ergo potestatem sibi, suisque concedentes successoribus regalem nostram auctoritatem in hoc, & traditionem per hanc chartam inde conscriptam, & propria manu corroboratam, ac sigilli nostri impressione insignitam omnibus seculis notificamus.*

Signum D. Henrici IV. Regis invictissimi.

Gebardus Pragen. Episcopus, & Cancellarius vice Sigefredi Archicancellarii recognovi. Dat. 3. Idus Junii an. Dom. Incarn. MLXXVII. Ind. XV. Nuremberg. feliciter Amen.

Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesias Dei honoramus, ditamus, & sublimamus, regno nostro stabilitatem, corpori salutem, animæ D *quoque æternam remunerationem per hoc adipisci non dubitamus. Unde vulgatum esse ubiq; in regno nostro volumus, quod nos fecimus Ecclesiæ Aquilejen. in honorem videlicet S. Dei genetricis Virginis Mariæ, & S. Hermachoræ, qui in eadem Ecclesia & membris requiescit, & coruscat miraculis. Igitur pro charo, nobisque fideli servitio, ac petitione Sigehardi ejusdem s. Aquilejen. Ecclesiæ Patriarchæ, subveniente dilecta Bertha nostra Regina, nec non aliis nostris fidelibus ad hoc nitentibus, scilicet Embricone Augusten. Episcopo, Wothelrico Cistetensi, Eppone NiVvenburgen. Bennone Osnaburgen. Gebeardo Pragen. Episcopis, Ducibus quoque Vvritizlao Boemiæ, & Liutdolfo Charentiæ, Cuonone Palatino Comite, & Tiepoldo Marchione, & aliis quampluribus nostris familiaribus, Marchiam Carniolæ de nostra regali proprietate, & potestate, in proprietatem, atque* A *potestatem præfatæ Aquilejen. Ecclesiæ, & prænominati ejusdem sedis Patriarchæ Sigehardi, suorumque successorum tradimus, & perpetualiter concedimus: ea videlicet ratione, ut idem Sigehardus Patriarcha eandem Marchiam possideat, obtineat, & omnimoda lege, & quo sibi placeat jure utatur, ac post vitæ suæ decursum successoribus suis cunctis in idipsum relinquat. Hujus ergo nostræ regalis authoritatis, & traditionis testem chartam præsentem inde conscriptam, & propria manu corroboratam, sigilli quoque nostri impressione, ut infra videtur, insignitam omnis generationis tam futuræ, quam præsentis relinquimus notitiæ.*

Signum D. Henrici Regis IV. Invictissimi.

Gebeardus Pragen. Episcopus, & Cancellarius vice Sigehardi Archicancellarii recognovit.

Datum 3. Id. Junii an. Dom. Incarn. MLXXVII. *Indict.* XV. *Anno autem ordinationis D. Henrici* IV. *Regis* XXV. *regni vero 21. Actum Hieremberg in nomine Domini nostri Jesu Christi feliciter.*)

B 55 HENRICUS Germanus, Canonicus Augustanus, ex Archidiacono Aquilejensis Ecclesiæ deligitur Patriarcha anno 1077. Pseudopontificis Clementis III. inimicus, vixit in ea dignitate annis sex. Impetravit à Gregorio VII. usum Pallii in festivitatibus Ss. Uldarici & Afræ. („ *Interfuit Henricus Romanæ Synodo sub Gregorio an. 1079. in quo solemne præstitit eidem Pontifici obedientiæ Iuramentum. Decessit autem anno 1084. de quo hæc habet idem Bertholdus in append. ad Herm. Contrac.* Henricus Aquilejensis Patriarcha non semel Domini Apostolici perjurus, & excommunicatus in corpore, & anima moritur.) LVI

56 FRIDERICUS item Germanus in eundem dignitatis gradum successit anno 1084. sedit annum unum. („ *Fridericum trucidatum fuisse proditoriè à subditis tradit Jo. Stumpfius in Chronica Helvetiæ, & Chronica Augustana, quæ habetur inter scriptores Germaniæ à Frehero collectos idem affirmat ad an. 1085.* Morocutus.) LVII.

C 57 VOLDARICUS *a*, sive Voldarcus in eadem sede floruit anno 1086. eam dignitatem viginti sex annos gessit, pacemque composuit inter Paschalem II. Papam, Henricumque Imperatorem. Reversus in Forumjulium, ædem Divi Joannis prope flumen Timavum ex ruderibus memorabilis apud priscos Diomedis templi, erexit, eidem à flumine Panchæo ad villam Catinæ prædia cuncta concedens. Obiit anno 1112. („ *Udalricus, Marquardi Carinthiæ Ducis filius, Henrici quarti Cæsaris agnatus, fuit excelsi, ac bellicosissimi animi Princeps. Ex monacho S. Galli in Helvetia ejusdem Monasterii Abbas favore Henrici Cæsaris electus, mox eodem Cæsare suffragante ad Patriarchale fastigium ascendit, retenta simul cum Patriarchatu quoad vixit etiam opulentissima Abbatia Sangallensi; unde opibus affluens gessit continua, ac exitialia bella in Helvetia in favorem Henrici contra Episcopum Constantiensem, & ejus fratrem Zaringiæ Ducem, & contra omnes vicinos,* D *quibus multa damna intulit, & ab iisdem plura accepit, consummatis ingentibus thesauris, quos suas antecessor Ulricus itidem Abbas collegerat, unde hi versus leguntur de eo:* LVIII

a Odericus dicitur in privilegio Henrici IV. in serie Vicentinorum Episc. infra relato.

Tertius Ulricus tenet aurum, quod sibi amicus
Præcedens cumulavit, mox quod & ipse voravit;
Extractum cella rapuerunt horrida bella.

Multa alia de illo scribunt Stumpfius in Chronica Helvetica, Crusius in Annalibus Suevicis, & alii. Junctis cum Henrico fratre, Charintiæ Duce, copiis atrocissimum commisit prælium non procul Aquileja cum Engelberto Marchione Istriæ, Patriarchatum vastantem, quem vicit insigni, sed sanguinolenta obtenta victoria anno 1112. ut Megiserus tradit. Obiit tandem anno 1117. ut Chronica Helvetica habet, etsi Ughellus dicat illum obiisse anno 1112. quod non est probabile, nam eodem anno 1117. quo obiit, constat ipsi successisse in Abba-

cia Sangalleasi Maaegoldum. Morocutus) *Verum ad finem saltem aaai* 1119. *Udalricum perveaisse colligitur ex monumento dedicationis Ecclesiæ Mosacensis, quod ex originali desumptum nobis transmisit clari s. vir, patriarumque antiquitatum studiosissimus Abbas Joseph Binius, hujus tenoris.*

Anno Dominicæ Incarnationis Mil.C.XVIIII. Indict. XII. Epact. VII. Concurrentes II. V. Kal. Sept. dedicatum est hoc templum ab Episcopo ANDREA Civitatis nove, præcipiente, & favente, ac combenedicente Venerabili Patriarcha ODALRICO, in honore Sancte, & individue Trinitatis, sancteque Crucis, & omnium Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum; nominatim autem Sanctæ Dei Genetricis MARIÆ, sanctique Galli Confessoris, & eorum quorum reliquiæ, ac nomina hic subscripta sunt, Johannis Baptistæ, Grisogoni M. Taciani M. Germani M. Magni C. Othmari C. Ipso die dedicatum est Altare S. Crucis ab eodem Episcopo ANDREA in honorem sanctæ Crucis, Johannis Evangelistæ, Blasii M. Cantii, Cantiani MM. Secunda die idest IIII. Kal. Sept. dedicata sunt ista duo altaria dextrum in honorem sanctorum Apostolorum ANDREÆ, Bartholomei, Mathei, & omnium sanctorum; Sinistrum in honore sanctarum Virginum Ceciliæ, Margaretæ, Columbæ, & omnium sanctarum Virginum.

Porrò cum Henricus IV. Marchiam Carniolam Aquilejen. Ecclesiæ pridem concessam, postea eidem ablatam alteri concessisset, an. 1093. iterum Udalrico restituit hoc diplomate ex præfato cl. Apostoli Zeni codice excerpto.

Henricus Dei gratia quartus Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus Christi, nostrisque fidelibus tam futuris, quam præsentibus, qualiter nos tempore Sigerardi Patriarchæ bonæ mem. pro fideli servitio ejus, & pro petitione aliorum fidelium nostrorum quamdam Marchiam nomine Carniolam Aquilejen. Ecclesiæ ob honorem S. Dei genetricis Mariæ, sanctique Hermacoræ dedimus: postea vero consilio quorumdam non bene nobis consulentium, eamdem marchiam prædictæ Ecclesiæ subtrahendo abstulimus, alii eam concedentes. Nunc igitur recognoscentes justitiam, ad reconciliandam nobis S. Dei genitricem Mariam præfatæ Ecclesiæ reddidimus, & pro remedio animæ nostræ, tum pro dilectione, & fideli servitio Vudelrici Patriarchæ fidelis nostri, & dilectissimi consanguinei, tum ob interventum fidelium nostrorum videlicet Mengenguardi Frisingen. Episcopi, & Dieboldi Marchionis, Bruccardi Marchionis, Werneni Marchionis, Henrici de Hoverdas, Burcardi fratris, Burcardi Marchionis, Adelberti d'Othemburg, Almerici de Busco, aliorumque quos nominare longum est, prædictam Marchiam Aquilejen. Ecclesiæ ad honorem S. Mariæ sanctique Hermacoræ in proprium dedimus cum tali jure, & justitia, qua eam nos habuimus, & antecessores nostri, regesque, vel Imperatores habuerunt, ea scilicet ratione, ut prædictus Udolricus Patriarcha, ejusque successores liberam potestatem habeant possidendi, obtinendi, vel quidquid illis ad utilitatem Ecclesiæ placuerit inde faciendi. Et ut hujus traditionis authoritas omni ævo firma, & inviolata permaneat, hanc cartam inde conscribi, & sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum D. Henrici IV. Roman. Imperatoris. Henricus Cancellarius vice Reconradi Archicancellarii recognovit. Datum est IV. idus Maii an. ab Incarnat. Domini MLXXXXI. Indict. pr. Anno autem D. Henrici regni ejus XXVIII. Imperii vero IX. Actum Papiæ feliciter in Christi nomine Amen.

Datum tamen hujus diplomatis fœde corruptum sic restituendum censeo. Datum est IV. idus Martii an. ab Incarn. Dom. MLXXXXIII. *Indict.* I. *anno autem D. Henrici regni ejus* XXXVII. *Imperii vero* IX)

58 RICHARDUS de Primerlo, qui aliis est Gerardus de Primeriaco, suffectus est anno 1112. a Qui ob incredibilem (verba sunt Candidi) vitæ sanctimoniam ad Patriarchatum communi voto evectus est. At is, ut erat modestissimus, se indignum arbitratus, aliquamdiu renuit; populo acrius incumbente, ne divino numini adversari videretur, onus ea potissimum ratione suscepit, ut opes quascumque pauperibus atque ędibus sacris instaurandis impenderet. Spem omnium rei eventus superavit, eoque se compulit, ut dum egentibus opem ferret, ipse egentissimus, alioquin affluens, nullo de se consilio habito, annos pontificatus duodecim necessariis etiam ad victum indigeret; Primeriacam Villulam, in qua natus erat, Civitati Austriæ proximam frequentans, non uti Vespasianus Cæsar Cosanam suam, causam esse statuens, cur eum locum omnibus anteponeret, quod illic primum vagiisset, nil quicquam in eo immutari passus, ne quid oculorum consuetudini deperiret, sed ut humilium Casulas parentum agnoscens, generis, inopiæque memor, ab honorum ostentamentis, divitiarumque illecebris nullo suffarcinatus auro Christum pauperem secutus sese promptius abdicaret. Baronius tamen ad annum 1128. ex veteri Pontificali refert Gerardum Patriarcham Aquilejensem, una cum Gradensi, ab Honorio II. Papa depositum fuisse: *Causa abdicationis cum reticeatur, fit, ut suspicer*, inquit Sigonius, *id factum quod Schismatico Conrado studeret; nam eadem quoque de causa ipsam Anselmo Mediolanensi Archiepiscopo dignitatem abrogatam invenio*. Clarius Dandulus causam aperuit: *Interea Honorius Papa, Joannem Patriarcham Gradensem, & similiter Aquileiensem deponit, quia schismatis fuerant auctores*, & hæc habet ad annum 1130. paulo ante obitum Honorii II. (*Sed jam antea an. videlicet 1128. ex Baronio, & Conciliorum Collectione à Petro Cardin. S. Anastasiæ Legato Apostolico in Concilio Raven. depositi pronunciantur Aquileiensis, & Venetiarum Patriarchæ.*

Exauctorato vero Gerardo E... (forte EGILBERTUS, qui post Othonis obitum factus est ex Decano Babenbergensis Episcopus) Ecclesiæ Babenbergensis Decanus, ab Aquilejensi clero, & populo Patriarcha electus est, electumque deinde suscipere renuerunt. Rem narrat Conradus Salzburgensis Episcopus, dum Othoni Episcopo & Canonicis Babenbergensis Ecclesiæ scribit, electum Aquilejensem collaudans, & commendans his literis, quas ex codice membraneo August. Bibliothecæ Cæs. Vindob. in quo inest Syntagma variorum diplomatum, & Epistol. Udalrici Babenbergensis, munere clariss. eruditissimique viri Jo. Benedicti Gentilotti ejusdem Bibliothecæ præfecti damus, cum de hujus Engelberti electione, ac ejectione ne verbum quidem apud ipsum Candidum aliosque reperias.

Venerabili fratri O. b Babenbergensis Ecclesiæ Episcopo C. c Salzburgensis Ecclesiæ Dei gratia humilis minister, devotæ orationis affectum, ac servitutis obsequium. Electo Aquileigensi Ecclesiæ in Episcopalis fastigii dignitatem Decano vestro fratre nostro & consacerdote dignissimo, eliminatam fuisse veterum spurcicierum, quæ longo illic tempore dominata fuerat, credebamus fœditatem, cum abjecta indigna satis omni Ecclesiastico regimini persona, clerum & populum vidimus tam honeste atque canonice de alterius substitutione cogitare, talemque virum mirabili unanimitate elegisse, cujus persona, scientia & vita vere nobis idoneum repræsentarent Episcopum. In illius siquidem virtute Babenbergensis decoratur & honoratur Ecclesia, in

quam

LIX.
a Post an. 1119.

b Othoni.
c Conradus.

„ quam rursus cum necesse fuerit fidncialius spem ponere, virtutis & disciplinæ fructus inveniri non dubitamus, cujus primicias tam dulces io hoc viro pregustavimus; verum ut apparet nondum impleta sunt peccata Aquileigensiom, qui eadem perfidia, quam contra illum Gerardum stirpem inutilem exercebant prius ob illius neqnitiam, nunc contra istum cannnice electum, ideoque merito snscipiendum, semper insani & perfidi tumultuantur nb ejus prnbitatem bonis omnibus amplectendam; ut illud, quod mali bonum elegerunt, non suum, sed dei fuisse ostendant, & per hoc quod innocentem persecuntur, prnpositum suum sui similem eligendi fuisse evidentissimom faciaot. Quorum maliciam & quantum oportuit pacienter sustinens, & quantum potuit pro tempore leniter arguens, ac deinde negata sibi a Clericis obedientia honesta occasione prudenter declinans, egregiæ virtutis & modestiæ exhibuit documentum, & transgressoribus digne coosusionis intulit obprobrium. Nunc itaque absentiam ejus, si recederet, equanimiter ferre non valentes, apud nos manere rogavimus, quousque castigata furentium insolentia, electum suum recognoscerent, & debita reverentia reposcerent. Sed metuentem, ne fama sua propter vicinitatem locorum aliquid suspicionis ex hac re pateretur, eum tenere nnn potuimus, virtutum suarum apud nos depositum servantes, In pace dimisimus; obsecrantes vos tam pro antiqua amicicia, quam pro adepta sibi & nobis honoris gloria, diligere eum ut fratrem, hnnorare eum ut electum Pontificem, servare ut necessarinm hominem, in quo nichil preter pietatem invenimus & honestatem, quem etiam denuo in opus, ad quod assumptus est, restitui necesse erit.

„ C. Salzburgensis Ecclesiæ Dei gratia siquid est fratribus omnibus Babenbergeosis Canonicæ oratinnem cum dilectinne, omne bonum cum salute. Succisa in Aquilegensi Ecclesia arbore, quę inutiliter terram occupabat, estuantibus nnbis ne similem vel certe nequiorem vacanti Sedi improbitas clericorum adduceret, repente nobis vir probitate conspicuus omnium honure dignissimus Sacerdotalem insulam suscepturus dominus & frater noster E. Decanos vester producitur, cujus virtute atque in bonis artibus exercitata prudentia omnem nostram anxietatem expulsam esse gratularemur. Io quo, ut verum fateamur, Ecclesiæ vestræ honor plurimum sublimatur, in qna tam utilis tam egregia persnna nutrita cognoscitur. Unde quia nichil Io eo nisi quod Ecclesiasticam persnnam deceat, bonos delectet, & malns offeodat, experti sumus honestatem seculi, pietatem Dei, per quæ etiam Aquileigensium displicuit nculis, jure dignum est, ut a vobis atque nmnibus Ecclesiæ filiis hnnnretur & diligatur pro magno probitatis ejus testimonio quod malis displicuit. Displicuisse tantum malis, ait beatus Gregorius, magna bonorum commendatio est.

„ *Ex his porrò Epistolis licet colligere Gerardum, qui ab Aquilejensi sede meruit deturbari, non ea vitæ Sanctimonia extitisse, ut docet Candidus, & ex eo Ughellus.)*

LX 59 PEREGRINUS deposito Gerardo substitutus anno 1130 magni animi & consilii vir. Cum Lotharin Cæsare is profectus magnis copiis Innocentium II. Romam duceote, quam Anacletus Antipapa occupaverat, multa privilegia obtinuit. Anno 1137. senteotiam depositioois in Raynaldum Calameutanum *a* Abbatem Casinensem pronunciavit apud Pettum Diaconum in Chronic. Casin. Subscripsit privilegio Federici I. Imperatoris pro Duce Austriæ Henrico. Dato Ratisbonæ 15. Cal. Octobr. Indict. 5. annn 1157. Interfuit Conventui Papiensi, ubi abdicato Alexandro III. vero Pontifice, Victori Antipapæ adhæsit anno 1160. ex quo excommunicatus. Obiit anno 1162. Patriarchatus sui anno 32. („ *Vix inierat Patriarchatum Peregrinus, cum ab Innocentio II. veterum privilegiorum confirmationem obtinuit in hunc modum.*

a Hetruriensem.

„ *Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Peregrino Aquilejensi Patriarchæ, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.*

„ *Domus Domini decora, circumamicta varietate columnas habet, alias in summo splendore positas, alias in medio, alias in ultimo collocatas. Sancta namque Romana Ecclesia, quæ ab ipso Salvatore per Beatum Petrum Principatum optinuit, opifices suos alios Episcopos instituit, qui Clero præessent, & Populorum curam animarum gererent; alios Archiepiscopos, qui Episcopis manum consecrationis imponerent, & iura dantes potestate Metropolitica Concilia celebrarent, alios Primates, qui soli Romano subessent Pontifici, & super Archiepiscopos, & Provincias Primatum haberent. Ea propter, dilecte Frater in Christo Peregrine Aquileiensis Patriarcha, tibi, & per te, sanctæ Aquileiensi Ecclesiæ, cui, Auctore Deo preesse dinosceris, potestatem super sexdecim Episcopatus, videlicet Polensem, Tergestinum, Parentinum, Petenensem, Emonensem, Concordiensem, Tarvisiensem, Cenetensem, Belonensem, Feltrensem, Paduanum, Vicentinum, Tridentinum, Mantuanam, Veronensem, Cumanum, Metropolitico iure concedimus, Abbatias quoque scilicet Osciacensem, Mosicensem, Rosaciensem, Belinensem, sextensem, Pirensem, sanctam Mariam ad Organum tibi, & tuis successoribus duximus roborandas. Pallei verò usum, Rationalis, atque Naeci, qui Prædecessoribus suis pro ipsius Ecclesiæ dignitate à nostris Antecessoribus est concessus, nos tam tibi, quàm tuis successoribus confirmamus, his videlicet diebus, qui in Ecclesiæ tuæ privilegiis continentur. Sanè quocumque perrexeris Crucem te, & tuos successores deferendi licentiam, auctoritate Beati Petri, & nostra largimur. Porrò Comitatus, Marchiam, & Ducatum regalibus, seu imperialibus privilegiis Ecclesiæ tuæ concessa, Nos quoque præsentis Decreti Sanctione nihilominus roboramus. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quæcumque bona Aquileiensis Ecclesia in præsentiarum justè, & legitimè possidet, aut in futurum, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & illibata permaneant, salvo nimirum in omnibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iure, ac reverentia. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis pro futura. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundò, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, & sanguine Dei, ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

„ *Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.*

„ † *Ego Ubertus presbyter Cardinalis tit. s. Clementis subscripsi.*

„ † *Ego Anselmus presbyter Cardinalis tit. s. Laurentii in Lucina subscripsi.*

„ † *Ego Sozilinus presbyter Cardinalis tit. s. Cæciliæ subscripsi.*

„ † *Ego Lucas presbyter Cardinalis tituli sancto-*

rum

rum Joannis, & Pauli subscripsi.

† Ega Romanus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in porticu subscripsi.

† Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii, & Bacchi subscripsi.

† Ega Stephanus Diaconus Cardinalis s. Luciæ in Orphea subscripsi.

† Ego Otto Diaconus Cardinalis s. Georgii ad velum aureum subscripsi.

Datum Placentiæ, per manum Almerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacani Cardinalis, & Cancellarii III. Kal. Julii Ind. X. Incarnationis Dominicæ Anno 1132. Pontificatus vera D. Innocentii Papæ II. Anna III.

S. N. Ego Petrus Not. ut vidi in privilegio ita scripsi, nec dictionem, vel syllabam addidi, nec prætermisi.

Adfuit anno 1149. Conrado ex Hierosolymitana expeditione redeunti, & alienationes bonorum Mosacensis Ecclesiæ feudi nomine factas irritanti. Conradi præceptum, cui aliquot Episcopi Ughellæ ignoti adstiterunt, liceat hic proferre, à supra laudato cl. Abbate Josepho Binio ex originali in Archivio Mosacen. adservato descriptum hujus tenoris.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Conradus Divina savente clementia sue regalis prosapiæ Romanorum Rex Secundus Augustus.

Capta a Paganis civitate Roas hortatu, & monitu Ss. PP. Eugenii, necnon & Domni Bernardi religiosissimi Clarevallensis Abbatis, & ad liberationem Christianorum aggressi. Sed peccatis nostris exigentibus minùs perficientes Hierosolimis signo vivifice ac salutifere Crucis adorato, ad propria revertentes, Aquileje divina favente clementia applicuimus, ibiq; tum propter diutinam peregrinationis moram, tum quia raro nec multi predecessores nostri fines ejusdem Civitatis regali presentia rexerant, possessiones Præposituarum, & Abbatiarum, aliarumque Ecclesiarum enormiter sub nomine feudi alienatas, & distractas invenimus. Illic itaque aliquantisper remorati cum maxima transalpinarum necessitas nos vocaret, ne precepta negligere, vel postponere justitiam Dei videremur, secundum temporis brevitatem quantum valuimus Christifidelibus satisfacere curavimus, & predictam illicitam alienationem legali, & regali jure, & auctoritate irritam habentes, possessiones in usum fratrum ibidem Deo famulantium concessas eis sine contradictione habendas, & posidendas judicio curie nostræ restituimus, inter quos personam Domni Vodolrici Venerabilis Mosacensis Abbatis admittentes, quæ illicitu feudi alienatione contra jus institutionis, & ordinationis ejusdem Monasterii imminuta fuerant, sibi, suisque fratribus judiciario ordine reddidimus. Si verò Patriarcha, vel aliqui Episcopi, vel cujuscunque conditionis persona cum alodio suo ad presatum Monasterium nisi nostra permissione confugere pertimuerit, regie auctoritatis nostre libera licentia potiatur. Si quis autem contumacia ductus hanc nostram institutionem, & Principum Regni laudem quoquomodo insringere presumpserit, banno nostro subjaceat, & XXX. libras auri Camere nostre, tantumdem jam dictis fratribus persolvat. Quod ut veriùs credatur, & inconvulsum in evum permaneat, presentem paginam sigilli nostri impressione legitimis testibus adhibitis insigniri fecimus. Nomina verò testium hec sunt. Domnus Pelegrinus Venerabilis Aquileg. Patriarcha. Episcopi Orlephus Basiliensis. Vervicus Concordien. Vvernardus Tergestin. Anffredus Polen. Henricus Dux Bavvarie. Marchiones Vilelmus de Monteferrato. Vodolricus de Tuscia. Hermannus de Padin. Comites Vvolfradus de Trevin. Engilbertus Advocatus Aquil. Otto Palatinus Comes. Hermannus de Ariperch. Pelegrinus de Puzol. Vvalterus de Malentia. Megenardus de Soneberch. Chono. & Vvernerus de Carisacb. Artuichus, & Fridericus de Cavoriahc. Regenardus, & Frater ejus Artuicus de Mels, & quamplures alii.

Signum Domni Conradi Romanorum Regis Secundi.

Ego Arnoldus Cancellarius, vice Henrici Moguntini Archiepiscopi, & Archicancellarii recognovi. Data Clemone VIII. Id. Maji an. Dominic. Incarnat. Mili. C. XL. VIIII. Regnante Domno Conrado sue regalis prosapie Romanorum Rege secundo Augusto anno vero Regni ejus XII. feliciter. Amen.

Eidem Ecclesiæ Mosacensi, adstante eadem Peregrino Patriarcha, Wernerus de Carisaco quidquid allodii habebat in Carnia, liberaliter donavit an. 1158. hoc instrumento ex eodem archivo ab originali desumpto à cl. Abbate Binio.

Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam. Factum est, quod Vernherus de Carisaco cum Uxore sua Bertha quidquid alodii apud Tumeh vel alibi in Carnia habebant cultis & incultis, cum omni jure, sicut ipsi visi sunt habere: & cum tota familia in eisdem bonis habitantibus Mosacen. Monasterio potestativa manu absque omni justa contradictione pro remedio Animarum suarum, ac parentum suorum si contingeret eos sine heredibus decedere, in presentia Venerabilis Pelegrini Aquilegens. Patriarchæ, donationem ejusdem allodii, quod teutonice dicitur Sal. in manu Comitis Engilberti, ejusdem Monasterii Advocati, facientes, cum omni proprietatis jure quo possidebant perpetuo Fratribus ejusdem loci serviendum contulerunt. Actum est hoc in Aquilegen. Ecclesia ante fores Sacrarii. In presentia Venerabilis Pelegrini Patriarchæ. Anno Domini Mil. C. LVIII. Indictione octava. Hujus rei testes sunt: Bervvic Episcopus Concordien. Vvernhardus Episcopus Tergest. Johannes Seaten. Abbas. Rodolfus Abbas Rosacen. Thomas Præpositus Civitaten. Oldoricus Præpositus Aquilegen. Hermannus Frater Ducis de Carinthia. Oldoricus Comes de Hunnoburch. Meinhardus Comes de Histria. Henricus Bris. Vvaltherus de Maletin. Rodulfus de Pecchai. Alderamus & frater ejus Heinricus de Cusan. Reinhardus & frater ejus HartuWicus de Mels. Bernhardus de Filahat. OtaKer, & filius ejus. Matthias. Poppo Frater ejus. Otto de Culi. Wernherus & frater ejus. Marcuardus de Phribo. Adelbertus, & Pernhardus fratres. Hartroch, & Peteus de Habil Chuno de Huvo, & frater ejus Wecil. Odoscalcus de DuWin, & frater ejus Stephanus junior. Vvernherus de Carisaco. Henricus de Cisterna. Enricho, & Filius ejus Hermannus.

Interfuit quoque Peregrinus Comitiis à Friderico I. apud Roncallias habitis an. 1158. itemque Cancilio Laudensi post Papiense celebrato an. 1161. Testis reperitur indulti Lotharii III. Imperatoris pro Monasterio Casinen. an. 1137. & Conradi II. ad favorem Monasterii S. Nicolai in Litore Venet. ex Bullario Casinen. an. 1151. Subscripsit denique adhuc anno 1162. quo ipsum obiisse Ughellus tradit, privilegio Friderici I. Ecclesiæ Passaviensi dato ante portas civitatis Mediolanensis tempore vastationis, ut videre licet in part. 2. spicilegii Ecclesiastici à Christophoro Lunig editi.)

60 VOLDARICUS, seu Ulricus in locum Peregrini sublectus est anno 1162. qui cùm Octaviano Antipapæ adhæsisset, sacris innodatus ab Alexandro III. sub tutela Friderici Ænobarbi stetit, ab eodemque Ducatu Forojuliensi, Marchionatu Istriæ, & Comitatu Japidiæ insignitus, Oppidis, ac prædiis inter Plavim, & Liquentiam, Montemque Silicis, Patavini agri adjectis; cui postmodum idem Cæsar in Syriam ad bellum proficiscens, postquam LXI.

cum Alexandro III. Pontifice, ac Venetis pacatus est, Italiæ curam demandavit. Ejusque diebus, ut refert Candidus, Chezelinus Comes, prole carens, arcem Alpibus Carnicis ea via subsidentem, qua per Clusiam in Carnatum tenditur, Monachis S. Benedicti, ut eo loci Monasterium Divi Galli construeretur, cum amplissimorum proventuum accessione, approbante Fridetico, tradidit: quod & Gregorius IX. Pontifex in perpetuum sanxit, ac præstitit. Ejusdemque ordinis Cœnobitanis Maynardus Goritianus Comes aliud Rosacii Monasterium erexit, & ditavit. Interea Ulricus Patriarcha anno I. sui Præsulatus cùm Gradum esset adortus, à Venetis Duce Vitale Michaelio, una cum septingentis nobilibus Forojuliensibus capitur, & Venetias perductus, cum omnibus in custodiam conditur. Demum vero pactus se quotannis duodecim porcos, & duodecim panes Duci in ejusmodi die daturum, ipse cum omnibus liberatur. Institutum inde mansit, ut quotannis ludicrum in foro in ejus rei memoriam ederetur: edoctus à clade illata, animarum pastoribus de cœlesti Regno potius, quàm de terrestri esse certandum. Demum anno 1177. cum omnibus suis Suffraganeis Episcopis (teste Romualdo Salernitano in Chronic.) Venetiis Alexandro Pontifici accurrit, abjuratoque schismate, redditaque pace Ecclesiæ, simul cum Friderico Imperatore, cæterisque eidem adhærentibus Alexandrum verum Christi Vicarium adoravit: à quo benigne exceptus pro se, suisque successoribus favorabile privilegium obtinuit, quod hic repræsentavimus ex priscæ fidei documentali de verbo ad verbum.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Valrico Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ, ejusque successoribus canonice instituendis in perpetuum. Licet omnium Apostolorum par esset dilectio, & omnes ligandi, & solvendi eandem acceperint potestatem, juxta verbum tamen Beati Leonis velut quædam servata est junta eos distinctio dignitatis, & uni datum est, ut cæteris præsideret. Inque eundem utique modum in Ecclesia Dei officiorum facta est, dignitatumque diversitas, & ad majora ministeria exhibenda majores sunt statutæ personæ, quæ & prærogativa dignitatis eminerent, & aliarum curam habeant ampliorem. Unam vero de dignioribus, & nobilioribus Ecclesiis Occidentis ab antiquis temporibus Aquilejensem constat Ecclesiam extitisse, quæ & excellentia dignitatis emicuit, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ fideliter & devote noscitur adhærere. Unde & Apostolica sedes eidem Ecclesiæ semper jura, & dignitates suas conservavit attentius, & Prælatos ipsius propensius honoravit, & justas postulationes eorum benignius admittere consuevit. Eapropter Venerabilis in Christo frater Aquilejensis Patriarcha, tibi, & per te sanctæ Aquilejensi Ecclesiæ, cui auctore Deo præesse dignosceris, ad exemplar prædecessoris nostri bonæ memoriæ Adriani Papæ potestatem super sexdecim Episcopatus videlicet Polensem, Tergestinen. Parentinen. Petenen. Emoniensem, Concordien. Tarvisien. Cenetensem, Bellunen. Feltrenensem, Paduanensem, Vicentinensem, Tridentinen. Mantuanensem, Veronensem, Cumanensem, Metropolitico jure concedimus. Item Justinopolitanam vero Ecclesiam, quam tibi & Ecclesiæ tuæ nihilominus confirmamus, sedem Episcopalem de omnium fratrum nostrorum consilio instituimus, ita quidem ut Venerabilis frater noster VVernardus nunc ejusdem loci Episcopus tam illam, quam Tergestinam Ecclesiam, nec non & totum Episcopatum, quamdiu vixerit, debeat obtinere; & eo defuncto liceat tibi de consilio Suffraganeorum tuorum cum sedis Apostolicæ auctoritate in utraque si volueris, & facultates earum ad hoc sufficientes agnoveris, sedem restituere Pontificalem, Abbatias quoque Oscianen. Rosiacen. Velamanen. Mosiacen. Sextenien. Pritesen. S. Mariæ ad Organum, S. Euphemiam de Villa nova, Siticen. Olvenburgen. Aquilejæ unitum, unum Monasterium Sanctimonialium, alterum in civitate Austriæ constructum in honorem B. Genitricis semper Virginis Mariæ tibi, tuisque successoribus duxerimus roborandam, nihilominus vobis & S. Michaelis de Lemine Præposituras, Aquilejensem civitatem, Taven. sancti Stephani, s. Felicis, s. Oldarici, Ecclesiam s. Georgii in Urbe Venetiarum sitam juxta Episcopalem sedem cum omnibus pertinentiis suis. Pallii vero usum rationabili atque veraci, qui prædecessoribus tuis pro ipsius Ecclesiæ dignitate à nostris antecessoribus est concessus, Nos tam tibi quam tuis successoribus confirmamus, his videlicet diebus, qui in Ecclesiæ tuæ privilegio continentur. Sane quacunque perrexeris, crucem ante te, & tuos successores deferendi licentiam auctoritate Beati Petri, & nostra largimur. Porro Comitatum, Marchiam, & Ducatum Regalibus, seu Imperialibus privilegiis Ecclesiæ tuæ concessa, Nos quoque præsentis decreti sanctione nihilominus roboramus. Statuimus etiam, ut quascunque possessiones, quæcunque bona Aquilejensis Ecclesia in præsentiarum juste ac legitime possidet, aut in futurum præstante Deo poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus & illibata permaneant. Salvo nimirum in omnibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ jure & reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, &c. usque, *profutura. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisque persona* & cæt. usque *subjaceat. Cunctis autem* & cæt. usque *pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.*

Privilegium hoc quamvis ex authentico exemplari sit desumptum, caret Dato; sed quia ante trecentos annos à Bernardo Aquilejensi Patriarcha hoc sequenti decreto firmatum extitit, fides omnino habenda erit. Decretum Bernardi ita se habet post ipsius privilegii authenticum exemplar. *Et ut hujusmodi exemplo, sive transumpto, sive copiæ ubilibet adhibeatur de cætero plena fides, Nos Bernardus miseratione Divina sanctæ sedis Aquilejensis Patriarcha eidem exemplo sive transumpto seu copiæ auctoritatem nostram interposuimus pariter & decretum. In cujus rei testimonium præsentes litteras fieri fecimus, & nostri Sigilli appensione muniri. Datum in Civitate Austriæ in Patriarchali Palatio die XI. mensis Julii, anno Domini 1335. Indictione 3.*

Porro probabile certe videtur hocce privilegium ab Alexandro Ulrico concessum Venetiis anno 1177. cùm idem Ulricus in gratiam Apostolicæ sedis rediisset. Ad cujus exemplar. Fridericus Imperator aliud privilegium Ulderico Præposito, & Canonicis Aquilejensis Ecclesiæ asseruerit eodem anno prope Venetias concessum, quod hic ex originali exhibemus, cum ad Ecclesiæ hujus statum plurimi faciat.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Ad æternæ Beatitudinis meritum, & prosperum temporalis imperii gubernaculum, apud Regem Regum credimus nobis proficere, si justas spiritualium personarum petitiones circa Ecclesiarum opportunitates clementer attendamus, ipsarum jura confirmando, nostræque clypeo protectionis eas ab injuriarum occursibus defendendo. Noverit igitur Christi & Imperii nostri fidelium præsens ætas, & futura, qualiter nos intuitu divinæ retributionis & similiter ob petitionem dilecti ac fidelis nostri Uldarici Venerabilis Præpositi & fratrum suorum majoris saltem Ecclesiæ in Aquileia Canonicorum eandem Ecclesiam S. Mariæ sedis Patriarchalis, cum personis & possessionibus, cunctisque bonis, & pertinentiis ejus in nostræ tuitionis patrocinium suscipimus, eamque per omnia salvam & quietam consistere volumus. Universas ergo possessiones, & quælibet bona, quæ eadem Ecclesia largitione Regum, vel Imperatorum, concessione Pontificum, oblatione fidelium, vel alio quovis justæ acquisitionis titulo possedit, aut in futurum rationabiliter adipisci poterit, Imperiali nostra auctoritate, ipsi Ecclesiæ confirmamus.

mus. Et ut Præposito, fratribusque, qui nunc in eadem sunt Ecclesia, eorumque successoribus, firma semper, & illibata permaneant, perpetua sanctione statuimus. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Villam de Meleroto cum omnibus finibus & pertinentiis suis, scilicet cum Villa Sclavorum, quæ similiter dicitur Meleretum, & Palmata, & Roncha, & Roncheras, cum agris, vineis, pratis, pascuis, cultis, & incultis, sylvis, & venationibus usque ad sylvam S. Laurentii, & usque ad . . . quæ dicitur Cleudan, & usque ad Villam, quæ dicitur Antonianam, & usque Felctas, & usque Biciuis, & usque ad Villam S. Stephani, & usque Tirau, & usque ad Villam, quæ dicitur Præseriano, & Villam quoque de Castelone, & de Murtiano cum finibus & pertinentiis suis, à Villa S. Andreæ usque ad Villam, quæ dicitur Gonasium, & usque ad Villam cum omnibus redditibus suis, cum vineis, agris, pratis, pascuis, cultis, & incultis, paludibus, & sylvis, cum venationibus, cum aquis, aquarumque decursibus, cum molendinis, & piscationibus, Villam de Manario, & de Carlinis, & Villam de Mutiana, & Villam S. Georgii cum omnibus redditibus suis, una cum omnibus finibus & pertinentiis suis, cum campis, vineis, pascuis, pratis, cultis, incultis, cum aquis, aquarumve decursibus, ac molendinis, & insulis à mari, & à flumine, quod dicitur Cornum, usque ad aquam, quæ dicitur Arvuncus, cum paludibus, & piscationibus, cum sylvis, & venationibus, Ecclesias Baptismales Aquilejensis Patriarchatus in omni jure, & pacis quietæ, sicut eas eadem Ecclesia hactenus possedit, & tenuit, cum Capellis sibi pertinentibus. In foro Aquilejensi triginta stationes, & in portu Piri viginti. Quinquaginta mansos in Osellam, cum Ecclesiis & decimis. Villam de Fara cum adjacentibus villis, videlicet Villa de Petolam, & Dransam, & Sobradan, & Villa nova Gradisca, & Breuma, cum omnibus pertinentiis suis à monte, qui dicitur Grast, usque ad Stratam Ungarorum, & usque ad Villam, quæ dicitur Hago, cum Ecclesiis, & omnibus pertinentiis suis, pratis, sylvis, vineis, pascuis, cultis, & incultis, venationibus, & piscationibus, & in omni jurisdictione, sicut prædecessor noster divæ memoriæ Imperator Otho Aquilejensi Ecclesiæ, & Canonicis tradidit. Et in Carnea Villam de Pervilos, & Villam de Negorias, & Villam de Felas in monte S. Petri, & montem de Tenea. Et quatuor mansos apud Villam de Avalle, & Villam de Batalha, & tres mansos apud Ignan, & novem mansos apud Pinzan, & quindecim mansos apud Gruam, & quendam montem apud Veroson. Præterea sicut Burchardus Aquilejensis Ecclesiæ Advocatus, & postea Henricus placitum Advocatiæ in manu Patriarchæ Vualrici prose, & successoribus refutarunt super omnibus bonis Aquilejensis Ecclesiæ pertinentibus, omnibus distinctis usibus & pertinentiis, ita & nos placitum distinctum, & cætera hujusmodi jura eidem Ecclesiæ Imperialis auctoritatis statuto confirmamus & stabilimus. Decernimus ergo, & nostræ majestatis edicto statuentes præcipimus, quatenus de cætero nulla persona magna, vel parva, secularis, vel Ecclesiastica supradictam Ecclesiam audeat temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel injuste detinere, & juri, aut honori ipsius in aliquo detrahere, vel ipsam in Villis ejus pertinentiis violenter vexare, seu damnificare. Sed omnia ei spectantia illibata, integra, & illæsa conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus profutura, salva in omnibus Imperiali justitia, & Aquilejensis Patriarchæ canonico jure. Si quis autem nostræ tuitioni, confirmationi, institutioni, & præcepto ausu temerario aliquatenus contraire præsumpserit, ad pœnam centum librarum auri purissimi sit condemnatus, Quorum media pars Fisco nostro, residua pars Præposito, & Canonicis præfatæ Ecclesiæ persolvatur. Ut vero hæc supradicta prædictæ Ecclesiæ rata, & inconvulsa permaneant, & oblivione non pereant, præsentem privilegii paginam hujus fecimus inde conscribi, & nostræ majestatis sigillo roborari. Nomina quoque testium aliqua de multis, qui in donatione hujus privilegii nostri aderant, placuit annotari. Vualricus Patriarcha Aquilejensis, Vigmannus Magdeburgensis Archiepiscopus, Christianus Maguntinus Archiepiscopus, Arnoldus Trevirensis Archiepiscopus, Philippus Coloniensis Archiepiscopus, Eberardus Bisuntinus Archiepiscopus, Eberardus Merseburgensis Episcopus, Rodulphus Argentinensis Episcopus, Conradus Vvormaciensis electus, Arnoldus Osnaburgensis Episcopus, Anno Mindensis Episcopus, Gerardus Concordiensis Episcopus, Sifridus Cenetensis Episcopus, Vartumius Protonotarius, Florentius Comes Hollandiæ, Henricus Comes de Drescha, Poppo Comes de Vverteni, Jacobus filius Ducis Venetiæ, & Marcus Maurocenus, Petrus Traversarius, Laurellus Ferrariæ, Garozapan Veronensis, Martinus de Castello, Ulricus de Bisosio, & alii quamplures.



Ego Gotfredus Cancellarius vice Philippi Coloniensis Archiepiscopi, & Italici Regni Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVII. *Indict.* X. *regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno Regni ejus* XXVI. *Imperii vero* XXIIII. *Datum in Territorio Venetiano apud Monasterium Sanctæ Trinitatis* XIII. *Cal. Augusti* XX. *Mensis Julii feliciter Amen.*

Advocatiæ Aquilejensis Ecclesiæ refutatio, cujus in relato Friderici diplomate, accidit paulo ante quam Ulricus Patriarcha in gratiam Alexandri III. reciperetur. Hanc pro remedio animarum suarum fecisse Burkardum, & Henricum perpetuos Aquilejensis Ecclesiæ advocatos docet conditum ea de re, quod modo dabimus, documentum, excitato M. S. Statutorum Aquilejensis Ecclesiæ libro. Porro Advocati, qui aliquando sumuntur pro Ecclesiarum defensoribus, in primis ad administrandam justitiam, & ad exercenda judicia olim ab Ecclesiasticis conducti fuerunt, maxime vero sanguinariæ, & atroces causæ, Ecclesiasticis magis onerosæ, quam utiles, Advocatis commissæ sunt. Quandoque etiam Advocatias & Placita Ecclesiastica Imperatores titulo plerumque feudi, vel aliter dare solebant: qui ultra defensionem, etiam inspectionem, jurisdictionem, aliaque jura habebant; at non prædones, sed Ecclesiæ defensores esse, & justum peragere debuerant, siquidem Placitum nihil aliud sonat, quam justum peragere, & causas forenses disceptare. Utrumque Advocatiæ & Placiti titulum in manibus Ulrici Patriarchæ refutarunt Burkardus, & Henricus modo, qui sequitur.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam præsentibus in vinea Domini Sabaoth cooperantibus, qualiter Henricus s. Aquilejensis Ecclesiæ, quæ constructa est in honorem s. Mariæ Virginis, Sanctorumque Martyrum Christi Hermagoræ & Fortunati, Advocatus, inspirante Deo, à quo bona cuncta procedunt, qui novit, qui sunt ejus, novit qui prædestinati sunt ad gloriam, qui prædestinati sunt ad flammam: ut David pœnitens compunctus considerans, & jam meliorem esse diem mortis, die nativitatis; atque illud Salomonis adimplere non deserens, quod manus tua potest facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio erit apud inferos, quo tu properas; ejusdem sanctæ Ecclesiæ justitiam recognovit, atque pro amore omnipotentis Dei, & remedio ani-

mo suæ, omniumq; successorum suorum, consentiente & collaudante, nec non & eandem sententiam confirmante Burkardo eodem die advocato constituto Placitum Advocatiæ supec omnibus bonis præfatæ Aquilejensis Ecclesiæ attinentibus cum omnibus districtibus, usibus, & pertinentiis, integerrime in manu Domini, & Catholici Patriacchæ Udalrici ejusdem Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ tradidit, ita ut nullus Advocatus amodo & usque in sempiternum inibi Placitum, sed fratres digne, & religiose, atque devote Deo jugiter servientes perpetuo, & inviolabili juce habeant, ita ut orationes eorum, in quas me cum omni charitate unanimes receperunt, fideliter habeam, quibus salvari firmiter credo in corpore, & in anima. Qui venerabilis Patriarcha gaudens super his, quæ en justa & bona voluntate prædicti fratris sui Henrici Advocati ad laudem, & gloriam sanctissimæ Aquilejensis Ecclesiæ fiebant, accepta in se potestate communi conventu habito consensu, & voluntate Cleri, & populi ejusdem sanctæ Ecclesiæ fidelium scriptis commisit. Quapropter Dominos successores nostros diligenter admonemus, & humiliter fideliter rogamus, & petimus, ut quod in primis per justitiam, deinde per amorem omnipotentis Dei, & pro salute animarum nostracum, quod à nobis factum est, nullo modo infringant: sed scientes se cinerem esse, & in pulverem reversuros propria manu corroborantes omni tempore inviolabile esse permittant. Quod si aliter, quod absit, contra spem & fiduciam nostram salutis suæ obliti fecerint, sit in eis ultio divina pro remedio vitæ æternæ dans eis supplicium mortis perpetuæ. Quod ut verius credatur, proprio sigillo subter insigniri jussimus. Hi sunt testes Burkardus frater Burkardi Advocati, & filius ejus Burkardus, Henricus de Goricia, Villelmus Heonos, Valdo, Andreas Rotolfus, & filii ejus Fridericus, Astaldus, Marcoardus frater Andreæ.

Ego Udalricus Patriatcha manu propria subscripsi.

Fridericus de Tigili, Azo, Otho de Pisine, Drietrius Vicedominus, Bertoldus & frater ejus, Vernerius, Udalricus, Hermenardus, Joannes, Adalbertus, Comes Votiscalcus.

Ego Magister Albertus Domini Peregrini Aquilejensis Patriarchæ Notarius, sicuti in autentico, in quo certa signa sigilli consumpti vetustate apparebant, vidi, & inveni nil addens, vel diminuens, quod sententiam mutaret, anno Domini 1206. Indict. IX. die Mercurii decima die intrante Madio, ita scripsi & corroboravi.

Ejusdem Advocatiæ refutationis meminit etiam Alexander III. in privilegio Præposito & Canonicis Aquilejensibus concesso anno 1176. cujus tenor ex originali est hujusmodi.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Valderico Præposito, & Canonicis Ecclesiæ Aquilejensis, tam præsentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur, quod rationi conveniat, & consonet honestati, animo nos decet libenti concedere, & effectum justa petentibus indulgere. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatam Ecclesiam, in qua Divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Villam de Mslereto cum omnibus finibus, & pertinentiis suis, scilicet cum Villa Sclavorum, quæ similiter dicitur Meleretum, Palmata, Ronch, & Ronchetas cum agris, vineis, pratis, pascuis, cultis, & incultis, silvis, & venationibus usque ad sylvam s. Laucentii, & usque ad Villam, quæ dicitur Claviam, & usque ad Villam, quæ dicitur Antonianum, & usque Feleias, & usque Becinis, & usque ad Villam s. Stephani, & usque ad Risam, & usque ad Villam, quæ dicitur Perseriano. Villa quoque de Casteone, & de Mursano cum finibus, & pertinentiis suis à Villa s. Andreę, usque ad Villam, quæ dicitur Ganarium, & usque ad sylvam cum omnibus redditibus suis, cum vineis, agris, peatis, pascuis, cultis, & incultis, paludibus, & sylvis cum venationibus, cum aquis, aquarumve decursibus, cum molendinis, & piscationibus, Villam etiam de Mariano, & Villam de Carlinis, & Villam s. Georgii, & Villam de Mutiana cum omnibus redditibus suis, una cum omnibus finibus, & pertinentiis suis, cum campis, vineis, pratis, pascuis, cultis, & incultis, cum aquis, aquarumve decursibus, ac molendinis, insulis à mari, & à flumine, quod dicitur Carnium, usque ad aquam, quæ dicitur Aruvinius cum paludibus, & piscationibus, cum sylvis, & venationibus, Ecclesias Baptismales Aquilejensis Patriarchatus cum Capellis sibi pertinentibus, sicut eas pacifice possidetis. In foro Aquilejensi triginta stationes, & in portu Pici viginti: Quinquaginta mansos in Ossellam cum Ecclesiis, & decimis, Villam de Farra cum adjacentibus Villis videlicet, Villa de Petolan, & Deasam, & Sebredam, & Villa Nova, Gradisca, Bruma, cum omnibus pertinentiis suis à monte, qui dicitur Cars, usque ad Stratam Ungarorum, & usque ad Villam, quæ dicitur Algocum Ecclesiis & omnibus pertinentiis suis, peatis, sylvis, pascuis, cultis, & incultis, venationibus, & piscationibus, & omni jurisdictione Imprecials, prout Imperator Otto bonæ memoriæ Aquilejensi Ecclesiæ, & Canonicis tradidit. Etiam in Carnia Villam de Penicles, & Villam de Nogarias, & Villam de Fslas in monte s. Petri, & montem de Tonca, & quatuor mansos in Villa de Avale, & Villam de Batsalia, & treo mansos apud Ingiam, & novem mansos apud Pinzan, & quindecim mansos apud Gruans, & quendam montem apud Avenzon. Præterea sicut Burkardus Advocatus Aquilejensis Ecclesiæ, & postea Henricus Placitum Advocatiæ in manu Patriarchæ Valrici refutarunt pro se & successoribus suis super omnibus bonis Aquilejensis Ecclesiæ attinentibus cum omnibus districtis, usibus, & pertinentiis, ita & nos auctoritate Apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserveatur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate, & Aquilejensis Patriarchæ canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore, & sanguine Dei, & Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Signum Curtæ Romanæ
PP. Alex. fecit.

Signum Notarii.

Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Ubaldus Hostiensis Episcopus.

† Ego Johannes presb. Card. Ss. Joannis & Pauli tit. Pammachii.

† Ego Albertus presb. Card. tit. s. Laucentii in Lucina.

† Ego Ubaldus presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.

† Ego Pet. presb. Card. s. Pudentianę tit. Pastoris.

Ego

† *Ego Joannes presb. Card. tit. s. Marci.*
† *Ego Theodorus presb. Card. s. Vitalis t. Vestinæ.*
† *Ego Manfredus presb. Card. tit. s. Cæciliæ.*
† *Ego Petrus presb. Card. tit. S. Susannæ.*
† *Ego Jacintus diac. Card. S. Mariæ Cosm.*
† *Ego Cynthius diac. Card. S. Adriani.*
† *Ego Hug. diac. Card. s. Eustachii juxta templum Agrippæ.*
† *Ego Labornus diac. Card. S. Mariæ in Porticu.*
† *Rainerius diac. S. Georgii ad Velum aureum.*

Datum Anagni per manum Gratiani S. R. Ecclesiæ Subdiac. & Notarius, Nonis Julii, Indict. nona, Incarn. Dom. anno 1176. Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. anno XVII.

Cæterum Ulricus, sive Voldaricus senio confectus an. 1184. a diem suum obiit, sepultus in Patriarchali Ecclesia Aquilejensi, cujus ibidem legitur Epitaphium, literato quidem in saxo, sed illiteratissimum. Candidus habet post Voldaricum Aquilejensem Patriarcham adlectum fuisse Peregrinum; sed revera toto cœlo aberrat, cum clare constet Gotifredum eidem successisse: quem idem Candidus Voldarico anteponit. Alii duos Gotifredos proponunt, cum tamen unum fuisse Gotifredum doceant monumenta, & Pontificum, Cæsarumque diplomata ostendunt.

a Anno circiter 1182. ut mox dicemus.

(,, Alterum obtinuit an. 1180. Ulricus privilegium à Federico Imperatore ex prædicto Codice Cl. Zeni desumptum hujus tenoris.

,, *Federicus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Quoniam ad Imperii nostri exaltationem, nostræque salutis non dubitamur pertinere profectum, quidquid Imperiali clementia ad Ecclesiarum Dei commodum impartimur, & augmentum. Inde est, quod preces dilecti Principis nostri Valdalrici Aquilejen. Patriarchæ, Apostolicæ sedis Legati, quas maiestati nostræ pro Ecclesia sua humiliter obtulit, tum æternæ retributionis intuitu, tum suæ devotionis respectu, ad interventum etiam dilectorum fidelium nostrorum Arnoldi Treveren. Archiepiscopi, Conradi Wermentien. Episcopi, Bertrami Meten. electi, Gothefredi Cancellarii nostri, Ortnvini protbonotarii nostri, Ottonis Palatini maioris de Utelinis, Bach Comitis, Arenermani de Vuirperch Comitis, Manegoldi de Verringen, admittendas duximus, & exaudiendas. Perspectis sane, & intellectis privilegiis, quibus divæ memoriæ antecessores nostri reges, & Imperatores* (Hic desunt aliqua) *eandem Ecclesiam Imperio nostro semper devotissimam sub Imperialis celsitudinis nostræ protectionem, & tutelam suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Ad hæc omnes possessiones, quæcumque bona, quæcumque jura, districta, Theloneu, ripatica, præfata Ecclesia in præsentiarum obtinet, & possidet, vel in futurum largitione nostra, vel successorum nostrorum regum, seu Imperatorum, concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis propitio Deo adipisci poterit, ei confirmantes Imperiali auctoritate nostra statuimus, ut iam dicto Patriarchæ, suisque successoribus firma, & illibata permaneant. De his autem, quæ præscriptæ Ecclesiæ confirmamus, quædam adnotanda duximus, quæ & inter alia communiter, & specialiter per hunc nostræ confirmationis paginam ei corroboramus: scilicet, Ducatum, & Comitatum Forojulii, & Villam de Lucenigo cum omnibus ad Ducatum, & regalia pertinentibus, hoc est, placitis, collectis, fodro, districtionibus universis, omnique utilitate, quæ juste ullo modo inde provenire poterit. Præterea regalia omnium Episcopatuum Istriæ, Tergestini, Polensis, Parentinen. Petenen. Civitatis novæ: Regalia Concordien. Episcopatus; Regalia Bellunen. Episcopatus; Regalia trium Abbatiarum de Sexto, S. Mariæ in Organo, & de Valle cum curtibus, Castellis, portubus, villis, mansis, venationibus, piscationibus, placitis, Tholoneis, nemoribus, molendinis, & omnibus aliis mobilibus & immobilibus, herbatico, capsulis, pascuis; Insulam Graden. cum omnibus suis pertinentiis, & terram inter Plavim, & Liquentiam jacentem: villas S. Pauli, & S. Georgii, & omnia, quæ Antecessor noster Augustus Conradus Imperator Aquilejensi Ecclesiæ ibidem contulit. Cum omnibus appenditiis, & utilitatibus, pratis, campis, pascuis, terris cultis, & incultis, molendinis, acquis, acquarumque decursibus, venationibus, piscationibus, exitibus, & redditibus, nemoribus, mobilibus, & immobilibus: Castrum de Treven cum omnibus suis pertinentiis, & utilitatibus, ministerialibus, famulis, terris cultis, & incultis, nemoribus in integrum, secundum quod præfatus Patriarcha una cum patre suo Comite Voldrado & matre sua Ecclesiæ contradidit: Castrum de Atemps cum omnibus suis pertinentiis, ministerialibus, famulis, mansis, villis, nemoribus; prædium de Hage cum universis pertinentiis suis in integrum, ministerialibus, & famulis, secundum quod nobilis vir Ulricus Marchio quondam Tusciæ, sicut in publico instrumento inde confecto continetur, Aquilejen. Ecclesiæ contulit. Inhibemus ergo, ut nulli omnino homini liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, & illæsa voluntati, & dispositioni præsenti Patriarchæ, suorumque successorum usibus omnimodis profutura. Nec generet eidem Patriarchæ, suisque successoribus, & Aquilejen. Ecclesiæ aliquo in tempore præjudicium, si quid contra hujus privilegii nostri tenorem, & Aquilejen. Ecclesiæ justitiam, aut aliquid detrimentum possit ab aliquibus per subreptionem esse obtentum. Volumus igitur, ut sæpedicta Aquilejen. Ecclesia hoc nostræ majestatis privilegio adeo munita, & defensa existat, ut si forte casu aliquo omnia instrumenta, & privilegia sua perderet, nihil jacturæ, vel diminutionis sustineat, hancque paginam loco omnium privilegiorum, & instrumentorum habeat. Si qua igitur in futurum Imperii nostri persona contra hanc nostræ institutionis, & confirmationis paginam temere venire præsumpserit, & commonita non resipuerit, noverit se iram, & indignationem majestatis nostræ incursurum, & componat auri purissimi mille libras, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem Patriarchæ Aquilejen. qui pro tempore fuerit, & nihilominus constitutio, & confirmatio firma permaneat, & inconvulsa. Testes horum sunt præfati principes, & fideles nostri videlicet Comes Henricus de Dicose, Comes Diapoldus Debersmunde, Rubertus de Durne, Henricus de Papiheim, & alii multi.*

,, *Signum D. Frederici Roman. Imperatoris invict.*

,, *Ego Gothifredus Cancellarius vice . . . . Maguntinen. sedis Archiepiscopi, & Germaniæ Cancellarii recognovi.*

,, *Acta sunt hæc anno Dom. Incarn. MCLXXX. Ind. XIII. regnante gloriosissimo D. Federico Romanorum Imperatore anno regni ejus XXVIII. Imperii vero XXVI. Datum Vircemburch VIII. Cal. Februarii feliciter Amen.)*

,, Anno 1164. Vvernardi de Carisaco donationem Mosacensi Ecclesiæ jam antea factam ratam habuit Volricus hoc edito documento, cujus originarium exemplar in Archivo Mosacen. servatur. Nos illud hic in lucem damus opera cl. Abbatis Josephi Binii.

,, In nomine S. & individuæ Trinitatis. Amen.

,, Quecunque memoratu digna Christifideles constituunt, debent in scriptis redigi, ne temporum successibus valeant deleri. Quocirca nos quidem VOLRICUS Dei gratia sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Electus Patriarcha cunctis Christifidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter dilectus filius, & Advoca-

tus

,, tus noster Comes Engilbertus, quiquid aiodii A
,, Wernherus de Carisaco, & uxor ejus Bertha in
,, Carnia visi sunt habete, & possidete. Videlicet
,, VII. Mansos cum omnibus eorum pertinentiis
,, cultis, & incultis, campis, pratis, pascuis, sil-
,, vis, nemoribus, introitibus, & exitibus, aquis,
,, aquarumve ductibus, piscationibus, venationi-
,, bus, Mosacensi Ecclesiæ in perpetuum proprie-
,, tario jure habendum, & possidendnm, sicut
,, prædicti Wernerus, & uxor ejus per eum sibi
,, transmiserant, in præsentia nostra tradidit, ac di-
,, lectus frater noster Volticus ejusdem Ecclesiæ
,, Abbas, eandem traditionem, sive donationem,
,, vice Ecclesiæ sibi commissæ recepit, & præsen-
,, tia inde scripta sibi & Ecclesiæ sue fieri rogavit.
,, Ut hoc quoque ratum, & incolvulsum in ævum
,, permaneat, præsentem paginam inde conscribi
,, & sigillo Aquilejensis Ecclesiæ, proprio adhuc
,, sigillo carentis, insigniti jussimus. Hujus au-
,, tem rei laudsti testes sunt Chono Concordien. &
,, VVernardus Tergestien. Episcopi, Engilbertus B
,, Obrent. Abbas, Jonatas s. Felicis Prepositus.
,, Bertoldus de Alberto, & Vvoscalgus Capellani,
,, Comes Vvolvardus, Aleramus de Cusano, Mei-
,, nardus de Pinzan, & Fresus Vvalterus. Vvai-
,, con de Jun. Bertoldus de Stuppach, Hartuicus
,, de Varno, Ascuinns de Muruz, Erembertus,
,, Erebordus, Chono de Hysopo, Vvernerus de
,, Glemona, Voiricus, Volscherus, & Voinradus de
,, Cosa, Bernardus, & Ludegerus de Treven. Leo
,, de Tercento, Ministeriales Comites Eng. An-
,, salmus, Linpoidus de Heberstain, Gnmpoidus
,, de Vaichenstain, Bertoldus de Mosburch, Foi-
,, cherus, & filins ejns Foicherus, Poppo Mans-
,, rin, Detalmus, & alii quamplures.
,, Actum est feliciter apud Mariach Anno Dom.
,, M.C.LXIIII. Indict. xt1.
,, Ego Romolus Domini electi Notarius presen-
,, tem Kartam ex mandato ipsius scripsi, & dedi.
,, *Ratam similiter babuit an. 1180. Vodalricus do-*
,, *nationem, quam eidem Mosacensi Ecclesiæ contule-* C
,, *rat Bernardus de Treven ipsius Vodalrici Mini-*
,, *sterialis. En documentum en præfato Archivo ab*
,, *eodem cl. Binio desumptum.*
,, Nos Odalricus Dei gratia sanctæ Aqnilegen.
,, Ecclesiæ Patriarcha Apostolicæ Sedis legatus
,, notum esse volumus omnibus Christifidelibus fu-
,, turis, & præsentibus, quod Bernhardus de
,, Treven Ministerlalis noster, & Patris nostri
,, Comitis Vvoiuradi verbo, & licentia amborum
,, quinque Mansos de allodio suo coustitutos in
,, villis, qnæ dicuntur Stragoschiz, & Takerich,
,, Mosacensi Ecclesiæ jure propticrario contulit,
,, ita ut quoadusque ipse, & uxor sua Herbitch
,, vixerint, usufructum eorundem Mansorum per-
,, cipiant, & annuatim quinque denarios Friesac
,, prefate Ecclesiæ nomine census persolvant. Post
,, obitum verò utriusque predicti Mansi in Domi-
,, nicalia ipsius Monasterii sine omni contradictio-
,, ne redire debeant. Venerabilis autem fratet
,, noster Bisilherus ejusdem monasterii Abbas se- D
,, cundum quod antecessores ejus Olricus, & Be-
,, bolfus boue memorie fecerant, in presentia no-
,, stra, & Patris nostri predictum Bernhardum de
,, decimis LXXX. Mansorum circa Vinchenstein,
,, & Villa XL. in beneficiatos & XL. ad mansus
,, inbeneficiavit eo tenore, ut ipse, & memorata
,, uxor ejus in Vita ipsorum habeant, & nec de de-
,, cimis, nec de prænominatis mansis aliquid inve-
,, stire, obligare, aut aliquo modo alienare de-

Italia Sacra Tom. V.

,, beant. Verum post obitum ipsorum tam deci-
,, mæ quam mansi ad Ecclesiæ Mosacensis domini-
,, calia nnilius obstanre contradictione transeant.
,, Quod ut verius credatur, & incolvnlsnm in
,, evum permaneat, presentem in paginam con-
,, scribi, & Sigilli nostri impressione insigniri jus-
,, simus. Intersuerunt Henricus Brixinensis Epis-
,, copus, Comes Vvoluradus, Vverlandus de Hol-
,, seneKe, Bertholdus frater ipsius Bernardi, He-
,, inrichus de Trevilich, Bebehardus, Vvernhar-
,, dus de Treven, Vvltemaurus de Choringen,
,, Rahevvinus de SibencKe, Heluricus de Gle-
,, mona, & gener ejus Vvernherus de Penzano,
,, Poppo de Voca, Arnoldus de Aquilegia, Tho-
,, mas, Bertholdus de Aqnilegia, & alii multi Cle-
,, rici, & laici.
,, Actum anno Dominicæ Incatnationis Mill.
,, C.LXXX. Indict. xt1. Aquilegiæ feliciter.
,, Int. Majo.
,, Ego Chunradns Capellanus Dom. Patriarchæ
,, hanc cartam jussu ipsius scripsi, & recognovi.)

61 GOTIFREDUS egregio genere natus, Voldarico successit, teste Sigonio, anno (t) 1184. Is Synodum adversus pravos homines congregavit, ediditque plurima saluberrima decreta, è quibus lubet hìc unnm recensere, in quo ipse idem Voldarici successorem se nominat. LXII. An. 118[illegible]

Gotifredus Dei gratia Aquilejensis Patriarcha universis Episcopis ejus Ecclesiæ Suffraganeis, Venerabilibus, & in Christo dilectis fratribus salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Quoniam peccatis exigentibus magna pars hominum, quorum non est numerus, à Deo Salvatori suo, quos & Dominus tradidit in reprobum sensum, tantam feritatem exercent in terris, ut nulla pietate obstante (quia timor Domini non est ante oculos eorum) sanguinem innocentum effundere, vineas, & arbores fructiferas succidere, domus alienas, & quod gravius est, Ecclesias Deo dicatas spoliare, & succendere non formident: & usque adeo crudelitas, & furor eorum invaluit, quod ad omnia sacrilegia, & nefaria perpetranda obstinatis mentibus eant præcipites. Corrupti namque & abominabiles facti sunt in studiis suis. Et quoniam in Provincia nostra sæva rapacitas prædonum, & diversi generis malefactorum pravitas, spiritu furoris accensa, terras nuperrime longe lateque destruxit. Nos videntes mala gentis nostræ, & sociorum, in generali Capitulo, quod altera die post festum S. Michaelis Aquilejæ celebravimus, consilio Episcoporum, & totius Capituli, imitantes etiam Decreta Patrum nostrorum Innocentii, Eugenii, & Alexandri summæ Sedis Pontificum, nec non beatæ memoriæ Uldarici patris & prædecessoris nostri, succisores vinearum, & arborum fructiferarum, incendiarios homines, & violatores ecclesiarum, & cœmeteriorum, detentores bonorum Ecclesiarum, accensis candelis Anathematis vinculo ligari mandavimus: ut qui extremi examinis timore ab iniquitate, & impietate sua non revocantur, eos Ecclesiastica severitas, ut ad corredeant, comprimat, & inducat. Statuimus etiam, ut violatores Ecclesiarum, & Cœmeteriorum, & incendiarii eorum, & qui in Cleros manus iniiciant violentas, cum ad satisfactionem Ecclesiæ redierint, & mandatum nostrum, & sui Episcopi juramentum recipiant in mandatis, ut ea quæ de Ecclesiis, & de earum cœmeteriis, seu etiam aliunde abstulerint, pro posse suo, & secundum Episcopi sui arbitrium restituant, & eum Episcopi sui licentia sedem adeant Apostolicam.

D

(t) Si annus Christi 1191. erat nonus Pontificatus Gothifredi, ante annum utique 1184. & decesserit, oportet, Ulricus, & illi successeret Gothifredus. En autem conventionis charta, qua clerus, populusque Civitatensis pro ædificatione Civitatensis Ecclesiæ certam pecuniam se collaturos promittunt, ex membraceo originali in Archivo ejusdem Civitaten. Collegiatæ existente à cl. Nicolao Madrisio mihi perhumaniter transmissa, ubi annus Christi 1191. Gothifredi Patriarchatus nonus enunciatur in hunc modum:
In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Amen. Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi 1191. Anno vero Pontificatus Dom. Gotofridi Patriarchæ nono, Pelegrino Præposito, & Bertoldo Decano Civitatensem Ecclesiam feliciter gubernantibus, convenit Clerus, & Populus Civitatensis ante valvas sancti Donati, collaudantes, & compromittentes collationem ad fabricam Civitaten. Ecclesiæ secundum quod spiritus sanctus unicuique inspiraret se esse facturos. Huic itaque compromissioni Don. Pelegrinus Aquilegien. Ecclesiæ Archidiaconus, atque Vicedecanus primus omnium Marcham obtulit. quam sibi Dominus in præsenti, & futura vita per misericordiam suam milleno fructu recompensare. . . . . ut cuncta bona, quæ prefatæ Ecclesiæ conferre exoptat, secundum quod corde gessit, effectui mandari valeat . . . . largiri dignetur omnibus quoque eidem necessario operi adminiculum conferentibus partem orationum, vigiliarum, & alemosinarum, omniumque bonorum, quæ sibi Domino offerenda sunt, & vitam perhennem largiatur. Qui vivit, & regnat in secula seculorum. Dominus Joannes de Portis III. libras, Muschitta 3. denarios, Vvodolsalgus Miles 4. denarios, Albo de Ponte 4. denarios, Aubertus Gastaldus 4. denarios, Hermannus filius Pennonis 4. denarios, Michlon 2. denarios, Lueprandus 1. denarium, Albo 1. denarium, Hejanne 1. denarium, Leonaldus 1. denarium &c.

cam. Quocirca fraternitati vestræ mandamus, & mandando præcipimus, quatenus secundam excommunicationis formam in Ecclesiis vestris denantiari, & firmiter observari faciatis.

Eodem anno 1184. Gotifredus Luitprando Decano, cæterisque Canonicis suis Aquilejensis Ecclesiæ plebem de Ribis, quam prædecessor suus Voldaricus conferre iisdem promiserat, soluta prædecessoris voluntate, cum omnibus suis pertinentiis donavit; ea qua donatione habemus Gotifredum successisse Voldarico hoc ipso anno 1184. En documentum ex authentico exscriptum libro M.S. Aquilejensis Ecclesiæ, quod extat apud Dominum meum eruditissimum Felicem Cootilorum.

Gotefridus Dei gratia Sanctæ Aquilejensis Sedis Patriarcha dilectis fratribus Luitprando, cæterisque ejusdem Sedis Canonicis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Pontificalis officii sollicitudo, quam Domino disponente gerendam suscepimus licet indigni, nos hortatur, admonet, & inducit, ut Ecclesias Dei, easque præsertim, quæ sub oculis providentiæ nostræ sunt constitutæ, & specialiter sanctam Aquilejensem Ecclesiam, quæ præ aliis nomen hæreditavit, & Magisterii officium, & dignitatis gloriam meruit obtinere, nec non & fratres in eodem Christi nomine militantes paternæ diligentiæ fovere debeamus affectu, & non solum ea, quæ ab antecessoribus nostris prædictis fratribus collata noscantur, confirmare, conservare, ac protegere debemus usibus eorum merito profutura, qui Deo, & sanctis ejus in ipsa Ecclesia die noctuque deserviunt, verum etiam ex facultatibus, quæ nostris, & successorum nostrorum usibus debentur, suis indigentiis ubera consolationis præbere. Ea propter fratres in Christo charissimi L. Decane, & vos universi ejusdem Sanctæ Matris nostræ Aquilejensis Ecclesiæ Canonici, petitionibus vestris, & precibus, ut ratio postulat, aurem benignam porrigentes, & vota charitatis vestræ in omnibus condigno affectu complere desiderantes, plebem de Ribis, quam Dominus Pater, & prædecessor noster Voldaricus æternæ memoriæ, vobis conferre promisit, & disposuit, cum Capellis, quarteriis, dotibus, & omnibus ad ipsam pertinentibus vobis, & per vos successoribus vestris, qui pro tempore fuerint, jure perpetuo confirmamus, tradimus, donamus, & Patriarchali auctoritate confirmamus habendam. Qualiter autem Villa vestra, quæ dicitur Montana, ab impetitione, & omni jure Henrici de Malisana expedivimus, propter quam idem Henricus multa mala & incommoda vobis, & Ecclesiæ inferebat, præsentis privilegii scripto comprehendendum duximus, & successorum memoriæ relinquendam. Dedimus atique memorato Henrico sex mansos in Villa nostra, quæ dicitur Gonorium, nomine recti feudi, sub eo tenore, quod nec sibi, nec alicui hæredum suorum aliquo tempore alius rei occasione aliquid juris de prædicta Villa ab ipsius potestate omnimode erepta petere liceat. Quam & Villam vobis fratribus, & successoribus vestris perpetua pace habendam, & possidendam. Ut hæc autem perpetua firmitate nitantur, & semper inconvulsa permaneant, hujus scripti pagina communimus, & corroboramus, quam sigilli nostri impressione fecimus insigniri. Præterea proprietatem unius mansi jacentis in Trivignano, quem vobis Matthius ministerialis noster resignavit, & vobis contulimus, hoc ipso scripto vobis jure perpetuo confirmamus habendam. Actum est hoc Aquileiæ anno Dominicæ Incarnationis 1184. Indictione II. Ego Albericus ejusdem Domini G. Patriarchæ Capellanus, ipsius jussu hanc paginam scripsi, sigillavi, & dedi. Testes donationis prædicti mansi sunt isti, Drudus Feltrensis, & Joannes Æmonensis Episcopi, Andreas Domini Patriarchæ Sacerdos Capellanus, Henricus de Flumisello, & alii quamplures tam Clerici quam Laici.

Eodem quoque anno Lucius III. Papa Gabrieli Præposito, & Canonicis Aquilejensis Ecclesiæ eadem confirmavit, asseruitque privilegia, quæ A-

A exander III. Papa superiori diplomate confirmarat, Diploma vero Lucii est iisdem omnino verbis conceptum, præter hæc pauca verba. *Præterea dicat Burkardus Aquilejensis Ecclesiæ Advocatus, & postea Henricus Placitum Advocatiæ in manibus bonæ memoriæ Patriarchæ Ulrici refutarant pro se &c.* quibus verbis videtur jam Ulricum obiisse. Diploma est *datum Veronæ per manum Ugonis S. Romanæ Ecclesiæ Notarii 5. Idus Novembris Indict. 3. Incarnationis Dominicæ anno 1184. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. anno 4.*

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Joannes presb. Card. tit. S. Marci.

Ego Laborans presb. Card. Sanctæ Mariæ Transtyberim tit. Callisti.

Ego Ubertus tit. S. Laurentii in Damaso presb. Card.

Ego Pandulphus presb. Card. Basilicæ 12. Apostolorum.

Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori.

B *Ego Gratianus Ss. Cosmæ & Damiani Diac. Card.*

Ego Conradus Sabinen. Episcopus, Maguntinæ Sedis Archiepiscopus.

Ego Theodinus Portuensis & S. Rufinæ Sedis Episcopus.

Ego Henricus Albanensis Episcopus.

Ego Theobaldus Hostiensis & Veliternensis Episcopus.

Ego Albinus Diac. Card. S. Mariæ Novæ.

Ego Sofredus S. Mariæ in Via lata Diac. Card.

Gotifredus vero excelsi animi vir, ut Patriarchalia sua jura tueretur, Tarvisinæ Marchiæ populos assiduo bello afflixit, egregiaque virtute cum plures annos Ecclesiam sibi creditam administrasset, diem suum obiit anno 1199. a Friderico I. ac Henrico VI. Imperatoribus in paucis charus, quorum aliquando diplomata, ac privilegia diversis Ecclesiis concessa subscripsit: inter quæ observavi illud Henrici anno 1191. pridie Id. Martii Monasterio S. Galgani in Tuscia, alterum Ecclesiæ Eugabinæ concessum eodem anno 1191. (,, *Memoratur* *a Ante an. 1191.*

C ,, *Gothifredus in documento, quo an. 1184. die 19.*
,, *Octobris Fridericus Imperator Veronæ investi-*
,, *vit Obizonem de Este de Marchia Januen. & Me-*
,, *diolanen. apud Muratorium in Antiqu. Esten. tom.*
,, *1. p. 35. Anno vero 1185. consecravit Veronæ Ec-*
,, *clesiam S. Mariæ antiquæ, ut testatur in ea exi-*
,, *stens sequens monumentum.* Anno Dom. MCL.
,, XXXV. Ind. IV. die sabbati intrante Novemb.
,, D. Patriarcha Gottifredus Aquilejensis dedica-
,, vit Ecclesiam s. Mariæ antiquæ, ubi fuerunt D.
,, Laborans, & D. Adelardus S.R.E. Cardinales,
,, & D. Pepo Episcopus de Padua, & D. Opizo
,, Organensis Abbas. *Anno 1186. VI Kal. Febr.*
,, *idem Patriarcha (teste Radulpho de Diceto Deca-*
,, *no Londinensi in Imaginibus histor. col. 629.) coro-*
,, *navit Henricum filium Friderici I. Imperatoris*
,, *regem Teutonicum, & ab ea die vocatus est Cæsar.*
,, *Anno 1188. auctoritate sua firmavit transactionem*
,, *inter Abbatem Mosacen & Adelmotam de Divino*
D ,, *super controversia, quæ inter eos agitabatur de*
,, *bonis VVerneri de Carisaco Ecclesiæ Mosacen. olim*
,, *relictis. Documentum ex Originali desumptum à*
,, *sæpe citato cl. Binio est hujusmodi.*
,, In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.
,, Amen. Operæ pretium est consuetudini, & con-
,, sentaneum, & rationi, ut sopitæ quæstionis me-
,, moria stili mandetur, & roboretur officio, ne li-
,, tis mala præteritæ occasionem inveniant, vel
,, materiam resurgendi, & ne justitiæ, & veritati
,, præjudicium possit aliquatenus generari. Ea pro-
,, pter nos quidem Gothefridus gratia Dei s. Aqui-
,, legien. Sedis Patriarcha omnibus Christifidelibus
,, tam futuris quam presentibus notum esse volu-
,, mus, quod cum inter dilectum fratrem nostrum
,, Gislerium Mosacen. Abbatem in regimine, &
,, amministratione domus Domini prudentem ad-
,, modum, & curiosum, & Dom. Adelmotam
,, uxorem Stephani de Dimino, & ipsum Stepha-

num

,, num nomine uxoris, super quibusdam bonis,
,, quæ olim per quemdam Vverne͡tum de Carisa-
,, co, & Bertam uxorem ejus Mosacensi Ecclesiæ
,, collata noscuntur, sicut Antecessorum nostro-
,, rum Pellegrini, & Vvadalrici bone memorie
,, scripta indicant, & testantur, controversia ali-
,, quandiu agitata fuisset, præfata denique Adel-
,, mota, & vir ejus Stephanus pariter cum filiis
,, coram nobis, & Curia nostra in judicio consti-
,, tuti quia justitiæ non videbautur habere fidu-
,, ciam, actione deposita si quid juris in prædictis
,, boois habebant, vel aliqua occasione habere po-
,, terant per se, & suos heredes prænominato Ab-
,, bati & per ipsum Ecclesiæ sue resignarunt, &
,, dimiserunt. Ita qoidem quod nec sibi nec suis he-
,, redibus aliquo tempore, vel modo eootra hoc ve-
,, nire liceat, aut Ecclesiam ipsam fatigare. Cu-
,, jus rei gratia hanc recordatioois paginam de vo-
,, luntate, & petitione partium, & Curie nostre
,, consuetudine fieri jussimus, nostrique sigilli im-
,, pressione muniri. Actum apod Villam, quæ dici-
,, tur Petra, in prato quodam, sub testimonio Ro-
,, muli Concordien. Liutoldi Tergestion. Poppo
,, Pitinen. Episcoporum, Vvalchoni Rosacen. Ab-
,, batis, Friderici Prepositi s. Stephani, Peregrini
,, Aquilegen. Archidiaconi, & Vicedomini, Ga-
,, brielis Prepositi, Meinardi juoioris Advocati,
,, Artuici, & Friderici de Cauriaco, Henrici de
,, Mels. Herboldi de Pertenstain, Henrici de Mu-
,, rutio, Ottonis Brugon. Bertholdi de Fricano,
,, Jacobi de Budrio, Uroini Dapiferi, Bernardi
,, de Circlaria, Marchoardi, Herbordi Filii,
,, Vvnsalai Civitat. Militis, & aliorum plurimo-
,, rum. Anno Domini Mille C. octuag. octavo.
,, Indict. sexta.
,, Ego Aldericus prescripti Dom. mei Patriarchæ
,, Not. de mandato ipsius hanc paginam scripsi.
,, *An. 1189. mense Martio consecravit Ecclesiam S.*
,, *Mariæ de Carcere, ut ex documento apud Mura-*
,, *tor. cit. pag. 356. Anno 1193. retulit ab Henrico VI.*
,, *amplissimum diploma aliorum, quæ Antecessores*
,, *Imperatores Aquilejensi Ecclesiæ concesserant,*
,, *confirmatorium, quod quia ejusdem est tenoris,*
,, *iisdemque conceptum verbis, ac supra relatum*
,, *Federici, hic exscribere prætermittimus. Testes*
,, *vero ibi nominati, & datum sunt hujusmodi:* Et
,, Testes sunt Bertholdus Meneburgen. Episcopus,
,, Valcerus Trojanus Episcopus, Albertus Mar-
,, chio Missineo. Albertus Dux de Terg, Albertus
,, Comes de Vverchen, Fridericus Comes de Bi-
,, chelīgen. & alii quamplures. Data sunt hæc an.
,, Dom. Incarn. 1193. Ind. xi. regnante D. Henri-
,, co VI. Rom. Imp. victoriosiss. anno regni ejus
,, IV. Imperii vero III. Datum apud Volcuhaieri
,, per manum Sigellai Imperialis aulæ prothonota-
,, rii 4. Id. Decemb.)

LXIII 62 PEREGRINUS hujus nominis II. electus anno 1199. (1) propensa Cleri Aquilejensis Ecclesiæ voluntate exceptus est. Commendatum sibi munus brevi quidem tempore, sed cumulatissime explevit, Tarvisinos direptionibus & incendiis Forumjulium assidue vexantes, junctus fœdere cum Henrico Dandulo Venetorum Duce propulit, magnaque militari arte dissipavit clade, & cum plurimas prope Venetias possessiones emisset, Civis Venetus effectus est, ut narrat Dandulus io Chronic. Excessit è vita post quartum sui Præsulatus annum.

LXIV 63 VALTERUS, seu Volckerus, sive Volfgerus *a*, Bavarus, vir nobilis de Ellenbrechtskarchen, ex Episcopo Pataviensi in Bavaria, post Peregrini excessum, à Capitulo Aquilejensi postulatus, & electus Patriarcha, eo ipso anno 1204. ab Innocentio III. confirmationem accepit, ut produnt ejusdem Pontificis litteræ in Vaticano regesto anni 7. epist. 99. fol. 135. quas ad hunc Præsulem de-

a Volferus dicitur in privilegio Othonis an. 1210. Pistoriensibus concesso, quod vide tom. 3. in Pistorien. pag. 300.

A dit. Vir fuit in divinis literis admodum eruditus, sanctimonia vitæ, & prudentia clarus, Henrico VI. & Federico II. Imperatoribus charus, tum & Innocentio, & Honorio tertiis Pontificibus, quorum legatus de latere Venetos, Paduanosque conciliavit, interfuitque Lateranensi Concilio an. 1215. Ad hunc eundem, atque ad Episcopum Patavinum scripsit Honorius primo sui pontificatus anno 15. Kal. Octobris, ut Tarvisino Episcopo implicitis nomioibus laboranti, omni, qua possent, majori ope adessent, ne Ecclesia illa opibus exhaustâ corrueret. Cui Otho IV. & Federicus II. superiorum Imperatorum privilegia (teste Candido) confirmarunt. Pulsoque ab Istria Ludovico Bajoario Duce in Marchionatum à Federico II. restitutus est. Cum Petro Ziano Venetorum Principe Forojulienses infestante fœdus sanxit, ut quotannis ex penu Aquilejensi panes duodecim sextarii singuli, præter porcos, Duci Veneto persolvantur: apud quem magna postmodum authoritate polluit. Cujus in-
B tuitu Aquilejensium Canonicorum Collegium Othonis Imperatoris benevolentiam, ac liberalitatem expertum est, eus o diplomate apud Augustam *Idib. Januarii anno 1208. Ind. 11. Regni ejus 11.* quod cum sit eisdem omnino verbis conceptum cum illo Friderici I. supra relato in Ulrico, prætermisimus; testes tantum hic numerabimus, qui adfuerunt, *Oddo*, inquam, *Frisingensis, Mengoldus Patavien. Arsucius Eysteten. Conradus Ratisbonen. Conradus Brixinen. Reynardus Curien. Fridericus Tridentin. Joannes Cameracen. Sifridus electus Augusten. Episcopi: Ludovicus Dux Bajoariæ, Menchardus Comes Goriae. Comes Pal. de Vinge: Comes Albertus de Tirol. Comes Ulricus de Eppan. Comes Egeno de Ulti: Comes Albertus de Erberten. Henricus Mareschalcus de Kalendim. Guaselmus Dapifer, Walteras Pincerna.*

(,, *Anno vero sequenti 1209. idem Otho confirma-*
,, *vit Valtero Ducatum Forijulii, hoc expedito di-*
,, *plomate, quod exscriptum damus ex sæpe citato*
C ,, *Ms. Codice doctissimi Apostoli Zeni.*
,, *Otto Dei gratia Romanorum Rex semper Augu-*
,, *stus. Regiæ majestatis ordo requirit, ut omnium,*
,, *& maxime Ecclesiarum jura protectione regia ser-*
,, *ventur illæsa. Ea propter attendentes clarissima*
,, *merita, & obsequia dilecti principis nostri Vvolf-*
,, *cherii Aquilejensis Patriarchæ, quæ personæ no-*
,, *stræ, & imperio hactenus laudabiliter exhibuit,*
,, *& quotidie circa honorem, & profectum imperii*
,, *tota virtute noscitur exhibere: Ducatum Forju-*
,, *lii cum omni jure, & pertinentiis suis, & sangui-*
,, *nolentum denarium, scilicet feritas, plagas,*
,, *vulnera, homicidia, furta quoque, & omnia ma-*
,, *lefitia, quæ ad correctionem, & bannum princi-*
,, *pum spectare noscuntur: insuper & omnes tran-*
,, *sactiones, & conventiones inter Peregrinum Pa-*
,, *triarcham, & Maynardum Comitem, & inter*
,, *Vvoldaricum Patriarcham, & Engelbertum Co-*
,, *mitem super avocatia, & aliis factas, & privi-*
,, *legiis, aut aliis autenticis scripturis roboratas*
D ,, *sibi, & successoribus ejus in perpetuum regali au-*
,, *ctoritate confirmamus, & præsenti pagina nostro*
,, *sigillo roborata communimus. Sancientes, quod*
,, *nulli memorata judicia, vel aliquid ad jus Duca-*
,, *tus spectantia, nisi per eum, aut successores suos*
,, *liceat pertractare, nullaque persona huic nostræ*
,, *confirmationi audeat contraire. Si quis verò hanc*
,, *nostræ confirmationis paginam infringere atten-*
,, *taverit, 30. libras auri purissimi, medietatem*
,, *Cameræ nostræ, & medietatem Ecclesiæ Aquile-*
,, *jen. pro pœna componat. Confirmationem, robur*
,, *obtineant tam nostra, quam D. Henrici VI. Impe-*
,, *ratoris facta in antiquo suo privilegio eidem Aqui-*
,, *lejen. Ecclesiæ, & super eisdem dato, quod hic*
,, *de verbo ad verbum est renovatum.*

(1) Fontaninus in libello à se Venetiis edito *delle Masnade &c.* fol. 33. afferit se inspexisse in archivo Civitaten. Ecclesiæ diploma Henrici VI. datum Peregrino an. 1195. ex quo satis liquet jamdiu ante annum 1195. excessisse Gothifredum, & successorem habuisse Peregrinum, qui vivebat adhuc an. 1204. die 21. Februarii, quo in Ecclesia s. Mariæ de Clemona interfuit tedis instrumento dotali Alisiæ Azzoni Marchioni Estensi desponsatæ. Vide documentum apud Murator. Antiquit. Esten. tom. 1. p. 379. Sed & anno 1206. die 31 Maii videtur in vivis fuisse Peregrinus, quo Magister Albertus D. Peregrini Aquilejensis Patriarchæ Notarius exemplum edidit refutationis Advocatiæ, & placiti in manibus Ulrici Patriarchæ à Barkerdo, & Henrico factæ supra relatum col. 69.

„ *Acta fuat haec ia praesentia Sigefredi Augusten. Episcopi, Chunradi Spiren. Episcopi regalis aulæ Cancellarii, Arnuoli Sextenen. Episcopi, Conradi Ratisponen. Episcopi, Manigoldi Patavien. Episcopi, Conradi Brinien.* a *Episcopi, Joannis Carmacen. Episcopi, Hegelardi Episcopi Cenetey. Fredrici Tridentiai Episcopi, Geberardi Tergestini Episcopi, Lodovici Ducis Bavariæ, Comitis Geardi de Tollenstea, Burchardi Megdeburgensis, Burguno, Henrici Marsalei, & aliorum quamplurium testium. Datum an. MCCCX. apud Augustam Indict. XII.*)

a Brixinen.

Cæterum quantu eximia pietate præditus fuerit Valterus, quæ à bellica ejus virtute, & fortitudine nunquam victa, testis erit ejus donatinois documentum, qua antiquo Patriarchalis Ecclesiæ splendori, jam vetustate fatiscenti, pretiosa supellectile haud parum adjecit ornamenti, cavitque ne de cætero, neve minus accurate custodiretur ab Aquilejeosibus Canonicis, quibus donatio facta est, ne etiam domestica disciplina upud ipsos iabefactaretur. Sic enim se habet documeotum ab authentico exscriptum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis,

Valterns Dei gratia Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, S. Decano, totique ejusdem Ecclesiæ Capitulo in perpetuum. Domum Domini decet sanctitudo, ut variis ornamentis, quibas enterior dignus orationis decoratur spirituale templum Dei, quod in Dei fidelibus est, vario decore virtutum doceatur adornari. Eapropter decorem domus Domini diligentes notum fieri volumus universis tam præsentibus, quam futuris posteritatis hominibus, quod nos S. Aquilejeasis Ecclesiæ, cui Dei ordinatioae præsidemus, nuditatem considerantes, quod videlicet in ornameatis Ecclesiasticis nuda fueruat, quod in puepureis indumentis, cortinis, palliis, aliisque pretiosis altaribus in Ecclesiæ utensilium tantum sustinuerunt defectum, ut tam nobilis Ecclesia, quæ mater est aliarum Ecclesiarum in hac parte, quasi deformis habeatur, ad honorem Dei omnipotentis, & S. Dei Genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, & Ss. martyrum Hermagoræ, & Fortunati, plebem de Puzol pietatis intuitu præsupplendo præscripto defectu ipsi Aquilejen. Ecclesiæ majori de consensu Capituli coatulimus, & tradidimus in perpetuum, cum omai jure cathedratici nostri, & nostrorum successorum, ita ut eadem plebs ad Thesaur. Cameræ & ornatum ecclesiæ Aquileien. specialiter pertineat, quatenus præfata nuditas ejus cooperiatur, & ia Ecclesiasticis thesauris accipiat incrementum. Haac quoque traditionem tali distinnimus conditioae, quod de redditibus plebis illius æstimatis coram aobis ad 24. march. ictea præbeadam sacerdotum ibi constituendorum Camerarius, qui pro tempore fuerit, 16. march. ad melioratioaem oraatus ecclesiæ, & Cameræ thesaur. & non ad aliud annuatim in Capitulo solvat, assigaando eas ad præfatum ornatum cam scientia Decani, & Magistri Scholarum, qui pro tempore fuerint, & aliquorum de melioribus Canonicis 4. vel pluriam, faciatque Camerarius, & annuatim Capitulo demoastretur, qualiter ornatus Cameræ, & ecclesiæ per eandem pecuniam fuerit eodem anao melioratus; reliquas octo march. de iam dictis redditibus æstimatas ipse Camerarius ad usus suos habeat pro cantoribus, & expensis in præfatis negotiis ecclesiæ & Cameræ sibi specialiter faciendis, Statuimus &, ne occasione præfati Cathedratici, nec expensorum Camerario facieadorum prætaxata quantitas XVI. march. aliquatenus diminuatur. Facta est autem hæc traditio, seu ordinatio debita solennitate anno Domini 1210. Indict. 14. 6. Id. Novemb. apud Finmisellum; præsente Capitulo Aquileien. & tota curia nostra in manu Joannis tuac Camerarii Aquileiea. vicc, & aomine ecclesiæ & Cameræ ut præscriptum, eam recipientis. Ut autem præaominata traditio nostra rata permaneat, & inviolabiliter abservetur, hanc paginam conscribi fecimus, & sigillo nostro coborari, Huius rei testes sunt D. Coaradus Tridentinus Episcopus, D. Fulcherius Parentinus Episcopus, Henricus Aquileien. Archidiaconus, Vldricus Suevus Aquilesen. Canonicus, Vernhardus Villacen. Archidiac. Andreas S. Felicis Decanus, Duricus Aquilejen. Canonicas, Vigardus S. Volrici Præpositus, Volricus de Lapidibus Aquilejen. Canonicus, Ruppretus, & filii ejus Decanus, Rodulphus de Atems, Erlusnus de Nimeez, & alii quamplures. Ego Ritbalmus D. Patriarchæ Valteri Capell. & Notarius omnia præmissa de ipsius mandato scripsi, & sigillavi.

Denique Valterus meritis plenus yaledixit huic mortali seculo an. 1218. cujus obitum ita commemorat Steroo in Aonal. apud Canisium tom. 1. antiqu. lect. *Anno 1218. Vvolfterus Patriarcha Aquileiensis obiit, cui Bertholdus Archiepiscopas Colossensis succedit.* Sepultum ferunt in Cathedrali, ipsumque tantæ fuisse sanctitatis (inquit Candidus) ut post mortem marmoreæ arcæ operculum, in qua ejus corpus conditum fuerat, divinitus nullo adminiculo fultum, aliquamdiu in aere pependerit; nunc modice uno tantum angulo hæret. Quamvis idem ab Othone IV. legatus Italiæ constitutus Mediolanenses, Brixienses, Piacentinos, & Cremonenses ad Imperatorem contra Pootificem diverterit. Commendanda quoque hoc loco famæ egregia virtus, & prudentia Valteri Patriarchæ, qui subeunte an. 1206. cum Veronam primo divertisset, ab majoris Ecclesiæ Canonicis, Omnibonoque Episcopo Veronensi, regio splendore, & majestate exciperetur, ortum inter Canonicos, & Adelardinum, de Capite Pontis, ejusque nepotem, tumultum sedavit, litemque ademit de equo, sive palafredo, quo ipse equitaverat ab urbis porta ad majorem ecclesiam, cui ex iis legitime deberetur, an ipsis Canonicis cedere debuisset, qui ab immemorabili tempore, aliisque Valteri antecessoribus, pacifice recepissent, vel potius Adelardino, ejusque nepoti, qui Patriarcham addexteraverant, equumque ipsum per vim abstulissent. Habita per Valteri delegatos diligenti testium inquisitione, jus cessit Canonicis, tanquam ex vetustissima consuetudine, hactenus ab Valteri antecessoribus dilargita. Judicio adfuerunt Henricus Mantuanus, Ubertus Vicentinus comprovinciales Episcopi, qui Valterum honoris gratia associaverunt. Cujus rei processu, & monumento multa scitu digna continentur, & primo Valteri aliquot antecessores in eo, & illorum temporum mores recensentur. Illud nobis ex archetypo exhibuit non semel, nec satis laudatus nobilis Cozza Cozzius Veronensis ecclesiæ Archipresb. quod etiam hic verbatim recitare lubet, & est hujusmodi,

Die Dominico tertio intrante mense Septembri in ecclesia S. Georgii de Domo in Verona, in præsentia D. Enrici Maatnani Episcopi, D. Uberti Vicentini Episcopi, D. Zamboni Causidici, D. Prætrede Causidici, Martii Hostarii, & aliorum. Ibique coram D. Vicario Aquilejensi Patriarcha, D. Venturn Canonicas proposuit præsente Archipresbytero Guidone Canonicæ Veronen. Quod Caaonici Veronen. ecclesiæ sunt soliti habere equum D. Patriarchæ, quando primo venit in civitate ista, & ratio illius ecclesiæ est: & habuerunt illum equum D. Patriarchæ Pellegrini primi, & alium D. Odelrici Patriarchæ, & illum D. Gotefredi Patriarchæ, & sunt in ista possessioae, & de hoc volunt facere fidem D. Patriarchæ, & ipse D. Patriarcha debeat judicare, quod jus & ratio equi D. Patriarchæ ad Veronensem Canonicam debeat pertinere. E contra D. Adelardinus de Capite Pontis præsente Vidone suo nepote proposuit coram ipso D. Patriarcha, quod ipse, & ejus nepos habent rationem in illo equo D. Patriarchæ, quando intrat in civitate ista Veronensi, ideo quia destrant eum, eo quo intrat Veronam à porta Episcopi usque ad ecclesiam majorem, & habuerunt equum, & habent, & sunt in possessione ista. Ad hoc Archipresbyter Guido respondit, quod aon erat suum, imo pertinere ad ecclesiam, & Canonici sunt ia possessioae illius equi.

Item ipse D. Adelardiaus dixit; si Canoaici vo-

lunt contra eum aliquid dicere de illo equo, ipse respondebit eis, & non vult contra Canonicos, nec illis Canonicis aliquid dicere de hoc. Et si Canonici, vel aliquis alius volunt aliquid adversus dicere, D. Patriarcha constituet, & dabit terminum, quod sit consiliatus, & quod ipse habeat sapientem; & D. Zambonus Causidicus verbo D. Patriarchæ dixit ei, quod D. Patriarcha locat ei eidem D. Adelardino, & suo nepoti, & Canonicis similem terminum de ista quæstione, ut ipsi sint ante eum hodie ibi post nonam cum suis rationibus, & ipse auditis raticnibus, & receptis, & cras diffinitum.

Item postea prædicta die in eadem ecclesia S. Georgii in præsentia Episcop. Conradi Tridenti Episcopi, Uberti Vicentiæ, Martii Hostiarii, & aliorum. Ibique D. Patriarcha VVl. commisit Magistro Stephano, & D. Zambono Causidicis, ut ipsi audiant rationes Canonicorum Veronen. & recipient, & D. Adelardini, & sui nepotis super quæstione equi, & propteren oodem die in majori Veronensi ecclesia in præsentia D. Vidoti, D. Joannis Castellani, D. Enrici, & D. Bart. Canonicorum, Syndicorum, & aliorum, cum Archipresbyter Guido Canonicę Veronensis cum pluribus de Canonici suis, & D. Adelardinus de Capite Pontis essent coram ipso Magistro Stephano, & coram D. Zambona Causidico delegatis D. Vic. Patriarchæ, D. Castellanus Causidicus, & Advocatus Archipresbyteri, & Canonicorum pręsente Archipresbytero, & pluribus Canonicis coram illis Iudicibus proposuit, quod Canonici sunt soliti habere equum D. Patriarchæ, quando primo intrat in civitate ista cum descendit ad istam majorem ecclesiam, & habuerunt quiete illum Dom. Pellegrini primi, & illum D. Odelrici, & illum D. Gotefredi, & sunt in ista possessione, & ratio ista est, & de hoc volunt ipsi facere fidem D. Patriarchę, & vobis, qui estis pro eo.

E contra D. Bart. Causidicus, & Advocatus ipsius D. Adelardini pro eo, & eo præsente proposuit coram illis Judicibus, quod ipse D. Adelardinus, & eius nepos sunt in possessione equi D. Patriarchæ, & habuerunt & habent, ideo quia dentrant eum, en quo intrat in civitatem à porta Episcopi usque ad istam maiorem ecclesiam, & sunt investiti de equo per D. Patriarcham ad feudum, & si Canonici volunt eis aliquid dicere de isto equo, ipsi facient eis rationem sub suo Judice, & nolunt cum eis facere placitum sub Domino Patriarcha, nec sub istis Judicibus.

Et D. Zambonus Causidicus præcepit ipsi D. Adelardino ut staret ibi, quod ipsi volunt recipere rationes Canonicorum, & suas si velint introducere. Et ipse D. Adelardinus dixit, quod non staret ante eos, quod non erant ipsi sui Judices, & sic recessit inde, & ipsi Iudices ibi constituerunt presbyterum Avezudum suum Nuncium, ut ex parte D. Patriarchæ & sua præcipiat, & dicat D. Adelardino, & suo nepoti, ut veniant ant eos cras, & si ipsi velint dicere aliquid contra testes Canonicorum, vel alias rationes apportare, ipsi audient, & recipiene.

Postea die Lunæ 4. intrante Septemb. in Capite Pontis ante domum D. Adelardini in præsentia D. Fafri Dominici, & aliorum. Ibiq; D. Avezudus presb. Nuncius Magistri Stephani, & D. Zamboni Causidici præcepit ex parte D. Patriarchæ, & ipsorum Magistri Stephani, & D. Zamboni Causidici D. Adelardino, ut sit ante eos, & si velit aliquid dicere contra testes Canonicorum, vel alias rationes apportare super facto equi, quod ipsi audient, & recipient.

Postea eodem die in Episcopali palatio Veronæ in Camera in præsentia Episcopi Uberti Vicentiæ, Episcopi Conradi Tridenti, Magistri Nigrelli, & aliorum plurium. Ibique D. VVl. Aquilejensis Patriarcha commisit Magistro Stephano, & D. Zambono Causidico Veronensi causam equi, quam Canonici majoris ecclesiæ Veronensis faciunt, ut ipsi audiant, & cum ratione diffiniant.

Postea die Martis sequenti, junta majorem Ecclesiam Veronensem in præsentia Domini Castellani, & Domini Aldi Causidicorum, Martii Hostiarii, Bonævitæ Notarii, & aliorum. Ibique Dominus Stephanus, & Dominus Zambonus fecerunt perlegere attestationes introductas à Canonicis super facto equi Domini Patriarchæ, & mihi Joanni Notario præcepere ut legerem, & ego ibi ante eos perlegi.

Acta sunt hæc anno Domini 1206. Ind. IX.

Ego Joannes Sacri Palatii & Domini Federici Imperatoris Notarius interfui, & rogatus scripsi.

Examen Testium.

Presbyter Paltonerius de quæstione equi D. Patriarchæ iuratus, & postea interrogatus, dixit quod vidit Patriarcham Odelricum descendentem ad istam majorem ecclesiam in civitate ista Veronæ, & fuit receptus cum processione ab Episcopo Omnibono, & à Canonicis, & aliis Clericis honorifice, & cum ipse descendit de equo ante januam majoris Ecclesiæ, vidit quod Canonici, qui tunc erant, & servientes eorum accipientes equum illum D. Patriarchę, quem ipse equitaverat, quiete, & sine aliqua controversia, & ducentes in Canonica, & eum ipsos habentes, & nullam quęstionem inde vidi, & jam sunt 38. an. quod hoc fuit. Eo mortuo similiter vidit Patriarcham Gottifredum descendentem ad istam majorem ecclesiam Veronensem, & fuit ipse receptus cum processione honorifice ab Episc. Omnibono, & à Canonicis, & aliis Clericis hujus civitatis Veronæ, & cum ipse Patriarchæ descendit de equo, Canonici, & servientes eorum acceperunt illum equum quiete, & pacifice sine molestatione aliqua, & duxerunt in Canonica, & eum vidit illos habentes, non vidit, nec audivit quod inde fuisset facta quęstio ab aliqua persona, nisi modo. Et alia vice tempore Patriarchæ Pellegrini, qui modo ante istum, qui modo est, obiit, cum servientes Canonicorum voluerunt accipere, & acceperunt equum ipsius D. Patriarchæ, cum venit in civitate ista Veronen. ad istam majorem ecclesiam, Vido de Adelardino de Capite Pontis cum suis per vim abstulerunt illum equum, & hoc totum vidit. Interrogatus si scit, quod illi de Adelardino haberent aliquod ius in isto equo? Respondit; non, neque unquam audivi dici, quod habuissent jus aliquod. Interrogatus, si scit qua ratione Canonici habeant habere equum istum D. Patriarchæ, quando primo intrat in civitate; propter consuetudinem, & propter honorantiam Canonicæ.

Bernard. tabernarius de prædicta quæst. equi I. & interrogatus in debito sacramenti dixit, quod vidit Patriarcham Odelricum cum ipse primo intravit in civitate ista, & cum ipso descendit ad majorem ecclesiam, & fuit ipse receptus ab Episc. Omnibono, & à Canonicis, & aliis Clericis cum processione, & cum descendit ipse de equo ante januam ecclesiæ majoris, Canonici & servientes eorum acceperunt equum ipsius D. Patriarchæ, & duxerunt cum ad Canonicam quiete sine controversia aliqua, & eum vidit illos Canonicos habere, & tenere, & jam sunt plus 35. an. quod hoc fuit, & bene recordatur & scit. Eo mortuo vidit Patriar. Gottefredum quando primo intravit in civitate ista Veronæ, & descendit ad majorem ecclesiam, & fuit honorifice receptus à Canonicis, & ab aliis Clericis, & cum ipse descendit de equo, Canonici, & eorum servientes acceperunt equum ipsius D. Patriarchę, & duxerunt eum ad Canonicam quiete, & pacifice sine aliqua molestia neque controversia, & eum habuerunt, & tenuerunt, & omnia præd. quę dixi vidi, & nunquam audivi inde quæst. nisi modo. Et in tempore Pellegrini, qui fuit ante ipsum præsentem quod Vido de Adelardino cum suis amicis per violentiam abstulerunt eis ut audivit dici. Intere. qua ratione Canonici habeant, aut debent habere? Resp. quia sunt soliti habere, & propter honorem, quem D. Patriarcha accepit à Canonicis, & propter honorem hujus Canonicę. Interr. si scit quod Adelardinus, vel sui antecessores habuerunt, & habeant aliquod jus in equo isto? Respondit se nihil scire.

Rodulphus de Hospitale de præd. quæst. equi I. & postea in debito sacramenti intereog. dixit, quod à sua recordatione in Zà, quę sunt 40. an. quod auditum habet, quod Canonici de Canonica Veronen. sunt soliti habere equum D. Patriarchę, quando primo intrat in civitate ista, & descendit ad majorem ecel. sed non

vidit habentem & nunquam audivit dici, quod illi de domo Adelardini habuissent aliquod jus in isto equo, nisi à tempore Pillegrini, qui fuit ante istum præsentem in Zà. aliud dixit se nihil scire.

Presbyter Adam S. Justi de præd. quæst. equi I. & in debito sacramenti interrog. dixit, quod vidit quando Patriarcha Odelricus intravit in civitate & quando descendit ad istam majorem eccles. quod D. Omnebonus Episc. cum Canonicis, & cum aliis receperunt eum honorifice cum processione, & cum ipse descendit ibi de equo, audivi quod Canonici habuerunt equum suum, sed non recordatur si vidit, quando acceperunt, sed vidit postea quod Canonici habuerunt equum, quem dicebant fuisse D. Patriarchę, & audivit dici à sua recordatione in Zà, jam sunt 40. an. quod Canonici soliti sunt habere equum D. Patriarchæ, quando primo venit in Veronam, & nunquam audivit amplius quod illi de D. Adelardini aliquod jus haberent in illo equo, nisi modo, nec habuissent equum, & in tempore Pillegrini qui fuit ante istum Valterum. Aliud dixit se nihil scire, nisi quod sonus, & fama est pee istam oeam Canonicæ, quod Canonici soliti sunt habere equum, ut dictum habeo.

Vitalis D. Episc. de præd. quæst. I. & in debito sacram. interrog. dixit, quod vidit Patriarcham Gotsfr. tunc quando primo intravit in civit. Veronen. & quando descendit ante januam eccles. majoris, & fuit receptus ab Episc. Omnebono, & à Canonicis, & aliis cum processione honorifice, & cum ipse descendit de equo ibi ante januam eccles. ipsemet testis, qui erat servus Archipresb. Riprandi, pro illo Archipresb. & pro Canonicis accepit equum illum D. Patriarchæ, & ascendit in illum, & duxit eum ad Canonicam quiete & pacifice sine controversia aliqua, & non vidit quod aliquis contradiceret ei de illo equo, & erat cum eo Vitalis; alii servientes Canonicorum, & Canonici habuerunt illum equum, & ipsemet . . . equum illum per Canonicos. Interrog. si scit qua ratione Canonici habeant equum illum? Resp. non aliter nisi quod Domini, quod ratio est, & propter honorem, quem Patriar. recepit ab eis Canonicis, quando venit in civit. ista, & quia sunt sui Canonici. De tempore dixit, quod 20. anni sunt & plus. Interrog. si scit quod Adelardinus, nec illi de sua domo habeant aliquod jus in isto equo? Resp. non, nec audivi quodunquam habuissent nisi de Patriar. Pellegrino, qui fuit ante istum Valt. quod ipsi habuerunt per vim; aliud nescio.

Albrigettus, qui vendit linum de præd. quæst. equi I. & in debito sacram. interrog. dixit, quod vidit Canonicos Veronen. ecclesiæ habentes unum equum, quem ipsi dicebant fuisse D. Patriarchæ, qui fuit ante istum, qui mortuus est, sed non vidit accipientem equum, & sonus, & fama est, quod Canonici Veronen. solent habere equum Patriarchę, quando primo venit in civit. & descendit ad ecclesiam majorem, & nunquam audivi, quod Adelardinus, aut aliquis de sua domo habuisset aliquod jus, nec habent in equo isto, unde quæst. nisi quod audivit, quod habuit unum per vim quondam Pellegrini, qui mortuus est ante istum, & omnes dixerunt, quod nihil datum est eis, nec promissum pro isto testimoniatico.

Presb. Adelardus Cantor majoris Veronen. eccles. de præd. quæst. equi I. & in debito sacram. postea interrog. dixit, quod vidit Patriarcham Pellegrinum primum venientem in civit. ista, & ad istam majorem eccles. & cum ipse descendit de equo cum ipse fuit receptus à Canonicis cum processione, Canonici quiete, & servientes eorum acceperunt equum illius D. Patriar. & habuerunt equum quiete sine aliqua violentia jam sunt 45. an. & plus. Postea vidit Patriar. Odelricum similiter venientem & descendentem ante istam eccles. majorem, & fuit receptus cum processione à Canonicis, & cum descendit de equo, Canonici, & sui scutiferi habuerunt equum D. Patriarchæ; de tempore non recordatur. Interrog. postea vidit D. Patriar. Gottefr. similiter cum venit ad istam majorem eccles. & fuit receptus à Canonicis, cum ipse descendit de equo, Canonici, & sui servientes eorum acceperunt equum D. Patriar. & fuit in tempore Archipresb. Ri-

A prandi, qui fuit Episc. & omnes vidit illos quiete, & pacifice sine controversia aliqua habere. Interrog. qua ratione habeant ipsi? Resp. & dixit, & ratione propter benevolentiam, quam ipsi Patriarchę habeat in ista ecclesia, & quia ecclesia ista spectat ad eos, & propter honorem quod Canonici faciunt ipsi, & propter consuetudinem longam. Interrog. si scit quod D. Adelardinus habeat cum suo nepote aliquod jus in equo isto, vel sui antecessores? Respondit se nescire.

. . . de Ponte de præd. quæst. equi I. & in debito sacram. interrog. dixit, quod vidit Patriar. Pellegrinum primum venientem ad istam civitatem, & cum fuit ante istam eccles. majorem, & ipse fuit receptus à Canonicis, & ab Episc. Thebaldo cum processione, & cum descendit ante januam eccles. Canonici, & servitores eorum acceperunt equum D. Patriarchæ, & habuerunt sine controversia aliqua, & jam sunt 53. an. & plus. Eo mortuo vidit postea Patriarcha Odelricum similiter venientem ad istam civit. & cum fuit ad istam eccles. majorem, & fuit receptus ab Episc. B Omnibono, & à Canonicis cum processione, & cum descendit ipse de equo, Canonici & servientes eorum habuerunt; & acceperunt equum ipsius D. Patriarchæ quiete sine molestatione, & inquietatione aliqua jam sunt 36. an. Eo mortuo vidit Patriar. Gottefr. venientem in civit. ista jam sunt 30. an. & plus, & fuit receptus cum processione ab Episc. Omnibono & à Canonicis, & cum descendit de equo Canonici, & servientes eorum acceperunt equum D. Patriar. & quiete eum habuerunt sine controversia aliqua. Interrog qua ratione haberent equum? Resp. quia ecclesia ista pertinet ad D. Patriarcham, & propter consuetudinem, & rationem, & propter honorem, quem ipse Patriar. recepit ab eis Canonicis. Eo mortuo vidit quod D. Pellegrinus Patriar. & cum ipse fuit receptus, Canonici voluerunt accipere equum, & eorum servientes. Vido de Adelardino per vim abstulit illum equum, nescio qua ratione, & nūquam audivi, nec vidi quod aliquis de domo Adelardini habuissent palafredum D. Patr. C nec destrassent Patriar. Interrog. si scit, quod ipsi de domo Adelardini habeat, nec habuissent aliquod jus in illo equo D. Patriarchæ? Respondit, ipsi non.

Presbyter Caraccius de præd. quæst. equi I. & postea in debito sacram. interrog. dixit, quod vidit Patriar. Odelricum quando primo venit in civitate ista, & fuit receptus ab Episc. Omnibono ad majorem eccles. & cum ipse descendit [illegible] januam majoris ecclesiæ de equo, Canonici, & eorum servientes habuerunt, & acceperunt equum illum D. Patriarchæ sine controversia aliqua. Eo mortuo vidit postea Gottefr. Patr. & receptum ab Episc Omnibono, & à Canonicis cum processione, & cum ipse descendit de equo, Canonici & servientes eorum acceperunt equum illum D. Patriar. & habuerunt quiete sine aliqua controversia & molestatione. Eo mortuo vidit Pellegrinum Patriarcham descendentem ante januam eccles. majoris, & cum Canonici, & servientes eorum, & egomet voluimus accipere equum D. Patriar. & sic Vido D. Adelar- D dini cum suis amicis per vim abstulerunt equum illum servientibus Canonicis. Interrog. si scit, quod Adelardinus & ejus nepos habent jus aliquod in equo isto, & si sint soliti habere? Respondit & dixit, quod nunquam audivit, nec vidit quod habuissent aliquod jus in equo illo, nec habuissent equum amplius, nisi illum per vim. Interrogatus, quam rationem Canonici habent in isto equo? Respondit ipse & dixit, & ratione, quod Ecclesia ista est Domini Patriarchæ, & Eccles. & propter consuetudinem, & honorem, quem Canonici faciunt D. Patriarchæ.

Marcius hostiarius de prædicta quæstione I. & postea interrogatus dixit, quod vidit Dominum Patriarcham Gotefredum quando primo venit in Civitate ista, & cum fuit ante januam majoris Ecclesiæ, & fuit ibi receptus cum processione ab Episcopo Omnibono. & à Canonicis, & ab aliis Clericis, & egomet habebam crucem, & portavi eam ante Dominum Episcopum tunc, & cum ipse Patriarcha descendit de equo, servientes Canonicis, nominatim Vitalem servientem Archipresbyteri Riprandi, qui ascendit in e-

quo,

quo, & alii servientes acceperunt illum equum, & Canonici habuerunt quiete & pacifice sine contradictione, & sine molestatione, & sine controversia aliqua, & postea vidit Canonicos illum equum habere & tenere. Interrogatus, si scit quam rationem Canonici habeant in equo isto? Respondit & dixit, quod tunc dicebatur, quod ex antiqua consuetudine habebant jus in eo equo. Interrogatus si scit quod Adelardinus, nec sui habent aliquod jus in isto equo? Respondit se nescire aliquod jus habere, nec unquam audire dici, nisi quod ipsi dicunt modo, quod habent jus in eo.

Albrigettus viator Civitatis de prædicta quæstione equi I. & postea in debito Sacramenti interrogatus dixit, quod jam sunt viginti & plus . . . quod ipse vidit, quando Patriarcha Gottofredus venit in ista Civitate primo, quod ipse fuit receptus cum processione ab Episcopo Omnibono, & à Canonicis, & ab aliis, & cum ipse fuit ante januam Ecclesiæ majoris, & cum descendit de equo, vidit Vitalem servientem Archipresbyteri Riprandi, ascendentem in equo ipsius Domini Patriarchæ, & alios servientes Canonicorum accipientes illum equum pro Canonicis: & duxerunt eum equum sine aliqua controversia, & sine molestatione aliqua alicujus personæ, & equum illum Canonici habuerunt, & tenuerunt, & hoc vidi, & nunquam audivi, quod Adelardinus, nec aliquis de domo sua habuisset jus in isto equo nisi modo. Interrogatus, quo jure Canonici habeant? Respondit se nescire, nisi quod dicitur, quod ex antiqua consuetudine habent propter honorem, quod Canonici faciunt Domino Patriarchæ, & omnes prædicti dixerunt, quod non acceperunt aliquid, nec promissum pro isto testimonialatico jurati coram D. Stephano, & D. Zambono Causidicis, quibus D. Patriarcha Vulterus eis commisit, & postea ab eis interrogati die Dominico tertio intrante Septembri in majori Veronensi Ecclesia in præsentia D. Vidonis, D. Castelluni, & D. Joanois Causidici, & aliis. Præsente Archipresbytero Guidone Canonicæ, & Becuncino Syndico Canooicorum. Et ibi D. Castellanus Causidicus, & Advocatus Cunooicorum dixit tunc, quando testes isti fuerunt recepti, quod dabant ad publicandum præsentibus Canonicis, videlicet Domino Bonoseniore, Magistro Alberto, Presbytero Erzone, & D. Viviano, & ipso Archipresb & Syndico.

Anno 1206. Indict. 9. Postea eadem die coram illis Judicibus, & in prædictorum præsentia. Deumsus Carruccii de prædicta quæstione equi I. & in debito sacramenti interrogatus dixit, quod recordatur in spatio quadraginta annorum, quod quidam Patriarcha descendit ante januam Ecclesiæ majoris, nomen ejus nescit, & cum ille descendit de illo equo, vidit quod Canonici, & servieates eorum receperunt illum equum ipsius D. Patriarchæ quiete, & sine aliqua violentia, & duxerunt eum ad Caaonicam, & vidit ipsos Caneaicos, quod tunc erant habere, & teaere illum equum, & non vidit inde quæstionem, & postea vidit alium viginti anni sunt, & plus, quod alius Patriarcha similiter venit, & descendit ante jaauam prædictæ majoris Ecclesiæ, nomen illius Patriarchæ non recordatur, & cum ipse descendit de equo, vidit quod Vitalis, qui tunc erat serviens Domini Riprandi tunc Archipresbyteri Canonicæ, accepit illum equum, & ascendit super, & duxit eum ad Canonicam quieto, & sine molestia aliqua, & illum equum vidit ipsos Canonicos habere, & tenere, & nunquam vidi aliquam violentiam inde fieri. Interrogatus, qua ratione habent Canonici? Respondit, quod auditum habet à sua recordatione in Zà, quod ipsi Canonici habent, & debent habere, aliud dixit se nihil scire. Interrogatus, si scit quod Adclardinus, vel sui antecessores habuerunt equum istum D. Patriarchæ, quando ipse venit in hac Civitate, & si scit aliquod jus in eum ipsos habere? Respondit, non nisi quod in tempore istius Patriarchæ, qui fuit ante istum, Vido de Adclardino per vim accepit eum equum, aliter nescit.

Postea die Lunæ sequenti juxta majorem Ecclesiam in præsentia Alarii hostiarii mansionarii, & aliorum. Ibi coram illis Judicibus, Benavvita Notario, de præd. quæstione equi I. & postea in debito sacramenti interrogatus, dixit; Ego dico per meum sacramentum, quod jam sunt triginta sex anni & plus, quod vidi Dominum Odelricum quondam Aquilejensem Patriarcham, venieatem ad Ecclesiam S. Mariæ majoris Veronensis, super unum equum, & ante januam illius Ecclesiæ descendit dictus Dom. Patriarcha de illo equo, & Dominus Raynerius, qui erat Caneaicus Veronensis Ecclesiæ, pro illa Ecclesia accepit illum equum, & duxit illum ad Canonicam Veronensem, & nullus fuit ibi, qui diceret se habere rationem in illo equo, neque Teuzolinus de capite Pontis, neque alius, & Canonici pacifice, & quiete habuerunt dictum equum, etsi dictus D. Patriarcha fuit receptus à D. Omniboon, qui tunc erat Episcopus, & à Clero Veronensi, & fuit ductus in majori Ecclesia suprad. & nullus adexteravit eum Patriarcham quando venit ut dictum est, & ut dictum habeo. Postea autem D. Lucius Papa venisset Veronam, quod Gotifredus Patriarcha venit in civitate Veronensi ante dictam majorem ecclesiam super unum equum, & descendit de illo equo, & D. Marchesions, qui tunc erat Canonicus, pro Canooica accepit illum equum, & descendit de illo equo, de quo descendit dictus D. Gotefredus Patriarcha, & duxit ad Canonicam quiete & pacifice, & non fuit contradictum ei illum equum, & jam sunt viginti quatuor anni, quod hoc fuit. Interrogatus, si scit, quod Adelardinus, & ejus nepos habeant aliquod jus in equo isto unde est quæstio? Respondit, non. Interrogatus, qua ratione Canonici habeant in isto equo, unde est sermo? Respondit ipse, quod semper à sua recordantia in Zà, auditum habet, ut dictum est, quod Canonici sunt soliti habere illum equum, quando Patriarcha descendit ante ecclesiam majorem, & propter honorem, quem Patriarcha recipit à Canonicis, & propter consuetudinem. Anno Domini millesimo ducentesimo sexto, Ind. nona.

Ego Joannes Sacri palatii, & Domini Federici Imperatoris Notarius interfui, & istos testes scripsi.

Anno 1207. 3. Martii.

Valterus Dei gratia S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha dilectis in Christo filiis V. Archipresbytero, & universis majoris Ecclesiæ Canonicis in Verona salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Cum justas & rationabiles petitiones vestras ex officii nostri debito exaudire debeamus votis, & petitionibus vestris annuentes sententiam à dilectis in Christo filiis Stephano Aquilejensi Ecclesiæ Magistro Scholarum, & Joanne Bono Judice Tarvisino super possessione Pallafredi cum primo Veronam accessimus, unde contentio inter vos ex una parte, & Elenardinum de capite Pontis Veronensis, & Vidonem nepotem ejus ex alia vertebatur, latam sicut rationabiliter lata est, nec legitima appellatione suspensa, ita eam Patriarchali auctoritate confirmamus. Statuentes, ut nullus huic nostræ confirmationi ausu temerario contradicat. Si quis autem hoc attentare voluerit, indignationem omnipotentis Dei, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Beatorum martyrum Hermagoræ & Fortunati, & nostram maledictionem incurrat.

Post Valteri judicium, ejusdemque excessum, sedente Bertholdo Patriarcha, cum Adclardinus iterum provocasset ad piram, Paschalis Vicecomes majoris Ecclesiæ Mantuanæ Præpositus, hujuscemodi litis delegatus an. 1221. ad Canonicorum Veronensium favorem sententiam tulit sequentem, qua quidem deinceps usi sunt Canonici, dum Bertrandus anno 1334. die 17. Octobris Veronam adeundi causa suam Aquilejensem ecclesiam appulisset. Factum Canonici ad futuram memoriam monumentis consignarunt, quæ nunc ex ipsis archetypis damus, ut etiam hic cum cæteris perennentur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

Cum causa vero esset commissa per Dominum Patriarcham Aquilejensem sub D. Paschale Vicecomite Dei gratia majoris Mantuanæ Ecclesiæ S. Petri Præposito, *quæ vercitur inter Dominum Archipresbyterum, & Cunonicos maioris Veronensis Ecclesiæ S. Mariæ, vice, & nunc* præfatæ Ecclesiæ *ex una parte, & Dominum Adelardinum de Capite Pontis, & Dominum Vidonem ejus nepotem ex alia, super quæstione equi, quem Dominus Patriarcha Aquilejensis equitat cum intrat Veronam, quem Dominus Archipresbyter, & Canonici pro ipsa ecclesia in primo ingressu dicti Patriarchæ in Civitate Veronæ ad se pertineee ac eum de jure babeee debere: ipsis quoque sæpe sæpius citatis per nuncios dicti Domini Præpositi, et peremptorio ei dato, ut ad certum terminum ad procedendum super quæstione ipsius equi coram ipso Peæposito venirent, et termino dudum elapso, et ipsis ad causam per se, neque per sufficientem responsalem, venire volentibus. Ego siquidem prænominatus Præpositus, habito super hoc sapientum consilio, pronuntio, et dico ipsum Archipresbyterum, & Canonicos vice, & nomine præfatæ Ecclesiæ S. Mariæ in possessionem prædicti equi fore, & esse mittendos, causa rei servandæ, ut tædio affecti veniant eesponsuri.*

Lata fuit hæc sententia in Canonica dicti S. Petri in præsentia Domini Ognabeni, & Domini Azonis de Buss. Domino Azoni Confalonerii, Domini Joannis de Gongaza, jam dictæ Ecclesiæ s. Petri Canonicor. &c. & aliorum, millesimo ducentesimo vigesimo primo, Indict. nona, die veneris 23. exeunte Martio.

Item die, & loco præsentium dictorum testium, ibique dictus Dominus Peæpositus ordinavit, atque constituit Ingleberium Notarium, qui vocatur Arnaldus, absentem Dominum *Nuncium, & Procuratoeem ad mittendum, & dandum possessionem dicto Domino Arebipresbytero, atque Canonicis dictæ Ecclesiæ S. Mariæ, vel ejus certo Nuncio jure, & nomine ipsius Ecclesiæ S. Mariæ de dicto equo, & quidquid ipse in boc fecerit, ipse Dominus Præpositus eatum, & firmum babere promisit.*

Ego Marcellus S. Palatii Notarius prolationi hujus sententiæ, & omnibus prædictis interfui, & jussu dicti Domini Præpositi scripsi.

In Christi nomine, die Lunæ decimo septimo mensis Octobris, *Veronæ in Cont. Mercati Novi super platea majoris Ecclesiæ Veronensis prope periculum, sive prope anteriores Regias, seu fores ipsius majoris Ecclesiæ Veronensis, præsentibus* Venerabili Patre D. Nicolao Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Veronensi, *Domino Don Benedicto Dei gratia Abbate Monasterii S. Firmi minoris de Verona, Domino Petro Judice de Broylo olim Domini Ubaldi de Ponte Petræ Veron. Nascimbeno quondam Domini Omneboni de Sacramontio de Pigna, Bonzenone quondam Domini Zuani de Cillolis, Bonadomano quondam Domini Bazallerii de Summaripa, ambobus de Ponte Petræ Veron. testibus, & aliis pluribus specialiter vocatis & rogatis, ac alia Cleri, & populi Veronensis multitudine copiosa.*

Cum Reverendus in Christo Pater, & Dominus Dominus Berteandus Dei, & Apostolicæ sedis gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarcha, transitum per civitatem Veronensem faciens, causa eundi ad dictam suam Patriarchalem sedem Aquilejensem in præsentia prædictorum omnium de quodam suo palafredo beuno super quo insidebat, & dicta die cune pelmo intraverae, ut veniret in civitatem Veronensem, descendisset causa intrandi solemnitee una cum cuncto Clero & populo Veronensi ibidem astante dictam Ecclesiam Veronensem cum hymnis ut moris est: Tune ibidem incontinenti post ipsius Domini Patriarebæ de dicto suo palafredo descensum. Venerabilis Vir Dominus Joanninus de la Fontana de Parma Canonicus Veronensis *pro se ipso, ac vice & nomine omnium aliorum suorum Canonicorum, & totius Capituli dictæ Ecclesiæ Veronensis, intendens, & volens sua, & dicti Capituli Veronensis jura prosequi, conservare, & manutenere pariter, & tueri, præsentibus, & volentibus, & expresse mandantibus Venerabilibus Viris Dominis Bonifacio olim D. Dainoti de Cellolis de Verona, D. Nerio olim Zordani de Philippensibus de Urbeveteri, D. Moreschino olim Imberti de Canedo, D. Bartholomæo olim D. Bernardi de Æruariis de Verona, D. Bonino olim Nicolai de Nuptiis de Ceemoaa, Magistro Simone olim Benevenuti de Aretio, D. Pancalcone olim D. Bartolini de Cornazzano de Parma, & Domino Francescbino Guidonis de Corrigia de Parma, ejas & dictæ Ecclesiæ Concanonicis, prædictum palafeedum dicti Domini Patriarchæ manualiter cum reverentia tamen qua decuit, per babenas, seu feænum capiens & apprebendens ipsum palafredum, & ejus coeporalem possessionem præsentialiter babuit & eecepit, sine omni dicti Domini Patriarchæ, & cujuscumque alcerius personæ contradictione, cundemque palafredum idem Dominus Joanninus pro se, ac nomine, quo supra suo, & dicti Capituli Veronensis jure utens libere duxit, seu teaduci fecit intra Canonicam Veronensem, & domos ipsorum Canonicorum, & Capituli Veronensis, canquam palafredum ad eosdem Canonicos & Capitulum dictæ Ecclesiæ Veronensis de antiquo jure, & antiquissima consuetudine approbata tanto tempore, cujus coatrarium memoria non enistit jus babendi, & percipiendi palafredum sive equum, supee quo Dominus Pateiarcha Aquilejensis, qui pro tempoee fuerit primo ingreditur sive intraverit in Civitatem Veronensem, pertinuit, & pertinet, ac pertinere, et spectare dignoscitur. Eeincujus palafredi sive equi tunc temporis babendi, et percipiendi tenuta, et possessione, vel quasi sunt, & fuerunt, ec steterunt ipsi, ec eorum prædecessorum continuata possessione per antiquissima tempora retrolapsa, et per tantum tempus, cujas contrarii memoria bominum non babetur, prout ipsi Domini Canonici ibidem dixerunt, assumerunt, et enpresse protestati fuerunt. Rogans idem Dominus Joanninus Canonicus Veronensis pro se, et nominibus etc. me Notarium infrascriptum, et omnes alios Notarios ibidem præsentes, quod de prædictis omnibus et singulis ad certitudinem præsentium, et memoriam futurorum conficere debeamus unum, et plura publicum, et publica instrumenta. Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, Indictione secunda.*

Ego Joannes quondam Domini Ubaldi de Ponte Petræ Imperiali auctoritate Notarius prædictæ dicti palafredi acceptioni, sive receptioni, et in Canon. Veronen. traductioni, ac omnibus, et singulis supradictis unacum testibus supradictis præseas inteefui, et ea omnia scripsi, et in publicam formam redegi rogatus, meumque cabellionatuc signum apposui consuctum.

Consignatio Cavezæ equi Domini Patriarchæ en Actis Capitularibue anni 1334.

Die Lunæ 17. mensis Octobris 1334. in Claustro Canonicæ Veronensis præseatibus Dominis *Bonanno de Saxoferrato, Ugolino de Betiraldis, Joannino de Goglerii, Bonacurtio de Castregnaro, Gabriele della Porta, omnibus Parmen. et* Don *Gerardo Capellano Ecclesiæ S. Nicolai Veronæ Noturio, qui se debet suprastribere etc. rogatis, et aliis.*

Habito et obtento per Venerabiles Viros Dominos *B. M. Jo. B. Sy. P. et F. Canonicos et* Capitulum *Veronense, et intra* Canonicam *Veronensem ad eorum* Dominorum Canonicorum *domos traductus quodam palafredo bruno Reverendi in Christo Patris, et* Domini Domini *Bertrandi, Dei et Apostolicæ Sedis gratia, S. Sedis Aquilejensis Patriarchæ, supee quo primo intraverat* Civitatem *Veconensem. Ad quos quidem* Canonicos *et* Capitulum *Veronense de antiquo jure, et antiquissima consuetudine jus percipiendi, et babendi equum sive palafredum, super quo* D. *Patriarcha Aquilejensis, qui pro tempore fuerit, primo ingreditur, seu intrat in civitatem*

Ve-

Verouensem pertinere, seu spectare dignoscitur. Et in cujus equi tunc temporis habendi, & obtinendi pacifice possessione, vel quasi ipsi, & eorum prædecessores sunt, & fuerunt, ac steterunt per longa & longissima tempora retrolepsa, & per tantum tempus, cujus contrarii memoria non existit. Petrus de la Motta familiaris &c. Domini Patriarchæ Aquilejensis, qui dictum palafredum dicti Domini Patriarchæ custodiebat, & in speciali curam habebat, dedit, tradidit, & consignavit ex parte prædicti Domini Bertrandi Patriarchæ Aquilejensis &c. in manibus Venerabilis Viri Domini Neri de Philippensibus de Urbe veteri Canonici Veronensis Cavazinam, seu Cavezzam dicti palafredi. Qui Dominus Nerius Canonicus ac Vicarius, & Massarius &c. per dictam Cavezzam dicti palafredi, benigne pro se, ac vice, & nomine suorum Canonicorum, & Capituli Veronensis recipiens, eidem Petro palafrenario supradicto more laudabili, qui consuevit in talibus observari unum florenum puri auri pro se, & nomine quo supra, dedit, tradidit, & donavit, rogans me Notarium infrascriptum, quod de prædictis conficiam publicum instrumentum, & prædictum Dominum Gerardum Notarium infrascriptum ad se subscribendum.

Obsolevit post hæc mos iste recipiendi equum à Patriarcha, vel contentionibus, vel aliis permittentibus causis, ut nullus deinceps Patriarcha Veronam veniens, equum Canonicis obtulerit; nostrisque temporibus Marcus Gradonicus Patriarcha, licet singulari splendore, & apparatu anno 1634. Veronam ingressus fuisset, opportune à Canonicis peroratus, ut more antiquorum suorum antecessorum, honoris gratia equum, quo per Urbem equitaverat, ipsis perhumaniter dono daret, minime præstare voluit. Inolevit etiam consuetudo Veronensium Episcoporum, qui in primo eorum adventu postquam ad majorem Ecclesiam solemni pompa deducti fuissent, equum sive palafredum ipsorum Canonicorum Capitulum, vel alius ex civitatis proceribus recipere consueverunt: nec immerito, cum sint Advocati, & defensores Episcopi, juriumque episcopalium, adhucque variis in Urbibus advocantur Advogarii, ut Brixiæ, Tarvisii, alibique, & Cathedralis Ecclesiæ Canonici, qui secundum sacrorum Canonum sanctiones fratres Episcopi sunt, & consiliarii, immediateve Ecclesiam totam repræsentant, Episcopaliaque munia sede vacante, juraque tuentur, merito in primo novi Episcopi ingressu equus honoris gratia illis debebatur, quem vetusto, avitoque tempore habuisse vetusta produnt monumenta. At mos iste laudabilis obsolevisse Veronæ visus est, recessitque postquam Joannes Matthæus Gibertus Episcopus, venerandæ antiquitatis amator, lubenter equum suum remisit: scenam hanc perbellam alius deinceps Veronensis Episcopus, nec Aquilejensis Patriarcha, post Bertrandum, Gibertumque Veronæ repræsentavit unquam. Et hoc satis de Patriarchali equo dicta sunt. („ *Concessit Volfgeens Monasterio s. Nicolai in litore Venetiarum exemptionem pro quibuscumque mercimoniis emendis, seu vendendis, & solutionem cujusque oneris pro transitu in tota jurisdictione Aquilejensis Patriarchatus, itemque stationes super ripam fluminis, & alia: Testis item fuit privilegio concesso ab Othone IV. Imper. ad favorem monasterii Ss. Floræ, & Lucillæ Aretin. an. 1208. ex Bullario Casinen.*)

LXV 64 BERTOLDUS filius Ducis Moraviæ *a*, Colocensis in Pannonia Archiepiscopus, post excessum Valterii à Clericali Senatu Aquilejensis Ecclesiæ ad hanc sedem subvectus est *b*, confirmatusque ab Honorio III. laudata eorum postulatione, & electione. Pontificiæ literæ habentur in Regest. Vatic. anni 2. fol. 235. Kal. Aprilis datæ, ad quem extant in eodem Reg. hæ literæ.

a Menspie.

b 1218.

Patriarchali Aquilejensi spiritum consilii sanioris. *Speravit Romana Ecclesia mater tua, ut factæ tibi ab ea gratiæ non ingratus, beneficiorum*

A *non immemor à sede Apostolica perceptorum, pro ea te opponeres ascendentibus ex adverso. Sed tu, prout convenit, non attendens, Friderico dicto Imperatori Dei, & Ecclesiæ inimico justo à nobis suis exigentibus meritis multis ex causis excommunicationis vinculo innodato ausu damnabili communicare tam in divinis officiis, quam in osculo, & in mensa, contemptis Ecclesiæ clavibus præsumpsisti. Licet igitur hæc sit culpa, in qua culpa est relaxare vindictam, & facilitas, quæ facilitatem veniæ demeretur, quia tamen personas charissimorum in Christo filiorum nostrorum Belæ Ungariæ, ac Colomani Ruthenorum Regum illustrium nepotum tuorum, inter cæteros Reges Catholicos, & Principes Christianos speciali quadam prærogativa dilectionis, & gratiæ amplexamur, propter quod non valemus ipsorum Regum devotioni negare, in quo debemus secundum Deum altum quemcunque Catholicum Principem exaudire, hanc tibi pro eorundem serenitatis honore gratiam faciemus, ut postquam ad nos iter arripueris*

B *veniendi ab excommunicationis vinculo, quo propter hoc teneris astrictus, per Venerabilem fratrem nostrum Episcopum Castellanum, cui super hoc scripta nostra dirigimus, juxta formam ecclesiæ absolvaris. Quare præsentium tibi auctoritate de fratrum nostrorum consilio præcipiendo mandamus, quatenus quam citius poteris venire ad nostram præsentiam non postponas.* Datum Laterani 14. Kal. Januarii, Pontif. nostri anno 13.

Hunc postea tanquam Federici II. Imperatoris hostis ecclesiæ sequacem idem Honorius III. Nonusque Gregorius à cœtu fidelium segregarunt, quamquam postea Gregorius resipiscentem in gratiam recepit, Ecclesiæque reconciliavit. Anno enim 1230. Gregorius Papa & Federicus Imperator mediantibus Principibus Alemanniæ, videlicet Patriarcha Aquilejensi Bertholdo, Saltzburgensi Archiepiscopo, Ratisbonensi & Augustensi Episcopis, Leopoldo Austriæ, Othone Moraviæ, & Bernardo Karinthiæ Ducibus, & quibusdam aliis ad

C concordiam redierunt, de qua re Raynaldus tom. 13. Annal. Eccles. Candidus vero habet ab Innocentio IV. Bertholdum veniam meruisse. *Deprecantibus*, inquit, *Austriis, & Carinthiis Ducibus Romam cum iisdem profectus* (scilicet Bertholdus) *ab Innocentio IV. veniam meruit. Reversus demum Utinam cum Tarvisinis suadente Hugone Hostiensi Episcopo, Pontificioque legato pacem iniit, restitutis in patrias sedes Friderico & Arsucio Capriacis: Henrico Villatæo, Dietrico Fontebono, Arsucio Stratto, Rodulpho Suurignaco, Conrado & Arsucio Cortelloriis, Clegnardo & Leonardo Xoneumbergiis, Jacobo Brodio, & Haldrico Pulcenico: qui Patriarchæ imperium detestantes ad Tarvisinos civitate donati desciverant. Et ad ornandam Utinatem Urbem, quam assidue incolebat, conversus eam quinque Regionibus distinxit: Templum Divi Oderici extruxit, in quo Custodem & octo Canonicos instituit: Utinenses incompositos ad quatuor & viginti viros, ut in Comitiis reipublicæ negotia decernerent, redegit. Aqui-*

D *lejensem civitatem ruderibus obrutam, atque aere corruptam, quod aquæ putrefactæ interclusis alveis infectas paludes noxium virus effundentes fecerant, cum Utinati adeo conjunxit, ut utriusque censeretur Civis, qui alterius esset, ac deinceps utriq; communibus privilegiis gauderent, quod quidem jure factum Brutius quoque scripsit. Ideoque in obsignatorio Utinensis Reipublicæ adhuc excisum legitur; est Aquilejensis sedes hæc Urbs Utinensis. Quo factum est ut postea successores omnes veluti in eam translata sede Utinatem Civitatem præcipue excoluerint. Et cum multa bona in Carnato, & Japedia tam ipse quam parentes Aquilejensis Ecclesiæ condonaverint.* Hæc ille de Bertholdo; quem habet, sed mendose, illum extrema clausisse Aquilejæ anno tertio & vigesimo sui pontificatus, cum constet ex Honorii III. Pontificis literis, & Steronis Annalibus, electum Patriarcham anno 1218. obiisse vero paulo ante annum 1252. quod liquet ex electione succes-

so-

soris ejus apud Regest. Vatic. & Chronic. Monachi Paduani. *Anno Domini 1252. Dominus Gregorius de Monte longo, qui multis annis in Lombardia fungens officio legationis, tam feliciter, quam fideliter, & prudenter pro Romana Ecclesia laboravit, ordinatus Patriarcha Aquilejensis à Papa Innocentio, in Mense Januario Forumjulii est ingressus.* Constat igitur Bertholdum tribus & triginta anni sedisse in Aquilejensi Ecclesia, ibidem in Patriarchali sepultum, eo in loco, quo ipse vivens sibi quietis locum destinaverat. Pro sepultura, prove remedio animæ suæ & salute non exigua ipsis Aquilejensibus Canonicis contulit bona anno 1245 ut in ejus donationis documento ita scriptum reperimus, in sæpe citato Canonicorum jurium libello.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Nos Bertoldus Dei gratia sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha pro remedio animæ nostræ præsentium annotatione conferimus Capitulo Aquilejensi decem marchas monetæ Aquilejen. ejusdem de muta nostra Aquilejensi annis singulis per nos & successores nostros in festo B. Martini liberè persolvendas, donec per nos, vel aliquem successorum nostrorum eadem muta fuerit, à Capitulo per certas possessiones, vel æquivalentem compensationem redempta. Ita tamen quod absque anniversario, quod pro collatione unius molendini celebrat idem Capitulum in memoriam nostram, de cætero teneantur, quamdiu vixerimus, unam missam pro defunctis in memoriam nostram qualibet septimana solemniter celebrare. In cujus quidem collationis memoriam, & stabilem firmitatem præsentem paginam scribi jussimus, & sigilli nostri pendentis munimine roborari. Testes autem fuerunt Federicus Episcopus Concordiensis, Stephanus Abbas Sexton. Andreas Abbas Lomaquen. Magist. Being. Vicedominus, Bertoldus de Fugedis, Bonoconte Canonici Aquilejen. Meinchardus Comes Goritiæ, Volricus de Glemona, Conto de Moritio, Ottacus de Atruis, Conradus de Sacillo, Joannes, & Adalpertus fratres de Cucanea, & alii quamplures. Datum apud Sacillum in Ecclesiam anno Domini 1245. Ind. 3. Kal. Februarii.

Hanc Bertholdi donationem confirmavit Clemens IV. quam ratam habuit Gregorius Bertholdi successor, ut in diplomate habetur.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis Decano & Capitulo Aquilejensi salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod bonæ memoriæ Bertholdus Aquilejensis Patriarcha volens magnificare vestram Ecclesiam, pro sua sepultura, quam ibidem elegit, annuum redditum undecim marcharum Aquilejensis monetæ, decem videlicet pro suo anniversario singulis annis in eadem ecclesia faciendo, & unam pro festivitate Beatæ Elisabeth suæ consanguineæ inibi celebranda, percipienda à vobis in muta Aquilejensi ad Patriarchatum Aquilejensem spectante, vobis pia liberalitate concessit; idque Venerabilis frater noster G. Aquilejensis Patriarcha successor illius postmodum confirmavit, prout in literis inde confectis plenius dicitur contineri. Quare nobis humiliter supplicastis, ut cum redditus hujusmodi centesimam bonorum Patriarchalium non excedant, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem B. Patriarcha pie, ac provide factum est, ratum & firmum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Viterbii 15. Cal. Octobr. Pontificatus nostri anno 2.

Porro Elisabeth sancta heroina, de qua in allato diplomate, fuit Andreæ Regis Pannoniæ filia, Ludovici Landgravii Hassiæ uxor, Bertholdi Patriarchæ ex sorore nepos, quæ obiit anno 1231. à Gregorio IX. sanctorum catalogo ascripta an 1235. Bertholdus vero Patriarcha filius fuit Principis Bertholdi Marchionis Moraviæ Comitis Tyrolis. Matrem habuit Agnetem non minori generis dignitate illustrem. Fratres illi fuere tres, quatuor sorores, quarum una Philippo Regi Franciæ nupsit, altera Andreæ Pannoniæ Regi, cui peperit S. Elisabeth. Tertia soror S. Heduigis Ducissa Poloniæ, quæ ad cœlum migravit anno 1243. & in sanctorum numerum retulit Clemens IV. an. 1268. Quarta Abbatissa fuit Virginum Ord. S. Benedicti in Monasterio Zutzingensi Franconiæ. Unus fratrum ejus Elebertus Bambergensis Episcopus, duo reliqui Otto, & Henricus militiæ dediti patri in principatu successerunt. Hæc fuit nostri Bertholdi parentela equidem sancta in cœlis, & gloriosa in terris. („*Testis fuit Bertholdus juramento fidelitatis præstito ab Abbate S. Mariæ de Pratalea Friderico II. Imper. an. 1232. & eodem anno ejusdem Imperatoris indulto subscripsit pro Monasterio S. Nicolai in Littore Venetiarum ex Bullario Casinen. tom. 2. Constit. 252. & 253. Sed & diu antea, videlicet an. 1221. interfuerat edicto Friderici Cæsaris de terra Comitissæ Mathildis apud Baluz. Miscell. tom. 1. p. 451. Anno vero 1238. Ecclesiam S. Laurentii in Stein à jurisdictione, & potestate concessa ante à Patriarchali Ecclesia monasterio Eberndorfensi exemit, utque in posterum à solo Patriarcha in omnibus dependeat, etiam quod ad secularem potestatem attinet, sanxit, apud Bollandum in Actis SS. Febr. tom. 1. pag. 722. n. 10. Fuit Bertholdus individuus comes Friderici II. Cæsaris, cujus præterea multis diplomatibus variis in locis editis subscripsit, ut videre est apud Lunig in suo Spicilegio Ecclesiastico.*)

65 GREGORIUM de Monte lungo. Tripoli LXV
tanum electum, sui seculi præcipuum Præsulem, in demortui Bertholdi locum Aquilejen. Capitulum, ab Innocentio IV. Pontifice, Aquilejensem Patriarcham subeligendum rogavit, qui postulantibus benigne annuit anno sui pontificatus nono, salutis vero 1251. ejusdemque ratam habuit electionem gratioso diplomate, dato Perusii 3. Cal. Decembr. ex Reg. Vatic. epist. 73. fol. 132. Per decem & octo annos præfuit, sed fere semper absens, Italicæ legationis munere distentus, quam quidem ita viriliter gessit, ut contra Federicum II. imperatorem, ejusdemque sequaces plerumque justi, eximiique Ducis munus impleret. Ad ultimum Gregorius rerum præclarissime gestarum multitudine, & gloria memorabilis decessit (teste Sterone in Annal. apud Canisium) anno 1269. De quo hæc annotavit Jo: Candidus lib. 5. *Gregorius Montelongus, vir potius militaris Bertholdi loco institutus, qui cum Pontificius Bononiæ legatus esset, Ferrariam, quæ ad Imperatorem defecerat, Salinguerra viro fortissimo eam acerrime aliquamdiu defendente, vi cepit. Nec eo desistens Parmam cum Pontificiis, sociorumque copiis contendit: quam Fridericus coacto ex tota fere Italia exercitu ad sexaginta millia hominum, jam biennio obsederat, castris instar urbis, vallo & fossa hac mente munitis, ut direpta & eversa Civitate, in quam magnum conceperat odium, eo loci ubi stativa habuerat, nummosque conflarat Victorinos appellatos, Victoriam Urbem conderet: Imperatoremque nil tale metuentem, egredientibus etiam Parmensibus obsessis, fudit, ejusque tentoriis potitus fugavit: in quibus coronam maximi pretii, & vasa aurea magni ponderis amisisse fertur. Ob hæc tam præclara gesta Innocentius IV. eidem Aquilejensem Patriarchatum, fato functo Bertholdo, contulit. Qui civitatem Austriam ingressus multa militaria signa ex victoriis reportata in æde sacra, in trophæi specimen, appendit. Ratum quod Alexandrum Regem dixisse ferunt, ex hostium spoliis longe præstantiorem esse templorum ornatum, quam qui ex Smaragdo & Sardoniche: neque id absonum censendum puto si de Christiani nominis hostium spoliis intellexerimus. Cum Carinthiis deinde Ducibus & No-*

riciants Comitibus Aquileiensem ditionem infestantibus bella gessit, disjecto eaac Noritiano ponte pulcherrimo: citra quem Leonardus Noritianus Comes ævo nostro manitissimam turrim ponti imminentem extruxit. Incaute demum Rosacii thoro incubans, ab Alberto Noritiano Comite capitur. Interfecto interim apud Montem Medeæ Alberto Concordiensi Episcopo ejus Legato, nudisque pedibus Noriciam perductus est, ubi compositæ sunt controversiæ: de quibus in Aquilejensi Archivio inter cætera cavetur Lucinium & Cormonem dirui, ipsumque Albertum Comitem cum vexillis duodecim institait. Anno autem decimo octavo in civitate Austria decedens juxta Paulini tumulum sepelitur. Hæc ille. De Gregorii captione Dandulus habet.

Gregorius Patriarcha Aquilejensis Justinopolitanam urbem obsidens illorum suggestione à Comite Goritiæ capitur, & in ejus Castro recluditur, quem interveniente tractatu Leonardi Dandulo, & Marini Guidon Noriciorum Ducis, & aliorum Principum, idem Comes denique liberavit.

Gregorii etiam acta, & gesta commemorant Bzovius, & Odericus in Annal. Ecclesiasticis tom. 13 de quo sæpius io Regest. Vatic. habetur mentio. Ibidem extant literæ Alexandri IV aono 1255. ad eundem scriptæ de numero Aquilejensis Ecclesiæ Canonicorum moderando, & ad ejusdem ecclesiæ decus, & ornatum, ad minorem numerum reducendum, quod deinde ex Capituli consensu, & Gregorii auctoritate illorum numerus ad viginti quatuor redactus est anno 1260. Alexandri literæ, quæ etiam extant io præcitato codice, contineut hunc tenorem, ubi ootandum Gregorium vocari adhuc Aquilejensem electum, quamvis ante quadriennium ab Innocentio jam Patriarchatus munus recepisset.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio G. electo Aquilejensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Sicut à te, ac dilectis filiis Capitulo Aquilejensi nobis innotuit intimantibus, quod Aquilejensis ecclesia est adeo Canonicorum multitudine onerata, quod iidem de facultatibus ejus, cum sint tenues & exiles, utpote præben. Canonici cujuslibet præter quotidianae distributiones vix trium marcharum argenti valorem annuum excedant, nequeant commode sustentari. Quare fuit ex parte tua, & dicti Capituli nobis humiliter supplicatum, ut super hoc utilitati, & decori ejusdem ecclesiæ paterna providere sollicitudine curaremus. Attendentes igitur, quod multitudo illis Ecclesiis, in quibus vix paucis sufficiunt facultates, est potius oneri quam honori, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ejusdem Capituli obtento assensu moderaris in præfata ecclesia hujusmodi Canonicorum multitudinem, secundum quod ipsius pensatis diligenter facultatibus videris moderandum, præbendas cedentium, vel decedentium Canonicorum converti faciens in communes usus Capituli memorati, & non permittens loco eorum surrogari, aut alicui conferri præbendam, donec ecclesiæ prædictæ collegium, vel numerum, quem ibidem moderatus fueris, sit redactum. Non obstante si aliqui de mandato Sedis Apostolicæ, aut Legatorum ejusdem, seu motu proprio Capituli ejusdem ecclesiæ ibi sunt recepti, vel ut recipiantur insistant, & si aliquibus est ab ipsa Sede indultum, quod interdici suspendi, & excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Neapoli 5. Nonas Martii, Pootificatus nostri anno 1.

Porro consensus Canonicorum de numero non augendo ultra vigesimum quartum extat in eodem codice statutorum cap. 2. in hunc modum.

Nos Asquinus Decanus cum Capitulo Aquilejensi videlicet Venerabilibus Episcopis Bonacurso Æmonien. & Conrado Justinopolitano, Artico de Castellerio, Wolrico Decano Civitaten. Vernerio de Sucanea, Magistro Henrico de Pulcenico, Magistro Vvaltero, Albrico Cantore, Rozio de Osopio, Bonafide, Rodulpho de Morutio, Magistro Vvillelmo Scholastico, Conrado de Brazaco, Ricoldo Præposito Concordiensi, Vvoldarico de Cucanea, Ferrarino, Leonardo de Faugniaco, Berardo Præposito S. Felicis, & Hermano de Utino Canonicis Aquilejensibus. Statuimus, & juramento interposito firmiter promittimus servare indulgentiam diminutionis numeri Canonicorum usque ad 24. factam in ecclesia Aquilejensi per Venerabilem Patrem D. Gregorium Patriarcham Aquilejensem auctoritate Sedis Apostolicæ, nec contra facere, vel venire aliquo modo, vel ingenio, aliquem eligendo, vel recipiendo in Canonicum, & in fratrem communiter vel divisim, vel alicui assignando præbendam aliquam, seu locum in choro, & Capitulo, atque stallum in præjudicium numeri supradicti Canonicorum; imo nos prædictam indulgentiam diminutionis numeri Canonicorum usque ad 24. factam, pro posse bona fide, quantum de jure poterimus, defendemus. Si quis autem Canonicorum contra hoc fecerit, vel attentare præsumpserit, per annum sit à præbenda Aquilejensi suspensus; ad cujus rei certitudinem, & stabilitatem, firmitatemque præsens statutum fecimus nostri sigilli pendentis munimine roborari.

Actum in Capitulo Aquilejensi, currente anno Domini 1260. die sexto intrante Martio, 3. Indict.

Statutorum Aquilejensis Ecclesiæ liber, ex quo hæc, incipit ab anno 1254. die 27. exeuntis Maji, anno 5. Patriarchatus Gregorii.

Post excessum Gregorii Philippus frater Ulrici Ducis Carinthiæ, Archiepiscopus Salzburgensis, hanc sedem occupavit haud refragante Capitulo, in cujus gratiam haud tamen confirmationem obtinuit ab Apostolica sede, quem à Patriarchali hac serie excluserre plerique Scriptores tanquam nefarie intrusum. Hujus meminit Canisius ex Annalibus Sternuis, Hund. in Metropol. Saltzburg. & damnatæ memoriæ Joannes Cuspinianus in Annal. Austriæ.

LXVII 66 RAYMUNDUS Turrianus *a*, Mediolanensis, Pagani filius, clara majorum nobilitate, propriaque virtute illustris, paulo ante Comensis Episcopus. à Gregorio X. sanctissimo Pontifice subiectus est Patriarcha Aquilejensis anno 1273 *b*. die 13. Februarii, palliumque recepit, eodem Gregorio mandante, ab Episcopo Laudensi. Cæterum Raymundum tum ob famam nobilitatis, tum ob spectatam prudentiam Aquilejenses populi summo exceperunt honore, ac gratulatione. *Quinquaginta* (inquit Candidus) *auratis militibus comitatus, præcedentibus senecatis Viris equestribus, desultorios equos singulis, & centum cataphractis quatuor alios habentibus: Subsequebantur ante Principem sexaginta Mediolanenses Patritii adolescentes, non minus formæ decore quam pretiosissimo vestium ornatu, equisque pulcherrimis visendi: voces variæ cum lætitia & gaudio resonabant undique. Tantam expectationem vicit felix rerum successus; ubertatem enim statim conquisito commeatu induxit. Fœdus cum*

a De eo Sansovinus de Familiis Ital. p. 11. Man... *b* 1274. ut in Comen. scitur.

Nori-

Noricianis Comitibus percussit. Cum Gerardo Caminate, hortatu Aldegarii Villaltæi Episcopi Feltrensis, recepto Sacillo, pacem composuit. Venetis nonnulla Istriæ Oppida occupantibus grave bellum indixit, quod per annos duodecim gessit: qui cum Andream Basilium cum classe ad expugnandam Justinopolim misissent, in qua validum præsidium Antistes posuerat, eaque ratione, ut frustra oppugnaretur, missoque demum Marco Cornelio cum majori classe, & Marino Mauroceno cum copiis, à continente urbem vi cepissent, Raymundus viribus, non animo fractus ad Rodulphum Imperatorem de bello consulturus accessit, à quo adjutus, multas ipsis clades, redactis in potestatem Oppidis, intulit; Tergestinosque fugatis obsidentibus, pluribus cæsis, obsidione liberavit, deleta eorum arce Romania, nuper à Tergestinorum injuria condita. In ea expeditione Gerardus Lanceus, homo non parvi nominis, qui Venetis militabat, perfidiæ convictus, quoniam de præsidio tradendo cum Forojuliensibus egerat, machinamento impositus in Antistitis castra ejectus est. Ferunt ad sex & triginta millia hominum tunc in Forojuliensibus castris fuisse. Paceque non multo post cum Raymundo per Thomam Quirinum, Petrum Basilium, Petrum Zenum, & Rogerium Maurocenum Oratores Venetos firmata. Cum ex tota Italia, civilibus seditionibus fluctuante, complures nobiles familiæ tunc, & antea profugæ eidem tanquam communi omnium parenti adhæsissent, singulas non secus ac filios, ad amplificandam urbem Utinatem, hortatus. Comiter igitur Mediolanenses suos extorres excepit Paventianos, Raudenses, Cassinates, Brugnos, seu Octocinos, Lissonos, Bernardigios. Nec minus è Roma Capitaferreos, & Cajetanos. E Florentia, à qua omnes fere nobiles pulsi erant, Bardos, Ptolomæos, Nerlos, Cavalcantes, Pontianos, Bombenos, Cataldinos, Nanos, Rabatos, Pyrentium, Michaelis, Castri Pagani equitis, & Noricianorum progenitores, Meleargios, Soldanerios, Rodulphos, Castaldos, Grajetos, Marchisinos, Brunelleschos, Albertos, Strozios, Gerardinos, Marinos, Vannos, quique etiam civitatem Austriam, & Glemonam incolaere Bocchos. E Cremona Gubertinos, & Giraldos. E Verona Montricolos, & Bredos. E Tridento Candidos, everso eorum castro campo, unde familia nostra comitatus dignitate ornata est. E Mantua Passerinos & Finettos. E Rhegio Ravannos. E Senis Picolomineos, & Tingos Belli Montis, qui omnes non multo temporis intervallo advenerunt. Ex quibus usque adeo populus Utinensis nobilitate, divitiis, & multitudine coaluit, conspirantibus ad commune reipublicæ bonum complurimis indigenis familiis urbana nobilitate insignibus, ut primus civitatis mœnium ambitus non fuerit capax, quare suburbia muro altero stadiorum quadraginta ciagenda statuit, portis duodecim cum speciosissimis Turribus erectis. Hæc & alia Candidus de Utinensi civitate aucta, & nobilitata à Raymundo. Sed fortuna (idem sequitur) felicitatis noverca, quæ amarum quoddam humanis interserit semper negotiis, maximum detrimentum superinduxit, Vicecomitibus Mediolanense dominium, pulsis Turrianis, occupantibus. Quos cum Raymundus restituere vellet, collecto ingenti exercitu factionis suæ, Utinensiumque præcipue, in agrum Mediolanensem profectus est, quibus obviam Vicecomites facti, cum Mediolanensium sociorumque copiis apud Gorgontiolam, & Vafrum æquo Marte concertarunt, donec supervenienre novo militum auxilio, Raymundus, mille & quingentis ex suis desideratis, superatus est. Reversusque Utinum cum omnem fore populum lachrymis effusum offendisset, in solatium superstitum, Utinati reipub. confestim vectigalia omnia civitatis, ut essent pacis ornamenta, & belli subsidia, concessit. Puteos quinque mirificæ paduum quinquaginta altitudine ære suo ad urbis commodum vetustate collapsos instauravit: unde æstivo tempore gelidissimæ, saluberrimæque aquæ hauriuntur. Tolmesinum deinde Oppidum fane frequens in montanis Carnis mœnibus ornavit. In gratiamque Civitatensium Zuchalam Spilimbergensium arcem juxta civitatem Austriam solo æquavit, Monasteria duo divi Francisci Utinæ, alterum in civitate Austria magnificentissime extruxit. Fulcherio Zuchulæo è Spilimbergia familia Episcopo Concordiensi ad ejus exemplum alterum in Portu Gruario amplis prædiis ditatum erigente. Et cum per quinque & viginti annos Forumjulium rexisset, jam gravis senio, è vivis excessit, anno Christi 1298. quo tempore Primaria Forojuliensis sanctitate insignis multis miraculis decedens apud Sextienses floruit. Obiit Raymundus Utini in castro omnium æquo mœrore, cujus cadaver religioso funere elatum, Aquilejæ reconditum fuit in Divi Ambrosii Sacello ab eo constructo, doteque munito. Ita ipsius sanctitatis vitæ exemplum redoluit, ut plurimi viri nobilitate clarissimi, posthabito sæculo, in disciplina Ss. Dominici, & Francisci, quorum instituta impense coluit, ferventissime prosequentes Deo sese perpetua servitute dicarent. Ferream Crucem, solemni ritu in faucibus montium, unde Germaniæ merces in Italiam evehuntur, erexerat, animo condendi civitatem, Mediolanum Raymundi nuncupandam, quod morte præventus perficere non valuit. Princeps profecto inclytus, ac religiosus, in sententiis gravis, qui toto suæ vitæ cursu ita se præbuit, ut cum vetustis illis Ecclesiæ Præsulibus merito sit comparandus, meritoque Pater Patriæ sit nuncupatus. * Mortalitatem explevit die 21. Febr. 1298. Post Raymundi excessum, Conradum Poloniæ Ducem promoverunt ad sedem, qua tamen, abnuente Bonifacio VIII. Pontifice, non est potitus.

* Ex App. tom. 5.

67 PETRUS Gerra, Ferentinas, primum Episcopus Soranus fuit, postea Reatinus, tum & Archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia, inde Capuanus, ac Romandiolæ Rector, Vir rerum gestarum pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gloria clarissimus, à Bonifacio VIII. anno 1299. octavo Idus Julii Aquilejensis Patriarcha renunciatus est, de quo sæpius in Regestis Vaticanis mentio. Cæterum brevis Pontifex fuit, bonorumque omnium spes præpropera morte fefellit. Erat enim in administrandis Provinciis apprime utilis, dignus quidem ut Raymundi Viri longe clarissimi loco substitueretur. Itaque Utini decessit anno 1301. die 12. mensis Februarii, sepultusque est in S. Mariæ Templo. Extant adhuc numismata, quæ ex vi privilegiorum Aquilejensis Patriarcha procudenda curavit, de quo alibi redibit sermo. LXVIII.

68 OTHOBONUS, * ex nobili gente de Razzis, Civis Placentinus a, ac Patavinus Episcopus, à Bonifacio VIII. ad hanc eandem sedem translatus est anno 1301. V. Idus Aprilis, ut videre est in Regest. Vatican. epist. 97. fol. 173. ann. 8. Interfuit Viennensi Concilio sub Clem. V. an. 1311. Valuit prudentia plurimum, ubi Ecclesiasticæ res tractandæ forent, nec deerat illi militaris peritia, qua finitimis terrori erat, cum Ecclesiæ sibi creditæ jura defenderet, ita ut inimicos justo propemodum exercitu Utinam obsidentes compulerit ad fugam. *Hic aulæ communiendæ* (hæc sunt verba Candidi) *stadio divitibus semel stipendium imposuit, pauperibus liberatis. Ortæ tunc erant civitales discordiæ inter Forojulienses, quibus regio fere omnis bellico tumultu æstuabat. Nec minus à Carinthiis Ducibus, Noricianis Comitibus, & Richardo Caminensi vexabatur, Venetis quoque Istriam infestantibus: tis tot intestinis externisque bellis minime consternatus, coactis copiis, eos omnes intra limites continuit. Oratores Manfredum Purliliensem Comitem, qui anno sequenti præturam gessit Mediolanensium, ac Henricum Parampergium equitem, ad Benedictum Pontificem pro componendis Venetis cum Carinthiis Ducibus misit. Caminensis interea, capto Sacillo, Spilimbergum obsedit. Cum eo erant Ferrariensis Marchio, Noricianus, Ortimburgius, Stenicibergius,* LXIX.

* Ex Append. t. 5.
a Civis Patavinus dicitur à Portenario in hist. Patav. lib. 9. c. 2. Mandes.

& Collaltæi Comites, multi Forojulienses, Tarvisini, Feltrenses, & Bellunenses, Valteroque demum Spilimbergo equite in fœdus accepto, soluta obsidione Utinam contendit. Cumque in suburbium Gravianum per Nicolaum Albretium Utinatem complicibus adjuvantibus inductus esset, Utinates sumptis propere armis per primam portam in suburbium egressi cum Richardo certamen acre ineunt: cædes ingens utrinque editur, dubiusque pugnæ eventus erat, ni supervenientibus ex civitate Austria ad signum fumi auxiliaribus copiis hostes cessissent. Eo prælio Valterus non ignave sese protegens concidit, Richardusque ruente equo, præceps in terram datus parum abfuit, quin caperetur; huncque eques, qui raptim desilit, in equum subjecit; ipse cum pedes æquare cursu fugientes non posset equites, ab insequentibus confossus periit. Cæsi sunt hostes quingenti, capti equites centum triginta, & trecenti pedites, quos miro plausu in Urbem Utinenses deduxere. Hac victoria clarus Othobonus cum Utinensibus nulla injecta mora Buticense municipium natura, præsidio, & commeatu communitum minimo negotio cepit, ac diruit, Porpetium, & pleraque loca Henrico Prampergio equite capite mulctato feliciter expugnavit; Sacillum recuperavit. Cum Venetis bella gessit Joanne Zeno legato adversante, cum quibus post sex menses pacatus est. Anno tamen sequenti reversus Richardus instaurato exercitu cum Noriciano Comite multa incendia, indecorasque direptiones exercuit, à quibus graviter Othobonus abhorrens jam senex, & æger dum à Pontifice proficisceretur in Arquario Placentini agri anno 13. (1) animam efflavit. Hæc ille.

LXX 69 CASSONUS, sive Castonus, é Turriana gente Mediolanensis, suæ patriæ Archiepiscopus, Duce Matthæo Vicecomite cum Turrianis suis sede sua, & Urbe expulsus, ad Robertum Neapolitanum Regem secedens, honorifice aliquandiu degit. Interim vero defuncto Othobono Joannes XXII. Pontifex ad Aquilejensem Patriarchatum eum promovit anno 1317. 4. Idus Januarii, rejecta electione Gilonis Aquilejensis Archidiaconi per Capitulum celebrata. Hic cum Guelphicæ factionis princeps esset, duxissetque copias in Etruriam, ut ejus Provinciæ, ex voto Pontificis, Gibellinos Ludovico Bavaro addictos debellaret, delapsus equo crus fregit, delatusque Florentiam ex dolore disperiit mense octavo sui Patriarchatus, sepultusque est in claustro Fr. Minorum apud Ecclesiam S. Crucis in marmoreo sepulchro, ubi ejusdem effigies in modum dormientis spectatur, cum Turrianorum gentilitiis stemmatibus, nulla proloquente inscriptione, in virum liberali scientia præditum, generis nobilitate præclarum, morum honestate decorum, discretionis & consilii maturitate conspicuum, aliisque virtutibus claris insignitum, de quo nos supra in catalogo Archiepiscoporum Mediolanensium egimus.

70 PAGANUS Turrianus, Cavernæ filius, Raymundi nepos *a*, Cassoni patruus ex Episcopo Patavino anno 1319. X. Kal. Aprilis à Joanne XXI. Patriarcha Aquilej. adlectus est, ne quid morte Cassonis amisisse Guelphi viderentur. Provinciam intestinis dissensionibus laceratam invenit, quam cum sua dexteritate pacasset, Patriarchatus rebus optime consuluit. Romam inde petiit; indeque reversus, suppetias semel, honesta equitum copia, quam ab Insubria duxit, ac iterum cum trecentis cataphractis, numerosisque peditum cohortibus, illuc jussu Pontificis evocatus, Turrianus attulit, in quotum exercitu connumeratis Regis Roberti, partisque Guelphicæ auxiliis, quadraginta millia peditum, ac decem millia equitum galeatorum recensita sunt, Cremonamque obtinuit. In Forumjulium regressus, quasdam Germanorum phalanges è montium anfractibus decurrentes, Patriam infestantes, repressit. Pugnaculi gratia Moscardi arces in angustis montium faucibus construere cœpit, bellique aliquot motiva in Venetos habuit, quæ tamen composita evanuerunt. Novos successores in feudis nobilibus constituit deturbatis Ecclesiæ infidelibus. Osopi nobilissimam arcem Friderico Savorgnano benemerenti indulsit. Dantem Aligerum exulem Florentinum excepit, habuitque aliquamdiu in honore. Divo Oderico Ordinis Minorum Portus Naonis in Oppido Forojuliensi nato, sanctitate insigni, qui ea tempestate ad cœlum evolavit, miraculis florenti, marmoream conspicuo sumptu arcam erexit, ejusque patrata miracula monumentis consignari jussit. Extremum spiritum edidit anno 1332. in Utinensi Arce: corpus ejus in Aquilejam evectum, in Patriarchio prope Raymundum Patriarcham eodem tumulo conditur. Ad quem sic alloquitur Pax Ferrariensis in Turrigenæ gentis laudibus.

LXXI *a* Cassoni nepos, non Raymundi. Vide eo viden duo Capodaleus) in Utino illustrato p. 121. *Mondif.*

Tu quoque Turrigena Præsul de stirpe, Pagane,
Quæ nota virtute probum sibi gens Paduana
Pastorem meruit, cujus probitate coruscat
Præcipue præclara domus, concede favorem,
Carminibusque, Pater alme, tuis, vatemque sereno
D *Aspiciens vultu devotum suscipe Pacem;*
Daque tuæ bonitatis opem; qua tutior altum
Aggrediatur opus, plena cum laude Deorum.
Nam tua pergrandem probitas assumit honorem
Majori provecta gradu, solioque sedebis
Altior, & sceptrum sedes Aquileja reddet,
Quod patrum virtute potes meruisse, tuaque
Non juveni matura licet discretio mentis
Te probet esse Senem, tunc te diademate sacro
Insignem, vel Cardineo fortasse galero,
Alme Pagane, canam, celebri quoque carmine latus
Prosequor, & claras referens in secula laudes,
Æternum tribuam tibi per mea carmina nomen.
Alta triumphalis Turris reparata decore
Hostibus ejectis ulla sine cæde potentes,

(1) Obiit igitur Othobonus an. 1314. Leander verò lib. 2. de viris illustr. Ord. Prædic. aliique à Fontana allegati in Theatro Domin. asserunt Isnardum quemdam ex eo ordine huic ovili præfuisse, silentii tenebris Præsulatu hujus obvoluto, quem siquidem nec Aquilejensia monumenta, nec documenta Romana ejus mentionem faciunt. Unus effloruit Isnardus à Dominicano cœtu an. 1319. Patriarcha Antiochenus, & Papiensis Episcopus, qui fortasse male usurpatur pro Aquilejensi. *Laurentius.*

Sedibus in patriis dejectotuta Tyranno
Jam patet, & cunctos generosæ stirpis alumnos,
Congregat. Exulibus finem fortuna malorum
Imposuit, patrios tandem largita Penates.
Nam Mediolani quondam clarissima Proles,
Quæ Turris cognomen habet, quæ terreat hostes
Undique celsa suos, & recto vertice cælum
Suspiciat, multos quamvis expulsa per annos,
Ignotas inter gentes, longinquaque rura
Creverit, & Patrui vires assumpserit olim
Sub cujus fuerat sedes Aquileja cura
Tuta dici, neque tunc Patrios invadere fines
Profuerit super collectis viribus Urbe.
Intravit profugi deponens sceptra Tyranni.
Namque Maphæus &c.

De Paguoo videndus Turrigenæ propaginis Arbor Augustini Lampognani.

LXXII. 71 BERTRANDUM *a* deinde de S. Genesio Cadurcensem Gallum defuncto Pagano Joannes XXII. Pontifex suffecit anno 1335. *b* IV. Non. Julii, Virum jurisprudentia clarum, vitæ sanctimonia celebrem, Patrem pauperum, & Ecclesiasticæ libertatis acerrimum defensorem, ob quam demum à Comite Henrico Noritiæ occisus est anno 1350. die 7. Junii. Ex Candido huc transcribam, quæ ipsi Patriarchæ cum finitimis Regulis negotia fuerint, qua virtute, qua vitæ sanctimonia, per 15. omnino annos Aquilejensi Ecclesiæ eximie præfuerit. *Ad perficiendum* (inquit) *Utinæ apparatum præcipuus Bertrandus Antistes divinitus affuit, ædes sacras, cœnobia, & xenodochia erigens, collapsa instaurans, divinumque cultum adeo excitans, ut jam civitas universa unicum esse religionis collegium appareret. Ita enim comparatum est, ut qualescunque summi viri fuerint, talis sit quoque reliqua civitas, quæ sicut cupiditatibus Principum infici solet tota, sic emendari, & corrigi continentia. Claris fuit natalibus Oppido Divi Genesii Caturcensis Diœceseos, qui cum utroque jure consultissimus annis decem & septem supremo causarum auditorio præfuisset, à Joanne secundo & vigesimo Pontifice Maximo secundus & septuagesimus Patriarcha creatus est. Vir omni virtutum genere præstans, cujus gesta ipsemet epistola ad Guillelmum Decanum Aquilejensem memorat, non aliter quam per insertionem in hanc sententiam tradam.* Pergit Candidus partem Epistolæ referre, quæ cum sit mutila, nos ex sanctiori tabulario Ecclesiæ Utinensis Beatæ Mariæ nomini sacræ integram damus, his verbis exscriptam.

a De eo Acta SS. Junii tom. 1. p. 776.
b 1334.

Recordare fili Decane, & in mente revolve, quales, & quantos labores, tribulationes, expensas, & pericula sustinuimus, non thesaurizando nobis, nec nostros ditando nepotes, aut propinquos, sed solum in recuperatione, & defensione jurium, & bonorum Aquilejensis Ecclesiæ. Nos enim, sicut scis, recuperavimus, & redemimus terram Sacilli de manibus Comitissæ pro quadringentis marchis, Meduanam, quam tenebat occupatam Rizardus de Camino, recuperavimus, nec non Avianum, & Castrum Turris enegimus ab illis de Porcilils pro non modicæ pecuniæ quantitate, quæ castra ipsi de Porcilils sibi pignori obligata dicebant. Scis etiam quomodo stabant terræ, & castra Istriæ, & cum quanto labore, nos illa habere potuimus à prædicta Comitissa, datis sibi prius 450. marchis. Postmodum & instanti hujusmodi guerra cum Venetis in Istria ibi quales, & quantas victorias Deus Ecclesiæ suæ concesserit, non expedit dicere, quia tibi satis est manifestum, & etiam qualiter per tractatum Concordiensis Episcopi compromissum fuit per nos, & Venetos, & qualiter durante compromisso ejusmodi dare nobis debent pro juribus civitatis Polæ, terrarum Vallis Ignani, & Regaliæ, quæ Pagano Patriarchæ proxime prædecessori nostro acceperunt, & occupaverunt, 225. marchas denariorum Aquilejensium annuatim. Demum Rizardus de Camino guerram, quam fecerat Ecclesiæ, tempore quo vacante sede conservatoris nomine fungebaris, nobis renovavit, & tunc factis treguis inter nos, & ipsum Rizardum nos ivimus Laibacum ad habendum colloquium cum D. Othone Duce Austriæ, ubi cum quali, & quam nobili fuimus comitiva, & cum quantis expensis, tu, qui interfuisti, potes testimonium perhibere; & dum rediremus de Laibaco, nobis pernoctantibus in Circhiniz habuimus nova, quod dictus Rizardus invaserat terram Ecclesiæ, & ibat comburendo per patriam. Nos autem non sine magnis laboribus, expensis, periculis, congregato Ecclesiæ exercitu, ivimus ad S. Vitum, & deinde stetimus longo tempore apud S. Danielem, finaliter ivimus versus hostes, & castra nostra posuimus in campis extra Sacillum, & quantum illa guerra duraverit, bene nosti. Finaliter ex dispositione superna, Deus ultionum de inimicis suis Ecclesiæ suæ victoriam tribuit, & ipse Rizardus hostis, & persecutor Ecclesiæ contritus, & debellatus præ dolore post paucos dies sine hæredibus masculis mortuus est, & ad alienos est ipsius hæreditas devoluta.

Pro redemptione Venzoni quanta sustinuerimus, & victoria Ecclesiæ divinitus tradita, & captione nobilium Comitatus Goritiæ, direptione Bragulini, introitu Venzoni, non expedit dicere, quia res, Deo operante, satis per se claruit, & extitit manifesta. Pace vero terræ reddita, D. Carolus nunc Romanorum Rex navigio venit Aquilejam, ubi ipsum recepimus, sicut decuit tantum Dominum, & secum duxit D. Bartholomæum, qui stetit in civitate Utini ad nostras expensas per unum mensem, & ultra, & postmodum frater ejus D. Joannes Comes Tirolis, una cum Episcopo Tridentino venit ad nos in Sacile habentes secum ultra 700. equos, quibus omnibus fecimus expensas abundanter, & ipsum Comitem investivimus de feudis suis.


Processu vero temporis Comes Goritiæ fultus potentia Comitum Vegliæ aggressus est de guerra fidelem nostrum, & Ecclesiæ Aquilejensis Georgium de Duino, & finaliter factis treguis inter eos, idem Comes cum magna potentia aggressus est terram nostram. Nos autem præparavimus ad defensionem, & venientibus in nostrum, & dictæ ecclesiæ subsidium, præfatis Dominis Carolo, & Joanne, cum equitum, & peditum multitudine satis grandi, cum eisdem, & nostrorum gente processimus contra hostes. Et primo ivimus Cormonum, ubi stetimus decem diebus, & ibi dato damno, quod dari potuit, castra nostra in Vigilia Nativitatis Domini duximus Goritiam, & solemnitatem sacratissimæ noctis Nativitatis Dominicæ, & Missas tres diei illius, videlicet, in primo galli cantu, & in aurora, & tertiam solemniter celebravimus in campis ante Goritiam, assistentibus Principibus antedictis, & Comitibus de Ortimburk, cum militum ipsorum, & nostrorum, & aliorum nobilium multitudine copiosa.

Ab inde in die S. Joannis Evangelistæ recedentes, dato guasto pervenimus Belgradum, & ibi stetimus tenentes Belgradum, & Latisannam obsessam usque in crastinum Epiphaniæ. Tandem Comes treguas anni unius postulavit, quas sibi ad ipsius postulationem concessimus; in qua guerra inexhaustam consumpsimus pecuniam. Non enim evitata fuit dies aliqua, in qua non expenderemus quingentos florenos auri, & ultra: nam solum in blado equorum expendebamus singulis diebus marchas quadraginta, & aliquando sexaginta, & omnibus stipendiariis integre fuit satisfactum, & ultra stipendia eorum à nobis alacriter cum muneribus recesserunt. Cæterum tribus vicibus quibus fuimus Venetiis, ubi nobiscum fuisti, qualibet vice quantum expendere potuimus, tu ipse considera. Non enim fecimus vias illas causa nostri; sed solum ad inclinandum Domini illius animum, ut ecclesiæ dimitteret jura sua. Pro quæstione Cavolani quanta expenderimus, & quot noctes duxerimus insomnes, tu, & alii, quorum diligentia, & sollicitudine Deo, & Justitia operante victoriam reportavimus, bene nostis, & bursa vestra etiam non fuit expers expensarum, quia bene vidimus, & cognovimus labores vestros sine damnis bursalibus non fuisse, Domum Francisci de Villalta,

Nella Catedrale d'Vdine, Titolare della B.V. Annonziata,
Prospetto anteriore dell'Altare nella Tribuna eretta
da NN.HH. Manini Patricij Veneti, oue giace
il Corpo del B. Bertrando M.
Patriarca d'Aquileia.



Nella Catedrale d'Vdine, Titolare della B. V. Annonziata
Prospetto deretano all'Altare di Mezzo Nella Tribuna
eretta da NN.HH. Manini Patricij Veneti
con l'Arca, e Corpo del B. Bertrando M.
Patriarca d'Aquileia.



pro eo quod ipse testamentum patris, qui nos Commissarium suum fecit, adimplere nolebat, obsedimus, & finaliter se nostræ voluntati submisit.

Quadraginta sex diebus stetimus ante Pinzanum cum nostro exercitu, cum magnis expensis, periculis, & labore, pro illo detestabili homicidio perpetrato per Manfredum, & suos complices de Pinzano, qui Franciscum & Pinzanullum patruos, & Succium consanguineum eorum de Pinzano morte crudelissima peremerunt. Post anni revolutionem Comites Goritiæ nos, & Ecclesiam invaserunt de guerra, in qua tenuimus pro majori parte duos exercitus; unum apud Latisanam, & alium in campis juxta Manzanum ad resistentiam inimicorum; & tribus mensibus, quibus ipsa guerra duravit, habuimus trecentos equites armigeros, exceptis peditibus ad nostrum stipendium. Constitit enim nobis illa guerra quindecim millibus florenorum, & tamen per Dei gratiam in omnibus pertransivimus cum honore. Anno sequenti de mandato Domini nostri PP. ivimus ad Regem Ungariæ; in quo itinere quanta incommoda, & pericula, atque labores habuerimus transeuntes per montes Gelboe, nationes barbaras, & immanes, atque devia incredibilia, tacemus ad præsens: sed relinquimus tibi per Paulinum Notarium nostrum referenda, cum fuerit apud te, quoniam scribere nimis esset prolixum. In recuperatione Cadubrii in quantis nos posuimus periculis, & gentem nostram, & quantas expensas fecerimus, quæ, Deo gratiæ sint, te credimus audivisse; & qualiter filius Bavari cum exercitu suo copioso volens nos invadere, fuit cum gente sua per nostros paucos positus in conflictu; & quam mirabiliter ex voluntate divina invenimus literas, quæ contra nos, & in destructionem Ecclesiæ, & totius patriæ filio Bavari, & Comitibus Goritiæ mittebantur.

Debita nostrorum prædecessorum ab Ottobono citra, in Romana curia integre persolvimus, per gratiam Jesu Christi, quę ascendunt ad viginti quinque millia florenorum. Arcam, in qua recondi debent Patronorum nostrorum reliquiæ cum cruce, & capite, argenteis, & mitram campanilis ecclesiæ nostræ, non fecimus fieri gratis. Capellæ Ecclesiæ S. Mariæ de Utino cum pictura constitit nobis plusquam quadringentis marchis. De Monasterio Monialium S. Nicolai de Utino, ubi posuimus viginti Moniales, & eis emimus redditus competentes, etiam tibi dicimus. De castro Raimundi, quod erat spelunca latronum, & monumentum raptorum, quomodo illud habuerimus violenter, quod inexpugnabile credebatur, & sine sanguinis effusione, quod dicemus, nisi quod Deus in hoc mirabiliter operatus est, & tota patria ab illis prædonibus, de quibus etiam justitia facta fuit, est liberata.

Duo provincialia Concilia habuimus, sicut scis, in quibus multæ constitutiones reformatæ, & editæ fuerunt in favorem ecclesiarum, & ecclesiasticæ libertatis. Nudius tertius cum Hermagoras della Turre intrasset Varmum, una cum Rizardo de Varmo fraudulenter, & Nobiles Castri illius captivasset nobis existentibus causa solatii in Sepl‍imbergh, & multas crudelitates exercuisset in eos; nos gentem nostram illuc misimus. Quod sentiens Hermagoras statim fugit: & redemimus Castrum illum; ipsis Nobilibus, quorum erat, restituentes. Sed unum non prætermittimus de portis Sclusæ, & Castel Moscardi, quas ita mirabiliter reparavimus, imo de novo fecimus, quod nunquam vidimus pulchriores, & vocatur hodie porta Sclusæ propter hoc porta Bertrandi. Hactenus epistola Bertrandi.

Prosequitur Candidus in Bertrando, cui haud ab re subnectendum censuimus. *Quam apte Forumjulium in quinque regiones distinxit, ita ut Veneto exigente bello, quo facilius se suis quisque Ducibus in arma coiret, cujus exemplum utinam nostra tempestate servatum esset, ut neque alienæ regiones indigenis subiicerentur, neque perfidiæ unius universi committerentur: proculdubio enim ab omni bellico furore illæsi fuissemus. Prima igitur regio Aquilejæ*

A *Urbi decreta, cui Montisfalconis agrum adjecit, & quicquid à via alta ad Tiliaventum protenditur. Huic præfecit Nicolaum Castellium cum Henrico Strasoldio, & Pallen Vermæo. Secunda Utinensis, continens quicquid citra Turrum, Judicum, Viam latam, Coloretum, Melsum, & S. Danielem, Tiliaventumque comprehenditur, præfectusque Fridericus Savorgnanus cum Oderico Villaltæo, & Fridericо Moruttio. Tertia Civitatensis juxta Turrum & Judicum cum Sclavis, & collibus Philippo Porteo, Joanni Cucanneo, & Hermanno Atempsæo legatis. Quarta Glemonensis à Tarcento, & S. Daniele cum Montana Carnorum ora Artuico Prampergio, Asquino Coloretæo, & Conradino tradita. Quintam vero quicquid est ultra Tiliaventum constituens Begonio Spilimbergio, Brizalio Purliliensi, & Nicolao Batensi subjecit. Rursus & ad Togæ munia Utinensium Senatum, qui adhuc Bertoldi decreto sub quatuor & viginti regebatur, cum nimis parvus reclamantibus præcipue novis civibus & plebe videretur,*
B *in majorem numerum redegit, considerансque multas apud gentes rerum publicarum formas extitisse, tresque ex omnibus ab eis, qui utuntur, summe laudatas, nec ullam tamen earum fuisse sinceram; verum pestem adesse quandam unicuique ingenitam, conversionesque etiam naturales (teste Platone) rebuspublicis inesse, ita ut difficilis optimæ electio; itaque neque per unius, neque per paucorum, neque per populi principatum administrationes per se ipsas esse bonas; Monarchia enim, si sit arrogans facta, & sequi incipiens tyrannicas appetitiones, à paucis viris strenuisque destruitur, paucorum vero principatus ex optimis viris constans, cum est divitiis sodalitatibusque clarus, nec justitiæ, nec aliarum virtutum ullam rationem habet, à populo prudente dissolvitur, populus autem continens, & ex lege administrans cum inordinatus esse incipit, & inique agere ab illustri aliquo vi occupatus, ad justum æquumque redigitur. Proinde ex omnibus his mixtam quandam constitutionem deligens ex univer-*
C *sis familiis, quæ genere, & spectata virtute præstabant, quosque vigesimum quintum an. attingentes, conscribi fecit, qui postquam coram septem viris juraverint, sibi boni civis munere functuros, ipso sint jure consilio adjecti, statuitque ex qualibet regionum quinque interioris ambitus trinos viros per regionarios singulos deligi, totidemque & singulis suburbiis quinque, qui cum suburbanæ plebis præfectis in consilium accederent, atque ita quinque ac triginta tenuioris fortunæ viros patritiis addidit, ex quibus omnibus Senatus conficiebatur, veluti ex pluribus membris corpus totum; iis tam scite dispositis, omnes in concionem accersit, suasitque, ut immortali Deo preces offerant, quibus præsertim benevolentia divina comparatur, quæ cum adest, omnia hominibus in melius feruntur; deinde ut prudentiam ac justitiam servent, ob quas minus lædentes se invicem homines magis sunt inter se concordes, neque turpissimis voluptatibus felicitatem, sed honesto metiuntur. Postremo eos ad generositatem ex-*
D *citans ut graviter & magnanime omnia auderent, noscant se ab Aquilejensibus viris illustribus ortos, nil nisi condignum, atque amplum complecti debere. Cujus quoque monita utinam diligenter ac diutius Utinenses observassent. Interea Brachinus Purliliensis Comes Portus Naonis præfectus auxiliaria Spilimbergensibus manu accepta Turrim juxta Portum Naonem occupavit. Castellutium quoque Utinenses, ejecto Hermagora Turriano, everterunt. Bertrandus autem & ultra montes prospiciens, Herdegurium, & Bardenium Pictavios Proceres: Ulricum Phonabicensem Comitem, Othonem & Albertum Austrios & Carinthios Duces: Sophiam Hermannum, & Othonem Ortimbergios Comites, Joannem & Albertum Noricianos Principes, Conradum Sephenstaynerum, Fridericum Cilium Comitem, Fridericum Senechensem Comitem, Henricum Randechium, Vinterum Gothoneum, Monachos Minchidorfios, atque alios centum & septuaginta proceres*

ad fisci res Aquilejensis agnosceadas allenit. Sequitur post alia idem Auctor. *Pontifex noster* (*Bertrandus*) *à concilio Patavino non multis comitaatibus rediens, cum Aquilejensis civitatis ob aeris insalubritatem pene destitutæ reliquias Utinam sic transferendas censuisset, ut abolito prorsus Utinati nomine Aquileja nova nancuparetur. Ubi ad Richinvelsb à Spilimbergo quatuor milliariis juxta pagum Dominimum applicuit à militibus Noriciani Comitis, ac plerisq; nobilibas quinq; lethalibus vulneribus illatis interficitur an. 17. men. XI. pontificatus. Corpus currui impositum duabus meretricibus, ad capat altera, altera ad pedes constitutis, Utinam misere. Utineases vero effusis obviam cunctis, id tanquam divinum Numen honorificentissime multis lacbrymis exceperunt, atque in maxima Divæ Virginis æde marmoreo conditorio, quod ad reponenda Hermagorę sacra ossa extruxerat, condidere, quinque illud marmoreis simulacbris sustinentibus. Cujus Viri Sancti coruscantibus meritis innumerabilia miracula conspiciuntur. Qua cæde animadversa Dux Austrias è vestigio Verlicum Valtæum procerem cum valido exercitu in Forojulium mittit, ne quam ab internis finitimisque hostibus calamitatem (donec gratus Antistes crearetur) acciperet.* Hæc ille. Id Cortusiorum Historia de novitatibus Paduæ & Lombardiæ lib. 10. cap. 3. compendio narrat ad aonum 1350. quo diem suum functus est Bertrandus 7. Juoii. *Bertrandus*, inquit, *Guasconas Aquilejensis Patriarcha vir probus, & sapieas, & Comes Goritiæ, inter quos erat magna discordia, coram Domino Legato, & Domino Paduæ mense Madii convenerunt, & multum fuit de juribus partium disputatum, sed nihil potuit expediri. Tunc multi Castellani de Forojulii erant rebelles Domino Patriarchæ. Dominus vero Patriarcha equitabit Sacillum iturus Utinam cum ducentis galeis. Contra eum pugnarunt ejus rebelles cum gentibus de Goritia, & debellatus fuit Dominus Patriarcha, capti fuerunt multi divites, & nobiles Castellani, in quorum numero fuerunt Gherardus de Cucagaa, & Federicus de Savorgnano. Ipse vero Patriarcha captus, fossus gladio a quodam de Villalta obiit statim. Fuit hoc 1350. die 7. mensis Junii.*

LXXIII. 72 NICOLAUS deinde de Luzemburgo Regię Bohemicæ princeps spurius è Regio sanguine magnaoimitatem hausit, susceptamque natalium labem virtutum ornameotis texit. Is à Clemeote VI. anno 1350. 11. Kal. Novembris ad Caroli fratris Bohemiæ Romanorumque Regis preces ex Episcnpo *a* Neuburgensi ad Patriarchale solinm evectus est, ut Aquilejensem Ecclesiam à finitimis Principibus laniatam tueretur, pristinisque juribus restitueret. Passus est æmulum Austriaci Ducis Scrinin præfectum, qni ad eam dignitatem anhelabat, Rodulphi Principis armis fultus, quibus universam ferme ditionem, qua vi, qua deditione cepit, Utino, & Aquileja exceptis. At illius ambitio demum elusa est, potitusque Patriarchali fastigio Nicolaus Bertraodi prædecessoris, cui Beati oomeo cœlestes editæ virtutes apud Aquilejenses peperere, iniquam mortem ulcisci aggressus est; quo persusi terrore adversarii miscere illi veneoum pertentarunt: sed detectæ eorum fraudes, compressæque armis molitiones, eorundem arces, quibus se tutam putabat improbitas, æquatæ solo, & in justæ nltionis trophæa commutatæ. Nec minus consultum à Nicolao sacrorum majestati, religionisque digoitati, atque ita gratum cœlo se reddidit, ut pluribus cœlestibus visis admonitus sit, ut ejusdem Bertrandi ob defensionem ecclesiasticæ libertatis cæsi corpus exploraret. Paruit Nicolaus, cumque evolnto unius anoi fluxu sepulchrum reserasset, sacrum illud pignus omnis corruptionis expers reperit, ingentique pietatis sensu delibutus, illud in Patriarchali solio mitra, baculo, cæteroque apparatu sacro exornatum collocavit, defixis pro stupore adstantium aoimis. Altero etiam vertente anno, cum prædecessoris corpus nullo perunctum balsamo, iterum immune corruptionis eruisset, sacris ornameotis decoratum, in altari statuit ob ingentia miracula, quibus Bertrandi glnria in dies efflorescebat; maximusque Germanorum, Ungarorum, Sclavnrum, Italnrumque cnncursus ad eam celebritatem cooflaxit, tantique animorum motus ex pio eo spectaculo concitati suot, ut piis vocibus ad cœlum elatis ecclesia tnoare, testudineaque moles ruere videretur. Italicam expeditiunem meditante Carolo Cæsare fratre, ut imperii jura, quæ tyranni Itali, & Ghibelliol nominis fuco, Cæsareæqne Majestatis defeosæ lenocinio iovaserant, recuperaret, augustalibusque insignibus Romæ à Pontificiis legatis cingeretur, cum Vicecomites Mediolanenses nisi vi & ferro parituri putarentur, Nicolaus Aquilejensis una cum Gradensi & Constantinopolitano Patriarchis ferream coronam Modœcię ab Inoocentio VI. cooferre Carolo jussus est, si Mediolanensis Archiepiscopus id munns obire detrectaret. Verum Cæsareum jugum accepere Vicecomites, Robertusque Archiepiscopus in æde Ambrosiana, suis partibus perfunctus est. Stipavit vero Nicolaus fratrem Carnlum, ac post augustalem pompam celebratam Romæ, in qua Petrus Episcopus Card. Ostiensis implicito Piceni bello collega Ægidio Card. Albernotio auream coronam Cæsareo vertici ioposuit, Senarum urbis principatu à fratre Imperatore donatus est. Sed non diu illius urbis imperium tenuit Nicolaus; Senenses eoim excusso jugo in pristioam libertatem se asseruere: quin etiam Carolus Pisis atroci conjuratione à Gambacurtis appetitus, sumpto de adversariis supplicio, mobilia Italorum ingenia veritus, Germaniam repetiit. Nicolaus vero in sun Patriarchatu secessit, atq; ob gravissimos sumptus in sociando Augusto profusos, tum alias ob causas, plura Ecclesiæ Aquilejensis prædia abalienavit, pro quibus recuperandis Ludovicum successorem piures labores pertulisse narratur. Cæterum Nicolaus fratris exempln, qui Sanctorum reliquias undique conqnisitas, Pragam intulit, Beatorum Hermagorę, & Fnrtnnati martyris corpora in Casamatense municipium traostulit è Gradeosi ecclesia, de quo cum Ungari extincto Nicolao, postea apud Innocentium VI. essent conquesti, hæ ab eodem Pontifice ad Gerardum Abbatem S. Georgii scriptæ fuerunt literæ.

Innocentius &c. Gerardo Abbati Moaasteris S. Georgii majoris de Venetiis Castellanæ Diœcesis.

Ad audientiam nostram pervenit, quod olim boaæ memoriæ Nicolaus Patriarcha Aquilejensis SS. Hermagoræ & Fortunati martyrum corpora de ecclesia Gradensi, in qua requiescebant, occulte subtrahi, & ad castrum de Casamata Aquilejensis diœcesis portari in Dei, & dictoram Sanctorum injuriam procnravit & fecit, quæ corpora adbuc in castro existunt eodem: nos igitur super iis providere volentes, discretioni tuæ per Apostolica scripta maadamus, quatenus de præmissis omnibus & singulis, vocati qui fuerint vocandi, summarie & de plano, & sine strepitu, & figuea judicii diligentius te informes, & si per informationem bujusmodi ea inveneris veritate fulciri, auctoritate nostra corpora ipsa expensis illorum, quos in bis culpabiles esse repereris, ad eandem Ecclesiam Gradensem cum bonore & reverentia debitis reduci in loco, in quo prius erant, reponi facias, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Avinione XI. Kal. April. anno VIII.

Hoc ipsu aouo 1358. Nicolaus cum domi sanctitatem, & foris armis fortitudinem, utrobique prudentiam haberet, se tntum mysteriis sacris exhibuit, multosque operibus sanctis ad Templa, & Monasteria construeoda excitavit, donec annis 7. meosibus 9. præfuisset, excessitque omnibus charus. De quo reperlo in antiquis hujus ecclesiæ mnnumentis ei aliquando negotium fuisse cum suis Canonicis de jurisdictione,

a In Catalogo Bucellini Neuburgensium Præsulum desideratur hic Nicolaus.

quam antea sub Raymundo, Bertrandoque antecessoribus diu dicertaverant, arbitrisque datis honorem ei, eorumque pristinum, postposita Patriarchali dignitate, adjudicarunt. Rei gestæ & illustrandæ plurimum facient, ut arbitror, monumenta insigni pietate Nicolai collucentia, quæ in hujus ecclesiæ tabulario extant, si exscribantur.

Nicolaus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcha ad perpetuam rei memoriam.

Quod statu pacifico, & tranquillo nostrorum Capituli, & Ecclesiæ Aquilejensis à nostris bonæ memoriæ antecessoribus Patriarchis Aquilejensibus est provide, & laudubiliter ordinatum. Nos eorum inhærentes vestigiis ad tollendam perpetuo omnem quæstionis materiam, quæ super infrascriptis posset modo aliquo suscitari intendimus Deo propitio inviolabiliter observare. Sane pridem super diversis tractandis, una cum dilectis filiis nostris Decano, Canonicis, & Capitulo dictæ nostræ ecclesiæ in loco, in quo consuevit dictæ ecclesiæ Capitulum congregari convenientes nobis per eosdem post diversos tractatus habitos super informatione status ejusdem ecclesiç fuit humiliter supplicatum: quod cum dudum inter bonæ memoriæ Raymundum Patriarcham Aquilejensem antecessorem nostrum ex parte una, & Decanum, & Capitulum supradictos ex parte altera procurante inimico pacis forent diversæ quæstionum & contentionum materiæ suscitatæ, ex quibus hinc inde grandia expensarum profluvia sunt secuta, & tamen per arbitros ad hoc de partium voluntate assumptos, lites & contentiones hujusmodi divino inspirante Flamine cum vera pace, & votiva concordia terminatæ, sicut de prædictis omnibus constat publico instrumento, dignaremur paterno affectu, & favore benigno hujusmodi sententias per prædictos arbitros latas ob reverentiam omnipotentis Dei, & Beatissimæ Mariç Matris ejus, atque Beatorum Hermagoræ & Fortunati patronorum nostrorum more nostrorum prædecessorum approbare, & confirmare. Nos autem omni cura, omni solicitudine, & studio pensantes, & die noctuque modos, & vias exquirentes, quibus possemus eandem reformare ecclesiam, ac filiis, & confratribus nostris prædictis, quantum cum Deo & justitia possimus complacere, & ipsorum votis annuere. Viso tenorem sententiarum prædictarum, ipsas, matura deliberatione præhabita, & de certa scientia, approbamus, & more nostrorum prædecessorum in Christi nomine confirmamus, volentes & discernentes ne quid in posterum tergiversari valeat, seu modo aliquo contradici, quod præsentibus approbationi, & confirmationi nostris tenor dictarum sententiarum de verbo ad verbum plenius inseratur, & ut perpetuo valerent robore per Paulum infrascriptum Notarium Cancellarium nostrum tradi, & in publicam formam reduci jussimus sub sigilli nostri appensione in testimonium præmissorum. Tenor autem sententiarum prædictarum talis est. *In nomine Domini Amen. Anno ejusdem 1283. Indict. 11. die quarto intrante Madio in civitate Austria in Patriarchali Palatio, præsentibus Dominis Manfredo de la Turre, Archipresbytero Modocen. Bernardo Decano Civitatensi, Presbytero Pagano Scolastico Aquilejen. fratribus Artuico de Aoras, & Bertoldo de Fagidis de Ordine Prædicatorum, Joanne de Carpineto, & Conrado de Mantua de Ordine Minorum, Henrico de Grez Notario, & aliis pluribus. Domini Trarinus, & Lodoicus Canonici Aquilejenses arbitri arbitratores, & amicabiles compositores in quæstionibus, quæ vertuntur inter R. Patrem & Dominum Raymundum Patriarcham Aquilejensem ex parte una, & venerabiles viros Dominos Capituli Ecclesiæ Aquilejensis ex altera parte, ut publico instrumento confecto exinde per me Valterium Notarium infrascriptum plenius continetur. In præsentia dicti Domini Patriarchæ, & Jacobi de Civitade Canonici prædictç Ecclesiæ Aquilejensis, Procuratoris dicti Capituli, nec non Dominorum Magistri Leonardi* A *de Faugnaco Vicedecani, Odolrici Præpositi S. Petri de Carnea, Henrici de Legio, Magistrorum Alberti, & Laurentii, & Hermanni de Utino, Canonicorum ejusdem Ecclesiæ de voluntate ipsarum partium ad hoc instantium, præfixo ad id termino, die, ac loco prædictis, prout in instrumento publico confecto exinde per Henricum Notarium plenius continetur, talem in scriptis sententiam protulerunt.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Humilis doctrina Magistri humiles instituet discipulos, inter se videlicet pacem habere, dicens, Pax vobis, & quia pacis lenitas est discordiæ finis ad tranquillum concordiæ, deberent omnes, & maxime qui in sortem Domini sunt assumpti, corde & animo vigilare. Sed sunt nonnulli qui zelum amoris contentionibus acuendo tantum quæstiones investigant, & lites & corda scindentes discordia sub umbra juris ad injuriam decidunt, interdum calumniç B *ac inimicitiarum puteos fodientes non considerato, quod contentionis puteis relictis contemptui fodit Isaac alium, pro quo non contendere pastores: cujus nomen vocatum est Latitudo, quia restringitur charitas contentione diffusa, & si arctat contentio, charitas dilatat. Unde cordibus est reddenda concordia, ut sit opus justitiæ, pax, & silentium cultus ejus, præsertim in illis, qui ut pennæ columbæ deargentatæ sibi, & subditis debent splendere, pacifice sedentes in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & requiei opulentia. Sane vicinos omnino non latuit; & ad multos jam in longinquo pervenit, quantum gravaminis sanctæ Aquilejensi ecclesiæ, & ejusdem Capitulo super diversis articulis quæstio suborta attulerit, & afferret in posterum si duraret, ad futurorum tractata de præterito conjectura. Consueverunt etenim lites, & prodigæ sumptuum, liberales laborum, raræ quietis, & utinam non contentionis, & discordiæ incentivæ, eo quod raro bonum jurgio lingua silet, & judiciorum strepitu mens quiescit. Hæc* C *autem pericula & discrimina, quæ de hujusmodi quæstionibus ipsi Aquilejensi Ecclesiæ, & ejusdem Capitulo imminebant, R. Pater & Dominus Raymundus Dei gratia sanctæ sedis Aquilejensis Patriarcha, & Viri Venerabiles, Decanus, & Capitulum ipsius Ecclesiæ attendentes, ne invalescente contentione Ecclesiam & Capitulum memorati languerent diutius, & quandam mortem viderentur ingerere vita causæ, de communi voluntate quæstiones omnes, quæ vertebantur inter eos, quas diuturnitas judicii prorogabat, acceleratione provida Dominos Joannem Archidiaconum, Ferarinum, Lodoicum Canonicos Aquilejenses arbitros & arbitratores, & amicabiles compositores unanimiter elegerunt, dantes eisdem plenariam potestatem, ut quæstiones omnes, quæ vertebantur hinc inde per eosdem tres arbitros, vel duos eorum finiri, & terminari deberent secundum quod eis videretur alte, & basse melius expedire. Et ideo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen: Nos Ferarinus, & Lodoicus Canonici Aqui-* D *lejenses electi & assumpti arbitri, arbitratores, & amicabiles compositores, super quæstionibus, litibus, & controversiis, quæ moventur, seu movebantur inter R. Patrem & Dominum Raymundum Dei gratia sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcham ex una parte, & discretos Viros Decanum & Capitulum Ecclesiç Aquilejen. communiter, & divisim ex altera, prout continetur in quodam instrumento inde confecto per manum Magistri Valteri Scholastici Civitatensis Notarii ipsius Domini Patriarchæ, ut inter eos sit pacis, & concordiæ unitas, auctoritate nobis tradita & concessa, requisito per eos legitime Domino Joanne Archidiacono consocio nostro, examinatis & discussis diligenter petitionibus eorundem, & legitime citatis partibus ad sententiam audiendam de voluntate & consensu partium, non obstante absentia dicti Domini Archidiaconi, sic duximus procedendum, & definiendum. In primis super petitione prima Domini Patriarchæ, quæ talis est. In nomine Domini Amen.*

[A] Coram nobis Dominis Magistris Joanne Archidiacono, Ferarino, ac Lodoico Canonicis Aquilejensibus arbitris, & arbitratoribus, ac etiam amicabilibus compositoribus electis à partibus infrascriptis dicit, & proponit Dominus Raymundus Dei gratia Patriarcha Aquilejensis suo Patriarchatus nomine contra Decanum & Capitulum Ecclesiæ Aquilejensis, & contra quamlibet personam pro eis legitime inservientem, quod olim Aquilejen. Ecclesia per obitum bonæ memoriæ Domini Gregorii prædecessoris nostri vacante, Decanus & Capitulum ejusdem Ecclesiæ Aquilejensis administrationem ipsius Patriarchatus redditium, fructuum, proventuum, bonorum, & jurium ipsius susceperunt. Et ipsum atque ipsam administrationem gesserunt tempore vacationis ipsius, & fructus, & proventus, & redditus ipsorum perceperunt per se ac per eorum Officiales. Qui licet postea requisiti de prædictis administratione & perceptione ipsi Domino R. Patriarchæ rationem aliquam nullatenus reddiderunt, nec reliqua restituerunt. [B] Sed potius omnino prædictam rationem, & reliqua reddere cessaverunt, tenuerunt, & adhuc contradicunt. Quare petit dictus Patriarcha nomine antedicto à prædict. Decano & Capitulo, ut de prædictis administratione, & perceptione reddant sibi plenariam rationem, & reliqua restituant per nos Dominos arbitros ad prædicta facienda eos, & ratione doli, & culpæ, ac negligentiæ condemnari, & cogi cum omnibus expensis, & interesse, ac omni causa, quæ suis loco & tempore declarabitur. Arbitrando absolvimus, & desiniendo, sententiando, & pronunciando absolutos esse denunciamus dictos Dominos Decanum & Capitulum Aquilejenses, & quemlibet de Capitulo communiter, & divisim ab omnibus quæ continentur in petitione superius annotata, ita quod ipse Dominus R. Patriarcha, vel successores sui, præfatos Decanum, & Capitulum, vel aliquem de Capitulo communiter aut divisim de reddenda sibi ratione præfatæ administrationis cogere, impetere non possint, aut etiam convenire. Sed ipse Dominus Patriarcha, & successores sui ratum, & firmum habeant [C] & teneant, quicquid per dictos Decanum & Capitulum communiter, & divisim tempore vacationis ecclesiæ administratum, gestum, datum, expensum, obligatum fuit, seu & procuratum, & super ipsis omnibus ipsi Domino Patriarchæ & successoribus suis arbitrando, pronuntiando, ac sententiando, perpetuum duximus silentium imponendum: præterea cum tempore vacationis Ecclesiæ occasione administrationis præfatæ per memoratos Dominos Decanum, & Capitulum redditus, fructus, & proventus Patriarchalis redditibus pro evidenti utilitate, & imminenti necessitate ecclesiæ Aquilejensis fuerint obligati, arbitrando sententiamus, quod super iis omnibus ipse Dominus Raymundus Patriarcha, & successores sui præfatis Decano & Capitulo nullam movet quæstionem, & si per illos, quibus factæ fuerunt obligationes per Capitulum tempore dictæ vacationis similiter Domino Patriarchæ sive in posterum cedent. Sed ipsos Decanum & Capitulum, quem . . . [D] super ipsis obligationibus non permittat per aliquos indebite molestari, sed ipsos, & quemlibet de Capitulo ipsorum tueri . . . Et quia tempore vacationis prædictæ de redditibus forte ac proventibus Aquilejen. . . . . Capituli pervenit, ac singularum personarum ordinando definimus, & sententiamus, ut Decanus & Capitulum Aquilejen. . . . . . Aquilejen. monetæ præfato Domino Patriarchæ persolvant, centum videlicet in proximo S. Martini, & centum in proximo festo subsequente Beati Gregorii, & residuas centum in subsequente festo Sancti . . . super eo quod Dominus Patriarcha dicebat confirmationem matrimoniorum ad se pertinere arbitrando, pronuntiando absolvimus Decanum & Capitulum ab impetitione dicti Domini Patriarchæ, cum dicti Decanus & Capitulum sint speciali præscriptione muniti. Item super eo quod petebat Dominus Patriarcha procurationem ratione visitationis, dicimus, & pronunciamus, quod Dominus Patriarcha procurationem habeat moderatam cum visitat secundum quod est in Canonibus definitum. Super petitionibus Decani & Capituli sic duximus procedendum. Inprimis super eo quod Capitulum petit undecim marchas de moneta Aquilejensi sibi solvendas quas bonæ memoriæ Dominus Bertoldus Patriarcha eidem Capitulo pro remedio Animæ suæ dedit, sive concessit, arbitrando sententiamus, & sententiando arbitramur, & pronuntiamus, dictam donationem sive concessionem tenere, & valere. Cum hoc dictus Dominus Bertoldus Patriarcha facere de jure potuerit, & dictum Dominum R. Patriarcham & successores suos de cætero ad solutionem dictarum undecim marcharum teneri. Et nihilominus præcipimus, arbitramur, sententiamus, & pronunciamus quod dictus Dominus Patriarcha ordinet & procuret quod de muta Aquilejensi decem marchæ in festo B. Martini, & una in festo Sanctæ Elisabeth Dominis Decano & Capitulo, vel eorum nuntiis annis singulis persolvantur. Et quod per se, vel per successores suos dictum Decanum & Capitulum in perceptione dictarum undecim marcharum, deinceps nec impediet, nec molestet. De retentis vero dictæ mutæ habeant, & recipiant Decanus, & Capitulum viginti quinque marchas Aquilejen. monetæ tantum. De residuo vero dictum Dominum Patriarcham duximus absolvendum. Item super eo quod præfati Decanus & Capitulum dicebant rusticos sive massarios suos, & terras eorum à præstatione copulatici non teneri, arbitrando definimus, sententiamus, & pronunciamus dictos Decanum & Capitulum, & quemlibet de Capitulo massarios, rusticos, colonos, & terras eorum, & cujuslibet de Capitulo communiter & divisim ad præstationem cujuslibet copulatici non teneri, & quod de cætero ipse D. Patriarcha & successores sui per se, nec per Officiales suos, dictos Decanum & Capitulum massarios rusticos, & colonos eorum, vel aliquem de Capitulo, vel massarium, rusticum, colonum, vel terram alicujus de Capitulo communiter, vel divisim ad præstationem alicujus copulatici non teneri, nec non compellat. Sed ipsos Decanum & Capitulum, & quemlibet de Capitulo, & massarios eorum communiter & divisim absolvimus à præstatione copulatici memorati. Deinceps de ipso copulatico per D. Patriarcham ab impetitione Decani, & Capituli ipsum D. Patriarcham duximus absolvendum. Item super eo, quod Decanus & Capitulum dicebat quod D. Patriarcha angariabat, molestabat, & gravabat per se, & Officiales suos massarios, colonos, & rusticos eorum in custodiendis Castris, Guaitis, Caraticis in compellendo eos stare juri coram se, & aliis muneribus & oneribus realibus, & personalibus. Cum & Pharao qui legis notitiam non habebat, omnib. aliis servituti subjectis Sacerdotes, & possessiones eorum non solum in libertatem dimisit, sed & alimonia eis de publico ministrabat, arbitrando definimus, sententiamus, & pronuntiamus, quod ipse Dominus R. Patriarcha, vel successores sui, aut Officiales eorum de cætero in custodiis Castrorum, Guaitis, & aliis muneribus, & oneribus realibus, & personalibus communibus & privatis, quæ superius facta sunt, quocunque nomine censeantur, rusticos, massarios, & colonos prædictorum Decani & Capituli, ad hujuscemodi servitia, imo servitutes potius non teneri. Et ipsos massarios, & colonos ab hujusmodi angariis, & præstationibus sententialiter duximus absolvendos, tempore tamen generalis guerræ in Forojulii si dicti Decanus, & Capitulum per Dominum Patriarcham ad exhibendum in curribus fuerint requisiti, dicti Decanus & Capitulum teneantur ipsi Domino Patriarchæ in curribus in Forojulii tam moderatum exhibere auxilium. Item super eo quod Decanus, & Capitulum petebat, quod dictus Patriarcha non confirmaret Episcopos, & alios inferiores Prælatos eis requisitis, eundem Dominum Patriarcham à præfata petitione duximus absolvendum, eisdem Decano, & Capitulo jus confirmandi Episcopos, & alios inferiores Prælatos, & alia omnia & singula, quæ consueverunt habere, & facere tempore vacationis ecclesiæ reservamus. Item

sententiamus, & arbitrando præcipimus, quod præfatum Capitulum infra dies 8. per . . vel Procuratorem legitimum dare & cedere debeat præfato Domino Patriarchæ omne jus, omnemque actionem, quod & quam habent, vel habere possunt contra quaslibet personas, quæ prædictæ Aquilejensis Ecclesiæ vacationis gesserunt officia ad Patriarchatum Aquilejensem quocunque nomine censeantur. Item super eo quod dicti Decanus & Capitulum dicebant & petebant, quod præfatus D. Patriar. statuta, seu constitut. in spiritualibus non condat, seu faciat ipsis Decano, & Capitulo irrequisitis. Arbitramur sententiando, & definimus, quod D. Patriar. de cætero si qua statuta, seu constitutiones facere voluerit, requirat Decanum & Capitulum memoratos, & cum eorum consilio statuta faciat seu condat; cum hoc sacri Canones attestentur. Item super eo, quod memorati Decanus, & Capitulum petebant, quod Dominus Patriarcha & Officiales sui non prohiberent Nuntios Decani, & Capituli, & Mansionariorum emere pisces ad usum eorum, item præcipimus, arbitramur, & definimus, quod si Decanus, & Capitulum aut Mansionarii voluerint accipere ligna ad usum eorum de sylvis circumpositis Aquilejæ, D. Patriarcha, & Officiales sui, eos non impediant, vel perturbent. Item super eo, quod præfati Decanus, & Capitulum petebant centum marchas à D. Patriarcha, pro eo, quod ipse damnificaverat Capitulum, ut dicebant occasione procurationum. Arbitrando absolvimus dictum Dominum Patriarcham à petitione præfata. Item arbitramur, sententiamus, & definimus, quod si quando per legatos, & nuntios Apostolicæ Sedis imponuntur generales collectæ in solutione facienda, Dominus Patriarcha cum Clericis intelligatur includi. Item super eo, quod Decanus, & Capitulum petebant Canonicam portionem de omnibus, quæ bonæ memoriæ Bertoldus Patriarcha pro remedio animæ suæ dedit, seu legavit Ecclesiæ Aquilejensi, pro eo, quod massarios & rusticos Decani & Capituli, & quorumlibet de Capitulo à præsentatione copulatici duximus absolvendos. Et pro eo quod massarios, & rusticos Decani, & Capituli, & quorumlibet de Capitulo à custodiis castrorum Gaaitis, Caraticis, & aliis muneribus, & oneribus realibus, & personalibus quocunque nomine censeantur, de cætero pronunciamus esse immunes, dictum Dominum Patriarcham à præstatione hujusmodi canonica portione absolvimus, eisdem Decano & Capitulo super petitione præfata perpetuum silentium imponentes. Item præcipimus, & sententialiter definimus, quod quando Dominus Patriarcha petit aliqua sibi fieri per Decanum, & Capitulum, vel aliquem de Capitulo, si illud sibi negatur, nullum damnum det per se, vel per alios in bonis Decani, & Capituli, vel alicujus singularis de Capitulo. Sed aliàs cum eis ordinario jure procedat. Item præcipimus, & arbitrando definimus, quod D. Patriarcha Decanum, & Capitulum, vel aliquem de Capitulo non compellat ad aliquam militiam faciendam, præstandam, seu dandam. Tempore tamen generalis guerræ teneantur præstare D. Patriarchæ, sicut & alii Clerici suæ diœcesis in pecunia auxilium moderatum. Item absolutione tredecim marcharum, quas D. Patriarcha petebat de collecta ducenta cum marcharum quando ivit ad curiam, dictos Decanum & Capitulum ducimus absolvendos. Item absolvimus à solutione triginta marcharum D. Patriarcham, quas Decanus & Capitulum prædicti dicebant quosdam ex Canonicis expendisse quando iverunt in Boemiam ad præsentandum decretum D. Philippo. Item absolvimus D. Patriarcham in petitione centum marcharum, quas quidam Canonici expenderunt de bonis Capituli, ut dicebant, in prosequendo negotium D. Philippi, & pro petendo Pastore. Item absolvimus D. Patriarcham de triginta libris parvorum, quas Capitulum dicebat expendisse apud Paduam, & dictum Dominum Patriarcham teneri ad solutionem earum. Item absolvimus præfatum Dominum Patriarcham de duobus millibus marcharum, quas Capitulum dicebat se esse damnificatum occasione absentiæ ipsius. Et ab hoc ut tollatur omnis materia quæstionis, quæ super prædictis definitionibus oriri posset in posterum, reservamus vobis auctoritatem & potestatem declarandi, interpretandi, exponendi semel & pluries, si quid in suprascriptis definitionibus dubium, ambiguum fuerit, vel obscurum. Item præcipimus, quod hujusmodi sententiæ nostræ D. Patriarchæ, & Capituli sigilla pendentia apponantur. Prædicta vero omnia, & qualibet prædictorum præcipimus sub pœna in compromissorio expressa à partibus inviolabiliter observari. Quæ quidem pœna toties peti, & exigi possit cum effectu per partem servantem arbitrium à parte arbitrium nostrum servante quoties committetur in illum. Ego Valterius Civitatensis Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, & rogatus scripsi. Ego Paulus quondam Mag. Joannis de Mutina publicus Imperialis Aulæ Notarius prædictarum sententiarum, quas de verbo ad verbum ab originali instrumento scripto manu prædicti Valteri Notarii transcripsi fideliter, approbationi, & confirmationi interfui, & de mandato supradicti Domini Nicolai Patriarchæ sub ipsius appensione Sigilli, scripsi rogatus, anno Domini 1356. Indictione IX. die 20. mensis Decembris, præsentibus honorabilibus viris Dominis Nicolao Sabelicet Archidiacono ex Orsovien. Pragen. & Martino Plebano plebis . . . . Aquilejen. Diœc. Ancelloto & Zanino Mansionar. dictæ Aquilejensis ecclesiæ, & aliis. Actum in Capitulo dictæ Ecclesiæ Aquilejensis.



73 LUDOVICUS (1) Turrianus, Mediolanensis, Raymundi II. filius, Cassoni, & Pagani pronepos, Raymundi abnepos, Patruorum Patriarcharum gloria, generis nobilitate, ac virtute Vir clarissimus, ex Episcopo Coronensi in Patracensi Provincia ab Innocentio VI. ad hanc sedem Patriarchalem translatus anno 1358. 6. Idus Martii, habetur in Regest. Vatic. epist. 18. fol. 28. ann. 7. Is Patriarchalem sedem valde turbatam, pacatam reddidit. Recuperare etenim studuit bona, & jura à prædecessore Nicolao alienata, & obstricta pignori Mainhardo Comiti Goritiæ, in cujus gratiam Innocentius Pontifex, ne Aquilejensis ecclesia suis juribus orbaretur, has scripsit literas, tum ad Carolum IV. Imperatorem, tum ad ipsum Mainhardum Comitem, quas hic exscribimus ex Regesto Vaticano, LXXIV.

Innocentius &c.

Charissimo in Christo filio Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Boemiæ Regi illustri salutem.

Venerabilis frater noster Ludovicus Patriarcha Aquilejensis nobis exposuit, quod loca de Windergraz,

(1) Jacobus Caracciolus, Patritius Neapolitanus, S. T. Doctor, Concionator egregius, an. 1357. ab Innocentio VI. creatus fuit Patriarcha Aquilejensis, sed ante consecrationem Romæ obiit. Etiamsi Ughellus in tom. 5. Ital. sacræ nullam mentionem fecerit nostri Jacobi, tamen ut clare ostendit meus Torellus p. 31. tom. 6. sæcul. August. cum non recta Ughellus assignaverit tempus, in quo obiit Patriarcha Nicolaus de Lucemburg, & cum noster Jacobus post ipsum electus, consecratus non extiterit, ideo vera esse potuit electio ejusdem. *Gandulfus in dissert. de 200. script. August.*

graz, ac Trivin. & Trevia. ac VVipaci superioris, & VVipaci inferioris, nec non & Venzoni, ad ipsos Patriarcham, & Ecclesiam, ac Clusæ sitæ Mon. Mosacen. atque pedagium, sive muta, quæ inibi exigitur, ad ejusdem ecclesiæ fabricam cum eorum juribus, & pertinentiis pleno jure spectantia, per quondam patrem dicti Ducis detenta fuerint, & per Ducem eundem adhuc detinentur, indebite occupata in grave prædictorum Patriarchæ, & Ecclesiæ, ac fabricæ, qua Ecclesia ipsa propter diminutionem ipsius plus solito indigere dignoscitur, præjudicium & jacturam. Cum itaque deceat Imperialem magnitudinem se in recuperatione jurium Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum lætam, ac favorabilem exhibere, idemque Dux in magnis, & arduis inhærere suis consiliis, quod gratanter audivimus, asseratur, serenitatem tuam rogamus attente, quatenus dictum Ducem ad restitutionem locorum, & jurium prædictorum, eidem Patriarchæ libere faciendam, salutiferis suasionibus, & exhortationibus paternis inducas, ut laudabilia juventutis suæ principia, quibus ipse apud nos fide dignorum testimonio commendatur, per exhibitionem operis, indebite detenti juris alieni, tam prompta, quam benigna restitutio manifestet. Datum apud Villamnovam Avenionensis Diœces. 12. Cal. Julii anno septimo,

Innocentius &c.

Dilecto filio nobili viro Mainhardo Comiti Goritiæ salutem.

Licet ad vitandam Dei offensam, & ad præcavendum animæ tuæ periculum ab omnium Ecclesiarum oppressionibus debeas proculdubio abstinere, ab injuriis tamen, molestiis, & offensis Ecclesiæ Aquilejensis, cujus Vassallus diceris, eo tibi est diligentius abstinendum, quo illa tua præcipue fore mater, & domina perhibetur. Nuper siquidem exponente nobis venerabili fratre nostro Ludovico Patriarcha Aquilejensi didicimus, quod castrum Tulminium, Valle, & aliis suis juribus, & pertinentiis, quæ ad dictos Patriarcham, & Ecclesiam, pleno jure spectare dicuntur, prætextu obligationis, seu pignorationis, de iisdem tibi factæ per bonæ memoriæ Nicolaum Patriarcham Aquilejensem, per quem in præjudicium dictæ Ecclesiæ, & successorum suorum bona prædicta obligari, vel distrahi minime potuerunt, per te fuerint hactenus, prout adhuc sunt, indebite occupata, in animæ tuæ dispendium, & grave ipsorum Patriarchæ, & Ecclesiæ detrimentum. Datum apud Villamnovam Avenionensis Diœcesis 12. Kal. Julii anno 7.

Interea Fridericus Savorgnanus, initio Patriarchatus Ludovici, castrum Gronumbergi assequitur, Joannesque de Casunca nobilis perpetui Cubicularii Patriarchatus ministerii Congiario potitur: moventibus arma Bertholdo, & Henrico Spilimbergiis. Egregius hic Princeps, Dominusque serenus (ut narrant) Ludovicus Patriarcha, divino auxilio fultus cum suorum fidelium sollicitata cura, fecit funditus ruinare (ita legitur) castrum Zucculæ Dominorum de Spilimbergo. Eodem tempore Goritienses Comites cœperunt Patriarchatum vexare, & mox Albertus, Rodulphus, & Fridericus Austriæ, & Carinthiæ Duces ob sibi à Glebonensibus, & Pramperiis occupatam in faucibus montium Clausam, destructamque; Ventioni eorum Oppidi mœnia, numerosis cum copiis in Forumjulium contendunt, præmissis ad incursiones inferendas octingentis equitibus, atque Fridericus, & Rodulphus, admotis castris, Utinum petunt, cum quidam ex civibus in eorum potestatem alteram portarum tradere decrevissent. Extemplo castra secedunt, moxque controversiæ Imperatori Carolo IV. & ipsimet Rodulpho, terminandæ remittuntur, pacis obsidibus assignatis Francisco Savorgnano, & Simone Valvasorio, qui licet præstitissent juramentum de non recedendo Vienna, nihilominus cum subiisset suspicio, ne morte afficerentur, clandestine secesserunt. Patriarcha vero, cum & ipse aliquandiu detentus fuisset, jura Aquilejensis Ecclesiæ renuens alienare, dimissus Ungaricum Regnum cum Duce adivit, resque bene gerunt. Interim in Forojuliensi regione vi armata omnia redimunt; ovansque ipse in patriam rediit. In signum vero ita restauratæ rei Ecclesiæ, Deo auspice excuduntur numismata, triumphali monumento referta, obsignataque motu circumcirca, *Ecclesia restituta ex alto*. Tulmetium revera ipse muro vallavit, licet alii hoc opus Patriarchæ Raymundo adscribere maluerint. Aquilejæ Patriarchale instauravit Palatium, copiam, atque ubertatem refectis penuria temporibus fovit. Pacem cum Francisco Carraria Patavino Dynasta iniit. Et denique intestinis expurgata seditionibus patria, excessit è vivis 1364. cum annis sex, mensibusque duobus eximie sedisset. Cæterum Ludovicus fratres habuit, Lombardum Episcopum Vercellensem, Phœbum Secundum dictum Phœbesinum, qui à Nicolao Patriarcha jurisdictionem Montis Majoris supra civitatem Austriæ accepit, & Hermagoram Primum, ille idem, qui à Pagano Patriarcha recto regalique feudo Montis Carnegerudi cum Villæ jurisdictione cohonestatus, una cum Joanne Furiano patruele aperto Marte contra Bertrandum Patriarcham arma movit. Affuit idem in Insubria cum Pagano Patriarcha, cæterisque gentilibus suis Turrianis contra Vicecomites. A Senatu Veneto Veneta nobilitate donatus, de quo hæc Carmina extant.

Compressi Anguiferos persæpe livore furentes,
Liligeram Turrim qui quatiere diu.
Ac gravior cunctis nostratum ætate repressi
Cœtus Beltrandi Præsulis inter eos.
Savorgnana meam est quoque genus experta potentem
Hostilem dextram, consiliumque grave.
Insimul ac Utinum urbs mihi quæ momenta perennes
Conservat laudes, etsi inimica, meas.
Namque suos sæpe Optimates fœdera quærens,
Ad me transmisit, bellica signa timens.
Promeruitque simul Veneta cum fratribus esse
Inter fulgentes nobilitate viros.
Primo Lombardum, Phœbusinumque secundo
Enumeres, alter nam Ludovicus erat.
Vercellas primum, post hæc Aquileja sceptra
Tertius Antistes rexit, honore prior.
Pulchra Jeseraici patriis adjunxit amœna
. Arva locis: gestis clarus abique meis.
Quæ memorant homines si spectes, cætera pendas
Ætas quæ ignorat postera, & ergo silet.

Porro numisma æneum in Ludovici Patriarchæ gloriam excusum, ut supra diximus, ex una parte ipsum Patriarcham senili ætate, ex altera ejusdem militarem triumphum exprimit, cum hac inscriptione, *Ecclesia restituta ex alto*. (1) * Excessit Ludovicus Utinæ an. 1364. die 30. Julii. * Ex App. tom. 5.

74 MARQUARDUS Germanus nobilis Randecius, cognomento Nordlingus, Baro de Blonchingen, olim Bambergæ Præpositus, tunc Augustæ Vindelicorum Episcopus, vir, ut ait Candidus, Ingentis animi, singularisque virtutis, Cæsari Carolo IV. ita dilectus, ut ab eo Vicarius Italiæ sit constitutus. Quæ in ea dignitate, nondum ad Patriarchatum evectus, gesserit memoranda, unde ejus major gratia claruit apud Cæsarem, narrat Henricus Rebdorfordensis in Annal. *Anno* (inquit) 1355. *Imperator venit Romam absque omni resistentia, ubi* LXXV.

(1) Petrarcha de laudibus vitæ solitariæ scribens ad Philippum de Cabassole, qui creatus S. R. E. Cardinalis ab Urbano V. an. 1368. decessit an. 1372. inquit Jacobum Columnam inter Romanos nobilissimum, postulatum fuisse ad Patriarchatum Aquilejensem, ab eoque humiliter abstinuisse: quod recitat hisce verbis adscriptis in Opere Ciacon. tom. 2. pag. 567. *Rerum labentium contemptores præcipuis laudibus efferentes, inter quos Jacobum de Columna, qui ætate tunc juvenis, sed morum gravitate, & mortis vicinitate jam senex, cum ab omni ambitione remotissimus ad Episcopatum Papa jubente invitus, ut dicam coactus pervenisset, atque inde ad Patriarchatum Aquilejensem summus nobilium, ac totius populi concursu ac studio peteretur, ab Urbe Roma, ubi tunc erat, fratri scripsit, & fidis suis inter alios mihi iurans ascendisse altius quam vellet, neque unquam amplius ascensurum, nec illa multo post tamen ad cælestem dignitatem Christo vocante conscendit.* Hæc ille. Quando vero hæc contigerint nobis incompertum. *Laurentius.*

ubi in die Paschæ à Cardinali Hostiensi in Imperatorem coronatur in Ecclesia S. Petri, ac eodem die recedit ab Urbe dimissa gente sua; clam volens redire ad Alemaniam, non potuit, sed veniens ad civitatem Pisanam, ibique cum moram faceret, quædam progenies, vulgariter appellata Gambacurta, de occisione ipsius Imperatoris, & suorum turbæ cogitavit, & circa festum Pentecostes Palatium Pisanum incendio ignis comburi procuravit, ea quo arma antiqua, balistæ, & similia valde presiosa civitatis, ibi consumpta fuerunt. Post aliquot dies prædicta progenies commune civitatis contra Imperatorem provocant, & magnus rumor insurgit, in quo Imperator, & sui in mortis periculo extiterunt. Sed Marquardus Episcopus Augustanus una cum suis tamen paucis, primo erecto venillo, inimicos audacter invadit,& pugnans cum eis à mane usque ad vesperam, plures occiderunt, reliqui fugerunt. Sedato rumore duo ex prædicta progenie prænominati machinatores capti sunt in curia habitationis D. Cardinalis Hostiensis prædicti, qui alios suos accusaverunt consortes, & sic sendecim famosi cives Pisani capti sunt, & decollati; qui confessi fuerant, quod per hunc rumorem (si prosperati fuissent) Imperatorem, & Imperatricem, vere quidem in patibulis suspendere intendebant, & reliquos occidere. Propter quod dictum demolitæ sunt funditus habitationes eorum, & Imperator decessit de civitate Pisana, relinquens ibi loco suo Marquardum Episcopum Augustensem, & reversus est in Alemanniam Mense Junio. Anno 1356. mense Novembri post festum B. Martini Confessoris D. Marquardus Episcopus Augustanus suprascriptus, quem idem Imperator fecit Vicarium in Italia, qui ob debitorum Ecclesiæ suæ prædictæ reservationem, recedens de civitate Pisana, associavit se quibusdam armatis, qui se societatem appellabant, & Apuliam, & Tusciam, & Italiam, ac alias Provincias ibidem incendiis, rapinis, & hominum occisionibus devastabant, una cum hujusmodi societate ivit manu armata contra Dominos Mediolanenses suprascriptos, & captus est in bello ab iisdem Dominis Mediolanum deductus, & cum eo quingenti armati. Anno 1357. mense Majo dictus Marquardus Episcopus Augustensis liberatur de captivitate Domini Mediolanensis. Hactenus Rebdorfordensis. Rexit deinde Marquardus Augustensem Ecclesiam ad annum usque 1364. quo die X. Cal. Septembris in gratiam Caroli Imperatoris ad Aquilejensem Patriarchatum sublimatus est, & post annum quartum Augustensi Capitulo summa cum gratiarum actione eorum ecclesiam libere resignavit, quam inde retulere in Valterum, parentibus Heroe Hohensthilzio, & illustri Domina Randeckia Marquardi Patriarchæ sorore in Svevia natum. Interea suscepta à Marquardo Aquilejensis Ecclesiæ administratione, ad tuendam ecclesiasticam libertatem mentem adjecit, eorumque (verba sunt Candidi) opera usus est, qui ad rem animati erant. Ad Carolum Imperatorem profectus cum eo Utinam veniens multa obtinuit privilegia. Quæ, cæteraque omnia Odoricus Susanninus à secretis Antistitis diligenter, industrieque perquisita collegit, Aquilejensem thesaurum appellans, cujus vestigia secutus ætate nostra Robertus Salernius complura adjecit. Concordiensi Episcopo, successoribusq; Ducatus, Marchionatus, & Comitatus dignitatem approbavit. Guizelonem & Gerardum Caminates cum Ceneta, Opitergio, Seravalle, Vallemanna, aliisq; eorum oppidis patrocinio Aquilejensis ecclesiæ adscriptos recepit. Cum Januensibus, Ludovico Pannoniorum Rege, & Francisco Carrariensi, aliqui Leopoldum Ducem Austrium adiiciunt, fœdus per Oratores suos Ludovicum Comitem Helfinstaynum, Fridericum Purliliensem Comitem, Georgium Tortum Ticinensem, Acelinum Gubertinum equitem, & jureconsultum, & Nicolaum Spilimbergium contra Venetos iniit, in quos pecunias, & commeatus copiose subministravit, undique cum sociis hostes infestans; quibus Veneti Joannem Barbianum Cumi Comitem egregium copiarum Ducem in continente opposuere. Varia deinde per aliquot annos fortuna adversus Venetos pugnavit Marquardus, pluribusque recuperatis juribus ecclesiæ sibi creditæ libertatem impense defendit, cum ad id contra finitimos alios Principes armatas acies impulisset, pacemque inter Bavariæ Ducem, Augustanamque Rempublicam iniisset; & cum annis sexdecim in Patriarchatu sedisset, fato functus est anno 1381. Friderico Purliliensi Comite Vicedomino, vacante sede, Aquilejensem Ecclesiam regente. Cæterum nec silentio prætereundum puto, quid ad ipsum Patriarcham scripserit Urbanus V. Pontifex de servando ordine judiciorum, & administranda cum integritate justitia subditis Aquilejensis Ecclesiæ. Data est epistola anno 1364. ex Regest. Vatic.

Venerabili fratri Patriarchæ Aquilejensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod in civitate Aquilejensi, Utini, civitatis Austriæ, Glemonę, Venzoni, Marani, Montis Falconis, Sacilli, S. Viti, Medunæ locis, & nonnullis aliis locis, & terris, ac castris Castellenii, & oppidis patriæ Forijulii Aquilejensis Diœcesis tuæ temporali jurisdictioni subjectis in criminali, & civili temporali fere quædam abusiva consuetudo, quæ potius corruptela dici debet, inolevit, rectorum judiciorum quamplurimum perversiva, ex eo quia in judiciis antedictis tam in præceptis, monitionibus, interlocutoriis, & definitivis sententiis, quam alias quibuscunque aliis actibus judicialibus, Patriarcha, qui pro tempore est, & ipsius Officiales, examinare, cognoscere, definire, terminare, & alios actus judiciales facere ex ponderata, & matura deliberatione non possit, sed solum in quantum in instanti per astantes, seu majorem partem astantium indifferenter, & passim sive nobiles, ignobiles, & literati, illiterati, artifices, seu cujusvis alterius conditionis, dignitatis, & status homines existant, etiam per Patriarcham, seu ipsius Officiales in judicio præsidentes, non vocati, sed eorum motu proprio, vel ex causa temporalibus, quibus idem Patriarcha, & ipsius Officiales pro jure reddendo sedere continuerit, in loco judicii convenientes, & facta per partes, seu ipsorum advocatos, vel procuratores, atque omnibus, quæ ipsæ partes dicere, seu allegare in ipso instanti voluerint, respectu articuli causæ, de quo in termino ipsis pluribus statuto litigare contigerit, enarratis tunc ad vocationem Patriarchæ, seu Officialium ejusdem quasi more præconis eosdem astantes requirentium, quid in præmissis actibus, seu articulis judicialibus de jure vestro servatum, & dict. fuerit, ipso instanti nulla alia deliberatione præmissa, qualis & quantacunque fuerit causa, seu negotium in judicio deducto, non attentis iidem Patriarcha, & ipsius Officiales, ita & taliter, sicut per prædictos astantes, seu majorem partem dictum summatim extiterit, ipso instanti promulgare, & summarie tenent, ut ea, quæ dictorum astantium, sicut præmittitur, summatim major pars exstat per elevationem, & indicationem digitorum eorundem divisim, & successive factas demonstratur, ex quibus incaute, & absque congrua deliberatione, & sæpe cum fraude partium, & dictorum astantium convenientes in loco, & tempore judicii antedicti ad amicorum præsentiam, seu aliquorum potentium litigantium actus judiciarii interlocutionem sententiæ & definitionem, & præcepta indebite promulgantur. Nos igitur attendentes, quod consuetudo, quæ canonicis obviat institutis, nullius debet esse momenti, quodque sententia à non suo judice lata nullam obtinet firmitatem, ut tamen, quam Officiales tui prædicti in causis subjectorum tuorum, postquam tibi & ipsis de meritis earum constiterit, sententias proferre valeatis, sicut ordo postulat rationis, præmissa consuetudine non obstante, fraternitati tuæ auctoritate præsentium concedimus facultatem. Datum Viterbii 13. Kal. Augusti, anno 5.

A *ingressi sunt. Utinensium deditionem universa regio subsecuta est, atque Istria pari jure. Ubi paulo post Philippus Imp. ventris profluvio extinctus est, Justinopolique sepultus, cui mox Thaddæus Marchio suffectus. Cæterum Henestus Noricianus Comes Forojulienses imitatus; magna suorum caterva cum Venetias appulisset, honorifice susceptus est, erectoque pro foribus Divi Marci suggestu tota civitate spectante ab inclyto Principe veluti olim à Patriarcha Comitatus sui jura agnoscens sceptris vexillisque vetusto more insignitus sacramentum fidelitatis exhibuit. Ludovicum paulo post cum non parva militum manu per Clusiam erumpentem, iterumque per Noritianam viam cum quatuor millibus Pannoniorum reversum Veneti excepto Rosacio, & Mantiano, Carmini ola exercitus Imperatore, bis parvo negocio repulere. Qui cum postmodum apud Concilium Basileense Principes sollicitaret, ut restitueretur, Fantino Dandulo, & Andrea Contareno Venetorum Oratoribus eo nitentibus re infecta decedens, anno septimo institutionis obiit.* Hucusque ille. Itaque Ludovico Tecchio Patriarcha, Forumjulium, totumque fere Aquilejensis Patriarchatus imperium sibi in hunc modum subjecere Veneti.

80 JOANNES Vitellescus *a* Cornetanus ab Eugenio IV. Aquilejensi nobilitatus est Patriarchatu anno 1435. ac paulo post Florentino auctus Archiepiscopatu, tum Cardinalis creatus, legatusque Pontificis, plures tyrannos, qui ecclesiasticam jurisdictionem magna ex parte occupaverant, profligavit, exuitque malis artibus parta præda, cumque quaquaversum Vitellescus niteret victoriis, senescenti jam graviter Eugenio, incidit in suspicionem affectati pontificatus. Quamobrem illum comprehendendum mandavit; sed cum is, qui id in mandatis habebat, magis vulneribus, quam vinculis, Pontificis mandata auxisset, Vitellescus misere confossus, interiit anno 1439. simulque cum cæteris Sacerdotiis Aquilejensem Ecclesiam, quam nunquam vidit, absensque administravit, nolens volens reliquit. Consule quæ de eo supra narravimus tomo 3. in Florentinis Archiepiscopis.

a Hic reperom inter Patriarchas Aquilejenses enumeratur, cum nunquam ad hanc Cathedram fuerit evectus.

LXXXI. 81 (1) LUDOVICUS Scarampus *b* Mediarota Patavinus patria, Archiepiscopus Florentinus, Patriarcha Aquilejensis evasit die 12. mensis Januarii anno 1440. creatusque Cardinalis, ad multos annos hanc ecclesiam administravit, auctus omnibus opibus, dignitatumque titulis, quos antea Vitellescus infelix possederat. Hic Eugenio arctissima amicitia conjunctissimus, ad summas Ecclesiæ dignitates evectus ob insignia virtutum decora, quæ in eo emicuere, tum ob admirabilem gerendarum rerum peritiam, quam difficillimis muneribus explicuit, nam & Romanorum factiones repressit, ob quas Eugenius cucullo Benedictino indutus, fugam ex Urbe capessiverat, ditionemque ecclesiasticam à tyrannis laniatam in Æmilia Sedi Apostolicæ asseruit. Is omnium primus ex Veneta gente Aquilejense Patriarchale solium conscendit, cæterisque deinde Venetis ad id fastigium iter aperuit; adversarios tamen Venetos ipsos passus est. Gesserant illi cum ejus prædecessore gravissima bella, eumque demum sua ditione depulerant, ob quam rem maxima apud Basileensis Concilii Patres laborarunt indignatione, & antequam B illud solveretur ab Eugenio, spoponderunt Patriarchæ, si amicum nacti essent, pristina jura restituturos; veriti tamen postea inquietos Ludovici spiritus, ne sacramenti dejuratus, Patriarchalis Ecclesiæ defendendis juribus occasione, Venetam Rempublicam divexaret anathemate, ac Forumjulium armis repeteret, contra obluctati sunt, quos mulcere studuit Eugenius, hortatusque est suis ad Franciscum Foscarum Ducem datis literis, quas hic exscribimus ex Vatic. Regest. ut jura Patriarchalia redderent, ne divinas in se iras concitarent. En literæ.

b De hoc pariter Ciaconius Oldoini tom. 2. col. etc. & Thomasinus in elogiis illustr. viror. par. 1. p. 23. Mandos.

Eugenius &c.

Dilecto filio nobili viro Francisco Foscaro Duci Venetiarum.

Reversus ad nos dilectus filius noster F. Cardinalis Venetiarum S. R. E. Vicecancellarius multa retulit nobis de amplo honore sibi, & in eo nobis, ac Romanæ Ecclesiæ multipliciter impenso à Dominio, & civibus tuis, narravitque diligenter, quid tecum egerit circa C *singulas commissionis sibi factæ partes. Sed cum cætera suum habitura sint respondendi tempus, unum est quod differri non potest; id vero à remotioribus principiis, ideo repetemus, ut intelligere possis, si volet sua celsitudo, & consilium, ac civitas universa, nos eam rem tua magis, & civitatis illius patriæ nostræ, quam nostra causa, quæ vere credimus te memorem esse nos à die assumptionis nostræ ad summi pontificatus apicem tum per Oratores tuos ad nos missos, quam per nostros, qui aliquali ex causa ad te venerunt, semper tuam celsitudinem exhortatos fuisse, monuisse, ac requisivisse non solum tanquam pastorem, & animarum vestrarum patrem, sed tanquam ex civitate unum singulorum, aut filium, ut si misericordiam à Deo nostro, si pacem veram, bonam, atque utilem habere cupiebatis, ab hujusmodi rerum ecclesiasticarum retentione, ab aliisque prævaricationibus resipiscentes animam commendaretis. Accidit postea cum apud tunc Basileense Concilium Ecclesiæ Aquilejensis occasione multas magnasque incurristis agitationes,* D *tot postea, tamque magnas promissiones illas, quarum memor esse potes, per Oratores tuos publice feceris in ipso Concilio, in quo ex omni Christianorum natione Oratores, & viri præstantissimi affuerunt; procedente postmodum tempore, cum ab eodem Concilio excommunicationis laqueo innodati, & per orbem publicati fuissetis, non levem infamiam, neque contemnendum incurrimus odium, vos ad cautelam tam leviter absolvendo, & postquam vestræ contentiones cum Patriarcha illo inveteratæ erant, ipseque in multis honestatis terminos fuerat prætergressus, nullam vobis de hoc Patriarchatu molestiam ipso vivente dedimus; eo autem defuncto, timentes id quod magna jam ex parte evenit, ne aliqui illum peterent magnates vestræ Reipublicæ inimici, scripsimus vobis, ut cum eidem Eccle-*

(1) Alexander Zamoviti Polonus Moscoviorum Ducis filius, in secunda promotione Pseudo Cardinalium ab Antipapa Felice recensetus legitur an. 1440. Episcopus Tridentinus, qui aliquorum testimonio eum asseratur Aquilejensis Patriarcha, & nullus ei superest locus in hac legitimorum Antistitum serie, facilius partibus schismaticorum inhærens conjicere licet ad id fastigii ab Antipapa aliquando evectum fuisse. De eo in Ciacon. oper. tom. 2. pag. 930. *Laurentius*.

Ecclesiæ unum dare constituissemus, qui cum vester esset totus, nemini tamen adeo foret suspectus, quia honoris vestri rationem habuisse videremur, velletis vos disponere ad Ecclesiam ipsam cum suis juribus ipsi Patriarchæ consignari. Et postea pronuntiato in Patriarcham Venerabili fratre Ludovico tunc Archiepiscopo Florentino, per literas primum, deinde per dilectum filium Magistrum Joannem Carvajal Sacri Palatii causarum Auditoris, & postremo per supradictum Cardinalem Venetiarum suasionibus apud vos, precibus, & quibuscumque potuimus modis institimus, ut dictam Ecclesiam cum juribus, & bonis suis dicto Patriarchæ consignaretis; quæ autem fuerit responsio vestra, vos omnes scitis, & nos ob doloris, admirationisque magnitudinem nunc referre desinimus, sed rationes sæpenumero scriptas, & per nostros Oratores supradictos nostro nomine vobis dictas, ideo nunc replicare libet, ut si post nostram provisionem, quam rationabiliter in hac re statuimus, quidquam vobis adversi evenerit, vos ipsos & neminem alium incusetis, qui nostris consiliis, precibus, & suasionibus à summa in patriam charitate profectis nolueritis acquiescere. Diximus sæpe & identidem affirmamus offendi à Dominio illo Deum nostrum in occupatione Aquilejensis Ecclesiæ, nec dubitari debere, quin à majestate Divina ipsam misericordiam, quæ in vestris laboribus exinde minorem lentioremque habeatis, nam etsi certissime probatum est experimento, Deum ubique illis irasci, à quibus ecclesiarum jura impediuntur, hoc enim sæpenumero audivimus majores nostros dicere solitos, & civitatem nostram, & omnes alias, qui Ecclesiæ Aquilejensis terras, & jura molestarunt, aliquod passos esse evidens detrimentum. Læditur secundo loco noster & Apostolicæ Sedis honor adeo ut temporibus istis, quæ, ut nosti, turbulentissima sunt, non parva calumniatoribus nostris præstetur occasio de nobis murmurandi, qui dicimur sponte permittere, quod præstans hæc inter Italiæ ecclesias à secularibus, & uti dicunt ipsi, tyrannice teneantur. Affert item suo illi dominio, & civitati ea retentio dedecus & infamiam per Christianum orbem maxime attentis promissionibus tam à te & publice factis per Oratores tuos in Concilio tunc Basileensi, in quo, ut diximus, tunc aderant in universo Orbe præstantes viri, qui nunc talia in tuum, nostrumque dedecus prædicare non desinunt, & nisi aliter fiat, continuò pejus dicent; eam vero infamium, ut ultimæ huic particulæ primo satisfaciamus, utrum negligas, nescimus, sed nos certe tenemus abesse non posse, quin istis temporibus Deus totis sensibus colendus maximu nunc innocentia placari oporteret. Quantum attinet ad honoris nostri partem, quæ fuit secunda, dicimus eos judicio nostro non esse tam pauca de vobis meritos, ut non potius debeatis hanc rem nostram, & non vestram, tam sanctam, tam justam, tam rationabilem, à vobisque toties promissam facere, quam permittere, ut ipsius rei occasione ab æmulis susurronibusque, & quidem si id neglexerimus merito laceremur, præsertim quando constet damna nostra in vestrum etiam caput redundare. Respondent vero, ut audivimus, nonnulli ex vestris vera esse, & ita se habere quæcunque sunt dicta superius, sed obstare, & ne petitioni nostræ annuatis, suadere temporum conditiones, quoniam periculosum nimis videatur patriam Forijulii tanto labore, tantisque impensis quæsitam in Patriarchæ unius potestate relinquere, hoc præsertim tempore, quando tam multos in circuitu habetis hostes; quæ quidem responsio nos ad instandum ardentiores facit, cum penitus sint contraria rerum vestrarum, quam nos certe non minus quam vestrum quisque, & quærimus, & optamus. Neque enim dubitabit aliquis, qui animum à passionibus semotum habeat, quin multi, imo omnes, ex iis, qui terris patriæ sunt vicini, diligentius abstinent à lædendo patriam Forijulii suo Patriarchæ subjectam, quam, si eam viderint, à vobis, ut dicunt, tyrannice possideri, ac Venetorum commodo statutus erit locumtenens quispiam ex Concilio Venetorum; nos autem, qui id in homine alienigena, & vobis ignoto fortassis fateremur, dicimus Patriarcham hunc à nobis hoc tempore datum, quæ non ignoratis, Venetum esse à nemine ex his aut fide, aut charitate erga patriam, aut diligentia superari posse, cum tamen ultra finem, & diligentiam, & ultra Patriarchalem auctoritatem aliquid in necessitatibus adiicere possit ad patriæ Forijulii defensionem, à Romanæ Ecclesiæ juribus, & auctoritate, à propriisque quas habet, facultatibus, quod nullo modo nobilis quispiam en suo consilio facere posset, habes; ex supradictis causis habes rationes, quæ nos impulerunt, ut cum vacaret Ecclesia Aquilejensis, potius præficeremus illi venerabilem fratrem, qui nunc est, Ludovicum Patriarcham Venetum, quam aut ipsam diutius pateremur, quod nullo modo fieri potuisset, aut cogeremur aliquem en petitoribus ejusdem, quorum nullus satis tibi fidus fuisset, facere Patriarcham; unde nisi passionibus ducimini, intelligere potestis, nos neque propria utilitate ductos, neque ut nostro familiari benefaceremus, quod Dei gratia aliter, & multis modis possibile nobis fuit eam provisionem fecisse, sed potius, ut in uno, eodemque negotio satisfaceremus honori nostro, qui de tantæ diu à secularibus Ecclesiæ Aquilejensi cum vacavit, Patriarcham, qui patria fide, affectione, animo, voluntate non minus esset Venetus, non minus honoris status, & utilitatis Venetiarum patriæ, quæ nos genuit, in omnium eventum rationem esset habiturus, quam quilibet en illis, quos tuum dominium mittere pro locumtenentibus consuevit, eam rem tantopere optabilem, tantopere illi dominio amplectendam, tum multis, ut nosti, quæsivimus modis, nec tamen impetrare potuimus, & licet sciamus nos, quantum ad nos, attinet, apud Deum, non tamen in hoc gaudemus, quia quanto magis excusati sumus in non tacendo, tanto magis aggravatum est peccatum vestrum in non parendo justis, piis, salutaribus monitis nostris; nec tamen ideo aut permissuri sumus, quod ipse venerabilis frater Ludovicus Patriarcha in vim juramenti nobis, & ecclesiæ præstiti facere tenetur, contra vos procedat, aut nos sententiam excommunicationis fulminabimus, velut civitatem, ut par esset, ecclesiastico subiiciemus interdicto, cum potius en animo doleamus vos excommunicationem ipsam in gravi forma ipso facto incurrisse. Sed cum honorem vestrum usquequaque etiam velimus, Patriarcham prædictum ad aliam transferemus dignitatem, & sic dimittet Patriarchatum Aquilejensem, quem tamen cum sit en principalioribus Imperii dignitatibus velimus, nolimus, cogemur dare ad requisitionem Regis Romanorum. Qui autem ille sit futurus, hucusque ignoramus. Sed unum scimus, quia Venetus non erit, prout nec unquam antea nisi hic noster quispiam fuit, & licet etiam eo casu diligenter curaturi sumus, ut vobis sit amicus, quem faciemus. Utinam, ne rei natura nostram superet potentiam, & pro amicissimo vobis veniat inimicus. Datum Florentiæ 3. Idus Martii anno X.

His paternis Eugenii monitis incitati Veneti, cum Patriarcha melius agendum putarunt, & concordiæ cupidi ipsum ad eam perpetuo sanciendam invitarunt. Verum ille auctus ab Eugenio dignitate, legatusque in Aquilejensi ac Gradensi Provinciis, tum ad Philippum Mariam Mediolanensem, & ad Ducem Januensem, Rempublicamque Florentinam constitutus, optatissimam rem, haud pridem quam munus legationis obiret, non valuit adimplere. Qua vero gratia, quave auctoritate Ludovicus apud Eugenium floruerit, docent cum relatæ literæ, tum sequentes, quæ extant in Regest. Vaticano, quibus persultus perbelle munus sibi demandatum obivit.

Eugenius &c.

Ludovico tit. S. Laurentii in Damaso presb. Card. Patriarchæ Aquilejensi Camerario nostro A.

S. L. &c.

Summo desiderio cupientes, ut inter dilectos filios nobiles viros Philippum Mariam Angelum Ducem Mediolani, & Ducem Januæ, & Florentinos

bonum pacis sublatis dissensionibus inter eos, & scandalorum materiis, vigeat, ac pax, & concordia statuatur, firmetur, & roboretur, ac sperantes in Domino, quod id per opus tuæ sapientiæ facilius, Deo dante, poterimus consequi, te quem potentem opere, & sermone in magnis expertum, & arduis scientiæ claritate conspicuum, bene gerendarum rerum experientia, & maturitate consilii insignitam, ac morum gravitate, plurimarumque virtutum donis illustrem, in cujus affectibus geritur pacem ponere inter dissidentes, & bellorum materiam inter discordes pexitus submovere, nostrum & Apostolicæ Sedis Legatum in Aquilejensi, & Gradensi Provinciis de fratrum nostrorum consilio, tanquam pacis Angelum facimus, constituimus, & etiam deputamus, teque ad easdem Provincias cum plenæ legationis de latere officio destinamus, ut in eis divellas, & destruas, dissipes, & disperdas, ædifices, & plantes, ne statuas salubriter, & ordines in nomine Domini, prout tibi pro bono pacis, & concordiæ hujusmodi consequendo, & statuendo, gratiæ cælestis infusio, & tua etiam providentia ministrabit, omnes & singulos Principes, Marchiones, Comites, Barones, communitates, & populos, & alios universos & singulos provinciarum discordes, & dissidentes ad hujusmodi pacem, & concordiam, & earum observantiam salubriter exhortando, ut in mutua fraternæ dilectionis charitate, & benevolentia conquiescant. Tibi preterea omnia quoque, & singula agendi, tractandi, & perficiendi quod ad cultum Dei, exaltationem catholicæ fidei, nostrum & Apostolicæ Sedis honorem, necnon ad recuperationem status Ecclesiastici, & præcipue civitatis nostræ Bononiensis, Comitatus, & districtus, ac provinciæ Romandiolæ; observantiam canonicarum sanctionum, & redintegrationem ecclesiasticæ libertatis, honestatis, & morum decus, relevationem Ecclesiarum ac locorum Ecclesiarum, pauperum, fidelium defensionem, reproborum exterminationem, salutem animarum, ac prosperam statum dictarum Provinciarum, quomodolibet pertinebunt, necnon reformandi, corrigendi in eis spiritualiter, & temporaliter, quæ correctionis, & reformationis officio videris indigere. Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1441. pontificatus nostri anno XI.

Interea Ludovicus quietis, ac pacis cupidus, Aquilejensis Ecclesiæ omnibus juribus consulte pensatis, civile dominium Venetis cedendum putavit, cum annua trium millium scutorum aureorum pensione sibi à Venetis, suisque successoribus ex publico ærario persolvenda, itemque eidem Aquilejam, S. Vitum, ac S. Danielem pleno jure dimitterent: inde enim prævidebat, à Venetis æque ac à prædonibus Turcis tranquilliorem rem sibi futuram. Peractum autem est, publico transactionis documento, pergrande hoc negotium anno
a 1445. 1444. *a* Senatus vero Venetus, auctore Francisco Foscaro Duce, Ecclesiæ, Capituloque Aquilejensi æqui, bonique consulens, jura eorundem illibata servavit, scriptis literis Forijulii provinciæ Gubernatori, in hunc, qui sequitur, modum.

Franciscus Foscarus Dei gratia Dux Venetiarum &c.

Nobilibus, & sapientibus Viris Matthæo Victuri de suo mandato Locotenenti Provinciæ Forijulii, & successoribus suis fidelibus dilectis, & dilectionis affectum. Sicut vobis notissimum esse patet, devenimus ad transactionem, & conclusionem transactionis, & concordiam dudum practicatam cum Reverendissimo Domino Cardinali Aquilejensi, Camerario Apostolico, in facto Patriarchatus, & patriæ Aquilejen. Per quam transactionem sibi damus, & libere relaxamus terras Aquilejæ, S. Danielis, S. Viti, & eorum dominium in spiritualibus, & temporalibus, sicut per alias nostras, & per copiam instrumenti videre poteritis. Verum vobis declaramus, & mandamus, quod omnes jurisdictiones, jura, & consuetudines Capitulorum, & Canonicorum Aquilejen. Civitaten. & Utinen. observetis, & faciatis inviolabiliter observari, sicut & alias vobis, & prædecessoribus vestris scripsimus, & mandavimus. Nam per hanc concordiam, & transactionem dictis eorum privilegiis, jurisdictionibus, & consuetudinibus in nihilo derogatur, imo volumus quod eis manuteneantur, & observentur, sicut temporibus Patriarcharum præteritorum, & tempore nostri dominii usque ad hodiernum diem conservatæ fuerunt, & si forte aliquid innovatum, vel immutatum esset, faciatis in pristinum statum, & conditionem omnino restitui, ac per futura tempora observari. Datum in nostro Ducali Palatio die 28. Julii, Indict. 8. anno 1445.

Hæc, quæ Foscarus sanxit, suo etiam diplomate firmavit deinde Christophorus Morus Dux anno 1467. Marco Barbo Cardinali Patriarcha sedente, mandans David Contareno provinciæ Forijulii Locumtenenti, ut quæ ab suis antecessoribus in favorem Capituli, & Canonicorum Aquilejensis ecclesiæ firmata fuerant, inviolabiliter ab omnibus, & sancte haberentur.

Anno 1460. Canonici Aquilejenses à Ludovico impetrarunt confirmationem privilegiorum, & jurisdictionum ab antecessoribus Patriarchis, Pontificibus summis, ac Imperatoribus iisdem concessis: ob eam causam legatis ad eum missis Ladislao Comite de Purliliis Decano, & Philippo Veneto Canonico Ecclesiæ Aquilejen. Ludovici hujusce rei confirmationis diploma tale est ex citato codice exscriptum.

Ludovicus miseratione Divina tit. S. Laurentii in Damaso Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Patriarcha Aquilejensis, D. Papæ Camerarius, dilectis filiis Decano, Canonicis, & Capitulo nostræ Ecclesiæ Aquilejensis salutem in Domino sempiternam.

Cum nonnunquam juris rigor ex causa relaxetur, pluraque nos admoneant, ut cum justa petunt, facilem se quisque exhibeat ad concedendum, dignum arbitramur, ut cum per vos à nobis ea humiliter postulentur, quibus pacifice diurna colantur officia, benigne votis, ac petitionibus vestris annuamus. Visis igitur petitionibus, & supplicationibus Capituli vestri præfati nobis pro parte sua per dilectos filios Ladislaum Comitem de Purliliis Decanum, & Philippum Venetum Canonicum Ecclesiæ nostræ Aquilejensis præfatę debita cum reverentia exhibitis. Volumus ut privilegia, quæ ipsi Capitulo à Pontificibus, & Imperatoribus Romanis, ac prædecessoribus nostris concessa sunt, & statuta, quę per prædecessores nostros approbata, & hactenus observata fuerunt, de cætero inviolabiliter observentur, & intacta. Necnon jurisdictionem, quam habent in certo loco intra civitatem Aquilejensem nuncupato Palatunce pacifice retineant; quæ omnia auctoritate nostra de novo confirmamus, & approbamus, atque concedimus perpetuo valitura; volumus insuper potestatem, quam hactenus præfatum Capitulum habuit in ejus subditos Vicarios, & Capellanos institutos in plebibus, & Capellis sibi concessis, & unitis, instituendi, & destituendi, & corrigendi, de qua potestate tam per scripturas antiquas, & novas; quam alias nobis extitit facta fides, per ipsum Capitulum posse exerceri, nec super hoc molestentur ullo colore. Mansionariorum antedictæ Aquilejensis Ecclesiæ ad ipsum Capitulum jurisdictionem pertinere volumus pariter & destitutionem, eorumque excessus, & delicta per ipsum Capitulum cognosci, castigari, & debita animadversione puniri. Itemque de causis civilibus decernimus Canonicos prætrrea dictæ Ecclesiæ civiliter, & criminaliter coram suo Capitulo permittimus conveniri, ac etiam de eorum delicto quocunque modo deducto per ipsum Capitulum corrigi, his exceptis, quæ depositionem mererentur, eo tamen adhibito moderamino, ut si per dictos errores, & delicta tempore commissionis, seu perpetrationis infra quindecim dies Capitulum cognoscere postposuerit, ex tunc non possit se intromittere, & idem per omnia circa Mansionarios volumus observari. In his tamen prædictis omnibus, & singulis appellatione, ac debita obedientia, ac reverentia no-

bis,

bis, & nostris successoribus servatis. In quorum omnium fidem, & testimonium has præsentes fieri fecimus, & nostri majoris sigilli jussimus appensione, & muniminе roborari.

Datum Senis in Domibus nostræ residentiæ die 12. mensis Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pii Divina providentia Papæ II. anno secundo.

A Obtinuerunt deinde Canonici à Pio II. Pontifice confirmationem annexorum, & incorporationum plebium, & Ecclesiarum per Romanos Pontifices, Imperatores, & Patriarchas Capitulo concessorum anno 1460. à quo etiam obtinuerunt confirmationem privilegiorum, libertatum, & immunitatum, quæ ab iisdem Romanis Pontificibus, & Imperatoribus, ac Patriarchis elargita fuerunt. Diplomata Pii ex eodem codice hic damus.

Pius Episcopus servus servorum Dei.

B *Dilectis filiis Decano, & Capitulo Ecclesiæ Aquilejensis salutem, & Apostolicam benedictionem. Universalis Ecclesiæ regimini licet immerito, disponente Domino, præsidentes nostræ sollicitudinis studio libenter efficimus, quod Ecclesiarum omnium, præcipue Patriarchalium status non solum decenter conservetur, verum etiam prosperetur ubilibet, & continuis proficiant incrementis, ac iis, quæ propterea processisse comperimus, ne ipsarum decentium rerum carentia devenustet, Apostolici muniminis adjici volumus firmitatem. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, necnon Patriarchæ Aquilejenses, qui fuerunt pro tempore, pro ipsius Ecclesiæ, ac personarum in ea degentium incommodis, & necessitatibus sublevandis, & ex certis aliis rationabilibus causis, quasdam plebes tunc expressas cum Capellis eis annexis mensæ vestræ Capitulari perpetuo univerunt, annexuerunt, & incorporaverunt, prout in diversis tam Apostolicis, quam Patriarchalibus literis desuper confectis dicitur plenius contineri.* C *Cum autem sicut eadem petitio subjungebat uniones, annexiones, & incorporationes prædictæ suum plenarium fuerint sortitæ effectum, vosque tam literarum earundem, quam desuper habitorum processuum vigore, plebium, & Capellarum ipsarum, corporalem possessionem assecuti extiteritis, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro unionum, annexionum, & incorporationum prædictarum subsistentia firmiori, atque vos, Vicarios, & Capellanos in plebibus, & Capellis præfatis institutos pro tempore, eo magis ad deserviendum eis in Missis, & aliis divinis officiis inducere, ipsosque ab excessibus cohibere valeatis, vobisque Vicarios, & Capellanos in plebibus, & Capellis præfatis, quoties eas pro tempore vacare contigerit, instituere, & ex causis rationabilibus destituere libere & licite valeatis, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, uniones, annexiones, & incorporationes præfatas, una cum exercitio curæ animarum Parochianorum, plebium, & Capellarum earundem auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, &* D *confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, & nihilominus vobis personas idoneas in Vicarios, & Capellanos plebium, & Capellarum earundem demeritis exigentibus, eas destituendi, & amovendi potestatem, ea auctoritate concedimus per præsentes, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

Datum Petrodi Senensis Diœc. anno Incarn Dominicæ 1460. Idibus Junii, Pontif. nostri anno 2.

A *Pius Episcopus servus servorum Dei.*

Dilectis filiis Decano, & Capitulo Ecclesiæ Aquilejensis salutem & Apostolicam benedictionem. Ad hoc divina miseratione (licet immeritos) supernæ potestatis Ecclesiasticæ principatum præ cæteris mortalibus obtinere disposuit, ut cunctarum in Catholica fide manentium Ecclesiarum insignis præcipue Patriarchalium, & honore fulgentium jura non solum ubilibet conservemus, verum etiam illa, & quæ à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus pro earum vetustate, commodis, & decore, sive alias eis concessa sunt privilegia, & immunitates, eorum inhærendo vestigiis, cum à nobis petitur, nostro etiam munimine consolidemus. Hinc est quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, omnes libertates, & immunitates ab ipsis prædecessoribus nostris, sive per privilegia, sive alias indulgentias vobis, & Ecclesiæ vestræ concessas, ipsiusque Ecclesiæ statuta, & consuetudines laudabiles, necnon secularium exactionum olim à Romanorum Imperatori- B *bus, sive à moderno, & qui fuerunt pro tempore ipsius Ecclesiæ Patriarchis, aut alias vobis, & Ecclesiæ præfatæ quomodolibet, & quavis auctoritate indulta, privilegia, jurisdictiones, libertates, & exemptiones una cum jurisdictione, dominio & potestate, vobis tam in loco Palacrucis infra limites civitatis Aquilejæ insisten. in quo illiusque incolis, & habitatoribus subjectis competentibus auctoritate Apostolica, tenore præsentium ex certa scientia approbamus, & confirmamus, eisque nostri muniminis adjicimus firmitatem: supplentes tam juris, quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

Datum Senis anno Incarn. Dom. 1460. Non. Augusti, Pontificatus nostri anno....

C Cæterum Ludovicus Card. Patriarcha è rebus humanis eximitur Romæ anno 1465. sepultusque est apud S. Laurentium in Damaso, cujus supra meminimus in Archiepiscopis Florentinis. Nec silentio involvendum puto, quod de eo scripsit (rude tamen) Gaspar Veronensis lib. 2. de gestis temporibus Pauli II. qui M. S. asservatur in Bibliotheca Francisci Cardinalis Barberini. *Ludovicus* (inquit) *Patavinus, Patriarcha Aquilejensis ab Eugenio creatus, quem, ut fama fert constantissima, nemo unquam jam negaverit omnium pene mortalium Italorum fuisse ditissimum: posthabitis tamen Principibus terrarum, & Cosmo Florentino. Quem quidem Patriarcham probe Petrus Barbus nunc Pontifex summus, atque dignissimus noverat à vertice ad plantas, & sub Eugenio IV. & post. Nam cum Eugenius Florentiæ curiam collocasset post decessum ab Urbe Ferraria, illud constat Ludovicum Patavinum necem Petro Barbo summis viribus esse conatum. Quod cum non successisset, ad vota deinde* D *semper indoluit, nec ulla lætitia affici potuit. Verum aliorum tempore Pontificum, qui secuti sunt, res atque indignationes discordiæque parumper sedatæ videbantur. Malo etenim in Paulum animo, & prava mente Patriarcha revera semper fuit, & aptissimus simulator, ac dissimulator, nec ulla alia ratione diem suum obiit, quam dolore ingenti atque summo mærore, quod Barbus summus Pontifex evasisset. Ille fuit, ut gladius, quo confossus est, ut medicus, & qui ei assistebant, apertissime censuerunt, quod Cardinalis S. Anastasiæ, Joanni Aretino subdiacono Pontificio, & Gaspari Veronensi non dubitavit asserere: ejus facultates (de Patriarcha loquor) cum essent immensæ, & ultra ducenta millia aureorum, parvulam particulam Ecclesiis, & pauperibus dereliquit: sicut nec in vita indigentibus, & inopibus distribuere conatus est. Testatus pene omni consilio & ratione carens Scarambos Ludovicum & Nicolaum hæredes instituit, quos pene à pueritia educaverat*

ad fisti res Aquilejensis agnoscendas allenit. Sequitur post alia idem Auctor. *Pontifex noster* (*Bertrandus*) *à concilio Patavino non multis comitantibus rediens, cum Aquilejensis civitatis ob aeris insalubritatem pene destitutæ reliquias Utinam sic transferendas censuisset, ut aboliso prorsus Utinati nomine Aquileja nova nuncuparetur. Ubi ad Richinvelib à Spillmbergo quatuor milliariis juxta pagum Dominum applicuit à militibus Noriciani Comitis, ac plerisq; nobilibus quinq; lethalibus vulneribus illatis interficitur an. 17. men. XI. pontificatus. Corpus currui impositum duabus meretricibus, ad caput altera, altera ad pedes constitutis, Utinam misere. Utinenses vero effusis obviam cunctis, id tanquam divinum Numen honorificentissime multis lachrymis exceperunt, atque in maxima Divæ Virginis æde marmoreo conditorio, quod ad reponenda Hermagoræ sacra ossa extruxerat, condidere, quinque illud marmoreis simulachris sustinentibus. Cujus Viri Sancti coruscantibus meritis innumerabilia miracula conspiciuntur. Qua cæde animadversa Dux Austriæ è vestigio Vorlicum Valtæum procerem cum valido exercitu in Forojulium mittit, ne quam ab internis finitimisque hostibus calamitatem* (*donec gratus Antistes crearetur*) *acciperet.* Hæc ille. Id Cortusiorum Historia de oovitatibus Paduæ & Lombardiæ lib. 10. cap. 3. compendio narrat ad aooum 1350. quo diem suum functus est Bertrandus 7. Junii. *Bertrandus*, inquit, *Guasconus Aquilejensis Patriarcha vir probus, & sapiens, & Comes Goritiæ, inter quos erat magna discordia, coram Domino Legato, & Domino Paduæ mense Madii convenerunt, & multum fuit de juribus partium disputatum, sed nihil potuit expediri. Tunc multi Castellani de Forojulii erant rebelles Domino Patriarchæ. Dominus vero Patriarcha equitabit Sacillum iturus Utinam cum ducentis galeis. Contra eum pugnarunt ejus rebelles cum gentibus de Goritia, & debellatus fuit Dominus Patriarcha, capti fuerunt multi divites, & nobiles Castellani, in quorum numero fuerunt Gherardus de Cucagna, & Federicus de Savorgnano. Ipse vero Patriarcha captus, fossus gladio a quodam de Villalta obiit statim. Fuit hoc 1350. die 7. mensis Junii.*

LXXIII. 72 NICOLAUS deinde de Luxemburgo Regiæ Bohemicæ princeps spurius è Regio sanguine magnanimitatem hausit, susceptamque natalium labem virtutum ornamentis texit. Is à Clemente VI. anno 1350. 11. Kal. Novembris ad Caroli fratris Bohemiæ Romanorumque Regis preces ex Episcopo *a* Neuburgensi ad Patriarchale solium evectus est, ut Aquilejensem Ecclesiam à finitimis Principibus laniatam tueretur, pristinisque juribus restitoeret. Passus est æmulum Austriaci Ducis Scrinio præfectum, qui ad eam dignitatem anheiabat, Rodulphi Principis armis fultus, quibus universam ferme ditiooem, qua vi, qua deditione cepit, Utino, & Aquileja exceptis. At illius ambitio demom elosa est, potitusque Patriarchali fastigio Nicolaus Betrandi prædecessoris, cui Beati nomen cœlestes editæ virtutes apud Aquilejenses pepercre, iniquam mortem ulcisci aggressus est; quo persusi terrore adversarii miscere illi venenum pertentarunt: sed detectæ eorum fraudes, compressæque armis molitiones, eorundem arces, quibus se tutam putabat improbitas, æquatæ solo, & in justæ ultioois trophæa commotatæ. Nec mious consultum à Nicolao sacrorum majestati, religionisque dignitati, atque ita gratum cœlo se reddidit, ut pluribus cœlestibus visis admonitus sit, ut ejusdem Bertrandi ob defeusionem ecclesiasticæ libertatis cæsi corpus exploraret. Paruit Nicolaus, cumque evoloto unius anni fluxu sepulchrum reserasset, sacrum illud pignus omnis corruptionis expers reperit, ingentique pietatis sensu delibutus, illud in Patriarchali solio mitra, baculo, cæteroque apparatu sacro exornatum collocavit, defixis pro stupore adstantium animis. Altero etiam vertente anno, cum prædecessoris corpus nullo peruncłum balsamo, iterum immune corruptionis eruisset, sacris ornamentis decoratum, in altari statuit ob iogentia miracula, quibus Bertrandi gloria in dies efflorescebat; maximusque Germanorum, Uogarorum, Sclavorum, Italorumque concursus ad eam celebritatem confluxit, tantique animorum motus ex pio eo spectaculo concitati sunt, ut piis vocibus ad cœlum elatis ecclesia tonare, testudineaque moles ruere videretur. Italicam expeditionem meditante Carolo Cæsare fratre, ut imperii jura, quæ tyranoi Itali, & Ghibellini nomiois fuco, Cæsareæque Majestatis defensæ lenocinio invaserant, recuperaret, augustalibusque insignibus Romæ à Pontificiis legatis cingeretur, cum Vicecomites Mediolanenses oisi vi & ferro parituri putareotur, Nicolaus Aquilejensis una cum Gradensi & Constautinopolitano Patriarchis ferream coronam Modœciæ ab Innocentio VI. conferre Carolo jussus est, si Mediolanensis Archiepiscopus id munus obire detrectaret. Verum Cæsareum jugum accepere Vicecomites, Robertusque Archiepiscopus in æde Ambrosiana, suis partibus perfunctus est. Stipavit vero Nicolaus fratrem Carolum, ac post augustalem pompam celebratam Romæ, in qua Petrus Episcopus Card. Ostiensis implicito Piceni bello collega Ægidio Card. Albernotio auream coronam Cæsareo vertici imposuit, Seoarum urbis principatu à fratre Imperatore donatus est. Sed non diu illius urbis imperium tenuit Nicolaus; Senenses enim excusso jugo in pristinam libertatem se asseruere: quin etiam Carolus Pisis atroci conjuratione à Gambacurtis appetitus, sumpto de adversariis supplicio, mobilia Italorum ingenia veritus, Germaniam repetiit. Nicolaus vero in suo Patriarchatu secessit, atq; ob gravissimos sumptus in sociando Augusto profusos, tum alias ob causas, plura Ecclesiæ Aquilejensis prædia abalienavit, pro quibus recuperandis Ludovicum successorem plures labores pertulisse narratur. Cæterom Nicolaus fratris exemplo, qui Sanctorum reliquias undique conquisitas, Pragam intulit, Beatorum Hermagoræ, & Fortunati martyris corpora in Casamatense muoicipium transtulit è Gradensi ecclesia, de quo cum Uogari extincto Nicolao, postea apud Innocentium VI. essent conquesti, hæ ab eodem Pontifice ad Gerardum Abbatem S. Georgii scriptæ fuerunt literæ.

a In Catalogo Bucellini Neuburgensium Præsulum desideratur hic Nicolaus.

Innocentius &c. Gerardo Abbati Monasterii S. Georgii majoris de Venetiis Castellanæ Diœcesis.

Ad audientiam nostram pervenit, quod olim bonæ memoriæ Nicolaus Patriarcha Aquilejensis SS. Hermagoræ & Fortunati martyrum corpora de ecclesia Gradensi, in qua requiescebant, occulte subtrahi, & ad castrum de Casamata Aquilejensis diœcesis portari in Dei, & dictorum Sanctorum injuriam procuravit & fecit, quæ corpora adhuc in castro existunt eodem: nos igitur super iis providere volentes, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de præmissis omnibus & singulis, vocati qui fuerint vocandi, summarie & de plano, & sine strepitu, & figura judicii diligentius te informes, & si per informationem hujusmodi ea inveneris veritate fulciri, auctoritate nostra corpora ipsa expensis illorum, quos in his culpabiles esse reperereris, ad eandem Ecclesiam Gradensem cum bonore & reverentia debitis reducti in loco, in quo prius erant, reponi facias, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Avinione XI. Kal. April. anno VIII.

Hoc ipso anno 1358. Nicolaus cum domi sanctitatem, & foris armis fortitudinem, utrobique prudentiam haberet, se totum mysteriis sacris exhibuit, multosque operibus sanctis ad Templa, & Monasteria construenda excitavit, donec annis 7. mensibus 9. præfuisset, excessitque omnibus charus. De quo reperio in antiquis hujus ecclesiæ monumentis ei aliquando negotium fuisse cum suis Canonicis de jurisdictione,

quam antea sub Raymundo, Bertrandoque antecessoribus diu dicertaverant, arbitrisque datis honorem ei, eorumque pristinum, postposita Patriarchali dignitate, adjudicarunt. Rei gestæ & illustrandæ plurimum facient, ut arbitror, monumenta insigni pietate Nicolai collucentia, quæ in hujus ecclesiæ tabulario extant, si exscribantur.

Nicolaus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcha ad perpetuam rei memoriam.

Quod statu pacifico, & tranquillo nostrorum Capituli, & Ecclesiæ Aquilejensis à nostris bonæ memoriæ antecessoribus Patriarchis Aquilejensibus est provide, & laudabiliter ordinatum. Nos eorum inhærenter vestigiis ad tollendam perpetuo omnem quæstionis materiam, quæ super infrascriptis posset modo aliquo suscitari intendimus Deo propitio inviolabiliter observare. Sane pridem super diversis tractandis, una cum dilectis filiis nostris Decano, Canonicis, & Capitulo dictæ nostræ ecclesiæ in loco, in quo consuevit dictæ ecclesiæ Capitulum congregari convenienter nobis per eosdem post diversos tractatus habitos super informatione status ejusdem ecclesię fuit humiliter supplicatum: quod cum dudum inter bonæ memoriæ Raymundum Patriarcham Aquilejensem antecessorem nostrum ex parte una, & Decanum, & Capitulum supradictos ex parte altera procurante inimico pacis forent diversæ quæstionum & contentionum materiæ suscitatæ, ex quibus hinc inde grandia expensarum profluvia sunt secuta, & tamen per arbitros ad hoc de partium voluntate assumptos, lites & contentiones hujusmodi divino inspirante Flamine cum vera pace, & votiva concordia terminatæ, sicut de prædictis omnibus constat publico instrumento, dignaremur paterno affectu, & favore benigno hujusmodi sententias per prædictos arbitros latas ob reverentiam omnipotentis Dei, & Beatissimæ Marię Matris ejus, atque Beatorum Hermagoræ & Fortunati patronorum nostrorum more nostrorum prædecessorum approbare, & confirmare. Nos autem omni cura, omni solicitudine, & studio pensantes, & die noctuque modos, & vias exquirentes, quibus possemus eandem reformare ecclesiam, ac filiis, & confratribus nostris prædictis, quantum cum Deo & justitia possimus complacere, & ipsorum votis annuere. Viso tenore sententiarum prædictarum, ipsas, matura deliberatione præhabita, & de certa scientia, approbamus, & more nostrorum prædecessorum in Christi nomine confirmamus, volentes & discernentes ne quid in posterum tergiversari valeat, seu modo aliquo contradici, quod præsentibus approbationi, & confirmationi nostris tenor dictarum sententiarum de verbo ad verbum plenius inseratur, & ut perpetuo valerent robore per Paulum infrascriptum Notarium Cancellarium nostram tradi, & in publicam formam reduci jussimus sub sigilli nostri appensione in testimonium præmissorum. Tenor autem sententiarum prædictarum talis est. *In nomine Domini Amen. Anno ejusdem 1283. Indict. 11. die quarto intrante Madio in civitate Austria in Patriarchali Palatio, præsentibus Dominis Manfredo de la Turre, Archipresbytero Modocen. Bernardo Decano Civitatensi, Presbytero Pagano Scolastico Aquilejen. fratribus Artuico de Aoras, & Bertoldo de Fagidis de Ordine Prædicatorum, Joanne de Carpineto, & Conrado de Mantua de Ordine Minorum, Henrico de Grez Notario, & aliis pluribus. Domini Ferrinus, & Lodoicus Canonici Aquilejenses arbitri arbitratores, & amicabiles compositores in quæstionibus, quæ vertuntur inter R. Patrem & Dominum Raymundum Patriarcham Aquilejensem ex parte una, & venerabiles viros Dominos Capituli Ecclesiæ Aquilejensis ex altera parte, ut publico instrumento confecto exinde per me Valterium Notarium infrascriptum plenius continetur. In præsentia dicti Domini Patriarchæ, & Jacobi de Civitado Canonici prędictę Ecclesiæ Aquilejensis, Procuratoris dicti Capituli, nec non Dominorum Magistri Leonardi de Faugnaco Vicedecani, Odolrici Præpositi S. Petri de Carnea, Henrici de Legio, Magistrorum Alberti, & Laurentii, & Hermanni de Utino, Canonicorum ejusdem Ecclesiæ de voluntate ipsarum partium ad hoc instantium, præfixo ad id termino, die, ac loco prædictis, prout in instrumento publico confecto exinde per Henricum Notarium plenius continetur, talem in scriptis sententiam protulerunt.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Humilis doctrina Magistri humiles instituet discipulos, inter se videlicet pacem habere, dicens, Pax vobis, & quia pacis lenitas est discordiæ finis ad tranquillum concordiæ, deberent omnes, & maxime qui in sortem Domini sunt assumpti, corde & animo vigilare. Sed sunt nonnulli qui zelum amoris contentionibus acuendo tantum quæstiones investigant, & lites & corda scindentes discordia sub umbra juris ad injuriam decidunt, interdum calumnię ac inimicitiarum puteos fodientes non considerato, quod contentionis puteis relictis contemptui fodit Isaac alium, pro quo non contendere pastores: cujus nomen vocatum est Latitudo, quia restringitur charitas contentione diffusa, & si arctat contentio, charitas dilatat. Unde cordibus est reddenda concordia, ut sit opus justitiæ, pax, & silentium cultus ejus, præsertim in illis, qui ut pennæ columbæ deargentatæ sibi, & subditis debent splendere, pacifice sedentes in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & requiei opulentia. Sane vicinos omnino non latuit; & ad multos jam in longinquo pervenit, quantum gravaminis sanctæ Aquilejensi ecclesiæ, & ejusdem Capitulo super diversis articulis quæstio suborta attulerit, & afferret in posterum si duraret, ad futurorum tractata de præterito conjectura. Consueverunt etenim lites, & prodigæ sumptuum, liberales laborum, raræ quietis, & utinam non contentionis, & discordiæ incentivæ, eo quod raro bonum jurgio lingua silet, & judiciorum strepitu mens quiescit. Hæc autem pericula & discrimina, quæ de hujusmodi quæstionibus ipsi Aquilejensi Ecclesiæ, & ejusdem Capitulo imminebant, R. Pater & Dominus Raymundus Dei gratia sanctæ sedis Aquilejensis Patriarcha, & Viri Venerabiles, Decanus, & Capitulum ipsius Ecclesiæ attendentes, ne invalescente contentione Ecclesiam & Capitulum memorati languerent diutius, & quandam mortem viderentur ingerere vita causæ, de communi voluntate quæstiones omnes, quæ vertebantur inter eos, quas diuturnitas judicis prorogabat, acceleratione provida Dominos Joannem Archidiaconum, Ferarinum, Lodoicum Canonicos Aquilejenses arbitros & arbitratores, & amicabiles compositores unanimiter elegerunt, dantes eisdem plenariam potestatem, ut quæstiones omnes, quæ vertebantur hinc inde per eosdem tres arbitros, vel duos eorum sibi vici, & terminari deberent secundum quod eis videretur alte, & basse melius expedire. Et ideo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen: Nos Ferarinus, & Lodoicus Canonici Aquilejenses electi & assumpti arbitri, arbitratores, & amicabiles compositores, super quæstionibus, litibus, & controversiis, quæ moventur, seu movebantur inter R. Patrem & Dominum Raymundum Dei gratia sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcham ex una parte, & discretos Viros Decanum & Capitulum Ecclesię Aquilejen. communiter, & divisim ex altera, prout continetur in quodam instrumento inde confecto per manum Magistri Valteri Scholastici Civitatensis Notarii ipsius Domini Patriarchæ, ut inter eos sit pacis, & concordiæ unitas, auctoritate nobis tradita & concessa, requisito per eos legitime Domino Joanne Archidiacono consocio nostro, examinatis & discussis diligenter petitionibus eorundem, & legitime citatis partibus ad sententiam audiendam de voluntate & consensu partium, non obstante absentia dicti Domini Archidiaconi, sic duximus procedendum, & definiendum. In primis super petitione prima Domini Patriarchæ, quæ talis est. In nomine Domini Amen.

A Coram nobis Dominis Magistris Joanne Archidiacono, Ferarino, ac Lodoico Canonicis Aquilejensibus arbitris, & arbitratoribus, ac etiam amicabilibus compositoribus electis à partibus infrascriptis dicit, & proponit Dominus Raymundus Dei gratia Patriarcha Aquilejensis suo Patriarchatus nomine contra Decanum & Capitulum Ecclesiæ Aquilejensis, & contra quamlibet personam pro eis legitime inservientem, quod olim Aquilejen. Ecclesia per obitum bonæ memoriæ Domini Gregorii prædecessoris nostri vacante, Decanus & Capitulum ejusdem Ecclesiæ Aquilejensis administrationem ipsius Patriarchatus redditus, fructuum, proventuum, bonorum, & jurium ipsius susceperunt. Et ipsum atque ipsam administrationem gesserunt tempore vacationis ipsius, & fructus, & proventus, & redditus ipsorum perceperunt per se ac per eorum Officiales. Qui licet postea requisiti de prædictis administratione & perceptione ipsi Domino R. Patriarchæ rationem aliquam nullatenus reddiderunt, nec reliqua restituerunt.
B Sed potius omnino prædictam rationem, & reliqua reddere cessaverunt, tenuerunt, & adhuc contradicunt. Quare petit dictus Patriarcha nomine antedicto à prædict. Decano & Capitulo, ut de prædictis administratione, & perceptione reddant sibi plenariam rationem, & reliqua restituant per nos Dominos arbitros ad prædicta facienda eos, & ratione doli, & culpæ, ac negligentiæ condemnari, & cogi cum omnibus expensis, & interesse, ac omni causa, quæ suis loco & tempore declarabitur. Arbitrando absolvimus, & definiendo, sententiando, & pronunciando absolutos esse denunciamus dictos Dominos Decanum & Capitulum Aquilejenses, & quemlibet de Capitulo communiter, & divisim ab omnibus quæ continentur in petitione superius annotata, ita quod ipse Dominus R. Patriarcha, vel successores sui, præfatos Decanum, & Capitulum, vel aliquem de Capitulo communiter aut divisim de reddenda sibi ratione præfatæ administrationis cogere, impetere non possint, aut etiam convenire. Sed ipse Dominus Pa-
C triarcha, & successores sui ratum, & firmum habeant & teneant, quicquid per dictos Decanum & Capitulum communiter, & divisim tempore vacationis ecclesiæ administratum, gestum, datum, expensum, obligatum fuit, seu & procuratum, & super ipsis omnibus ipsi Domino Patriarchæ & successoribus suis arbitrando, pronuntiando, ac sententiando, perpetuum duximus silentium imponendum: præterea cum tempore vacationis Ecclesiæ occasione administrationis præfatæ per memoratos Dominos Decanum, & Capitulum redditus, fructus, & proventur Patriarchalis redditibus pro evidenti utilitate, & imminenti necessitate ecclesiæ Aquilejensis fuerint obligati, arbitrando sententiamus, quod super iis omnibus ipse Dominus Raymundus Patriarcha, & successores sui præfatis Decano & Capitulo nullam movet quæstionem, & si per illos, quibus factæ fuerunt obligationes per Capitulum tempore dictæ vacationis similiter Domino Patriarchæ sive in posterum cedent. Sed ipsos Decanum & Capitulum, quem . . .
D super ipsis obligationibus non permittat per aliquos indebite molestari, sed ipsos, & quemlibet de Capitulo ipsorum tueri . . . Et quia tempore vacationis prædictæ de redditibus forte ac proventibus Aquilejen. . . . . Capituli pervenit, ac singularum personarum ordinando definimus, & sententiamus, ut Decanus & Capitulum Aquilejen. . . . . . Aquilejen. monetæ præfato Domino Patriarchæ persolvant, centum videlicet in proximo S. Martini, & centum in proximo festo subsequente Beati Gregorii, & residuas centum in subsequente festo Sancti . . . super eo quod Dominus Patriarcha dicebat confirmationem matrimoniorum ad se pertinere arbitrando, pronuntiando absolvimus Decanum & Capitulum ab impetitione dicti Domini Patriarchæ, cum dicti Decanus & Capitulum sint speciali præscriptione muniti Item super eo quod petebat Dominus Patriarcha procurationem ratione visitationis, dicimus, & pronunciamus, quod Dominus Patriarcha procuratio-

A nem habeat moderatam cum visitat secundum quod est in Canonibus definitum. Super petitionibus Decani & Capituli sic duximus procedendum. Inprimis super eo quod Capitulum petit undecim marchas de moneta Aquilejensi sibi solvendas quas bonæ memoriæ Dominus Bertoldus Patriarcha eidem Capitulo pro remedio Animæ suæ dedit, sive concessit, arbitrando sententiamus, & sententiando arbitramur, & pronuntiamus, dictam donationem sive concessionem tenere, & valere. Cum hoc dictus Dominus Bertoldus Patriarcha facere de jure potuerit, & dictum Dominum R. Patriarcham & successores suos de cætero ad solutionem dictarum undecim marcharum teneri. Et nihilominus præcipimus, arbitramur, sententiamus, & pronunciamus quod dictus Dominus Patriarcha ordinet & procuret quod de muta Aquilejensi decem marchæ in festo B. Martini, & una in festo Sanctæ Elisabeth Dominis Decano & Capitulo, vel eorum nuntiis annis singulis persolvantur. Et quod per se, vel per successores suos dictum
B Decanum & Capitulum in perceptione dictarum undecim marcharum, deinceps nec impediet, nec molestet. De retentis vero dictæ mutæ habeant, & recipiant Decanus, & Capitulum viginti quinque marchas Aquilejen. monetæ tantum. De residuo vero dictum Dominum Patriarcham duximus absolvendum. Item super eo quod præfati Decanus & Capitulum dicebant rusticos sive massarios suos, & terras eorum à præstatione copulatici non teneri, arbitrando definimus, sententiamus, & pronunciamus dictos Decanum & Capitulum, & quemlibet de Capitulo massarios, rusticos, colonos, & terras eorum, & cujuslibet de Capitulo communiter & divisim ad præstationem cujuslibet copulatici non teneri, & quod de cætero ipse D. Patriarcha & successores sui per se, nec per Officiales suos, dictos Decanum & Capitulum massarios rusticos, & colonos eorum, vel aliquem de Capitulo, vel massarium, rusticum, colonum, vel terram alicujus de Capitulo communiter, vel divisim ad præstationem alicujus copulatici non teneri, nec non com-
C pellat. Sed ipsos Decanum & Capitulum, & quemlibet de Capitulo, & massarios eorum communiter & divisim absolvimus à præstatione copulatici memorati. Deinceps de ipso copulatico per D. Patriarcham ab impetitione Decani, & Capituli ipsum D. Patriarcham duximus absolvendum. Item super eo, quod Decanus & Capitulum dicebat quod D. Patriarcha angariabat, molestabat, & gravabat per se, & Officiales suos massarios, colonos, & rusticos eorum in custodiendis Castris, Guaitis, Caraticis in compellendo eos stare juri coram se, & aliis muneribus & oneribus realibus, & personalibus. Cum & Pharao qui legis notitiam non habebat, omnib. aliis servituti subjectis Sacerdotes, & possessiones eorum non solum in libertatem dimisit, sed & alimonia eis de publico ministrabat, arbitrando definimus, sententiamus, & pronuntiamus, quod ipse Dominus R. Patriarcha, vel successores sui, aut Officiales eorum de cætero in custodiis Castrorum, Guaitis, & aliis muneribus, & oneribus realibus, & personalibus communibus & pri-
D vatis, quæ superius facta sunt, quocunque nomine censeantur, rusticos, massarios, & colonos prædictorum Decani & Capituli, ad hujusmodi servitia, imo servitutes potius non teneri. Et ipsos massarios, & colonos ab hujusmodi angariis, & præstationibus sententialiter duximus absolvendos, tempore tamen generalis guerræ in Forojulii si dicti Decanus, & Capitulum per Dominum Patriarcham ad exhibendum in curribus fuerint requisiti, dicti Decanus & Capitulum teneantur ipsi Domino Patriarchæ in curribus in Forojulii tam moderatum exhibere auxilium. Item super eo quod Decanus, & Capitulum petebat, quod dictus Patriarcha non confirmaret Episcopos, & alios inferiores Prælatos eis requisitis, eundem Dominum Patriarcham à præfata petitione duximus absolvendum, eisdem Decano, & Capitulo jus confirmandi Episcopos, & alios inferiores Prælatos, & alia omnia & singula, quæ consueverunt habere, & facere tempore vacationis ecclesiæ reservamus. Item

sententiamus, & arbitrando præcipimus, quod præfatum Capitulum infra dies 8. per . . vel Procuratorem legitimum dare & cedere debeat præfato Domino Patriarchæ omne jus, omnemque actionem, quod & quam habent, vel habere possunt contra quaslibet personas, quæ prædictæ Aquilejensis Ecclesiæ vacationis gesserunt officia ad Patriarchatum Aquilejensem quocunque nomine censeantur. Item super eo quod dicti Decanus & Capitulum dicebant & petebant, quod præfatus D. Patriar. statuta, seu constitut. in spiritualibus non condat, seu faciat ipsis Decano, & Capitulo irrequisitis. Arbitramur sententiando, & definimus, quod D. Patriar. de cætero si qua statuta, seu constitutiones facere voluerit, requirat Decanum & Capitulum memoratos, & cum eorum consilio statuta faciat seu condat; cum hoc sacri Canones attestentur. Item super eo, quod memorati Decanus, & Capitulum petebant, quod Dominus Patriarcha & Officiales sui non prohiberent Nuntios Decani, & Capituli, & Mansionariorum emere pisces ad usum eorum, item præcipimus, arbitramur, & definimus, quod si Decanus, & Capitulum aut Mansionarii voluerint accipere ligna ad usum eorum de sylvis circumpositis Aquilejæ, D. Patriarcha, & Officiales sui, eos non impediant, vel perturbent. Item super eo, quod præfati Decanus, & Capitulum petebant centum marchas à D. Patriarcha, pro eo, quod ipse damnificaverat Capitulum, ut dicebant occasione procurationum. Arbitrando absolvimus dictum Dominum Patriarcham à petitione præfata. Item arbitramur, sententiamus, & definimus, quod si quando per legatos, & nuntios Apostolicæ Sedis imponuntur generales collectæ in solutione facienda, Dominus Patriarcha cum Clericis intelligatur includi. Item super eo, quod Decanus, & Capitulum petebant Canonicam portionem de omnibus, quæ bonæ memoriæ Bertoldus Patriarcha pro remedio animæ suæ dedit, seu legavit Ecclesiæ Aquilejensi, pro eo, quod massarios & rusticos Decani & Capituli, & quorumlibet de Capitulo à præsentatione copulatici duximus absolvendos. Et pro eo quod massarios, & rusticos Decani, & Capituli, & quorumlibet de Capitulo à custodiis castrorum Guaitis, Caraticis, & aliis muneribus, & oneribus realibus, & personalibus quocunque nomine censeantur, de cætero pronunciamus esse immunes, dictum Dominum Patriarcham à præstatione hujusmodi canonica portione absolvimus, eisdem Decano & Capitulo super petitione præfata perpetuum silentium imponentes. Item præcipimus, & sententialiter definimus, quod quando Dominus Patriarcha petit aliqua sibi fieri per Decanum, & Capitulum, vel aliquem de Capitulo, si illud sibi negatur, nullum damnum det per se, vel per alios in bonis Decani, & Capituli, vel alicujus singularis de Capitulo. Sed aliàs cum eis ordinario jure procedat. Item præcipimus, & arbitrando definimus, quod D. Patriarcha Decanum, & Capitulum, vel aliquem de Capitulo non compellat ad aliquam militium faciendam, præstandam, seu dandam. Tempore tamen generalis guerræ teneantur præstare D. Patriarchæ, sicut & alii Clerici suæ diœcesis in pecunia auxilium moderatum. Item absolutione tredecim marcharum, quas D. Patriarcha petebat de collecta ducenta cum marcharum quando ivit ad curiam, dictos Decanum & Capitulum ducimus absolvendos. Item absolvimus à solutione triginta marcharum D. Patriarcham, quas Decanus & Capitulum prædicti dicebant quosdam ex Canonicis expendisse quando iverunt in Boemiam ad præsentandum decretum D. Philippo. Item absolvimus D. Patriarcham in petitione centum marcharum, quas quidam Canonici expenderunt de bonis Capituli, ut dicebant, in prosequendo negotium D. Philippi, & pro petendo Pastore. Item absolvimus D. Patriarcham de triginta libris passorum, quas Capitulum dicebat expendisse apud Paduam, & dictum Dominum Patriarcham teneri ad solutionem earum. Item absolvimus præfatum Dominum Patriarcham de duobus millibus marcharum, quas Capitulum dicebat se esse damnificatum occasione absentiæ ipsius. Et ab hoc ut tollatur omnis materia quæstionis, quæ super prædictis definitionibus oriri posset in posterum, reservamus vobis auctoritatem & potestatem declarandi, interpretandi, exponendi semel & pluries, si quid in suprascriptis definitionibus dubium, ambiguum fuerit, vel obscurum. Item præcipimus, quod hujusmodi sententiæ nostræ D. Patriarchæ, & Capituli sigilla pendentia apponantur. Prædicta vero omnia, & qualibet prædictorum præcipimus sub pœna in compromissorio expressa à partibus inviolabiliter observari. Quę quidem pœna toties peti, & exigi possit cum effectu per partem servantem arbitrium à parte arbitrium nostrum servante quoties committetur in illam. Ego Valterius Civitatensis Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, & rogatus scripsi. Ego Paulus quondam Mag. Joannis de Mutina publicus Imperialis Aulæ Notarius prædictarum sententiarum, quas de verbo ad verbum ab originali instrumento scripto manu prædicti Valteri Notarii transcripsi fideliter, approbationi, & confirmationi interfui, & de mandato supradicti Domini Nicolai Patriarchæ sub ipsius appensione Sigilli, scripsi rogatus, anno Domini 1356. Indictione IX. die 20. mensis Decembris, præsentibus honorabilibus viris Dominis Nicolao Sabelicet Archidiacono ex Orsovien. Pragen. & Martino Plebano plebis . . . . . Aquilejen. Diœc. Ancelloto & Zanino Mansionar. dictæ Aquilejensis ecclesiæ, & aliis. Actum in Capitulo dictæ Ecclesiæ Aquilejensis.

73 LUDOVICUS (1) Turrianus, Mediolanensis, Raymundi II. filius, Cassoni, & Pagani pronepos, Raymundi abnepos, Patruorum Patriarcharum gloria, generis nobilitate, ac virtute Vir clarissimus, ex Episcopo Coronensi in Patracensi Provincia ab Innocentio VI. ad hanc sedem Patriarchalem translatus anno 1358. 6. Idus Martii, habetur in Regest. Vatic. epist. 18. fol. 28. ann. 7. Is Patriarchalem sedem valde turbatam, pacatam reddidit. Recuperare etenim studuit bona, & jura à prædecessore Nicolao alienata, & obstricta pignori Mainhardo Comiti Goritiæ, in cujus gratiam Innocentius Pontifex, ne Aquilejensis ecclesia suis juribus orbaretur, has scripsit literas, tum ad Carolum IV. Imperatorem, tum ad ipsum Mainhardum Comitem, quas hic exscribimus ex Regesto Vaticano, LXXIV.

Innocentius &c.

Charissimo in Christo filio Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Boemiæ Regi illustri salutem.

Venerabilis frater noster Ludovicus Patriarcha Aquilejensis nobis exposuit, quod loca de Windesgraz,

(1) Jacobus Caracciolus, Patritius Neapolitanus, S. T. Doctor, Concionator egregius, an. 1359. ab Innocentio VI. creatus fuit Patriarcha Aquilejensis, sed ante consecrationem Romæ obiit. Etiamsi Ughellus in tom. 5. Ital. sacræ nullam mentionem fecerit nostri Jacobi, tamen ut clare ostendit meus Torellius p. 31. tom. 6. sæcul. August. cum non recte Ughellus assignaverit tempus, in quo obiit Patriarcha Nicolaus de Lucemburg, & cum noster Jacobus post ipsum electus, consecratus non extiterit, ideo vera esse potuit electio ejusdem. *Gandulfus in dissert. de 200. script. August.*

graz, ac Trivin. & Trevin. ac VVipaci superioris, & VVipaci inferioris, nec non & Venzoni, ad ipsos Patriarcham, & Ecclesiam, ac Clusæ sitæ Mon. Mosacen. atque pedagium, sive muta, quæ inibi exigitur, ad ejusdem ecclesiæ fabricam cum eorum juribus, & pertinentiis pleno jure spectantia, per quondam patrem dicti Ducis detenta fuerint, & per Ducem eundem adhuc detinentur, indebite occupata in grave prædictorum Patriarchæ, & Ecclesiæ, ac fabricæ, qua Ecclesia ipsa propter diminutionem ipsius plus solito indigere dignoscitur, præjudicium & jacturam. Cum itaque deceat Imperialem magnitudinem se in recuperatione jurium Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum lætam, ac favorabilem exhibere, idemque Dux in magnis, & arduis inhærere suis consiliis, quod gratanter audivimus, asseratur, serenitatem tuam rogamus attente, quatenus dictam Ducem ad restitutionem locorum, & jurium prædictorum, eidem Patriarchæ libere faciendam, salutiferis suasionibus, & exhortationibus paternis inducas, ut laudabilia juventutis suæ principia, quibus ipse apud nos fide dignorum testimonio commendatur, per exhibitionem operis, indebite detenti juris alieni, tam prompta, quam benigna restitutio manifestet. Datum apud Villamnovam Avenionensis Diœces. 12. Cal. Julii anno septimo.

Innocentius &c.

Dilecto filio nobili viro Mainhardo Comiti Goritiæ salutem.

Licet ad vitandam Dei offensam, & ad præcavendum animæ tuæ periculum ab omnium Ecclesiarum oppressionibus debeas proculdubio abstinere, ab injuriis tamen, molestiis, & offensis Ecclesiæ Aquilejensis, cujus Vassallus diceris, eo tibi est diligentius abstinendum, quo illa tua præcipue fore mater, & domina perhibetur. Nuper siquidem exponente nobis venerabili fratre nostro Ludovico Patriarcha Aquilejensi didicimus, quod castrum Talminium, Valle, & aliis suis juribus, & pertinentiis, quæ ad dictos Patriarcham, & Ecclesiam, pleno jure spectare dicuntur, prætextu obligationis, seu pignorationis, de iisdem tibi factæ per bonæ memoriæ Nicolaum Patriarcham Aquilejensem, per quem in præjudicium dictæ Ecclesiæ, & successorum suorum bona prædicta obligari, vel distrahi minime potuerunt, per te fuerint hactenus, prout adhuc sunt, indebite occupata, in animæ tuæ dispendium, & grave ipsorum Patriarchæ, & Ecclesiæ detrimentum. Datum apud Villamnovam Avenionensis Diœcesis 12. Kal. Julii anno 7.

Interea Fridericus Savorgnanus, initio Patriarchatus Ludovici, castrum Gronumbergi assequitur, Joannesque de Casanea nobilis perpetui Cubicularii Patriarchatus ministerii Congiario potitur: moventibus arma Bertholdo, & Henrico Spilimbergiis. Egregius hic Princeps, Dominusque serenus (ut narrant) Ludovicus Patriarcha, divino auxilio fultus cum suorum fidelium sollicitata cura, fecit funditus ruinare (ita legitur) castrum Zucculæ Dominorum de Spilimbergo. Eodem tempore Goritienses Comites cœperunt Patriarchatum vexare, & mox Albertus, Rodulphus, & Fridericus Austriæ, & Carinthiæ Duces ab sibi à Glebonensibus, & Pramperiis occupatam in faucibus montium Clausam, destructaque; Ventioni eorum Oppidi mœnia, numerosis cum copiis in Forumjulium contendunt, præmissis ad incursiones inferendas octingentis equitibus, atque Fridericus, & Rodulphus, admotis castris, Utinum petunt, cum quidam ex civibus in eorum potestatem alteram portarum tradere decrevissent. Extemplo castra secedunt, moxque controversiæ Imperatori Carolo IV. & ipsimet Rodulpho, terminandæ remittuntur, pacis obsidibus assignatis Francisco Savorgnano, & Simone Valvasorio, qui licet præstitissent juramentum de non recedendo Vienna, nihilominus cum subiisset suspicio, ne morte afficerentur, clandestine secesserunt. Patriarcha vero, cum & ipse aliquandiu detentus fuisset, jura Aquilejensis Ecclesiæ renuens alienare, dimissus Ungaricum Regnum cum Duce adivit, resque bene gerunt. Interim in Forojuliensi regione vi armata omnia redimunt; ovansque ipse in patriam rediit. In signum vero ita restauratæ rei Ecclesiæ, Deo auspice exeuduntur numismata, triumphali monumento referta, obsignataque motu circumcirca, *Ecclesia restituta ex alto*. Tulmetium revera ipse muro vallavit, licet alii hoc opus Patriarchæ Raymundo adscribere maluerint. Aquilejæ Patriarchale instauravit Palatium, copiam, atque ubertatem refectis penuria temporibus fovit. Pacem cum Francisco Carraria Patavino Dynasta iniit. Et denique intestinis ea purgata seditionibus patria, excessit è vivis 1364. cum annis sex, mensibusque duobus eximie sedisset. Cæterum Ludovicus fratres habuit, Lombardum Episcopum Vercellensem, Phœbum Secundum dictum Phœbesinum, qui à Nicolao Patriarcha jurisdictionem Montis Majoris supra civitatem Austriæ accepit, & Hermagoram Primum, ille idem, qui à Pagano Patriarcha recto regalique feudo Montis Carnegeradi cum Villæ jurisdictione cohonestatus, una cum Joanne Furlano patruele aperto Marte contra Bertrandum Patriarcham arma movit. Affuit idem in Insubria cum Pagano Patriarcha, cæterisque gentilibus suis Turrianis contra Vicecomites. A Senatu Veneto Veneta nobilitate donatus, de quo hæc Carmina extant.

Compressi Anguiferos persæpe livore furentes,
Liligeram Turrim qui quatiere diu.
Ac gravior cunctis nostratum ætate repressi
Cœtus Beltrandi Præsulis inter eos.
Savorganæa meam est quoque gens experta potentem
Hostilem dextram, consiliumque grave.
Insimul ac Utinum urbs mihi quæ momenta perennes
Conservat laudes, etsi inimica, meas.
Namque suos sæpe Optimates fœdera quærens,
Ad me transmisit, bellica signa timens.
Promeruitque simul Veneta cum fratribus esse
Inter fulgentes nobilitate viros.
Primo Lombardum, Phœbus namque secundo
Enumeres, alter nam Ludovicus erat.
Vercellas primum, post hæc Aquileja sceptra
Tertius Antistes rexit, honore prior.
Pulchra Joservici patriis adjunxit amœna
Arva locis: gestis clarus ubique meis.
Quæ memorant homines si spectes, cætera pendas.
Ætas quæ ignorat postera, & ergo silet.

Porro numisma æneum in Ludovici Patriarchæ gloriam excusum, ut supra diximus, ex una parte ipsum Patriarcham senili ætate, ex altera ejusdem militarem triumphum exprimit, cum hac inscriptione, *Ecclesia restituta ex alto*. (1) * Excessit Ludovicus Utinæ an. 1364. die 30. Julii. * Ex App. tom. 5.

74 MARQUARDUS Germanus nobilis Randecius, cognomento Nordlingus, Baro de Binnchingen, olim Bambergæ Præpositus, tunc Augustæ Vindelicorum Episcopus, vir, ut ait Candidus, ingentis animi, singularisque virtutis, Cæsari Carolo IV. ita dilectus, ut ab eo Vicarius Italiæ sit constitutus. Quæ in ea dignitate, nondum ad Patriarchatum evectus, gesserit memoranda, unde ejus major gratia claruit apud Cæsarem, narrat Henricus Rebdorfordensis in Annal. *Anno* (inquit) 1355. *Imperator venit Romam absque omni resistentia, ubi* LXXV.

(1) Petrarcha de laudibus vitæ solitariæ scribens ad Philippum de Cabassole, qui creatus S.R.E. Cardinalis ab Urbano V. an. 1368. decessit an. 1372. inquit Jacobum Columnam inter Romanos nobilissimum, postulatum fuisse ad Patriarchatum Aquilejensem, ob eoque humiliter abstinuisse: quod recitat hisce verbis ascriptis in Opere Ciacon. tom. 2. pag. 567. *Rerum labentium contemptores præcipuis laudibus efferentes, inter quos Jacobum de Columna, qui ætate tunc juvenis, sed morum gravitate, & mortis vicinitate jam senex, cum ab omni ambitione remotissimus ad Episcopatum Papa jubente invitus, ne dicam invitus pervenisset, atque inde ad Patriarchatum Aquilejensem summos nobilium, ac totius populi concursu ac studio peteretur, ab Urbe Roma, ubi tunc erat, fratri scripsit, & fidis suis inter alios mihi iterans ascendisse altius quam vellet, neque unquam amplius ascensurum, nec ita multo post tamen ad sublimem dignitatem Christo vocante conscendit.* Hæc ille. Quando vero hæc contigerint nobis incompertum. *Lucrotius.*

ubi in die Paschæ à Cardinali Hostiensi in Imperatorem coronatur in Ecclesia S. Petri, ac eodem die recedit ab Urbe dimissa gente sua; clam volens redire ad Alemanniam, non potuit, sed veniens ad civitatem Pisanam, ibique cum moram faceret, quædam progenies, vulgariter appellata Gambacurta, de occisione ipsius Imperatoris, & suorum turbæ cogitavit, & circa festum Pentecostes Palatium Pisanum incendio ignis comburi procuravit, ex quo arma antiqua, balistæ, & similia valde pretiosa civitatis, ibi consumpta fuerunt. Post aliquot dies prædicta progenies commune civitatis contra Imperatorem provocant, & magnus rumor insurgit, in quo Imperator, & sui in mortis periculo extiterunt. Sed Marquardus Episcopus Augustanus una cum suis tamen paucis, primo erecto vexillo, inimicos audacter invadit, & pugnans cum eis à mane usque ad vesperam, plures occiderunt, reliqui fugerunt. Sedato rumore duo ex prædicta progenie prænominati machinatores capti sunt in curia habitationis D. Cardinalis Hostiensis prædicti, qui alios suos accusaverunt consortes, & sic sexdecim famosi cives Pisani capti sunt, & decollati; qui confessi fuerunt, quod per hunc rumorem (si prosperati fuissent) Imperatorem, & Imperatricem, vere quidem in patibulis suspendere intendebant, & reliquos occidere. Propter quod dictum demolitæ sunt funditus habitationes eorum, & Imperator decessit de civitate Pisana, relinquens ibi loco suo Marquardum Episcopum Augustensem, & reversus est in Alemanniam Mense Junio. Anno 1356. mense Novembri post festum B. Martini Confessoris D. Marquardus Episcopus Augustanus suprascriptus, quem idem Imperator fecit Vicarium in Italia, qui ob debitorum Ecclesiæ suæ prædictæ reservationem, recedens de civitate Pisana, associavit se quibusdam armatis, qui se societatem appellabant, & Apuliam, & Tusciam, & Italiam, ac alias Provincias ibidem incendiis, rapinis, & hominum occisionibus devastabant, una cum hujusmodi societate ivit manu armata contra Dominos Mediolanenses suprascriptos, & captus est in bello ab iisdem Dominis Mediolanum deductus, & cum eo quingenti armati. Anno 1357. mense Majo dictus Marquardus Episcopus Augustensis liberatur de captivitate Domini Mediolanensis. Hactenus Rebdorsfurdensis. Rexit deinde Marquardus Augustensem Ecclesiam ad annum usque 1364. quo die X. Cal. Septembris in gratiam Caroli Imperatoris ad Aquilejensem Patriarchatum sublimatus est, & post annum quartum Augustensi Capitulo summa cum gratiarum actione eorum ecclesiam libere resignavit, quam inde retulere in Vulterum, parentibus Heroe Hohensthilzin, & illustri Domina Randeckia Marquardi Patriarchæ sorore in Svevia natum. Interea suscepta à Marquardo Aquilejensis Ecclesiæ administratione, ad tuendam ecclesiasticam libertatem mentem adjecit, eorumque (verba sunt Candidi) opera usus est, qui ad rem animati erant. Ad Carolum Imperatorem profectus cum eo Utinam veniens multa obtinuit privilegia. Quæ, cæteraque omnia Odoricus Susannius à secretis Antistitis diligenter, industrieque perquisita collegit, Aquilejensem thesaurum appellans, cujus vestigia secutus ætate nostra Robertus Salernius complura adjecit. Concordiensi Episcopo, successoribusq; Ducatus, Marchionatus, & Comitatus dignitatem approbavit. Guizelonem & Gerardum Caminates cum Ceneta, Opitergio, Seravalle, Vallemanna, aliisq; eorum oppidis patrocinio Aquilejensis ecclesiæ adscriptos recepit. Cum Januensibus, Ludovico Pannoniorum Rege, & Francisco Carrariensi, aliqui Leopoldum Ducem Austrium adjiciunt, fœdus per Oratores suos Ludovicum Comitem Helfinstaynum, Fridericum Purliliensem Comitem, Georgium Tortum Ticinensem, Acelinum Gubertinum equitem, & jureconsultum, & Nicolaum Spilimbergium contra Venetos iniit, in quos pecunias, & commeatus copiose subministravit, undique cum sociis hostes infestans; quibus Veneti Joannem Barbianum Cumi Comitem egregium copiarum Ducem in continente opposuere. Varia deinde per aliquot annos fortuna adversus Venetos pugnavit Marquardus, pluribusque recuperatis juribus ecclesiæ sibi creditæ libertatem impense defendit, cum ad id contra finitimos alios Principes armatas acies impulisset, pacemque inter Bavariæ Ducem, Augustanamque Rempublicam iniisset; & cum annis sexdecim in Patriarchatu sedisset, fato functus est anno 1381. Friderico Purliliensi Comite Vicedomino, vacante sede, Aquilejensem Ecclesiam regente. Cæterum nec silentio prætereundum puto, quid ad ipsum Patriarcham scripserit Urbanus V. Pontifex de servando ordine judiciorum, & administranda cum integritate justitia subditis Aquilejensis Ecclesiæ. Data est epistola anno 1364. ex Regest. Vatic.

Venerabili fratri Patriarchæ Aquilejensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod in civitate Aquilejensi, Utini, civitatis Austriæ, Glemonę, Venzoni, Marani, Montis Falconis, Sacilli, S. Viti, Medunæ locis, & nonnullis aliis locis, & terris, ac castris Castellenii, & oppidis patriæ Forijulii Aquilejensis Diœcesis tuæ temporali jurisdictioni subjectis in criminali, & civili temporali fere quædam abusiva consuetudo, quæ potius corruptela dici debet, inolevit, rectorum judiciorum quamplurimum perversiva, ex eo quia in judiciis antedictis tam in præceptis, monitionibus, interlocutoriis, & definitivis sententiis, quam alias quibuscunque aliis actibus judicialibus, Patriarcha, qui pro tempore est, & ipsius Officiales, examinare, cognoscere, definire, terminare, & alios actus judiciales facere en ponderata, & matura deliberatione non possit, sed solum in quantum in instanti per astantes, seu majorem partem astantium indifferenter, & passim sive nobiles, ignobiles, & literati, illiterati, artifices, seu cujusvis alterius conditionis, dignitatis, & status homines existant, etiam per Patriarcham, seu ipsius Officiales in judicio pręsidentes, non vocati, sed eorum motu proprio, vel ea causa temporalibus, quibus idem Patriarcha, & ipsius Officiales pro jure reddendo sedere continent, in loco judicii convenientes, & facta per partes, seu ipsorum advocatos, vel procuratores, atque omnibus, quæ ipsæ partes dicere, seu allegare in ipso instanti voluerint, respectu articuli causæ, de quo in termino ipsis pluribus statuto litigare contigerit, enarratis tunc ad vocationem Patriarchæ, seu Officialium ejusdem quasi more pręconis eosdem astantes requirentium, quid in præmissis actibus, seu articulis judicialibus de jure vestro servatum, & dict. fuerit, ipso instanti nulla alia deliberatione præmissa, qualis & quantacunque fuerit causa, seu negotium in judicio deducto, non attentis iidem Patriarcha, & ipsius Officiales, ita & taliter, sicut per prædictos astantes, seu majorem partem dictum summatim extiterit, ipso instanti promulgare, & summarie tenent, ut ea, quæ dictorum astantium, sicut præmittitur, summatim major pars existat per elevationem, & indicationem digitorum eorundem divisim, & successive factas demonstratur, ex quibus incaute, & absque congrua deliberatione, & sæpe cum fraude partium, & dictorum astantium convenientes in loco, & tempore judicii antedicti ad amicorum præsentiam, seu aliquorum potentium litigantium actus judiciarii interlocutionem sententiæ & definitionem, & præcepta indebite promulgantur. Nos igitur attendentes, quod consuetudo, quæ canonicis obviat institutis, nullius debet esse momenti, quodque sententia à non suo judice lata nullam obtinet firmitatem, ut tam tu, quam Officiales tui prædicti in causis subjectorum tuorum, postquam tibi & ipsis de meritis earum constiterit, sententias proferre valeatis, sicut ordo postulat rationis, præmissa consuetudine non obstante, fraternitati tuæ auctoritate præsentium concedimus facultatem. Datum Viterbii 13. Kal. Augusti, anno 5.

LXX VI.

a De eo Oldoinus in Ciacon. tom. 2. p. 614.

75 PHILIPPUM de Alenconio, Gallum, a sanguine Regio prognatum, Patriarcham Hierosolymitanum, ac Urbani VI. Cardinalem, hujus Patriarchalis sedis, defuncto Marquardo, commendatorem idem Pontifex declaravit, quem paulo ante in sua prima creatione vocaverat ad purpuram sub titulo S. Mariæ Transtyberim, ut habet codex S. Crucis in Hierusalem de Urbe, secus ac narrat Ciaconius. Cæterum Philippo haud tranquilla res fuit, schismaticis impugnantibus, qui Joannem quendam ad eandem sedem provexarant, ne antiquissimam sedem Cardinali commendatam viderent. Quos cum Philippus ad officium compellere conaretur, atque incassum recidissent conatus, nequicquam Ungaricis, atque Carrariorum intentatis armis, credibile est, eo munare se exsolvisse, cedentique successisse Joannem. Sed quid de hac re scriptum reliquit Candidus, exscribemus. *Marquardo* (ait) *Urbanus VI Pontifex Philippum Alenconium Sabinensem Episcopum & Cardinalem substituit, quem Utinenses, atque alii illustres Viri, quia eidem Patriarchatus commendæ nomine demandatus erat, recipere noluerunt, ne Aquilejensis Ecclesia tam turpiter manciparetur. Verum Philippus vi quæsitarus, quod bona venia non dabatur, Ludovicum Pannoniorum Regem, ejus affinem, & Franciscum Carrarium Principem hortatur, ut copias adversas Utinenses, & socios in Forumjulium mittant, quos sacris interdixerat. Primo impetu cum Joanne Actio Carrariensium militum Duce Portumgruarium hostiliter invadit. S. Vitam præterea, Sacillum, Canipam, S. Paulum, & S. Stenam, Metunam, Turrim, Savorgnanum, Zopulam, Laurentianam, Metunum, & Atonsum, per deditionem accipiens, Carrariensi tradidit, quem etiam Aquilejensis patrociali munere insignivit. Hominem profecto non officio, aut honore ambiendum, sed omni prorsus convitio execrandum, quippe qui aliis copiis Facinum Canem perditissimum Ducem adjecit. Qui cum Antonio Camisano Comite in hebdomadæ sanctæ iis diebus, quibus incolæ regionis, alienæque celebres ad sacra conveniaat, Aquilejam dirupit, stupris, & incendiis fœdavit: nec in ea sacratissima Virginis ęde, quo multi confugerant, sceleratissimas manus abstinens, obscœnitatis, sacrilegii, aut sęvitiæ genus ullum omisit. En his complaribus cum impiissimus quidam sub sacra Virginis Statua virgunculam, quę cum cęteris Deiparæ opem imploraverat, comprimere conaretur; aliique pari modo nefandissima quæque patrarent, simulacrum illud quasi populo subiratam ultro humeros, & pium pectus, unde Christus Redemptor lac sunerat, cervicemque averso ore, torvoque, quo adhuc perstat, supercilia detorsit, statimque flagitiosissimus ille, qui stuprum & vim inferre tentabat, cæcitate percussus, corpore aruit, exauditaque puella alienam libidinem impolluta evasit. In hos tam nefandos invasores Utinenses habitis etiam auxiliariis copiis ab Antonio Venerio Venetorum Duce, quibus præerat Petrus Maurocenus, & Franciscus Zenus, & Jacobus Gradonicus, arma parant, venientemque hostem magno animo excipiunt, Villaltam Carrario faventem, & Spillagallum solo æquantes. Interim Ferdinandus Patriarcha Hierosolymitanus, & Urbanus Gradensis Antistes jussu Pontificis, Franciscus Georgius Venetorum legatus, Fridericus Savorgnanus eques, Joannes Coloretæus cognomento Doymus, Castellius Blasius Lisonus, Ditalmus Andriotta, & Nicolaus Mantinus, Forojulienses, conventus decreto Aquilejensem ecclesiam regebant, quorum auspiciis Utinenses adversus Carrarium, qui Jacobum Pium, Andream Trottum, & Lancellotum Tropolinam cum exercitu ad sese cum Civitatensibus conjungendum miserat, collatis signis prope Savorgnianum, quod paulo ante hostes everterant, dimicantes cæsis pene omnibus victoriam memorabilem, eoque gratiorem retulerunt, quoniam castris direptis inventæ sunt Carrarii ad Duces suos literæ, ut igni Utinensium ædibus immisso, ne mulieribus quidem, ac pueris parcerent. Inde Utinenses Glemonam è vestigio contendentes ad imperata faciendum compulere, captumque ibi Nicolaum Spilimbergium equitem securi percusserunt. Bellum hoc variis casibus in sextum annum protractum Elisabeth Pannoniorum Regina per Oratores suos Georgium Liburnium Comitem, & Jacobum Raduchium Jadertinum, dein Franciscus Carrarius, postmodum Veneti, & Antonius Scaliger extinguere conati sunt, quod demum curantibus Joanne Gradenico, Leonardo Dandulo equite, & Michaele Steno pro Venetis: Francisco Docto equite, Paganino Sala, Jacobo Turchetto, jurisconsultis, & Gulielmo Curtarodolo pro Carrario: Daymo Castellio, Joanne Coloretæo, Nicolao Candido, Hectore Miuletta, & Leonardo Andreotta pro Forojuliensibus antiquatum est: Alenconio non multo post Romæ defuncto.* Hæc ille. Decessit Alenconius anno 1397. die 15. mensis Augusti, sepultusque est apud S. Mariam Transtyberim in sepulchro marmoreo cum inscriptione, ut supra retulimus in Episcopis Ostiensibus tom. 1. in quo post multos annos, cum Altemsii Duces ibidem nova ædificia molirentur, temporibus Clementis VIII ejus repererunt cadaver in marmoreum candorem, soliditatemque supra cadaveris conditionem, obduruisse, an ex merito peractæ vitæ, an aliqua alia ex causa, incertum. Illud constat aromatibus haud fuisse conditum, quæ illum à corruptione indemnem præstarent. Præter hanc Aquilejensem ecclesiam plures alias ecclesias Philippus administravit, fuitque Archiepiscopus Rothomagensis, Auximanus, Beluacensis, Sabinensis, Ostiensis, ac Veliternensis, utpote qui optimis moribus Princeps esset, ac mirabili solertia in expediendis negotiis, de quo videndus Claudius Robertus in Gallia Christiana, Petrus Friton, aliique Galli Historici.

76 IOANNES filius Ducis Moraviæ à Capitulo contra Philippum fuit adlectus, adiitque Patriarchatus possessionem; tametsi plures inter schismaticos illum rejiciant. Sed cum repererim ipsum in Regesto Urbani VI. Pontificis, anno 11. ejusdem pontificatus fol. 281. ab eodem Pontifice fuisse delegatum contra Pileum de Prata Archiepiscopum Ravennatem, Episcopumque Cardinalem Tusculanum, Clementis Antipapæ tunc asseclam, ideoque omni honore ecclesiastico spoliatum, qui nomine ipsius Antipapæ Italicam exercebat legationem, videtur posse dici, legitimum Patriarcham fuisse illum, sive ex cessione Philippi, ut reor, qui Aquilejensis populi pertinaciam non potuerat expugnare, sive aliqua alia ex causa. Illud constat ab Urbano legitimo Pontifice Joannem fuisse appellatum Aquilejensem Patriarcham. Quamobrem nos eo libentius inter legitimos Patriarchas eum retulimus. Cæterum Joannem Pileus Antipapæ legatus, pluribus illatis incommodis, miserandum in modum exercuit, ita ut nonnunquam parum abfuerit, quin caperetur ab eo, qui ex præcepto Pontificis poterat ab se vincula servitutis expectare. Siquidem Joannes magis ad sensuum jucunditates proclivis erat, quam ad gerenda bella: quamobrem cum immoderatius se capiendum voluptatibus præberet, contemneretque ecclesiasticam disciplinam, justo Dei judicio, miserabiliter obtruncatus est, ac citra omnem sepulturæ honorem tumulatus est anno salutis 1395. sui patriarchatus anno 6. mense 11. Cujus mores, genium, & res gestas, hisce verbis expressit Candid. lib. 7. *Alenconio Joannes Moravi Ducis filius septimus, & setuagesimus Antistes suffectus est, qui sumptuoso adolescentiæ imperio abusus, vectigalia reipublicæ nervos suo jure ad omnes voluptatum illecebras adeo prodige effudit, at publicis opibus absumptis, nec privata quidem sufficerent. Magistratum septem virorum Utinensium, Deputatos vocant, legibus & consuetudinibus civitatis explosis abrogavit. Quibus rebus irritatis sumptis armis eum urbe eiiciunt. Ortoque bello faventibus Moraviano Civitatensibus, Forojuliensibusque multis plura hinc inde damna illata sunt: iis tot dis-*

LXX VII.

ſidiis permoti Veneti, ut ea ſopirent, Oratorem ad Utinenſes Gabrielem Emum equitem miſere, virum præcipua eloquentia, & auctoritate, quibus ut Judicem diſceptationum acciperent, Antonium Venetum Principem perſuaſit. Ad ipſum pro Antiſtite profecti ſunt Auguſtinus Concordienſis Epiſcopus, Vinceslaus Spilimbergius eques, Joannes Coloretęus, & Nicolaus Ancelius. Pro Utinenſibus Andreas Monticolus jureconſultus, Nicolaus Candidus, & Nicolaus Maninus. Quos brevi pacatis rebus, haud fraudata ſpe omnium dimiſit. Reverſus Antiſtes Utinam Fidem ſororem collocavit Vinceslao Spilimbergio equiti magnæ apud Sigiſmundum Cæſarem auctoritatis, quo curante ampla Utinenſibus privilegia conceſſa ſunt, qui beneficii non immemores aureos trecentos quotannis ad Vinceslaum miſere, donec Albertus Auſtrius ſuadentibus ipſis Bertoldo equiti ſilio prædia multa in Curiæ Naonis pago tradidit, venationibuſque poſtmodum cujuſque generis aſſidue incumbit. Aves & canum greges ea ratione alebat, nullique fas fuit ſine ipſo venari; id enim dicebat Deorum fuiſſe inventum, ad ſoloſque heroas ſpectare, quod etiam Xenophontis teſtimonio comprobatur, cujus ſtudio dediti bonam valetudinem comparant, hinc vident audiuntque magis, ſeneſcuntque minus, ad bellum præcipue inſtituuntur, proculque à dolo erudiuntur: Lepores, cuniculos, damas, capreolos, cervos, ac ſimiles feras vivariis incluſit, ut è conſpectu ſuo clauſa venatio oblectaret oculos; & cum exegiſſet uſus epularum, velut è cella promeretur. At cum indulgentius Caſtellanis faveret, à Guamerio Fabarupta aſſiſtente Triſtano Savorgniano equite alterius factionis, obſervata hora, dum in arce Utinenſi cum paucis incaute deambularet, ſine ſtrepitu cæſus eſt anno ſexto menſe 11. pontificatus. Hæc ille de Joanne Moravo Patriarcha.

LXXVIII. 77 ANTONIUS Cajetanus, *a* Romanus, hanc eandem ſedem Aquilejenſem aſſecutus eſt an. 1395. die 12. menſis Februarii. Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1402. indeque à Bonifacio IX. Pontifice presbyter Cardinalis renunciatus ad titulum S. Cæciliæ, illam dimiſit, ſeditque annis ſeptem. Exceſſit è vivis Epiſcopus Cardinalis Portuenſis: de quo vide in I. noſtro tomo in Epiſcopis Portuenſibus.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. p. 709.

LXXIX. 78 ANTONIUS Panciarinus de Portugruvino *b* Forojulienſis, ex Concordienſi Epiſcopo, cum jam Cajetanus ad purpuram perveniſſet, Bonifacio IX. Pontifice demandante, Patriarcha Aquilejenſis evaſit anno 1402. 3. Cal. Maii. Zapulum oppidum Panciarinis ſuis conceſſit. Templum Divi Andreæ in Portugruario ære ſuo à ſolo extruxit; ipſe tamen haud diu proſpera fortuna uſus eſt, cum enim Gregorio XII ex ſuſpicione eſſet inviſus, ab eodem omni honore cum ſuis Panciarinis ſpoliatus eſt. Sed fortuna variante vices à Joanne XXIII. qui poſt Piſanum Concilium Alexandro V. ſucceſſerat, iiſdem dignitatum titulis eſt reſtitutus, ac Senatoriis purpuris cumulatus anno 1411. Diu poſtea vixit, inclaruitque in Conſtantienſi Concilio, Romæque vitæ finem fecit anno 1431. 5. Non. Julii, ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Vaticano, cum jam Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus eſſet, ut ſupra memoravimus Quoniam vero in locum Antonii Panciarini alterum Antonium de Ponte Venetum Gregorius XII. violenter admiſit, à ſerie legitimorum Patriarcharum illum excluſimus, quamvis enim ſedem illam injuriis occupatam tyrannice retinuerit contra placitum Joannis XXIII. uſque ad annum 1418. tamen aliquando tandem vis permiſſus eſt ad Concordienſem priſtinam ſuam ſedem redire, illamque poſtea cum Hydruntina commutare, ut Acta conſiſtorialia narrant. (1)

b Portugruario ex Candido Coment. Aquil. l. 9. p. 14. vide Oldoinum in Ciacon. tom 2. col. 798.

LXXX. 79 LUDOVICUS Tecchius, poſtremus illius gentis Dux, poſt Antonium Panciarinum vocatum ad purpuram, à Capitulo Aquilejenſi Patriarcha fuit renunciatus, atque à Romano Pontifice confirmatus, qui tamen haud tranquille ſedit, cum pertinacia Antonii de Ponte Veneti illum fere ſemper impulerit ad exilium, donec poſt tranſlatum Antonium ad Hydruntinam ſedem, iterum Pontifex Martinus V. de plenitudine poteſtatis Ludovicum creaverit Patriarcham an. 1418. 5. Cal. Martii. Adiit ejus ſedis poſſeſſionem Ludovicus, illamque diuturniori mora adminiſtravit, impugnatus tamen plerumque à Venetis, qui jura Forojulienſia regionis in ſe trahere conabantur. Quamobrem ad Baſileenſe Concilium profectus eſt, ut à potentioribus Eccleſiam ſuam indemnem præſtaret, ibidemque deceſſit anno 1434. (2) 14. Cal. Septembris. Illius meminit Sabellicus, lib. oblig. Prælat. cum aliis, & Candidus hæc de illo ſuis recitat in commentariis. *Poſt Antonium Patriarcham Dux Tecchius octuageſimus Antiſtes eccleſiam Aquilejenſem adminiſtrandam ſuſcepit; mox inter hunc & Venetos ortum eſt grave bellum, Veneti per eos dies Sacillum occupant: Ludovicus tanto bello impar ad Sigiſmundum profectus eſt. Interim Civitatenſes ad Venetos deficiunt, à quibus in ſocios eo jure accepti ſunt, ut Cæſari Utinenſibuſque adverſarentur. Nec multo poſt Ludovicus cum quatuor millibus Pannoniorum redit, & in Civitatenſes movit; quos Veneti Thaddæo Marchione Eſtenſi præfecto acerrime tutati ſunt. Habita ſunt ſtativa circa Urbem ad quindecim dies; vineta & felices arbores hoſtes magna ex parte populati ſunt, qui vi frigoris, & nivium coacti indere infecta in Pannoniam abiere. Veneti Pratam oppidum ſtadiorum ſexdecim ambitu legatis ad id cum exercitu miſſis Nicolao Capello, & Nicolao Michaele ea ratione diruunt, quod hoſtium fuerit receptaculum frequens, ejuſdemque Comites Guillelmus, ac Nicolaſſius Veneta prius nobilitate donati, multa in rempublicam Venetam moliebantur: & cum non longe à Moſeario caſtra admoviſſent ab Utinenſibus, quorum viri nobiles duodecim cum Tecchio Duce, Marſilio Canario, & Ortimburgio Comite rei bellicæ ſummam conſulebant, duobus fere annis bellum protractum eſt. Interea venientibus ſexcentis militibus Venetis, ut ſe exercitui apud Flaminianum vicum agenti conjungerent, Nicolaſſius Pratenſis, Feidericus PuelliIicenſis, Jacobus, & Ulvinus Valvaſſonii, ac Franciſcus Prodolonius cum Forojulienſibus hoſtiliter Tagro Cordivati occurrunt. Venetis in fugam verſis trecentos, ampliuſq; obtruncant. Verum cum Tecchius publica adminiſtratione relicta, ad ſuos in Germaniam confugiens, inde atque ex Pannonia auxiliares copias pollicitus, triennioque cunctaretur, ac interim univerſa regio ad Venetos defeciſſet, Utinates in fide perſtantes, redituınq: Patriarchæ, quem aſſiduis nuntiis, literiſque evocabant, tantummodo mœnibus tuti, fruſtra opperientes, cum fame, peſtilentia, inteſtiniſque ſeditionibus opprimerentur, nullaque amplius ſubſidii ſpes ſalutiſque ſupereſſet, ſponte ſua ne paulo poſt coacti graviora paterentur, quibus voluere conditionibus in Venetorum fidem conceſſere, anno à Chriſti ortu vigeſimo, & quadringenteſimo ſupra milleſimum, Thomo Mocenigo Principe, miſſis ad Puteolanum pagum Oratoribus, Joanne Cavalcanto, Petro Marchiſino jureconſultis, Joanne Guberto Gubertino, Antonio Valentino, & Nicolao Turſio, ut à præfectis exercitus impetrarent, proficiſci poſſe ad Senatum, cui ſe, publicamque fortunam traderent: quod obſidibus nobiliſſimis duodecim datis conceſſum eſt. Senatus itaque Utinenſibus benigne acceptis decrevit, ut jura ipſorum integra, inviolataque ſervarentur, octavoque Idus Junias Philippus copiarum præfectus, Marcus Bragadenus, & Franciſcus Lauredanus legati Urbem ſolemni apparatu celebrique ſupplicatione in hanc uſque diem quotannis decorata, in-*

(1) Joannem de Rupeſciſſa ad Patriarcharum Aquilejenſem promotum in Concilio Conſtantienſi innuit Jacobus Chifletius, ſed forſan poſſeſſionem non eſt adeptus; ideoque in Catalogo Patriarcharum Aquilejenſium non invenitur adſcriptus. Oldoinus in Ciacon. tom. 2. col. 822.


(2) Adhuc anno 1435 die 5. Novembris in vivis agebat Ludovicus, ut conſtat ex inſtrumento pacis factæ inter Regem Franciæ & Ducem Burgundiæ per Legatos Concilii Baſileenſis, eodem die edito apud Harduinum Concil. noviſ. edit. tom. 8. col. 1441.

ingressi sunt. Utinensium deditionem universa regio subsecuta est, atque Istria pari jure. Ubi paulo post Philippus Imp. ventris profluvio extinctus est, Justinopolique sepultus, cui mox Thaddæus Marchio suffectus. Cæterum Hernestus Noricianus Comes Forojulienses imitatus; magna suorum caterva cum Venetias appulisset, honorifice susceptus est, erectoque pro foribus Divi Marci suggestu tota civitate spectante ab inclyto Principe veluti olim à Patriarcha Comitatus sui jura agnoscens sceptris vexillisque vetusto more insignitus sacramentum fidelitatis exhibuit. Ludovicum paulo post cum non parva militum manu per Clusiam erumpentem, iterumque per Noritianam viam cum quatuor millibus Pannoniorum reversum Veneti recepto Rosacio, & Mantiano, Carminiola exercitus Imperatore, bis parvo negocio repulere. Qui cum postmodum apud Concilium Basileense Principes sollicitaret, ut restitueretur, Fantino Dandulo, & Andrea Contareno Venetorum Oratoribus renitentibus re infecta decedens, anno septimo institutionis obiit. Hucusque ille. Itaque Ludovico Tecchio Patriarcha, Forumjulium, totumque fere Aquilejensis Patriarchatus imperium sibi in hunc modum subjecere Veneti.



a Hic perperam inter Patriarchas Aquilejenses enumeratus, cum nunquam ad hanc Cathedram fuerit evectus.

80 JOANNES Vitellescus a Cornetanus ab Eugenio IV. Aquilejensi nobilitatus est Patriarchatu anno 1435. ac paulo post Florentino auctus Archiepiscopatu, tum Cardinalis creatus, legatusque Pontificis, plures tyrannos, qui ecclesiasticam jurisdictionem magna ex parte occupaverunt, profligavit, exuitque malis artibus parta præda, cumque quaquaversum Vitellescus niteret victoriis, senescenti jam graviter Eugenio, incidit in suspicionem affectati pontificatus. Quamobrem illum comprehendendum mandavit; sed cum is, qui id in mandatis habebat, magis vulneribus, quam vinculis, Pontificis mandata auxisset, Vitellescus misere confossus, interiit anno 1439. simulque cum cæteris Sacerdotiis Aquilejensem Ecclesiam, quam nunquam vidit, absensque administravit, nolens volens reliquit. Consule quæ de eo supra narravimus tomo 3. in Florentinis Archiepiscopis.



LXXXI.

b De hoc pariter Ciaconius Oldoini tom 2. col. ... & Thomasi-

81 (1) LUDOVICUS Scarampus b Mediarota Patavinus patria, Archiepiscopus Florentinus, Patriarcha Aquilejensis evasit die 12. mensis Ja- A nuarii anno 1440. creatusque Cardinalis, ad multos annos hanc ecclesiam administravit, auctus omnibus opibus, dignitatumque titulis, quos antea Vitellescus infelix possederat. Hic Eugenio arctissima amicitia conjunctissimus, ad summas Ecclesiæ dignitates evectus ob insignia virtutum decora, quæ in eo emicuere, tum ob admirabilem gerendarum rerum peritiam, quam difficillimis muneribus explicuit, nam & Romanorum factiones repressit, ob quas Eugenius cucullo Benedictino indutus, fugam ex Urbe capessiverat, ditionemque ecclesiasticam à tyrannis laniatam in Æmilia Sedi Apostolicæ asseruit. Is omnium primus ex Veneta gente Aquilejense Patriarchale solium conscendit, cæterisque deinde Venetis ad id fastigium iter aperuit; adversarios tamen Venetos ipsos passus est. Gesserant illi cum ejus prædecessore gravissima bella, eumque demum sua ditione depulerant, ob quam rem maxima apud Basileensis Concilii Patres laborarunt indignatione, & antequam B illud solveretur ab Eugenio, spoponderunt Patriarchæ, si amicum nacti essent, pristina jura restituturos; veriti tamen postea inquietos Ludovici spiritus, ne sacramenti dejuratus, Patriarchalis Ecclesiæ desendendis juribus occasione, Venetam Rempublicam divexaret anathemate, ac Forumjulium armis repeteret, contra obluctati sunt, quos mulcere studuit Eugenius, hortatusque est suis ad Franciscum Foscarum Ducem datis literis, quas hic exscribimus ex Vatic. Regest. ut jura Patriarchalia redderent, ne divinas in se iras concitarent. En literæ.

nus in elogiis illustr. virur. par. 1. p. 11. Mandos.

Eugenius &c.

Dilecto filio nobili viro Francisco Foscaro Duci Venetiarum.

Reversus ad nos dilectus filius noster F. Cardinalis Venetiarum S. R. E. Vicecancellarius multa retulit nobis de amplo honore sibi, & in ro nobis, ac Romanæ Ecclesiæ multipliciter impenso à Dominio, & civibus tuis, narravitque diligenter, quid tecum egerit circa singulas commissionis sibi factæ partes. C *Sed cum cætera suum habitura sius respondendi tempus, unum est quod differri non potest; id vero à remotioribus principiis, ideo repetemus, ut intelligere possit, si volet sua celsitudo, & consilium, ac civitas universa, nos eam rem tua magis, & civitatis illius patriæ nostræ, quam nostra causa, quæ vere credimus te memorem esse nos à die assumptionis nostræ ad summi pontificatus apicem tum per Oratores tuos ad nos missos, quam per nostros, qui aliquali ex causa ad te venerunt, semper tuam celsitudinem exhortatos fuisse, monuisse, ac requisivisse non solum tanquam pastorem, & animarum vestrarum patrem, sed tanquam ex civitate unum singulorum, aut filium, ut si misericordiam à Deo nostro, si pacem veram, bonam, atque utilem habere cupiebatis, ab hujusmodi rerum ecclesiasticarum retentione, ab aliisque prævaricationibus resipiscentes animam commendaretis. Accidit postea cum apud tunc Basileense Concilium Ecclesiæ Aquilejensis occasione multas magnasque in-* D *curristis agitationes, tot postea, tamque magnas promissiones illas, quarum memor esse potes, per Oratores tuos publice feceris in ipso Concilio, in quo ex omni Christianorum natione Oratores, & viri præstantissimi affuerant; procedente postmodum tempore, cum ab eodem Concilio excommunicationis laqueo innodati, & per orbem publicati fuissetis, non levem infamiam, neque contemnendum incurrimus odium, vos ad cautelam tam leviter absolvendo, & postquam vestræ contentiones cum Patriarcha illo inveteratæ erant, ipseque in multis honestatis terminos fuerat prætergressus, nullam vobis de hoc Patriarchatu molestiam ipso vivente dedimus; eo autem defuncto, timentes id quod magna jam ex parte evenit, ne aliqui illum peterent magnates vestræ Reipublicæ inimici, scripsimus vobis, ut cum eidem Eccle-*

(1) Alexander Zamoviti Polonus Moscoviorum Ducis filius, in secunda promotione Pseudo Cardinalium ab Antipapa Felice promotus legitur an. 1440. Episcopus Tridentinus, qui aliquorum testimonio cum asseratur Aquilejensis Patriarcha, & nullus ei supersit locus in hoc legitima Antistitum serie, fas[...] partibus schismaticorum adhærens conjicere licet ad id fastigii ab Antipapa aliquando evectum fuisse. De eo in Caton. opere tom. 2. pag. 912. *Lucentius.*

Ecclesiæ unum dare constituissemus, qui cum vester esset totus, nemini tamen adeo foret suspectus, quia honoris vestri rationem habuisse videremur, velletis vos disponere ad Ecclesiam ipsam cum suis juribus ipsi Patriarchæ consignari. Et postea pronuntiato in Patriarcham Venerabili fratre Ludovico tunc Archiepiscopo Florentino, per literas primum, deinde per dilectum filium Magistrum Joannem Carvajal Sacri Palatii causarum Auditoris, & postremo per supradictum Cardinalem Venetiarum suasionibus apud vos, precibus, & quibuscumque potuimus modis institimus, ut dictam Ecclesiam cum juribus, & bonis suis dicto Patriarchæ consignaretis; quæ autem fuerit responsio vestra, vos omnes scitis, & nos ob doloris, admirationisque magnitudinem nunc referre desinimus, sed rationes sæpenumero scriptas, & per uostros Oratores supradictos nostro nomine vobis dictas, ideo nunc replicare libet, ut si post nostram provisionem, quam rationabiliter in hac re statuimus, quidquam vobis adversi evenerit, vos ipsos & neminem alium incusetis, qui nostris consiliis, precibus, & suasionibus à summa in patriam charitate profectis nolueritis acquiescere. Diximus sæpe & identidem affirmamus offendi à Dominio illo Deum nostrum in occupatione Aquilejensis Ecclesiæ, nec dubitari debere, quin à majestate Divina ipsam misericordiam, quę in vestris laboribus exinde minorem lentioremque habeatis, nam etsi certissime probatum est experimento, Deum ubique illis irasci, à quibus ecclesiarum jura impediuntur, hoc enim sæpenumero audivimus majores nostros dicere solitos, & civitatem nostram, & omnes alias, qui Ecclesiæ Aquilejensis terras, & jura molestarunt, aliquod passos esse evidens detrimentum. Læditur secundo loco noster & Apostolicæ Sedis honor adeo ut temporibus istis, quæ, ut nosti, turbulentissima sunt, non parva calumniatoribus nostris præstetur occasio de uobis murmurandi, qui dicimur sponte permittere, quod præstans hęc inter Italiæ ecclesias à secularibus, & uti dicunt ipsi, tyrannice teneantur. Affert item suo illi dominio, & civitati ea retentio dedecus & infamiam per Christianum orbem maxime attentis promissionibus eam à te & publice factis per Oratores tuos in Concilio tunc Basileensi, in quo, ut diximus, tunc aderant ex universo Orbe præstantes viri, qui nunc talia in tuum, nostrumque dedecus prædicare non desinunt, & nisi aliter fiat, continuò pejus dicent; eam vero infamiam, ut ultimæ huic particulæ primo satisfaciamus, utrum negligas, nescimus, sed nos certe tenemus abesse non posse, quin istis temporibus Deus totis sensibus colendus maxima nunc innocentia placari oporteret. Quantum attinet ad honoris nostri partem, quæ fuit secunda, dicimus eos judicio nostro non esse tam pauca de vobis meritos, ut non potius debeatis hanc rem nostram, & non vestram, tam sanctam, tam justam, tam rationabilem, à vobisque toties promissam facere, quam permittere, ut ipsius rei occasione ab æmulis susurronibusque, & quidem si id neglexerimus merito laceremur, pręsertim quando constet damna nostra in vestrum etiam caput redundare. Respondent vero, ut audivimus, nonnulli ex vestris vera esse, & ita se habere quæcunque sunt dicta superius, sed obstare, & ne petitioni nostræ annuatis, suadere temporum conditiones, quoniam periculosum nimis videatur patriam Forijulii tanto labore, tantisque impensis quęsitam in Patriarchæ unius potestate relinquere, hoc præsertim tempore, quando tam multos in circuitu habetis hostes; quæ quidem responsio nos ad instandum ardentiores facit, cum penitus sint contraria rerum vestrarum, quam nos certe non minus quam vestrum quisque, & quærimus, & optamus. Neque enim dubitabit aliquis, qui animum à passionibus semotum habeat, quin multi, imo omnes, ex iis, qui terris patrię sunt vicini, diligentius abstineant à lædendo patriam Forijulii suo Patriarchæ subjectam, quam, si eam viderint, à vobis, ut dicunt, tyrannice possideri, ac Venetorum commodo statutus erit locumtenens quispiam ex Concilio Venetorum; nos autem, qui id in homine alienigena, & vobis ignoto fortassis fateremur, dicimus Patriarcham hunc à nobis hoc tempore datum, quæ non ignoratis, Venetum esse à nemine en his aut fide, aut charitate erga patriam, aut diligentia superari posse, cum tamen ultra finem, & diligentiam, & ultra Patriarchalem auctoritatem aliquid in necessitatibus adiicere possit ad patrię Forijulii defensionem, à Romanę Ecclesię juribus, & auctoritate, à propriisq; quas habet, facultatibus, quod nullo modo nobilis quispiam ex suo consilio facere posset, habes; en supradictis causis habes rationes, quæ nos impulerunt, ut cum vacaret Ecclesia Aquilejensis, potius præficeremus illi venerabilem fratrem, qui nunc est, Ludovicum Patriarcham Venetum, quam aut ipsam diutius pateremur, quod nullo modo fieri potuisset, aut cogeremur aliquem en petitoribus ejusdem, quorum nullus satis tibi fidus fuisset, facere Patriarcham; unde nisi passionibus ducimini, intelligere potestis, nos neque propria utilitate ductos, neque ut nostro familiari benefaceremus, quod Dei gratia aliter, & multis modis possibile nobis fuit eam provisionem fecisse, sed potius, ut in uno, eodemque negotio satisfaceremus honori nostro, qui de tantæ diu à secularibus Ecclesiæ Aquilejensi cum vacavit, Patriarcham, qui patria fide, affectione, animo, voluntate non minus esset Venetus, non minus honoris status, & utilitatis Venetiarum patriæ, quę nos genuit, in omnium eventum rationem esset habiturus, quam quilibet ex illis, quos tuum dominium mittere pro locumtenentibus consuevit, eam rem tantopere optabilem, tantopere illi dominio amplectendam, tum multis, ut nosti, quæsivimus modis, nec tamen impetrare potuimus, & licet sciamus nos, quantum ad nos, attinet, apud Deum, non tamen in hoc gaudemus, quia quanto magis excusati sumus in non tacendo, tanto magis aggravatum est peccatum vestrum in non parendo justis, piis, salutaribus monitis nostris; nec tamen ideo aut permissuri sumus, quod ipse venerabilis frater Ludovicus Patriarcha in vim juramenti nobis, & ecclesiæ præstiti facere tenetur, contra vos procedat, aut nos sententiam excommunicationis fulminabimus, velut civitatem, ut par esset, ecclesiastico subiiciemus interdicto, cum potius ex animo doleamus vos excommunicationem ipsam in gravi forma ipso facto incurrisse. Sed cum honorem vestrum usquequaque etiam velimus, Patriarcham prædictum ad aliam transferemus dignitatem, & sic dimittet Patriarchatum Aquilejensem, quem tamen cum sit ex principalioribus Imperii dignitatibus velimus, nolimus, cogemur dare ad requisitionem Regis Romanorum. Qui autem ille sit futurus, hucusque ignoramus. Sed unum scimus, quia Venetus non erit, prout nec unquam antea nisi hic noster quispiam fuit, & licet etiam eo casu diligenter curaturi sumus, ut vobis sit amicus, quem faciemus. Utinam, ne rei natura nostram superet potentiam, & pro amicissimo vobis veniat inimicus. Datum Florentiæ 3. Idus Martii anno X.

His paternis Eugenii monitis incitati Veneti, cum Patriarcha melius agendum putarunt, & concordiæ cupidi ipsum ad eam perpetuo sanciendam invitarunt. Verum ille auctus ab Eugenio dignitate, legatusque in Aquilejensi ac Gradensi Provinciis, tum ad Philippum Mariam Mediolanensem, & ad Ducem Januensem, Rempublicamque Florentinam constitutus, optatissimam rem, haud pridem quam munus legationis obiret, non valuit adimplere. Qua vero gratia, quave auctoritate Ludovicus apud Eugenium floruerit, docent cum relatæ literæ, tum sequentes, quæ extant in Regest. Vaticano, quibus perfultus perbelle munus sibi demandatum obivit.

Eugenius &c.

Ludovico tit. S. Laurentii in Damaso presb. Card. Patriarchæ Aquilejensi Camerario nostro A.

S. L. &c.

Summo desiderio cupientes, ut inter dilectos filios nobiles viros Philippum Mariam Angelum Ducem Mediolani, & Ducem Januæ, & Florentinos bo-

bonum pacis sublatis dissensionibus inter eos, & scandalorum materiis, vigeat, ac pax, & concordia statuatur, firmetur, & roboretur, ac sperantes in Domino, quod id per opus tuæ sapientiæ facilius, Deo dante, poterimus consequi, te quem potentem opere, & sermone in magnis expertum, & arduis scientiæ claritate conspicuum, bene gerendarum rerum experientia, & maturitate consilii insignitum, ac morum gravitate, plurimarumque virtutum donis illustrem, in cujus affectibus geritur pacem ponere inter dissidentes, & bellorum materiam inter discordes penitus submovere, nostrum & Apostolicæ Sedis Legatum in Aquilejensi, & Gradensi Provinciis de fratrum nostrorum consilio, tanquam pacis Angelum facimus, constituimus, & etiam deputamus, teque ad easdem Provincias cum plenæ legationis de latere officio destinamus, ut in eis divellas, & destruas, dissipes, & disperdas, ædifices, & plantes, ac statuas salubriter, & ordines in nomine Domini, prout tibi pro bono pacis, & concordiæ hujusmodi consequendo, & statuendo, gratiæ cœlestis infusio, & tua etiam providentia ministrabit, omnes & singulos Principes, Marchiones, Comites, Barones, communitates, & populos, & alios universos & singulos provinciarum discordes, & diffidentes ad hujusmodi pacem, & concordiam, & earum observantiam salubriter exhortando, ut in mutua fraternæ dilectionis charitate, & benevolentia conquiescant. Tibi preterea omnia quoque, & singula agendi, tractandi, & perficiendi quod ad cultum Dei, exaltationem catholicæ fidei, nostrum & Apostolicæ Sedis honorem, necnon ad recuperationem statuus Ecclesiastici, & præcipue civitatis nostræ Bononiensis, Comitatus, & districtus, ac provinciæ Romandiolæ; observantiam canonicarum sanctionum, & redintegrationem ecclesiasticæ libertatis, honestatis, & morum decus, relevationem Ecclesiarum ac locorum Ecclesiarum, pauperum, fidelium defensionem, reproborum exterminationem, salutem animarum, ac prosperum statum dictarum Provinciarum, quomodolibet pertinebunt, necnon reformandi, corrigendi in eis spiritualiter, & temporaliter, quæ correctionis, & reformationis officio viderit indigere. Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1441. pontificatus nostri anno XI.

Interea Ludovicus quietis, ac pacis cupidus, Aquilejensis Ecclesiæ omnibus juribus consulte pensatis, civile dominium Venetis cedendum putavit, cum annua trium millium scutorum aureorum pensione sibi à Venetis, suisque successoribus ex publico ærario persolvenda, itemque eidem Aquilejam, S. Vitum, ac S. Danielem pleno jure dimitterent: inde enim prævidebat, à Venetis æque ac à prædonibus Turcis tranquilliorem rem sibi futuram. Peractum autem est, publico transactionis documento, pergrande hoc negotium anno 1444. *a* Senatus vero Venetus, auctore Francisco Foscaro Duce, Ecclesiæ, Capituloque Aquilejensi æqui, bonique consulens, jura eorundem illibata servavit, scriptis literis Forijulii provinciæ Gubernatori, in hunc, qui sequitur, modum.

Franciscus Foscarus Dei gratia Dux Venetiarum &c.

Nobilibus, & sapientibus Viris Matthæo Victuri de suo mandato Locotenenti Provinciæ Forijulii, & successoribus suis fidelibus dilectis, & dilectionis affectum. Sicut vobis notissimum esse patet, devenimus ad transactionem, & conclusionem transactionis, & concordiam dudum practicatam cum Reverendissimo Domino Cardinali Aquilejensi, Camerario Apostolico, in facto Patriarchatus, & patriæ Aquilejen. Per quam transactionem tibi damus, & libere relaxamus terras Aquilejæ, S. Danielis, S. Viti, & eorum dominium in spiritualibus, & temporalibus, sicut per alias nostras, & per copiam instrumenti videre poteritis. Verum vobis declaramus, & mandamus, quod omnes jurisdictiones, jura, & consuetudines Capitulorum, & Canonicorum Aquilejen. Civitaten. & Utinen. observetis, & faciatis inviolabiliter observari, sicut & alias vobis, & prædecessoribus vestris scripsimus, & mandavimus. Nam per hanc concordiam, & transactionem dictis eorum privilegiis, jurisdictionibus, & consuetudinibus in nihilo derogatur, imo volumus quod eis manuteneantur, & observentur, sicut temporibus Patriarcharum præteritorum, & tempore nostri dominii usque ad hodiernum diem conservatæ fuerunt, & si forte aliquid innovatum, vel immutatum esset, faciatis in pristinum statum, & conditionem omnino restitui, ac per futura tempora observari. Datum in nostro Ducali Palatio die 28. Julii, Indict. 8. anno 1445.

Hæc, quæ Foscarus sanxit, suo etiam diplomate firmavit deinde Christophorus Morus Dux anno 1467. Marco Barbo Cardinali Patriarcha sedente, mandans David Contareno provincię Forijulii Locumtenenti, ut quæ ab suis antecessoribus in favorem Capituli, & Canonicorum Aquilejensis ecclesiæ firmata fuerant, inviolabiliter ab omnibus, & sancte haberentur.

Anno 1460. Canonici Aquilejenses à Ludovico impetrarunt confirmationem privilegiorum, & jurisdictionum ab antecessoribus Patriarchis, Pontificibus summis, ac Imperatoribus iisdem concessis: ob eam causam legatis ad eum missis Ladislao Comite de Purliliis Decano, & Philippo Veneto Canonico Ecclesiæ Aquilejen. Ludovici hujusce rei confirmationis diploma tale est ex citato codice exscriptum.

Ludovicus miseratione Divina tit. S. Laurentii in Damaso Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Patriarcha Aquilejensis, D. Papæ Camerarius, dilectis filiis Decano, Canonicis, & Capitulo nostræ Ecclesiæ Aquilejensis salutem in Domino sempiternam.

Cum nonnunquam juris rigor ex causa relaxetur, pluraque nos admoneant, ut cum justa petunt, facilem se quisque exhibeat ad concedendum, dignum arbitramur, ut cum per vos à nobis ea humiliter postulentur, quibus pacifice diurna coluntur officia, benigne votis, ac petitionibus vestris annuamus. Visis igitur petitionibus, & supplicationibus Capituli vestri præfati nobis pro parte sua per dilectos filios Ladislaum Comitem de Purliliis Decanum, & Philippum Venetum Canonicum Ecclesiæ nostræ Aquilejensis præfatę debita cum reverentia exhibitis. Volumus ut privilegia, quæ ipsi Capitulo à Pontificibus, & Imperatoribus Romanis, ac prædecessoribus nostris concessa sunt, & statuta, quę per prædecessores nostros approbata, & hactenus observata fuerunt, de cætero inviolabiliter observentur, & intacta. Necnon jurisdictionem, quam habent in certo loco intra civitatem Aquilejensem nuncupato Palatium pacifice retineant; quæ omnia auctoritate nostra de novo confirmamus, & approbamus, atque concedimus perpetuo valitura; volumus insuper potestatem, quam hactenus præfatum Capitulum habuit in ejus subditos Vicarios, & Capellanos institutos in plebibus, & Capellis sibi concessis, & unitis, instituendi, & destituendi, & corrigendi, de qua potestate tam per scripturas antiquas, & novas; quam alias nobis extitit facta fides, per ipsum Capitulum posse exerceri, nec super hoc molestentur ullo colore. Mansionariorum antedictæ Aquilejensis Ecclesiæ ad ipsum Capitulum jurisdictionem pertinere volumus pariter & destitutionem, eorumque excessus, & delicta per ipsum Capitulum cognosci, castigari, & debita animadversione puniri. Itemque de causis civilibus decernimus Canonicos præterea dictæ Ecclesiæ civiliter, & criminaliter coram suo Capitulo permittimus conveniri, ac etiam de eorum delicto quocunque modo deducto per ipsum Capitulum corrigi, his exceptis, quæ depositionem merentur, eo tamen adhibito moderamine, ut si per dictos errores, & delicta tempore commissionis, seu perpetrationis infra quindecim dies Capitulum cognoscere postposuerit, ex tunc non possit se intromittere, & idem per omnia circa Mansionarios volumus observari. In his tamen prædictis omnibus, & singulis appellatione, ac debita obedientia, ac reverentia no-

bis,

bis, & nostris successoribus servatis. In quorum omnium fidem, & testimonium has præsentes fieri fecimus, & nostri majoris sigilli jussimus appensione, & munimine roborari.

Datum Senis in Domibus nostræ residentiæ die 12. mensis Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pii Divina providentia Papæ II. anno secundo.

Obtinuerunt deinde Canonici à Pio II. Pontifice confirmationem annexorum, & incorporationum plebium, & Ecclesiarum per Romanos Pontifices, Imperatores, & Patriarchas Capitulo concessorum anno 1460. à quo etiam obtinuerunt confirmationem privilegiorum, libertatum, & immunitatum, quæ ab iisdem Romanis Pontificibus, & Imperatoribus, ac Patriarchis elargita fuerunt. Diplomata Pii ex eodem codice hic damus.

Pius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Decano, & Capitulo Ecclesiæ Aquilejensis salutem, & Apostolicam benedictionem. Universalis Ecclesiæ regimini licet immerito, disponente Domino, præsidentes nostræ sollicitudinis studio libenter efficimus, quod Ecclesiarum omnium, præcipue Patriarchalium status non solum decenter conservetur, verum etiam prosperetur ubilibet, & continuis proficiant incrementis, actis, quæ propterea processisse comperimus, ne ipsarum decentium rerum carentia devenustet, Apostolici muniminis adjici volumus firmitatem. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, necnon Patriarchæ Aquilejenses, qui fuerunt pro tempore, pro ipsius Ecclesiæ, ac personarum in ea degentium incommodis, & necessitatibus sublevandis, & ex certis aliis rationabilibus causis, quasdam plebes tunc expressas cum Capellis eis annexis mensæ vestræ Capitulari perpetuo univerunt, annexuerunt, & incorporaverunt, prout in diversis tam Apostolicis, quam Patriarchalibus literis desuper confectis dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat uniones, annexiones, & incorporationes prædictæ suum plenarium fuerint sortitæ effectum, vosque tam literarum earundem, quam desuper habitorum processuum vigore, plebium, & Capellarum ipsarum, corporalem possessionem assecuti extiteritis, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro unionum, annexionum, & incorporationum prædictarum subsistentia firmiori, atque vos, Vicarios, & Capellanos in plebibus, & Capellis præfatis institutos pro tempore, eo magis ad deserviendum eis in Missis, & aliis divinis officiis inducere, ipsosque ab excessibus cohibere valeatis, vobisque Vicarios, & Capellanos in plebibus, & Capellis præfatis, quoties eas pro tempore vacare contigerit, instituere, & ex causis rationabilibus destituere libere & licite valeatis, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, uniones, annexiones, & incorporationes præfatas, una cum exercitio curæ animarum Parochianorum, plebium, & Capellarum earundem auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, & nihilominus vobis personas idoneas in Vicarios, & Capellanos plebium, & Capellarum earundem demeritis exigentibus, eas destituendi, & amovendi potestatem, ea auctoritate concedimus per præsentes, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Petrodi Senensis Diœc. anno Incarn. Dominicæ 1460. Idibus Junii, Pontif. nostri anno II.

Pius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Decano, & Capitulo Ecclesiæ Aquilejensis salutem & Apostolicam benedictionem. Ad hoc divina miseratione (licet immeritos) supernæ potestatis Ecclesiasticæ principatum præ cæteris mortalibus obtinere disposuit, ut cunctarum in Catholica fide manentium Ecclesiarum insignis præcipue Patriarchalium, & honore fulgentium jura non solum ubilibet conservemus, verum etiam illa, & quæ à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus pro earum vetustate, commodis, & decore, sive alias eis concessa sunt privilegia, & immunitates, eorum inhærendo vestigiis, cum à nobis petitur, nostro etiam munimine consolidemus. Hinc est quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, omnes libertates, & immunitates ab ipsis prædecessoribus nostris, sive per privilegia, sive alias indulgentias vobis, & Ecclesiæ vestræ concessas, ipsiusque Ecclesiæ statuta, & consuetudines laudabiles, necnon secularium exactionum olim à Romanorum Imperatoribus, sive à moderno, & qui fuerunt pro tempore ipsius Ecclesiæ Patriarchis, aut alias vobis, & Ecclesiæ præfatæ quomodolibet, & quavis auctoritate indulta, privilegia, jurisdictiones, libertates, & exemptiones una cum jurisdictione, dominio & potestate, vobis tam in loco Palæcrucis infra limites civitatis Aquilejæ insisten. in quo illiusque incolis, & habitatoribus subjectis competentibus auctoritate Apostolica, tenore præsentium ex certa scientia approbamus, & confirmamus, eisque nostri muniminis adjicimus firmitatem: supplentes tam juris, quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Senis anno Incarn. Dom. 1460, Non. Augusti, Pontificatus nostri anno....

Cæterum Ludovicus Card. Patriarcha è rebus humanis eximitur Romæ anno 1465. sepultusque est apud S. Laurentium in Damaso, cujus supra meminimus in Archiepiscopis Florentinis. Nec silentio involvendum puto, quod de eo scripsit (rude tamen) Gaspar Veronensis lib. 2. de gestis temporibus Pauli II. qui M. S. asservatur in Bibliotheca Francisci Cardinalis Barberini, *Ludovicus* (inquit) *Patavinus, Patriarcha Aquilejensis ab Eugenio creatus, quem, ut fama fert constantissima, nemo unquam jam negaverit omnium pene mortalium Italorum fuisse ditissimum: posthabitis tamen Principibus terrarum, & Cosmo Florentino. Quem quidem Patriarcham probe Petrus Barbus nunc Pontifex summus, atque dignissimus noverat à vertice ad plantas. & sub Eugenio IV. & post. Nam cum Eugenius Florentiæ curiam collocasset post decessum ab Urbe Ferraria, illud constat Ludovicum Patavinum necem Petro Barbo summis viribus esse conatum. Quod cum non successisset, ad vota deinde semper indoluit, nec ulla lætitia affici potuit. Verum aliorum tempore Pontificum, qui secuti sunt, res atque indignationes discordiæque parumper sedatæ videbantur. Malo etenim in Paulum animo, & prava mente Patriarcha revera semper fuit, & aptissimus simulator, ac dissimulator, nec ulla alia ratione diem suum obiit, quam dolore ingenti atque summo mœrore, quod Barbus summus Pontifex evasisset. Ille fuit, ut gladius, quo confossus est, ut medicus, & qui ei assistebant, apertissime censuerunt, quod Cardinalis S. Anastasiæ, Joanni Aretino subdiacono Pontificio, & Gaspari Veronensi non dubitavit asserere: ejus facultates (de Patriarcha loquor) cũ essent immensæ, & ultra ducenta millia aureorum, parvulam particulam Ecclesiis, & pauperibus dereliquit: sicut nec in vita indigentibus, & inopibus distribuere conatus est. Testatus pene omni consilio & ratione carens Scarambos Ludovicum & Nicolaum hæredes instituit, quos pene à pueritia educaverat*

Verum ea cuncta bona Eugenii quasi fuisse creduntur. Quippe apud eum Ludovicus ipse Princeps extiterat, & Camerarius omnem Eugenii pecuniam pro suo arbitrio pertractans, Quod non erat huic Pontifici summo incognitum, quas ob res testamentum illud pene irritum fuit, & cassum, & pene omne abrogavit, & ad se fere omnem illam hæreditatem jure contraxit, cum omnium mortalium laude, & benedictione non pauca. Quam tamen pro sua innata humanitate distribuit. Cum autem Scarambis detenti, de quibus mentio facta est, è custodia se in pedes dedissent, ne detegerent Pontifici Paulo multum auri, & argenti, & aliarum facultatum, fugientes capti sunt in Novo Castello ad decimum lapidem, aut circiter ab Urbe Romá, deinceps arctius detenti, & custoditi sunt. Interea omne argentum, & aurum, cum cæteris rebus immobilibus, quas Florentiam Patriarcha miserat, quo si vixisset, iturus fuerat, reportata sunt ad Pontificem, actoribus primariis, & adjutoribus Antonio Eugubino procuratore causarum fisci acutissimo, & Falcone Sinibaldo Romano Cameræ Apostolicę Clerico dignissimo, quidquid expetierunt à Florentinis ea in re impetraverunt, & summo cum honore, & laude Romam cum grandi illo pondere divitiarum reverterunt, pecunia numerata, indumentis immensi pretii, annulis aureis lapillisque pretiosissimis pene infinitis, tapetibus quoque & auleis, labris, & lancibus argenteis omnibus, & omni denique pretiosum genere, quarum omnium rerum ipse parcus, imo avarus in vita præstiterat, de quibus quidem facultatibus satis superque humanus liberalisque summus Pontifex esse constituit, nec relicta sanctissimis Ecclesiis denegavit, nec nepotes ejus neglexit, nec familiam sprevit; cui quidem familiæ septem millia aureorum dispertivit; & plusquam menses duos aluit largiter, & benigne. Inopibus ergo præsertim Virginibus maritandis, & Pannonibus, quos Ungaros vocant, non parvam partem dicitur indulsisse adversus Turcas hominum bestiale & perfidum genus pugnaturis. Testamentum autem Ludovici Cardinalis præfati non irritum factum est. Nam legata religiosa, & pia, ut dixi, reddita sunt templis, & puellis conjungendis nulla facta retentione à Paulo II. Scarambis tandem & nepotibus Ludovici satis abundeque lætis abeuntibus, cum tamen paulo ante nil se assecuturos existimassent. Hæc ille de Ludovico.

LX XXII. 82 MARCUS Barbus, Venetus *a*, Paull II. Pont. Max. consobrinus, Cardinalis S. Marci, successit Ludovico Scarampo anno 1465. Vir moribus, doctrinaque eximiè clarus, hunc Aquilejensem tenuit Patriarchatum usque ad annum 1490. *b* quo anno Romæ fato functus est. Fuit etiam Episcopus Vicentinus, aliasque Ecclesias habuit commendatas. Cujus cadaver apud S. Marcum conditum fuit cum hujusmodi epitaphio.

a De eo Consule Oldoinum in Ciacconium to. 2. col. 1107. *b* 1491. Statim enim ab ejus obitu datus est Barbo successor Hermolaus.

Marcus Barbus Cardinalis sancti Marci Patriarcha Aquilejensis, sibi vivens fieri voluit. Orate pro eo Dominum. Obiit anno salutis MCDXCI. die XI. Martii. Oliverius, & Franciscus Cardinales executores B. M. posuerunt.

Sub Marco habitum fuisse Comprovinciale Concilium Episcoporum habemus, in eoque capita fuerunt complura ad disciplinam Ecclesiasticorum, & ad tranquillitatem Ecclesiarum tuendam sancita; statuitque deinde suo diplomate, quæ per officiales Canonicos sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ deinceps in exigendis Ecclesiæ redditibus perpetuo observanda forent, hisce omnino verbis, in eodem sæpe citato codice, signatis.

Marcus miseratione divina Episcopus Prænestinensis S. R. E. Card. S. Marci & Patriarcha Aquilejensis.

Dilectis filiis Decano & Canonicis, & Capitulo nostræ Aquilejensis Ecclesiæ, necnon Vicario nostro in spiritualibus, & temporalibus Generali salutem in Domino sempiternam. Relatum est nobis nonnullis referentibus fide dignis, quod quidam ex Canonicis sanctæ nostræ Aquilejensis Ecclesiæ fructus mensæ Capitularis, qui per officiales pro tempore eligendos eligi, & inter residentes distribui consueverunt, & debent, propria auctoritate hactenus capere, & in proprios usus convertere etiam contra voluntatem officialium eorundem, & nostram, officiales vero quidam fructus per se receptos in se ipsos in contemptum statutorum, & constitutionum ejusdem Ecclesiæ, necnon in aliorum Canonicorum, & beneficiatorum Ecclesiæ præfatæ damnum non modicum, & gravamen, ac scandalum plurimorum convertere, nullamque rationem reddere præsumpserunt, & præsumunt etiam de præsenti, perjurium eam ob rem damnabiliter incurrendo; & quoniam nobis qui eidem Ecclesiæ (licet immeriti) præfecti sumus, & officio nostro Patriarchali incumbit providere, ut quæ hactenus indebite sunt præsumpta ad limites justitiæ reducantur, & ne quid in posterum in præjudicium Ecclesiæ, Capituli, & Canonicorum eorundem deterius exoriri possit, seu malo exemplo continuari, de novo aliquod secundum Deum, jus & justitiam constituere attendentes, ut quæ indebite surrepta, seu occupata sunt restituantur, nec in posterum surripiantur, & occupentur. Nos Marcus Patriarcha præfatus, vobis omnibus & singulis, Canonicis, seu Beneficiatis dictæ nostræ sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus in virtute sanctæ obedientię & sub excommunicationis pœna, quam ex nunc, prout ex tunc, & è converso, nisi infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro ultimo & peremptorio termino canonica monitione præmissa vobis, & vestrum cuilibet assignamus, postquam mandati, & constitutionum nostrarum hujusmodi notitiam habueritis, seu quilibet vestrum habuerit, aut per Vicarium nostrum requisiti fueritis, seu quilibet vestrum requisitus fuerit, auctorit. nostra ordinaria ferimus in his scriptis, de receptis propria auctorit. seu etiam ex commissione Capituli justum, & verum computum, seu quilibet vestrum reddiderit, & recepta, quæ per vos, aut vestrum aliquem, seu vestro nomine reddita non fuerint infra competentem terminum vobis assignandum reddideritis, seu quilibet vestrum reddiderit, aut consignaverit integraliter cum effectu, aut cum Capitulo concordaveritis, seu quilibet vestrum concordaverit, ipso facto incurratis, seu quilibet vestrum incurrat. Deinceps autem sub eisdem pœnis & censuris, necnon sub pœna suspensionis ab officio & privationis omnium beneficiorum, & canonicatuũ, & præben. quam ipso facto incurratis, seu quilibet vestrũ incurrat, statuimus & ordinamus statuto nostro hujusmodi perpetuis futuris temporibus duraturo, ne quis d. Ecclesiæ Canonicus, seu quilibet alius beneficiatus de manibus cujusvis propria auctor. præterquam de manibus officialium prædictorum juxta approbatam consuetudinem, & statuta d. Ecclesiæ pro tempore eligendorum, partem aliquam fructuum dictæ mensæ Capitularis exigere, seu capere quoquo modo præsumant, seu præsumat. Officiales vero de receptis per eos, sub eisdem pœnis infra mensem finito eorum officio, rationem Capitulo dictæ Ecclesiæ reddidisse, & de receptis integre satisfecisse, aut cum Capitulo concordasse teneantur, & debeant, & nihilominus si

quis-

A *quispiam & quipiam mandatorum statuti, & ordinationis nostrorum hujusmodi contemptores, seu contumaces extiterint, Vicario nostro pro tempore existenti committimus & mandamus, quatenus ad declarationem eorumdem, qui culpabiles fuerint, etiam per alia juris remedia contra eosdem procedat. Volumus autem, statutos, & ordinationes nostras hujusmodi, quas pro bono pacis, ac quietis dictæ Ecclesiæ nostræ cupimus inviolabiliter observari. In quorum fidem has nostras fieri, nostrique jussimus sigilli appensione muniri.*

Datum Romæ in domibus nostris sub anno à nativitate Domini 1486. die vero 19. Januarii Pontif. sanctiss. in Christo Patris & Domini nostri D. Innocentii divina providentia Papæ VIII. anno 2.

Marcus Card. S. Marci Patriarcha manu propria.

In eodem etiam codice habetur statutum ejusdem Cardinalis S. Marci Patriarchæ, quod nullus Canonicus minor 18. annorum vocem habeat in Capitulo in certis actibus, ac diffinitionibus, & B quod nullus Canonicus non actu residens, etiam in certis actibus vocem habeat, nisi per duos menses ante residentiam fecerit. Quod quidem statutum Innocentius VIII. Pontifex suo diplomate confirmavit, quod extat in eodem codice.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Quæ per Ecclesiarum Prælatos pro illarum decore & venustate, ac personarum in illis altissimo famulantium salubri directione, & eorum ab incomodis perseveratione provide facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, & inconcussa permaneant, libenter cum à nobis petitur, Apostolice munimine roboramus. Sane venerabilis frater Marcus Episcopus Prænestinus, qui etiam Ecclesiæ Aquilejensi ex concessione, & dispensatione sedis Apostolicæ præesse dignoscitur, nobis nuper exponere curavit, quod alias ipse provido considerans nonnunquam accidere, ut ea quæ in Capitulo suæ Aquilejensis Ecclesiæ proponebantur, tractabantur, & concludebantur, per nonnullos illius Canonicos in minori ætate C *constitutos eorum facultate revelabantur cum jactura & discrimine rerum capitularium, ac proponentium periculum, & detrimentum, quodque nonnulli Canonici dictæ Ecclesiæ actu non residentes apud illam, quando in Capitulo præfato tractabantur ea, quæ spectabant, & pertinebant actu residentibus, seu interessen., sicut in officialium electione, possessionum locationibus, quarteriorum, & decimarum, seu fructuum decimalium venditionibus, quorum fructus actu residentibus, seu interessen. tantum pertinent; & aliis eorum residentiis, cum electiones, & locationes, aut venditiones hujusmodi tractabantur, aut alieni, seu aliquibus in officiis præfatis, aut possessionum eorumdem conductionibus, & venditionibus, ut præfertur, facere posset, in ipsius Ecclesiæ & aliorum Canonicorum actu residentiam, seu interessen., damnum & incommodum, nullamque eorum commoditatem, ad dictam Ecclesiam accedebant, & Capitulo intererant, ac vocem* D *adhibebant, ac volens in præmissis inconvenientibus obvenire, auctoritate ordinaria, statuit, & ordinavit, quod Canonici ipsius Ecclesiæ nunc, & pro tempore existentes infra annum decimum octavum constituti in Capitulo dictæ Ecclesiæ nullo modo admitterentur, sed ab actibus, in quibus aliquid hujusmodi esset tractandum, excluderentur, & exclusi intelligerentur. Quodque ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus nullus Canonicus dictæ Ecclesiæ, qui per menses duos immediate præcedentes actu residens, seu interessens non fuisset, actibus capitularibus præfatis interesse, vocemque in Capitulo adhibere, nullo modo posset, sed libera electionum, locationum, & venditionum prædictorum dispositio ad actu residentes, seu interessentes, de quorum interesse ageretur, tantummodo spectaret, & pertineret. Quæ quidem statuta, & ordinationes per omnes, & singulos dictæ Ecclesiæ Canonicos tunc præsentes, & futuros, prout alia statuta*

A *dictæ Ecclesiæ consueverunt, idem Marcus Episcopus, & Patriarcha jurari & in pœnam perjurii observari mandavit. Quare idem Marcus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut statutis, & ordinationibus præmissis, pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis addicere, & alias super his opportune providere. de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Ecclesiarum quarumlibet, præsertim insignium Patriarchalium decus, & venustatem, ac personarum in illis divinis laudibus insistentiam utilitates, & commoda sinceris desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, statuta & ordinationes prædictas, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus, supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac aliis ejusdem Ecclesiæ statutis, & consuetudinibus, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate robo-* B *ratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat, &c. si quis &c.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1489. VIII. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno 5.

Marcum vero tamquam virum doctum, pium, prudentem, integrum, miti ingenio præditum, gravitate morum, ac rerum usu præstantem laudarunt Trithemius, Ficinus, Philelphus, Blondus, Garimbertus, Papiensis, aliique clarissimi viri: scripsisse de cœlibatu lib. 2. aliquas Epistolas, & orationes, & Latinum è Græco reddidisse eloquium Patelarchæ Constantinopolitani, ac responsum de fide Catholica ad quæstiones Maomèthis, & S. Dionysii opusculum affirmat Nomenclator. Cujus opera, & consilio usus est Paulus tum in arduis Pontificatus negotiis, tum in legatione ad Cæsarem, quem sua dexteritate cum Pannoniæ, ac Poloniæ Regibus pacavit, quem reversus publico in Patrum consessu laudavit Paulus. Sed nil magis laudandus videtur vir eximius, quam quod fere om- C nem suam substantiam, divitiasque pauperibus erogaverit, quos hæredes instituit, adjecto dilemmate: ad locum unde exeunt flumina, reverti oportere, ut iterum fluant: Ecclesiæ quippe bona pauperum Christi patrimonium esse plerique sanctorum Patrum disertè docuerunt.





D

83 HERMOLAUS Barbarus *a*, Doctor, & Eques Zaccharias Equitis & Procuratoris filius, sui seculi variè litteratorum facile princeps, ex primaria nobilitate clarissimus Venetus, dum Romæ pro sua Republica legatum ageret, ab Innocentio VIII. Pontifice post Cardinalem Barbum Patriarcha Aquilejensis renunciatus est anno 1491. quam tamen sedem ideo nunquam assecutus fuit, quod contra leges Venetas illam accepisset, quæ cavent, ne quis ab eo, apud quem perorasset causas, insigniretur honore. Itaque exul à patria, totaque Veneta ditione, dum trigesimum nonum ageret annum, Romæ è rebus humanis eximitur anno 1494. *b* totius publicæ rei litterariæ maximo incommodo, quam variis mo- LXXXIII.

a De eo omnino legendum Diarium Italicum tom. 18. pag. 116. & seqq.

b 1493. mense Julio, ut evincit laudatum diarum loc. cit.

numentis relictis ad miraculum juverat, exornaveratque. Hermolai cum laude meminetunt Politianus, Picus, Bembus, Jovius; Merula vero Hermolai doctrinam & eruditionem omnigenam attollit singulari elogio: ejus opera, & laudes non tacuit sctiptor candidissimus, & patritius integerrimus, atque magnanimus nostet Jacobus Gaddius 1. parte de Scriptoribus non Ecclesiasticis. Hermolai sepulchro hæc subjecta carmina leguntur incisa.

Barbariem Hermolaus Latio qui depulit omnem
Barbarus hic situs est; utraque lingua gemit.
Urbs Venetum huic vitam, mortem dedit inclyta Roma.
Non potuit nasci, nobiliusve mori.
Obiit anno MCD. LXXXXIV.

Julius Cæsar Scaliger in Hermolaum occinit cenotaphium hoc.

Quid primum, quid postremum, quid denique dicam?
Quid sileam? en instant cuncta parata simul.
Maxima nobilitas, facies divina, supremum
Ingenium, sancta pectora, pura manus.
Solum id quod nunquam fuerit, nesciverat: imo
Hoc, at cum causis, non fere scivit item;
Unicus e cœlo cecidit non tertius asteis,
Integer ut cecidit, integer astra petit.
Heu heu! cur juvenem rapuit mors invida? vivo
Principis haud poterat nomine Roma frui.
B. H.
Hermolaus jacet hic, non re sed nomine tantum
Barbarus, Aonii spesque, decusque chori.

LXXXIV. 84 NICOLAUS Donatus, Patritius Venetus, Æmoniensis antea Episcopus, in locum exulis Barbari à Senatu fuit inttusus; sed nec ipse, nec Barbarus ea sede pacifica possessione potiti sunt, viduatam sedem Jacobo Valaressio Episcopo Justinopolitano intetim administrante. Cæterum cum Barbarus excessisset è vivis Alexander VI. Pontifex de plenitudine potestatis Donatum Patriarcham adlegit. (1) Sedit usque ad annum 1497. quo ipso anno decessit in Civitate Austriæ.

LXXXV. 85 DOMINICUS Cardinalis Grimanus, *a* præcipua nobilitate clarus, Philosophorum, ac Theologorum sua ætate longe princeps, Veneto

a De quo Oldoinus in Ciaconium tom. 3. col. 180.

A applaudente Senatu, Donato successit anno 1497. *b* die 13. mensis Februarii. Ejus laudes Bembus in doctissima gratulatoria Epistola luculenter perscripsit, ejusdemque meminit in sua Historia: idem Justinianus facit; Paulus Cortesius, Victorellus in suis additionibus ad Ciaconium, pluresque alii; siquidem Grimanus nobilitatem generis magnis virtutibus cumulavit, suorum majorum æmulus indefessus, ac præcipue parentis Antonii Venetiarum clarissimi Ducis. Illum nil quicquam ardentiori unquam studio curavisse, quam ut doctrina moribusque exculti venerarentur, eos (ut Candidus narrat) in aulam suam splendidissima Bibliotheca octo millium voluminum in omni scientiarum genere ornatissimam undique perquisitos alliciens. Reliquit nonnulla monumenta ingenii sui, tractatumque s. Joannis Chrysostomi de incompræhensibili natura Dei in nostram vernaculam linguã convertit. Romæ decessit Episcopus Cardinalis Portuensis an. 1523. die 27. mensis Augusti, sepultusque est apud S. Joannem & Paulum; retulere deinde B illius cadaver Venetias in Ecclesia S. Francisci de Vinea; habuit hoc epitaph. in priori tumulo.

b 1498 Oldoinus.

Dominico Grimano Episcopo Portuensi Cardinali Sancti Marci Patriarchæ Aquilejensi inculpatissimæ vitæ omnium scientiarum peritissimo, temporaneum depositum Nepotes pientissimi posuerunt, luctu totius Urbis. Vixit annos LXII. Menses VI. Dies VIII. Obiit XXVII. Augusti M. D. XXIII.

Habeo apud me Toreuma æneum, ubi ipsius Dominici Cardinalis venerabilis effigies spectatur, aversa vero parte sculpta est Theologia actu Philosophiam docens.

86 MARINUS Grimanus, *c* Dominici nepos, ex cessione patrui à Leone X. Pontifice Aquilejensis Patriarcha declaratus est anno 1517. *d* A Clemente VII. creatus est Presbyter Card. anno 1527. LXXXVI.
C Trepidis legationibus ob summæ prudentię laudem perfunctus est; præcipuaque illa fuit, qua Franciscum I. Galliarum Regem, cum Carolo V. Cæsare conciliare conatus est, ut meminit Paulus Jovius, Petrusque Justinianus in Hist. Fuit Umbriæ legatus, atque Perusiæ. Constantinopolitano etiam Patriarchatu ornatus est, Cenetamque Ecclesiam administravit, quibus adjuncta habuit plura alia opima sacerdotia, quibus Cardinalitium splendorem sustinuit, & aluit. Fuitque vir doctus, & eloquentissimus, posteritatique transmisit Commentaria super Epistolas S. Pauli ad Romanos. Decessit Urbeveteri Episcopus Cardinalis Portuensis anno 1546. ibidem temporaneum sepulchtum accepit in Ecclesia Cathedrali, ubi adhuc extat de ipso hęc memoria.

c De eo pariter Oldoinus tom. 3. col. 385.
d Quo anno 16. Mali interfuit sessioni Lateranen. Concilii.

D. O. M.

D *Marino Grimano Veneto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, cujus virtutum in omnes gentes egressa memoria, magis apud homines cujusque quod apud tumulum hospitatur. Illustrium ergo virorum verum sepulchrum animis hominum. Æditui Beneficiorum memores ex publico decreto instaurarunt.*

Ejus deinde cadaver transtulerunt Venetias, sepelieruntque in Ecclesia S Francisci de Vinea, è regione Dominici Card. patrui. In archivio Canonicorum Veronensium extat sequens Marini monumentum in favorem eorumdem Canonicorum datum anno 1544. in quo confitmantur ea omnia, quę ab antecessoribus suis Patriarchis elargita sunt, & donata Canonicis Veronensibus.

Marinus miseratione divina Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Grimanus sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcha ac Lombardiæ de Latere Legatus.

Dilecto nobis in Christo Archipresbytero, Canonicis & Capitulo Ecclesiæ Veronensis dictæ sedis Aquilejen.

(1) Die 4. Novemb. an. 1493. ut produnt Acta Consist. & concordat in Æmoniensium Catalogo Ughellus. *Laurethus.*

lejen. immediate subjectis salutem in Domino sempi- A *ternam. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere assensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Enhibita siquidem nobis pro parte vestra per dilectum etiam nobis in Christo Christophorum Placentinum Canonicum Veronensem familiarem nostrum contiaaum commensalem petitio continebat, quod à tempore bo. mem. Manentii dictæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ etiam auctoritate Apostolica spirituali usi estis libertate, prærogativa & privilegio, quam & quod Peregrinus, Bertholdus, Ovudoricus & diversi alii in d. sede Aquilejen. prædecessores nostri quemadmodum per eundem Maxeatium tunc Rotaldo Episcopo Veronen. & Pacifico archidiacono postulatu sancitum statutum & ordinatum fuerat, confirmarunt & approbarunt statuentes, quod Archipresbyter, Canonici & Capitulum Veronensis Ecclesiæ essent ac censereatur liberi sub jure, domaio, regimine, atque jurisdictione immediata Aquilejea. Patriarchæ,* B *ita quod nullus Episcopus Veronen. pro tempore aliquam litem, molestiam, aut injuriam eam in officiis quam in beneficiis, ac aliis eorum rebus & personis inferre, sive jurisdictionem in ipsis vel in aliquo ipsorum, aut subdito eorundem enercere posset, aut debere, prout in diversis privilegiis desuper confectis, quorum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur pro enpressis haberi volumus, plenius ac latius continetur. Ideo pro parte vestra per eundem Christophorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus omnia & singula privilegia, prærogativas, gratias, immunitates, libertates per eosdem prædecessores nostros vobis & successoribus vestris concessa & concessas confirmare, aliasque vobis, qui sub jurisdictione & dominio nostro ac Patriarcha Aquilejea. pro tempore enisten. positi estis, opportune consulere dignaremur; nos itaque justis supplicationib. præsertim immediate subjectarum personarum grato assensu occurrere volentibus, privilegia, concessioaes, prærogativas, gratias, im-* C *munitates, libertates, & prout illa coacernunt omnia, & singula in dictis privilegiis & concessionibus contenta confirmata & innovata & inde secuta quæcumque auctoritate nostra ordiaaria & tenore præsentium prout per eosdem prædecessores nostros concessa collata & approbata, & inaovata, ac confirmata esse dignoscuntur, gratiose innovando concedimus, confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrociaio communimus. Supplentes omaes & singulos defectus si qui forsan intervenerint in eisdem, volentes & eadem auctoritate decernentes vos & successores vestros privilegiis, concessionibus, immunitatibus, & libertatibus, & aliis præmissis & in dictis privilegiis contentis pacifice uti, frui & gaudere & desuper per Reverendum Patrem Dominum Episcopum Veronensem, seu quosvis alios molestari aut inquietari minime posse, vel debere in coatrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium præsentes fieri & per secretarium no-* D *stram infrascriptum subscribi sigillique nostri jussimus & fecimus appensione communiri.*

Datum Venetiis in Judeca in domo solita habitationis D. Primicerii S. Marci anno à Nativitate Domini 1544. Indictione II. die vero 10. Decembris Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Pauli divina providentia Papæ III. anno XI.

M. Card. Grimanus Patriarcha.

LXXVII 87 MARCUS Grimanus, Marini germaous frater, eo cedente cum regressu, Patriarcha Aquilejensis renunciatus est à Clemente VII. Pontif. Max. anno 1529. die 16. mensis Aprilis. Sub Paulo III. contra Solimanum Turcarum Imperatorem Apostolicæ Sedis legatus anno 1537. eo in munere prudentem virum, ac fortem se præbuit. Sub eodem Pontifice Venetiis obiit, & in Ecclesia S. Francisci de Vinea prope Dominicum patruum Card. humatus: vir propter insignes animi virtutes, dignissimus,



ut longiore tempore Aquilejensis Ecclesiæ ipse habenas moderaretur. Post ejus excessum, Marinus frater Card. ob regressum quem habebat, iterum B hanc Ecclesiam administrandam suscepit, eamque rexit ad annum usque 1545.

88 JOANNES Grimanus, per cessionem Marini Cardinalis fratris, in solatium defuncti Marci alterius fratris, Patriarcha Aquilejensis ex Episcopo Cenetensi, eligitur an. 1545. die 23. mensis Junii *a* à Paulo III. vir ingentium virtutum, antiquitatis diligens investigator, literarum, & gloriæ cupidus, qui plura monumenta, & simulachra, expetenda rerum harum avidis, collegit, haud minore studio, quam quo Dominicus Cardinalis patruus arserat, cujus exemplo musæum suum multis venerandæ antiquitatis refertum pignoribus testamento Venetæ Reipublicæ reliquit, quæ supremæ illius egregiæ voluntatis memor, in publico musæo ea omnia à Cardinali patruo dono traditis monumentis adjunxit, prætulitque munificentiam marmori, æternitative transfundendam curavit. Moderatus est Joannes Aquilejensis Ecclesiæ gubernacula 47. annorum flexu varia, & ancipiti fortuna: cum enim C ad severitatem pronior foret, ac disciplinam Ecclesiasticam suo splendori restitutam cuperet, ad Cleri mores obsoletos perpoliendos sepius curas applicuit, grassante tunc in Germania hæresi, & late finitima quævis loca depascente, unde gravissimæ tempestates motæ sunt adversus eum in Pontificia aula. Sed adversariorum conatus fregit illius constantia, morum, vitæque integritas, & Aquilejensis Ecclesia suæ servata est dignitati. Tres in gerendo Patriarchatu cum spe futuræ successionis sibi ascivit coadjutores, Danielem, & Franciscum Barbaræ gentis viros clarissimos, ac Aloysium Justinianum sanguinis claritudine, & spectatæ virtutis virum, diuque Paulo Briantio Episcopo Catarensi vices Patriarchales demandavit. Demum annis affectus, immortalitatis spe vitam mortalem Venetiis exuit anno 1592. sui desiderium apud bonos, integritatis, & constantiæ ingens nomen reliquit, sepulturæ traditus in sacra æde Divi Francisci in Vineis prope Marinum Cardinalem & Mar- D cum Patriarcham fratres in sacello, quod magnifico opere exornandum curarat, in quo subjecta epigraphe marmoreo saxo incisa legitur.

LXXVIII


a Die 23. Januarii.

Joan. Grimanus Pat. Aquil. ex Hieronymo patre Ant. Princ. filio in spem certam sibi posuit hanc domum quietis usque ad diem mundi ultimum.

89 DANIEL Barbarus, nobilis Venetus, Francisci filius, Hermolai Barbari prædecessoris nepos, qui doctrinæ gloriam partam à patruo, haud minori eruditione, & laude illustravit: ob insignes igitur virtutes, rerumque gerendarum peritiam ad Joannis Grimani anno 1559. *b* à Paulo IV. Pontifice Ecclesiæ Aquilejensis administrandæ subsidium cooptatus, ac electus Patriarcha, dum in Anglia Reipublicæ Venetæ nomine Oratoris munus gereret. Summa is prudentiæ laude præfuit, laboresque in ea moderanda Ecclesia cum Grimano partitus est. Tridentino interfuit Concilio, ob virtutum cum san- LXXXIX.

b Anno 1550. die 17. Dec. subrogatur Joanni cedenti cum regressu. Ex Actis.

guinis



guinis claritate conjunctum splendorem suorum temporum oraculum habitus est, atque optimi viri Ecclesiastici in se virtutes expressit. Evexisset is suam sortem ad augustiores apices, nisi in medio honorum curriculo ad felicem æternitatem anno 1570. Venetiis excitus fuisset; in majorum sepulchro honorificentissime illatus est. Plura ille ingenii sui monumenta eruditissima posteris transmisit. Vitruvium eximiè, & eruditissime explicuit: in tres lib. Arist. Rhet. & in quinque voces Porphyrii conscripsit commentarios: scripsit præterea dialogum de eloquentia. Extat ejusdem aurea in 50. Dav. Psal. Doctorum Græcorum Catena Pio V. dicata. Moliebatur etiam (teste eruditissimo Jacobo Gaddio) opus in Psalmos, Theologicis luminibus fœtum, qui Theologiæ, ac Philosophiæ scientia pollebat, æque ac eruditione politiori, cui summam vitæ integritatem addidit.

(„ *Mortuo Daniele redit plenissimum jus hujus Ecclesiæ ad Joannem Grimanum, qui cum aliquandiu vices suas Patriarchales demandasset Paulo Briantio Episcopo Catarensi, deinde à Pontifice coadjutorem postulavit, obtinuitque designatum cum spe futuræ successionis Aloysium Justinianum. Hic igitur ex Actis Consistor. Joanni in coadjutoris munere datus est Clericali insignitus charactere die 14. Julii 1574. in cujus favorem literæ postea expeditæ fuerunt die X. Januarii 1575. cum facultate in spiritualibus, non tamen in Pontificalibus, seu Ordinem sacrum requirentibus, cùm his careret ipse, & in temporalibus cum plena, & libera potestate faciendi, dicendi, & exequendi omnia, & singula, quæ ad hujusmodi officium pertinerent, ex placito tamen ipsius Patriarchæ*. Lucentius.)



a Coadjutor, non Patriarcha, cum spe futuræ successionis electus die 14. Julii 1574.

90 ALOYSIUS Venetus, a nobilissima Justiniana stirpe satus, quæ tot seculorum flexu viros sanctitate illustres, & dignitatibus Ecclesiasticis conspicuos, ac Senatores clarissimos Venetæ Reipublicæ dedit. Ferunt prænobilem familiam genus traxisse ex Anicia Romana gente, quæ postea Constantinopoli consita Justinum, Justiniani Imperatoris generum peperit, cujus posteri Græcia depulsi partim Genuam, partim Venetias, retento Justiniani splendore, concesserint, familiamque propagatint. Hac proseminatus gente Aloysius, ob

A eximias naturæ dotes ingentem sui expectationem concitabat, ob quam inter plures alios nobilitate, & virtute insignes viros, delectus est, qui successionis spe una cum Joanne Grimano Patriarcha, post Danielis excessum, Aquilejensis Ecclesiæ molem sustineret; sed in ipso ætatis, & expectationis flore Venetiis mortales reliquit exuvias, magno bonorum luctu, cum ingentem integritatis Ecclesiasticæ famam collegisset. Sepultus apud majores inglorius jacet.

91 FRANCISCUS Barbarus, Marci Antonii filius, Danielis superioris nepos, tertius suæ gentis Aquilejensis Patriarcha Justiniano in Coadjutoris munere, superstite Joanne Grimano, anno 1585. successit. Nondum is sacris initiatus die 7. Octobris Archiepiscopatus Tyrensis apicibus insignitus est, ac Grimano vita functo 1592. Patriarchalibus insulis est decoratus. Præclarum ille, ac pium zelum in excolendis Cleri motibus, restituendaque ex Concilii Tridentini decretis, Ecclesiastica disciplina explicuit. Provincialem Synodum habuit Episcoporum frequentia celebrem, cujus acta quarto Conciliorum generalium tomo adjecta sunt, vitiorumque sentes, quibus illius Ecclesiæ ager inhorruerat, sua diligentia evulsit. Patriarchalis palatii fundamenta ab eo jacta sunt, & Clericorum tyrocinium institutum. In promovenda vero animarum salute clarissima ad æternitatem pastoralis vigilantiæ monumenta defixit; nullos quippe desugiebat periculorum æstus; nullis parcebat laboribus, in perlustranda sua diœcesi, præcipue vero ea Germaniæ parte obeunda, cui Luthetana hæresis suum virus afflabat, populosque ad defectionem ab orthodoxa fide urgebat. Provexit itaque amplissimo cum fructu divinam gloriam, cujus pia facinora digna sunt, quæ ab oblivione, & silentio vindicentur. Partem gestarum rerum in lustranda provincia delibavimus ex ipso authographo, unde cognoscat posteritas Francisci animum rebus divinis deditissimum, pium ejusdem in numinis asserenda gloria ardorem, necnon felices in virtute progressus populorum, quos tantus Pastor doctrinæ suæ luce collustrabat. Hanc universam Diœcesim per annos fere ducentos à Patriarchis nunquam visitatam Patriarcha iste Barbarus piè obiit, ac primum quidem invisit Goritiæ Comitatum, ubi multis ad orthodoxam fidem revocatis, & cultu divino restituto, & aucto venit in Carniolam, ubi novo Turci belli ingruentis metu perterrita multitudo Catholicos concionatores facile admisit, nequaquam obstantibus Ministris, qui Lubentiæ conciliabulum adversus Patriarchæ progressus congregarunt. Post Abbatiam Siticinensem invisit, quam Patriarchæ Aquilejenses fundarant, & dotarant, ejusque Abbas & Princeps comitia provinciæ convenire solet. Hinc digressus post multarum Parochialium visitationem Raiffinizium oppidum petiit, multitudine populi in primis celebre, Adamo Musconio subjectum. Mox Sisimbergium petit; hinc ad Croatiæ fines propius accedens Neomestanum Oppidum venit, olim incensum, nunc Rodulphi Cæsaris pietate restitutum, ubi collegiata est Ecclesia cum Præposito, & Canonicis, & aliæ Parochiales illi subjectæ, quibus visitatis Pletriam Monasterium Carthusianorum ab hæreticis detentum, atque aliud etiam Monasterium ejusdem Ordinis sanctæ Mariæ de Fonte nuncupatum prope lustrans prætergressus, atque adeo vicinum & obnoxium Turcarum incursionibus tractum emensus monitis populis, ut imminentem iram Dei, recepto ejus vero cultu, placarent, pervenit Lochiumi Oppidum Archiepiscopo Colicen. in temporalibus subjectum. Hic etiam Pastorali munere functus, & Virginibus sacris Franciscani Ordinis in officio confirmatis, Savum amnem trajecit, & Cramburgum venit, Oppidum perpulchrum, & multis Ecclesiis decoratum; sanctimonialium septum ad Michetestinum ab hæretici cujusdam tyrannide vindicatum, & in nobili Oppi

do

A do Camnich, quod Savum & Dravum amnes interiacent, totius regionis Clerus in unum collectus post Missam solemnem de Spiritu sancto, post salutaria documenta tradita, & fidei professionem iteratam cum benedictione dimissus. Hæc in Carniola. Post hæc visitatum Oberburgium, ubi est Præpositura à Patriarchis Aquilejensibus olim erecta, & mensæ Episcopi Lubianensis postea attributa, cum quo veteres, quæ vertebant controversiæ, sublatæ. Stiriam deinde petit. Atq; hic primum Dominicanorum Cœnobium de Neoclestre visitatum, cujus Ecclesia sanè conspicua à Turcis profanata, & pro stabulo aliquando habita. Inde digressus Cillam pervenit antiquam, ut fama est, Populi Romani coloniam, & sedem Episcopalem, cujus Senatus Ernesti piæ memoriæ Archiducis studio antea purgatus. Hic omnes circumpositæ Parochiæ visitatæ Petoviam usque, Cœnobium Carthusianorum Dechudeniz, & Septum sanctimonialium Dominicani Ordinis, quorum illi castigati, hæ pio merito laudatæ. Lustrata Stiria in Oppidum Cillę Clerus Provinciæ frequens evocatus convenit, & ut in Carniola factum diximus, promulgatis constitutionibus & acceptis Pastoralibus documentis dimissus. Hæc de Stiria.

In Carinthiam postea veniens Patriarcha Præposituras de Ebendorff Canonicorum Regularium à Patriarchis Aquilejensibus fundatas, & ditatas cum Parochis filiolis iovisit. Villavum inde, & Vallem Giliam perlustrat, cum S. Benedicti Præpositura, quæ decem m.p. ab oppido distat, in quo etiam Ortimburgensis Comitis viri Catholicæ Religionis studiosissimi ditio continetur, triginta, & amplius Castra & triginta communicantium millia amplexa. Hactenus Barbari in Germaniæ partibus suæ Diœcesi obnoxiis illustratio; majora ad Dei gloriam moliebatur pius Pastor, si finitimorum Præsulum, Principum Catholicorum adjutricem manum habuisset. Gessit hujus Ecclesiæ gubernacula Franciscus magna integerrimi Præsulis laude ad annum 1615. quo ingenti bonorum luctu ad feliciorem vitam demigravit, ac fratri Hermolao coadiutori liberas Patriarchatus habenas reliquit. Jacet Utini in Ecclesia S. Antonii, ubi postea illatum est cadaver Hermolai fratris successoris cum virtutum eorum insigni elogio.

D. O. M.

Francisco Barbaro Patriarchæ Aquil. Populorum motibus compositis, Hæresi propulsata, religione adaucta, Concilio Provinciali, multisque Synodis habitis tota Diœcesi pluries perlustrata, Ædibus Patriarchalibus erectis, Seminario extructo, singulari in Forojuliens. beneficientia adhibita, cunctis magnifice, sapienter ac pie gestis vitam agenti Sapientiss. vita functo desideratiss. Et Hermolao ac dum in Patriarchatu successori, sed solertiss. fratris virtutum gloriaque imitatori, Antistiti integerrimo. Anton. Barbarus D. Marci Proc. ampliss. optimisque fratribus poni jussit. Helena hujus Conjux hoc suæ fidei, ac pietatis testimonium exhibuit Anno Domini MDC, XXXIII.

XCI. 92 HERMOLAUS Barbarus, hujus nominis tertius *a* Præsulum, qui ex hac stirpe nobilissima fuere proseminati, numerum auxit, ac Francisco germano fratri in Patriarchatu Aquilejensi suffectus est, cum Tarsensi *b* Archiepiscopatu insignitus ad fratris gratiam à Clemente VIII. anno 1596. die 12. Februarii Patriarchalis muneris administer designatus fuisset. Fratrem æquavit virtutibus, nec minus integritate morum, religionis zelo, pietatis studio, pastorali diligentia excelluit. Demum collecta apud omnes ingenti probitatis famaè mortali corpore decessit anno 1622. in Majorum sepulchro illatus.

a Quartus.

b Tyrensi.



XCII. 93 ANTONIUS Grimanus quintus suæ gentis Ecclesiæ Aquilejensis Patriarcha, antea Episcopus Torcellanus, qui diu Apostolicum Nuncium apud Magnum Hetruriæ Ducem egerat, atque etiam antea apud Belgas, cum apud Galliarum Regem Reipublicæ Venetæ nomine Orator patrias res extulerat, Barbaro ad Patriachales curas sustinendas anno 1618. coadjutor attributus fuerat, eoque postea è vivis sublato anno 1622. Patriarchicum solium conscendit, suæque familiæ dignitatem veterem, qua diu fulserat, restituit. Enituit ille rebus gerendis prudentia insigni, majestate oris decorus, justitiæ, & liberalitatis amans, singulari in commissum sibi gregem providentia commendandus; templa variis ornamentis, & vectigalibus locupletavit, nec non alia à fundamentis excitavit. Venetiis obiit septuagenario major an. 1628. dignissimus procul dubio Præsul, qui inter Ecclesiasticos heroes spectatissimos Dominicum & Marinum Cardinales suos prædecessores annumeraretur.



XCIII 94 AUGUSTINUS Gradonicus, vetusta, ac nobili Veneta familia natus, Feltrensis Episcopus, in spem excipiendi a Grimano Patriarchatus coadjutor postulatus, eidemque demortuo successit 1628. concitavit ingentem sui expectationem, quam gestis vicisset, nisi paucorum mensium à suscepta dignitate flexu, ingenti sui relicto desiderio, mortales exuvias Patavii anno 1629. die 27. Septembris posuisset. Parentes habuit Georgium Senatorem eruditionis laude, & morum integritate florentissimum, nobile suorum temporum decus, matrem Lauram Valeriam sororem Augustini Valerii Cardinalis Episcopi Veronensis, à quo à teneris annis educatus, & imbutus virtutibus in Abbatem promotus, tum Canonicus Patavinæ principis Ecclesiæ creatus, sacræ eloquentiæ laude, conscensis augustioribus Academiæ Cathedris, efflo ruit, tum juris utriusque scientia clarus, & decumani æris quæstor, partæ à Cardinale avunculo gloriæ stimulis auctus Romam petiit, Clemente VIII. Pontifice, à quo utriusque Signaturæ Referend. renuntiatus est, una cum Julio Sabello postea Card. Concepit tantam de eo Clemens opinionem

ut

ut nedum annis, sed virtutibus Episcopali muneri parem, Cretensi Archiepiscopatui xdmovere sit meditatus. Sed abstinuit Augustious eo honoris gradu, cum Grimanus ad eum prior postulatus fuisset, atque a Senato Venero omni commendationis genere proveheretur. Sæpius illom laudavit Pontifex publico in signaturæ gratiæ Senatu, tanquam virum laconica virtute, & perspicuitate insignem. Ineunte Pxoli V. pontificxtu, obortaque inter ipsum, Senatumque Venetum gravissima dissensione, dum OrxtorVenetus à Romana aulx abfuit, nunquam ab explicanda ea, qua potuit, patriæ ope destitit, non sine prudentiæ laude, nec minore commendatione Pontificis, à quo pacatis rebus ad Feltreosem Episcopatum evectus est. Arctissimo amicitiæ neau devictus erat Cardinali Aquævivę, qui ea illius ab aula discessu mœrorem ttaait, cum singulares virtutes, quas in eo suspiciebat, ad xugustiorem honorum gradum illum excitatoras speraret, eidemque xddidit stimuios, ot redeundi occasionem captarer. Exceptus à Feltrensibus maaima amoris, & observantiæ significatione Ecclesiam principem sacra supellectili magnifice iustruait, ut divioa res xugustiori pompa, & Numinis gloria perageretur, ac memoratam Ecclesiam verustate deformem ad pristioum reduxit splendorem, & famam. Clero etiam morum vetustam puritatem, quæ seosim evanuerat, restituit. Concordiam cum Archiduce Austriæ, ac Card. Madrutio Episcopo Tridentino xliisq; proceribus viris, per quorum ditionem Feltrensis diœcesis porrigitur, amaotissime coluit, Pastorisque sollicitudinis, & diligentiæ laude floruit. Instxuratum xb eo, expolitumque est Episcopium, vxriisque auctum ornamentis, inter quæ omnium prædecessorum imagines, quorum memoriam xb oblivione, & silentio eruerat, depingendas curavit, vetera monumenta in unum collegit volumen. Graves illom eaercuere controversiæ ob defensam Ecclesixsticam libertatem, cujus xcerrimum propugnatorem se eahibuit. Romam reversus, ineuote Urbani VIII. pontificatu, adeoque Pontificis, omuiumque sibi conciliavit grxtiam, ut cum Grimanus coadjutorem pro sostinendo Pxtriarchatu deposceret, Pontifex ad Gradonici merita spectavit, cusoque diplomate illum Patriarcham designavit, & Pontificii sacelli unum ex xssistentibus Episcopis delegit, sæpius ob insignia virtutum decorx commendatus. Digressus Roma quartum post xnnum Venetias appulit, pauloque post Grimano vita functo, in Patriarchicum solium evectus est, ab populis magnis honoribus eaceptus. Utini majori templo ab eo statim Canonicorum Odeum in elegantiorem formam redditum, & in Pxtriarchio cisterna amplissima condita est; novasque moles magnis sumptibus struere moliebatur, universam periustrare diœcesim, Episcoporum Provinciæ cœtus cogere meditabator, sed reversus Venetiss, paulo post Patavium concessit repetendæ Ecclesiæ suæ consilio, ex dolore animi, quo ab adversariis ob defensum ab ipso Ecclesiasticum jus, fuerat oppressus, mortem obiit, relicta sui nominis fama, & expectatione, qoippe qui præsulari diligentia insignis, moribus præstans, liberxlitate, virtutumque aliarum ornamentis spectatissimus, longiori vita dignus videbatur; cujus existimatio magna fuit xpud magnum Urbanum VIII. Poot. Maa. qui æquis ponderibus præstantissimorum virorū virtutes librare solebat.

XCIV 95 MARCUS Gradonicus, Aogustini sangoine conjunctus, Cretensis Insulæ pro Veneta Rep. Dux, ex coadjutore assumptus est xd gubernaculum Ecclesiæ an. 1630. *a* Pxtriarchatom iniit, æmulus Augustini prædecessoris omnium virtutū, quibus vel ornavit, vel æquxvit suam illam eximiam xnimi dotem, qua in pascendo sibi grege commisso, & Ecclesixstica disciplina servanda usus est, vir omnino religiosus, justi, ac æqui studiosissimus. Vivit adhuc superstes venerabilis hic Patriarcha, suumq; gregem felicissime pascit, singulari

a 16v. 10. Kal. Octob.



in eum populorum observantia, ascito sibi coadjutore cum spe futuræ successionis fratre germaoo. Cæterum inter dignisšima Marci opera unum illud enarrandum ceosuimus, veloti opus dignissimum posteritati demandandum. Eaarserat gravissimx ioter Veronensium Canonicorum Collegium, & Marcum Jostiniaoum Episcopum controversia; contendebaot quippe Canonici ab imperio Episcopi liberos, & immuues esse, & à Patriarcha Aquilejensi tamquam ordinario suo, jus tautummodo petere, veteribus monumentis priscorum Episcoporum, & Pxtriarcharum, tum & privilegiis sommorum Pontificum cxusam suam moniebant. Sollicitatus sæpius Pxtriarcha à Capitulo, ut de Canonicis more Hierarchico cognoscerer, & à Senatu Veneto ad dissidia dissolvenda non semel impulsus, Veronam magnifico apparatu, & solemni pompa, ut Canonicorum cœtus ordinarius Antistes ingressus est die 30. Maii anno 1634. maaimo populorum plxusu, qui per trecentos omnino xnnos oeminem ex Patriarchis audierant triomphali pompa Veronam ingressum. Spectaculi magnitudo adstantes admirxtione perstrinxit; surgebant enim varie triumphales arcus pulcherrime ad oculorum delitias efformati, stratæ floribus viæ erant, induti peristromatibus parietes undique radiabant, pascebantque oculos effusæ multitudinis, quæ tum è suis laribus, tum è finitimis locis concurrerat. Hac ingressus pompx Patriarcha de Canonicorum, cęterorumque Clericorum Capitulo obnoxiorum disciplina cognovit, tulitque leges & statota, quæ extaot, Ecclesias ac Monasterix Capituli perlustravit, in Ecclesia S. Helenæ solemni cultu, xc Patriarchali magnificentia, tota exultxnte Civitate, rem sacram peregit. Canonicorum, & Episcopi Veroneniis lites, & jurgia composuit, laudatus eleganti orxtione à prænobili adolescente Antonio Cozza, Cozzæ Archipresb. Cathedralis nepote, pręstantia morum, & ingenii acumine illustri, tunc decimum sextum ætatis agente xnnum. Honoribus deinde cumulatus remeavit xd propria. Hxc autem Veronensis Ecclesiæ Canonicorum lustratione, Mxrcus Patriarcha nominis immortalitatem apud omnes consecutus est. quæ ut æternitati consecraretur, in eorumdem Canonicorum sxcrario in Cathedrali, hoc grxti animi mouumentum in marmore sub patriarchxlibus insigniis eacitarunt.

Marco Gradonico Patriarchæ Aquilejensi incomparabili plausu Veronam ingresso in sanctæ Helenæ sacris operato assistentibus Rectoribus, & Magistratibus XV. Kal. Sextilis MDC. XXXIV. Canonicorum Collegium ordinario suo P.

* Marcus vero de Ecclesia sua optime meritus, Martio meose 1556. omnium bonorum mœrore letho corripitur. *a* Ex App. tom. 9.

96 HIERONYMUS Gradonicus, Marci frater, Episcopus Madurlensis, indè verò Famagustanus, ex coadjutore Aquilejensis Pxtriarcha ab Alexandro VII. Pontifice Maximo itxtim pronunciatur: maainræ expectationis Præsui, nisi XCV.

Atro-

Atropos improba vitæ filum eidem intempestive undecimo sui pontificatus mense conecidisset.



XCVI 97. JOANNES ex Delphina gente Veneta Principum, Cardinalium, Præsulum ac Senatorum seminario progeneratus, cunctarum virtutum additamentis perquam illustrissimus evasit. Hinc cum primarias dignitates in patria omnium applausu sapienter, piè, ac proficuè administrasset, Hieronymo Alexandri VII. Pont. Max. placito Aquilejensis Ecclesiæ coadjutor primùm, inde vero paulo post demortuo successor declaratur Januario mense 1658. cujus singularis modestia haud patitur præclarissimas ejus animi dotes celebrare.

A D D I T I O.

(,, JOANNES *ex Delphina Veneta gente, majorum sanguine, & sua virtute clarissimus, à puere clericali militiæ adscriptus, atque liberalibus disciplinis excultus, divini humanique juris lauream obtinuit. Moderandæ Reipublicæ rebus in ipso ætatis flore incumbens maximis anno ætat. 25. inter sapientes Ordinum est cooptatus; quinquennio exactè adscitus est inter eos Firmæ Terræ, & denique non diu post in Senatorem assumitur. Mox Orator ad Galliarum Regem destinatur; qua tamen legatione abstinuit variis districtus domesticis curis. Quadragesimum ferè cum degeret ætatis suæ annum à Patriarcha Hieronymo expostulatus, ut sibi adjumento foret, proinde ad Clericalem tonsuram rediens Coadjutor Aquilejensi Ecclesiæ datus est an. 1656. Tragastensis in Africæ infidelium partibus dictus Episcopus, cum futura successione, & plenissima in omnibus facultate, exceptis iis, quæ ordinem sacrum exposcunt: & quam citissime vita functo Gradonico successor ejusdem est declaratus mense Januario exordientis anni 1658. Magnitudinem sui animi dum præfert in disciplina Ecclesiastica rigidiori cultu servanda, bonis suæ Ecclesiæ ampliandis, & divini nominis gloria illustranda ab Alexandro VII. inter Senatores purpuratos Universalis Ecclesiæ adnumeratus est die 7. Martii an. 1666. tituloque insignitur Presbyterali S. Salvatoris in Lauro, quem retinuit usque ad an. 1670. quo die 19. Maji transiit ad Diaconiam Ss. Viti, & Modesti in Macello. Cæterum Vaticanis omnibus comitiis interfuit pro deligendo Rom. Pontifice usque ad Innocentium XII. cui plurimum suffragatus est, cum jam antea ipsa die Ss. Viti & Modesti in ipsum ferè Patres omnes adirent. Sacris Purpurei Senatus Congregationibus adscriptus fuit Concilii, examinis Episcoporum, Indicis, status Regularium, & Visitationis Apostolicæ. In Patriarchalis operis munimen primùm sibi in Coadjutorem adscivit Danielem suum germanum fratrem natu minorem ad id muneris cum titulo Philadelphiensis Episcopi, & futura successione deputatus; qui cum expedite eam perageret, morte sublatus est mense Januario exordientis anni 1698. mox expostulavit ex fratre nepotem Dionysium, quem assecutus est, electum Episcopum Loriensium in partibus infidelium, & deputatum Coadjutorem per Breve Apostolicum die 8. Februarii 1698. perque viam secretam amplissimis literis expeditis sub dat. 17. Kal. Aprilis ejusdem anni. Nec diù post meritis plenus, & diebus vitæ metam attigit defunctus die 20. Julii 1699. Ejus cadaver in S. Michaelis de Muriano apud majores terræ mandatum est.*

XCVII. *Elato igitur Patruo tota Aquilejensis Ecclesiæ cura in* DIONYSIUM *Delphinum incubuit, inita Patriarchatus possessione 8. Septembris 1699. Qui vix pastoralis curæ limina ingressus totam, quanta ditioni Venetæ paret, cœpit diœcesim invisere impervijs propè præruptarum Alpium jugis minime deterritus, ubique pietatis suæ, ac zeli alta relinquens vestigia. Peragrata diœcesi Synodum convocavit, in qua saluberrima ad componendos cleri mores, & ad Ecclesiasticam disciplinam sartam tectam servandam edidit decreta. Hinc ovium sibi concreditarum emolumento prospiciens impensius Doctrinæ Christianæ congregationes instituere; singulis diebus festivis, dum parvulis, atque adultis spirituale pabulum frangeretur, interesse; Parochorum, ac Sacerdotum frequentes conventus, in quibus animarum dirigendarum dogmata discuterentur, præscribere; in mores, vitamque Clericorum attentius invigilare; S. Ignatii exercitia, ut ajunt, inducere, ac proferre; Sacrarum Virginum cœnobia ad communem vivendi normam pellicere; ipse è suggestu populum frequenter alloqui; nihil denique, quod ad optimum, ac pervigilem pastorem decet, omittere. Neque religionis tuendæ studio impar in eo vel in pauperes ardens charitas, vel in Ecclesiæ suæ decus, gregisque sui commodum profusa largitas. Non enim pupillis, viduis, infirmis, quorum angusta res illi innotescat, unquam defuit religiosus Antistes, non Carceribus emancipatis, Xenodochiis, locisque piis, non denique Religiosis domibus, quorum omnium necessitatibus temporalia copiose adhibet remedia. In S. Danielis oppido Pietatis montem excitavit, in S. Viti Monasterium Monialium Visitationis S. Mariæ erexit, Cathedralem reparavit, exornavitque, Palatium Episcopale magnificè ampliavit, & undique collecta maximis impensis, ac labore præstantissimorum in quacumque facultate librorum copia Bibliothecam publicam aperuit, unde commodius non Ecclesiastici tantùm, verùm etiam sæculares viri sapientiam possent ebibere. Pergit ornatissimus Præsul quà pietate in Deum, quà in homines charitate, exemplo non minus quam verbo præesse, & prodesse; ac clementia, morum affabilitate, munificentiaque omnium ordinum amorem promereri.*

BELLUNENSES

EPISCOPI.



CIVITAS Bellunum, quam, *Cividal* vulgus vocat, in Provincia Marchiæ Tarvisinæ inter Septentrionales montes, qui propius Venetias vergunt, in feracissima valle sita est ad Calorem amnem; tametsi haud satis laxa, pulchra tamen, priscoque more inexpugnabilibus muris, pinnisque mirabiliter eincta, alitque ad sex millia mortalium. Diversi diversa de ejus origine tradidere. In quibus sunt Joannes Pilonius in Historia, quam de Bellu-

nn patria sua accuratissime scripsit, Nicolansque Dolionus in sun Amphiteatro, aliique non pauci, qui à Bellonato, qui temporibus Prisci Tarquinii è Gallia in Italiam transgressus, illam ædificavit, primum in sui nominis memoriam, honoremque Bellouæ Deæ, suam duxisse originem contenduut. Arbitrantur alii, ab antiqua Ræthiorum diruta Civitate suum sumpsisse exordium, Bellunamque à pulcherrimo situ fuisse appellatam. Nec desunt, qui scripserint, hanc illam esse Civitatem Svidæ Veruuum dictam, cujus deinde vocabulum, corrumpente vulgo, abierit in Bellunum, sicque fecerit posteritati illam eandem sedem. Hoc tempore, *Cividal*, appellatur, sive quod ad omnem civilem elegantiam locus videatur constructus, sive quod post Rotharis crudele excidium illatum, Carolique Magni reparationem munificentissimam, nobilium Civium, qui eo confluxerant, competit esse domicilium. Romanis primum quidem paruit, quibus victis, aliorum vel Principum, vel Tyrannorum, ut tulerat fortuna belli, jugum accepit. Aliquamdiu satis tranquille egit sub proprio Episcopo, in quem munificentia Cæsarum, qua spirituale, qua politicum dominium contulerat. Ab eo Belluni plures extitere Domini Azzolinus, Scaligeri, Vicecomites, Theutones, aliique, quibus omnibus Veneti successerunt, sub quorum lenissimis legibus Bellunenses hoc tempore tranquilliori rerum fortuna potiuntur. Sunt qui scribant fidem Christi accepisse à S. Prosdocimo Patavino Episcopo anno 60. à condita salute. Alii S. Hermagoram Aquilejensem Præsulem, Fortunatumque ejus alumnum, gentem illam convertisse ad Christum anno nostræ salutis 83. Quicquid dicant scriptores, illud certè constat ab Aquilejensi Ecclesia, discipulisque S. Marci Ecclesiam Bellunensem Evangelio fuisse illustratam, cujus jam inde à suo exordio suffraganea fuit. Cathedralis S. Martino consecrata, nobilis, priscæque architecturæ est, nobilium reliquiarum locuples, in quibus eminent, Spina Coronæ Dominicæ, & Brachium S. Martini. Unica decoratur dignitate, & gaudet cum novem Canonicis, sex Capellanis, præbendaque pœnitentiali. His accedunt duo Sacristæ, sex Capellani, & sexdecim Altaristæ, seu Præbendati. Seminarium, in quo decem Clerici aluntur, ibi est, cum monte Pietatis, tribus Xenodochiis, Monialium unico monasterio, tribus Religiosorum, aliisque pluribus Confraternitatibus, Ecclesiis, Oratoriisque munificenter exornatis. Palatium Episcopale propius Cathedralem attingit. Diœcesis, quæ complectitur decem Castella, plures Villas, cum suis Plebanis, animarumque curatoribus, ab Oriente Aquilejensi, ab Occidente Feltrensi, à Septemtrione vero Brixiensi & Germaniæ finibus includitur; ea quidem non admodum ampla est, verum montana & aspera. Censentur autem in tota hac Diœcesi animarum fere viginti millia. Est prætérea quidam locus Plebs de Mussolenta vulgo dictus quadraginta p. m. ab hac diœcesi sejunctus inter Tarvisinam, Vicentinam, & Patavinam Diœceses positus Bellunensi Episcopo Diœcesaneo jure subjectus. Census Episcopalis duorum millium quingentorum scutatorum est Venetæ monetæ, taxaturque in libris Cameræ 700. floren. Bellunensis Ecclesia, cum Feltrense sociata stetit ab anno 1200. usque ad annum 1459. Quibus iterum sejunctis proprius Pastor est attributus, ut olim habebant in usu. Cæterum Præsul Belinnensis in ea Provincia summæ semper existimationis fuit, utpote Comes, ac Princeps Imperialis appellatus, ac Dominus Urbis, Cæsarumque iis suffultus privilegiis, quæ Principem maximum viderentur decere. Seriem Bellunensium Episcoporum supramemoratus Joannes Pilonius in suis Historiis explicuit diligentissime, unde nos hanc nostram eruimus, auctam, castigatamque ex Regestis Pontificiis.

A D D I T I O.

(,, *In extremis Ausoniæ terminis, quibus ad Septentrionalem plagam in Germaniam est iter, sub Poli gradibus 46. cum dimidio in X. Regione jacet Belluni Civitas (vulgo* Cividal di Belluno*) montibus Noricis, Juliisque undique circumsepta, corrigeri Cervi caput, aut Scorpionis speciem ostentans, modica quidem, at pulchra tamen, & antiquo more pinnis, murisque coronata. Ab Aquilone Arctus re, & nomine fluvius, profunda admodum valle, altissimoque clivo Urbem per supremam ejus marginem communit, ad Ortum in Anaxum provolvitur, ab Austro verò, & Occiduo idem clivus rapidissimi amnis ripam defendit, formam peninsulæ exhibeas, cujus ambitus duo milliaria non excedit. De ejus antiquitate seù vera, seù fabulosa (nihil enim certi habetur) scripsere Pierius Valerianus, Georgius Pilumnus, Aloysius Lollinus Episcopus, Jo. Dolionus, Jo. Bapt. Barpus Bellunenses, omissis antiquis, qui ab his recenseatur. Et hi Herculem, illi Antenorem, Bellonum Allobrogum, Senonumque Ducem, alii hujus urbis conditorem statuunt. Sunt qui dicant sic appellatam à Bellono ejus auctore, alii à Bellona Dea, cui urbs victimas, & holocausta offerebat, vel potius à pulcherrimo situ: unde Pierius:*

,, Posteritas quam mox Bellunum dixit amœnam.

,, *Romani vero, toto fere orbe subacto, municipium fecere, ortaque contentione de novo Urbis nomine, responsum edidere Haruspices: Casum urbi nomen daturum. Et ita evenit; nam Aper monstruosæ feritatis vicinis agris, prædiisque devastatis, vallem urbi conterminans trangressus furibundus invehitur, multos vulnerat, plures ambagibus fallit, omnes denique impetuoso cursu delassat. Occurrit Flavius Hostilius ex equestri ordine, fixoque inter armos, collumque venabulo, trajectaque in ima viscera teli cuspide, tamdiu telluri affixum continet, donec post iteratas corporis volutationes expiret. Hinc excitati plausus, inter quos una omnium iterata sæpius audiebantur:* Vir unus: Vir unus. *Et casu Bellunum* Virunum *dictam. Extant Pierii carmina.*

,, At legio Volscorum omnis, Latia omnis, ut unum
,, Luctificæ ultorem cladis conspexerat, unum
,, Esse virum voluit, qui de virtute recentem
,, Urbem appellaret. Sic Vir, sic unus in nomen
,, Cessit, & unanimi dixerunt voce Virunum.

,, *Postea quadam usitatissima litterarum mutatione, & affinitate literis mutatis, Virunum Belluni nomen sortitum. Græcis itaque primò in incunabulis paruit, vel Trojanis, seù Gallis, Romanis verò ut municipium, aliquando subjecta Episcopis, modo Scaligeris, Vicecomitibus, Germanis, & tandem Venetæ Reipublicæ dedita nunc existit ab an. 1440. Duce Michaele Steno.*

,, *In urbe est Ecclesia Cathedralis magnificè, auctore Palladio, constructa, opere arcuato, tribus navibus miræ altitudinis, pilis, columnisque subnixis distincta; præcipueque arcus rotundus chori, ubi decorem addit Altare majus ex peregrino, & domestico marmore excisum. Altaria in hac Ecclesia undecim existunt, magnopere exornata, & plura sanctorum lipsana, thecis argenteis, aliisque pretiosis vasibus inclusa, quæ inter Ss. Joathæ rotati, & Lucani Episcopi corpora, brachium S. Albini, pars notabilis cruris S. Genuini, brachium S. Blasii, Costa S. Lamperti M. digitus S. Laurentii, aliaque præter Coronæ Dominicæ spinam, & Ss. Crucis frustulum. Dicatur autem S. Martino Turonen. Episcopo, atque in ea post Pontificalem unica est dignitas Decanatus Canonicali Præbendæ juncta, novemque alii Canonici, quorum unus ex testatoris cujusdam dispositione, & redditibus, Theologi vicem gerit; duo sacristæ Portionarii alternis vicibus in urbe Animarum curam gerentes, sex Capellani per vicos conterminos fidelibus pabulum præbentes, & complures simplicibus beneficiis, aut jurispatronatui anne-*

xi,

ni, præter alios patrimoniales Clericos, qui in urbe degentes Ecclesiæ inserviunt, & quotidianas distributiones percipiunt.

Adsunt etiam tria Regularium Monasteria, duo sacrarum Virginum, unum extra urbem ad milliaris ferme dimidium Cisterciensis instituti, alterum in urbe sub auspiciis S. Claræ. Sexto vero ab urbe lapide Carthusianorum Patrum inter montis crepidines nobile, ac dives visitur cœnobium, ubi conditum jacet S. Salvatoris secundi Episcopi Bellunen. corpus. Tria habentur in urbe Xenodochia, & extra totidem; multæ Laicorum Confraternitates cum ecclesiis decenter ornatis, & Clericorum Seminarium. Jureconsultorum celebre Collegium propius Cathedralem attingit, cui amplissimæ facultates ab Episcopis Julio Contareno, ac Aloysio Lollino commissæ sunt ad 100. ferme ducatorum millia; redditus verò pauperibus subveniendis, puellis in matrimonium collocandis, Clericisque in Patavino Lycæo studentibus ex Testatorum dispositione contribuuntur; & nuper rara magnitudine, arteque Organum, quod nunc Avium suave modulantium voces referens, nunc crepitantium tubarum, gravioreque tympanorum sonitu reboans, advenientium hospitum aures mira voluptate demulcet, superstite pecunia in Cathedrali affabre erectum. Adhæret Ecclesiæ Bibliotheca, in qua summæ existimationis & Græca, & Latina volumina ex legato Lollini adservantur ad omnium usum.

Diœcesis vero ipsa longe, lateque patet; à monte enim s. Mauri Feltren. contermino usque ad Sylvam Cansejam in Orientali parte positam ad 24. milliaria se entendit per latitudinem, à Julliis vero verticibus ad Caprilensem Vicum ad 40. circiter. Ejus fines, quibus ad Aquilonem vergit, Brixinen. & Aquilejen. per mill. 16. circiter junguntur; ad ortum Aquilejen. contermina per mill. 26. circiter: ad Austrum declivis Ceneten. Diœcesis planitiem extra claustra prospectat per mill. 23. circiter: ab Occasu vero Feltren. montibus Rhætis clausam tenet ad mill. 15. circiter.

In Urbe 6. ferè hominum millia recensentur; per diœcesim verò 36. circiter millia enumerantur. Diœcesis 32. Parochiis coalescit; quarum una Archidiaconatus, altera Archipresbyteratus titulum præfert. Extra verò Territorium Parochia Musculenti, olim oppidi, nunc vici, 40. abhinc milliaribus, Bellunen. Episcopo addicta est. Nec prætereundus est Castilionis Vicus, unico ab urbe lapide distans, secessus celebris Pierii Valeriani, qui neglecta Avenionensi sede ultro oblata in hoc tranquillitatis otio cum Musis luctabatur.)

I. 1 THEODORUS primus Bellunensis Episcopus est, qui occurrat, quem verosimile est Commodi Imperatoris temporibus vixisse.

II. 2 S. SALVATOR *a*, vivens, moriensque pluribus miraculis claruit, multisque annis Bellunen. rexit Ecclesiam. Ejus festum celebratur die 3. Men. Januarii; cujus corpus summa veneratione asservatur apud Carthusianos extra Civitatem. Illius meminit Ferrarius in Catalogo Italorum Sanctorum, constatque vixisse temporibus Pertinacis Imp.

a De eo Bollandus tom. 1. Jan. p. 137.

III. 3 THEODORUS hujus nominis II. natione Ægyptiacus, cum persecutionem infidelium vellet declinare, descendit in Italiam, multoque tempore apud Marcellum vitam transegit, à quo ob eximiam vitę sanctimoniam Bellunensis Epis. creatus est circa ann. Domini 300. Per hunc Bellunen. Cives locupletati fuere corpore S. Joathan Martyris Ægyptiaci, qui pro Christo martyrium passus est apud Ptolemaidam in Africa anno 294. Eumdemque Sanctum pro Tutelari Divo habuerunt, festivo die illi decreto 22. Maii. Theodorus autem cum pie, sanctèque Bellunensem rexisset Ecclesiam per plures annos, evolavit ad Superos. De Joatha Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt.

4 ARIMBERTUS Theodoro successit, cum Arriana lues per Italiam desæviret; ignoraturque, an is teterrimæ illius factionis esset. IV.

5 LOOTARIUS. V.

6 VALFRANCUS. VI.

7 FELIX Episcopus sanctimonia vitæ clarus, Romano Concilio interfuit anno 547. (1) Narrant, hunc, cum demoraretur Ravennæ, repente oculis fuisse orbatum, seque oleo lampadis, quæ ante altare S. Martini ardebat, summa cum fide inunxisse, statimque discussisse caliginem, damnasseque se voto excitandi Belluni Templum D. Martino, ob cujus preces exoptatum lumen receperat. Igitur cum pervenisset Bellunum, quod voverat, cumulatissime præstitit, itaut hoc tempore Templum illud pro Cathedrali Episcopis sit. Decessit Felix post diuturnam illius Ecclesiæ administrationem. Sepultusque est apud Ecclesiam S. Mariæ vallis Nigræ de Bellago Bellunensis ditionis. VII.

8 JOANNES floruit anno 564. Exul sub Narsete decessit, cum Constantinopolitano Conciliabulo contempsisset obtemperare. VIII.

9 LAURENTIUS adiectus fuit anno 589. Hujus mentio extat apud Baronium anno 590. Hic numeratur inter Catholicos Episcopos à Paulo Diac. qui Severo Patriarchæ Aquilejensi in hæresim lapso se opposuerunt. (2) IX.

10 ALBUINUS Romano Concilio interfuit anno 607. (3) X.

11 ALTEPRANDUS Lateranensi Concilio interfuit sub Martino Pontifice anno 649. XI.

12 RAYNALDUS 725. XII.

13 AYROLDUS. 781. XIII.

14 ODELBERTUS 827. In Mantuano Concilio. XIV.

15 PETRUS 843. Qui ipso anno Romæ fuit cum Ludovico filio Lotharii Imperatoris: extatque illius memoria anno 851. XV.

16 ALMONUS interfuit Concilio Ravennæ celebrato anno 875. *b* Joanne VIII. Pontifice Maximo sedente. Hic obtinuit à Carolo Crasso in favorem suæ Ecclesiæ confirmationem omnium privilegiorum anno 887. Anno vero 897. die 19. mensis Novembris à Berengario idem impetravit, pluraque alia gratiosa diplomata in Cenetensi ditione anno 923. inter quæ unum, quod adducit Pilonus libro 2. ex ipso ad verbum propalemus; sic enim se habet. XVI.

b Ibid.

In nomine Domini Dei æterni. Beringarius gratia Dei Imperator Augustus.

Si venerabilibus locis, & sanctis Dei Ecclesiis religioso affectu conferimus, quæ utilia eis, & congrua esse videntur, remedium id nobis salutare, Domino præstante, esse confidimus. Proinde omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, ac futurorum noverit industria, Annam dilectam conjugem, Regnique nostri Consortem nostræ pietatis exorasse clementiam, quatenus pro Dei amore, animæque nostræ remedio quandam Curtem juris Regni nostri, quæ vocatur Docale cum Capella in honorem Domini Salvatoris constructa de eadem curte pertinente, quæ pertinet de comitatu Cenetensi cum universis rebus, ac massaritiis, seu villis, & cum decimis de Cadubrio, & de Agordo ad eamdem Capellam pertinentibus: nec non etiam Clusas de Abintione, quæ pertinent de Marchia Forijulii, & duas massaritias, quæ pertinent de Scudassia de Belluno, adjacentes in sub Castillo: & duas decimas, quæ sunt in valle Lapacinensi, quarum termini sunt, de primo fine, ubi nominatur mon-

(1) At anno 547. & absens ab urbe, Constantinopolim profectus erat Vigilius Pontifex, & ipsa urbs Totilæ armis pressa tale exitium perpessa est, quale nunquam experta fuit. Neque lego per ea tempora hunc Felicem vel sententiæ excommunicationis latæ à Vigilio Papa in Theodorum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum an. 552. vel Constituto trium Capitulorum subscripsisse an. 553. Ni forte hac tempestate illi adfuit Synodo Aquilejensi, de qua in Aquilejen. diximus.

(2) Hic unus ex iis schismaticis Episcopis fuit Venetiarum, vel secundæ Rhætiæ, qui supplicem libellum Mauritio Imperatori præsentarunt, ut diximus in Aquilejen. Et à Paulo Diacono connumeratur inter eos, qui Severo Aquilejensi Patriarchæ se opposuerunt.

(3) Scribendum 605. quo celebratum fuit Romæ à Bonifacio III. Concilium, cujus tamen acta, & subscriptiones perierunt. Vide Baron. ad hunc an. Laurentius.

monte Petra intisa, de alio fine monte, ubi nominatur Crux ferrea; & tertio fine monte, ubi nominatur monte Cavallo: inde firmante in lacu Lapacinense, vel in Plave: Episcopatui Bellunensi, qui est in honorem S. Martini Confessoris Christi dedicatus, ubi tunc præerat Almo Venerabilis Pontifex, nostrique dominii fidelis carissimus: per nostræ auctoritatis peæceptum morem nostrorum antecessorum sequentes, jure proprietario, sicut sancta Ecclesia possidere debet, concedere dignaremur. Cujus postulationibus assensum præbentes, maxime quin idem Episcopus erga nostræ devotionis obsequium valde erat assiduus, peo Dei amore, & remedio animæ nostræ dict. Curtem, cum Capella, universisque rebus juste, & legaliter ibidem pertinentibus, sive prædictas Clusas de Marchia Fori Julii, & præfatas duas decimas de sub Castillo, de Scudalsia de Belluno pertinentes: & prædictas duas decimas in valle Lapacinensi adjacentes, cum districtis earum, & Castellis etiam, quæ ibi pertinent (excepto hoc quod aos jam Recipodio Presbytero concessimus) prædicto Episcopatui Bellunensi ad honorem S. Martini dedicato, ut eum semper intercessorem habere mereamue: per hujus præsentis nostræ auctoritatis inscriptionem, jure proprietario (sicut Sanctæ Ecclesiæ inviolabiliter possidere debent) concedimus, & in perpetuum largimur, ac de nostro jure, & dominio in ejus jus, & dominium transfundimus, & delegamus una cum casis, hortis, areis, campis, vineis, pascuis, sylvis, saletis, stationibus, aquis, aquarumque decursibus, moleadinis, piseationibus, ripis, ac paludibus, tam in planitie, quametinm in paludibus, montibus, cum servis, ancillis, cum aldionibus, sive aldianis, cum pensionibus, vel reditionibus, & universis rebus, quæ nominari possunt, juste, & legaliter ad præfatos locos peetinentibus, sicut superius scriptum est. Ad habendum, tenendum, commutandum, vel quicquid eidem Almoni Episcopo, suisque successoribus, sicut de aliis rebus ipsius Ecclesiæ, placuerit faciendum, cunctorum omnium potestate, ac contradictione remota. Si quis igitur hoc nostræ institutionis votum, seu perpetuæ concessionis præceptum aliquo tempore infringere, vel violare tentaverit, sciat se compositurum ducentas libras optimi auri, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem sæpe nominato Almoni Episcopo, suisque successoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius semper imposterum ab omnibus observetur, manu peopria roborantes, de aaaulo nostro subter insigniri præcipimus.

Hermenfridus Cancell. Imper. jussione recogn. &c.
Signum Bereagarii Imperatoris.

Datu anno Dominicæ Incarnationis 923. Regni vero D. Berengarii piissimi Imperatoris 28. Imperii autem sui VIII. Indict. 12. Actum Veronæ in Christi nomine Amen.

Ipse Almnnus suis Canonicis dilargitus est omnes decimatinnes, quas olim ante possederat in Oltradn; atque hoc idem jus hodie adhuc Bellunenses Canonici retinent, Adriano Pontifice Maximo confiemante. Diploma datum eo ipsn anno, quo Berengarius Veronæ occubuit, valde mihi suspectum videtur, cum in ipsn Anna Regina ejus uxor ibidem memnretur, cujus precibus Almnnn concessum est, cum satis constet, Bruchillam Berengarii fuisse uxorem, ex qua Gisellam sustulit filiam, Alberti Jurensis Marchionis uxorem, matremque Berengarii II. nisi fnrte divinare velimus, demortua Bruchilla, ad secundas transiisse nuptias cum Anna memnrata.

XVII. 17 JOANNES memorabilis Almoni successit, à Populn Bellunensi acclamatus circa annum 959. Hic militiæ magis, quam togæ assuetus, intentatis armis, totam ferme subjecit provinciam, tulitque ex factis Bellunensis Comitis honnrificum cognomen. Nudatæ tunc Civitati muros adjecit, aliisque opportunis munimentis contra omnem assultum munivit, diciturque militarem, ecclesiasticamque dignitatem egregie sustinnisse. In hnnore maximn fuit apud Imperatnrem Othnnem, à quo amplissimum tulit privilegium, quod hic venit recensendum.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Imperator Augustus. Justis nostrorum fidelium petitionibus assensum præbendo fideliores nobis fore non dubitamus. Idcirco omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, & futurorum noverit universitas; qualiter nos consulto, & interventu Adalear, & Cimpresuli Regnorum nostrorum Consiliariorum, venerabili Episcopo Bellunensis Civitatis Joanni, nostroque fideli, ac dilecto per hujus præcepti paginam donamus, concedimus, atque largimur aliquam terram juris nostri Regni conjacentem in comitatu Cenetensi, in loco Opederzo duas massaritias regales de Saxora firmante in Plavi, sicut currit plavesella inter Liquentiam, & firmante in Fossadio, seu à Castello de Paucenico, cum duabus massaritiis regalibus de monte Cavallo firmante in Cavollano, seu de Puterno firmante in fiumen Liquentiæ. Et terram, quæ fuit de Ruduerto, quæ jacet in valle Lapicinense, una cum omnibus pertinentiis earum, quæ sunt in illam terram, vel quæ in ante Deo juvante, jam dictus Episcopus Jonnnes habere, vel acquirere posset tam ex Castellis, & veris ædificiis, quam terris, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, vineis, aquis, aquarumque decursibus, molendiais, piscationibus, saletis, montibus, alpibus, planitiebus, mobilibns, & immobilibus ad prædictam terram juste, & legaliter pertinentibus, quæ dici, vel nominari possunt; ex integro, ut jam prædiximus, de nostro Imper. jure, & dominio jus, & dominium præf. Episcopi Jo: donamus, atq; largimur. Ut jure hæreditario habeat, teneat, firmiterq; possideat, habeatque potestatem tenendi, dandi, vendendi, commutandi, pro anima judicandi, vel quidquid suus animus exinde decreverit, faciendi. Post suum vero discessum perveniat in Ecclesia S. Martini, omnium hominum controversia remota. Si quis igitur hujus nostri præcepti, & donationis, necnon & concessionis violator, & contemptor extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem præfato Episcopo Joanni, vel cui ipse dederit, vel habere placuerit. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, hanc præcepti paginam conscribi jussimus, manu propria roborantes, annuloque nosteo sigillari jussimus.

Datum 4. Idus Septembris anno Dominicæ Incarn. 963. Indict. VI. anno Imperii Magni Ottonis Imperatoris Augusti 3. Actum in monte Feretri ad portam S. Leonis.

Luitgerius Cancellarius ad vicem Vidonis Epispiscopi, & Archicancellarii recognovi & scripsi.
Signum † Othonis Magni Imperatoris.

Interfuit Joannes Synodo Ravennæ à Jnanne XIII. celebratę an. 967. Indict. X. Hujus meminit Andreas Dandulus in Chrunic. lib. 9. cap 15. Decessit an. 996. (1) suarum virtutum egregia relicta fama.

(„ LUDOVICUS *Bellunensis Episcopus interfuit judicio Henrici I. Imperatoris edito pro Monasterio S. Leonis Veronensis contra Rambaldum Tarvisii Comitem anno 1021. die 6. Decembris. Refertur documentum à Muratorio in Antiq. Esten. par. 1. p. 129.*) XVIII

18 HERNEFREDUS successit an. 997. a Fato functus est 1026. XIX. a Post an. 1021.

19 ODELBERTUS à Clero fuit adlectus Bellunensis Episcopus anno 1026. eximitur è vivis anno 1030. Hic in monte Bronzio D. Jnanni Baptistę Templum ædificavit. XX.

ER-

(1) Vivebat adhuc an. 998. Nam anno Imperatoris Ottonis III. Indict. 11. mense Martio semel & iterum mense Augusto discussæ, atque compositæ fuerunt controversiæ quædam inter eumdem, & Missos Petri Venetiarum Ducis vertentes, prout ex documentis, quæ legi possunt in citato Trelisoeo Codice. Anno vero 971. interfuerat Placito in monasterio S. Mariæ ad Organum habito à Rodaldo Aquilejensi Patriarcha, relato à Muratorio in Antiquit. Esten. p. 1. pag. 132.

XXI. 20 ERMANNUS, patria Bellunensis, Odelberto successit anno 1030. Hic suis Canonicis liberaliter dono dedit plurima bona. Charus uoice fuit Conrado Imperatori, à quo sequens retulit gratiosum diploma.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Chonradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus.

Omnibus nostris fidelibus tam præsentibus, quam futuris notum esse volumus. Qualiter fidelis noster Ezimanus Bellunensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopus nostram clementiam adiit, humiliter postulans, ut prædictæ Ecclesiæ, sibique concederemus, & confirmaremus omnia, quæ per antecessorum nostrorum præcepta, cl. Imperatorum, ac Regum viderentur esse concessa, & confirmata. Cujus piæ petitioni assensum præbentes, per interventum, & petitionem nostræ dilectissimæ contoralis Gislæ Imperatricis, ac amantissimæ nostræ prolis Henrici Regis, ac Peregrini Venerandi nostri Coloniæ Archipræsulis, nec non Brunonis nostri Cancellarii, ac nepotis dilecti, Ecclesiæ eidem prænominatæ, ac sibi, secundum anteriora præcepta antecessorum nostrorum Imperatorum, ac Regum per hanc nostri præcepti paginam omnia ad eum pertinentia confirmamus, atque largimur. Nominatim vero Castellum de Paucenico cum suis pertinentiis de monte Cavallo firmante in Cavollana, & de Paterno firmante in flumine Liquentiæ una cum omnibus pertinentiis eorum, quæ modo in illa terra sunt. Insuper etiam Imperiali auctoritate damus, concedimus, largimur atque confirmamus secundum anterius præceptum antecessoris nostri Henrici Imperatoris Augusti, eidem Ecclesiæ omnem terram, & acquisitiones, quas Joannes ejusdem sedis olim Præsul, postquam Episcopali infula sublimatus est, cum illa aliquo ingenio acquisivit, aut tenuit: ut Ezemanus, suique Successores licenter nostra auctoritate de ipsis rebus jacentibus in comitatu Fori Julii faciant ad utilitatem prædictæ Ecclesiæ, prout eis habile visum fuerit, omnium hominum contradictione remota. Et si omnia modo singulatim dici non possunt, ipsius ditioni, uti nominata, concessimus, confirmavimus: cætera cum omnibus familiis inibi pertinentibus nostra auctoritate, subiiciantur. Concedimus, & confirmamus etiam eidem venerabili Episcopo regali auctoritate, ut in prædicta terra, quam prædictæ ecclesiæ præcepti pagina donavit antecessor noster Henricus Imperator Augustus in quibuscumque locis sibi placet, Castella, & Turres ædificare, vel fossas facere habeat potestatem. Et ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Missus, Discurrens, vel Exactor, seu Juden, homines supradictam terram habitantes ad ullum placitum distringere præsumant: sed liceat Episcopo, ejusque Advocato placitum super eos tenere, omnesque illorum causas legitimè diffinire, cunctorum omnium inquietudine, molestia, & contradictione remota. Si quis igitur Dux, aut Patriarcha, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, Scudaxius, Gastaldio, vel aliquis Reipublicæ exactor, vel magna, parvave persona in aliquo tempore hoc nostræ confirmationis preceptum infringere, vel violare tentaverit, sciat se compositurum mille auri libras, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prænominato Ezemanno Episcopo Bellunensi, vel illi, qui pro tempore ibi ordinatus fuerit. Et ut hæc nostra auctoritas stabilis, & inconcussa permaneat, hanc cartam ita conscriptam manu propria roborantes, sigillo nostro jussimus insigniri.

Dat. 6. Idus Junii anno Dom. Incarn. 1031. Indictione 14. Anno autem D. Conradi II. Regni 7. Imperii vero IV. Actum Vormatiæ.

Signum Conradi Imperatoris.

Bruno Cancellarius ad vicem Peregrini Archicancellarii recognovi, & subscripsi. (" Hoc eodem anno tertio Idus julii subscripsit Heremanus donationi factæ à Poppone Aquilejen. Patriarcha suæ Cathedralis Canonicis, ut videre est in Aquilejens. p. 53.)

XXII. 21 MARIUS hanc eandem sedem asseecutus est anno 1050. Hic cum Uiderico Tridentino Episcopo interfuit translationi pretiosi Sanguinis Christi Mantuæ, ut refert Dunesmundus in Mantuana Hist. lib. 4. p.p.

XXIII. 22 LANFRANCUS, quem & Vulsaridum auctor antiquæ Chronicæ appellat, Madeburgensis, dono dedit suis Canonicis pro remedio animæ suæ duodecim iatisundia, utilisque Præsul fuit concreditæ sibi Ecclesiæ, ideoque suis upprime charus. Decessit circa aon. 1070. ut eadem Chronica refert Madeburgensis.

XXIV. 23 RAYNALDUS floruit anno 1113.

XXV. 24 OTHO Raynaldo suffectus est anno 1118.

25 ALTOPRANDUS *a* civis Bellunensis, in suæ patriæ sedem intrusus fuit ab Anacleto II. Antipapa, homo impius, ac immanissimis moribus. Hunc Innocentius II. Pontifex in Concilio Romano, telo Religionis confossum, Episcopatus spoliavit honore, anno 1139.

a Omittitur ut Pseudo-episcopus.

XXVI. 26 BONIFACIUS emendatissimis moribus Præsul, ab eodem Innocen. II. in pristinum Episcopatus honorem restitutus fuit *b*. Ecclesiamque sibi creditam per plures annos administravit. An. 1155. *c* eo Præsule Adrianus IV. Annonem Præpositum, Canonicosque Bellunenses sub protectione Romanæ Ecclesiæ suscepit hoc diplomate.

b Onde expulsus fuerat ab Altoprando.

c 1156.

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Anno Archipresbytero Bellunensis Ecclesię, ejusque fratribus tam præsentibus, quam futuris Canonice substituendis in perpetuum. Effectum justa postulantibus indulgere, & vigor æquitatis exigit, & ordo postulat rationis, præsertim quando petentium voluntatem & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Quo circa dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus libenter annuimus: & præfatam Ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem eccles. in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontif. largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccles. S. Bartholomæi in loco, qui dicitur Agræ sitam, cum domo Hospitalis ibidem existente; Hospitalem domum in loco, qui Vedana dicitur, constitutam, & Ecclesiam ibidem fundatam: montem Premezze cum decimis, & pertinentiis suis: Terram in villa, quę dicitur Formeganum; prędia quoque, & possessiones, & præsertim decimas illas quas Aymo bo. me. Bellunique Episcopus eidem Ecclesiæ pietatis intuitu contulit, quę sunt in parte Orientali Bellunensis Civitatis ultra flumen, quod Ardum vocatur, vobis, & per vos Ecclesiæ vestræ nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam temerè perturbare, aut ei possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet exactionibus fatigare; sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate, & Episcopi vestri Canonica justitia. Si qua igitur Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestate, honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo Corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat: atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax D. nostri Jesu Christi, quatenus illi fructum bonæ actionis percipiant, &

nnte districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Hadrianus Catholicæ sedis Episcopus scripsi.
Ego Ubaldus presbyt. Card. tit. S. Praxedis ss.
Ego Manfredus presbyter Card. S. Sabinæ &c.
Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte, &c.
Ego Henricus presb. Card. tit. Ss. Nerei & Achillei, &c.
Ego Joannes Diaconus Card. tit. sanctorum Sergii, & Bacchi, &c.

a 1156. *Datum Urbeveteri per manus Rolandi S. R. E. Presbyteri Cardinalis, anno Incarn. Dom. 1155. Indict. V. tertia mensis Octobris; Pontificatus vero D. Hadriani Papæ II. anno 2.*

(„ *Interfuit Bonifacius Bellunensis Episcopus* „ *an. 1140. consecrationi Ecclesiæ S. Georgii in Canonica, à Peregrino Patriarcha Aquilejen. habitæ,* „ *ut ex monumento infra in Veronen. afferendo.*)

XXVII. 27 OTHO è Bellunensi sede jus dixit anno 1156. Alexandri III. veri Pontificis partes secutus est contra impium Federicum Imperatorem. Quamobrem multa ab eo perpessus est, ejusdemque asseclis. Bellunum autem Civitatem Episcopatus honore spoliatam, Peregrino Aquilejensi Patriarchæ fautori suo Imperator dono dedit. Hujus rei documentum tale extat in tabulis ejus Ecclesiæ.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Amen.

Federicus favente divina clementia Romanorum Imperator Augustus. Cum universis in Imperio nostro constitutis imperialis clementiæ patrocinium de jure debeamus impendere, maxime tamen erga domesticos fideles, qui exaltanda Imperii nostri coronæ sollicitudinem gerunt, quorum etiam fides amplius est operibus comprobata, propensiorem affectum, & ampliorem gratiam extendere debemus. Ea propter ad universorum fidelium tam futurorum, quam præsentium notitiam hoc deducimus quanta dilectionis, & amoris prærogativa charissimum Principem nostrum Pelegrinum venerabilem Patriarcham Aquilejæ, qui plurima, & præclara obsequia Romano Imperio, ac nobis semper exhibuit, dignum duximus honorare. Nos itaque ex Imperiali auctoritate eidem venerabili Patriarchæ Pelegrino pro fidelitatis ejus sinceritate Bellunensem Episcopatum, quem Antecessores nostri Reges, & Imperatores habuerunt, & usque ad nos destinaverunt, cum toto Comitatu, & arimaniis, & omni jurisdictione, & cum omni integritate juris, & honoris plenitate dedimus, & concessimus. Et omne jus nostrum de prædicto Episcopatu, & integro ejus Comitatu in ipsum Patriarcham, & per eum in Aquilejæ Ecclesiam, & in omnes dilectissimi nostri Patriarchæ successores de cætero habendum transfundimus. Et eidem Patriarchæ Pelegrino, ac per ipsum Ecclesiæ suæ, & omnibus eius successoribus privilegii hujus munimine in perpetuum confirmavimus: quatenus omnes eius successores ad exemplum venerabilis Patriarchæ Pelegrini charissimi principis nostri in devotione, & fidelitate nostra, & Imperii fideliter perseverent. Statuentes quoque præcipimus, ut quicumque de cætero in Bellunensi Episcopatu substitui, ac præsidere debet, à venerabili Patriarcha Aquilejæ Peregrino, ejusque successoribus investituram Episcopatus recipiat: & de omni jure Regalium nostrorum ei, vel successoribus respondeat. Hujus autem donationis, & confirmationis testes sunt, Arnoldus Maguntinus Archiepiscopus, Vicburanus Megedelburg Archiepiscopus, Arnaldus Bremensis Archiepiscopus, Everardus Babergensis Episcopus, Adam Feltrensis Episcopus, Daniel Pragensis Episcopus, Joannes Merseburgen. Episcopus, Hermanus Fardensis Episcopus. Albertus Tridentinus Episcopus, Burchardus Argentinus Episcopus, Conradus Augustæ Episcopus, Voldericus Tarvisinus Episcopus, Ardicio Cumanus Episcopus, Joannes Paduanus Episcopus, Garsendonius Mantuanus Episcopus, Omnebonus Veronensis Episcopus, Henricus Bavariæ, & Saxoniæ Dux, Henricus Dux Carinthiæ, Bertholdus Dux Lotoringiæ, Fridericus Dux Sueviæ filius C. Regis, Conradus Palatinus de Rhene, Otto de Vitelinbach.

Signum Federici Rom. Imperatoris invictissimi.

Ego Reginaldus Coloniæ Archiepiscopus, & Italiæ Archicancellarius recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1160. Indict. 8. Regnante D. Federico Imperatore Romanorum invictissimo, anno Regni ejus 8. Imperii vero V. feliciter Amen.

Datum Papiæ in generale Concilio post destructionem Cremæ 15. Kal. Maji.

Cæterum Otho cum armis valeret, brevi Civitatem cum jurisdictione suæ Ecclesiæ recuperavit, & cum in gratiam Friderici rediisset, omnia jura ab eodem recepit. En diploma.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus.

Imperialis clementia benemerentibus benefacere consuevit: & hoc lenitatis exemplo, qui fideles sunt, efficiuntur fideliores; minusque devoti modis omnibus student operam dare, ut ad servitium Imperii devotiores inveniantur. Ea propter præsentium, ac futurorum fidelium ætas cognoscet: qualiter nos dilecto nostro bonæ memoriæ Peregrino Patriarchæ Aquilejensi, dum adhuc viveret, Episcopatum Belluni cum omni jure, & honore integraliter dedimus, & ei personaliter concessimus. Quia vero idem Patriarcha divina vocatione naturæ satisfecit, & viam universæ carnis ingressus est: nos diligentius attendentes fidelis nostri Ottonis Belluni Episcopi devotionem, & sinceritatem circa honorem Imperii, ipsum Episcopum Ottonem pro suis præclaris meritis, tum pro fidelium nostrorum Principum interventu (quorum nomina insequentibus subscribentur) liberum ad manus nostras, & ad honorem, & servitium Imperii denuo recipimus, & universa regalia ad Episcopatum Belluni pertinentia ipsi cum integritate reddidimus: ipsumque Episcopum cum toto Episcopatu Belluni, & cum omni jure, & honore suæ libertati restituimus, & donamus: ipsamque libertatis restitutionem auctoritate nostra prædicto Episcopo in perpetuum confirmamus: ita ut de cætero ad nullum habeat respectum, nisi ad solum Imperium, & Imperatores Romanorum. Ad augmentum quoque gratiæ nostræ fideli nostro prædicto Ottoni venerabili Bellunensi Episcopo, & Ecclesiæ suæ concedimus, & confirmamus omnia, quæ per antecessorum nostrorum Regum scilicet, & Imperatorum ei concessa videntur, & confirmata: nominatim quidem vallem Agordinensem, & Lepatiensem cum districtu, & placito: confirmamus etiam aliquantam terram juris Regni nostri, quæ jacet in comitatu Cenetensi in loco, videlicet Obederzo de Saxora firmante in Fossado: & de Plave in Montegano, & sicut currit Plavesella intra Liquentiam: & Castellum de Paucenico cum suis pertinentiis. Insuper etiam Imperiali auctoritate damus, concedimus, largimur, atque confirmamus secundum præceptum antecessorum nostrorum Imperatorum Henrici Augusti, & Conradi benignissimi, eidem Episcopo, & Ecclesiæ suæ omnem terram, & acquisitiones, quas Joannes ejusdem sedis olim Præsul eum ipsa acquisivit, & tenuit, ut præfatus fidelis noster Otto Episcopus Belluni, ejusque successores licenter nostra auctoritate de ipsis rebus jacentibus in comitatu Cenetensi, Bellunensi, Tarvisiensi, Forojuliensi, Vicentino, Feltrensi, & etiam Tridentino faciat ad utilitatem prædictæ Ecclesiæ, prout eis habile visum fuerit, omnium hominum contradictione remota. Quorum locorum nomina specialiter hæc sunt collecta: in Aviano, in Pause, in Paucinico, in Fregona, in Montanagis, in Pinedo, Colle, Coneglano, Formeniga, Feleto, Ceneta, Traces, Soligo, Paterno, Combulle, Montebelluna, Lancenigu,

Villaorba, Cavasse, Margiane, Teverone, Camino, juxta Brentam, Lepago, Levatio, in Zuades, in Cadubrio, Costa, Castellum de Petra Bullada, Lusia, Fonzasa. Et si omnia modo singullatim dici non possunt, prænominata omnia cum universis, quæ prædicta Ecclesia juste, & legaliter habere videtur, eidem Ecclesiæ præceptali nostra auctoritate concedendo roboramus. Et ut nulla nostri Imperii magna, parvaque persona præfatam Ecclesiam de suis bonis sine legali judicio disvestire, seu aliquo modo molestare præsumat, firmiter præcipimus. Concedimus, & confirmamus prædicto venerabili Episcopo legali auctoritate, ut in prædictis bonis, quæ prædictæ Ecclesiæ cum familiis ibidem pertinentibus præceptali pagina à prædictis antecessoribus nostris donata sunt, in quibuscumque locis sibi placet, Castella, & Turres ædificare, vel Fossas facere potestatem habeat. Et ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Missus, Discurrens, vel quilibet Reipublicæ exactor, seu Judex homines supradictam terram habitantes ad ullum placitum distringere præsumat: sed liceat Episcopo, ejusque Advocato placitum super eos tenere, omnesque illorum causas legitime diffinire, cunctorum omnium inquietudine, molestia, & contradictione remota. Hæc itaque omnia suprascripta præfato Episcopo Ottoni, & ejus Ecclesiæ concedimus, & confirmamus, salva per omnia Imperiali justitia. Si quis igitur hoc nostræ confirmationis præceptum infringere, vel violare tentaverit, sciat se compositurum mille libras auri optimi, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem præfato Episcopo Ottoni, aut illi, qui pro tempore ibi ordinatus fuerit. Et ut hæc rata, & inviolata permaneant, præsentem cartam conscribi, & nostra Imperiali auctoritate jussimus insigniri. Hujus constitutionis, & confirmationis testes sunt Raynaldus Coloniæ Archiepiscopus, Hellinus Treverensis Archiepiscopus, Henricus Viceburgensis Episcopus, Everardus Bambergensis Episcopus, Henricus Leodiensis Episcopus, Albertus Tridentinus Episcopus, Arditio Cumanus Episcopus, Federicus Dux Sueviæ, Tipoldus Dux Bohemorum, Villelmus Marchio Montisferrati, Guido Comes Blandasensis, & ejus filius Episcopus Ravennæ, Vifredus Comes de Lumello, Everardus de Lucemburgh, & alii plures.

Ego Ulricus Cancellarius Vice Raynaldi Archiepiscopi Coloniæ, & Archicancellarii recognovi.

Signum D. Fedrrici Imperatoris invictissimi.

Datum in Territorio Mediolani apud Landrianam, Kal. Septembris, anno Dominicæ Incarnatio-
IX. *nis 1161. Indict. 11. 2 Regente D. Federico Romanorum Imperatore victoriosissimo. Anno Regni ejus X. Imperii vero VII. feliciter. Amen.*

Decessit Otho Veronæ, dum Lucius III. Pontifex Concilium cogeret 1183. mense Decembri; fuitque ibidem sepultus.

XXVIII. 28 GERARDUS Taccolus ex Insubria Regiensis, Othoni successit 1183. Lucio III. Summo Pontifice ita censente, à quo sequens, quod leges, privilegium obtinuit.

Lucius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Gerardo Bellunensis Ecclesiæ electo, ejusque successoribus Canonice substituendis in perpetuum. Quoties à nobis petitur, quod Religioni, & honestati conveniens dignoscitur, animo nos decet lubenti concedere; & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecte in Domino fili, tuis justis petitionibus clementer annuimus, & Bellunensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub Beati Petri, & nostra potestate suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut nulli laico de terris, quas in tua, vel Cenetensi Diœcesi excolis, sive de animalium nutrimentis, à te, vel successoribus tuis decimas liceat extorquere. Decimas etiam Novalium in tuo Episcopatu, & curia Opitergii laboribus tuis, sumptibusve cultorum concedimus te habere. Probibemus insuper,

A *ut nulli contra voluntatem tuam liceat Ecclesiæ tuæ famulos recipere, vel retinere. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona in præsentiarum juste, & canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis [Deo propitio] poteris adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Plebem S. Petri de Mussolento cum capellis, & castro, & pertinentiis suis, tam in spiritualibus, quam temporalibus. Plebem S. Gregorii cum capellis suis. Capellam S. Petri de Tuba. Capellam S. Crucis. Civitatam cum Curia, & Dominio tam spiritualibus, quam in temporalibus, & cum Anta, quæ est juxta civitatem. Castrum de Castellione cum plebe, & capellis suis, & Curte, & pertinentiis suis. Castrum de Medone: castrum de Agorde cum comitatu, & cum monte de Falcata, & aliis pertinentiis suis. Medietatem castri de Zumellis, & jus ordinationis, quod habes in capella ipsius castri, & in cortis ipsius.* B *Castrum S. Georgii cum pertinentiis suis. Plebem de Cadula cum capellis suis. Pontem de Polpecho cum ripa, & pedagiis suis. Plebem S. Mariæ de Alpago cum capellis suis, & comitatum cum duabus decimis, quæ sunt in eodem comitatu. Castellum de Pucenico cum comitatu terminante per montis summitatem Petræ Cisæ, & per montem, qui dicitur, Cruxferrea, & summitatem montis Caballi. Campum Sillium inter eosdem confines, & sylvam cum decimis, & pertinentiis suis. Plebem S. Floriani de Zaudo cum capellis suis, & comitatum cum jurisdictione, & districtu in pertinentiis ipsius Zaudi. Districtum, & ordinationem castri de Lavatio. Montem Farræ cum decimis suis. Sylvam Canalis S. Crucis à Levina Leverada respiciente ad Ecclesiam S. Crucis cum decimis, & pertinentiis suis. Curtem de Fregona cum castris de Carone, cum capella S. Justi, & capellam S. Martini cum dominio, & pertinentiis ejusdem. Villam de Pinedo. Castrum de Opitergio cum curte, & villis, & campaneis suis.* C *Capellam S. Blasii, S. Petri, S. Martini, & S. Mariæ cum alia capella, & campanea, quæ omnes dicuntur esse in pertinentiis castri de Opitergio. Jus ordinationis earundem in plebe S. Joannis de Opitergio; & capellæ curtis Franconis, & Livellaticum aliorum Ecclesiarum, & ordinationum earundem in pertinentiis Opitergii: curtem, & castra de Soligo cum villis, & pertinentiis suis; curtem de Cendone cum capellas ipsius. Auctoritate quoque Apostolica nihilominus duximus probibendum, ne ullus Advocatus, vel minister ejus Ecclesiam tuam, vel quę ad eam pertinent, gravare, seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare præsumat. Probibemus insuper, ut infra fines Parochię tuę nullus sine tuo assensu capellam, seu Oratorium de novo construere audeat: salvis privilegiis Romanorum Pontificum. Preterea novas, & indebitas exactiones à Patriarchis, Episcopis, aliisque omnibus Ecclesiasticis, secularibusve personis tibi, sive ministris tuis Ecclesiasticis, secularibusve hominibus, vel rebus tuis imponi auctoritate Apostolica probibemus.* D *Ad hæc libertates, & immunitates à Regibus, & Principibus, & ab aliis personis tam Ecclesiasticis, quam mundanis eidem concessas Ecclesiæ, & antiquas, & rationabiles consuetudines, integras, illibatasque manere presenti decreto sancimus. Inhibemus etiam, ne interdictos, ac excommunicatos tuos ad officium, & ad communionem Ecclesiasticam admittere quisquam sine congrua satisfactione præsumat. Obeunte vero te nunc ejusdem Ecclesiæ electo, vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur, nisi quem Canonici ejusdem Ecclesiæ communi consensu, vel pars Consilii sanioris secundum Dei timorem, & sanctorum Patrum institutionem providerint eligendum. Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra*

conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac substentatione concessa sunt, salva sedis Apostolicæ auctoritate, & Aquilejensis Ecclesiæ debita reverentia. Si igitur in futurum aliqua Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire præsumpserit, secundo, tertiove commonita, nisi erratum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Theodinus Portuensis, & S. Rufinæ Episc.
Ego Henricus Albanensis episcopus.
Ego Theobaldus Hostiensis episcopus.
Ego Joannes presb. Card. tit. s. Mariæ Transtyb.
Ego Laborans presb. Card. tit. s. Marci.
Ego Ubertus t. s. Laurentii in Damaso presb. Card.
Ego Pandulfus presb. Card. tit. Ss. Jo: & Pauli.
Ego Adelardus tit. S. Marcelli presbyter Card.
Ego Melior presb. Card. tit. Ss. XII. Apostolorum.
Ego Albinus tit. S. Crucis presb. Cardin.
Ego Ardicus Diac. Card.
Ego Rolandus s. Mariæ in Porticu Diac. Card.
Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.
Ego Rodulphus S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card.

Datum Veronæ per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancell. 15. Kal. Novembris Indict. 4. anno Dominicæ Incarnationis 1185. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. anno 5.

Hic qua armis, qua telo religione succinctus, suæ Ecclesiæ deterruit hostes, deque ipsis plura bona, quæ usurpaverant, per vim recepit. Ædificavit Episcopale palatium, murosque Civitatis refecit, pinnis, turribusque illis impositis. Ecclesiasticum censum auxit; Canonicis suis perplura bona dilargitus est; nihilque visus est omisisse, quo bonum publicum promoveri posse videretur. Demum cum inter ipsum, Tervisanosque graves lites agitarentur, Gerardus justo propemodum conscripto exercitu contra ipsos duxit, inque medio ardore (1) prælii dum munia prompti Ducis impleret, pro immunitate suæ Ecclesiæ gloriose occubuit, raro ad posteritatem relicto exemplo, illum demum videri debere Pastorem, qui pro ovibus sibi creditis vitam, sanguinemque profundere non dubitaret. De nece Gerardi, deque injuriis à Tarvisinis Bellunensi Ecclesiæ illatis, Innocentii III. habemus epistolam, quam hic exscribendam duximus hujus tenoris.

Potestati, & Populo Tarvisii sine salutatione.

Non merita vestra, quæ demeruerunt penitus gratiam sedis Apostolicæ, nos inducunt, sed monet, & movet potius debitum officii pastoralis, ut contumaciam sollicitare literis procuremus, si forsan adiciatis resurgere: nec sicut semper in deterius corruatis, vel sitn cœpta malitia jusseritis persistendum, admonitionem ultio debita subsequatur, & ferro curentur vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam. Expectavimus etenim hactenus, si forsan patientia nostra vos ad pœnitentiam revocaret, ut accusante conscientia per vos ipsos dijudicaretis, & condemnaretis actus vestros: & tandem resipiscentes à malo, Deum vobis per condignæ satisfactionis opera placaretis, & Romanam Ecclesiam quam læsistis. Verum patientia nostra vobis hactenus, sicut apparet ex opere, visa est tribuisse materiam malignandi, ita quod indurato corde, nec accusantium vos interius cogitationum aculeos sentiatis, nec fomentum Ecclesiasticæ disciplinæ, quæ ad correctionem vestram civitatem Tarvisii supposuit sententiæ interdicti: sic ut de vobis jam dicere valeamus (curavimus Babylonem, & non est sanata) Olim siquidem, ut accepimus, civitatem Feltrensem ad Feltren. pertinentem Ecclesiam penitus destruxistis, combussistis Ecclesias, & iam bonæ memoriæ Episcopum, quam homines Civitatis stare mandato vestro juramenti vinculo astrinxistis. Et cum Feltrensem, Bellunensem, ac Cenetensem Diœceses fere penitus vastassetis, & curiam S. Pauli de Medates ad Aquilejensem Patriarcham pertinentem destruxissetis omnino, castro de Caneva quindecim diebus obsesso, & pluribus nobilibus interfectis ibidem, & devastatis omnibus circumquaque, bonæ memoriæ Gothifredus, Aquilegiensis Patriarcha, consules, & Consiliarios vestros excommunicationis, & civitatem vestram interdicti sententia innodavit. Sed bonæ memoriæ Urbanus Papa prædecessor noster gratiam impendere volens ingratis, & secundum Apostolum vincere in bono malum, simplici solummodo super præstanda satisfactione promissione accepta, per eumdem Patriarcham latam in vos sententiam obtinuit relaxari. Vos autem ex hoc deteriores effecti, & in Ecclesiam resurgentes Episcopatum Bellunensem, & Cenetensem manu intrastis armata, & multipliciter afflixistis. Licet autem in compositione inter Federicum Imperatorem, & Lombardos habita, prædictas Diœceses ad vos nullatenus pertinere fuerat diffinitum: & vos juri, si quod in eis habueratis, (quod tamen nullum erat) abrenunciaveritis per publicum Instrumentum, ac postmodum idem Imperator per Privilegia sua episcopatus prædictos à jurisdictione, & potestato vestra decreverat absolutos. Vos hæc omnia contemnentes, castra, & possessiones ad Bellunensem Ecclesiam legitimæ venditionis titulo devolutas, ab his (ad quos non pertinebant) illicitè comparastis, possessione ipsorum per violentiam occupata, & appellatione contempta, quæ ad Apostolicam sedem, & Imperium fuerat interjecta; & hostiliter Feltrensem, & Bellunensem Episcopatus intrantes, omnia circumquaque vastastis, ducentos de melioribus locorum illorum captos ducentes usque ad Civitatem vestram, quos diu detinuistis carceri mancipatos. Quamvis etiam postmodum super possessionibus ipsis pro Bellunensi Ecclesia tertio lata fuerit sententia per Judices delegatos, & per sedem Apostolicam confirmata. Et vos postmodum per Veronensium, & Mantuanorum arbitrium, ad quod servandum vos juramentis, pignoribus, & obsidibus, obligastis, ad restitutionem possessionum ipsarum faciendam Bellunensibus fueritis condemnati: prædictis episcopatibus à violentia vestra penitus absolutis, ac vobis promittentibus hæc omnia inviolabiliter observare. In præconcepta tamen malitia persistentes, in simulata pace bonæ memoriæ Bellunensi Episcopo parastis insidias, & eum captum, & vinctum quasi latronem per nemora die, noctuque trahentes, tandem acclamante Populo (moriatur) ipsum nequiter occidistis. Et quasi non id vobis sufficeret, Castrum Opitergii, & tertiam partem Bellunensis Ecclesiæ possessionum per violentiam occupastis. Propter quod bo. mem. Cœlestinus Papa prædecessor noster Civitatem vestram supposuit sententiæ Interdicti, & principales hujus iniquitatis auctores excommunicatos mandavit publice nuntiari, evitari præcipiens vos in commerciis à vicinis. Tandem vero circa nostræ promotionis initia, cum quidam vestrum ad sedem Apostolicam accessissent, ut gratiam vobis (licet immeritis) faceremus, Venerabilibus fratribus nostris A. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Veronensi, & H. Ferrariensi Episcopo dedimus in mandatis, ut à vo-

(1) At ex Epistola Innocentii III. quam mox refert Ughellus, apertis verbis edicitur; in simulata pace Bellunensi Episcopo eos parasse insidias, quem captum, & vinctum quasi latronem per nemora diu, noctuque trahentes duxisse, & clamante populo (*moriatur*) nequiter occidisse. Anno 1180. interfuit Gerardus consecrationi Ecclesiæ S. Mariæ de Carcere solemniter factæ à Gothifredo Aquilejen. Patriarcha, eique Ecclesiam donavit *in vita sua duos casus tales, quod uno equitatura sit calcide onerata*. Vide documentum apud Muratorium in Antiq. Estens. par. 1. p. 150.

vobis saffcienti cautione receptn, quod tam super nece Episcopi memorati, quam super occupatione, & detentione possessionum mandatis Apostolicis pareretis, latam tu vos relaxarent sententiam Interdicti: & cognoscentes de causa, partes cum suarum testimonio litterarum ad nostram præsentiam destinarent: verum nec prædicti Nuncii literas sedis Apostolicæ receperunt, nec vos ad eorumdem Judicum præsentiam accessistis. Naper etiam cum Viceatinis, & Veronensibus conjurantes, & cum multo exercitu irruentes in Diœcesim Cenetensem (licet firmam servare treguam eidem Episcopo jurassetis) Ecclesiam tam matricem, quam alias diruistis, Sanctorum Reliquias asportantes, & vastantes possessiones ad eumdem Episcopum, & suos spectantes in villis aliis constitutas. Cum igitur contumaciam vestram dissimulare de cætero non possemus, Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, & sub obtestatione divini judicii districte præcipimus, quatenus super prædictis omnibus Deo, & Ecclesiæ Romanæ, quam principaliter offendistis, satisfacere procuretis, ablata omnia restituentes Ecclesiis antedictis: & de molestiis, damnis, & injuriis irrogatis venerabilibus fratribus nostris Peregino Patriarchæ Aquilejensi, Episcopisque Feltrensi, Bellunensi, & Cenetensi, & aliis, temporali eorum jurisdictioni suppositis, quos læsistis, condignam coram venerabili fratre nostro Patriarcha Gradensi, & Episcopo Clugiensi, quibus super hoc nostras literas destinamus, satisfactionem sine dilatione, ac contradictione aliqua exhibentes: itaut prædicti Patriarcha, & Episcopi pro vobis apud nos intercedere teneantur, alioquin, quoniam in Ecclesiam Dei conjurasse videmini, & Episcopos de civitate in civitatem fugare, ut in eo, in quo deliquistis, sentiatis rigorem Ecclesiasticæ disciplinæ, civitatem vestram Pontificali privabimus dignitate: & vos mandabimus tam à Rectoribus, quam universis civitatibus Lombardiæ in commerciis, colloquiis, & aliis evitari: ac mercatores vestros, ubicumque fuerint, capi per Principes sæculares, & publicatis bonis eorum personas etiam sub arcta custodia detineri: alias etiam in vos manus nostras tam spiritualiter, quam temporaliter aggravare curabimus, ita quod quantus sit vester excessus, in pœna cognoscatur evidentius, quam in culpa. Interim autem eidem Gradensi Patriarchæ, ac Clugiensi Episcopo districte præcipimus, ut latas in terram vestram interdicti, & personas principalium auctorum, & fautorum necis Episcopi memorati, excommunicationis sententias innovent, & curent solemniter publicare. Ad vos ergo cum Propheta clamamus (redite prævaricatores ad cor) & ante oculos vestros districtum Dei judicium statuatis, ut fugere valeatis ab ira ventura, quæ jam contra vos incœpisse videtur, &c. Agite igitur pœnitentiam, cum locus est pœnitendi, ne tandem frustra pœniteat noluisse vos pœnitere.

Datum Laterani 6. Kalend. Aprilis, Pontif. nostri anno 2.

XXIX 29 BALDUINUM Gerardus excepit 1198. vitæ finem fecit 1200.

XXX 30 ANSELMUS de Braganza Vicentinus Balduino successit anno 1200. Hic inter Tarvisinos, ac Bellunenses pacem stabiliendam curavit. Cumque Torrentino Episcopo Feltrensi transegit, ut uter illorum vel superstes fuisset, vel decessisset, in sedem defuncti ita succederet, ut utraque sedes sub uno Populo pontificio placito Innoc. III. accedente, eadem censeretur cum titulo tamen Feltrensis, ac Bellunensis Episcopi à loco, ubi ille pro tempore Episcopalem sedem fixisset. Utriusque sedis hoc fœdus usque ad tempora Pii II. duravit, ex quo unicuique proprius Pastor est attributus, hactenusque sub proprio Pastore degunt disjunctæ. Decessit Anselmus 1204.

31 TORRENTINUS de Curte, Episcopus Feltrensis, in Bellunensem sedem successit, primusque utriusque ecclesiæ Episcopus fuit. Hic nobilis prosapiæ fuit, filius Joannis Feltrensium fortissimi Ducis. Summa tranquillitate ecclesias sibi creditas administravit, profectusque legatus in Germaniam ex Innocentii III. Pontif. missu contra Philippum Imperatorem electum. Decessit 1209. (1) XXXI

32 PHILIPPUS Patavinus, Monachus & Abbas Pomposæ ex Ordine Divi Benedicti, à Clericali Senatu Bellunensis Antistes adlectus est contra Adamum Vicentinum Subdiaconum Apostolicum, quem ad eandem sedem promoverat Feltrense Capitulum anno 1209. Siquidem cum utraque pars ad Apostolicum judicium appellasset, Ubaldoque Archiepiscopo Ravennati Innocentius III. Pontifex cognitionem causæ demandasset, Ubaldus consultissime utriusque electionis pensatis juribus, Bellunensem dignitatem adjudicavit Philippo. Hunc postea Tarvisini divexarunt harum Ecclesiarum dilapidationibus, quamobrem Philippus impulit Honorium III. Pontificem, ut minacissimis scriptis epistolis, populum deterreret à maleficio, ut fecit 1220. qui fuit annus 5. illius Pontificatus, sub datum 5. Kal. Julii E. 845. f. 209. ex Regist. Vatic. Decessit Philippus, cum pie, sancteque has rexisset Ecclesias 1225. (2) XXXII.

33 OTHO, Taurinensis Canonicus, à Feltrensi, Bellunensique duobus Capitulis ad hanc sedem adlectus, ab Honorio III. fuit confirmatus 1225. Anno 10. ejusdem Pontificatus 8. Id. Septembr. E. 42. f. 84. ex Vatic. Reg. Plura jura, Castellaque Feltrensis jurisdictionis recuperavit, magnoque utrisque hisce Ecclesiis usui fuit. Fato concessit 1241. XXXIII.

34 ALEXANDER de Foco hanc eandem sedem consecutus est anno 1241. Vitam cum morte mutavit 1246. XXXIV.

35 TISO natus nobilis viri Bianchini de Camino, Canonicus Cenetensis, ab Innocentio IV. confirmatur Episcopus Bellunensis, cum dispensatione super defectu ætatis Lugduni 18 Kal. Feb. an. pontif. 4. qui fuit Christi 1247. cumque diu ab inimicis suis exul à sua Ecclesia detentus fuisset, ab Innocentio de pensione annua centum marcharum providetur super Ecclesiis, Monasteriis Longobardiæ, Romandiolæ & Gradensis Provinciæ; tandem ab eodem 8. Kalen. Novemb. 1252 ad Concordiensem Ecclesiam translatus est, ut legitur in Regest. Vatic. ep. 202. fol. 215. an. 10. Capitulo Concordiensi. XXXV.

36 ELEAZARUS successit 1252. patria Bellunensis ex familia Castella, quem Pilonius decessisse affirmat 1259. XXXVI.

37 ALGERIUS, sive Adigerius de Villa Alta nobilis, ac vetustæ prosapiæ illius regionis, Eleazaro suffectus est 1259. plaudentibus cunctis. Bellunensem administravit Ecclesiam ad annum 1290. postremaque die Septembris ejusdem anni excessit e vivis, sepultusque est in marmoreo sepulchro in Cathedrali cum subjecto epitaphio. XXXVII

Præsul honoratus Villaltea prole creatus.
Algerius tectus jacet hoc sub marmore lectus.
Marmoris esset ei, sua sitque fucella quies.
Mille ducentenis Domini, deciesque novennis
Annis, Septembris finem dedit ultima membris.
Præsulis ò Christe tecum sit Episcopus iste.


38 Fr. JACOBUS ex Ordine Minorum, à Nicolao IV. ad Bellunensem, Feltrensemque sedem fuit promotus, ut perspicuum est ex Vaticano Regesto an. 4. pontificatus ejusdem Pontificis, sub datum Urbevet. 3. Id. Martii E. 112. f. 21. Siquidem cum Aldigerius decessisset, Capitulumque postulasset, elegissetque Gerardum de Camino nobilem Tarvisinum ætate minorem, quam ejus digni- XXXVIII

(1) Præsens fuit privilegio concesso à Vvolfegero Patriarcha Aquilejen. Monasterio s. Nicolai in littore Venetiarum an. 1205. & in eo vocatur Torrentinus. Refertur documentum ab Ughello infra in Castellanis Episcopis.
(2) In serie Feltrensium Philippi obitus refertur in an. 1219. in ea vero Bellunensium in an. 1225. & idem tempus variatur in successione Othonis. Certior annus ex Vaticano regesto in Bellunensibus allegato est, Corrigendus ergo error, in quem abiit Feltrensium Amanuensis. Lucentius.

gnitatis postularent decreta, ideoque Pontifex illam irritam declarasset, irerumque Capitulum in illius locum subrogasset M. Rinerum Pisaoum Subdiaconum, Notariumque Apostolicom, illeque detrectasset onus subire, Pontifex demum de plenitudine potestatis hunc Jacobum provexit ad sedem, consecrandumque curavit. Hunc narrat Pilonius è Casulia gente fuisse Bononiensem. Angelus vero Portinarius lib. 9. Felicitatis Patavinæ, e familia Casalia Patavinum, suisseque à tumultuantibus Alberti Scaligeri militibus anno 1298. obtruncatum, dum discordantibus populis intervenisset, pacem conciliaturus anno 1298. tumulatumque fuisse Belluni in Cathedrali, quo à lachrymantibus populis fuerat deportatus.

XXXIX. 39 ALEXANDER *a* Placentinus, defuncto Jacobo successit 1298. *b* Hic pro Ecclesiis sibi creditis multa egit, indignaque justo tameo Dei judicio perpessus est, itaut demum io Portu Gruvino prope Fratres Minores exul decederet 1320. mens. Februario.

a De eo Campius in hist. Placent. par. 1. p. 40. Mandos. *b* 12. Kal. Maii.



XL. 40 MANFREDUS de Collalto, comitis Rambaldi filius, ex Cenetensi Episcopo sub Joanne XXII. evasit Bellunensis Episcopus anno 1320. 14. Kal. Aprilis. Hunc ad obtenri episcopatus possessiooem progredientem, satellites Guezzelloni de Camino tyranni Belluni in platea miserabiliter occiderunt 1321. in exordio ineuntis mensis Januarii. Cujus cadaver relatum Collalrum, in sepulchro Majorum suorum cum lachrymis sepelierunt. Sed Guezzeilonus haud diu impune tulit tantam audaciam, & ipse crudeliter obtruncatus, ut appareret io ulciscendis sceleribus plerumque quidem cunctari, numquam divinam ultionem suarum partium oblivisci. Cæterum Joannes Pontifex Bellunum civitatem ob perpetratum facinus per viginti annos spoliavit honore episcopatus, tametsi exoratus postea à populis, ac Patriarcha Aquilejensi, illum peoe remiserit. Ad sepulchrum autem Manfredi hæc subjecta carmina leguntur.

Clauditur hic Dominus Manfredus nomine dictus,
Episcopali electus dignitate sublimi,
Belluni, Feltrique Comes gubernacula regens
Prolis Rambaldi Domini, Comitisque Collalti,
Qui sub specie pacis substulit pabula necis.
Anno milleno Tergeno, vigesimo primo
Luce vigena Madii spiravit ad alta.

(,, *Manfredus Rambaldi* (*hujus nominis* VIII. *in Genealogia Collaltiana non interrupta, ab anno scilicet* 930.] *de Collalto Comitis Tarvisii Filius, Episcopus Cenetensis, deinde Feltrensis, & Bellunensis, ut liquet ex sequenti Bulla.*

,, Joannes Episcopus servus servorum Dei, Dilectis Filiis Populo Feltrensi, & Bellunensi Civitatum, & Diœcesis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor ille cœlestis, & Episcopus Animarum, qui rectè disponit universa potestatis sibi plenitudine tradita Ecclesiis prætulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut circa cujuslibet statum Ecclesiæ sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc per translationis ministerium accomodè prout locorum, & temporum qualitas exigit, Ecclesiis singulis Pastor accedat idoneus, & Rector providus deputetur sic, quod ipsæ Ecclesiæ superni savoris auxilio suffragante votivæ prosperitatis successibus gratulentur. Nuper siquidem fide dignis relatibus intellecto, quod bonæ memoriæ Alexander Feltrensis, & Bellunensis Episcopus adeò erat gravi Corporis infirmitate gravatus, quòd de morte potiùs, quàm de vita sperabatur ipsius, Nos copientes Feltren. & Bellunen. Ecclesiis, quæ caoonicè sunt unitæ, Personam præfici secundùm cor nostrum idooeam, quæ sciret, & posset eis præesse salubriter, & prodesse, provisionem ipsarum Ecclesiarum, cum eas per obitum ipsius Episcopi, vel alio quoquo modo vacare cootingeret, ea vice dispositioni sedis Apostolicæ duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum, & inaoe si secus super hoc per quoscumque, quamvis aliter contingeret attemptari; cumque dictæ Ecclesiæ per obitum vacavissent Episcopi memorati, Nos ooleotes, quod eædem Ecclesiæ diutinæ vacationis incommodis exponerentur, post deliberationem, quam super hoc habuimus cum nostris Fratribus diligentem, in venerabili fratre nostro Manfredo Feltrensi, & Belluneosi Episcopo, prout fide dignorum habet assertio, morum gravitate conspicuo, literarum scientia prædito, in spiritualibus provido, & temporalibus circumspecto, necnoo in executione poontificalis officii jam experto noster animus requievit. Quibus in considerationem adductis eumdem Manfredum tuoc Ceneteosem Episcopum à vinculo, quo Cenetensis Ecclesiæ tenebatur astrictus, de Apostolicæ plenitudine potestatis absolvimus, & ad Feltreoses, & Bellunenses Ecclesias supradictas de prædictorum fratrum consilio transtulimus, ipsumque ipsis Feltrensibus, & Bellunensibus Ecclesiis in Episcopum præfecimus, & Pastorem, curam, & administrationem ipsarum sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committentes, ac liberam ei tribuentes licentiam ad ipsas Feltrenses, & Bellunenses Ecclesias transeundi. Quo circa Universitatem vestram rogamus, & hortamur attentè per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eumdem Episcopum tamquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum suscipientes devote, ac debita hooorificentia prosequentes, ipsius salubribus monitis, & mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis Filios, & vos subsequenter in eo Patrem invenisse benevolum gaudeatis.

,, Data Avinioni xtttt. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anoo quarto.

,, Anno salutis M. CCC. XX.

,, *Is igitur à Joanne XXII. Pontifice Maximo anno 1320. in Feltrii, ac Belluni Episcopatum accitus, eaque potissimum de causa, ut ob insigne Virtutis, & Familiæ nomen Ecclesiæ Jura Guecelli Caminensis vitio, eo loci jampridem læsa, ac propemodum sublata, consilio, & auctoritate restituenda curaret. Manfredus socio adhibito Henrico Goritiæ Comite, ejusdemque militum acie, Feltrium proficiscitur, nemine ibi obsistente comiter exceptus; mox fide sibi à Guecello data, militias, & Henricum missos facit, ac nusquam fraudem suspicatus eo, quod sacrum decet Antistitem, comitatu, Bellunum Urbem petit. At vix in Forum profectus, orta de industria seditione, dum pijssimo, ut erat, tumultus sedandi animo, grassantibus occurrit, gladiis confossus diem obiit extremum. Extat Consolatoria præfati Pontificis ad Rambaldum Episcopi Patrem, quam hic lubet subiicere.*

Dile-

A ,, Dilecto filio nobili viro Rambaldo Comiti Tarvisino.

,, Joannes Episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro Rambaldo Comiti Tarvisino salutem, & Apostolicam benedictionem. Accede, Fili, ad fortitudinem cordis tui, & illud patientiæ virtute corroborans nostræ consolationis affatus, quibus te benevoli more Patris alloquimur, sic devotè suscipias, quòd in tui pectotis intimis concepti doloris amaritudo dulcescat. Nosti etenim fili, quòd in vitæ præsentis ærumnis innumeris plenæ periculis nihil firmum, vel solidum, nihilque stabile reperitur. Sed quemadmodum viator sollicitus, qui ad locum cursitat destinatum, modo per plana, modo per aspera graditur, sic fragilitatis humanæ conditio nunc prosperitatis lætatur eventibus, & nunc casus adversos plenos doloribus experitur. Hoc enim interdum Providentia Divina permittit, & quandoque disponit, ut dum prosperitate adversitas, vel adversitatem prosperitas sequitur, B humiliemur sub potenti manu Domini in contritione spiritus ad salutem; & quæ commisimus cognoscentes, errata præcedentis adversitatis in corde memoriam conservemus. Profectò, fili, de flebili casu bonæ memoriæ Manfredi Feltrensis, & Bellunensis Episcopi filii tui, quem Nobis per tuas literas intimasti, menti nostræ causa multæ turbationis evenit, tibique non solùm de ipsius lamentabili subtractione compatimur, verumetiam de tàm acerbi casus eventu ab intimis condolemus. Si enim, fili, veterum gesta recensens, & varios multorum casus in tua consideratione revolvas, meditationibus tuis patenter occurret, etiam culmina magnifica Principum repentini fulguris ictibus calamitose subtracta, nonnullos gladiis insidiosè necatos, multos propinatione veneni dolenter extinctos, innumeros præfocatos aquis, & inopinatarum ruinarum oppressione subductos. Nullus autem est C exemptus à talibus, nec ille, qui vivificat universos, certum finem cum mortalibus pepigit, nec eis certum modum exitus repromisit. Verum quia, fili, ad tuæ prudentiæ bonitatem, multorum oculi diriguntur, quæsumus compesce suspiria, dolorem abiice, ac tristitiam procul pelle, & animi tui virtutem, quæ consuevit esse constantior in adversis, confortationis robore muniens, nunquam in sæculi hujus casibus consternaris, qui sic cucurrerunt ab initio, sic & current; sed potiùs, ne Creatori tuo reddaris ingratus, quod eumdem Episcopum, ut licuit, pro suæ potestatis libertate subtraxit, quem tibi, cum libuit, pro sola clementiæ suæ liberalitate concessit, sibi gratiarum devotas referas actiones, quod eum talem gratiæ suæ tibi largitas præbuit, quem multi mœstis deplorant animis, quod maturius, quam expediret, ut extimatur, ipsis indigentibus, est præmissus. Sic igitur, fili, prudenter hujus nostræ consolationis persuasionibus D acquiescas, quod ex te cæteris exemplum constantiæ circa talia præbeatur, & Nos, qui plurimum in tua consolatione lætabimur, tecum in resumptione lætitiæ consolemur. Præterea, fili, in magnam tibi partem debet consolationis accedere, quod Nos, & Romana Ecclesia Mater tua Personam tuam, sicut specialis filii gerentes in visceribus charitatis, sic tuum, & domus tuæ sinceris zelamus affectibus incrementum, quod semper in votis gerimus, ad promotionem illius, quantum cum Domino licuerit, favorem Apostolicum impertituri, super quo volumus, quod ad Nos, cum videris expedire, cum fiducia plena recurras, illud à Nobis, sicut devotionis filius perceptorus.

,, Datum Avinioni XIII. Kal. Julii; Pontificatus Nostri Anno quinto.

,, *De morte hujus Præsulis doloso Guecelli Caminensis astu circumventi pauca, & summis labiis* A *attigerunt Cortusii in Historia de Novitatibus Paduæ, & Lombardiæ lib. 2. fol. 37. sed obscurè nimis, & corrupte, cum falsum sit mense Februario scelestissimum facinus fuisse perpetratum, quod etiam cælatum refellit marmor, & Rambaldum Manfredi Patrem, Comitis Goritiæ Titulum, unquam assumpsisse. Fusè Georgius Pilumnus in Historia Bellunensi lib. 4. pag. 142. & seqq. ex Chronicis Cassiodardi, aliisque. Sed sincerius eruditæ vetustatis studiosissimus, neque in omni scientiarum genere versatissimus Abbas Henricus de Collalto (cui supra relata debemus documenta) in sua historia genealogica Collaltiana, ubi optimis adnixus monumentis reiicis, quicquid perperam super hoc Joannes Bonifacius in historia Tarvisina lib. 8. pag. 428. & Comes Jacobus Zabarella in Meroveis lib. 3. fol. 70. conscripsere. Eruditissimum Auctorem, cum primum ejus opera tum historica, cum Critica in lucem prodibunt, universo literatorum orbi valde commendabilem reddent.)*

B 41 GREGORIUS Episcopus Sorrensis Ordinis Prædicatorum à Joanne XXII. Manfredo suffectus est 1323. *a* 8. Id. Junii. Decessit 1327. die 20. mens. Februarii, Avenioni, ubi tunc morabatur [,, *dum etiam esset Tergestinæ Ecclesiæ administrator, ubi, an ex librarii errore, vocatur Georgius.*) XLI.

a 1322.

42 GORGIAS de Lusia, Decanus Feltrensis, solertia, disciplinisque vir illustris, Cane Scaligero adnitente, à Capitulo Bellunensis Episcopus adlectus est, post excessum Manfredi, tametsi confirmatus non fuerit. Post mortem autem supra memorati Gregorii, ab eodem Pontifice Joanne Bellunensem dignitatem accepit 1328. 10. Kal. Maii, excessitque e vivis 1348. mense Septembri. XLII.

43 HENRICUS de Vualdeich fr. Hospitalis S. Marci Theutonicorum de Hierusalem Gorgiæ suffectus est 1350. Clemente VI. sedente anno 8. sui Pontificatus Non. Octobris, ex Reg. Vatic. E. 139. f. 132. Excessit e vivis 1353. XLIII

44 JACOBUS de Bruna, Bohemus, *b* Rector XLIV
C Ecclesiæ Patriarchalis in Moschovia, Diœcesis Olmiciensis, ab Innocentio VI. ad eandem dignitatem fuit promotus 1353. 11. Kal. Decembris anno 2. sui Pontificatus, ex Reg. Vatic. E. 81. f. 67. cui Carolus IV. Comitatum Cæsanæ contulit Diplomate.

b Patavinus dicitur à Portenario in Felicitate Patavii l. 9. c. 8. *Mandas.*

Carolus IV. divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex venerabili Jacobo Feltrensi, & Bellunen. Episcopo, Principi, Capellano, & familiari nostro gratiam nostram & omne bonum. Considerantes fidei sinceritatem, & claræ devotionis affectum, quibus tu, frater, progenitores, & consanguinei tui Serenitati nostræ multis placuerunt temporibus, ac tanto præstantius in futurum placere poterunt, quanto devotionem tuam majoribus gratiarum favoribus de speciali nostræ majestatis benevolentia prævenimus. Tibi comitatum Cæsanæ Cenetensis Diœcesis cum universis, & singulis juribus, jurisdictionibus, emolumentis, & utilitatibus (quibuscumque nominibus D *nuncupentur) prout alii prædecessores tui Pontifices Feltrenses, & Bellunenses dictum Comitatum tenuerunt, ac habuerunt hactenus, meliori modo, & forma quibus possumus, damus præsentibus literis, conferimus, ac liberaliter donamus habendum, tenendum, & possidendum pacifice, & quiete Volentes, ac præsentibus decernentes, quod dilecti fideles nostri comitatus, ac etiam populares comitatus præfati (sicuti soliti sunt apud alios hactenus, comitatum eundem tenentes) tibi prompte debeant, & fideliter obedire. Mandamus insuper Vicario nostro generali dictarum Civitatum, & districtuum Feltri, & Belluni, qui nunc est, quique pro tempore fuerit, ac etiam Communitatibus earumdem Civitatum, cæterisque nostris fidelibus, & subjectis, præsentium literis firmiter, & districtè: quatenus te in præmissis impedire, seu molestare non debeant, nec à quoque impediri, seu molestari permittant: sed potius tueantur, protegant, ac defendant: prout Impe-*

ria-

rialis nostræ celsitudinis indignationem voluerint evitare, præsentium sub nostræ majestatis sigillo testimonio literarum.

Dat. in Carlostat anno Domini 1358. *Indict.* 11. 7. *Kalend. Novembris, Regnorum nostrorum anno* 13. *Imperii vero* 5.

Obiit Jacobus postremum diem an. 1369. Feruot illum literis fuisse illustrem.

XLV. 45 ANTONIUS *a* de Naterlis de Montagnana, Patavinus, filius Joannis, ab Urbano V. ad eandem sedem vocatus est 1369. 3. Kalend. Julii, ex Regest. Vatic. Hic juris Canonici scientissimus fuit, itaut in Papiensi Academia eam juris prudentiam publice profiteretur per plures annos. Statota Bellunensis Ecclesiæ compilavit, quæ etiam nunc sunt in viridi observantia, reliquitque plura alia moonumenta. Decessit an. 1393. *b* die 18. mens. Septembris, solemnique ritu sepultus est in Bellunensi Carhedrali.

a De eo citatus Fortenerius ibid. Mandos.

b 1392.

XLVI 46 Fr. deinde ALBERTUM de S. Georgio Patavinum, ex Ordine Minorum insignem Theologum, in Bellunensem Antistitem Capitulum adlegit, confirmavitque Bonifacius IX. 1393. 3. Id. Februarii, ex lib. Provis. f. 59. Ducis Mediolanensis Secretarius, intimusque Consiliarius fuit, consolteque hac administrata Ecclesia, decessit 1398.

XLVII 47 JOANNES de Capite Galli, *c* Romanus, Monachus S. Benedicti, à Bonifacio IX. ad eundem gradum honoris promotus est 1398. 13. Kal. Junii. Hujus Episcopatus præsens iniit possessionem prima die ineuntis Julii. Pisas frænavit nomine Galeazzii Ducis Mediolanensis; ac demum translatus est ad Novariensem Ecclesiam 1404. (1)

c M. quo Mandosius in Bibl. Rom. vol. 1. p. 19.

XLVIII 48 HENRICUS Scarampus, Astensis, ex Aquensi Episc. ad hanc sedem pervenit 1404. 5. Id. Aprilis. Dum hic gereret Episcopatum, Bellunenses Venetis se dediderunt. Præsens iniit possessionem mense Martio 1406. Sigismundo Imperatori à secretis fuit, Martinoque V. unice charus, cujus fuit Thesaurarius, administravitq; S. Petri Patrimonium. In Concilio Constantiensi pso electione summi Pontificis unus ex Patribus pro Italica natione. Vir sane Ecclesiarum rerum peritissimus, eruditione præclarus, morumque sanctimonia illustris; decessit an. 1440. die 29. Septembris. Sepultus in Cathedrali Feltrensi, miraculis clarus.

49 Fr. THOMAS *d* Thomasinus, Venetus, ex Ordine Prædicatorum, Recanatensis Episcopus, ad has Ecclesias fuit translatus 1440. die 15. Octobris, ex lib. oblig. Plura reliquit moonumenta ingenii, præcipueque heroicis carminibus explicavit divinissimum Altaris Sacramentum. Decessit 1447. (2) XLIX

d De eo Oldacus Calcagni in memor. Recanaten. p. 116. Mandos.

50 JACOBUS Zenos, nobilis Venetus, Subdiaconus Apostolicus, Philosophus, ac Jurisconsultus celeberrimus, hanc eandem Cathedram conscendit 1447. 6. Kalend. Maji. Ad Patavinam Ecclesiam translatus est 1460. de quo ibi. L.

51 FRANCISCUS de Lignamine, Patavinus, creatus anno 1460. 18. Kalend. Aprilis. Hic rum prudentia, tom nobilioribus disciplinis, quibus erat imbutus, celebris fuit. Romæ decessit anno 1462. Sepultusque est apud sanctam Mariam Novam. Post hujus excessum Pius II. has duas Ecclesias disjunxit, unicuique proprio attributo Pastore. Consule de Francisco, quæ narravimus in Episcopis Feltrensibus. LI.

52 LUDOVICUS Donatus, nobilis Venetus, hanc eandem sedem est consecutus, anno 1462. tres annos præfuit, indeque translatus fuit ad Bergomatem Ecclesiam. LII.

53 MOYSES Buffarellus, Venetos, paulo ante Polæ Episcopus, Ludovico successit 1465. die 13. mensis Januarii *e*. Vir intrepidis muneribus obeundis exercitatissimus, ac facilitate morum spectabilis. Decessit anno 1470. Sepultusque est in Cathedrali cum sequenti epitaphio. LIII.

e Junii.


Legifer hic Venetus Moyses Buffarellus in urna
Est, Belluno Præsul jure Comesque fuit.
Vir pius, atque gravis, mitis probitatis alumnus;
Justitiæ cultor, & Comitatis amans.

Pau-

(1) Anno 1402. scribitur in Novariensium sella, ubi suffectus est Petro Filiargo eodem anno jam translato ad Mediolanensem Kalan. Junii, hunc transitum Joannis evenisse. Secus hic adnotatus ab Ughello, & anno pariter 1404. sequentis Henrici successio describitur. At hic Henricus, qui jam antea erat Alexandrinus, & Aquensis Episcopus reperitur in eodem Ughello ex illis sedibus discessisse, ut ad has accederet, an. 1402. quæ annorum supputatio cum æqua sit translationi Joannis ad Novariensem, æquius etiam erit tum Joannis hujus recessum, tum sequentis Henrici accessum refundere in an. 1402. Quod si quæ diuturnior mora intercessit in his sedibus conscendendis, ea quippe fuit occasione schismatum tunc temporis universam Ecclesiam caligine sua obruentium, & hinc aliquando Episcopi præpediti sero assequebantur, quod antea justo jure eis dilargitum fuerat. *Laurentius.*

(2) Obiit an. 1446. die 24. Maii, ut constat ex ejus Epitaphio, quod Venetiis in Ecclesia Corporis Domini, ubi ejus cadaver terræ mandatum fuit, legitur. En sepulchralis Epigraphe. *S. Reverendissimi P. D. Tomasii Tomasini de Venetiis, olim Episcopi Feltrensis, & Bellunensis assumpti de Ordine Prædicatorum magni benefactoris monasterii Corporis Christi, qui obiit MCCCCXLVI. die XXIV. Maii.*

Paulus & ipse Petrus fratri bene quippe merenti
Cælicolæ fratres hæc posuere sibi.



LIV. 54 PETRUS Baroccius, nobilis Venetus, hanc Bellunensem sedem conscendit 1470. Ad Ecclesiam Patavinam translatus fuit 1488. de quo ibi. (,, *Hujus meminere cum laude Ghillinus in Theatro vol.* ,, *2. p. 212. & Sansovinus in Venetæ urbis descriptione*. Mandosius.)



LV. 55 BERNARDUS Rubeus, Parmensis, ex Comitibus Berceti, ab Innocentio VIII. ad hanc sedem vocatus est 1488. 4. Aprilis, cum nondum 22. annos natus esset, ex commendatione egregiæ indolis, virtutumque, quæ jam tum elucebant in illo. Quam ille sibi creditam Ecclesiam administravit usque ad annum 1499. indeque ad Tarvisinam sedem fuit translatus, de quo ibi. Hic templum Cathedrale ære proprio perfecit, ut marmorea ibidem testatur tabula.

Prima hujus Aedis fundamenta Moyses Buffarellus posuit.
Dein parietum latera Petrus Baroccius detulit:
Demum his suffectus Pontifex Bellunensis Bernardus
Rubeus Parmensis Comes, marmoream frontem,
Concameratosque tholi fornices extrema manu
Perfecit, ære suo, annuoque ad sacra dicato.

LVI. 56 BARTHOLOMÆUS Trivisanus, nobilis Venetus, nepos Cardinalis Michaelis S. Angeli, sub Alexandro VI. adlectus fuit Bellunensis Episcopus 1499. men. Augusti. Venetiis decessit die 4. mens. Septemb. 1509. ibidemque tumulum accepit.

LVII. 57 GALEATIUS, seu Galesius Nichesola, nobilis Veronensis, electus ann. 1509. die 7. mensis Septembris. Interfuit Lateranensi Concilio sub Leone X. Ex humanis rebus exemptus est anno 1527. in Patria, ubi jacet in Cathedrali, hoc epitaphio ad ejus pensile tumulum prope Aram Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

Galeso Nichesolæ Episc. Bellunen. viro
opt. & de se B. M. Franciscus Gervasius
Canon. Veronen. ex test. P. MDXXVII.

Ex hac gente nobili oriunda ex Euboea, Ægei maris insula, orti sunt alii duo Episc. Gubertus S. Leonis, & Hieronymus Theanensis Ord. Præd. vir doctrina clarus, de quibus alibi.



58 JOANNES BAPTISTA Casalius, Bononiensis, à Clemente VII. ad hanc sedem fuit promotus 1527. *a* die 27. mensis Decembris, quo mittente, ad Britanniæ Regem Nuncius profectus est, ubi suis consultissimis consiliis omnium gratiam collegit. Fratrem habuit Paulum Episcopum Bovæ in Calabria, singularis probitatis hominem, parentemque Michaelem nobilissimum Bononien. Bononiæ mortalitatem explevit sub Paulo III. Pontifice an. 1536. sepultusque est apud S. Dominicum, ubi sequens epitaphium legitur. LVIII

a 1518. ex Actis.

Joan. Bapt. Casalio Belluni Pont. viro
ingenuo & liberalium doctrinarum laude
præstantiss. Britanniæ Regis Legato perpetuo.



59 GASPAR Contarenus *b* Cardinalis Venetus, lumen, decusque Togæ, Paulo Pontifice jubente, Bellunensem Ecclesiam suscepit administrandam anno 1536. die 23. mensis Octobris. Fuit Episcopus Bergomas, (1) de quo ibi plura. Bononiæ supremam diem explevit, dum ibi legatione fugeretur, anno 1542. Sepultusque apud S. Petronium. LIX.

b De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. p. 591.

60 JULIUS Contarenus, Cardinalis Gasparis nepos, electus est anno 1542. die 11. mensis Septembris. Interfuit Tridentino Concilio sub Pio IV. Pontifice. Annoque 1574. die 17. mensis Novembris coadjutorem habuit Joannem Baptistam Valerium cum futura spe successionis, ac paulo post decessit. LX



61 JOANNES BAPTISTA Valerius, nobilis LXI.

(1) Falso Bergomi Episcopum Gasparem hic transcribit Ughellus; de eo tamen in Bergomatibus nec verbum quidem facit, nec locus illi in ea sede aliquando oblatus fuit. *Lucentius*.

bilis Venetus, ex coadiutore Contareno successit; cumque plures annos constantissime hanc administrasset Ecclesiam sub VIII. Clemente se exsolvit 1596. Venetiis obiit anno 1599. sepultus in Ecclesia Fratrum Servorum, hoc ad tumulum ex marmore insculpto epitaphio.

Jo. Baptistæ Valerii Episcopi Bellunensis ossa. Obiit anno Domini MDIC. die XXI. mensis Octobris ætatis LX. men. XI.



LXII. 62 ALOYSIUS Lollinus a vetusta, & patritia Veneta familia natus, vir ingenii abundantia, & multæ, selectæque lectionis fructu præclarissimus, & eruditione longe clarissimus, à Clemente VIII. Pontifice adlectus Episcopus Bellunensis die 29. Julii 1596. sub Urbano VIII. mortuus est an. 1626. b cujus tumulus ita proloquitur.

a Laudatur à Baronio, qui ab eo Theophanem Græcè scriptum consecutus fuerat, tom. 9. Annal. an. 811. n. 8. & à Gaddio de Script. non Eccl. t. 2. p. 9. Mandos. b 1625. 3. Kal. April.

Lollinæ gentis occidens Vesper suæ
Lolline nostri temporis summum jubar.
Lolline seclis major, sed minor sibi.
Ars sophiæ cunctarum artium, celsum jugum,
Fax Orbis, Adriæ decus, & morum Pater.
Dum asserit (heu) sacra Purpura dignum caput
Roma, à delata Purpura, à nobis fugit.
Nivem faeis plus pectoris forsan tui.
Nivea, & dum Præsul urna sub brevi siles, C
Umbrasque nigras incolis pectus sacrum,
Jamque umbræ amentur, mors ametur, & cinis.

D.F.M.D.M.C.R.

Bellunenses vero Cives tanti Antistitis memoriæ cœnotaphium hocce inscripserunt.

Aloysio Lollino Patritio Veneto inter eruditionis principes, quòs aut nostra miratur ætas, aut regerit antiquitas, adeo eminenti, ut etiam ante excessum invidiam fuerit supergressus, operosi ingenii præstantia celeberrimo, plane digno, qui eximio virtutum omnigenarum splendore Romanam augeret lucem, Purpuream cohonestaret trabeam, sed laude eo magis præcipua extollendo, quod per raram animi moderationem Fortuna relicta celsitatis culpa maluerit decus claritudinemque ampliore secessu Bellunensi, ubi perennes agens excubias in Episcopali sede triginta annorum stipendia emeruit, quæ integra asservavit, & à supremo Imperatore ad veræ triumphum gloriæ evocatus ea legenda pie censuit floris virginibus illibati, ut aucta dotali sponsione pudore integro maritæ fiant, divino ministerio decuriatis, ne commeatus illis desit ad percipiendas graviores disciplinas, sacram decumanam domum perfecit, ornavit, constituta chori statione summi splendoris donata supellectili, ære relicto ad augustam frontem attollendam, Cives Bellunenses ut amplissimi Præsulis desiderium bonis omnibus lenirent M.H.P.C. Anno MDC. XXXII.

Clarissimus iste Præsul, & Præsulum decus, immortalitate dignissimus exaravit in beato illo ocio, quod sibi pastorale officium, & cura reliquum fecerant, Episcopalium curarum characteres ad Urbanum VIII. Pont. Max. ad eumdem Pontifica-

A tum ineuntem augurale carmen; Miscellaneas epistolas; Philologicas disceptationes, aliaque præstantissimi ingenii monumenta, quæ nondum lucem aspexerunt, eaq; occultavit, dum vixit. De Christiana perfectione. Quando Christiano homini Deus sit orandus. Amulctum adversus Amadiscariæ lectionis maleficia. De munere Christiani pacificatoris. De nõ properanda manuum impositione; de scrupulis: de curiositate; de fœnebri malo; de origine malorum. Disputationes ad Donatum Maurocenum; de Elementari pietate dialogum, de Juventutis cura, & de non procando; soliloquium; Africani seu Adriani introductionem in Scripturas sacras e Græco in Latinum translatam, ad Franciscum Barbarum Patriarcham Aquilejensem: de Scopendi verbo in Psalmis posito ad Donatum Maurocenum; de stirpium creandi Regis causa conventu ex Israelitarum libro, & alia. In editione scriptorum ejusdem Lollini Laurentius Pignorius vir clarissimus carmina justa persolvit. Scripsit quidem
B gregi intentus egregius Præsul, ut pietatem animis insereret, virtutis amorem propagaret, & depravatos corrigeret mores: hæc sunt boni pastoris egregia facinora, populorum animos ad pietatem provocare, verbo & exemplo instituere, & priscorum Patrum acta imitari. Sic Lollinus noster Episcoporum nostri ævi exemplar, & ornamentum egisse constat, cujus memoria apud posteros in benedictione erit.



63 JOANNES Delphinus, nobilis Venetus, Joannis Cardinalis nepos, utriusque Signaturę Referend. ad hanc eamdem sedem fuit assumptus die 9. Feb. 1626. Urbano VIII. Pont. Max. septem annis sedit, deinde eo munere se exolvit an. 1634. LXIII

64 JOANNES THOMAS Mallonus, Vicentinus, Somaschæ Congregationis nobilis alumnus, Verbi Dei declamator illustris, eximiusque Theologus, ex Episcopo Sebenicensi ad hanc sedem translatus est die 16. c Junii 1634. Mortalitatem explevit anno 1649. d diuturniori vita dignus ob defæcatos mores, & incomparabilem pietatem, quibus virtutibus Bellunensem populum ad pietatem erudiebat. LXIV

c Die 16. Junii. d Die 26. Febr.

D *A D D I T I O.*

(„ *Diutius deinde post Malloni obitum vacavit „ hæc sedes, subortis difficultatibus inter Pontificem, & Venetorum Rempublicam circa Cardinales proponentes. Tandem ventum est ad sequentis „ electionem.*

„ JULIUS *Berlendius Nobilis Bergomensis J.U. „ D. in Alma Urbe diu versatus apud Cardinalem „ Cornelium, & Oratorem Venetum Joannem Justinianum præcipuis muneribus insignitus, Bellunensem Ecclesiam anno 2653. 6. Octob. ab Innocentio X. suscepit. Hanc, quæ per quadrennium, & „ ultra suo viduata Pastore non modica detrimenta „ senserat, diligenti totius Diœcesis visitatione „ quampluries in longo vitæ, ac regiminis decursu „ iteravit, reformare studuit. Seminarium à Julio „ Contareno piè memoriæ Episcopo statim post Tridentinum Concilium institutum, sed nondum ad „ normam sacrorum Canonum completum, meliori* LXV

„ di-

disciplina, atque clausura instruxit, eique perpetuam pensionem super una ex Diœcesanis Parochialibus Ecclesiis ab Alexandro VII. impetravit. Anno 1662. fervente Cretico bello, Veneti Patritiatus ordinem una cum fratre Camillo assecutus est. Romam rediit cum Cardinale Principe Estensi ejus aulæ supremus Præpositus. Ad Ecclesiam inde reversus totus fuit in ea authoritate simul, & exemplo pissime gubernanda. Ter Synodum celebravit, additis in secunda, & tertia, quæ pro rerum, & temporum circumstantiis adjungendæ fuerant, salutaribus Constitutionibus. In eo maximè enisus pia munificentia pro Cathedralis cultu, quam splendido Tabernaculo ad asservandam Sanctissimam Eucharistiam, honesto suggestu, argenteis lampadibus, decoris supellectilibus, aliisque plurimis donariis locupletavit. Verùm magis post mortem eluxit charitas, quadraginta enim Ducatorum millia, & altra, quæ parsimonia vitæ ex redditibus, prout testatur in suis ultimis tabulis, non quidem Bellunensis Ecclesiæ, sed plurium, quæ possidebat, beneficiorum collegerat, piis perpetuis operibus, & præcipuæ frequentiori Clericorum in Cathedrali residentiæ, & pauperum ægrotantium alimoniæ sanctissimè legavit. Morbo correptus in oppido Alzani Bergomensis agri in Domino obiit die 21. Octobris 1693. ætatis anno septuagesimo nono, Episcopatus autem quadragesimo, sepultus Bergomi in monumento Patrui subtus Ecclesiam S. Gratæ, excepto corde, quod ad sepulchrum sibi conditum in Cathedrali Bellunensi transferri voluit.



LXVI JOANNES *Franciscus Bembus Patritius Venetus anno 1694. ad hanc sedem accessit. Nobilissima Senatoria familia natus egregiæ indolis adolescens, abdicata sæcularium honorum expectatione, religiosam vitam inter Clericos Regulares de Somascha professus erat; in qua cum summæ innocentiæ præcellentis animi dotes conjungeret, jam Vocalis, & Vicentini Collegii Præpositus ad primas Ordinis dignitates florenti adhuc ætate designabatur. Sed ad majorem, Episcopalem scilicet, ab Innocentio XII. evectus est. In pervigilio Principis Apostolorum inito Apostolico munere ad omnes optimi Pastoris partes manus admovit. Seminarium colere prima cura fuit, accitis ex Somaschensi Congregatione selectis viris, præcipuè Stephano Cupilli, qui post exactum complures annos ejusdem Seminarii regimen ad Arbensem, & Traguriensem infulas, demum ad Spalatensem Archiepiscopatum translatus est. Universæ Diœcesis majori ex parte montanæ, & asperæ Visitationem pluries complevit, nulla penitùs excensita Ecclesia, quam præsens non perlustraverit; quamvis aliquot remotiores loci, & abruptæ viæ nunquam antèactis sæculis Episcopali conspectu gavisæ fuerint; singularum cultui diligentissimè prospiciens, animarumque salutem verbo, & opere studiosissime procurans. In iis præsertim Doctrinæ Christianæ Catechesim injuria temporum vel collapsam, vel imminutam summis viribus restaurare conatus est. Synodum anno 1703. coegit, sanctisque legibus celebravit. Pro fundatione Collegii societatis Jesu ad erudiendam illius Civitatis juventutem, & ad pia opera, quibus ubique gentium societas ipsa de Christiana Republica optimè merita dignoscitur, omne studium amantissimè contulit. Novendialia sacra Divis Francisco Salesio, & Philippo Nerio, quorum patrocinio nititur; Venerabilis Sacramenti expositiones singulis diebus Quadragesimæ; & in majori hebdomada ad illius adorationem devota supplicantium agmina tum virorum, tum mulierum ex omni vico Civitatis, & alia pleraque pietatis officia instituit. Episcopales Ædes vetustate squallidas, & incompias ingenti cum impendio reparavit, & illustravit; Amplificando verò seminario elegantis, atque magnificæ structuræ molem his temporibus erexit. Tenues Episcopatus redditus per attentam curam, & redemptionem plurium, quæ perierant, non modicè adauxit. In propugnandis autem Ecclesiæ juribus, & tuenda Ecclesiastica immunitate, Clericali disciplina, & Episcopatus honore, prædefunctis Episcopis non feliciori tranquillitate regiminis, sed sollicitudinum nixu; quibus valet, ingenio, sedulitate, constantia, mansuetudine pergit concreditam sibi Ecclesiam enixè administrare, meliorem, quam acceperit, successoribus relicturus.*

CENETENSES
EPISCOPI.



CENETA mediterranea, & antiqua Civitas in Marchia Trevisina, quorundam collium radices insidet versus Septentrionem, sub dominio Veneto. Gratianus in ipsius descriptione Ræthos ejusdem auctores facit, quam deinde Romanus populus reædificavit, & auxit ab Aquilejensibus exoratus, cujus leges & fasces semper venerata est usque ad Valentiniani Imp. tempora. Eam Attila Hunnorum Rex depopulatus est anno 450. deinde Totila Rex Gothorum illam excidit, ita ut etiam hoc tempore Civitatis speciem videatur amisisse. Fuit etiam Venetorum Colonia, ut scribunt alii, voluntque ab illis fuisse ædificatam. Acedum, & Acedes Ptolomæus illam appellat, Plinio autem Ceneta est, Agathio vero Civitas Venetiarum & Ceneta olim nobile Castellum. Ursus Cenetensium Dux sub Aripeito Longobardorum Rege circa annum Domini 700. fuisse memoratur. In pace autem Constantiæ cum Friderico Imp. inita, Ceneta cum Longobardicis comprehensa est Urbibus ann. 1183. Illius meminit Fortunatus Poeta, Paulus Diaconus. Ejus territorium, ejusdemque delicias Georgius Gratianus Cenetensis civis rhetoricis pigmentis referta narratione describit. Exiguum nunc est Oppidum inter colles situm, & suo Præsuli utroque jure subjectum Principis titulo; nam præter sacram, temporalem etiam jurisdictionem, merumque, ac mixtum Imperium ex antiquissimis Imperatorum largitionibus obtinet. Quapropter in gestis Stephani Papæ II. legimus civitatem Cenetensem esse de patrimonio Beati Petri: ac superioribus quidem temporibus Episcopus utriusque gladii potestate cum in civitate,

A

tum in circumjectis, & vicinis oppidis, & tota Diœcesi, quæ satis ampla est, utebatur, nunc autem civitatem tantum una cum Tarsii Comitatu (*„ Rovinis, & aliquot villis*) retinet, ab anno 1347. quo Frater Franciscus Episcopus Principem Venetiarum *a* accepto fidelitatis juramento investivit, quam investituram Oliverius successor anno 1414. renuavit, uterque tamen sine sedis Apostolicæ confirmatione. Rursus anno 1493. die 24. Octobris latæ inter Episcopum, Senatumque Venetum conditiones, ut maneute libera jurisdictione civitatis penes Episcopum, qui Venetorum Principatum nulla in re agnoscat, sontes & facinorosi, ne impunes evadant, hinc inde restituantur. Episcopatus Cenetensis antiquus est saltem ante annos mille. Nam in sexta Synodo Oecumenica habita apud Constantinopolim anno Christi 680. inter Episcopos, qui interfuerunt Concilio Romano sub Agathone Papa, legitur subscriptio Ursiol Episcopi S. Ecclesiæ Cenetensis Provinciæ Istriæ. In primis civitatibus fuit, quæ ex prædicatione S. Hermagoræ avide hausit Evangelii lucem, S. Martyre Fortunato illius Archidiacono ad id satagente circa annum domini 74. Eodemque tempore extruxere templum Principi Apostolorum dicatum, unde Palladem falsum numen exturbarant. Statim ab ipso fidei Christianæ ortu Pastorem sortita, ut credere par est, cum per id tempus nobilis, plenaque populo civitas haberetur, quorum Præsulum acta, memoriamque devorarunt tempora illa ob persecutiones turbulentissima, usque ad annum 390. Episcopatus nobilis est, non solum ex divite censu, qui tria millia & amplius scutatorum summam exæquat, taxaturque in lib. Cameræ Apost. C. florenos, sed etiam ex ampla diœcesi, principatuque Episcopi ejusdem civitatis, ut non semel diximus, tametsi Reipublicæ Venetæ subjectæ. Aquilejensi Patriarchæ suffraganeus est. Cathedralis Basilica ante ann. 450. cum Cenetensi Villa à Tarvisinis combusta, ac desolata fuit. Quamobrem Innocentius Papa, ne Ceneten. Eccl. in loco campestri, & ob raritatem habitantium immunito similibus incursionibus imposterum exposita esset, literis Laterani datis Aquilejensi Patriarchæ, & Episcopo Ferrariensi mandavit, ut Cenetensis episcopatus sedem, vel in Conelianum, vel in alium opportuniorem, ac tutiorem locum transferrent, ut patet ex Regesto ipsius. Nunc vero est Ecclesia sub invocatione Assumptionis Deiparæ, antiquæ, non tamen invenustæ molis; reliquiis insignibus exornatur. In primis capite, & corpore S. Titiani Episcopi olim Opitergini, cujus mirabili, imo portentoso adventu Opitergio Cenetam Cathedra translata est, exindeque sanctum ipsum Civitas, & Diœcesis sibi in Advocatum, & Patronum ascivit, ejusque sacras exuvias sub tribuna in arca marmorea incessanti cultu veneratur. Insuper sanctissimæ Crucis frustulum in peculiari sacello cum decenti ciborio servatur, & nonnullis aliis sanctorum Lipsanis illustratur. Sacris in ea ministrant Canonici decem, e quibus unus dignitate eminet Archidiaconatus; e reliquis Canonicis unus est Theologus *b* ex præscripto; his accedunt Mansionarii quinque, Sacristæ duo, qui totius Civitatis animarum (*„ quæ ter „ mille circiter numerantur*) curæ incumbunt, Altaristæ plurimi, & Clerici Seminarii. Dignitatum, & Canonicatuum singuli fructus sunt 200. ducatorum, quorum omnium collatio in mensibus sedi Apostolicæ non reservatis Episcopo spectat, exceptis tamen Mansionariis ad Capitulum pertinentibus, & uno ex Canonicatibus de jure patronatus laicorum. In civitate duo habentur Monasteria, unum virorum ex Minoribus S. Francisci di-

a Seù D. Marci Procuratoris.

b Nunc Pœnitentiarius.

strictioris observantiæ, mulierum alterum Ord. S. Augustini. Nec aliæ sunt Ecclesiæ Parochiales præter Cathedralem. Diœcesis Cenetensis ampla & opulenta ab Oriente Concordiensi, à Meridie Tarvisina, ab Occasu Patavina, Feltrensi & Bellunensi Diœcesibus, ad Septentrionem Liquentia amne terminatur. Longitudine ab Oriente in Occidentem, hoc est à montibus usque ad mare per 44. milliaria, ab Aquilone in meridiem per 24. à flumine Liquentiæ ad Plavis flumen extenditur. In hoc tractu numerantur Parochiales Ecclesiæ 118. quæ quinque Monasterio S. Antonii Venetiarum (*„ una cœnobio S. Salvatoris pariter Venetiarum*) reliquæ Ordinario subiiciuntur. Oppida quædam insignia sunt in hac Diœcesi, videlicet Conelianum ad quatuor animarum millia habens, cum Ecclesia Collegiata sub invocatione S. Leonardi, cui præter dignitatem Archipresbyteri sex Canonici, quatuor Mansionarii in divinis inserviunt; duæ præter Collegiatam Parochiæ sunt, quarum altera

B

Fratrum Cruciferorum *c*, altera Sacerdotis secularis curæ imminet. Insuper virorum Monasteria quatuor, scilicet Canonicorum Regularium Lateranensium, Minorum Conventualium, & Strictioris Observantiæ, ac Capuccinorum; sanctimonialium vero duo *d*, alterum S. Benedicti, alterum S. Dominici. (*„ Unum Tertiariarum ejusdem ordinis, quartum Carmelitarum excalceatarum.*) Opitergium *e* Ecclesiam Collegiatam habet S. Joanni Baptistæ sacram, in qua divina persolvunt Decanus, quæ est dignitas, & sex Canonici, cum quatuor Mansionariis, quibus cum Decano trium millium animarum incumbit cura. Monasterium sanctimonialium adest Ord. S. Dominici, virorum duo Cœnobia, Servitarum, & Capuccinorum. Serravallum oppidum à Ceneta milliari tantum distans, duo millia animarum continet, & unicam *f* habet Parochialem; duo sunt virorum Monasteria S. Francisci Conventualium, & Capuccinorum, totidemque Sanctimonialium sub S. Benedicti, &

c Nunc Prædicatorum strictioris Observantiæ.

d Nunc Quatuor.

e De Opitergio, ejusque Episcopis dicemus in X. Tomo.

f Nunc duas.

C

Augustini regula viventium. Motta oppidum est 1500. habens animas, quorum cura penes unum Parochum jacet, unicum habens Monasterium virorum S. Francisci de Observantia. Portus Buffoleti oppidum licet exiguum 800. animas sub cura Archipresbyteri continet, & ibi unicum tantum Servitarum habetur Monasterium. Abbatiæ in hac Diœcesi in commendam dari solitæ quinque sunt, prima S. Mariæ in villa Follina Comitatus vallis Mareni, secunda S. Bonæ de Vidoro, tertia S. Antonii de Busco, quarta dicitur domus templi Opitergii, quinta S. Petri de Colle. Commenda Ordin. Hierosolymitani una, titulo S. Georgii in castro Collalti. Beneficia simplicia per totam Diœcesim 55. *g* sodalitia laicorum complura, quorum ditissimum in Ecclesia s. Mariæ Battutorum oppidi Coneliani, cujus redditus trium millium aureorum, qui collocandis puellis distribui solet. Nec prætereundum, esse in hac Diœcesi quinque Parochiales, quæ ad Patriarchæ Venetiarum, & sex alias,

D

quæ ad Patriarchæ Aquilejensis collationem spectant; quemadmodum e diverso in diœcesi Concordiensi duæ sunt, quæ à Cenetensi Episcopo conferri solent. Porro in universum in hac Diœcesi censentur fidelium animarum ferme octuaginta millia. Episcopi vero, qui in Cenetensi floruerunt Ecclesia sunt, qui sequuntur, e variis monumentis observati.

g Quæ nunc vel suppressa, vel mensæ Canonicorum, ac Seminarii, aut Parochialibus Ecclesiis omnia pene unita.

1 S. EVENTIUS antiquior Cenetensis Episcopus est, qui occurrat. Vixit temporibus Theodosii Imperatoris anno 390. dilexitque S. Ambrosium adhuc viventem (1). Narrat Gratianus hujus corpus requiescere Papiæ: Illius

(1) Epistolæ Synodicæ S. Ambrosii ad Siricium Pontificem inter alios Episcopos subscripsit Eventius nullo sibi adscripto nomine, sicuti neque in aliis ut videre est apud Harduinum Concil. tom. 1. p. 845. idem nomen Aquilejensi Synodo, cui S. Ambrosius interfuit, subscriptum est, adjecto nomine [illegible] lectum, vel corrupto: legitur enim duobus modis *C[illegible]*, & *Tiniensis*. Emendatores Operum S. Ambrosii Romanæ editionis *Cenetensem* fecerunt Eventium in ea Epistola, argumento ex subscriptione Aquilejæ Synodi ducto. Hinc dignoscitur Eventius ab Ughello Cenetensibus Episcopis, & primo loco adnumeratus ex unica illa jam recensita juxta editionem Romanam subscriptione Synodi Mediolanensis Epistolæ: *Ego Eventius Cenetensis Episcopus* &c. quæ anno 390. una cum Synodo sub Ambrosio confecta est. Verum pro *Citi[illegible]*, seu *Tiniensis*, *Ticinensis* scribendum conjecit Baronius, & licet conjecturam [illegible] videamus in notis ad Martyrol. Roman. propter auctoritatem Romanæ Ambrosii editionis abjicere, non admodum firmo, ut notant Patres Benedictini in nova Operum S. Ambrosii recensione tom. 2. nititur argumento: quandoquidem ei indicii auctoritas mss. & aliarum editionum refragatur.

lius festum celebratur die 8. mensis Februarii; cujus meminit Mart. Rom. & Baronius in notis.

I. a VINDEMIUS an. 584. („ *Anno 579. interfuit Concilio Gradensi sub Helia Patriarcha, ut* „ *diximus supra in Aquilejensibus; atque hic ex illis tribus Episcopis unus fuit, qui Ravennam à* „ *Smaragdo cum Severo Aquilejen. Patriarcha deportati sunt, ut ex Chronico veteri Aquilejen.* „ *Ms. asserit Norisius in dissert. de V. Synodo p. 53.* „ *Cum verò in eadem Gradensi Synodo sederit cum* „ *Vindemio Martianus Opiterginus Episcopus, facile est arguere Cenetam ab Opitergio Episcopalem Cathedram minime mutuasse.*)

II. 3 URSINUS interfuit Concilio sub Agathone Papa anno 680. („ *In hoc pariter Concilio simul cum* „ *Ursino sedisse legitur Benenatus Opitergiuns Episcopus, ut hinc quoque alterum deduci queat argumentum Cenetensem sedem stetisse, cum Opitergina nondum aliò fuisset translata.*)

III. 4 SATINUS 731.

IV. 5 VALENTINUS anno 739. Hic, qui ad Caroli Magni tempora vixit, & ab eodem confirmationem omnium bonorum ac jurium suæ Ecclesiæ accepit. Hujus privilegii mentio extat in Regesto Dominorum de Camino compilatum contra Franciscum Cenetensem Episcopum sub Joanne XXII. Pontifice, asservatum in Vatic. Archivio; *Carolus* (inquit) *Magnus ad petitionem Episcopi Cenetensis confirmavit, & corroboravit tam ipsi, quam successoribus suis omnes plebes, & Parochias cum jurisdictionibus* Imperii *locorum, terrarum ipsius Episcopi, quæ in istis comprehenduntur juribus, idest, determinatione fluvii Limana, sicut Limana currit in Plavem, & Plavis currit usque locum, ubi Theda defluit in ipsam, & deinde in ipsum locum, ubi Nigritalia defluit in Plavem, & currit in mare. Et iterum de fluvio Limane, atque in Celitam montem, & deinde in locum mortuum, & de hinc in Ecclesia S. Floriani, qui primo Opiterginæ Civitatis ejusdem Episcopi jura gloriosissime regebat, & inde in aquam, ubi oritur Liquentia, & inde usque ad archam transversam, & post hunc fluvium* Medume, *& aqua Medume defluit in Liquentia, & iterum Liquentia currit in mare. Dat. pridie Kal. Aprilis anno 26.*

(„ *Exarsere inter Valentinum, & Comites Cenetenses nuncupatos graves, diuturnæque dissensiones, quibus tandem finis impositus est intercedentibus Luitprando Longobardorum Rege, & Callisto Patriarcha Aquilejen. Horum enim rogatu Valentinus Joanni comiti feudi nomine concessit Gemellas, Vallem Mareni, Serravallem, Fregonam,* „ *& cætera oppida, quibus Joannis antecessores à* „ *prædecessoribus* Episcopis *fuerant investiti. Id* „ *totam explicat documentum, quod ex hujus urbis* „ *statuto descriptum hic damus hujus tenoris.*

„ In nomine Dei æterni Amen. Anno Dom. Incarn. DCCCCXCIIII. a Indict. VII. die 3. mensis Aprilis in palatio D. Luitprandi Civitatis Opiterginæ, serenissimi Regis, præsentibus viris DD. Rege Luysprando dignissimo, Calistro Patriarcha Aquilejen. sanctissimo, Ludovico duce Carinthiæ serenissimo, Tervisano Episcopo civitatis testibus, & aliis. Supplicandum pro illis, qui fovent justas causas, & pro illis maxime, qui diu fuerint in litigio, via operis, & misericordiæ est citius intercedendum. Hinc est, quod cum predecessores Comitis Joannis Comites Cenetenses investiti fuerint à predecessoribus R. P. D. Valentini Episcopi Cenetensis de Castellariis, & Curiis Gemellarum, Vallis Mareni, Serravallis, Fregonæ, Regonzoli, Curdignani, & Cavulsni, ac Formenicæ cum omni jurisdictione ipsorum meri, & mixti imperii, &

a DCCXX XVIIII.

Italia Sacra Tom. V.

„ ipse D. Comes Joannes diu fuerit in litigio cum dicto D. Valentino Ceneten. Episcopo de supradictis Castellariis, & curiis cum omni sua integritate, & maximè coram Ven. P. D. D. Calistro Patriarcha Aquilejen. sanctissimo, coram quo quæstio fuit ventilata occasione cujusdam appellationis nunc sublte pro bono pacis, & concordie, ac totius contracto placuit regali majestati D. D. Luysprando dignissimo regi, ac dicto D. Patriarchæ Calistro Aquilejen. jam dicto, omnes simul dum starent in trono palatii Civitatis Opiterginæ, quæ fuit sedes prima Episcopalis Cenetensis mitriæ, tam pro D. Episcopo Valentino, quam pro D. Comite Joanne, dum essent in præsentia ipsorum D. Regis, & dicti D. Patriarchæ, ambo simul cum omni caritate supplicaverunt eidem D. Valentino Episcopo, quod deberet, & dignaretur de dictis Castellariis, & curiis cum omni jurisdictione ipsorum dictum comitem Joannem, & quemadmodum fuerunt investiti sui prædecessores ad rectum, & legale feudum. Qui prædictus D. Episcopus volens condescendere votis dictorum Dominorum de dictis Castellariis, & curiis cum omni jurisdictione ipsorum, ac meri, & mixti imperii, cum omnibus possessionibus, terris, vineis, patris, pascuis, silvis, saleris, sactinnibus, molendinis, piscationibus, aquis, aquarumque decursibus, vallibus, planiciebus, aldianibus, & aldionis, servis, & ancillis utriusque sexus, & omnibus, quæ nominari, vel dici possunt ad predicta loca aspicientibus dictum comitem Joannem in præsentia mei nut. & testium suprascriptorum cum suo annulo ad rectum feudum investivit hoc pacto, quod dictus Comes censum taurum solvere teneatur dicto D. Episcopo, quantum solvebant prædecessores dicti comitis prædecessoribus dicti D. Episcopi supradicti secundum quod domini patres vassallorum alias in sua curia ordinaverunt, & taxaverunt. Quod si non solveret juxta pacta ordinata dictus Comes Joannes sit privatus feudo per pactum expressum, & de dicto feudo possit dictus D. Episcopus facere juxta voluntatem suam, & intellectum.

„ Ego Philippus Archicancellarius illustrissimi regis Luysprandi recognovi, & ut publicus notarius de mand. partium scripsi, auctoritate sacri palatii.

„ *Hoc sane documentum ut fictitium rejiciunt cordatiores: illud certe mihi liquet esse corruptissimum,* „ *& pro* DCCCCXCIIII. *legendum esse* DCCXX XVIIII. *quo regnabat Luitprandus Longobardorum rex, florebat Callistus Aquilejen Patriarcha, currebatque Indictio septima. Opitergium verò jamdiù antea à Rotharì pariter Longobardorum rege fuerat reædificatum, neque improbabile est illic regale quoque palatium excitasse, quo resideret, dum apud Opiterginos diversaretur.*

VI. „ DULCISSIMUS *Cenetensi Ecclesiæ præsidebat anno 794. quo à Carolo Magno bonorum, & jurium suæ Ecclesiæ confirmationem obtinuit sequenti diplomate, quod cum in præfato Cenetensi statuto mendosè impressum legatur, nos hic ex copia authentico correctius exhibemus.*

„ Carolus G. D. Rex Francorum, & Lombardorum, & Patritius Romanorum. Maximum Regni nostri in hoc augere credimus munimentum, si petitionibus sacerdotum, vel servorum Dei, in quo nostris auribus patefecerint, libenter obaudimus, & eas in Dei nomine ad effectum perducimus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini presentium scilicet, & futurorum, qualiter nos propter nomen Domini

fus. Regius enim Codex, & Chiffletius ex Divion. habent *Ticinensis*: proinde sic legunt prædicti eruditissimi Patres, & Harduinus in margine ad dictum Concilium Aquilejen. tom. 1. Concil. pag. 825. Bollandiani in Actis 9. Februarii tom. 2. p. 152. fatentur non posse certo statuere, utrumnam modo legendum sit. Mihi quidem satis persuasum legendum esse *Ticinensis*: Eventiumque non Cenetensem Episcopum (& fortasse tali nondum gaudebat Ceneta dignitate, si verum est ex deleto Opitergio illuc Cathedralem sedem translatam) sed Ticinensem fuisse Episcopum. Consonat Ughellus ipse in Papiensibus tom. 1. ubi inter Præsules illius urbis recenset Eventium, qui Synodo Aquilejensi, & D. Ambrosii Synodicæ Epistolæ subscripserit. Quin etiam cum hic scribat Eventii corpus quiescere Papiæ, præsumptio stat potius, quod fuerit Ticinensis, quam Cenetensis Antistes, maxime cum non constet de translatione ejusdem Ceneta Ticinum. Porrò cum dicat Ughellus hujus Eventii meminisse Martyrologium Romanum ad diem 8. Febr. hinc quoque arguitur nullum fuisse Eventium Cenetensem, cum ibi de Papiensi Eventio sermo sit. Plura de his vide apud Eustachium à S. Ubaldo in dissertatione de Metropoli Mediolanen. sect. 3. cap. 1. Ceterum in re dubia sentiat lector, quod sibi magis arridet.

,, ad eternam remunerationem talem confirmatio- A
,, nem . . . . Ecclesiam S. Ticiani Confessoris
,, Christi, que est constructa sub Oppido Ceneden-
,, sium Castro, ubi ipse pretiosus sanctus corpore
,, requiescit, & ubi preest vir Venerabilis Dolcissi
,, mus Episcopus . . . . concessis, & de om-
,, nibus plebibus, vel parochiis cum jurisdictioni-
,, bus imperii locorum, vel terrarum ipsius Episco-
,, pi, que in istis comprehenduntur finibus, idest
,, determinatione fluminis Limane, sicut Limana
,, currit in Plave, & Plavis currit usque locum,
,, ubi Theba defluit in ipsam, & deinde usque in
,, alium locum, ubi Nigrisalia defluit in Plave, &
,, Plavis currit in mare, & iterum de flumine Li-
,, mane usque in Celicum montem, & deinde in
,, Lacum mortuum, & deinc in Ecclesiam S. Flo-
,, riani, qui primo Opitergine Civitatis ejusdem
,, Episcopi jura gloriosissime regebat, & inde in
,, aquam ubi oritur Liquentia, & deinde usque in
,, archam traversam; & post hinc flumen Medu-
,, ne, & aqua Medune defluit in Liquentiam, & B
,, iterum Liquentia currit in . . . Nos igitur di
,, gnam ejus petitionem considerantes, tam ipsi,
,, quam successoribus suis per nostri precepti pagi-
,, nam confirmamus, atque corroboramus omnes
,, plebes, atque jurisdictiones locorum, vel ter-
,, rarum que in prescriptis finibus vel termina-
,, tionibus comprehenduntur, precipientes ita
,, que mandamus, ut nullus dux, Patriarca,
,, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes
,, Vicecomes, Iudex, Scaldio, nullaque nostri Re
,, gni persona parva, vel magna, prelibatum E-
,, piscopum, vel suos successores de omnibus ple-
,, bibus, vel jurisdictionibus, quas eis per confir
,, mationem nostri precepti concessimus, atque
,, corroboravimus, sic precepta nostrorum anti
,, quorum Regum, vel Imperatorum confirmata
,, fuerunt, inquietare, vel divestire presumat,
,, sed omnia potestative teneat, remota omnium
,, interdictione. Si quis autem, quod minime cre-
,, dimus, ad futurum hoc nostre confirmationis C
,, preceptum irrumpere tentaverit, sciat se compo
,, siturum mille lib. auri, medietatem Camere
,, nostre, & medietatem jam dicto Episcopo, vel
,, suis successoribus. Quod ut verius credatur, &
,, obnixius imposterum ab omnibus observetur, ma-
,, nu propria subter firmavimus, & impressione
,, nostri sigilli insigniri jussimus.

,, Signum Ca-  roli illustris
,, Regis.

,, Datum pridie Kal. Aprilis anno xxvi. & xx.
,, Regni. Actum in Francono fruel in Dei nomi-
,, ne feliciter. Amen.
,, *Omissis.*
,, Ego Albertus filius D. Joannis de Montegellis D
,, de Bononia nunc habitator Venetiarum in con-
,, trata S. Moysi pub. & imper. auctor. Not. & ju-
,, dex ordinarius, suprascripta quinque privilegia
,, autentica Romanorum Imperatorum, unum vi-
,, delicet Domini Ottonis Illustriss. Imperatoris
,, Regis, & alium D. Caroli Francorum, & Lom-
,, bardorum Regis, & Patritii Romanorum, ac
,, etiam aliud privilegium Domini Berengarii Re-
,, gis, scripta, & exempalata per Minatium de Go-
,, zadinis Not. infrascrip. ab ipsis autenticis, &
,, originalibus privilegiis regiis ista quinque exem-
,, pla una cum infrascr. Ticiano, & Minatio Not.
,, cum ipsis autenticis quinque privilegiis regiis in
,, presentiam Reverendi viri D. Melii Archidia-
,, coni majoris Ecclesie Castellane, & Vicarii Ve-
,, nerab. Patris, ac D. D. Nicolai D. G. Episcopi
,, Castellani diligenter & fideliter eiscultavi, & quia
,, ipsa quinque exempla privilegiorum regiorum
,, cum ipsis autenticis, & originalibus privilegiis
,, concordare inveni &c. sub anno Dom. 1337. In-
,, dict. v. die xi. mensis Septembris &c.)

6 ERMONIUS anno 824. interfuit Mantuano Concilio. Post hunc spatio fere 150. annorum plures desiderantur Episcopi, nec aliud quicquam memorabile Cenetensibus occurrit iis temporibus, præter quam quod corpus S. Titiani Episcopi Opitergini mirabili prodigio Cenetam relatum sit circa ann. 909. [1] ut Petrus de Natalibus narrat lib. 2. cap. 89. ubi requiescit in Cathedrali, cujus die festus solemniter celebratur uti Divi tutelaris 16. Januarii. Successerat hic in Ecclesia Opitergina Floriano, cujus alumnus fuerat. VI.

(,, RIGOLDUS *antecessit Sicardum, florebat-* VII.
,, *que an. 908. ex Berengarii diplomate. De eo per-*
,, *peram Ughellus agit post Sicardum, Berengarii*
,, *concessionem an. 996. oscitanter affigens, ut mox*
,, *dicemus.*

7 SICARDUS Cenetensis Episcopus fuit, is qui ab Othone Imp. anno 962. præcipuo beneficio plura bona recepit ab se, suaque Ecclesia perpetuo obtinenda. Tabulas hic ad verbum inserere libet, cujus etiam mentio habetur in citato Regesto Dominorum de Camino. VIII.

In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Otho Dei gratia Imperator Augustus. Decet Imperialem clementiam vocibus fidelium suorum aures suæ pietatis clementer præbere, quatenus eosdem devotiores, & promptiores in suo obsequio reddat. Idcirco sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum noverit universitas, qualiter Sicardus sanctæ Cenetensis Ecclesiæ vener. Episcopus nostram suppliciter exoravit clementiam, ut pro ejus frequenti, ac salubri servitio concederemus aliquantam terram adjacentem in castro Cenetæ, ubi venerabile corpus S. Titiani requiescit, similiter & ad fores ipsius castri aliquantum terram juris Imperii nostri; caput enim ipsius terræ tenet usque ad locum curtis Toveræ: aliud caput usque ad Ecclesiam S. Floriani, aliud autem sicut currit flumen Mischi usque ad Compardo; quartum vero caput incedit, & tenet sicut currit aqua, quæ vocatur Cervano, usque ad aquam, quæ nuncupatur Montegano. Nos autem dignam ejus fidelitatem considerantes hæc omnia, sicut suprascripta sunt, concedimus, & donamus prout juste, & legaliter possumus, & de nostro jure & dominio, in ejus jus & dominium modis omnib. transfundimus & delegamus. Insuper concedimus et districtum ipsius loci, seu restitutionem, atque phisculu, & quicquid pars publica in ipsis locis exigere debet, omnia ei in integrum concedimus, donamus, una cum terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, sationibus, molendinis, piscationibus, aldionibus & aldianis, servis, & ancillis utrisque sexus, & omnia, quæ nominari, vel dici possunt ad prædicta loca pertinentia & spectantia in integrum: ita ut habeat, teneat, firmiterque possideat, habeatque potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, pro anima judicandi, vel quicquid de his decreverit animus faciendi, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur hujus nostri præcepti paginam infringere, vel violare tentaverit, sciat se compositurum auri optimi lib. centum, medietatem Cameræ nostræ & medietatem præfato Sicardo Ven. Episcopo, suisque successoribus: quod ù fidelibus nostris, ut vere credatur, diligentiusque ab omnibus observetur manu propria roborantes annuli nostri impressione sigillari jussimus.

Luitgerius Cancellarius ad vicem Vidonis Episcopi, & Archicanc. recognovi, & subsc.

Dat. 8 Id. Aug. an. Dom. Incarn. 962. Indict. 5. Anno imperii Sert. n. Imper. Othonis I. Actum Cumæ. Amen.

(,, *Anno 967. interfuit Sicardus Concilio Ravennati*

(1) Quo tempore floruerit S. Titianus, & quando ejus corpus Cenetam fuerit translatum, incertum. Nos aliqua dicemus in decimo volumine, ubi de Opiterginis Episcopis disseremus. Interim ex diplomate Caroli Magni supra allato constat S. Titiani ipsum in Cenetensi Ecclesia jam diu ante anquiesse. Petrus de Natalibus hanc sanctarum reliquiarum translationem nulli tempori affigit.

nati in causa disciplinæ Ecclesiasticæ celebrato, ibiq; inscribitur Sigihardus Cetensis *apud Hard. Concil. tom. 6. col. 63. Anno verò 994. ab Othone III. bonorum Ecclesiæ suæ confirmationem accepit excuso diplomate sequentis tenoris.*

In nomine S. & individuæ Trioitatis. Otto superoa providentiæ clementia Rex. Si Ecclesiis Dei devotè, quæ familiariter eæ petierint, contulerimus, æternæ retributioois præmium accipere non ambigimus. Omnium quapropter S. Dei Ecclesiæ, oostrorumque præsentium scilicet ac futurorum fidelium noverit industria Sicardum S. Dei Cenetensis Ecclesiæ vener. Episcopum nostram regalem suppliciter orando adiisse majestatem, quatenus pro Dei amore, nostrique regni stabilitate, & ob interventum, ac petitionem Enrici Ducis nostri videl. consanguinei, donationis, seu confirmationis sibi, & S. Dei Ceneteusi Ecclesiæ præceptum faceremus de plebe, & terra Obedercina, & de omnibus decimationibus, & jurisdictionibus illorum locorum, vel terrarum, quæ in istis finibus continentur, idest determinatione fluvii Plavis usque io mare, cum & dehioc usque io Marinis, & sicut Monteganus fluvius decurrit usque ad Plavesellam, & ipsa Plavesella usque in Liquentiam, & Liquentia usque mare, & item Plavis osque mare. Nos igitur dignam petitionem considerantes, ejusque precibus assensum præbentes, donamus, atque confirmamus tam ipsi, quam successoribus suis, & nostri præcepti pagina largimur præsatam plebem, & terram, atque omnes decimationes, & jurisdictiones locorum, vel terrarum, quæ in præscriptis finibus, vel terminationibus comprehenduntur usque mare currentibus. Præcipientes itaque jubemus, ot nullus Dux, Patriarcha, Archicpiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, judex, sculdasius, Gastaldio, nullaque nostri regni magna, vel parva persona prælibatum Episcopum, vel suos successores Episcopos ex præfata plebe, & terra, vel decimationibus, & jurisdictionibus, quas eis per confirmationem, atque donationem nostri præcepti concessimus, inquietare, vel disvestire præsumat, sed omnia potestative teneat, remota omnium hominum interdictione. Si quis autem, quod minimè credimus, ad futurum hanc confirmationem nostræ donationis irrompere tentaverit, sciat se compositurum milie libras auri optimi, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem jam dicto Episcopo, vel suis successoribus. Quod ut verius credatur, & obnixius ab omnibus in posterum observetor, manu propria subtus firmavimus, & impressione nostri sigilii iosiguiri jussimus.

Signum D. Ottonis Serenissimi Regis.

Beribergus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi Archicancellarii recognovi. Dat. 3. Cal. Octob. anno autem Dom. Inc. DCCCCXCIIII. Indic. VII. aono vero tertii Ottonis regnantis xi. Actum. . . . feliciter Amen.

Vivebat adhuc anno 997. quo medietatem Castri, & Portus Septimi Petro Urseolo Venetorum Duci locavit. Instrumentum ex Trivisanco codice desumptum est hujusmodi.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Tertio Ottone Imperatore Augusto in Italia anno ejus secundo mense Martio Indict. decima feliciter. Notitia locationis, qualiter alogo ego D. Sicardus Veo. Episcopus Tenicensis Ecclesiæ una per consensum cum Iugelfredo advocato sic alogamus vobis D. Petro, qui vocatur Ursiolo duci Veneticorum, id est omnem integram medietatem de castro, & porto in loco Septimo cum omni pertinentia sua cum casis & casinariis cum sedimine earum, curtis, & hortis, & hortaticis, de foris vero cunctis aratoricis seu jugeris, vineis, silvis, ac stallariis, rupis, rupinis, pasco & capulo erbatico, & escatico, venatiooibus, piscationibus cum pensiooibus, & reditu cum introitu, & exitu suo cum iogressu, & regressu cum omnia, & omnibus. quantum ad medietatem de suprascripto Castello, & portu sicut ad me ipsum D. Sicardum Episcopum, aut ejus Episcopium legibus pertinet, aut pertinere debet, in libellaria ratione, vel nomine usque ad ao. XXVIIII. completos, ut exinde aonualiter reddere, vel persolvere debeatis vos jam dictus D. Petrus, qoi vocatur Orsyolo dux, vel vestris posteris, qui successores in suprascripto Episcopatu S. Tenicensis, vei mihi suprascripto D. Sicardo Episcopo aut ad meos successores oleo libras sexagintaquinque io eo modo, ot si vos jam dictus D. Petrus, qui vocatur Ursiolo, vestrique successores post completos xxvIIII. annos ipsum libellum renovare volueritis, io vestra sit potestate renovandi, ut nec ego suprascriptus D. Sicardus Episcopus & nullus de meis successoribus vobis D. Petro duci injustitias imponamus, nisi sicut supra legitur per suprascriptum Castellum, & jam dicta medietate de suprascripto portu cum medietate de omni sua pertinentia, vel de reditu io vestra sit potestate usque ad præfinitum tempus, & si vobis injustitias imponere voluerimus, aut si ab omnibus contradicentibus non defensaverimus, aut si pro malo ingeoio ante præfinitum tempus retollere, aut subtrahere quæsiverimus, aut nec renovaverimus, tunc componam ego suprascriptus D. Sicardus Episcopus cum meis successoribus vobis suprascripto D. Petro, qui vocatur Ursioio dux pena auri libras X. Et si ego suprascriptus Petrus dux aut mei successores, ipsum censum olei, de quo supra legitur, per omnem annum ad S. Tenicensis Ecclesiæ, & vobis Sicardo Episcopo, vel vestris successoribus qui pro tempore fuerint non persolverimus, tum componere promittimus ego suprascriptus Petrus dux, vel meis successoribus ad pars de suprascripto Episcopato & ejusdem Pontificis duplum ipsum censum olei.

Ego Sicardus Episcopus a me facta mm. ss.

Signum manus suprascripti Ingelfreddo Advocati ejus, qui item consensit ad omnia suprascripta.

Ego Jo. Comes mm. ss.

Signum manus Odeiberto, & Galtlcherio Vassis Jo. Com. Gunderigus, & Zodebigoutio Salvio filius Vassis Ss. à D. Sicardo Episcopo rogatos testes.

Ego Oldericus Notarius, & Judex hunc libellum rogatus scripsi, & post traditom complevi.]

8 RIGOLDUS a successit Sicardo, io cujus gratiam Berengarius Rex nobilissimo beneficio Cenetensem cumulavit Ecclesiam anno 996. (1) hoc diplomate, de quo in Regest. antedicto Dominorum de Camino specialis habetur mentio; sic enim se habet.

a Antecess. sit Sicardo.

In nomine omnipotentis Dei æterni. Beringarius divina ordinante clementia Rex.

Piorum prædecessorum nostrorum inhærentes vestigiis, Ecclesiis Dei, & ejus sacerdotibus augmentum conferremus. Idcirco omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, scilicet ac futurorum noverit solertia, quia ob impetrationem Bersiliæ dilectæ conjugis & consortis Regni nostri, concedimus sanctæ Ceneteusi Ecclesiæ, ubi corpus S. Titiani confessoris humatum quiescit, unum portum in Liquentia, quod Septimum dicitur. Et sicut prædictum flumen oritur, & defluit usque in mare de ambabus partibus ripæ per quindecim pedes

(1) Non advertit Ughellus in Berengarii diplomate Amanuensis errorem in describendo Dominicæ Incarnationis anno. Jamdiu enim è vivis ablatus Berengarius anno 996. Censet itaque eruditissimus Muratorius in Antiquitatibus Estensibus p. 131. ex Indictione nona in diplomate descripta corrigendos Christi, & regni Berengarii annos, scribendumque. *Dat. 9. Aug. an. Dom. Incarn. 906. regni D. Berengarii piissimi regis 19.* Sed ego potius ex anno vigesimo primo regni Berengarii reponendam existimo Indictionem undecimam (quam semel & iterum præfert hoc idem documentum in Cenetensi Stat. pro p. 209. relatum, & pag. 222. in Caroli IV. diplomate repetitum) & Domin. Incarnat. annum 908.

palis fictarum, ripaticum, toloneum, mercatum juris Regni nostri, seu quicquid ad eumdem portum, vel fines ejusdem pertinere dignoscitur; nec non & sylvam de Bayo, & Girano cumcurte, & cum omni integritate sua in longitudine, & latitudine, prout hactenus nostræ pertinuit parti, per hoc nostræ auctorit. præceptum de nostro jure in jus, & potestatem proprietariam prælibatæ sanctæ Cenetensis Ecclesiæ, ubi præsenti tempore Rigoldus Vener. Episcopus sacerdotii jura gubernat, in integro conferimus, ac largimur, ad habendum, tenend. possidendum, seu quicquid voluerit faciendum, remota totius potestatis inquietudine, vel minoratione. Si quis igitur contra hoc nostræ donationis præceptum ausu nefario insurgere tentaverit, & à potestate jam dictæ Ecclesiæ subtrahere quæsierit, sciat se compositurum auri optimi lib. mille, medietatem palatii nostri, & medietatem prænotatæ Ecclesiæ, ejusque Rectoribus. Quod ut verius ab omnibus credatur, diligentiusque ab omnibus servetur, manu propria roboratum de annulo nostri nominis signari subtus præcepimus.

Dat. 9. Aug. an. Dom. Incarnat. 996. a Regni Dom. Beringarii pissimi Regni 21. Indict. 9. b Actum Summo Lacu in Dei nomine feliciter.

a col. b XI.

IX. (" GRAUSO, *vel Gauso, Sicardo successit. Hic " eidem Petro Urseolo Venetorum Duci renovavit " locationem medietatis Castri, & Portus Septimi " à prædecessore Sicardo confectam, addiditque ter" tiam portionem de teloneis de portu Villano, atque " alia pactus est, quæ ex sequenti documento ab eo" dem Trivisaneo codice descripto colligere fas est.*

" In Christi nomine. Imperante D. nostro Otto" ne III. Imperatore hic in Italia an. vi. sub die " mense Julii indictione quartadecima feliciter. " Notitia allocationis qualiter alloco ego D. Grau" so Ven. Episcopus rector Ecclesiæ S. Titiani Ce" netensis Ecclesiæ una insimul cum advocato meo " Azono sic allocamus tibi Petro duci Veneticorum " vel ad suos hæredes, idest omnem medietatem, " & integram tam de terris, & de castro, quam & " de teloneis, & portu in loco, qui dicitur Septimo " juxta fluvium Liquentiam, idest de suprascripto " Castello, vel portu in ejusdem loco Septimo cum " omni habentia, & pertinentia sua cum casis, & " casarinis, cum sedimine earum, cum curtis & hor" tis, hortaticis, & de foris vero cunctis aratoriciis, " seu jugeris, vineis, silvis, ac stellariis, rupis, ru" pineis, pascho, & capulo, herbatico, & escatico, " venationibus, piscationibus cum pensionibus & " reditu, cum introitu & exitu suo, cum ingressu, " & regressu cum omnia & omnibus quantum ad " medietatem de suprascripto Castello, & portu si" cut ad me ipsum D. Gausonem Episcopum, vel " ejusdem Episcopii legibus pertinet, aut pertine" re debet; & allocamus tibi suprascripto Petro " Duci omniam tertiam portionem de teloneis de " portu meo Vilano occupante salsa, vel in suis " finibus, & de vestro proprio sale pro unaquaque " statione mod. 20. nullum unquam teloneum, ne" que ripaticum tollere debeamus; sic allocamus " tibi suprascripto Petro duci, vel & ad tuos hære" des in libellario nomine de amodo in antea usque " ad annos 29. ut exinde annualiter reddere debea" tis tu suprascriptus Petrus Dux Veneticorum vel " tuique hæredes ad Ecclesiam s. Titiani pro omni " anno in Purificatione S. Mariæ olei lib. 60. si da" tum, & vestri homines venientes ad nostrum por" tum defensare promittimus ita ut illesi, & secu" ri eundi, & redeundi, & in eodem portu mo" randi in omnibus existant. Placuit etiam nobis, " ut si vestri homines in nostra potestate pignora" ti, aut flagellati fuerint, si infra 30. dies reditum " non fuerit, & pro nostra negligentia remanserit, " tum compono ego suprascriptus Gausus Episco" pus ad nostram partem de argento lib. 5. & insu" per vestris hominibus de meo proprio habere red" dere promitto hoc quod perditum fuerit: & si " hoc facere noluero, tunc ipsum portum sit in ve" stra potestate ad distringendum usque ad vestros " homines totam legem habuerint. Similiter spon" deo ego suprascriptus Episcopus, quod si nostri " homines infra ipsos fines, quos vestrum prece" ptum continet, pignorare aut flagellare feceri" mus, similiter componamus in argento usque in " lib. 5. & insuper vestris hominibus de meo pro" prio habere dare promitto hoc quod perditum " fuerit; & si hoc facere neglexerit infra 30. dies, " habeat potestatem ipsum portum distringendum " usque totam legem habuerit. Similiter spondeo " atque repromitto ego suprascriptus Petrus Dux " vel mei hæredes vobis Gausoni Episcopo, vel " vestris successoribus, quod si nostri homines ve" stros depredaverint, & exinde reclamatio pre" inventa fuerit, & ego in spatio 30. dierum legem " vobis facere neglexero, tunc habeatis potestatem " pignorare de omnibus venientibus ad ipsum por" tum, quantum vestri homines perditum habue" rint, & tenere donec legem sibi faciatis. Et in" super promitto recte hoc observare, quod supe" rius legitur, nunquam nostris omnibus contra" dicere ad vestros portus venire debeamus neq; per " me, neque per summissas personas si ad alios tan" tum permisistis licentiam habuerint ire, atque " negotiare. Et si hoc non fecero, componere vo" bis promitto, & vestris successoribus argenti l. 5. " & si ad predictum tempus predictas libras olei da" re neglexero, duplum vobis dare promitto, & " post pœnæ solutionem maneat hec pena in sua " firmitate.

" Actum Arminaticus non longe prope fluvio " Plavæ feliciter.

" Signum manus Azoni advocati Gausoni Epis" copi qui cartam scribere rogavi.

" Ego Gauso Episcopus mm. ss.

" Signum manus Adalberti, & Ingelfredi Ger" mani.

" Signum Lupi filii Inglzoni rogati tt.

" Signum manus Georgii testis.

" Ego Rostinus Judex rogatus mm. ss.

" Ego Ingo notarius, qui hanc cartam donationis " scribere legi & post tradita complevi.

" ERMINGERIUS, *Cenetensis Episcopus " interfuit sententiæ ab Henrico I. Veronæ latæ an" no 1021. die 6. Decembris ad favorem Monasterii " S. Zenonis contra Rambaldum Tarvisii Comitem. " Refertur documentum à Muratorio in Antiq. E" sten. par. 1. pag. 129. Anno vero 1031. subscripsit " donationi Popponis Patriarchæ Aquilejensis suis " Canonicis factæ, ibique vocatur Elmingerus: ut " videre licet in Aquilejen. pag. 53.*] X.

9 ALMAGUINUS Episcopus Cenetensis subscripsit privilegio Leonis IX. indulto Monasterio S. Vincentii de Vulturno anno pontif. 5. Ind. 6. die 10. Junii, qui fuit annus Christi 1053. Ubi cum Episcopo Cenetensi subscripti leguntur, Hubertus Sylvæ Candidæ, Petrus Amalfitanus, Hauldoricus Beneventanus Archiepiscopus electus, Fridericus D ac. Card. Bibliothecarius, & Cancellarius S.R.E. cum Aldinolfo Cajetæ Duce, Conrado Aquinate Comite, & Landulfo Comite Tiano. Codex vetustus membranaceus hujus Chronici extabat Romæ in Biblioth. Aniciana venerandæ memoriæ D. Abbatis Constantini Cajetani. Codicem istum pulcherrimum, cum aliis multis Mss. & monumentis fide & vetustate venerabilib. clam abstulit, furavitque ab eadem Biblioth. quidam Siculus cæcus ejusdem familiaris. Abbas vero tactus dolore cordis paulo post diem suum obiit mense Julii 1650. c ætatis suæ 84. d sepultus in Ecclesia S. Benedicti in Piscinula. XI.

c die 9. Septemb. d ætatis 84.

10 SIGISMUNDUS vixit anno 1130. XII.

11 ACTIUS 1156. (1) vivebat. Eoque Præsule fundatum est in hac Diœcesi Cœnobium Sanævallis de Folina Ord. Cisterciensis adductis primis Mo- XIII.

(1) Jam anno 1140. sedebat in hac Cathedra Actius: quo subscripsit privilegio Peregrini Aquilejensis Patriarchæ dato Ecclesiæ S. Georgii in civitate Veronæ: ibique vocatur Azo. Vide infra in Veronensibus.



Mnnachis cum Abbate ex Monasterio de Cerreto Laudensi in Ducatu Medinlani annn 1146. Cujus Monasterii fuit Abbas & Mnnachus Francischinus, qui anno 1339. ceeatus est Archiepiscopus Athenarum, In locum defuncti Antnnii de Talentis Floeentini, qui ad eam dignitatem vocatus fuerat ex Abbate S. Hilarii de Galerata Ord. S. Benedicti Ravennatensis Peovinciæ, ut notatur in libr. Oblig. Prælat. fol. 254.

XIV. 12 SIGIFREDUS. Peima ejus mentio habetnr an. 1174. in Chronic. S. Salvatoris Venetiarum. Item memoratur in Regest. Dominnrum de Camino annn 1176. a Huic Feidericus I. Imp. plures immunitates in augmentum Ecclesiæ Cenetensis indulsit, hoc, quod extat, diplnmate datn anno 1184. de qnn etiam in eodem sæpe citatn Regest. fit mentin in hunc modum.

a An. 1177. memoratur in privilegin Feiderici Ulrico Aquilejen. Patriarchæ concessn. Vide in Aquilejen.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imp. semper Augustus. Æquitas & solertia Imperat. majestatis circumspectioncm nostram prudenter admonent, & inducunt, ut Ecclesiis Dei, & ecclesiasticis personis, & ipsorum bonis misericordiæ adeo nobis indultæ sinu clementer capiamus, ut dum ab exterorum incursib. nostra defensione securi pro nobis Deum jugiter interpellant, tanto perfectius apud omnipotentem oratio eorum proficiat, quanto sævitiam, quam dolum & insultantium persecutiones protectio defensionis nostræ fortius impugnat. Attendentes igitur sanam religionem, & honestam conversionem dilecti, ac fidelis nostri Sigifredi Cenetensis Episcopi, & Canonicorum ejus Ceneten. fidemque ipsorum, ac devotionem merito commendantes; notum facimus universis fidelibus imperii præsentibus, & futuris, quod nos intuitu divinæ retributionis prædictum Episcoputum & Canon. Ceneten. cum Ecclesiis, & titulis suis, & cum hominibus tam Episcopatus, quam Canonic. tam servis, quam liberis, rusticis, aldionis, & mansis habitatoribus, & omnibus in districtibus suis permanentibus, sub alis, & aquilis protectionis, ac defensionis nostræ suscepimus à Concgliano, Tarvisio, & aliis civitatibus, vel castellis seu locis eos penitus absolventes & de cætero liberos omnino reddentes, ut nullu civitas, nullum castrum, nulla potestas, nullumve Commune, nulla denique persona parvu, vel magnu præsumat dictis hominibus, seu locis bannum imponere, neque castri custodiam injungere, nec dutium, nec angariam, sive per angariam, nec aliquas alias injustus exactiones exigere ab eis, vel extorquere. Ad augmentum quoque gratię Imperialis largimur eis, & indulgemus, ut homines de familiu Ceneten. Episcopatus, & Canon. in perpetuum humana propagine succedentes libere valeant in omnibus locis testari, & testimonium perhibere, & in paternum feudum possint succedere: statuentes igitur imperiali auctoritate sancimus, ut nulla omnino personu humilis, vel alta, secularis, vel ecclesiastica, nullu civitas, nullum castrum, nulla potestas, nullum commune præsentem paginam audeat attemptare, seu aliquibus calumniarum injuriis, seu damnis, eis se præsumat opponere, quod qui fecerit in ultionem temeritatis suę centum libras auri optimi pro pœnacomponat, dimidium Imperiali Cameræ, & dimidium injuriam passis. Sunt testes hujus rei Conradur Magunt. Archiepiscopus, Henricus Curien. Episcopus, Gerardus Pergomen. Episcopus, Rodulphus Imperialis aulæ Prothonoturius, Comes Simon de Sporcheum, Comes Deprolo de Gunem. Henricus Marescalchus de Lutia, Rodulphus Cameriarius, & alii plures. Ego Gotifredus Imperials aulæ Cancellarius vice Philippi Colonien. Archiepiscopi, Italiæ Archicanc. recognovi. Acta sunt hæc anno Dom. Incarnationis 1184. Ind. 3. secundo Id. Novemb.

Datum apud montem Silicem, regnante Domino Friderico Rom. Imp. invictissimo anno Regni ejus 33. Imperii vero XXX.

Hocce privilegium confirmavit Federicus II. & Othn IV. apud eundem Regest. Dominnrum de Camino. Sigifredi vero mentio extat usque ad annn 1190.

13 MATTHÆUS, natione Hetruscus, patria Senensis, huic Ecclesiæ præficitur defunctn Sigefredn, an. 1190. Hic eodem anno delegatus à Pnntifice Maximn litem composuit inter Episcopum Feltrensem, Cannnicnsque Bellunenses, tulitque sententiam ad favorem Canonicorum de Incn Avedagnæ. Henrico VI. Imp. charus fuit, obtinuitque ab eo privilegia & immnnitates; idem fecit Federicus II. cujus beneficin Cenetensem Comitatum à Tarvisino disjunxit. Eo Præsule Tarvisini Cenetensem urbem, ac diœcesim devastarunt, ac tam Principem Ecclesiam, quam alias sacrilegis manibus, eversis altaribus, concremarunt, sacrasque reliquias abstulerunt, anno 1199. De his Innocentius III Aquilejensi Patriarchæ, & Ferrariensi Episcopo scriptis literis, quæ extant, partes imposuit, ut Cathedralem Cenetensem Ecclesiam à Tarvisinis flammis deletam, in locn tutiore excitari juberent. Videndus Odericus Raynaldus tom. 13. Annal. Eccl. ad hunc annum. Hunc etiam putn Cenetensem Episcopum esse, qui cum ob Tarvisinorum potentiam atque perfidiam haud posset in sua residere Ecclesia, exulare coactus, ne mendicare cogeretur, Innocentio III. jubente ab Aquilejensi Patriarcha Prinratum Canonicę S. Stephani Aquilejensis nbtinuit anno 1200. ut in Reg. ejusdem Pnntificis perhibetur. Paterniano à Puteo Priori S. Salvatnris Venetiarum dnnn dedit Ecclesiam S. Laurentii de Liquentia modo, qun Aimon b, & Sigefredus ejus antecessnres eidem Eccles. cnntulerunt, ita in Chrnnic. S. Salvatnris M. S. Vatic. Biblioth. Hujus item mentio in Regest. Dnminorum de Caminn. Sub Hnnorin III. diem suum clausit: quem Octavius Rubeus in elogiis virorum Illust. Brixiensium ex ea civitate fuisse constanter affirmat. Nnster vero doctus amicus Isidorus Uguegerius Senensis Ord. Prædic. in libro, quem attitulavit *Le Pompe Senesi*, part. 7. Senensem nntavit ex Pilone. XV.

b Hic Aimon in hac serie non memoratur: fortasse Actius fuit.

(„ *Anno 1204. adfuit Matthæus instrumento dotali Alisiæ Raynaldi Antiochiæ principis filiæ, quæ Azzoni VI. Marchioni Estensi nupserat. Refertur documentum à Muratorio in Antiquit. Esten. p. 379. Anno verò 1207. die 3. Julii investivit Federicum de Opitergio de toto eo feudo, quod idem Federicus, & ejus pater aliàs ab Episcopatu Cenetensi habuerat, ut loquitur instrumentum, quod adhuc in Episcopali archivo adservatur. Atque hic inter hujus Ecclesiæ Præsules adnumerandus esset* HEGELARDUS, *qui testis describitur in diplomate Othonis IV. Wolferio Patriarchæ Aquilejen. concesso an. 1209. & supra in Aquilejen. col. 79. à nobis relato. Verum cum in Episcopali Cenetensi Archivo memoriam repererim Matthæi adhuc viventis in instrumentis an. 1210. die 10. Aug. & an. 1213. die 15. eneuntis Aprilis, errorem puto in præfato diplomate irrepsisse scriptorum incuria, & Hegelardum alteri Ecclesiæ attribuendum. Neque enim duos hic Matthæos, quos intermediet Hegelardus, placet statuere. Sed de hoc videant eruditi.*)

GE-

XVI. 14 GERARDUS, natus nobilis viri Gerardi de Camino, in discordia à saniori parte Cenetensis Capituli, Episcopus electus, anteqnam à summo Pontifice Gregorio IX. confirmaretur, mortalitatem explevir.

XVII („ ALBERTUS, *cujus prima mentio occurrit an. 1220. in charta, qua statuitur Ostaticum solvendum Episcopo à Vassallis Cenetensis Episcopatus in hunc, qui sequitur, modum.*

„ Anno Domini M.CC.XX. Ind. VIII. die ultima Augusti presentia Presbyteri Ugerii Ceneten. Canonici, presbyteri Ripaldi, D. Ugerii . . . . . . notarii, Otonis . . . Bichesii not. Bartholamei not. D. Alberti, D. Liuti Ceneten. . . . & aliis D. Enrigecus de Marcorago, & Warinus de Scomico, ex commissione D. Alberti Ceneten. Episcopi . . . . . voluntate D. Federici de . . . . . Ceneten. Episcopatus, & aliorum vassallorum predicti Episcopatus, tale laudum fecerunt coram ipso D. Episcnpo, & in sua curia, & coram Vassailis suis de Cenita, & de Coniglano, & de Serravallo, & de aliis locis, super facto Ostatici D. Episcopi, & Episcopatus Ceneten. Videlicet, quod ipsi dixerunt, & tale laudum fecerunt, quod quilibet Vassallus Ceneten. Episcopatus secundum antiquam consuetudinem det ostaticum ipsi D. Episcopo . . . . Episcopus debeat ipsnm recipere de super feudo; scilicet x. soldos pro manso, & II. soldos pro decimali, & v. soldos pro rota molendini, & x. soldos pro domo Civitatis; pro domo burgi v. soldos, pro domo Castelii v. soldos, pro jugere terre XII. denarios, pro decima jngeris terre II. denarios. Quod obstaticum debeat solvi prefato D. Episcopo dehinc ad II. menses, si D. Rex infra duos menses venerit in Ytaliam; & qui non solverit infra duos menses ostaticum, infra tercium mensem debeat solvere dnplum; & qui non solverit duplum infra tercium mensem, quod presatus D. Episcopus intromittat feudum, quod ab eo habear, & teneat. Quod laudum dictus D. Federicus, & D. Enrigetus de Marcorago, pro se, & pro Adameto, ut dixit; & . . . Warinus, & Martinus de Bagnolo, & Jacobus de la frata, & . . . pro se, & pro fratre Andrea, ut dixit; & Aicardus de Formenica pro Gabriele de la furlana, ut dixit; & Gabriel pro se, & suis nepotibus, & suo fratre Gallantitio, ut dixir; & Sallatire de la Vazzola, & . . . . & D. Andreas, & Dominus Albertus Ceneten. . . . . & alii multi Vassalli Ceneten. Episcopatus, qui aderant, laudaverunt, & confirmaverunt. Actum Cenite in Ecclesia S. Ticiani.

„ Ego Rolandinus Imperiali auctor. notarius intersui, & scripsi.

„ *Plures deinde memoratur Albertus in monumentis hujus Ecclesiæ, & præcipuè in documentis an. 1233. quibus compositum fuit gravissimum dissidium inter ipsum, & Tarvisinos exortum. Tarvisini siquidem Cenetam ipsam, Coneglanum, & quidquid feudi nomine Biaquinus, & Guezolus de Camino ab Episcopatu Cenetensi obtinebant, sibi vendicabant, atque in jus Tarvisini districtus pertrabere conabantur. Hinc rixæ, jurgia, bella. Verum fœderatis civitatibus intercedentibus, dum earum exercitus in agro Veronensi moraretur, solemni stipulatione omnis controversia ab utraque parte delata est Fr. Joannis Vincentini Ordinis Prędicatorum arbitrio definienda in hunc modum.*

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Anno ejusdem Millesimo ducentesimo trigesimo-tertio, Indictione sexta, die Lunæ, tertio exeunte Augusto, in campanea Veronæ versus Mantuam propè à civitate per tria milliaria, vel circa, ubi aderant civitates Veron. Mantuæ, Brixiæ, Paduæ, Vincentiæ cum carociis, & Tarvisini, Venet. Bonon. Ferrarienses, & de diversis partib. hominum mulritudo in maxima quantitate cum eorum insignlis, & vexillis, pręsenrib. testibus scilicet D. Jacob. Veronensi, Guidoto Mantuano, fratre Guala Brixiensi, Henrico Bononiensi, Gvielmo Mutinensi, Nicolao Regino, Texio Tarvisino, Manfredino Vincentino, Nicolao Paduano, Episcopis, Tancredo Bononiensi Archid. Frarre Bartholo. Priore Frar. Prædicat. de Verona, fratre Jacobo Boncambii de Bonon. frat. Guidono de Parma, frat. Susinello de Padua ejusdem Ordin. necnon Dom. Uberto Vicario Bonon. Perro Aulmerli Tarvisino, Ardicione advocato Paduano, Henrico Gerardi de Rivolis Vicentino, Jacobo de Terzaigo Brixiensi, & Jo. Bucatii Ferrariensi Potest. Do. Jordano Eccles. Sancti Benedicti de Padua, & Gulrardo de Gansis Paduan. Clarellus Not. de Portu, Sindicis communis Tarvisii, & nomine ipsius communis ex una parte, sicut apparet in instrum. Sindicatus facto per manum Manfredini de Henrico Not. & D. Artusius D. Dalismanii Sindicus, & procurat. communis Paduæ, sicut in instrum. Sindicatus facto per manum mei Jacobini Not. continetur, nomine, & vice ipsius communis Paduæ, & universitatis, necnon voluntate Potestatis, & ipsorum omnium, ibidem præsentium cum Carocio, & D. Constantius de Mota Sindicus communis Coneglani, sicut apparet in instrum. Sindicatus facto per manum Bertaldini de Coneglano Not. nomine & vice prædict. communis, & universitatis. Item prædict. Constantius nuncius, & procur. D. Biaquini, & Guezoli de Camino, sicur apparet in instrum. procurationis facto per manum Morandini de Scomico Not. nomine, & vice ipsorum Nobilium, Blasius de Solico, & Albertus de Scomico procuratores, & Sindici D. Alberti Ceneten. Episcopi nomine ipsius Episcopi, & Episcoparus, sicur apparet in instr. facto per manum Alemani Coradini Not. a me ipso Not. visis, & lectis omnib. instrum. prefatis ex parte altera. Compromiserunt se sine omni timore in fratrem Jo. Vincentinum de Ord. fr. Præd. præsentem tanquam in arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compositorem de omnib. quæstionibus, litibus, controversiis, injuriis, & guerris, quæ hactenus fuissent inter eos, & ipsorum communia, seu inter aliquos dictorum nobilium, & communium ex quacunque causa, sive in personis, sive in rebus mobilibus, & immobilibus, juribus, sive jurisdictionibus, & specialiter de his, quæ haberent in civitate Veronæ, vel aliqua parrium de Veron. & & de pace Veron. & omnibus quæ ad pacem Veron. pertinent, promittentes ejus laudo, & laudis, præcepto, & præceptis, arbitrio, & arbitriis, sententiæ, & sententiis stare, & pacem in pacibus faciendis, recipiendis, tenendis, & conservandis, in remissionibus, damnorum, & injuriarum faciendis, & etiam in mendis faciendis, dandis, & recipiendis, & in omnib. aliis attendendis, & observandis, quæ ipsi fratri placuerit, & inter eos duxerit ordinandum, vel præcipiendum, & quæ sententiaverit inter prędictos, & dicta communia, & personas. Dantes eidem, & concedentes licentiam, & potestatem liberam arbitrandi, sententiandi, pronuntiandi, præcipiendi, addendi, minuendi, interpretandi, dilucidandi, & corrigendi ipsis Sindicis præsentibus, vel absentib. semel, & pluries, sedendo, stando, dieb. feriatis, & non feriatis, quoties, & quando, & ubicunque voluerit. Promittendo etiam quilibet ipsorum Sindicorum nomine suorum communium, & universitatum, & D. Constantinus pro nobilibus de Camino prædictis ipsi fratri Jo. nomine pœnæ mille Marchas auri pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, observandis, & adimplendis inter se adinvicem alias mille Marchas auri nomine pœnæ dare, & solvere promiserunt unus alteri solemni stipul.

pro-

promissa. Quæ pœna, & pœnæ possint exigi, & committi pro quolibet capitulo non observato à quolibet eorundem nomine universitatum, civitatum, & locorum suorum, & ab ipsis universitatibus, & locis, necnon à d. D. Constantino vice, & nomine dictorum Nobilium de Camino, & ab ipsis nobilibus quoties contrafacerent ipsi, vel aliquis eorum, aut facere attentareot in aliquo prædict. & pœna, sive penis solutis, & exactis ejus laudum, lauda, sententia, & sententiæ, præceptum & præcepta, arbitrium & arbitria, dilucidationes, interpretariones, & correctiones ipsius in sua nihilominns permaneant firmitate. Et sic tactis Evang. prædicti Sindici, & quilibet ipsorum super animabus suis prædictarum universitatum, & nobilium prædictis omnib. præmissis, & stipulatis ipsi arbitro, & inter se vicissim unus alteri hæc omnia supradicta, & singula jam dictas universitates, & nobiles attendere, & observare inviolabiliter, nec uoquam cootravenire in aliquo corporaliter jnrarunt, & promiseruot.

Ego Jacobinus q. Gracioli civis Bonon. auctoritate imperiali Notar. omnibus supradictis, & rogarus scribere scripsi.

Nec diù distulit Arbiter talem primo proferre sententiam.

In nomine D. N. J. C. amen. Anno ejusdem 1233. Indict. 6. die Lunæ tertio exeunte Augusto in arena Communis Veronæ versus Maoruam propè a civitate Veronæ per tria milliaria, vel circa, ubi aderant civitates Veronæ, Mantuæ, Brixiæ, Paduæ, Vincentiæ cum Carociis, & Tarvisini, oec non de Venetiis, Bononia, Ferraria, & de diversis partibus hominum multitudo in maxima quantitate com eorum insigniis, & vexillis, præseotibus testibus scilicet D. Jacobo Veronensi, Guidoto Mantuano, Fr. Guala Brixiensi, Henrico Bononiensi, Guielmo Mutinensi, Nicolao Regino, Tisio Tarvisino, Manfredino Vincentino, Jacobino Paduano Episcopis, Tancredo Bononiensi Archidiacono, Fr. Bartholomæo Priore Fr. Prædicatorum de Verona, Fr. Jacobo Boncambii de Bononia, Fr. Guidone de Parma, Fr. Sosinello de Padua ejusdem ordinis, necnon D. Uberto Vicario, Bonon. Petro Aulmerii Tarvisini, Ardicione advocato Paduan. Heorico Gherardi de Rivolis Vincentino, Jacobo de Terzaigo Brix. & Joanne Bucarii Ferrarien. Potestatibus, D. Jordano Ecclesiæ S. Benedicti de Padua, & Girardo Granso de Padua. Cum quæstio, discordia, & controversia verteretur inter commone Tarvisii ex parte una, & Episcopum Ceneten & Nobiles de Camino, & homines, & commune de Coneglano, & alios Episcopatus Cenetæ ex alia, dicentibus Tarvisinis Coneglanenses cum omnibus hominibus Episcopatus Cenetæ ad suam jurisdictionem, & districtum pertinere; e contra illis negantibus ita esse: Ego Fr. Joannes Vincentinus de ordine fratrum Prædicatorum electus arbiter, arbitrator, & amicabilis compositor à petitione Communis Tarvisii, & à prædictis omnibus prænominatis alterius partis super omnibus controversiis, quæ occasione prædictorum, vel aliqua alia verti possent, habito ex præmissis verbo, & licentia à partibus judicandi, & diffiniendi super his, de quibus fuerat compromissum pro bono pacis, atque concordiæ, laudo, arbitror, sententio, & præcipio: quod D. Biaquinus, & Guezolus de Camino cum suis rerris, & cum hominibus suarum terrarum, & Coneglanum, & Communes de Cooeglano cum ipsa terra Coneglani, & cum aliis terris Ceneten. Episcopatus redeant ad societatem, & civitantiam, jurisdictionem, atque districtum Tarvisii secundum quod consueverunt, & secundum postas, & pacta, quæ inter eos facta, & conscripta. Et si super tenore postarum, & pactorum, quæ inter eos facta sunt, & conscripta, dubitatio aliqua incurretur, mihi interpretandi, & dilucidandi plenam reservo, & præcipio, quod Tarvisini eos caritativè recipiant, & tractent ab omni damno, & condemnatione absolvant, & eos absolvo. Iosuper termino, & præcipio, quod nullum damnum, vel condemnationem faciant, vel inferant, vel gravamen, aut injuriam aliquam occasione prædictorum supradictis dominis, & hominibus, & terris. Item præcipio Tervisinis quod prædictis Dominis, hominibus, & terris tam Coneglani, quàm Episcopatus Cenetæ; & hominibus in eis habitantibus, & D. Gabrielo de Camino, in omnibus, & per omnia privent, & inviolabiliter teneant postas, & postarum tenore factarum hinc inde a dudum retro temporibus secundum in meam voluntatem, & intellectum. Episcopum autem Ceneten. & Rocham Cenetæ, & alias terras proprias, & dominatas ipsius Episcopi, & Ecclesiæ Episcopatus Cenetæ meæ dispositioni reservo, donec plenius super illa quæstione provideant; quod de jurisdictione personæ D. Episcopi Ecclesiæ Ceneten. nullatenus Tervisani se intromittant, quousque super his clarius possim videre, & declarare. Item pronuncio, arbitror, & præcipio hæc omnia ab utraque parte servari auctoritate D. Papæ, qua fungor in hac parte, sub pœna in compromisso contenta, & exercenda in quolibet capitulo, quotiens contrafactum fuerit, rato nihilominus manente arbitrio, sententia, laudo, retenta, & reservata mihi potestate interpretandi, dilucidandi, addeodi, diminuendi, & corrigendi, & mutandi omnia supradicta ad meam voluntatem, & meum intellectum.

Ego Iacobinus qu. Gracioli civis Bonon. auctoritate Imper. & nunc dicti Fratris notarius omnibus supradictis interfui, maodatoque dicti arbitri scripsi, subscripsi.

Hactenus Arbiter, ut Tarvisinorum voluntati obsecundaret, ne aliàs adversum graviter ferentes judicium à fœderato exercitu recederent. Reservata igitur sibi sententiam interpretandi, & corrigendi auctoritate eam deinde hac lege circumscripsit, ut Coneglanum, & terræ Dominorum de Camino societati, & jurisdictioni Tarvisinorum accederent, si summo Pontifici placuerit Episcopatum Ceneten. cum Tarvisino unire, aliàs in Episcopatus Cenetensis, ad quem spectarent, jurisdictione remanerent. En documentum.

In nomine D. N. J. C. Amen. Anno ejusdem 1233. Ind. vi. die ultimo mensia Septembris in loco fratrum Prædicatorum de Veroua, præsentibus Fr. Bartholomæo de Verona Priore Ord. Fr. Præd. Fr. Jacobo Boncambii de Verona, Fr. Guidono de Parma, Fr. Susinello de Padua ejusdem ordinis, nec non D. Uberto Vicario Bonon. & aliis pluribus. Cum quæstio, discordia, & controversia verteretur inter commone Tarvisii ex parte una, & Episcopum Ceneten. & Nobiles de Camino, & humines de Coneglano, & alios Episcopatus Ceneten. ex altera, dicentibus Tarvisinis Coneglanum cum hominibus Episcopatus Ceneten. ad suam jurisdictionem, & districtum pertinere, è contra illis negantibus ita esse, ego Fr. Joannes Vincentinus de ordine Fr. Prædicatorum electus arbiter, arbitrator, & amicabilis compositor, à petitione Communis Tarvisii, & à prædictis omnibus prænominatis alterius partis super omnibus controversiis, quæ occasione prædictorum, vel aliqua alia verti possent, habito expressim verbo, & licentia à partibus judicandi, & deffiniendi super his, de quibus fuerat compromissum pro bono pacis, & concordiæ, ut patet in dicto compromisso scripto mano Jacobi notarii q. Gracioli de Bonon. & etiam ex potestate nobis reservata, prout patet in quadam sententia scripta manu supradicti notarii, in qua continetur: quod D. Biaquinus, & Guezelonus de Camino cum suis terris, & cum hominibus

sua-

A suarum terrarum, & cum hominibus de Coneglano, & aliis terris Ceneten. Episcopatus redirent ad societatem, civitautiam, jurisdictionem, atque districtum Communis Tarvisii de nostro pleno mandato, salvo rocha Cenetæ cum dicta terra, & aliis terris propriis dedicatis ipsi Episcopo, & Ecclesiæ Ceneten.ac de jurisdictione personæ D. Episcopi, & Ecclesiæ Ceneten. nullatenus Tarvisini se intromittebaot; & quia indeliberate processimus in supradicta senteotia, imo potius ad complacentiam, ne gens Communis Tarvisii de nostro exercitu recessissent; idcircò nos idem Fr. Joannes laudo, arbitror, sententio, & præcipio ex potestate nobis reservata, pront in ultimo capitulo supradictæ sententiæ continetur, quod Nobiles de Camioo cum suis terris, & hominibus una cum castro Coneglani, & hominibus dictæ terræ redeant ad supradictam societatem, & civitantiam, atque jurisdictionem Communis Tarvisii, si D. summo Pontifi- B ci placuerit de Episcopatu Ceneten. & Episcopatu Tarvisino facere integram onionem: alioquio supradictum Commune Tarvisii de supradicta jurisdictione supradictorum Nobilium de Camino suprad. D. Biaquini, & Guezeionis, & hominum de Coneglano cum omnibus aliis terris Cenet. Episcopatus, cum de jure spectent ad Episcopum Cenet. & ad Episcopatum oomine feudi, & vigore privilegiorum DD. Imperatorum, io quibus cooceditur territorium supradictum Episcopo jam dicto, nullatenus Tarvisini se intromittant. Item pronuntio, arbitror, & præcipio hæc omnia ab utraque parte servari auctoritate D. Papæ, qua fungor in hac parte, & sub pœna in compromisso contenta, committenda, & exigenda, quoticos contrafactum fuerit.

Ego Petrus q. Francisci Not. de Verooa Imperiali auctor. & nunc dicti fratris notar. omoibus supradictis interfui, mandatoque dicti arbitri scripsi.

C *Intereneurabant Conetinnenses, ut Episcopalis cathedra è Ceneta Coneclanum transferretur, quod quidem se pro viribus apud summum Pontificem contenturum promisit Albertus, ut ex hoc documento liquet.*

Anno Dom. 1238. Indict. VI. die Jovis ultimo mensis Martii in præsentia D. Vezelonis de Camino, D. Ruzerioi Cenetæ Archidiaconi, D. Guilelmi da Lavazola, D. Bagnolesi, D. Berardi de Scomico, D Graileci Buce, D. Bonifacii de Frata, & aliis. D. Albertus Dei gratia Cenetæ Episcopus promisit D. Odorico Bonsano, & D. Galantino de Furlana procuratoribus Communis Coneclani recipientibus vice, & nomine Communis Coneclani, & pro ipso Commune, quod dabit operam, & procurabit in quantum poterit cum D. Papa, & aliis, quos poterit, quod Ecclesia Cathedralis, & Canooica Cenetæ transferatur in castrum Coneclani; ita quod ibi sit caput Episcopatus: & hoc juravit se adimple- D turum omnibus modis, quibus melius poterit, non tamen suis expensis omnibus.

Datum Ceoetæ in camera dicti D. Alberti Cenet. Episcopi. Oldradus de Plaito S. palatii not. interfui, & rogatus scripsi.

Verum hæc acta fuisse non anno 1238. ut præfert amanuensis errore documentum, sed anno 1233. docent indictio sexta, & dies Jovis ultimus Martii. Res tamen eventu caruit. Infensos deinde expertus est Albertus Dominos de Camino Biachinum, & Guezelonem, qui arreptis armis Portum Busoletum Episcopalis juris oppidum invaserunt, & Jacobum Cenetensem Canonicum Episcopi in eo Vicarium crudeliter obtruncarunt. Eos propterea omnibus feudis, quæ à Cenetensi Ecclesia obtinebant, anno 1242. spoliavit hac per judices ad cognoscendas inter Episcopum ejusque Vassallos vertentes causas electos edita sententia.

In nomine Domini ameo. Anoo Domini 1242.

A die 10. Februarii præsentia Dominorum Conzanonis de . . . . Raymundi de Raymundo de sancto Andrea, Thoinaxii de Polcenico, & aliis . . Nos Cabriel de sancto Vito, & Raymundus de Lavazola, magister Aycardus de sancto Martino de Collo, & Allemannus condam D. Pelegrini de Opitergio, Vasalli, pares, & Judices general. curie Vasallorum Venerabilis Patris Domini Aiberti Dei gratia Episcopi Ceneten. & Comitis, & ipsins Episcopatus in presata generali Curia tam à prædicto D. Episcopo, & Comite, quam à prædictis Vasallis, & Curia ipsius D. Episcopi, & Episcopatus, in concordia electi, & deputati ad cognoscendum, diffiniendum, & fine debito decidendum de uoiversis, & singulis questionibus, que essent, & verti possent, & oriri inter præfatum Dominum Episcopum, & Comitem ex una parte suo nomine, & Episcopatus ejus Ceneten. prædicti, & Vasallos, seu aliquem de B Vasallis ipsius Episcopatus prædicti, & heredes, val successores Vasallorum Episcopatus predicti ex altera; cognoscentes de questione vertente inter predictum Venerabilem Patrem D Albertum Episcopum & Comitem Ceneten. & Petrum Notarium de Angigo procuratorio nomine ipsius D. Episcopi, & Comitis, & pro ipso, ex una parte agentes, & D. Ghazollonem, & Biachinum da Camino ex alia se deffendentes. In qua quidem questione porectus fuit libellus, seo petitio in hunc modum. Nos Albertus Dei gratia Ceneten. Episcopus, & Comes, coram vobis D. Cabriele de sancto Vito, & Raymundo de Raymundis, magnifico Aycardo de sancto Martino de Collo, Allemanno condam D. Pelegrini de Opitergio, paribus, & judicibus electis in generali curia vasallorum Episcopatus Ceneten. ad cognoscendum, terminandum, & deffiniendum omnes, & singulas causas, lites, & controversias feudorum inter nos, & nostro nomine, & nomi- C ne nostri Episcopatus Ceoeten. ex una parte, & Vasallos Episcopatus Ceneten. ac heredes Vasallorum nostrorum ex alia: Conquerimur de D. Ghezelione, & Biachino de Camino: quod non solum injuste intraverunt Castelarium Portus buvoledi, quod castrum spectat de jure ad nos, & ad Ecclesiam Ceneten. manu armata expoliando nos, & Ecclesiam antedictam de predicto Castelario cum omnibus suis juribus, & jurisdictionibus, quod quidem Castrum detinetur per violentiam; sed etiam Vicarium, scilicet presbyterum Jacobum Cauonicum Ceneten. qui de membris nostris erat, & qui ad petitionem nostram dictum Castelarium custodiebat, & salvabat, officium dicti Vicariatus ibidem tam nomine nostro, quam nomine Episcopatus, exercendo, crudeliter interfecerunt in damnum non modicum, & prejudicium animarum suarum. Cum igitur D. Biachinus à nobis, & ab Ecclesia Ceneten. habuerit, & receperit in feudum ad re- D ctum, & legale, totum Comitatum superiorem, scilicet tam Castrum Zimillarum, Castrum Solighiti, Castrum Vailismareni, Castrum Serravallis, Castrum Formenige, Castrum Rigintoni, castrum Fregone; quam etiam castrum Cordignani, & Cavolani: & Ghezellonus de Camino inferiorem Comitatum, silicet castrum Camini, castrum novum cum sua curia, castrum Credacii, castrum de la Mota; quam etiam terras, & villas Cesalti cum possessionibus de Opitergio: petimus per vos pronunciari debere dictos D. Ghezelonem, & Biachinum cecidisse a dictis feudis superius nominatis, & dicta feuda superius nominata ad nos, & ad Ecclesiam nostram, vel Episcopatum de jure spectare. Cause petitionis nostre sunt hec; quia dicimus ipsos nobis fidelitatem prestara jurameoto denegasse, & jurare noluisse a nobis sepe requisitos, ac etiam de jure suo per nos investitos. Item occupave-

runt

,, runt prediĉti DD. Biachinus, & Ghezellonus bo-
,, na Episcopatus nostri, & adhuc detinent contra
,, justitiam occupata, & maxime Castelarium
,, Portus buvoledi, cum omnibus villis, terris, ju-
,, ribus, & jurisdiĉtionibus speĉtantibus ad predi-
,, ĉtum, ut superius diĉtum est, muniendo diĉtum
,, Castelarium, & contra honorem nostrum custo-
,, dire faciendo, & custodiendo, in præjudicium
,, juris nostri, & Episcopatus Ceneten. non mo-
,, dicam lesionem. Item interfecerunt prediĉti D.
,, D. presbyterum Jacobum Vicarium nostrum, &
,, Canonicum Ceneten. qui de membris nostris
,, erat, & nostre Ceneten. Ecclesie, ut hore pro-
,, prio in nostra presentia sunt confessi, & il-
,, lud idem de nobis facerent, si possent; asserue-
,, runt, & dixerunt se faĉturos. Item faciunt pre-
,, diĉti DD. Ghezelo, & Biachinus contra paĉta, &
,, conditiones diĉti feudi. Et si ipsi parant se con-
,, tradiĉtores huic petitioni nostre, petimus ex-
,, pensas ab eis faĉtas, & quas faĉturi sumus in hac
,, causa; protestantes probare solummodo ea que
,, sufficiant ad viĉtoriam cause nostre; salvo omni
,, jure nostro, & Episcopatus nostri, addendi,
,, minuendi, & permutandi usque ad finem Litis.
,, Lite igitur super libello, seu petitione prediĉta à
,, partibus hinc inde legittime contestata, nec non,
,, & sacramento de calumpniis à partibus prestito,
,, memoratis, ac visis instrumentis, & testibus at-
,, que juribus, & allegationibus diĉti D. Episcopi,
,, & Comitis, & pluribus etiam terminis locatis di-
,, ĉtis DD. Biachino, & Gezoloni ad hostendendum
,, jura sua, & allegandum, & comparendum co-
,, ram vobis, & D. Bonincontro de Asilo legum
,, Doĉtore, sapiente ad hoc deputato, Christi no-
,, mine invocato, ex cujus vultu justa procedunt
,, judicia, consilium diĉti D. Bonincontri, doĉto-
,, ris legum, tale est. *Visis rationibus*, & juribus
,, hostensis, quod pronuncietur diĉtos D. Ghezo-
,, lonem, & Biachinum condempnandos, & con-
,, dempnentur diĉto D. Episcopo secundum for-
,, mam peticionis supradiĉte, & in expensis legit-
,, timis, faĉta taxacione, & delato sacramento
,, secundum formam juris. Aperto, & leĉto con-
,, scilio supradiĉto presentibus Paribus prelibatis
,, pro tribunali sedentibus, & de eorum voluntate,
,, & assensu; & hodie per nos peremptorio termi-
,, no locato diĉtis partibus ad diffinitivam senten-
,, tiam profferendam: Nos prædiĉti Pares, & Ju-
,, dices, invocata Spiritus sanĉti gratia in communi
,, concordia sequentes diĉtum conscilium sic in hiis
,, scriptis sentencialiter pronunciamus, & senten-
,, ciamus, ut in diĉto conscilio continetur, & ita
,, diĉtos D. Ghezolonem, & Biachinum nostra sen-
,, tencia condempnamus, & à diĉtis feudis supe-
,, rius nominatis penitus cecidisse; & sic senten-
,, cialiter diffinimus, ac etiam toti universo decla-
,, ramus per nostram sentenciam fore privatos, &
,, diĉta feuda tam superioris Comitatus, quam in-
,, ferioris speĉtare ad diĉtum D. Episcopum, & ad
,, Episcopatum Cenetensem, & de prediĉtis face-
,, re juxta voluntatem suam, & intelleĉtum.
,, Aĉtum in Ecclesia majori S. Ticiani Confes-
,, soris Christi.
,, Ego Johannes de Asillo condam D. Bonacur-
,, sii Imperiali auĉtoritate notarius de mandato di-
,, ĉti Venerabilis Patris ss. ss. signoque meo apposui
,, consuetum.
,, *Parum deinde supervixit Albertus, hoc eodem*
,, *anno 1242. profeĉtus ad plures.*)

15 N. cujus nomen in Registris Apostolicis non exprimitur, (t) tamen veluti vir omni scelerum genere coinquinatus, amotus est à Gregorio IX. circa annum Domini 1235.



16 GUAMERIUS *a* de Palceniaco ex Cenetensi Canonico ad hanc sedem fuit à Capitulo promotus, confirmatusque à Gregorio de Montelongo Apostolico legato. Scripsit Innocentius IV. anno I. sui Pontificatus ad Episcopum Feltrensem, ut adhiberet omnem operam, ut Cenetensis populus omne obsequium eleĉto Guamerio exhiberet, ut in epist. 206. fol. 35. Regest. Vatic. In Regesto vero Dominorum de Camino hæc extat de Guarnerio memoria. *Anno 1242. die 3. Martii D. Guezelonus de Camino & Albertus de Turre, & alii 14. juraverunt fidelitatem D. Guamerio eleĉto Cenetensi per homines de Domo Dei Cenetæ, & quilibet de supradiĉtis fuit investitus de sua ratione feudi, quod habebat ab Episcopatu Ceneten.* Innocentius vero idem IV. Guamerium ad Concordiensem transtulit Ecclesiam anno 1251. Cæterum advertat hic leĉtor, hunc non esse Episcopum illum Cenetensem (ut quidam volunt) multorum scelerum apud Gregorium IX. expostulatum, cujus causam ex ejusdem Pontificis jussu Patriarcha Gradensis, cum Priore S. Danielis, & Frontone Canonico S. Marci Venetiarum, susceperunt cognoscendam, judicandamque anno 1235. Quod ipsum eo libentius leĉtorem meum admonui, quod illic scelerosi illius Episcopi supprimatur nomen, non sine periculo in alium quempiam innocentem impingendi. XVIII

a Guarnerius, seu potius ut ex documentis Vuarnerius Palcenico.

17 ROGERIUS ex Archidiacono Cenetensi, auĉtoritate Apostolica, eleĉtique Patriarchæ Aquilejensis, ad hanc sedem fuit assumptus, confirmatusque ab Innocentio IV. Pontifice prid. Id. Junii anno 1252. ut in Vatic. Regest. ep. 312. f. 163. eodemque die scriptis literis idem Innocentius Capitulum monuit, ut à se eleĉto Rogerio omne præstarent obsequium, tamquam legitimo Præsuli, atque Pastori epist. 313. XIX.

18 GASPAR 1254. in tabulis hujus Ecclesiæ notatur: sed nullam de eo in Reg. Vatic. reperi mentionem. XX.



(,, ALBERTUS *de Colbice, Rodulphi Saver-*
,, *gnani, ut ait Palladius hist. Forojul. par. 1. l. 6. filius,* XXI.

(t) Hic Cenetensis Episcopus, qui ab Episcopali munere dicitur à Gregorio IX. amotus circa an. 1235. alter esse non potuit ab Alberto mox recensito, quem tamen ex documentis comperimus hanc sedem ad an. 1242. tenuisse. Fortasse Anonymus ille, omni scelerum genere coinquinatus, non Cenetensis, sed alterius sedis fuit Antistes, vel omnino Commentitius.

„ *lius, hanc Eccleſiam regebat Electus adhuc anno 1257. quo die 5. Octobris Blaſium Sambaldi de Romagno in quoddam feudum immiſit, ut docet ſequens inſtrumentum.*

„ In nomina ſancte, & individue Trinitatis. Anno Domini Mill. CCLVII. Ind. XV. die V. eaeuntis Octubris apad Cordevsdum, in preſenciis Dominorum Pcaninſani, & Suvazutti fratrum de . . . . Bertaldini de Coneglano, Montanini mercatoris . . . . . Jacobi de Caſtro, ... , & aliis. D. Albertus de Colbice venerabilis Cenet Ellectus inveſtivit D. Blaſium filiam D. Sambaldi de Romagno de primo jure, & feudo, qaod Dominus Enricus q. de Choro avuncalus ipſius D. Blaſii in plebe de . . & in ipſius pertinentiis ab anteceſſoribus ipſius D. Cenet. Electi, & Eccleſie Cenet. habuerat in feudo: ita quod inde ſuam faciat voluntatem, ipſum habendo, tenendo, & poſſidendo, tanquam de feudo ſao. Quo facto dictus D. Blaſius juravit dicto D. Conet. Electo, & Eccleſia Ceneten. fidelitatem. tanquam Vaſallus D. ſuo.

„ Ego Paulus ſacri Palacii Not. interſui, & rogatus ſcripſi.

XXII. „ JOANNES *Ceneteuſis electus an. 1260. emergit ex ſequenti documento, quod archetypum ſervatur inter veteres membranas Comitum de Porcia.*

„ In Chriſti Nomine Amen. Anno nativitatis ejuſdem Milleſ. ducenteſ ſexageſimo Indictione III. die XIII. intrante menſe Martii, preſente magnifico D. Rainerio Zeno Illuſtre duce Venetiarum, Bombaro Canonico Concordienſi, Leonardo Plebano Zopole, & aliis. D. Guecello de Prata preſentavit ſe Venerabili Patri D. Johanni Dei gratia Ceneteníi ellecto, dicendo, & requirendo ab eo, ſicut debet Vaſallus à D. requirere, ut feudum, quod habuit, & habet ab ejus predeceſſoribus, eidem confirmare dignaretur, ac ipſum deberet de ipſo feudo, ſicut habuerat, inveſtire. Qai D. Ellectus ibidem reſpondit, & dixit, quod eam intelligebat, & quod nolebat, quod dilatio temporis eidem D. Guecelloni prejudicaret in aliquo, quamquam ipſum non inveſtiret ad preſens, quoniam cum de tali Vaſallo gaudet, ipſum D. Guecelum de Prata de ipſo feudo ſuo loco, & tempore planius inveſtibit.

„ Actum in Venetiis in Piatea Palatii Ducatus.

„ Ego Goradus de Johanne ſacri Palatii. & Communis Venetiarum interſui, & rogatus ſcripſi.)

XXIII 19 ODERICUS, vel Odonius 1261. in iiſdem tabulis.



XXIV 20 PROSAVIUS de Novello, Tarviſinus, vir nobilis, hujus Eccleſiæ factus Epiſcopus eſt 1264. Per aliquot annos omnium gratulatione hanc rexit eccleſiam, utpote egregie probus, ac ſanctiſſimis moribus. Sed illum poſtea Nicolaus III. ad Tarviſinam tranſtulit ſedem 1278. *a* 17. Kalend. Novembris anno Pontif. 2. De quo vide infra in Epiſcopis Tarviſinis, ubi de eo plura.

a [illegible] hic annus a Tarviſinis.

(„ *Ante annum 1264. Proſavius, ſeu potius Proeſavius, ut dicitur in documentis, hanc Cathedram conſcendit, & jam anno 1262. die primo Februarii erat Ceneteuſis Electus, ut colligitur ex ſequenti inveſtituræ, ut ajunt, charta.*

„ Anno Dom. mill. ducenteſimo ſexageſimo ſecundo. Indictione qainta die primo intrante Februario preſentibus magiſtro Comita Canonico Ceneten. D. Albertino à Turre, Galvagno Tabernacio teſtibus, & aliis. Venerabilis Pater D. Proeſavius Dei gratia Ceneten. Electus ſuo nomine, & Epiſcopatus Cenet. inveſtivit Bonum filium Aldiertie de Planzano recipientem pro ſe, & fratre ſuo Scomico, & pro ſuis heredibus, de uno ſedimine, ſive airale jacente in burgo Ceneta, quod quondam optinebat Adelardus Becarius, ad faciendam domam, cai coheret ab uno latera, & ab ulio terra Epiſcopatus. a retro poſſidet Bertaldus cecus, pro ante eſt Brolium Genete; ſive alie ſint coherentie: & taliter eum inveſtivit, ut ipſe Bonus pro ſe, & dicto fratre ſuo Scomico, & pro ſuis heredibus de cetero habeat, teneat, & poſſideat dictum ſediman, ſive airale eum omnibus juribus, rationibus, & actionibus realibus, & perſonalibus illi ſedimini à celo uſque ad abiſſum integre pertinentibus, reſpondendo, & ſolvendo omni anno annuatim duas lib. piperis, & quattaor . . . . nomine livelli ad feſtum Sancti Ticiani vel VIII. diebus ante, vel VIII. poſt, ipſi D. Electo, & Epiſcopatui; & ſi in primo anno non ſolverit, quod in ſecundo anno ſolvat duplum; & ſi in ſecundo anno non ſolverit duplum, quod debeat cadere a ſuo jure livelli; & dedit ei verbum intrandi tenutam, & poſſeſſionem de dicto ſedimine jure livelli, conſtitaens pro eo poſſidere, donec tenatam, & poſſeſſionem intrabit; & quod poſſit jus ſuum vendere, donare, alienare, obligare, pro anima judicara, & totam ſuam voluntatem facere ſine omni contradictione dicti D. Electi, nec ſaorum ſucceſſorum, ſalva ratione, & reſponſione livelli annuatim; preterquam in alteram Eccleſiam, Comitem, & ſervum, tali pacto inter eos habito, quod ſi ipſe vendere voluerit, quod ipſe debeat ſuprad. Domino denanciare, & eidem emere volenti dare, & vendere pro x. ſoldis minus, quam alteri perſone, & hoc infra triginta dies, facta ſibi denunciacione: ſi D. emere noluerit, tunc liceat ipſi conductori vendere cuique voluerit. dummodo non fiat contractus, qui preſenti inſtramento livelli poſſit prejudicium aliquod generari. Promiſit namque dictus D. Electas nomine, & vice Epiſcopatus cum expenſis, & obligationibus bonorum ipſius Epiſcopatus ipſi Bono pro ſe, & dicto fratre ſuo Scomico recipienti, & pro ſuis heredibus dictum ſedimen, ſive airale eis, & ſuis heredibus ab omni homine, & aniverſitate cum racione Warentare, & defendere ſub pena dupli dicte rei valentis ſecundam quod pro tempore plas valuerit ſtipalatione premiſſa, & ipſe Bonus promiſit per ſa, & ſuos heredes ipſi D. Electo recipienti nomine, & vice Epiſcopatus ſolvere, & dare omni anno annuatim dictum livellum cum omnibus expenſis, & obligationibus ſaorum bonorum ſub dicta pena dapli dicte rei valentis, & ſi qua pars non attenderit, quod prima alteri parti ſolvere teneatar; pena ſolaca, vel non, nihilominus predicta omnia, & ſingula firma ſint, & rata. Datam Cenete apat murum Eccleſie.

„ Ego Seravallus, qai dicor Bonacius ſacri palatii Not. huic interſui rogatus, & ſcripſi.)

21 MARCUS Flabianus electus anno 1278. XXV

(„ *Marcius de Flabanis (ſic enim in pluribus documentis appellatur) ſæpius occurrit poſt an. 1278. in hujus Epiſcopii archivo. Ultima ejus mentio habetur in ſententia, quam an. 1284. Odoricus, & Bialus fratres feudo quodam ſpoliantur ad inſtantiam Marcii. Documentum ex prefato archivo deſumptum, à quo pariter & ſupra relata, & mox referenda deſcripſimus, tale eſt.*

lata,

,, In nomine Dei eterni Amen. Anno Domini Mill. ducentesimo octuagesimo quarto Ind. duodecima, die Veneris tercio intrantis Decembris; presentibus magistro Comite, D. Alberto Canonicis Cenetensibus, Aynardo Clerico, Petro de sancto Martino, Ayrcado de sancto Eliseo, Morando Pellipacio, Alberto, Vidone, & Federico Not. de Cenet., ... condam D. Roberti de Carpisica, Rodulso condam D. Guillelmi, Nicolao condam D. Alimani, Alberto, & Adaigerio fratribus, filiis condam D. Albertini dicte Terre Cenite, testibus ad hoc vocatis, & rogatis, & aliis. Nos Smortidus, & Gabriel de Bagnolo, magister Oto de Colle, & Alimanus de Cenita, Vasalli, Pares, & judices generales curie Vasallorum Vener. Patris D. Marcii Dei gratia Cenet. Episcopi, & Comitis, & ipsius Episcopatus in presata generali curia tam à predicto D. Episcopo, & Comite, quam a predictis Vasallis, & Curia ipsius D. Episcopi, & Episcopatus in concordia electi, & deputati ad cognoscendum, diffiniendum, & fina debito decidendum de universis, & singulis questionibus, que essent, & verti, & oriri possent inter presatum D. Episcopum, & Com tem ex una parte suo nomine. & Episcopatus ejus Cenet. predicti, & vasallos, seu aliquem de Vasallis ipsius, & Episcopatus predicti ux altera; Cognoscentes de questione vertente inter predictum Ven. Patrem D. Marcium Episcopum, & Comit. Cenet., & Petrum not. de Cavaxo . . . procuratorio nomine ipsius D. Episcopi, & Comitis, & pro ipso, ex una parte agenres, & Odoricum, & Bialum fratres, filios olim Henrici de sancto Martino ex alia se defendentes. In qua quidem questione porectum fuit libellum, seu peticio in hunc modum. Nos Marcius Dei gratia Cenet. Episcupus & Comes, coram vobis Dominis Smortido de Conegiano, Gabriele de Bagnolo, magistro Otone de Collo, & Alimano de Cenita, paribus & judicibus electis in generali curia vasallorum Episcopatus Cenet. ad cognoscendum, terminandum, & diffiniendum omnes, & singulas causas, lites, controversias feudorum inter nos nostro nomine, & nomine Episcopatus Cenet. ex una parte, & Vasallos Episcopatus Cenet. ac heredes Vasaliorum nostrorum ex altera: Conquerimur de Odorico, & Bialo fratribus, filiis condam Hendrici olim D. Odorici de sancto Martino hominis domus . . . . Cenet. qui injuste possident, seu detinent infrascriptum feudum, videlicet sextam partem palacii, Gironi, & Castellarii sancti Martini; quod feudum, & quam partem feudi dicimus ad nos, & Episcopatum nostrum de jure spectate debere, & ipsos Odoricum, & Bialum cecidisse a dicto feudo, & . . . feudum esse. Quare petimus per vos pronunciari debere ipsos fratres cecidisse a dicto feudo, & dictum feudum ad nos, & Episcopatum nostrum de jure spectare debere. Causas nostre peticionis sunt hec: Quia dicimus ipsos nobis fideliratem prestare juramento denegare, & jurare noluisse a nobis sepe requisitos, ac etiam de jure suo per nos investiros. Item occupaverunt predicti frattes bona Episcopatus nostri, & adhuc detinent contra justiciam occupata, muniendo fortilicias spectantes ad nos, & ipsas contra honorem nostrum custodiri faciendo, & custodiendo in prejudicium juris nostri, & Episcopatus Ceneten. non modica lesione. Item faciunt dicti fratres contra pacta, & conditiones dicti feudi. Et si ipsi parant se contradictores huic peticioni nostre petimus ab eis expensas factas, & quas facturi sumus in hac causa, protestantes probare solummodo ea que sufficiant ad victoriam cause nostre. Saivo omni jure nostro, & Episcopatus nostri, addendi, minuendi, & mutandi usque ad finem litis. Lite igitur super libello, seu peticione prædicta à partibus hinc inde legittime contestata, nec non & sacramento de calumniis à partibus præstito, memoratis, ac visis instrumentis, & testibus, atque juribus, & allegationibus dicti D. Episcopi, & Comit., & pluribus etiam terminis locatis dictis fratribus ad ostendendum jura sua, & ad allegandum & comparendum coram nobis, & D. Bonencontro de Arpo Doctore Legum, Sapiente ad hoc assumpto, Christi nomine invocato, ex cujus vultu justa procedunt judicia, consilium dicti D. Bonencontri de Arpo Doctoris Legum tale est: Visis racionibus, & juribus ostensis, quod pronuncietur dictos Odoricum, & Bialum fratres esse condempnandos, & condempnentur dicto D. Episcopo secundum formam peticionis supradicte, & in expensis legittimis, facta taxatione, & delato sacramento secundum formam juris. Aperto, & lecto consilio supradicto, presentibus Paribus prelibatis pro tribunali sedentibus, ac de earum voluntate, & assensu, & hodie per nos peremptorio termino locato dictis partibus ad diffinitivam sentenciam proferendam: Nos predicti Pares, & judices, invocata Spiritus sancti gratia in communi concordia sequentes dictum consilium sic in hiis scriptis sentencialiter pronunciamus, & sentenciamus, ut in dicto consilio continetur; & ita dictos fratres nostra sentencia condempnamus, taxatione de prædictis in nobis competenti tempore reservata. Actum Cenet. sub domo Communis.

,, Ego Jacobus de Cenet. sacri palatii not. hujusmodi prolacioni sentencie intersui, & de mandato, & auctoritate dictorum Parium, & Judicum scripsi, & publicavi.

,, Ego Phylipus de Ceneta ex imperiali auctoritate notarius prolacioni hujus sentencie presens intersui, & de mandato suptadictorum Parium, & Judicum in concordia cum supradicto Jacobo not. me subscripsi, & meum signum, & notam apposui.)



22 FRANCISCUS [a] Arpus, Tarvisinus 1291. Suspicor hunc illum Franciscum esse ex Ord. Prædicatorum, cujus meminit Seraphinus Razzius in lib. Virorum illustrium Ord. S. Dominici, tametsi nullum tempus memoret, in quod inciderit.

[a] Hic Petro est postponendus.

23 PETRUS Calza an. 1300. Obiit an. 1310. sepultus in Cathedrali in marmoreo elevato tumulo sub Organo. XXVI

(,, *Petrus Calza Marcio successit an. circiter 1285. Ejus prima mentio habetur in charta, qua anno* 1286. 11. *Aprilis quandam permutationem confirmat in hunc modum.*

,, Anno Dom. Mill. ducentesimo octuagesimo sexto Ind. XIIII. die secundo exeuntis Aprilis. Presentib. magistro Comite Canonico Ceneten. presbytero Otone, D Vivencio de Romagno, Alberto de Turre Ceniten. Zannino de Arpo, & aliis. Venerabilis Pater D. Petrus Dei gratia Episcopus Cenet. & Comes, ad instanciam, & requisitionem D. Alberti Canonici Cenet. & Alimani Iconomi, & sindici, ac procuratores, atque jurati Ecclesie, seu Laborerii sancti Ticiani majoris Ecclesiæ, supradicti, supradictam per-

mutationem, & concambium, atque livellationem perpetuam dictarum terrarum hinc inde factam a dictis partibus nomiue dicte Ecclesie cum Petro antedicto de terris suprascriptis, prout in cartis scriptis per me Jacobum notarium continetur, ratam, & gratam, & firmam habuit, & acceptavit, & ipsa, prout facta sunt, auctoritate & potestate ordinaria confirmavit. Actum Cenite in dicta Ecclesia majori.

Ego Jacobus de Cenita sacri palatii notarius hiis interfui, & rogatus scripsi.

Obiit anno 1300. ut proloquitur Epigraphe ad eius tumulum inscripta hujus tenoris.

Anno Domini MCCC. Indict. XIII. die XII. Julii obiit Vener. Pater D. Petrus Calza Dei gratia Episcopus Ceneten. & Comes, cujus corpus presens arca tenet inclusum. Omnes igitur præsentem paginam legentes à Domino misericordiam postulent pro eodem.

XXVII FRANCISCUS *Arpus, quem ante Petrum Calzam malè reiicit Ughellus, Petro defuncto, hujus Ecclesiæ habenas suscepit regendas eodem an. 1300. cum esset Dominicani instituti professor, Theologus pariter ac sacri verbi fœcundissimus Concionator. Ejus frequens mentio habetur in monumentis hujus Ecclesiæ an. 1301. 1302. 1305. 1306. & præcipue 1307 quo Tolberto de Camino Portum Buffoletum. aliaque bona, & jurisdictiones Cenetensis Episcopatus tradidit ab eo vicissim recipiendo Castrum novum, Corbanesium, aliaque bona, ac jurisdictiones, ac præcipuè Tarsii Comitatum, quo adhuc Cenetensis Ecclesia fruitur. Hujus permutationis exemplum, mendosum licet, hic libenter exhibemus.*

In Christi oomine Amen. Anno Domini 1307. Ind. IV. die Sabbati . . . . . Mensis . . . . . presentibus Nobilibus viris DD. Rambaldo Comite Cenetense Fr. . . . . filio Albertini q. D. Ritii de Tervisio Alberto . . . . . Fr. Joanne della Rocha Priore Fratrum Predicatorum de Tervisio & aliis pluribus testib. rogatis ad hoc & specialiter convocatis. Cum Ven. vir Fr. Franciscus Dei Gratia Episcopus Cenetensis, & Comes haberet infrascriptas possessiones, Jurisdictiones, & jura ad mensam suam Episcopalem spectantia in diversis locis ab Ecclesia sua distantibus . . . propter potentiam quorumdam Nobilium occupantium . . . res, & bona Ecclesiastica . . . . extendere non verentium, de quibus modica, & tenuis utilitas perveniebat Ecclesiæ Cenetensi; considerans, quod ipse possessiones, jurisdictiones, & jura cum quibusdam aliis possessionibus. districtibus, jurisdictionibus, & juribus Nobilis Viri Do Tolberti de Camino utilioribus, & vicinioribus dictæ Ecclesiæ Cenetensis, de quibus majores & utiliores redditus possent provenire, optimè permutare, præfatus D. Episcopus hoc significavit Reverendiss. in Christo patri D. Neapolioni S. Adriani Diacono Cardinali Apostolicæ Sedis Legato, petiitque ab eodem D. prefato, ut ipsi D. Episcopo concederet licentiam faciendi ipsam permutationem, quam fore credebat multipliciter fructuosam. Qui quidem D. Legatus per suas litteras speciales non abolitas. non viciaras, neque in aliqua parte sua corruptas cum sigillo suo pendenti integro, & illæso commisit religioso viro D. Abbati Monasterii de Narvesia Tervisinæ Diœcesis, quod si præmissis veritas suffragaretur, permutandi licentiam concederet postulanti. Cujus commissionis auctoritate præfatus D. Abbas examinans hoc negotium diligenter, & inquirens de prædictis omnimodam veritatem per testes, & instrumenta, & legitimas probationes comperuit, & invenit ipsam permutationem, quæ fieri petebatur, fructuosam, & utilem esse dicto D. Episcopo Cenetensi & Ecclesiæ suæ, & omninò profuturam, & cedere in magnam utilitatem dicti D. Episcnpi, & Ecclesiæ Cenetensis: propter quod auctoritate D. Legati, qua fungebatur in hac parte, præfato D. Episcopo concessit ipsam permutationem faciendi licentiam postulatam. Quapropter predictus D. Episcopus petita, & habita super hoc licentia speciali à præfato D. Abbate, immò verius ab ipso D. Legato ipsam permutationem faciendi, ut patet per litteras ipsius D. Legati, & per instrumentum publicum predicte concessionis licentia ipsius D. Abbatis scriptum per Ricardum Notarium, habito prius solemni tractatu sæpè, & sæpius per ipsum D. Episcopum Cenetensem cum suo capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Cenetensis super ipsa permutatione facienda, de ipsorum consilio, & assensu debita juris solemnitate servata dedit, tradidit, & permutavit jure perpetuo, & in perpetuum Nob. viro D. Tolberto de Camino, recipienti pro se, & hæredibus suis infrascriptas possessiones, jurisdictiones, & jura Castellarum, & Burgorum cum juribus suis Portus Buffaledi, & ædificiis pertinentibus dicto loco Portus Buffaledi, cum Decima, & Paulatico cum omnibus honorantiis, Signoriis, juribus, & jurisdictionibus spectantibus dicto loco, & Curiæ Portus Buffaleti. Item unnm Mansum terræ jacentis in territorio Portus Buffaleti erectum per Nicolaum sedimen cujus coheret à manè, & seró terra Titiani de Porrn Buffaledi, à Meridie terra Francisci de dicto loco, à Monte via publica. Item unum ronchum cum Decima jacentem in dicto Territorio rectum per dictum Mercullum, cui à manè, meridiè, & Monte Terra Curiæ Portus Buffaleti, à serò via publica. Item unum alium Ronchum in dicto Territorio rectum per Pellegrinum, & Joannem de Restegla cum decima, cui à manè pasculum de Portu Buffaledo coheret commune loci, serò via publica. Item unum Ronchum cum Decima jacentem in dicto territorio rectum per dictum Mercullum, cui à manè terra dictæ Curiæ, à meridie pasculum dicti Communis, à serò, & monte via publica. Item unum Casale jacens ad Resteglam rectum per Jacobum Fosselli cum decima, cui à manè labitur Liquentia, à meridiè terra Almerici de Restegla, à serò, & monte labitur Restegla. Item unam petiam terræ jacentis in dicto territorio rectam per D. Jacobum, cui à mane, meridiè, & serò terra dictæ Curiæ, à monte terra Beretæ de Brugnera. Item Decimam unius petiæ terræ dicti Jacobi jacentis in dicto territorio, cui à manè terra Menghosi, à meridiè terra Beretæ de Brugnera. Item unum Mansum rectum per Mengosum de Portu jacentem in dicto territorio, sedimini cujus coheret à manè, meridiè labitur Liquentia, à serò Comugna, à monte terra Ghirardi de Villa Longa. Item Decimam unius petiæ terræ dicti Menghosi jacentis in dicto territorio, cui à manè terra q. Serafini della Motta, à meridiè, serò, & Monte Curiæ. Item unnm Mansum cum Decima jacens in dicto territorio rectum per Mutium, sedimen cujus à manè labitur Liquentia, à meridie, & monte Beretæ de Brugnera, à serò via publica. Item unam petiam terræ jacentem ad Postumas cum Decima, cui à manè, meridiè, & serò terra Titiani, & Francisci de Portu, a Monte terra Curiæ predictæ. Item decimam duarum petiarum terræ Nicolai de Portu jacentis in dicto Territorio juxta Pontem; quibus à manè labitur Liquentia, à Meridiè via publica partim, & partim terra Berete. Item decimā unius petiæ terræ Zambelli jacentis in dicto territorio, cui a manè via publica, Meridiè terra Menghosi, à serò, & monte terra Merculi. Item unum pratum ad Salcrada in dicto territorio, cui à manè quedam Fossa appellata Resleghiazza, a Meridiè Nemus Mogle, à seta domns Ghirardi de Opitergio, à monte terra Curiæ predictæ. Item Quartarellum Liquentiæ Portus Buffaletti, &

,, dictæ Curiæ. Item Nemus, quod appellatur Comugna, jacens in dicto territorio Purtus Buffaletti, cui à mane labitur Liquentia, meridie terra Communis de Mansuedo, sero Mogla, à monte terra Communis de Purtu. Item Jus, Jurisdictionem, Comitatum, & Signoriam in Villa de Septimo. Item unum mansum cum Decima jacentem in Septimo rectum per Herigheranum, sedimen cujus coheret à mane, & monte via publica, à sero labitur Liquenria. Item unum mansum cum Decima jacentem in dictn loco rectum per Santinum, sedimen cujus à mane via publica, meridie dictæ Curiæ, à sero labitur Liquentia. Item unum mansum jacentem in dicto territorio cum Decima rectum per Jacobum, sedimen cujus à mane, meridie, & sero via publica, à monte Terra dictæ Curiæ. Item unum mansum cum Decima jacentem in dicto loco rectum per Antonellum, sedimen cujus coheret à mane, & monte via publica, meridie, & sero terra Henglerani de Septimo. Item unam clausuram jacentem in capite Pontis Liquentiæ Portus Buffaledi rectam per dictum Antonellum, cui à mane flumen Liquentiæ, à sero, & monte via publica. Item unam petiam terræ jacentem in dicto territorio cum Decima rectam per Vendraminum de Zanuto de Talmasono cui à mane & meridie terra . . . . . de Portiliis, à saro, & moute via publica. Item Decimam unius Casalis Jacobi Notarii de Brugnera rectam per Marcum de Talmasono, cui à mane, & meridie terra dicti Jacobi, à sero terra D. Geltrudæ Porciliis. Item Decimam integri Mansi, & terram Henglerani de Septimo jacentem in Septimo, sedimen coheret à mane, sero, & monte via publica, à meridie terra dictæ Curiæ. Item unum paludum, & pasculum in Territorio Septimi, cui à mane, & monte pasculum, & Comugna Communis de Septimo, meridie Terra predictæ Curiæ, & Hengerani de Septimo. Item Jus, Jurisdictionem, Comitatum, & Signoriam, in Villa de Riccolis. Item unum Casalem jacentem in Riccolis rectum per Annulum de Riccolis, cui à mane Canonicæ Cenetensis, meridie terra D. Ghirardi de Opitergio, à sero, & monte via publica cum Decima. Item unum mausum jacentem in dictn territorio rectum per Megloratum, cum Decima, sedimen cujus à mane terra Canonicæ Cenetensis, meridia Nemus, quod appellatur Moja, à sern, & Monte via publica. Item unam petiam terræ jacentem in dicto Territorio Portus Buffaletti rectum per Articum de Riccolis, cum Decima, cui à mane Minus de Rivolis possidet, meridie Ordancius de Riccolis, sero & monte Aimericus de Restegla. Item Nemus, quod appellatur Mnja de Riccolis, cui à mane eorumdem Communis de Portu, meridie communitas, sero terrenum de Bassalghellis, moute terrenum de Riccniis. Item Jus, Jurisdictionem, Comitatum, & Signoriam in Villa Bassalghellis. Item Cortinam de Bassalghellis integre cum Decima cum omnibus juribus, pertinentiis dictæ Cortinæ secundum quod possidet Episcopus Cenetensis. Item Decimam integre trium petiarum terræ Corradi de India de Bassalghelis, rectam per ipsum Corradum jacentem in dicto territnrio, cui à mane, & sero terra D. Bossi de Colicis, meridie Nemus Guizzæ, monta via publica. Item nnum mansum jacentem in dicto territorio rectum per Gualterium de Bassalghella, sedimen cujus coheret à mane terra Venturini della Motta, meridie quoddam barum, & Communis Bassalghella, quod vocat Carpenedum, à monte flumen Valonti labitur. Item unum Roncum terræ Raganacii jacentis in dicto Territorio rectum per dictum Gualterium, cui à mane terra q. Mainardi dicti loci, meridie terra Garini de Bassalgella, à sero Nemus Carpenedi. Item unam petiam terræ jacentem in dicto territorio rectam per Andream Fossati, cum Decima, cui à mane, meridie, & sero terra dictæ Curiæ, à monte Nemus Magle. Item unam petiam terræ jacentis in dictn Territorin in Roncho de Bassalgellis cum Decima, rectam per dictum Andream, cui à mane terra Ecclesiæ de Bassalghelia, meridie terra Curiæ, sero via publica. Item unum pratum in dicto territorio rectum per ipsum Andream, & fratres, cui à mane terra Curiæ, meridie terra Corradi Theotonici, sern terra Luminariæ Ecclesiæ de Bassalghella. Item unum mansum jacen. in dicto rerritorio rectum per Garinum Cagabrunum cum Decima, cui à mane terra Venturini della Mutta, meridie via publica, sero, & monte terra Blasii de Opitergio. Item Nemus, quod appellatur Guizza de Bassaighella, cui à mane terra Communis de Mansuedo, meridie quædam Fossa, sero terra Jacobi dicti Bellæ de Opitergio, à monte terra Corradi de Bassalghella partim, & partim hæredum q. Galberti de Opitergio. Item Jus, jurisdictionem, & Signoriam in Villa de Gouraredo. Item duas petias terræ cum Decima jacentes in territorio Gouraredo rectas per Albertum Sabadini, quibus coheret à mane & sero via publica, à meridie terra Canonicæ Cenetensis, monte quædam fussa. Item unum pratum in dicto territorio, cui à mane terra Guarini de Bassaighella, meridie aqua Valonti labitur, sero terra Sindolini de Conoredo, à monte rerra Canonicæ Cenetensis. Item jus, Jurisdictionem in Villa de Lutrano, comitatum, & Signoriam. Irem unum Mansum in Lutrano cum decima integra exceptis decimam unius Campi jacen. in Sacono, sedimen cujus coheret à mane via publica, meridie, sero labitur flumen Muntegani, monte quodam Viazola. Item unum Mansum jacent in dicto Territorio rectum per Jacobinam Fussati, sedimen cujus à mane terra D. Ghirardi de Opitergio, meridie, & sero via publica, monte terra filiorum q. D. Albertini de Colitis. Item nnum mansum rectum per vilicum de Lutrano cum Decima, sedimen cujus & terræ Cenetensis se cum dicto sedimine coheret à mane, meridie, sero, & monte via publica. Item unum mansum jacent. In dicto territorio rectum per Joannem . . . . . Mariæ cum Decima integræ partim quatuor de duabus petiis terræ dicti Mansi, sedimen cujus coheret à mane terra dictæ Curiæ, meridie flumen Muntegani, sero, & monte terra D. Ghirardi de Opitergio. Item unum mansum jacen. in dicto territorio rectum per Gulielmum de Donna Faxana, sedimen cujus coheret à mane, meridie via publica, sero labitur flumen Montegani. Item unum mansum jacen. in dicto territnrio rectum per Jacobum della Fossa, sedimen cujus coheret à mane terra Catanii brugola, meridie terra plebis de Lutrann, sero, & monte labitur flumen Montegani. Item unum mansum jacen. in dicto territorin rectum per Joannem Magistri Leonardi, sedimen cujus coheret à mane terra Blasii de Opitergin, meridie via publica, sero & monte terra dictæ Curiæ. Item unum mansum jacen. in dicto territorin rectum per Odorricum Donnæ Palmæ, sedimen cujus coheret versus mane, & meridie via publica, sero labitur flumen Muntegani. Item unum mansum jacen. in dicto territorio rectum per Lunardum Pistoris, sedimen cujus coheret à mane, & monte via publica, meridie, & sero terra dictæ Curiæ. Item unum Mansum jacen. in dicto territorio rectum per Joannem de Marco, sedimen cujus coheret à mane, & meridie via publica, sero labitur flumen Montigani. Item nnum Mansum jacens in dicto territorio rectum per Franciscum, sedimen cujus coheret à mane, meridie, & monte terra dictæ Curiæ à sero via publica cum Decima integre dicti Mansi. Item unum mansum jacen. in dicto territorio rectum per Randulfum, sedimen cujus coheret à mane, &

A ,, meridie via publica. sero flumen Montigani labi-
,, tur. Item uoum mausum jacen. io dicto territorio
,, rectum per Mitardum, sedimen cujus coheret à
,, mane via publica, meridie, & monte terra dictæ
,, Curiæ. Item unam domum sitam in Cortina de
,, Lutrauo rectam ad livellum per Leonardum
,, Not. cui à mane, & monte terra dictæ, à meridie,
,, & sero via publica. Irem herbasicum iuregre vi-
,, iicationis predictæ. Item unum molendinum in
,, Lutrano situm in flumine Monteganl, cui à ma-
,, ne via publica, meridie terra Chartaril de Bor-
,, niola, monte flumen Montigani, sero, & meri-
,, die terra dictæ Curiæ. Item unum sedimen cum
,, terris rectum per Tronchibasdum præconem de
,, Lutrano, eum Decima integre sedimen cujus
,, coheret à mane, meridie, sero, & monte via pu-
,, blica. Item jus, Jurisdictionem, Comitatum &
,, Signoriam in Villa Longa. Item unum Mansum
,, jacen. in dicto territorio Villa Longa, rectum per
,, Joannem de Bavo eum decima iedimen cujus
B ,, coheret à mane terra dicti Joannis, meridie, &
,, monte via publica. Item unam petiam terræ ro-
,, genat. cum decima jacentem in dicto territorio
,, rectam per Zolium q. Stephani, cui coherer à
,, maoe terra dicti Zolii, meridie hæredum q. Do-
,, tæ, monte terra hæredum q. Galvani de dicto lo-
,, co. Item unam periam terræ jacentem in dicto
,, loco territorio in rivulato rectam per Joannem
,, Marchesane, cui à monte, & meridie terra di-
,, cti Ghirardi de Opitergio, sero, & monte terra
,, Manellæ de Mansuedo. Item unam petiam ter-
,, ræ jacentis in dicto territorio in Auctendum re-
,, ctam per dictum Joannem, cui à mane terra di-
,, cti Joannis., meridie terra Bartholomæi de Bor-
,, cella de Mansuedo, monre via publiea, cum de-
,, cima. Item rres petias terræ simul ex tenentes
,, jacentes In dicto territorio in Avveredum, cui a
,, mane terra dicti D. Tolberti de Camino, à meri-
,, die terra Ecclesiæ de Mansuedo, serò Nemus
,, Communis de Villa Louga cum Decima. Item
C ,, Jus, Jurisdictionem, Comitatum, & Signoriam
,, in Villa de Mansuedo. Item unum Mansum ja-
,, cen. in Mansuedo rectum per Zannetinum dicti
,, loci, cum decima integre sedimen cujus cohe-
,, ret a mane terra Petri de Paudino de Opitergio,
,, meridie via publica, sero terra Mutilini della
,, Motta. Item unum mansum cum Decima Inte-
,, gre jacen. in dicto rerrirorio rectum ad livellum
,, per dictum Zannerinum. cui coheret a mane ter-
,, ra Jacobl Donæ bellæ de Opitergio, sero via pu-
,, blica, monre terra Blasii de Opitergio. Item
,, unum mansum jacen in dicto territorio rectum
,, per Gosnellum cum Decima integre, cui cohæ-
,, ret a mane terra D Ghirardi de Opitergio, me-
,, ridie via publica, monte stratta de Mansuedo.
,, Item unum Manium jacen. in dicto territorio
,, cum decima rectum ad livellum per personas. cui
,, a mane dusolerum, quod appellatur Salvarolum,
,, meridie, & sero via publica. Item unam petiam
,, terræ cum decima in dicto rerritorio rectum per
D ,, Amirum de Mansuedo, cui à maoe terra Vivia-
,, ni de Opitergio meridie via publica. Item unam
,, periam terræ cum decima in dicto rerritorio.
,, Item unum pratum jacen ad frascatam, cui a ma-
,, ne & meridie Nemus Communis de Mansuedo,
,, sero, & monte terra dictæ Curia. Item unam pe-
,, tiam terræ jacen. in dicto territorio rectam per
,, Maglonum, cui a mane terra dicti Communis,
,, sero, & monte terra dictæ Curlæ. Item unam pe-
,, tiam terræ jacentem in territorio Mansuedi olim
,, rectam per Corradinum præconem, cum Deci-
,, ma, cui a mane via publica, meridie via publica,
,, sero terra plebis de Mansuedo. Item unam petiam
,, terræ jacentis in dicto territorio, tectam olim per
,, dictum Corradioum cum Decima, cui à mane
,, Comugna de Maosuedo, meridie terra D. Peghl-
,, nati della Motta. Item unam petiam terræ ja-
,, centem in dicto territorio rectam per dictnm
,, Corradinum, cum Decima, cui à mane terra di-

A ,, ctæ Curiæ, meridie, sero Petri de Paridino. Item
,, unam Pezoletam terræ jacentem io dicto loco re-
,, ctam per dictum Corradum, cum Decima, cui à
,, mane, meridie, sero, & monte terra Nicolai de
,, Portu Buffaletto. Item unam petiam rerræ ja-
,, centem in dicto territorio in cal de mezo rectam
,, per Bergherium de Mansuedo, cui mane terra
,, Bortholamei de Barcella; sero rerra Heredum
,, q Savaril, monte via publica. Item unam pe-
,, tiam terræ Boschive & Raganazi jacentem in
,, dicto territorio ad geras, cui à mane terra ami-
,, ci de Borcella, sero & monte via publica.
,, Item Corrinam de Mansuedo cum decima in-
,, regrè, sossadatam undique. Item unum man-
,, sum jacentem iu Mansuedo rectum per Barrho-
,, lomeum Mucit cum decima integrè, cui à mane
,, Frata de Mansuedo, meridie, & sero terra Ni-
,, colai de Porru, monte via publica. Item duas
,, petias terræ jacentes in dicto Territorio io cal de
,, mezzo rectas per Corosnellam; Uni quarum co-
B ,, heret à mane terra Joannis de Raccelda, meridie
,, terra Ecclesiæ de Mansuedo, sero via publ. mon-
,, te aqua Valonti, meridie terra Crosnelli, sero
,, terra dictæ Curiæ. Item decimam unius petiæ
,, dicti Crosnelli jacentem in dicto Territorio io
,, rivuleto, cui à mane terra D. Pighignotti, me-
,, ridie terra dicti Crosnelli, monte terra Joannis
,, Dom. Racchelda. Item unum pratum jacens
,, iu dicto Territorio io loco, qui dicitur à Caso-
,, nis rectum per Joaonem Bottegan, cul a mane,
,, Comugna de Mansuedo, sero via publica, mon-
,, te aqua Valonti labitur. Item decimam unius
,, petiæ terræ Mansi de Mansuedo jaceutem in di-
,, cto territorio in rivuleto, cui à mane terra Joan-
,, nis Racchilda, meridie terra Venturini della
,, Motta. Item unum Mansum jacen. In dicto ter-
,, ritorio In Gaiio cum decima rectum per Archill-
,, tum de Sella sedimen cujus coherer à mane ter-
,, ra dictæ Curiæ, meridie terra heredum q Pichl-
,, gnetti della Morta, sero Nemus Communis de
C ,, Mansuedo. Item uoum Mansum jacen. in dicto
,, territorio io Gaiio rectum per Joannem de Rac-
,, chelda cum decima sedimen cujus coheret à ma-
,, ne terra Venturini della Motta, meridie flumen
,, Liquentiæ labitur. Item unum Mansum jacen-
,, tem in dicto terrltorio rectum per Joannem de
,, Aghara cum decima sediminis tantum, cui sedi-
,, mini coheret à maoe, & monte via publ. sero
,, terra D. Ghirardi de Opitergio. Item unum Ca-
,, sale livelatum jacentem in Mansuedo rectum per
,, Aulium Berberium, cui à mane rerra Amiti de
,, Mansuedo, monte via publica. Item unum Ca-
,, sale jacentem in dicto terrirnrio rectum per Pe-
,, riculum, cui a mane terra D. Pichignoti, sero
,, terra Amiti de Mansuedo, monte via publica.
,, Irem unum Casale jacentem io dicta Villa re-
,, ctum per Bellusum, cui a maoe terra dicti Belu-
,, sii, monte via publica. Item tria prata jacentia
,, ad Meglam de Riccolis, uoi quarum coheret a
,, mane terra filiorum q. Bortholamei de Barcella,
D ,, meridie Nemus Comunis de Maosuedo, sero ter-
,, ra dictæ Curiæ; alteri coheret a monte rerra Vi-
,, viani de Opitergio, sero terra Cortesiæ de Man-
,, suedo; tertio vero coheret a mane, meridie, &
,, sero terra dictæ Curiæ, a monte Acqua Valentl
,, labitur. Item unum pratum jaceotem in dicto
,, territorio ad Cæsas, cui a mane terra Zanuti de
,, Borcella de Mansuedo, meridie terra Plebis de
,, Mansuedo, sero via publica. Item quatuor Ju-
,, gera terræ ragonat. jacenr. in dicto territorio in
,, cal de mezo cum decima, cul a mane terra Cros-
,, nelli, meridie via publica, monte terra Marsi-
,, lll de Mansuedo. Item unam Rogonatam jacen-
,, tem in dicto territorio in Silvarolo, cui a mane
,, terra Ecclesiæ S. Justinæ de Fossa Biuba, meri-
,, die terra q. Nicolai de Fossa biuba, sero via pu-
,, blica, moute labitur flumen Rasegi. Item Ne-
,, mus, quod appellatur Carpendum, quod coofi-
,, nar cum Comune de Lutrano, Villa longa, &

de

A de Basalgellis. Item Nemus, quod appellatur Faedù, cui a mane terra communis de Rivulis, meridie Campanea de Raurello partim, & partim Nemus illorum de la Sega, fero & monte Restegia labitur. Item Tratam de Masfuedo. Item Nemus quod appellatur Comugita Bruscadellis de Mansuedo jacens in d. territorio Mansuedi. Item unum Mansum jacentem in Villa territorii de Fossabiuba rectum per Matthiam dicti loci, sedimen cujus coheret a mane, & meridie via publ. fero terra D. Bianchini de Camino. Item unum Mansum jacen. in dicto territorio rectum per Guidotum, sedimen cujus coheret à mane, & fero terra predicti D. Bianchini de Camino, meridie via publica. Item unam petiam terræ rectam per dictum Guidotum jacentem in territorio Mansuedi, cui undique terra Curiæ predictæ Portus Buffaleti. Item unum Mansum jacen. in dicto territorio rectum per Ritium de Fossabinba sedimen cujus coheret à mane, &
B meridie via publica, fero terra Guidonis de Fossabiuba. Item duas petias terræ jacentes in Busfedoti cum Decima rectas per Vendraminum Zaffo, cui à mane, & meridie terra dictæ Curiæ, a monte terra D. Bianchini de Camino. Item unam petiam terræ cum decima jacentem in territorio Buffedi; & Mansuedi rectam per Butramum de Fossabiuba, cui a mane, & monte terra dictæ Curiæ, fero via publica. Item duas pecias terræ arativas regonatas jacentes in dicto loco, & territorio rectas per Armanum q. Joannis Sigresi de Fossabiuba. Item unum mansum cum decima, jacen. in Ghirano, rectum per Joannem de Mino de Girano sedimen cujus coheret à mane, & monte terra Angeli da Prata, meridie terra Liriani de Ghirano, fero via publica. Item tres petias terræ jacentes in dicto territorio Sirani cum decima rectas per Hendricum Cotium de Ghirano, una quorum jacet in loco dicto in Lacono, cui à mane, & monte flumen
C Medunæ labitur, meridie terra Piccoli de Ghirano . . . in loco post paludem, cui a mane terra D. Gozeli de Prata, meridie flumen Liquentiæ labitur, fero, & monte terra Accorti: tertia jacet io loco dicto in Sacillo, cui a mane terra D. Bellundo de Prata meridie terra dicti Accorti, monte quedam fossa Comunis. Item duas petias terræ jacentis in dicto territorio Ghirani cum decima rectas per Joannem de Mino, una quarum jacet in loco dicto Castello, cui a monte terra Nicolai de Prata, meridie terra dicti Joannis de Mino, fero via publica; alia jacet in loco dicto io villa, cui à mane via publica, meridie terra Tiriani de Ghirano, monte terra d. Nendrici Cocti de Ghiranó. Item unum mansum jacen. in Villa territorii Clarano rectum pet Laurentium de Clarano sedimen cujus coheret à manoe, & monte via publica, meridie terra Bartholomæi de Clarano. Item Cortinam de Clarano undique fossadatam, & sique aliæ sunt coheren-
D tiæ veriores, exceptis feudis, Vasallis, Vasalitiis, & servis, & ... bus de Mariata, qui non intelligantur esse permutati in hac permutatione, quæ remanere debeant sicut prius in D. Episcopum, & Episcopatum suum, & Ecclesiam Cenetensem, quia sic inter eos actum extitit, & conventum. Vassalli tamen Portus Buffaleti, qui pro suis feudis sunt astricti facere servitia curiæ Portus Buffaleti, ipsa servitia dictæ Curiæ Portus Buffaleti facere teneantur pro dicto D. Tolberto secundum formam appositam in Istrumentis suorum feudorum, & investiturarum suarum per ipsum Episcopum, & præcessores suos, & hoc nominatis pro infrascriptis possessionibus, jurisdictionibus, & juribus, quæ dictus D. Tolbertus dedit, tradidit, & permutavit jure proptio, & in perpetuum, ac io concambium dedit, tradidit, & permutavit dicto D. Episcopo recipienti pro se, & successoribus suis, & Episcopa-

tu suo, & Ecclesiæ Cenet. Castrum Novum cum Palatio, Domo, & Juribus . . . fossis, & montibus, & Ædificiis pertinentibus dicto loco, & Castro, & Curiæ Castri Novi; Jus, jurisdictionem, Comitatum, & Signoriam in Villa de Corbanesio; Item unum Molendinum, & unam postam Molendini, & unam petiam terræ jacentem juxta dicta Molendia a positas, & sitas in Villa, & territorio de Corbanesio rectum ad Livellum per heredes q. Joannis de Paredo, cui a mane terra predictæ Curiæ Castri Novi, meridie terra qu. Jacobini de Scaypa, fero, & monte terra communis de Corbanesio. Item unam Clausuram cum una domo jacentem juxta Casinam de Corbanesio rectam ad livellum per heredes q D. Joannis, cui a mane labitur Cervanus, meridie, & fero via publica, monte Guidoti de villa. Item unum mansum jacen. in Costa de Corbanesio in collo de Melle rectum ad livellum per Michaelem da Costa, cui a mane, & meridie terra Benvenuti de Judice, monte terra Lycii de Corbanesio. Item unum mansum jacen. subtus Castrum Novum rectum per Rambulum de Corbanesio cum decima, coheret a mane terra communis de Corbanesio, meridie terra Rabuli, fero Joannis de Staypa, monte labitur Cervanus. Item unum mansum jacen. juxta dictum Castrum Novum rectum pet Salvum Castelanum. Item unum mansum jacen. in dicto territorio rectum per Mamitelnm sedimen cujus coheret a mane terra Venturæ Boseli, meridie, fero, & monte terra Joaonis da Staypa. Item decimam uoius peciæ terræ rectam per Joannem Butarellum jacentem in Munzana, cui a maue labitur quidam rivus, a meridie, & monte terra D. Guezoloni de Camino. Item decimam peciæ terræ jacentem in Belvedero rectam per Tardivellum de monte. Item unum mansum jacen. in dicto territorio rectum ad livellum per Dominicum de Coltura, sedimen cujus coheret a mane via publica, meridie rivus, feto labitur flumen Cervaoi. Item unum domum cum clausura jacentem in Feiereno rect. ad livellum per Dominicum, & Odnricum de Felerano, cui a mane labitur rivus, fero via publ. monte terra Ghirardi de Bagnolo. Item unum mansum in dicto territorio rectum ad livellum per Jacobum Burtatellum de Corbanesio. Item unum mansum jacen. in dicto territorio rectum ad livellum per Odoricum de Corbanesio, sedimen cujus à mane, & monte via publica, meridie terra heredum q. Michaelis de Corbanesio. Item unum Mansum jacen. in S. Maria de Pecolo de Feltro rectum ad livellum per Laurentium de Matozii, a mane terra Jacobini Bruzoladi de Feltro, meridie terra dicti Jacobini, & Necazii de Feltro, monte terra q. Venturæ de Feltro. Item unum Mansum jacen. in Martorago, sedimen cujus coheret a mane, & meridie via publica, feto, & monte terra Episcopatus Ceneteolis. Item jus, jurisdictionem, & Signotiam, & Comitatum in Villa de Tartio, col Marocco, & Fratta. Item unum Mansum jacen. in Villa, & territorio de Tartio ad Campanerium rectum ad livellum pet Joannem q. Btencelli de Tartio, sedimen cujus coheret a mane terra Curiæ Cenet. meridie terra d. Joannis, fero via publica. Item unum Mansum jacens in dicta Villa ultra rivum rectum ad livellum per Zogam de Tartio, sedimen cujus coheret a mane, meridie, & moute via publica, fero Odotici . . . Item unum mansum jaceo. in dicto territorio ad mezam Villam rectum ad livellum per Mansredum q. Dominici, sedimen cujus coheret a mane terra Pizoli du Tartio, fero & monte via publica. Item unum mansum jacen. in dicta Villa rectum per Domioicum Zavutolini, cui coheret à mane quædam via, à meridie via publica, fero terra Dominici de Natale. Item unum mansum jacen. in dicta Villa ul-

„ tra rivum sediminis cujus à mane labitur rivus, A
„ meridie via publica, monte pasculum Communis.
„ Item unum mansum jacen. in dicta Villa rectum
„ per Lazarum sedimen cujus coheret a mane ter-
„ ra Odorici partim, & partim Zachariæ, meri-
„ die via publica, sero terra Petri de Panagio.
„ Item unum Mansum in dicto territorio in Rase-
„ na rectum ad livellum per Siposfonam de Rase-
„ na sedimen coheret a mane via publica, meridie
„ terra Otis, sero terra Pauli de Bezi partim, &
„ partim Odorici. Item unum mansum jacen. in
„ dicto territorio ad Buciam rectum ad livellum
„ per Mutium de Borello, cui a mane terra Pauli
„ de Bobio, sero terra Joannis de Cavasio, monte
„ via publica. Item unum pratum jacens in dicto
„ territorio rectum ad livellum per Laurenrium de
„ Pilla, cui a mane labitur rivus, meridie via pu-
„ blica. Item unum praruni jacens in dicto terri-
„ torio in capite paludorum rectum per Lazarum.
„ Item tres petias terræ jacentes in dicta Villa, &
„ territorio ad col Maccoro rectum ad livellum per B
„ Joannem de col Maccoro. Item unum Mansum ja-
„ cens in Mezam Villam rectum ad livellum per
„ Joannem de Pilla sedimeu cujus a mane terra cu-
„ riæ Cenet. sero, & monte via publica. Item
„ unum Mansum jacens in Frata rectum ad livel-
„ lum per Ordengatium sedimen cujus a mane ter-
„ ra Ghirardi, meridie terra dictæ curiæ, monte
„ via publica. Item unum Mansum jaceus iu me-
„ za villa sedimen coheret a mane terra Joannis
„ de Pilla, meridie, & sero terra Pizoli. Item unam
„ clausuram jacentem in Susneda rectam per Ale-
„ ctum præconem ad livellum, cui a mane, & me-
„ ridie terra dictæ Curiæ, sero terra Laurentii de
„ Pilla. Item mudam, & pedagium Villicationis
„ dictæ Curiæ Castri novi. Item medietatem pro
„ indiviso Laci de Tovena cum Paludibus omni-
„ bus sibi pertinentibus, quibus coheret a mane
„ Villa & Territorio de Ruinis, meridie territo-
„ rium dictæ Curiæ Castri novi, sero territorium
„ magnifici Viri D. Guecceloni de Camino, monte C
„ magnifici, & petentis viri D. Rizzardi de Cami-
„ no. Item jusjurandum, & signoriam in Villa
„ Arsanta. Item medium mansum in Arsanta ad
„ Costarutum rectum ad livellum per Vincentium
„ q. Curti sedimen coheret a mane terra Mabelli,
„ meridie via publica, sero labirur rivus. Item aliam
„ medietatem supradicti ad livellum per Zenum q.
„ Mabelli heredis q. Ture, & Carum q. dicti Cur-
„ ti. Item unum mansum jacens in Colla de Fede-
„ ra rectum ad livellum per Joannem de Bassal-
„ ghella, cui a mane terra Joannis de Curte, me-
„ ridie terra Joannis de Cavasio. Item unum man-
„ sum jacens in Arsanta rectum ad livellum per
„ Petrum, & Michelutium de Arsanta, a mane,
„ meridie, monte, & sero terra Plebis de Tarsio.
„ Item unum mausum jacens in Zutello rectum ad
„ livellum pro indiviso de Zutello, cui a mane ter-
„ ra Joannis de Zoello, meridie terra Communis
„ de Arsanta. Item medietatem unius mansi ja-
„ centem in Zuello rectam per Joannem de Stello, D
„ cui a mane via publica, meridie terra Communis
„ predicti. Item unum mansum jacens in Arsan-
„ ra, rectum ad livellum per Petrum q. Michelu-
„ cii, cui a mane, & meridie terra Joannis de Ca-
„ vasio, monte via publica. Item unam clausu-
„ ram jacenrem in Arsanta ad collum, rectam ad
„ livellum per Lelium d'Arsauta, cui a mane via
„ publ. sero, & monte terra dicti Lelii. Item di-
„ midium mansum jacens ad Costam de Aldrico,
„ rectum ad livellum per heredes q. Albrici, cui a
„ mane, & monte via publica, meridie terra Jo-
„ annis de Staypa. Item dimidium mansum jacens
„ ad Costam de Albrico rectum ad livellum per
„ Martinum de Arsanta, cui coheret a mane via
„ publica, meridie terra Lazari de Staypa. Item
„ Nemus quodam situm in territorio dictæ Villæ,
„ quod appellatur Nemus Curiæ. Item unum Pra-
„ tum jacens in Zuello, rectum per Nicolaum præ-

„ conem, cui a mane terra Grimaldi de Frata, se-
„ ro terra Communis, moute Nemus dictæ Curiæ.
„ Item duas petias terræ jacentes ad Costarurum
„ rectas per Vivianum q. Cortis. Item unum Man-
„ sum jacens in Ceneta rectum per Benvenutum
„ de Cigoto de Ceneta, sedimen cujus coheret a
„ mane terra magnifici D. Rizzardi de Camino,
„ meridie, & monte via publica. Item unum Man-
„ sum jacentem in dicto territorio, & Villa de Ce-
„ neta rectum ad livellum per Vendraminum de S.
„ Vito sedimen cujus coheret a mane terra Joannis
„ de Dosena, meridie terra Vendramini Col de
„ monte, monte via publica. Item unum jacen-
„ tem iu dicta Villa rectum per Bertaldinum Can-
„ dubrinum sedimen cujus à mane terra Hendrici
„ de Brucito, meridie terra Aistardi, & fratrum,
„ monte via publica. Irem unum mansum jacen. in
„ dicta Villa Acclausium rectum per Armanum
„ de manso sedimen cujus a mane & monte via
„ publica, meridie Episcopatus Cenetensis. Item
„ unum mansum jacens in dicto territorio in Peco-
„ lo rectum ad livellum per Petrum de Pecolo sedi-
„ men cujus a mane quidam Rivus, meridie via,
„ sero terra Nelisei, monte via publica. Item
„ unam clausuram jacentem in dicto rerritorio ul-
„ rra Miscum rectam ad livellum per Joannem de
„ Frasenedo, cui a mane terra Can. Ceneten me-
„ ridie, & monre via publ. Irem unam clausuram
„ jacentem in dicto territorio rectam ad livellum
„ per Vendraminum de S. Vito, cui a mane terra
„ Can. Ceneten. meridie terra Blasii de Racera.
„ Item unum mansum jaceus in S. Laurentio re-
„ ctum ad livellum per Furlanum de S. Laurentio
„ sedimen cujus a mane, & monte terra S. Ni-
„ colai de Montesella, sero terra Hendrici de Bn-
„ ralto. Item unum mansum jacen. iu dicto loco
„ rectum ad livellum per dictum Furlanum, cui
„ coherer a mane terra predicti monasterii de
„ Montesella, meridie & sero terra Monasterii S.
„ Justinæ de Senavallo. Item unam clausuram ja-
„ cen. ad Salsam rectam ad livellum per heredes
„ Joannis Cuchi, cui a mane, & sero terra D. Pi-
„ zole de Serravallo, monte via publica. Item u-
„ nam clausuram sitam, & jacentem juxta Ca-
„ strum S. Martini, cui a mane rerra q. Gilberti
„ de Opitergio, meridie castrum S. Martini, sero
„ via publica. Item unum mansum jacen. ad S. Ja-
„ cobum de Veglea rectum ad livellum per Titia-
„ num de Salsa, cui a mane rerra Andrioli, meri-
„ die via publica. Item decimam unius petiæ ter-
„ ræ Tornamontis Santorii jacentis ultra Muscum
„ rectam per Joannem Papam, cui a mane terra
„ Heredum q. magistri Octonis, meridie terra
„ Fedrici notarii. Item decimam quatuor petia-
„ rum terræ jacentis ad Rotas rect. per Armanum
„ de manso. Item unum mansum jacen. in Ceneta
„ ad Colivium rectum per Fedricum de Cretis se-
„ dimen cujus a mane rerra Benvenuti Cigoto, &
„ Rubei de Sigolso, meridie, & sero via publica.
„ Irem Decimam unius mansi Canon. Ceneten re-
„ ctam per Ambrosium Cadubrinum sedimen cu-
„ jus a mane terra Gregi de Colettis partim, &
„ partim via publica, meridie terrá Episcopatus
„ Cenetensis, & Odorici q. Gello. Item unam
„ clausuram jacen. in Ceneta ad Tulpoaum rectam
„ per dictum Ambrosinm, cui a mane via publica,
„ meridie rerra heredum q. Odorici de post Castro,
„ sero Almerici Barberii de Serravallo. Item unam
„ clausuram jacen. ad Prade rectam per Nigrum
„ Fugatelle, cui a mane terra Foscanilli, moute
„ pratum Canon. Ceneten. Item unum mansum
„ jacen. in Ceneta ad Col altum rectum per Lu-
„ nardum de Moutanero, cui a mane labitur Cer-
„ vata partim, & partim terra Andreæ q. Ralnal-
„ di, meridie rerra Canon. Ceneten. monte via
„ publica. Item unum pratum jacens ad Roure-
„ dum rectum per Pairinum, a monte terra Odo-
„ rici de Cigoln. Item Decimam unius petiæ ter-
„ ræ jacentis ad Pratalinum per Joannem Cheso-

tum,

tum. Item decimam duarum partium terræ heredum q Rinaldo jacentium ad Pratalinum rectas per Bertaldinum de cad. Item unam petiam terræ cum Decima jacente in dicto territorio ad Pratalinum rectas per Capam, cui a mane tarra Pigoli de posa Casaro, sero, & monte via publ. Item Decimam unius petiæ terræ Joannis Malesii rectam per Blasium de Racera jacens subtus sedimen Jacobi, cui a mane terra recta per Titianum de Salsa, meridie via publica. Item Decimam unius petiæ terræ jacentis ad Rouredum rectam per . . . . de S. Vito, cui a mane terra Almengrada de valie, meridie & monte via publ. Item unam Clausuram cum . . . . jacen. ad Telituram rectam per Bartholomeum Pignoli, cui a mane terra Guecelonis de Romagno, meridie via publ. sero Canon. Ceneten. Item unam petiam terræ jacen. ad col alrum rectam per dictum Bartholameum, cui a mane via publica, meridie terra Costantis. Item unam petiam terræ jacen. in Lirievam rectam per dictum Bartholomeum, cui a mane terra Canon. Ceneten. meridie terra Guidonis de Carlo, monte terra heredum q. Salvagni cum Decima. Item Decimam unius petiæ terræ Canon. Cenet. jacen. ad Pratalinum rectam per Piriculum. Item decimam unius petiæ terræ D. Rizzardi de Camino jacentis subtus Braidam rect. per Petrum Palduisi. Item unum Pratum jacentem in dicto territorio ad Dolce. Item Decimam rectam per Dominicum Candebani, cui à mane via publica, à sero quidam Rivus. Item Decimam medietatis unius Clausure pro indiviso Heredum q. Oliverii jacen. ad Calem Casalis. Item Decimam unius petiæ terræ jacentis in dicto territorio rectam per Bartholomeum de Col bolzayo. Item Decimam unius petiæ terræ Hendrici de Burato rectam per Gorardinum de Broleo jacentis ad Calzem Putei, cui à mane via publica, meridie terra D. Hendrici. Item unam Clausuram jacen. ad Costam Pirisinam rectam ad livellum per Heredes q. Iriani de Cottonello. Item decimam unius petiæ terræ jacentem ultra Miscum rectam per Dominicum q. Balzani. Item decimam duarum partium terræ Magiltri Mirandi Belzanis jacentem ad Calmam . . . . . Item decimam unius petiæ terræ jacentem ad Velgam rectam per Joannem Pesam, cui à mane terra Paridini de Susrata, sero rerra Heredum q Magistri Ottonis de Collo. Item decimam unius prati jacentis ad Prede rectam per Guidonem de Tervisio. Item unum mansum jacen. in Plangano rectum ad livellum per Petrum, & Autonium fratres de Plangano sedimen cujus coheret a mane via publica, meridie terra Ecclesiæ de Marcorado partim, & partim terra Guizelonis de Romagna, sero labitur Monteganus, monte quidam Rivus pattim, & partim rerra dictorum fratrum. Item unam clausuram in decima, & nnam petiam terræ jacentis in territorio Cenetensi rectam ad livellum per Pandulsum Hololino. Item domum unam cum Broletto jacentem in Burgo Cenetensi, cui à mane, & monte viæ publicæ, meridie terra recta per Fedricum not. sero domus, & terra Hendrici de Braro. Item unam clausuram cum Decima jacentem ultra Miscum rectam ad livellum per Jacobum & Amansium fratres, cui à maue terra heredum q. Zamboni de Salsa, meridie terra Francisci Notarii, monte via publica. Item unam petiam terræ jacentem ad Novam Longam rectam ad livellum per dictos fratres, cui à mane terra Heredum q. Brusoladi, sero Can. Cenetensium. Item unam clausuram cum Decima jacentem ultra Miscum rectam ad livellum per Joannem Papam, cui à mane terra D. Guccelli de Romagno, meridie terra Pauli de Salsa. Item unam clausuram cum Domo jacentem ad Selasorum rectam ad livellum Joannis Paseri, cui à mane via publica meridie terra heredum Magistri Ottonis. Item unam petiam terræ clausuratam cum Decima jacentem ulrra Miscum super Fossatum rectam ad livellum per dictum Benvenutum, & Romanum, cui a mane via publica, meridie terra Tornamondi Sartoris, sero terra Pauli de Salsa. Item unam periam terræ clausuratam jacentem ad Selatorium rectam ad livellum per Dominicum Balzani, cui à mane terra Heredum q. Magistri Ottonis, sero via publica, monte terra dicti Dominici. Item unam clausuram jacentem in Ceneta rectam per Bartholomeum de Bonello, cui a mane terra Heredum q. Beraldi de Burato, meridie terra Episcopi Ceneten. sero, & monte via publica. Item unam clausuram jacentem in dicto territorio ad Salsam rectam per Joannem de Poso Casoro, cui a mane terra Bortholomei de Selasorio, meridie terra Can Cenetensis, sero & moute viæ publicæ. Item unam petiam terræ ad Raceriam rectam ad livelium per Morelium de S. Vito, cui a mane via Raceræ, sero Canon. Cenet. monte terra Pandivivi de Bronsito. Irem unam petiam terræ ad Rotas rectam ad livellnm per beredes q. Bernardi de Brucito. Item unam clausuram jacentem ad Cuculam rectam per Armanum de manso, cui a mane rerra Beraldi de Calde, Monte via publica. Item nnum pratum rectnm per Ambrosium, cui a mane Canon. Cenet meridie terra Blasii de Rasera. Item unam petiam terræ jacentis ad Calcem de Rampono rectam ad livellum per dictum Ambrosium, cui a mane terra Heredum q. Joannis de Calbolzajo, meridie terra Constantini. Item petiam unam terræ jaceutem subto braidam rectam per Jacobum de Braido, cui à mane terra . . . . . . sero, & monte via publica. Item unam petiam terræ jacentem in dicto loco rectam per Bianchinnm de collo, cui a mane terra Joannis de post Casoro, sero terra Episcopatus, monte via publica. Item unum molendinum situm in Ceneta super flumen Mischi ad pontem . . . . rectum ad livellum per Gabrielem da Valle, cui a mane labitur flumen Mischi, meridie, sero, & monte via publica. Item unum mansum jacentem in Villa, & Territorio S. Vendimiani rectum ad livellum per Vendramum Franiscandi sedimen cujus coheret a mane labitur Cervata partim, & partim terra Guizardi de dicto loco, meridie terra dicti Guizardi, sero & monte via publica. Item unum mansum jacentem in dicto territorio rectum per dictum Vendraminum, cui a monte terra dicti Guizardi, meridie terra Ecclesiæ, & via publica, sero labitur Cervata, partim via publica. Item unam petiam terræ jacentem ad Campolongum rectam ad livellum per Petrum q. Pelegrini de Pugla. Item unam petiam terræ jacentem juxta Burgum Coneglani, cui a mane terra Heredum q. Mochi de Belcimo. sero rerra Monasterii S. Autonii de Coneglano rectam per ipsos fratres S. Antonii. Item unum Mansum jacentem in Gualdalro rectum per Joannem de Gualdalto sedimen cujus coheret a mane terra Heredum q. Bonlunardi Notarii Communis, meridie, sero, & monte via publica. Item unum Mansum jacentem in Campolongo rectum per ipsum Joaunem, cui a mane via publica, meridie terra q. Guastapanni de Coneglano, sero labitur flumen Monteglaui. Item Decimam unius Mansi q. D. Castellani de Taglarado da Coneglano jacentem in Villa de Anglano sedimen cujus mansi coheret a mane via publica, meridie terra Pandini Callegarii de Coneglano, sero terra D. Grossi de Coneglano. Item decimam unius petiæ terræ Semaonis de Anglano jacentem in Salgaredum, cui a mane terra Ecclesiæ de Anglano, meridie terra recta per Bonum de Anglano, sero terra Gregia de Colitis, & Bettini della Motta de Coneglano. Item Decimam nnius Mansi Mansionia de Montesella jacentem in Auglano rectam per Bella de Anglano, cui petiæ

,, terræ dicti Mansi jacen. ad Campagnola coheret A
,, a mane terra Pandii Calegaris, sero, & monte
,, via publica. Item Decimam unius petiæ terræ
,, Ghirardi de Bagnolo rectam per Zanutium de
,, Vendraminelli jacentem in dicto territorio in
,, Anglano in Casabrazai, cui a mane terra Man-
,, sionis de Montesella, a monte via publica. Item
,, decimam unius petiæ terræ dicti Gerardi rectam
,, per Zanutium jacentem in dicto terrirorio in lo-
,, co dicto Siphena, cui a mane via publica, sero,&
,, monto terra Mansionis de Montesela. Item De-
,, cimam unius petiæ terræ dicti Gerardi rectam
,, per dictum Zanutium jacentem ad rivum, cui a
,, mane Rivus, a meridie, sero,& monte via publi-
,, ca. Item decimam unius petiæ terræ Martinei
,, de Anglano jacentis iu loco dicto Visnado, cui a
,, mane terra Abrat d'Anglano partim, & partim
,, D. Nicolai de Brachis, sero & monte via publi-
,, ca. Item Decimam unius petiæ terræ Gueceionis
,, de Romagno jacentis in dicto loco, cui a mane
,, terra Jacobi,& via publica, meridie via publica. B
,, Item Decimam unius petiæ terræ dicti Jacobi de
,, Sperandeo jacentis ad Roncum, cui à mane ter-
,, ra Castellani de Castrongeneino, à meridie via
,, publica. Item decimam unius petiæ terræ Abrat
,, de Uglano jacentem in Visnado, cui à mane ter-
,, ra supradicti Martini, meridie terra Uberti de
,, Calbrusado jacentem ad Bacetum, cui a mane
,, terra D.Nicolai de Bracchis partim, & partim
,, Francisci de Crusniga, meridie terra dicti Fran-
,, cisci. Item decimam unius petię terræ dicti Uber-
,, ti jacentis in dicto loco, cui a mane sero & monte
,, terra q. Grosii de Coneglano. Item decimam
,, unius petiæ terræ dicti Uberti jacentem in Cal-
,, dera, cui a mane terra Castellani de Castroange-
,, rino, sero terra Abrat, monte via publica. Item
,, decimam unius petiæ terrę dicti Uberti jacentem
,, in dicto loco, cui a mane terra Benedicti de Au-
,, glano, meridie terra Ecclesiæ do Anglano, &
,, quædam senten. Item decimam unius Mansi Ca-
,, stellani de Castro-Angerino jacentem in dicto C
,, Territorio in Visnado, sedimen eujus coheret a
,, mane, & monte via publica, meridio terra Gue-
,, celionis de Romagno. sero terra dicti Castellani.
,, Item decimam unius petiæ terræ Abrat do An-
,, glano jacentis ad Monegas, cui a mane terra di-
,, cti Castellani, meridie, & sero via publica. Item
,, decimam unius petiæ terræ dicti Abrat jacentis
,, in Visnado, cui a mane terra dicti Castellani,
,, monte via publica. Item decimam unius petiæ
,, terræ in loco dicto Abrat in Armeredo, cui a ma-
,, ne terra Monasterii de Colle, sero terra Man-
,, sionis de Montesella. Item decimam unius pe-
,, tiæ terræ Albergerii de Collitis jacentem in Val
,, Calderogna, cui a mane terra supradicti Abrat,
,, meridie via publica. Item Decimam unius petiæ
,, terræ dicti Albergeril jacentis in dicto loco, cui
,, a mane Commune de Scomico, meridie via publi-
,, ca. Item Decimam unius petiæ terræ dicti Man-
,, si ad Rignolas, jacentis a mane terra dicti Asber-
,, gerii, meridie via publica. Item decimam unius D
,, petiæ terræ Ercellini de Vignolis jacentis ad Col
,, Formosum, cui a mane, meridie,& sero via publi-
,, ca. Item Decimam unius petiæ terræ dicti As-
,, bergerii jacentis, a colventerarii, cui a mane &
,, meridie terra Ercellini de Vignolis, sero,& mon-
,, te via publica. Item Decimam unius petiæ terræ
,, jacentis sub Runchis, cui a mane & sero terra
,, Ercellini de Vignolis. Item Decimam unius pe-
,, tiæ terræ Mansi uxoris q. Matthei de Grosso ja-
,, centis in Visnado, cui a mane terra Mansionis de
,, Montesella, sero, & monte via publica. Item
,, decimam unius petiæ terræ Benedicti de Angeli-
,, no jacentis in dicto loco, cui a mane terra D. Ni-
,, colai de Brachiis, meridie & sero dicti Benedicti.
,, Item Decimam unius petiæ terræ Bounæ Pal-
,, mæ Dalmedellæ jacentis in Viglemero, cui a ma-
,, ne via publica, monte, & sero terra Francisci de
,, Crusgniga. Item Decimam unius petiæ terræ

,, dicti Benedicti jacentis in Cal Zorzo, cui a mane,
,, & meridie via publica. Item Decimam unius pe-
,, tiæ terræ Joannis Valenti jacentis in Coldecida,
,, cui a mane terra Abrat, meridie terra Benedicti
,, de Angelino. Item Decimam unius petiæ terræ
,, dicti Joannis jacentis in dicto loco, a mane terra
,, dicti Joannis, meridie sero & monte via publica.
,, Item decimam unius petiæ terræ Mansi Asber-
,, gerii jacentis subtus Ecclesiam, cui a mane dicti
,, Albergerii, meridie terra Francisci de Crusniga.
,, Item Decimam unius petiæ terrę Magistri Uber-
,, ti de Coneglano, & Heredum q. Bon Lunardi ja-
,, centis in Visnado, cui a mane terra Ecclesiæ de
,, Angiano, meridie, & sero via publica. Item De-
,, cimam unius petiæ terræ Ecclesiæ de Angiano,
,, & Benedicti de Angelino, cui a mane terra Man-
,, sionis de Montesella, meridie via publica, sero
,, terra Uberti de Colbrusado, & Heredum q. Bon
,, Lunardi. Item Decimam unius petiæ terræ ja-
,, centis in Manghesilla cui a mane terra q. D.
,, Megliorati della Vazola, sero & monte via
,, publica. Item Decimam unius petiæ terræ
,, Aldrighetti de Bagnolo jacentis in dicto territ.
,, de Bagnolo, cui a mane terra Fulcerii q. D. Lau-
,, rentii de Scotis de Conegliano, meridie terra di-
,, cti Fulcerii partim, & partim . . . . de Bagno-
,, lo,& partim Habat d'Anglano, sero via pub. par-
,, tim, & partim terra Ecclesiæ de Mansuedo,
,, monte terra Ecclesiæ de Angiano. Item deci-
,, mam duarum petiarum terræ dicti Fulceril ja-
,, centem in dicto loco, uni quarum coheret à ma-
,, ne terra Benedicti de Anglano, sero, & mane
,, terra dicti Aldrigletti; alii petiæ terræ coheret a
,, mane terra dicti Benedicti, meridie terra D.
,, Gheraldi Dalmedelie, sero terra dicti Fulcerii;
,, & sique aliæ sunt coherentiæ veriores exceptis
,, feudis, Vassalibus, Vasalitiis, & servis, &
,, hominibus Masnata, quibus non intelligantur
,, este permutati in hac permutatione, sed rema-
,, nere debeant sicut prius in D. Tolberto, & suis
,, heredibus, quia sic inter eos actum extitit, & con-
,, ventum. Vassali tamen, qui pro suis feudis sunt
,, astricti facere servitia curiæ Castri Novi, tenean-
,, tur D. Episcopo secundum formam appositam in
,, instrumento suorum feudorum, & investitura-
,, rum suarum factarum per dictum D. Tolbertum,
,, & serecentiores suos; ita quod unusquisque eo-
,, rum D. Episcopus supradictus, & D. Tolbertus
,, vicissim possessiones, jurisdictiones, & jura a
,, se permutata alter supra teneat, & possideat cum
,, omnibus jurisdictione, Comitatu & Signoria,
,, pratis, & Nemoribus, cultis terris, & incultis,
,, domibus, & edificiis, molendinis, acquis, &
,, acquaticis, buscationibus, & piscationibus, &
,, venationibus, viis, aditis, & transitis, introi-
,, tu, exitu, & superioribus, & interioribus, &
,, cum omnibus pertinentiis, & adherentiis suis,
,, & omnibus juribus, & rationibus, & actioni-
,, bus a Cœlo usque ad abissum pertinentibus intra
,, supradictis, & unusquisque eorum prædicta om-
,, nia, & singula a se permutata alteri possint
,, vendere, dare, donare, permutare, infeuda-
,, re, allivellare, alienare, pignorare, obligare,
,, & totam suam facere voluntatem absque alicu-
,, jus eorum, seu alicujus alterius personæ, vel
,, partis conditione, & constituerunt se ad invi-
,, cem unus pro altero videl. D. Episcopus pro ipso
,, Episcopio res, possessiones, jurisdictiones, & jura
,, a se permutatas alteri possidere quousque unus-
,, quisque eorum predictarum rerum, possessio-
,, num, jurisdictionum, jurium sibi ad invicem per-
,, mutat. possessionem acceperit corporalem, quia
,, siquidem accipiendi sua propria autoritate licen-
,, tiam omnimodam concesserunt. Promittunt
,, namque supradicti D. Episcopus, & D. Tolber-
,, tus sibique ad invicem videl. unus alteri per se,
,, successores, & heredes solemnibus stipulationi-
,, bus hinc inde intervenientibus de rebus, pos-
,, sessionibus, jurisdictionibus, & de omnibus

aliis,

,, aliis, & singulis supradictis à se permutatis sibi ad invicem, vel successoribus, vel heredibus suis per se, vel per alios litem, vel controversiam aliquo tempore non inferre, nec inferenti consentire. Sed unusquisque eorum res, possessiones, jura & jurisdictiones, tam in proprietate, quam in possessione sibi, & successoribus, & heredibus suis ad invicem ab omni homine, universitate, & parte legitimè desendere, auctorizare, & expedire, vacuamque possessionem sibi ad invicem tradere, & se ipsos vice mutua in possessione, & proprietate facere potiores, constituentes, & asserentes unusquisque eorum predictas res, jurisdictiones, & jura à se uno alteri permutatas liberas esse, & nulli alii servituti, seu jurisdictioni obnoxias, vel subjectas, & si reperientur, liberare promittunt suis periculis, & expensis, & predictam permutationem, & omnia, & singula, & predicta promiserunt sibi ad invicem predicti D. Episcopus & D. Tolbertus perpetuo rata, grata, & firma habere, & tenere, nec contra facere, vel venire aliqua vel causa sub aliquo ingenio de jure, vel de facto sub pena dupli valoris rerum, possessionum, jurisdictionum, & jurium permutatorum a se uni alteri promissa sibi ad invicem & solemniter stipulata. Quod si quo tempore quæstio vel controversia alicui eorum, vel suis sucessoribus de dictis rebus, possessionibus, jurisdictionibus, & juribus à se alteri permutatis, aut aliqua earum vel parte, aut earum occasione, vel alicujus earum moveretur, ipsarum litem, questionem, & controversiam, in omni tempore suscipere, & recipere totaliter in eadem causa ipsius rei, vel rerum, possessionum, & jurium legitimè defensioni se offerre, & in causa vel causis tam principalibus, & accessoribus seu etiam appellationum sistere usque ad finem omnibus suis expensis, & omnia damna, expensas, & interesse, quas aliquis eorum substineret occasione predictarum rerum, possessionum, jurisdictionum, & jurium a se permutatorum, vel alicujus earum in parte vel in toto in judicio, & extra judicium, sive petitorio, sive in possessorio, sive lata fuerit sententia, sive sua . . . . succubuerit, sive obtinuerit, sibi ad invicem integraliter resarcire omni exceptione juris, vel facti remota credendo de damnis, interesse, & expensis soli simplici verbo alicujus eorum, sive successorum suorum sine Sacramento, vel aliqua alia prolatione, & sine taxatione aliqua à judice facienda: quod si non fecerint, sive ad invicem non observaverint omnia, & singula supradicta & aliqua predictorum, promiserunt unusquisque eorum scil. D. Episcopus, & D. Tolbertus supradicta sibi ad invicem dare, solvere, & præstare duplum valoris rerum vel rei, possessionum, jurisdictionum, & jurium, de quibus eorum alter vel successorum molestaretur, & inquietaretur nominorum penæ premissæ, & per eos sibi ad invicem solemniter stipulatarum, quoties contrafactum fuerit, vel ita non fuerit observatum, qua soluta vel non predicta omnia firma permaneant, & præsens contractus in suo robore perseveret. Et nihilominus, si propterea, aut pro ipsis rebus, possessionibus, jurisdictionibus, sive juribus, aut pro aliquo ex predictis defendendis idem D. Episcopus, vel ipse D. Tolbertus, vel eorum successores damnum aliquod paterentur, vel expensas aliquas in judicio fecerint, sive extra, promittunt supradicti D. D. Episcopus, & Tolbertus sibi ad invicem illud damnum, & expensas integre resarcire, & reficere omni modo, sive res, possessiones, jurisdictiones, & jura fuerint emptæ, sine non, sive fuerit lata sententia, sive non, sive in petitorio, sive in possessorio, sive in parte sive in toto, quia sic inter eos actum extitit, & conventum, remissis ex nunc per pactum & conventionem inter eos jure diminuendi necessitatis appellandi. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & firmiter attendendis prefatus D. Episcopus per se & suos successores obligavit predicto D. Tolberto recipienti pro se, & heredibus suis omnia bona suæ Ecclesiæ & sui Episcopatus, & ipse D. Tolbertus per se, & suos heredes & successores suos obligavit supradicto Domino Episcopo recipienti pro se, & successoribus suis universa bona sua tam presentia quam futura renunciantes ipsi ambo pro his, & super his omnibus per pactum suis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, & aliis juribus universis, quæ contra predicta vel aliquod predictorum competere aliquo tempore viderentur, & dederunt præfati D. Episcopus & D. Tolbertus mihi Notario infrascripto plenam, & liberam licentiam, quod presentem contractum possint de Consilio sapientis reaptare, & reformare ad majorem hujus negotii firmitatem, & quoties expedierit pro utilitate ipsi Ecclesiæ juxta . . . . . suam, & secundum quod mihi melius visum fuerit expedire tam de jure quam de facto. Cęterum voluerunt & mandaverunt præfati D. Episcopus & D. Tolbertus mihi Notario infrascripto, quod ex hac permutatione duo vel plura possint facere consonantia instrumenta, unum vel plura predicto D. Episcopo, & unum vel plura predicto D. Tolberto. Actum Tervisii in Capitulo loci Fratrum predicatorum S. Nicolai de Tervisio.

,, Ego Guido de Ceneta Sacri Palatii Notarius his omnibus interfui & rogatus a partibus superdictis scripsi.

,, Ego Gugielmus Lanrerius de Campo S. Petro agri Patavini Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius ac Reverendiss. D. Episcopi Cenetensis Cancellarius suprascriptum transumptum transcripsi, & explicavi ab instrumento Originali scripto, & in publicam formam redacto per Guidonem de Ceneta Sacri Palatii Notarium suprascriptum nihil ei addendo, vel omittendo, quod verbum vel sententiam mutet vel variet, nisi quod in locis, in quibus legi non potui propter vetustatem litterarum, dimisi spatia ut superius apparet. In cujus rei fidem ex testimonio me subscripsi, signumque meum & nomen consuetum apposui, quod propter ejus magnitudinem & prolixitatem me in duabus cartis membranis scribere oportuit.)

,, *Franciscus verò, cum per decennium Cenetensi gregi præfuisset, decessit anno 1310. ut narrat Bonifacius in historia Tarvisina l. 6. p. 328.)*



24 MANFREDUS, filius Comitis Rambaldi de Collalto, ad hanc sedem fuit provectus an. 1310. XXVIII.
Decem omnino annos hanc administravit Ecclesiam, & ad Bellunensem fuit translatus anno 1320. de quo vide supra in Bellunen. Episcopis,

25 Fr. FRANCISCUS Rampouus, Bononiensis, excelsi animi vir, Ord. Servorum nobilis Theologus, & declamator eximius, Cenetensem sedem est assecutus an. 1320. 4. Non. Martii à Joanne XXII. cujus erat familiaris & charus. Apud Bononienses suos, Philippumque Regem Gallo- XXIX.

rum

A ,, terræ dicti Mansi jacen. ad Campagnola coheret
,, a mane terra Pandii Calegaris, sero, & monte
,, via publica. Item Decimam unius petiæ terræ
,, Ghirardi de Bagnolo rectam per Zanutium de
,, Vendraminelli jaceotem in dicto territorio in
,, Anglano in Casabrazai, cui a mane terra Man-
,, sionis de Montesella, a monte via publica, Item
,, decimsm unius petiæ terræ dicti Gerardi rectam
,, per Zanutium jacentem in dicto territorio in lo-
,, co dicto Siphena, cui a mane via publica, sero,&
,, moute terra Mansionis de Montesela. Item De-
,, cimam unius petiæ terræ dicti Gerardi rectam
,, per dictum Zanutium jacentem ad rivum, cui a
,, mane Rivus, a meridie, sero,& monte vis publi-
,, ca. Item decimam unius petiæ terræ Martinei
,, de Anglano jacentis iu loco dicto Visnado, cui a
,, mane terra Abrat d'Anglano partim, & partim
,, D. Nicolai de Brachis, sero & monte via publi-
,, ca. Item Decimam unius potiæ terræ Gueceionis
,, de Romagno jacentis in dicto loco, cui a mane
B ,, terra Jacobi.& via publica, meridie via publica.
,, Item Decimam unius petiæ terræ dicti Jacobi de
,, Sperandeo jaceutis ad Roncum, eui à mane ter-
,, ra Castellani de Castrongeneino, à meridie via
,, publica. Item decimam unius petiæ terræ Abrat
,, de Uglano jacentem in Visnado, cui à mane ter-
,, ra supradicti Martini, meridie terra Uberti de
,, Calbrusado jacentem ad Bacetum, cui a mane
,, terra D. Nicolai de Bratchis partim, & partim
,, Francisci de Crusniga, meridie terra dicti Fran-
,, cisci. Item decimam unius petię terræ dicti Uber-
,, ti jacentis in dicto loco, cui a mane sero & monte
,, terra q. Grosii de Cnneglano. Item decimam
,, unius petiæ terræ dicti Uberti jacentem in Cal-
,, dera, cui a mane terra Caitellani de Castroange-
,, rino, sero terra Abrat, monte via publica. Item
,, decimam unius petiæ terrę dicti Uberti jacentem
,, In dicto loco, cui a mane terra Benedicti de An-
,, glano, meridie terra Ecclesiæ de Anglano, &
,, quædam senten. Item decimam unius Mansi Ca-
C ,, stellani de Castro-Angerino jacentem in dicto
,, Territorio in Visnado, sedimen eujus coheret a
,, mane, & monte via publica, meridio terra Gue-
,, cellonis de Romagno. sero terra dicti Castellani.
,, Item decimam unius petiæ terræ Abrat de An-
,, glano jacentis ad Monegss, cui a mane terra di-
,, cti Castellani, meridie, & sero via publica. Item
,, decimam unius petiæ terræ dicti Abrat jacentis
,, in Visnado, cui a mane terra dicti Casteilani,
,, monte via publica. Item decimam unius petiæ
,, terræ in loco dicto Abrat In Armeredo, cui a ma-
,, ne terra Monasterii de Colle, sero terra Man-
,, sionis de Montesella. Item decimam unius pe-
,, tiæ terræ Albergerii de Collitis jacentem in Val
,, Calderogna, cui a mane terra supradicti Abrat,
,, meridie via publica. Item Decimam unius petiæ
,, terræ dicti Albergerii jacentis in dicto loco, cui
,, a mane Commune de Scomico, meridie via publi-
,, ca. Item Decimam unius petiæ terræ dicti Man-
,, si ad Rignolas, jacentis a mane terra dicti Asber-
D ,, gerii, meridie via publica. Item decimam unius
,, petiæ terræ Ercellini de Vignolis jacentis ad Col
,, Formosum, cui a mane, meridie,& sero via publi-
,, ca. Item Decimam unius petiæ terræ dicti As-
,, bergerii jacentis, a colventeraril, cui a mane &
,, meridie terra Ercellini de Vignolis, sero,& mon-
,, te via publica. Item Decimam unius petiæ terræ
,, jacentis sub Runchis, cui a mane & sero terra
,, Ercellini de Vignolis. Item Decimam unius pe-
,, tiæ terræ Mansi uxoris q. Matthei de Grosso ja-
,, centis in Visnado, cui a mane terra Mansionis de
,, Montesella, sero, & monte via publica. Item
,, decimam unius petiæ terræ Benedicti de Angeli-
,, no jacentis in dicto loco, cui a msne terra D. Ni-
,, colai de Brachiis, meridie & sero dieti Benedicti.
,, Item Decimam unius petiæ terræ Bounæ Pal-
,, mæ Dalmedellæ jacentis in Viglemero, cui a ma-
,, ne via publica, monte, & sero terra Francisci de
,, Crusgniga. Item Decimam unius petiæ terræ

A ,, dicti Benedicti jacentis in Cal Zorzo, cui a mane.
,, & meridie via publica. Item Decimam unius pe-
,, tiæ terræ Joannis Valenti jacentis in Coldecida,
,, cui a mane terra Abrat, meridie terra Benedicti
,, de Angeiino. Item Decimam unius petiæ terræ
,, dicti Joannis jacentis in dicto loco, a mane terra
,, dicti Joannis, meridie sero & monte via publica.
,, Item decimam unius petiæ terræ Mansi Asber-
,, gerii jacentis subtus Ecclesiam, cui a mane dicti
,, Albergerii, meridie terra Francisci de Crusniga.
,, Item Decimam unius petiæ terrę Magistri Uber-
,, ti de Coneglano, & Heredum q. Bon Lunardi ja-
,, centis in Visnado, cui a maue terra Ecclesiæ de
,, Anglano, meridie, & sero via publica. Item De-
,, eimam unius petiæ terræ Ecclesiæ de Anglano,
,, & Benedicti de Angelino, cui a mane terra Man-
,, sionis de Montesella, meridie via publica, sero
,, terra Uberti de Colbrusado, & Heredum q. Bon
,, Lunardi. Item Decimam unius petiæ terræ ja-
,, centis in Manghesilla cui a mane terra q. D.
B ,, Megliorati della Vazola, sero & monte via
,, publica, Item Decimam unius petiæ terræ
,, Aldrighetti de Bsgnolo jacentis in dicto territ.
,, de Bagnolo, cui a mane terra Fulcerii q. D. Lau-
,, rentii de Scotis de Conegliano, meridie terra di-
,, cti Fulcerli partim, & partim . . . . de Bagno-
,, lo,& partim Habat d'Anglano, sero via pub. psr-
,, tim, & partim terra Ecclesiæ de Mansuedo,
,, monte terra Ecclesiæ de Anglano. Item deci-
,, mam duarum petiarum terræ dicti Fulceril ja-
,, centem in dicto ioco, unl quarum coheret à ma-
,, ne terra Benedicti de Anglano, sero, & mane
,, terra dicti Aldrigletti; alii petiæ terræ coheret a
,, mane terra dicti Benedicti, meridie terra D.
,, Gheraldi Dalmedelle, sero terra dicti Fulcerii;
,, & sique aliæ sunt coherentiæ veriores exceptis
,, feudis, Vassalibus, Vasalitiis, & servis, &
,, hominibus Masnata, quibus non intelligantur
,, esse permutati in hac permutatione, sed rema-
,, nere debeant sicut prius in D. Tolberto, & suis
C ,, heredibus, quia sic inter eos actum extitit, & con-
,, ventum. Vassali tamen, qui pro suis feudis sunt
,, astricti facere servitia curiæ Castri Novi, teneau-
,, tur D. Episcopo secundum formam appositam in
,, instrumento suorum feudorum, & investitura-
,, rum suarum factarum per dictum D. Tolbertum,
,, & fetecentiores suos; ita quod unusquisque eo-
,, rum D. Episcopus supradictus, & D. Tolbertus
,, vicissim possessiones, jurisdictiones, & jura a
,, se permutata alter supra teneat, & possideat cum
,, omoibus jurisdictione, Comitatu & Signoria,
,, pratis, & Nemoribus, cultis terris, & incultis,
,, domibus, & edificiis, molendinis, acquis, &
,, acquaticis, buscationibus, & piscationibus, &
,, venationibus, viis, aditis, & transitis, introi-
,, tu, exitu, & superioribus, & interioribus, &
,, cum omnibus pertioentiis, & adhetentiis suis,
,, & omnibus juribus, & rationibus, & actioni-
,, bus a Cœio usque ad abissum pertinentibus intra
,, supradictis, & unusquisque eorum prædicta om-
D ,, nia, & singula a se permutata alteri possint
,, vendere, dsre, donare, permutare, infeuda-
,, re, allivellare, alienare, pignorare, obligare,
,, & totam suam facere voluntatem absque alicu-
,, jus eorum, seu alicujus alterius personæ, vel
,, partis conditione, & constituerunt se sd invi-
,, cem unus pro altero videl. D. Episcopus pro ipso
,, Episcopio res, possessiones, jurisdictiones, & jura
,, a se permutatas alteri possidere quousque unus-
,, quisque eorum predictarum rerum, possessio-
,, num, jurisdictionum, jurium sibi ad invicem per-
,, mutat. possessionem sceeperit corporalem, quia
,, siquidem accipiendi sua propria autoritate licen-
,, tiam omnimodam concesserunt. Promittunt
,, namque supradicti D. Episcopus, & D. Tolber-
,, tus sibique ad invicem videl. unus alteri per se,
,, successores, & heredes solemnibus stipulationi-
,, bus hinc inde intervenientibus de rebus, pos-
,, sessionibus, jurisdictionibus, & de omnibus

aliis,

„ aliis, & siogulis supradictis à se permutatis sibi ad invicem, vel successoribus, vel heredibus snis per se, vel per alios litem, vel conrroversiam aliquo tempore non inferre, oec inferenti cousentire. Sed nnusquisque eorum res, possessiones, jura & jurisdictioues, tam in proprietate, qnam in possessiune sibi, & successoribus, & heredibus suis ad invicem ab omni homine, universitate, & parte legitimè defendere, auctorizare, & expedire, vacuamque possessionem sibi ad invicem tradere, & se ipsos vice mutua iu possessione, & proprietate facere potiores, constituentes, & asserentes unusquisque eorum predictas res, jurisdictiones, & jura à se uno alteri permutaras liberas esse, & nulli alii servituti, seu jurisdictioni obnoxias, vel subjectas, & si reperienrur, liberare promittunt suis periculis, & expensis, & predictam permutationem, & omnia, & singula, & predicta promiserunr sibi ad invicem predicti D. Episcopus & D. Tolbertus perpetuo rata, grata, & firma habere, & tenere, nec contra facere, vel venire aliqua vel causa sub aliquo ingenio de jure, vel de facto sub pena dupli valoris rerum, possessionum, jurisdictionum, & jurium permutatorum a se uni alteri promissa sibi ad invicem & solemniter stipulara. Quod si quo tempore quæstio vel controversia alicui eorum, vel suis successoribus de dictis rebus, possessionibus, jurisdictionibus, & juribus à se alteri permutatis, aut aliqua earum vel parte, aut earum occasione, vel alicujus earum moveretur, ipsarum litem, questiooem, & controversiam, in omni tempore suscipere, & recipere totaliter in eadem causa ipsius rei, vel rerum, possessionum, & jurium legitimè defensioni se offerre, & in causa vel causis tam principalibus, & accessoribus seu etiam appellationum sistere usque ad fiuem omnibus suis expensis, & omnia damna, expensas, & interesse, quas aliquis earum snbstineret occasione predictarum rerum, possessionum, jurisdictionum, & jurium a se permutatorum, vel alicujus earum in parte vel in toro in judicio, & extra judicium, sive petitorio, sive in possessorio, sive lata fuerit sentenria, sive sua . . . . succubuerit, sive obtinuerit, sibi ad invicem integraliter resarcire omni exceptione juris, vel facti remuta credendu de damnis, interesse, & expensis soli simplici verbo alicujus eorum, sive successorum suorum sine Sacramento, vel aliqua alia prolatione, & sine taxatione aliqua à judice facienda: quod si non fecerint, sive ad invicem non observaverint omnia, & singula supradicta & aliqua predictorum, promiserunt unusquisque eorum scil. D. Episcopus, & D. Tolbertus supradicta sibi ad invicem dare, solvere, & præstare duplum valoris rerum vel rei, possessionum, jurisdictionum, & jurium, de quibus eorum alter vel successorum molestarerur, & inquietaretur nominorum penæ premissæ, & per eos sibi ad invicem solemniter stipulatarum, quoties contrafactum fuerit, vel ita non fuerit observatum, qua soluta vel non predicta omnia firma permaneant, & presens contractus in sno robore perseveret. Et nihilominus, si propterea, aut pro ipsis rebus, possessionibus, jurisdictionibus, sive juribus, aut pro aliquo ex predictis defendendis idem D. Episcopus, vel ipse D. Tolbertus, vel eorum successores damnum aliquod paterentur, vel expensas aliquas in judicio fecerint, sive extra, promitrunt supradicti D. D. Episcopus, & Tolbertus sibi ad invicem illud damnum, & expensas integre resarcire, & reficere omni modo, sive res, possessiones, jurisdictiones, & jura fueriot emptæ, sine non, sive fuerit lata senrentia, sive non, sive in petitorio, sive in possessorio, sive in parte sive in toto, quia sic inter eos actum extitit, & conventum, remissis ex nunc per pactum & conventionem inter eos jure diminuendi necessitatis appellandi. Pro qnibns omnibus, & singulis observandis, & firmiter attendendis prefatus D. Episcopus per se & suos successures obligavit predicto D. Tolberto recipienti pro se, & heredibus suis omnia bona suæ Ecclesiæ & sui Episcopatus, & ipse D. Tolbertus per se, & suos heredes & successores suos obligavit supradicto Domino Episcopo recipienti pro se, & successoribus suis universa bona sua tam presentia quam futura renunciantes ipsi ambo pro his, & super his omnibus per pactum suis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, & aliis juribus universis, quæ contra predicta vel aliquod predictorum competere aliquo tempore viderentur, & dederunt præfati D. Episcopus & D. Tolbertus mihi Notario infrascripto plenam, & liberam licenriam, quod presentem contractum possint de Consilio sapientis reaptare, & reformare ad majorem hujus negotii firmitatem, & quoties expedierit pro ntilirate ipsi Ecclesiæ juxta . . . . . suam, & secundum quod mihi melius visum fuerir expedire tam de jure quam de facto. Ceterum voluerunr & mandaverunt præfati D. Episcopus & D. Tolbertus mihi Notario iosrascripto, quod ex hac permutatione duo vel plura possint facere consonantia instrumenta, unum vel plura predicto D. Episcopo, & uuum vel plura predicto D. Tolberto. Actum Tervisii in Capitulo loci Fratrum predicatorum S. Nicolai de Tervisio.

Ego Guido de Ceneta Sacri Palatii Notarius his omnibus intersui & rogatus a partibus superdictis scripsi.

Ego Gugielmus Laurerius de Campo S. Petro agri Patavini Imperiali aucroritare Notarius, & Judex ordinarius ac Reverendiss. D. Episcopi Cenetensis Cancellarius suprascriptum transumptum transcripsi, & explicavi ab instrumento Originali scripto, & in publicam formam redacto per Guidonem de Ceneta Sacri Palatii Notariom suprascriptum nibil ei addendo, vel omirtendo, quod verbum vel senrenciam muret vel variet, nisi quod in locis, in quibus legi non potui propter vetuliatem litterarum, dimisi spatia ur superius apparet. In cujus rei fidem ex testimonio me subscripsi, signumque menm & nomen consuetum apposui, quod propter ejus magnitudinem & prolixitatem me in duabus cartis membranis scribere oportuit.)

„ *Franciscas verò, cam per decenniam Cenetensi gregi præfaisset, decessit anno 1310. at narrat Bonifacias in bistoria Tarvisina l.6.p.328.)*



24 MANFREDUS, filius Comitis Rambaldi de Collalto, ad hanc sedem fuit provectus ao. 1310. Decem omnino annos hanc admioistravit Ecclesiam, & ad Bellunensem fuit translatus anno 1320. de quo vide supra in Bellunen. Episcopis, XXVIII.

25 Fr. FRANCISCUS Ramponus, Bonnniensis, excelsi animi vir, Ord. Servorum nobilis Theologus, & declamator eximius, Cenetensem sedem est assecutus an. 1320. 4. Non. Martii à Joanne XXII. cujus erat familiaris & charus. Apud Bononienses suos, Philippumque Regem Gallo- XXIX.

rum

„ actus, ur moris est, in talibus faciendo, posuit „ pariter, & induxit. Rogaveruntque dicti D. „ Matheus, & D. Guasbertus procurator dicti D. „ Petri me Odosredum not. de Doyono, quod de „ predictis publicum conficiam instrumentom.

„ Ego Odosredus de Doyono filius q. D. Avantii „ Jud. de Doyono de Civit. Belluni Imperiali auct. „ notarius præsens hiis omnibus interfui, & roga- „ tus a partibus predicta scripsi, & meo sig. robo- „ ravi.)

XX XIII. * 27 GEORGIUS (1) de Tortis Terdonensis, Cenetensis Episcopus, translatus est ad Cremonensem Ecclesiam an. 1386. deinde ad Vicentinam.

* Ex App. tom. 5.

XX XIV. 28 MARCUS Cremoninus, alii dicunt de Porris, successir Gasberto anno 1376. (2) Cenetensem Ecclesiam administravit usque ad annom 1394. deinde translatus est ad Ecclesiam Nuscanam *a* in Regno Neapolitano, Booifacio IX. sedente. Unde autem Pasqualious Alidosius lib. de vir. illust. Bonooien. expiscetur quendam Dominicum Rosellum Bononiensem, quem anno 1376. Cenetensem Episcopum facit, prorsus ignoro, cum nc leve quidem verbum de eo occurrat in lib. Obligat. vel legitimorum eo tempore, vel pseudo Pontificum, sicut memoratur Marcus successisse Gasberto, Marco vero Martinus, qui proxime sequitur. Adducitur etiam errore Gratianus in descriptiooe Cenetensis civitatis, cum post Marcum, Franciscum Landum in Cenetensi Throno sedere facit anno 1378. cum in Vaticanis monumentis irrefragabilis veritatis, neque hujus, neque illius ulla meorio exter: nisi dicere vellmus Franciscum Landum in hac Ecclesia intrusum fuisse, cujus auctoritatis patrocinio hoc non apparet.

a Ubi vocant Martius, forsan ex librarii errore.

XX XV. 29 MARTINUS, Archidiaconus Aquilejensis, utriusque legis peritus, Apostolicæ Cameræ Clericus, translato Marco suffectus est à Bonifacio IX. anno 1394. 7. Kalen. Feb. ex lib. Provis. Prælar. Mortuus est anno 1399. („*Hanc e Frautischinorum gente fuisse tradit Capodalcus in Utino Illust.* „ *p. 1. ubi de eo plura.*)

XX XVI. 30 PETRUS Marcellus, nobilis Venetus, ex Canonico Parentino, evasit Cenetensis Antistes anno 1399. 16. Kalen. Maii. Postea Gregorius XII. illum transtulit ad Ecclesiam Patavinam, *b* de quo ibi.

b An. 1409.

XX XVII 31 Fr. ANTONIUS Corrarius, Venetus, Gregorii XII. nepos, ab eodem confirmatus fuit Cenetensis Episcopus, anno 1409. cum antea fuisset electus Episcopus Æmoniensis *e*, & ad hanc eandem Ecclesiam translatus 1406. Sed com idem Gregorius in Pisano Concilio fuisset deturbatus de sede, Antonius ad arbitrium Alexandri V. Pontificis Episcopatus munere libens, volensque abivit; qui iterum illum eidem dignitati restituit: cumque de ejus electione nollum adhuc Pontificium extaret diploma, antequam Alexander decederet, à Joanne nihilominus XXIII. eamdem sedem obtinuit.

e Civitatis novæ in Venetis Æstuariis.

(„ *Quid sentiendum de hoc Antonio Corrario, mihi haud est omninò exploratum. Et primo quidem* „ *non à Civitatis novæ Ecclesia, sed à Brixiensi* „ *huc translatum fuisse docent provisionis literæ* „ *an. 1409. Idibus Julii à Gregorio XII. expeditæ* „ *hujus tenoris.*

„ Gregorius servus servorum Dei. Dilectis Filii Populo Civitatis, & diœc. Ceneten. salutem, „ & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor ille Celestis, & Episcopus „ animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, „ Ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo exquirit, ut circa cujuslibet statum Ecclesie invigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, „ nunc vero per translationis ministerium accomode, prout personarum, locorum, & temporum qualitas exigit, & Ecclesiarum utilitas persuadet, Ecclesiis singulis Pastor accedat ydoneus, & rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspectionem „ providam, & providentiam circumspectam salubriter dirigat, & informet, ac Ecclesiis ipsis „ native prosperitatis afferat incrementa. Sane „ Ecclesia Ceneten. ex eo vacante, quod nos hodie Ven. fratrem nostrum Petrum Paduan. tunc „ Ceneten. Episcopum, apud sedem Apostolicam „ constitutum à vinculo, quo ipsi Ecclesie, cui „ tunc preerat, teoebatur, de fratrum nostrorum „ consilio, & Apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad Paduan. Ecclesiam tunc Pastore carentem auctoritate Apostolica duximus „ transferendum, preficiendo eum dicte Ecclesie „ Paduan. in Episcopum. & Pastorem: nos ad provisionem dictæ Ceneten Ecclesiæ uberem, & felicem, ne longe vacationis exponeretur incōmodis, paternis, & sollicitis studiis intendentes, post de-..

(1) Georgium de Tortis, seu de Tortis post Marcum enumerandum pronunciat Ughelliana series in Vicentinis, tanquam ex incogitantia Amanuensis inter Cenetenses omissum, idque repetit in Appendice tomi quinti. Sed cum Georgius in Cathedra Cremonensi sederit ab an. 1386. usque ad an. 1389. quo ad Vicentinam abiit, & vita ibi functus est, nullus illi locus esse potest hic inter Marcum, & Martinum. Vel igitur nunquam præfuit huic Ecclesiæ, vel si præfuit, id evenisse oportet ante Marci Cremonini regimen.

(2) Marcus de Porris, quem alii Cremoninum appellant ab urbe fortasse, cui primum divinum jus dixit, non potuit ad Cenetensem sedem pervenisse ante an. 1386. quo videtur commutasse cum Georgio de Tortis, ad Cremonensem vicissim eodem anno translato. Illud quidem latis constat Cenetensis Cathedræ possessionem Marcum haud initum ante an. 1389. ex sequentibus litteris, quas Antonius Venerius Dux Venetus scripsit hujus tenoris. *Universis, & singulis viris de suo mandato Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, & Officialibus quibuscumque in Tarvisino, & aliis terris, & locis in districtibus Tarvisii, Tarvisino, & Ceneten. fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod 1389. die 18. præsentis mensis Julii capta fuit pars per nos, & nostra consilia rogatorum XL. & zonte infrascripti tenoris videl. Cum SS. D. Papa Urbanus per suas litteras nobis scripsit, quod Ven. virum D. Marcum tunc Episcopum Cremonen. transtulit ad Episcopatum Ceneten. capta fuit pars, attenta laudabili dispositione prædicti D. Episcopi, quam habuit, & habet ad honorem nostri dominii, quod acceptetur, & admittatur ad dictum Episcopatum Ceneten. Quare fidelitati vestræ per nos, & dicta nostra consilia scribimus, & mandamus, quatenus ipsum habere, & recipere debeatis in Episcopum Ceneten. tractando ipsum cordialiter, & favorabiliter cum honore. Datum xvi. Julii 1389.*

„ deliberationem, quam de preficiendo eidem Ecclesie Cenet. personam utilem, & etiam fructuosum cum Fratribus nostris habuimus diligenter, demum ad Venerabilem Fratrem nostrum Antonium Ceneten. tunc Brixien. Episcopum consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam suam assidua experientia novimus insignitam, & quod ipse Antonius, qui regimini Ecclesie Brixien. hactenus laudabiliter presuit, dictam Ecclesiam Ceneten. sciet, & poterit, auctore D. salubriter regere, & feliciter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte Ecclesie Ceneten. quam ejus gregi Dominico providere, ipsum Antonium Episcopum a vinculo, quo eidem Ecclesie Brixien. cui tunc preerat, tenebatur, de ipsorum Fratrum consilio, & ejusdem potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad dictam Ceneten. Ecclesiam eadem auctoritate transtulimus, ipsumque illi preficimus in Episcopum, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius Ceneten. Ecclesie sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, liberamque eidem Antonio Episcopo tribuendo licentiam ad eandem Ceneten. Ecclesiam transeundi, firma spe, fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus suos presata Ceneten. Ecclesia per sue Industrie, & circumspectionis studium fructuosum, regetur utiliter, & prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Antonium Episcopum tanquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, & debita honorificentia prosequentes, ipsius monitis, & mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios, & vos in eo per consequens Patrem invenitse benivolum gaudeatis.

„ Datum in Civitate Austria Aquilejen. Diecesi. Idib. Julii Pontificatus nostri anno tercio.

„ *De hoc Antonio in Brixiensibus nullum vestigium, forte quia illius Ecclesiæ possessionem non adivit. Quando autem Brixiensis Episcopus dictus fuerit, mihi non liquet. Anno 1406. die 26. Augusti per cessionem Commendæ, quam Angelus Corrarius ejus patruus nondum Pontifex obtinebat, Civitatis novæ Ecclesiam in Venetis æstuariis administrandam suscepit. Eam tenuisse videtur electus Brixiensis, atque etiam Cenetensis, siquidem in Actis Consistorialibus reperio anno tantum* 1410. *die* 2. Aprilis per revocationem Commendæ olim factæ D. Antonio nepoti Angeli Corrario *illam vacasse, eidemque præfectum fuisse Petrum Nani Venetum. Non diu post electionem Cenetensis Ecclesiæ possessionem iniisse testatur hæc notula, quæ à tergo litterarum provisionis suprallatarum in Ceneten. Episcopali Archivo existentium ad posterorum memoriam inscripta legitur:* Die 26. Augusti 1409. intravit Episcopatum Cenetæ R. D. Antonius Corrario Episcopus Ceneten. *Resignante deinde ad arbitrium Alexandri V. Ceneten. Mitram Antonio, ut narrat Ughellus, electus fuit Cenetensis Antistes ab eodem Alexandro Joannes, & mox Fr. Jacobus de Casinio vel ab eodem Alexandro, si ejus electio contigit an. 1410. die 27. Januarii, ut asserit Ughellus, vel post diem 17. Maji ejusdem anni si electus fuit à Joannem XXIII, ut idem Ughellus affirmat. Utrumque enim simul nequit convenire. Sed Joanne, & Jacobo vel juri suo cedentibus, vel alio translatis, aut quovis modo deficientibus, Cenetensi throno restitutus est Antonius, extatque ejus memoria in membranis hujus Archivi ab anno 1411. die 31. Decembris ad an. 1444. die 21. ejusdem mensis. Duo per hæc tempora floruere Antonii Corrarii, Gregorii XII. nepotes, alter Philippi Gregorii fratris filius, alter Petri Gregorii germani. Hic Ordini Prædicatorum nomen dedit, ille ex Institutoribus Canonicorum Regularium S. Georgii in Alga fuit, & S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis. Hujus obitus ad an. 1445. refertur tumulatus in S. Georgii in Alga: alterius ad an. 1435. ut legitur in ejus sepulchrali Epigraphe in SS. Jo. & Pauli, ubi sepulchrum accepit.*

„ Fratri Antonio Corrario Episcopo Cenetensi Gregorii XII. nepoti Ordinis Prædicatorum obeunti
MCCCCXXXII.

„ *Uter verò tamdiu Cenetensi præfuit Ecclesiæ? Antonius ne Ordinis Prædicatorum? Verum contra Episcoporum ex aliquo Mendicantium Ordine emergentium morem in nullo ex iis, quæ vidi, Antonii Ceneten. Episcopi documento se Fra*trem *appellat: neque ad an. 1445. Antonius Ordinis Prædicatorum potuit pervenisse, si jam objerat an. 1432. Antonius igitur S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis? Sed obstat quod Antonius Cenetensis Episcopus nullibi Cardinalis enuncietur: & archetypum monumentum consecrationis Ecclesiæ SS. Io. & Pauli, in quo Antonius Corrarius Ceneten. Episcopus Ordinis Fratrum Prædicatorum asseritur. Atque hæ potiora mihi videatur argumenta, ut Cardinali hanc sedem abjudicem, Fratrique Prædicatori addicem, qui nunquam se Fratrem appellavit, quia forte ad infulam evectus antequam Professionem emitteret. Sepulchralis ejus inscriptio cum recens sit, non attendenda. Si ex antiquiori dicatur descripta, potuit facile decipi imperitus artifex, & pro duobus postremis numeris XV. vetustate forte corrosis legere, atque reponere* II. *Ni conjicere velimus post obitum Antonii Fratris hanc Ecclesiam administrasse Antonium Cardinalem, de cujus tamen non reticenda Cardinalitia dignitate omninò sileat, ut dictum est, hujus archivi documenta. Verum de his certiora proferant, quibus Vaticana, vel Prædicatorum familiæ licet evolvere regesta.)*

32 JOANNES anno 1409. ab eodem Alexandro V. reperitur ad hanc eandem sedem fuisse assumptus 19. Decembris, ut videre est in lib. Obligationum Prel. Quod cum verum sit, oportet illum, vel juri suo cessisse, vel fuisse translatum ad alteram sedem, cum in iisdem libris reperiatur Alexandrum V. eumdem supra memoratum Antonium eidem Cenetensi sedi promovisse. XXVIII

33 Fr. JACOBUS de Casinio ex Ordine Minorum Antonio Corrario successit anno 1410. die 27. Januarii, quem Joannes XXIII. promovit ad sedem, ex eodem lib. Obligat. Prael. XXIX.

34 Fr. ANTONIUS Corrarius *a* Venetus, Ordinis Prædicatorum, forte idem cum superiori, qui cum esset Gregorii XII. nepos, & assecla, fuit deturbatus de sede, iterum hanc suscepit Ecclesiam regendam, quam eximie administravit ad annum usque 1445. quo ex hac mortali vita discessit. Hic à fundamentis duas erexit Turres fortissimas in Castro S. Martini, ubi & alia præclara pro se, suisque successoribus cubicula exædificavit. Cathedralem Ecclesiam exornavit. Jacet Venetiis in Ecclesia SS. Joannis & Pauli, ubi olim habitum sanctæ Religionis induerat, quam consecraverat, ut ibidem marmorea inscriptio proloquitur.

a Hic idem cum superiori.

Anno Domini MCCCCXXX. die Dominica immediate sequente post festum S. Martini solemniter consecrata fuit Ecclesia ista ad honorem Dei, & B. Virginis sub titulo SS. Joannis & Pauli per Reverendum Patrem & Dominum, D. Antonium Corrarium Dei, & Apostolicæ sedis gratia Comitem, & Episcop. Cenetensem Ord. Fr. Prædic. & nepotem q. D. Gregorii Papæ XII. tempore prioratus R. Mag. Francisci Donati de Venetiis, cui consecrationi interfuerunt quamplures Epis. coadiutores, plurimique alii Prælati & maximus Cleri, & devoti populi concursus, & ipsi Episc. includerunt dies suos, atque idem D. Anto-

nius

nius amplissima & pretiosa donaria dedit Conventui sanctorum Joannis & Pauli.

[„ Anno 1429. composita fuerunt dissidia inter dictum Corrarium Episcopum, & commune Cenetæ sequenti instrumento, cui cum annectantur jura Cenetensis Episcopi, non incongruum fore duxi illud hic referre.

In Christi nomine. Amen. Anno ab ejusdem Nativitate 1429. Indict. 7. die Dominico, quarto mensis Decembris, in Ecclesia Cathedrali Cenetæ, Præsentib. in Christo Patre, & D. D. Fr. Antonio, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Civitatis Novæ, & in Spiritualibus Vicario Reverendiss. in Christo Patris, & D. D. Antonii Corrarii, eadem gratia Episcopi, & Comitis Cenetensis, Vener. viro D. Presb. Victore de Galetto Plebano Serravalli, ser Augustino Not. q. ser Jacobi Gheto de Coneglano, ser Girardo de Carboneria Not. ser Bapt. q. ser Floretti, ser Petro q: ser Antonii, ser Mainardo Notar. omnibus Civibus, & habitatoribus Serravalli, testibus vocatis, & ad hoc specialiter congregatis, & aliis in multitudine copiosa. Cum, suadente inimico humanæ naturæ, quæstio quædam fuisset mota, & suggesta per homines, & Commune de Ceneta, sive eorum Sindicatus, contra, & adversus Reverendiss. in Christo Patre, & D. D. Antonio Corrario, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episc. & Comite Ceneten. Domino quoque suo. Et lis, & quæstio prædicta ad requisitionem, & instantiam dictorum Sindicorum de Ceneta esset, & ventilasset coram Serenissimo, & Eecelso Ducali Dominio, sive ipsius Ducalis Dominii Delegatis, supradicta qua judicarunt differentia; ut Homines, Commune, & Universitas prædictæ Terræ de Ceneta ad veram, & devotam obedientiam fiendam in perpetuum præfato Rev. D. suo Pastori, & Gubernatori, & successoribus suis, canonicè intrantibus, & ad solitas observantias, ut tenentur, declinent, & deveniant; secuta per duo Instrumenta de voluntate partium prædictarum consonantia, scripta de manu sapientis viri ser Hieronymi de Nicuola q. ser Andreæ de Venetiis Notar. & Scribę Cancell. Communis Venet. & subscripta manu ser Petri Entio filii ser Marini de Venetiis publici Not. & Scribæ prædictæ Cancellariæ Venetiarum, in præsentibus Millesimo, & Indictione, die decimo mensis Novembris, Venetiis in Sala parva superiori Sereniss. Dom. Ducis Venetiarum, & per me Not. infrascriptum visa, audita, & lecta, quorum Instrumentorum alterum remuaere debeat ad futuram, perpetuam memoriam apud prefatum D. Episc. Comitemque Dominum Cenetensem, & successores suos: alterum verò apud Commune de Ceneta simile debeat remanere, ut semper sciant, quod facere teneantur. Ee congregato populo Cenetensi, & totius Vicecomitatus, & Gastaldiæ Tartii, & aliarum Villarum subditarum ipso D. Episcopo, & Comiti, & præcipuè omnibus Sindicis, & Procuratoribus ipsius Communis: præsentibus Oliverio de Filomena, Martino q. ser Petri, Joanne Curtarello Pelitiario, Guidoto q. Antonii, Vendramo de Braidis, & Petro de Sancto Jacobo, Nunciis præfatæ Communitatis de Ceneta, transmissis ad præsentiam Ducalis Dominii, occasione differentiarum prædictarum, convocatis tanquam informatis de intentione præfati Ducalis Dominii, & continentia dictorum Instrumentorum; ad auscultanda dicta Instrumenta coram ipso Domino suo, D. Episc. & Comite dicta duo Instrumenta in Missarum solemnium celebratione lecta, & vulgarizata fuerunt ad omnium auditum, & intelligentiam per virum prudentem ser. Gerardum de Carboneria, Civem Serravallensem, Notarium, de voluntate præfati Reverendiss. Domini Episc. & Comitis, & totius Communitatis prædictæ utriusque sexus, & perlecta, & reperta simile de verbo ad verbum ausculta per dictum Oliverium concordare, & in consonantia concurrere. Et interrogato præfato Reverendiss. D. Episc. & Comite si annuere, & stare, laudare, approbare, & ratificare, ac in omnibus partibus, punctis, & capitulis prædictorum Instrumentorum, sicut dictum est, ad ejus intellectum eidem Communitati lectorum, & vulgarizatorum, & publicatorum, facere volebat, & intendebat, idem præfatus Dom. Episc. erigens se humiliter de sede sua, alta voce, cuncto populo audiente, tàm mares, quàm fœminæ, respondit, dicens. Ego consentio omnibus, & singulis contentis, & descriptis in ipsis Instrumentis, particulariter ob reverentiam præfati nostri Ducal. Dominii, & contemplationem Magnificorum Dominorum in ipsis Instrumentis nominatorum; & ipsa Instrumenta laudo, approbo, ratifico, & affirmo, & vires, & robur habeant hinc de cætero per me, & successores meos volo, & intendo. Et similiter, & eodem modo interrogato dicto Populo ibidem ob hanc causam congregato, de ipsius Populi spontanea voluntate, more solito, si dicta Instrumenta, & omnia contenta in eis sibi lecta, & vulgarizata, & ausculta, ut dictum est, in omnib. partibus, & capitulis ipsorum Instrumentorum laudabat, & approbabat, confirmabat, & ratificabat; idem populus, tam masculi, quàm mulieres, cognoscentes eorum errores, & volentes ad debitam, & devotam obedientiam, & pristinas observantias devenire; bono animo, & intentione intendentes, esse in perpetuum boni, fideles, & devoti servitores, ac fidati subditi dicti sui Domini Episc. & cum personis suis parere mandatis, unanimiter, & concorditer, nemine eorum, tam Masculorum quàm Fœminarum discrepante, respondentes, & veniam de commissis per eos contra Dom. suum petentes, & postulantes in conspectu præfati Dom. sui Do. Episc. & Comitis, omnibus melioribus via, modo, jure, & forma, quib. melius, & efficacius potuerunt, laudarunt, ratificarunt, approbarunt, & confirmarunt omnia, & singula in dictis Instrumentis contenta in omnib. suis partibus, punctis, & capitulis, Volentes ex nunc dicta Instrumenta & omnia in eis contenta attendere, adimplere, & observare, prout, & sicut jacent, & nunquam in aliquo contra dicta Instrumenta, vel contenta in eis contrafacere, vel convenire aliqua ratione, vel occasione de jure, vel de facto contra eundem suum verum, & bonum Pastorem; immo volebant, & intendebant omninò habere, tenere, & ejus mandatis stare, & parere, tanquam suo vero Domino, prout, & sicut debent fideles servitores, Domino suo debitas facere obedientias, & observantias. Quibus omnibus sic peractis in dicta solemni celebratione Missarum, præfatus Dominus Episc. & Co. de sui solita clementia, & benignitate dicto populo, tam masculis, quàm fœminis, in signum veræ pacis, & peccatorum ipsius populi remissionem signans eos, suam dedit benedictionem, quam dictus populus flexis genibus devotissimè acceptavit. Tenor autem Instrumentorum supradictorum hic sequitur.

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1429. die 18. Mensis Novembris Indict. 7. Cum hoc sit, quod, suggestionibus humani generis Inimici, jam prioribus mensibus exortæ sint, & viguerint certæ differentiæ, ac discordiæ inter Rev. in Christo Patrem, & D. D: Antonium Corrario, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episc: & Comitem Cenetensem ex una, & subditos suos, Commune, & universitatem Cenetæ ex altera, ex quibus variæ dissensiones, & scandala subsecuta sunt. Et ipsi Subditi, Homines, Commune, & universitas tandem eorum cognoscentes errores, & gressus eorum, & viam rectam dirigere disponentes, & ad benedictionem, & gratiam ipsius Pastoris, & Domini devota intentione redire intendentes, ad ejusdem Reverendiss. D. Episco: eorum Domini præsentiam destinarunt Oliverium de Filomena, Martinum Petri, Vendramum filium Antonii

,, tra rivum fediminis cujus à mane labitur rivus, meridie via publica, monte pafculum Communis. Item unum manfum jacen. in dicta Villa rectum per Lazarum fedimen cujus coheret a mane terra Odorici partim, & partim Zachariæ, meridie via publica, fero terra Petri de Panagio. Item unum Manfum in dicto territorio in Rafena rectum ad livellum per Siposfonam de Rafena fedimen coheret a mane via publica, meridie terra Otis, fero terra Pauli de Bezi partim, & partim Odorici. Item unum manfum jacen. in dicto territorio ad Buciam rectum ad livellum per Mutium de Borello, cui a mane terra Pauli de Bobio, fero terra Joannis de Cavafio, monte via publica. Item unum pratum jacens in dicto territorio rectum ad livellum per Laurentium de Pilla, cui a mane labitur rivus, meridie via publica. Item unum pratum jacens in dicto territorio in capite paludorum rectum per Lazarum. Item tres petias terræ jacentes in dicta Villa, & territorio ad col Maccoro rectum ad livellum per Joannem de col Maccoro. Item unum Manfum jacens in Mezam Villam rectum ad livellum per Joannem de Pilla fedimen cujus a mane terra curiæ Cenet. fero, & monte via publica. Item unum Manfum jacens in Frata rectum ad livellum per Ordengarium fedimen cujus a mane terra Ghirardi, meridie terra dictæ curiæ, monte via publica. Item unum Manfum jacens in meza villa fedimen coheret a mane terra Joannis de Pilla, meridie, & fero terra Pizoli. Item unam claufuram jacentem in Sufneda rectam per Alectum praconem ad livellum, cui a mane, & meridie terra dictæ Curiæ, fero terra Laurentii de Pilla. Item mudam, & pedagium Villicationis dictæ Curiæ Caftri novi. Item medietatem pro indivifo Laci de Tovena cum Paludibus omnibus fibi pertinentibus, quibus coheret a mane Villa & Territorio de Ruinis, meridie territorium dictæ Curiæ Caftri novi, fero territorium magnifici Viri D. Guecelonì de Camino, monte magnifici, & petentis viri D. Rizzardi de Camino. Item jusjurandum, & fignoriam in Villa Arfanta. Item medium manfum in Arfanta ad Coftarutum rectum ad livellum per Vincentium q. Curti fedimen coheret a mane terra Mabelli, meridie via publica, fero labitur rivus. Item aliam medietatem fupradicti ad livellum per Zenum q. Mabelli heredis q. Ture, & Carum q. dicti Curti. Item unum manfum jacens in Colla de Federa rectum ad livellum per Joannem de Baffalghella, cui a mane terra Joannis de Curte, meridie terra Joannis de Cavafio. Item unum manfum jacens in Arfanta rectum ad livellum per Petrum, & Michelutium de Arfanta, a mane, meridie, monte, & fero terra Plebis de Tarfio. Item unum manfum jacens in Zutello rectum ad livellum pro indivifo de Zutello, cui a mane terra Joannis de Zoello, meridie terra Communis de Arfanta. Item medietatem unius manfi jacentem in Zuello rectam per Joannem de Stello, cui a mane via publica, meridie terra Communis predicti. Item unum manfum jacens in Arfanta, rectum ad livellum per Petrum q. Michelucii, cui a mane, & meridie terra Joannis de Cavafio, monte via publica. Item unam claufuram jacentem in Arfanta ad collum, rectam ad livellum per Lelium d'Arfanta, cui a mane via publ. fero, & monte terra dicti Lelii. Item dimidium manfum jacens ad Coftam de Aldrico, rectum ad livellum per heredes q. Albrici, cui a mane, & monte via publica, meridie terra Joannis de Staypa. Item dimidium manfum jacens ad Coftam de Albrico rectum ad livellum per Martinum de Arfanta, cui coheret a mane via publica, meridie terra Lazari de Staypa. Item Nemus quodam fitum in territorio dictæ Villæ, quod appellatur Nemus Curiæ. Item unum Pratum jacens in Zuello, rectum per Nicolaum præconem, cui a mane terra Grimaldi de Frata, fero terra Communis, monte Nemus dictæ Curiæ. Item duas petias terræ jacentes ad Coftarutum rectas per Vivianum q. Cortis. Item unum Manfum jacens in Ceneta rectum per Benvenutum de Cigoto de Ceneta, fedimen cujus coheret a mane terra magnifici D. Rizzardi de Camino, meridie, & monte via publica. Item unum Manfum jacentem in dicto territorio, & Villa de Ceneta rectum ad livellum per Vendraminum de S. Vito fedimen cujus coheret a mane terra Joannis de Dofena, meridie terra Vendramini Col de monte, monte via publica. Item unum jacentem in dicta Villa rectum per Bertaldinum Candubrinum fedimen cujus à mane terra Hendrici de Brucito, meridie terra Aiftardi, & fratrum, monte via publica. Item unum manfum jacen. in dicta Villa Acclaufium rectum per Armanum de manfo fedimen cujus a mane & monte via publica, meridie Epifcopatus Cenetenfis. Item unum manfum jacens in dicto territorio in Pecolo rectum ad livellum per Petrum de Pecolo fedimen cujus a mane quidam Rivus, meridie via, fero terra Nelifei, monte via publica. Item unam claufuram jacentem in dicto territorio ultra Mifcum rectam ad livellum per Joannem de Frafenedo, cui a mane terra Can. Ceneten meridie, & monte via publ. Item unam claufuram jacentem in dicto territorio rectam ad livellum per Vendraminum de S. Vito, cui a mane terra Can. Ceneten. meridie terra Blafii de Racera. Item unum manfum jacens in S. Laurentio rectum ad livellum per Furlanum de S. Laurentio fedimen cujus a mane, & monte terra S. Nicolai de Montefella, fero terra Hendrici de Buraito. Item unum manfum jacen. in dicto loco rectum ad livellum per dictum Furlanum, cui coheret a mane terra predicti monafterii de Montefella, meridie & fero terra Monafterii S. Juftinæ de Serravallo. Item unam claufuram jacen. ad Salfam rectam ad livellum per heredes Joannis Cuchi, cui a mane, & fero terra D. Pizole de Serravallo, monte via publica. Item unam claufuram fitam, & jacentem juxta Caftrum S. Martini, cui a mane terra q. Gilberti de Opitergio, meridie caftrum S. Martini, fero via publica. Item unum manfum jacen. ad S. Jacobum de Veglea rectum ad livellum per Titianum de Salfa, cui a mane terra Andrioli, meridie via publica. Item decimam unius petiæ terræ Tornamontis Santorii jacentis ultra Mifcum rectam per Joannem Papam, cui a mane terra Heredum q. magiftri Octonis, meridie terra Fedrici notarii. Item decimam quatuor petiarum terræ jacentis ad Rotas rect. per Armanum de manfo. Item unum manfum jacen. in Ceneta ad Colivium rectum per Fedricum de Cretis fedimen cujus a mane terra Benvenuti Cigoto, & Rubei de Sigolfo, meridie, & fero via publica. Item Decimam unius manfi Canon. Ceneten rectam per Ambrofium Cadubrinum fedimen cujus a mane terra Gregi de Colettis partim, & partim via publica, meridie terra Epifcopatus Cenetenfis, & Odorici q. Gello. Item unam claufuram jacen. in Ceneta ad Tulponum rectam per dictum Ambrofium, cui a mane via publica, meridie terra heredum q. Odorici de poft Caftro, fero Almerici Barberii de Serravallo. Item unam claufuram jacen. ad Prade rectam per Nigrum Fugarelle, cui a mane terra Fofcanilli, monte pratum Canon. Ceneten. Item unum manfum jacen. in Ceneta ad Col altum rectum per Lunardum de Montanero, cui a mane labitur Cervata partim, & partim terra Andreæ q. Rainaldi, meridie terra Canon. Ceneten. monte via publica. Item unum pratum jacens ad Rouredum rectum per Paltrinum, a monte terra Odorici de Cigolo. Item Decimam unius petiæ terræ jacentis ad Pratalinum per Joannem Chefo-

tum,

tum. Item decimam duarum partium terræ he- A
redum q Rinaldo jacentium ad Pratalinum re-
ctas per Bertaldinum de ead. Item unam petiam
terræ cum Decima jacente in dicto territorio ad
Pratalioum rectas per Capam, cui a mane terra
Pigoli de posa Casaro, sero, & monte via publ.
Item Decimam unius petiæ terræ Joannis Male-
sil rectam per Blasium de Racera jacens subtus
sedimen Jacobi, cui a mane terra recta per Titia-
num de Salsa, meridie via publica. Item Deci-
mam unius petiæ terræ jacentis ad Rouredum
rectam per . . . . de S. Vito, cui a mane
terra Almengrada de valle, meridie & monte
via publ. Item unam Clausuram cum. . . . .
jacen. ad Telituram rectam per Bartholomeum
Pignoli, cui a mane terra Guecelonis de Roma-
gnn, meridie via publ. sero Canon. Ceneten.
Item onam petiam terræ jacen. ad eol altum re-
ctam per dictum Bartholameum, cui a mane via
publica, meridie terra Costaotis. Item unam pe-
tiam terræ jacen. in Lirievam rectam per dictum B
Bartholomeum, cui a mane terra Canon. Cene-
ten. meridie terra Guidonis de Carlo, monte ter-
ra heredum q. Salvagni eum Decima. Item De-
eimam unius petiæ terræ Canon. Cenet. jacen.
ad Pratalinum rectam per Pirieulum. Item de-
eimam unius petiæ terræ D. Rizzardi de Camino
jacentis subtus Braidam rect. per Petrum Paldulfi.
Item onum Pratum jacentem in dicto territorio
ad Dolce. Item Decimam rectam per Dominicum
Candebani, cui à mane via publica, à sero qui-
dam Rivus. Item Decimam medietatis unius
Clausure pro indiviso Heredum q. Oliverii ja-
ceo. ad Calem Casalis. Item Decimam onius pe-
tiæ terræ jaceotis in dicto territorio rectam per
Bartholomeum de Col bolzayo. Item Decimam
nnius petiæ terræ Hendrici de Burato rectam
per Gorardinum de Broleo jacentis ad Calzem
Putei, cui à mane via publica, meridie terra D.
Hendriei. Item unam Clausuram jacen. ad Co-
stam Pirisinam rectam ad livellum per Heredes C
q. Iriani de Cottnoello. Item decimam unius pe-
tiæ terræ jaceotem ultra Miseom rectam per Do-
mioieum q. Balzani. Item decimam duarum par-
tium terræ Magistri Mirandi Belzanis jacentem
ad Calmam . . . . . Item decimam unius
petiæ terræ jacentem ad Velgam rectam per Jo-
aonem Pesam, cui à mane terra Paridini de Su-
frata, sero terra Heredum q Magistri Ottonis de
Collo. Item decimam unius prati jaceotis ad Pre-
de rectam per Guidonem de Tervisio. Item unum
maosum jaceo in Plangano rectum ad livellum
per Petrum, & Antooium fratres de Plaogann
sedimen cujus coheret a mane via publica, meri-
die terra Ecclesiæ de Marcorado partim, & par-
tim terra Guizelonis de Romagna, sern labitur
Monteganus, monte quidam Rivus partim, &
partim terra dictorum fratrum. Item unam clau-
suram io decima, & unam petiam terræ jacentis
in territorio Cenetensi rectam ad livellum per
Paodulsum Hololino. Item domum nnam cum D
Brnletto jacentem in Burgo Cenetensi, cui à ma-
ne, & monte viæ publicæ, meridie terra recta per
Fedricum not. sero domus, & terra Hendrici de
Brato. Item onam clausuram eum Deeima ja-
eentem ultra Miseum rectam ad livellum per Ja-
eobum & Amansium fratres, cui à mane terra
heredum q. Zamboni de Salsa, meridie terra
Francisci Notarii, monte via publica. Item unam
petiam terræ jacentem ad Nuvam Longam re
ctam ad livellum per dictos fratres, cui à mane
terra Heredum q. Brusnladi, sero Can. Ceneten-
sium. Item unam clausuram cum Decima jacen-
tem ultra Miscum rectam ad livellom per Joan-
nem Papam, cui à mane terra D. Guecelli de Rn-
magno, meridie terra Pauli de Salsa. Item unam
clausuram eum Domo jacentem ad Selasorum
rectam ad livellum Joannis Paseri, cui à mane
via publica meridie terra heredum Magistri Ot-

tonis. Item unam petiam terræ elausuratam cum
Decima jacentem ultra Miscum super Fossatum
rectam ad livellum per dictum Benvenutum, &
Romanum, cui a mane via publica, meridie ter-
ra Tornamondi Sartoris, sero terra Pauli de Sal-
sa. Item unam petiam terræ elansuratam jacen-
tem ad Selatoriom rectam ad livellom per Do-
minicum Balzani, cui à mane terra Heredum q.
Magistri Ottonis, sero via publica, moote terra
dicti Dominici. Item unam clausuram jacentem
in Ceneta rectam per Bartholomeum de Bo-
nello, cui a mane terra Heredom q. Beraldi de
Burato, meridie terra Episcopi Ceneten. sero, &
monte via publica. Item onam clausuram jacen-
tem In dicto territorin ad Salsam rectam per Jo-
anoem de Poso Casoro, eui a mane terra Bortho-
lomei de Selasnrio, meridie terra Can Ceneten-
sis, sero & monte viæ publicæ. Item nnam pe-
tiam terræ ad Raceriam rectam ad livellum per
Morellum de S. Vito, cui a mane via Raceræ, se-
ro Canon. Cenet. monte terra Pandivivi de Bron-
sito. Item unam petiam terræ ad Rotas rectam ad
livellum per heredes q. Bernardi de Brucito.
Item unam elausuram jacentem ad Cuculam re-
ctam per Armanum de manso, cui a mane terra
Beraldi de Calde, Monte via publica. Item nnum
pratum rectom per Ambrosium, cui a mane Ca-
non. Cenet meridie terra Blasii de Rasera. Item
nnam petiam terræ jacentis ad Calcem de Ram-
pono rectam ad livellum per dictum Ambro-
sium, cui a mane terra Heredum q. Joannis de
Calbolzajo, meridie terra Constantini. Item pe-
tiam nnam terræ jacentem snbto braidam re-
ctam per Jacobum de Braido, cui à mane terra.
. . . . . . sero, & monte via publica. Item
unam petiam terræ jacentem io dicto loco re
ctam per Bianchinum de collo, cui a mane terra
Joannis de post Casoro, sero terra Episcopatus,
monte via publica. Item unum molendinum si-
tum in Ceneta super flumen Mischi ad pontem
. . . . . rectum ad livellum per Gabrielem de
Valle, cui a mane labitur flumen Mischi, meri-
die, sero, & monte via publica. Item unum man-
sum jacentem in Villa, & Territorio S. Vendi-
miani rectum ad livellum per Vendramum Fra-
niseandi sedimen cujus coheret a mane labitur
Cervata partim, & partim terra Guizardi de di-
cto loco, meridie terra dicti Guizardi, sero &
monte via publica, Item unum mansum jacen-
tem in dicto territorio rectum per dictum Ven-
draminum, eui a monte terra dicti Guizardi, me-
ridie terra Ecclesiæ, & via publica, sero labitur
Cervata, partim via publiea. Item unam periam
terræ jacentem ad Campolongum rectam ad li-
vellum per Petrum q. Pelegrini de Pugla. Item
unam petiam terræ jacentem juxta Burgum Co-
neglani, cui a mane terra Heredum q. Mochi de
Belcimo, sero terra Monasterii S. Antonii de Co-
neglano rectam per ipsos fratres S. Antonii. Itam
unum Mansum jacentem in Gualdalto rectum
per Joannem de Gualdalto sedimen cujus coheret
a mane terra Heredum q. Bonlunardi Notarii
Commuois, meridie, sero, & monte via publica.
Item unum Mansum jacentem in Campolongo
rectum per ipsum Joannem, cui a mane via pu-
bliea, meridie terra q. Guastapanni de Coneglia-
no, sero labitur flumen Monteglani. Item Deci-
mam unius Mansi q. D. Castellani de Taglaradn
de Coneglano jacentem in Villa de Anglano se-
dimen cujus mansi coheret a mane via publica,
meridia terra Pandini Callegarii de Coneglano,
sero terra D. Grossi de Coneglano. Item decimam
unius petiæ terræ Semaoois de Anglann jacen-
tem in Salgaredum, cui a mane terra Ecclesiæ de
Anglano, meridie terra recta per Bonum de An-
glano, sero terra Gregis de Colitis, & Bettini
della Motta de Coneglano. Item Decimam unius
Mansi Mansionis de Montesella jacentem in
Anglano rectam per Bella de Anglano, cui petiæ

terræ

aliis, & singulis supradictis à se permutatis sibi ad invicem, vel successoribus, vel heredibus suis per se, vel per alios litem, vel controversiam aliquo tempore non inserre, nec inferentl consentire. Sed nnusquisqne eorum res, possessiones, jura & jurisdictiones, tam in proprietate, quam in possessione sibi, & successoribus, & heredibus suis ad invicem ab omni homine, universitate, & parte legitimè defendere, auctorizare, & expedire, vacuamque possessionem sibi ad invicem tradere, & se ipsos vice mutua in possessione, & proprietate facere potiores, constituentes, & asserentes unusquisque eorum predictas res, jurisdictiones, & jura à se uno alteri permutatas liberas esse, & nulli alii servituti, seu jurisdictioni obnoxias, vel subjectas, & si reperientur, liberare promittunt suis periculis, & expensis, & predictam permutationem, & omnia, & singula, & predicta promiserunt sibl ad invicem predictl D. Episcopus & D. Tolbertus perpetuo rata, grata, & firma habere, & tenere, nec contra facere, vel venire aliqua vel causa sub aliquo ingenio de jure, vel de facto sub pena dupli valoris rerum, possessionum, jurlsdictionum, & jurlum permutatorum a se uni alteri promissa sibi ad invicem & solemniter stipulata. Quod si quo tempore quæstiu vel controversia alicui eorum, vel suis sucessoribus de dictis rebus, possessionibus, jurisdictionibus, & juribus à se alterl permutatis, aut aliqua earum vel parte, aut earum occasione, vel alicujus earum moveretur, ipsarum litem, questionem, & controversiam, in omnl tempore suscipere, & recipere totaliter in eadem causa ipsius rei, vel rerum, possessionum, & jurium legitimè defensioni se offerre, & in causa vel causis tam principalibus, & accessoribus seu etiam appellationum sistere usque ad finem omnibus suis expensis, & omnia damna, expensas, & interesse, quas aliquis eorum substineret occasione predictarum rerum, possessionum, jurisdictionum, & jurium a se permutatorum, vel alicujus earum in parte vel in toto in judicio, & extra judicium, sive petitorio, sive in possessorio, sive lata fuerit sententia, sive sua . . . . succubuerit, sive obtinuerit, sibl ad invicem integraliter resarcire omni exceptione juris, vel facti remota credendo de damnis, intereise, & expensis soli simplici verbo alicujus eorum, sive successorum suorum sine Sacramento, vel aliqua alia prolatione, & sine taxatione aliqua à judice facienda: quod si non fecerint, sive ad invicem non observaverint omnia, & singula supradicta & aliqua predictorum, promiserunt unusquisque eorum scil. D. Episcopus, & D. Tolbertus supradicta sibi ad invicem dare, solvere, & præstare duplum valoris rerum vel rei, possessionum, jurisdictionum, & jurium, de quibus eorum alter vel successorum molestaretur, & inquietaretur nominorum penæ premissæ, & per eos sibi ad invicem solemniter stipulatarum, quoties contrafactum fuerit, vel ita non fuerit observatum, qua soluta vel non predicta omnia firma permaneant, & presens contractus in suo robore perseveret. Et nihilominus, si propterea, aut pro ipsis rebus, possessionibus, jurisdictionibus, sive juribus, aut pro aliquo ex predictis defendendis idem D. Episcopus, vel ipse D. Tolbertus, vel eorum successores damnum aliquod paterentur, vel expensas aliquas in judicio fecerint, sive extra, promittunt supradicti D. D. Episcopus, & Tolbertus sibi ad invicem illud damnum, & expensas integre resarcire, & reficere omni modo, sive res, possessiones, jurildictiones, & jura fuerint emptæ, sine non, sive fuerit lata sententia, sive non, sive in petitorio, sive in possessorio, sive in parte sive in roto, quia sic inter eos actum extitit, & conventum, remissis ex nunc per pactum & conventionem inter eos iure diminuendi necessitatis appellandi. Pro quibus omnibus, & singulis observandis, & firmiter attendendis presatus D. Episcopus per se & suos successores obligavit predicto D. Tolberto recipienti pro se, & heredibus suis omnia bona suæ Ecclesiæ & sui Episcopatus, & ipse D. Tolbertus per se, & suos heredes & successores suos obligavit supradicto Domino Episcopo recipientl pro se, & successoribus suis universa bona sua tam presentia quam futura renuntiantes ipsi ambo pro his, & super his omnibus per pactum suis exceptionibus, & defensionibus juris, & facti, & aliis juribus universis, quæ contra predicta vel aliquod predictorum competere aliquo tempore viderentur, & dederunt præfati D. Episcopus & D. Tolbertus mihi Notario infrascripto plenam, & liberam licentiam, quod presentem contractum possint de Consilio sapientis reaptare, & reformare ad majorem hujus negotii firmitatem, & quoties expedierit pro utilitate ipsi Ecclesiæ juxta . . . . . suam, & secundum quod mihi melius visum fuerit expedire tam de jure quam de facto. Ceterum voluerunt & mandaverunt præfati D. Episcopns & D. Tolbertus mihi Notario infrascripto, quod ex hac permutatione duo vel plura possint facere consonantia instrumenta, unum vel plura predicto D. Episcopo, & unum vel plura predicto D. Tolberto. Actum Tervisii in Capitulo loci Fratrum predicatorum S. Nicolai de Tervisio.

Ego Guido de Ceneta Sacri Palatli Notarius his omnibus intersui & rogatus a partibus superdictis scripsi.

Ego Gugielmus Laurerius de Campo S. Petro agri Patavini Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius ac Reverendiss. D. Episcopi Cenetensis Cancellarius suprascriptum transumptum transcripsi, & explicavi ab instrumenro Originali scripto, & in publicam formam redacto per Guidonem de Ceneta Sacri Palatii Notarium suprascriptum nihil ei addendo, vel omittendo, quod verbum vel sentenciam mutet vel variet, nisi quod in locis, in quibus legi non potui propter vetustatem litterarum, dimisi spatia ut superins apparet. In cujus rei fidem ex testimonio me subscripsi, signumque meum & nomen consuetum apposui, quod propter ejus magnitudinem & prolixitatem me in duabus cartis membranis scribere oportuit.)

Franciscus verò, cum per decennium Cenetensi gregi præfuisset, decessit anno 1310. ut narrat Bonifacius in historia Tarvisina l. 6. p. 328.)

24 MANFREDUS, filius Comitis Rambaldi de Collalro, ad hanc sedem fnit provectus an. 1310. Decem omnino annos hanc administravit Ecclesiam, & ad Bellunensem fuit translatus anno 1320. de quo vide supra in Bellunen. Episcopis, XXVIII.

25 Fr. FRANCISCUS Ramponus, Bononiensis, excelsi animi vir, Ord. Servorum nobilis Theologus, & declamator eximius, Cenetensem sedem est assecutus an. 1320. 4. Non. Martii à Joanne XXII. cujus erat familiaris & charus. Apud Bononienses suos, Philippumque Regem Gallo- XXIX.

rum

A ,, actus, ut moris est, in talibus faciendo, posuit ,, pariter, & induxit. Rogaveruntque dicti D. ,, Matheus, & D. Guasbertus procurator dicti D. ,, Petri me Odofredum not. de Doyono, quod de ,, ptedictis publicum conficiam instrumentum.

,, Ego Odofredus de Doyono filius q. D. Avantii ,, Jud. de Doyono de Civit. Belluni Imperiali auct. ,, notarius præsens hiis omnibus interfui, & rogatus a partibus predicta scripsi, & meo sig. roboravi.)

XX XIII. * 27 GEORGIUS (1) de Tortis Terdonensis, Cenetensis Episcopus, translatus est ad Cremonensem Ecclesiam an. 1386. deinde ad Vicentinam.

* Ex App. tom. 5.

XX XIV. 28 MARCUS Cremoninus, alii dicunt de Porris, successit Gasberto anno 1376. (2) Cenetensem Ecclesiam administravit usque ad annum 1394. deinde translatus est ad Ecclesiam Nuscanam *a* in Regno Neapolitano, Bonifacio IX. sedente. Unde autem Pasqualinus Alidosius lib. de vit. illust. Bononieu. expiscetur quendam Dominicum Roseilum Bononiensem, quem anno 1376. Cenetensem Episcopum facit, prorsus ignoro, cum ne leve quidem verbum de eo occurrat in lib. Obligat. vel legitimorum eo tempore, vel pseudo Pontificum, sicut memoratur Marcus successisse Gasberto, Marco vero Martinus, qui proxime sequitur. Adducitur etiam errore Gratianus in descriptione Cenetensis civitatis, cum post Marcum, Franciscum Landum in Cenetensi Throno sedete facit anno 1378. cum in Vaticanis monumentis irrefragabilis veritatis, neque hujus, neque illius ulla mentio extet: nisi dicere velimus Franciscum Landum in hac Ecclesia intrusum fuisse, cujus auctoritatis patrocinio hoc non apparet.

a Ubi vocatur Martinus, forsan ex librarii errore.

B

XX XV. 29 MARTINUS, Archidiaconus Aquilejensis, utriusque legis peritus, Apostolicæ Cameræ Clericus, translato Marco suffectus est à Bonifacio IX. anno 1394. 7. Kalen. Feb. ex lib. Provis. Prælat. Mortuus est anno 1399. (,, *Hunc e Frantischinorum gente fuisse tradit Capodaleus in Utino Illust.* ,, *p. t. ubi de eo plura.*)

XX XVI. 30 PETRUS Marcellus, nobilis Venetus, ex Canonico Parentino, evasit Cenetensis Antistes anno 1399. 16. Kalen. Maii. Postea Gregorius XII. illum transtulit ad Ecclesiam Patavinam, *b* de quo ibi.

b An. 1409.

XX XVII 31 Fr. ANTONIUS Corrarius, Venetus, Gregorii XII. nepos, ab eodem confirmatus fuit Cenetensis Episcopus, anno 1409. cum antea fuisset electus Episcopus Æmoniensis *c*, & ad hanc eandem Ecclesiam translatus 1406. Sed cum idem Gregorius in Pisano Concilio fuisset deturbatus de sede, Antonius ad arbitrium Alexandri V. Pontificis Episcopatus munere libens, volensque abivit; qui iterum illum eidem dignitati restituit: cumque de ejus electione nullum adhuc Pontificium extaret diploma, antequam Alexander decederet, à Joanne nihilominus XXIII. eamdem sedem obtinuit.

c Civitatis novæ in Venetis Æstuariis.

(,, *Quid sentiendum de hoc Antonio Corrario, mihi haud est omninò exploratum. Et primo quidem non à Civitatis novæ Ecclesia, sed à Brixensi huc translatum fuisse docent provisionis litteræ an. 1409. Idibus Julii à Gregorio XII. expeditæ hujus tenoris.*

C ,, Gregorius servus servorum Dei. Dilectis Filii Populo Civitatis, & diec. Ceneten. salutem, ,, & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor ille Celestis, & Episcopus ,, animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ,, Ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo exquirit, ut circa cujuslibet statum Ecclesie invigilantet excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, ,, nunc vero per translationis ministerium accomode, prout personarum, locorum, & temporum qualitas exigit, & Ecclesiarum utilitas persuadet, Ecclesiis singulis Pastor accedat ydoneus, & rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspectionem providam, & providentiam circumspectam salubriter dirigat, & informet, ac Ecclesiis ipsis native prosperitatis afferat incrementa. Sane ,, Ecclesia Ceneten. ex eo vacante, quod nos hodie Ven. fratrem nostrum Petrum Paduan. tunc

D ,, Ceneten. Episcopum, apud sedem Apostolicam ,, constitutum à vinculo, quo ipsi Ecclesie, cui ,, tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum ,, consilio, & Apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad Paduan. Ecclesiam tunc Pastore carentem auctoritate Apostolica duximus ,, transferendum, preficiendo eum dicte Ecclesie ,, Paduan. in Episcopum, & Pastorem: nos ad provisionem dictæ Ceneten Ecclesiæ uberem, & felicem, ne longe vacationis exponeretur incōmodis, paternis, & sollicitis studiis intendentes, post de-

(1) Georgium de Tortis, seu de Tultis post Marcum enumerandum pronunciat Ughelliana series in Vicentinis, tanquam ex incogitantia Amanuensis inter Cenetenses omissum, idque repetit in Appendice tomi quinti. Sed cum Georgius in Cathedra Cremonensi sederit ab an. 1386. usque ad an. 1390. quo ad Vicentinam abiit, & vita simul functus est, nullus illi locus esse potest hic inter Marcum, & Martinum. Vel igitur nunquam præfuit huic Ecclesiæ, vel si præfuit, id evenisse oportet ante Marci Cremonini regimen.

(2) Marcus de Porris, quem alii Cremoninum appellant ab urbe fortasse, cui primum divinum jus dixit, non potuit ad Cenetensem sedem pervenisse ante an. 1386. quo videtur commutasse cum Georgio de Tortis, ad Cremonensem vicissim eodem anno translato. Illud quidem satis constat Cenetensis Cathedræ possessionem Marcum haud initise ante an. 1389. ex sequentibus litteris, quas Antonius Venerius Dux Venetus scripsit hujus tenoris. *Universis, & singulis viris de suo mandato Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, & Officialibus quibuscumque in Tarvisio, & aliis terris, & locis in districtibus Tarvisii, Tarvisinæ, & Ceneten fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod 1389. die 15. præsentis mensis Julii capta fuit pars per nos, & nostra consilia minus Rogatorum XL. & zonte intrascripti tenoris videl. Cum SS. D. Papa Urbanus per suas litteras nobis scripsit, quod Ven. virum D. Marcum tunc Episcopum Cremonen. transtulit ad Episcopatum Ceneten. capta fuit pars, attenta laudabili dispositione prædicti D. Episcopi, quam habuit, & habet ad honorem nostri dominii, quod acceptetur, & admittatur ad dictum Episcopatum Ceneten. Quare fidelitati vestræ per nos, & dicta nostra consilia scribimus, & mandamus, quatenus ipsum habere, & recipere debeatis in Episcopum Ceneten. tractando ipsum curialiter, & favorabiliter cum honore. Datum xvi. Julii 1389.*

deliberatiooem, quam de preficiendo eidem Ecclesie Cenet. personam utilem, & etiam fructuosam cum Fratribus nostris habuimus diligenter, demum ad Venerabilem Fratrem nostrum Antooium Ceneten. tuoc Brixien. Episcopum consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam suam assidua expetientia novimus insignitam, & quod ipse Antonius, qui regimioi Ecclesie Brixien. hactenus laudabiliter prefuit, dictam Ecclesiam Ceneten. sciet, & poterit, auctore D. salubriter regere, & feliciter gubernare, direximus oculos oostre meotis. Iotendeotes igitur tam dicte Ecclesie Ceneten. quam ejus gregi Dominico providere, ipsum Aotonium Episcopum a vinculo, quo eidem Ecclesie Brixieo. cui tunc pteerat, tenebatur, de ipsorum Fratrum consilio, & ejusdem potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad dictam Ceneten. Ecclesiam eadem auctoritate transtulimus, ipsumque illi preficimus in Episcopum, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius Ceneten. Ecclesie sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, liberamque eidem Antonio Episcopo tribuendo liceotiam ad eandem Ceneten. Ecclesiam transeundi, firma spe, fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus suos presata Ceoeten. Ecclesia per sue industrie, & circumspectioois studium fructuosum, regetur utiliter, & prospere dirigetur, ac grata in eiidem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca Universitatem vestram rogamus, & hottamur attente per Apostolica vobis sctipta mandantes, quatenus eundem Antooium Episcopum tanquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, & debita honorificentia prosequentes, ipsius monitis, & mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios, & vos io eo per consequens Patrem iovenisse beoivolum gaudeatis.

Datum in Civitate Austria Aquilejeo. Diecef. Idib. Julii Pontificatus oostri anno tetcio.

De hoc Antoaio in Brixiensibus nullum vestigium, forte quia illius Ecclesiæ possessionem non adivit. Quando autem Brixiensis Episcopus dictus fuerit, mihi non liquet. Anno 1406. die 26. Augusti per cessionem Commendæ, quam Angelus Corrarius ejus patruus nondum Pontifex obtinebat, Civitatis novæ Ecclesiam in Venetis æstuariis administrandam suscepit. Eam tenuisse videtur electus Brixiensis, atque etiam Cenetensis, siquidem in Actis Consistorialibus reperio anno tantum 1410. die 2. Aprilis per revocationem Commendæ olim factæ D. Aotonio nepoti Angeli Corrario *illam vacasse, eidemque præfectum fuisse Petrum Nani Venetum. Non diu post electionem Cenetensis Ecclesiæ possessionem inivisse testatur hæc notula, quæ à tergo litterarum provisionis suprallatarum in Ceneten. Episcopali Archivo existentium ad posterorum memoriam inscripta legitur:* Die 26. Augusti 1409. intravit Episcopatum Cenetæ R. D. Antonius Corrario Episcopus Ceneten. *Resignante deinde ad arbitrium Alexandri V. Ceneten. Mitram Antonio, ut narrat Ughellus, electus fuit Cenetensis Antistes ab eodem Alexandro Joannes, & mox Fr. Jacobus de Casinio vel ab eodem Alexaudro, si ejus electio contigit an. 1410. die 27. Januarii, ut asserit Ughellus, vel post diem 17. Maji ejusdem anni si electus fuit à Joannem XXIII, ut idem Ughellus affirmat. Utrumque etenim simul nequit convenire. Sed Joanne, & Jacobo vel juri suo cedentibus, vel alio translatis, aut quovis modo deficientibus, Cenetensi throno restitutus est Antonius, extatque ejus memoria in membranis hujus Archivi ab anno 1411. die 31. Decembris ad an. 1444. die 21. ejusdem mensis. Duo per hæc tempora floruere Antonii Corrarii, Gregorii XII. nepotes, alter Philippi Gregorii fratris filius, alter Petri Gregorii germani. Hic Ordini Prædicatorum nomen dedit, ille ex Institutoribus Canonicorum Regularium S. Georgii in Alga fuit, & S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis. Hujus obitus ad an. 1445. refertur tumulatus in S. Georgii in Alga: alterius ad an. 1432. ut legitur in ejus sepulchrali Epigraphe in SS. Jo. & Pauli, ubi sepulchrum accepit.*

Fratri Antonio Corrario Episcopo Cenetensi Gregorii XII. nepoti Ordinis Prædicatorum obeunti MCCCCXXXII.

*Uter verò tamdiu Cenetensi præfuit Ecclesiæ? Antonius ne Ordinis Prædicatorum? Verum contra Episcoporum ex aliquo Mendicantium Ordinem emergentium morem in nullo ex iis, quæ vidi, Antonii Ceneten. Episcopi documento se Fra*trem *appellat: neque ad an. 1445. Antonius Ordinis Prædicatorum potuit pervenisse, si jam objerat an. 1432. Antonius igitur S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis? Sed obstat quod Antonius Cenetensis Episcopus nullibi Cardinalis enuncietur: & archetypum monumentum consecrationis Ecclesiæ SS. Io. & Pauli, in quo Antonius Corrarius Ceneten. Episcopus Ordinis Fratrum Prædicatorum asseritur. Atque hæ potiora mihi videntur argumenta, ut Cardinali hanc sedem abjudicem, Fratrique Prædicatori addicem, qui nunquam se Fratrem appellavit, quia forte ad infulam evectus antequam Professionem emitteret. Sepulchralis ejus inscriptio cum recens sit, non attendenda. Si ex antiquiori dicatur descripta, potuit facile decipi imperitus artifex, & pro duobus postremis numeris XV. vetustate forte corrosis legere, atque reponere II. Ni conjicere velimus post obitum Antonii Fratris hanc Ecclesiam administrasse Antonium Cardinalem, de cujus tamen non reticenda Cardinalitia dignitate omninò silent, ut dictum est, hujus archivi documenta. Verum de his certiora proferant, quibus Vaticana, vel Prædicatorum familiæ licet evolvere regesta.)*

32 JOANNES aooo 1409. ab eodem Alexandro V. reperitur ad hanc eandem sedem fuisse assumptus 19. Decembtis, ut videre est in lib. Obligationum Prel. Quod cum verum sit, oportet illum, vel juri suo cessisse, vel fuisse ttanslatuoi ad alteram sedem, cum in iisdem libris reperiatur Alexandrum V. eumdem supra memoratum Aotooium eidem Cenetensi sedi promovisse. XXVIII

33 Fr. JACOBUS de Casinio ex Ordine Minorum Antoo o Cortario successit anno 1410. die 27. Januarii, quem Joannes XXIII. promovit ad sedem, ex eodem lib. Obligat. Prael. XXIX.

34 Fr. ANTONIUS Corrarius *a* Veoetus, Ordiois Prædicatorum, forte idem cum superiori, qui cum esset Gregorii XII. nepos, & assecla, fuit deturbatus de sede, iterum hanc suscepit Ecclesiam regendam, quam eximie administravit ad annum usque 1445. quo ex hac mortali vita discessit. Hic à fundamentis duas erexit Turres fortissimas in Castro S. Martini, ubi & alia præclara pro se, suisque successoribus cubicula exædificavit. Cathedralem Ecclesiam exornavit. Jacet Venetiis io Ecclesia SS. Joannis & Pauli, ubi olim habitum sanctæ Religionis induerat, quam consecraverat, ut ibidem marmorea ioscriptio proloquitur.

a Hic idem cum superiori.

Anno Domini MCCCCXXX. die Dominica immediate sequente post festum S. Martini solemniter consecrata fuit Ecclesia ista ad honorem Dei, & B. Virginis sub titulo SS. Joannis & Pauli per Reverendum Patrem & Dominum, D. Antonium Corrarium Dei, & Apostolicæ sedis gratia Comitem, & Episcop. Cenetensem Ord. Fr. Prædic. & nepotem q. D. Gregorii Papæ XII. tempore prioratus R. Mag. Francisci Donati de Venetiis, cui consecrationi interfuerunt quam plures Epis. coadiutores, plurimique alii Prælati & maximus Cleri, & devoti populi concursus, & ipsi Episc. incluserunt dies suos, atque idem D. Anto-

nius

nius amplissima & pretiosa donaria dedit Conventui sanctorum Joannis & Pauli.

[„ Anno 1429. composita fuerunt dissidia inter dictum Corrarium Episcopum, & commune Cenetæ sequenti instrumento, cui cum annectantur jura Cenetensis Episcopi, non incongruum fore duxi illud hic referre.

In Christi nomine. Amen. Anno ab ejusdem Nativitate 1429. Indict. 7. die Dominico, quarto mensis Decembris, in Ecclesia Cathedrali Cenetæ, Præsentib. in Christo Patre, & D.D. Fr. Antonio, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Civitatis Novæ, & in Spiritualibus Vicario Reverendiss. in Christo Patris, & D.D. Antonii Corrarii, eadem gratia Episcopi, & Comitis Cenetensis, Vener. viro D. Presb. Victore de Galetto Plebano Serravalli, ser Augustino Not. q. ser Jacobi Gheto de Conegiano, ser Girardo de Carboneria Not. ser Bapt. q. ser Floretti, ser Petro q: ser Antonii, ser Mainardo Notar. omnibus Civibus, & habitatoribus Serravalli, testibus vocatis, & ad hoc specialiter congregatis, & aliis in multitudine copiosa. Cum, suadente inimico humanæ naturæ, quæstio quædam fuisset mota, & suggesta per homines, & Commune de Ceneta, sive coram Sindicatus, contra, & adversus Reverendiss. in Christo Patre, & D.D. Antonio Corrario, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episc. & Comite Ceneten. Domino quoque suo. Et lis, & quæstio prædicta ad requisitionem, & instantiam dictorum Sindicorum de Ceneta esset, & ventilasset coram Serenissimo, & Excelso Ducali Dominio, sive ipsius Ducalis Dominii Delegatis, supradicta qua judicarunt differentia; ut Homines, Commune, & Universitas prædictæ Terræ de Ceneta ad veram, & devotam obedientiam fiendam in perpetuam præfato Rev. D. suo Pastori, & Gubernatori, & successoribus suis, canonicè intrantibus, & ad solitas observantias, ut tenentur, declinent, & deveniant; secuta per duo Instrumenta de voluntate partium prædictarum consonantia, scripta de manu sapientis viri ser Hieronymi de Nicuola q. ser Andreæ de Venetiis Notar. & Scribæ Cancell. Communis Venet. & subscripta manu ser Petri Entio filii ser Marini de Venetiis publici Not. & Scribæ prædictæ Cancellariæ Venetiarum, in præsentibus Millesimo, & Indictione, die decimo mensis Novembris, Venetiis in Sala parva superiori Sereniss. Dom. Ducis Venetiarum, & per me Not. infrascriptum visa, audita, & lecta, quorum Instrumentorum alterum remanere debeat ad futuram, perpetuam memoriam apud præfatum D. Episc. Comitemque Dominum Cenetensem, & successores suos: alterum verò apud Commune de Ceneta simile debeat remanere, ut semper sciant, quod facere teneantur. Et congregato populo Cenetensi, & totius Vicecomitatus, & Gastaldiæ Tarvii, & aliarum Villarum subditarum ipso D. Episcopo, & Comiti, & præcipuè omnibus Sindicis, & Procuratoribus ipsius Communis: præsentibus Oliverio de Filomena, Martino q. ser Petri, Joanne Curtarello Pelliciario, Guidoto q. Antonii, Vendramo de Brnidis, & Petro de Sancto Jacobo, Nunciis præfactæ Communitatis de Ceneta, transmissis ad præsentiam Ducalis Dominii, occasione differentiarum prædictarum, convocatis tanquam informatis de intentione præfati Ducalis Dominii, & continentia dictorum Instrumentorum; ad auscultanda dicta Instrumenta coram ipso Domino suo, D. Episc. & Comite dicta duo Instrumenta in Missarum solemnium celebratione lecta, & vulgarizata fuerunt ad omnium auditum, & intelligentiam per virum prudentem ser. Gerardum de Carboneria, Civem Serravallensem, Notarium, de voluntate præfati Reverendiss. Domini Episc. & Comitis, & totius Communitatis prædictæ utriusque sexus, & perlecta, & reperta simile de verbo ad verbum auscultata per dictum Oliverium concordare, & in consonantia concurrere. Et interrogato præfato Reverendiss. D. Episc. & Comite si annuere, & stare, laudare, approbare, & ratificare, ac in omnibus partibus, punctis, & capitulis prædictorum Instrumentorum, sicut dictum est, ad ejus intellectum eidem Communitati lectorum, & vulgarizatorum, & publicatorum, facere volebat, & intendebat, idem præfatus Dom. Episc. erigens se humiliter de sede sua, alta voce, cuncto populo audiente, tàm mares, quàm fæminæ, respondit, dicens. Ego consentio omnibus, & singulis contentis, & descriptis in ipsis Instrumentis, particulariter ob reverentiam præfati nostri Ducal. Dominii, & contemplationem Magnificorum Dominorum in ipsis Instrumentis nominatorum; & ipsa Instrumenta laudo, approbo, ratifico, & affirmo, & vires, & robur habeant hinc de cætero per me, & successores meos volo, & intendo. Et similiter, & eodem modo interrogato dicto Populo ibidem ob hanc causam congregato, de ipsius Populi spontanea voluntate, more solito, si dicta Instrumenta, & omnia contenta in eis sibi lecta, & vulgarizata, & auscultata, ut dictum est, in omnib. partibus, & capitulis ipsorum Instrumentorum laudabat, & approbabat, confirmabat, & ratificabat; idem populus, tam masculi, quàm mulieres, cognoscentes eorum errores, & volentes ad debitam, & devotam obedientiam, & pristinas observantias devenire; bono animo, & intentione intendentes, esse in perpetuum boni, fideles, & devoti servitores, ac fidati subditi dicti sui Domini Episc. & cum personis suis parere mandatis, unanimiter, & concorditer, nemine eorum, tam Masculorum quàm Fæminarum discrepante, respondentes, & veniam de commissis per eos contra Dom. suum petentes, & postulantes in conspectu præfati Dom. sui Do. Episc. & Comitis, omnibus melioribus via, modo, jure, & forma, quib. melius, & efficacius potuerunt, laudarant, ratificarunt, approbarunt, & confirmarunt omnia, & singula in dictis Instrumentis contenta in omnib. suis partibus, punctis, & capitulis, Volentes ex nunc dicta Instrumenta & omnia in eis contenta attendere, adimplere, & observare, prout, & sicut jacent, & nunquam in aliquo contra dicta Instrumenta, vel contenta in eis contrafacere, vel convenire aliqua ratione, vel occasione de jure, vel de facto contra eundem suum verum, & bonum Pastorem; immo volebant, & intendebant omninò habere, tenere, & ejus mandatis stare, & parere, tanquam suo vero Domino, prout, & sicut debent fideles servitores, Domino suo debitas facere obedientias, & observantias. Quibus omnibus sic peractis in dicta solemni celebratione Missarum, præfatus Dominus Episc. & Co. de sui solita clementia, & benignitate dicto populo, tam masculis, quàm fæminis, in signum veræ pacis, & peccatorum ipsius populi remissionem signans eos, suam dedit benedictionem, quam dictus populus flexis genibus devotissimè acceptavit. Tenor autem Instrumentorum supradictorum hic sequitur.

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1429. die 18. Mensis Novembris Indict. 7. Cum hoc sit, quod, suggestionibus humani generis Inimici, jam prioribus mensibus exortæ sint, & viguerint certæ differentiæ, ac discordiæ inter Rev. in Christo Patrem, & D.D: Antonium Corrario, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episc: & Comitem Cenetensem ex una, & subditos suos, Commune, & universitatem Cenetæ ex altera, ex quibus variæ dissensiones, & scandala subsecuta sunt. Et ipsi Subditi, Homines, Commune, & universitas tandem eorum cognoscentes errores, & gressus eorum, & viam rectam dirigere disponentes, & ad benedictionem, & gratiam ipsius Pastoris, & Domini devota intentione redire intendentes, ad ejusdem Reverendiss. D. Episco: eorum Domini præsentiam destinarant Oliverium de Filomena, Martinum Petri, Vendramum filium An-

tonii de Ceneta, Joannem filium Magistri Fran- A
cisci Pellitiarii, Guidotum filium Autonii de Ce-
neta, qui coram præfato D. Episcopo gennflexi,
eorum nomine, & vice, & nomine prædicti Com-
munis, Hominum, Universitatis, & singularum
personarum Cenetæ, pro quibus promiserunt de
rato, & ratibabitione, sponte, liberè, & ex cer-
ta scientia, humiliter, & devotè veniam postula-
runt, de quibuscnnque commissis, quomodocumque
perpetratis, tractatis, & quæsitis per eos, & eo-
rum quemlibet contra ipsnm D. Episcopum, Offi-
ciales, & famulos suos, vel alios pro eo agentes.
Promittentes ipsi D. Episcopo de cætero facere,
ostendere, & præstare bonam, veram, & fidelem
obedientiam, quam tenentur, & soliti erant præ-
stare ante suprascriptas differentias, & discordias
occursas, tanquam eorum vero Domino, & Pasto-
ri, & obsequiales operas, juxta formam Inventa-
riorum Episcopatus Cenetæ de 1348. & de 1408.
& unius ejusdem tenoris, ut in libris Episcopatus
Cenetæ habetur: quorum tenor, & continéatia B
ad partium prædictarum, & futurorum omnium
declarationem, & memoriam, de verbo ad ver-
bum, ut latent, inferius describetur. Et tum ip-
sius Communis Homines, & Universitas Cene-
tæ suprascriptis vigentibus novitatibus, certos
propria auctoritate, & contra id, quod facere non
poterant, ut ore proprio confessi sunt, elegerint
Sindicos cum liberiate exigendi, & alia multa fa-
ciendi, ex nunc, nominibus quibus supra revo-
cant omnes ipsos Sindicos, & annullant quicquid
per eos actum est. Volentes, & obligantes eos, quod
teneantur eidem Domino Episcopo reddere ratio-
nem de quibuscunque gestis ut eorum vero Domino,
& Pastori, & quod omnes de gestis per eos vo-
lentes conqueri, ad D. Episcopum habeant recur-
sum, qui de eis cognoscere debeat, ut justum ei vi-
debitur, & conveniens. Qui quidem D. Episco-
pus in præsentia spectabilium, & egregiorum vi-
rorum D.D. Marci Bragadeno, & Andreæ Mau-
roceno pro Illust. Dominio Honor. Sapientum Ter- C
rarum de novo acquisitarum, eorum persuasionibus,
prædictos Oliverium, Martinum, Vendramum,
Joannem, & Guidotum nomine suo, ac Commu-
nis, Hominum, ac Universitatis Cenetæ ac ipsius
Communis Homines, & Universitatem, ac sin-
gulares personas Cenetæ ad gratiam suam, ut ve-
rus eorum Pastor, & Dominus benignè, & gratio-
sò acceptavit, & eis liberè, & cuilibet eorum pe-
percit, ac remisit omnem injuriam, offensam er-
ga personam suam, vel ejus Officiales, & quem-
libet de ejus familia, & quomodolibet factam vel
commissam, liberans eos, & eorum quemlibet ab
omni pœna, quam ob prædicta, & dependentia,
ac connexa à prædictis aliquando meruissent: offe-
rens eos tractare dulciter, ac benigne, ut moris
est boni Pastoris, & Domini, promittensq; eos, vel
eorum aliquem ullo unquam tempore non aggra-
vare contra formam, & continentiam Inventario-
rum inferius descriptorum. Et, ut cognoscant ab
operum experimento ipsius Do. Episc. bonam inten- D
tionem, cum alias per nonnullos de Ceneta ad fu-
rorem Populi interfectus fuisset, tempore bello-
rum, & novitatum Hungarorum, quo eidem Do.
Episc. occupabatur possessio, & Dominium Terræ
Cenetæ, quidam Presbyter Fabianus de Selavo-
nia, de cujus morte culpabiles, & principales re
vera ignorantur: idem Do. Episc. culpabiles ip-
sius mortis eximit, & exemptos esse vult ab omni
banno, quod propterea incurrissent; ita quod li-
berè, ac impunè in Ceneta, & Jurisdict. sua uti
valeant stare, conversare, & habitare, & rece-
dere ad eorum libitum, ut prius facere poterant,
& consueverant. Et ad omnem controversiam,
& differentiam removendam prædictus D. Episc.
& suprascripti Oliverius, Martinus, Vendra-
mus, Joannes, Guidotus nominibus, quibus
supra, spontè, liberè, & ex certa scientia, &
non per errorem, sed omnibus illis viis, & modis,

A quibus melius, & validius potuerunt, & possunt,
revocarunt, & cassarunt, annullarunt, & pro
nullo esse voluerunt quoddam Instrumentum com-
positionis, & concordii alias factum inter vene-
rab. virum D. Angelum Bono, Archipresbyterum
S. Georgii de Illasio, Diœcesis Veronensis, ac Col-
lectorem Apostolicum, qui pro præfato Do. Epis-
cop. agere asserebat, & pro eo obligavit de rato,
& ratibabitione ex parte una, & dictum Commu-
ne, Homines, & Universitas Cenetæ ex altera:
scriptum, & publicatum manu Jo. Nicolai q. Ti-
ciani de Benasutis Imp. Not. & Dom. Potestatis
Serravalli Cancellarii, in 1429. Indictione 7.
die 1. Mensis Junii Serravalli, cum habeant ip-
sum Instrumentum de jure nullius valoris, & ro-
boris. Et insuper ipsi Do. Episc. Oliverinsque,
Martinus, Vendramus, Joannes, & Guidotus,
per expressam mentionem fieri in hoc Instrumento,
mandarunt, & voluerunt, ut per præsens Instru-
mentum, aut per aliquod in eo contentum, non in-
B telligatur in aliquo derogatum alicui Privilegio,
vel Instrumento, tam pro ipso D. Episc. quam pro
ipsius Communis Hominibus, & Universitate Cene-
tæ facientibus, nec non alicui preminentiæ, vel
dignitati ipsius Domini Episcopi: quinimò ipsa
Privilegia, Instrumenta, Præminentia, & di-
gnitas in omnibus conserventur, & per continua
tempora per utramque partium manuteneantur.
Tenor autem Inventariorum, de quibus supra fit
mentio, talis est.

D. Episcopus habet merum & mixtum imperium
in Temporalib. & Spiritualib. in Ceneta, & ejus
districtu, in Vicecomitatu Tarsii, Arsautæ, &
Corbanesio, & eorum pertinentiis, ac de Villa de
Ruinis. Dictus D. Episc. ponit unum Vicec. Tar-
sii Gastaldiæ, qui ibi reddit Jus, & debeat ha-
bere Vicecomes pro salario ab Hominib. dictæ Ga-
staldiæ, sive Vicecomitatus in anno lib. 200. par.
& certas regalias in Paschate, & in Nativ. Do.
& faciunt sibi fœnum, & alia publica sibi neces-
C saria.

Homines de Vicecomitatu tenentur portare Cene-
tam D. Episcop. ad Festum Nativitatis Domini
certa plaustra lignorum, & in Paschate. Item u-
num Vitulum in Natale, & unum in Paschate, &
certos Agnos Vicecomiti.

Omnia publica Episcopo, & Episcopatui Cene-
tensi tenentur facere illi de Ceneta, & secare fœ-
num pro equis D. Episcopi, habendo expensas,
& teneantur sibi portare ligna. Item facere custo-
dias in castro, & Arce, secundum quod D. Epis-
copo videbitur, & de die, & de nocte, & debent
remanere saltem de die duo de Custodibus in Ca-
stro, & habent expensas à D. Episcopo, qui custo-
dire debent ostium Castri, & facere servitia in Cu-
ria dicti D. Episc. juxta consuetudinem.

Quandocunque Fideles Episcopatus portant li-
gna, seu aliqua publica faciunt, debent habere à
D. Episcopo de Pane, & de Vino.

Omnes expensæ pro reparatione Castri S. Mar-
D cini, & Arcis Illi de Ceneta faciunt ad eorum
expensas, verum ex curialitate Do. Episc. facit
eis dare de vino. Similiter tenentur tenere in con-
tio Zironum.

Verum aliæ expensæ necessariæ fiendę in Pala-
tio habitationis D. Episcopi, & intra Pontem per
D. Episcopum fieri debent; tamen ipsi de Ceneta,
venientes per publicum, habeant expensas à D.
Episcopo; dummodo dictus D. Episcopus solvat
Magistris principalibus.

Illi de Ruinis, quæ Villa est Episcopatus, tenen-
tur portare ligna pro claudendo Jardinum Castri
S. Martini, & pro Pergulis, & tenentur eas tene-
re in contio; sed dictus D. Episc. facit eis expen-
sas.

Cenetenses tenentur in Paschate certa regalia
portare ipsi D. Episc. Vitulos duos bonos, & in Fe-
sto Nativitatis Domini Vitulum unum, & Por-
cum unum: sed in prædictis Festivitatibus di-

ctus

ctus Episcop. convocat aliquos de bonis viris de Ceneta ad prandendum secum ad sui beneplacitũ.

D. Episcopus habet Datia Panis, & Vini, & Beccariæ in districtibus prędictis, & solent affitari. Simili modo habet Datum Mudæ veteris animalium, & solet affitari. Et mudam de Salsa cundo supra, & redeundo de supra, quaruncunque mercantiarum pro quolibet Plaustrò, sive carretta parvulos quadraginta; item pro omni equo, sive summa mercantiarum parvulos viginti: Item pro quolibet homine onerato mercantiis solidum unum parvorum.

Festum S. Mariæ de Misco, Festum S. Jacobi de Veja: Festa de Tartio, Arfania, Corbanesio, & de Rusnis custodiuntur per subditos Dom. Episcopi secundum beneplacitum suum, & portatur Vexillum Dom. Episcopi ad dicta festa.

Omnes condemnationes cujuscunque conditionis existant factæ per D. Episcopum, seu Vicarios, seu banna imposita per Statuta Cenetæ applicantur Mensæ Episcopali.

Muda de Tartio, Arfania, & Corbanesio est Domini Episcopi, & solet affitari. Illi de Gastaldia tenentur facere Pisonem D. Episcopo de Caseo secundum quantitatem animaliũ minutorum, quæ habent. Similiter illi de Ceneta tenentur mittere animalia sua minuta ad pascendum, & standum in Montibus Episcopatus, & debent fieri la Pison de Caseo D. Episc. secundum consuetudinem.

Omnes redditus Episcopatus Cenetensis, Canonicorum, & Fidelium D. Episcopi, & Episcopatus Cenetensis debent extrahi liberè, & sine aliqua solutione Datii, vel Gabellæ, mudæ, vel imbottaduræ, vel aliqua expensa, de Coneglano, & aliis locis Venetiarum, & conduci Cenetam, & ad alia loca subditorum Episcopatus; prout versa vice D. Episcopus permittit extrahere Redditus subditorum Dominii Venetiarum prædictis de locis D. Episcopi, & Episcopatus.

Ad passus Plavis D. Episcopus, famuli, Nuntiique sui, & Canonici sui, & alii de Ceneta non debent solvere aliquid; imò debent portari sine aliqua solutione, tam equestres, quam pedestres.

Licet condemnationes sint limitatæ per Statuta Cenetæ, tamen D. Episcopus ex mero arbitrio suo potest ipsas minuere, & augere, secundum quod sibi videbitur.

Omnes sententiæ latæ per Vicarios possunt laudari, & annullari per D. Episcopum, secundum quod sibi de jure videbitur, & arbitrio, nec antiquitus poterat alter appellari nisi D. Episcopo, & ejus Curiæ.

Omnes Mensuræ Cenetensium, & Communitatis debent esse bullatæ bullo D. Episcopi.

De quibus omnibus suprascriptis voluerunt prędictæ Partes, & nos Notarios infrascriptos rogaverunt, ut duo publica Instrumenta conficeremus ejusdem continentiæ, & tenoris, unum pro parte tradendum.

Actum Venetiis in Sala parva audientiæ superioris Palatii Serenissimi D. Ducis Venetiarum.

Præsentibus prudentibus, & circonspectis viris, ser Joanne Bruto. q. ser Francisci de Venetiis, & ser Joanne de Aureolis ser Gerardi Cive Brixiensi, & Ordelafo Petri de Bononia, Familiaribus Mag. Domi. Mantuæ Testibus ad hoc rogatis, & specialiter vocatis.

Ego Hieronymus Nicuola q. ser Andreæ de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, Judex ordinarius, ac Ducalis Cancellariæ Venetiarum Scriba prædictis omnibus interfui, & rogatus una cum infrascripto ser Petro Entio Scriba scripsi, publicavi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Petrus Entio Filius ser Marini de Venetiis publica imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, ac Ducalis Cancellariæ Venetiarum scriba prædictis omnibus interfui, & rogatus una cum suprascripto Hieronymo de Nicuola signum meum apposui consuetum. Quibus sic peractis, lectis, factis & publicatis in occasione prædicta, præfatus D. Episcopus, & Comes, ac descendentes, ac prædicti Oliverius, Martinus, Joannes Curtarellus, Guidotus, & omnes alii Cenetenses, ibi astantes, & prædicta de causa congregati rogaverunt me Notarium infrascriptum, ut una cum Hieronymo q. ser Petri Floris, Notario de Ceneta in consonantia scribendo debere sibi conficere Instrumentum publicum.

Ego Zarcabrunus Filius ser Bollenani de Luxia Civis Feltri pub. Imper. auctoritate Not. prædictis omnibus, & singulis præsens fui, & rogatus scripsi, signumque meum in fidem, & testimonium omnium præmissorum apposui consuetum.

Ego Hieronymus Filius q. ser Petrifloris Not. de capite Broilei, Civis Cenetæ pub. Imper. auctoritate Not. suprascriptis omnibus, & singulis affui, & rogatus à præfato Reverendissimo Dom. Episcopo, & Comite Cenetensi, & à Communitate, & Hominibus Cenetæ suprascriptis scribere de prædictis una cum suprascripto Zarcabruno Not. publico publicum debeam Instrumentum in consonantia ad perpetuam futurorum memoriam pro confirmatione prædictorum; & ideo in præmissorum fidem, & testimonium me subscripsi, signoque meo, & nomine publico, & consueto coboravi.



NICODEMUS Marcellus Cenetensis Episcopus electus est 1445: qui nondum tuta possessione decessit, ut docet sequens monumentum, quod in quodam vetusto Codice Cancellariæ communitatis Cenetæ sic legitur. Scitote, quod de anno 1411. in Vigilia Nativitatis Domini Ungari fracto exercitu DD. Venetorum transierunt Liquentiam, & occupaverunt totum agrum Cenetensem, & territorium, & omnia castra, & inter cætera tenuerunt occupatam Cenetam per annos septem expulso D. Antonio Corrario Episcopo Ceneten. Anno postea 1418. D. Veneti magno exercitu expulerunt Ungaros. Tunc Ceneta fuit tota combusta, & D. Veneti postea restituerunt Cenetam D. Antonio Corrario Episcopo, qui vixit usque ad 1445 & postea successit D. Petrus Leono, qui, ut fertur, fuit electus per Capitulum, & Communitatem Cenetæ; licet antea electus fuisset D. Nicodemus Marcellus, qui morte præventus non intravit Episcopatum.) XL.



XLI 35 PETRUS Leonius, nobilis Venetus, E-

piscop. Auxerensis, ad hanc Cenetensem Ecclesiam fuit translatus anno 1445. 5. Kal. Junii, de quo meotio an. 1460. (,, *Sed & anno 1463. & 1474. quo adbuc in hac Cathedra sedebat, in Cenetensi statuto pag. 6. & 9. entendisur Petri Leonii memoria, Parum deinde supervixit eodem anno 1474. defunctus.*)

a Hic non fuit Episcopus Ceneten.

36 ANDREAS *a* de Calderinis, Bononiensis, Gasparis filius, Cenetensis Ecclesiæ Antistes fuit anno 1466. ut scribit Alidosius.

XLII. 37 NICOLAUS *b* Trivisanus, Patavinus, universæ Italiæ legum peritia, doctrina, moribus, & perpetua inoocentia, ac laude probatus, à Sixto IV. Pontifice Cenetensis Episcnpus fuit adlectus, fuitque sub eodem Romæ Vicarius. Cenetæ aliquandiu residens, cum boni pastoris studium pie simul, ac sapienter exereuisset, aram ibidem cum delubro ære suo extruxit, liberaliterque dntavit, & in en sepeliri vnlebat. Reliquum ætatis Patavii eum suis aliquandiu amanter exegit: ibidemque decessit in dnmo paterna anno 1498. id. *c* Jaouarii, & in Cathedrali fuit sepultus in tumnlo, quod nnn immemor mortis diu antea vivens sibi paraverat, eum hnjusmodi epitaphio.

b De eo Portenerius in hist. Patav. l.9.c.1. Nonagl.

c Die 10. Januarii.

N. Trivis. Jur. utri. Doctor
Præsul Cenetensis vivens
Posuit . . . . . . MCCCCLXXXVII.
Vita quies, sed nulla quies mortalibus unquam
. . . . . *est vita magis quam mihi partu quies.*
Vixit an. LXII. mens. D. . . .
Obiit Patavii domo paterna
IIII. *id. Januarius* MCCCCLXXXXVIII.
Huc traslatus solemni pompa.

Longe hic Nicolaus diversus ab alio ejusdem cognominis Epis. Nonensis, qui obiit Paduæ anno 1451. Jacet ante sacellum S. Francisci io Ecclesia D. Antonii sub marmore cum effigie Episcopi quiescentis eum hoc epitaphio.

Hic tumulatur venerandum Corpus Reverendiss. D. Nicolai Trivisani olim Episcopi Nonensis Artium & sacræ . . . Doctoris eximii, qui obiit anno D. MCCCCLI. mensis Decembris die septimo.

(,, *Nicolaus Trivisanus prædefuncto Leonio successor datus est anno 1474. ante diem 16. Octobris, quo jam consecratus Antistes renovat Joanni q. Francischini de Ceneta investituram quorundam bonorum, ut in documento, quod in Episcopali archivo servatur, in quo ejus prædecessor Leonius Nicolai avunculus appellatur. Veteres urbis leges restituit, novasque condidit, quæ in Cenetensi statuto leguntur descriptæ. Sed ad indicandam Cenetensium Præsulum auctoritatem liceat hic proferre nobile privilegium, quo Nicolaus Leoniam nobilem Cenetensem familiam enornavit an. 1476. ab omnibus oneribus tam realibus, quam personalibus illam eximens in hunc modum.*

Antiquorum Principum secutus vestigia Reverendiss. in Christo pater, & D.D. Nicolaus Trivisanus juris utriusque Doctor, Dei, & Apostolice Sedis gratia Episcopus Ceneten. & Comes, inspecta fide, observaotia, & servitute dudum sine ulla intervallo egregie præstitis tam sue Reverendissime D. quam precessnribus suis per Ven. Canonicum suum D. Sigismundum q. Ser Leonis de Ceneta, & omnem ejus familiam, volens erga illum, & suos uti aliqua liberalitate ad aliorum exemplum, & benemerenetum spem, presfactum D. Sigismundum cum tota ejus familia nunc existenti, & inposterum ventura imunem, liberum, & exemptum de plenitudine potestatis suæ, ac de gratia speciali, dum presfactus Reverendiss. D. Episcopus vixerit, fecit, & esse voluit, adeo quod de eetero nec Comune Cenetæ, nec aliqui sui officiales possiot, aut ulla modo valeant eundem D. Sigismundum eum ejus tota familia artare, seu artari facere ad exhibendum, & faciendum aliqua onera realia, seu personalia, a quibus omnibus, & cæteris angariis liberum haberi voluit, quoad vixerit, cum ejus ut supra familia tota. Datum & actum Cenetæ io Episcopali Castro sancti Martini io Sala superiori presentibus ibidem Ven. viris D. Georgio Canonico Ceneten. D. Prespitero Michaele de Stala de Coneglano, & eximio artium, & medicine doctore, D. Dominico q. D. Nicolai de judice de Ceneta sub anno Nativit. ejusdem 1476. Indict. IX. die nltimo Martii. In quorum fidem has literas fieri fecimus, & sigilli nostri Pontificalis munimine roborari.

Ego Victor Vallaressin de mandatn ss.

In regesto Cenetensium Canonicorum appellatur Nicolaus S.R.E. Cardinalis, & habitu Cardinalitio indutus visitur ejus effigies in Cathedrali. Fueritne Cardin. saltem designatus, viderint eruditi.)

38 FRANCISCUS Brevius, Venetus, I. U. D. peritissimus, Romanæ Rotæ Auditor, sub Alexandro VI. pontifice Cenetensem Cathedram ascendit anno 1498. die 19. Januarii. Posteriorem partem Cathedralis temporum injuria pene collapsam restituit, viam, quæ ad Castellum ducit, aperuit. Desiit esse an. 1514. *d* XLIII

d 1508.

XLIV (,, MARINUS *Grimanus hujus Ecclesiæ clavo admotus est an. 1508. cum gubernatore destituta remansisset per obitum Brevii: quod luculenter testatur Rogatorum decretum, cujus auctoritate statutu est electo sedis temporalis possessio in hunc modū.*

1508. a t. Augusti in Rogatis.

Cum nuper obierit diem suum R.D. Franciscus Brevius Episcopus Cenetensis Beatitudo Pontificis Maximi promovit ad dictum Episeopatum R.D. Marinum Grimanum Ser Hieronymi, personam utique virtutibus præditam, & litterarum studiosissimam, sicut per Breve Apostolicum mudo hoc Consilium intellexit; deceatque provisiooi factæ de persona Nobilis oostri, de qua optime sperandum sit, benignè anouere: Vadit pars, quod eidem R. Marino, seu ejus legitimo procuratori detur tenuta, & possessio Corporalis dicti Episcopatus cum responsione fructuum, reddituum, & proventuum illius, sicut in similibus consuevit.

Interfuit Marinus Lateranen. Concilii sessioni tertiæ habitæ die 3. Decembris an. 1512. & sequentibus quartæ, quintæ, sextæ, septimæ, nonæ, & demum decimæ die 4. Maji 1515. celebratæ. Translatus deinde est an. 1517. ad Aquilejensem Patriarchatum ex cessione Cardinalis Dominici ejus patrui, cui jam antea Cenetensis Ecclesiæ cesserat Administrationem. Electus deinde fuit à Clemente VII. S.R.E. presbyter Cardinalis, atque hanc Cenetensem Ecclesiam suscepit iterum administrandum an. 1531. die 18. Decembris inita per procuratorem possessione an. 1532. die 31. Januarii. Sed rursum anno 1540. die 21. Aprilis hac infula se spoliavit cum regressu tamen, in favorem Joannis fratris; quo ad Aquilejensem Patriarchatum translato an. 1545. Cenetensis Ecclesiæ regimen ad Marinum rediit, quod demum dimisit letbo intercedente an. 1546. Vide, quæ fusius de hoc Grimano, ejusque patruo Dominico, & Joanne fratre enarrat Ughellus in Aquilejensibus.) –

39 DOMINICUS Cardinalis *e* Grimanus hanc XLV

e De eo

Ec-


Oldoinus in Ciaconium to. 3. col. 180. XLVI

Ecclesiam suscepit admioistrandam anno 1514. eaoque resignavit anno 1520.

40 JOANNES Grimanus, Card. Dominici oepos, electus suit Cenetensis Eccl. Antistes 1520. die 23. Martii. Sedit annos XI. eoque deinde munere volens abivit in savorem Marioi Cardinalis fratris. Ipse vero postea ad Aquilejeosem sedem Patriarchalem subvectus est. De quo ibi.

a De eo item Oldoinus ibid. col. 485. Nos ante Dominicum retulimus.

41 MARINUS Cardinalis Grimanus, *a* Jo. frater germanus, ex illius cessione hanc Ecclesiam suscepit administrandam 1531. die 18. Decembris. Organum in Cathedrale extruxit, turrimque campanariam; prope Cathedralem quoque oobile sexrrum populorum commoditati exædificavit, & picturis egregiis exornavit. De eo vide, quæ diximus supra in Patriarchis Aquilejensibus.



XLVII

b De eo Oldoinus in Ciacon. t. 4. col. 86.

42 MICHAEL à Turre, *b* sive Turrianus, Utineosis, filius Comitis Aloysii, atque Thaddææ Strasoldæ, natus anno 1511. Hic cum præclara iodole, & ad res magnas unice factus, Paulum III. Pontificem Maximum in amorem traxisset, ex Referendario Apostolico ab eo creatus est Episcopus Cenetensis anno 1547. *c* tum & Apostolicus Nuncius ad Henricum II. Gallorum Regem, eodemque legationis munere functus est sub Julio III. Reversus in Italiam Pontificiæ domus Præfectus fuit, deinde Umbriç Gubernator, iterumque à Pio V. missus in Galliam est ad Carolum IX. ut ad extirpandam hæresim, illum sua prudentia aoimaret. Taurini anno 1567. 7. Id. Aug. in æde S. Joannis Evangelistæ, ejusdem Pontificis nomine, Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducis filium e sacro fonte suscepit. Intersuerat Tridentino Concilio, non sine laude prudentiæ, atque doctrinæ, quam jam olim ante agendo apud Christianos Principes abunde collegerat. Demum à Gregorio XIII. retulit Senatoriam purpuram, quo mortuo in comitiis, ob sua in Ecclesiam ingentia merita, Apostolicæ sedi propius accessit. Post Sixti V. creationem, brevi decessit 1586. 11. Kal. Martii feria IV. Cinerum septuagenarius supra quioque. Relatum ejus corpus Cenetam in Cathedrali sepelierunt. Purpuratus sane ob singularem pietatis laudem æterna memoria dignus

c Die 8. Februarii.



XL VIII.


d Die 9. Martii.

43 M. ANTONIUS Mocenicus, nobilis Venetus, Michaeli successit 1586. *d* Pontificius Nuncius fuit in Gallia, quo tempore Henricus IV. Rex Parisios obsidione cinxerat. Reversus deinde ad Ecclesiam sibi creditam, quam pie, sancteque administravit, graviterque senescens, eo munere se exolvit anno 1599. postquam Seminarium Clericorum ad normam Concilii Tridentini instituisset.

XL IX.

e Ad an. 1619.

44 LEONARDUS Mocenicus, M. Antonii nepos, patruo successit die 13. Jaouarii 1599. Diuturniori annorum mora *e* hanc Ecclesiam administravit cum laude optimi Præsulis. Eoque sedente Patres Minores districtioris Observan. in Urbe instituuntur, & Cœnobium Monialium S. Augustini prima incrementa cœpit.



L.

f De eo Oldoinus in Ciacon. t. 4. col. 415. *g* An. 1613.

45 PETRUS Cardinalis Valerius, *f* Venetus hanc eandem sedem est assecutus, *g* eamque administravit usque ad annum 1625. Deinde translatus est ad Ecclesiam Patavinam.



LI.

h 13. Octob. ex Actis.

46 MARCUS Justinianus, nobilis Venetus, ex Episcopo Torcellano translatus fuit ad hanc Cenetensem Ecclesiam 1625. die 7 *h* Octob. Sex annos sedit, translatusque deinde est ad Veronensem Episcopatum anno 1631. die 7. Aprilis.



LII.

i De eo Ciacon. Oldoin. to. 4. col. 604.

47 M. ANTONIUS Bragadenus *i*, nobilis Venetus, paulo ante Cremensis Antistes, translatus est ad Cenetensem sedem 1633. die 10. Januarii. Anno vero 1639. translatus fuit ad Vicentinam, factusque deinde est Sanctæ Romanæ Ecclesiç Cardinalis anno 1641. ab Urbano VIII.



LIII. 48 SEBASTIANUS Pisani, nobilis Venetus, electus 19. Decembris 1639. Vivit adhuc ab Innocentio X. Pontifice Maximo designatus Veronensis Antistes anno 1650. (,, *Translatus annum fuit 6. Octob. 1652. proficua synodo apud Cenetenses celebrata.*)

LIV. * 49 ALBERTINUS Barisonus electus die 24. Novemb. 1653.

A D D I T I O.

(,, *Albertinus Barisonius, nobilis Patavinus, utriusque juris consultissimus, in Patria Cathedrali primum Canonicus, & sede vacante Vicarius Capitularis, mox Archipresbyter, & in patrio Lyceo feudorum primò, deinde Pandectarum, & denique philosophiæ moralis publicus professor, tandem infula Cenetensi exornatus commissum sibi gregem pavit ad an. 1667. quo die 15. Augusti pene octuagenarius ad cœlestia migravit, cum ex asse Cathedralis suæ Capitulum instituisset hæredem. Ingrati animi proinde testimonium Canonici beneficentissimo Antistiti hoc perenne monumentum erexere in Cathedrali an. 1694. hac addita Epigraphe.*

,, Albertino Barisonio Patavino ex antiquis Vigontiæ Dominis Episcopo Cenetensi, pietate, doctrina, Beneficentia insigni, Collegium Canonicorum B. M. P.

,, Tanta fuit pietas Barisoni Antistitis, urbi ut simul huic moriens se daret, atque sua.

LV. ,, PETRUS *Leonus, nobilis Venetus, J.U.D. & Ecclesiæ Patavinæ Canonicus Barisonio subrogatus est 14. Novemb. 1667. ad Veronensem Cathedram deinde translatus, ubi de eo.*

LVI. ,, MARCUS *Antonius Agazzius, Civis Venetus, & Alexandri VIII. P. M. nepos, Cenetensis Episcopus dictus est 9. Januarii 1691. Castrum S. Martini, quod pluribus in locis minitabatur ruinam, refecit, & Clericorum Seminarium ampliavit. De sua Ecclesia optimè meritus è vita migravit 28. Martii 1710.*



LVII. ,, FRANCISCUS *Trivisanus, nobilis Venetus, J. U.D. in utraque signatura Referendarius, ac perpetuus S. Thomæ de Torcello Abbas Commendatarius, Cenetensi throno nobilitatus est 21. Julii 1710. Hic nobilissima, vetustissimaque inter Venetos proceres ortus familia, cum pueritiam, pubertatemque in amænioribus, severioribusque ebibendis insumpsisset disciplinis, Ecclesiasticæ militiæ nomen dedit, quam adeò infracto prosecutus est animo, ut ab ea non parentum illecebris, non præclarissimi sanguinis in ipso, & fratre morituri ad posteros transmittendi lenocinio divelli minime quiverit. Romam profectus ut primùm Alexandro VIII. se conspiciendum præbuit, maximi Pontificis oculis, & animo ita se commendabilem exhibuit, ut acerrimus ille ingeniorum æstimator quibuscumque obeundis muneribus Franciscum judicaret accomodum. Eum igitur è vestigio honoris ergo cubiculi sui aulicum secretum dixit, nec diu post Prælatum domesticum declaravit. Mox ad Etruriæ magnum Ducem, Januensemque Rempublicam misit, ut contra Turcas suppetias impetraret, ad Sabaudiæ Ducem, ut ingruente inter Gallos Hispanosque bello Vercellas Pontificiis turmis custodiendas traderet, neutrique parti addictus externas acies ab ingressu Italiæ longè removeret: in Gallias denique specie quidem roseum pileum Cardinali Jansonio deferendi, sed revera ut gravissima, quæ inter Ludovicum XIV. atque sanctæ memoriæ Innocentium XI. propter quatuor propositiones à conventu Cleri Gallicani an. 1682. editas exarserant dissidia, sopiret, extingueretque. Demandata provincia undecim fermè menses fere ut defunctus est Franciscus, & ditionem Avenionensem, Comitatumque Venusinum, quos Galli occupaverant, 118. tormenta bellica, cæteraque arma, quæ inde asportaverant, Apostolicæ Sedi restituenda obtinuit, ea usus agendi dexteritate, ut Maximi Regis, maximique Pontificis, & laudes promeruerit, & gratiam. Dum in Galliis degeret, Societatem Jesu, quæ à seipsa, atque in partes discindi pronior erat, arctissimo unionis vinculo curavit devincire; ibique nascentem de peccato philosophico sententiam, quæ deinde Ecclesiastica censura meruit condemnari, primus in apricum produxit. Romam reversus Prælatus Sacræ Consultæ, & Boni Regiminis, atque Avenionensis Congregationis à Secretis est declaratus: mox selectus, qui recenter nato Portugalliæ Regis Infanti fascias deferret, atque in Galliis subsidens Nuncii extraordinarii apud Christianissimum regem munere fungeretur. Sed Infante importunè erepto, cum in Regno Neapolitano grassantis contagis in dies cresceret suspicio, Commissarius generalis præfectus est ad arcendam à Sabina, atque Montana Provinciis fœdam luem. Qua occasione litigantes de finibus conterminos populos sedavit, asserto Pontificiæ jurisdictioni castro Verano, Ophei territorio, alioque non modico terræ tractu. Nec destitit summa fide, eximis viribus, gravibus, implicitisque indefinenter adhibitus muniis de Apostolica sede benemereri, donec resarciendæ salutis gratia patrium aerem repetere coactus fuerit. Pluries deinde Romam revocatus adultam jam, ac prope maturam amplissimorum bonorum spem abjicere, oblatumque non semel Cameræ Clericatum recusare veritus non est, ut sibi tandem, suisque vivere liceret. Verum parta quiete frui non diu illi contigit, siquidem Cenetense populo impensius postulante, & Clemente XI. lubentissime annuente, Cenetensis ovilis curam suscipere coactus est: ipsaque die, qua sacra unctione est delibutus 10. Augusti 1710. has Cenetensibus suis Apostolicam loquendi formam propius imitatus pastoralem undique redolentes sollicitudinem, atque charitatem dedit literas: eæ quidem dignæ sunt, ut æternitati commendentur.*

,, *Dilectis Fratribus & Filiis, Clero, & Populo Civitatis, & Diœcesis Cenetensis Salutem in Domino sempiternam.*

,, Suprema ordinante clementia factum est, venerabiles Fratres, charissimi Filii, ut devicta pugna adversus carnem, & sanguinem, manere-

mus

„ mus iu vocatione„ qua misericorditer vocavit nos Deus: cujus quoque decreto contigit (quod vos ignorare non putamus) ut cursu plusquam decennali in Aula Romana consummato, fideque in variis ministeriis servata, vobiscum in domum pacis nostræ, nobismetipsis vacare cupientes, secederemus, nihil sperantes, nisi in Christo Domino Nostro. Hoc sanè quotiescumque memoria recolimus, satis mirari non possumus, quanta humanitate, & benevolentia tenuitatem nostram prosecuti, eaudem ex modio, ubi spontè latebat, supra candelabrum votis, & precibus attraxistis; optantes nos in Pastorem, eum prodesse, quàm præesse vobis maluissemus. Ecce igitur, jubente Deo, vocanteque Sanctissimo Christi Vicario, Divinæ voluntati, vestroque amori resistere haud æquum existimantes, Episcopali oneri, Angelicis quoque viribus formidando, Christiana obedientia humeros nostros submisimus, haudquaquam in uobis, sed tantummodò in Domino, & in vobis fidentes. Quapropter rogamus vos, dilectissimi, per Viscera Misericordiæ Dei Nostri, ut unanimes honorificemus Deum, gratias agentes, & una semper orantes, ut non recipiamus in vacuum gratiam ejus, nec vituperetur ministerium nostrum: sed propriæ infirmitatis conscii, nosmetipsos reformase possimus, atque abjectis operibus tenebrarum, induamur arma lucis, rectè ambulantes, & abundantes in officio, quod suscepimus à Domino JESU pro salute Animarum vestrarum. Divina itaque, & æterna Veritas, quæ novit abscondita cordis nostri, testari diguetur quàm optemus connumerari, non inter mercenarios, sed iuter veros Pastores, regentes nos in Spiritu lenitatis, & in plenitudine dilectionis. Et sicuti per ostium Divinæ pietatis, vestrique amoris ingressi sumus, ita libentissimè desiderabimus pouere Animam nostram pro ovibus nostris, attendentes, ne ulla pereat, exquirentesque perditam, dunec inveniamus. Sic faveat miseranter imbecillitati nostræ suprema bonitas, ut cumprimùm ad Sponsam nostram, cujus decorem unicè diligimus, properare licuerit, tunc exemplis, & verbis palàm facere valeamus omne consilium Dei in vobis, & quæ justitiæ, & quæ pacis sectari, & quæ ædificationis, & maximè quæ dilectionis suut, invicem custodire possimus, ut per rectum tramitem perducamur in agnitionem veræ virtutis. Cæterùm sicut in omnibus, summa auxiliante misericordia, a Prædecessoribus Nostris numquam degeneres in Dominici sanguiuis dispensatione esse speramus; sic tamquam veri Pastores, non pasci, sed enutrire gregem nobis creditum semper cupiemus, quærentes non utile nobis, aut gloriæ nostræ, sed id unum, quod pertinet ad Ovium nostrarum necessitates, & medelas, honoremque ejus, qui misit nos. Veniemus ergo protinus ad vos, & os ad os ioquemur: interim verò sicut oves, quæ vocem Pastoris etiam longè stantis audiunt, attendite, dum refundimus viscera nostra in vobis, quibuscum nobis erit semper cor unum & anima una. Mementote dignitatis vestræ, quia Dii estis, & filii excelsi omnes: qui euim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Estote fortes in bello, resistentes iis, quæ militant adversùs animam vestram. Geminis hisce telis pugnate, ***Amore erga DEUM***, ***Amore erga Proximum***, scientes, quod plùs recipit, qui plùs diligit: etenim charitas virtutum consummatio est, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Hæc modò vobis instantissimè commeudamus, undè tota lex pendet: atque imposterum pro his obsecrantes, arguentes, opportunè, & importunè increpantes, sæpè sæpiùs, & semper vobiscum erimus. Filioli diligite Deum, diligite alterutrum, & in dilectione quoque erga nos, quæso, perseverate: & sic vos Deus adjuvet, quod humillimè depreca mur.

„ Datum Romæ ipsa die consecrationis nostræ 10. Augusti 1710.

„ *Ut autem sponsam suam invisit, urbem totius populi plausu solemniter ingressus die 22. Julii 1711 eam adorsus est ita amplecti, atque fovere, illius decorem, atque venustatem exquirere, at persequi, ut amantissimi, pervigilisque Præsulis sese præberet exemplar. Nam perlustrata diœcesi, & Cleri mores defæcatiores reddere, Ecclesiasticam disciplinam, sicubi defecerat, restituere, Templorum, sacræque supellectilis nitorem exquirere, abusus tollere, omnia denique ad sanctiorem cultum revocare curavit; & in id præcipuè animum intendit, ut commisso sibi gregi & cœleste pabulum nullibi deficeret, & ab eo noxium, atque lethale longe moveret. Novas propterea alicubi Parœcias instituit, ubique Christianam catechesim reparavit, & totus iis, quæ ad sanctum officium pertinent, incubuit. Pauperum verò indigentiæ ita consultum voluit, ut & Montem Pietatis, qui hactenus desiderabatur, fundarit, atque in proprio palatio publicum aperuerit pharmacopolium, e quo egrotis necessaria gratis exhiberentur medicamenta. Pergit interea optimus Præsul inceptum iter irremissa prosequi contentione: nos verò ne videamur ejus laudes velle circumscribere, qui optimè agendi terminum nondum attigit, posteris illius facinora commendanda relinquimus, tot illustrium virorum, qui Francisci memoriam in editis jam monumentis æternitati honorificè consecrarant, secuturis. Illud tamen minimè prætereundum, scripsisse doctissimum Antistitem, atque typis mandasse de reis non deferendo juramento tractatum Theologico legalem sacra, profanaque refertum eruditione, & nunc præ manibus habere alterum de Emphyteusi Ecclesiastica tractatum, pluresque adornare Epistolas, quibus luculenter detegantur errores voluminum de Vita B. M. Virginis, quæ veluti à sorore Maria de Agreda conscripta circumferuntur.)*

CIVITATIS NOVÆ
SEU
ÆMONENSES
EPISCOPI.



HÆC Civitas non admodum autiqua est, crevitque ex ruinis antiquæ Æmoniæ, ideoque Civitatis Novæ tulit cognomen. Oemonia, seu Æmonia mediterranea fuit Istriæ civitas, Argonautarum, qui ex Oemonia regioue huc venerant, ædificium ad ripam Nauporti fluminis, Quieti nunc appellati, in quem e a Alpibus fluentem Argum navim Plinus astruit fuisse dimissam. Erat autem Æmonia monti vicina, ubi etiamnum veterum ædificiorum ruinæ, & vermiculata spectantur pavimenta. Æmoniam Ptolomæus extra Italiam in extremo Pannoniæ sub Norico ponit, & Pannonicam civitatem facit. Herodianus autem in Maximino ad Italiam pertinere eam scribit, sitamque

fuisse

A fuisse in extrema planitie ad Alpes. Volphangus Lazius Igium Carniolæ antiquam fuisse Æmoniam contendit; elevatio Poli eo loci ex Ptolomæo est gradnum 46. Hanc Hungari, Berengario I. superato, deleverunt, ut Candidus Aquilejensium Hist. lib. 4. scribit. Itaque ex ruinis ejus in ora littorali mille à Nauporti ostio passibus Novam civitatem extruxerunt, quæ adhuc extat, sed ob aeris inclementiam ita deserta, ut viæ gramine virentes conspiciantur, ac æstivo tempore paucorum potius piscatorum statio, quàm civitas videatur. Nam familiæ vix quinquaginta per hyemem, per æstatem vero vix octo, aut decem numerantur. Abest ab urbe Venetiarum, cui in temporalibus subjecta est, milliaria centum. Episcopatus Æmonensis antiquus est ante annos 1200. Maximus enim Episcopus Æmonensis adfuit Concilio Aquilejensi sub Damaso Papa celebrato, cui præfuit Valerianus Episc Aquilejen. an. Dom. 381. Aquilejen. Patriarchæ suffragatur Episcopus hujus civitatis. Mensæ
B Episc. annuus census ducatorum fere mille Venetorum. Taxatur in lib. Cameræ Apost. flor. 36. Olim ob tenuiorem censum Venetiarum Eccles. vincta erat Nicolao V. Pontifice ita censente 1451. Deinde Paulus II. utramque disjunxit, jussitque sub proprio Pastore degere. Cum Parentina etiam aliquando sede percussit societatis fœdus, iterato dissidio, proprium Episcopum usque ad hæc nostra tempora veneratur. Cathedralis Basilica in ipsa Æmonensi civitate sita est titulo Deiparæ Virginis, & SS. Maximi, & Pelagii, structura insigni, cujus dedicatio celebratur die 28. Augusti. Hic asservantur corpora eorumdem SS. Maximi & Pelagii. Sacris in ea ministrantium chorus fere nullus adest, nemine cupiente Canonicatus ob cœli illius gravitatem. Unicam habet dignitatem Archidiaconatus, opera Maximi Rigii civis restitutam. Tantum quatuor sunt Canonici, penes quos cum non sint aliæ Ecclesiæ Parochiales, est tota cura animarum, quæ sunt fere ducentæ tempore hyberno; nam per æstatem
C obaeris malitiam Civitas prorsus deserta, ac desolata manet. Diœcesis perangusta est. Sunt in ea oppida tria, & vici decem, in quibus omnibus sunt Parochiales Eccl. quarum Parochi sunt Illyrici, & Illyrica lingua Diœcesanos instruunt. Virorum Cœnobium unum dumtaxat est in hac Diœcesi Ord. Prædic. Monialium vero Monasterium prorsus nullum extat; fidelium autem animæ totam Diœces. incolentium sunt fere 6000. Episcopus S. Laurentii in Dalla Comitis titulo insignitur. Qui in ea sede floruere Præsules, ex variis monumentis expiscati, sunt, qui sequuntur; sed non omnes.

A D D I T I O.

(*Schonlebius edito perquam erudito libro Salisburgi an. 1674. sub titulo Æmonæ vindicatæ, quem etiam intexuit suis Carniolæ Annalibus, Aemonam procul ab Istria, & ab Adriatico, cui Civitas nova adjacet mari, in sua Carniola situm fuisse apud Labacum flumen, quod Nauportum dixerint Argonautæ, eamque esse hodiernum Labacum sentit:*
D *quod jam prius etiam Cluverio placuerat: licet Lubaco suo non ita absolute Aemonæ nomen vindicet, quin liberum relinquat hujus situm collocare intra illud fluminis spatium, quod à superiori Labaco nunc villa usque ad inferius, nunc Carnorum Metropolim, quod spatium 20. circiter Italicorum milliarium est, liberum relinquat veteri Aemonæ constituendæ. Rudera verò, quæ juxta Civitatem novam inveniuntur, Alvi esse, non Aemonæ contendit, neque Civitatis novæ Episcopis unquam venisse in mentem sese nuncupare Aemonenses Episcopos ante sæculum X. Ac cum Herodianus lib. 8. narret Maximinum per Pannonium in Italiam ingredientem, transactis jam Alpibus, ad primam Italiæ urbem, quæ* Hemona ab incolis vocatur, & sita est in extrema planicie ad Alpium radices, *pervenisse, facile licet arguere Aemonam nequaquam in Carniola fuisse, quæ regio extra Italiam censetur, sed potius in Istria, in qua Alpes Juliæ Italiæ termini ab omnibus Geographis semper statutæ fuere. Sed utcumque res sit, nos excisæ Æmonæ aliquot Episcopos novæ Civitatis Præsulibus Ughellum secuti libenter annectimus, ut qui uno Æmonensium Antistitum nomine appellantur, eadem serie enumerentur. Nota verò illud Caroli Magni diploma scriptum an. 803. in quo inter alios recensetur tertius Episcopatus ille, qui apud Civi*tatem Novam Istriæ constitutus esse noscitur, *relatum à Schonleben loco citato, & à Bollandianis in Actis Ss. Maji tom. 7. pag. 14. esse fictitium, & spurium, adeout de recenti Civitatis Novæ, ejusque Episcopatus erectione pro iis temporibus nequeat inde deduci argumentum. Squallet autem nunc Civitas nova incolis pene destituta, & Ecclesia Cathedralis quinque tantum præbendas habet pro Episcopo, & quatuor Canonicis. In ea nonnullæ Sanctorum reliquiæ asservantur præter S. Pelagii sacras exuvias, nam S. Maximi corpus, quod inibi pariter jacebat, jamdiu Venetias translatum est, ac in Ecclesia S. Cantiani repositum. Præter Cathedralem Ecclesiam tres aliæ in hac urbe visuntur S. Stephani scilicet, S. Andreæ, & S. Salvatoris. Palatium Episcopale Cathedrali adhærens ut commode possit inhabitari, Francisci Manini Episcopi cura, & impensis effectum est an. 1611. Diœcesis hujus Episcopatus olim latior, & pinguior ejus mensa. Hæc ad præsens est ferè 1000. Ducat. Venet. cujus taxa in libris Camer. Apostol. flor. 100. Diœcesis vero præcipua loca sunt* S. Lorenzo in Daila, *cujus Episcopus Comes est,* S. Gio: della Corneda, Gradina, Malocepich. Sterna *mensæ Episcopalis feuda,* Verteneglio, Villanova, Grisignana, Piamonte, Portole, Momiano, & Buje. *Cæterum antequam ad hujus urbis recensendos Episcopos progrediamur, sciat Lector alteram olim stetisse in Venetis Æstuariis Civitatem Novam, ex Heracleæ ruinis exortam, cujus licet brevior ætas fuerit, utpote quæ vix ab ejus exordio elapso sæculo cœperit deficere, ac deinde omnino evanuerit, ejus tamen Episcopatus usque ad sæculum Christi decimum quintum perduraverit, Gradensis Patriarchæ semper suffraganeus. Quod non advertens Ughellus noster quotquot ad Civitatis novæ Cathedram evectos Præsules in Vaticanis regestis offendit, eos oscitanter Æmonensi sedi attribuit, cum ii revera non Civitatis novæ in Istria, cujus Præsules etiam in Romana curia Æmonenses consueverint appellari, sed Civitatis novæ in nostris æstuariis sitæ censendi sint Episcopi, de quibus in decimo hujus operis volumine, cum de deperditis Italiæ Episcopatibus agemus, fiet sermo. Interea in hoc Ughelliano Æmonensium Antistitum Catalogo, diversarum urbium Episcopis in unicam coactis seriem, mira confusio, & deficientibus antiquatæ Civitatis Novæ monumentis ex sola Vaticanorum regestorum accurata inspectione extricabilis congeries. Quandoquidem vero Vaticanum regesta nobis impervia reddidit aliena avaritia, ex Æmonensis Ecclesiæ monumentis, quæ mihi peramanter modernus urbis hujus Antistes, & Dominus meus illustriss. Daniel Sansonius perbenigne suppeditavit, conabor Æmonenses à Civitatis novæ Episcopis secernere, additisque aliquot ab Ughello prætermissis Præsulibus horum seriem non purgatum solum, sed & locupletiorem exhibere.*)

1 (1) S. MAXIMUS primus, qui occurrat, fuit Æmonensis Episcopus, & Divus tutelaris inter- L

(1) S. Maximum sub Decio martyrem circa an. Dom. 251. primum Æmonensem Episcopum statuunt Cittanoveni, quos inter Thomasinus in Commentariis Istriæ MS. & Schonleben in Annal. Carnioliæ. Verum optime ex ejus Actis arguunt Bollandiani tom. 7. Maii pag. 3. Maximum, qui in persecutione Decii apud Æmonam (sive potius ut ipsi conjiciunt, Æmonam Liburnorum urbem, nunc dirutam) martyrio affectus est, non fuisse sacris infulis insignitum, sed sæcularem e plebe Christianum. Consonat Baronii Martyrologium, quod ad diem 28. Septemb. eum martyrem tantum appellat. Id non advertentes Cittanovani, scientesque revera aliquem Æmonæ fuisse Episcopum Maximum nomine, Maximo, cujus sacrum corpus olim in Cathedrali asservabant, quemque ut patronum hodie venerentur, facile & martyrium, & Præsulatum attribuerunt. Incertum est autem, utrum S. Maximus, cujus corpore, nunc Venetias translato, olim gloriabantur, & patrocinio etiamnum gaudent Cittanovani, fuerit ille sub Decio martyr, an Æmonensis ille E-

tersuit Concilio Aquilejensi sub Damaso Papa celebrato an. 381. cujus dies festus in hac Ecclesia celebratur 29. Maii, qua die etiam celebratur festum S. Maximi Episcopi Veronensis. Scribunt aliqui hunc martyrio coronatum fuisse, sed fere confundunt cum Maximo Veronensi, qui sub Decio Imp. passus dicitur, qui longe videtur à Maximo Æmonensi, cujus corpus requiescit una cum S. Pelagio Diacono, & Martyre in Cathedrale Æmonensi, ibidem reconditum ab Adamo Episc. an. 1146. ut inscriptio loquitur in sepulchro exarata.

Anno Dominicæ Incarnationis
M.CXLVI.
VI. Id. Octob. recondita sunt
hæc sanctorum Corpora
Pelagii & Maximi tempore Domini
Adami Episcopi.

II. 2 B. FLORIUM hujus Ecclesiæ fuisse Episcopum Polenses populi affirmant, ejusdemque festum celebrant 27. Octobris, & sacra ejus lipsana in Cathedrali servant magna populorum veneratione. Tempus tamen, quo ille vixerit, adhuc obscurum, quemadmodum & ejus acta.

III. (,, PATRITIUS *Æmonensis Episcopus subscripsit Concilio Gradensi ab Helia Patriarcha celebrato an. 579. vide supra in Aquilejensibus.*

IV. ,, MAURITIUS, *cujus in uno gradu Baptisterii adhærentis Ecclesiæ Cathedrali hæc habetur insculpta memoria.*

,, Baptisterium digno marmore Mauritius Episcopus Aemonen. . . . .
,, ...

,, *Quando autem vixerit, ignoratur. Hic forte ille Mauritius Istriensis Episcopus, cui, ut narrat Adrianus Papa Epist. 47. ad Carolum Magnum scripta, Græci Istriam incolentes oculos primùm eruerunt, mox enormiter interfecerunt.*

V. ,, EUSTACHIUS *memoratur in actis Concilii Constantinopolitani an. 870. vide Harduini Concilia tom. 5. col. 927.*

VI. ,, FIRMINUM *in hac cathedra sedisse anno 933. testantur tabulæ pacis initæ inter Wintichertum Istriæ Comitem, & Venetam Rempublicam, quas hic ex toties laudato cl. viri Bernardi Trivisani codice descriptas damus hujus tenoris.*

,, In nomine Christi. Regnante D. nostro Ugone Sanctissimo Rege anno septimo, Lothario vero filio ejus in Dei nomine regnante an. secundo, die XII. mensis Martii, Ind. sexta, Actum Rivoalto. Cum nos Wintherius, & homines nostri invasimus res proprietatum de Patriarchatu vestro Gradensi S. Hermachoræ, quas in finibus Polanæ & Istriæ habet, & similiter res palatii vestri Venet. & de Episcopatu Venet. quas ipse palatius & sui Episcopati in Polla & in omnibus finibus Istriæ habet, & debita, quæ Istrienses ad Veneticos solvere debebant, detinebamus, ut justitias minime invenire poterant Venetici, & superpositas eis per civitates imponebamus, etiam naves eorum comprehendimus, & deprædavimus, & homicidium in Veneticos fecimus: unde maxima lis inter nos & Veneticos accrevit propter hoc malum quod in Veneticos exercuimus, D. Petrus gloriosus Dux Veneticarum præcepit, ut nullus Veneticus Istriam pergeret, nec Istrienses Venetias advenirent; hoc videntes nos Wintherus marchio missos direximus ad D. Marinum Patriarcham, ut pro Dei omnipotentis amore intermitteret se ad D. Petrum eminentissimum Ducem, ut pacem eum nobis & cum nostro populo faceret, & negotia Venetici cum Istriensibus exercerent, sicut soliti fuerant facere. Tunc predictus D. Marinus egregius Patriarcha exiit à sua civitate Gradensi, venitque ad suum seniorem D. Petrum Eminentissimum Ducem, & admonuit eum, ut pro Christi amore pacem faceret, & malum pro malo non redderet, sed quod contra legem factum haberet, secundum scire parti emendaret. Ad hæc monita mente D. Petri piissimi & gloriosissimi Ducis compuncta condoluit, unde ipse denique D. Petrus Dux ammonitus divina, & Apostolica precepta in devotione a promissione Istriensium esse devota, per hanc cartam misericordia motus & per sanctas Dei Ecclesias & pauperibus Christi ad pacem & concordiam sua mente reduxit, & omne malum quod contra suos Istrienses degerunt, pro divino amore reliquit. Ideo ego Wiutherus Marchio una cum Jo. Episcopo urbis Pollanæ, & cum cæteris Istriensibus Episcopis, & cum omni populo Istriensi prona mente & spontanea voluntate promittentes promittimus, & amodo & deinceps in nullas proprietates de vestro Patriarchatu Gradensi S. Hermachoræ, nec de illas de vestro palatio, nec de cunctas res sanctarum Ecclesiarum Dei, quas in vestro Episcopatu Venet. pertinet, in totis finibus Pollani, & Istriæ, quas ille, & Venetici ubicunque habere, & possidere visi sunt in finibus Istriæ, nullo unquam tempore nos in eas intromittere, nec in aliquo occupare debeamus, sed semper in suo statu, & in vestra dominatione manere debeant, ita ut non per nos, neque per summissam personam ab aliquo mali patiantur, sed semper ab omnibus nostris, qui sub nostra potestate degunt, defensæ ipsæ proprietates, & homines vestri maneant: & vestra dominatio per nostros fideles & ipsos colonos discurrat. Simili modo promittentes promittimus, quod omne debitum, quod Istrienses Veneticis solvere debent annuatim justitias facere debeamus; usque promittimus de omnes superpositas, quæ factæ fuerunt, ut in æternum non inde memoretur, sed secundum antiquam consuetudinem pro unaquaque civitate ripatica, & telonea solvantur, ita ut amplius eis non imponantur; itemque promittimus ut nullo unquam tempore cum nostræ naves super vestris in contrarium ire non debeamus, ne vestri Venetici mala patiantur, sed omni tempore syncere & cum caritate ab invicem vobiscum manere debeamus, & omnem legem & justitiam vestris Veneticis observare promittimus. Super hoc autem pollicemur, ut si jussio regis venerit, ut contra Veneticos aliquod mali agatur, primitus eum nos potuerimus scire, eos faciemus, ut inlesi ad suam patriam revertantur, & hæc inviolabiliter observare promittimus, nos cum nostris successoribus, ac hæredibus, ac prohæredibus. Quod si quocunque tempore per vim nos proprietatem de vestro Patriarchatu Gradensi S. Hermachoræ, aut de palatio vestro, aut de sanctarum vestrarum Ecclesiarum, aut de vestris fidelibus invadere presumpserimus, incurramus in iram omnipotentis Dei, & Sanctorum ejus, quorum res invadere præsumpserimus, & insuper componere promittimus eum nostris heredibus vobis, & in palatio vestro auro fulvo lib. C. medietatem cui forcia facta fuerit, & medietatem palatio regis Italico regno præsidenti. Et hæc permissionis carta maneat in sua firmitate. Hanc verò cartam repromissionis tradidimus scribendam Georgio Diacono, & notario de civitate Justinopolis. Acta vero Rivoalto.

,, Signum manus D. Wintcherii Marchionis, qui hoc fieri rogavit.
,, Ego Jo. Episcopus Polanæ Ecclesiæ mm. ss.
,, Ego Firminus Episcopus mm. ss.
,, Signum manus Rocioni de civitate Polla ad omnia consentientis.
,, Sig. manus Martini filii Constantini consent.
,, Ego Andebertus Locopositus de civitate Justinopoli consentiens.

Si-

piscopus, qui sanctitate conspicuus Aquilejensi Concilio an. 381. interfuit, ut hic sentit Ughellus, in eo corrigendus, quod Maximum Veronensem Episcopum martyrem illum sub Decio affirmet, contra Veronensium tabularum fidem, quæ Maximum suum Confessorem appellant, & contra id quod in Veronensibus statuit. Siquidem cum in Veronensium Episcoporum serie illum locet post Syagrium, ad quem scripsit S. Ambrosius, utique ex ejus mente dicendus est vixisse Maximus Veronensis circa initia sæculi quarti, & proinde alter esse à Maximo martyre sub Decio circa an. 251.

A ,, Signum Leonis filii Passivo consentientis.
,, Signum Dominici Locipolito de Trieste consentientis.
,, Signum Jo filii Olive de Trieste.
,, Signum manus Anderadi Scavino filii Dominici Pepolo de Tergeste.
,, Signum manus Dominiei filii Olivæ de Castro Mugla consentientis.
,, Signum manus Juliani de Mugla consentientis.
,, Signum manus Venerii de Augusto de Castro Pisiano consentientis.
,, Signum manus Felicis filii Ravenni de Pirlano consent.
,, Signum manus Dominici Saviro de Anastasia, consen.
,, Signum manus Maurocini de Justinop. consent.
,, Signum manus Jo.de Justin.consen.
,, Signum manus Andreadi fratris D.Jo. Episcopi consent.
,, Signum manus Uberti, cui cognomentum Pepulino, consent.
B ,, Ego Georgius Diaconus, & notarius de civitate Justinopoli ex jussione Vvintherii Marchionis hanc repromissionis cartam scripsi, complevi, atque firmavi.
,, De civitate Polę sunt Rocius, Martinus, Leo filius Passivo, & Jo. Basiliacus; de Parentio Leo de Vvalte ramo, Dominicus de Juventino, Odelricus, Theodorus Tribunus.
,, De Civitate nova Leonianus, & Jo. cognatus Formino Episcopus.
,, De Pirano Felix Scavineus, Andreas Justulago, Bissus, Ansaidus.
,, De civitate Capras Andioertus Locopositus, Andreas Aquabrolus, Dominicus de Anastasia, Petrus de Zunani.
,, De Mugla Venerius Guzolinus, Dominicus de Oliva, Antius.
,, De Tergeste Dominicus Locopositus filius Senadri, Andreas filius Dominici Pepoli, Jo.de Olivo, Rosiderius.)

VII. 3 JOANNES Episcopus Aemonensis memoratur in monumento consecrationis Parentinę Ecclesiæ anno 961. a Hic etiam anno 966. b cum Gaspardo Polensi, & Joanne Tergestino Episcopis auctor fuit, ut Rodoaldus Aquilejensis Patriarcha dono dederit Parentinæ Ecclesiæ villam Rovigno cum omnibus pertinentiis suis. Hujus etiam mentio habetur anno 994 in quodam documento, velut arbiter ad dirimendam litem cum Comite Histriæ Vuerchent.

a De qua consecratione vide in Parentinis. b 965. ut in Parentinis.

VIII. 4 JOANNES hujus nominis II. Huic Conradus II. Imperator anno 1029. confirmavit donationem factam à Poppone Patriarcha Aquilejensi Ecclesiæ Aemonensi, de villa S. Laurentii in Daila, quam hactenus sub Comitatus titulo possidet Episcopus Aemonensis. Conradi confirmatio est hujus tenoris.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.
Conradus divina favente clementia Rom. Imp. Augustus.

D *Quo circa notum sit omnibus sanctæ Dei Eccl. fidelibus præsentibus scilicet, ac futuris, qualiter Poppo Patriarcha sanctæ Aquilejensis Eccl. pro remedio animæ suæ sanctæ Æmonensi Ecclesiæ paupertati misericorditer compassus villam S. Laurentii juxta eamdem Æmonensem civitatem sitam, quam ipse per nostrum præceptum, & privilegium Apostolicum usque nunc visus est possidere, in nostrum jus reflexit ęorationis tenore, quatenus pro Dei amore, nostręque animæ redemptione, atque suæ petitionis interventu S. Æmonensi Ecclesiæ, & Joanni ejusdem sedis Præsuli, suisque successoribus memoratam villam S. Laurentii cum placitis, & districtibus, collectis, & angariis, foro, suffragio, herbatico, escbatico, cæterisque publicis fructibus cum omnibus pertinentiis suis, prout ipse hacusque modo visus est*

A *obtinere, per nostræ traditionis auctoritatem largiri, atque confirmare dignaremur, quo stabilis, & inconvulsa in ejusdem Ecclesię jure perpetualiter deinceps permaneret. Cujus dignis petitionibus aures nostrę serenitatis accommodantes per hujus imperialis præcepti paginam largimur, & corroboramus S. Æmonensi Ecclesiæ, & Joanni ejusdem Præsuli, suisque successoribus, qui pro tempore fuerint, prælibatam villam S. Laurentii, juxta Æmonensem civitatem positam cum placitis, & districtionibus, collectis & angariis, foro, & suffragio, herbatico, & escbatico, reliquisque publicis fructionibus, & cum omnibus, quæ legali jure ad eam pertinere videntur, secundum quod Popponi Patriarchæ per præcepti nostri paginam contulimus, eo scilicet ordine, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla Regni nostri magna, vel parva persona in prædicta villa placitari, vel collectas facere, vel homines angariare præsumat, præter prælibatum Joannem Episcopum, suosque successores. Si quis vero hujus*
B *nostri præcepti paginam infringere voluerit, sciat se compositurum argenti libræ mille, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem Ecclesię Æmonen. ejusque Rectoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur manu propria confirmantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus.*

Signum Domini Conradi Secundi † invictissimi Romanorum Imp. Augusti.

Lopoldus c Episcopus & Cancellarius.

c Al. Rudilobus.

(,, *Data XVI.Kal.Septemb. anno Domin. Incarn.*
,, *MXXIX. anno autem D. Corradi quintodecimo*
,, *imperii* (1) *Actum Aquilegiæ feliciter, Amen.*)
(,, *Similiter Conradus eidem Joanni, & successo-*
,, *ribus Villam Umagbi concessit favorabili diploma-*
,, *te, quod quia eisdem omnino verbis est conceptum,*
,, *eodemque die datum, ac mox relatum, hic illud*
,, *transcribere supervacaneum duximus. Refertur*
,, *documentum à Thomasino in Commentariis Istriæ*
,, *Mss.*)

C 5 AZZO Episcopus Civitatis Novæ subscripsit donationi Popponis Patriarchæ Aquilejensis, quam idem asseruit suis Canonicis anno 1031. IX.

6 NICOLAUS reperitur vixisse anno 1089. in monumentis ejusdem Ecclesiæ. X.

7 ADAM corpora SS. Maximi Episcopi, & Pelagii Martyr. marmoreo tumulo inclusit anno 1146. XI.

(,, JOANNES *anno 1158. Aicardo Priori Mo-* XII.
,, *nasterii S. Danielis Venet. tradidit cœnobium S.*
,, *Martini de Tripole ab ejus Monachis incolendum.*
,, *Documentum ex chartulario Monialium S. Danie-*
,, *lis depromptum est hujusmodi.*
,, Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi
,, MCLVIII. die 5. exeunte mense Marcii Indictio-
,, ne XIII. Quisquis sacris, ac venerabilibus locis
,, de bonis sibi à Deo concessis aliquid contulerit,
,, centuplum accipiet, & insuper quod melius est,
,, vitam possidebit æternam. Ideoque ego Johan-
,, nes Dei gratia Æmonensis Episcopus. . . . .
,, & meorum peccatorum remissione consensu po-
D ,, puli mei offero, & concedo monasterio S. Da-
,, nielis de Venetia Monasterium S. Martini de
,, Tripole cum omnibus habentiis, & pertinentiis
,, suis, & jure, & ratione ad ipsum monasterium
,, pertinentibus; ita quod Aicardus Prior præfati
,, monasterii S. Danielis, & sui successores debeant
,, potestatem habere eligendi in ipso monasterio S.
,, Martini Prælatum, vel subjectum. Et hanc
,, concessionem, & offersionem facio ego pro me,
,, & meis successoribus usque in perpetuum eo ordi-
,, ne ut supra legitur, salvo honore, & justitia mea,
,, meique Episcopatus. Et ipse Aicardus Prior
,, ejusdem Monasterii S. Danielis, vel ejus succes-
,, sores debeant reddere per se, vel per eorum mis-
,, sum annuatim mihi, aut meis successoribus per-
,, petualiter in festo S. Pelagii diebus XV. ante vel
,, XV. retro de pipere libram unam, & de incensi li-

(1) Supplevimus hic lacunam ex copiali, quod ex authentico in Cathedrali existente descriptum refert in suis Commentariis Mss. Thomasinus. Varum mendum in annis imperii Conradi inesse oportet: siquidem Conradus nonnisi 15. annis imperavit: & annus Christi 1029. erat tertius imperii Conradi. Scribendum igitur: *Anno autem D. Conradi quinto regni, imperii tertio.*

A libram unam. Interfuere D. Martinus Monachus de Sexto. Johannes de Molino. Petrus Ursus. Bonus filius Johannis Tani. Palmerius Daurus. Johannes Aureus. Petrus de Molino.

Actum est hoc Venetiis in Rivoalto.

Ego Petrus Tuscus palatinus notarius interfui, & jussu præfati D. Episcopi hanc cartam subscripsi.

Forte hic idem Joannes cum sequenti post Widonem enumerato: cum Vvido ipse, cujus existentia ex solo Francisci de Gratia Chronico probatur, mihi valde suspectus sit. De eo enim nihil a nquam reperi.)

XIII. 8 VVIDO Margonus, Venetus, Prior Monasterii S. Salvatoris Canonicorum Regularium, electus fuit Episcopus anno 1161. ut refert Franciscus de Gratia in Chronic. ejusdem Monasterii, quod M.S. asservatur in Bibliotheca Vaticana.

XIV. (,, JOANNES *testis interfuit donationi, quæ Gothifredus Patriarcha Aquilejensis an. 1184. Luitprando Decano, cæterisque Canonicis suæ* B *Ecclesiæ plebem de Ribis concessit. Vide documentum supra in Aquilejensibus.)*

XV. 9 CLEMENS Episcopus hujus Ecclesiæ vivebat anno 1188. (,, *Quoniam cum Episcopo Torcellano à summo Pontifice deputatus fuit ad judicandum inter Tarvisinos, & Bellunensem Episcopum.*]

XVI. 10 OLDERICUS anno 1194. litem composuit inter Bertholdum Marchionem Histriæ, & Episcopum Parentinum.

XVII 11 GERARDUS fuit Episcopus Æmonensis anno 1227. cui scribit Gregorius IX. Papa anno 1236. in Regest. Vatic. epist. 12. fol. 273. anno 11. Pontif. (,, *Anno 1224. Electum hujus urbis Episcopum fuisse Gerardum testatur in suis Commentariis Istriæ Thomasinus ex hujus Ecclesiæ monumentis: Cui S. Elisei Ecclesiam, prata, vineasque in Bullearum districtu adjudicavit anno 1228. Bertoldus Aquilejensis Patriarcha. En documentum.*

C Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MCCXXVIII. Indictione prima die VII. exeuntis Aprilis actum in Castro Veneris in palatio D. Patriarchæ, præsentibus his testibus, videlicet D. Henrico Episcopo Polensi, & Carulo Canonico Aemoniensi, Matthæo Saracino, Marcolino de Justinopoli omnibus de . . . . . Ambrosio Belligrimone, Ensidicco de Faganis, & aliis. Cum D. Gerardus Episcopus Aemoniæ ex una parte, & Adalmarus, Andreas, & Judocus, & Claudius nepos de Bulleis fratres, & nepotes ex altera essent coram D. Ber. Aquilejæ Patriarcha, & Marchione Istriæ, & Carniolæ, dictus Episcopus proponebat, quod D. Patriarcha, & sua Curia debebat audire, & intelligere rationes, & sententias suas secundum quod continebatur instrumento publico confecto per manum Guidonis notarii suo territorio S. Elisei, & prata, decimas, domos suas, & vineas, quas retinebat in castro Bullearum, & territorio Castri Veneris, Oveglæ. & Aemoniæ, & petiam prope castrum D Bullearum de terra, & alias, quas ipsi contra jus secum detinebant: per hoc dictus Patriarcha quæsivit laudum in curia sua. Unde sententiatum fuit, quod dictus Patriarcha, & sua Curia debeant audire, & intelligere, quod continebatur in dicto instrumento, & postmodum dictus Adalmarus & fratres, & nepotes debeant audire, si aliquid vellent proponere contra dictum Episcopum: quæ sententia laudata fuit per totam curiam ipsius Patriarchæ. Ac dicto instrumento ipsi Adalmarus, Andreas, Judocus, & Claudius dixerunt, quod volebant habere terminum super hoc, & habere consilium; dictus verò Episcopus dixit, quod non debebant habere aliquod spacium, sed debebant respondere, ex quo erant ipsi præsentes, & habebant terminum eadem die; & ibidem dicti fratres Adalmarus, Andreas, Judocus, & Claudius responderunt, & dixerunt, quod

A volebant scire per laudum curiæ, si deberent habere spacium. Unde sententiatum fuit, quod ex quo ibi erant præsentes, & habebant terminum, quod debebant respondere: quæ sententia laudata fuit per totam curiam dicti Patriarchæ. Et dictus Episcopus quæsivit, quod ex quo sententiatum fuerit per Vassallos Curiæ ipsius Episcopi, quod deberent reverti ad suum, prout in instrumento publico nominato ibidem perlecto continebatur, & dicti fratres Adalmarus, Andreas, Judocus, & nepos Claudius, & alii de cætero debeant ipsum Episcopum permittere pacificè, & quietè possidere dictam Ecclesiam S. Elisei, territorium, pratum, vineas, domos, decimas, & terras, & alia quæ ipsi contra justitiam detinebant. Unde sententiatum fuit per totam Curiam, quod sæpè scripti fratres Adalmarus, Andreas, Judocus, & Claudius permittant prælibatum Episcopum, & suos Vassallos pacifice, & quietè possidere dictam Ecclesiam, decimas, vi- B neas, & territorium: quæ sententia laudata fuit per totam curiam D. Patriarchæ.)

12 BONACURSI anno 1257. in monumentis ejusdem Eccles. habetur mentio; & in monumentis Aquilejensibus anno 1260. XVIII

(,, *Anno 1257. Ecclesiæ suæ acquisivisse Bonacursum duas vineas sequens prodit instrumentum.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Nativitatis ejusdem, millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo Indictione quinta die XII. exeunte mense Augusto actum Æmoniæ in curia Episcopatus, præsentibus D. presbytero Nicolao Decano, & D. Juliano Archidiacono Æmonien. Bonfinerio gastaldo, Petro Lupo, Guzino, Amizo de bromio, Mainardo Buri, civibus Æmon. & aliis pluribus testibus. Ibidem Joannes Pendulo, & ejus filius Martinus Buissa, & Pascha uxor dicti Martini Buissa verbo, & licentia dicti viri sui Martini sibi consentientis precio XLIII. staria ven. frumenti, quod nomine finiti, C & conventi precii confessi fuerunt accepisse à D. Bonacurso Dei gratia Episcopo Aemon renunciando exceptioni non mensurati & recepti frumenti tempore contractus, omnique alii suo juri, pro quo dicto precio sua bona, & libera voluntate dederunt, vendiderunt, cesserunt, tradiderunt, atque mandaverunt per se, suosque hæredes jam dicto D. Bonacurso Episcopo, & suis successoribus jure proprio duas vineas, quæ sunt in confinio Aemon. una quarum jacet in hora, quæ dicitur Vallis Dailæ, cohæret ei ab uno latere vinea q. Vitalis D. Dianæ; ab alio latere adhæret vinea Odonlio de Furno, quæ fuit de Campiona; a tertio latere adhæret vinea Margarete de Soloca; a quarto vero latere percurrit via publica. Item alia vinea jacet in hora, quæ dicitur Sterpetus: cohæret ei ab uno capite vinea fratribus S. Pelagii, ab alio latere adhæret vinea Arberetæ filiæ q. Johannis Peregi: a tertio latere adhæret vinea Nicolai Longi de Venetiis: a quar- D to latere via publica percurrit. Et ipsi jam dicti datores & venditores dictas vineas integre dicto D. Episcopo Bonacurso dederunt, & vendiderunt, & ipsum investiverunt, & in corporalem tenutam, & possessionem posuerunt de predictis vineis perpetualiter à presenti die antea integre cum ingressu, introitu, & exitu, cum superioribus, & inferioribus, & integre cum omnibus suis adjacentiis, & pertinentiis, & cum omni jure, actione, & ratione reali, & personali ipsis vineis pertinentibus, sibique pro ipsis vineis competenti. Ea vero ratione ut de cætero ipse jam dictus D. Episcopus, & ejus successores, aut cui dederunt, integre dictas vineas debeant habere, tenere, possidere, atque plenam potestatem, & libertatem dandi, vendendi, donandi, alienandi, restandi, pro anima judicandi, omnemque suam voluntatem jure perpetuo exinde faciendi sine jam dictorum datorum, & venditorum, subrum-

que

que hæredum cootradictione. Et si dictas vineas plus prædicti pretii valuerint, ab inde purę, & irrevocabilis donationis titulo inter vivos ei donaverunt, & remiserunt, dicentes, & asserentes ipsas vineas nemini fote datas, & alienatas, obnoxiatas, seu aliquo modo obligatas, nisi prędicto D. Bonacurso Episcopo. Et si aliquod placitum, vel impedimentum apparuerit ipsi D. Episcopo, aot suis successoribos ex prædictis vineis, & si Impeosas fecerint iu causa etiamsi obtineat, ei resarcire promiserunt sine sacramento, & alia probatione; pro quibus omoibus observandis obligaverunt etiam omnia sua bona præsentia, & futura se pro eo posidera constitueruot. Promiserunt quoque ipsi jam dicti venditores, scilicet dictus Johaunes Pendulo, & ejus filius Martinus Buissa prænominatus pariter cum Pascha uxore sua per se, suosq; hæredes dict. vineas jam dicto D. Episcopo Bonacurso, & suis successoribus, aut cui dederint, stipulanti integra cum omoi jure, actione, & ratione reali & personali ipsis dictis vineis pertinantibus varentare, & desensare contra siva ab omni persona cum jure: & omnia prædicta firma, & rata habere, & tenere, & non contravenire aliqua occasione, vel exeeptione sub pœna dupli rai secundum quod pro tempore fuerint hæc omnia meliorata vel io consimili loco valuerunt: pœna vero soluta hæc carta venditionis, & omnia prædicta in sua semper maneant firmitate.

Ego Philippus Aemon. venerabilis Domini G. dei gratia sanctæ sedis Aquilegieusis Patriarchæ inclyti Istriæ Marchionis notarius interfui rogatus, scripsi, & roboravi.

Sed & uuuo 1249. 8. Novembris jam in hut Cathedram sedebut: quo fatetur se recepisse à Priore Moaasterii S. Danielis Venetiarum censum librum unam piperis, & unam lucensi pro Ecclesia S. Martiai de Tripole solvendum in cedula existeate in chartulario ejusdem cœnobii, nunc Menialium, S. Danielis.)

XIX. 13 NICOLAUS ann. 1270. (,, *Nicolai memoria in hujus Ecclesiæ monumentis habetur ab an. 1269. 6. Novemb. ad an. 1277. die 14. Junii, ut testatur sæpe citatus Thomasinus. Aano 1276. 4. Febeuarii à Rodulpho Priore cęnobii S. Dualelis Veaet. coastitutus est Nicolaus curator, & administrator bonorum S. Martiai de Tripole de ejusdem Monasterii jare. Extat iastrumeutum in tabulario ejusdem cęnobii. Nicolao Præsule aa. 1270. Aemoniensis populus Duci, Communique Venetiaeam sponte se subjecit.]*

XX. [,, ÆGIDIUS *Episcopus Aemoniensis interfuit Synodo Provinciali sub Raymundo Patriarcha Aquilejensi aa. 1281.]*

XXI. 14 SIMON anno 1290.

(,, *Hic auno 1298. cum Marulo quodam de Bullearam decimis certavit, at ex sequeati patet documento.*

In uomine Dei æterni Amen. Anno ejusdem MCCLXXXXVIII. Indictione XI. die 5. intraute Junio actum sub porta Castiglionis, præsentibus D. Girardo Patuco, D. Ricardo de Petrapelosa, Christophoro fratre q. Gabrani de Bulleis, Chercigna filio q. Marquardi de Castiglione, Buchero Notario de Aemonia, & aliis. Ibique cum quædam quæstio verteretur inter venerab. patrem D. Semonem Dei gratia Episcopum Æmouiæ ex una parte peteotem, & Marolum notarium de Bulleis ex altera defendeutem tenutam quarumdam decimarum de Bulleis, quæ quidem talis est. Primò quidem dictus D. Episcopus cougregatis omnibus Vassallis suis, scilicet D. Ricardo prædicto, D. Bragno de Mimilinis, Martino Zubello de Æmonia, Bragno de Bulleis, Cittadino ejus consanguineo, Andrea de Bute, Vacino q. Augaldi, Peregrino q. Henrici, Joanne filio q. Veneri, Almerico de Pirano cum omnibus prælatis suæ diœcasis, idem D. Episcopus interrogavit ipsos omnes, ut per laudum Curiæ, & per rationem ei inveoire debereot, quod cum D. Rarientus, & Dethericus filii q. Almerici de S. Georgio resignaverint, & refutaverint omnes suas decimas de Bulleis ipsi D. Episcopo, si ei liceret intrare in tenutam, & possessionem ipsarum decimarum. Prædicti Laici omnes habito cousilio insimul per laudum curiæ dixerunt, & judicaverunt, quod dictus D. Episcopus nou debeat intrare in tenutam de ipsis decimis, dum ipsa quæstio non fuerit victa, sed prædictus Marulus stet in tenuta, & possessione de ipsis decimis; ac etiam dixerunt pzædicti laici coram Ipso D. Episcopo, quod Clerici non debeant interesse ad consilium ipsorum laicorum: & tunc dictus D. Episcopus; Clerici non debeant ioteresse, tamen Prælati debent interessa: & ipsi laici dixerunt; nec Prælati debeant interesse. Ad hæc verba ipse D. Episcopus sentiens se gravatum ad D. Patriarcham Aquilajensem appellavit.

Ego presb. Andreas de Bulleis inclyti D. R. Aquilejensis Patriarchæ, & Istriæ, & Carniolæ Marchionis notarius ioterful, rogatus scripsi, & corroboravi.

15 CANTIANUS 1300.

16 JOANNES 1300. (,, *De hoc Jouane habetur memoria an. 1307. diciturque fuisse patria Equilinus. Sedit uate Canciaaum.)* XXII.

(,, CANCIANUS, *cujus supra meminit Ughellus aute Joannem, huic successit. Vivebat anno saltem 1318. inscribiturque Ecclesiæ Aquilejeusis in Pontificalibus Vicarius ia Bulla iadulgeatiarum, quas nounulli Antistites Aveuione iu Aalu residentes Aemoniensi Ecclesiæ concessere in hunc modum.* XXIII

Universis Christi fidelibus, ad quorum notitiam pręsentes literæ delatæ pervenerint Nos Frater Iscenardus miseratione divina Antiochenus & Fr. Ægidius Alexandriuus, nec oon Domiuicus Gradensis Patriarchæ, Rostangus Archiepiscopus Neaponensis, Usulaus Archiepiscopus Apollonensis, Andreas Episcopus Coronensis, Bielmus Episcopus Cunaniensis, Novellinus Lubrenensis, Raymundus Marsiliensis, Bartolomæus Rayveuiensis, Gulielmus Cenemensis, Julianus Cortelanensis, Jacobus, Laurentius, Joannes Caprolanus, Joannes Equilinus, Petrus Civitatis novæ Episcopi, & Petrus Ragusinus Archiepiscopus, ac Cantianus, atque Natalis Episcopi Aemonienses salutem in Christo. Pereoois gloria, qua conditoris omoium benignitas mira coronat actiones supernorum civium, & redemptionis pretio sanguinis Christi fusi de pretioso corpore redemptione meritorum debet acquiri; virtuteque illud esse prægrande dinoscitur ubique, sed præcipue Sanctis Ecclesiis majestas Altissimi collaudatur. Cupientes igitur ut Ecclesia Aemonensis Episcopalis in provincia Aquilejensi decorata, ac vocabulis insiguita BB. Pelagii, & Maximi martyrum, eorumque reliquię constitutæ in ea merito gloriosæ frequenter à Christi fidelibus venerentur, omnibus vere pęnitentibus, & confessis, qui ad ipsam ecclesiã in quolibet festo ipsius Ecclesiæ, nec non in festivitatibus infrascriptis, videl. Nativitatis D. N. Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphanię, Parasceve, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, in omuibus, & singulis festivitatibus B. Virginis Mariæ, SS. Pelagii, & Maximi, beatorum Petri, & Pauli, & omnium aliorum Apostolorum, & etiam in Inventione S. Crucis & Exaltatione ejusdem, sanctique Joannis Baptistę, Michaelis Archangeli, in Letaniis Majoribus, S. Laurentii, & S. Pelegrini, S. Nicolai, & S. Martini, in festo sacratissimi corporis Christi, & per ejus octavam, & S. Georgii, & S. Sylvestri, S. Mariæ Magdalenæ, Ceciliæ, Catarinæ, Agnetis, Luciæ, ac Margaritæ, in Commemoratione omnium Sanctorum, in dedicatione Ip-

,, sius Ecclesiæ, aut qnicumque cum cruce vene- A
,, rint ad quamcumque Ecclesiam civitatis Aemo-
,, oiensis, & per octavas dictarum festivitatom eam
,, visitaverint, & in omnibus, & singulis primis
,, Dominicis diebus mensium totius anni, & per
,, majorem totam Quadragesimam ibidem tam pe-
,, regrinationis, vel orationis causa accesserint,
,, aut qui corpus Christi, aut oleum sanctum cum
,, portatur infirmis, secuti fuerinr, seu qui præ-
,, dicatiooibus, Missis, & divinis officiis, exe-
,, quiis, sepulturis mortuorum in dicta Ecclesia,
,, sive ejus cemiterio interfuerint, ant qui serotina
,, pulsatione campanæ, flexis genibus ter Ave
,, Maria dixerlot devote, vel qui in extremis la-
,, borantes de suis facultatibus dictæ Ecclesiæ le-
,, gaverint, de omnipotentis Dei, & beatorum
,, Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi
,, singuli nostrum singulas dierum quadragenas de
,, injunctis pœnitentiis misericorditer in domino
,, relaxamus, dummodo diœcesani voluntas ad id ac-
,, cesserit, & consensus. In cojus rei testimonium B
,, præsentes literas sigillorum nostrorum jussimus
,, appensione munirl. Datum Avenlonis MCCC
,, XIII. *a* Indictione prima nltimo die mensis Ja-
,, ouarii. Pontificatus D.N.D. Joannis Sanctissimi
,, Papæ nostri XXII. mensis *b* secundi.

a 1318.

b mense quinto anni secundi.

,, Nos Cancianus Dei gratia Episcopus Aemo-
,, niensis, nec non Ecclesiæ Aquilejensis in Pon-
,, tificalibus Vicarius generalis octoginta *c* dies In-
,, dulgentiæ lo domino relaxamus.

c Quadraginta.

,, Nos vero Natalis Dei graria Episcopus Ae-
,, moniensis, nec non Ecclesiæ Aquilejensis in
,, pontificalibus Vicarius generalis 40. dies Indul-
,, gentiæ in domino relaxamus, quicumque seroti-
,, na pulsatione campanæ flexis genibus ter Ave
,, Maria dixerint.

,, Nos Marcus Aotonius Foscareno juris utrius-
,, que doctor, Dei, & Apostolicæ sedis gratia E-
,, piscopus Aemoniensis pietate paterna ducti
,, concedimus, & impartimur 40. dies de Indulgen-
,, tia omnibus, & siogulis Christi fidelibus . . C
,, ... nec
,, non approbamus, laudamus, & confirmamus
,, omnes, & singulas Indulgentias in præsenti
,, transumpto conteutas, & concessas ut supra.
,, In quorum fidem, robur, & testimonium præ-
,, sens transumptum fieri jussimus, nostrique majo-
,, ris sigilli fecimus impressione muniri. Datum
,, Venetiis in ædibus residentiæ nostræ positis in
,, confinio S. Rafaelis millesimn quingentesimo
,, tertio decimn Pontificatus SS. D. N. Leonis X.
,, anno & mense primo. Laus Deo.

,, *Mendum irrepsisse oportet Amanuensis incuria*
,, *in hoc transumpto, dum Bulla scribitur expedi-*
,, *ta anno* Christi 1313. Indictione prima Pontifi-
,, catus Joannis Papæ XXII. mensis secundi. *Nam*
,, *anno Christi 1313. currebat Indictio undecima, &*
,, *Joannes XXII. Apostolicam non conscendit Ca-*
,, *thedram nisi ineunte Septembri 1716. Legendam*
,, *itaque censeo:* Anno Christi 1318. Indict. I. Pon-
,, tificatus Jo. Papæ XXII. mense quinto anni se- D
,, cundi. *Cæterum cum duo simul in eadem Bulla*
,, *conveniant Aemonienses Episcopi, eo fortasse eve-*
,, *nit, quia Cancianus jam resignaverat retento Ae-*
,, *moniensis Antistitis titulo, vel quia Natalis Can-*
,, *ciani fuerit coadjutor, & futurus successor designa-*
,, *tus. Ni potius velimus opinari descriptoris inscl-*
,, *tia Canciani, & Natalis nomina, qui suo quisque*
,, *tempore Bullæ subscripserant, & indulgentias in*
,, *ea concessas confirmarant, contra authographi fi-*
,, *dem in corpore Bullæ, de cujus suppositione non vi-*
,, *deo posse moveri scrupulum, fuisse inserta.*)

17 AUGUSTINUS *d* hujus Ecclesiæ Episco-
pus obiit anno 1310. apud Regest. Vatic.

d Hic, & tres sequentes fuere Episcopi alterius Civitatis Novæ in Venetis Asturiis.

18 Fr. PETRUM Ordin. Prædic. Clemens V.
Papa ad hanc eandem sedem promovit, defuncto
Augustino, anno 1310. 5. Kalen. Julii ex eodem

A Regest. ep. 805. anno 6. Pontif. cum tres alias Ca-
pituli electiones tamquam vitio factas irritas decla-
rasset. Cæterum Petrus post suam inauguratinnem
brevi decessit Aveninne, hoc est insecuto anno, se-
pultusque apud suos Fratres Prædicatores.

19 Fr. PETRUS ex Ordine Heremitarum S.
Augustini, Petro Dominicano successit, ex ele-
ctione Clementis V. an. 1311. qui fuit septimus ejus-
dem Pontificis 2. Kalen. Augusti epist. 980. fol. 167.
ex eodem Reg. Vatic.

20 FRIDIANUS electus est 1328. Sacro Colle-
gio ob tenuiorem censum solvendo non fuit, causan-
tique pauperiem sacer Senatus benigne pensionem
remisit, ita in lib. Oblig. Prælat. sub Joan. XXII.

21 NATALIS hujus Ecclesiæ Episcopus fuit. XXIV
Huic scripsit Benedictus XII. in favnrem Franci-
sci Cenetensis Episcopi anno 1340. 2. Kalen. Aprilis
in Regest. Vatic. epist. 209. an. Ponr. 6. Cæterum
cum non repererim electionem hujus Natalis, post-
que mortem Fridiani, Marcus illius successor oc-
B currat in iisdem Regestis, suspicnr (1) Natalem
fuisse quidem hujus civitatis Episcopum ante Fri-
dianum, & se dignitate abdicasse, & denominatio-
nem retiouisse. Hujus vero meutio habetur in mo-
numentis ejusdem Ecclesiæ sub anno Domini 1313.

22 Fr. MARCUM *e* deinde Novariensem, ex
Ordine Prædicatorum, Clemens VI. Fridiano suf-
fecit, irritatis prius electionibus Fr. Nicolai Mau-
roceni Veneti Ordinis Prædicatorum, Constanti-
nique Lauredani Primicerii S. Marci de Venetiis,
in quos discissa Clericnrum studia consenserant, an-
no nostræ salutis 1343. anno pontificatus sui 2. die
2. Non. Julii, ut videre est in Regest. Vatic. epist.
4. Decessit Marcus ann. 1347.

e Hic quoque cum sequenti inter Episcopos Civitatis novæ in Venetis Æsturiis est reliciendus.

23 DOMINICUS Plebanus S. Nicolai Vene-
tiarum ab eodem Clemente VI. ad eandem sedem
fuit promotus 1347. anno 7. sui pontificatus, Non.
Novemb. ex eodem Regest. ep. 60. fol. 30. Brevis
Episcopus fuit.

24 JOANNES reperitur hujus Ecclesiæ Anti- XXV.
C stes anno 1348. in monumentis ejusdem Ecclesiæ.

(,, *Quo anno eidem resignavit feudum Ballearum*
,, *Marulus Notarius, ut ex sequenti constat docu-*
,, *mento.*

,, In nomine Domini Amen. Anno ejusdem
,, MCCCXXXXVIII. Indictione prima die 18.
,, Mensis Octobris. Ibique Marulus q. f. Chemarsi
,, notarius de Bulleis ab hodierna die in antea per
,, se, suosque hæredes, & successores omni occa-
,, sione, & exemptione remota, dedit, refutavit,
,, & resignavit in manibus R. in Christo Patris, &
,, D. D. Fratris Joannis Dei gratia Episcopi Æ-
,, moniensis omnes decimas, decimationes, seu to-
,, tum feudum, quod dictus Marolus habebat, & te-
,, nebat, vel ejus antecessores habuerunt, & tenue-
,, runt ab Ecclesia Aemoniensi: quam quidem resi-
,, gnationem, & refutationem prædictus Marulus
,, per se, suosque hæredes, & successores promisit,
,, & se obligavit firmam, & ratam perpetuo habere,
,, atque tenere, & non contrafacere, vel venire
D ,, per se, vel per alios, aliqua occasione, exemptio-
,, ne, dolo, fraude, vel ingenio, sive causa de jure,
,, vel de facto sub pœna, & in pœna dupli dictarum
,, decimarum, decimationum, seu feudi; & pœna
,, soluta, vel non; præsens tamen instrumentum re-
,, futationis, & resignationis, semper suum robur
,, retineat firmitatis, dans, & concedens dictus
,, Marulus mihi notario infrascripto licentiam, &
,, potestatem semel, & pluries conficiendi præsens
,, instrumentum in favorem D. Episcopi supradi-
,, cti. Actum . . . . de Bulleis in platea an-
,, te Ecclesiam S. Servuli de Bulleis præsentibus
,, nobilibus viris Dominis Perotto Istriæ Mar-
,, chione, Joanne Austriæ civitatis . . . . .
,, . . Leonardo q. Balbi de Cremona, Eleuthe-
,, rio Valtono q. Domino Peregrini, Jacobo q.
,, Hendrigutii, Andriolo quond. Peregrini, Mat-

L thæo

(1) Sublato ex hac serie Fridiano nulla hic amplius circa Natalem remanet difficultas; cujus prima mentio in monumentis hujus Ecclesiæ non occurrit ante an. 1318. ex supra relata indulgentiarum Bulla.

,, thæo filio Pervitalis omnibus de Bulleis. A
,, Ego Vicarius de Bulleis Imperiali anctoritate
,, notarius his omnibus interfui rogatus scribere, &
,, scripsi, & roboravi.
,, *E divi verò Augustini Eremitana familia assum-*
,, *ptam fuisse ad hanc dignitatem Joannem testatur*
,, *sequens inscriptio consecrationis Ecclesiæ S. Geor-*
,, *gii in Paniano ab eodem celebratæ an. 1349.*
,, 1349. Indict. 2. XXIV. mens. Aprilis con-
,, secrata est Ecclesia S. Georgii in Paoia-
,, no à venerab. D. ac patre D. Joanne Or-
,, dinis Eremitarum dignissimo Episcopo
,, Aemonien. & sunt reliquiæ S. Georgii,
,, B. M. Virginis, de S. Cruce, B. Marga-
,, retæ, & S. Joannis Baptistæ, S. Stepha-
,, ni Prothomartyris, S. Martini, S. Chri-
,, stophori.
,, *Quin etiam Venetam fuisse è gente Maurocena*
,, *habetur ex epigraphe ejus iconi inter Aemonien-*
,, *sium Præsulum imagines in palatio Episcopali de-*
,, *pictas existenti apposita. Joannis autem memoria* B
,, *adhuc habetur in instramento transactionis inter*
,, *Jo. de Verzis, & Andriolam Michaelem an. 1356.*
,, *28. Januarii rogato. Non diù post videtur deces-*
,, *sisse.)*

XXVI 25 GUILLELMUS anno 1361. cujus mentio habetur in lib. Obligationum. Decessit paulo post suam consecrationem.

[,, *Guillelmus iste inter Æmonienses Episcopos*
,, *non recensetur, qui in hujus Episcopii aula cer-*
,, *nuntur depicti. Sed injuria: siquidem ipsum re-*
,, *perio anno 1359. jam in hac Cathedra sedisse con-*
,, *secratum. Liceat hic proferre in veritatis testem*
,, *ex rogitis Fantini Rizzo Veneti Notarii quam-*
,, *dam commissionis chartam, è qua non solum ejus*
,, *Episcopalis dignitas, ac tempus, quo in ea vixit,*
,, *sed & patria, genus, ac instituturm, quod Fonta-*
,, *nam, cæterosque Dominicanos scriptores latuit,*
,, *emergit. Illa verò est hujusmodi.*
,, Mensis Julii in eodem millesimo (*sic sequitur*
,, *in codice regestum*) trecentesimo quinquagesimo
,, nono Indict. XII. Rivoalti: die 26. ejusdem men- C
,, sis Rivoalti. Reverendus in Christo Pater, &
,, D. D. Fr. Guillielmus de Comitibus Castri Se-
,, pelori Mediolanensis diœcesis, Ordinis Prædica-
,, torum, & Episcopus Aemonen. rogavit fieri car-
,, tam commissionis D presbytero Hermacoræ de
,, Homago Ecclesiæ S. Bartholomæi de Venetiis,
,, & specialiter ad petendum, & exigendum à no-
,, bilibus viris Dominis Jacobo Caucho, & Danie-
,, le Vituri, seu eorum societate, ducatos ducen-
,, tos boni auri, & justi ponderis, quos ipse habere
,, ab eis debeo juxta formam unius literæ de cam-
,, bio; & circa prædicta paciscendi, concordandi,
,, cartas securitatis, & sacramentum in animam
,, ejus jurandi &c. ut in forma.
,, Testes Domini presb. Nicolaus Balzano ple-
,, banus S. Pateroiani, & Nicolaus Fusculo S. Bar-
,, tholomæi. In quorum præsentia testium, quod
,, ipse rogans prædictos fit, quem se esse superius
,, dixit, approbatum fuit mihi notario per D. D
,, presb. Nicolaum Viride perpetuum Vicarium
,, Ecclesiæ S. Bartholomæi de Venetiis prædictæ.
,, *Guillelmi pariter memoria habetur in rogitis e-*
,, *jusdem Fantini Rizzo ad an. 1361. die 20 Novem-*
,, *bris in simili commissionis cedula.)*

XXVII 26 JOANNES Grandi Patavinus anno 1362. ex eodem lib. Obligat. die 17. Julii. Decessit anno 1364. (,, *Hic adhuc degebat inter vivos die 8. Fe-*
,, *bruarii an. 1364. quo territorium S. Michaelis de*
,, *Ceresario in annos quinque Jacobo de Carolis lo-*
,, *cavit. Extat instramentum in archivo hujus Ec-*
,, *clesiæ.)*

27 DOMINICUS (1) Bassara Venetus, successit Joanni. Hic anno 1367. die 8. Aprilis, confirmationem habuit à Marco Cornelio Venetiarum Duce, de aquis, & paludibus Loogaroli, & Budeoæ.

28 PAULUS *a* anno 1370. in monumentis ejusdem Ecclesiæ reperitur hujus Ecclesiæ Episcopus. *a Hic ille, de quo infra.*

29 MARINUS Michael Venetus, Canonicus Ravennas, successit Paolo. Hic villam S. Laurentii in Daila in feudum concessit Simoni Michaelio germano fratri, maximo Ecclesiæ suæ damno, quam quidem concessionem deinde Martinus V. nullam declaravit, ac mensæ Episcopali perpetuo univit: cujus rei memoria extat in lib. Oblig. Prælat. ejusdem Pontificis. Marinus vero mortem obiit 1376. XXVIII.

(,, *Marinus Michael videtur Joanni Grandi im-*
,, *mediate successisse: nam anno 1366. die 26. Aprilis*
,, *Fr. Petro de Bagella Priori cœnobii S. Danielis de*
,, *Venetiis Ecclesiæ S. Martini de Tripoli possessionem*
,, *tradidit edito instrumento, cujus initium est.*
,, In Christi nomine Amen. Anno à Nativitate
,, Domini 1366. Indict. 4. die 26. mensis Aprilis Pon-
,, tificatus SS. in Christo Patris, ac D. D. Urbani
,, divina providentia Papæ V anno quarto. Rever.
,, in Christo pater, & D. D. Marinus Michael Dei,
,, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Aemonien.
,, omni modo, jure, & forma, quibus melius potest,
,, ac potuit, induxit, posuit, atque misit vener. vi-
,, rum D. Fr. Petrum de Bugella Priorem S. Danie-
,, lis de Venetiis Castellanæ diœcesis in tenutam,
,, & corporalem possessionem Ecclesiæ S. Martini
,, de Tripoli diœcesis Aemonien. &c.
,, *Autographum extat in chartalario ejusdem Cæ-*
,, *nobii S. Danielis. Anno 1374. 25. Aprilis cum aliis*
,, *comprovincialibus Episcopis indulgentiam con-*
,, *cessit visitantibus statutis diebus Ecclesiam S. Geor-*
,, *gii de Pirano, ut infra in Petenen. constabit. In*
,, *archivo verò hujus Ecclesiæ servatur locationis in-*
,, *strumentum, quo an. 1375. Maphæus Giras Vene-*
,, *tus, Aemoniensis Decanus, & Marini Michaelis*
,, *Vicarius generalis locat Marino de Castro aliquot*
,, *prædia in Ballearum territorio. Nec diu post su-*
,, *pervixit, ut testantur regesta Vaticana.)*

30 Fr. NICOLAUS de Agrigento Marino successit 2. Id. Maii 1376. qui insecuto anno decessit, ex eodem lib. XXIX.

(,, *Fr. Nicolaus Agrigentinus, Ordinis Minorum,*
,, *prædefuncto Marino successor datur à Gregorio*
,, *XI. 2. Id. Maji Pontificatus anno sexto. Provisio-*
,, *nis, ut ajunt, literæ referuntur à Waddingo in*
,, *Annal. Min. tom. 4. in regest. pag. 152.)*

31 AMBROSIUS (2) subrogatur 1377. ex eodem lib. XXX

32 THOMAS post Ambrosium: in eodem Oblig. lib. XXXI

PHI-

(1) Hic Dominicus, non Bassara, ut hic scribit Ughellus, sed Gassaro idem est ac ille Dominicus, non s. Nicolai, sed s. Basii plebanus, de quo supra Ughellus ad n. 21. Fuit Episcopus Civitatis Novæ in Venetie Æstuario, & præter confirmationem, quam an. 1367. habuit à Marco Cornelio Venetiarum Duce de aquis, & paludibus Longarolæ, & Budenæ in territorio Gradensi existentibus, quæ nec hodie sunt, nec unquam fuere mensæ Episcopalis Aemoniensis, ejus item extat memoria in documentis an. 1355. 1364. & 1365. prout in decimo tomo aperiemus.

(2) De hoc Ambrosio, & sequentibus Thoma, Philippo, ac Petro de Fino nihil nobis constat. Nulla horum in hujus Ecclesiæ monumentis memoria. Si tamen revera Nicolaus de Agrigento uno tantum anno hanc sedem tenuit, potuit eidem prædefuncto successisse Ambrosius ante schisma à legitimo Pontifice creatus an. 1377. ut ex lib. Obligationum asserit Ughellus; ideoque in Æmoniensium Episcoporum serie illum recensuimus, sicut & Thomam, atque Philippum, qui Ambrosio brevis temporis Pontifici legitimè suffecti non longiori mora hanc fortasse rexerunt Ecclesiam. Petrum autem Fanensem inter Episcopos Civitatis novæ in Venetis æstuariis aliquot ductus conjecturis relicio. Certiora vero de his Episcopis colliget, cui librum Obligationum Prælatorum licebit perscrutari.

XX XII. 33 PHILIPPUS ſucceſſit Thomæ, apud eundem lib. Oblig. A

34 PETRUS *a* de Fano hojus Eccleſiæ Epiſcopus unno 1380. translatus ad Eccleſiam Maſſanam, de qua translatione eodem anno die 27. Decembris ſcripſit ad Rempub. Seneoſem Cardinalis de Petra Mula, idemque Petrus: litteræ extant Senis in Archivio Bichernæ, quas nos ipſi vidimus. Ao ab Urbaoo VI. vel ab Antipapa Clemente VII. fuerit hic Petrus translatus, adhuc mihi ignotum; qoemadmodum & alii unte ipſum ab obitu Nicolai.

a Epiſcopus Civitatis novæ in Venet. æſtuariis.

35 LEONARDUS (1) hujus Eccleſiæ Antiſtes u6. Novemb. in lib. Obligat. notatur tamquam legitimus Epiſcopus ab Urbano creatus; forte idem, qui poſtea cum eſſet Alexandrinos Patriarcha, haoc Eccleſiam commendatam habuit aono 1402. ut dicemus.

36 GILBERTUS ſucceſſit Leonardo anno 1388. ub Urbano VI. electus, ex eodem lib. Oblig.

37 Fr. (2) JACOBUS *b* quidam ab Antipapa Clemente VII. creatus 1388. ex eodem lib. B

b Intruſus.

38 JOANNES (3) Tergeſtinus ab eodem Antipapa eligitur hujus Eccleſiæ Aotiſtes eodem aono 1388. in eodem lib. Oblig. ita annotatur.

XX XIII. 39 PAULUS ejuſdem ſedis Antiſtes an. 1394. die 28. Junii conſecravit altare majus eccleſię Bivę, aliudque 4. Novembr. 1397. in eccleſia SS. Trinitatis. Hic videtur ab Antipapa creatus.

(„ *Jam ab anno 1382. reperio hunc Paulum Aemonienſem Cathedram occupaſſe: eo namque anno Matthæum de Spela de Juſtinopoli illi teſtamento legaſſe ducatos viginti quinque conſtat ex rogitis Zanocti Roſelli Veneti Notarii. Inter monumenta verò hujus Eccleſiæ habentur ejus litteræ dimiſſoriæ, ut ajunt, Griſmaro cuidam conceſſæ pro prima Tonſura, quarum initium tale eſt:* Die vii. Aprilis 1383. in Eccleſia S. Michaelis de Caſtro Veneris (*tunc erat hoc caſtrum Aemonienſis diœceſis*) Rev. in Chriſto pater, & D. Paulus Comes Montis Feretrii, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Aemon. &c. *Anno 1394. die 29. Junii altare conſecraſſe in Eccleſia S. Crucis Bullearum, eodemque in loco alterum altare in Eccleſia SS. Trinitatis an. 1397. 4. Novemb. teſtatur Thomaſinus in ſuis Iſtrienſis Provinciæ Mſſ. Commentariis, qui, dum prædicta altaria diſſolverentur an. 1648. die 16. Maii, aſſerit ſe in eiſdem reperiiſſe harum conſecrationum monumenta, quorum unum hiſce verbis erat conceptum.* In Chriſti nomine amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trigeoteſimo nonanteſimo quarto die 29. Junii Rev. in Chriſto pater, & D. D. Paulus Comes Montisferetrii Dei gratia Epiſcopus Aemoo. conſecravit iſtud altare ſub nomine, & vocabulo SS. Evangeliſtarum Joaonis & Matthæi, & ſunt reliquiæ S. Andreæ Apoſtoli, S. Mariæ Magdalenæ, SS. Mar. Pelagii, & Maximi. *Hunc putat Ughellus ab Antipapa fuiſſe creatum Epiſcopum, eo quia per hæc tempora hanc ſedem tenuiſſe putaret Gilbertum ab Urbano electum. Sed cum hic alteri Civitati novæ ſit attribuendus, ut diximus, nil obſtat quin à vero, legitimoque Pontifice hanc infulam Paulum obtinuiſſe aſſeramus.*) C D

XX XIV. („ JOANNES *Tergeſtinus erat utique hujus Eccleſiæ legitimus Antiſtes an. 1402. quo à Bonifacio IX. anno ejuſdem Pontificatus decimo tertio indulgentiam impetravit iis, qui ad dirutæ Cathedralis reædificationem manus adjutrices præberent. Extat Bulla in archivo Epiſcopali, ut teſtatur Thomaſinus in Commentariis Mſſ. ſæpè citatis. Videtur hoc eodem anno vel obiiſſe, vel ſe abdicaſſe.*) A

XX XV. 40 LEONARDUS („ *Delphinus*) Patriarcha Alexandrinus hanc Æmonienſem Eccleſiam Commendatam habuit à Bonifacio IX. anno 1402. tertio id. Martii, quam dimiſit anno ſequenti ex eodem lib. Oblig. („ *Hanc utique Eccleſiam non dimiſit Leonardus an. 1403. ut falsò aſſerit Ughellus, eo quod Donatum ſequentem putet eodem anno huic eidem Eccleſiæ datum Antiſtitem. Donatus Gilberto ſucceſſit in ſede Civitatis novæ in Venetis Aeſtuariis: Leonardus verò cùm exauctorato in Concilio Piſano Gregorio XII. adhæreret, ab Alexandro V. hujus Eccleſiæ commenda ſpoliatus eſt an. 1409. die 9. Septembris, eidemque ſuffectus Joannes de Montina Ordinis Minorum, ut ex actis Conſiſtorialibus mox dicemus.*]

41 Fr. DONATUS *c* de Murano Ord. Heremitarum S. Auguſtini eligitur Epiſcopus Civitatis Novæ in locum Gilberti defuncti, ac legitimi Epiſcopi, à Bonifacio IX. Papa aono 1403. Id. Octobris ex lib. Obligat. B

c Hic fuit Epiſcopus alterius Civitatis Novæ in Venetis æſtuariis.

XX XVI. („ JOANNES *de Montina, Ordinis Minorum huic Eccleſiæ vacanti per lapſum Commendæ factæ Patriarchæ Alexandrino notoriè Gregorio XII. depoſito adhærenti attributus eſt Epiſcopus ab Alexandro V. die 9. Septembris 1409. ut teſtantur Acta Conſiſtorialia. Ad ſedem perveniſſe non videtur, quia vel juri ſuo ceſſerit, vel à ſequenti Thoma impeditus. De eo Waddingus in Ann. Min.*

C

42 Fr. ANTONIUS Corrarius, Ordinis Prædicatorum, *d* electus Æmooen. die u6. Auguſti un. 1406. per ceſſionem Commendæ, quam untea obtinuit Angelus Corrarius ſub die 9. Kalend. Junii; translatus deinde eſt ad Eccleſiam Ceneteoſem. Tantu erat hujus ævi confuſio, propter triom Pootificum teterrimum ſchiſma Dei Eccleſiam ſcindentium, ut in una eademque Eccleſia, ut non ſemel diximus, duo, aliquando tres eſſeot, vel electi, vel introſi Epiſcopi. Hoc quidem tempore, anno ſcilicet 1408. legitur upud Rocchum Pyrrum io notitia Sicilienſium Eccleſiarum Joannem (4) Tharesi, Siculum, Monacchum & Abbatem S. Marię de Arcu Ordin. Ciſtercienſis fuiſſe Epiſcopum Æmonenſem. Ille idem, qui collapſum Monaſterium S. Mariæ de Rocchadia Syracuſanæ Diœceſis ejuſdem Ordinis reædificandum, & privilegia deſcribenda curavit. D

d Non Aemonien. ſed Civitatis novæ in Venetiarum litoribus.

43 PETRUS Nani, (5) nobilis Venetus, Canooicus S. Marci, à Joanne XXII. factus eſt Epiſcopus Aemonenſis aono 1410. octavo Kal. Junii in locum Antonii ad Cenetenſem eccleſiam translati. Hic ſub Martino V. anno 1418. translatus eſt ad eccleſiam Torcellanam, ut habetur in eodem Obl. lib. Videtur ſediſſe contra Thomam Thomaſinum

L 2 à Gre-

(1) Leonardus iſte è familia Delphina, Venetus, ſicut & ſequens Gilbertus Civitatem novam in Venetiarum litoribus ſitam proculdubiò adminiſtrarunt.

(2) Cum anno 1388 vacaverit Eccleſia Civitatis novæ in Venetis æſtuariis, eique ab Urbano VI. datus fuerit Epiſcopus Gilbertus, eidem Eccleſiæ cenſeo attributum illegitimum Antiſtitem hunc Jacobum ab Antipapa Clemente.

(3) Quidquid ſit de intruſione Joannis an. 1388. à Clemente Antipapa in hanc Eccleſiam facta, poſt Paulum reperio illum legitime huic Eccleſiæ præſediſſe, ut mox aperiam.

(4) De hujus Joannis Epiſcopatu vel Aemonienſi, vel alterius Civitatis novæ nulla fides Pyrrho habenda eſt: ſiquidem anno 1408. Aemonienſis cathedra occupabatur à Leonardo Delphino Patriarcha Alexandrino, cui, ut diximus, ſubrogatus eſt an. 1409. Joannes. Alterius verò Civitatis Novæ Eccleſia eodem anno commendata erat Antonio Corrario, cui, revocata commenda, ſucceſſit datus eſt Philippus Nani an. 1410. die 2. Aprilis. Joannes igitur de Tharesi vel alterius urbis Epiſcopus, vel, ſi mavis, alterutrius Civitatis novæ à Pſeudo pontifice Petro de Luna electus.

(5) Petrus Nani, revocata Civitatis novæ commenda olim Antonio Corrario facta, ab Alexandro V. datus eſt Epiſcopus eidem urbi die 2. Aprilis 1410. Translato dein ad Torcellanam ſedem Petro, Civitatis novæ Eccleſia data eſt an. 1418. die 18. Aprilis in Commendam ad beneplacitum Sanctiſſimi Joanni electo Patriarchæ Conſtantinopolitano, ut produnt Acta Conſiſtorialia. Hi duo igitur ex hac ſerie pariter ſunt expungendi.

à Gregorio XII. ad hanc ecclesiam vocatum. Quo etiam tempore Joanoes Patriarcha Constantinopolitanus hanc ecclesiam habuit per aliquod tempus commendatam.

XXXVII. (,, *Fr.* THOMAS *Paruta, nobilis Venetus, Ordinis Prædicatorum, banc Ecclesiam rexisse, deuatumque fuisse anno 1408. testatur sequens Epitaphium, quod in Choro Fratrum Prædicatorum SS. Joannis, & Pauli de Venetiis legitur.*

Fr. Thomas Paruta Venetus Ordinis
Prædicatorum Episcopus Aeumooiæ
obiit MCCCC VIII

At si vera narrat soror Bartbolomæa Riccoboni, quæ bis temporibus vixit, in bistoria Mouasterii Corporis Christi, quæ antbographa apud easdem Moniales servatur, scripsit Thomas Paruta Aemoniensis Episcopus Concilii Coustantiensis acta. Concilium vero Constautieuse cùm babitum fuerit ab an. 1414. ad 1418. oportet Thomam diù post aunum 1408. viuisse. Epitaphium supra relatum cum recentius sit, & ex antiquiori, ut videtur, descriptum, aliquo mendo laborare necesse est eu cælatoris incuria, vel inscitia. In lapide vetustiori sic olim legebat hanc Epigraphem Jo. Georgius Palferns in collectione inscriptionum Venetiis prostantium, cujus archetypum exemplar est penes cl. virum Apostolum Zenum.

Fr. Thomas Paruta Venetus Ordinis
Prædicatorum Cremonæ obiit
MCDLIX.

Sed & Palferum decipi potuisse in describendo annorum numero docet locus ille, ubi pro Ep. Emonæ, *legit* Cremonæ. *Neque enim facile adduci possum, us credam tamdiù vixisse Thomam, & sæculum superasse, si revera filius fuit illius Pauli, qui anno circiter 1317. Luca Venetias transmigrans bic nobilissimam Parutam gentem propagavit. Censeo igitur, quoniam vera lectio ex vetustiori lapide amplius non extante peti nou potest, in recentiori denarium numerum X. cum in antiquiori temporis edacitate corrosus non satis internosceretur, post quatuor c. omissum (& revera in recentiori lapide relictus est eidem incidendo numero locus satis accommodus) & Palferum L. pro X. mendosè legisse: atque propterea Thomæ obitum vel an. MCCCCXVIII. vel si mavis MCDXIX. contigisse. Verum quidquid sit de anuo bujus Thomę emortuali, incompertus quoq; est annus, quo ad banc sedem evectus est. Illud quidem constat anno 1401. privatam adbuc vitam iu cœnobio Ss. Jo: & Pauli degisse, us ex litteris Joannis de Dominicis, qui postea à Gregorio XII Cardinalis effectus est, & ob vitæ sanctimoniam inter Dominicani Ordinis Beatos est adnumeratus, Florentiæ datis die 20. Februarii ejusdem anni, & à Monialibus Corporis Domini diligenter adservatis perspicue colligitur: in iis etenim nullo alio, quam simplici* Fratris *titulo appellatur. Hinc est, quod, cum bæc Cathedra deinde fuerit occupata à Joanne Tergestino, & Leonardo Patriarcha Alexandrino ad annum saltem 1409. non ante dictum annum ejus electio potest fieri: & tunc fortasse a Gregorio XII. effecta est, cum ab adversæ partis Pontifice Alexaudro V. dictus est Aemoniensis Episcopus Joannes de Montina supramemoratus. Sed neque post aunum 1414. potest differri: siquidem ab eodem Gregorio XII. qui Pontificatu se abdicavit in Concilio Constantiensi an. 1515. huic eidem Ecclesiæ attributus est Autistes Fr. Thomas Thomasinus, ut ipsemet fatetur in suo testamento à Joannino Rizzo an. 1444. rogato: cujus deinde immediati successores satis sunt exploratì. Cæterum non diu post adepta dignitate se Parutam spoliasse eu dictis pronum est conjicere.)*

XXXVIII. 44 Fr. THOMAS Thomasinus, Venetus, Ordinis Prædicatorum, vir insignis reperitur hujus Ecclesiæ Antistes, an. 1410. die I. Junii in quodam monumento ejusdem Ecclesiæ, ad cujus inde preces Martinus V. alienationem Villæ S. Laurentii in Daila à Marioo Michaelio facta, infirmavit, ac



Aemonensi ecclesiæ restituit. Fuit deinde translatus ab eodem Martino ad Polensem 1420. mox ad Urbinatensem, Maceratensem, Feltrensem, ac Bellunensem ecclesias, obi & diem suum obiit. De quo vide, quæ de ipso diximus in nostro 2. tomo.

(,, *Fr. Thomæ Aemoniensis Episcopi prima occurrit mentio in bujus Ecclesiæ membranis an. 1410. die 1. Junii, ut præter Ugbellum testatur etiam Thomasinus in Commentariis sæpe citatis. An verò Thomas bic fuerit Paruta, an Thomasinus, silent documenta. Thomasinus Concilio Constantiensi interfuit, & à Martino V. ut Villa S. Laurentii iu Daila, quæ decedente sine masculis Simeone Michaelio ad Episcopalem mensam redierat, bnic eidem mensæ perpetua unione anucteretur, impetravit. Rei coguoscendæ, & exequendæ datum est à Poutifice mandatum Joanni Benedicto Tarvisino Episcopo, qui perpensis omnibus annexionem jussit bis terminis.*

In Nomine Dei æterni Amen. Joanoes Benedictus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Trevisanus, Commissarius, Executor, & Delegatus unicus ad infrascripta à Sede Apostolica specialiter deputatus universis, & siogulis, ad quos præseotes adveoeriot, salutem in domino, qui omoium est vera salus. Litteras Sanctissimi in Christo Patris, & D. D. N. Martioi divina providentia Papæ V. ejus vera Bulla plumbea peodeote ad Cordelam Canapis bullatam integras, & non vitiatas, nec in parte aliqua suspectas oobis per Reverendiss. in Christo Patrem D. Thomam eadem gratia Episcopum Aemooiensem præsentatas cum ea, quæ decuit, reverentia nos recepissemus, tenoris, qui sequitur. Martious Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Tervisano salutem, & Apostolicam benedictionem. In supremæ dignitatis specula licet immeriti coostituti ad ea, pro ut nobis ex debito Pastoralis officii incumbit, libeoter intendimus, per quæ Ecclesiarum Cathedralium, & Pastorum suorum, qui assumpti in partem sollicitudinis, potioris sunt dignitatis titulo insigniti, statui, & necessitatibus, valeat utiliter providere. Cùm itaque, sicut exhibita nobis per partem vener. fratris nostri Thomæ Episcopi Æmoniensis petitio continebat, Territorium S. Laurentii de Daila nuncupatum io Diœc. Aemon. consistens ad mensam Episcop. Aemonen. legitimè pertioeat, & certis persoois per Episcopum Aemoniensem pro tempore existentem in feudum, concedi consueverit, quodque bonæ mem. Marinus Episcopus Aemoniensis tunc ad eandem mensam certo modo devolutum q. Simoni ejusdem germano layco pro se, & suis heredibus sub certis modis, & forma in feudum concesserat, sit ad eaodem Mensam legitimè devolutum; & sicut eadem petitio subjongebat, dicta mensa propter guerrarum turbines, quæ in illis partibus diutius vigueruot, adeo sit redditibus diminuta, quod Episcopus Aemoniensis pro tempore existens dicto Territorio dempto vix centum, & viginti florenos

auri

auri de Camera de introitibus habeat annuatim, & si dictum Territorium eidem mensæ perpetuò uniretur, ex tunc dictus Thomas Episcopus onera sibi incumbentia possit competentius supportare, pro parte dicti Thomæ fuit nobis humiliter supplicatum, ut dictum Territorium præfatæ mensæ perpetuò unire, annectere, & incorporare de benignitate Apostulica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationib. inclinati fraternitati tuæ per Apostolica scripra mandamus, quatenus si est ita, rraditum Territorium auctoritate nostra unias, incurpores, & annectas, ita quod liceat Thomæ, & aliis pro tempore existentibus Episcopis Aemoniensibus corporalem possessionem ejusdem Territorii auctoritate propria liberè apprehendere, & in usus suos proprios perpetuò retinere, non obstantibus statutis, & coosuetudinibus dictæ Ecclesiæ, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliiscoutrariis quibuscumque. Nos enim ex tunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quavis aucturitate scienter aut ignoranter contigerit attentari. Datum Constantiæ 6. Idus Aprilis Poutificatus nostri anno primo. Quibus lectis, visis, inspectis, & diligenter examinatis per eundem Thomam Episcopum Aemoniensem cum instantia debita requisiti, ut ad executionem in ipsis litteris conrentorum, ac dictorum ad unionem, & aunexionem feudi, & Territorii in feudum dari soliti, ut in prædictis litteris, contenti, juxtà ipsarum litterarum formam, & renorem procedere dignaremur, fuerunt nubis tunc per eundem D. Episcopum Aemun. oblatæ certæ probationes, ac etiam instrumenta. Nos autem vulentes in prædictis maturè, & deliberatè procedere, ne fortè quemquam lædi contingeret ignorantem, moneri, requiri, & citari fecimus unumquemque prætendentem sua quomodolibet interesse, aut voientem quoquo modo opponere, contradicere, vel vetare, ne talis fieret unio, incorporatio, vel annexio per nostrum publicum, ac patens edictum in Ecclesia Aemoniensi publicatum, ac in ejusdem Ecclesiæ fnrib. per noitrum Episcopalem ac Juratum Nuncium affixum, ut infra certum competentem terminum jam elapsum coram nobis deberent præsentari, aut legitimè comparere, laturi, & allegaturi, quique vellent, quare dicta unio, incorporatio, & annexio dicti Territorii S. Laurentii de Daila Episcopatui præfato Aemoniensi fieri non deberent; in quo quidem termino nemo coram nobis contradictor apparuit, & . . . . . per ipsum D. Episcopum Aemonensem, & cum instantia, ut jam inceptum negotium perficero curaremus, & diù attentiùs post illius terminum elapsum expectavimus, si quis prædictis opponens compareret; & tandem nemine comparente contradictore deliberavimus, ac decernimus hujusmodi negotii examinatiunem aggredi diligenter, & receptis quampluribus publicia, & auctenticis documentis, & aliis probationibus coram nobis exhibitis, & productis per eumdem D. Episcopum Aemonensem, & maturè discussis, & examinatis, veridicè comperimus prædictum Territorium S. Laurentii de Daila dictæ diœcesis Aemoniensis fuisse de meusa sedis Episcopalis Aemoniensis, solitumque laycis in feudum concedi, atque tradi, ac per multos pro tempore Episcopos Aemonienses fuisse laycis in feudum concessum, & maximè q. D. Brachino, D. Dimisiglano, & post ejus renunciationem, & liberam resignationem iterum infeudatum fuit D. Bartholomæo Michael de Venetiis, & post ejus mortem D. Andreolo ejus filio, ac postea successivè pluribus ejusdem D. Bartholomæi descendentibus & tandem D. Lodovico Michael ejusdem D. Bartholomæi similiter descendenti, per cujus mortem sine filiis masculis feudum ipsum iterum rediit ad mensam prædictam Episcopalem Aemunienseni; & ut publicis constat documentis, bonæ memoriæ D. Marinus tunc Episcopus Aemoniensis ipsum Territorium S. Laurentii de Daila, sicut præmittitur, ad ejus mensam devolutum, dedit, & concessit in feudum D. Simeoni Michael ejus germano pro se, suisque descendentibus Masculis petenti, ipsumque de eo investivit ad feudum, post cujus mortem fuit de ipso feudu, & Territorio jure feudi investitus Petrus Michael nepos, & descendens dicti D. Simeonis, cui & per præseutem Episcopum fuit feudum prædictum renovatum. Mortuo itaque Petro Michael prædicto sine filiis masculis feudum ipsum ad mensam Episcopaiem rediit, & extitit devolutum, de cujus devolutione nedum per testes idoneos nobis coustavit, sed etiam per senrentiam super hoc anno præsenti latam die verò secunda Martii proximi in favorem supradicti D. Thomæ Ep. Aemon. præsentis contra Marietam pupillam filiam unicam dicti q. Petri Michael, sive ejus Tutores, coram nobis eahibitam, & productam, signatam sub signo, & nomine Antunii de Vetatiis Plebani S. Sylvestri de Venetiis Notarii publici: cujus sententiæ vigore item dictus Episcopus possessionem pacificam Territorii prędicti S. Laurentii de Daila adeptus extitit. Visis igitur, & consideratis prædictis, & aliis coram nobis exhibitis, & allegatis, & productis cognovimus evidenter dictum feudum, & dictum Territorium S. Laurentii de Daila infeudari solitum temporibus retroactis fuisse & esse ad mensam prædictam Episcopalē Aemoniæ per mortem dicti Petri Michael sine descendentibus masculis apertiùs, & legitimè devolutum; insuper examinatis facultatibus, & redditib. dicti Episcopatus Aemon. diligenter reperimus, & clarè cognovimus ipsos redditus propter guerrarū turbines, & alia sinistra in dicta diœcesi Aemoniæ retroactis temporibus occursa in tantum esse diminutos, quod dempto Territorio dicto S. Laurentii summam centum viginti florenorum non excedunt, sed imo veriùs non attingunt, ut hæc omnia suprascripta in actis, & scriptis publicis Petri Pauli della Panceria Notarii infrascripti, & Cancellarii nostri legi possunt, propter quæ clarissime patet istius D. Episcopi Aemon. supplicatiunem narrara veritate juvari, ut meritò gratiam Apostolicam cousequi mereatur, & intentum favorabilem ubtinere. Nos igitur Joannes Benedictus prædictus Episcopus Tervisin. adhæc Commissarius, Executor, & Delegatus unicus, ut præfertur à sede Apostolica specialirer deputatus, cognoscendo contenta, & narrara in antescriptis litteris Apostolicis esse verissima, & veritatem umni modo continere, volentes mandatum Apostolicum eaequi, ut tenemur, prædictum Territorium S. Laurentii de Daila Dįœcesis prædictæ Aemonien. in literis Apostolicis prædictis nominatum, apertum ut pręmittitur, & devolutum ad dictum Episcopatum Aemon. auctoritate Apostulica unimus, annectimus, & incorporamus Episcopatui jam dicto Aemon. ejusque mensæ, ipsumque unitum, incorporatum, & annexum esse declaramus, ac usibus propriis præs. & futurorum Episcop. Aemon. perpetuò deputamus, ita ut amodo nemini Episcoporum Aemon. præsenti, vel futuris liceat quoquo modo Territorium prædictum S. Laurentii de cærero infeudare, vel alio quovis modo à se abdicare, sed in suos usus perpetuò retinere, decernentes auctoritate prædicta irritum, & inane, si contra prædicta aliquid contigerit attemptari. Licentiam insuper plenariam concedimus prædictū D. Episcopo Aemoniensi, ejusque fururis successoribus propria auctoritate possessionem ipsius Territorii apprehendendi, apprehensamq; auctoritare Apostolica perpetuò retinendi. In quorum omnium fidem præsens instru-

" mentum publicum, & plura fieri jussimus per Pe- A
" trum Paulum suprascriptum, & Andream de
" Storga Notarios publicos, & Cancellarios no-
" stros, nostrique Pontificalis sigilli appensione mu-
" niri. Datum, & actum in nostro Episcopali Pala-
" tio currente an. Dominicæ Nativitatis 1428. In-
" dictione XI. die XIIII. mensis Octobris, præsen-
" tibus venerabili, & sapienti Decretorum Docto-
" re D. Luca de Cantarellis de Regio egregio Juris
" utriusque Doctore, D. Lodovico à Pavoleis, D.
" presb. Joanne Monacho in Monast. S. Thomæ
" de Torcello, & Petro Paulo q. prædicti Thaddæi
" della Panciera Notario, & Cive Tarvisino testi-
" bus rogatis, & aliis ad prædicta in loco suprascri-
" pto adstantibus, & præsentibus.
" Ego Andreas q. P. de Storga publicus Notarius
" auctoritate Imperiali, ac Cancellarius ipsius E-
" piscopi &c ommissis &c.
" *Translatus deinde fuit Thomasinus ad Polensem*
" *Ecclesiam quarto Nonas Martii 1620.*)

XXXIX. 45 ANTONIUS Corrarius Card. Episc. Portuensis, vulgo Bononiensis appellatus, hujus ecclesiæ ascitus Commendatarius est anno 1420. quarta die Maii. Quo munere functus est usque ad annum 1421. ex citato lib. Oblig. B

XL. 46 DANIEL Garius *a* de Tarvisio I. V. D. Æmonensis Episcopus fuit adlectus, 28 natus annos, salutis vero 1421. 16. Kalend. Martii: Inde ad Parentinum transivit Episcopatum 1426. *b* ex eodem libro.

a Septus.

b 7. Idus Januarii. ex Actis.



XLI. 47 PHILIPPUS Paruta, nobilis Venetus, ad hanc sedem pervenit anno 1426. die 15. *c* Maii, vix elapso mense ad Torcellanam Ecclesiam translatus est, *d* vacuaque (1) ecclesia commendata fuit electo Constantinopolitano, qui brevi eo se munere abdicavit, ex eodem Oblig. lib.

c 9. Idus Januarii. ex Actis.

d 10. Kalendis Maii. ex Actis.



XLII. 48 JOANNES Maurocenus nobilis Venetus electus est Episcopus anno 1426. die 26. Novembris. In ea dignitate vixit plus minus mens. sex, obiitque 1427. de quo in eodem lib.

(" *Joannes Maurocenus Philippo Parutæ ad*
" *Torcellanam Ecclesiam translato datus est imme-*
" *diatus successor an. 1426. die 26. Novembris: cu-*
" *jus mentio in membranis hujus archivi frequens*
" *habetur ad an. 1427. 1428. 1432. 1439. extendi-* A
" *turque ad an. 1442. quo die 9. mensis Januarii Pel-*
" *legrino q. Pauli medietatem cujusdam viacæ in*
" *Comitatu S. Laurentii in Daila positæ locat. Ex*
" *quo manifestò apparet Ughellum nostrum sex tan-*
" *tum mensium regimen Joanni tribuisse, ut Antonio*
" *Tiburensi locum in hac eadem sede pararet. Joan-*
" *ne igitur hanc Cathedram tenente an. 1434. die*
" *10. Maji Eugenius IV. Aemoniensem Ecclesiam, ut*
" *primum per cessum, vel decessum, aut alio quovis*
" *modo vacare contigisset, Parentinæ jussit accedere*
" *ea lege, ut ambæ simul unitæ unicum deinceps ve-*
" *nerarentur Pastorem. Bulla Pontificia refertur ab*
" *Ughello infra in Parentinis. Verum an. 1440. trans-*
" *lato ad Traguriensem Mitram Angelo Cavacia Pa-*
" *rentino Episcopo, in cujus favorem ab Eugenio*
" *statuta fuerat, ut videtur, præfata unio, ante-*
" *quam hæc Aemoniensis vacaret, res effectu caruit:*
" *& defuncto Ioanne à Nicolao V. Aemoniensis Eccle-*
" *siæ cura Gradensi Patriarchæ fuit demandata.*)

B 49 Fr. ANTONIUS Tiburensis (2) ex Ordine Minorum Episcopus Thinarum, & Michonarum, unius ex Cycladum insulis in Arcipelago, ad hanc Ecclesiam fuit translatus 12. Kalend. Junii 1427. ex obitu antecessoris, cessioneque Patriarchæ Constantinopolitani, ad quem illius commendæ pertinebat regressus, ita in eodem citato Obl. l.

50 JOANNES Marcellus *e* Venetus notatur inter Episcopos hujus ecclesiæ, in monumentis ejusdem anno 1435. sed in lib. Oblig. nulla de eo mentio.

51 MARCUS Æmonensis *f* Episcopus ad Tarentasiensem Archiepiscopatum fuit translatus 2. Non. Novembris 1433. Post cujus translationem, Æmonensis Ecclesia jussu est ab Eugenio IV. Parentinæ accedere anno 1434. die 10. Maii, ita ut unus, idemque Episcopus utrique Ecclesiæ præsideret. Sed haud diu hæc perduravit conjonctio, eam scilicet Nicolao V. dissolvente, & anno 1451. mense Octob. cum Veneta Ecclesia sociante: quod item C fœdus anno 1466. dissolutum est, paruitque deinde proprio Pastori.

e Non Marcellus, sed Maurocenus idem cum superiori.

f Et hic alternæ Civitatis novæ Episcopus, non Aemonensis.

(" DOMINICUS *Michael, Gradensis Patriar-* XLIII
" *cha, defuncto Joanne Mauroceno Episcopo hanc*
" *Ecclesiam suscepit administrandam. Anno 1449.*
" *ejus erat in hac urbe procurator Dominicus Cathe-*
" *dralis Decanus, & an. 1450. ejusdem erat Vica-*
" *rius, & Visitator Petrus de Munatiis Canonicus*
" *Torcellanus. Utriusque plura visuntur in Episco-*
" *pali archivo documenta.*
" S. LAURENTIUS *Justinianus Aemonensis* XLIV
" *Ecclesiæ clavo admotus est à Nicolao V. qui illam*
" *Venetæ Ecclesiæ copulavit an. 1451. mense Octob.*
" MAPHÆUS *Contarenus utrique unitæ Ec-* XLV
" *clesiæ præfectus est 10. Kalend. Februarii 1455.*
" *Obiit 1460. 26. Martii.*
" ANDREAS *Bondulmerius deinde 1460. suc-* XLVI
" *cessit.*
" GREGORIUS *Corrarius 1464. qui pariter* XLVII
" *decessit.*
D " IOANNES *Baroccius, qui pariter & electus, &* XLVIII.
" *defunctus est eodem anno 1465.*
" MAPHÆUS *Gerardus Baroccio suffectus est* XLIX
" *1466. quo eodem anno Paulus II. cum Equilinam*
" *Ecclesiam Venetæ associasset, Æmoniensem è con-*
" *tra ab ea disjunxit, cui etiam proprium attribuit*
" *Pastorem Franciscum Contarenum.*)

52 FRANCISCUS Contarenus, Venetus, nobilitate generis, probitate morum, & scientia clarus hujus Ecclesiæ fuit Episcopus anno 1466. L.

(" *Franciscus Contarenus, Calamonensis Ele-*
" *ctus, huic Ecclesiæ à Paulo II. datus est Antistes*
" *circa finem an. 1466. quo tempore cum Maphæi pro-*
" *curatores Episcopalis mensæ redditus jam colle-*
" *gissent, ne interea proventus necessarii noviter ele-*
" *cto Episcopo deficerent, jussit Pontifex, ut Fran-*
cisco

(1) Non hæc Aemonensis Ecclesia, sed Civitatis Novæ in Venetis a Suariis jamdiu ab an. scilicet 1418. ut supra diximus, erat commendata Joanni Contareno electo Patriarchæ Constantinopolitano, qui eam tenuit ad an. 1427. quo Joanni suffectus est Antonius Tiburensis, ut mox dicemus.

(2) Hic Antonius, cum Pontifex commendam revocasset, ut legitur in Actis, Joanni Contareno Constantinopolitano electo in Civitatis novæ Veneti littoris regimine suffectus est die 6. Kal. Maji 1427. De quo Vvaddingus in Annalibus Minor. tom. 5.

A ,, *cisco Equilinæ Ecclesiæ licet Venetæ recenter anicæ fructus sede vacante percepti exhiberentur, re Bartholomæo Parutæ S. Gregorii de Venetiis Abbati commissa in hunc, qui sequitur, modum.*

,, Dilecto filio Abbati S. Gregorii de Venetiis Bartholomæo Parutæ Paulus Papa II. Dilecte fili salutem, & Apostol. benedictionem. Cum superioribus mensibus providissemus Ecclesiæ Calomon de persona dilecti filii Francisci Contareni Theologiæ . . . . artiumque Doctoris, qui priusquam bullæ ipsius Ecclesiæ expedivisset, munere etiam consecrationis non suscepto, aut ex redditibus ejusdem Ecclesiæ aliquid percepisset, cum per obitum q. Andreæ Episcopi Equilini vacasset Ecclesia ipsa Equilina, eamque nos ex certis rationabilibus causis Patriarchatui Venet. univissemus, ac ab eo obhujusmodi unionem Æmoniensem Ecclesiam, quæ dudum dicto Patriarchatui unita existebat, segregassemus, subinde ad hanc Æmonien. Ecclesiam eumdem Franciscum de consilio Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium promovimus. Unde cum intellexerimus Æconomos dicti Patriarchatus nunc Pastore carentis præsentis anni fructus, & omnes redditus Æmon. Ecclesiæ exegisse, idcirco ne dictus Franciscus damnum propterea patiatur, nec redditibus hoc anno careat, volumus, ac tibi per præsentes committimus, & mandamus, ut auctoritate nostra facias, quod omnes fructus, redditus, & proventus Ecclesiæ præfatæ Equilinæ Patriarchatui Venero, ut præfertur, per nos unitæ ad ipsum Franciscum, vel ejusdem legitimum procuratorem . . . . non obstante dicta unione, & quod ad Ecclesiam Æmonen. sit per nos promotus, vel translatus, cæterisque contrariis quibuscumque, contradictores etiam per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna remedia, quantum opus esse noveris, compescendo.

,, Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 12. Decembris 1466. Pontificatus nostri anno tertio.

,, *Diutius vixisse videtur Franciscus: quo autem anno objerit, mihi occultam. Ad an. 1479. ejus habetur memoria in codice Rogitorum Francisci Malipedis, & Joannis Malipedis Venetorum Notariorum.)*

LI. 53 AUGUSTINUS anno 1491 (,, *De hoc nulla memoria in hujus Ecclesiæ monumentis.)*

LII. 54 NICOLAUS Donatus, Venetus, hujus Ecclesię Præsul, Patriarcha Aquilejensis evasit anno 1493. die 4. Novembris.



LIII. 55 ANTONIUS Foscarenus, nobilis Venetus, diu fuit Aemonensis Episcopus, pręfuitque summa cum laude prudentiæ, fuitque vir doctus, eximia præditus urbanitate, & prudentia. Obiit anno 1521.

(,, *Marcus Antonius Foscarenus Nicolao Donato ad Patriarchatum Aquilejensem translato suffectus est an. 1493. Hic cum esset jurium suæ Ecclesiæ acerrimus defensor, in iis tuendis plures exantlavit labores. Cum Tergestino Episcopo, qui Humagum, ejusque districtum occupaverat, & adhuc detinet, diutius lite certavit, eundemque in Romana Rota evicit, ut Æmoniensis jurisdictionis declararentur. Sententia ex Thomasini Commentariis Histriæ Mss. excerpta, quæ aliquot licet mendis scatens Aemonenses tamen Antistites ad oppidum juri suo vindicandum potest aliquando excitare, hisce verbis fuit prolata.*

,, Christi nomine invocato pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Dominorum Coadjutorum nostrorum consilio pariter, & assensu ferimus in scriptis pronunciamus, decernimus, & declaramus in causa, & causis, quæ aliàs coram R. D. Nicolao de Aretio in prima, & Hugono de Spina in secunda, atque coadjutoribus nostris & coram nobis in tertia inter Marcum Antonium Episcopum Aemon. principalem ex una, & Petrum Episcopum Tergestinum de & super jurisdictione Ecclesiastica collegiatæ Ecclesiæ S. Pellegrini oppidi Humagi, illius territorii, & districtus, & etiam jure decimandi, & decimas colligendi, juraque Episcopalia exercendi in eisdem, sive illorum spolia . . . . & modo, & coram nobis de, & super nullitatis sententiæ declaratione per nos prædicto R. P. D. Petro Episcopo Tergestino, & contra præfatum R. P. D. Marcum Antonium Episcopum Aemonen. latæ, ac omnium, & singulorum inde secutorum, ac etiam jurisdictione Ecclesiastica, jure decimandi, & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia exercendi ibidem prædictis rebus, aliisque & illorum occasione in actis latius expressis in petitorio partibus ex altera in prima vertunt instantia, nulliter, male, & perperam fuisse, & esse per nos processum, sententiatum, & diffinitum, hujusmodique processus nostros, & sententias per nos latas, & literas executoriales, ac decreta cum omnibus & singulis inde secutis fuisse & esse nullos, & nullas, ac nulla, nulliusque roboris, vel momenti, & nullitatis vitio subjacuisse, & subjacere, eosque, & eas, ac dictarum literarum executorialium decreta cum omnibus, & singulis inde secutis prædictis, quatenus de facto processerunt, revocandos, cassandos, ac annullandos fore, & esse prout revocamus, cassamus, & annullamus, parique nostra diffinitiva sententia pronunciamus, decernimus, & declaramus Collegiatam Ecclesiam S. Pellegrini oppidi Humagi, illius territorium, & districtum præd. in diœcesi Æmonien. extitisse, & existere, & intra illius limites comprehensa, & comprehendi, & illius diœcesis fuisse, & esse, ac etiam donationem, concessionem, & elargitionem per Sereniss. Conradum Romanorum regem de villa terræ, & nunc oppidi Humagi, illius territorio, & districtu prædictæ Ecclesiæ Æmon. & illius Episcopis pro tempore piè, & gratiosè factam, & factas, ac omnia, & singula inde secuta fuisse, & esse Canonicam, Canonicas, & Canonica, suumque de jure debuisse, & debere sortiri effectum: nec non jurisdictionem Ecclesiasticam Collegiatæ Ecclesiæ S. Pellegrini, & oppidi Humagi, illius districtus, & territorii prædictorum, ac etiam jus decimandi, & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia in eisdem exercendi ad præfatum R. P. D. Marcum Antonium Episcopum Æmon. dictamque Ecclesiam Æmon. & illius Episcopos pro tempore spectavisse, ac spectare, ac D. Marco Antonio Episcopo dictæ Ecclesiæ Aemon. ac illius Episcopis pro tempore præfatis fuisse, & esse debitam, & debita, illamque, & illa eidem cum omnibus, & singulis pertinen. suis adjudicandam, & judicanda fore, & esse, ac judicamus; necnon præfato D. Petro Episcopo Tergestino adversatio, Ecclesiæ Tergestinæ, & illius Episcopis pro tempore in, & ad jurisdictionem Ecclesiasticam Collegiatæ Ecclesiæ S. Pellegrini, & Oppidi Humagi, illius districtus,

„ ctus, & territorii præd. & decimas colligendi, & percipiendi, & jura Episcopalia prædicta in eisdem exercendi nullum unquam jus competiisse, nec competere, & eumdem Petrum Episcopum præfatum, & Ecclesiam Tergestinam ab jurisdictionis Ecclesiasticæ, juris decimandi, & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia exercendi, hujusmodi, & pertinentiarum omnium, eorumque quasi occupatione, & detentione tollendum, & amovendum fore, & esse, ac tollimus, & amovemus, & eumdem D. Marcum Antonium Episcopum Aemon. præfatum, & illius Ecclesiam in quasi corporalem, realem, & actualem possessiooem jurisdictionis Ecclesiasticæ, juris decimandi, decimas colligendi, & percipiendi, ac jura Episcopalia exercendi præd. & pertinentiarum omnium, & singulorum ponendum, & inducendum fore, & esse, ac ponimus, & inducimus, quasique occupationes, & detentiones hujusmodi, necnon molestationes, intrusiones, contradictiooes, & impedimenta ipsi D. Mareo Antonio Episcopo, & illius Ecclesiæ Aemon. per præfatum D Petrum Episcopum Tergestinum de, & super jurisdictione Ecclesiæ Collegiatæ S. Pellegrini, & oppidi Humagi, illius districtus, & territorii, & jure decimandi, & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia in eisdem exercendi, & illorum occasione quomodolibet factas, & præstitas, ac facta, & præstita, fuisse, & esse temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, & injustas, præsumptas, & præsumpta, & dicto D. Petro Episcopo præfato, Ecclesiæ Tergestinæ, & illius Episcopis pro tempore de, & super illis, ac jurisdictione Ecclesiastica, jure decimandi, & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia exercendi præd. perpetuum silentium imponendum, & imponimus; nec non in fructibus à tempore motæ litis per præfatum D. Petrum Episcopum Tergestinum etiam ex eisdem perceptis, & in expensis in hujusmodi causa coram nobis pro parte dicti D. Marci Antonii Episcopi Eemon. præfati hactenus factis eumdem D. Petrum Episcopum præfatum condemnandum fore, & condemnamus, quarum taxatione nobis imposita reservamus &c.

„ Ita pronunciavi ego Jo. Antonius de .... Mediolanen. Rotæ Auditor &c.

„ *Anno 1496. die 8. Maii interfuit M. Antonius translationi corporis s. Barbari Venetiis factæ in Ecclesia Monialium S. Laurentii.)*

LIV. 56 Fr. ANTONIUS Marcellus, Venetus, Ord. Minorum, Archiepiscopus Patraceosis, ad hanc Ecclesiam fuit translatus anno 1521. die 6. Septembris; decessit ann. 1528.

(„ *Fr. Antonius, in Insula Cherso Maris Adriatici natus, ut primùm ad Aemoniensem cathedram accessit, cum Tergestino Episcopo transegit super oppido Humagi, cujus jurisdictionem, ac jus decimandi non parvo Ecclesiæ suæ detrimento remisit. Decessit non anno 1528. ut vult Ugbellus, sed an. 1526. ut testatur Epitaphium, quod ejus sepulchro in Ecclesia Minorum Chersi, ubi tumulatus est, inscriptum visitur.*

„ Seraphico cœtu . . . qui præfuit olim,
„ Dogmate qui Latio . . . ore potens,
„ Marcellæ gentis jacet hac Antonius urna,
„ Qui fuit & Pataræ Præsul, & Aemooiæ.
„ Proh dolor! heu facinus! nostris mors invida terris?
„ Cur potuit Chersi gloria tanta mori?

LV. *a 1526. 18. Septemb. ex Actis.* 57 FRANCISCUS Pisani Cardinalis, Venetus, perpetuus hujus Ecclesiæ administratot evasit an. 1528. *a*

LVI. 58 JACOBUS Benetus Venetus eligitur per cessionem Cardinalis Pisani an. 1530. sedit ann. 2.

(„ *Iacobus, seu Vincentius Benedictus, Clericus Venetiarum, Pauli Papæ III. de numero Participantium Prothonotarius, per cessionem Cardinalis Pisani cum reservatione regressus hac infula insignitus est 10. Maji 1535. quo cedente, seu decedente redit administratio ad Cardinalem Pisani. Ex Actis.* Lucentius.)

LVII. *b 1536. die 3. Septemb. per cessionem Cardinalis de Pisanis. Ex Actis. Lucentius.* 59 ALEXANDER Ursus, Bononiensis, successit Jacobo anno 1532. *b* fere triginta annos hanc administravit Ecclesiam. Romæ decessit anno 1561. ibidemque sepultus apud S. Honufrium cum hujusmodi epitaphio.

D. O. M.
Alexandro Ursio nob. Bonon.
Civitatis novæ in Istria Episcopo, animi
corporisque dotibus insigni.
Jo. Bapt. Strengus Forosemproniensis
ob diuturnam clientelam
hæres institutus
Patrono optimo optimeque de se merito
H. M. F. C.
Pridie Kalen. Aug. anno sal.
M D. LXI.



LVIII *c Franciscus appellatur in Actis. d die 5. Septemb. per cessionem Cardinalis Pisani.* 60 MATTHÆUS *c* Priolus nobilis Venetus suffectus est an. 1561. *d* Interfuit Concilio Tridentino, inde translatus fuit ad Ecclesiam Vicentinam anno 1565. Post hanc translationem iterum Franciscus Cardinalis Pisani ratione regressus hanc rexit Ecclesiam ad mortem usque, quæ incidit in annum 1570.

LIX. *e Perusinus ortu, origine Venetus, teste Oldoino in Athen. Aug. vol. 3 p. 139. Laudatur à Fontana de Rom. Prov. p. 364 Chrispolto in Perus. August. p. 319. Ghilino in Theatro vol. 2. p. 119. aliisq; Mandis. f Die 10. Julii. Ex Actis.* 61 Fr. HIERONYMUS Vielmus, Venetus, *e* Ordinis Prædicatorum, immensa eruditione, atque multiplici scientia, sui Ordini, ac patriæ non vulgarem addidit claritatem. Floruit gratia Veneti Senatus, qui illum Philosophiæ, atque Theologiæ Cathedra in Patavina Academia exornavit: cujus fama excitatus Pius IV. ut illum Romam evocaret, publice in Romana Sapientia Theologiam edocturum. Viros illustres tum Patavii, tum Romæ erudivit, & Caroli Borromei Cardinalis Archiepiscopi Mediolanensis benevolentia à Pio IV. Argoliceosis Episcopus, & Patavinæ Ecclesiæ suffraganeus electus in patriam rediit, pauloque post ad hanc Aemonensem Cathedram translatus anno 1570. *f* Scripsit, ediditque complura sui ingenii monumenta, quorum lemmata exscribam. De sex diebus conditi orbis. De divini Thomæ doctrina lib. 2. Orationem Apologeticam adversus obtrectatores Theologiæ. Orationem de optimo Episcopi munere. De Episcopis quos titulares appellant. Elucubrationem de residentia Episcoporum: & alia. Duodecim annis Aemonensem Ecclesiam optimis rexit institutis. Venetiis mortem obiit anno 1582. die 7. Martii, honorifice tumulatus fuit ante altare majus Ecclesiæ SS. Joannis, & Pauli sui Ord. hoc brevi elogio in marmore.

Hic jacet
Reverendiss. Episcopus Aemoniæ
Mag. Fr. Hieronymus Vielmus Venetus
Ordin. Prædicatorum,
qui in omni scientiarum genere
excelluit.
Obiit anno Domini MD. LXXXII.
die VII. Martii ætatis suæ
LXIII.

Habuit coadiutorem in Ecclesia Aemonensi cum

spe

ſpe futuræ ſucceſſionis Alexandrum Avogsdrum Tarviſinum I. V. D. Epiſcopum Priumæ electum anno 1578. *a* prædeſunctum anno 1581.

a 1597. die 2. Octob. ex Actis.

LX

62 ANTONIUS Saracenus, *b* nobilis Vicentinus, ex intimo Gregorii XIII. cubiculario Vielmo ſubrogatur die 28. Martii 1582. Quatuor & viginti annos cum laude prudentiæ hanc Eccleſiam rexit, obiit Mariani anno 1606. die 7. Novemb. cujus oſſa Julius nepos Epiſcopus Polenſis in patriam tranſtulit io Eccleſia S. Coronę, & hoc exornavit epitaphio.

b De eo Marzarius in hiſt. Vicent. l. 2. p. 201. *Mandoſ.*

Antonio Saraceno, Joanni filio,
Gregorii XIII.
cubiculario, pluribus honoribus aucto,
ia primis Civitatis Novæ
Epiſcopatu, probitate, doctrina, prudentia
admiraado
Anno MDC. VI. XIX. Novemb.
Mariani defuncto, MDC. XXXVII.
iu ſepulchro majorum translato,
Julius ea Paulo Æmilio
fratre aepos Poleaſis Aatiſtes
mortis memor ſibi elegit
monumentum

LXI.

63 FRANCISCUS Maninus *c*, Utinenſis I. V. D. eximius, ſucceſſit Antonio, cum eſſet utriuſque Signaturæ Referendarius, anoo 1607. die 4. *d* Julii. Palatium vel ædificavit, vel reſtitoit, & cum duodecim aonis ſediſſet, exceſſit anno 1619.

c De quo legendus Capodaleus in Utino illuſ. p. 164. *Mandoſ.*
d Die 10. Julii. Ex Actis.

LXII.

64 EUSEBIUS Caimus *e*, Utinenſis, Jacobi I. C. filius, Patavii utriuſque Juris Lauream ſuſcepit, & io patria Advocati munere functus, ex Aquilejenſi Canonico Epiſcopus Æmonenſis à Paulo V. delectus, *f* per aonos 20. ſumma prudentia & moderatione hanc rexit Eccleſiam. Patriarchatu Aquilejenſi vacante iſtius oneris maximam partem ſuſtinuit Utini, & in Diœceſi, & difficiliores cauſas diſſolvit. Vertenegii, quo propter gravem Aemoniæ aerem ſeceſſerat, quintum & ſeptuageſimum attingens annum mortalitatem explevit. Corpus ſolemni funere elatum in Eccleſia B. Virginis Gratiarum prope Pompeii fratris viri clariſs. cineres conditum, hoc monumento, quod ſibi vivens paraverat.

e De hoc pariter laudatus Capodaleus p. 199. *Mandoſ.*
f An. 1620.

D. O. M.
Euſebio Caimo I. C. Utinenſi
Epiſcopo Aemoaenſi
pro ſua in Deum, divamque
pietate
requiem ęternam dicas.
Obiit anno MDC. XL. ætatis ſuę
LXXV.

Scripſit reſponſionom volumina 11. de Retracta: lib. 3. joris miſcellanea, quæ extant apud Jacobum Caimum nepotem, in Gymnaſio Patavino Juris civilis profeſſorem. De Caimis fratribus plura Jo. Philippus Thomaſinus Euſebii in Epiſcopato ſucceſſor lib. Clar. virorum Elog.

LXIII

65 JACOBUS PHILIPPUS *f* Thomaſinus, origine Tuſcus, patria Patavinus, Jacobi viri clariſs. filius, natus 17. Novemb. 1597. bonarum literarum ſtudio adoleſcens incubuit, ac Inter Canonicos S. Georgii in Alga adſcriptus, Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dedit, laureamque doctoratus ſuſcepit in patriæ Academia. Doctrinæ ac multiplicis eruditionis gloria notus, Urbanos VIII. Pont. Max. eum ſumma literatorum omnium gratulatione hujus Eccleſiæ Epiſcopum renunciavit anno 1641. *g* Romæ conſecratur à M. Antonio Card. Bragadino 22. Junii: poſſeſſionem adipiſcitur 1. Novembris anno 1642. Diœceſim ſuam illuſtravit; habuit Synodum die 17. Maii 1644. quam cum nemo ex anteceſſoribus celebraſset, typis evulgavit. Demandatam provinciam pietate, ac morum affabilitate regit: cujus virtutes, quam libenter hic celebrarem, niſi ejus modeſtiæ memoria, ne hoc ipſum præſtem, inhiberet. Sed me tacente, ſat præconium erit, ſcripta ab Illo edita, aliqua edenda, quæ apud

f De eo in libro, cui titulus *Glorie degl'Incogniti* p. 179. & apud Marracclum in Biblioth. Marian. par. 2. p. 638. *Mandoſ.*
g An. 1642. 16. Junii. Ex Actis.

A posteros doctrinæ, & eruditionis ejus teſtes futura ſunt, quarum nomenclaturam hic libenter damus, ut clariſſimi Præſulis monumeota, & ingenium lectoribus ſint nota, ac noſtrum exoroent laborem. Opera edita; *Elogia illuſtrium virorum icoaibus eaornata. T Livias Pataviaus. Oratio de D. Hieroaymi laudibus, una cum Eleacbo Theologorum Patavini Collegii. Cænotaphium Maximi. Elogia Card. Virilis, & Rocii. Item in adventu M. AAntonii Cornelii ad Epiſcopatam Patavinum, pariter Benedicti Juſtiniani Prætoris, ejuſdem generis alia. Laurentii Pignorii V. C. Vita, Bibliotecha & Muſeum. Prodromus Atbeaarum Patavinarum ad cives Pataviaos. Petrarcha Redivivus integram Poetæ celeberr. vitam iconibus aere cælatis exbibens.* Acceſſit *Lauræ Hiſtoria. VC. Marci Antonii Peregrini I. C. vita. Caſſaadræ Fidelis Venetæ CL. Epiſtolæ, & Orationes poſtremæ nunquam ante hac editæ, cum ejus vita: additis argumentis & notis. De Donariis ſive tabellis votivis liber ſingularis. Lauræ Seretæ Brixienſis Cl. Fęm. epiſt. è MS. in lucem productæ, cum ejus vita, & notis. Bibliothecæ Pataviaæ Mſſ. publicæ, & privatæ:* ubi diverſi ſcriptores incogniti recenſentur & illuſtrantur. *Annales Canonicorum ſecularium S. Georgii in Alga Venetiarum. Vitæ clariſſimorum virorum, ſuis imaginibus illuſtratæ. De B. Virgine Montis Ortoni Hiſtoria Hetruſcè deſcripta; Synodus Diœceſis Æmoaieaſis Hetruſce. Parnaſſus Euganeus, ſive de Scriptoribus, ac literis hujus ſeculi claris. Muſeum Cl. virorum, & antiqu. monumentorum ſimulacris exornatum. De Teſſeris Hoſpitalitatis.* Ubi jus hoſpitii univerſum apud veteres potiſſimum extenditur. *Marcus æneæ Ciropii votum referentis dilucidatio. Inſcriptioaes Patavinæ ſacræ profanæ. D. Iordani Forzatæ Prioris S. Benedicti vita cum Chronologia ejuſdem Monaſterii,* Hetruſco idiomate. *Petrarcha Redivivus cum Lauræ vita altera editio auctior.* Cui acceſſit *ejuſdem vita, Paulo Vergerio, Aaoaymo, Iannotio Moneto, Leonardo Aretino, & Lad. Beccatello auctoribus, cum reſpoaſione V. C. Fortunii Liceti ad auctoris epiſtolam de Petrarchæ Orthographia.* Bibliothe*cæ Venetæ Mſſ. Deſcriptiones ſacræ, & prophanæ uaiverſi Territorii Pataviai.*

Editioni parata, *Elogiorum volumen tertium. Gymnaſium Patavinum libris 5. comprebeaſum. Athenæ Patavinæ: de viris, qui ingenio & ſcriptis clari Urbem pariter & Gymnaſium illuſtrarunt. Petri Aponeaſis vita cum Typographia Thermarum Aponenſium. Vita della* Beata Beatrice *da Eſte. Relatione del ſudore, che pullulò da una Immagine di San Filippo Nerio in Padova l' anno* 1642. *Catbecbiſmus Canonicorum ſecularium S. Georgii in Alga. D. Virginis Turriculæ & Avantii deſcriptio. Plura Torquati Taſſi poemata, cum ejus vita. Oratio in laudem Simonis Contareni D. Marci Procuratoris.* Acceſſerunt *Hetruſcæ quædam lucubratioaes morales. Apologia ſolis adverſus Albergotium Hetruſce. Elenchus Epiſcoporum Patavinorum, & ſanctuarium Patavinum. Hiſtoria dell'Iſtria, libri otto. Inſcriptiones, epiſtolæ, ac elogia diverſa. Delle ſei immagiai miracoloſe della B. Vergiae ia Padova. Hiſt. del Moaaſt. di S. Maria in Vanzo di Padova, ove ſi parla anco di S. Gio. Decollato, che era nella ſpianata della Città, hora deſtrutto. Attilæ Regis vita à Iuventio Cælio Calano ſcripta, notis illuſtrata. Iſotæ Nogarolæ epiſtolæ quædam, notis additis.*

Inchoata vero opera hæc ſunt. *De Epiſcopis Patavinis Hiſtoria,* obi ſimul totius urbis Patavinæ majeſtas, ac Patavinorum res geſtæ ſpectantur. *De Claris Mulieribus, & Cauſidicis. De Turribus Patavinis, ubi de quibuſdam familiis Patavinis. Elogj volgari di Padova mancati nella ſua età cento. Dei Pittori Padovani pitture, e ſculture, che ſono in Padova.* Ediditque alia juvenilia. Vivat igitur felix, diuque vivat Præſul mihi, omoibuſque colendus, elogiis dignus, quæ pluribus eruditiſſimis viris ipſe tribuit. *Obiit optimus, doctuſque hic Præſul an. 1654.

* Ex App. tom. 3.

LXIV 66 GEORGIUS Darminus („ *Cydonea.*) Episcopus Caprularum translatus ad hanc Ecclesiam die 30. Aug. 1655. („ *Præfuit 15. omniao aaaos ,* „ *fatoque taadem cessit .*)

A D D I T I O.

LXV „ JACOBUS *Bratti , Justinopolitaaus , suæqae* „ *Patriæ Caaonicus , J.U.D. hac iafula digaatus* „ *est die 1. Janii 1671. Post 13. regiminis anaos de-* „ *cedens sai desiderium fecit .*

LXVI „ NICOLAUS *Gabriellius , Canoaicus Aqaile-* „ *jeasis , & civis , I.U.D. ætatis anaum agens 39.* „ *dignissimè ad hanc sedem ascendit 19. Iuaii 1684.* „ *Onere se abdicavit 1717. mease Februarii .*

LXVII. „ DANIEL *Saasoaias , Caprulanas Episcopas ,* „ *ad hanc infulam translatas est die 14. Iuaii 1717.* „ *Præsul pietate doctriaa , atque moram affabili-* „ *tate spectabilis Ecclesiam sibi commissam maxima* „ *cura ac diligeatia administrat , de qao plara in* „ *Capralanis .*

COMENSES
SEU
NOVO COMENSES
EPISCOPI.



AD extremitatem Larini lacus antiqua, nobilisque Comensis Civitas spectatur , sita in montibus, confiniisque Insuoriæ : cujus initia præ antiquitate latent scriptores , quando plura gracuito adserunt , vel potius somniant simillima fabulis. Quamobrem nonnulli sunt, qui Cromerum Gallum , Japheti filium , Noemi vero nepotem, hujus auctorem faciont ; cum post diluvium , hoc est anno 193. illuc venisset, deque suo oomine appellasse Comum. Trogus , Cato , Marcellinus , Ptolomæus, ut refert Plinius, Orobios illam arbitrantur ædificasse. Gallos alii credidere hujus civitatis conditores, qui , Orobiis exactis, Insubriam occuparunt , sub illorum Duce Cromero , Comensique civitati circumdedere muros. Ab antiquis Hetruscis alii contendunt suam sumpsisse originem, quos cum Galli , intentatis armis , expulissent , ipsi non modo Comum, sed etiam circumadiectas civitates , ac oppida , qua fortunis , qua sumptuosis ædificiis mirabiliter auxerunt. Cum autem hęc civitas coivisset in modum Cancri , Caocrina appellata est , ut Gorius auctor est : Comi tamen nomen retinuit usque ad adventum Romanorum , qui illam jure belli suæ ditionis fecerunt , à condita Roma 466. illucque deduxere Colooiam. Cæterum cum post multos annos Rhętii illam propemodum delevisseot , Strabo Pompejus , Magni Pompeii pater, incolis restitutis municipium Roman. effecit , eandemque Lucius Scipio trium millium mortalium auxit , quinque millibus vero C. Julius Cæsar, qui postea Dictator fuit , illam frequentavit, in quibus quingenti fuerunt Græci nominis, qui Romæ fuerant civitatem consecuti. Igitur cum iis incrementis oova propemodum civitas stetisset , pro Conio , cœpit Novocomum appellari. Romano imperio paruit donec illius exolevit majestas; dein-

A ceps , modo Gothorum , modo Longobardorum , ut tulerat fortuna belli , jugum accepit : quandoque etiam imaginem quandam Reipublicæ induit , donec suis diffisa viribus , ad Azzonem Vicecom. Mediolani Dominum ultro, libensq; defecit. Sfortianorum deinde , Gallorumque fasces venerata est : donec sub Austriacis Principibus , Hispaniæque Regibus tranquilliorem rerum statum sortiretur . Hi siquidem præteritarum ærumnarum tristem memoriam visi sunt detersisse , quas vel à propriis civibus invicem decertantibus , vel à propioribus hostibus Mediolaoensibus aliquando passa fuerat , itaut hactenus nulla propemodum foret , ni in odium Mediolanensium Fridericus Ænobarbus desolatam iterum erexisset. Civitas haud ampla est , nobilitate tamen , populoque frequeos , & gravis , cum agri fertilitate eximia , ingeniorum autem ubertate , & copia tanta , ut seniorem , junioremque Plinios protulerit , Cæcilium Poetam , Benedictum , ac Paulum Jovium , Jove ipso , ut quidam dixit , disertiorem , B ut interim omittamus plura alia præclara ingenia , quæ vel præteritis seculis , vel patrum nostrorum memoria floruerunt , quorum laudes non tacuit Benedictus ipse Jovius in Hist. Patriæ , Boncius in Chron. Franciscus Ballarious io suo compendio Comensis historiæ , Thomas Porchachius de Comensi oobilitate , & alii , qui Comeosem civilem statum , tum veterem , tum receotem commemorarunt. Cassiodorus vero in epistola ad Gaudiosum Cancellarium hæc de situ , ac laude ejusdem civitatis refert, ipsam pręter montium devia , & laci purissimi vastitatem , quod sit quasi murus quidam plane Liguriæ , quæ licet munimen claustrale probetur esse provinciæ, in tantam pulchritudinem perducitur , ut ad solas delicias instituta esse videatur : hæc post tergum campestria culta transmittit , amœnis venationibus apta , & victualibus copiis indulgenter accommoda A fronte 60 millibus dulcissimi æquoris , idest laci , amœnitate perfruitur , ut & ejus recreabili C delectatione fatietur , & piscium copia nullis tempestatibus fubducatur. Merito ergo Como nomeo accepit. quæ tantis lætatur compta muneribus. Quis autem primus io ea civitate disseminaverit Evangelium, noo concordaot scriptores. Vero tamen propior opinio est, S. Hermagoram Aquilejensem Episcopum , S. Marci discipulum , post Evangelio Christi illustratas Veoetias , Flaminiam , Æmiliam , Liguriam , Rhætiæque confinia , venisse Comum , ibique Christianam iostituisse fidem , novisque Christiaois attribuisse Pastorem , ac deinceps ad sibi commissam Aquilejeo. Eccles. revertisse , indeque traditionem emaoasse , Comensem Præsulem Patriarchæ Aquilejensis jam inde suffraganeum fuisse , in ejusque electionem antiquitus tulisse suffragium , Conciliisque provincialib. illius Patriarchatus interfuisse ; nos autem observavimus , in Concilio Lateranensi sub Alexaodro III aono 1179. Anselmum Episcopum Comensem inter suffraganeos Aquilejenses , hoc D est inter Garsertinum Episcopum Mantuanum , Gerardumque Patavinum , medium se subscripsisse , quod utique non fecisset , nisi ejusdem Patriarchæ suffraganeus fuisset. Eidemque opinioni addit momentum , quod Patriarcham Aquilejensem aliquando in Diœcesi Comensi Judices appellare post Episcopi sententiam solerent. Comeosis Ecclesia usque ad annum 1598. proprio canendi ritu , ut vocant , honoris gratia , Patriarchinum , quem postea Clemens VIII. sustulit , Romano inducto , usa est. Quæ omnia videntur testari à S. Hermagora Comenses fuisse institutos in fide , illorumque Pastorem Aquilejensi , tanquam Metropolitano fuisse subjectum. Cæterum à S. Ambrosio Antistite Mediolanensium usque ad hæc nostra tempora, Comensium Præsulum series non interrupta decurrit , cum superiorum memoriam , vel persecutionum æstus , vel invidiosa vetustas, monumentis extinctis , voraverit. Alii volunt S. Barnabam Apostolum

lum post Mediolanenses traductos ad fidem, circumvicinas civitates, ipsumque Comum eadem luce Evangelii implesse, ideoque ejusdem Apostoli Comenses solemni ritu festum celebrare solere, postque 300. annorum spatium, S. Ambrosium tanquam Metropol. proprium Pastorem, hoc est Felicem Romanum Novocomensi Ecclesiæ attribuisse. Quod pium commentum esse ex iis patet quæ supra narravimus de S. Hermagora, Ambrosium non tanquam Metropolitanum, sed tanquam Apostolicum legatum, Felicem Romanum Novocomensibus Antistitem præposuisse. Igitur ex eo crevit mirabiliter Novocomensis Ecclesia, Imperatorum amplissimis suffulta privilegiis, sic ut aliquando ecclesiasticam cum civili potestatem, nobilia Castella, ac feudos conjunctam habuerit, ipsiusque Præsules, nomine Cæsarum, Comum ipsum frænarint. Inter alia splendida privilegia illud ab immemorabili eminet, quod Episcopi Comenses suis Gentilitiis stemmatibus, more Romanorum Pontificum, Claves in modum Crucis affigunt. Quæ omnia decora, videntur cumulare vigintiduo sanctissimi Præsules, qui per quadringentos annos, æmula virtute sibi invicem successere, totque sanctimonia viri præstantes, qui in ea Diœcesi, claris orti parentibus, Beatorum titulum meruerunt. Amplissima Diœcesis prædivites villas, opulentaque populi frequentia complectitur commoda, Larini lacus festivissima ora adjecta. Ejus longitudo 110. millia passuum explet: latitudo vero 70. complectitur; per circuitum vero 300. excurrit; in qua animæ in totum numerantur 166180. Ibi 35. Plebaniæ numerantur, ac plusquam 300. Curatæ Ecclesiæ, cum pluribus aliis piis locis. In Civitate vero sunt 12. Parochiales Ecclesiæ, in quibus eminet Collegiata Ecclesia S. Fidelis, quæ dignitate Præposituræ præfulget, cum septem Canonicalibus præbendis, Ecclesiaque S. Georgii Archipresbyterali, Præposituraque S. Domnini. Cathedralis Deiparæ Virgini Assumptæ consecrata recentis, elegantisque architecturæ, nobili supellectili, sanctorum Reliquiis exornata, tribus dignitatibus spectabilis redditur Archidiaconatu, Archipresbyteratu, ac Præpositura, cum decem, & septem Præbendis Canonicalibus, quas tres gradus distinguunt, Sacerdotum, scilicet, Diaconorum, ac Subdiaconorum, in quibus Theologalis, ac Pœnitentialis præbendæ numerantur. His addiiciuntur Capellani majores, minorque Clerus, qui divinum obsequium ibi cum dignitate perurgent. Cæremoniarum magister cum coadjutore, & Capellanorum Sacristiæ Præfectus, qui non tam Ecclesiæ ornamento, quam utilitati deserviunt. Curam animarum habet cum suo Piverio, cui triginta Collegiatæ Eccles. subduntur, cum suis plebaniis, tam intra civitatem, quam extra. Per totam Diœcesim sparsa cernuntur 25. Religiosorum Monasteria, ac Monialium 25. pluresque Abbatiæ; quibus olim Comenses Cives, atque Episcopi amplissimas dotes dederunt, quarum nonnullæ adhuc hoc tempore florent, alias Commendatariorum luxus absumpsit. In iis tres Abbatiæ Cisterciensis Ordinis præcipue enituerunt, S. Abundii, S. Carpophori, sanctique Juliani, quarum Abbatibus, cum Canonicis Cathedralis novo creando Episcopo, olim jus erat, illisque tandiu illibatum permansit, donec Romani Pontifices, sicut & cæterarum Italiæ Ecclesiarum Novocomensis Antistitis electionem in se traxerunt. Præter prædictas Abbatias, Ecclesiasque, Novocomi plura sunt Xenodochia, piaque loca, Seminarium a cum monte Pietatis, multisque sodalitatibus laicorum, quæ Comensis Eccl. populi abunde pietatem testantur. Taxatur in lib. Cam. Comensis Episcopatus floren. 800. Redditus vero olim amplissimi, nunc autem ad 4000. scuta Romanæ Eccl. monetæ non ascendunt. Episc. qui eo throno nobilitati sunt, in seriem sequentem digessimus, ex Benedicto Jovio, Ballarino, Lazaro Carafino Episcopo viro docto, & antiquitatis amantissimo, qui revolutis vetustis suæ Ecclesiæ monumentis, nobis scribentibus benignissimè ex iis multis aliqua peculiaria transmisit.

a duo Seminaria.

I.

1 S. FELICEM Romanum, Ambrosio unice dilectum alumnum, idem sanctus, primum Episcopum Novocomensem ordinavit anno * 379. die 1. mensis Novembris, ut ipse S. Ambrosius testatur in epistola ad eundem Felicem in die illius ordinationis, quæ Comensi populo felix, faustaque accidit, quem ad veri Dei cultum instituit, Arriana lue purgavit, fibrasq; omnes suppullulantis Idololatriæ excidit. Idolis dedicatum templum, idemque in Cathedralem erexit, sub invocatione S. Carpophori martyris, cujus sacrum Corpus, cum Reliquiis Ss. Martyrum, Exanti, Cassii, Licinii, Severi, & Secundi sociorum, S. Fidelis, quas ibidem repererant, 77. anno, quam Christiani illas sepelierunt, illuc inferendum curavit. Ss. Apostolis Petro, & Paulo Ecclesiam consecravit: item S. Georgio, & S. Lazaro duo altera templa, quæ eliminata Dæmonum spurcitia, Idololatris tanquam injustis possessoribus Felix ademit. Cæterum S. Petri Ecclesiam successu temporis S. Abundii titulo insigniverunt. Novocomenses impulit Cives, ut S. Petro parvum templum erigerent, quod narrant fuisse primum à Novocomensibus Christianis ædificatum. Interfuit cum eodem S. Ambrosio, & S. Bassiano consecrationi Ecclesiæ Ss. Apostolorum Laude anno 380. Item Concilio Mediolanensi sub eodem Ambrosio. Rexit hanc Ecclesiam Felix, pie, sancteque duodecim ipsos annos, excessitque e vivis, numerum Beatorum aucturus die 8. mensis Octobris anno 391. nostræ salutis, sepultusque est in crypta Basilicæ S. Carpophori. Martyrologium Romanum ejus festum celebrandum edicit die 14. mensis Julii, quo ipso die, ut Ferrarius narrat, fuit ordinatus. Notat tamen Baronius ad idem Martyrologium, ordinationem Felicis in diem 1. Novembris incidisse.

* Ex App. 200. 5.

II.

2 S. PROVINUS b, natione Gallus, à S. Ambrosio institutus, ac jussus Comum profectus est, ut laboranti Felici auxilio foret: quo in munere adeo pie se gessit, ut dignus habitus sit, quem communis consensus defuncto Præsuli subrogaret anno 391. Arrianam hæresim, quæ Novocomensem Diœcesim magna ex parte infecerat, summa vigilantia, ac labore profligavit, sanctoque Prothasio posuit templum. Requievit in Domino anno 29. suæ vigilantissimæ administrationis, die 8. mensis Martii, clarusque miraculis in Ecclesia à se constructa honorifice fuit exceptus: cujus deinde corpus in Civitatem intulerunt, cum anno 1096. inter Comenses, ac Mediolanenses grave bellum exarsisset; sepultusque est in Ecclesia, quam hodie de suo nomine S. Provini appellant. De quo vetus Hymnus in festo S. Abundii ita canit.

b De eo Acta Ss. Martii 1. 3. p. 759.

Positus in Primordio
Est Felix Pontificio,
Post quem sedundis c hostibus
Sanctus Provinus claruit.

c Sedundis.

III.

3 S. AMANTIUS d, S. Provino successit, anno 420. Hic in Anglia ex sorore Theodosii Junioris (1) Imperatoris summo loco natus, Italiam petens, Comum pervenit, ac Provini virtutum contemplatione defixus, iisdemque pietatis laboribus, in quos incumbebat per id tempus magister, sedulo admovit manus, sic, ut dignus haberetur, qui decedenti Provino, in Episcopatum sufficeretur. Romæ fuit temporibus Magni Leonis, à quo SS. Petri & Pauli Apostolorum aliquot Reliquiis donatus reversus Comum, illas honorifice collocavit in Ecclesia eisdem sanctis Apostolis dedicata, qua deinceps pro Cathedra-

d De eo Acta Ss. Aprilis tom. 1. p. 726.

(1) Hæc nobis non probantur, licet hanc ob causam inscriptus sit Martyrologio Hispanico Tamaii Salazar. Habuit Theodosius sorores S. Pulcheriam, quæ cum marito Marciano imperatore in castitate vixit, tum Arcadiam, & Marinam, quas in Virginitatis proposito admonitione S. Pulcheriæ permansisse tradit Theophanes, ad annum obitus Arcadii imperatoris, & harum patris, qui in Oriente regnavit, nec scitur in Britannia, postea Anglia dicta, unquam fuisse. Imo si, ut mox dicitur ab Ughello, S. Provino, qui an. 420. obiit, aliquamdiu convixit S. Amantius, non potuit sorore aliqua Theodosii Junioris prognatus fuisse. *Henschenius in Actis SS.* Aprilis tom. 1. pag. 729.

drali usus est, cum S. Carpophori Templum, in quo superiores Episcopi defixerant sedem, longius videretur distare. Revertentem e Græcia S. Abundium honorifice excepit, cujus cum introspexisset ad omnem pietatem factum ingenium, coadjutorem sibi ascivit, & paulo post evolavit ad superos anno 448. *a* die 8. mensis Aprilis. Sepultusque est in nova Cathedrali Ss. Apostolorum, ubi requievit usque ad annum 1590. quo ipso anno infra Comenses muros illum transtulerunt in Ecclesia Societatis Jesu. Hujus meminit Mombritius in vita S. Abundii, Martyrolog. Rom. in supradicta die, Baronius in notis, tametsi non sine errore, cum illum narret immediate successisse Felici, qui tamen, ut constat, successorem excepit Provinum: errorem autem Baronii manifeste redarguit vetustissimus Hymnus Novocomensis Ecclesiæ.

a An. 450. Tatto.

Magna quidem tunc gratia
Comensem intrat Patriam,
Cum Beatus Amantius
Hanc regebat Ecclesiam.
Hic nam succedens tertius
Præsul almus Amantius,
Benevolus, ut decuit,
Pastorem sedem subiit
Vivendi quidam terminum
Ingrediens Abundio
Gregis committit regimen,
Hostis ne oves perderet.
Sit laus Patri pro munere,
De tanto Sancto Præsule,
Prolique cum Paraclito,
Uni, trinoque Imperio. Amen.

IV. 4 S. ABUNDIUS *b* (1) quartus Novocomensis Episcopus, ordinatus anno 450. *c* XV. Kalend. Decembris, præcipuusque ejus Civitatis Protector. E Thessalonica Græcus, sanctissimis institutus moribus, cultusque nobilioribus disciplinis, post eversam Patriam à juniore Theodosio, in Italiam venit, sanctoque Amantio ex Divino amore conjunctus, Comi substitisse, eodemque magistro, in ecclesiastica disciplina optime institutus, eidem decedenti in Episcopatum successor ascitus, narratur. In eo autem munere sustinendo, ita ex doctrina, prudentia, vitæque sanctimonia celebris evasit Abundius, ut S. Leo Pontifex vix alium quempiam reperire potuerit, qui Orientali Ecclesiæ, in Eutychianam hæresim miserabiliter lapsæ, reparandæ cum spe victoriæ certiori mitteretur. Mittitur igitur in Orientem cum Asterio Episcopo, Basilio, atque Senatore Collegii Presbyteri, ad Theodosium Imperatorem, Pulcheriamque Augustam, ut ejusdem Leonis Pontificis litteræ testificantur. Constantinopolim cum venisset, trajecissetque inde Chalcedoniam, ubi celebrandum Concilium cogebatur, celeritate, ac dexteritate mirabili, Eutychiana hæresi profligata ad Catholicam Religionem traduxit; Anatolium Episcopum Constantinopolitanum, Maximum Antiochenum, aliosque plures Orientales Episcopos captivos suis restituit sedibus, ut testatur Theodoretus Cypri Episcopus in epistola ad eundem Abundium. Diffuse autem de hujusmodi legatione memorat Baronius in suis Annalibus, Mombritiusque in vita ejusdem sancti. Reperitur etiam interfuisse synodo Mediolani celebratæ *d* sub Eusebio ejusdem Civitatis Episcopo, temporibus ejusdem Pontificis Leonis, cum Senatore Collega, ut eandem Eutychianam hæresim suo calculo iterum condemnaret. Ea legatione feliciter obita, ad sibi creditam reversus Ecclesiam, hæresibus extinctis, Clerum, populumque Comensem ad omnem pietatem instituit, clarusque meritis, & miraculis evolavit ad Cœlum die 2. mensis Aprilis anno 469. (2) sepultusque est in Ecclesia Ss. Apostolorum, quam postea S. Abundii appellarunt. Ejus deinde corpus, pluribus elapsis seculis, incognitum dum ea Ecclesia repareretur, à Card. Ptolomęo Gallio Commendatario fuit repertum anno 1586. Quiescebat autem in candido marmoreo sepulchro integrum, pontificalibus vestibus indutum, prope sepulchra Ss. Episcoporum Amantii, Consulis, & Exuperantii, quorum corpora, gestiente populo, Cleroque Comensi, honorifice condidere in majori Altari ejusdem Ecclesiæ. Tabula autem marmorea, quam supra S. Abundii sepulchrum collocarunt, ita erat inscripta.

b De eo Acta Ss. Aprilis tom. 1. pag. 90.
c An. 449. Tattus.
d An. 451.

Hic requiescit Abundius Episcopus
Comensis
ex urbe Nupsia.

5 S. CONSUL natione Græcus, Abundiique nobilis alumnus, eidem successit anno 469. *e* Viginti *f* quinque circiter annos hanc rexit Ecclesiam, excessitque e vivis die 2. mensis Julii 495. sepultusque est prope suum antecessorem. De eo Ferrarius. V.

e 489. Tattus.
f Quinque tantum.

6 S. EXUPERANTIUS *g*, item genere Græcus, Abundiique discipulus, Consuli suffectus est, anno 495. æmulatusque est sui præceptoris vestigia; Comensique Ecclesia egregie administrata usque ad annum 512. die 22. mensis Junii in Domino requievit: sepultusque est prope suum antecessorem, in album sanctorum relatus. De eo facit mentionem Ferrarius in suo Martyrologio. VI.

g De eo Acta Ss. Junii tom. 4. pag. 241.

7 S. EUSEBIUS *h* è gente Cassetta (ut ajunt) nobilis Civis Comensis, Exuperantio subrogatur anno 512. Patriæ sedem, pie, sancteque administravit: decessitque anno 525. die 22. Maii: sepultusque in Cathedrali SS. Apostolorum. VII.

h De eo Acta Ss. Maii tom. 5. p. 165.

8 S. EUTICHIUS *i* è Vico Comensis Eusebium defunctum subsequutus est ad sedem anno 525. Hic cum virtutibus vitæ pastoralis solitudinis amorem conjunxerat, rara, ac plerumque inter mortales inaudita mixtura. Solebat enim quandoque negotiorum episcopatus discusso tumultu, ut ardentius Deo vacaret, prope Vicum in speluncam secedere, haud procul à civitate, ubi super altitudinem nubium hujus mortalitatis elatus à sollicitudine, sibi reliquas successivas horas in Dei contemplatione solebat insumere. Ibi etiam vitam finivit, post optime administratam Comensem Ecclesiam anno 532. *k* die 5. Men. Junii. Populorum Comensis Diœcesis quisque pro se studebat, ut S. Eutichii corporis sarcina, tanquam perampla hæreditate ditarentur; propeque jam erat, ut res plusquam ad civilem deduceretur contentionem, quam ut incruente dirimerent, ex communi consensu, S. Eutichii corpus novo plaustro, ab indomitis Juvencis trahendo, imposuerunt, eo consilio, ut rationis expertia bruta, divini arbitrii, quocunque corpus deposuissent, indices haberentur. Qui plaustro adjuncti velociter decurrerunt de Monte, atque ad S. Georgii Ecclesiam prope Vicum pretiosam sarcinam advexerunt, stabili gradu coercita fuga. Incolæ loci libenter excepere depositum, sub majori altari honorifice condidere, marmori incisa memoria facti. VIII.

i De eo Acta Ss. Junii tom. 1. pag. 451.
k 572. Tattus.

9 S. EUPILIUS Africanus Uticensis, sive ut alii volunt, Germanus, in Italiam veniens, Comi S. Eutichio in studiis pietatis, & ecclesiasticis operam dedit, optimeque institutus eidem in Episcopatum successit an. 532. Pontificatum trium annorum IX.

(1) Abundantius, qui subscribitur Epistolæ Synodicæ Concilii Mediolanensis an. 451. idem esse creditur cum Abundio, qui una cum Senatore presbytero in Orientem pro sancto Leone legationem suscepit ante Chalcedonense Concilium. Nihil audeo affirmare, cum in Leonis Epistolis, quæ legationis illius mentionem habent, & in actis legationis, & apud Theodoritum, qui ad eum scripsit, constanter legatur *Abundius* in omnibus, quos vidi Mss. Sed omnes pariter, ad quos synodicam Eusebii Epistolam recensui, cum antiquis codicibus consonanter habent: *Abundantius*. Certe si quis dixerit *Abundantium* alium esse ab *Abundio*, nec hunc fuisse Comensem Episcopum, nec interfuisse Concilio Mediolanen. sed tradita Eusebio Leonis Epistola ad proprium Ecclesiam, à qua diu absens fuerat, statim remeasse: tum quia quid de s. Leonis Epistola sentiret, non erat ambiguum: tum quod non tam cito poterat cogi Concilium: si quis, inquam, hæc dixerit, haud scio an ex ullo antiquo vel scriptore, vel monumento ejus sententia possit falsitatis argui. Thessalonicensem fuisse Abundium, & consecratum XV. Cal. Decemb. an. 450. asserit Ughellus: sed hallucinatur, cum jam mense Julio præcedenti legationem in Orientem Leonis nomine ab illo susceptam esse constet, & jam tum quidem Episcopali dignitate ornato. *Quesnellius in notis ad Epist. Synod. Eusebii*.

(2) Verum qui in die Paschatis post sacra peracta astanti populo propinquam suam mortem traditur in ejus vita nunciasse, non potuit obiisse eo anno, quo Pascha celebratum est die xxiv. Aprilis, sed potius anno præcedenti 468. quando Cyclo Lunæ XIII. Solis I. litteris Dominicalibus GF. Pascha incidit in xxxi. Martii, & tunc feria tertia Paschali mortuus esset. *Henschenius in Actis Ss. Aprilis* tom. 1. pag. 90. Verum Tattus in Annalibus Comen. S. Abundii vitam in annum Christi 489. protrahit, quo arguit decessisse ipso Paschatis festo in diem 2. Aprilis eo anno incidente.

norum gessit, excessitque e vivis 535. die 11. Octob. sepultusque est in Cathedrali SS. Apostolorum. Cujus corpus, cum postea, hoc est an. 1590. fuisset inventum, ejus medietatem in sacellum Crucifixi sanctæ Mariæ Novæ Cathedralis intulere, (1) alteram excepere in majori altari Eccles. S. Joannis de Pedemonte, ut vocant.

X. 10 S. FLAVIANUS, hujus nominis primus, Africanus, S. Eupilii discipulus, ea communi Cleri, populique consensu, magistro suffectus est an. 535. Vigintiquinque totos annos pie, sanctèque præfuit, decessitque anno 560. die 29. mensis Feb. sepultusque est in Cathedrali.

XI. 11 S. PROSPER de gente Afbricia, ut quidam volunt, ad eandem sedem fuit adlectus anno 560. Divini cultus studiosissimus fuit: pluraque pia loca, quæ deformaverat ætas, opere sumptuoso resarcivit, sanctoque Salvatori Templum à fundamentis erexit in Villa Gravedona, supra lacum Comensem. Vita functus est anno 565. die 2. mensis Martii, sepultusque est in Cathedrali.

XII. 12 S. JOANNES Orcus, hujus nominis primus, Novocomensis, patriæ Episcopus adlectus est anno 565. die 3. mens. Augusti. Discessit e vita anno 568. die 3. *a* mensis Augusti: tumulatusque est in Cathedrali.

a Die 31. Augusti. *Tattus.*

XIII. 13 S. AGRIPPINUS *b*, natione Germanus (2) Coloniensis, cum pervenisset Comum ex divino instinctu, Joannique Episcopo ejus sanctitas innotuisset, eundem post suum excessum, præviis suasionibus, curavit in Episcopum eligendum. Quod cum ea voto decedentis feliciter successisset, Populi Comensis expectationi cumulatè respondit anno 568. siquidem Ecclesiæ sibi creditæ maximo usui fuit, & commodo. Aliquot enim monasteria sanctarum Virginum construxit, in quibus Dominica Episcopi Germana soror, ut integritatem jam Deo votam excoleret, sanctæque Liberata, ac Faustina Comenses se abdiderunt. Prioratum S. Mariæ supra lacum Comensem instituit, *c* cognomine Aquæ frigidæ, quem postea in Abbatiam erexerunt 1143. Ordinisque Cisterciensis Monachis attribuerunt. Hic sanctus Agrippinus e vita discessit an. 586. die 17. m. Junii, sepultusque est sub altari majori, prope quem Dominicam monialem, paulo post defunctam, sepelierunt, ut sepulchrum demum fratrem jungeret cum sorore, quos per omnem vitæ cursum septa claustri disjunxerant. Hæc Aquæ frigidæ Abbatia, S. Agrippini deinde tulit cognomen de nomine sancti, non ignobile membrum Abbatiæ S. Abundii Comensis ex Ordine Cisterciensi.

b De eo Acta Ss. Junii tom. 3. p. 158.

c Multo recentior est hujus Prioratus institutio, ut notat Tattus, facta solummodo an. 1144.

XIV. 14 S. RUBIANUS e civitate Licia, seu Scisia in superiori Pannonia ad Calopium fluvium, nunc Crovatia dicta, Dalmatiæ attingens confinia, post Agrippinum, cujus fuerat discipulus, Comensem sedem est assecutus anno 586. Vita functus est 591. die 10. *d* mensis Decembris: eodem sepulchro cum S. Eupilio *e* fuit exceptus, simulque translatus.

d Die 16. *Tattus.*

e Cum S. Adelberto.

XV. 15 S. ADELBERTUS *f* in Comensis Ecclesiæ Præsulibus, sanctus præcipuus, S. Rubiano antecessori Concivis, et affinis fuit, quem cum Comum salutandum venisset, ibidem ad preces sancti usque ad ejus excessum demoratus, eidem in Episcopatum successit an. 591. (3) Vigintiquatuor annos sedit, tanto pietatis ardore, ut perspicuis dicatur claruisse mi-

f De eo Acta Ss. Junii tom. 1. p. 109.

Italia Sacra Tom. V.

A raculis. Ei tamen patientiæ exercendæ materia non defuit, accusatus siquidem fuit apud Bonifacium IV. incontinentiæ. Qui autem à Pontifice causæ illius cognoscendæ est destinatus, retulit pro probris miracula, ac sanctimoniam vitæ: eo tamen crimine absolutum, secum voluit proficisci Romam, ut coram Pontifice evidentius dilueret objecta crimina. Sui causam dixit, absolutus est: cumque Pontifex de illo quæsiisset, quo tempore evolaturus esset ad superos, retulit, tunc fore, cum ipse ex altero oculo (Bonifacius enim monoculus erat) discussisset caliginem. Constitit dicto fides; convaluit enim Pontifex, memorque prædictionis, Comum iter intendit, ut decedenti adesset Adelberto. Reperit luctantem cum morte, vitaque functum anno 615. die 3. mensis Junii, suis ipse manibus sepelivit in Ecclesia SS. Apostolorum. Referunt acta ejusdem Sancti, in ejus sepultura idem miraculum accidisse de Juvencis, & plaustro, ac de S. Euticbio.

16 S. MARTINIANUS Adelberto Concivis, ejusdemque discipulus, magistro subrogatus est anno 615. Sibi creditam administravit Ecclesiam 13. annos. Decessitque an. 628. 3. die mens. Septemb. sepultusque est prope præceptorem. XVI.

17 S. VICTORINUS e Bithynia, Nicomediensis Civis, post Martinianum Comensem Cathedram conscendit anno 628. Celebris doctrina fuit, implacabilisque Arrianorum persecutor, qui per id tempus, Rothari Rege favente, totam Italiam inficere conabantur. Cum igitur de Comana persecutionum procella, quam ab Arrianis pro tuendo grege passus fuerat, strenue perfunctus fuisset, successissetque Rothari Cundipertus Rex egregie pius, ab eo retulit Victorinus plura privilegia, atque immunitates in favorem suæ Ecclesiæ. (4) Postremam diem obiit hic sanctus Præsul anno 644. die 5. mens. Septemb. sepultusque est in Cathedrali. XVII

18 S. JOANNES hujus nominis II. ex familia Chiesia Comensis, ut arbitrantur nonnulli, Comensi throno promotus est anno 644. Sedit annos 16. vitamque liquit die 5. *g* mensis Octobris, anno 660. sepultusque est in Cathedrali. XVIII

C

g Die 2. Octob. *Tattus.*

19 S. JOANNES III. Joanni subrogatur. Hic è nobilissima Castilionea familia Comensis fuit, tametsi Antonius Bessa Negrinus illum Mediolanensem efficiat in libro elogiorum Castillionensis prosapiæ, qui cum pie, sanctèque Comensem Ecclesiam administrasset usque ad annum 668. die 20. mensis Octobris requievit in Domino; tumulatusque est in Cathedrali. XIX.

20 S. OCTAVIANUS ex nobili familia Satterapa Comensis, Episcopus patriæ fuit adlectus anno 668. Fato functus est anno 680. die 23. m. Octobris: sepultusque est in Cathedrali, cum prius plura templa præ antiquitate labantia resarcisset, aut etiam à fundamentis excitasset. XX.

21 S. BENEDICTUM Comensem, e Benedicta familia de nomine Sancti, quæ hodie nulla est, Octavianus successorem excepit anno 680. Vitam mortalem cum immortali mutavit anno 692. die 3. mensis Octobris: sepultusque est in Cathedrali Comi. S. Benedicto parochiale munificentissime statuit templum. (5) XXI.

D

22 S. FLAVIANUS hujus nominis II. genere Græcus Thebanus, (6) cum divino numine vocante, pervenisset Comum, æmulatusque fuisset Epis- XXII.

M copi

(1) S. Eupilii Corpus totum adhuc servatur in s. Abundii Ecclesia. Anno vero 1590. Ss. Abundii, Consulis, Exsuperantii, Amantii, Rubiani, & Adelberti corpora translata sunt, non vero s. Eupilii. Corpora denique, quorum medietas Eminentissimi Cardinalis Galli rogatu in Cathedralem, & altera medietas in s. Joannis de Pedemonte illata sunt, fuere sanctorum Rubiani, & Adelberti, ut clare patet ex inscriptione, quæ in Cathedrali in Crucifixi sacello legenda prostat, hujus tenoris: *Sanctorum Corporum Adelberti, & Rubiani Episcoporum Comensium pars altera ab Ecclesia S. Abundii huc translata an. 1590. die 1. mensis Julii celeberrima supplicatione.* Tattus.

(2) Verum hac de re antiquiora monumenta sequuntur: nec enim videntur temporibus illis aliunde quam ex proprio Clero Episcopi assumpti. Causam id fingendi, nomen Agrippini dedisse videtur, quod tamen diminutivum ab Agrippa satis frequens Romanis erat. *Henschenius* in Actis Ss. Junii tom. 3. p. 158.

(3) Ex D. Gregorii Literis ad Constantium Mediolanensem Archiepiscopum Epist. 37. l. 7. p. 2. deprehenditur hoc tempore Comenses Clericos discissos se habuisse ab unitate Ecclesiæ. Et revera tunc in transversum abiisse hunc clerum nigult etiam incontinentiæ insimulatio, qua suum Episcopum apud Pontificem traducere non dubitavit. Cæterum quæ de Adelberti Romam profectu, & ibique patratis miraculis enarrantur, sunt qui fabulosa censeant. Illud utique certum non potuisse Bonifacium interesse Adelberti morti, ac funeri anno 615. cum jam prius e vivis excessisset. Tattus in Annalibus Comen. licet neget Pontificem Adelberto morienti adfuisse, vult tamen Adelbertum ante Bonifacium obiisse, & tunc juxta Adelberti prædictionem excussisse Pontificem ab altero oculo caliginem: ideoque Adelberti mortem, & successoris electionem in annum 607 rejicit. Omnia tamen incerta sunt, ut idem Tattus testatur.

(4) Verum qui potuit Victorinus retulisse à Cundiperto Rege plura privilegia, atque immunitates, si Cundipertus regnare cœpit nonnisi an. 661. & Victorinus jam ab Anno 644. extremum diem obierat? *Tattus.*

(5) Hoc templum à Benedicto II. Comensi Episcopo, qui decimo quarto seculo vixit, ædificatum censet Tattus in Annalibus Comen. par. 1. p. 717.

(6) Thebanum fuisse Flavianum nulla monumenta docent. Neque verum est cum eo exolevisse jus designandi, admittendique futuros successores ad

a 700. copi Benedicti virtutes, eaodem prumeruit sedem eodem annu 692. Administravit sibi commissam Ecclesiam usque ad annum 700. a dieque 15. mensis Nuvemb. evolavit ad cœlos, sepultusque est in Cathedrali. Hic Præsulum Cumensium, qui sanctitatis titulo fluruerunt extremum lineæ fuit; cumque eo jus exolevit designandi, admittendique futuros successores ad episcupalia munia; quem morem cum Longobardurum Reges deinde fuissent conati repetere, civilem potentiam cum ecclesiastica nefarie miscuerunt, ideoque ad Muysis Cathedram provexerunt plerumque humines faciuorusos, ac schismaticos, qui dispergendu, quam congregando gregi aptiores viderentur.

XXIII 23 DEODATUS, seu Deusdedit, genere Longubardus, affinisq; Luitprandi Regis religiosiss. ex ejusdem savore Comensem obtinnit sedem [1] b 712. c 20. d 721. an. 700. b præsuitque an. 21. c ac sato sublatus anno 721. d Hic cum non modo Luitprandum affioitate cuntiugeret, sed eidem etiam esset unice charus, abeo plura privilegia obtinuit in savorem suæ Ecclesiæ, Bollenzonensique agro donatus est, cum omnibus suis pertinentiis: corporaq; SS. martyrum Prothi, Hiacynthi, & Eugeniæ Comi in Ecclesia S. Carpophori hunorifice cullocavit.

XXIV 24 CAUSOALDUS Regiæ stirpis Longobardorum, ad eandem sedem suit adlectus an. 721. e e 742. f Anno electus 748. Tattus. Decessit vero 742. f exceptusque S. Carpophuri templo.

XXV g 742. 25 ANGELBERTUS Causus ldo successit annu 742. g Hic item natiune Longubardus fuit, rexitque Comensem Ecclesiam usque ad annum 750. sepultusque est prope autecessorem in Ecclesia S. Carpophori.

XXVI h Aistulphi. 26 LUPUS Longobardorum Regum prosapia, ad Atuulphi h Regis preces, hujus sedis adlectus Episcopus fuit anno 750. Pluribus Regum privilegiis ornatus est ad sibi commisæ Ecclesię sulcimentum. Fato functus est anno 762. sepultusque est apud S. Carpophorum.

XXVII. 27 THEODULPHUS Longobardus eandem tenuit sedem anno 762. Hic Regem Desiderium exoravit, ut privilegia s Regibus Ecclesiæ suæ indulta, gratioso iterata diplomate, vellet rata habere. Quo Rege excessit e vivis ann. 770. sepultusque est prope suum antecessorem.

XXVIII. i Al. Adelongus. 28 ADELENGUS i Longobardurum stirpis posttemus, Novocomensis Præsul hanc eandem sedem ubtinuit annu 770. viditque Longobardorum Regnum ad Caroium Magnum, Gallosque trsnsferri ann. 776. K Quu ipsu anno e rebus humanis exemptus est, accepitque sepulturam prope suos antecessores. K 778. biennio post obiit.

XXIX 29 PETRUS primus Gallorum fult, qui, jubente Carolo Magno, ad hanc Comensem sedem pervenit, ejusdem civitatis politica succioctus l potestate, atque omnium privilegiotum ratificatione, Bellezonensisque agri iterata dnnatione. l ad improbabile putat Tattus. Idem Imperatur exoratus à Petro. Canonicis Cathedralis dedit dono comitatum Clavennæ anno 803. XV. Kal. Decembris, Imperii annu 3. En diploma ex Archiviu Cathedralis exemplatum.

Carolus serenissimus Augustus à Deo ordinatus, Magnus, pacificus Imperator Romanorum gubernans imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum, & Longobardorum. Si petitionibus sacerdotum, vel servorum Dei, in quo nostris auribus patefecerunt, per onus nostrum Ecclesiam perducimus, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem per-

A *tinere confidimus. Igitur notum sit omnium fidelium magnitudini, præsentium scilicet, & futurorum, quia dilectissimus filius noster Pipinus Rex Longobardorum ad petitionem viri venerabilis Petri Episcopi sanctæ Comensium urbis Ecclesiæ serenitati nostræ petiit, ut omnes ecclesias, vel res ad ipsum sanctum locum pertinentes, quocunque nunc tempore cum ordine, juste, & rationabiliter possidere videtur, per nostrum auctoritatis præceptum inibi confirmare deberemus, & specialiter theloneum de Meanto, & Gegis, cum ipso loco, & Berluzonam plebem, Comitatum, districtum, & ipsum portum. Et Comitatum Clavennæ, & clasas, & pontem juris nostri Clavennę Clericis Cumanis in canonicalem usum plenissima deliberatione donare, & confirmare deberemus. Cujus petitionem denegare noluimus, scilicet pro æterna remuneratione, sic in omnib. concessisse, vel confirmasse cognoscite. Præcipientes ergo jubemus, quod perpetualiter circa memoratum sanctum locum mansuram esse volumus, ut nullus quis-*
B *libet de fidelibus nostris memorato Petro Episcopo, aut successoribus suis de suprascriptis ecclesiis, vel rebus inibi juste, & rationabiliter pertinentibus inquietare, aut calumniam generare, nec aliquid contra rationis ordinem crescere, aut minuere, neque de suprascriptis rebus quicquam auferre quoque tempore præsumat, sed per nostrum Serenitatis, atque confirmationis præceptum ad ipsum sanctum locum in eleemosynæ nostræ, simulque Pipini gloriosi Regis, & filii nostri perpetualiter proficiant in augumentis æternis. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus melius conservetur, manu propria subtus firmavimus, & de annulo nostro sigillari jussimus.*

Signum Caroli serenissimi† ac piissimi Imperatoris.

Datam quinto decimo Kal. Decembris anno tertio Christo propitio Imperii nostri, & XXXVI. regni nostri in Francia, Ind. XI. (2) anno vero Dominicæ Incarnationis D. CCCIII.

Actum Reguntiburg, Palatio publico in Dei nomi-
C *ne feliciter. Amen.*

Luduvicus veru Pius Imperatur æmula liberslitate Canonicis, mensæque episcupali plura bona, (3) cum lscu Lucanico cuntribuit, Petri Episcopi precibus exoratus anno 818. prid. Kal. Aug. Imperat. 4.

Ludovicus divina providentia semper Augustus. Cum justis petitionibus Sacerdotum, ac servorum Dei, quas auribus nostris insinuaverint, libenter annuerimus, & eas cum Dei auxilio ad effectum pervenire fecerimus, non solam Regiam, & Imperialem consuetudinem exercemus, verum etiam liberalitatem ad statum terreni Regni corroborandum, quod ad æternam beatitudinem capessendam profuturam esse confidimus. Idcirco notum esse volumus omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris præsentibus scilicet, & futuris: quia adiens serenitatem nostri culminis, videlicet totius sanctæ Cumanæ Ecclesiæ, tam Sacerdotum, quam & Clericorum ordo generaliter obsecrando, ut pro Retributoris superni amore,
D *& intuitu animæ nostræ, nostrique Domini genitoris Caroli piæ recordationis præstantissimi Imp. quandam cartem juris Regni nostri, quæ vocatur Anatium juxta lacum Lucanum, cum pertinentiis, & adjacentiis suis legaliter ad eandem pertinentibus perpetualiter possidendam concedere dignaremur. Nos quoque, qui ratam prospeximus postulationem, eorumdem precibus libenter acquievimus, concedentes jam dicto ordini, cunctoque clericorum gregi, eorum-*

Episcopalis munia, siquidem Comensium Episcoporum neminem post S. Abundium taliter designatum constat. Flavianum obiisse anno 700. vult Auctor, sed cum Deodatus nonnisi anno saltem 712. electus fuerit, ut mox dicemus, ad ea tempora pertendendum est S. Flavianum, ut longam duodecim annorum vacationem velimus nulla impellente causa admittere. Illud porro, quod fundit Ughellus, Longobardorum scilicet Reges provexisse plerumque homines facinorosos, ac schismaticos, undenam illi innotuit, cum neque ullum schisma eo temporis in Insubria viguerit, neque ullum facinus iis Præsulibus à quoquam unquam fuerit attributum? *Tattus*.

(1) Cum Luitprandus nonnisi anno 712. regnare cœpisset, è regis favore ad Comensem thronum subvectus est Deodatus, utique non ante hujus anni finem id evenisse contendum est. Rursus cum Deodatus SS. Martyrum Prothi, & Hiacynthi (neque enim de s. Eugenia constet, cujus sacras exuvias adhuc Romæ servari nonnulli affirmant) corpora Comi in Ecclesia s. Carpophori collocasset, quod contigit die 5. Aprilis anni 724. ut ejusdem s. Carpophori Ecclesiæ, aliaque vetusta referunt monumenta, non utique decessit anno 721. Causualdus Deodato successit non ante Zachariæ Papæ tempora, ut Comensis Ecclesiæ Dyptica docent. Zacharias autem Apostolicum thronum conscendit anno solum 741. Ad hunc igitur saltem annum vitam protraxisse Deodatum fatendum est. *Tattus*.

(2) Si in Indictionis numero error non cubat, ut pro XI. scribendum sit XII. In hoc diplomate Indictionis initium non sumitur à Kalendis Septembris. Locum vero, in quo datum est diploma, Reguntiburg appellatum, quod nomenclatum in tabulis Geographicis nullibi reperitur, Ratisbonem, quæ & hodie à Germanis Regenspurg vocitatur, esse conjicit Tattus.

(3) Ludovicus non concessit Lucanicum lacum, sed tantum bona quædam juxta lacum Lucanum posita; eaque donatio facta est solummodo Clericis & Canonicis Cumanis, nullo autem pacto Mensæ quoque Episcopali. Ex diplomatis lectione arguuntur Ughelli errores. *Tattus*.

rumque posteris præfatam Curtem Anutium, cum universis adjacentiis suis, mansis, videlicet, districtis, ac pontibus, terris, ac vineis, & campis, piscationibus, cultis, & incultis, montibus, vallibus, & planitiebus, rupis, & rupinis, aquis, aquarum decursibus, paludibus, judiciariis, servis, & ancillis utriusque sexus, legalibus quoque, placitis, aquarumque districtis à termino de Cadro usque ad Tresiæ pontem, omnia in integrum, sicuti ad eam juste, & legaliter pertinere dignoscitur, jubemus, ut prædicta congregatio sanctæ Cumanæ Ecclesiæ Sacerdotum, & Clericorum, qui pro tempore Deo, sanctoque Abundio Confessori, & martyri Pelagiæ deservierint, potestatem habeat eam tenere, possidere, & quicquid ex eadem Curte, suisque legulibus pertinentiis facere voluerit, faciat ex nostra plenissima imperiali auctoritate. Præcipientes ergo sancimus, ut nullus Dux, Comes, aut quilibet rei publicæ procurator, neque aliqua persona magna, vel parva utriusque sexus, cujusque ordinis, aut dignitatis ex prætaxata Curte Anutium, vel pertinentiis suis aliquam diminorationem, aut invasionem facere præsumat, nec eisdem hominibus ejusdem Curtis, seu infra prætaxatis finibus tam ingenuis, quam servis degentibus ullo in tempore in qualibet functione publica, aut redibutionis exactione, vel excubia publica audeat molestare, nec aliquid de eo, quæ super memoravimus abstrahere, vel diminutionem facere, quoque tempore præsumat; sed liceat prædictæ Sacerdotum, & Canonicorum congregationi, suisque successoribus, qui pro tempore fuerint, præfatam Cortem in integrum ad laudem, & decus sanctæ Romanæ Ecclesiæ quiete & pacifice possidere, prout hactenus possessa est ex publica parte. Si vero, quod minime credimus, contra hujus nostri præcepti statuta quisquam temerarius extiterit, sciat se compositurum auri purissimi libras centum, medietatem palatio nostro, & medietatem parti prædictæ Congregationis. Ut autem verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur manu propria approbatum impressione annuli nostri jussimus insigniri.

Signum Domni Ludovici piissimi Augusti.

Durandus Diaconus ad vicem recognovi.

Datum prid. Kal. Augusti: anno Dominicæ incarnationis D.CCCXVIII. Indictione undecima, Domini Ludovici serenissimi Imperatoris anno ejus imperii quarto. a

Actum Cumo ad sanctum Petrum. In Dei nomine feliciter, Amen.

a Scribendum quinto.

Excessit autem è vivis Petrus anno 818. sepultusque est in Cathedrali.

XXX. 30 LEO hujus nominis primus, Gallus *b*, Petro suffectus est anno 818. Hic in favorem suæ Ecclesiæ plura privilegia obtinuit à Ludovico Pio, Lotharioque Imperatoribus. Concessit Lotharius eidem pacificam possessionem omnium bonorum suorum, & mancipiorum, quæ tam in agro Comensi, quam in finibus Sibirensis habebat. *Datum in villa Venonica die tertia Junii anno 823. Regni Italici primo.* Idem Lotharius Cæsar, Leoni prædecessorum Imperatorum, ac Regum privilegia confirmavit, nempe Ludovici genitoris, Caroli Magni avi, Comperti, Arisperti, Luitprandi, Ratigisii, Aistolphi, Ariprandi, Desiderij ultimi Regis, ac prædecessorum eorum, & præcipue de theloneo, seu mercato, & gegii cum ipso loco, Closas etiam, & pontem Claveonæ Ecclesiæ Comanæ: concessit insuper res omnes in Ducatu Mediolanensi, & Valle Tellina, istas scilicet in Amosia, Burmio, & Postclave, & Monasteriolum S. Fidelis, eidem Episcopo æternaliter possidenda tradidit, anno 824. 3. Non. Januarii Regni 2. prout in exemplaribus subsequitur.

b Italus creditur à Tatio, cum Leonis nomine Galli tunc temporis non uterentur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Lotharius Augustus invictissimi Domini Imperatoris Ludovici filius. Dignum est, ut quicunque ab igne, seu à quolibet accidente casu damnum perpessus fuerit, & Imperiali ope se muniri quæsierit, ut ab ejus clementia relevetur, à quo se credit imploratum auxilium posse adipisci. Proinde noverit sagacitas, seu industria omnium fidelium nostrorum, tam præsentium, quam futurorum; eo quod vir venerabilis Leo Comensis Episcopus nostræ innotuit serenitati, qualiter per quandam negligentiam, atque incuriam omnia instrumenta chartarum, per quæ res tam à parentibus, quamque ab entraneis personis sibi traditas, aut ab eo emptas, seu commutatas jure proprietatis tenere, atque defendere debuisse, exusta, vel concremata fuissent: idcirco petiit serenitatem nostram, ut pro nostræ mercedis augmento, & firmitatis studio nostram auctoritatem super hoc negotium ei fieri juberemus, per quam modernis, & futuris temporibus res, & mancipia, quæ per præfata instrumenta chartarum ei traditæ fuerant, aut ab eo emptæ, seu commutatæ, sive per quamlibet scripturam juste, & legaliter in jure ipsius, tam in Pago c *Comensi, quam in finibus Sibriensis* d *pervenisse, atque quiete, seu secure dignoscitur possedisse, tenere, atque possidere valeret. Nobis itaque libuit ejusdem venerabilis viri petitionibus assensum præbere, & ad ejus petitionem hanc nostram Imperialem auctoritatem fieri decrevimus. Præcipimus ergo, atque jubemus, ut omnes res, atque mancipia, quæ ei per quamlibet scripturam, ñ quibuscumque personis, tam à propinquis, quamque ab extraneis juste, & legaliter collatæ fuerunt, & usque ad diem supra scriptæ executionis, quiete, & secure nemine inquietante, atque pulsante, jure proprietario tenere, atque dominare visum fuerit, per hanc nostræ auctoritatis confirmationem absque ullius inquietudine, vel injusta interpellatione rite, & secure habere, vel possidere valeat. Quod si forte super ejusdem rebus ante prædictam executionem, ab eo jure, & quiete possessis quæstio orta fuerit, ut pro eis legaliter in foro disceptare necesse sit, ita per hanc nostram auctoritatem prædictæ res, & mancipia defendantur sicuti per eadem instrumenta, si igne absumpta non fuissent, legibus defendi poterant. Hæc vero auctoritas, ut nostra esse credatur, & à fidelibus dictæ S.Ecclesiæ, & nostris per futura tempora conservetur, manu propria, & annuli nostri effigie subtus eam volumus esse roborandam.*

c Forte legen. Ago.
d Forte Sepriensis.

Signum Lotharii gloriosissimi Imperatoris.

Maredo ad vicem Vitgagii recognovi.

Datum Secundo nonas Junii. Anno Christo propitio Imperii Domini Ludovici serenissimi Imperatoris decimo, regnique Lotharii gloriosissimi Augusti in Italia primo. Indictione prima. Actum Venonica villa Vifredi Comitis. In Dei nomine feliciter Amen, anno Domini D.CCCXXIII.

In nomine Domini Jesu Christi Dei æterni.

Lotharius Augustus invictissimi Domini Imperatoris Ludovici filius. Si provide propter reverendum venturi, atque pavendi Judicis amorem justis, ac rationabilibus Sacerdotum, atque servorum Dei petitionibus, quas nobis propter quietem S. atque Catholicæ, seu decorem præsentis status Ecclesiæ, cujus Deo auctore regimen sortiti sunt, innotescere

A *curaverint, aures clementiæ nostræ divinitus instigati accommodamus, eusque æstuanti desiderio ad debitum, Deo propitio, perduxerimus effectum, non solum imperialem consuetudinem exercemus, atque prædecessorum nostrorum videlicet Regum Francorum, facta conservando, & nostra in posterum à posteris inviolabiliter favendo roboramus, verum etiam ad præmia patriæ cœlestis percipienda hujusmodi facta absque ambage valere confidimus. Quapropter comperiat fidelitas omnium nostrorum fidelium modernorum videlicet, & futurorum, quia Leo vir venerab. sacrosanctæ Ecclesiæ Comensis Episcopus, ubi sanctus Confessor Christi Abundius pretioso corpore requiescit, magnificum culmen nostræ serenitatis adiens, detulit obtutibus nostris quamdam auctoritatem, seu confirmationem Domini, & genitoris nostri Ladovici excellentissimi Augusti, in qua continebatur, qualiter præceptum piæ recordationis Avi nostri Caroli gloriosissimi Imperatoris, seu præceptum confirmationis scilicet Cumperti, Ariperti,*
B *& Luitprandi, Ratigisi, Heistulphi, Desiderii, vel prædecessorum eorum, quæ ipsi circa eandem venerabilem locum pro divino amore fecerunt de omnibus rebus, quæ eidem sacro loco, tam ab ipsis, quamque à quibuscunque personis juste, & legaliter fuerint traditæ, sive de iis, quæ in antea cum justitia acquirere potuerit, more imperiali confirmaret. Sed & specialiter in eodem insertum erat de Teloneo, seu mercato, & Gegis, cum ipso loco, necnon in canonicale stipendium concedimus Comunis Ecclesiasticis Clusas, & pontem juris nostri de Clavenna æternaliter: insuper in eadem continebatur auctoritate de altercatione, quæ orta fuit inter Petrum ejus prædecessorem, atque Rectorem sanctæ Comensis Ecclesiæ Episcop. & Vualdonem sancti Dionysii Abbatem, qualiter idem devotæ recordationis Avus noster, pius, ac gloriosius Imperator Carolus de eadem intentione decreverat, videlicet de rebus, quas Vualdo Abbas prædicto Petro Episcopo quæsivit, quæ erunt sitæ in Valle Tellina in Ducatu Mediolanense, ut sicut hactenus per confirmationem antecessorum Regum, easdem res, quas Comensis Ecclesia*
C *tenuerut, ita & in futurum per ejus confirmationem teneret. Ipse vero res erunt Ecclesiæ baptismales, una in Amatia, & altera in Burmis, tertia in Postlavo, & Monasteriolum S. Fidelis pertinens ad Episcopatum Comensem. Videlicet pro hujus rei firmitate petiit prædictus venerabilis Leo Episcopus quietem serenitatis nostræ, ut non solum præcepta Domini, & genitoris nostri, seu sanctæ recordationis Avi Caroli nostra auctoritate confirmaremus, verum etiam ros, quæ suprascripti Reges, seu antecessores eorum, videlicet Principes Longobardorum, hi sunt Anspraudus, Cambertus, & Bertharius per eorum auctoritates prædictæ Ecclesiæ delegaverunt, vel confirmaverunt, omnia nostra auctoritate complectantur, atque præfatæ sanctæ Comensi Ecclesiæ pro amore Dei, & reverentia sancti Abundii nostræ præceptionis confirmatione confirmarentur, atque corroborarentur. Cujus petitioni propter amorem divinum as-*
D *sensum præbuimus, juxta quod petiit, antedicta præcepta veterum Regum nostro Imperiali præcepto confirmavimus; specialiter decernentes, ut quicquid in præceptis Domini, ac genitoris nostri, seu*

A *magnifici Imperatoris Caroli Avi nostri continetur, vel quæ præscripti Reges Longobardorum præfatæ Ecclesiæ cum justitia delegaverunt, vel confirmaverunt & quiete, & juste possidere, perenniter, & sine ullu refultatione firmum, & stabile permaneat. Decernimus insuper, atque sancimus, ut omnes res prædictæ Ecclesiæ Comensis sub defensione, & mundio palatii nostri sicut tempore patris, & avi nostri fuerunt, perenniter consistant. Et si aliqua altercatio de rebus prædictæ Ecclesiæ, quæ per hoc nostrum præceptum, & pro mercedis nostræ augmento confirmavimus, orta fuerit, quæ ibi minime definiri valuerit, ad sacrum palatium nostrum reservetur, quatenus ibi secundum rectitudinis tramitem terminum accipiat. Et ut hæc auctoritas per curricula annorum inviolabilem, atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.*

Signum Lotharii † gloriosissimi Imperatoris.

Maredo ad vicem Vitharii recognovi.

B *Datum tertio Non. Januarii. Anno Christo propitio XI. Imperii D. Ludovici piissimi Augusti, Lotharii filii ejus gloriosissimi Regnantis 2. Indictione 2. anno D.CCCXXIV.*

Actum Compendio palatio Regio; In Dei nomine feliciter. Amen.

Præfuit hic annis 25. *a* Decessitque 843. Sepultusque est in Cathedrali. *a 25. obiit circa an. 840. Tatt.*

31 PERIDEUS, Gallus, (1) Lothario Imperatore favente, hanc eandem Cathedram conscendit, atque ab eodem Vicarius Imperialis declaratus, cum pluribus aliis privilegiis, cum jure piscandi in toto lacu Comensi. Monasterium, Ecclesiamque construxit, cognomento veterem, illamque Christo Deo in Cœlum ascendenti dicavit. Mortuus est ante ann. 850. *b* & in ecclesia à se constructa sepultus. XXXI

b Circa an. 843.

32 ALMARICUS, Gallus, Bobiensis Cœnobii Abbas Perideo successit, si vera narrant Novocomenses Historici, (2) an. 850. *c* decemque annos XXXII.
C in ea dignitate superstes fuit, si inscriptioni sepulchrali, ulla fides habenda est. Anastasius autem Bibliothecarius, cum in vita Sergii II. commemorat coronationē ab ipso factam apud S Petrum in persona Ludovici II. filii Lotharii Imperatoris in Regem Longobardorum anno 844. inter alios Episcopos narrat interfuisse Almaricum Comensem; quod cohærere non posse videtur cum inscriptione infixa sepulchro, in qua habetur decessisse illum anno 860. anno decimo sui Episcopatus: nisi forte hic divinare velimus, Almaricum Peridei fuisse coadiutorem anno 844. ut in omnibus aliis Ecclesiis tempora illa ferebant, vel duos Almaricos fuisse, Perideumque minus in ea dignitate vixisse. Via credibile est, quam crebro apud recentes historiarum scriptores, tempora fide inversa reperiantur: etenim, abjuratis cancellis, plerumque inconsulta celeritate quicquid invenerint, transcribunt, tanquam si lusciosis, ac somniantibus ea commentaria transmitti putarent. Quod ipsum Ballarino non se-
D mel accidisse intelligo, quem tamen majori destituti luce sequi coacti sumus. Sed quod attinet ad pontificatum, illud pro certo habendum existimo, cujus meminit Bibliothecarius ad annum 844. unum,

c Anno saltem 844.

(1) *Perideus* nomen est Longobardicum potius, quam Gallicum: unde non Gallum, sed Italum fuisse Perideum censet Tattus. Eum vero Comensem Cathedram occupasse autumat circa an. 840. ni velimus ejus sedi aliquot tantum menses attribuere, cum revera an. 844. Comensis Præsul Almaricus reperiatur. Quod autem dicitur Perideus electus Vicarius Imperialis, id facilius evenire potuit an. 840 quo Lotharius relicta Italia in Galliam profectus est, quam an. 843. quo etiam Lotharius Ludovicum filium suum Italiæ regendæ designavit. Monasterium vero, & Ecclesiæ S. Salvatoris multo recentiora sunt, quam ut ea construi, & dicare potuerit Perideus, quem ad annum 844. non pervenisse, vel saltem vix attigisse ex Almarico successore patebit. Sepultus est Perideus non in Ecclesia S. Salvatoris, quæ tunc nulla erat, sed forte in S. Abundii Basilica apud suos Antecessores.

(2) Amalricus in Comensi Cathedra sedebat jam anno 844. ut testatur Anastasius Bibliothecarius, qui his vixit temporibus, & Amalricum fortasse novit. Ad annum vero saltem 865. eum permansisse argumento est diploma Ludovici [illegible] anno Nonis Octobris Amalrico datum, quod in quarto tomo, ubi de Bobiensibus Abbatibus agit, retulit Ughellus. Hinc manifesti erroris redarguitur Amalrici Epitaphium, à quo defunctus dicitur an. 860 in eo præter devium, quod asserat Amalricum obiisse Episcopatus sui anno X vel ut alii legunt XI. cum satis constet ab anno saltem 844 ad 865. hanc sedem occupasse. Præterea dies 14. Julii anni 860. non erat feria quarta, sed Dominica, adeout hinc quoque hujus Epitaphii nutet fides. Ughellus censet hanc inscriptionem posterioribus seculis exaratam, & ab ejus auctore multipliciter erratum. Tattus in Annalibus Comensibus opinatur monumentum temporis injuria exesum, ac mutilum ad nos pervenisse, & prout jacebat, seu legi poterat, exscriptum: restituendum igitur supplendo literas, quæ excidérant, in hunc modum: *Anno Incarn. Dom. DCCCLXX. Episcopatus sui XXVII Ind. III.* (sic enim scriptum erat in Epitaphio, non VIII. ut contra monumenti fidem scripsit Ughellus, ne annus Christi ab Indictione dissentiret.) Verum cum anno Christi 870 quomodo cohærere potest feria quarta dies 14. Julii, qui eo anno, cum littera Dominicalis A curreret, in feriam VI. incidit? Ex feriæ igitur quartæ, quæ annum Amalrici obitus incidit in diem XIV. Julii, nota per literas alicujus excidentium minimè corrupta (neque enim quatuor unitatibus aliæ unitates cen[illegible] possunt in inscriptione superaddi[illegible] ad denotandam feriam quintam, vel sextam, quæ utique non per quinque, vel sex unitates, sed per quinquennalem numerum fuissent designatæ) mihi videtur quærendus annus obitus Amalrici, indeque reliqui Epitaphii characteres restituendi, atque emendandi. Verum ab anno 860. quo nullus habetur Amalrici memoria ad an. 876. ultra quem ejus mors protrahi nequit, bis reperio feriam IV. incidisse in pridie Idus Julii, anno nempe 868 & 874. & cum anno 868. curreret Indictio I. non potuit hic annus esse emortualis Amalrici, qui obiit ex Epitaphio Indictione III vel etiam ulteriori, si quis alius numerus desideretur in marmore. Relinquitur igitur eum decessisse an. 874. quo currebat Indictio VII. in Epitaphio proculdubio exarata, sed per modicitatem quinquennalis notæ exesam adeo corrupta, ut facile describtor falli potuerit, & legere III. pro VII. Hinc Epitaphium ita videtur restituendum: *Qui obiit prid. Id. Julii anno Incarn. Dom. DCCCLXXIV. Episcopatus sui an. XXX. Indict. VII. Luna XXV.* Anno enim 874. dies 14. Julii erat Luna XXV.

num, & idem fuisse solum Almaricum Peridei successorem, ejusdemque coadjutorem, vel Perideum longe ante annum 850. obiisse. Reperimus namque inter Bobiani Cœnobii monumenta diploma Lotharii Imperatoris datum an. 847. ad favorem ejusdem Monasterii, & intuitu Almarici Comensis Episcopi, ac Bobiensis Monasterii Abbatis, quod satis lucem veritatis ostendit, Almaricum eo anno Comensem Episcopum vocatum in ipso Cæsaris diplomate. Tenorem vero diplomatis non pigebit hic referre, etsi ad Ecclesiam Comensem haud pertineat.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Lotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Cum petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus divini cultus amore, favente gratia superna, nos non diffidimus: igitur omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris præsentibus vid. & futuris notum sit: quia vir venerandus Almaricus Comensis urbis vocatus Episcopus, & ex monasterio, quod vocatur Bobio, Abbas, & est constitutum in honorem Beati Petri Apostolorum Principis, ubi S. Columbanus corpore quiescit, detulit serenitatis nostræ obtutibus recolendæ memoriæ genitoris nostri Ludovici Aug. preceptum immunitatis, in quo continebatur insertum, qualiter ipse ad honorem Dei, tranquillitatem Monachorum ibidem consistentium cum rebus omnibus, ac familiis suis, ad idem monasterium juste, & legaliter pertinentibus sub suæ defensionis recepe- rit immunitate, ac tuitione. Unde nostram deprecatus est excellentiam, ut ob animæ nostræ emolumentum, & æternæ retributionis præmium moritum sequentes paternum prædictum monasterium, cum monachis ibidem degentibus, ac familiis inibi juste, & legaliter pertinentibus, sub nostra susciperemus immunitate, atque plenissima defensione. Cujus precibus ob divini cultus amorem, & sacræ religionis tranquillitatem libentissime adnuentes, hoc immunitatis nostræ præceptum statuimus fieri, per quod precipimus, ut nullus judex publicus, neque missus discurrens, sed neque cujuslibet potestatis persona in ecclesias, Xenodochia, curtes, villas, loca, agros, seu reliquas possessiones memorati monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis, & territ. infra ditionem imperii nostri juste, & legitime nunc tenet, vel possidet, aut quæ deinceps in jure ejus sancti loci divina pietas augeri voluerit, ad causas judiciario more audiendas, vel freda, aut Theloneum exigendum, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut parafredos, vel fidejussores tollendos, aut homines ipsius monasterii, tam ingenuos, quam servos super terram ipsius commanentes distringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occasiones exquirendas, ullo namque tempore ingredi audeat, vel ea, quæ supermemorata sunt, penitus exigere præsumat: sed liceat memorato Almarico Abb. suisque successoribus res prædicti monasterii sub immunitatis nostræ defensione, quietè eo ordine possidere, quatenus monachis, qui ibidem Deo famulari videntur, & pro nobis, & Regni stabilitate à Deo nobis commissi, atque conservandi, jugiter Domini misericordiam exorare delectet . . . . quæ ex his, quæ perscripta sunt, quippiam violare præsumpserit, sciat se triginta lib. argenti optimi secundum veterem morem, partem præfatæ Ecclesiæ persolvere, nostramque insuper incurrere offensionem: quod si aliquis ex hominibus ipsius Ecclesiæ tam ingenuis, quam servis aliquid deliquerit: unde fiscus noster quippiam sperare potuerit, totum hoc pro mercedis nostræ augmento parti præfatæ Ecclesiæ concedimus, & hoc prorsus decernimus, ut nihil inde ullo unquam tempore requirat. Confirmamus etiam quoddam foreste, quod nuncupatur mons Longus, cum Curte juxta se posita cum appendiciis, vel adjacentiis, nec non & Alpe, quæ nominatur Adra cum terminis suis, sicut in præceptis Domini piæ memoriæ genitoris nostri insertum, & manu sua propria firmatum etiam comperimus. Continebatur in eodem præcepto Domini, & Genitoris nostri, ut omnes res, quæ per præceptum & munimina chartarum eidem sancto loco legaliter, & rationabiliter delegatæ fuerunt, vel quod antea à Deo timentibus hominibus condonatum fuerit, ut per idem præceptum jam dictum monasterium, vel Rectores ipsius loci haberent, atque possiderent, & quicquid inde ad profectum ipsius pro Ecclesia, vel Monachis ibidem degentibus facere voluissent, jure ecclesiastico liberum arbitrium haberent; quod nos similiter libenter concessisse, & in omnibus per hoc nostrum præceptum corroborasse, & omnium fidelium nostrorum cognoscat industria: & hoc nostrum pragmaticum, sive præceptum, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris verius credatur, ac diligentius observetur, manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione adsignare jussimus.

Signum † Lotharii serenissimi Augusti.

Ego Pichardus Notarius ad vicem Agilmari recognovi.

Dat. 11. Kal. Septemb. anno Christo propitio Imperii Domini Lotharii piissimi Aug. in Italia XXIV. a *& in Francia IV. Indictione decima. Actum Cudusi villa Palatio Regio: in Dei nomine feliciter. Amen.* a Emenda XXVIII. & in Francia VIII.

Cæterum Almaricus, de quo loquimur, Præsul summæ existimationis fuit, præcipuæque auctoritatis apud Cæsares, à quibus amplissima privilegia in favorem suæ Ecclesiæ referre potuerit anno 855. quinta Martii, & anno 858. Non. Decembris. Porro adhuc asservatur Ludovici II. Imperatoris privilegium immunitatis concessæ hominibus Ecclesiæ Cumanæ fidelibus, quo Almaricus tunc quidem vocatur Episcopus in hunc modum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Ludovicus gratia Dei *Imperator Augustus, invictissimi Dom. Lotharii Imperatoris filius. Omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris notum sit, quia vir venerabilis sanctæ Comensis Ecclesiæ Almaricus Episcopus nostræ mansuetudini ostendit præceptum Domini Genitoris nostri Lotharii serenissimi Imperatoris: in quo continebatur, qualiter jam preteritis temporibus quidam antecessor suus Petrus in territorio ejusdem Ecclesiæ quandam fecisset piscariam; inde malorum insidiis orta quæstio ante Pipinum Regem Avunculum nostrum esset destructa; post per Almaricum venerabilem Episcopum Comensis Ecclesiæ inquisitio facta, & justa, ac utilis inventa restaurata extitit: unde etiam pro firmitate ejusdem Ecclesiæ prædictæ, dominus, & Genitor noster pro futura quietudine idem emisit speciale præceptum confirmans, ut ab ipso loco usque in lacum pars, & potestas ejusdem Ecclesiæ quietissimo ordine teneret, & possideret, ac nulla potestas inibi quamlibet contrarietatem, aut piscationem facere auderet. Sed pro futura prædictus vir venerabilis Almaricus petiit, ut nostra auctoritate non solum ipsum præceptum, quod ei prædictus Dominus, & genitor noster prædecessori suo Peredeo Episcopo fecit, similiter corroboraremus. Quapropter hoc nostrum præceptum eidem sanctæ Dei Ecclesiæ, & Rectoribus ejus confirmamus, ut eamdem* P*iscariam ab ipso loco, ubi constructa est, usque in lacum absque alicujus contrarietate, aut infestatione, vel inibi quicquam piscationis alterius potestate jure quietissimo teneant, atque possideat, & prout utilitas suæ Ecclesiæ dictaverit, fruantur. Qui vero quidpiam contrarietatis fecerit, sciat se pœnam compositurum, quasi pro immunitate rupta. Et ut hæc nostra auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & ab omnibus verius credatur, & diligentius observetur, manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione jussimus adsignari.*

Signum Dom. Ludovici piissimi Augusti.

Verimboldus Cancell. ad vicem Ductemiri recognovi.

Dat. 3. Non. Decemb. anno Christo propitio Imperii Dom. Lotharii gloriosissimi Augusti trigesimo ter-

A *tio, (1) & Ludovici filii ejus piissimi Augusti in Italia tertio, anno Dominicæ Incarnationis D.CCCLVIII. indictione sexta. Actum Sonna Palatio Regio feliciter. Amen.*

Decessisse Almaricum ann. 860. amplato Episcopali palatio, sepultomque esse in Cathedrali cum hac inscriptione Ballarinus refert in suo Comensis hist. compendio; quæ quidem non cohærent cum diplomate Ludovici Imperatoris Lotharii filii, dato anno 11. sui imperii Christi 865. ad favorem monasterii Bobiensis, Almarico tunc Comensi Episcopo, & Bobiensis Cœnobii Abbate, cujus exemplar supra retolimus, & in serie Abbatum ejusdem monasterii. Oportet errorem irrepsisse in ea inscriptione, posterioribus seculis forsan exscripta, si monumentis vetustis ulla fides adhibenda est. Quomodo enim potuit Almaricus excessisse an. 860. ut proloquitur inscriptio, si anno 865. in Ludovici diplomate in vivis tunc fuisse recensetur? Prudens judicet ipse lector.

B *B. M.*

Sub hac sterili gleba requiescunt
Amalrici Francigenæ,
præsentisque Cumanæ Ecclesiæ Episcopi,
corporis membra, obsecrantis per
Deum vivorum, & mortuorum, ut nullus
ex hoc sepulchro,
quod sibi ipse paravit, auferat,
sed monumentum istud usque ad diem extremi
judicii inconvulsum permaneat;
atque omnis quicunque inspector fuerit
harum apicum, oret Deum,
quatenus qui pius reformator est in se
sperantium per omnia merita
sanctorum,
quorum in honore hoc altare ab
illo est dedicatum, ejus
animæ dignetur præstare remedium.
Qui obiit prid. Id. Julii.
Anno Incarnationis Domini
D. CCCLX.

C a Al. XI. b Al. III. *Episcopatus sui X. a Indict. VIII. b feria IV. luna XIII.*

XX XIII. 33 AGILBERTUS, sive Aglibertus, natione Gallus, Parisinus, declaratus est Episcopus Comensis post annum 865. c sub Ludovico II. Imperatore, à quo etiam Italiæ Cancellarius effectus est. Papiæ interfuit Caroli Calvi coronationi in Regem Italiæ anno 876. d Decessit ano. 891. e sepultusque est in Cathedrali.

c An. Ingr. d Ubi vocatur Ellbertus. e potius ut mox dicam

XX XIV. 34 LUITARDUS, hujus nominis I. Gallus, ad eandem sedem adlectus est anno 891 f. factusque Imperii Cancellarius à Ludovico Quarto g, à quo cum suis successoribus donata est Abbatia de Inconorata prope flumen Abduam: Actum Papiæ 7. Id. Decembris anno 901. Diploma donationis hujus integrum est in tabulario ejusdē Ecclesiæ, ut sequitur.

f 901. g Tertio, qui imperare cœpit hoc an. 901 vel alterum an. 900.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Ludovicus superna favente gratia Imperator Augustus. Si ob divini cultus amorem eu temporalibus, ac transitoriis rebus cœlitus regimini nostro collatis,

A *junta nostrorum consuetudinem prædecessorum sanctorum Dei Ecclesiis, nostra imperiali providentia honorare præsentialiter, atque augmentare solemniter studuerit, præsentis vitę cursum salubrius transiget, & æternæ felicius obtinebit. Igitur notum sit omnibus sanctę Dei Ecclesię fidelibus nostris presentibus scilicet, & futuris, qualiter Lituvardus Cumensis Ecclesię venerabilis Episcopus, nostrorum intuitu fidelium Geribaldi videlicet Novartensis Ecclesię Reverendi Præsulis, necnon & Sigifredi strenui Marchionis nostri, atque dilectis, summisque consiliariis nostris, suppliciter nostrę serenitatis supplicatus est celsitudinem, quatenus Abbatiam, quę Coronatę nominatur, in honorem S. Georgii constructam, & prope fluvium Abduam sitam, suæ Cumensi Ecclesiæ in honorem videlicet Abundii dignissimi Confessoris Christi constructam, atque dicatam, ob sempiternę retributionis præmium per nostrę Imperialis auctoritatis preceptum largiri, atque augmentare dignaremur. Nos itaque tantorum virorum nobis in omni-*
B *bus fidelium ratam, congruamque postulationem audientes, nostręque animę proficuam, libenter petitionibus eorum aurem accommodantes, per hoc nostræ auctoritatis Imperialis majestatis preceptum prefatam Abbatiam, quę Coronatę vocatur, cum omnibus rebus, & familiis ad eam pertinentibus, jam dictę Cumensi Ecclesię in honorem, ut prelibatum est, sanctissimi Christi Confessoris Abundii fundatam, presentialiter largimur, jureque proprietario futuris temporibus possidendam conferimus, cedimus, donamus. Eo videlicet ordine, ut supra taxatus Luvitardus venerabilis Episcopus, ceterique Cumensis Ecclesię successores jam dictam Abbatiam, cum omnibus pertinentiis suis proprietario nomine tenendi, regendi, & ordinandi velut ceteras res sepe dictę Cumensis Eccles. liberam in omnibus habeant facultatem. Precipientes ergo jubemus, ut nostris, ac futuris temporibus nulla magna, parvaque persona eundem Luvitardum, vel ejusdem Eccles. successores in alique molestare, aut aliquam injuriam inferre*
C *presumat. Sed liceat eum, futurosque Cumensis Ecclesię successores nostrę munificentię dona, remota totius potestatis inquietudine inviolabiliter possidere. Si quis vero quoque tempore hujus nostrę Imperialis donationis violator extiterit, auri optimi librarum centum noverit se esse obnoxium, medietatem compositurus jam dictę Cumanæ Ecclesiæ, & medietatem palatio nostro. Ut autem ab omnibus verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria subtus confirmavimus, & annuli nostri impressione insigniri jussimus.*

Signum D. Ludovici serenis. Imper. Augusti.

Arnulfus Cancell. ad vicem Lutuvardi Epis. & Archicancellarii recognovit.

Dat. VII. Id. Dec. anno Inc. Dom. DCCCCI. *Indict. IV. anno autem Regni Ludovici seren. Imp. in Italia I.*

Actum Papiæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Paulo post fato Luitardus functus est, (2) tumulatusque fuit in Cathedrali.

D 35 VALPERTUS, seu Deilbertus Luitardo successit eodem anno 901. (3) qui a Ludovico III. Im- XX XV.

(1) Characteres Chronologici hujus diplomatis fœde corrupti leguntur. Et primo quidem in signandis Christi annis mendum tollendum est: non enim potuit Lotharii Imperatoris Epocha signari diploma, si datum fuisset anno Christi 858. cum Lotharius jam ab anno 855. excessisset e vivis. Diploma igitur exaratum est vivente adhuc Lothario, & quidem, ut illud præsefert, anno imperii ejus 33. tertio Nonas Decembris, idest anno Christi 852. quo dies tertia Decembris erat secunda tertii anni Ludovici Romæ coronati die 2. Decembr. eo. Sexta Indictio porro, vel prima reponenda est, si à Kalendis Septembribus, vel XV. si à Nativitate Domini, vel à Kalendis Januarii illam auspiceris. Ludovicus in suis diplomatibus promiscue ea usus est, ut notat Pagius in Baronium.

(2) Quando obierit Luitardus, ignoratur: & quin aliquot annis sederit, non impedit Vualperti successio, quæ ad annum 910. vel etiam 911. potest differri, ut ex mox dicendis patebit.

(3) Si septimo idus Decembris hujus anni à Ludovico retulit supra allatum privilegium Luitardus, quando nam Luitardo successit Vualpertus hoc eodem anno? Hic supina Ughelli nostri oscitantia confunduntur tum Ludovici, tum Comensium Episcoporum tempora, imo iidem, ni fallor, Comenses Episcopi. Et primo quidem quis non videat sequens Heilberto concessum à Ludovico privilegium Datum 15. Kalend. Februarii anni 901. expeditum fuisse undecim prope menses ante supra relatum Luitardo ab eodem Ludovico concessum 7. Idus Decemb. ejusdem anni? Quod etiam ex ipsiusmet Ludovici subscriptione deducitur: ideo enim in uno Imperatorem se appellat, in altero tantummodo Regem, quia scilicet hoc Heilberto dilargitus est, antequam Imperator à Benedicto IV. salutaretur, quod nonnisi anno 901. contigisse ex hoc diplomate contra Pagium argui potest: alterum vero Luitardo post susceptam imperii coronam. Hinc patet, non solum hæc duo diplomata hic ordine inverso esse locata ab Ughello, sed etiam, quod consequitur, Episcopos, qui illa impetrarunt, præpostere enumeratos: imo etiam Deilbertum cum Valperto confusum, qui medio Luitardo erant omnino distinguendi. Neque tamen Tatto adhærendum censeo, qui in Annalibus Comen. putat diploma Heilberto concessum fuisse à Ludovico Balbo, ac propterea datum legit an. Incarn. Dom. 879. Indict. 12. Primo enim ipsemet Tattus cum fateatur à Ludovico III. expeditum fuisse illud diploma, Ludovico utique Balbo attribuendum non est, qui Imperatores inter locum nullo habet, ut notavit Pagius ad an. 878. sed Ludovico Provinciæ Comiti, qui ejus nominis tertius Imperator acclamatus est an. 901. vel etiam si mavis cum Pagio an. 900. Deinde cum in diplomate Ludovicus mentionem faciat Caroli regis consobrini, & defensoris sui, nullus utique Carolus Italiæ Rex excepto Carolo Magno, de quo item mentio in diplomate, Ludovicum Balbum præcessit, nisi Carolus Calvus ejus Pater. Ex adverso autem Ludovicum Provinciæ comitem præter enumeratos Carolos in Italiæ regno antecessit Carolus Crassus frater patruelis Ludovici II. e cujus filia Hermingarda ortus est Ludovicus Provinciæ comes, Italiæ rex, & Imperator. Ab hoc igitur Ludovico datum esse arbitror diploma Heilberto Comensi Episcopo, qui is idem est, ac Agilbertus, sive Agilbertus ab Ughello recensitus in sede Comensi vixerit ab anno 874. ad an. 901. & hoc eodem anno obierit, primo videlicet Ludovici III. in quo omnes Comenses historici, & ipse Tattus consentit.

Imperatore benigne recepit confirmationem privilegiorum, & immunitatum ab uliis Imperatoribus Ecclesiæ Cumanæ concessorum, e quibus, quod sequitur, asservatum est.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Ludovicus III. gratia Dei Rex. Credimus Deo omnipotenti esse acceptum, nostrèque salutis in præsenti, & in futuro magnum esse præsidium, si loca venerabilia, servorumque Dei cœnobia sub nostra pio affectu retinere decreverimus defensione, ut quibus temporalem potestas non præbet tranquillitatem, non dubitamus meritis, ac precibus eorum sempiternam nos consequi posse felicitatem. Ideoque omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum cognoscat devota religio, quia vir venerabilis Deilbertus a sanctæ Comensis Ecclesiæ Præsul, & noster Archicancellarius per Sigifredum Comitem palatii nostri nostræ serenitatis sublimitatem adiens innotuit nobis, quomodo divæ memoriæ Carolus Rex consobrinus, & decessor noster, seu Carolus Magnus Imperator, & Ludovicus gloriosissimus Augustus Lotharii quondam Imperatoris filius sanctæ memoriæ Cæsar eandem sanctam Comensem Ecclesiam, & Rectores ipsius una cum Clero, & rebus ad se juste, & legaliter pertinentibus ob amorem Dei, & reverentiam beatissimi Abundii Confessoris Christi, qui ibidem venerabiliter humato corpore requiescit, sub plenissima defensione, atque immunitatis tuitione affectu devoto retinuissent: unde & sacris nostris obtutibus obtulit verissimas auctoritates immunitatum prædictorum prædecessorum nostrorum Regum, atque Imperatorum, in quibus continebatur, qualiter sub sua defensione eandem constituerant Ecclesiam, & singulas quærimonias studio inde substulerant, diversasque inquietudines concedendo submoverant. Videlicet concedendo cum cunctis hominibus ejusdem sanctæ Ecclesiæ ab omni publico obsequio, vel publica functione esse immunes. Sed quia contra prædictas auctoritates Regum, atque Imperatorum usque modo à parte ipsius Ecclesiæ de concessa publica functione, vel redibitione, & teloneo mercati Lugani, seu Cumani per hebdomadam aliquid ad publicum exigebatur, petiit pietatem nostram prædictus Sigifredus Comes Palatii nostri, ut publicam functionem ad partem telonei, sicut usque modo à parte publica exacta sunt, sic & deinceps sub omni integritate præfatæ Ecclesiæ perpetualiter concederemus habendam, quod & fecimus: nam & prædicta prædecessorum nostrorum præcepta nostræ auctoritatis confirmamus, nec non piscarias, quas Lotharius, Imperatoresque deligaverunt, confirmantes, firmas, & stabiles eidem Ecclesiæ permanere sancimus. Præcipientes ergo jubemus, atque per hoc nostrum Regale præceptum interdicimus, ut nullus Judex publicus, vel quælibet judiciaria potestas parva, magnaque persona in monasteria, xenodochia, ecclesias baptismales Locarni, & Bilitionacum comitatu ipsius, cum porta, & districtu, teloneis. Et concedimus Canonicis Cumanis ipsis, eorumque successoribus, qui pro tempore fuerint, Clusas, & pontem juris nostri Clavennæ in stipendium, & cæteras res, quas infra ditionem Regni nostri, & juste, & legaliter possidet, atque deinceps in jure, & potestate prælibatæ Ecclesiæ divina pietas voluerit augeri, aut causas judiciario more audientes, vel freda exigen. vel paradas exigendas, aut fidejussores tollendos, nec ullam redibitionem de iis usque modo, quæ ad partem publicam exigebantur, aut illicitas occasiones requirendas futuris temporibus ingredi audeat, nec aliquid de iis, quæ supra memoravimus abstrahere, vel minuere ullus præsumat. Nam & rebus illis unde munimenta perdita, vel crematu fuerant, sive alicujus inquietudine possideant, & ad vocatum ipsius Ecclesiæ nullus Judex publicus distringat sine Episcopo, aut ejus misso: & suos liberos, sive servos nullus ministrorum nostrorum publicis bannis extra suam parochiam ad faciendam justitiam, habeantque ipsi homines liberi facundiam cujusque sint natione, fidejussores, & sacramentales, seu testes esse secundum suam legem, & contradare, & ad partem ipsius Ecclesiæ inquisitionem facere posse. Et liceat memorato Præsuli, suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ cum omnibus ad eam pertinentibus quiete possidere. Si quis autem hoc nostræ institutionis præceptum in aliquo violare præsumpserit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædicto Præsuli, suisque successoribus: & ut verius credatur, manu propria subtus roborantes, annuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domini † Ludovici magnifici Regis.

Arnulphus Notarius ad vicem Deilberti b venerabilis Episcopi & Archicancellarii recognovit.

Dat. XV. Kal. Feb. anno Incarnationis Domini DCCCCI. Ind. IV. anno autem Ludovici largissimi Regis in Italia primo.

Actum Paloniæ. In Dei nomine feliciter. Amen.

a Al. Heilbertus.

b Al. Heilberti.

Hic à Berengario I. ad petitionem Grimaldi Comitis, jus obtinuit nundinas instituendi, quas deinde S. Abundii appellavit 18. Kal. Decemb. ann. 911. Regni 24. Diploma sic se habet ex eodem tabulario.

In nomine Dei æterni.

Beringarius Rex. Si petitionibus fidelium nostrorum libenter annuimus, devotiores eos ad nostræ fidelitatis obsequium reddimus. Quapropter noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet & futurorum industria, Grimaldum gloriosum Comitem, dilectumque fidelem nostrum suppliciter nostram exorasse clementiam, quatenus Vualperto venerabili Episcopo S. Comensis Ecclesiæ conjectandi mercatum concedere licentiam dignaremur, mediantibus singulis mensibus cujuslibet anni circulo, in quadam plebe Eccles. Cumanæ, quæ dicitur S. Abundii. Cujus precibus inclinati in jam dicta plebe ædificando, & construendo mercatum prædicto Episcopo præsenti conscriptione licentiam dedimus, unoquoque mediante mense; habeatque ipse, & sui successores ad partem ipsius Episcopii theloneum libere, & sine contradictione, & quicquid de eodem mercato, & theloneo pertinet, & publicæ parti aliquo modo potuit pertinere; nullusque publicus exactor, & administrator aliquid exigat, aut ad publicam partem aliquid dare compellat: sed liceat prædicto Vualperto Episcopo, & successoribus suis ad partem ejus Episcopii jure proprietario thelonea, & curaturas nullo contradicente possidere. Si quis igitur hoc nostræ concessionis præceptum infringere, vel violare attemptaverit: sciat se compositurum auri purissimi libras triginta medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædicto Vualperto Episcopo, suisque successoribus: quod ut verius credatur, & diligentius observetur, manu propria roborantes, de annulo subtus insigniri jussimus.

Signum Domini Beringarii serenissimi Regis.

BS L

Joannes Notarius jussu Regis recognovit.

Datum XVIII. Kalen. Septembris. Anno Dom. Incarn. D.CCCCXI. D. vero Berengarii serenissimi Regis XXIV. Indictione XIV.

Actum plebe.... in Christi nomine feliciter. Amen.

Defunctus est Vualpertus anno 916. ac tumulatus in Cathedrali.

(„ *Anno 914. die 27. Maji suum condidit testamentum Vualpertus, quo Ecclesiæ S. Euphemiæ Comensis plura prædia est dilargitus. Nobile documentum refertur à Tatto in Annal. Comen. dec. 11. ex quo clare intelligimus patria Comensem fuisse Vualpertum: qui biennio post defunctus est an-*

„ 916. die 19. Decemb. ut ex Codice quodam Ms. Ecclesiæ Cathed. Comen. narrat idem Tattus .)

XXXVI. 36 LUITARDUS hujus nominis II. eadem sede nobilitatus est; decessit anno 918. sepultusque est prope suum antecessorem.

XXXVII. 37 PETRUS II. e Græca gente Comensis, ita Ballarinus, patriæ sedis Antistes fuit anno 918. e vivis exemptus est anno 921. sepultusque est prope suos antecessores; hæc habent tabulæ ejusdem Ecclesiæ. Cæterum Sigonius lib. de Regno Italiæ Petrum hunc Comensem Episcopum cujusdam magni nominis Papiensis Jurisconsulti filium facit, (1) cujus potentia Comense Ecclesia potitum fuisse habet, & Hugonis Regis tempore vixisse. Hic ille est Petri genitor, qui in perniciem Hugonis Regis conjuravit, & debitas pœnas luit, defuncto filio.

XXXVIII. 38 AZZO Gallus ex favore Hugonis Regis Italiæ (2) Comensem sedem obtinuit an. 921. simulque Locumtenentis munus Comi perfunctus, retulitque ab Imperatoribus in favorem suæ Ecclesiæ plura privilegia, inter quæ sequens asservatur in citato tabulario.

In nomine Domini Dei æterni.

Hugo, & Lotharius divina favente clementia Reges. Noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, ac futurorum fidelium solertia, Azzonem venerabilem Episcopum, dilectumque fidelem nostrum nostram adiisse clementiam obsecrans, ac multum rogitans pro sempiternæ retributionis amore, & nostræ, nostrorumque parentum animæ salute, atque nostrorum decessorum, & futurorum animarum remedio Regum, & Imperatorum, suæ Eccles. paupertati consulere, ac necessitati subvenire dignaremur, maxime sacris, & ecclesiasticis ordinibus, suæ destitutæ Ecclesiæ clusas, & pontes juris Regni nostri de Clavenna, & omnem redditum, & exhibitionem, quæ usque modo ad partem nostræ Reipublicæ exinde exire solebat, perpetualiter in usum, & canonicalem fratrum stipendium miserando pro Deo concederemus; ob id scilicet in stipendiis recreati, ac necessitatibus sustentati liberius, ac devotius sacris valeant insistere, Deum exorare, præsentibus, & futuris veniam supplicare; cujus quidem dignam prævidimus operationem, pro amore Dei, & sanctæ Mariæ Virginis ejus precibus libenter adquievimus. Concedentes, atque confirmantes jam dictis sacris ordinibus, scilicet Sacerdotibus, Diaconibus, Subdiaconibus, cæterisque ordinibus divinis officiis incumbentibus, clusas, & pontem juris Regni nostri de Clavenna cum omni reddita, & exhibitione, quæ exinde exigi, & solvi possunt in integrum. Eo scilicet ordine, ut supradictus grex sanctæ Comensis Ecclesiæ tam præsentes, quam futuri easdem clusas habeant, teneant in integrum, remota omni publica functione, & faciant inde quicquid voluerint, ad quotidiani stipendii usum, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ac sanctæ Mariæ Virginis, sanctique Abundii Confessoris, cum nostra plenissima auctoritate. Igitur jubendo sancimus, atque sanciendo per hoc nostrum regale præceptum interdicimus, quod nullus Dux, Comes, Vicecomes, Episcopus, Advocatus, Vicedominus, ac quilibet Regni nostri procurator, neque aliqua, parva, magnaque persona prælibatos Canonicos de jam dictis clusis, & ponte disvestire aut inquietare præsumat; sed liceat dictis Canonicis ipsas clusas, & pontes, eorumque successorib. pacifice æternaliter possidere, & tenere. Si vero, quod minime credimus, contra hujus nostri præcepti statuta quisque violator extiterit, sciat se compositurum auri purissimi libras ducentas, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem Cumanæ Ecclesiæ, ejusque Canonicis. Et ut hoc verum esse certissime credatur, ac diligentius ab omnibus conservetur, hoc præceptum, seu documentum, nostra jussione exaratum, propriis manibus firmatum sigillo nostræ communis imaginis in fine est roboratum.

Signa serenissimorum Domin. Lotharii & Hugonis Regum.

Gerardus Cancellarius, & Vicedominus Episcopi, & Archicancellarii recognovit.

Dat. XVII. Kalen. Julii anno Dominicæ Incarnationis D.CCCCXXXVII. D. Hugonis piissimi Regis XI. Lotharii vero filii ejus item Regis VII. Indictione X. Actum Cumis civitate feliciter. Amen.

Diem postremam explevit Azzo circa annum 943. a & in Cathedrali conditus jacet. a 943.

39 UBALDUS, Gallus, Comensis Præsul declaratus est b, Comique pro Cæsare Imperialis Vicarius. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis hunc ipsum Vualdum appellat ad annum 960. Hunc ego eundem arbitror esse, qui Augustalibus interfuit Comitiis anno 952. 7. Id. Aug. Ubi se ipsum Vualtonem cognominat, lib. Const. Imperialium, nisi forte diversus sit ab Ubaldo, cujus obitum rejicit Ballarinus in annum 940. Dyptica vero tabula hujus Ecclesiæ in annum 950. ejusdemque successorem Aldegisium facit: sed crediderim ego eundem esse cum Ubaldo, Vualdum, atque Vualtonem, Ballarinumque divinasse mortem Ubaldi, ut in plerisque facere solet, qui ultimum memoriæ, quæ occurrerit, pro extremo decessus libenter usurpat, ut defugiat computandi laborem. Cæterum Ubaldi temporibus divinitus repertæ fuerunt c reliquiæ S. Fidelis in Samolico Vico supra lacum Larinum, Comumque delatas in S. Euphemiæ Ecclesia honorifice recondendas curavit. Vualdoni Episcopo Lotharius idem II. Imp ad petitionem Manassis Archiepiscopi, & Attonis Præsulis, & Consiliarii, indulta ab ipso, & Hugone genitore concessa, confirmavit de Clusa, ponte Clavennæ: actum Papiæ prid. Kalen. Junii, anno 950. ut habetur in sequenti diplomate.

XXXIX. b 945.

c Circa an. 960. ut conjicit Tattus.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Lotharius divina favente clementia Rex. Si sanctis, ac venerabilibus Christo dicatis locis, Deoque servientibus nostræ serenitatis munus conferimus, per quod eorum religio sublimetur, proculdubio credimus apud omnipotentem Dominum nos undique remunerari. Quocirca omnium S. Ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum comperiat industria, quoniam Manasses venerabilis Archiepiscopus noster, & consanguineus, atque Atto egregius Præsul reverendissimi consiliarii nostri pietatis nostræ celsitudinem petierunt, ut pro sempiterni Retributoris amore, & intuitu animæ nostræ, omniumque parentum nostrorum, S. Cumanæ Ecclesiæ gregi, tam de cardine, quamque omnium Sacerdotum, cunctorumve clericorum, cui, fautore Domino, Vualdo d venerandus Pontifex præesse videtur, clusas, & pontem juris Regni nostri de Clavenna, cum omni reddita, & exhibitione, quæ usque modo ad partem nostræ Reipubl. inde exigi, & exigere solebat, deinceps perpetualiter possidendum dignaremur. Quorum quia ratam prospeximus postulationem, eorum precibus libenter acquievimus, concedentes jam dicto S. Cumanæ Ecclesiæ gregi, & tam de cardine, quamque omnibus Sacerdotibus præfatas clusas, & pontem d Al. Vbaldo.

(1) Vualperti Papiensis filium fuisse hunc Petrum testatur Luitprandus in hist. lib. 3. c. 10. qui Hugonis regis tempora attigisse non potuit, si obiit anno 921. cum Hugo Italiæ thronum non conscenderit nisi anno 926.

(2) Hic Ballarinum inconsulte sequens Ughellus noster multifariam labitur. Et primo quidem quo pacto *ex favore Regis Hugonis* Comensem sedem obtinuit Azzo an. 921. si anno tantum 92[illegible]. Rex Italiæ acclamatus est Hugo? Deinde *Regum Locumtenentis munere* Comi perfunctum Azzonem quis credat, cum illum, & Ecclesiam suam ex Hugonis, & Lotharii diplomate constet tanta laborasse paupertate, quæ cum rerum dominio componi nequaquam posse videtur. Inepte denique dicitur ab *Imperatoribus* in favorem suæ Ecclesiæ plura privilegia obtinuisse Azzo, cum Hugo, & Lotharius Italiæ Reges revera fuerint, non Imperatores. Cæterum obiisse Azzonem circa an. 937. optime conjicit Tattus: eo siquidem anno Ubaldum ad sedem Comensem evectum à Berengario II. Sigonius lib. 6 de regno Italiæ narrat.

tem de Clavenna, cum omni redditu, & eabibitione, cum omnibus, quæ ad publicum exinde solvi possunt, omnia in integrum concedimus, & perdonamus eidem S. Cumanæ Ecclesiæ gregi, tam de cardine, quamque omnibus Sacerdotibus, sicut hactenus juri Regni nostri retinere visa sunt; eo videlicet ordine, ut supra taxatus grex S. Cumanæ Ecclesiæ, cæterique successores sui potestatem habeant, clusas, & pontem tenere, & possidere, seu quicquid ex redditionibus, vel censum facere voluerint ad laudem, & honorem Dei, & S. Abundii Confessoris perpetualiter faciant ea nostra plenissima auctoritate. Jubentes ergo sancimus, ut nostris, ac futuris temporibus nullus Dux, nullus Comes, aut quilibet Reipublicæ procurator, neque aliqua parva, magnaque persona cujusque ordinis, & dignitatis prætaxatas clusas, & prælibatum pontem, censumque ex his aliquid abstrahere, vel diminutionem facere quoquo tempore præsumat. Sed liceat prædicto gregi S. Cumanæ Ecclesiæ tam de cardine, quamque omnibus aliis suisque successoribus, qui pro tempore fuerint, jamfatas clusas, & pontem in integrum ad suorum usum quiete, & pacifice possidere, remota omni publica eacubia, vel totius potestatis inquietudine. Si vero, quod minime credimus, contra hujus nostri præcepti statuta quisque temerarius extiterit, sciat se compositurum auri purissimi libras centum, medietatem palatio nostro, & medietatem gregi S. Cumanæ Ecclesiæ. Ut autem verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria adnotatum annuli nostri impressione jussimus sigillari.

Signum serenissimi Lotharii piissimi Regis.

Petrus qui et Amizo Regius Capellanus ad vicem Bruningi Episcopi, & Archicancellarii recognovit.

Datum pridie Kal. Junii anno Dominicæ Incarnationis D.CCCCL. regni vero Lotharii XX. (1) Ind. VIII. Actum Papiæ feliciter Amen.

[,, *Ubaldum ad an. saltem 967. vitam protraxisse*
,, *colligit ex Reginonis continuatore Tattus, qui &*
,, *Attonis Vercellensis Episcopi ad Ubaldum nostrum*
,, *scriptam Epistolam circa an. 952. refert, tum*
,, *Ubaldi in Saxoniam ad Othonem iter an. 960. con-*
,, *fectum enarrat, aliaque ab Ubaldo nostro ad di-*
,, *ctum an. 967. fortiter pro Ecclesia gesta diligenter*
,, *edisserit.*]

XL. 40 ALDEGISIUS Ubaldo successit *a*. Ab Othone III. Imp. etiam omnium privilegiorum suæ quondam Ecclesiæ indultorum confirmationem obtinuit, cum super his etiam ab eodem fuisset donatus Leuci comitatu anno 988. (2) 3. Non. Octobr. Hujus rei diploma sequitur integrum.

a Circa an. 970. ex Tatto.

In nomine Domini nostri Jesu Christi æterni.

Otho gratia Dei Imperator. Credimus Deo omnipotenti esse acceptum, nostræque saluti in præsenti, & in futurum magnum esse subsidium, si loca venerabilia, servosque Dei, cœnobia sub nostra pio affectu retinere decreverimus defensione: & quibus temporalem potestas non præbet tranquillitatem, non dubitamus meritis, ac precibus eorum sempiternam nos posse consequi felicitatem. Ideoque omnium fidelium S. Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, ac futurorum cognoscat devota religio, quia vir venerabilis Aldegisius S. Comensis Eccles. Præsul serenitatis nostræ sublimitatem adiens, innotuit pietati nostræ quommodo divæ mem. Carolus Magnus, atque Christianissimus Imperator, seu etiam Ludovicus Imperator, Carolus, itemque & Berengarius Reges decessores nostri, necnon Ludovicus gloriosissimus Imperator, & Lotharius Cesar, filiusque illius tandem sanctam Comensem Ecclesiam, & Rectores ipsius una cum Clero, & rebus ad se juste, & legaliter pertinentibus ob amorem Dei, & reverentiam Beatissimi Abundii Confessoris Christi, qui ibidem veneranter humato corpore requiescit. Unde & sacris nostris obtutibus obtulit verissimas auctoritates immunitatum prædictorum prædecessorum nostrorum Imperatorum atque Regum, in quibus continebatur qualiter sub sua defensione eandem constituerant Ecclesiam, atque singulas querimonias studio inde sustulerant, diversasque inquietudines concedendo submoverant, videlicet concedendo, cum cunctis hominibus ejusdem sanctæ Ecclesiæ ab omni publico obsequio, vel publica functione esse immunes; sed quia contra præfatas auctoritates Regum, atque Imperatorum usque modo parte ipsius Eccl. de concessa publica functione, vel redibitione, & de teloneo mercati Lugani, seu Cumani pro hebdomada aliquid ad publicum exigebatur, petiit pietatem nostram, ut & publicam functionem ad partem telonei, sicut olim à parte publica exacta fuit, sic deinceps sub omni integritate præfatæ Eccl. concedere dignaremur perpetualiter habendam, quod & fecimus. Nam prædicta prędecess. nostrorum præcepta nostra auctoritate confirmavimus, seu & piscarias cum ripa laci Cumis, & Mezolæ, vel quicquid de comitatu Leuco fuit aliquando, vel flumiaum, seu etiam Abbatiam S. Mariæ, quæ dicitur monasterium vetus, quod Lotharius, & Ludovicus Impp. delegaverunt, confirmante: firmas, & stabiles ejusdem Eccl. permanere sancimus. Præcipientes ergo jubemus, atque per hoc nostrum præceptum regale interdicimus, ut nullus Judex publicus, vel quilibet judiciariæ potestatis minister, tam superioris, quam inferioris gradus in monasteria, xenodochia, ecclesias baptismales Locarnis, Belinzonæ, & comitatu Berizonæ, districtu, & porta: & insuper Canonicis concedimus in stipendium clusas, & pontem juris nostri de Clavenna ipsius, & eorum successoribus, ac cęteras possessiones memoratæ Ecclesiæ, quas moderno tempore cum quibuslibet pagis, vel territoriis infra ditionem Regni nostri juste, & legaliter possider, vel quæ deinceps in jure, & potestate prælibatę Ecclesię divina pietas voluerit augeri, aut causas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, aut paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Eccl. tam ingenuos, quam & servor distringendos, nec ullam redibitionem de iis usque modo, quæ ad partem publicam exigebantur, aut illicitas occasiones requirendas nostris, ac futuris temporibus ingredi audeat, nec aliquid de iis, quæ supra memoravimus abstrahere, vel diminutionem facere aliquo tempore præsumat. Jam & rebus, unde munimina perdita, vel cremata fuerant, sine alicujus molestatione perhenniter habere statuimus, & advocatum ipsius Ecclesiæ nullus Judex publicus distringat sine Episcopo, aut ejus misso; & suos liberos, sive servos nullus Ministrorum nostrorum bannicat extra suam parochiam ad faciendam justitiam; habeantque ipsi liberi homines facundiam, cujuscunque sint nationis, fidejussores, & sacramentales, seu testes esse secundum suam legem, & contradare, & ad partem ipsius Ecclesiæ inquisitionem facere posse, & liceat memorato Pręsuli, suisque successoribus res prædictę Ecclesię suę, cum omnibus fredis concessis, & rebus, vel hominibus ad se juste aspicientibus, tam liberis, quam & servis sub immunitatis defensione nostrę quiete possidere. Quicunq; autem hoc nostrum pręceptum in aliquod violaverit, centum libras auri componat medietatem palatio nostro, & medietatem jam dictæ Ecclesię. Ut autem verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur manu proprię subscriptionis signo roboratum annuli nostri impressione subtus jussimus sigillari.

Signum Dom. Othonis Imp. serenissimi Augusti.

Edelbertus b Cancellarius ad vicem Auberti Archicapellani notavi. *a* Al. Egbertus.

Da-

(1) Tattus putat errorem hic irrepsisse in annis regni Lotharii, & pro XX. reponendum XIX. sed fallitur, nam Lotharius Italiæ rex declaratus est an. 930. ut notat Pagius adhuc annuens, non vero 928. ut cum Sigonio pro falso autumat.

(2) Sequens diploma ab Othone II. Aldegisio datum censet Tattus anno 978. Indictione VI. Imperii D. Othonis V. Notæ quidem chronologicæ diplomatis, prout eas refert hic Ughellus, optime inter se conveniunt, si indictionis initium sumas à Septembri. Verum ut Tatti sententiæ adhæream, me impellit Othonis nomenclatio, qui te & in initio diplomatis, & in subscriptione imperatorem appellat, non enim anno 988. Otho III. Imperii coronam adhuc acceperat. Congruendat tamen & in Tatti sententia ast Othonis Imperii annus; nam anno 978. mense Octobri jam sextus currebat annus, ex quo post patris obitum solus imperare cœperat Otho II. Accedit etiam, quod paulo post an. 978. è vivis abiisse oportet Aldegisium, cum sequens Petrus jam anno 981. hac in Cathedra sederet, ut mox dicam.

Datum tertio Non. Octobris anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVIII. *Indictione secunda. Imperii D. Othonis V.*

Actum in palatio Renesbonæ feliciter. Amen.

Obiit diem ante annum 995. sepultusque est in Cathedrali.

XLI. 41 PETRUS III. Gallus, ad Comensem dignitatem vocatus est, an. 995. proque sacro Imperio Italiæ Cancellarius fuit. Hujus mentio extat apud Baronium ad annum 1001. E rebus humanis exemptus est 1003. Petro huic III. Episcopo, & Cumanæ Ecclesiæ, Otho III. Imperator ad petitionem Velligisij Archiepiscopi Moguntini, & Hildebaldi Episcopi Vormaciensis, & Consiliarii confirmavit privilegium de Clusis, & ponte Clavennæ, cum omni redditu, & exhibitione, & cum omnibus, quæ exinde ad publicum solvuntur. Actum Romæ 7. Kal. Junii anno 999. Imp. decimo sexto. Diploma extat in eodem tabulario.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Imperator Augustus. Si sanctis, ac venerabilibus Christo dicatis locis, Deoque servientibus nostræ serenitatis munus conferimus, per quod eorum religio sublimetur, proculdubio credimus apud omnipotentem Dominum undique remunerari. Quo circa omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium, scilicet, ac futurorum comperiat industria, quoniam Villigisus venerabilis Archiepiscopus S. Moguntinæ Ecclesiæ, atque Hildebaldus egregius Præsul Vormaciensis Reverendissimi consiliarii nostri, pietatis nostræ celsitudinem petierunt, & pro sempiterni retributoris amore, & salute animæ nostræ, omniumque parentum nostrorum, s. Cumanæ ecclesiæ gregi tam de Cardine, quam omnium Sacerdotum cunctorum, vel Clericorum, cui fautore Domino Petrus venerandus Episcopus præesse videtur, Clusas, & pontem juris Regni nostri Clavennæ, cum omni redditu, & exhibitione, quæ usque modo ad partem nostræ Reip. inde ex iis, & exigere solebat, deinceps perpetualiter possidendum confirmare concedere dignaremur; quorum quia ratam prospeximus postulationem, eorum precibus libenter acquievimus, concedentes, atque confirmantes jam dicto Cumanæ Ecclesiæ gregi tam de Cardine, quamque omnibus Sacerdotibus præfatas clusas, & pontem de Clavenna cum omni redditu, & exhibitione cum omnibus, quæ ad publicum exinde solvi possunt, omnia in integrum concedimus, & perdonamus, atque confirmamus eidem s. Cumanæ Ecclesiæ gregi, tam de cardine, quamque omnibus sacerdotibus, sicut hactenus juri Regni nostri pertinere visa sunt; eo videlicet ordine, ut supra taxatus grex S. Cumanæ Ecclesiæ, cæterique successores sui potestatem habeant eas clusas, & pontem tenere, possidere, seu quicquid ex redibitionibus, vel censum facere voluerint ad laudem, & honorem Dei, & S. Abundii perpetualiter faciendum ex nostra plenissima auctoritate. Jubentes ergo sancimus, ut nostris, & futuris temporibus nullus Dux, Comes, aut quislibet Reipublicæ procurator, neque aliqua magna, parvaque persona cujuscunque ordinis, aut dignitatis ex prætaxatis clusis, & prælibato ponte, censumque ex iis aliquid subtrahere, vel minuitionem facere quoquo tempore præsumat, sed liceat prædicto Gregi S. Cumanæ Ecclesiæ, tam de Cardine, quamque aliis omnibus, qui pro tempore fuerint, jam fatas clusas, & pontem in integrum ad suorum usum quiete, & pacifice possidere, remota omni publica excubia, vel totius potestatis inquietudine. Si vero, quod minime credimus, contra hujus nostri præcepti statuta quisque temerarius extiterit, sciat se compositurum auri purissimi libras centum, medietatem palatio nostro, & medietatem prædicto gregi S. Cumanæ Ecclesiæ. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria adnotatum sigilli nostri impressione jussimus sigillari.

Signum D. Othonis † Imperatoris serenissimi Augusti.

Heilbertus a Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi notavi. a [illegible]

Datum sexto Kalen. Junii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXXVIIII. (1) *Imperii D. Othonis XVI. Indictione XII. Actum Romæ feliciter. Amen.*

(„ *Plura alia Othonis diplomata ab hujus Petri*
„ *vicem agentibus Cancellariis signata passim occur-*
„ *runt: defunctoque anno 1002. Othone, eodem*
„ *Archicancellarii munere functus est Petrus sub*
„ *Ardoino Italiæ Rege, à quo hoc eodem anno 1002.*
„ octavo Kal. Aprilis Indictione XV. Ardoini re-
„ gis anno primo *in Ecclesiæ suæ favorem nobile Re-*
„ *culit privilegium. Extat hujus exemplar in tabu-*
„ *lario Episcop. Novocom. in quo cum Amanuensis*
„ *errore pro Dominicæ Incarnationis anno 1002. quo*
„ *proculdubio omissum fuit, descriptus sit annus*
„ *Christi 1092. hinc deceptus Ughellus noster huic*
„ *anno illud temere affixit, & pro Arduino contra*
„ *authographi fidem Henricum Imp. qui tum vi-*
„ *vebat, supposuit, & Petrum quendam IV. Cu-*
„ *manum Episcopum commentus est, ut infra nota-*
„ *bimus. Alterum item privilegium Canonicis Cu-*
„ *manis, & alterum iterum eidem Petro concessit hoc*
„ *eodem anno Arduinus: quæ duo, sicut & primum*
„ *ex præfato tabulario Episcop. Novocom. in suis*
„ *Annalibus edidit Tattus decade 2. pag. 817. Inter-*
„ *erat Petrus anno 1001. 15. Octob. dum Papiæ fo-*
„ *rum ageret Otho sacri palatii comes, ut ex docu-*
„ *mento apud Muratorium in Antiquit. Esten. par. 1.*
„ *pag. 125. Obiit anno 1003.*)

42 HEBRARDUS, seu Heverardus Theutonicus, Henrico II. Imperante, ad hanc sedem pervenit anno 1004. Ad cujus preces idem Imperator omnia privilegia rata esse jussit, quæ aliquando Comensi Ecclesiæ indulta fuissent, eidemque Pastori, ac successoribus mediam vallem Vulturnam dono dedit anno 1004. *b* Diplomata extant in eodem tabulario his verbis concepta. XLII. b & 1006.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Henricus Francorum pariterque Longobardorum divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus, quia interventu Everardi Cumani Episcopi divino respectu, & remedio gloriosissimorum antecessorum nostrorum Imperatorum, & propagatione Regni nostri, dedimus in integrum, ac in perpetuum S. Abundio omnem illum partem de castro Berinzona, quæ ad nostram publicam pertinuit tam intus, quam foris cum omnibus appendiciis, & pertinentiis suis, cum mercatis, theloneis, cum omnibus publicis redditibus, & functionibus, cum ipsa quoque porta, quæ publico usui hactenus deservivit, ut libere, secure, quiete, pacifice cum omni potestate; & idem Everardus Episcopus Cumanus pro integritate suæ fidei, & puritate servitii, & omnes sui successores habeant, & teneant, & quicquid eorum voluntas decreverit, ad cultum divinum faciant; quia prædictum castrum Birinzona cum omnibus, quæ ad illud intus, aut foris pertinuerunt, à nostro jure, & dominio, & ab omni publica repetitione in jus, & dominium S. Abundii omnino transfundimus, dedimus, donavimus, ut absque ullo respectu, & sine omni publica inquietudine omnia supradicta pertinentia, cum servis & ancillis ita teneant, judicent, ordinent, sicut cætera loca, quæ ante centum annos Ecclesia S. Abundii acquisivit, & tenuit. Decet enim, & Regno nostro est incrementum de iis, quæ Deus dedit, donare, & ei honorem retribuere, qui gratis ho-

(1) Quandoquidem annus Christi 999. non erat Imperii Othonis XVI. neque eo anno currebat Indictio VIII. quæ in diplomate extat descripta; licet pro VIII. XII. reposuerit Ughellus; ideo censet Tattus sic esse emendandas hujusmodi epochas, ut dictum expeditum Diploma sexto Kalend. Maii (sic pariter legitur in exemplari) an. Incarn. Dom. 996. Imperii D. Othonis I. Indictione IX. eo enim anno aliquamdiu moratus est Romæ, ubi diploma datum est, Otho. Verum non advertit Tattus, quod an. 996 sexto Kal. Maii nondum coronam Imperii susceperat Otho; ac proinde non convenire annum Imperii Othonis primum cum die 26. Aprilis anni Christi 996. Puto igitur revera anno Christi 999. quo pariter Romæ substitit Otho, datum esse hoc privilegium, & reliquas notas sic emendandas, atque supplendas: *D. Othonis regni XVI. Imperii III. Ind. XII.* duplici enim Epocha regni scilicet, & Imperii utebatur Otho, ut videre est in aliis ejusdem diplomatibus, quæ inter vide datum hoc eodem anno Petro Abbati Bobiensi tom. 4. hujus operis in Bobiensibus, & alterum datum Leoni Vercellensi Episcopo in eodem tomo in Vercellen.

A *honorat, & à quo omnis honor procedit. Honoremus ergo sanctos, ditemus loca sanctorum, & ipsos apud Deum adjutores habeamus, & intercessores. Per hoc enim prædecessores nostri multum Deo placuerunt, per hoc & nos speramus, & vitæ salutem, & Regni augmentum, & pacis prosperitatisque honorem. Jubemus igitur, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullus Latinus, nullus Theutonicus, nulla Regni nostri magna, vel parva persona deinceps de prædicto castro Birinzona, aut de aliqua ejus pertinentia, aut intus, aut foris ullo in tempore per aliquod ingenium se intromittere audeat, nec unquam Ecclesiam S. Abundii inde disvestire præsumat, aut Everardum nostrum fidelissimum Episcopum Cumanum, aut ejus ullum successorem inde inquietare, molestare, aut per ullum placitum fatigare contendat. Si quis autem fecerit mille libras probatissimi auri componat, medietatem nobis, & S. Abundio alteram; & hoc præceptum temporibus omnibus in sua maneat firmitate. Quod ut verius credatur,* B *& diligentius observetur, hoc præceptum scribi jussimus, manu nostra firmavimus, & nostro sigillo insigniri præcepimus.*

Signum D. Henrici invictissimi Regis.



Egilbertus Cancellarius ad vicem Villigisi Archicapellani recognovit.

Dat. 2. Id. Junii. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo quarto, Indictione secunda, anno vero D. Henrici II. Regis tertio; Actum in Lacunavara. In Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

C *Henricus divina favente clementia Rex. Cum nostrorum fidelium petitionibus ad augmentum nostræ fidelitatis pietatis nostræ aures accommodamus, multo melius esse inducimus si Dei ecclesiis aliquid ex nostris libentius donaverimus, quarum juvamine majus nobis incrementum præstatur, nostrique Regni celsitudo solidatur. Noscat itaq; omnium fidelium præsens, & futura collectio, nos pro remedio animæ nostræ nostræque conjugis, ac Regni nostri stabilitate, interventu Egilberti Frisingensis Episcopi, donasse Eberardo Cumano Episcopo, suisque successoribus ad partem S. Mariæ S. Abundii omnem medietatem Vicecomitatus de Valletellina, & omnino transfudisse quicquid ad illam medietatem pertinet, aut citra lacum Cumanum, aut Belasium ab omni nostro publico, & dedisse ad proprietatem supradicto Episcopo, & successorib. ejus tam in districto, quam in precautia & erimarias, atque in omni pertinentia, quę nunc ad nos pertinere videtur, transfundimus, & largimur Eberardo Cumano Episcopo, suisq; successoribus à nostra parte ad partem s. Mariæ, & s. Abun-* D *dii. Præcipientes ergo deliberamus, ut nullus nostræ potestati subjectus, aut subiciendus, scilicet Dux, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, nullaq; maxima, vel parva persona audeant inquietare, vel molestare, aut disvestire præfatum Episc. vel ejus successores. Si quis vero facere præsumpserit, sciat se compositurum auri purissimi libr. 100. medietatem nostræ parti, & medietatem supradicto Præsuli, suisque successoribus. Quod, ut verius credatur, manu propria corroborantes, nostri sigilli impressione signari præcipimus hanc paginam.*

Signum Domini Henrici † Regis invictissimi.

A *Anno Dominicæ Incarnationis M. V I.*

Fato functus est Everardus anno 1010. a sepultusque est in Cathedrali.

43 ALBERICUS Theutonus, ex favore ejusdem Henrici, ad hanc dignitatem adsumptus an. 1010. (1) Hic prævidens quantæ jacturę esset, Cathedralem esse extra civitatem, ingenti animo, opibusque exorsus est novam Cathedralem construere, absolutamque Deiparæ Virgini in Cœlum Assumptæ honorifice consecravit anno 1025. die 13. mensis Maii, b ibidem è veteri Cathedrali Capitulo, Cleroque translato: in quam Imperator ipse cum ingentibus opibus, plura contulit privilegia: veterem autem Cathedralem in Abbatiam erexit, congestis in illam, tum opibus, tum privilegiis, quæ jam ante possederat, ut illic alerentur Benedictini Monachi, quorum ibidem mora vix seculum integrum exæquavit, abeuntesque Monachos Cistercienses excepere successores, (2) quos iterum, attenuatis opibus, Commendatarii expulerunt, B Sixto IV. Pontifice sedente. Substruxit etiam Albericus prope ripam lacus Episcopale palatium, ubi hoc tempore Comenses Episcopi successores fixere sedem. Alberico nostro idem Henricus II. Imperator curtem, seu villam Barzanorum, olim Beringarii, & Ugonis Sigifredi Comitis filiorum, & Cæsareæ Majestatis rebellium cum redditibus, functionibus, servis, ancillis, montibus, terris, campis, vineis, pascuis, sylvis, mansis, massaritiis, aquis, molendinis, casis, mobilibus, & immobilibus, cum omnibus ad eamdem sedem pertinentibus largitus est. En diploma.

a An. saltem 1007.

XLIII

b Hanc consecrationem diù post à Raynaldo Episcopo factam vult Tattus in Annal. dec. 2. p. 156.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Henricus superna clementia Romanorum Imperator Augustus. Si petitionibus nostrorum fidelium, nobisque debite famulantium aures nostræ pietatis inclinaverimus, promptiores eos fore in nostro servitio non dubitamus. C *Universitatem igitur omnium nobis obsequentium, præsentium scilicet, & futurorum nequaquam latere volumus, quod Albericus S. Cumanæ Ecclesiæ vener. & noster dilectus Episcopus nostrę pietatis celsitudinem adiit suppliciter postulans, & pro sempiterni retributoris amore, & salute animæ nostræ, ejusque collato, & conferendo servitio, nostroque Imperio sublimando, eidem S. Matrici Ecclesiæ ad honorem Dei Genitricis, & Virginis Mariæ dicatæ quandam curtem, cum omnibus suis pertinentiis, quæ dicitur villa Branzanorum, quę fuit hæreditas, & proprietas filiorum Comitis Sigifredi, Berengarii, Ugonis, concedere, & donare dignaremur; quorum quoniam in nos nimis offendentes contra nostrum Imperium male tractaverunt, & perjuri, atque rei in nostram majestatem publice extiterunt, jure, ac legaliter non solum hæc, sed & omnia, quæ habuerunt, ad nostrum publicum devenerunt, unde sua omnia merito perdunt, qui se ipsos gratis perdiderunt, dum fidei debitæ obliviscentes in nostra fidelitate minime duraverunt, & nostro inimico jurantes adhæserunt. Hanc ergo postulationem dignam, &* D *ratam prospicientes, & nullo modo negare volentes ipsius precibus libenter acquievimus. Concedentes, atque confirmantes eidem Cumano venerabili, & dilecto Episcopo, omnibusque suis successoribus supradictam curtem Berzanorum nominatam, cum omnibus suis appendiciis, cum omnibus redditibus, & exhibitionibus, & impensionibus, & functionibus, cum servis, & ancillis, aldiis, & aldiabus tam in montibus, quam quæ in planitie, terris cultis, & incultis, vineis, campis, pascuis, sylvis, mansis, massaritiis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, casis, rebus omnibus mobilibus, & immobilibus*

(1) Ante annum 1010. siquidem an. 1007. interfuit Concilio Francofordiensi de Ecclesia Bambergensi in Cathedram Episcopalem erigenda celebrato. Atque hic ille Albericus, quem Cossartius in notis Concilii Ticinensis anni incerti frustra inter Episcopos Cumanos regni Neapolitani quæsivit, atque ab Ughello prætermissum putavit. Fuit enim ipse Albericus non Cumarum, sed Comi Episcopus. Cossartii errorem transcripsit Harduinus in novis. Concil. editione tom. 6. col. 811.

(2) In hac Abbatia nunquam Cistercienses Monachi fuere; sed primi, qui illuc ab Alberico advecti sunt, permanserunt, quoad à Commendatariis expulsi sunt. Id satis constat ex monumentis, quæ adhuc servantur in tabulario ejusdem Abbatiæ, in quorum uno anni 1198. hæc habentur: Conventu Capitulo, & Conventu Monasterii S. Abundii extra muros Civitatis Cumarum Monachorum NIGRORUM Ordinis S. Benedicti. Ergo adhuc an. 1198. in hac Abbatia degebant non Cistercienses Monachi, sed Nigri ex D. Benedicti disciplina. Tattus.

bus, & cum omnibus, quæ adhuc dici, vel nominari possunt, ad eandem curtem pertinentibus, atque omnino in integrum largimur, & à nostro jure, & dominio, in jus, & dominium, & proprietatem prædictæ sanctæ Ecclesiæ transfundimus, & delegamus, ut qui nunc præsens Episcopus, omnesque sui successores potestatem habeant, jam dictam curtem, cum omnibus, quæ ad eam pertinent, tenere, possidere, commutare, sicut hactenus prælibatis periuris visa sunt pertinere, & ipsi hæreditates possederunt; & facient iidem Episcopi de eadem curte, & omnibus, quæ deinde solvi possunt, quicquid sibi placuerit ad laudem & honorem Dei, & S. Mariæ ex nostra plenissima auctoritate. Jubentes ergo sancimus, ut nostris, vel futuris temporibus, nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque magna, vel parva persona, cujusque dignitatis, aut ordinis supra memoratum Albericum Episc. suosque successores de prædicta curte, cum omni sua pertinentia, disvestire, inquietare, molestare, vel in aliquo minorare præsumat. Sed liceat illis quiete, & pacifice tenere, possidere, firmiterque habere remota omni contradictione. Si vero, quod minime creditur, contra hujus nostri præcepti statuta aliquis violator extiterit, sciat se certissime compositurum auri libras mille, unam partem Cameræ nostræ, alteram prænotato Episcopo, suisque successoribus. Et ut hoc verius credatur, firmiusque ac inconvulsum ab omnibus observetur, manu propria confirmantes nostri nominis inscripto caractere ..... nostri sigilli impressione.

Signum Dom. Henrici † gloriosissimi Imperatoris semper Augusti.

Heinricus Parmensis Episcopus & Cancellarius vice Everardi Episcopi, & Archicancellarii recognovit.

Dat. 4. non. Octobr. an. Dominicæ Incarnationis MXV. Ind. XIIII. Regni vero D. Henrici Imperatoris Augusti XIIII. Imperii autem ejus II.

Actum Meresburg feliciter. Amen.

Eidem Alberico Conradus II. Imp. interventu Gislæ Conjugis, & Aebonis Episcopi Moguntini concedit clusas, & pontem Comitatus Clavennæ cum omni redditu, Comitatum Leuci, piscarias, cum ripa lacus Cumani, Abbatiam monasterii veteris, Curtes, loca, agros, Broilum cum arena, mœnia civitatis, cunctas domus, & ædificia casarum, cum hortis, burgis, porticibus circa se habentibus, & hortis, quæ sunt in civitate Papiæ, olim cujusdam Hieronymi Episcopi Vicentini perjuri Apostatæ, ab Henrico II. Cumanæ Ecclesiæ concessa confirmavit. Insuper Comitatum Mesauclnum in Alpibus ultra Berinzonam situm, cum redditibus, districtis, functionibus, placitis, conditionibus, tam in montibus, quam in planis donavit. Diploma sic incipit. a

a Reliqua vila diplomata, quibus Conradus tam munifice ditavit Albericu, vide apud Tattum in Annal. Comen. Decad. 2. p. 839.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Conradus divina favente clementia invictissimus Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, quia interventu nostræ dilectissimæ Gislæ conjugis, nostrique venerandi Aribonis Maguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopi, seu pro statu Regni nostri, nostræque animæ, nostrorumque parentum salutem dedimus S. Cumanæ Ecclesiæ, S. Abundio, qui prope extra urbem corpore requiescit, Comitatum Mesaucinum, quod constat situm in Alpibus ultra Berizonam scilicet per Vallem Mesaucinam, quod quidam Theutonicus olim tenebat ad publicam partem. Hoc illud damus S. Cumanæ Ecclesiæ, sanctoque Abundio, suisque Vicariis perpetualiter habendum, tenendum, & ordinandum cum omnibus suis redditibus, usibus, & exhibitionibus in integrum, cum auditis, & audiantibus, & cum omnibus sibi pertinentibus, cum districtis, & functionibus, cum placitis, & conditionibus tam in montibus, quam in planis, ubicumque est, & cum omnibus, quæ adhuc dici, vel nominari possunt ad ipsum comitatum pertinentibus: ea ratione, ut liceat Alberico Cumanæ sedis Episcopo nostro fidelissimo, suisque successoribus, deinceps, & sempiternaliter, & exinde facere quicquid voluerint ad laudem, & honorem ejusdem S. Cumanæ Ecclesiæ, cum nostra plenissima auctoritate. Decet enim, & Regno nostro est valde incrementum de his, quæ Deus dedit, ei honorem referre, qui gratis honorat, à quo omnis honor procedit. Honoremus ergo sanctos; ditemus loca sanctorum, ut ipsos apud Deum habeamus adjutores, & defensores. Per hoc prædecessores nostri Deo placuerunt, & nos per hoc speramus vitæ salutem, ac regni nostri sublimitatem, pacisq; prosperitatem. Ob hoc itaq; & omnimodis præsentialiter, & perpetualiter confirmamus sanctæ jam d. Cumanæ Eccl. suprad. comitatum in integrum cum omnibus suis pertinentiis cum servis, & ancillis, cum piscationibus, & cunctis exhibitionibus, ut Albericus ipsius loci Episc. noster fidelissimus pro integritate suæ fidei, tam ipse, quam ejus successores habeant, teneant, firmiterque possideant remota omni publica functione; & separamus comitatum à nostro jure, & dominio, & ab omni publico respectu, & usu, & transfundimus in jus, & dominium prædictæ Ecclesiæ, ipsiusque Rectoribus, ut liceat tam ei, qui nunc est, quam suis successoribus potentialiter tenere: quemadmodum tenet loca per centum annos possessa: ideirco jubemus, & jubendo firmamus, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, nullus Latinus, nullus Theutonicus, nec aliqua magna, parvaque persona cujusque conditionis, vel dignitatis, vel nationis deinceps prælibatam Ecclesiam sanctam Cumanam, vel ejus Pontifices de jam dicto comitatu Mesaucino disvestire, inquietare, vel in aliquo contrastare audeat, aut de ipso comitatu quicquam diminuere, & tollere præsumat. Sed liceat commemoratæ Ecclesiæ ejusque Episcopo, qui pro tempore fuerit, eum in integrum quiete, & pacifice possidere sine ulla contrarietate. Si quis vero, quod non confidimus, contra auctoritatem nostri præcepti in aliquo diminuere, vel pervertere tentaverit; sciat se compositurum mille libras auri purissimi, medietatem palatio nostro, & alteram partem jam d. Cumanæ Eccles. ipsiusque Pontifici. Et ut hoc firmius, & diligentius ab omnibus observetur; hoc nostrum præceptum nostra jussione scriptum, nostraque manu firmatum, sigillo nostri nominis, ac nostræ imaginis in extremo jussimus roborari, ac caractere nostri nominis condecorari.

Signum Dom. invictissimi.



Conradi Regis

Hugo Cancellarius vice Domini Aribonis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovit.

Datum anno Dom. Incarn. MXXVI. Indict. IX. anno D. Conradi II. Regis invictissimi 2. Actum Veronæ feliciter. Amen.

Narrat Ballarinus, hunc Albericum fato fuisse functum ann. 1040. eidemque Litigerium successisse. Sed fallitur; reperitur enim, Litigerium ann. 1031. b qui fuit sextus Imperii Conradi II. Episcopum jam fuisse adlectum, novamque Canonicam S. Euphemiæ erexisse ad Insulam lacus, ut ex institutione illius Canonicæ postea videbimus in Romana sacra Rota adducta: cum adhuc inter Canonicos S. Euphemiæ, Episcopumque Comensem lis sub judice esset, ad quem scilicet spectaret Canonicorum institutio.

b an. 1031.

Sed quid de Alberici morte referat auctor Chronicæ Novalicensis audiamus, qui cum superius retulisset, Odilonem juniorem, S. Odilonis Cluniacensis Abbatis nepotem, satis juvenem, ab Imperatore Conrado Bremetensem Abbatiam regendam suscepisse, eandem parvi pendens, pueriliter in beneficium Alberico Cumano Episcopo tradidisse: *Data itaque Abbatia* (inquit) *est, sicut supra retuli-*

mus

mus; unde Abbas cum Monachis non modice doluerit: Episcopus vero callide satis agens, protinus invadit Abbatiam, ac famulos jurare sibi fidelitatem compulit, & hi, qui noluerunt, motu suo ad arma exierunt, relinquentes proprias domos. Prudentiores namque Monachi suo conspectu aliquando noluerunt se præsentare: nam omnem thesaurum auferentes secum occultaverunt. Ipse igitur Taurinum veniens egit arte callida cum Marchione Maginfredo, & fratre suo Adalrico Præsule, datoque multo pretio, ut Abbatem caperet, quod & fecit. Qui palam omnino nequiit facere, quod optabat: timebat enim Cives ipsius Civitatis, sed malum cetrimum ipsi dirigens, suadensque ut ad se veniret, & sic tradidit: in Crastinum autem convenientes omnes cives in unum voluerunt Abbatem eripere vi, sed prædictus Marchio cum turba militari prævaluit, interdicens illis ne quid offenderent; Episcopus vero secum Abbatem sub custodia ducens mancipavit illum mox in carcere, ac cũ multo post fidelitatem illi faciens de Abbatia dimisit eum. In tempore quo messis tunditur, idẽ ipse Cumanus Episcopus Bremito venit, invasitque duos Monachos, ut mitteret in custodiam, qui magni tunc apud Deum, & seculum habebantur. In nocte sequenti dum cogitaret hoc nefas S. Petrus ante stratum ejus assistens, inquit: Alberice quo pacto vivere potes, qui tanta mala injecisti loco meo, Monachisque ita agens? & inguine percussit eum. Qui statim cernens suam internicionem, cum redditur lux terræ, proficiscitur, tamen optavit ibi mori, & sepeliri, sed magno timore capti, hoc ne fiat, rogant. Enimvero si hoc ageretur, vivi à potestatibus terræ illius detinerentur: ipsemet vero vectus in equis semivivus abiit. Mortuus denique est ante quam ad Cumanam pervenit urbem. Dum exueretur vestibus, fasciæ bellicæ ejus stercoribus labefactæ repertæ sunt. Ipsi qui viderunt testimonium præfuerunt, & adhuc supersunt, qui se vidisse confitentur; dignus quippe fuit tali morte, qui servos Dei, & locum sanctum multis affecit calamitatibus: post mortem hujus quidam Theutonicus Episc. suscepit nomine Lutilericus. Hic contulit Abbatiam Domino Eldrado, reprobato Odilone.

Hactenus ille; qui pergit dissidia, & invasionem Abbatiæ enarrare Oddonis tempore. Porro Alaricus Episcopus, Mongifredi Marchionis frater, de quo mentio supra habita est, Episcopus Astensis civitatis fuit, fautor intrusi Oddonis, Odilone in ordinem redacto. Oddo vero iterum Abbatiam Aldrado defuncto invasit, Leutigerio Cumano Episcopo fidelitatem juravit.

XLIV 44 LITIGERIUS, vel Leuticherius, seu Aldagerius, aut Lingerius Theutonus, creatus Episcopus est ante annum 1031. Hic ex auctoritate Patriarchæ Aquilejensis, atque Episcoporum Provincialium, Ecclesiam S. Carpophori, quæ titulo Patriarchali *a* jam inde fulserat, erexit in Abbatiam *b*, auctamque omnibus redditibus, ac privilegiis, quibus à sua propemodum institutione suffulta erat, Monachis Benedictinis illam attribuit, quos deinde sub Sixto IV. exegerunt Commendatarii. Cæterum Litigerius adeo Ecclesiam hanc pie, sancteque rexit, ut in optimis Præsulibus merito numerari possit. Inter cætera autem egregia opera Canonicam S. Euphemiæ ad Comensem Insulam instituit. ut non semel diximus, anno 1031. *c* qui sextus fuit Conradi II. Imperatoris; quam institutionem deinceps ratam habuit Alexander III. à Canonicis ipsis exoratus. Ex sequenti monumento res, quam dicimus, elucescet, quod ex originali erutum, hic apponendum curavimus.

a Cathedrali.
b Vide documentum apud Tattum Decad. 2. p. 841.
c An. 1032.

In nomine S. & individuæ Trinitatis.

Regnante D. Conrado piissimo Imperatore, anno Imperii ejus, Deo propitio, VI. (1) indictione XIV. Dum in Dei nomine vir venerabilis Litigerius humiliter S. Cumanæ Ecclesiæ Provisor juxta ecclesiasticum morem plebem suæ Diœcesis visitando circuiret, corrigens errata, atque ordinans cunctis beneplacita, instituens Canonicam, omnibus bona monita dat: inter hæc contigit, ut quandam suam plebem Insulam devenerit, multaque ibi ad dita congrue disponeret. In his quoque comperit, quod locus ille multo à suo Patrono, S. scilicet Abundio, quondam diligebatur, atque multa ejus pignora ibidem condita habebantur, indoluit, quod non ita, ut decebat, divino cultu colebantur; ejus accensus amore, cœpit corde disponere, ut si fieri posset, ad laudem Dei, & S. Abundii ibi aliquam Canonicam vellet componere, saltem duobus temporibus in anno, Adventu Domini, & Quadragesima; sed quia loca illa beneficiata erant, ac milites ea tenebant, dolebat, quod ibi unde faceret, non habebat. Tamen Dominus bonæ voluntatis conscius, fraternæ congregationis amator, hic præsens propitius affuit. Pontificalem animum volens tanta retributione adornare, viam monstravit, per quam id posset inchoare. Statim dicto comperit, quod ibidem essent homines diabolica suasione decepti nulli unquam decimam dantes, pessima securitate, & defensione eam tenentes usualiter vorando, illi ipsi Domino fraudantes. Unde prælibatus Præsul duobus contrariis, gaudio, & mœrore constrictus gaudet de inventa decima, & tristatur de tanta fraude, & eorum dura pœnitentia considerans, & diligenter consulens, quod in tam aperta ratione in suo cellario Dominus velit ipsam decimationem. Sine mora ipsius plebis Clericos ad se venire fecit, quibus dulciter dulcia verba dicendo, taliter inquit; Vos fratres volo, annuente Domino, in unum congregare, & instantius Domino servire, & pro omnibus orare: decimam, quam modo comperi diabolica fraude teneri, vobis in integrum concedo, ut non tantum ipsa, sed etiam de cæteris omnibus hominibus de ipsa plebe decimam non dantibus vobis plena benevolentia do, & trado, remota omni contradictione hominum, & maxime ejus qui ipsam plebem beneficialiter tenet, ea scilicet ratione, ut nihil inde præter Canonicam faciatis, meliorum fratrum judicio colligatur, & custodiatur, & tot fratres ibidem congregentur, quot victu sufficere possit duabus quadragesimis in anno, et si fieri posset, Dominicis, ac festivis diebus, nec ullus in ipsam Canonicam intrare præsumat sine electione fratrum. Scientes quod si hæc parva gratia duxeritis, & Domino fideliter servieritis in antea, Domino propitio, me vestri memorem in melius sentieritis. Quapropter supradictam decimam, quam modo invenimus, & quam unquam in antea pro tempore de tabulis decimam non dantibus invenire potuistis, in vestro jure, & dominio, ac potestate pura voluntate transfundimus, & ab omni nostra, nostrorumque successorum, inquietudine, potestate, dominatione separamus. Præterea nostros futuros successores pro æterni Retributoris amore S. D. Euphemiæ, seu S. Abundii amore nostri Patroni, sub quo præsulari, ac patrocinari debent, obtestamur, ac firmiter obsecramus, ut huic sancto loco si aliquid possunt addere, addant, si non, nihil minuant, & hanc parvulam congregationem, si unquam meliorare possint, ad augmentum animatum pro Domino melioreut; sin autem nec diabolicis suasionibus, nec inimicorum monitionibus nihil inde auferant, falsa, & peritura seducti pecunia, quoniam nos de nullis nostri Episcopatus bonis, quæ aliquis publice teneret, hunc conventiculam fecimus, non de illis, quæ per fraudem tenebantur Domino, nostroque Episcopatu; & ideo obnixe rogamus, ut si possunt addere, addant, si non, non auferant oblata. Igitur nostris successoribus honorifice pro Domino rogatis, cæteris omnibus Domini maledictionem, & sanctorum omnium colligatis, quo nullus Comes, aut Marchio, nullus Vicedominus, Advocatus, nullus Guastaldio, aut Sal-

 ta-

(1) Hæ Epochæ inter se non conveniunt; siquidem anno Conradi VI. currebat Indictio XV. & XVI. & è contra Indictione XIV. currebat annus Imperii Conradi IV. & V. Sed & notæ Chronicæ, quæ in fine documenti habentur, cum his Epochis concordare nequaquam possunt: nam neque anno Conradi V. neque sexto, dies 10. Julii incidit in feriam quintam secundæ hebdomadæ illius mensis. Puto igitur legendum *feria secunda* (facile enim potuit decipi Amanuensis, & pro feria II. legere, atque transcribere feria V.) & *Indictione* XV. adeout hæc charta confecta sit anno Christi 1032. feria secunda hebdomadæ secundæ Julii, quæ revera incidit in sextum idus Julii, anno Imperii Conradi currente VI. Indictione XV. vergente in occasum die, instanteque sequenti undecimo Julii.

tarius, nullus ecclesiasticus, aut laicus, nulla magna, parvaque persona, nullus liber, aut famulus tantillum nostram ordinationem irritam facere præsumat, nec de ista decima, quam istis Clericis, eorumque successoribus damus, eos disvestire, molestare, inquietare præsumat, aut aliquam minorationem facere. Etsi aliquis diabolico instinctu hoc facere temerario ausu tentaverit, illa pœna quotidie astringatur, qua Judas proditor Christi quotidie alligatur, ut sit ei particeps in pœna, qui nihil aliud possidet, quam tenebras, & gehennam: & insuper pro temeraria præsumptione nostro successori, qui pro tempore erit, componat centum libras purissimi argenti, & ista nostra ordinatio in suo statu permaneat inviolabiliter. Et ut hæc nostra pura, & plena voluntas omnibus appareat, atque hoc verius credatur, firmiusque ab omnibus observetur, habeant paginolam decreti nostra jussione conscriptam, nostraque manu firmatam propria, sigillo nostri nominis extensa imagine roborari præcipimus.

A

Litigerius Episcopus scripsit, & confirmavit undecimo die instante ipso mense 6. Idus ipsius mensis Julii. Acta mense Julio hebdomada secunda, feria quinta. Cunis feliciter in ipsa nostra domo solorinta, vicina lacui, leva, & palam roborata firmiter.

B

In membranis ejusdem Ecclesiæ hæc de Litigerio habentur. Henricus Tertius Imperator eidem Litigerio sententiam confirmavit, contra Ecclesiæ Cumanæ vassallos promulgatam nempe Semerati, Novazani, & Vestemati ab Aldegerio ejus misso, & Cancellario, per quam eidem Ecclesiæ amphoras vini, porcos, & multones solvere tenebantur. Actum Rebaertes 8. id. Aug. anno 1043. cujus rei documentum hic addendum putavi.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Cum in judicio resideret Adalgerius missus, & Cancellarius Domini, & piissimi Regis Henrici ad faciendam & deliberandam justitiam intra civitatem Comensem, data licentia Litigerii humilis Episcopi, in aula domus S. Comensis Ecclesiæ, residentque cum eo Judices Papienses, Joannes, qui & Lanfrauchus dicitur, Sigifredus, Teuzo, qui & Otho, similque cum eis Cumani Judices sacri Palatii Adam, Andreas, Milo, itemque Adam, Alderius, Eribertus, Lupraudus, Vafredus, Comes Severiensis, Riprandus Episcopus Novariensis, Girelmus Capellanus, Ubertus de Paplago, Albericus, & Albertus de civitate Papia, Albericus Vicedominus Cumanus, Albertus de Vico, Gunizo, & Bonizo, Otbo de civitate Cumana, & reliqui plures auditores. Ibi ante eorum præsentiam venit Litigerius prædictæ Ecclesiæ Episcopus, una cum Albizone suo, ejusdem Episcopii advocato, & sic retulerunt. Notum sit vobis Domine Adalgere, Cancellari, & misse Domini, & piissimi Regis Henrici, quod jam multis vocibus reclamaverunt super me Goffredus de Semerade, & Olricus de Novezano, & Arnaldus de Vertemate, & cæteri quamplures Vassalli mei de hoc, quod ego, & antecessores mei per consuetudinem tulimus in Episcopatu S. Abundii nominative porcos, & multones, seu amphoras vini. Unde vos jam alia vice ammonitionem eis fecistis, ut hodie ad vestrum placitum hic in hac civitate venirent, & hanc intentionem, seu per legem, seu per convenientiam, vel per usum finirent. Ego vero Litigerius Episcopus, & Albizo meus advocatus parati sumus in vestra præsentia secundum prædictam rationem placitare, & definire: sed ipsi venire distulerant, & vestram jussionem implere noluerunt, ideo vestram petimus misericordiam, ut propter Deum, & propter animam Domini, & piissimi Regis Henrici, hoc, quod rectum est, nobis inde faciatis. Hoc audito, complacuit Cancellario, & cunctis auditoribus rectum facere, & justitiam implere: & per admonitionem prædictorum judicum misit Cancellarius bannum super Litigerium Episcopum, ejusque advocatum, ut quicunque prædictum Episcopum, aut suos successores molestaverit, aut contradixerit deinceps de prædictis amphoris vini, porcis, multonibus, quos Episcopus, suique successores soliti erant habere, componat auri optimi mille libras, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædicto Episcopo, vel suis successoribus. Quam quidem legem, ac justitiam ob amorem fidelis nostri, ac dilecti Cancellarii Adalgerii, & ob inge servitium nobis quidem gratum, & acceptabile Litigerii juxta prædictorum judicum judicium, cæterorumque prænominatorum consensum regali nostra auctoritate, nostraque benevolentia confirmamus, & corroboramus. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas, absque omnium contradictione stabilis, & inconvulsa omni ævo permaneat, hanc chartam inde conscribi, & manu propria, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri jussimus impressione signiri.

C

D

A

Signum Dom. Henrici III. Regis invictissimi.

B

Aldagerius Cancellarius vice Bardonis Archicancellarii recognovi.

Datum 8. Idus Augusti, anno Dom. Incar. MXLIII. Indict. XI. anno autem D. Henrici III. *ordinationis ejus* (1) XVI. *Regni vero V. Actum Richipertes dei feliciter. Amen.*

Excessit Litigerius an. 1049. interfuerat vero synodo Papiensi anno 1046. octavo Kal. Novemb pro Episcopo Veronensi celebratæ.

45 BENNONEM deinde Theutonem Misnensem, Comensem evexerunt ad sedem anno 1049. XLV.

C quem etiam Cæsar Vicarium Imperialem declaravit, sic, ut gemina acie ecclesiasticæ videlicet, atque politicæ potestatis Comi succingeretur. Fundavit, dotavitque S. Juliani Abbatiam, ut ibi Benedictini Monachi instituerentur; quos inde demigrare coegit luxus Commendatariorum, quibus Sixtus IV. Pontifex census illos obtulit exhauriendos. Erexit etiam Benno aliquot Virginum domicilia, defunctusque vita est anno 1061. sepultusque est apud Ecclesiam Ascensionis, (2) cui Osteri Monasterii nomen inhæsit: quæ vero eidem, & Ecclesiæ Cumanæ concessit Henricus III. Imperator, hæc in tabulis ex diplomate notantur; *Henricus item* III. Bennoni Pontifici concessit Comitatum Berintune cum mercatis, teloneis, redditibus, ipsa porta, cum ponte Castri, mercatum Cumani, & Lugani cum omnibus appendiciis suis, piscarias Meræ, & Abduæ, cum cæteris fluminibus infra

D lacum decurrentibus, cum ripa lacus Cumani, & Merolæ, & Abbatiam Monasterii veteris: Xenodochia, Monasteria, Ecclesias baptismales, curtes, loca, agros, broilum, cum arena, mœnia civitatis, villam Barzanorum, domos, ædificia casarum Papiæ, cum curtibus, broilis, & hortis: plebem Lugani, cum omnibus rebus, & possessionibus suis: *a* actum Valornis Id. Novemb. anno 1055. Imp. 9.

a Diploma refertur à Tatto in Anal.

46 RAYNALDUS (3) de Peris, nobilis Cumensis (ut idem Ballarinus scribit) ex Cathedralis Archidiacono adlectus fuit patriæ Episcopus à Clero, Capituloque, Abbatibusque Ss. Abundii, & Carpophori, quibus ex antiquo jure Cæsar liberam fecit XLVI

(1) Hac nota putat Tattus designari annos ordinationis Litigerii, & inde [illegible] posse annum obitus Alberici prædecessoris. Si enim, ait ille, anno Christi 1043. erat annus XVI. ordinationis Litigerii, oportet hunc consecrationem fuisse anno 1027. ideoque eo anno è vivis Albericum excessisse. Recte quidem, si hic Litigerii tempora signarentur. Verum quis non videat hic numerari annos Henrici, ex quo à patre Conrado Rex declaratus fuit, & consecratus die Paschatis solemni anni 1028.

(2) Locus, quo Bennonis cadaver tumulatum est, certius indicatur in Mf. quodam Archivii Cathedralis Comensis, in quo, ut refert Tattus, hæc leguntur: *Obiit Bennus Cumanus Episcopus, qui dedit nobis Curtem de Brено, & de Melegri: & jacet in Claustro* (scilicet Canonicæ) *sub scalis. in cujus anniversario debet fieri eleemosyna de pane, & vino, & fabis honorifice.*

(3) Hic ille Reginaldus, cujus sub litera initiali R. *Cumani Episcopi* mentio habetur in vita S. Gregorii VII. apud Mabillonium in Actis Ss. Ord. Bened. tom. 6. licet ipse in annotationibus p. 164. falso putet ibi intelligi de aliquo Rogerio, seu Rolando, vel etiam Roberto Cumano Episcopo. Idem perperam fecerunt Bollandiani in Actis Ss. Maii t. 6. p. 150.

A ſecit poteſtatem eligendi an. 1061. Romani Pontificis accedente conſenſu, qui tunc erat Nicolaus II. Concreditæ ſibi Eccleſiæ redditus ampliavit, divinumque cultum mirabiliter promovit; conſtituit eccleſias, monaſteriaque, quibus virginitatis ſtudioſæ puellæ ſe abderent. Litteratura valebat, monumentumque reliquit de ſchiſmate: quod diverſis temporibus Dei Eccleſiam diu vexaverat. Illius meminit S. Petrus Damianus in ſuis epiſtolis. Ab Henrico IV. Imperatore Bremetenſem Abbatiam pro ſua Eccleſia recepit a; profero verba, quæ in tabulis deſignantur. *Henricus IV. Auguſtus interventu Agnetis Imperatricis, ejuſque genitricis Reginaldo Præſuli Cumano conceſſit Abbatiam Bremetenſem, cum omnibus monaſteriis, ſervis, ancillis, cellis ſibi pertinentibus, montibus, planis, villis, maſſariis, maſſaritiis, paſcuis, vicinalibus, diſtrictis, mercatis, molendinis, piſcariis, lacis, fluminibus, campis, ſylvis, eccleſiis baptiſmalibus, Clericis, Capellis ſub anno Domini* 1095. Vita functus eſt ann. 1092. Sepultuſque eſt in Eccleſia Archipreſbyterali S. Petri de Nexa prope Lacum Larium.

a Dum Henrici diplomata, quibus Raynaldum ditavit, lege apud Tattum Annal. Com. dec. 2. p. 158.

B „ *Raynaldo commiſit Alexander II. cauſam Guillandi presbyteri, qui erat inſimulatus Bennoni Epiſcopo necem intuliſſe, ut apud Gratianum in Decr. p. 2. cauſa 2. q. 5. can. 21. Anno* 1063. *interfuit Raynaldus Concilio Romano, in quo pro Petro Epiſcopo Florentino contra Monachos Vallumbroſanos cum D. Petro Damiano ſtrenuè dimicavit. Ad ſuam Eccleſiam reverſus eodem anno* 1067. *Presbyteros Collegiatæ Eccleſiæ S. Felicis ad communem vivendi formam redegit, & Ardericum Abbatem S. Abundii aratoria quadam terra donavit. Inſtrumenta vide apud Tattum in Annal. Comen. decad. 2. p. 856. Anno* 1072. *Agnetem Imperatricem, Montis Caſini Baſilicam dum inviſeret, comitatus eſt. Ad eum ſcripſit Gregorius VII. ſub dat. Capuæ Kal. Septemb.* 1073. *unde diſcimus ſummum ſcelus ab impio ſacerdote in Raynaldum perpetratum, ut ab eo etiam vulneribus confoſſus fuerit. Alia ad ipſum ejuſdem Pontificis data legitur Epiſtola II. Kal. Julii Indict. 2. ex lib. 6. Reg. Epiſt. 39. qua ei committit agnitionem cauſæ Arnulphi electi Epiſcopi Pergamenſis Eccleſiæ. Ex his multa paſſum ab iniquis, & Romano Pontifici maxime charum fuiſſe cognoſcimus. Pro S. ſede*

C „ *Catholica in Germaniam legatione functus eſt, ut illi Henricum Imperatorem conciliaret: à quo, dum in Italia degeret, bis in vinculis detentus eſt. Obiit denique acerrimus Romanæ Cathedræ propugnator, non anno* 1092. *ut perperam Ughellus, ſed* 1084. *ut clariſſime teſtatur Bertholdus Conſtantienſis ejus contemporaneus, qui in Append. ad Hermannum Contractum hæc de Raynaldi obitu enunciat.* Anno 1084. Reginaldus Cumanus Epiſcopus ſcientia, & religione clariſſimus, & ob hoc Gregorii Papæ adjutor ſtudioſiſſimus migravit ad Dominum ſexto Cal. Februarii.)

47 PETRUS hujus nominis IV. cui anno 1092. Henricus Rex, interventu Bertæ Reginæ, conceſſit certam partem caſtri de Berinzona, cum mercatis, theloneis, ſervis, ancillis, & publicis redditibus cluſam, pontem, & comitaculum de Cla-

D venna, cum omni redditu, piſcaria, cum ripa, lacu Cumani, & Merolæ, Comitatum Leuci, monaſterium vetus, immunitatem, præſtituram hominibus Eccleſiæ Cumanæ, necnon privilegia prædeceſſorum Imperatorum, & Regum: actum in caſtro Montigino 8. Kal. Aprilis anno 1092. Ind. 15. ſic proloquitur diploma. (1)

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis.

Henricus b *divina favente clementia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, quia interventu Bertæ Reginæ noſtræ dilectæ conjugis pro divino reſpectu, & pro ſalute noſtra, & propagatione Regni, & pro*

b Ardoinus.

A *remedio animæ noſtræ dedimus in integrum, & in perpetuum S. Abundio omnem illam partem de caſtro Berinzona, quæ ad noſtram publicam pertinuit tam intus, quam foris, cum omnibus appendiciis ſuis, cum mercatis, teloneis, ſervis, & ancillis, & aldiabus cum omnibus publicis redditibus, & functionibus, cum ipſa quoque porta, quæ publico uſui hactenus deſervivit, ut libere, ſecure, & quiete, pacifice cum omni poteſtate & Petrus Cumanus Epiſcopus pro integritate ſuæ fidei, & puritate ſervitii, & omnes ſui ſucceſſores habeant, teneant, & quicquid eorum voluntas decreverit ad cultum divinum faciant. Quia prædictum caſtrum Berinzona, cum omnibus, quæ ad illud aut intus, aut foris pertinuerunt, à noſtro jure, & dominio, & ab omni publica repetitione in jus, & dominium S. Abundii omnino transfundimus, dedimus, donavimus, & abſque publico reſpectu, & ſine omni ulla inquietatione publica omnia ſupradicta pertinentia cum ſervis, & ancillis ita teneant, judicent, & ordi-*

B *nent, ſicut cætera loca, quæ ante centum annos Eccleſia S. Abundii acquiſivit, & tenuit. Decens enim Regno noſtro eſt incrementum de iis, quæ Deus dedit, Deo dare, & honorem retribuere, qui gratie honorat, & à quo omnis honor procedit. Quod ergo Deo damus, de ſuo eſt, & quod ejus ſanctis conferimus, Dei dono, & ſanctorum precibus recepimus. Honoremus ergo ſanctos, ditemus loca ſanctorum, ut ipſos apud Deum adjutores habeamus, & interceſſores; per hoc enim prædeceſſores noſtri Deo multum placuerunt. Per hoc enim & nos ſperamus, & vitæ ſalutem, & Regni augmentum, & pacis, proſperitatiſque honorem. Jubemus igitur, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullus Latinus, nullus Theutonicus, nulla Regni noſtri magna, vel parva perſona, deinceps de prædicto caſtro Berinzona, aut de aliqua ejus pertinentia, aut intus, aut foris ullo tempore per aliquod Regnum ſe intromittere audeat, nec unquam Eccleſiam S. Abundii inde diſveſtire præſumat, aut Petrum no-*

C *ſtrum fideliſſimum Epiſcopum Cumanum, aut ullum ejus ſucceſſorem inde inquietare, moleſtare, aut per ullum placitum fatigare contendat, & præſumat. Si quis autem fecerit mille libras coctiſſimi auri componat, medietatem nobis, & S. Abundio alteram: & hoc preceptum omnibus temporibus in ſua maneat firmitate. Quod ut verius credatur, diligentius conſervetur, hoc præceptum ſcribi juſſimus, manu noſtra firmavimus, & noſtro ſigillo inſigniri præcepimus.*

Signum Dom. Henrici c *ſerenissimi, & invictiſſimi Regis.*

S T F S G R

c Ardoini.

D *Cumbertus Cancellarius vice Petri Cumani Epiſcopi Archicancellarii recognovit. Dat. VIII. Kal. Aprilis anno Dominicæ Incarnationis nonageſimo milleſimo ſecundo* d, *Indictione XV. anno vero D. Henrici* e *Regis regnantis primo. Actum caſtro Montigio feliciter. Amen.*

d 1002.

e Ardoini.

XLVII

48 GUIDO (idem auctor, hunc de Grimaldis è Cavalaſca fuiſſe habet, an gratis, alii judicent) Archipresbyter Cathedralis à Capitulo, tribuſque Abbatibus Petro ſuffectus eſt anno 1092. f ſed Henricus V. Imperator, ſimoniacus, atque Eccleſiarum invaſor, religionis fulmine ictus, contra hunc verum, legitimumque Paſtorem, Landulphum Carcanum Mediolanenſem intruſit g: quem ſedem ſacrilege ſibi delatam tyrannice invadere conatum,

f An. 1096.

g Sed & antea intruſerat Hartaldum quemdam, de quo Jovius hiſt. patr. l. 4.

(1) Hoc diploma non Henrici eſt, ſed Ardoini: atque ab hoc expeditum legitur in exemplari, quod in hujus Cathedralis Archivo aſſervatur. Et licet tranſcribentis errore aſſeratur datum anno Chriſti 1092. facile tamen arguitur Amanuenſis mendum, tum quia annus Chriſti 1092. non erat primus regni Henrici, qui jam pridem Rex vivente adhuc patre ſalutatus fuerat; tum quia cum Henricus octo ab hinc annis Imperii coronam ſuſcepiſſet, non Regem ſe in privilegio, ſed Imperatorem appellaſſet. Alio igitur tempore conceſſum fuit hoc diploma, anno nempe 1002. primo Ardoini regis, à quo, ut praefert exemplar, collatum eſt: & Petrus ille, cui tribuitur, non eſt alter ab illo Petro, qui anno 1002. in hac ſede adhuc degebat, de quo ſupra diximus n. XLI.

cum duobus nepotibus, ab Urbano II. prius excommunicatum, in S. Georgii Castello miserabiliter obtruncaruot: ad quod facinus ita exarsere Mediolanenses, ut Comum immeritam civitatem ferro, flammaque prope delerint. Non defuit sibi, suisque Guido, ut Cæsaream tyraunidem jugularet, Comensesque Cives in ea iniquiori belli fortuna tutaretur. Comense bellum inceptum est ann. 1118. nnn autem 1120. ut scriptum reliquit Sigooius. Porro de illo sic loquitur Landulphus de S. Paulo in historia rerum Mediolaneosium, qui tunc vivebat cap. 34. hoc eodem anno.

[*Ubi Imperator* (Heoricus V. hic erat) *Roma exivit, & se à prædicto Gregorio Papa, sive Burdino promulgavit: mox manus Guidonis Comensis Episcopi, ejusque militum violenter apprehendit Landulphum Carcanensem Mediolanensis Ecclesiæ Clericum ordinarium, & Ministrum, & in ipsa apprehensione interfecit Othonem ejusdem Landulphi nepotem, & urbis Mediolanensis egregium Capitaneum. Hinc Jordaaus Pontifex, ibique conaumerando, & lamentando, quam plura mala, quæ Cumani fecerant in rebus etiam Mediolaaensis Archiepiscopatus, ipsam turbam concionis ad faciendam vindictam inflammavit. Eodem quoque tempore Pontifex Jordanus obseratis januis ecclesiarum suo populo negavit introitum, nisi materiali gladio vindicarent malitiam Cumanorum: demum ad sonitum vocis, & jussa hujus Pontificis, Mediolaaensis Populus cœpit facere guerram Cumanis, atque in primo exercitus, quo Mediolanenses castrametati sunt in Caneto, civitatem ipsam Cumanam occupaverunt, ipsumque Landulphum, qui investituram Cumani Episcopatus à Rege, & ordinationem à Patriarcha Aquilejensi suo Metropolitano susceperat de captione liberaverunt.*] Decessit Guido 1120. *a* sepultusque est in Ecclesia S. Mariæ. Hic ab Ecclesia S. Prothasii in templum Antonianum transtulit corpus S. Provini, qui deinde illi Ecclesiæ S. Provini nomen fecit: eodem anno, hoc est 1096. ab Ecclesia S. Carpophori Comum intulit corpora SS. Martyrum Prothi, Hyacinthi, & Eugeniæ Virginis, & Martyris: ab Ecclesia vero S. Margaritæ, corpora SS. Virginum Liberatæ, & Faustinæ sororum, quas omnes reliquias honorifice condidit in nova Cathedrali S. Mariæ, ubi leguntur hæc carmina.

Rex tulit à Roma Luitprandus Corpora sancta,
Longeque Cumana non multum condidit Urbe.
Post modicum Guido deduxit Episcopus ista
Corpora, Cumani, Templique locavit in imo.
Tertia per Clerum constat translatio facta
Ad partem insignam dum Corpora sancta reduxit.

a An. 1125. die 13. Augusti, ut colligitur ex antiquissimo quodam MS. quod in tabulario Comen. Cathedralis servatur. Tattus.

XL VIII. 49 ARDIZZONEM hujus nominis I. (1) post excessum Guidonis, supramemorati electores evexerunt ad sedem anno 1120. *b* Cujus electionem ratam esse jussit Callixtus II. Hic Comense excidium à Mediolanensibus illatum immaniter suis oculis hausit anoo 1127. die 28. mensis Julii. Hanc ille Ecclesiam strenue administravit *c* usque ad tempora Friderici I. Imperatoris, à quo plura retulit privilegia. Hujus rei subiicimus litteras.

b Non ante an. 1125.

c Vivebat an. 1160. quo teste interfuit diplomati Friderici supra in Bellunen. col. 352. relato.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex Augustus. Sicut divinæ bonitatis providentia cæteris mortalibus regali dignitate, & excellentia supereminemus: sic etiam ecclesiis Deo dicatis jura sua illibata conservare debemus. Ea propter omnium tam futurorum, quam presentium noverit industria, qualiter nos ob Regni nostri firmam stabilitatem, & animæ nostræ, nostrorumq; parentum perpetuam salutem, interventu quoque, & petitione dilecti nostri Ardizzonis venerabilis Cumanæ Ecclesiæ Episcopi districtum, & fodrum quarundam villarum, quæ aliquando sub-

A *traxerunt se à dominio Cumanæ Ecclesiæ, regia auctoritate restituimus, scilicet Oglates, & Canova, Albiolum, & Caniaum, & Finius, & Bregnano, & Caverzasis. Decernimus ergo, & regia virtute præcipimus, ut nullus successorum nostrorum Regum, seu Imperatorum, nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut alia quælibet persona magna, sive parva hujus nostræ restitutionis edictum infringat: sed jam dicta Ecclesia prædictarum villarum districtum, & fodrum omni deinceps tempore lege in perpetuum valitura possideat. Ut autem hæc ab omnibus credantur, & inconcussa serventur, hanc inde chartam scribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, manuque propria, ut infra apparet, corroboravimus, salvo per omnia jure Regiæ Majestatis.*

Signum D. Friderici Romaai † Regis.

Ego Arnoldus Cancellarius vice . . . . . . Archicancellarii recognovi.

Anno Dom. Incarn. MCLII. Indict. XV. regnante Friderico Romanorum Rege, anno vero Regni ejus
B *I. Actum Ulmæ feliciter. Amen.*

Sequenti anno 8. Kal. Maii apud Bambergum Fridericus idem Imp. Ardizzooi concesserat honorem, districtum, & Fodrum Burgorum Grabatonæ, & Domasii, cum aliis omnibus ad regalia pertinentibus, ut habet sequens diploma.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente gratia Romanorum Rex semper Augustus. Imperii nostri nos hortatur auctoritas, omnium Regni fidelium controversias ad præsentiam nostram prolatas diligenti examine dirimere, & ne imposterum exinde oriatur contentio, congrua sententia terminare. Quapropter universis Regni nostri fidelibus tam futuris, quam præsentibus, volumus esse cognitum, qualiter controversia inter venerabilem Ardicionem S. Cumanæ Ecclesiæ Episcopum, & homines de Clavenna super comitatum, & districtum ejusdem Clavennæ diu agitata in palatio Bambergensi per sententiam Principum nostra auctoritate confirmata, decisa, & terminata sit. Veniens ad nostram presentiam predictus Episcopus in
C *Curiam, quam apud Ulmam primo Regni nostri anno celebravimus, comitatum Clavennæ, cum suo districtu, ab Imperatore Carolo, omnibusque suis successoribus, tam Regibus, quam Imperatoribus per privilegia Ecclesiæ Cumanæ concessum, & aliquanto tempore Ecclesia Cumana in multa tribulatione existente violentius, & irrationabiliter sibi denegatum, sibi, & Ecclesiæ prædictæ per nos restitui postulavit; Claveanates vero in eadem Curia existentes, ipsum Comitatum in nostra præsentia sui juris esse asseverabant. Nos itaque unicuique sua jura conservare volentes, utrique parti privilegia de suo jure tantum in ipsa causa concessimus, donec majori inquisitione in præsentia Principum eadem controversia, justitia dictante, per congruam sententiam terminaretur. Postmodum vero supradicto Episcopo cum sua Ecclesia enclamante, utramque partem in nostra præsentia Constantiæ per scriptum vocavimus, & eorum tam in nostra audientia coram Principibus jussimus*
D *ventilari. Ibi Episcopus de comitatu Claveanæ privilegia Caroli Imperatoris, omniumque successorum suorum Regum, & Imperatorum usque ad nostra tempora Ecclesiæ Cumanæ collata legenda repræsentavit; & insuper testes idoneos, qui suum prædecessorem sæpe dictum comitatum pleaarie, & pacifice possidere viderunt, produxit. Guibertus vero Crassus, & Gubertus Porrus Burgenses Clavennates super eadem causa ab omnibus Clavennatibus missi, & ordinati occasione privilegiorum suorum, quæ apud Clavennam se habere dicebant, inducias petierunt, quas & obtinuerunt, asserentes se antiquiora privilegia, & veraciora apportaturos: statutoque termino in proximo tunc Pascha futuro utraque parte conspectui nostro repræsentata, & rursus causa diligenter au-*

(1) Ardizzonem hunc è Castellorum gente falsò ex compluribus hujus temporis monumentis deduci affirmat Tattus: & revera inter cæteros, qui in Friderici diplomate hic secundo loco ab Ughello relato testes nominantur, recensetur *Martinus de Castello nepos Episcopi*. Inter Cardinales ab Eugenio III. creatos an. 1150. reficit Arditium nostrum Ciacuolanum opus to. 1. col. 1050. An. 1152 subscripsit se testem concordiæ inter eundem Eugenium, & Fridericum novum Romanorum regem factum an. 1152. ex Baronio in Annal. Obiit anno 1158. mense Martio, cum prius ad nutum Hadriani Pontificis pro sedandis Mediolanenses inter, & Laudenses discordiis legatus cum Othone Brixiensi Mediolanum profectus fuisset. Vide Tattum in Annal. decad. 2.

audita privilegia Caroli Imperatoris, Ludovici, Lotharii I. & alterius Ludovici, & Caroli minoris, & Berengarii, & trium Othonum, & Conradi Imperatoris, & Henrici I. II. & III. & Lotharii II. & divae memoriae patrui, & praedecessoris nostri Conradi Regis ea parte Cumanae Ecclesiae coram Principibus sunt visa, & recitata, ea quorum tenore manifeste cognovimus praedictum comitatum ad jus, & proprietatem Cumanae Ecclesiae pertinere; Clavennates vero in suis privilegiis omnino defecerunt. Quaerentes igitur subterfugium comitatum illum ad ducatum Sueviae pertinere dicebant: propter quod etiam nullius nisi ducis judicio se sistere debere asserebant. Verum quia neque de manu Patris nostri Friderici Ducis Suevorum, neque de manu nostra, dum adhuc ejusdem ducatus dignitate fungeremur, aliquam investituram eos, seu privilegium suscepisse cognovimus, sed potius postquam Regni solium divina dispositione conscendimus, privilegium de ipso comitatu à manu nostra de respectu Regni, sicut supra notavimus, susceperunt, partem Clavennatum penitus ab ipsa allegatione repulimus. His igitur, & aliis auditis allegationibus, & causa diligenter inspecta, & consensu, & consilio Principum, & nostra auctoritate à venerab. Conrado Augusten. Episcope super iis omnibus, talis est sententia promulgata: comitatum Clavennae cum honore, & districtu suo Episcopo, & Cumanae Ecclesiae adjudicavit, & Episcopum cum sua Ecclesia in possessione ipsius comitatus restitui jussit. Quam sententiam nos regia auctoritate laudavimus, & confirmavimus, & omnia privilegia Clavennatum cassavimus, atque ia iritum diximus: privilegia vero omnia Cumanae Ecclesiae praesenti pagina confirmavimus, quam etiam sigilli nostri impressione jussimus insigniri; statuentes, ut nullus Regum, aut Imperatorum, aut alia qaelibet parva, magnaque persona praedictam sententiam infringere, aut huic nostro scripto contrariare praesumat, sed valeat in perpetuum ecclesiae, cui collata est, usibus omnimodis profutura. Clavennatibus quoque omnibus regia auctoritate praecipimus, ut eandem sententiam firmam, & inconvulsam in perpetuum teneant, & observent, & Episcopo debitum, & adjudicatum honorem comitatus, & districti persolvant. Testes autem, in quorum praesentia haec acta sunt, jussimus inferius annotari: quorum nomina haec sunt: Bernardus Presbyt. & Gregorius Diaconus S. R. Ecclesiae Cardinales, & Legati, Anselmus Anesbergensis Episcopus, Otho Frisiagensis, Vurimannus Zizensis, Gebardus Vuirburgensis, Conradus Augustensis Episcopi: Adelbertus Marchio Saxoniae, Odacharo Marchio de Stira, Rudulphus Comes de Ramespere, Fridericus comes de Biebelinga, Marchuvardus de Gruambech: de Cumanis aderant hi: Joannes Calignus, Albertus de Ripa, & Martinus de Castello nepos Episcopi; de Clavennatibus erant praesentes praedicti duo Vuilberti, & Manfredus de Ladran; & Zollanus, & Carolus, & Presbyter Marchisius de Balerna.

Signum D. Friderici † Roman. Regis invictiss.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Magantini Archiep. & Archicancellarii recognovi.

Datum apud Bamberg. Anno Dominicae Incarnationis M.CLIII. Indictione I. 8. Kal. Maji regnante Friderico Romanorum Rege glorioso: anno vero Regni ejus II. feliciter.

In nomine S. & Individuae Trinitatis.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex Augustus. Ex commissi nobis auctoritate Imperii Ecclesias per Regnum constitutas diligere nos, & honorare competit, earumque possessiones largitione regia propensius ampliare. Ea propter tam futuris, quam praesentibus Christi fidelibus volumus esse cognitum, quod Ardicioni Cumanae Ecclesiae Episcopo, suisque successoribus in perpetuum donamus, atque concedimus honorem, districtum, & fodrum, cum aliis omnibus ad regalia pertinentibus in locis, burgis, & territoriis Grabatonae, & Domasii, & praesenti privilegio communimus: statuentes, ut praedictus Episcopus, suique successores memoratas possessiones, cum suis districtis in perpetuum nostra auctoritate teneant, & possideant, & nullus Regum, aut Imperatorum, seu alia parva, magnave persona eos de cetero super iis inquietare presumat, sed manuteneat in perpetuum eorum, quibus eas contulimus, usibus omnimodis profutura. Et ut hec omnia in perpetuum firma, & inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri impressione jussimus insigniri: testes autem qui praesentes fuerant sunt ii, Anselmus Habelbargensis Episcopus, Vulemanus Curiensis Episcopus, Conradus Augustensis Episcopus, Albertus Marchio Saxoniae, Fridericus Comes de Bicbelingen, Marqualdus de Grumbach, & alii plurimi.

Signum D. Friderici Romani † Imperat. invict.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Moguntiai Archiepiscopi, & Archicancellarii recognovi.

Data apud Baberkereh 8 Kal. Maii anno Dom. Incarn. MCLIII. Indict. I. Regnante D. Friderico Roman. rege, anno vero regni ejus II. feliciter. Amen.

XLIX

50 HENRICUS, hujus nominis I. e familia Ripa Cremensis *a*, ad hanc eandem sedem vocatus est an. 1154. (1) Ronchaliensi Conventui à I. Friderico celebrato interfuit 1158. Fato functus est anno 1163. exceptusque est in Cathedrali. Robertus Rusca Monachus Cisterciensis in libro, quem de sua nobili gente Rusca composuit, narrat post excessum Henrici, quendam Joannem Ruscam tenuisse Comensem sedem, hoc est 1184. sed cum nullum certum adferat auctorem, reporerimque Anselmum Henrico successisse 1163. ac interfuisse Lateranensi Conc. 1179. sub Alexandro III. annoque 1189. amplissimum ab Henrico Imperatore retulisse privilegium, arbitror dicendum, aut hunc Joannem nunquam fuisse Comensem Episcopum, aut Ruscam scriptorem tempus latuisse, quo Joannes iste in hac Comensi sede jus divinum dicebat. Henrico nostro concessit Fridericus Imperator privilegium absolutionis (*ita in tabulis*) usurarum, & creditorum, in quibus tenebatur Ecclesia Comana, restitutionis, & confirmationis possessionum Ecclesiae, revocationis, & irritationis beneficiorum, ac feudorum omnium, quae infra octo dies ante mortem suam dedit, & praestitit praedecessor Ardicius Episcopus. Dat. Papiae 7. Idus Junii anno 1163 *b*. Imperii VII.

a Comensis.

b 1161.

In nomine S. & individuae Trinitatis.

Fridericus I. Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus. Cum nostri regiminis dignitas ad omnium Imperii nostri Ecclesiarum conservationem nos commoneat, illarum tamen Ecclesiarum curam, & sollicitudinem propensiori studio gerere debemus, quarum constantiori fidelitate, & potioribus obsequiis honor Imperii decoratur, & promovetur. Ea propter cum nos ex diligentiori consideratione certum haberemus Cumanam Ecclesiam temporibus venerabilis Episcopi Ardicionis piae memoriae ita oppressam, & alieno aere aggravatam, quod ullo modo stare posset, nec damna sua recuperare, solita Imperiali clementia, quae ullum magis, quam Principem decet, tantis necessitatibus ejusdem Ecclesiae, communicato consilio universorum Principum nostrorum, tam Lombardorum quam Theutonicorum, & etiam Judicum condescendimus, & condoluimus hac pietate, & gratia, quod nos ipsam Ecclesiam, & possessiones ejus pignoribus graviter obligatas ab omni usura, hac nostra Imperiali auctoritate, & constitutione prorsus absolvimus; statuentes, & nostra Imperiali auctoritate firmiter praecipientes, ut omnes illi, qui debita sua exigunt, & repetunt, fructus quoque inde recipiunt, non pro usuris, sed pro sola certa sorte computent, omni penitus usurae exactione re-

(1) Hunc Henricum fautorem fuisse Friderici, & pro pseudo Victore sedisse in Conciliabulo Papiensi contra Alexandrum III. quare ab Apostolica sedis legato ipse, & nonnulli alii Insubriae Episcopi anathemate percussi fuerunt, enarrant Ciacconius, & Auctari in vita Jo. Cardinalis de Comitibus sub Hadriano IV. n. XI. Verùm cum Ardicio adhuc inter vivos degeret an. 1160. ut supra diximus, non Henricum, sed Ardicionem praefato conciliabulo interfuisse existimo: Henricumque ad hanc sedem non pervenisse nisi vel eodem anno 1160. vel 1161.

remota. Quia vero majoris gratiæ remedium erat adhibendum, ita videlicet, quod imperium ab Ecclesia Cumana debitum haberet servitium, & dilectus Princeps noster Henricus, qui prædicto Ardicioni ad regimen Ecclesiæ successit, unde sustentaretur, habere plenius posset, prædictam Ecclesiam ab omnibus debitis creditorum absolvimus, & liberam esse volumus: exceptis illis, quæ vel pro servitio Imperii, vel pro utilitate Ecclesiæ expensa fuisse certa probatione evidenter constiterit. Præterea omnes possessiones, quas prædictus Ardicio Episc. ante obitum suum tenebat, & habebat, sive essent Mediolanensium, vel aliorum fidelium, nostro Episcopo, & ecclesiæ Cumanæ restituimus, & confirmamus. Insuper ut ad plenum Eccl. destitutæ subveniamus, omnia beneficia, & feuda, quæ idem Ardicio Episcopus infra octo dies ante mortem suam dedit, vel præstitit, irritum revocamus, & nullius momenti esse jubemus. Si quis vero huic præcepto nostro temerario ausu contraire præsumpserit, viginti libras auri purissimi componat, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædictæ Ecclesiæ. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur manu propria annotatum sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum D. Feiderici †. Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Monguntini Archiep. & Archicanc. recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXIII. (1) Indict. XI. a regnante D. Friderico Imperatore invictissimo, anno regni ejus X. Imperii vero VII. Dat. Papiæ post destructionem Mediolani 3. Idus Junii.

a X. ut legitur in exemplari.

In b nomine S. & Individuæ Trinitatis.

b Hoc diploma sequenti, ut patet, Anselmo datum est.

Henricus Sextus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Imperialis magnitudo fidelium suorum petitiones justas benigna, uti consuevit audire. Eapropter fidelium nostrorum universitas sciat, quod nos attendentes puram, & sinceram fidem nostri fidelis Anselmi Cumani Episc. statuimus, & sancimus, ut nullum præjudicium Episcopo Cumano, vel ipsi Episcopo possit generari de eo, quod Consules, cum immunitatem, seu liberationem illis de Lugano de jurisdictione, seu districto, aut honoribus sua auctoritate concesserunt; ita ut Ecclesia Cumana, & Episcopus Cumanus illorum jurisdictionem, & districtum, & honorem in burgo, & villa, & curte habeat, quem Episcopi Cumani, & idem Episcopus Cumanus habuit; nec ei propter hoc etiam circa possessionem præjudicium generetur: non obstante in aliquo Consulum Cumanorum concessione, vel data libertate. Quod ut verius credatur, præsentem paginam jussimus conscribi, & auctoritate nostri sigilli communiri. Hujus rei testes sunt Comes Theodoricus de Hostade, Trancedus de Gravina, Robertus de Durno, Arnaldus Stultus, Otto Cendadarius, & alii quamplures.

Signum D. Henrici † Imperatoris invictissimi.

Datum in lacu Cumano 1191. Idus c Junii Indictione decima d.

c Al. IV. Idus.
d IX.
e Hoc diploma infra sub Ardicione II. locandum.

In e nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Henricus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ. Imperialem decet excellentiam fidelium suorum justas petitiones aure benigna suscipere, præcipue tamen eas, quæ ad omnipotentem honorem spectare noscuntur, à quo tribuitur omnis imperandi potestas. Noverint itaque omnes, qui nostræ sunt potestati subjecti, quod ad postulationem fidelis nostri Ardicionis Cumani Episcopi, omnia quæcumque excellentis memoriæ pater noster Feidericus Romanorum Imperator Ecclesiæ Cumanæ dedit, confirmavit, vel per sententiam ipse, aut curia sua, & consentiente adjudicavit: nos quoque dictæ Cumanæ Ecclesiæ damus, confirmamus, & ipsam Ecclesiam jure habere decernimus: statuentes, ut nulla persona, nulla civitas, vel locus occasione alicujus privilegii, vel rescripti postea à patre nostro, vel à nobis impetrati, vel alia occasione contra prædicta venire audeat. Si quis vero contra hoc venire præsumpserit quinquaginta lib. auri pro banno componat, medietatem Cameræ nostræ, medietatem vero Comanæ Ecclesiæ.

Datum Placentiæ per manum Alberti Dei gratia Imperialis aulę Prothonotarii: anno Dominicę Incarn. 1196. sexto die intrante. Septemb. Indictione XIV.

Signum Dom. Henrici Imperatoris invictissimi.

51 ANSELMUS Comensis, patriæ fuit Antistes 1163. Hic, ut supra memoravimus, sub Alexandro III. Lateranensi Concilio interfuit 1179. juraque omnia Comensis civitatis, aliisque pluribus suffultus privilegiis bene servavit. Exemptus è vivis est eodem anno (2) sepultusque in Cathedrali. Quo Præsule Alexander Papa III. Canonicis S. Eupnemiæ de Insula, quę illis olim Litigerius elargitus fuerat anno 1031. suo sequenti diplomate confirmavit.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Canonicis S. Euphemię de Insula Cumana salut. & Apost. bened. Authenticum scriptum inspeximus, per quod nobis innotuit bo. me. L. Cumanum Episc. statuisse, ut saltem duobus temporibus anni, ab Adventu videlicet Domini usque ad Natalem, & per totam Quadragesimam deberetis insimul convenire & instantius debitum Domini famulatum impendere; & ut possitis melius adimplere, quasdam decimas pia vobis consideratione concessit, & tot fratres in Ecclesia vestra statuit congregandos, quot eædem decimæ duabus quadragesimis anni, & si fieri posset, Dominicis, & festivis diebus ad victum percipiendum sufficerent, nec aliquem in Congregationem vestram sine fratrum electione tempore quolibet assumendum. Nos itaque constitutionem ejus in hac parte, sicut à præfato Episcopo circumspecta providentia facta dinoscitur, prohibemus præsumptione quorumlibet violari, & decimas ipsas, sicut eas de concessione prædicti Episcopi canonice possidetis, vobis, & Ecclesiæ vestræ, auctoritate Apostolica confirmamus. Præterea præsenti scripto arctius interdicimus, ne quis unitatem, & fraternitatem vestram pro eo, quod castrum dirutum est, in quo consueveratis moram habere, aut hostilitatis obtentu dividere, seu bona vel Capellas vestras auferre, vel diminuere audeat, sed & omnia, sicut ea de jure tenebatis ante destructionem castri, à vobis ammodo decernimus possidenda. Adiicimus insuper, ut si Ecclesiam vestram ad locum aliquem vestræ plebis transferri, vel in loco, ubi fuerat, reædificari contigerit, nihilominus privilegia antiquæ ecclesiæ,

(1) Anno 1162. datum esse hoc diploma convincunt, tum Indictio decima (Ughellus enim ut Indictio cum anno Christi 1163. concordaret, contra exemplaris fidem XI. pro X. reposuit) tum annus imperii septimus, tum denique quod datum sit Papiæ post destructionem Mediolani, quæ hoc anno incidit. Anno 1163. mense Julii Fridericus in Germania morabatur, & non Papiæ. Tollendum præterea mendum in annis regni Friderici: nam anno 1162. mense Junio currebat annus undecimus ex quo die 9. Martii ann. 1152. rex fuerat coronatus.

(2) Quam oscitanter hæc scripsit Ughellus noster! Ab Henrico VI. Imper. declarationem obtinuit Anselmus an. 1191. de non incurrendo præjudicium aliquod, siquid deliberaverint Consules circa jurisdictionem, quam Episcopus Cumanus habebat in locis de Lugano in Burgo, & villa, & Curte &c. & documentum ipsum Auctor supra retulit, nescio qua incuria, sub proxime antecedenti Cumano Episcopo Henrico, & adhuc anno 1179. è vivis excessisse Anselmum affirmat. Diutius igitur vixit Anselmus in hac sede, & anno 1180. prædium quoddam S. Abundii Monachis liberaliter largitus est, ut testatur donationis instrumentum, quod edidit Tattus in Annal. Comen. Decad. 2. p. 899. Anno vero 1186. interfuit Veronæ, dum Alipprandus ejus urbis Episcopus à Federico investiretur *de toto honore, & districtu, quod imperium habebat in Episcopato, & Comitatu Veronæ*, ut loquitur schedula ab Ughello intra in Veronen. relata. Ex antiquis monumentis Comensis Cathedralis habetur decessisse Anselmum Kalendis Aprilis, quod quidem evenisse non potuit nisi post an. 1193. cujus anni mense Julio retulit ab Henrico supradictum diploma, quod cum habeatur datum Indictione decima, forte pro 1191. reponendum 1192. atque adeo nonnisi post hunc an. 1192. Anselmus obierit. In annum propterea sequentem scilicet 1193. die 1. Aprilis refert Tattus ejus funus, ego potius in an. 1194. siquidem Ardizzo ejus successor die 19. mensis Januarii an. 1195. erat nondum consecratus, ut mox referam.

clesiæ, indultas, possessiones, institutiones, & rationabiles consuetudines habeatis, quas in antiqua ecclesia commeruistis habere, nec ultro constitutum, & consuetum numerum, duodecim videlicet fratrum, aliquis vobis superponatur, nisi possessiones in tantum augeantur, quod fratrum numerus merito debeat adaugeri. Ordinationes quoque plebis vestræ, sicut eas rationabiliter hactenus habuistis vobis duximus nihilominus confirmandas. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum X. a Kal. Maii.

a Al. VII.

LI. 52 ARDIZZO II. Vercellen. ex Præposito Cathedralis (1), patriæ evasit Episc. 1195. cui Henricus Imp. iterata liberalitate, omnia privilegia concessit, quæ aliquando alii Cæsares indulsissent Comensi sedi 1196. 6. Septemb. Dat. Placentiæ b. Decessit 1204.

b Hic refert supra allatum Henrici diploma Ardizoni concessum.

LII. 53 GUILLELMUS de Turre Mendritii Ardizzoni successit 1204. Othonis IV. Imp. aliquando indignationem tulit, de qua scribit Innoc. III. Epist. Taurinen. & Præposito S. Gaudentii. Novarien. Epist. 31. Reg. anno 15. Dat. Laterani 9. Apr. Idem Otho insuper Guillelmo suum dedit privilegium.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho IV. divina favente clementia Romanorum Imperator, & semper Augustus omnibus Imperii fidelibus in perpetuum. Quamquam serenissima, & de fonte pietatis procedens imperialis dignitas majestatis, ac invictissima magnitudinis nostræ potestas vehementius nos provocent, & inducant, ut amputata cunctis libertate nocendi, universos Imperii fideles, tam vehementer, quam potenter, tueamur, ubique ad eos tamen specialius volumus, & tenemur dexteram nostræ defensionis extendere, eorumque propensius intendere tranquillitati, & paci, qui merito devotionis, & sinceritate fidei, dilectionis nostræ munus, & favoris nostri gratiam uberius promerentur. Eapropter ad omnium imperii nostri fidelium tam præsentium, quam futurorum, qui sunt præsentem pag. inspecturi, volumus notitiam pervenire: quod nos dilecti fidelis nostri Guillielmi Cumani Episc. & devotionis fervorem, & fidei constantiam attendentes ipsius personam, & Eccles. Cumanam, quam dilectionis nostræ brachiis arctius amplexamur, & omnia ipsius bona tam mobilia, quam immobilia, omnes res, & possessiones, quæ & quas nunc possidet, & inposterum quolibet justo modo acquisierit, sub nostra omnimoda, & speciali protectione recipimus, universis, & singulis imperii nostri fidelibus sub obtentu gratiæ nostræ dantes districtius in mandatis, & imperiali decreto firmiter statuentes, quatenus nullus Marchio, Comes, Castellanus, nulla persona magna, vel parva, nulla Universitas, nulla Communitas, seu Commune contra memorati fidelis dilecti nostri Guillielmi Cumani Episcopi, suorumque successorum personam, seu contra Ecclesiam Cumanam guerram, insultum, seu impetum movere, vel facere, ipsamque, seu res ipsius, tam mobiles, quam immobiles, quas nunc habet, vel imposterum est legitime habitura, infestare, molestare, gravare, diminuere, detinere, deteriorare, neque juri ipsius in aliquo derogare præsumat, neque ullum præbere auxilium, consilium, vel favorem aliquibus, qui ausu temerario eam inquietare præsumpserint, & aliquam eidem violentiam, vel injuriam irrogare. Statuimus etiam, & eidem Ecclesiæ Cumanæ imperiali clementia indulgemus, ut nulla præscriptio inchoata, vel inchoanda currat contra eandem Eccl. nisi centenaria. Quod si aliqua persona magna, vel parva, secularis, vel ecclesiast. Universitas, Communitas, seu Commune hoc præcepti nostri decretum, hanc protectionis nostræ paginam infringere attentaverit, & ei præsumptione temeraria contraire, indignationem nostram se noverit incursurum, & in ultionem transgressionis, & temeritatis suę pœna 100. marchar. argenti examinati mulctetur: quarum medietatem Cam. nostræ, reliquam memoratę Eccl. decernimus persolvendam. Ut autem verius & diligentius observetur ab omnibus, manus propriæ subscriptionis signo roboratum, annuli nostri impressione subtus jussimus insigniri.

Signum D. Othonis † Imperatoris serenissimi Augusti.

Vilbertus Cancellarius ad vicem Archicancellarii recognovit.

Data anno Dominicæ Incarnationis 1209. Indict. 12. (2) mense Martii, anno vero D. Othonis invictissimi Imperatoris primo. Actum Augustæ feliciter. Amen.

Per viginti duos annos strenue, ac cum laude prudentiæ Comensem administravit Ecclesiam, excedensque ann 1226. 21. Octobris apud S. Mariam de Torello sepulchrum accepit Luganæ vallis, quam ipse construendam curaverat, eamque splendido censu, & præpositura Fratrum Humiliatorum c exornaverat. Eo Præsule, Honorius III. Canonicorum numerum in Cathedrali Cumana, olim ab Anselmo Episcopo anno 1187. statutum confirmavit sequenti diplomate, quod in Reg. Vatic. asservatur f. 214. an. 2.

c Canonicorum Regularium. Vide Constitutiones, quas illis dedit Guillelmus, apud Tattum in Annal. Decade 2. p. 901.

Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri nostro Episcopo, & Canonicis Cumanis, salutem, &c. Cum per fratres, & Coepiscopos nostros ad profectum ecclesiarum, & pacem aliqua statuuntur, quæ ab institutis sacrorum Canonum non discrepant, juxta postulantium voluntatem consentaneam rationi convenit, eadem Apostol. sedis munimine roborari. Sane nobis innotuit, quod bonæ mem. A. Cumanus Episc. volens suæ profectibus Eccles. providere, auctoritate sanctæ record. Gregorii Papæ prædecessoris nostri de voluntate, & assensu sui Capituli statuit, ut in Cumana Eccles. viginti Canonicorum numerus certus existat, & semper maneat illibatus, & idem statutum in scriptum redigens, sui sigilli munimine roboravit, quod cum fel. mem. Cœlestino Papæ prædecess. fuisset oblatum, idem diligenter audiens approbavit. Ex propter vestris justis postulationibus annuentes, ad exemplar præd. Cœlestini statutum ipsum, sicut rationabiliter factum est, & in præfato scripto authentico continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut præbendæ Eccl. vestræ contra statutum Lateranen. Concilii salva sedis Apost. auctoritate de cætero minime permittantur. Ad majorem vero firmitatem, ipsius scripti tenorem de verbo ad verbum præsentibus duximus inserendum. Qui est talis. A. Dei gratia Cumanus Episcopus licet immeritus dilectis in Christo fratribus Canonicis Cumanæ matricis Ecclesiæ, &c. Cum ex injuncto nobis Episcopatus officio cunctis nostro regimini commissis ecclesiis pastorali teneamur vigilantia providere, indignum satis videri posset, & absonum, nisi Episcopalis Ecclesiæ curam, & diligentiam sollicitius haberemus. Illius siquidem utilitatibus tanto propensius nobis convenit intendere, ejusque statui operam dare, quanto specialius eam regendam suscepimus, & velut sponsam propriam instanti cura diligentissime gubernandam. Necessarium igitur duximus futuris casibus cautius occurrere,

(1) Ardizzo iste erat forte Comanus Canonicus, & neutiquam Præpositus, nam Præpositura in hac Ecclesia diu post hæc tempora erecta est, ut testatur Jovius in hist. patria cap. de templ. civit. Ante an. 1195. ad Comanam Cathedram evectus est, sub finem forte anni 1194. Ante diem certe 19. Januarii 1195. solemniter urbem adivit electus Episcopus: nam cum ad hujusmodi ingressum orta esset contentio inter Cathedralis Canonicos, & S. Abundii Abbatem, quinam eorum ad Episcopi dexteram procedere deberet, præfata die in Curia Episcopali litigantes iterum, & utraque parte contentione Ardizzoni electo dirimenda discordia delata est. Vide documentum apud Tattum in Annal. Decad. 2. pag. 819. Obiit Ardizzo die 2. Julii: ut testatur Ms. Codex Ecclesiæ Cath. Comen. & antiqua monumenta Ecclesiæ S. Mariæ de Torello. Ex eodem Tatto.

(2) Hoc diploma, quod in tabulario Episcop. extat, habetur datum indictione XIII. quam in XII. mutavit Ughellus, ut cum anno Christi 1209. quod præfert privilegium, conveniret. Verum non indictionem hic esse emendandam, sed annum Christi nos docet annus primus Othonis IV. Imperatoris, cujus anni mensis Martius incidit in annum Christi 1210. Ind. XIII.

re, ab insurgentibus gravaminibus divina favente clementia sublevare. Consueverunt enim sæpius dictæ matricis Ecclesiæ fratres plurimorum hominum, & maximo suorum civium sustinere molestias, & importunis precibus pro suscipiendis Clericis assidue magis, ac magis inquietari: faciebant nempe talia homines se ipses amanetes, & quæ sua sunt, non quæ Jesu Cristi quærentes, dum Ecclesiæ facultates minime attenderent; & tamen nisi eorum foret precibus satisfactum, clericis debita subtrahebant, & se graviora facturos in detrimentum Ecclesiæ sæpius minabantur. Volentes itaque Episcopalem Ecclesiam ab his, & aliis oppressionibus per Dei gratiam liberare, cognescentes etiam quid personis decenter possit sufficere, freti auctoritate Domini Papæ bonæ memoriæ, qui apud Parmam tam nobis, quam aliis Lombardiæ Episcopis hoc privilegium concessit, cum in aliis Episcopalibus ecclesiis id factum noverimus, de voluntate, & assensu fratrum nostrarum, certum in ea posuimus numerum Clericorum. Ideoque facultatibus memoratæ Basilicæ, proventibus, & expensis diligenter inspectis, ad honorem Dei, & Salvatoris nostri, & Genitricis ejus, in cujus nomine ipsa, de qua agitur, est Ecclesia dedicata: jam dicti Summi Pontificis auctoritate, ac nostra, & fratrum nostrorum statuimus, & inviolabiliter confirmamus, ut in Cumana Matrice Ecclesia nunc, & futuris temporibus viginti Canonicorum numerus certus existat, & semper illibatus permaneat, ut sic precum cesset importunitas mundanarum, & ipsi digne Deo, & gloriosæ Virgini valeant deservire, & competens de ipsius ecclesiæ proventibus in victu, & vestitu possint habere subsidium. Ut autem statutum nostrum perpetuam habeat firmitatem sigillum nostrum impressimus, & subscripsimus.

Ego A. Cumanus Episcopus, &c. Nulli ergo, &c. nostræ confirmationis, &c. infringere, vel ei, &c. contraire: si quis autem, &c. noverit se incursurum.

Datum Laterani septimo Kalend. Februarii ann. 2.

LIII. 54 UBERTUM Sala è monte Ferrato, Archipresbyterum Vercellensem, & Capellanum Apostolicum, Gregorius IX. Pontifex evexit ad sedem *a*; cum jure eligendi Canonicos, tres Abbates, cæterumque clerum, ac sacerdotes, qui per vim inter electores ferendo suffragio consederunt, vitioque diversos creaverant, Pontifex per eam vicem exuisset, ut habetur in epistola ejusdem Gregorii Capitulo Cumano data 12. Kalen. Aprilis anno I. in Regest. Vatic. E. 29. f. 74. qui ad ecclesiam sibi concreditam profectus paterne gregi consuluit. Ecclesiam S. Joannis in Pedemonte ex ordine S. Dominici consecravit, quæ, ut erigeretur, idem sanctus omnem operam impendit anno 1223. ac post septem annos Franciscanorum Templum consecravit, temporibus S. Francisci incœptum, atque S. Antonii Patavini opera, hortatuq; absolutum. Federicus II. Imperator ann. 1231. 13. Oct. huic Episcopo dilargitus est fodinas Comensis territorii, cui donationi plura alia adjecit privilegia. Porro fodinarum donationis diploma ita se habet.

a An. 1229.

In nomine Dei æterni.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem, & Siciliæ Rex. Per præsens scriptum notum fieri volumus universis Imperii fidelibus tam præsentibus, quam futuris, quod venerabilis Cumanus Episc. Ubertus fidelis noster, nostræ celsitudini attentius supplicavit, ut venas metallorum, quæ inveniuntur in territorio, & districtu Cumani episcopatus, sibi & eidem Ecclesiæ de innata gratia concedere dignaremur. Nos autem attendentes fidem, & devotionem Episcopi memorati, quam ad nos, & Imperium nostrum gerit, & habet: considerantes insuper qualiter eadem Ecclesia prædecessoribus nostris divæ mem. Augustis, & Imperio devota fuerit ex antiquo, volentes eam dignis beneficiis ampliare de speciali gratia concedimus, & donamus dicto Episcopo, & eidem Ecclesiæ suæ venas metallorum, quæ inveniuntur in territorio, & districtu episcopatus ejusdem, ut ipsis de liberalitate nostra gaudeat, & utatur præsentis scripti auctorit. mandantes, quatenus nullus sit, qui eum, vel dictam Eccles. suam contra præsentis concessionis nostræ pag. molestare præsumat. Quod qui præsumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad hujus itaque nostræ concessionis memoriam, & stabilem firmitatem præsens scriptum fieri jussimus sigillo nostræ majestatis munitum. Hujus rei testes sunt B. Patriarcha Aquilejen. Madeburgen. & Raven. Archiep. B. Dux Karinthiæ, comes H. de Hortbrmberch, Gotifredus, & Conradus de Hohenloch, & alii quam plures.

Signum D. Friderici † invictissimi Imp.

Datum apud Ravennam, Anno Dominicæ Incarnationis 1231. mense Decembri 5. Indictionis.

Repressit sectam quandam Manichæorum, quæ in sua Diœcesi ex instigatione Diaboli suppullulaverat. Cui restringendæ non parum etiam laboravit S. Petrus ex Ordin. Dominicano invictissimus Martyr. Discessit e vita anno 1252. (1) sepultusq; est in supradicta eccl. S. Joannis, in sacello, cui postea S. Petri Martyris fecere cognomen. Reliquit Ubertus pro anima sua quatnor solidos monasterio Locedii Ord. Cisterciensis, ut officium celebraretur post ejus obitum, ita in veteri libro mortuorum ejusdem Abbatiæ scriptum fuit. *Anno 1228. 19. Apr. D. Guillelmus Prior Lucedii de consilio, & voluntate omnium Fratrum suorum promisit D. Uberto de Sala Episcopo Cumano plenum officium fieri, sicut pro uno Monacho audito obitu ejus, & solvit quatuor solidos.*

55 LEO hujus nominis II. ex Advocata gente Comensis, & Archidiacono Cathedralis, ab electoribus, quibus, ut sopra docuimus, id incumbebat officii, patriæ Episcopus renonciatus est anno 1252 *b* cujus electioni Pontifex Rom. pondus adjecit. Brevissimus Pontifex fuit Leo, cum graviter senescens, coactus fuerit missionem impetrare; mortuusque deinde est 1253. LIV.

b An. 1259. biennio hic Ecclesiam rexit, eamque dimisit an. 1261. Tatius.



56 RAYMUNDUS Turrianus, Martini *c* filius, Archipresbyter Modetiæ, ad hunc Episcopatum vocatus fuit *d*, satagente Patre Martino, qui per ea tempora Comi Prætura fungebatur. Hic cum magis proclivis ad arma esset, quam ad ecclesiastica munera, sensim evasit dux, caputque Guelphorum, rebellantibus interim Gibellinis, armaque parantibus, quos justa acie censuit Raymundus debellandos. Itaque cum movisset contra Conradum Venostam feudatarium suum, Gibellinæque factionis fauctorem præcipuum, Busaloræque Castelli dominum, universæ pugnæ jacta alea male pugnavit, abductusque est in servitutem ejusdem Castelli loco Carceris finibus conclusus; sæpe postulatum, cum exolvere vinculis Conradus renuisset, Comenses, Mediolanensesque Guelphi consociatis armis, per vim asseruerunt Episcopum in libertatem, arce, castelloque funditus excisis. Cæterum Raymundus plura LV.

c Pagani II. filius ut bene dicitur in Aquilejen. d An. 1262.

(1) Vivebat adhuc an. 1256 quo ex commissione Ferrariensis Episcopi Abbates Ss. Abundii, & Carpophori ab excommunicationis vinculis absolvit die 29. Aprilis, ut testantur antiqua monumenta Tabularii S. Abundii apud Tattum: qui optime arguit Ubertum nonnisi an. 1259. è vivis abiisse.

plura fiduciario jure sibi subjectis attribuit, ut eosdem paratos haberet, ubi adversæ factionis bellum contigisset ardere. Hunc eundem transtulerunt postea ad Patriarchatum Aquilejensem anno 1273. de quo ibi.

LVI. 57 JOANNES hujus nominis IV. Advocatus, ex Canonico Cathedralis successor factus est Turriani anno 1277. a Hic Gibellinarum partium fuit; quamobrem ab Ecclesia sibi credita plerumque exulavit, suæque sedi opera Othonis magni Archiepiscopi Mediolanensis aliquando tandem restitutus, aliquandiu pro Episcopo se gessit: decessitque die 14. mensis Februarii, anno 1296. (1) sepultusque est in Cathedrali in marmoreo sepulchro, ubi adhuc ejus gentilitia stemmata spectantur.

a An. 1276.

LVII. 58 Fr. LEO Lambertengus, ex Ordine Minorum, Comensis, dissidente comitio, contra Advocatum de Advocatis adlectus Episcopus est b, cujus electionem, pensatis juribus, Bonifacius VIII. voluit esse ratam anno 1296. Hic item cum propensius, quam pro Franciscano fratre, Gibellinis studeret, ærumnis plurimis circumventus exul fuit, tandemque ad Ecclesiam suam rediit. De eo sic Jovius. Defuncto Joanne, vacavit Pastore Episcopatus usque ad octavum diem Kal. Maii, quo die Leo de Rambertenghis Comensis, Ordinis Minorum frater, ad Episcopatum ipsum electus est, simul & Advocatus de Advocatis majoris Ecclesiæ Canonicus. Thomas Lunatus Comensis Mathematicus interroganti Advocato: Ipse ne, an Leo Sacerdotio fungerentur? ex Astrorum peritia respondit; Leonem Episcopum futurum, verum in initio calamitates passurum, sed postea in pacifico statu victurum; quod utique contigit, quandoque varia fortuna usus est. Primum intra mœnia civitatis à Conrado Rusca dissentiens, certamen cum eo commisit, in quo Conradus ictu lapidis occisus est: mox à Vitanis ex urbe pulsus, cum Franchino Rusca, & Joanne Lucino. Tum Matthæus Vicecomes Vitanam factionem apud Luganum armis attrivit. Inde reversus, socio Leone, apud Comum in Prato communi cum hostibus conflixit, in quo prælio Vitani superiores fuerunt; cæterum Leo ipse, & Matthæus incolumes aufugerunt. Pacatis autem rebus, cum Henricus VII. Romanorum Rex in Italiam venisset, & restitutis in Regnum Vicecomitibus, Turrianos expulisset, ac tum maxime Vitanorum opes afflictæ forent, Leo in patriam reversus, quieti studens, Episcopatus sui curæ, & rebus divinis animum intendit. Henrico Mediolani agenti superiorum Cæsarum, & Regum privilegia Ecclesiæ Comensi concessa suppliciter obtulit, ea omnia ab eo comprobari expostulans. Cæsar Leonis petitioni liberaliter assensit, adsistentibus viris illustribus Balduino Trevirensi Archiepisc. Imp. Germano, Cassono Turriano Mediolanensi pariter Archiep. Amadeo Gebennensi, nec non Leodiensi, & Basileensi Episcopis: item Amadeo Sabaudiæ, Guidone de Namurco Flandriæ, & Valerano Imperatoris quoq; Germano Lucemburgen. Comitibus. Anno ab Incarnatione 1311. 4. Non. Februarii. Indictione 9. Reg. 3. Hoc diploma cum sit valde celebre, in eoq; cetera Imperatorum privilegia Cumanæ Ecclesiæ concessa recenseantur, hic non inutile fore judicavimus ad verbum exscribere.

b An. 1291.

Henricus VII. Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus.

Universis sacri Romani Imperii fidelibus præsens privilegium inspecturis gratiam suam, & omne bonum. Currentis ævi spatia, & temporum alterna varietas, sic omnia sursum, & deorsum commiscent, sic memoriam humanæ fragilitatis obliterant, quod munimentis interdum novis expedit recensere præterita, & in præsentem notitiam artificiali quadam industria renovare: per seculi quidem longævi curricula, nec ætas testibus, nec actis integritas, nec fides suffragari potest commode documentis. Cumita-que venerabilis Leo Cumanus Episcopus, Princeps noster dilectus sublimitatem nostræ serenitatis adiens, nobis innotuerit, quod admodum Divi Reges, & Augusti Imperatores antecessores nostri prædictam Cumanam Ecclesiam, & ejus Rectores, cum Clero, & rebus ad se juste, & legaliter pertinentibus pro divino intuitu, & ob reverentiam Beatissimi Abundii Episcopi, & Confessoris, quod ibidem honorabiliter humato corpore requiescit, sub plenissima defensione, & immunitatis devotione, tuitione, affectu devoto retinentes, burgos, castra, villas, loca, & alia bona, & jura ejusdem Ecclesiæ Episcopis donarunt, contulerunt, & largiti sunt, videlicet. Carolus Magnus Petro. Henricus Francorum, & Longobardorum Rex Eberardo. Ardoinus Rex Petro. Henricus IV. Imperator Bennono. Ludovicus Tertius Rex Heilberto. Otho Tertius Imperator Adelgisio Episcopis dictæ Ecclesiæ castrum, & plebem Birizonæ, cum comitatu, & districtu, & portu, cum omnibus appendiciis, & pertinentiis suis, & cum mercatis, & teloneis, servis, & ancillis, aldionibus, & cum ipsa quoque porta, quæ publico usui hactenus deservivit, & omnibus, quæ ad illud castrum intus, & foris pertinuerunt, & omnibus pertinentiis, quæ dici, signari, & nominari possunt, quæ ad illud castrum contingere possint.

Conradus II. Rex Alberico dictæ Ecclesiæ Episcopo comitatum Mesaucinum, quem constat situm in Alpibus ultra Birizonam fil. per vallem Mesaucinam, & quem quidam Theutonicus olim tenebat ad publicam partem cum omnibus suis redditibus, usibus, & exhibitionibus in integrum, cum aldiis, & aldianibus, cum omnibus sibi pertin. cum districtis, & functionibus, cum placitis, & conditionibus tam in montibus, quam in planis, ubicumque sunt, & cum omnibus, quæ adhuc dici, nominari possunt ad ipsum comitatum pertinentibus.

Ludovicus III. Rex Heilberto dictæ Cumanæ Ecclesiæ Episcopo; Otho III. Imperator Adelgisio similiter Episcopo plebem Locarni, & Sconæ, cum omni honore, & districtu, & fodris, augariis, & perangariis, advocatiis ecclesiarum, piscationibus aquarum, teloneis, & aliis rebus omnibus, quæ ad honorem, jurisdictionem, & districtum, quæ ad imperium pertinent, vel pertinere possent in Locarno, & Scona, Tavernula, Cordula, & Minusio, & in toto Plebatu, & circumstantibus locis ejusdem. Carolus insuper supradictus Imperator Petro, Hugo, & Lotharius Reges Azzoni. Lotharius I. Imperator, Lotharius II. Rex Vualdoni. Otho III. Imperator Petro. Henricus, & Francorum, & Longobardorum Rex Alberico. Henricus VI. Rex Reginaldo: Ardoinus Rex Petro. Otho III. Imperator Adelgisio. Fridericus I. Imperator Ardicioni ejusdem Ecclesiæ Episcopis, castrum Clavennæ, cum comitatu, honore, & districtu suo, clusas, & pontem, & omnem redditum, utilitatem, & exhibitionem, quæ ad partem Regiam exinde exire solebat. Quem quidem comitatum, cum honore, & districtu suo Ardicioni Cumano Episcopo, & ipsi Ecclesiæ adjudicavit idem Imperator Fridericus, & Episcopum cum sua Ecclesia in possessione ipsius comitatus restitui jussit, speciali super hoc sententia promulgata, omnia privilegia Clavennatum cassando, Cumensis vero Ecclesiæ confirmando.

Henricus quoque IV. Imperator Bennono, Ludovicus III. Heilberto. Lotharius I. Imperator Leoni. Otho III. Imperator Adelgisio. Henricus VI. Imperator, & Fridericus Imperator Ecclesiæ Cumanæ Episcopis mercatum Lugani, cum teloneis, & omnibus appendiciis suis, quin etiam & ipsam ecclesiam, seu plebem Lugani, cum omnibus rebus, & possessionibus suis. Statuens idem Imperator, quod nullum præjudicium Episcopo Cumano, vel ipsi episcopo possit generari de eo, quod Consules Cumani immunitatem, sive liberationem illis de Lugano de jurisdictione, sive districtu, aut honoribus sua aucto-

(1) Obiit Joannes non an. 1296. ut vult Ughellus, sed an. 1293. XV. Februarii, ut habetur ex quodam Codice Ecclesiæ Cath. Comen. in quo hæc leguntur: *MCCLXXXXIII. XV. Februarii obiit D. Joannes de Advocatis Episcopus Cumanus, & jacet in Ecclesia majori, ubi est Capella sua ad honorem S. Joannis Baptistæ.*

ctoritate concesserunt. Ita ut Ecclesia Cumana, & Episcopus Cumanus illam jurisdictionem, & districtum, & honorem in burgo Lugani, & villa, & curte habeant, quem Episcopi Cumani, & idem Episcopus Cumanus habuit, nec ei propter hoc etiam circa possessionem præjudicium generetur. Non obstante in aliquo consulum Cumanorum concessione, vel data libertate: mandando quoque præcipit idem Imperator Burgensibus de Lugano patenti suo privilegio, quod Episcopo Cumano debitam per omnia obedientiam exhiberent, & præstarent.

Ludovicus præterea I. Imperator eidem Ecclesiæ Cumanæ quandam curtem juris Regni sui, quæ vocatur Anauntiam, dicta nunc Inutium juxta Lugani positam inter duas plebes, Agnium sil. & Lugnnum cum universis pertinentiis, & adjacentiis suis, mansionibus, districtibus, ac pontibus, terris, & vineis, & campis, pratis, silvis, cultis, & incultis, montibus, vallibus, planiciebus, rupibus, rupinis, aquis, aquarum decursibus, paludibus, judiciariis, servis, & ancillis utriusque sexus, legalibus quoque placitis à termino de Ceto, sive de Cadiousque ad Tresiæ pontem omnia in integrum, sicut ad eam curtem juste, & legaliter dignoscitur pertinere.

Lotharius quoque I. Imperator Leoni Cumano Episcopo res, quæ sitæ erant valle Tellina in Ducatu Mediolanensi, de quibus altercatio orta fuit inter Petrum ejus prædecessorem Ecclesiæ Cumanæ Episcopum, & Vualdonem S. Dionysii Abbatem, quasque Carolus Imperator decrevit, sicut antea, ita & in futurum Cumana teneret Ecclesia, quæ res sunt ecclesiæ baptismales una in Amazia, alia in Barnis, Zevin, & Postclave, & Monasteriolum sancti Fidelis. Henricus etiam Rex Eberardo sæpe dictæ Ecclesiæ Episcopo omnem medietatem vicecomitatus vallis Tellinæ, quicquid ad illam medietatem pertinebat, aut circa Belasium, aut circa lacum Cumanum, tam in districtu, quam in precario, & crimannis, atque omni pertinentia.

Fridericus insuper I. Rex Aug. Ardicioni Cumano Episcopo honorem, districtum, & fodrum cum omnibus ad regalia pertinentibus in locis, burgis, & territoriis Grabatonæ, & Domasii.

Fridericus quoque idem Aug. eidem Ardicioni Episc. districtum, & fodrum villarum de Oglate, Casanova, Albiolo, Gazino, Fino, Bregnano, & Carverzasio.

Henricus quoque IV. Imperator Bennoni. Ludovicus III. Rex Heilberto. Otho III. Imperator Adelgisio. Conradus II. Rex Alberico. Ardoinus Rex Petro Ecclesiæ prælibatæ Episcopis piscarias Maum, quæ nunc dicitur Mera, & Abduæ, cum cæteris fluminibus infra lacum decurrentibus simul cum ripa Cumarum, & Mezzolæ, cum theloneis, & functionibus, vel quicquid ibi de comitatu Leca fuit aliquando, & etiam Abbatiam S. Mavæ, quæ monasterium vetus vocatur, nunc vero monasterium pennile: insuper xenodochia, seu hospitalia, monasteria, Ecclesias baptismales, curtes, loca, agros, Broilum, cum arena, mœniaque civitatis, fluminumque quoque littora, possessiones, quas cum aliquibus pagis, juste, & legaliter infra ditionem Regni nostri possidet ipsa Cumana ecclesia.

Henricus etiam II. Imperator Alberico Episcopo Cumano quandam curtem, quæ dicitur villa Barzanorum, quæ fuit hæreditas, & proprietas scilicet comitis Sigifredi, Beringarii, & Ugonis perjuriorum & reorum Imperii, cum omnibus redditibus, & exhibitionibus, impensionibus, & functionibus, servis, & ancillis, aldiis, & aldiabus, idest patrono servientibus, tam in montibus, quam in planis, terris cultis, & incultis, vineis, campis, pascuis, silvis, mansis, massaritiis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, casis, rebusque omnibus mobilibus, & immobilibus, & cum omnibus, quæ adhuc dici, vel nominari possunt ad eandem curtem pertinentibus.

Henricus quoque III. Rex Litbigerio Episcopo Cumano confirmavit hoc, quod ipse Episcopus, & antecessores ejus per consuetudinem tulerunt in Episcopatu sancti Abundii à vassallis eorum de Semerate, Honezano, & Vertemate nominative porcos, & multonos, & amphoras vini.

Carolus etiam Imperator Petro Cumano Episcopo theloneum de mercato, & gegis, cum ipso loco, necnon & Lotharius primus Imp. Leoni ejusdem Ecclesiæ Episcopo eundem theloneum, & locum.

Henricus quoque Rex Reginaldo prælibatæ Ecclesiæ Episcopo, quandam Abbatiam Bremetensis monasterii, quam avus ejus Conradus Imp. prædictæ Eccles. concessit, cum omnibus cæteris monasteriis, & cellis sibi pertinentibus, villis, massariis, massaritiis, servis, & ancillis, aldiis, aldiantibus, montibus, planis, pascuis, vicanalibus, districtibus, mercatis, molendinis, piscariis, lacis, fluminibus, aquarumque decursibus, campis, pratis, sylvis, cultibus, & incultibus, ecclesiis baptismalibus, clericis, capellis, & omnibus, quæ adhuc dici, vel nominari possunt sibi pertinentibus tam prope, quam longe, & omnibus redditibus, ut sit semper ad partem sui Episcopatus tamquam loca per multa Regum tempora possessa investiendo, & ordinando pro ut melius sibi visum fuerit sine omni contradictione, & remota publica functione.

Conradus præterea II. Rex Episcopo Alberico Cumano unitas domus, & juncta ædificia casarum Papiæ, cum curtis, & Broilis porticus intra se habentibus & casis, quæ sunt in civitate Papiæ, & hereditario jure quondam pertinere visa sunt cuidam Hieronymo olim Episcopo Vicentino, perjuro, & apostatæ, qui ob nimiam insolentiam suam seniorem ejusdem Conradi Imperator. post manus suas sibi traditas, & sacramenta, & post quam eum in Regem, & Imperatorem elegit, oblitus promissæ fidei Ardoino Regni sui invasori, qui tunc pro Rege computabatur associatus est, suamque imperialem dignitatem diminuere conatus est, cum quo pariter prędas, & incendia in Ecclesias Dei, fidelesque suos palam exercuit: unde secundum legem omnium gentium quicquid habuit ad regale publicum venire debuit, sicut & fecit: nam juste, & legaliter episcopatum perdidit, & eas domos cunctas, quas infra eandem civitatem proprietario jure habebat.

Ludovicus IV. Imper. Luituuardo dictæ Cumanæ Eccles. Episcopo, Abbatiam, quæ Coronatæ nominatur in honorem sancti Martyris Georgii constructam, & prope fluvium Abduam sitam, cum omnibus rebus, & familiis ad eam pertinentibus proprietario nomine tenendi, regendi, & ordinandi veluti cæteras res sæpe dictæ ecclesiæ nominatas, & declaratas.

Ludovicus præterea III. Rex Heilberto. Otho III. Imperator Adelgisio prælibatæ Eccl. Episcopis Comensibus castrum, quod dicitur Sunc.

Adolphus quoque Romanorum Rex ipsi Leoni Episcopo Cumano Principi nostro prædilecto insulam, quę sita est in lacu Cumano, super qua castrum dirutum fuisse dicitur à civibus Cumanis: ita tamen quod non liceat ei, nec alicui successori castrum, seu forticilium erigere, seu reædificare in Cumanæ civitatis præjudicium, & gravamen.

Aliqui etiam ex prædictis Regibus, & Imperatoribus, & alii nominati super quorum longevitate temporis privilegia, seu munimenta non extant Episcopis prædictæ Eccles. Cumanæ, & ipsi Eccl. castrum Surici, quod est supra lacum Cumanum, cum villis in montibus positis territorii de Surico-Castrum etiam Ardenni, cum villa ejusdem. Castrum Zoisivii. Castrum Stazzone, cum districtu plebis de villa. Castrum Zirnni. Castrum Grosii. Quæ omnia sunt in valle Tellina sita. Loca Sralii, & Lugurnotti sita in plebe Balerne, cum omni honore, & districtu, ac fodro, & aliis omnibus ad regalia pertinentibus. Piscarias quoque totius fluminis Abduæ, & fluminis Ticini fluentium super Episcopatu Cumano.

Fridericus vero Imper. Episcopo Cumano, & ejusdem Eccles. successoribus venas metallorum, quæ

inveniuutur in terminato, & districtu episcopatus ejusdem.

Ludovicus III. *Ren Heilberto; Ludovicus Imperator Amalrico; Otho* III. *Imperator Adelgisio: Conradus* II. *Rex Alberico: Ardoinus Ren Petro: Lotharius Augustus Leoni, & Otho IV. Imperator Gulielmo supradictæ Cumauæ eccl.* Episcopis: *quemadmodum & Carolus Maguus: Ludovicus Aug. Lotharius* Imperator *filius ejus: Carolus, & Berengarius Reges: tres atque Othones* Imperatores, & *Henricus* II. *Imp. sub sua defeusione ipsam Cumanam Eccles. constituentes, singulas querimonias, & diversas inquietudiues subtollentes concesserunt: cum cunctis hominibus ejusdem Ecclesiæ. Nullus Judex publicus distringat sine Episcopo, vel ejus misso, & suos liberos, sive servos, aut districtabiles, nullus miuister publicus banniscat extra suam parochiam ad fatiendam justitiam, habeantque ipsi homiues facundiam, fidejussores sacramentales, ac testes esse secundum suam legem, & contradare; & ad partem ipsius Eccl. inquisitionem facere, cujusque sint uationis.*

Res quoque, & mancipia ipsius ecclesiæ unde munimenta prædicta, vel igne cremata fuerant, aut uegligentia, seu injuria amissa, per quæ res ipsas tam à parentibus, quam ab extraneis sibi traditas, aut ab eis emptas, seu commutatas jure proprietatis tenere, atque defendere debuissent, tam in pago Cumano, quam in finibus Sipuensis absque illius inquietudiue, vel justa interpellatione, quiete, & secure habere, & possidere. Concedentes insuper prædicti Imperatores, *& Reges ejusdem Cumauæ Eccles. Episcopis, & eorum successoribus, ut prædicta omnia, & singula in integrum perpetuo, ac in æternum libere, & quiete tenereue, haberent, & firmiter possiderent, & quicquid voluntas eorum decerneret ex supradictis facereue ad profectum Episcopatus supradicti donando, commutando, in beneficio mancipando, & ephiteusim dando, quolibet alio titulo, & omnium contradictione remota. Quorum quidem burgorum, castrorum, villarum, locorum, comitatuum, curtium, domorum, abbatiarum, theloneorum, mercatorum, immuuitatum, ac aliorum jurium, auctoritates, & præcepta, ac privilegia quam plura, præmissas donationes, & concessiones, largitiones, ac gratias coutinentia ipsorum* Imperatorum, *& Regum, signis, & sigillis roborata, pœnis maximis appositis, idem Leo Cumanus episc dilectus Princeps noster, nostris obtutibus obtulit: insinuans nostræ majestati alia plura privilegia omnia ipsi Cumanæ Eccles. ab* Imperatoribus, *& Regibus prædecessoribus uostris concessa super ipsis bonis, & rebus, ac juribus fuisse guerrarum turbinibus igne cousumpta, deprædata, ac alio modo deperdita, abolitaque diutina temporum vetustate: quæ tamen res, & bona, ac jura fuerunt per Ecclesiam Cumanam lougis temporibus possessa pacifice, ac etiam nunc possidentur in parte, & per hæc omnia supradicta jura, & boua fuerint, & de jure spectent ad ipsam Ecclesiam per ipsa privilegia patet, tenetque antiquiorum fama communis, & fida relatio plurimorum. Uude petiit celsicudinem nostram, ut de solita imperiali munificentia prælibatas auctoritates, & præcepta, seu privilegia à Regibus, &* Imperatoribus *antecessoribus nostris Episcopis, & Clericis ipsius Ecclesiæ Cumauæ concessas, & concessa confirmare dignaremur, ac propter antiquitatem temporis lapsi, & super rebus concessis in mutatam memoriam, & nomina variata inter ipsas res, & bona donando, & conferendo tam quæ possideutur, quam quæ aliquando à suis prædecessoribus possessa fuut, propter hominum malitiam occupata, douationes, & largitiones easdem, & revocare, eaque omnia districte præsenti pagina facere annotari, & de ipsis investire eumdem solemuiter, & de uovo.*

Nos autem ejusdem Principis nostri Leonis Episcopi constantiam fidei, & devotionis integritatem inteudentes, quibus non solum ipse ad nos, sed etiam ejus prædecessores, & principes antecessores sese laudabiliter, & utiliter adhæserune, & adhærere in futurum idem episcopus poterit dignæ ipsius petitioui aures volumus præbere benignas, nostrorumque prędecessorum Imperatorum, & Regum, seu ex pięcharitatis opera persequeudo. Quapropter de imperiali auctoritate prelibata omuia privilegia ejusdem Cumauæ Ecclesiæ approbamus, ratificamus, & præseutis privilegii patrocinio confirmamus, ac etiam ex causis in petitione constitucis præd. donationes, & couceßiones renovantes donamus, conferimus, atque largimur eidem Cumano Episcopo omnia singula supra nominata castra, plebes, comitatus, vicecomitatus, thelonea, curtes, eccles. abbatias, monasteria, xenodochia, burgos, villas, loca, piscarias maxime totius Abduæ, & Ticini flumiuis super episcop. Comorum, metallorũ venas, & arenas, & ripam Cumanam, & Mezzolę, clusas, pontem, mercata, domos, possessiones, lacus, & flumiua, cum omnibus honoribus, districtibus, fodris, & juribus ad regalia pertiuentibus, sicut supertus est expressum. Receptæque Ecclesiæ corporaliter præstito juram. ipsum Leonem Episc. suo nomine, & quo supra omni solemnitate servata per sceptrum, quod in manu nostra gerebamus de prædictis omuibus auctoritate prædicta iuvestiendum corporaliter duximus, ac etiam investimus; concedeutes insuper eidem Episcopo, & ejus successoribus, & prędictæ Ecclesiæ Cumauæ, ac etiam volentes, & mandautes ex certa scientia, ut ea omuia perpetuo teneat, habeatque, firmiterque possideat libere, pacifice, & quiete, & quicquid sibi placuerit faciat de supradictis douaudo, commutando, in beneficio mancipaudo, in ephiteusim dando, iu precario couccdendo, & quolibet alio titulo, omni hominum contradictione remota: & si quid contra formam privilegiorum ipsius Ecclesiæ alienatum, vel occupatum extiterit, liceat ipsi Episcopo, & ejus successoribus exigere, & possessiouem intrare absque litium strepitu, & siue auctoritate alicujus præsidis, & aliquo præjudicio juris Ecclesiæ memoratæ, non obstantibus ordinatione, constitutione, seu statuto, seu privilegio alicujus civitatis, vel burgi, vel castri, vel loci facta, vel indulta in aliquibus privilegiis, vel rescriptis coutra hæc hactenus impetratis, nullaque præscriptione incboata, vel incboanda, quam iucurrisse, vel incurrere nolumus, quantumcumque temporis sit, contra Ecclesiam supradictam, servos quoque, & homines, seu dominacores ejusdem Ecclesiæ, & eorum boua ab omni publico obsequio, vel publica functione, aut redditibus exactione, vel excubia publica, & ab omni foro collecta, mutuo dacio, impositione, angaria, & perangaria, & alio quolibet onere reali, & persouali, & temporali jurisdictione prorsus esse volumus, & decernimus exemptos, liberos, & immunes. Quibus servis, hominibus, & districtalibus, utriusque sexus præsentibus, & futuris, præcipimus, & volumus, ut solum Cumano Episcopo obediant, & intendant; statueutes, & præsentis privilegii auctoritate firmiter injungentes, ut nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Advocatus, Vicedominus, Rector, sive quodvis alius Præses, seu Magistratus, seu alia quæcunque persona, aut civitas, burgus, castrum, seu locus Episcopum Cumanum, & memoratam Ecclesiam ausu temerario, impedire, aut molestare pręsumat, seu per ullum placitum fatigare, vel aliquid abstrahere, seu minuere, seu occupare, aut retinere de omnibus supradictis, vel parte eorum; quod nostri antecessores à jure, & potestate, & dominio ipsorum, & Imperii in ecclesiasticum jus ipsius Cumanę Ecclesiæ, ac possessionem aliquam temporis allegare, seu opponere, quam omnino tollimus, nec ipsi Ecclesiæ præjudicare volumus, aut alicui aliquatenus suffragari: ipsosq; servos, & homines, ac districtabiles, ac eorum bona ullo modo, vel causa molestare, aut inquietare, distringere, vel bannire, aut in judicio convenire sine speciali licentia Episcopi Ecclesiæ Cumanæ prælibatæ.

In ipsis quoque fluminibus non cum sepibus, sed retibus sit piscandum, ut fluminum liber sit cursus,

nulli sit licitum sopes, aut palum figere: metallorum etiam venas, & areaas nullatenus fodere, vel lovare absque licoatia Episcopi Cumani: decernimus otiam, & sancimus, ut omnes prædictæ res Ecclesiæ, servi, homines, & districtabiles, & eorum bona sub defensione nostra, & Imperii consistant perhenniter; ipsique subditi, & districtabiles Episcopo Cumano debitum, & ad judicatum honorem Comitatus, & districtus exbibeant, & persolvant: nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, confirmationis, innovationis, concessionis, & investituræ paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire, etiamsi de aliquibus superius nominatis privilegia non extarent, sed sufficiat præsens nostri privilegii pagina ad fidem plenariam omnium præmissorum. Si quis vero contra prædicta facere præsumpserit indignationem nostram gravissimam, & pœnam mille marcharum examinati, & coctissimi auri se noverit incursurum: cujus medietatem nostræ Imperiali Cameræ, reliquam palatio Episcopali Cumano decernimus persolvendam. In quorum fidem omnium testimonium has litteras scribi, & sigillo nostræ majestatis jussimus communiri. Testes autem, in quorum præsentia acta sunt hæc, jussimus hic inferius adnotari. Quorum hæc sunt nomina: Balduinus Archiepisc. Treverensis germanus noster. Castonus Archiepiscopus Mediolanensis. Amodeus Episc. Gibennensis. Elibertus Episcopus Leodiensis. Vitilbertus Episcopus Basiliensis. Amodeus Comes Sabaudiæ. Guido de Mamurco Flaudensis Comes, & Vvalveranuus Comes de Lacemburg noster germanus, Principes nostri dilectissimi, & fidelissimi Imperio.

Signum Domini Henrici † gloriosissimi, & invictissimi Imperatoris.

Datum & actum in civitate Mediolanensi in Archiepiscopali palatio anno Dominicæ Nativitatis 1311. IV. Non. Febr. Ind. IX. Regni vero nostri an. 3.

Interea Ecclesiam D. Francisci auxit Leo; permistilinm forma quadrata marmoreis columnis fultum ibidem ædificavit. Ædem S. Marci in Vico restituit. Defunctus est anno Domini 1325. in Cœnobio D. Francisci, ubi educatus fuerat, & inibi sub rudi lapidea mensa conditus.

LVIII 59 Fr. BENEDICTUM de Asinago, ex Ordine Prædicatorum, sacræ Theologiæ Magistrum, Comensem Joannes XXII. Pontifex hac sede nobilitavit anno 1328. Kal. Januar. ita in Regest. Vatic. De quo liceat adscribere hæc ejusdem Jovii verba. Leoni successit Benedictus de Asinago, Theologiæ professor, ex Ordine Prædicatorum, quem Joannes XXII. Pontif. Max. in Galliis agens, post mortem Leonis, Comensibus dederat. Cæterum Franchinus Rusca senior, qui nunc rerum Comi potiebatur, Valerianum fratrem suum majoris Ecclesiæ Archidiaconum à Canonicis in Episcopum eligi procuraverat: sed Pontifex electionem haudquaquam ratam habuerat, quod Franchinus Ludovici Bavari partes tueretur, quem Pontifex Imperatorem decernere negabat. Eo tempore Valerianus electus per quendam Episcopum Orientis nuncupatum, sacra fieri de more jubebat; sed & quendam fratrem Lucam de Castello Ordinis Minorum, post mortem Leonis Ecclesiæ Comensis in temporalibus, & spiritualibus legitimum administratorem fuisse reperi. At Benedictus in Volturenam concedens, Grumelli castrum suæ ditionis obtinuit, ubi tuto agens ex Apostolica delegatione, Sacerdotes Rusconis consentientes, ut asseclas, & fautores Ludovici Bavari falsi Imperatoris, & Nicolai Corbarii adulterini Pontificis, Sacerdotiis privabat, & in alios conferebat. Haud ita multo post apud Cremonam agens, Franchinum, & Raviciam, & Valerianum electum communione privatos Apostolica auctoritate declaravit, ut qui schismaticis, & hæreticis, ut ajebat, Ludovico, & Nicolao adhærerent; quin etiam sacra, quæ Valerianus electus per Episcopum Orientis fieri jubebat, irrita censuit, & detestatus est. Tum vero Pontifex Maximus in gratiam Benedicti Comensi populo sacris interdixit. Quare Comenses tædio execrationum Benedicto adhærere cœperunt, qui cum septem annis, ab Episcopali sede exclusus, in armis fuisset, universum tandem agrum Comensem in fidem accepit; mox ad urbem ipsam cum exercitu festinavit, Vitanorum in primis factione, & opibus fretus. Quare Franchinus Rusca non mediocriter exterritus est, & de civitate Azoni Vicecomiti Mediolani Principi dedenda cogitavit, quando & Grassi Canturienses apprime infensi, omnes pro Benedicto adversus Franchinum ipsum vires exponebant, & Scaligerorum subsidio ab Azone frustratus fuerat, qui Verona venientes, transitu Abduæ prohibiti erant. Ergo Benedictus haud procul ab urbe, terra, lacu Franchinum urgebat, ita ut auxiliaribus aditus non pateret. Quocirca necessitate coactus Franchinus, cum præsens bellum neque suis, neque alienis armis propulsare posset, Azoni deditionem civitatis fecit, qui ea recepta, statim Benedictum, & Vitanos exules introduxit, anno Domini 1335. Is autem, depulso Valeriano, tribus annis in Episcopatu vixit, per quæ tempora Provinciale Concilium Aquilejæ habitum est, præsidente Beltrando Patriarcha, cui & ipse Benedictus interfuit. Interim & Ecclesiam D. Joannis Pedemontani, cum Cœnobio Ordinis sui apud Comum, adjuvantibus quoque Comensibus, auxit, cujus imago sub fornice superiori depicta conspicitur. Decessit 1339. sepultusque est apud S. Joannem Pedemontanum sui Ordinis.





60 BELTRAMINUS Paravicinus è Casillo Pago plebaniæ Nincini, Mediolanensis diœcesis, Theatinus Episc. vir doctiss. Azonique Vicecomiti in paucis charus, ejusdem favore ad Comensem sedem pervenit anno 1339. 8. Kal. Decembris, ex Reg. Vatic. E. 729. anno 5. Benedicti XII. Quam ille Ecclesiam cum annum unum administrasset, à Benedicto XII. ad Bononiensem fuit translatus anno 1340. LIX.

61 BONIFACIUS Mutinensis civis, & Episcopus, annuente Pontifice, hanc sedem est assequutus anno 1340. 7. Id. Novemb. ex Reg. Vatic. E. 138. an. 6. Bonifacius de Mutina (inquit Jovius) juris utriusque Doctor, vir merito laudandus. Nam & juris scientiam Comi profitebatur, ac tum complura, & publica, & privata ædificia facienda curavit. Divino quoque cultui augendo, ac censuræ ecclesiasticæ, & morum emendationi intendit. Habuit enim Clericorum suorum synodum, per quam inter cætera, pervigilia in templis fieri solita sustulit, Arvales lustrationes, quæ litaniæ nuncupantur, longius ab Urbe fieri prohibuit, Canonicorum communem mensam fore decrevit, Clericos fornicatores, si quando convicti forent, ab officio, & Sacerdotio deiici jussit, & ne domus exilio Malexardiæ damnatorum diruerentur, aut agri vastarentur, sub gravi anathematis censura mandavit. Condidit autem, quæ subjecta sunt, partim impensis suis, partim vero communium, quorum utilitati commodative cessissent. Altare D. Geminiani Mutinensis Episcopi in Templo maximo instituit, & dotavit: sacellum Angelorum in pala- LX

tio

tio Episcopali aulam ibidem Episcoporum appellatam, in qua omnium Episcoporum imagines, qui ante se fuerunt, depingi fecit: palatium ipsum vetustate dirutum restituit; palatium, & ecclesiam in pago S. Petri; plateam ibidem; ædem D. Geminiani in Vico Lugani: castrum Castellatii, castrum Oronii; ædem D. Catherinæ apud Gordam supra Larium: Mezolæ stationem, quæ Molata nuncupatur; per diœcesim plures ædificavit ecclesias, in quibus præcipue eminet Castelletii ecclesia, ubi usque ad hæc nostra tempora carmina insculpta leguntur.

Præsul Cumanus Bonifacius nomine dictus,
Juris fons, Doctor, Mutinensium genere natus,
Templum hoc Divi construxit sub nomine Petri,
Clementis Sexti regnantis anno secundo.
Mille trecentis, quaternis, & tribus annis.

S. Hieronymi excitavit xenodochium, censusque perpingues attribuit, ut ibidem inscriptio prodit. Subjecta Episcopatui Comensi loca quampluribus auxit, exornavitque ædificiis, pulcherrimo in burgo Luganico constructo palatio, ubi quandoque Episcopi sui successores remississimum possent traducere tempus. E vivis exemptus est 1351. Sepultusque est in Cathedrali prope S. Hieronymi altare in marmoreo sepulchro, cum sequenti inscriptione.

Hoc jacet in Tumulo Bonifacius nomine dictus
Ortus de Mutina, Juris utriusque Professor.
Est suprema Dies, hæc tibi læta quies.
M.CCCXLVII. fabricata fuit Capella & Arca.

LXI. 62 BERNARDUS natione Gallus, Claramontensis, professione Monachus Cisterciensis, alumnus monasterii S. Mariæ de Buxeria, diœcesis Æduensis, Abbas S. Abundii Comensis à Benedicto XII. renunciatus est: quam dignitatem, cum sustinuisset magna cum laude prudentiæ, probitatisque; omnium suffragiis, post Bonifacii excessum, ad hanc sedem fuit subvectus, Clemente VI. ejus electioni pondus adiicente 1351. Præfuit ad sex annos, translatus inde ad Ferrariensem Ecclesiam, ex Regest. Vatic. Dum sederet ad Clavum, Vicariis generalibus usus est, Guidone de Brione Monacho Cisterciensi, prioreque Buxeriæ, atque Arrigoldo Astorgio inclytæ famæ Jurisprudentibus Gallis.

LXII. 63 ANDREAS de Advocatis Comensis, ex Priore SS. Joannis & Reparatæ, patriæ sede nobilitus est 1356. tertio Kalen. Martii, ex Regest. Vatic. epist. 13. f. 34. ædificavit Ecclesiam, Canonicamq; S. Mariæ de Lucino, ac liberalissime dotavit, voluitque jus illud ad Advocatam gentem tanquam Dominam pertinere. Fato functus est 1364. & in Cathed. prope Joannem hujus nominis IV. ex Advocata gente suum prædecessorem sepultus.

LXIII 64 STEPHANUS Gattus de Cassiano, Mediolanensis Diœcesis, ex Canonico Cathedralis Comi, Andreæ suffectus est 1364. Hic corpus S. Fidelis transtulit, propeque majus altare Cathedr. altero anno, quam præesse cœperat, in arca candidissimi marmoris, duabus suffulta columnis cum hujusmodi inscriptione condidit.

Anno Domini M.CCCLXV.
intrante mense Junii die quarto
Translatum fuit corpus
Beatissimi Athletæ Martyris Fidelis
celebriter à medio Chori hujus Ecclesiæ
præsentis ad hanc
marmoream arcam, in ipsamque
reverenter reconditum,
præsente Reverendo Patre D. Stephano
Dei gratia
Episcopo Cumano, ac etiam
ibidem astantibus præsentialiter
toto Clero, omnique Populo
devote Cumanis.

Decessit autem Stephanus anno 1369. Sepultusque est in Cathedrali.



65 HENRICUS de Sessa, è nobili gente Regii Lepidi, vir doctrina clarissimus, primùm Asculanus Episc. tum & Brixianus, sedente Urbano V. ad hanc Comensem sedem fuit translatus 1369. 11. Kal. Novemb. ex Reg. Vatic. Heremitanis Fratribus S. Augustini Comi domicilium attribuit, eorumdemque ecclesiam consecravit 1484. Joannem Galeazium Vicecomitem, qui postea Dux Mediolanensium fuit, compulit, ut Citadellum, ut vocant, adaperiret, ut eo ingressu aditus pateret ad Cathedralem S. Mariæ: quod cum fuisset factum, traduxit illuc Canonicos apud S. Fidelem, cum quatuor præbendis, relicto Præposito; exoravitque populum, ut Cathedralem vellet absolvere: statuit Sessæ visendum, superbumque palatium, quod deinde illius cessit hæredibus. Excessit e vivis anno, seu circa annum 1384. Sepultusque est in Cathedrali. LXIV

66 BELTRAMUS Brossanus, sive Bortanus, Mediolanensis, hanc sedem Comensem consecutus est ante annum 1385. Quo ipso anno in Insubria Collectoris munus gerebat nomine Urbani VI. Decessit ann. 1396. Sepultusque est in Cathedrali. LXV
(„ *Anno 1391. corpus B. Guillelmi Eremitæ transtulit apud Bollandianos Maii tom. 6. n. 830.)*


67 LUCHINUS Brossanus, Archipresbyter S. Mariæ de Monte Mediolanensis diœcesis, utriusque legis Doctor, à Bonifacio IX. adlectus fuit Comensis Episcopus 1396. 24. Kalen. Februarii. Mire illum ingenium, ad amorem usque præcipuum commendaverat populis, quos cum pie, sancteque rexisset usque ad annum 1408. hanc mortalem cum immortali vita commutavit, sepultusque est in Cathedrali. Post cujus excessum Gregorius XII. Pontifex, motu proprio, defuncto subrogavit Guillelmum Posterlam Mediolanensem, electum Episcopum Brixiensem; Clericalis vero Senatus Fr. Antonium Turchonum nobilem Comensem, ex Ordine Minorum, quem postea Alexander V. legitime fuisse electum declaravit. Posterla vero causa cecidit, tum ad Franchini Ruschæ potentiam, qui nunquam sivit Comensi administrationi Guillelmum admovere manus, tum quod in Pisano Concilio omnia Gregorii XII. Acta rescissa sunt, ipsorumque auctor depulsus de sede. Itaque coactus est titulo tantum Brixiensis dignitatis privatam vitam exigere, utriusque Ecclesiæ prohibitus administratione. LXVI

68 Fr. ANTONIUS Turchonus, ut supra narravimus, à Capitulo fuit adlectus atque ab Alexandro V. vero Pontifice confirmatus 4. Non. Augusti anno 1409. Qui tametsi Episcopatus sui possessionem obtinuerit ad tempus, facta tamen Comensium rerum conversione coactus fuit Como exul excedere. Joannes enim Maria Dux Mediolani, cum exegisset Como Ruscham Luchi successorem, Potterlam, qui adhuc superstes erat, contra Turchonum revocavit ad sedem. Quo denique defuncto, Comensi tanquam viduatæ sedi Franciscum Crlbellum fratrum Minorum Provincialem curavit attribuendum. Sed non sibi defuit Turchonus; provocavit enim ad Patres Constantiensis LXVII

Concilii, à quibus demum retulit sententiam, legitimum se Comensem esse Episcopum, quod idem postea censuit Martinus V. Columna. Sed Vicecomite tamen obluctante, Antonius secessit Venetias, omnique spe redeundi præcisa, anno 1420. eo munere penitus se abdicavit, à Martioo V. ex redditibus Comensis Episcopatus annua pensione accepta, qua honestius, splendidiusque vitam Episcopalem posset tolerare. Paulo post decessit Venetiis, sepultusque est apud suos Franciscanos. A

LX VIII. 69 FRANCISCUM Bossium Mediolaneosem, Apostolicum Referendarium, ad Comensem sedem Martinus V. provexit, ex Turchoni cessione anno 1420. prid. Idus Februarii, minoris ætatis condonato defectu. Præfuit 15. annos: fatoque functus est Basileæ, cujus ad Concilium profectus fuerat 1435. ibidemque sepulturam accepit.

LXIX. 70 JOANNES Barbavaria Mediolanensis utriusque juris consultissimus, clericusque Novariensis, sub Eugenio IV. adlectus fuit Comensis Episcopus 4. Id. Octobris 1435. ex eoque Romani Pontifices in se traxerunt jus eligendi hunc Episcopum, sicut & Præsules aliarum Ecclesiarum, quod jus Comensis ecclesia per trecentum quadraginta, & amplius annos mordicus retinuerat. Administravit haoc Ecclesiam Joannes paulo plus duobus annis, aoooque 1437. Nonis Martii, ad Terdonensem Ecclesiam ab eodem Pontifice fuit translatus. B



C

LXX 71 GERARDUS Landrianus a Mediolanensis, Laudensis Episcopus, ad hanc Ecclesiam fuit translatus ab Eugenio IV. 1437. à quo panio post fuit ereatus Presbyter Cardinalis. Viterbii decessit 1446 b. ibidemque fuit sepulcus. Consule quæ supra narravimus in Episc. Laudensibus

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 910. & Piccinellus in Athen. p. 215. Mondel. b 1445. 6. idus Oct. ex Oldoino.

LXXI 72 BERNARDUS Landrianus Mediolanensis, Cardinalis Gerardi patruus, cum Astensis esset Episcopus, ad hanc sedem fuit translatus ab Eugenio IV. 1446. 15. Kal. Apr. Vixit usque ad ann. 1451. dieque 31. mens. Augusti excessit e vivis, sepultusque est in Cathed. Humo perquam benignus, & comis, ac plusquam Episc. dignitas pateretur, omnibus familiaris. Tradunt hunc Bernardum sanctioribus fuisse moribus, probitateque vitæ singulari, quæ secuturæ posteritati posset exemplo esse. D



LXXII. 73 ANTONIUS Pusterla Mediolanen. Prothonotarius Apost. Bernardo suffectus est 1451. Ex rebus humanis exemptus est 1457. 3. Novembris, sepultusque est in Cathedrali.

74 MARTINUS Pusterla Mediolanensis, supramemorati Antonii frater, eidem in Episcopatu successit 1457. die 23. mensis Decemb. Hic ordinatus fuit (inquit Jovius) Episc. in templo maximo Comensi, e laico statim in Episcopum assumptus, quem, ajunt, post ipsam ordinationem, nuoquam læta fronte visum fuisse, intra se cogitantem, quam magnum onus suscepisset. Defunctus est post ann. quartum 1461. propeque fratrem sepulturam accepit. LXXIII.



75 LAZARUS Scarampus Astensis, vir longe doctissimus, Episcopus Comensis adlectus est à Pio II. anno 1461. die 20. mensis Augusti. Hujus laudes enarravit lucuienta oratiooe Franciscus Philelphus, quam habuit in promotione Scarampi ad Episcopatum, easdemque amplexus est Ludovicus Cribellus sequenti eleganti elegia ad populum Comensem, quam de eadem materia pauxit. LXXIV.

Nuncia lætitiæ mea si nunc prima veniret
Littera, nec satis hæc una tabella foret,
Aggrederer grandi complere volumine chartas;
Æquarem scriptis gaudia vestra meis.
Nam pro venturo quantum spes vestra pependit
Præsule, ces nobis, credite, nota fuit.
Nec mirum, antiquæ si votis omnibus Uebi
Pontificis catio, curaque summa fuit.
Claruit ingeniis, belloque, & pace superbis
Urbs Comum, Lariis quæ dominatur aquis:
Quæque pares patitur positoris gloria nullos,
Illustre à magno Cæsare nomen habet:
Terra ferax olei, vini, segetumque, boumque,
Pisce feequens, populis est numerosa suis.
Civibus ille igitur cunctis erat unicus ordoe,
Optimus Antistes, eeligionis bonos.
Qui populum vitæ meritis, & imagine patrum
Dirigat, & monitis impleat ore potens.
Qui templi Imperium, sedemque teneeet Abundi,
Quosque jubens isthic numina sancta colit.
At postquam certo veniens authore, Scarampum
Prælatum à summo Principe fama tulit:
Romanosque Patres omnes ex ordine sacrum
Concilium sacra voce probasse Pii,
Ipsius adverso molitur tempore, qui nunc
Egregium nostræ Papa salutis opus.
Nec latuit, cum sit tua Lazare cognita virtus,
Quæ tempestivo tempore clara venit.
Quæ morum gravitas, quæ summa peritia eerum,
Docteinæ, & studiis dedita vita sacris.
Prætecea antiquis, nec enim res laudis egena est,
Principibus quantum sis generosus avis.
Tum vero, elatis omnes ad sidera palmis,
Effusi in lætos solvitis ora modos.
Thure ceplent aras pro votis quisque Sacerdos,
Vittaque Virginei quæque verenda Chori.
Ipse lacus pelago similis tibi Lazare ridet,
Oppidaque, & vicis utraque ripa frequens:
Abdua lætitiam, veniens, abiensque, beatis
Qua properat ripis, pandit & ipse suam.
Exultant montes, &, quæ juga summa coronant,
Caucasus ipse suas, quas putat esse, nives.
Quod super his igitue solum mihi denique eestat,
Hac saltem partes impleo sorte meas.
Vicinæ en animo gaudens congratulor urbi,
Quæ tum laudato Præsule digna fuit.

Ee

Et tibi, cui totis devotum contigit aunis
Officio populum Præsul habere tuo.
Ille tuos omni titulos venerabitur ævo,
Illi Cælestes tu cumulabis opes.


Vixit in Episcopatu annos quatuor, dolore animi (ut fertur) extinctus, quod æs alienum, quod ineuoda Episcopali dignitate contraxerat, exsolvere non posset, & proinde communione privatus esset: adeout, propter Inopiam, fere sine honore Mediolani, ubi obierat, sepultus fuerit.



LXXV. 76 **BRANDUS** Castillioneus *a* Mediolanen. Incliti Card. Brandæ propior affiois, jam inde à puero perductus In Galliam, sub disciplina Zenonis patrui Episcopi Bajonensis optime Institutus, Archidiac. Constantiæ evasit, tum sub Paulo II. qui in privata fortuna Brandam Cardinalem familiarissime dilexerat, Episcopus Comensis est renunciatus anno 1466. cum spe majoris dignitatis. Comum profectus, agendi daxteritate, prudentiaque adeo valuit, ut Mediolanensium Dux Galeatius Maria Sfortia intimum suum asciverit consiliarium, Legatumque deinde ad Ludovicum XI. Regem Gallorum, apud quem eodem legatioois ounere functus est, Bona Ducissa, atque tutrice novi Ducis Joannis Galeatii Sfortiæ mittente. Sub Sixto IV. Pontificiæ classis Legatus profectus est, dum Pontifex ille, cum Federico, Ferdioandoque Alphonsi II. Regis Neapolis filio, juncto fœdere, Venetis maritimum bellum intentaret: Romæ sub eodem Pontif. consultissime jus dixit. Sub exordium Innoc. VIII. Pontif. Legatus ad eumdem Pontificem profectus est, oomine Ducis Joan. Galeatii Sfortiæ, benigneque ac perhumaniter a Pontifice exceptus, ibi moratus est usque ad anoum 1487. purpuræ jam speratos honores anhelanti animo percipiens, quos ab amicissimo Pontif. certissime relaturus erat, nisi importuna mors proploribus votis intervenisset. Excessit itaq; Romæ eodem anno, & die 16. Julii in Basilica Vaticana sepultus est, vir utique erga suam Ecclesiam splendidissimæ liberalitatis, quippe quam variis, ac plerumque pretiosis donariis illam locupletavit, magna ex parte Episc. resarcito palatio. At Benedictum Jovium lib. 2. hist. Novocomensis sic de eo loquentem audiamus. *Lazaro successit Branda de Castelliono Mediolanen. qui civitatem Comensem ingressus est an. D. sexagesimo sexto supra millesimum, & quadringentesimum. Patrem habuit Jacobum virum utique nobilem, & Zenonem patruum Antist. Bajocensem, à quo, cum adbuc puerilis ætatis esset, in Galliam evocatus est, & ibid. educatus, ubi procedente tempore Constan. Archidiac. & nobilissimæ Leodiensis Eccles. Canonicatum obtiuuit. In qua quidem civitate Belgicam, sive Flaudren. & Germanicam linguam, jam Gallicæ peritus, didicit. Defuncto Lazaro Scarampo, Paulus II. Pontifex Max. eum Comensi Episc. præfecit, quanquam Galeatius Sfortia Mediol. Dux Rubeum quendam Parmensem, Comen. Eccl. Præsulem destinasset: cæterum Paulus accepti beneficii non immemor, Brandam ipsum, vel invito Galeatio, Rubeo prætulit. Quandoquidem Castellioneum nomen longe plurimum diligebat, alterius Brandæ Castellionei Card. Placent. memoria, unius en his, qui apud Eugenium IV. Pauli patruum, summopere institerant, ut is Cardinalis crearetur,*

a De eo Cleconiaeum opus t. 3.

A *cum ille nepotem, ut illiteratum, eo honore indignum censeret. Galeatius Sfortia Brandam novum Episcopum in consiliarium Secretum adscivit, & Legatum in Galliam ad Ludovicum Regem sibi succensentem misit, apud quem incusabatur, quod Carolo Burgundiæ Duci, cum Ludovico ipso bellum gerenti, subsidium misisset. Branda, quo erat ingenio, & eloquentia potens, Ludovicum Galeatio placatum reddidit. Post interitum Galeatii, apud Bonam ejus uxorem, & Joannem Galeatium fil. Mediolani Ducem in pristino honore permansit, quibus jubentibus Gallicam legationem secundo obivit, ut per fugam sanctoSeverinatem revocaret. Tum vero rebellantibus Genuensibus, quo tempore Robertus e Gallia rediens, Genuam profectus est, & obvium Mediolanensem exercitum profligavit. Branda non sine vitæ discrimine eo se recepit, & arcem, quod Castelletum appellatur, summa fide continuit. Orto Ferrariensi bello, quod Veneti contranitentibus omnibus Italiæ Principibus fortiter gesserunt, Branda legatus Sixti IV. Ponti-*
B *ficis Maximi, cum Federico Ferdinandi Neapolit. Regis filio quinquaginta triremium classi, ut Adriaticum infestaret, præfectus est. Brundusio solventes, ad Insulam Dalmatiæ, seu Sclavoniæ, quam Curzolam vocant, enavigarunt: ea sita est continentem inter, & eam Insulam, quæ à Ptolomæo Corcyra nigra nuncupatur. Erat Venetæ ditionis: & in ea oppidum conditum est mœnibus vallatum: ibi Federicus, & Branda expositis militibus, & machinis instructis ipsius oppidi oppugnationem inierunt. Oppidani, ut patriam ab hostib. defenderent, in subjectos fervens oleum effundebant, & simul ingentes evolvebant lapides. Ceperunt Itali unam ipsius oppidi portam, sed statim repulsi sunt. Tum vero Veneti missis triremibus, Insulanis obsidione laborantibus opem tulerunt. Quare Federicus, & Branda militum suorum fere quadringentis amissis, re infecta, inde solverunt. Unde legatus Branda Neapolim profectus est, qui salutato Ferdinando Rege, haud ita multo post, Romam devenit. Sixtus Pontifex eum*
C *benigne suscepit, & Urbis Gubernatorem designavit, de quo Magistratu eodem die dejectus est, Hieronymo Sixti nepote eam rem improbante; quare Branda ad Episcopatum suum se contulit. Interea Sixtus defunctus est, & Innocentius VIII. suffectus, ad quem postmodum Branda Mediolanensis Principis Joannis Galeatii Sfortiæ Orator reversus est. Innocentius Brandam Cardinalem pronunciavit anno Domini octogesimo septimo supra millesimum, & quadringentesimum, mense Majo, in proxima Septembris jejunia, suppresso Pileo. Cæterum Branda Mense Julio disenteria correptus occubuit, & in Basilica Divi Petri sepultus est, honore, & ceremoniis ejus funeri exhibitis, quales Cardinalibus præstari solent. Fuit Episcopus iste liberalis, & splendidus, & sacris faciundis longè conspicuus, humanitate, & clementia nemini cessit, comis, & affabilis; injuriarum minime ultor, pecuniæque contemptor; in pauperes largus, in amicos profusus, in cives Comenses mira quadam benevolentia propensissimus. Ædi-*
D *ficavit hortum inferiorem, & aulam in Porticu, ad ejus prospectum apud ædes episcopales, cum præ angustia, & vetustate parum honorificæ forent.*



77 **ANTONIUS** Trivultius *b* Mediolanensis. LXXVI.

b De eo

Ciaconius Oldoini t. 3. p. 237.

Petri Pontis Nuri domini filius, magni illus Ducis Joannis Jacobi Trivultii patruelis, ex Prothonotario Apost. Comensis Episcopus renunciatus est anno 1487. die 27. mensis Augusti. Anno 1488. mense Majo solemni ritu obtenti Episcopatus iniit possessionem; cætera narrabit Jovius suis verbis ex eodem lib. 11. Antonius Trivultius (inquit ille) Mediolanen. patritius, e Prothonotario in Episc. assumptus est, auctore Ludovico Sfortia, eo tempore Joannis Galeatii Sfortiæ Ducis Gubernatore, qui & fratrem nothum Jo. Mariam, postea Archiep. Genuensem, seposuit, ut Antonium, quem Sancti sibi cognominis præceptoril ornaverat, Episc. quoque Comensi sibi obnoxium redderet. Ordinatus de more Episc. celeberrima pompa Comum ingressus est anno D. 1488. Rem divinam in templo maximo solemni ritu peregit, concinentibus suavissime Phonascis, quos Mediol. advexerat. Eo die lautissimum convivium fecit, & sacras vestes auro, sericoque distinctas, & opere plumario nobilissime intextas, eidem templo dono dedit. Ludovicus Sfortia eum à secretis Consiliarium delegit, à quo Venetias legatus missus est, ubi aliquandiu commoratus fuit, eo munere industrie functus. Cum autem Joannes Galeatius Mediolani Dux Isabellam Alphonsi Aragonii filiam, & Ferdinandi Neapolitani Regis neptem, in uxorem ducturus esset, Antonius Neapolim profectus, inde sponsam, habita prius luculenta oratione, Mediolanum deduxit. Advenienti in Italia Maximiliano Cæsari, Pisanæ expeditionis gratia, ad Alpes usque Ludovici Sfortiæ jussu occurrit. Tum vero capta à Gallis Alexandria, cum Ludovicus fugam parasset, & unus è septemdecim viris fuit Mediolanensis Regionis tutelæ Præfectus. Redeunte autem e Germania Ludovico, Gallicas partes sequutus est, quippe qui Joan. Jacobi Trivultii Gallorum Ductoris patruelis esset; quare Mediolano fugientibus Gallis, advenienteque Ludovico, in arcem portæ Jovis se recepit, quæ in Gallorum potestate permanserat. Deinde capto apud Novariam Ludovico, cum Mediolanense dominium Galli item recepissent, Antonius favore Ludovici Regis, quod in ejus fide perstitisset, ab Alexandro VI. Pontifice Maximo absens Cardinalis creatus est, cui titulus datus fuit S. Anastasiæ, & deinde S. Stephani in Cœlio Monte. Sed antequam ad Romanam curiam proficisceretur, Alexander defunctus est. Itaque cum novi Pontificis instaret electio, magnis itineribus Romam contendit, & creationi Pii III. interfuit. Quo paulo post defuncto, in electione Julii II. suffragium tulit. Delectatus est Julius Antonii præsentia, quem ideo sæpe numero in convivium adhibebat. Siquidem Antonius Julium ipsum, ante Pontificatum Mediolani agentem, hospitio susceperat, & cum eo non mediocrem amicitiam inierat. Julius recepta Bononia, pulsoque Bentivolo, cum in ejus suburbano cœnaret, ad Antonium, qui Romæ remanserat, litteras dedit humanitatis, & benevolentiæ plenas, quibus inter cætera significabat, eum à se, & aliis convivis, licet absentem, inter epulandum sæpius vocitatum. Antonio germanus erat frater Aloysius, inclytæ apud Insubres famæ, qui tum in ipso quasi ætatis flore decessit. Ejus obitum adeo ægre Antonius pertulit, ut animi dolore in ægritudinem inciderit, qua invalescente, cum præsertim initio remedia rejecisset, post paucos dies fato functus est, anno Domini 508. supra millesimum, & Episcopatus sui uno, & vigesimo, mense Martio. Reliquit hæredem testamento Theodorum fratrem, Iulio ipso Pontif. Max. permittente, mira quadam in eum benevolentia, cum Cardinalibus testamentum condere non liceat, quippe quibus Romana succedat Ecclesia. Apud Cœnobium S. Antonii Mediolani, antequam Card. crearetur, degebat, quod magnificentissimis ædificiis auxit, & ornavit, in quo non parcum, aut avarum, cujus infamiæ notam pene contraxerat, se ipsum ostendit. Ubi voluisset, & eloquens erat, & prudenti oratione utebatur, nec litterarum videbatur ignarus. Sin autem in iram exarsisset, quod ei innatum propemodum erat, nihil illo insolentius, nihil ejus consuetudine agrestius, & cum in quempiam iratus oculos detorsisset, caperata fronte, severius offensus salutantium importunitate, eos probris insectabatur, clamoribus domum permiscebat, famulitium quandoque citra Pontificiam mansuetudinem pertundebat, quibus utique vitiis maximas virtutes, ac eximias corporis, & animi dotes obruebat. Nam præter cætera scientissime sacra faciebat, & pro mysteriorum ratione suavissime, & optime canebat, id quod omnibus Sacerdotibus minime contingit: ad hæc procera statura, & oris majestate quadam, tantum Episc. dignitati honoris propemodum reddebat, quantum ab ea acceperat. Romæ, ut dictum, decessit an. 1508. 15. Kal. Apr. sepultusque est in Ecclesia S. Mariæ de Populo cum sequenti inscriptione.

Antonio Trivultio Mediolanensi
summæ nobilitatis, integritatisque
viro, ac S. R. E.
Presbytero Cardinali
Comensi
Qui vixit Annos LI. menses II.
Obiit XV. Kalend. Aprilis
M. D. VIII.
Julio Secundo Pont. Max.

Ceterum tessera perantiqua Trivultiorum ex vacenis, totidemque praxinis, diademata, & constituta in sede honoris, quam tesseræ nobilissimæ circumeunt, est Mediolanensium Trivultiorum. In ea spectatur Sol Alexandri V. Pontificis Max. gentilitia icon, quem dono accepit ab eodem una cum castro S. Michaelis Jacobus Trivultius ad Renatum Andegavensem Neapol. Regem Nuncius. Quoniam vero hic, aliisque in locis de Trivultiorum gente non semel facta est mentio, aliqua apponam, quæ de ipsa pervetusta, ac nobilissima familia à plerisque notata sunt. Ab Heduis Gallis ejus repetuntur primordia, sumpto nomine ab oppido Trivultio, quod dicunt adhuc extare: de qua Andreas Assaraco ad Franciscum Regem Galliæ.


A Gallis Heduis Trivultia manet origo,
Quos Cæsar fidos Julius esse probat:
Druidis Gallis Heduus tunc Cæsaris obses
Fit Mediolani liber in Urbe fida.

Ex ea stirpe, ubi (teste Henrico Farnesio) nobilitatis flos omnis censetur residere, per septingentos, & amplius annos tum bello, tum pace, præcipuisq; dignitatibus viri clarissimi prodiere. Quantum bello valuerunt, novit ipsa Cisalpina Gallia, Magno illo extincto Joan. Jacobo Franciæ Marescalco, Vigiebani Marchione, & Theodoro Comite altero Galliæ Marescalco. Quantum vero pace, & Ecclesiastica dignitate fulserint, ipsa Romana loquatur aula, quam quinque clarissimi Trivultii Card. exornarunt: hactenus sua eximia virtute condecorat Theodorus Princeps Card. Siciliæ Prorex, pater Herculis Misochi Principis ad Innocentium X. Pontif. Max. pro Hispaniarum Regina Oratoris, quem ex præmortua uxore Joanna Grimalda ex Principibus Monachi in solamen, & decus Trivultiæ gentis susceperat. Archiepiscopos duos Philippum Epidaurensem, & Petrum Reghiensem. August. Card. germanos fratres, pluresque Episcopos dedit Trivultia Domus, de quibus alibi incidet sermo.

78 SCARAMUTIA Trivultius a Mediolanensis, Comitis Joannis Firmi, & Margaritæ ex Comitibus Valpergiæ, filius, Card. Antonio subrogatur anno 1508. die 12. mensis Aprilis, Julio II. sedente, in gratiam Ludovici XII. Regis Gallorum, ac Mediolanensium Ducis. Cardinalem Antonium propemodum legum peritia æquavit. *Eodem anno* (habet Jovius) *Scaramutia Trivultius suffectus est*, munere Ludovici Gallorum Regis, Insubribus ea tempestate regnantis, à quo Parisiensis Consilii Senator conscriptus fuerat, in gratiam LXXVII

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 284.

præ-



præsertim Jo. Jacobi Trivultii ejus propinqui. Ingressus est civitatem & ipse honorifico apparatu, comitantibusque quampluribus Mediolanensium nobilibus, & inprimis Antonio fratre Astensi Episcopo, anno Domini 1509. VII. Idus Septembris. Postridie, qui Divæ Mariæ Natali dicatus est, in Ecclesia majori magno mortalium cœtu missas celebravit, data universis omnium delictorum venia, ex diplomate Julii Pont. Max. Post aliquod tempus in Galliam reversus est, Ludovico Regi inprimis charus, divini pariter, ac humani juris scientia, ac optimis motibus, & vitæ integritate, quam publice, & privatim præseferebat. Conflato autem contra Julium Pontificem, Ludovico ipso iodicente, Pisano Concilio, Mediolanumque translato, cum multi Galliarum Antistites, & Prælati mandato Regis eo devenissent, Scaramutia Romam profectus est. Cumque haud ita multo post Julius ipse, junctis fœderatis, ex Italia Gallos expulisset, in eos sacerdotes, qui Pisano Concilio adhæserant, de schimate agi cœptum est. Sed cum tempore Concilii Scaramutia se Romæ continuisset, quamquam amicus Regis, catholicus habitus est. Regnanteque Mediolani post Gallos expulsos Maximiliano Sfortia, & Episcopatus, & aliorum Sacerdotiorum, in ditione Mediolanensi quæcumque possidebat, redditus libere percepit. Sed adveniente in Italiam Francisco Rege Ludovici successore ductu maxime Jo. Jacobi Trivultii, Maximilianus Sfortia ejusmodi redditus Scaramutię intercipere voluit; verum à Rege ipso tempestive oppressus. Quare Scaramutia eo metu liberatus, in Romana curia Leonis X. Pontificis Maximi Referendarius celeberrimi nominis agebat, ad majoris honoris cumulos per virtutem aspirans. Anno vero Domini 1517. 6. Nonas Julias à Leone Pontifice, qui Julio successit, S. R. E. tituli S. Cyriaci in Thermis Presbyter Card. creatus est, una cum aliis triginta, qui simul omnes in illud collegium cooptati sunt. Deinde Episcopatum Antonio fratri tradidit, retenta omni illius, quoad viveret, administratione. Haud ita multo post Antonius ad Episcopatum Placentinum translatus est, & Cæsar Trivultius, ejus ex fratre nepos, in Episcopatu Comensi subrogatus, salva administratione jam antea Scaramutiæ concessa. Sed pulsis iterum ex Italia Gallis, Scaramutia Romæ agens, à Francisco Sfortia Mediolani Duce sacerdotiorum suorum redditibus spoliatus est. Capto vero Francisco Rege in obsidione Papiensi, Hispani, qui bellum Gallicum confecisse videbantur, occupantes, in retinendis Scaramutiæ redditibus perstiterunt. Anno autem Domini 1527. bello Italico inter Cæsarem, & Clementem Pontificem, & fœderatos exorto, cum Borbonii Dux, qui à Gallo defecerat, Germanorum & Hispanorum exercitum Mediolano movens, Romam versus ductaret, Scaramutia (ut prudentissimus) rerum exitum præsagiens, cum bona Pontificis venia, sublatis sarcinulis, Roma discessit, & in tutum se, suaque contulit. Unde Romanam stragem, & tantæ urbis depopulationem paulo post tantummodo audivit. Deinde in Agrum Veronensem concedens, in ægritudinem incidit, & in cœnobio, quod vulgo Maguxani vocant, decessit Nonis Augusti. Fuit Scaramutia procera quidem statura, sed gracili, oreque macilento: moribus facilis, ut qui ab omnibus aditi posset. Nam quo tempore Comi commoratus est, nemini se petenti januam occlusit. Allocutores sedere jussit, & benigne, patienterque audivit. Numquam solus comedit, sed ad mensam optimos quosque tum ecclesiastici, tum popularis ordinis è Comensibus habere voluit: convivia laute, & opipare more Gallico instruebantur. Per jejunii tempus ipse nihil de præcepto omittebat, cæterum cœnam parati jubebat, si qui forte ex familia sua famem non tolerarent. In mensa quemlibet loqui permittebat, & si quod bonarum litterarum in medium adduceretur, totis auribus admittebat, & sententiam suam proferebat, vel id ex Theologia peteretur, vel historia, sive sacra, sive profana, aut legibus ipsis, quarum professionis jam diu lauream sumpserat, aut mathematicis disciplinis, seu etiam linguarum varietate. Frequentabant enim ejus domum tunc externi complures, ut Joannes Lascarus natione Græcus, utraque lingua perpolitus, & Musicula Mediolanensis, cum alias liberales artes, tum Musicam, unde cognomen habebat, apprime doctus. E Comensibus vero Matthæus ab Ulmo Laodicensis Episcopus, Theologiæ magister, antea Prædicatorii Ordinis, qui & in sacris concionibus, & disputationibus ingenium, doctrinamque non mediocrem, apud Ludovicum quoque Sfortiam Mediolani Ducem, ostenderat, quique oris dignitate, totiusque corporis habitu, ac orandi, dicendique gravitate præstabat. Veniebat & Joannes Andreas Rambertengus utriusque juris doctor, qui in ea scientia, sive scripto, sive viva voce (ut ajunt) clientibus opem ferret, primas sine controversia obtinebat. Aderat & frequenter Gagius Evangelista multarum historiarum, tum antiquarum, ex Livio præsertim, ac Svetonio, & Plutarcho, tum recentium, quasque vel Chronicum supplementum continet, conscius, qui loco, & tempori eas accommodabat. Vocabantur & alii maxime è sacerdotum ordine, quibus non mediocriter deferebat. Quæ omnia, cum illuc crebro ventitarem, & in mensæ participatum admissus essem, non ab aliis accepi, sed ipse vidi. Post cujus mortem Petrus Arias, defuncto Cæsaris, quem constituerat paulo post, vicario, nec alio ab eo absente subrogato, Vicarium à canonicis, sea sede Episcopali vacanre, deligi jussit, ignorans quod Cæsar ex brevioribus litteris Leonis X. non diplomate, sub bulla plumbea in Antistitem admissus esset. Quare canonici Archidiaconum ei officio præfecerunt, sed mox metu pœnarum, per litteras Clementis VII. canonicis injectarum, se abdicavit. Ad purpuram fuit promotus 1517. simul cum Augustino consobrino Card. ad eam diem, vel inaudito, vel raro exemplo. Galliarum fuit ascitus Protector, summæ existimationis, doctrinæque inter sui seculi Cardinales, ut Garimbertus diserte enarrat, Placentinam Ecclesiam suscepit administrandam, Comensique Antonium Trivultium, Episcopum Astensem, cum futura spe successionis coadjutorem admovit ann. 1519. die 9. mensis Septembris. Eodemque anno, dieque eadem, ex auctoritate X. Leonis Pontificis, eidem Comensi Ecclesiæ administrandæ coadjutorem declaravit Antonius Cæsarem Trivultium nepotem Scaramutiæ Cardinalis. Decessit autem Cardinalis anno 1527. die 5. mensis Augusti in monasterio Magenzano Veronensis diœcesis, ut dictum est, quo Romanæ populationis providus opportune concesserat, ibidemque fuit sepultus, mortalibus inconsolabili sui relicto desiderio.

(„ ANTONIUS *Trivultius*, *Card. Scaramu-* LXXVIII
„ *tiæ frater*, *Episcopus Astensis*, *& Comensis coad-*
„ *jutor ex cessione Scaramutiæ hanc obtinuit Eccle-*
„ *siam in titulum die 8. Jan. 1518. cum facultate*
„ *utramque ad annum retinendi*, *& quam maluerit*

„ *sibi deinceps eligendi. Comensem denique resignavit die 26. Septemb. proxime insecuti anni 1519. quo eidem administrator successit Cæsar de Trivultiis in 24. suæ ætatis anno constitutus, titulum assecuturus, ubi annum ætatis attigerit 27. cum dispensatione super defectu natalium, & ætatis. Et hæc à nobis sic enarrata deprompsimus ex decretis, & schedis Consistorialibus, ex quibus æquiorem hanc seriem damus; ex iisdemque eumdem Cæsarem mox enumerandum coadjutorem antea Astensis Episcopi fuisse didicimus.* Lucentius.)



LXXIX. 79 CÆSAR Trivultius, Georgii Comitis S. Floriani regii Senatoris, & Catharinæ Trivultiæ filius ex coadjutore, Patruo Cardinali successit anno 1527. a Vir apud omnes summæ expectationis, in expediendis autem negotiis dexteritatis mirabilis; iterum enim, & semel Leo X. Clemensque VII. in Galliam illum Nuntium allegarunt, ubique fere, & semper tamquam Gallorum fautor Cæsarianis fuit suspectus. Quamobrem à sua Ecclesia aliquamdiu exulavit. Eidem à Carolo V. optimo Imp. restitutum, non multo post Hispani iterum inde depulerunt, cunctis mœrentibus, qui Cæsaris candorem noverant. Cæterum cum præesset Comensibus, inter alia egregia opera, Capuccinos fratres ex Ordine S. Francisci Comum introduxit. Ipse vero è vivis decessit Romæ, quo tamquam ad asylum suæ innocentiæ opportune concesserat 1548. ibidemque sepultus fuit.

a Administrator primum adscitus est 26. Sept. 1519. quam Ecclesiam postea in titulum inauguratus Episcopus retinuit. *Lucentius.*

LXXX. 80 BERNARDINUS de Cruce à Ripa S. Vitalis Mediolanensis, Pauli III. Pontificis Cubicularius, Casalis primum Episc. postea Astensis, demum ad hanc Ecclesiam fuit translatus die 24. mensis Septembris anno 1548. Palatium Episcopale extendit. Ecclesiam S. Crucis construxit, introduxitque Comum Societatis Jesu Alumnos, quos excitando Collegio maxime juvit. Præfuit 11. annos, ab eoque munere à summo Pontifice missionem impetravit die 17. mensis Aprilis an. 1559. Romæ decessit 1566. 15. die mensis Aug. sepultusque est in Vaticana, ante sacellum S. Mariæ de Succursu, ut vocant, quod de suo dotatum, suæ gentis jus esse testamento mandavit. Ad ejus autem sepulchrum hæc inscriptio legitur.

Bernardinus della Croce Mediolanen.
olim Pauli III. Pont. Max.
ab archano Cubiculi, Vatic. Basil. Canon.
Novocomensi Episcopo
dum se cogitat moriturum, hanc sibi
tombam condidit.
Anno ætatis suæ LXIV. hum. sal.
MDLXVI.
M. H. N. M. S.

LXXXI 81 JOANNES Antonius Ulpius, civis Comensis, doctor legum, superiorisque Bernardini vicarius, patriæ sedem est assecutus 1559. die 17. mensis Aprilis. Concilio Trid. interfuit, cujus decreta secum detulit observanda, indeque clerum suum habuit optime institutum. Duas synodos celebravit, contra suppullulantes hæreses prope Comum. Gregorii XII. Nuntius fuit apud Helvetios magno illorum populorum fructu, sanctæque Romanæ Ecclesiæ commodo. Reversus Comum, magna ex



parte Palatium Episcopale refecit, suorumque antecessorum memoriam revocavit. Suo tempore S. Abundii corpus repertum est, quod cum aliis pluribus sanctorum reliquiis cælatis argenteis vasis honorifice recondidit: Cathedralemque pretiosa supellectili locupletavit. Decessit 1588. die 30. mensis Aug. sepultusque est in Cathedrali cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Joan. Antonio Ulpio Episcopo, & patritio Novocomen. de litteris, Christiana religione, & Apost. Sed. ob præclare in Conc. Trid. & ad Helvetios Pont. Max. legat. adhib. tam operam benemerito, communi bonorum omnium mœrore sublato, qui templum hoc vestib. pretiosis, & theca argentea, ad Sanctorum reliquias servan. affabre facta exornavit, Episcopium in elegantiorem formam restituit. Defendens, & Benedictus hujus ædis Canonici fratri optimo PP. Vixit ann. LXXIV. mens. vii. dies xxiv. Obiit anno M. D. LXXXVIII. iii. Kal. Septemb.


82 Fr. FELICIANUS Nigriarda b è Morbino Vulturenæ, Ordinis Prædicatorum, Monasterii S. Antonii suæ patriæ alumnus, doctrina excelluit, ita ut adhuc juvenis doctoralem lauream tulerit, bonis, doctisque omnibus applaudentibus. Generalis Vicarius factus in Germania sui Ordinis, publice Theologiam professus est Viennæ Austriacæ. Concilio Tridentino interfuit Theologus, atque Orator Archiepiscopi Saltzeburgensis. Auctoritate XIII. Gregorii succinctus, rediit in Germaniam, ut Moniales sui Ordinis traduceret ad puriores mores, à quo creatus est Ascalonensis c Episcopus, indeque ad S. Agathæ sedem fuit translatus, renunciatus Apostolicus Visitator sui Ordinis. Sixtus vero V. eundem transtulit ad Comensem Episcopatum 1588. die 17. d mensis Octobris: ubi & mores correxit, & hæresim latentem eruit de latibulis, vigilavitque, traductis iis, qui ea peste laborabant ad Catholicos mores. Plura utilia monumenta perscripsit, scilicet, plures disputationes contra hæreticos, modum curæ pastoralis, rationemque visitandi diœcesim Saltzeburgen. synodum provincialem emisit in lucem, nonnullaque alia. Bavarus Dux Felicianum legavit ad Clementem VIII. ut eidem sisteret filios benedicendos, quos iterum reduxit in patriam. Carmelitanis Fratribus Comi attribuit domicilium, pluraque alia præstitit ad pietatem colendam. Mortuus est an. 78. suæ ætatis, die 5. mensis Januar. 1595. sepultusque est in Ecclesia S. Joannis de Monte sui Ordinis, in sacel. S. Mariæ Magdalenæ. Præsul sane memorandus plurimarum virtutum concursu, quæ procul à vitiis, visæ sunt omnem invidiam superasse. LXXXII.

b De quo Altamura in Bibl. Dominicana p. 45. *Mandos.*

c Scalensis in Vicentinis.

d Die 1. Octob.

83 PHILIPPUS Archintus Mediolanensis, Referendarius Apostolicus, atque Archipresbyter S. Mariæ Alemannorum extra Bononiam, à Clemente VIII. adlectus fuit Comensis Episcopus LXXXIII.



r595. die 17. mensis Julii. Die vero 16. mensis No-
vemb. ejusdem anoi solemni ritu iniit possessionem:
insecutoque anno, Concilio provinciali Aquilejen-
si à Barbaro Patriarcha coogregato interfuit, cujus
decreta cum aliis comprovincialibus Episcopis sub- B
scripsit. Ab eodem Pontifice, una cum Claudio
Rangono Placentino Episcopo delegatus fuit, ut
quæ vulgatis omnium sermonibus de S. Carolo mira
circumferebantur, discuteret diligentius, perquire-
retque, ut testatoria rituum Senatoribus deinde es-
seot; intersuitq; dum solemni ritu à Paulo V. idem
sanctus in divorum numerum referretur 16t0. Qui
Archiotum suum familiarem Prælatum, capellæ
adsisteutem effecit. Reversus Comum, S. Carolo
sacellum erexit, palatiumque Episcopale ornavit,
auxitque: ac celebratis salutaribus aliquot synodis,
non sine vitæ discrimine, diœcesim suam omnem
lustravit, æmulus factus Philippi Archinti Patrui
Archiepiscopi quondam Mediolanensis, cujus pa-
storales virtutes adeo propius secutus est, & assecu-
tus, ut eidem merito potuerit videri simillimus. Cæ-
terum senex factus Philippus, missionem à pastora-
libus curis impetravit 1621. Gregorio XV. sedente.
Deinde vacuus curis, atque ad arbitrium felix, in
senectute bona quievit, aonum agens 84. Cauturii C
15. Novembris 16at. Tumulatus jacet in Cathedra-
li, ut ipse testamento mandaverat.

LXX XIV. 84 AURELIUS Archintus, Honorati filius,
nepos que Philippi, utriusque Signaturæ Referen-
darius, ex cessione Patrui, ad hanc sedem assum-
ptus fuit an. 162t. die 17. a Julii. Magnæ virtutis
a Die 4. Junii. vir, inauguratusque fuit à Cardinali Ludovisio Ar-
chiepisco Bononiensi, auooque 1622. die 27. men-
sis Januarii iniit obtenti Episcopatus possessionem,
cujus iogressus tanto gratior Comenli populo visus
est accidisse, quanto Philippi Patrui memoria pau-
lo ante sanctior extitisset. Cæterum haud diuturnior
gestienti populo ea lætitia fuit, quippe præpropero
fato sublatus, lætiores illas spes eventu tristiori ex-
cepit anno 1652. mens. Sept. die 19. sepultusque est
in Cathedrali, in eodem tumulo Philippi patrui
cum tali inscriptione.

Philippus patruus, Aurelius ex fratre ne-
pos Archiuti, uterque Comensis Ecclesiæ
Episcopi, multorum familtæ suæ Præsu- D
lum in curando grege sibi commisso pietatem,
& vigilantiam imitati, ubi viveutes eudem
sede ud labores excepti fuere, ibi defuncti
ad quietem eodem tumulo recipi volue-
ruut. Comes Octavius Decurio patruo &
fratri umantissimo, & Comes Carolus I.C.
Colleg. Decurio, rerumque capitalium Pre-
fectus consobriuis carissimis BB. MM. PP.

In Ecclesia S. Michaelis Canturii, hæc alia de
Philippo Comensi, alioque Philippo Arcbiepisco-
po Mediolanensi legitur.

Illustri memoriæ Philippi Archiuti Archie-
piscopi Mediolaui, Philippi Archinti Epi-
scopi Comeusis, quorum primus Basilicam,
secundus altare majus D. Michaelis Ar-
chang. solemui ritu consecrarunt, nepo-
tes PP.

LXX XV. 85 Fr. DESIDERIUS Scalea b Cremonensis,
b De eo

A origine vero Brixiensis, ex Ordine Prædicatorum.
à Paulo V. creatus est Cardinalis, ex commissario
S. Officii Romaui 1621. die 11. mensis Januarii, Ciacconius Oldoini, & Fontana in Theatro Dominicano.
eodemque die Melphiensis Episcopus est designa-
tus à Gregorio XV. confirmatus: quem idem Pou-
tifex ad Comensem transtulit sedem die 14. meusis
Novemb. 1622. Præfuit usque ad aooum 1626. eo-
que munere se exolvit io favorem Caraffini, ut Au-
læ Romanæ negotiis expeditior posset incumbere.
Romæ decessit 1639. mense Julio: sepultusque est
in Ecclesia S. Caroli de Cursu, cujus titulo per id
tempus fuerat insiguitus, cum antea Cardinalis
S. Clementis, vel Cremoneusis appellaretur.



86 LAZARUS Caraffinus, nobili gente Cre- LXX
monæ natus, Melphiensis antea Episcopus, ad XVI.
hanc Novocomeosem sedem fuit translatus aono
1626. die 6. c mensis Januarii. Urbem solemni ritu c Die 9. Jun.
ingreditur 30. Maji eodem anno. Synodum habuit,
editq; una cum tabula diptyca Episcoporum ejus-
dem Ecclesiæ, cujus statum, ac diœcesim descripsit
perbelle, quam non semel lusttavit maximo Chri-
stianæ, atque Catholicæ religiouis commodo Præ-
est, prodestque nobili Ecclesiæ nobilis Præsul, ut
successuris optimi pastoris videatur exemplum fu-
C turum: cujus laudes silentio obvoluimus, oe vi-
ventis modestiam oneremus.

A D D I T I O.

(„ *Obiit Caraffinus meuse Junio 1665.*
„ JOANNES *Ambrosius Turrianus nobilis Me-* LXX
„ *diolaueusis, Utriusque Siguaturæ Refereudarius,* XVII.
„ *I. V. & sacræ Theologiæ Doctor, Collegiatæ Eccle-*
„ *siæ S. Laurentii Medioluucn. Præpositus, Judex*
„ *& examinator syuodalis, & Couservator plurium*
„ *Monasteriorum, ac Cougregutionum disciplinæ,*
„ *& Criminalium putriæ Civitatis, præfectus est*
„ *iu Episcopum Comeusis Ecclesię 15. Decemb. 1666.*
„ *Decessit mense Octobris 1679.*
„ CAROLUS *Cicerus ex Episcopo Alexuudrino* LXX
„ *Comeusis dictus est die 13. Maii 1680. Deiude S. R.* XVIII
„ *E. Cardiualis ab Iuuoceutio XI. creatus è vivis*
„ *ubiit die 24. Junii 1694.*
„ STEPHANUS *Joseph Meuattus, Cyreueu.* LXX
„ *Episcopus, Emineutiss. Cardiualis Vicarii iu* XIX.
„ *Urbe Vicesgereus, ac Laterauensis Ecclesiæ Cu-*
D „ *nonicus, S. Officii, pluriumque Cougregatiouum*
„ *Cousultor, Votans Signaturæ, ac Episcoporum*
„ *Examiuator, ud huuc Ecclesiam traus latus est*
„ *die 17. Septembris 1694. Auuo iusequenti defun-*
„ *ctus est die 5. Augusti.*
„ FRANCISCUS *Bonesauu, Cajaceusis an-* XC.
„ *tea Præsul, Comensi præesse ovili jussus est 14.*
„ *Novembris 1695. Immortalitatem adeptus est*
„ *mense Decembri 1709.*
„ JOSEPH *Olgiatus e Parmeusi Cathedra ad* XCI.
„ *hunc trauslatus est 26. Junuarii 1711.*)

CON-

CONCORDIENSES EPISCOPI.

CONCORDIA olim frequens, fœtaque populo, mediterranea est Carnorum civitas nomen retinens, & Colonia Romanorum memorata Ptolomæo, Plinio, Melæ, Antonino, Straboni, 30. ab Aquileja milliariis, nunc in Fori Julii regione numerata, haud procul à mari, inter Tiliaventum, & Liquentiam amnes posita, quæ una cum pluribus aliis vicinis oppidis à Rhotari Longobardorum Rege deleta est, oppidanis inter stagnantes aquas sese recipientibus, in quibus casulas ędificarunt, ne saltem oculis immeritæ patriæ excidium cogerentur haurire. Barbari igitur Concordiam funditus deleverunt, ita ut ne vestigium quidem, ubi olim fuerit, relinqueretur; ex quo tempore Concordia splendorem pristinum amisit; nunc etiam paucis familiis ob cœli inclementiam habitatur. Est autem sub ditione Venetorum. Hanc igitur tradunt à S. Hermagora illustratam fuisse Evangelio, ibique olim pro Christo martyrium pertulerunt Donatus, Secundinus a, & Romulus cum aliis octuaginta sex sociis, quorum meminit Mart. Rom. 17. die Febr. Episcopatus Concordiensis antiquus est, & jam inde à sua institutione subjectus Aquilejensi Ecclesiæ ab hinc, & ante mille, & amplius annos; illiusque Præsul amplissimis privilegiis ab Imperatoribus exornatus est, maxime vero ab Othone Magno. Quamobrem plerumque Concordienses Episcopi civilem potestatem cum spirituali conjunctam exercuerunt in territorio, diœcesique sibi subjecta, sub titulo Principum, Comitum, & Marchionum. Concordienses Episcopi bis sedem mutasse memorantur. Primum anno Domini 605. Longobardorum rebus in Italia florentibus, à quibus deleta fere Concordia, ut diximus, Joannes ejus civitatis Episcopus sedem suam Caprulas ad æstuarium transtulit. Ex quo tempore Concordiensis diœcesis pars abscissa est, & Caprulensi Ecclesiæ attributa; suum tamen Præsulem Concordia non amisit. Itaque anno 1159. Episcopus Concordien. conventui Episcopor. & Principum ab Imp. Friderico I coacto interfuisse legitur, gaudetque titulo Ducis, Marchionis, & Comitis. Iterum sedem suam ob cœli gravitatem mutarunt Episcopus, & Capitulum anno 1586. indultu Sixti V. Pont. Max. qui potestatem illis fecit in Oppido Portus Gruarii, intra fines hujus diœcesis posito, residendi, ita tamen ut maneret nomen, & titulus, & Cathedralis Ecclesia Divo Prothomartyri Stephano sacra apud Concordiam, quo statis anni temporibus ad sacra peragenda convenire teneantur, quæ ex divino Numine, Barbarorum furori superstes, index maneret, ubi olim ea civitas muros extulerat. Sacris in ea ministrant Canonici 12. è quibus duo dignitate eminent, Decanus secundus ab Antistite, & Præpositus: his accedunt mansionarii tres, quorum unus est Scholasticus, totidemque capellani, qui magna anni parte in ecclesia S. Andreæ oppidi Portus Gruarii sacra faciunt. In civitate Concordiensi parochialis ecclesia præter Cathedralem nulla; duo namque sacerdotes, qui hic perpetuo resident, curam totius civitatis animarum gerunt, quæ sunt fere quingentæ. Sunt præterea duo sacella, totidemque ecclesiæ campestres civitati proximæ.

a Melius Secundianus.

Diœcesis Concordiensis olim latior fuit, antequam Caprulensis Episcopus crearetur, lata tamen adhuc, & ampla est. Numerantur enim in ea oppida, & pagi complures, in quibus parochiales ecclesiæ circiter 118. divisæ in 12. vicariatus foraneos, & congregationes parochorum, qui certis temporibus de rebus ad curam suam spectantibus communicant, cum multis monasteriis, xenodochiis, sodalitatibus, aliisque piis domibus, in quibus pietatis opera exercentur, & quatuor dumtaxat beneficiis simplicibus. Cœnobiorum præcipuum est Franciscanorum in oppido Pulcinici. Virginum autem septum nullum extat in tota diœcesi. Oppidorum autem nobilissimum est Portus Gruarii, in quo ecclesia D. Andreæ, cui Episcopus, & Canonici Cathedralis loco inserviunt, & præterea duæ aliæ parochiales ecclesiæ, capellaniæ item ordinariæ sex, extraordinariæ duodecim, monasteria virorum quinque, xenodochium unum, sodalitia laicorum quinque. Populus totius diœcesis catholicus, & pius, si Hebræos excipias, quorum plurimæ familiæ per totam diœcesim dispersæ perpetua Episcopi vigilantia coercendæ sunt, ne perniciosæ sint populo fideli. Mensæ Episcopalis annuus census sex ducatorum millia superat: in libris Cameræ Apostolicæ taxatur florenorum 400. Episcopi, qui in ea sede floruerunt, sunt qui sequuntur, quos ex diversis scriptis, monumentisque digessimus in hanc seriem gracilem quidem, & elumbem: quandoquidem illius Ecclesiæ archivium flammis, bellisque exhaustum, nobis scribentibus subministrare non potuit pinguiorem.

A D D I T I O.

(,, *In decima Italiæ regione Coloniam Concordiam*
,, *recenset Plinius l. 3. c. 18. &* JULIA CONCOR-
,, DIA *bis nominatur in Lapide integro, & insigni*
,, M. ARMONII. M. L. ASTURÆ. *erecto, ibi ad*
,, *hanc diem extante. Quæ ad ejus originem, nomen,*
,, *vetustatem, ac honorem pertinent, summa dili-*
,, *gentia prosequutus est egr. mem. vir cl. Philippus*
,, *à Turre Adriensis Episcopus in dissertatione de*
,, *Colonia Forojuliensi, quæ tertia est ex additis*
,, *ad veteris Antii monumenta ab eodem publici ju-*
,, *ris effecta. Nunc autem licet antiquæ Concordiæ*
,, *vestigia minime servent, vel mœnium, vel tur-*
,, *rium, vel aliorum insignium ędificiorum dirutorum*
,, *partes aliquæ superstites, eam verò eminentia*
,, *quædam soli satis certam sceipia terminis designat:*
,, *in qua marmorum fragmina elaboratorum, tegu-*
,, *larum planarum numerus non exiguus, tessellato-*
,, *rum pavimentorum elaborata compages terræ fos-*
,, *sione sæpè sæpius oculis patescunt; nec non ibidem*
,, *numismatum Romanorum, & sigillorum Genti-*
,, *lium Deitatum imagines referentium frequens de-*
,, *tectio agricolarum labores solatur: quæ in Occi-*
,, *dentali, habita ad flumen relatione, parte con-*
,, *spiciuntur. Concordiam furore Attilæ excisam*
,, *omnium consensus statuit: quo imminente prima*
,, *certe sedis mutatio ob episcopi Concordiensis fu-*
,, *gam facta dicitur. Quo autem se receperit conji-*
,, *cit Henricus Norisius in dissert. hist. de synodo V.*
,, *sic scribens:* Etenim Concordia ab Attila fundi-
,, tus eversa, hujus urbis Episcopus Celinam se
,, contulit. *Postrema sedis mutatio anno* 1592. *con-*
,, *tigit, quo Episcopus, & Capitulum Portumgrua-*
,, *rium se contulerunt. Sacris olim in hac Cathedra-*
,, *li ministrabant* Canonici *XIV. e quibus tres digni-*
,, *tates, Decanus, Archidiaconus, & Præpositus.*
,, *Suppressis verò nunc temporis auctoritate Aposto-*
,, *lica duabus præbendis altera Archidiaconali, al-*
,, *tera* Canonicali, *ex earum redditibus tres institu-*
,, *ti sunt mansionarii præter Scholasticum, & duo*
,, Capellani *amovibiles pro cantu, & servitio cho-*
,, *ri, & unus Musicę magister, ita ut omnes ministri*
,, *inservientes septenario numero comprehendun-*
,, *tur, &* Canonici *XII. utraque præbenda Theolo-*
,, *gali, & Pœnitentiali decorati, ut asserit Auctor.*

Ho-

" *Hodie itaque tres recensentur Mansionarii, qui sunt de gremio Capituli, & gaudent usu almutiæ, ut cæteri Canonici. Scholasticus non est de gremio; habet tamen usum almutiæ pro publicarum functionum ornatu, in quibus talarem gestat coloris violacei, & baculum circulis argenteis circumseptum. His accedunt tres Capellani ordinarii magnificæ Communitatis dicti oppidi, qui in multis tenentur choro inservire, & ideo ipsi quoque habent usum almutiæ. In urbe Concordiensi Parochialis Ecclesia præter Cathedralem nulla: ex duobus namque Sacerdotibus, qui hic perpetuo resident, alter, qui & de prædictis mansionariis est, curam animarum gerit ad nutum Capituli; alter vero Sacristæ, seu sacrarum rerum custodis officio fungitur. Hodie in ea nullum sacellum; fortasse quia vetustate collapsa neglecta instauratione perierunt; unius autem memoria adhuc extat, nempe S. Leonardi, à quo ejus districtus denominatur: Ecclesiæ verò campestres S. Mariæ, & S. Petri adhuc servantur. Diœcesis Concordien. per creationem Episcopi Caprularum nihil est imminuta, nihilque jurisdictionis amisit: pro recognitione etenim refugii præstiti incursione Barbarorum, sedes Concordien. eidem elargita est nonnullas Sanctorum reliquias, & nonnullos domorum census Episcopatui Concordien. Portusgruarii debitos, quos Ecclesia Caprularum exigit usque ad præsens. Hodie diœcesis Parochiales Ecclesiæ in XVI. Vicariatus foraneos, & congregationes Parochorum divisæ sunt. Beneficia verò simplicia hodie complura, omnia fere de Jurepatronatus familiarum, à quibus instituta fuere: & Virginum septa quatuor: primum in oppido Portusnaonis Ordinis S. Augustini: duo Spilimbergi, unum ejusdem ordinis sub regimine Prioris, & fratrum ibidem existentium, alterum Ursulinarum è Brixia in Spilimbergum delatum, quæ tamen professionem non emittunt, nec habent Clausuram, sed possunt ad vota sæcularia transire. Recentiùs quartum inductum est in oppido S. Viti Ordinis S. Francisci Salesii dicti à Visitatione ex Avinione propagatum. In oppido Portusgruarii quatuor tantum virorum cœnobia existunt: suppressum est enim quintum, quod erat Cruciferorum: & illud, quod à fratribus Prædicatoribus fuerat dimissum, concessum est Fratribus S. Mariæ Servorum. Hebræi nunc paucissimi in hac diœcesi visuntur, & hi in tribus tantum oppidis S. Viti, Spilimbergi, & Maniaci Magni: qui propter commoditatem pignorum ad sublevandos pauperes retinentur. Præcipua diœcesis Oppida sunt Portusgruarii, Portusnaonis, S. Viti, Spilimbergi, & Pursiliarum. M. Antonius Nicolettus in eo, quem de Foro Juliensium moribus, & legibus vetustis conscripsit, volumine, tradit Episcopos Concordienses Patriarchæ Aquilejensi inter cæteros proceres primo loco fidelitatis suæ jusjurandum præstare solitos, non solum tacto Evangeliorum libro, quem sedens Patriarcha sustinebat, sed etiam conceptis verbis.* David.)

I. (" CLARISSIMUS *Concilio Gradensi ab Helia Patriarcha coacto an. 579. subscripsit* S.E.Celicanę Episcopus, *ut legit Dandulus; eo quia, notat Norisius in Dissert. de V. Synodo c. 9. §. 4. Concordiensis Antistes, Concordia ab Attila funditus eversa, Celinam se contulerit: unde pro* Celicanæ *scribendum censet Celinanæ. Conjecturam roborat Bibliothecæ Barberinæ Codex, qui pro* Clarissimus Episcopus S.E. Celicanæ *habet* Clarissimus Concordiensis. *Hunc item interfuisse Synodo Marani, quo Severus in communionem à schismaticis receptus est, docet ex Paulo Diacono idem Norisius, qui vulgatas Pauli Diaconi lectiones emendandas docet, & ubi* Clarissimus *male apponitur ut epithetum Petro Altinati, hoc pacto legendum:* Petrus de Alrino, Clarissimus de Concordia.)

II. 1. AUGUSTINUS Concordiensium Præsulum primus *a* occurrit, quorum memoria extet. De eo loquitur Baronius ad annum 590. [" *Hic unus fuit ex Episcopis schismaticis Aquilejensis Provinciæ, qui ne veniret ad Synodum Romanam pro eorum reconciliatione indicta à M. Gregorio libellum subscripserat Mauritio Imperatori præstandum, in quo &* Augustus *nuncupatur. Vide Harduini Concil. tom. 3. col. 526.*)

a Secundus.

III 2. JOANNES Episcopus Concordiensis videtur proxime successisse Augustino. Hic ille est, qui ad Caprulum transtulit sedem anno 606. ut refert Sigonius lib. 2. Hujus rei meminit Andreas Dandulus in Chron. cap. 4. *Hoc tempore*, inquit, *Joan. Longobardorum Patriarchæ renuens obedire, in vico Caprularum cum clero, & populo Catholico pervenit, & cum auctoritate Deusdedit Papæ sedem ibi collocavit*. Videtur tamen hæc translatio sub initio Pontificatus Sabioiani facta ex plerisque aliis probatis auctoribus. Sabioianus sedere cœpit eo ipso ann. 605. Causam translationis supra retulimus.

IV. (" PETRUS *sequens à Carolo Magno privilegium pro se, suisque successoribus obtinuit an.* 802. In nomine sanctæ, & individuæ Trinitaris Carolus divina faveote clementia Rex Francorum, & Patritius Romanorum. Si religiosis pręsidentibus locis divinis culribus manciparis juvamen nostri Imperii præbemus, inde quantò humanis munimur auxiliis, tantò proclivius juvari divinis minimè titubamus. Quocirca omnis sanctæ Ecclesiæ fidelium nostrorum præseotium scilicet ac futurorum concipiat universitas, qualirer propter nomen Domini, & æternam remuneratiouem, atque interventu Radigeu. fidelis nostei nos recipimus Petrum S. Concordien. Ecclesiæ Episcopum sub nostri defensione, & tutamine mundiburdii cum rota integritate ipsius Episcopatus, Oraroriis, Domibus, Castris, villis, servis, & ancillis, & omnibus rebus, mobilibus, ac immobilibus, quæ dici, & nominari possunt ad pręfatum Concordien. Episcopatum pertinentibus, vel spectanribus. Insuper concedimus jam dicto Petro Episcopo S. Concordien. Ecclesiæ ejusque successoribus Parochias cum omnibus Piebibus, & decimationibus illorum locorum, quæ in infrascriptis clauduntur finibus, vel eorum determinarione: ubi orirur fluvius, qui dicitur Taliamentum, & defluit in mare, & sicut oritur fluvius Liquentiæ, & defluit in mare. Donamus eriam omne foderum, & executionem, & angariam, & omnem publicam functionem prædicto Petro Episcopo, ejusque successoribus de roto ipso Episcopatu, ut nullus det foderum, oeque collectam, neque aliquam dationem, nec ipse, nec suus colonus, nec aliqui in pertinentiis ipsius Episcopatus commorantes, vel laborantes. Præcipimus quoque, ut nullus nostrorum fidelium veniens, ac ingrediens, aut missi discurrentes io ipso Episcopatu, aut ejus pertinentiis Mansionaticum faciant, aut aliquam dationem exigant, sed omnia sint in potestate Petri S. Concordien. Ecclesiæ Episcopi, suorumque successorum: & hac nostra auctoritate suffultus liberè ac securè disponat cuncta sibi à nobis subjecta. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, ac Sculdasius, Gastaldus, Decanus, aut aliqua regni nostri magna, vel parva persona jam dictum Petrum S. Concordien. Ecclesiæ Episcopum, suosque successores inquietare, vel molestare audeat, vel de ipso Episcopatu aliquid exigere, sed ea jam dictus Episcopus, suique successores pacificè, & quietè teneaot omni inquierudine remota. Si quis igitur temerario ausu hanc nostram auctoritatem infringere tentaverir, aur eorum quidquam, quæ prohibemus, agere, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem cameræ oostræ, & medietatem multoties jam dicto Petro S. Concordiensis Ecclesiæ Episcopo, suisque successoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus ob-

serve-

A servetur, sigilli nostri impressione subter insigniri jussimus, manu propria roborantes.

Signum D. Caroli gloriosissimi Regis.

Etrambaldus Cancellarius ad vicem........ Episcopi Archicancellarii recognovit. Anno *a* XXXIV. Franc. regni, & Dominicæ Incarnationis DCCCII. Datum pridie Non. Aprilis. Actum Francofurti. Anno XXIX. regni. *David.*)

V. 3 ANSELMUS post spatium 200. ann. & iis amplius, reperitur Concordien. Episcopus in Concil. Mantuano an. 827. *b* cui subscripsit.

VI. 4 TOMICARIUS hujus Ecclesiæ Pontifex interfuit, dum Sergius II. Papa Ludovicum Lotharii Imperatoris filium apud S. Petrum, tradito insigne Regni, Regem Longobardorum crearet *c*, ut narrat Anast. Biblioth. in vita ejusdem Pontificis.

VII. (,, ALBERICUS *Concordiensis Episcopus cum aliis comprovincialibus Præsulibus interfuit post an. 961. consecrationi Cathedralis Parentinæ, ut en documento infra in Parentinis referendo.*)

VIII. (,, BENHO *florebat anno 996. quo ei Otho sylvam quamdam liberaliter concessit, confirmavitque quicquid Ecclesiæ Concordiensi Antecessores ejus Imperatores, vel Reges indulserant. Diploma hujus est tenoris.*

B In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otto servus Apostolorum, ac Deo favente Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnium fidelium nostrorum præsentium scil. ac futurorum universitati, quia morem sequimur prædecessorum nostrorum piorum, si Ecclesiis Dei, & ejus sacerdotibus augmentum, & utilitates conferimus. Quocirca omnium noverit solertia, quia ob impetrationem Petri Cumani Episcopi, & Archicancellarii concedimus Benhoni s. Concordien. Ecclesiæ Episcopo, suisque successoribus sylvam, quæ sita est sicut oritur aqua, quæ vocatur Lemen, & defluit in mare, & sicut oritur aqua, quæ dicitur flumen, & defluit in Medunam, & aqua Meduna defluit in Liquentiam, & fluvius Liquentiæ defluit in mare, sicut his terminis circumdatur ipsa silva cum omnibus rivulis, vel fluminibus in ipsa silva C fluentibus, Lemone, Isone, aqua nigra, Taugo, Fonagallo, Reghena, cum lacu cum omni integritate, utilitate, campis, aratoriis, pratis, pascuis, silvis, piscationibus, venationibus, molendinis, & omnes curtes cum Oratoriis, domibus, castris, villis, paludibus, servis, & ancillis, & quicquid à Regibus, vel Imperatoribus, aut ab aliis viris, vel à fœminis eidem suæ Concordien. Ecclesiæ tradita sunt, & omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, quæ dici, vel nominari possunt; & nostræ authoritatis donatione confirmamus. Insuper parochias cum omnibus plebibus, & decimationibus illorum locorum, quæ in ipsis clauduntur finibus, scilicet determinatione, ubi oritur fluvius, qui dicitur Tollimentum, & defluit in mare, & ubi oritur flumen Liquentiæ, & defluit in mare, & omne fodrum, & donationem, atque angariam, & omnem publicam functionem de toto ipso Episcopatu, ut nullum det fodrum, atque collectam nec ipse, nec suus colonus, nec aliqui in pertinentiis ipsius Episcopatus morantes, vel laborantes, vel omnibus ad præfatum Episcopatum Concordien. pertinentibus, & spectantibus nostra imperiali authoritate donamus, confirmamus sibi, suisque successoribus, atque corroboramus. Præcipimus quoque, ut nullus nostrorum fidelium veniens, aut regrediens, vel missi discurrentes in ipso Episcopatu, aut in ejus pertinentiis potestative mansionaticum faciant, aut aliquam dationem exigant. Sed omnia sint in potestate prædicti Episcopi, suorumque successorum, & hac nostra Imperiali authoritate suffultus libere, & secure disponat cuncta sibi subjecta. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdasius, Ga-

A staldius, Decanus, aut aliqua nostræ Imperiali authoritati subjecta magna, parvaque persona jam dictum Episcopum, suosque successores inquietare, vel molestare audeat, vel de suo Episcopatu aliquid ex his, quę supradiximus, exigere. Sed pacificè, & quietè teneat ipse, suique successores cuncta prædicta omni occasione remota. Si quis igitur temerariò ausu hanc nostram auctoritatem infringere tentaverit, aut quibusvis ingenio, sive colore quæsitis contraierit, componat auri libras centum: medietatem cameræ nostræ, & medietatem dicto Benhoni S. Concordien. Ecclesiæ Episcopo, suisque successoribus. Et ut verius credatur, ac diligentius à cunctis observetur, manu propria corroborantes sigillo nostro, atque bulla plumbea signari, ac bullari jussimus.

Signum D. Ottonis Sereniss. & sacratiss. Imperatoris Augusti.

Hembertus Cancellarius in vicem Petri Cumani Episcopi, & Archicancellarii recognovit. B Anno Domin. Incarn. nongentesimo *d* octogesimo octavo Indict. . . . anno regis Ottonis tertio, Imperii verò primo. Actum verò & datum in Civitate Verona apud S. Zenonem tertio Idus Septemb. feliciter Amen.

Hunc perperam appellat Palladius hist. forojul. par. t. l. IV. p. 144. Petrum Cumanum.

,, CRESCENTIUS *Majus memoratur à nuper citato Palladio p. 148. ut testis donationis factæ Canonicis Aquilejensibus ab Joanne III. Aquilejensi Patriarcha an.* 1015. IX.

,, ROBERTUS, *seu Ruidbertus subscripsit donationi, qua Poppo Patriarcha Aquilejen. an* 1031. *Capitulum suum dotavit. Vide supra in Aquilejensibus.* X.

,, JOANNES *de Regimperto, de quo in vetusto Anniversariorum libro Capituli Concordiensis hæc habentur ad X. Novemb.* Obiit R.D. Regimpotus Episcopus, qui legavit Capitulo unum Mansum C in Jussago, qui reddit mensuras VIII. debent dividi in die sui Anniversarii. Item fecit facere Ecclesiam S. Joannis Baptistæ, & dotavit. *Inscriptio ejus sepulchro insculpta adhuc superest in atrio ædiculæ Baptismalis Ecclesiæ Cathedralis Concordien. adjectæ, notis ad barbaram formam vergentibus.* XI.

Nomine, non opere Præsul Reginpoto sub me
Terra fit & pulvis pulvere factus homo.
Aspiciens tumulum miserendo suspice Celum
Ad Dominum Celi dic miserere sibi.
Dic quis salvus erit, nisi cui pie tu misereris
Salva plasma tuum non reputans meritum.
Obiit VIII Idus Novemb. sperans in eo qui salvos facit sperantes in eo.
Ut sit ei requies, clama Baptista Johannes.

,, RUNNUS, *de quo citatus Anniversariorum liber ad diem IX. Maji.* Obiit D. Runnus Episcopus, qui reliquit Capitulo unum mansum in Frata, & tres in Jussago pro suo anniversario, quod D reddit mensuras octo, quæ dividi debent in die sui Anniversarii, ut supra dictum est. Item reliquit multos libros Ecclesiæ S. Stephani. XII.

RUINUS, *nisi sit idem cum Runno suprapofito. De eo in libro Anniversariorum ad 26. Maii.* Obiit D. Ruinus Episcopus, qui reliquit Rev. Capitulo mansum unum in vado pro suo Anniversario, quod reddit mensuras octo, quæ debent dividi inter illos, qui fuerint, ut supradictum est. *Quo tempore tres nuper memorati Concordienses Episcopi vixerint, mihi incompertum.* XIII.

OTHO 1119. *dedicavit adstante Odalrico Patriarcha Aquilejen. Capellam S. Michaelis in Ecclesia S. Galli Mosacen. ut docet sequens monumentum ex originali desumptum.* XIV.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXVIIII. Indict. XII. Epact. VII. concurrenti II. dedicata est Capella S. Michaelis à Ven. ac catholico Ottone Episcopo Concordien. adstante Odalrico

a Hæ notæ temporariæ videntur amanuensium errore extra ordinem positæ.

b 826.

c an. 844.

d Repone an. Dom. 996. ind. 9. Regni Ottonis 13.

P. in

„ P. in honorem S. Michaelis Archangeli, & om- A
„ nium Ss. Angelorum, & S. Stephani Prothom.
„ Georgii. Fabiani & Sebastiani Mart. Sylvestri.
„ Gregorii. Martini. Remigii. Oldarici. Leudegarii.
„ Amandi. Nicolai, Briccii. Mauri. & Macarii
„ Confessorum. Agne. Agathe. Prisce. Scolasti-
„ ce. Walpurge. Marie & Marthe. Tecle. &
„ Erasme. Marie Magd. Anastasie Virginum.)

XV. 5 GENTIUS Concordien. Episcopus ædificavit Portum Romatinum temporibus Uldarici Patriarchæ Aquilejæ an. 1084. („ *Gervinus, qui & „ Gentius appellatur hic ab Ughello, domos con- „ struendi super solum, in quo Portus Gruarius adi- „ ficatus est, facultatem concessit an. 1140. ut prolo- „ quitur sequens documentum ex libro 1. Concor- „ dien. Episcopatus pag. 18. fideliter descriptum.*

„ Anno Dom. Incarnationis millesimo centesimo
„ quadragesimo decimo die mensis Januarii Indi-
„ ctione secunda. In Christi nomine placuit, atque
„ convenit mihi Gervino Episcopo in præsentia
„ Gabrielis advocati nostri, meique Episcopatus, B
„ ut in Dei nomine darem terram unam ad locum,
„ qui dicitur ad Pontem de Covra cum silva, & pa-
„ scuis, & omnibus cohærentiis suis. Cohæret ei
„ secundo loco ex una parte currit fluvius, qui dici-
„ tur Lemen, ex alia parte firmat in fossatum cum
„ silva, & pascuis, firmantibus usque ad Pontem
„ de Gradizara, & exinde usque ad villam novam,
„ negotiatoribus scil. Joanni Venerio, & Arponi,
„ & Bertaldo, & Birigojo & Henrico Mosca, &
„ Joanni Salinzone, & omnibus portulanis tam ad-
„ stantibus ibi, quam aliis absentibus, ad portum
„ ibi faciendum, & casas, & mansiones ædifican-
„ dum, ad censum, & fictum annualiter redden-
„ dum, libellario nomine usq; ad annos XXVIIII.
„ expletos, videl. ut per eos melioretur, & non
„ pejoretur, eademque ratione ut suprascripti vi-
„ cini eorumque heredes mihi Gervino Episcopo
„ Concordien. Ecclesiæ vel meo misso, aut meis
„ successoribus ad missam S. Martini tres dies an-
„ tea, vel tres dies postea per unumquemque an- C
„ num, & per unumquemque massarium, negotia-
„ torem in supradicto Portu habitantem persolvat
„ Verdonem unum argenti, & repletim homines
„ ibi habitantes persolvant quatuor Marcucios
„ Veneticor. denarior. ut libere negotia sua, &
„ omnia necessaria ibi in prædicto Portu possint
„ peragere, & negotiari, & domos suas liberis ne-
„ gotiatoribus hominibus ibi in Portu habitantibus
„ vendere, donare, & pro anima judicare ad su-
„ pradictum censum dandum, ut supradictum est,
„ prædicto D. Episcopo, suoque misso, suisque suc-
„ cessoribus: & super hoc quod supradictum est,
„ nulla vis, neque aliqua superimposita, neque ali-
„ quæ preces violento nomine à nobis, nec à no-
„ stris successoribus vobis vel vestris heredibus fie-
„ ri debeat præter regalem hostem. Tunc verò tam
„ nobis, quam nostris successoribus clare debeatis
„ preces tales, quales Aquilejenses negotiatores
„ sub fictum & censum constituti debent. Et ita
„ ex ambabus partibus bona fide, & absque dolo D
„ malo convenimus ex utraque parte æquitatem
„ servantibus, & expletis XXVIIII. annis nos Deo
„ adjuvante, vel nostri successores ad suprascri-
„ ptum fictum, & censum dandum alium libellum
„ renovare debeamus. Quod si hoc, ut supra legi-
„ tur, non observaverimus seu nos, vel nostri suc-
„ cessores, vel aliqua subnixa persona quoquomo-
„ do, vel ingenio frangere tentaverimus, & om-
„ ni tempore, industria, & æquitate, ut quondam
„ sub nostris antecessoribus fuit, non retinueri-
„ mus: & è contra si nos portulani, vel nostri he-
„ redes ante præfinitum tempus prædictum Por-
„ tum relinquerimus, & omnia, quæ supradicta,
„ & laudata sunt, non compleverimus, tunc ut
„ communiter convenimus, pars parti fidem ser-
„ vanti mulctam componat auri optimi libras

„ quinque, & post pœnam latam, & solutam hic A
„ præsens libellus sine omni contradictione omni-
„ nò sit firmus, & stabilis: unde duo libelli uno te-
„ nore sunt scripti; & nec nobis liceat ullo tempo-
„ re nolle, quod volumus: sed quod à nobis semel
„ factum, vel conscriptum est, sub jurejurando
„ inviolabiliter conservare promittimus, cum sti-
„ pulatione subnixa diximus.
„ Actum est autem hoc in atrio Ecclesiæ S. Mariæ
„ de Gruario feliciter.
„ Signum manus Gervini Episcopi Concordien-
„ sis sedis, qui hunc libellum scribere rogavit. Si-
„ gnum manus Gabrielis ejus, & prædictæ S. Se-
„ dis advocati. Signum manus Venerii de Fana,
„ & Artiuzi de Alber, & Bertoldi fratris ejus, &
„ & Joannis de Tersarolo, & Fridrici judicis de
„ Bigonzo omnium rogatorum testium; & insuper
„ interfuerunt ibi Volutradus, & Popo filius Ot-
„ tonis de Provisano, & Hermannus de Mettuno,
„ & Albertus, & Orso habitantes in Concordia, &
„ Gotscalatus, & ceteri quam plures ibi astantes. B
„ Ego Dietericus judex, & notarius scriptor hu-
„ jus libelli præter dicta complevi & dedi.
„ *Gervasius autem dicitur in monumento consecra-*
„ *tionis Ecclesiæ S. Georgii in Cunonicu eodem anno*
„ *1140. celebratæ à Pelegrino Patriarcha Aquile-*
„ *jen. ut infra in Veronensibus, dum de Theobaldo*
„ *Veronæ Episcopo differit Ughellus. Palladius ju-*
„ *nior illum Gentinum nominat.* David.)

6 GUIDO 1149. („ *Wervicum hunc Concor-* XVI.
„ *diensem Episcopum, quem Guidonem Ughellus*
„ *appellat, (ni forte idem sit cum Gervino mox re-*
„ *lato) dictum reperio in diplomate Conradi Impe-*
„ *ratoris an. 1149. in favorem Ecclesiæ Mosacen.*
„ *ennrato, & supra in Aquilejensibus à nobis edito:*
„ *Gervvigum in privilegio Eberardi Bambergensis*
„ *Episcopi Ecclesiæ Reicherspergensi an. 1154. con-*
„ *cesso, & in Chronicu Reicherspergensi legendo;*
„ *BERVIC autem in donatione Werneri de Carisa-*
„ *co Mosacensi Ecclesiæ anno 1158. factæ, & supra*
„ *in Aquilejensibus relatæ.*) C

7 BERENNUCCIUS a ejusdem sedis Antistes interfuit Concilio Aquilejen. 1156. apud Pilonum in Hist. Bellunensi. *a Hic idem cum superiori.*

XVII („ CHONO, *vel Conus, testis legitur in monu-*
„ *mento Udalrici Patriarchæ, quo an. 1164. confir-*
„ *matur donatio Werneri de Carisaco Ecclesiæ Mo-*
„ *sacen. ut supra in Patriarchis Aquilejen. De eo hæ*
„ *in libro Anniversariorum citato ad Kalend. Apri-*
„ *lis.* O. D. Conus Episcopus, qui reliquit me-
„ dium mansum in Lipuguana, quod reddit st.
„ unum frumenti pro anniversario. *David.*)

XVIII 8 GERVICUS, sive Gervasius, seu Gerardus floruit in hac sede, fuitque in curia apud Roncha-liam an. 1158. (1) ex Radevico lib. 2. in Append. ad Frisingen. Othonem. Hic etiam per publicum fœdus coitæ paci inter Federicum Cæsarem, atque Alexandrum III. Pont. Venetiis testis interfuit 1177. („ *Gerardus constanter appellatur hic Epis-*
„ *copus pluribus in monumentis: & primo quidem*
„ *in notitia publica anni 1174. edita per cl. Fonta-* D
„ *ninum in append. ad vindicias veterum diploma-*
„ *tum: tum in privilegio Friderici Imper. Ulderico*
„ *Præposito, & Canonicis Ecclesiæ Aquilejen. anno*
„ *1177. concesso, quod supra in Aquilejen. retulit U-*
„ *ghellus: deinque in instrumento unionis Ecclesiæ,*
„ *& plebis de Maniaco, & in diplomate Alexandri*
„ *III. mox referendis. De eo sic scribitur in anniver-*
„ *sariorum libro ad diem 11. Junii.* O. R. Gerar-
„ dus Episcopus, qui reliquit, atque concessit ple-
„ bem S. Georgii de vicinia Spignembergii, plebem
„ Portus veteris, S. Mariæ, & S. Petri de Tavel-
„ la, & prædictas plebes, & Ecclesias impetravit
„ in curia Romana, pro quo debet fieri ejus anni-
„ versarium solemniter. *Et præterea in dicto libro*
„ *ad XVIII. Augusti hæc habeatur.* O. D. Gerar-
„ dus Episcopus, qui reliquit R. Capitulo unum
man-

(1) Concordiensis Episcopus, qui conventui in Roncaliis interfuit, innominatus est. Fuit equidem Wervicus, de quo ante Cononem diximus, quem cum Gerardo hic perperam confundit Ughellus.

mansum in Rivago, quod reddit mensuras II. frumenti & vini pro suo anniversario faciendo: debent dividi in die ejus, ut supra.

Hic fuit auctor, ut Concordien. Canonici communem vivendi regulam amplecterentur: quam ordinationem deinde an. 1179. approbavit Alexander III. dum eos eorumque bona sub Apostolica protectione susciperet hoc expedito privilegio.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Canonicis Ecclesiæ Concordien. tam præsentibus quam futuris Canonicè instituendis in perpetuum. Quoniam decorem domus Dei diligere, & studiose procurare nos convenit, nec aliquis ejus decentior est ornatus, quam si ministrantes in ea decretis, & statutis Canonicis informentur ad mores, & ad usum vitæ perpetuis necessariis stipendiis fulciantur, oportet nos, quæ in Ecclesia Dei pastorali providentia statuuntur tam in venustate morum, quam in stipendiorum firmitate, scriptu sedis Apostolicæ communire. Eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostri protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsantiarum juste, & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seù aliis justis modis præstante domino poterit adipisci firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exponenda vocabulis: plebem S. Georgii cum capellis, & aliis pertinentiis suis, plebem de Concordia cum capellis & aliis pertinentiis suis, & Capellam S Petri. Ad hæc ordinationem, quam de communi vita fratrum cum assensu Venerab. fratris nostri Gerardi Episcopi vestri rationabiliter statuistis, auctoritate Apostolica confirmamus, & ratam futuris temporibus permanere sancimus. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episc.
Ego Haubaldus Hostiens. Episc. ss.
Ego Theodorus Portuensis, & S. Rufinæ Episc. ss.
Ego Petrus Tusculanus Episc. ss.
Ego Henricus Albanen. Episc. ss.
Ego Bernerius Prænestinus Episc. ss.
Egn Johannes presb. Card. Ss. Jo. & Pauli tit. Pammachii ss.
Ego Johannes presb. Card. tit. s. Anastasiæ ss.
Ego Petrus presb. Card. tit. s. Susannæ ss.
Ego Vivianus presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte ss.
Ego Ugo presb. Card. tit. S. Clementis ss.
Ego Arduinus presb. Card. tit. s. Crucis in Hierusalem ss.
Ego Jacobus Diacon. Card. s. Mariæ in Cosmedin ss.
Ego Andreas Diacon. Card. s. Theodori ss.
Ego Bernardus Diac. Card. s. Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Datum Laterani per mannm Alberti S. R. E. presb. Card. & Cancellarii IV. Nonas Maii Incarnat. Dom. an. 1179. Pontif. Ss. D. Alexandri anno XX. *David.*)

XIX. 9 JONATHA Episcopus Concordiensis præsens fuit consecrationi Ecclesiæ sancti Juliani de Lepida, Veronen. diœcesis, ab Urbano III. habitæ anno 1186.

(*Jonathas subscripsit transactioni an. 1180. inter Patriarchas Aquilejensem, & Gradensem secutæ, quam retulit in Gradensibus Ughellus, & nos infra ibidem supplebimus. Ab Urbano vero III. sequens obtinuit privilegium, en libro in membranis tabulis ligneis cooperto nuncupato Censuale Episcopatus Concordiensis diligenter exscriptum.*

Urbanus Episcopus servus servorum Dei Ven. fratri Jonathæ Concordien. Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem. Ordo rationis expostulat, & Ecclesiasticæ utilitatis consideratio nos invitat fratres, & Coepiscopos nostros ampliori charitate diligere, & commissas eorum gubernationi Ecclesias patrocinio sedis Apostolicæ propensius communire, quo ex suscepti executione officii tanto valeant semper vigilantiores existere, quanto à pravorum incursibus securiores se viderint permanere. Hac igitur consideratione rationis inducti, & tuis nihilominus precibus inclinati, personam tuam, & Ecclesiam tuæ curæ commissam cum omnibus, quæ in præsentiarum ratinuabiliter possides, vel in futurum justis modis poteris adipisci, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, specialiter autem civitatem Concordiæ, ubi Episcopatus fundatus est, cum villa de Fratta, & Capella S. Leonardi, Monasterium Summaquense cum omnibus pertinentiis suis, Portum de Gruario cum molendinis cum omnibus ad se pertinentibus, Curtem de Lugugnana cum villa, villam de Prato, villam de Cesardo, Villam du Mortulo, in villa de Latisana decem mansos, villam de Rivago, villam de Cumirago, Curtem de Fossalta, Villam de Gurgo, villam de Cicolino, Villam de Tileo; villam de Cintello, villam de Corderado, villam de Saccudello, villam de Saleto, & bas omnes villas cum campulis, pascuis, silvis, paludibus, piscatiouibus, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, cultis, & incultis, omnia & in omnibus temporalia, & ad regiam potestatem pertinentia usque ad aquam: Curtem de S. Joanne cum omnibus ad se pertinentibus, scil. villa de Versia usque ad Caxarsam, & decimis de S. Vito cum uno manso; Curtem de Mircho cum omnibus pertinentiis suis; curtem de Turri cum omnibus pertinentiis suis; curtem, & villam de Arba cum omnibus pertinentiis suis; tertiam partem Mutæ, quæ exigitur de silva de Curto: Castellum de Meduno cum villa, famulis, & famulabus, campis, pratis, vineis, pascuis, montibus, silvis, venationibus, paludivis, piscationibus, aquis, aquarumque decursibus omnia & in omnibus etiam temporalia: Villam de Sequals cum L. mansis, & ultra, & cum castellari uno, ubi est Ecclesia S. Danielis, & cum montibus, & planitiebus: villam de Ciliaco, villam de Pino, villam de Summonte, villam de Portu veteri, & quidquid habes in villa de Toppo, & in villa de Trevegias, villam de Stepaso, quod habes apud Almutium; Castrum de Maglano cum pertinentiis eorum. Castellare unum, & LX mansos, & ultra in plebe de Fana, in plebe de Batcis circa 30. mansos: & quod habes apud Calaresium, & apud Tesam, & apud Vivarium, & apud Pnicum; & quod habes in villa de Gallis, in villa de Durdago; & quod habes in villa de Pausis, villam de Paseglano, villam s. Andreæ; & qnod habes in villa de Laurenciaco. Duas partes villæ S. Steni; villam de Sauledo, villam de Grumelio, villam de s. Laurentio, curtem de Cusano cum omnibus pertinentiis suis; villam de Frassenedo, & exinde usque ad mare; curtem de Belgrado, & villam cum omnibus pertinentiis suis: in villa de Madrisio decem mansos: villam de Arenvoluto cum omni integritate. Plebem insuper Episcopalis sedis, plebem de Portu Gruarii, plebem de portu veteri, plebem de Tileo, plebem de Fossalta, plebem de Jussago, plebem de Ligugniana, plebem de Latisana, plebem de Corderado, plebem de Gruario cum capellis suis, plebem de Bagnarolis cum capellis suis, plebem de Azzano, plebem de Curto, plebem de Castellonio, plebem s. Georgii, plebem de Barbana, plebem de Gajo, plebem de Valeriano, plebem de Isonia, plebem de Grovero, plebem de

præ-

„ Leftans, de Socole, plebem de Mednno, plebem de Tramontio, plebem de Fana, plebem de Maniaco, plebem de Barcis, plebem de Cavassio, plebem de Gallis, plebem de Pnncinico, plebem de Riconovo, plebem de Pausis, plebem de Turri, plebem de Nanno, plebem de Zaupolis, plebem de Pascleano, plebem de Laurentiaco, plebem de S. Steno, plebem de Grumelio. Ex altera vero parte Taliamenti plebem de Ripis, & has omnes plebes cum capellis suis, & omnibus decimationibus, sicut hæc omnia justè, & pacificè possides auctoritate tibi Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ protectionia, & confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hæc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Veronæ IIII. Idus Martii.

„ *De Jonatha in citato lib. Anniversariorum talis habetur memoria ad diem* 13. *Septemb.* O. Rev. D. Jonathas Episcopus, qui acquisivit R. Capitulo Mansum unum in Fossalta pro suo anniversario. *Et in libro Anniversariorum quodam vetustiori ad eumdem diem* 13. *Septemb.* O. R. P. D. Jonathas Episcopus, qui acquisivit villam de Ovoledo, & unum Mansum in Fossalta. *David.*)

XX. (,, *ROMULUS testis reperitur in concordio inter Abbatem Mosacen. & Adelmotum de Divvino ann.* 1188. *peracto, ut in Aquilejensibus vidimus. Hic cum plura bona Canonicis suis indulsisset, ut communem vivendi normam prosequerentur an.* 1191. *à Patriarcha Aquilejensi Gotefredo assensum obtinuit, & ne Canonicorum numerus sextumdecimum excederet. En documentum ex libro privilegiorum Capituli descriptum.*

„ Gotofredus Dei gratia S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha dilectis in Christo fratribus Romulo Concordien. Episcopo, Volrico Præposito, Andrete Decano, cæterisque ejusdem Ecclesiæ Canonicis, corumque successoribus communem vitam servantibus in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus congrua nos decet consideratione prospicere, ne alicujus necessitatis occasio aut desidiam faciat, aut robur, quod absit, religionis infringat. Ea propter fratres carissimi nos attendentes, quod vos Antecessorum vestrorum statum, & vestrum pietatis intuitu in melius commutare, & clericalem honestatem in communi vita observare proposuistis, eapropter quę laudabile propositum vestrum impedire videbantur, videl. defectum rerum, & dubietatem quæstionum de medio rollere, & tam honestum propositum paterno affectu comprobare, & Patriarchali auctoritate corroborare dignum duximus. Idcirco noverit omnium Christi fidelium universitas tam præsentium, quam futurorum, quod tu frater Episcope pro remedio animæ tuæ, & Antecessorum tuorum ad exhortationem nostram Canonicis, qui nunc sunt, & qui pro tempore fuerint, ad sustentationem communis vitæ plebem de Maniaco cum omnibus pertinentiis suis, & cum placito Christianitatis, & Ecclesiam de Portu veteri, & Ecclesiam de Tileo cum earum pertinentiis, & cum placito Christianitatis, & unam molam inferioris molendini sub Portu Gruario, proprietario jure in perpetuum habend. & tenend. contulisti, & tradidisti. Insuper etiam omnia ab Antecessore tuo Gerardo Episcopo bo. m. eisdem Canonicis propter communem vitam observandam collata, & tradita auctoritate nostra confirmasti, & corroborasti, plebem videl. S. Georgii cum omnibus Capellis, & pertinentiis suis, plebem de Concordia cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam S. Petri de Concordia cum omnibus pertinentiis suis, & Capellam S. Leonardi de Prato. Statuimus quoque de assensu tuo, quod prædicta plebs S. Georgii indumentis fratrum deserviat. Si autem Præpositus, Decanus, & Cottidiani fratres in principio anni cognoverint frumentum, & vinum per circulum anni non posse sufficere, tunc denarii & frumentum ejusdem plebis ad supplementum defectus vini & frumenti redigantur cęteris redditibus indumento reputatis. Statuimus etiam quod cum antiquus numerus viginti duorum fratribus decedentibus usque ad sexdecim diminutus fuerit, ut fratres in necessariis magis abundent, idem numerus amplius non augeatur. Si vero fratrum universitas, diabolo instigante, vitam communem infregerit, & usque tertio à te frater Episcope, vel tuis successoribus rationabiliter commoniti ad communem vitam redire noluerint, tunc tu, vel tui successores potestatem habeatis omnia tam à te, quam ab Episcopo Gerardo communi vitæ collata revocandi, non obstante si fratres de communi consensu per duos menses, vel per dimidium annum pro sterilitate terræ, vel alia evidenti necessitate, extra communem vitam degerint, & postea ad communem vitam redierint. E' contra verò si tu frater Episcope Romule, vel aliquis de successoribus tuis aliquo ingenio, vel potentia vitam communem disturbare, vel infringere ausus fueris, tunc Canonici omnia vitæ communi collata, Patriarchali, & Episcopali auctoritate libere habeant, & possideant. Hæc autem omnia bona fide hinc inde in perpetuum inviolabiliter observentur. Actum est hoc in Ecclesia de Portu Gruario an. Dom. 1191. ind. 9. quartodecimo die intrante Mense Decemb. in præsentia Richeri Abbatis Summaquen. & Magistri Johannis, & fratris sui D. Vigandi Capellanorum D. Patriarchæ, Comitis Henrici de Lechxemund, Sifredi de Meduno, Cononis de Concordia, Volrici filii ejus, Ugonis de Portu & filiorum ejus Dominici & Leonardi, Johannis Cornisii, Johannis Ronconi, Gisotti Laurenti filii, & Ugonis Adalprionis Gastaldionis, Michaelis Fortorii & fratris ejus, Hengelmani de Fossalta, Leonardi Comiracci, Luroldi de Concordia, Absalonis Veriandi de Gruario. Inter fuerunt etiam Manfredus Sextensis Abbas, Bernardus, Sacerdos de Portu, Peregrinus filius Henrici Stollæ, Philippus Aquilejen. Canonicus, Lupertus Capellanus Concordiensis Episcopi. Ut autem hæc omnia verius credantur & inconvulsa in ævum permaneant, hanc paginam conscribi, & nostro sigillo, ac suprascripti D. fratris nostri Romuli, nec non & ipsorum Canonicorum insigniri, & corroborari fecimus.

„ Ego Hermannus D. Romuli Concord. Episcopi Capellanus de consensu D. Gotefredi Aquilejen. Patriarchæ & D. mei Episcopi Concordien. & dictor. Canonic. hoc donationis instrumentum scripsi complevi, & tradidi.

„ *Nominatur deinde Romulus in decisione Præpositi Concordien. & Artumani de Sacilo Arbitrorum electorum à Romulo Episcopo, & D. Gabriele ejus advocato, de Advocatia Episcopatus Concordien. Extat pergamena n.* 1. *ann.* 1192. 3. *Maii conscripta in tabulario hujus Ecclesiæ. Denique in libro Anniversarior. Capituli Concord. de eo hæc leguntur ad diem* 16. *Aprilis.* O. Romulus Episcopus, qui dedit plebem de Maniaco, & plebem de Portu veteri, quæ spectat ad præbendas. Idem dedit molam ad molendum, quam D. Episcopus tenet vi, similiter plebem de Maniaco, & Portu veteri. *David.*)

10. VVOLDERICUS Episc. Concord. testis donationis, quam fecit Vvalterus Aquil. Patriarcha monasterio S. Nicolai in littore Venetiarum 1205. Ind. 8. De hoc Vvolderico nil aliud reperimus præter hujusmodi mentionem in citato monumento, quod integrum dabimus in Castellanis Episc. dum de eod. Cęnob. sermonem instituemus. XXI.

„ (*Hic pacem inter Patriarcham Peregrinum* II. *& Tarvisinos composuit an.* 1203 *ut testatur Bonifacius in hist. Tarvis. l.* 4. *p.* 204. *& Palladius in hist. Forojulien. pa.* 1. *l.* 5. *p.* 193. *qui Ulderjcum scribunt. In monumentis autem hujus Ecclesiæ Volricus appellatur: qui an.* 1211. *Richerio Summaquensi Abbati Plebem de Quinto concessit, ut proloquitur sequens documentum.*

„ In nomine altissimi Dei viventis in sæcula. Amen. Ejusdem salutiferæ nativitatis anno MCCXI, indict. XIV. die ultimo exeunte mense martio in præsentia testium, quorum nomina inferius leguntur. Nos quidem Volricus Dei gratia S. Sedis Concordien. Ecclesiæ Episcopus dilecto in Christo filio Richerio Summaquensi Vener. Abbati nomine ejusdem Monasterii in perpetuum. Cum perspicuum sit, & inter omnes constet, eamdem venerab. domum à suæ fundationis principio beneficio Concordien. Ecclesiæ esse creatam, & de mensa Dominicali tam in spiritualibus, quam in temporalibus esse refertam, & tanquam unicæ filiæ in eodem Episcopatu prælationis prærogativa gaudere, decet nos tanquam patrem condescendere, & in necessitatibus suis paternè providere, & divinis officiis, quæ ad honorem omnipotentis Dei, & Genitricis suæ semper Virginis Mariæ pro vivis, & mortuis, ibidem devote, & honuste celebrantur, ad susceptionem pauperum, & hospitum recreationem, quibus nonnulla humanitatis obsequia deferuntur, in dies sanctæ conversationis & boni exempli suscipiat incrementum, & præsertim ubi decori domus debeat necessario provideri, ut cum Psalmista meritò psallere possimus dicente, Domine dilexi decorem domus tuæ. Eapropter ex hujusmodi lectionis serie, universis Christi fidelibus tam præsentibus, quam futuris clare volumus esse manifestum, quod pro jam dictis sanctis operibus Domino auxiliante augmentandis, & nominatim pro fabrica Ecclesiæ amplianda ex ea, quæ restat Tugurii, quæ modica omnibus esse videtur, refectione, atque totius claustri, quod undique vetustate consumptum ruinam minabatur, & pro fratrum indumentis, qui diutinis clamoribus nuditatem suam lamentabantur, plebem de Quinto ab Henrico plebano, solo divino intuitu resignatam dicto monasterio, Abbati, successoribusque eorum totius cleri, ministrorum, aliorumque vassallorum consilio in perpetuum contulimus habendam, & possidendam cum omni jure ad ipsam pertinente solo constituto Cathedratico scil. quinque librarum venerabilibus successoribus reservato, si eis exigere placuerit. Statuentes quod nullus omnino hominum hanc dictæ Plebis collationem audeat infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quod si quis forte attemptare præsumpserit, omnipotentis Dei, & Beatissimorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, nec non et preciosissimæ Dei Genitricis Mariæ semper Virginis, ac illius Sanctissimi Prothomartyris Stephani maledictionem se noverit incursurum, & cum Dathan, & Abiron, quos terra vivos absorbuit, partes habiturum, & mercedem recepturum. Quod quidem ut verius credatur firmiusque habeatur, & inconcussum permaneat, præsentis instrumenti paginam inde conscribi, & sigilli nostri impressione, & munimine corroborari fecimus.

„ Hujus rei testes sunt Menchardus Concordien. Præpositus, Corradus Decanus, Diotaeus Magister scholarum, Robertus, Vecelo, Volricus, Cono, Volricus, Bernardus, & Amolricus Canonici Concordienses, & D. Arcaicus de Utino Vicedominus Aquilejen. & Henricus Vicedominus Concordien. & plures.

„ *In libro Anniversariorum toties citato ad diem* 7. *Septemb. hæc habetur Ulrici memoria.* O. R. P. D. Volricus Episcopus, qui reliquit mansum unum in Concordia Rev. Capitulo pro suo anniversario faciendo. Reddit mensuras octo, debent dividi ut supra. *David.*)

11 (1) O. forte Otho, vel Oddo, memoratur in ep. Honorii III. tamquam Ecclesiæ suæ oppressor, XXII.
defunctus circa an. 1216.

„ (*De Othone sic scribit liber Anniversariorum ad diem* 20. *Ianuarii* O. D. Octo Episcopus Concordien. qui reliquit R. Capitolo pro suo anniversario faciendo unum mansum in Ligugniana, quod reddit frumenti star. III. milleí st. I. gall. II. ova 20. spat. I. quæ omnia debent dividi inter illos, qui intererint suo anniversario. *David*)

12 ALBERTUS *a* an. 1216. ad hanc sedem vocatus, qui ad sublevandam sarcinam debitorum ab prædecessore suo factorum, sequentem ab Honorio III. retulit epist. Episcopo Tarvisino directam, quæ extat in Reg. Vat. fol. 28. ann. 1. XXIII *a* Almericus.

Episcopo Tarvisino, & Archidiacono Concordiensi, &c. Ex litteris fratris nostri Patriarchæ Aquilejensi accepimus, quod O. quondam Concordiensis Episcopus adeo Ecclesiam suam oppressit onere debitorum, quod dilectus filius A. electus successor ipsius non sufficit ex ejusdem proventibus usuras persolvere annuales. Unde nobis humiliter supplicavit, ut cum idem Episcopatus aliter reparari non possit, aliquas de ipsius possessionibus distrahendi licentiam, pro præfato debito relevando eidem electo concedere dignaremur. Quocirca districte vobis per Apost. scripta mandamus, quatenus de debito ipso inquisita diligentius veritate, ac consideratis circumstantiis universis, habentes præ oculis solum Dominum, tantum de possessionibus minus utilibus vendendi, cum ipsius Patriarchæ consilio sibi licentiam tribuatis, quantum ad alleviationem ipsius debiti expedire, attentius provisuri, ut ne dicta Ecclesia inde detrimentum incurrat, unde consuli sibi debet, & ut pretium receptum ex eis in solutionem debiti sine diminutione aliqua committatur. Dat. Romæ apud S. Petrum 14. *Kal. Ian. Pont. nostri anno primo.*

Albertus obiit 1218, sicut in alia epistola ejusdem Honorii Pontificis legitur, in qua bonæ memoriæ vocatur.

[„ *Successorem Othonis Ughellus Albertum nominat ex initiali nota Episcopi in Epistola Honorii adnotati nomen designante: sed pro Alberto reponendus Almericus, vel Armelicus. Posteriori nomine vocatur Episcopus electus Concordien. qui una cum Patriarcha Volcherio interfuit donationi factæ familiarum servilium ab Alberto comite Tyrolensi Ecclesiæ, & Patriarchatus Aquilejen. ad an.* 1217. *Similiter Almericum se appellat in immunitatis privilegio, quo Dietricum Scholasticum Concordien. atque ab eo fundatam Ecclesiam exornavit in hunc modum.*

„ Nos quidem Aimericus Dei gratia Concordien. Ecclesiæ electus piæ intentionis, & laudabilis operis propositum Dietrici Concordien. Ecclesiæ scholastici attendentes, nec non decessoris nostri Volrici ven. Episcopi vestigia sequentes, consilio, & precibus D. nostri Volcheri Dei gratia Aquilejen. Ecclesiæ Patriarchæ, & sua auctoritate, & nostra, secundum quod acclamatum fuit per D. Angelum Caprolanum Episcopum, vice nostra Ecclesiam dicti D. consecrantem, & secundum quod denuntiatum fuit per fratrem nostrum bo: mem. die consecrationis ejusdem Ecclesiæ, & secundum formam instrumentorum, quæ confecta sunt per Ottolinum, & Morandinum Notar. totum locum illum, ubi Ecclesia ædificata est, & ipsam Ecclesiam, & futurum ibidem Hospitale, Domino auxiliante, liberum, & absolutum, & ab omni jugo servitutis, Dominationis omnium mortalium esse volumus, & constituimus omnimode secundum descriptionem supradictorum instrumen-

(1) Petrus à Palladio in hist. Forojulien. par. 1. l. 5. p. 198 dicitur Episcopus Concordien. missus à Patriarcha Volcherio Legatus ad Pontificem. Verùm si Volricus ad an. 1211. erat adhuc Episcopus Concordien. non video quomodo Petrus eam sedem occuparit, maxime cum ea legatio antequam Volcherius Patriarcha Veronam accesserit, expedita scribatur. Expectat Volricus supradictus ea discessus occasione Vicedominus fuerit relictus, non Petrus. *David.*

mentorum. Ad majorem igitur evidentiam firmitudinis inviolatæ, & inconvulsæ hanc paginam inde sigillo nostro insigniri fecimus.

Electus etiam dicitur in libris anniversariorum: sed antiquior liber mortis dici etiam ann. adiungit in hunc modum ad 11. *Decemb.* MCC.XVIII. O. D. Almericus electus, qui reliquit Capitulo unum mansum in Provisano, quod reddit mensuras 8. quæ dividi debent in die sui anniversarii, ut supra dictum est. *Attamen codex vetustus eum Episcopum absolute vocat, & quidem antevertendo diem Decemb.* Die 8. D. Almerici Episcopi Concordien. &c. *David.*)

XXIV 13 FEDERICUS reperitur 1227. (*Federicus ex Comitibus de Prata, & de Purliliis, Gabrielis filius, Concordiensis Episcopus interfuit an.* 1221. *tractatui pacis habito Tarvisii inter Patriarcham Aquilejensem, & Tarvisinos. Confirmationem, & renovationem diplomatis Gotbofredi Patriarchæ Romulo Episcopo, & Capitulo suæ Concordien. Ecclesiæ conscripti, procuravit, & assequutus est à Bertoldo Aquilejen. Patriarcha ann.* 1227. *in hunc modum.*

Bertoldus Dei gratia S. Aquilejen. Sedis Patriarcha Ven. in Christo fratri Federico Episcopo, & dilectis filiis Henrico Præposito, Marco Decano, & toti capitulo Ecclesiæ Concordien. eorumque successoribus in perpetuum. In nomine S. & individuæ Trinitatis amen. Justis petentium desideriis facilem debemus præbere assensum, & vota, quæ rationis tramite non discordant, prosequente opere adimplere, nullatenus dubitantes, quin si hoc facere studuerimus, pro his terrenis cœlestia nobis omnipotens Dominus largiatur. Eapropter Venerab. frater Episcope, & dilectissimi filii vestris petitionibus dignis benigno favore consentientes, & prompto animo annuentes privilegium vobis à vener. patre, & antecessore nostro Patriarcha Gothifredo paterne indultum, ipsius vestigiis inhærentes vobiscum diligentia renovamus, & sicut inferius legitur auctoritate nostra metropolitana confirmamus, quod hujusmodi habet tenorem. Gothefredus Dei gratia S. Aquilejensis Sedis Patriarcha dilectis in Christo fratribus Romulo, &c.

Sequitur privilegium supra relatum (deinde subditur.) Actum anno Domini MCCXXVII. ind. XV. die 7. intrante Nov. Ven. in claustro S. Mariæ Cruciferorum sub testimonio Ottonis Præpositi S. Volrici, Leonardi Archidiaconi Tergesten. Vnlrici de Portis Aquilejen. Canonici, Henrici Sacerdotis, & Ottonis Capellanorum D. Patriarchæ, Ottonis Plebani de Tunida, Joannis de Orsara, Vezelonis filii Ismerici de Podelano, Vigandi de Civitate, & aliorum. Quæ ut omnia robur obtineant perpetuæ firmitatis, hanc confirmationis chartam scribi jussimus, & nostri sigilli munimine probari.

Ego Volricus præfati D. mei Ven. Aquilejen. Patriarchæ Bertoldi scriba de mandato ipsius hanc paginam innovationis, & confirmationis scripsi, sigillavi, & dedi.

Anno 1229. *novum S. Lazari hospitale immune à quacumque exactione declaravit hoc edito privilegio.*

In nomine D. N. Iesu Christi Amen. Anno Domini 1229. Ind. 2. die 8: intrante mense Aprilis. Quoniam plantare sacras hospitalitates, & plantatas fovere modis omnibus tenemur, ex ratione officii nobis commissi, ubi opera misericordiæ, quæ in die judicii in remissionem peccatorum nostrorum coram tremendo judice sumus propositurì, quotidie explicantur, & fiunt, idcirco decet, & utile nobis, ac fratribus nostris reputamus, si, ut liberius valeant pululare, & palmites misericordiæ longè, lateque producere, ipsas plantationes sanctitatis à jugo servitutis, & exactionis liberamus, ne veneno malitiæ alienjus ipsa plantatio flores impediatur proferre, & ordines effundere pietatis. Hinc est quod ad substentationes pauperum, & egenorum, & ut derelicti ab hominibus in egestate, & miseria recipiantur, constructum est hospitale ad honorem Dei, & B. Lazari super flumen, quod dicitur Lemen, juxta Portum Gruarium, in quo speramus opera misericordiæ efficaciter adimpleri. Propter quod de consilio fratrum nostrorum, & assensu nos Federicus miseratione divina Concordien. Ecclesiæ Episcopus, licet indignus, hospitale ipsum, & Ecclesiam liberam constituimus, & ordinamus, & ab omni exactione angaria, & proangaria immunem statuentes, & ordinantes, ut Rector, Prior, vel Minister ipsius Ecclesiæ liberè, & sine contradictione agat, & ordinet utilitates ipsius Ecclesiæ secundum quod ei videbitur expedire. Insuper damus licentiam ipsis fratribus, ut liberè eligant ministrum, & rectorem. Electum tamen nobis, vel successoribus nostris confirmandum repræsentent. Reservamus tamen nobis, vel successoribus nostris visitationem, & correctionem sine dispendio tamen ipsius Ecclesiæ, vel hospitalis. In signum autem ipsius subjectionis, & libertatis concessæ minister ipsius Ecclesiæ teneatur nobis, & successoribus nostris omni anno in festivitate S. Stephani solvere lib. unam incensi. Ut autem ea, quæ à nobis benigne sancita sunt, nullatenus valeant infringi, sed firma, & illibata permaneant, statuimus, & ordinamus de consilio, & assensu fratrum nostrorum: ut si aliquis successorum nostrorum concessionem istam attentaret infringere, quod teneatur Rectori ipsius Ecclesiæ solvere V. libras puri auri, & nihilominus ipsa concessio firma, & illibata permaneat. Hujus autem concessionis testes, & consentientes fuerunt D. Marcus Concordien. Decanus, D. Jonathas Concord. Archidiaconus, D. Vecelo, Bernardus, presb. Joannes, Artinehus musicus, Hengelinarius, Matthæus. Ægidius Canonici ejusdem Ecclesiæ, D. Aroldus, Armannus, Corradinus de Concordia, Leonardus Squarrà, Petrus Paduanus, Ubertus Vicentinus; qui nunc morantur in Portu Gruario; & alii quamplurimi.

Actum in Concordia in Ecclesia majori ante altare B. Stephani.

Ego Ottolinus Vicentinus S. Palatii Notarius interfui, & hæc omnia ex jussu dicti D. Episcopi, & prænominatorum Canonicorum scripsi, & roboravi.

Liberalis erga Capitulum Canonicorum Concordien. de propriis juribus super Advocatiam Villæ Vadi, & mansorum ejusdem Capituli in Villa Iussachi, multum eidem indulsit, & remisit ann. 1236. *Anno vero* 1243. *Ecclesiam S. Christophori in Portu Gruario Fratribus S. Mariæ Cruciferorum Venetiarum concessit, domosque aliquot ad hospitale pro pauperibus extruendum de consensu Capituli sui, ut sequens edocet documentum.*

Anno Domini 1243. Ind. 1. ineunte Februario in Portu Gruario in Curia D. Episcopi Concordien. præsentibus presb. Rodesco Tarvisano, Odobrico Notario de Utino, Domino Brando de Portu, Alexandro, qui fuit de Blasiola & moratur in Portu novo, Johanne Camerario, Petro Concordien. & aliis multis. In nostræ mentis armatoria cogitantes, & ad nostræ conscientiæ reducentes parvitatem, quanta cura, & sollicitudine pauperibus Jesu Christi, & fidelibus Ecclesiæ S. Dei providere cogamur, ut eorum negotia semper in bonum suscipiant incrementum, totisque teneamur viribus laborare; satis potest quilibet cognoscere manifestè, cum Apostolus dicat: operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei: ac Deus de ore suo proprio: qui vos honorat, me ipsum honorare cognoscat. Nos igitur Fridericus Dei

„ gratia Concordien. Episcopus pietatis opus, & præd. considerantes, & pro remedio animæ nostræ, successorumque nostrorum una de consensu, & voluntate Capituli nostri, scilicet DD. Marci Decani, Arciuti Mussi Canonici, Ægidii Canonici, Mattii Canonici, Bombasi Canonici, Stephani Canonici, damus, & liberè concedimus Ecclesiam S. Christophori, quæ nostro tempore est in Portu Gruario fundata, & regimini, ac magisterio nostro subjecta, & omnes nostras domus, quas habemus apud Ecclesiam præfatam, & totam terram, quam habemus Fratæ, quæ est à fovea veteri, quæ vadit inter nos, & fratres S. Andreæ de Lido de Venetiis usque ad terram S. Leonardi de Prato, magistro Alexandro Capellano nostro & presb. Ardicioni fratri hospitalis S. Mariæ Cruciferorum, suscipientibus jure & nomine dicti hospitalis Prioris, & pro ipsa Ecclesia Gloriosæ Virginis Mariæ prædictæ; tali conditinne, ut io loco & Ecclesia prædicta fratres ibidem, qui pro tempore erunt, pro posse suo perpetuò debeant hospitalitet tenere. Prædictam Ecclesiam & Fratres ab omni præstatione & munere penitus absolventes & ab omni pensionis onere ipsos reddentes liberos & immunes, excepto quod singulis anois octavo die ante festum S. Martioi, vel post, libram unam ceræ nobis, nostrisque successoribus Fratres, qui pro tempore ibi fuerint, date vel mittere debeant: consecrationemque prædictæ Ecclesiæ, & Clericorum ordioationes nobis, nostrisque successoribus reservamus; dum tamen per nos, aut nostros successores steterint; tum liberam potestatem habeant fratres prædicti à quocumque Episcopo, qui sibi melius placuerit, consecrationem prædictæ Ecclesiæ & Clericorum recipere secundum suam voluntatem. Et insuper prædictis potestatem concedimus, ut qualiscumque Prælatus, qui pro tempore in prędicta Ecclesia fuerit, habeat plenam potestatem recipere presbyteros & Clericos, laicos & fœminas sine ulla contradictione oostra, nostrorumque successorum, & foras ipsos expellere, quum ipsi Priori placuerit. Hanc autem nostræ Constitutionis, donationis, & privilegii paginam ne liceat unquam nobis vel nostris successoribus eam in totum vel in partem perpetuò infringere, sed dictam donationem firmam & stabilem perpetuis temporibus esse decetuimus una cum tota parochia Portus novi; scilicet à fovea D. Episcopi usque ad pontem Ragioæ. Et hæc omnia volumus firma & rata à nobis, nostrisque successoribus semper inviolabiliter & nulla ratione vel ingratitudine aliquo tempore contrafacere vel venire.

„ Ego Fredericus Concosdiensis Episcopus.
„ Ego Matcus Concordien. Eccles. Decanus.
„ Ego Articius Mussus Can. Concordien. ss.
„ Ego Ægidius Can. Concord. ss.
„ Ego Marcius Can. Concord. ss.
„ Ego Bombarus Can. Concord. ss.
„ Ego Stephanus Can. Concord. ss.
„ Ego Martius Can. Concord. ss.
„ Ego Ricoldus Can. Concord. ss.
„ Ego Angeramicus Can. Concord. ss.
„ Ego Ugolinus Balducianus S. Palatii Notarius interfui & rogatus hoc scripsi jussu eorum.

„ *Monasterium Sammaqaense concessionibus & privilegiis honestavit & auxit; eodemque liberalitatis tenore erga Capitulum decedens quoque usus. Sedit ad an. 1250. 19. Novemb. de quo sic loquitur Anniversariorum liber ad dictum diem.* O. R. P. D. Federicus Episcopus, qui legavit Rev. Capitulo unum mansum in Rivago, & sex campos pro suo Anniversario: & dedit Sacristiæ unam Pecsam plantatam VIII. camporum in Fossalta. *In libro vero Anniversariorum vetustiori sic scriptum de Federico legitur.* MCCL. O. R. P. D. Federicus Episcopus, qui legavit Capitulo unum mansum in Rivachio, & VI. Campos ad faciendum ejus Anniversarium, & dedit Sacristię unam presam plantatam VIII. camporum in Fossalta; uode Sacrista tenetur propinare Dominis de Capitulo omni sabbatho post Aotiphonam Salve Regina IV. cupas vini. *David.*)

XXV 14 (1) M. GUILLELMUS vir doctus, & gravis, Decanus Aquilejensis, & Innocentii IV. capellanus, ab eodem fuit electus hujus Ecclesiæ Episc. an. 1250. Cujus commendatione idem Pontifex scripsit Capitulo Concordiensi, ut eum benigne reciperent Non. Ianuarii aono 8. ex Reg. Vatic. ep. 384. Obijt eodem a anno. a 1251. 19. Jun.

(„ *In libro Anniversariorum Capituli talis habetur de Guillelmo memoria ad diem 17. Januarij.* Obiit D. Guillelmus Episcopus, qui pro Anniversario suo faciendo fecit R. Capitulum residuarium in multis suis bonis. *David.*)

XXVI 15 GUARNERIUS, seu Vvarnerius electus tunc Episcopus Cenetensis, antequam munus consecrationis reciperet ad hanc sedem translatus est ab eodem Ionocentio IV. an. 1251. prid. Id. Junii, ut notatur in eodem Reg. Vatic. ep. 312. f. 163. an. 9. Etiam iste brevis Concordiensi Ecclesiæ Præsul fuit, siquidem sequenti annò mortalitatem explevit.

XXVII 16 TISONUM ex Bellunensis, & Feltrinensis Ecclesiæ electo, huc transtulit idem Innocentius ann. 1252. 8. Kal. Novemb. Reg. Vat. ep. 202. f. 215. an. 10.

(„ *Videtur Tiso hanc Ecclesiam administratoris titulo regendam suscepisse, cum Feltrensis, & Bellunensis Episcopatuum ob paternas cum Actiolino harum urbium tyranno inimicitias possessionem inire nequivisset. Nam* Concordiensis Ecclesiæ Procurator *cum titulo Feltrensis, & Bellunensis electi dicitur in membrana Autographa existente apud Cl. Justum Fontaninum sequentis tenoris.*

„ Anoo Dom. 1256. ind. 13. die 5. intrante Augusto in præseotia Henrici Squarræ, Dominici de Gorgo, Benedicti de Savarisio omnibus de Portu Gruario, & Henrici filii D. Verræ de Flumo, & aliis. Precio cccc librarum denariorum Verooensium, quos D. Tiso, Dei & Apostolica gratia Feltrensis, & Bellunensis Electus, & Concordiensis Ecclesię Procurator, nomine, & vice dicti Episcopatus Concord. confessus, & manifestus fuit habuisse a D. Leonardo Panpolo de Cupurlis, dante pro se, & D. Vitale Panpolo ejus fratre, & dictos denarios confessus fuit versos esse in utilitate ejusdem Episcopatus Concordien. de quibus vocatur se bene solutum, renuncians exceptioni non sibi dati, & numerati dicti pretii tempore contractus, nec in ipso Episcopatu res existant mobiles, de quibus possit prædicto debito satisfieri. Pro ipso pretio dictus D. Tiso de verbo, consensu, & voluntate Concordien. Capituli, quod ibi præsens erat, videl. D. Clari Concordien. Ecclesiæ Decani, D. Ricoldi ejusdem Ecclesiæ Præpositi, D. Attulci Mussi, D. Stephani, & D. Popi dicti loci Canonicorum per se, suosque successores, nomine, ac vice dicti Episcopatus Concordien. livellatorio nomine semper renovando in capite 29. annorum sine ulla re danda pro renovatione investivit dictum D. Leonardum Panpolum de Capurlis, recipientem pro se, & dicto D. Vitale Panpolo ejus fratre de tribus mansibus terræ jacentibus in territorio Demortoli, unus quorum regebatur per Johannem Blanonem de Demortolo, alius regebatur per Johannem Molinarium de Liguagna, & tertius regebatur per D. Mariam uxorem q. Morandini de Demortolo, ita tameo quod ipse Leonardus, & D. Vitalis Panpolus ejus frater, & sui hæredes amodo dictos Mansos cum omnibus suis

(1) Palladius in hist. Forojul. par. 1. l. 6. p. 232. ad an. 1246. nominat Laurentium Episcopum Concordien. in testem investituræ Castri villæ de Laurentiana factæ à Bertoldo Patriarcha in Abb. Sexti. Sed eo tempore impossibile videtur ex allatis Laurentium in hoc Episcopatu sedisse. *David.*

A ,, suis adjacentiis, & pertinentiis habeant, teneant, & possideant una cum accessu, & ingressu, introitu, & exitu superioribus, & inferioribus, via, vineis, campis, pasculs, pratis, buscationibus, venationibus, piscationibus, cultis, & incultis, onore & donatione, & cum omni jure, & ratione ipsis mansibus à cęlo usque ad abyssum integre pertinentibus, & quod possint ipsos vendere, donare pro anima, & corpore judicare cuicumque voluerint, solvendo omni anno per se, suosque hæredes dicto Episcopatui Concordien. ad festum S. Martini 8. dies ante, vel 8. dies post, nomine livelli dictorum mansorum unum denarium grossum pro quolibet manso, & non aliud. Quod si in primo anno non solverit, in secundo vero anno duplum solvere teneantur. Quod si in secundo anno duplum non solverit, tertio verò anno sint extra prædictum livellum, & cadant ab omni ratione sua. Tali verò etiam pacto, modo, ordine, & conditione dictus D.
B Tiso prædictum Leonardum Panpolum, recipientem pro se, & dicto D. Vitale Panpolo ejus fratre de prædictis mansibus investivit, quod ipsi aliquod castrum, vel forticiam aliquam super prædictis mansibus facere non debeant, nec possint, & quod rustici, sive habitatores prædictorum mansorum aliquid facere non teneantur ipsi Episcopatui Concordiensi, nisi tantum quantum pertinet placito Avogariæ, & in obediendo rationem coram ipso D. Tisone, vel suis successoribus, vel suis nunciis. Promittens quoque dictus D. Tiso, per se, suosque successores ipsi Leonardo Panpolo recipienti pro se, & dicto D. Vitale Panpolo ejus fratre, suisque hæredibus, dictos mansos cum omnibus suis adjacentiis, & pertinentiis vvarentare, defensare, & legitime autorizare, & manutenere contra omnes homines, & personas in ratione sub pœna dupli minus quinque scil. denariorum Veronensium, vel boni concambii in consimili loco, ad quem se tene-
C re voluerint in eorum electione cum stipulatione, & obligatione omnium bonorum dicti Episcopatus Concordiensis. Constituens se dictus D. Tiso pro ipso Episcopatu Concordiensi dictos mansos tenere pro ipsis Leonardo & D. Vitale Panpolo ejus fratre posse, donec intrabunt tenutam, & possessionem, dans ipsi Leonardo Panpolo recipienti pro se, & dicto D. Vitale ejus fratre supradictum Benedictum de Savarisio, qui poneret ipsos in tenutam & possessionem de dictis mansibus sua auctoritate, & auctoritate dicti Episcopatus Concordiensis.

,, Actum in Portu Gruario in Ecclesia S. Christophori.

,, Ego Nicolaus de Veronella Imperiali auctoritate notarius intersui, & hoc inde scripsi.

,, *Quin & in epigraphe ad Tisonis tumulum inscripta nulla de ejus Concordiensi Episcopatu mentio. Jacet in Ecclesia Patrum Franciscanorum Portus Gruarii: in cujus sepulchri operculi*
D *limbo, unica linea notis barbaris insculpta hæc verba leguntur.*

Hic jacet tumulatus nobilis vir Electus
Feltri, & Belluni Dominus Tyso frater magnifici viri Domini Gerardi de
Camino.

Quo anno obierit, incompertum: videtur tamen decessisse ante an. 1259. quo Actiolini interfecti tyrannides desiit in his partibus debacchari. Dav.)

XXVIII. (,, ALBERTUS *Gregorii de Montelongo in Patriarchatu Aquilejensi Vicarius, ab eodem Patriarcha de oppido Portus Gruarii investitur ann. 1265. 5 Martii. Ipse vero Albertus eodem anno die 8. Aprilis concessit Henrico Squarræ castrum Fratæ, & bona, reservata tamen Episc. jurisdictione precio lib. 1500. expensarum pro custodia castri, vel arcis Portus Gruarii. Erga Monaste-*

A ,, *rium Summaquense munificus extitit. Constitutiones edidit, quas legere est in Capituli Concordien. Capitulari. Pro libertate Gregorii Patriarchæ captivi unus ex militaribus ducibus in comitem Goritianum creatus fuit: cujus denique insidiis an. 1268. die 3. Julii interfectus est. Ejus memoria in Anniversariorum libro ad diem 3. Julii sic adnotatur.* O. Reverendiss. Albertus Episcopus Concordien. qui dedit Ecclesiæ Casulam Dalmaticam cistrictam de lamito, & annulum magnum auri cum granata, & mitram bonam cum smaltis, & baculum Pontificalem, crucem parvulam de auro: quæ omnia concessa fuerunt Episcopo Fulcberio. Etiam emit Motam de Cusano, & ædificavit Castrum, acquisivit villam Tilei cum pluribus Mansis M.CCLXVIII. *In libro autem Anniversariorum vetustiori hæc de Alberto leguntur.* M.CCLXVIII. die 3. intrante Julio Ob. bo. m. D. Albertus de Collis Episc. Concordien.]

17 ANTONIUS (1) anno 1287.

B 18 FALCHERIUS 1293. XXIX

,, (*Fulzerius, vel Fulchertus ortus ex familia dominorum de Zaccula, & Spilimbergio, Ordinis Minorum, jam Concordiensi infula erat insignitus anno 1270. quo die prima Maii investivit Vvarnerium filium q. D. Lapoldi de Gajo de uno ponte super Lemenà parte inferiori molendini Nugaroli, & de sediminibus jacentibus in Corduado super ripam versus paludem spectantibus ad Concord. Episcopatum. Constitutiones Alberti Episcopi præcessoris sui observandas ann. 1275. 8. Decemb. legi, & publicari fecit: tam proprias addidit à Jacobo, & Guidone successoribus iterata editione commendatas, & in Concord. Canon. Capitulari adservatas. Annum salutis 1281. pluribus, insignibusque gestis memorandum effecit. Martini enim II. dicti IV. jussu lectus Ecclesiæ Cenetensis integrandis juribus censuit Tarvisinos restituendo Portas Buffaletti oppido teneri, & Cenetensem agrum sejunctæ à Tarvisio jurisdictionis esse, Tar-*
C *visinis ad dicendam causam in judicio se haudquaquam sistentibus. Synodum deinde Aquilejensem à Patriarcha Raymundo convocatam præsentia sua decoravit decreta sanciendo. Cumque plurimum in Patriarchatus regimine ab eodem Patriarcha adhibitus primum lapidem pro extractione Ecclesiæ S. Sylvestri in Civitate Austriæ solemniter posuisset, Religionis suæ Fratribus in Portu Gruario Ecclesiam D. Francisco dicatam, cœnobiumque excitavit, bonisque instruxit, quod & testatur Italica, rudisque inscriptio hæc ejusdem Ecclesiæ superliminari insculpta.*

Questa. Giesia. cũ. tutto. el cõvẽto. fu.
fudata. dal. Reverendiss. Frate. Fulzerio. de Zucula. Vescovo. da. Concordia. dellordene. dei. Frati. Menori. &.
al. suo. ordene. perpetualiter. a. dedicata. come. apare. nela. concesiõ. de. sua.
Bolla. MCCLXXXI. ad. X. Mazo.

Sed præstat ipsam Fulcherii concessionem hic re-
D *ferre, quæ ex exemplo ab ipsis Fratribus adservato desumpta talis est.*

,, In nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno Domini 1281. ind. 9. die 10. intrante mensis Maii in Portu Gruario in Capitulo loci Fratrum Minorum, in præsentia Uguzonis Gastaldionis Episcopatus Concordien. Genorii de Cadubrio, Guarnerii Camerlengi D. Episcopi infrascripti, Tibiassi filii q. Gusati de S. Joanne, Candidi filii Mainardi de Brojavacca, Henrici Teutonici, & Trentini servitoris infrascripti D. Episcopi, & aliorum testium rogatorum. Ad notitiam omnium tam præsentium, quam futurorum, per hoc præsens publicum instrumentum nos Fr. Folcberius miseratione divina, Concordien. Episcopus volumus pervenire, quod....... sacram & sanctam reli-

 gio-

(1) Antonium per hæc tempora Concordiensem rexisse Ecclesiam impossibile est, cum ab anno 1270. ad an. 1293. Fulcherium in hac Cathedra sedisse indubium habeatur.

gionem ex officio nobis commiſſo, plantare cogitamus, & plantatam fore penſamus. Et cognoſcentes locum, & homines Portus Gruarii noſtræ diœceſis aliquorum Religioſorum, & ſpecialiter Fratrum Minorum, ſive Ordinis B. Franciſci conventu, conſortio, & ſolatio pro ſuarum animarum ſalute, & noſtra, & noſtrorum prædeceſſorum peccatorum remedio, multipliciter egere, & indigere. Diligenti conſilio, & deliberatione præmiſſa ad honorem Dei omnipotentis, B. Mariæ, ſemperque Virginis Matris ejus, BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, S. & Apoſtolicæ ſedis D. Papæ, qui eſt, & qui pro tempore erit, & S. Stephani Protomartyris Concordien. Eccleſiæ, & pretioſi almi Confeſſoris B. Franciſci, infraſcriptum locum, ſive Terram, & poſſeſſionem ad nos, & noſtrum Epiſcopatum ſpectantem cum omnibus ſuis juribus, pertinentiis, adjacentiis, & appendiciis in præſentiarum pro ædificandis Eccleſia, Clauſtro, dormitorio, & aliis officinis, horto, & viridario, & domum, quam incœpimus ædificare, & conſumare intendimus cum omnibus ædificiis ad dictam domum pertinentibus, Conventui Fratrum memorati ordinis B. Franciſci, ſive Fratrum Minorum juxta ipſius Ordinis instituta, & conſuetudinem approbatam, eidem Ordini, ſive Fratribus, & tibi Fratri Gvilielmo Miniſtro Provinciæ S. Antonii in Marchia Tarviſina pro eis recipienti, damus, concedimus, offerimus, tribuimus, largimur, tradimus, & eo modo, forma, quibus melius poſſumus, tui nomine & ipſorum offerimus, & eſſe volumus, & mandamus, & te de ipſis ſæpe dicto nomine per annulum noſtrum, quem in manu noſtra tenemus, corporaliter inveſtimus, & te in poſſeſſionem transferimus, pro te nomine antedicto tenentes, poſſidentes, donec per te, vel per ordinem, ſeu alium ipſius nomine datarum rerum, ſive rei poſſeſſio fuerit corporaliter apprehenſa. Quam poſſeſſionem intrandi, accipiendi, apprehendendi, & apprehenſam retinendi, poſſidendi, utendi, & fruendi, abſque alia licentia, parabola, apprehenſione, & corporali traditione, tibi pro dicto ordine recipienti, & prædicto Ordini plenam, liberam, & expreſſam facultatem, poteſtatem, & licentiam impartimur. Locus autem, ſive Terra, & poſſeſſio, de qua ſupra præmittitur, eſt in Portu Gruario juxta portam ſuperiorem, quæ vadit ad portum veterem. Cohærent, ſive confines ſunt hi: a mane, & a ſeptemtrione eſt murus & Terraglius Communis: a meridie poſſident hæredes q. Pertoldi: a ſero eſt via pubblica. Inſuper de duobus Caſalibus, quæ poſſidentur per hæredes q. Pertoldi; & ſunt juxta dictum locum verſus meridiem, quandocumque Fratres loci prædicti Conventus emerint, vel alio modo habuerint, ex nunc facimus datam, ceſſionem, traditionem, donationem, largitionem, prout ſuperius de alio loco plenarie expreſſum eſt. In cujus rei teſtimonium, & cautelam præſens publicum inſtrumentum fieri juſſimus, & ſigilli noſtri pendentis munimine ad æternam rei memoriam roborari.

Eodem die, loco, & hora, & præſentibus teſtibus ſupraſcriptis Capitulum Concordienſe, videl. Venerab. & diſcreti viri DD. Popo Vicedecanus, Leo theſaurarius, Magiſter Leonardus, Bellufius, & Candidus de Varmo, Canonici Concordien. diligenter inſpecta largitione, donatione, & eleemoſyna facta per Ven. P. D. Fr. Folcherium Dei gratia Epiſcopum ſupradictum Concordien. in ordinem, ſive in Fratres Ordinis B. Franciſci in terra, quæ dicitur Portus Gruarii; cujus largitionis, donationis, & eleemoſynæ tenor ſupra eſt expreſſus, qui talis eſt: Ad notitiam omnium &c. ſuper eadem donatione, tractatu, & deliberatione multa diligentia cognoſcentes & penſantes hoc, quod factum erat, eſſe neceſſarium, honeſtum, juſtum, & præ omnibus pientiſſimum, donationem, largitionem, & eleemoſynam ſupradictam unanimiter nemine diſcrepante confirmaverunt, & in omnibus approbaverunt. In cujus rei teſtimonium, & cautelam præſens publicum inſtrumentum dicti Canonici ſigilli Capituli Concordien. voluerunt munimine, & appenſione muniri.

Ego Dominicus de Bocarl, Imperiali auctoritate notarius interſui, & rogatus hujuſmodi ſcripſi.

Annus 1293. vitam ejus extremus clauſit. Funus honeſtavit Patriarcha Raymundus. Tumulatus fuit in arca marmorea parieti affixa in Eccleſia ab eo conſtructa. In limbo operculi, duabus lineis comprehenſa, caracteribus non inſculptis, ſed exaratis, barbariſque hæc epigraphe adhuc legitur.

Hic jacet Venerabilis vir Pater & Dominus Frater Fulzerius de Zuccula Ordinis Fratrum Minorum Epiſcopus Concordienſis, qui obiit anno Dom. MCCLXXXXIII. XVII. Aprilis.

Qua etiam die in tabella anniverſariorum ſuorum cœnobitarum obiiſſe adnotatur; & conſonat codex Anniverſariorum vetuſtior in hunc modum. MCCLXXXXIII. Indict. VI. die 17. Aprilis. Obiit D. Fr. Fulcherius de Zuccula Or. Min. Epiſcopus Concordien. *Attamen Anniverſarii dies apud Canonicos, ad quorum Capitulum liberalitatem extendit, XVIII. Aprilis celebratur: ſic enim in eorum Anniverſ. libro ad dictam diem legitur.* O. D. Fr. Fulcherius Epiſcopus, qui reliquit R. Capitulo unum manſum in Sacudello, quod reddit libras X. parvorum. Item reliquit unum alium manſum in Concordia in capite Pontis magni; qui reddit menſuras III. Gal. II. Spat. I. quæ omnia de dictis duobus manſis debent dividi inter Clericos, qui fuerint ſuo Anniverſario. Item reliquit aliud manſum poſitum in Cordovato, qui reddit menſuras XVI. pan. XL. Gall. IIII. ſpat. I. ova XX. Quæ omnia illius manſi debent dividi inter Clericos, qui interfuerint ejus Anniverſario cum pane & faba. *David.)*

XXX JACOBUS *filius Orbinelli de Ungriſpaco, Capituli Concordienſis ſuffragiis Fulcherio ſucceſſor datus eſt. Hic primo ſui Epiſcopatus anno 1294. quæcumque Epiſcopi Federicus & Albertus ſui in Concordien. Sede præceſſores in Monaſterium, Abbatemque Summaquæ contulerant, largitique fuerant, novo diplomate confirmavit in hunc modum.*

Anno D. 1294. Ind. 7. die 12. intrante Auguſto in Portu Gruario in Eccleſia S. Chriſtophori: præſentibus presb. Andrea de Gruario, Gramaſlantio de Flagonia, Bartholomæo filio D. Jo: q. Ottonelli de Civitate, atque Jacobino de Portu Gruario & aliis. Rev. P. D. Jacobus Dei gratia Concordien. Epiſcopus, volens in bonis prædeceſſorum ſuorum negotia imitari collationes, conceſſiones & privilegia edita ſuper Avocatia manſorum, quos habet Monaſterium Summaquenſe in Villa de Portu veteri per piæ mem. venerabiles Patres noſtros Federicum, & Albertum Prædeceſſores ſuos, ut patet per publica Inſtrumenta, ſcripta per manum Ottolini Vicentini, Martini, ac Hermanni de Portia Notar. illas conceſſiones, & privilegia, ut ſcripta ſunt, ratificavit; laudavit, confirmavit, firmas, ratas & gratas ſpecialiter; & de voluntate, aſſenſu & conſenſu Capituli ſui Concordien. ibidem præſentis & ad hoc ſpecialiter congregati; videl. DD. Antonii Decani. presb. Leonis Sacriſtæ. Candidi de Varmo. Presb. Martii de Toppo. Bartholomæi Scolaſtici. Alberti. Bartholomæi de Concordia; atque Ottonelli de Civitate Canonicorum Concordien. promittentium per ſe, ſuoſque ſucceſſores Ven. Patri D. Deſiderio miſeratione divina Abbati Summaquenſi præſenti, & pro ſe, vice & nomine ſucceſſorum ſuorum, & Monaſterii Summaquen.

,, prædictam confirmutionem fiemam, ratam &
,, grutum hubere & tenere; nec ipſi D. Abbati, ſeu
,, Monaſterio Summaquen. ſuper ipſis manſis, ſeu
,, Avocutia, ullo tempore quæſtionem, vel litem
,, movere, aliqua ratione, vel cauſu, de jure,
,, vel de facto cootra tenorem, & formam Inſtru-
,, meotorum Mouaſterii prædicti confectorum per
,, Prædeceſsores ſuos ſuper Avocatia præfata. De-
,, mum mandaverunt ſupradicti Rev. D. presb. &
,, D. Antonius Decanus, & Capitulum Concor-
,, dien. ut ad majorem rei evidentiam & firmius ro-
,, bur ſua ſigillu pendentia huic inſtrumento debe-
,, rent upponi.
,, Ego Lancellotos filius q. Philippini . . . .
,, de Mantuu; Imperiali auctoritate Notarius; his
,, omnibus interfui & de manduto ſupradicti Rev.
,, patris præſens publicum inſtrumentum ſcripſi &
,, roboravi.
,, *Religioſus & pius erga præceſſores Albertum, &*
,, *Fulcherium ſancitas ab iiſdem Conſtitutiones no-*
,, *va editione ſtabilivit eodem anno. Contumacem Se-*
,, *di Aquilejenſi ad an. 1295. deſcribit Palladius in*
,, *hiſt. Forojul. atque decreto Raymundi Patriarchæ*
,, *temporali juriſdictione & poteſtate fuiſſe priva-*
,, *tum. Verum anno inſequenti 1296. die 3. Octob.*
,, *in Civitate Auſtriæ publico inſtrumento a ob ſuſpi-*
,, *ciones quaſdam Caſtrum Cuſani Nob. Viro Henri-*
,, *co de Prampergo commiſit habendum, munien-*
,, *dum & reædificandum cum promiſſione reſtituendi*
,, *quidquid ab eo in id expenſum fuerit; magnum*
,, *impoſterum ſucceſſoribus ſuis diſſidiorum & litium*
,, *tali conceſſione relinquens ſeminarium. Portus*
,, *Gruarii incolas armis impetitos & ſententia arbi-*
,, *traria b ſibi obſequentes reddidit an. 1297. quibus*
,, *etiam ſtatuta ann. 1300. legeſque deſcripſit c Quo-*
,, *niam Petro primum Capuano Præſuli, non Aqui-*
,, *lejenſi Patriarchæ deſuncto ſucceſſor daretur, Pa-*
,, *ganus de Turre Aquilejen. Decanus Raymundi*
,, *olim Patriarchæ nepos obſtitit, cum in Othonem*
,, *Ortembergii Comitem animo propenderet. Varias*
,, *interim & plures jactationes & moleſtias longo E-*
,, *piſcopatus & vitæ ſuæ intervallo paſſus eſt. Con-*
,, *cordiam etenim Gregorii de Squarra Epiſcopatus*
,, *Vicedomini, Cordubatum inſigne dominatus ſui*
,, *caſtrum Tibiaſii Gerardini filii tyrannide, & vio-*
,, *lentia diſtrahi, & opprimi paſſus eſt, donec eos*
,, *Franciſcus Pancierinus de Portu Gruario, & Scla-*
,, *vus de Camipa, officii ſui monitos & Epiſcopo con-*
,, *ciliatos injuriis abſtinere docuerunt circa an. 1306*
,, *Portum Gruarium ingruentibus cum Veneta Re-*
,, *publica bellicis turbis, ab Ottobono Patriarcha*
,, *ſibi ereptum, ejus militi, & cuſtodiæ Pedruſii*
,, *Valpertaldi de Perſo filii demandari coacta compo-*
,, *ſitione vidit an. 1307. cum eo ſervando impotens vi-*
,, *deretur, vel iners, licet paulo ante ab eodem Pa-*
,, *triarcha Ottobono in intimorum Conſiliariorum nu-*
,, *merum lectus fuiſſet. Gregorium Squarram de*
,, *Frattina ſuperius nominatum, immutatis in me-*
,, *liorem frugem moribus, Vicedomini Epiſcopatus*
,, *Concordien. titulo, & facultate modeſte utentem,*
,, *eaque propter ſibi gratum, nuptiis Annæ de Un-*
,, *griſpacco neptis ſuæ in affinitatem vocatum; quin*
,, *Petrus & fratres ex eadem familia de Squarra Vi-*
,, *cedominatu expellerent, bonisque exuerent, pro-*
,, *hibere non valuit: eaque arrepta tumultuandi oc-*
,, *caſione etiam Gherardinus & alii de Cordubato ad*
,, *priſtinas impotentias animi & voluntatis redie-*
,, *runt. Idcircò precibus & querelis ab Ottobono Pa-*
,, *triarcha extorſit & obtinuit, ut armis contumaces*
,, *in ordinem redigeret; qui non ſolum Concordiam,*
,, *Canonicorumque Capitulum, verum etiam Portum*

a Extat Pergamena in Arch-Episc.

b Pergamena. ibi. c Pergamena. ibid.

,, *Gruarium, Cordubatum, Summaquam ſuæ tui-*
,, *tionis & defenſionis clypeo gaudere teſtatus eſt; ea*
,, *tamen ſub lege, ut Portus Gruarius non jam Con-*
,, *cordienſis Sedis, ſed Aquilejenſis juriſdictionis*
,, *quoad temporalia cenſeretur, redditibus & ſpiri-*
,, *tuali, ſuperque familia propria juriſdictione pe-*
,, *nes Epiſcopum Concordien. remanentibus, quæ*
,, *tamen lex & conditio ultra ipſorum componentium*
,, *vitam non extenderetur. Extremum vitæ hujus*
,, *Epiſcopi diem, & annum ſervat Codex vetuſtior*
,, *in hunc modum.* MCCCXVII. die VIIII. De-
,, cembris obiit D. Jacobus de Caſtello Epiſcopus
,, Concordienſis. *David.*)

19 GUBERTUS (1) 1304.



20 JACOBUS [2] Turrianus Mediolanenſis Andreotti filius, illius inquam, qui cum aliis Torrianæ familiæ proceribus ad Decimum oppidum, in Vicecomites fortiter pugnans, multis confoſsus vulneribus occubuit anno 1277. filiis relictis Amphotio viro illuſtri, & Jacobo hoc, qui Aquilejum profugit, clericulem vitam amplexus evaſit Concordienſis Epiſcopus anno 1306. Obiitque ſub Joanne XXII.

,, ARTICUS, *vel Artuicus de Caſtello ex Frangi-* XXXI
,, *pania familia, domina Caſtelli, ideſt Porpeti &*
,, *Trecenti, primis annis militiam ſecutus eſt; mox*
,, *elata uxore Deo ſacratus in Epiſcopum Concor-*
,, *dien. ſem evaſit. Hunc exercitum fuiſſe curis, & mo-*
,, *leſtiis eorum, qui ſibi parentes, & obedientes tan-*
,, *quam ſubditi eſſe debebant, oſtendunt geminæ ſen-*
,, *tentiæ Patriarchæ Pagani de Turre in libris Epi-*
,, *ſcopatus adſervatæ, quarum prima damnat & ſpoliat*
,, *Henricum Squarram omnibus bonis, & potiſſimum*
,, *loco Fratæ propter exceſſus ab ipſo admiſſos, Ec-*
,, *cleſiæ Concordien. adjudicatis, an. 1320. Ind. 3.*
,, *die 28. Septembris: altera pluribus articulis Ma-*
,, *giſtratus & incolas Portus Gruarii caput in Epiſ-*
,, *copum extollentes coercet; jura & juriſdictiones*
,, *Sedi Epiſcopali in ipſos convenientia, & conve-*
,, *nientes recitat & revocat priſtino robori an. 1321.*
,, *ind. 4. 12. Januar. Quos tamen refractarios exper-*
,, *tus eſt, & auſos eo inſcio cum Venetorum Republi-*
,, *ca coire & fœdera icere. Henricum Squarram non*
,, *reſtituit tantum, verum etiam præfecit cuſtodiæ*
,, *Feſti de Tileo, Villæ Concordien. diœceſis ann.*
,, *1328. 3. Aprilis; & an. 1330. 1. Julii ad integrum*
,, *vitæ ſuæ eidem Feſto præpoſuit, cum antea pro il-*
,, *lius anni feſto præfeciſſet. Quia præſentia ſua*
,, *Norbiæ Henrici Squarræ filiæ ſponſalia decora-*
,, *vit, quæ cum Henrico filio Riciardi de Melletio de*
,, *Valvaſono celebravit an. 1330. 2. Junii. De Artici*
,, *obitu hæc habet Codex vetuſtior ſæpe citatus;*
,, MCCCXXXI. die 15. Martii. Obiit D. Arti-
,, cus de Caſtello Epiſcopus Concordienſis *David.*)

21 Fr.

(1) Gubertum Folcherio ſucceſſorem ab Ughello datum nulla hæſitatione ex albo Epiſcoporum Concordien. expunge, cum ſatis conſtet ab an. 1296. ad 1317. Jacobum ſupradictum hanc Cathedram tenuiſſe. *David.*

(2) Jacobum Andreotti de Turre filium ſucceſſiſſe altori Jacobo de Ungriſpacco an. 1306. præter ſupra allata in Jacobo de Ungriſpacco, impoſſibile eſſe evincit teſtimonium Bertholdi plebani S. Andreæ de Porto Gruario viventis, qui teſtatur ſe Capellani officio defunctum apud Jacobum ſucceſſorem D. Fulcherii Ep. Concordien. ſpatio annorum 38. vel circa; quos ſi addas annis 1293. tempori Jacobi electionis, habebis an. 1331. numerum ſcilicet ſuperiorem et anno, quo Ughellus, & alii promotum Jacobum Turrianum volunt. Præterquamquod cum an. 1338. adnotetur, in depoſitione Marcuti teſtis ſuper juribus Foſſaltæ quinque eo tempore Epiſcopos Fulcherio ſucceſſiſſe, & hi in depoſitione Bertolucci Canonici Concordien. teſtis an. 1337. recenſeantur præter Guidonem tunc in vivis degentem, Jacobus, Articus de Caſtello, Fr. Guido, & Fr. Ubertus, nullus ſupereſt locus alteri Jacobo de Turriano, de quo hic Ughellus. Documenta infra referemus, ubi de Guidone II. *David.*

XX XII. 21 Fr. GUIDO (cujus (t) Ordinis, & patriæ adhuc incognitus) Episcopus Polensis a Jo: XXII. ad hanc sedem translatus est 1331. Non. Apr. Obiit 1333. ex Reg. Vat.

XX XIII. 22 Fr. UBERTUS Prior monasterii S. Mariæ de Reno, & S. Salvatoris Bonon. Ord. Canonicor. S. August. vir doctus eligitur ab eodem Jo. Papa, 11. Kal. Maii 1333. Defunctus est postquam sedisset annum, de quo Reg. Vatic.

(,, *Constitutiones ab Uberto editas ann. 1334. 31.*
,, *Ianuarii in Ecclesia S. Andreæ de Portu Gruario*
,, *adservat Canonicorum Concordien. Capitulare*
,, *pag. 15. Codex vetustus pluries citatus exemplum*
,, *retinet Epistolę Joanni summo Pontifici ab eo con-*
,, *scriptæ, cum formula juramenti, apud Episco-*
,, *pum Castellanum ab eo præstiti 1333. Ind. 1. die 15*
,, *Decemb. Idem Codex mortem ejus signat hoc modo:*
,, MCCCXXXIV. die 22. Augusti obiit D. Fr. U-
,, bertus de Civitate Cesenæ Provinciæ Roman-
,, diolæ, Ordinis S. Augustini Canonicorum Re-
,, gularium, Doctor Decretorum, Episcopus
,, Concordien. cui immediate, videl. sequenti men-
,, se successit D. Guido de Guisis de Civitate Regii
,, Doctor Decretorum, qui librum censualem
,, ordinavit. *Liber anniversariorum diem mortis*
,, *anticipat sic*. xxi. Augusti. O. Episcopus Uber-
,, tus 1334. cujus anima sit in pace. *David*.)

XX XIV. 23 GUIDO de Guisis Episcopus Mutinensis, jurisprudentia longe clarissimus, ad hanc sedem fuit translatus 1334. 16. Kal. Octobris. Legatus profectus est in Pannoniam, Zelandiamque ann. 1339. Benedicto XII. gerente Pontificatum. Vitam liquit an. 1347. De quo mentio in Vatic. Reg.

(,, *Guido in ipsis Episcopatus sui exordiis primis*
,, *synodum convocavit in D. Andreæ Portus Grua-*
,, *rii, suasque Constitutiones præcedentium Epis-*
,, *coporum Alberti, Fulcherii, & Uberti constitu-*
,, *tionibus à se probatis & commendatis additas se-*
,, *mel publicavit an. 1335. & iterum an. 1340. a Totum*
,, *deinde animum ad jura Episcopatus sui antiqui-*
,, *tate obsolescentia, vel iniquitate invidorum obli-*
,, *vioni tradita, ac etiam usurpata pristino restituen-*
,, *da splendori convertit, idoneisque roboranda te-*
,, *stibus curavit in hunc modum:*

a Extant in Capitulari Canon. Concord.

,, In Christi nomine amen. Anno Dom. 1336. Ind.
,, IV. diebus, & mensibus infrascriptis: Hæc est
,, quædam generalis inquisitio, quam facere in-
,, tendit super capitulis infrascriptis Ven. in Chri-
,, sto pater D. Guido Dei gratia Episcopus Con-
,, cordien. cum hominibus infrascriptis, eisdem da-
,, tis, & assumptis per Potestatem, homines, &
,, commune Terræ Concordiæ ad declaranda, &
,, designanda coram dicto D. Episcopo jura, juris-
,, dictiones, honores, & bona, quæ habet dictus
,, D. Episcopus, & Episcopatus Concordien. in suo
,, Episcopatu, & maxime in terra, & districtu
,, Concordiæ.
,, In primis intendit inquirere, si Episcopus Con-
,, cordien. ibidem habeat jurisdictionem spiritua-
,, lem, & temporalem in cognitionibus, exami-
,, nationibus & decisionibus causarum, & punitio-
,, nibus criminum & condemnationibus delinquen-
,, tium, & Garritum & Advocariam.
,, Item si dominium & proprietas dictæ terræ, ac
,, possessionum, ac terrarum positarum in ejus di-
,, strictu cum aquis, fluminibus, ripariis, sylvis,
,, ac nemoribus, venationibus, piscationibus, pa-
,, scuis, pratis ibidem existentibus ad prædictum
,, Dominum, & ejus Episcopatum pertinet.
,, Item si illi, qui aliqua de prædictis in prædicta
,, terra, & ejus districtu detinent, ea detineant ab
,, Episcopo, & Episcopatu.
,, Item si de mercationibus, lignis & aliis rebus,
,, quæ deferuntur superius, & inferius per flumen
,, Leminis non transeundo per Portum Gruarium
,, possit dictus Dom. Episcopus petere mutam.
,, Item si possit in dicto flumine, pro custodia di-
,, ctæ mutæ suæ facere unam pallatam, vel unam
,, cathenam ibidem ponere.
,, Item si dictus D. Episcopus in dicta terra & ejus
,, districtu habet aliquos certos proventus, & quos.
,, Die 3. mensis Jan. prædict. D. Gerardus q. Gua-
,, rardi de Concordia constitutus in præsentia præ-
,, dicti D. Episcopi præstito prius juramento de ve-
,, ritate dicenda per suum Sacramentum dixit su-
,, per primo Capitulo se audivisse à majoribus suis,
,, & ab antiquis, qui recordari poterant de 60. & 70.
,, annis, quod dictus D. Episcopus, tanquam Co-
,, mes, Dux & Marchio ultra jurisdictionem spiri-
,, tualem, habet ibidem temporale dominium,
,, Garritum & Avocariam. Et ipse vidit à 35. an-
,, nis & citra Gastaldiones, seu officiales Episco-
,, porum Ecclesiæ Concordien. liberè, ac sine ali-
,, cujus contradictione in prædicta terra Concord.
,, jura omnia prædicta exercere pro ipsis Episcopis
,, puniendo, ac condemnando delinquentes pecu-
,, niariter & corporaliter, & ibidem ad voluntatem
,, prædictorum DD. Episcoporum, qui pro tempo-
,, re fuerunt, tenere placitum Advocariæ.
,, Super 2. & 3. respondit, quod nihil in Terra
,, Concordiæ, nec in Episcopatu Concordiæ, quod
,, non pertineat ad principale dominium, & pro-
,, prietatem Episcopi Concordien. & omnes illi,
,, qui tenent, vel possident aliquid de his, quæ in
,, prædictis duobus capitulis exprimuntur, ea te-
,, nuerunt, & recognoverunt per tempora transa-
,, cta: & nunc etiam ea recognoscunt, & tenent
,, ab ipso D. Episcopo, & in prædictorum jurium
,, possessione fuit hactenus, & nunc est Concord.
,, Ecclesia, nec unquam vidit de hoc quæstionem
,, defferri.
,, Item recordatur se audivisse, ac etiam vidisse,
,, quod cum Episcopus volebat facere venari
,, Porcos, vel Capriolos, per tres dies ante præco-
,, nizari faciebat, quod in nemoribus, vel sylvis
,, Concordien. nullus auderet venari, donec sua
,, venatio esset completa. Et si quis in dictis sylvis
,, extendisset prius laqueos, interim non poterat,
,, nec audebat eos movere. Faciebant etiam pu-
,, blice præconizari, quod nullus auderet cum la-
,, queis Fasanos, vel perdices capere. Facientes
,, autem contra prædicta incurrebant, & solvebant
,, banna per Episcopum constituta.
,, Item dixit, quod Capitulum Concordien. &
,, Deslemani liberè possunt venari in prædictis
,, sylvis, & nemoribus, nec hoc est interdictum
,, ab Episcopo viris dictis, nec de sua venatione
,, debent aliquid dare. Omnes autem alii de Apris
,, & Capreolis tenentur Episcopo dare quartam
,, partem cujuslibet bestiæ. Et sic ipse vidit ser-
,, vari per tempora, & Episcopos prædictos esse in
,, possessione usque in hodiernum diem omnium ju-
,, rium prædictorum.
,, Super quarto Capitulo respondit se etiam scire,
,, quia bene vidit, quod quando bareli, seu naves
,, oneratæ vino conducuntur inferius, Mudarius
,, D. Episcopi à quolibet accipit unam libram pipe-
,, ris, & hoc frequenter vidit. Quid autem aliud
,, vel pro quibus rebus solvant Mudario, non ha-
,, bet notitiam. Audivit etiam quod de qualibet
,, navi habente unum timonem solvitur unus gros-
,, sus, & si haberet duos, solvuntur duo dicto D.
,, Episcopo singulis annis, & tunc facta solut. na-
,, vis bullatur per officialem ejus. Dictus autem
,, D. Episcopus ex hac eam tenetur facere roncha-
,, ri, & expedire ripam fluminis, ita quod illi, qui
,, trahunt navim ad collum, ire possint expedite
,, cum restaria.
,, Super 5. capitulo respondit, quod dictus D. Epi-
,, scopus in flumine Lemine potest, & consuevit
palla-

(t) Guidonem hunc ex Prædicatorum familia emersisse perperam docet Fontana in Theatro Dominicano. Ejus Patriam, & institutum habemus ex Codice vetustiori Anniversar. hujus Ecclesiæ, qui de Guidone hæc habet. MCCCXXXIII. *die xxiii. Martii. Obiit D. Frater Guido de Cu-ria Forosempronii Marchia Anconitana, Ordinis Camaldulen. Episcopus Concordiensis*. Fuit Abbas Vangadiciæ ex Necrologio olim S. Gregorii Venetiarum, nunc Cl. Apostoli Zeni: in quo hæc leguntur ad X. Kal. Martii. *Obiit Guido Episcopus Concordiensis, olim Abbas Vangadiciæ MCCCXXXIII.*

pallatam, seu cathenam ponere; & hoc vidit suis temporibus servari tempore trium Episcoporum, quia certum, & notorium, quod dictum flumen Leminis est suum à Reyna usque ad Vinearium de Freganadiga, qui locus distat à Lemine bene per duo milliaria vel circa.

Super ulrimo resp. quod quidqnid est in Castellario Concordiæ fuit, & est juris, & proprietatis Episcopi Concordien. & ei debet livellum solvere, exceptis domo, in qua moratur D. Hermanus de Toppo Canon. Concordien. & canipa, quam tenet Nicolaus de Civitate Canon. ejusdem Ecclesiæ, & domo Jo: Massiæ, quam tenet Bologninus, & domo, in qua moratur presb. Bertolusius Matthiæ. Dixit etiam, quod multi tenentur livellos solvere dicto D. Episcopo, & aliqui pro certis terris, quas tenent jure feudi, tenentur eidem de Cavaleria, & de aliis etiam ministeriis. Sed ad præsens de his non habet, nisi aliter cogitaret.

Eodem die 3. mensis Januarii prædictæ Ind. Jacobus qu. Stephani de Baseta, qui nunc in Concordia habitat, constitutus &c. (*omissis, quæ omninò cum depositione testis superioris conveniunt.*)

Super 6. capitulo resp. quod Episcopus Concor. babet in Concordia domos, ortum & caxamenta, & quidquid est in Castellario tenetur ab eo vel jure livelli, vel alio jure. Audivit etiam à suis majoribus, quod multi erant in Concordia, qui mansos, & Caxalia tenebant in feudum ab Episcopo Concordien. ratione quorum tenebantur certa ministeria, ac servitia facere: sicut erat quidam Fantusius, qui tenebatur Episcopo facere panem, & quidam Scuccius, qui tenebatur dare scutellas necessarias pro curia D. Episcopi. Alii etiam fuerunt, qui tenebantur D. Episcopo servire de uno Elmo & uno Balisterio pro multis mansis, quos tenebant in feudum. Sic quidam D. Ubertinus & D. Falcomarius habitatores Concordiæ, & quidam Concord. habitator Portus Gruarii & quidam Desideratus habitator in villa nova. Istos tamen non vidit.

Die 9. dicti mensis Jan. in Ecclesia S. Stephani in Concordia. Vidussus q. Dominici de Puteo de Concordia electus per commune Concordiæ cum quibusdam suis collegis, & ad declaranda, & exponenda jura, jurisdictiones, honores & bona, quæ habet dictus D. Episcopus Concord. in suo Episcopatu & maxime in terra Concordię, interrogatus &c.

(*Omissis, quæ cum supradictis concordant.*)

Super ult. cap. resp. quod quidquid est in Castellario Concordiæ est D. Episcopi, & ei debet solvere livellum. Item dixit, quod multi tenentur livellos solvere, & ipse idem testis tenetur solvere in festo S. Martini unum caponem, & mediam libram ceræ ad balanciam pro çaxali, in quo habitat & confinatur ab uno latere via publica, ab alio latere caxale Nicolai Francisci, qui etiam habet ab Episcopo ad livellum pro dimidia libra ceræ ad balanciam, ab alio latere hæret capitulum Concordiæ. Quæ bona possessa per Vidussium & Nicolaum prædictos fuerunt qu. Ropertini & Aroldi fratris sui, qui consueverunt servire D. Episcopo Concordien. de uno Elmo. Interrogatus quis possidet de bonis eorum prædictorum, resp. ser Stephanus Antonii & D. Catera uxor qu. Joannis de S. Petro possident unam cintam positam in loco dicto Plocust juxta viam & juxta rerritorium Ecclesiæ Concordien. Item dixit, quod D. Beta de dictis bonis & possessionibus tenet medietatem unius domus muratæ & cupatæ positæ in Castellario. Item tenet duas cintas positas in Contracta S. Marię de Tavellis, quarum una sic confinatus: ab uno latere via, ab alio possidet s. Xanilius, qui possidet unam cintam de dictis bonis & moratur in Portu Gruario: ub alio Lanzelotus de Portu Gruario. Alia verò sic confinatur; ab uno latere hærent domini de Prata, ab alio est via publica. Item dixit, quod Stephanus de Labadicon, qui modo moratur in S. Vito, possidet de bonis prædictos duos campos positos in Spareda, & confin. sic; ab uno latere Domini de Prata, ab alio via, ab alio nemus de Spareda. Item dixit, quod Bertolucius Bellusius possidet de dictis bonis in Spareda prædicta circa sex campos juxta quandam foveam & juxta territorium Dominorum de Savorgnano. Item dixit, quod idem Bertolucius possidet de bonis prædictis unam cintam positam in loco dicto Oilum: & sic confinatur: ab uno latere Domini de Prata, ab alio capitulum Concordiæ. Item dixit, quod de bonis prædict. possidet D. Vermilius circa sex, vel septem campos simul conjunctos, sub uno fossato, positos in loco dicto Oilum: & sic confin. ab uno latere domini de Prata, ab alio Capitulum Ecclesiæ Concordien. Item dixit, quod Gerardus Guarnardi de Concordia possidet unam cintam de prædictis bonis positam juxta domum Gerardi prædicti. Item dixit, quod de Cintis Francisci, ut Gerardus testis sup. dixit. Item dixit, quod de bonis sup. Sercussii, ut Gerardus sup. item dixit, quod audivit dici, quod Bertholus & Hendricus ejus filius tenebant in feudum à D. Episcopo Concor. duo Caxalia posita in Concordia juxta flumen Leminis; à latere mare d. fluminis: ab uno latere confinatur Gerardus Varardi, ab alio via. Interrogatus quis possidet dicta Caxalia; resp. quod hæredes q. Stephani . . . . Item dixit quod in Concordia est unus mansus ministerialis D. Episcopi situs in capite Villæ Concordiæ inferius: & sic confinatur: ab uno latere via: ab alio Capitulum Ecclesię Concordien. & ab alio Musile, sive Vallis, pro quo manso tenetur ille, qui possidet illum Sententias corporales exequi. Interrogatus quomodo sciat boc; resp. quia sic audivit à suis majoribus, & sic est publica vox, & fama in terra Concordiæ. Interrogatus quis modo possidet dictum mansum; resp. quod ser Monzoja de Portu Gruario possidet.

MCCCXXXVII. Ind. 5. die 29. m. Decemb. in Portu Gruario in Episcopali palatio.

Bettoluccius q. Bellusii Canon. Concord. juratus, & examinatus per dictum D. Episcopum ut supra.

Super 1. cap. resp. se à suis majoribus audivisse, & communem opinionem, & famam fuisse in terra prædicta, quod Episcopus Concord. sicut Comes, Dux, & Marchio ultra jurisdictionem spiritualem habet temporale dominium, & Garritum, & Advocariam, & omnem temporalem jurisdictionem ibi per suos Officiales exercet, & etiam vidit suo tempore sic servari à L. annis vel circa, & ipse idem pro dicto D. Episcopo tenuit Advocariam examinando, & decidendo tanquam Advocatus, & Officialis ipsius D. Episcopi causas criminales, & civiles, puniendo excessus commissos, & exigendo pœnas debitas pro eisdem, & tenuit placitum Advocariæ, quod durare consuevit per tres dies continuos secundum consuetudinem regionis. Interrogatus quantum tempus est, quod fuit Canonicus Concord. Resp. quod esse possunt L. anni vel circa. Item interrogatus, quomodo scit, quare D. Episcopus prædictus dicatur Comes, & Marchio, resp. quod propter plenitudinem potestatis temporalis, quam habet in suo Episcopatu, sicut Comites, & Marchiones in suo territorio. Et recordatur se vidisse D. Jacobum bo. m. Concordien. Episcopum deferentem habitum Principis secularis, scilicet Capellum suffultum vario, & mantellum breva Bavaro Variorum. Et hæc dicebat facere in signum secularis Principatus.

Super 2. & 3. Capitulis resp. quod omnia, quæ in dictis Capitulis continentur, ad dictum D. Episcopum spectant jure dominii, & proprietatis, sicut ipse vidit, & sæpe audivit à suis majoribus

pub-

publice dici. Et si aliquis habet ibi terras, vel nemora, vel alia jura, ea renet ab Episcopo prædicto vel jure Feudi, vel livelli, vel ex alia concessione, & suo tempore vidit, quod cum homines Concordiæ aliquod auxilium, vel servitium facere debuissent Episcopo, vendebant aliquam partem nemoris usque ad certum tempus pro habendo pecuniam consilio nostri D. Episcopi, & eo consentiente.

Super 4. Cap. resp. quod de mercationibus, quæ deferuntur de partibus inferioribus, & deponuntur super ripam Leminis in Concordia deber D. Episcopus recipere unam libram piperis pro quolibet mercatore. Et si mercationes venderentur ibidem, quiliber mercator de sua mercatione vendita solvere tenetur quarantesimum. Si verò mercationes prædictæ non deponentur, nec vendentur in Concordia, sed superius ducantur ad Portum Gruarium, nihil solvit in Concordia, sed in Portu Gruario solvit mutam prædictam. Et si habitatores, seu viciui Portus Gruarii mercationes emerent, & aliis forensibus eas venderent, forenses emptores mutam solvunt; quia prædicti habitatores Portus Gruarii in emendo, & vendendo exempti sunt, salvo quod si per flumen versus Venetias conducere vellent aliqua, quæ emissent ab aliquo forensi, causa mercationis tenerur mudam solvere; de propriis autem rebus, quas de suis possessionibus perceperunt, non teuentur aliquid pro muda solvere.

Super 5. cap. resp. se credere, quod Episcopus possit tenere catenam in flumine; & se vidisse catenam ibidem teneri per 5 Episcopos. scil per DD. Fulcherium, Jacobum, Articum, Fr. Guidonem, & Fr. Ubertum, quamvis habitatores Portus Gruarii post mortem cujusque Episcop. prædict. auctoritate propria illas destruxerunt.

Super 6. &c.

(omissis reliquis, quæ concordant cum superioribus.)

Eodem die 29. m. Decemb. in Portu Gruario Concordien. diœcesis. D. Armannus de Toppo Concordien. præstito juramento de veritate dicenda interrogatus resp. &c.

(Omnia conveniunt cum supradictis.)

Eodem die 29. m. Decemb. in Portu Gruario Concord. diœces. presb. Bertolussius q. Matthiæ Canonicus Concordien. præstito juramento &c.

Super 4. &c. De mercationibus verò, quæ deferuntur versus partes inferiores non habet exactam notitiam, quantum pro ipsis solvatur; nisi quia vidit, quod de lignis, quæ deferuntur versus Venetias solvirur integra decima: & qui non solveret capi potest personaliter, & cadit in pœnam lib. 25. parvorum.

Super 5. &c. & recordatur se vidisse unam (*catenam*) apud Pallatam, quam modo tenent Veneti.

Super ultimo cap. resp. quod dictus D. Episcopus habet in Concordia palatium suum destructum. &c.

(Omissa cum depositionibus primorum testium concordant.)

Die 2. Jan. 6. Ind. 1338. In Portu Gruario in Camera prædicti D. Episcopi presb. Berthus filius ser Sabatini plebanus S. Andreæ de Portu Gruario constitutus &c. Interrogatus quomodo scit, resp. quia sunt 50. anni, quod fuit familiaris & Capellanus bo. m. D. Fulcherii Episcop. Concordien. & post mortem fuit Capellanus successoris, scil. D. Jacobi, cum quo moratus fuit 18. annis vel circa, & toto prædicto tempore &c.

Super 4. cap. resp. quod de mercationibus, & aliis rebus, quæ deferuntur per flumen Leminis superius & inferius per mercatores forenses, debet D. Episcopus recipere mudam suam, quia de omnibus mercationibus, quæ exonerantur in Concordia, vel in Portu Gruario, quilibet mercator pro suo capite solvit unam libram piperis; pro his verò, quæ exonerantur ibi, vel venduntur, accipit D. Episcopus quarantesimam, ut sibi videtur, sed de hoc non est certus. Audivit autem, & vidit quam pluries suis temporibus, quod omnes illi, qui de Episcopatu Concordien. vel de Gualdo conducunt vinum de subtus Catenam pontis de Rigana, ad onerandas naves Venetorum, seù aliorum, qui de partibus inferioribus veniunr pro emendo vino, solvunt Mudario Episcopi pro quolibet fondo vasis, sive sit magnum, sive parvum, duos.... Item audivit, & vidit pluries, quod Episcopus omni anno de quolibet fondo navis, quæ habebat unum timonem, recipiebat duos grossos, si habet duos, recipit quatuor. Et ex hoc tenetur Episcopus, vel ille, cui datium conceditur per Episcopum, tenetur purgare, & expedire ripam fluminis, ut per eam libere possint illi, qui naves trahunt ad restam, transire.

Super 5. &c.

Super ult. cap. resp. quod Episcopus habet in Concordia domos, Caxamenta, & Ortum, & livellos, nescit tamen quot. Habet etiam ibi unum mansum, qui fuit, sicut sibi videtur, cujusdam Mezavolræ de Concordia, qui per Officialem Episcopi fuit punitus ultimo supplicio pro certis excessibus, sed nescit per quem modo teneatur ille mansus, & est ultra aquam.

Jura Fossaltæ.

MCCCXXXVIII. Ind. 6. die 13. m. Martij in Portu Gruario Concordien. diœcesis. Marzutus q. Marzuti de Fossalta, & Rainaldus, qui dicitur Natha de Fossalta Concordien. diœcesis. Constit. in præsentia ven. in Christo P. D. Guidonis Dei gratia Episcopi Concord. præstito juramento de veritate dicenda super juribus, jurisdictionibus, & honoribus declarandis, quæ Episcopus, & Episcopatus Concordien. habet in prædicta villa de Fossalta, & in circumvicinis per suum sacramentum dixit: quod jurisdictio temporalis cum Garrito in dicta villa pertinet ad D. Episcopum Concord. & eam exercet per suum Gastaldionem, qui tenet placitum Advocariæ singulis annis in dicta villa Fossaltæ, ad quod conveniunt homines de villis Dominatunæ, Ligugnanæ, Biragi, Jusagi, Vadi, Gurgi, Portus veteris, Cintelli, Cordevadi, Saletti, Suzolini, Tilei. Verum est, quod dicta gastaldia modo divisa est, & factus est Castaldio in Cordevado, sub quo respondent villæ Cintelli, & S. Jo. de Caxarla: & per dictos Castaldiones in prædictis villis fit justitia tam in civilibus, quam in criminalibus causis.

Interrogatus quomodo scit prædicta, resp. quia suo tempore sic vidit fieri, & servari tempore D. Fulcherii, & 5. Episcoporum suorum successorū.

Interrogatus de terris, mansis, affictibus, & livellis, seu aliis redditibus, quos ibi habet dictus D. Episcopus, & Episcopatus Concordien. in prędicta villa de Fossalta dixit, quod tempore D. Fulcherii Episcopi Concord. Episcopatus ibi habebat unum mansum, qui datus fuit in feudum habitantiæ Gerardino de Cordevado, & Rodulpho ejus fratri; & modo hæredes prædictorum possident dictum mansum, & modo regitur per Jacobum Odorici Fratæ, & Danielem Miemolum. Item habet ibi medium mansum, quem hæredes prædicti Gerardini, scilicet Desideratus, & Arminus possidenr ex causa prædicta, & modo regitur per Patucium de dicta villa. Item tenebat duos medios mansos, qui bene facerent unum mansum completum, qui regunrur per Pazolum olim nuncium juratum Episcopatus Concordien. & solvit affictum Minino de Cordevado scil. 16. mensuras, sicut sibi videtur. Item unum mansum, super quo modo moratur Menedulus, & Cancianus eum tenet sub brachio, de quo solvitur affictus prædictis hæredibus Gerardini, & Rodulphi. Item unum mansum, qui

regi-

regitur per Turellum, & dimidium mansum, qui regitur per Dominicum Gilie, quorum affictus solvitur prædictis hæredibus Gerardini ex concessione D. Artici Episcopi Concordien. Item unum mansum, qui regitur per Dominicum Belle, qui nomine affictus solvit nunc Episcopatui XII. mensuras, & amiseria. Item unum mansum, & dimidium, qui regitur per Donatum, qui nomine affictus solvit 16. mensuras, & Amiseria. Item unum mansum, qui regitur per Contem, & solvit Episcopatui nomine affictus XII. mensuras, & Amiseria. Item unum mansum factum nunc de diversis terris, qui regitur per Petrum, qui nunc est juratus prædicti D. Episcopi, & proipso solvit XII. mensuras, ut credunt. Item duos mansos, qui reguntur per Cancianum, de quibus dictus Cancianus reddebat Capitulo Concordien. quoniam Capitulum illos tenebat pro permutatione mansi de Cordevado, XVI. mensuras pro quolibet manso. Item habet prædictus Episcopus in prædicta villa livellos. Recordautur enim, quod tempore D. Jacobi recipiebat de quodam manso, quem tunc tenebat Odoricus Berte pro medietate, & Santellus pro alia medietate, & quilibet prædictorum solvebat nomine livelli lib. 4. & dimidiam parvorum nomine livelli. Aliam autem medietatem possidebat magis. Leonardus, qui affictavit eum Dominico Gueto, & ipse solvit livellum Episcopatui. Item quidam Franciscus tenet unum modicum terræ, quæ potest esse seminaturæ unius starii frumenti, de qua solvit annuatim nomine livelli unum par caponum. Item dixerunt, quod Cancianus solvebat Episcopatui pro Copulasio unius mansi, qui fuit Domenati, & modo tenet dictus Cancianus 11. star. surgi, & duas gallinas. Item Succhus solvit unum star. surgi pro copulasio unius mansi, qui est D. Bartholomeæ de Laurenzaga, quem tenet sub brachio, & unam Gallinam. Item dixerunt, quod Daniel Ignosus, & Jacobus Odorici Bertæ solvunt unum star. surgi, & unam gallinam pro quolibet pro Copulasio. Item dixerunt, quod Cantusius filius q. magistri Pizoli solvit 11. star. surgi, & duas gallinas annuatim pro Copulasio. Item dixerunt, quod Magister Pizolus solvit unum star. surgi, & unam gallinam pro Copulasio. Item dixerunt, quod Dominicus Belle solvit 11. star. surgi, & duas gallinas. Item dixerunt, quod Gregorius præco solvit 11. star. surgi, & duas gallinas. Item dixerunt, quod Notha solvit 11. star. surgi, & duas gallinas. Item dixerunt, quod Vignutius de Volantie solvit pro Copulasio unum star. surgi, & unam gallinam. Item dix. quod Jo. Zupete solvit pro Copulasio duos star. surgi, & duas gallinas. Item dix. quod Manualis Massarius f. Armilii solvit unam gallinam, & unum star. surgi. Item dix. quod Sarus Massarius D. Barthulomeę de Laurenzaga solvit unum star. surgi, & unam gallinam pro Copulasio. Item dix. quod Petrus Zaraode Massarius Capituli solvit unum star. surgi, & unam gallinam. Item dix. quod Franciscus filius Zanutini Massarius Aschini de Varmo solvit unum star. surgi, & unam gallinam pro Copulasio. Item dix. quod Zanutinus Agathæ Massarius D. Aschini solvit unum star. surgi, & unam gallinam. Item dix. quod Dominicus Zilie massarius Desiderati de Cordevado solvit duos star. surgi, & duas gallinas. Item dix. quod Paullus pictor massarius Capituli solvit duos star. surgi, & duas gallinas. Item dix. quod Turellus Massarius Desiderati, & Minini de Cordevado solvit duos star. surgi, & duas gallinas. Item dix. quod Zanotus, & Nicolaus massarii Dominici Comitis solvit duos star. surgi, & duas gallinas. Item dixerunt, quod Jacobus Cozza massarius, D. Gisellæ de Laurenzaga solvit duos star. surgi, & duas gallinas pro Copulasio. Item dix. quod una Cinta, seu Clausura est in dicta villa, quæ est magist. Andreæ de Bagnara, quæ ex voto eorum, quorum fuit antiquitus, tenetur Episcopatui solvere decimam, & usque ad hec tempora ex concessionibus D. Artici olim Episcopi Concordien. recepit illam decimam Pizolus de Fossalta juratus Episcopatus. Interrogat. si Cinta illa fuerat de proprietate Episcopatus, resp. quod nunquam hoc audivit dici, sed semper audivit, quod ex voto Dominorum, quorum primo fuerat, decimam solvere tenebatur.

Jura Ligugnanæ.

Die 19. dicti mens. Martii in Portu Gruario Concordien. diœcesis Gerardus filius qu. Berti de Jussago Concordien. diœcesis, & Dominicus Pisonus de Jussago dictę diœcesis constituti in præsentia Vener. In Christo Patris D. Guidonis Dei gratia Concordien. Episcopi præstito juramento de veritate dicenda, super juribus, jurisdictionibus, & honoribus declarandis, quæ Episcopus, & Episcopatus Concordien. habet in prædicta Villa de Ligugnana, & in locis circumvicinis pet suum Sacramentum dixerunt: quod jurisdictio temporalis cum Garrito in dicta Villa pertinet ad D. Episcopum Concordien. & eam exercet per suum gastaldionem, qui tenet placitum Advocariæ in dicta Villa de Fossalta, ad quod conveniunt homines dictæ Villæ inter festum Nativitatis, & quadragesimæ. Item dixit quod Episcopatus Concordien. habet in dicta terra octo mansos. Primus est in capite Villæ, & regitur à duobus annis citra per Matthæum de Vado. Secundus est ibi prope, & regitur per Gregorium de Fossalta perceptorem Episcopatus. Tertius est, qui olim dicebatur Livellus & à duobus annis citra remansit incultus, quia Monzoja de Gruario, qui dicebat dictum mansum pro dote uxoris suæ ad se spectare, non permisit eum coli per Episcopatum. Quartus est ibi prope mediante via, qui modo regitur per Candarum de Portu Gruario Michaelis. Quintus est, qui modo regitur . . . . & juxta filios Taffolini. Sextus est, eundo ad ripam, & modo regitur per Bassinum. Septimus est desuper ripam, & apud Ecclesiam S. Mariæ, & modo regitur per dictum Gerardum, qui loquitur. Octavus est ibi juxta prædictam Ecclesiam, qui regitur per Petrum Zanini nepotem dicti Gerardi. Item dixit, quod Episcopatus habet ibi duo nemora, quod unum vocatur Bandum S. Mariæ, & est prope Ecclesiam; aliud vocatur Bandum Nugarii Floriani. Interrogati quomodo sciunt, quod prædictus mansus, quem dicit Manzoya prædictus ad se pertinere, spectet ad Episcopatum Concordien. resp. se recordari, quod bo. mem. D. Fulcherius olim Episcopus Concordien. concessit eum ad livellum cuidam Hermano Selario, volens ei facere gratiam pro xxx. solut. parv. annuatim. Mortuo verò D. Hermano, & ejus filiis, Dom. Jacobus successor prædicti D. Fulcherii concessit eum cuidā Portulano de Portu Gruario nuncio seu præconi dicti D. Episcopi pro præmio laboris sui. Demum præcedente tempore dictus D. Jacobus adrevocavit dictum mansum & eum abstulit dicto Portulano. Ipse verò Portulanus latenter & ignorante D. Episcopo prædicto vendidit ipsum mansum s. Lappo Tusco de Florentia, qui morabatur in Portu Gruario. Postmodum cum dictus s. Lappus possedisset dictum mansum quasi per duos annos, D. Articus successor prædicti D. Jacobi abstulit dictum mansum s. Lappo: & eum posedit dictus Do. Episcopus pro Episcopatu quandiu vixit. Eo verò mortuo Bellenzonus filius dicti q. s. Lappi dedit filiam in uxorem Monzoyæ prædicto, & in dote, quam ei dedit, computavit prædictum mansum. Interrogati quot campi sunt laboratorii in dicto manso; resp. se credere, quod non sint ultra quatuor. Totum aliud est incultum in nemoribus, & paludibus. Interrogati quanto possent affictari dicti campi

annuatim, resp. quod bona esset assictatio, si haberi possent tres mensuræ, scil. una frumenti, alia vinei, millei, & alia surgi, vel pro duabus libris piperis. Item dixerunt, quod omnes, qui de communibus nemoribus conducunt à ripa Ligugnanæ ligna, solvunt dicto D. Episcopo sex parv. pro quolibet curru.

Ego Joannes de Ravarris de Regio Imperiali auctoritate notarius prædictis omnibus juramentis, Inquisitionibus & responsinnibus, seu depositionibus prædictorum testinm præsens intersui & mandato prædicti Ven. P. D. Guidonis Dei gratia Concordien. Episcopi in actis Episcopalis curiæ conscripsi, meumque signum consuetum apposui.

a Liber primus in Pergam. Arch. Episc. p. 137.

Statutas ab eo leges Terræ, & Castri Cordubati servant libri a Episcopatus ad an. 1337. Primum lapidem fundamentorum superstruendæ Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ in Portu Gruario collocavit testante id antiqua, rudique inscriptione ibidem parieti infixa.

MCCCXXXVIII. die xv. de Mazo so comenzada questa Glesia. a. onor. de. Dio, e de la Vergene Maria, e del beato. Apostolo. Evangelista. Miser. Sancto Zuane. per lo descreto. e. onorando ser Zuane. dito Guldiol. in tempo. de la Venerabile. Signor. miser. Guido per la Dio gracia Veschnvo. de. Choncordia. per lo qual con soa licenzia. el a fornita. e de so propria. man. el. mesc. la prima. pieta. e degli. de indulgenzia xl. di. lo dito s. Zuane. a. suto sur. e. indotar. de. soi propri Beni. questa. Santa. Glesia. Tuti. prege. Dio. per lui.

Legationes, quas Ughellus scribit ab eo susceptas an. 1339. brevi temporis curriculo obierit necesse est, cum liber Anniversariorum hæc sequentia testetur ad Kal. Aprilis 1339. Ind. VII. prima Dominica hujus mensis consecrata fuerunt Altaria B. Stephani, & S. Crucis per D. Guidonem. *Cum Concordiæ incolis disceptandi, & lites exercendi occasiones et non defuerunt, donec an. 1337. eisdem concessa nemorum illius agri non spernenda portione titulo investituræ & censu sibi, & successoribus reservato librarum decem ceræ novæ, & puræ quotannis in die Resurrectionis Dominicæ, vel infra ejus octavam, quietem sibi inde paravit. Quam interrumpere tentavit Norbia, Henrici Squarræ olim filia, & uxor Henrici de Valvasono, jura paterna super custodia festi in villa Tillei & Garrito ibidem suscitare anhelans. Quam quo pacto silentem reddiderit, non liquet, cum tamen juribus, quæ habere sibi videbatur, an. 1342. illa renuntiaverit b permittente marito. Familiæ de Prampero causam, & dicam intendit super castro Cusani, quod Præcessor ejus Jacobus de Castello, vel Ungrispacco an. 1296. Henrico Prampero sub certis conditionibus demandaverat; eique liti judicandæ Petrum Paulum à Costa Tarvisii Antistitem arbitrum delegatum à Clemente VI. summo Pontifice obtinuit, qui DD. Pramperos citandos commisit c ann. 1345. mense Martio. Bertrandus Patriarcha eo Vicario in Patriarchatu est usus, præcipueque in causa, quam Tolbertus & Schinella, Rambaldi filii, Comites de Collalto ex una parte, & Gorgias Belluni Episcopus ex alia agitabant pro spoliis Manfredi de Collalto olim Bellunensis Episcopi, censuitque ann. 1346. Gorgiam Episcopum restitutioni obnoxium esse in propriis tamen, non verò Episcopatus bonis, prout speciatim, & potissimum Comites petebant. Anno sequenti paullo ante obitum, & fortasse decumbens Utini Ecclesiam S. Hieronymi recens constructam, & fundatam manso in Villa de Murlis posito donavit 1347. 5. Junii. Palladius in hist. Forojulien. p. 345. deductum Guidonem in hanc Provinciam à Patriarcha Bertrando, ut suas vices subiret; antea Archidiaconum Bononien. Ecclesiæ & Mutinen. Antistitem, è vita migrasse Utini scribit; ibique tumulatum in cella majori Templi D. Francisci PP. Minorum: lapidi sepulchrali ejusdem effigiem insculptam, sequenti hexastico circumsculpto.*

b Ex lib. 1. in Pergam. Arch. Episc. p. 336. & [illegible]

c Ex Pergam. Episcop.

Urbs Rhegina tuum de Guisis plange Guidonem
Presulem, què luxit Mutina, & Concordia demû.
Sponsus virtutum, Clerus decus hic, Canonumq;
Doctor sublimis, Patrique Vicarius archæ.
Junius hunc nona dissolvit luce, sed annis
Quatuor & decies cum septem mille trecentis.

Codex vetustus pluries citatus cum hexastici extremis duobus carminibus annum, & diem mortis designantibus plane coincidit. 1347. die 9. Junii obiit præfatus D. Guido de Guisis Episcopus Concord. cui eodem anno die XII. Decemb. successit, & substitutus fuit D. Constantinus de Savorgnano de Utino. *David.*)

24 CONSTANTINUS, ejusdem sedis Antistes electus an. 1347. 2. Id. Decemb. ex Præposito S. Stephani Aquilejen. diœcesis. Obiit an. 1348. ex Reg. Vat. ep. 37. fol. 20. an. 6. Clementis VI. XX XV.

[*Constantinus Utinensis ex familia Savornianorum, & quidem Marchionis Francisci filius, sacris litteris, & aliis apprimè instructus, Bertrandi Patriarchæ electione Canonicus Aquilejen. mox S. Stephani Præpositus, ad Concordien. Ecclesiam à Clemente VI. assumptus fuit. Jura super castro Cusani à præcessore suo Guidone de Guisis revocari tentata, & cœpta oblivioni tradi non sivit: idq; vel in eum reverentiæ, vel causæ æquitati dederunt Pramperi, ut Henricus fassus sit Castrum Cusani esse Episcopatus Concordien. & prævia protestatione suorum jurium in & super dictum locum, quæ servata, & integra sint, Cusanum cesserit Gambino Canonico Aquilejen. nomine Constantini de Savorgnano in Concordien. Episcopum electi, recipienti eumdem locum d 1348. 30. Martii. Utini mortalitatê exuit Constantinus 7. Maij an. 1348 magno cunctorum mœrore, inque D. Stephani una cum majoribus suis humatus Diem ipsam obitus retinet Codex Vetustus.* 1348. 7. Maii obiit præfatus D. Constantinus Episcopus Concord. cui eodem anno, videl. die penultima Maii successit, & substitutus fuit D. Fr. Petrus. *David.*)

d Ex Pergam. Episcop.

25 PETRUS ex Episcopo Melphiensi, Constantino successit 1348. 3. Kal. Junij ex eodem Reg. ep. 158. fol. 70. (1) XX XVI.

(„*Episcopi Constantini mortem metuenda ex terræ succussione clades præcessit: Fr. Petri ad hanc sedem adventum horrida ex pestifera, & irreparabili terras peragrante lue vastitas excepit, annonæque charitas ex viduatis cultore campis, agrisque non hujus tantum Provinciæ, sed Italiæ totius, regionumque circumstantium. Detrimenta non infimos solum, verum & Petrum Episcopum attigerunt. Coactus fuit inopiam suam detegere, & Bertrando Patriarcha Aquilejen. tunc etiam inter vivos degente villam S. Joannis de Cazarsa, plebemque pro auxilio suæ tenuitatis impetravit sibi mensæque Episcopali adjungendam an. 1349. ut sequens testatur documentum ex Episcopali Archivo desumptum.*

In Christi nomine Amen. Noverint universi hoc instrumentum publicum inspecturi, quod cum propter Epidemiam, & mortalitates in Episcopatu, & diœcesi Concordien. & alibi, prout notorium est, & manifestum, gens ita sit deleta, & mortua, quod non reperiuntur Agricultores, nec qui colet terras, aut dispendia occurrentia in dictis Episcopatu, & diœcesi redditus, fructus, proventus, & obventiones dicti Episcopatus, & ad mensam Episcopalem spectantes, adeò sint diminuti, & attenuati, & facti viles, & tenues, quod ven. P. in Christo D. Fr. Petrus Dei gratia Concordien. Episcopus, & Epis-

(1) Palladius in hist. Forojul. par. 1. l. 6. ad an. Chr. 1351. memorat Raynutium de Ragonia, tamquam Episcopum Concordien. & postea Archiepiscopum Colonien. in Germania. Sed cum à Fulcherio, qui ad extremum sæculi 13. pervenit, ad Antonium de Ponto, qui ad [illegible] decimiquinti vitam produxit, series Episcoporum Concordien. sit certa, & interrupta, non video, quomodo ei locus his temporibus possit assignari. *David.*

„ Episcopalis mensa sua, quæ consueverat bladi, vini, ac fœni pro se, & familia sua decenti, & consueta habere sufficientem abundantiam, io blado, vino, & fœno præcipuè defectum, & indigentiam maximam patiatur: ita quod dictus Episcopus oon potest juxta status sui decentiam sustentari. Et propterea dictus D. Episcopus volens sibi, & Ecclesiæ suæ utiliter providere, supplicavit Reverend. in Christo Patri, & DD. Guidoni, divina miseratione tit. S. Cæciliæ presb. Cardinali, Apostolicæ sedis Legato, ipso tuoc in Tarvisio resideote, ut plebem S. Jo. de Casarsia Concordien. diœcesis meosæ Episcopali Coocordien. & ejus fructus, redditus, & proventus Episcopali mensæ suæ, consideratione præmissorum unire, auctoritate Apostolica dignaretur. Cumque dictus D. Legatus supplicationem hujusmodi, cujus tenor talis est: Supplicat R. P. V. Fr. Petrus Episcopus Concordien. quateous unire placeat plebaoiam S. Jo. de Casarsia Concordien. diœcesis, mensæ Episcopali Concordien. plebano cedeote, vel decedente, cum propter teouitatem reddituum statum suum tenere noo possit; manu propria signaverit more solito scribens: Fiat per Patriarcham, si sibi visum fuerit, cujus conscientiam ooeramus: necnon Rev. in Christo patri D. Bernardo, Dei gratia S. sedis Aquilejen. Patriarchę ibidem præsenti commiserit prædicto oraculo vivæ vocis: idem D. Patriarcha vigore commissionis hujusmodi sibi factæ, & auctoritate dicti D. Legati, atque sua Metropolitana, facta prius diligenti inquisitione super præmissis, & comperto, quod ea omnia veritati oitantur, nisi eidem Episcopo, & ejus mensæ Episcopali provideatur, ipse Episcopus secundum sui statum decenter susteotari noo poterit, nec sibi, & Ecclesiæ suæ incumbentia onera supportare, plebem prædictam S. Jo. de Casarsia, dięcesis Concordien. in omnibus juribus, & pertinentiis suis Episcopali mensæ Concordien. tam ex commissione præmissa, quam etiam auctoritate prædicti D. Legati, & sua Metropolitana, & omoibus via, modo, & forma, quibus melius potuit, aggregavit, & incorporavit, reservata dumtaxat pro sustentatione Vicarii, & aliorum Sacerdotum, divina ministraotium congrua portione: ita quod in eadem plebe noo oegligatur aoimarum cura, nec divinus minuatur cultus; imo cura hujusmodi exerceatur sollicite, & attente, & deserviatur laudabiliter io divinis, mandans dictus D. Patriarcha auctoritatibus supradictis universis & singulis habitatoribus, colonis, Massariis, & subditis dictæ plebis, quateous ex fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, jurisdictionibus, & obventibus universis plebis prædictæ dicto D. Episcopo, ejusque successoribus, & Episcopali mensæ Concordien. curent amodo, & deinceps plene, & integre respondere.

„ Actum in Castro Vtini Aquilejen. diœcesis ao. Dom. Incarn. 1349. Ind. 2. die 17. m. Aprilis: præseotibus veo. P. & DD. Demetrio Dei gratia Episcopo .... Federico de Monticulis Archidiacono Aquilejen. Guidone de Ravanis de Regio Præposito Concordien. & D. Matthæo plebano Laibarum, ac nobb. viris Pagano q. D. Hectoris de Savorgnano. Castrono de Bardis de Florentia, Nicolasio de Oibicis de Vtino, & aliis pluribus.

„ Ego Paulus q. mag. Jo. de Mutina publ. Imper. auctorit. notarius, & prædicti D. Patriarchæ, ejusque Curiæ Officialis, & scriba prædictam uoionem, aggregationem, incorporationem cum omnibus supradictis de maodato ejusdem interveniens. de mandato etiam ejusdem D. Patriarchæ scripsi, & publicavi rogatus.

„ *Ab indigna Patriarchæ Bertrandi cæde ad extremum vitæ suæ sub Nicolao & Ludovico Patriarchis cum DD. de Prampero ob castrum Casani, acerrima contentione fatigatus, a & vexatus fuit: nec illi profuit eorumdem injurias pluries Patriarchæ ipsi, & Provinciæ Parlamento expostulatoriè patefacere, nec Rodulphi Austriæ ducis patrocinio insigniri, quin atque mille librarum magno fœnore à Castrono de Bardis Florentino mutuatarum ipsis Pramperis facta enumeratione, se tueri potuit, quominus renunciatum à Pramperis Casanum juramento fidelitatis ab ejus incolis præstito, Patriarchali sententia pro Episcopo, & Episcopatu censente vel spreta, vel parvifacta, iidem Pramperi castrum illud rursus ingressi, Episcopum Petrum ab eo excluderent: qui ab an. 1356 ad mortis suæ tempora, assiduis querimoniis, & libellis etiam nunc asservatis, Patriarchæ, & generalis Parlamenti aures obtundere, sed incassum, non cessavit: hujusque litis negotium successori invitus transmisit expediendum. Sed Episcopatus sui præeminentiis non à Proceribus tantum inflicta vulnera, verum & ab aliis conditionis humilioris viris ostendunt, Petri Episcopi Vassallis suis interrogatio exhibita, & acceptum responsum, quæ in hoc Archivo leguntur, ita ut eximium solatium sit judicanda DD. de Varmo coram eodem professio 1352. 9. Octobr. edita, qua Castrum, & bona Neboburgi ab eodem, ejusque sede accepta retulerunt. Hujus Episcopi levem memoriam in Palladio hist. Forojul. invenire est pag. 361. ubi refert eumdem Nicolai Patriarchæ supplici libello, quo Pontificem pro sacrarum Reliquiarum ex Aquilejæ in pejus quotidie ruentis tuta custodia Vtinum transvectione Pontificem extrahere statuerat, cum aliquot aliis Episcopis, nec non Provinciæ Proceribus, Communitatibus que subscripsisse. Diem, quo hujus vitæ reliquit ærumnas, habemus in veteri Codice,* MCCCLX. Die 25. Octobris obiit præfatus R. Fr. Petrus Episcopus Concordien. cui immediate videl. 1361. die 15. Feb. successit D. Guido de Baysio de Rhegio Legum Doctor. *David.*)

26 GUIDO Abaisius, Bononieosis, Concordien. fuit Antistes; an. vero 1369. 10. Kal. Feb. ad Cerviensem *b* Ecclesiam translatus est. Hujus Guidonis meminit Alidosius in lib de Viris Illust. Boonieo. illumque conteodit primum fuisse Episcopum Ariminensem 1369. sed fallitur. Consule quæ supra narravimus in Episc. Arimineo. ubi per hoc ipsum tempus ex irrefragabilibus lib. Prov. Præl. videre licet rectam Pręsulum illorum successionem, neque legitur hunc Guidonem ad alteram sedem fuisse translatum. Quamobrem procul dubio crediderim, Alidosium duos Guidones confudisse in uoum, quorum alter potuit esse Ariminensium Præsul, alter, hoc est, hic oöster Concordiensis Episcopus. XX XVII

„ (*Guido de Baisio, Rhegiensis, Legum Doctor, Canonicus Mutinensis, Capellanus Pontificis Innocentii VI. & Caussarum Palatij Apostolici Auditor, hanc sedem suscepit regendam die 15. Febr.* 1361. *Crambem castri Casani cum Pramperis à prædecessore Fr. Petro sibi relictam excoquere à primordiis sui Episcopatus incepit: quod denique per sententiam Marquardi Patriarchæ Aquilejen. an.* 1371. *die* 29. *Iunii sibi adjudicatum lætatus est: in cujus executionem sententiæ die primo Augusti ejusdem anni Pramperi idem Castrum Patriarchę Mareschallo tradiderunt, acceptis ab eo nomine Episcopi lib.* 2500. *Hoc Castrum deinde Gregorio* XI. P. *Max. annuente commutavit Guido an.* 1374. *ut ex documentis in hujus Episcopatus archivo existentibus edocemur: in quibus frequens mentio Guidonis ab an.* 1361. *ad an.* 1380. *quo die* 10. *Octobr. ad Mutinensem Ecclesiam translatus est. De eo hæc Codex vetustus.* 1380. die 10. m. Octob. præfatus D. Episcopus fuit translatus ad Ecclesiam Mutinen. tunc vacantem, & eodem die, & hora Rev. P. D. Ambrosius de Parma Decretal. Doctor tunc Episcopus Cremonæ fuit translatus ad Ecclesiam Concordien.)

a Hujus contentionis libelli extant inter Pergamenas Arch. Episc.

b Ad Mutinensem an. 1380. de quo ibi Ughellus.

27 Fr. BERNARDUS (1) de Guasconibus Florentinus, Ord. Min. proxime Guidoni successit an. 1369. 10. Kalen. Febr. ex eodem lib. Provis. Præl. Hujus meminit Vvadding. in Annal. Qui demum translatus fuit ad Cerviensem Episcopatum 1370. 10. Kal. Feb. ex Reg. Vatic.

28 MARQUARDUS (2) erat hujus Ecclesiæ Antistes an. 1372. ex monumentis ejusdem Ecclesię.

XXXVIII. 29 AMBROSIUS de Ponte, Venetus, Concordiensibus præfuit anno 1386. ex lib. Oblig.

,, *(Ambrosius igitur, non de Ponte Venetus, sed de Parma, seu Parmensis, ex Cremonensi Episcopo Concordiensis electus fuit 1389. 10. Octob. cujus plura documenta in hujus Episcopatus Archivo servantur. De eo hæc habet præfatus vetustus Codex.* 1389. prædictus D. Ambrosius translatus fuit per D. Vrbanum Papam VI. ad Ecclesiam Tuscanam, cui successit in Concordiensi Ecclesia Fr. Augustinus de Venetiis Ordinis Fr. Eremitarum S. Augustini die.... *Verum neque in Cremonensium, neque in Viterbiensiam, quibus Tuscanensis Episcopatus conjunctus est, Episcoporum Catalogis ulla de hoc Ambrosio reperitur mentio.)*

XXXIX. 30 AUGUSTINUS 1389. Decessit an. 1393. ,,

,, *(Fr. Augustinus de Boemia, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Brunæ Prior, ad Concordiensem Cathedram evectus est an. 1389. Joannis Patriarchæ Aquilejæ Vicarium fuisse scribit Palladius in hist. Foroj. ad an. 1393. ideoque complicem cædis Friderici Savorniani creditam. Qua propter cum die 20. Junii S. Viti oppidum versus equitaret Augustinus, obvium habuit Nicolaum Savorniamum cæsi patruelem, à quo occisus fuit. De eo sic Codex vetustus.* 1392. Ind. xv. die Sabbathi 22. Junii dictus D. Fr Augustinus super Tulmentium interfectus fuit summo mane: cui eodem anno successit, & electus fuit die x. Julii R.P. & D. Antonius Punciera de Portu Gruario.)

XL. 31 ANTONIUS Panciarinus de Portu Gruario, ex Archidiacono hujus Ecclesiæ, secretariove Bonifacij IX. vir longe clarissimus, ab eodem Pontifice adlectus fuit Concordiensis Episcopus ann. 1393. Præfuit fere decem annos, translatusque est ad Patriarchalem sedem Aquilejæ, in locum Antonij Cajetani, quem Bonifacius adlegerat inter purpuratos Patres; eundem honorem deinde consecutus est Panciarinus, ut supra narravimus in Patriarchis Aquilejensibus.

,, *(Antonius Panciera sedit à die x. Julii 1392. ad diem penult. Februarii 1402. quo tempore ad Aquilejæ Patriarchatum fuit translatus. Hæc de eo legunt in Codice vetusto.* 1402. ind. x. die Lunæ penultimo m. Februarii dictus D. Antonius Punciera promotus fuit ad Patriarchatum Aquilejen. cui dicta die successit, & translatus fuit ad Ecclesiam Concord. R.P. Antonius de Põto Decretalium Doctor, tunc Episc. Sebenicen.)

A 32 ANTONIUS à Ponte, nobilis Venetus, paulo ante Episcopus Sebinicensis, ad Concordiensem sedem fuit translatus anno 1402. 3. Kal. Martij. Hic rarissimum probitatis exemplum exhibuit; quippe qui ex concessu Pontificis, divini amoris ergo, sacra Orientis loca peragravit, sanctumque sepulchrum effusis lachrymis est deosculatus. Reversus a Gregorio XII. ad Patriarchalem sedem Aquilejæ translatus est, unde Panciarinum idem Gregorius deturbaverat anno 1409. In qua quidem sede haud tranquillitatem habuit. Joannes enim XXIII. acta Gregorij rescindens, Panciarinum supra purpuram, quam illi contulerat, omnibus gradibus dignitatis restituit. Coactus igitur Pons est titulo Patriarchatus se abdicare, atque ad Concordiensem redire Ecclesiam; qua insignitus Constantiæ Concilio interfuit anno 1415. Italicæ nationis procurator ascitus. Anno vero 1417. Martinus V. transtulit Pontem ad Archiepiscopatum Hydruntinum in Neapolitano Regno, ubi & decessit. Ex lib. Prov. B Prælatorum hæc adnotavimus. XLI.

,, *(Hujus Episcopi nomen, familiam, & insignia servat adhuc superliminare Portæ Australis Ecclesiæ Cathedralis Concordien. in quo hæc ejus habentur insculpta insignia.*

,, *Et sequens inscriptio.*
,, Tempore D. Antonii de Ponto Dei gratia Episcopi Concord. MCCCCVII.
,, Mensis Maii.)

C 33 HENRICUS Strasoldus, nobili gente natus, ex Canonico Aquilejensi, juris utriusque Consultus percelebris, Concordiæ Episcopus evasit, Alexandro V. sedente anno 1409. 8. Id. Sept. seditque contra Antonium de Ponte. Quot vero annos omnino vixerit, quove loco obierit, haud satis constat. XLII.

,, *(Henricus, Francisci filius ex Comitibus Strasoldi sedit à die 6. Septemb. 1409. ad annum 1433. quo enunciatur in processu quodam antiquo hujus Episcopatus occasione pignorationis factæ ab Henrico Episcopo de Castro Metunæ pag. 2. diem clausisse extremum. Frequens Henrici mentio habetur in hujus archivi tabulis, pro cujus indemnitate jurium cum Venetus Dux Portus Gruarii Præfecto an. 1422. scripsisset, hanc iterum 1427. 4. Maii eidem dedit Epistolam.*

,, Franciscus Foscari &c. Laurentio Minio de suo mandato Potestati Portus Gruarii, & successoribus &c. Aliàs an. 1422. die 9. m. Octob. scriptæ fuerunt præcessoribus vestris, & vobis literę D tenoris infrascripti, quas ad cautelam mandavimus repplicari F. V. scribentes, atque mandantes, quatenus ipsas observari faciatis, & quantum ad vos spectat, inviolabiliter debeatis. Dictarum autem literarum tenor talis est. Rev. P. F. Hendericus de Strasoldo Episcopus Concordien. nobis exposuit cum querela, quod per nonnullas Communitates, & alias personas per varios modos, & vias quæritur, & tentatur, & quæsitum existit, ac tentatum de subtrahendo, ac usurpando ex jurisdictionibus, honorificentiis, dominiis, atque juribus prælibati Episcopatus, de quo se gravans nobis humiliter supplicavit, ut dignaremur ipsi ejus Episcopatui de oppor-

(1) Bernardum hunc non patitur his temporibus occupata Concordiensis Cathedra à Guidone de Baysio, quem ex pluribus Episcopatus documentis habemus eam tenuisse ab an. 1361 ad 1380. Bernardus igitur ab alia sede ad Cerviensem fuerit translatus: nil vellimus dicere Guidonis Coadjutorem fuisse. Illud certe constat, cum ad Cerviensem Ecclesiam electus fuerit Bernardus an. 1370. nondum fuisse consecratum: quod solum accidit die 27. Maii ejusdem anni 1370. illum inaugurante in Cathedrali Florentina S. Andrea Corsino, ut narrat Ughellus ipse in Cerviensibus. Unde facile perspici potest Bernardum nostrum Episcopum non fuisse, vel solummodo electum.

(2) Hujus Marquardi nulla in Concordiensis Ecclesiæ monumentis penitus memoria. Marquardus, de quo loquuntur aliquot hujus Archivi documenta, erat Aquilejensis Patriarcha.

„ portunis remediis favorabiliter subvenire. Cum ergo intentio nostra sit, quod idem Episcopatus in suis consuetudinibus integraliter conservetur, fidelitati vestræ mandamus, quatenus adversus dictum Episcopatum ad requisitionem, seu Instigationem alicujus Communitatis, seu specialis personæ, non debeatis quidquam aliqualiter innovare, seu permittere innovari. Quoniam intendimus, atque volumus, quod jurisdictiones, & jura ipsius Episcopatus eidem debeant omninò, sicuti prædiximus, observari. Si tamen aliud habuerit, vel videretur vobis aliter in hoc facto, debeatis nostrum dominium per juratas literas advisare.)

XLIII

34 DANIEL Scotus, a Tarvisinus, Eugenij IV. ex sorore nepos, cum Parentinus Episcopus esset, ad hanc sedem fuit translatus 1433. 7. Id. Januarij. Fuit Thesaurarius S.R.E. Bononiam frænavit, ubi Galeatium Bentivolum capitis pœna punivit. Florentiæ morabatur cum ebullirent civiles discordiæ, in quibus Cosmum illum Medicem patris patriæ titulo condecoratum, sua auctoritate præstitit immunem. Vitam liquit anno 1443. die 11. mensis Julii Patavij, ubi sepultus fuit apud S. Mariam in Vancio in marmoreo tumulo cum hoc epitaphio.

a Hujus meminit Bonifacius in hist. Tarvis. p. 610. Mandas.

Hic jacet R. in Christo Pater
dominus Daniel de Scotis
de Tarvisio
Episcopus Concordiensis,
ac domini nostri Eugenij IV. Papæ
Thesaurarius.
Qui obiit xi. Julii MCCCCXLIII.

„ [*Placet hìc referre Eugenii IV. literas, quibus Danieli Bononiam commisit frænandam. Eas eximias hujus Episcopi laudes complectentes accepimus ab eruditissimo viro Antonio Scoto, Canonico Tarvisino, in quem non tam Danielis Sanguis, quam virtus derivavit; & sunt hujus tenoris.*

„ *Eugenius &c. Venerabili fratri Danieli Episc. Concord. Thesaurario nostro, in Civitate nostra Bononien. ejusque Comitatu, & Districtu pro nobis Commissario salutem &c. Cum ad dilectorum filiorum Civium, & Communitatis Civitatis nostræ Bononiæ gubernium unum ex nostris præmitti oporteat, qui Civitatis ipsius regimen teneat, eamque usque ad nostrum accessum pro nobis, & Romana Ecclesia servet, & custodiat, & gubernet; attendentes quod tu potens quidem opere, & sermone, quem in magnis expertum, & arduis eximia fidelitate, & bonitate probatum, scientiæ claritate conspicuum, & gerendarum rerum experientia nobis notum gratia Dominus multiplici insignivit, in cujus affectibus geritur, sic indubiè credimus sedare fluctuantes turbines, justitiæ terminos colere, superbos humiliare, præfatam Civitatem, ejusque Comitatum, Territorium, & districtum tibi divina assistente gratia circumspectè, prudenter, & fideliter gubernabis, Te in Civitate, Comitatu, Territorio, & districtu ejusdem Commissarium auctoritate Apostolica prædicta usque ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum de consensu Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium cum honoribus, & oneribus consuetis, & salario per Nos alias declarando harum serie facimus, constituimus, & ordinamus tibi nihilominus Civitatem, Comitatum, Territorium, & districtum præfatorum, eorumque Terras & loca nostro, & præfatæ Ecclesiæ nomine regendi, gubernandi, & administrandi, ac in ejus Jurisdictionem plenam, & omnimodam exercendi civiles, & criminales, ac mixtas causas per te vel alium, seu alios prout tibi visum fuerit pro justitia, & bono dictæ Civitatis summariè, simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura Judicii sola facti veritate inspecta, audiendi, examinandi, discutiendi, & fine debito terminandi, ac eorum cognitionem, decisionem, & discussionem, alii, vel aliis committere, vel divisim, generaliter, vel specialiter infra terminos tuæ gubernationis, prout, & sicut tibi videbitur committendi, & ad te cum placuerit advocandi, & inter singulos discordes, & dissidentes Civitatis, Comitatus, Terrarum, Castrorum prædictorum, ac Territoriorum, & districtus eorumdem pacem, & concordiam reformandi, & omnia & singula, quæ ad plenæ gubernationis officium pertinent, & quæ necessaria, vel utilia fuerint quo modo in præmissis, & ea tangentibus, & quæ ad honorem, & cōmodum præfatæ Ecclesiæ, & utilitatem, ac prosperum & tranquillum statum Civitatis, Comitatus, Terrarum, & Castrorum prædictorum, & Territorij, & districtus ejusdem cedere videris, & visum fuerit expedire, faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi, eaque etiam per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia fieri faciendi, & mandandi, non obstantibus quibuscumque concedentes plenam, & liberam, harum serie, facultatem; Nos enim processus, sententias, censuras Ecclesiasticas, & pœnas quascumque quos, & quas proferre, vel infligere omnia quæ per te, vel deputandos à te fieri contigerit rata habebimus, & faciemus auctore Dom. usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Ut igitur præmissa omnia, & singula melius, plenius & utilius valeas exercere, Dilectis filiis Communitatis, & Civibus Bononien. nec non universis & singulis Comitatus, Terrarum, & Castrorum, ac suorum Territoriorum supradictorum omnium, districtuum prædictorum universitatibus, Potestatibus, Capitaneis, Officialibus, Castellanis, quorum mutandorum, & de novo deputandorum tibi facultatem tribuimus, gentiumque nostrarum tam pedestrium, quam equestrium Capitaneis præsentibus, & futuris, & provisionariis in illis partibus existentibus, & militantibus, cæterisque nostris, & Ecclesiæ prælibatæ subditis cujuscunque status, dignitatis Ecclesiasticæ, vel mundanæ, ordinis, vel conditionis existant, damus, tenore præsentium, distinctius in mandatis, ut tibi in præmissis omnibus, & cunctis, quæ illis mandanda duxeris, quando pro statu nostro fuerint requisiti, pareant, & intendant, & studeant tuis monitis efficaciter obedire. Tu igitur venerabilis frater ex concessis tibi dono cęlesti virtutibus Civitatem, Comitatum, Territorium, & districtum, ac Terras, Castra, & loca prædicta, eorumque Cives, Universitates, & homines ad honorem, statumque nostrum, & Romanæ Ecclesiæ, eorumque statum prosperum, & tranquillum sic studeas sub mensura justitiæ feliciter gubernare, juvando bonos, & reprobos, ac inobedientes quoslibet compescendo, quod ex tuis laudibus, ac actionibus optati fructus perveniant, ut speramus, ipsique Cives, Universitates, & homines utili, & provido Gubernatori nuncupato gaudeant se commissos. Tuque præter æternæ retributionis præmium, & humanæ laudis præconium nostram, & Apostolicæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde consequi merearis. Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicę Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, Tertio non. Octobris, Pontificatus nostri Anno Quinto.*

XLIV 35 BAPTISTA de Lignamine *a* Patavinus, Leonardi filius, Francisci Ferrariensis Episcopi germanus frater, generis nobilitate, doctrina, morumque probitate fratri non inferior, ex Canonico Veronensi evasit Episcopus Concordiensis 1443. 10. Kal. Aug. Pie, ac religiose Episcopali defunctus munere, cujus adhuc in Concordiensi primario templo complura monumenta visuntur, quæ cum probitatem, tum etiam pietatem affatim testantur suam. In Hispaniam ab Eugenio missus, expeditis feliciter negotiis, summam inde secum laudem tulit, laudatus a Pontifice. Ad Venetos à Nicolao V. cum maxima potestate itidem missus, dum publice in concilio Principis, Senatorumque accumberet, quod statis diebus summo apparatu, maximis sumptibus, & omnium epularum copia principibus viris exhibetur, retardato tunc sibi præ pudore ventris onere, paulo post ex hujusmodi morbo contracto extinctus est anno 1453. *b* ac Ferrariam ubi Propræsul fratris loco fuerat, frequentiusque morabatur, relatus, in cathedrali humatus, in cujus sepulchro à fratre parato hæc carmina incisa leguntur.

a De eo Facciolatius in hist. Patav. l.p.c. 8. & Palladius in hist. Forojul. p.2.l. 5 pag.19. Mandat.

b 1455. 6. Aprilis.

Qui quidem Hesperium legatus viderat orbem,
Hic Baptista jacet. Francisci Antistitis, illum
Hic illexit amor fratris, quem Borsia patrem
Ferraria observat, Concordia Præsule mæsta est,
Amissum cive urbs Antenoris inclyta luget.

(,, *De Baptista hæc leguntur in libro Anniversariorum Capituli Concordien. ad diem 8. Aprilis* O. Rev. D. Baptista Episcopus Concordien. qui reliquit Rev. Capitulo pro suo Anniversario faciendo ducatos centum de quibus debent erui fructus, & proventus annuales. Item legavit Sacristiæ ad honorem Dei pro anima sua, & remissione peccatorum ejus, capellam unam cum paramento, calice, duobus missalibus, patena una, duobus pannis ratiis, magnis Banchilibus, duobus tapetibus, candelabris argenteis, & pelvicula argentea, & aliis multis, ut patet in legato suo, quod est apud Capitulum, & capit legatum in totum ducatos circa quinquecentum. *In libro tamen Actorum Capitularium dies sextus Aprilis anni 1455. fertur fuisse ultimus hujus Episcopi: ita enim ibi conscribitur.* 1455. die Dominica 6. Aprilis hor. 23. Obitus Jo. Baptistæ à Lignamine de Padua Episcopi Concordien. Ferrariæ, ubi humatus fuit in Ecclesia &c. *Super liminare Ostii Episcopatus Concordiæ hæc duo carmina prostant insculpta.*
,, Hic Baptista tui post quam pia gratia fulsit
,, Anno structa fuit primum post tu quoque justi.)

XLV. 36 ANTONIUS Filiettus ad hanc sedem promotus anno 1453. *c* die 24. mensis Julii. Decessit anno 1455. mense Aprili.

c 1455. 26 Aprilis.

,, *Antonius Pheletus Venetus, Legum doctor, Romæ degens, à Capitulo Canonicorum renuntiatus est Concordien. Episcopus die 16. Aprilis 1455. cum Jacobus Turrianus eodem die ante Pheletum electus onus renuisset subire: ut habetur in Actis Capitularibus hujus Eccles. Aquilejensium etiam Patriarchatum administravit: & in suo Episcopatu administratorem habuit Petrum Fridanchum Episcopum Nissariensem. Fratribus D. Francisci Regularis Observantiæ concessit templum, & Monasterium S. Agnetis: Cathedralem restauravit, in cujus fronte exteriori supra ejus insignia marmorea prostat hæc inscriptio.* A. Pheletus Præsul Concor. hanc Ecclesiam restituit MCCCCLXV *Vitam produxit ad ann. 1488. quo die 15. Octobris obiit Venetiis tumulatus in D. Hieremiæ in ædicula à latere Orientali majoris altaris cum hac epigraphe.*

,, Antonius Pheletus Concordiensis Episcopus
,, MCcCcLXXXVIII.

,, *De eo liber Anniversariorum Cap. hæc habet ad diem 17. Octobris.* O. Rev. in Christo Pater, & D. Antonius Feletus de Venetiis Episcopus Concordiensis. Reliquit Rev. Capitulo suum Anniversarium. D. Aloysius Feletus ejus nepos ex fratre D. Francisco suo & Matthæi Feleti nomine proprio promiserunt, dederunt, & obligaverunt se, & hæredes suos in perpetuum super bonis suis dare unum ducatum auri singulis annis in festo S. Michaelis de mens. Septembr. vel saltem in die sui Anniversarii. Dividi debet inter residentes præsentes eos qui fuerint: etiam quatuor candelotos duarum librarum ceræ albæ ardentes super altare duos, reliquos super funus: residuum comburetur in celebratione Missarum, videl. Rev. Capitul.

37 N . . . (1) nomen, & patria adhuc me latent, successit Antonio.

38 LEONELLUS Cherigattus, nobilis Vicentinus, Episcopus Traguriensis, ad hanc Ecclesiam fuit translatus ab Innocentio VIII. anno 1488. die 22 mensis Octobris. Apud Romanos Pontifices Præsul eximiæ existimationis fuit, pro quibus in Gallia, Germaniave, ad Cæsarem, atque ad Venetos de maximis rebus functus est legationibus. Brevis Pontif. fuit, illiusque meminit cum laude Angelus Politianus in epistola, quam ad ipsum dedit. XLVI


(,, *Diutius huic præfuit Ecclesiæ Clericatus, nempe ad an. 1506. 19. Augusti, quo explevit mortalitatem. Servantur in Epist. Archivo litteræ Augustini Barbadici Venetiarum Ducis an. 1497. 5. Decemb. conscriptæ, quibus Portus Gruarii Præfecto negotia, & res Leonelli Episcopi commendat. Habetur item documentum, quo cum per mortem Jacobi Georgii sine liberis Feudum Fratæ devolutum fuisset ad Episcopatum, Petrus Boldù Patricius Venetus q. Leonardi, & Bernardinus q. Franciscbini de Valvasono precantur an. 1503. 9. Decembris pro se, ac hæredibus suis masculis, ac fæminis ex ipsis legitime descendentibus de dicto castro cum suis juribus, ac pertinentiis, ac mero, & mixto imperio à Leonello Episcopo investiri. Denique ex actis Capitularibus lib. A. p. 09. perspicitur die 20. Augusti anni 1506. Concordienses Canonicos per obitum Leonelli Clericati Concord. Episcopi,* qui hesterna die vitam cum morte commutavit, *officiales ad regimen Episcopatus vacante sede creasse: adeo ut nullum reliqui possit dubium Leonellum hanc Cathedram ad præfatam diem occupasse. De eo hæc legitur memoria in libro Anniverf. Capituli, ad diem 13. Augusti.* Concordiæ martyris: quod festum Reverendiss. in Christo Pater, & D. D. Leonellus Clericatus Episcopus Concordien ordinavit celebrari singulis annis cum duplici officio. *Laudatur Leonellus à Merciario in hist. Vicent. l. 2. p. 137. ad an 1402. in hoc utique corrigendo, quod ejusdem tempora seculo fere antevertat. Cæterum si Jacobo Philippo Thomasino fides constat, Arbensis primò Episcopus fuit Leonellus: namque in lib. cui titulus:* Bibliothecæ Patavinæ Mss. publicæ, & privatæ: *recensens S. Joannis in Viridario Mss. codices hæc habet:* Nili Archiepi-

(1) Ex dictis exploditur hic Anonymus: & revera sequens Leonellus Clericatus in Brevi Apostolico dicitur immediate successisse Pheleto.

,, piſcopi Theſſalonicenſis oratio de Cauſſa diſ- ,, ſenſionis, & divuiſionis Ecelefiæ Græeorum à ,, Latiois, in Latinum verſa à Leonello Cherega- ,, to Epiſcopo Arbenſe.)



39 NICOLAUS (1) Donatus Venetus, præcipua nobilitate, ac virtute illuſtris, ſuit Epiſcopus Concordienſis 1492. Hunc poſtea Senatus Venetus in Aquilejenſem Patriarchaiem ſedem iotruſit, cootra magnum illum Hermolaum Barbarum, quem ægre tulerant Veneti ad id dignitatis à Pootifice fuiſſe promotum, contra Venetas leges, quæ cavent, ne quis Aula Romana munere Legationis pro Republiea ſungens oblatos Eccleſiaſticos gradus excipere audeat. Itaque Nicolaus munere Patriarchali ſuſpenſus abſtinuit uſque ad Hermolai exceſſum, quod ineidit in annum 1494. deinde rite Patriarcha reounciatus eſt.



XLVII 40 FRANCISCUS Argentinus *a* Venetus, matre Veneta, Theutone patre humilibus natus, eo proceſſit virtutis, atque exiſtimationis, ut Cooeordienſem primum Eccleſiam fuerit aſſecutus 1494. (2) tum ſub Julio Pontifice hujus nominis II. cujus antea Datarius fuerat, Eccleſiaſticam ſenatoriam purpuram 1511. Cæterum ejus gliſcenti magnitudini præpropera mors invidit. Deeeſſit enim Romæ die 23. menſis Auguſti ejuſdem anni, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Tranſtyberim, cujus deinde corpus Concordiam relatum Cathedralis excepit, hoc proloquente epitaphio.

a De eo Oldoinus in Ciacon. tom. 3. col. 297.

Franciſco tit. S. Clementis presb. Card.
Joanniſque Epiſcopis Concordien.
Venetorum familia Argentiuu
Paulo III. conſ. fratre curante.
M. D. XXXIV.

Scripſit Franciſcus, cum eſſet vir doctiſſimus, de immunitate Eccleſiaſtica, aliaque monumenta reliquit poſt ſe.

XLVIII. 41 JOANNES Argentinus, Franciſci Card. frater, eidem ſucceſſit, qui ad annum uſque 1540.

A (3) vixit, defunctus eodem exceptus ſepulchro eum fratre in Cathedrali.

XLIX 42 MARINUS Card. Grimanus hane eandem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1540. (,, *Marinus Card. Geimanus Venetus, Patriarchu* ,, *Aquilejenſis, Commeudatueius, & Adminiſtrator hujus Eccleſiæ udſcitus eſt menſe Julio an.* ,, *1533. cujus die 22. Julii iniit poſſeſſiouem, ut docet Actoeum* Cupitul. libee B. pag. 32. *Anno 1536.* ,, *Capitulum, & Communitatem Concordien. privilegio exornavit dat. Peruſii x. Kul. Maji, ubi* ,, *tunc eeſidebat de Latere Legutus: anuo vero 1538.* ,, *29. Januarii beneficium villæ Chaonis Eccleſiæ* ,, *Concordien. ſacrariounivit. Hæc, & alia Marini* ,, *Cardinalis documentu ante an. 1540. exaratu* ,, *ſervantur in Archivo bujus Ecclesiæ: quam adminiſtravit ad au. 1546. quo menſe Septembri Urbeveteri diem clanſit extremum, cum ſibi prius in* ,, *Epiſeoputu ſucceſſorem eligeudum curaſſet Petrum Quiriuum.*)

B 43 JOANNES Quirinus nobilis Veoetus ſucceſſit Marino: ad annum pervenit 1581.

L. 44 PETRUS Quirinus electus 1581. Deceſſit 1585. (,, *Petrum Quirinum diu ante an. 1581. electum fuiſſe Concordien. Epiſcopum edocent documenta. Num au. 1545. 9. Martii Petrus Quirini electus Coucordien. ſcribis Capitulo Canonicorum Epiſtolum, ut eligatur in Canonicum ſupra* ,, *numerum presb. Vinceutius Macaferreus Venetus.* ,, *Anuo 1547. ind. V. die vero Lunæ X. menſis Octob.* ,, *Petrus Quirinus electus Concord. inveſtis nob. D.* ,, *Tauum de Tanis de dimidio Manſo, ac juribus, &* ,, *pertiuentiis ſuis poſito iu diſtrictu villæ Tilei juriſdictiouis, & diœceſis Concordieu. Anno 1550.* ,, *Maffæus Paſini librorum impreſſor acquirit jure* ,, *Emphyteutico à Peteo Quieino Epiſcopo permiſſu* ,, *ſacræ Pœnitentiariæ, duo prædia in Luviuiana.* ,, *pro quibus ſolvit melioramenta viro nob. D. Aloyſio* ,, *Cupello. Anno 1567. 3. Aprilis Petrus Quirinus Epiſcopus ſuper inſtuntias Hieronymi Fabri-*
C ,, *tii, & Ludoviei Rudolphi de Cordubato nomine* ,, *eorum, & eorumdem couſanguineorum, vigore* ,, *privilegioeum eorumdem, occaſione ponendi in* ,, *poſſeſſionem Epiſcopatus Coucordieu. Epiſcopum* ,, *pro tempore, eiſdem equum dono dut, offerens* ,, *ejuſdem loco & vice naviculam. Hæc, & alia Petri Quirini per hæc temporu documentu ſervantur* ,, *inter monumeuta hujus Eccleſiæ, quam dereliquit* ,, *moriens an. 1584. Ejus ſepulchrum viſitur Venetiis iu Eccleſiu S. Franciſci de Paula cum hoc brevi Epitaphio.*

,, Oſſa Petri Quirini Epiſeopi Concordiæ.
,, Obiit an. ſal. 1584. Kaleod.
,, Decembris.)

LI. 45 MARINUS ex eadem familia Quirina tertius *b* Epiſcopus Concordienſis hanc obtiouit ſedem aono 1585. die 13. menſis Maii. Obiit eodem anno. [,, *Tumulum accepit iu eadem Eccleſia S.* ,, *Feunciſci de Paulu, illum excitante ejus fratre* ,, *Joanne cum bac Epigraphe.*

b Secundus.

D D. O. M.

,, Marino Quirinio Concordien. Epiſcop.
,, præſuli præſtant. ao. CIƆIƆLXXXV.
,, XVIII. Kal. Aug. Richeldæ electiſs. Vir-
,, gini an. CIƆIƆXCVIII. Prid. Kal. No-
,, vemb. immatura morte præreptis: Cla-
,, ræ Dianæ matronæ præclar. CIƆIƆCV.
,, VI. Id. Apr. vita functæ, Joannes Qui-
,, rinius Hieronymi f. fratri Chariſs. fi-
,, liæ unicæ, atque dulciſs. matrique dile-
,, ctiſs. non ſine multis lachrymis, ſibi

(1) Ex Æmonienſi ſede ad Aquilejenſem tranſlatum fuiſſe Donatum optime docet Ughellus ipſe in Aemonienſibus. Ex hoc itaque Concordien. Epiſcoporum albo rite expungendus Donatus, cum hæc cathedra à Leonello per hæc tempora teneretur.

(2) Hanc Eccleſiam non eſt aſſecutus Franciſcus Argentinus ante initium anni 1505. In Actis Capitularibus Concord. Eccleſiæ aſſervatur exemplum Epiſtolæ ab Jo. Argentino Franciſci fratre conſcriptæ ad Canonicos Concordien. die 3. Febr. 1505. (more Venetorum, qui à die primo Martii anni ſumunt initium) qua eis gratias reddit de Epiſtola gratulatoria pro aſſumptione Fratris ſui ad hanc Epiſcopatum, & eiſdem commendat Nuncium, quem mittit cum diplomatibus pro accipienda poſſeſſione Concordien. Canonicatus ſibi à SS. Pontifice collati.

(3) Joannis Argentini vitam ad an. 1540. extendit Ughellus contra fidem monumenti ſupra relati, in ejuſdem & fratris Card. Franciſci memoriam à Paulo eorum fratre erecti an. 1534. quo jam ex hac vita migraverat. In libro Anniverſariorum Reverend. D. Decani de eo ſic ſcribitur ad menſem Julium *O. Rev. in Chriſto Pater, & D. D. Joannes Argentinus Epiſcopus Concordien. digniſſimus, ob cujus memoriam, & anniverſarium reliquit rev. Capitulo Ducatos XX.* (alia manu) 1511.

(4) De hoc Joanne Quirino Concordien. Epiſcopo nulla uſpiam emergit memoria.

" quoque, uxori, & posteris suis omnibus
" P. C.
" Anno salut. CIↃIↃCVIIII.)



LII. 46 MATTHÆUS Sannutus nobilis Venetus eligitur statim post mortem Matini anno 1585. die 28. Augusti. Consecratus inde Concordiam accitus est ad gubernandam sedem Episcopalem: diœcesim totam lustravit, Synodumque diœcesanam celebravit die 8. Aprilis 1587. in ea omnia optime provideri juravit, & in ordinem redacta, omnesque Synodi leges, quas constitutiones jure appellari voluit, quod totam cujuscumque vitam ad salutem consequendam constituant, in unum congestas, quo facillime omnes præ manibus assidue haberent, typis mandari curavit. Sixti V. auctoritate è Concordiensi cœlo, ob aeris intemperiem, residentiam in porto Gruario transtulit magna successorum commoditate. Novum templum S. Justinæ Patavii consecravit an. 1606. Triginta omnino annis cum laude prudentiæ præfuit, accitoque Coadjutore pronepote suo, ad Cœnobium S. Georgii majoris Ord. S. Benedicti Venetiis contendit, in quo aliquot menses vitam inter Monachos transegit, vitaque functus, sepultus est in Capitulo sub nigro marmore, cui talis epigraphe est super addita.

Vivus *Videns*
fecit sibi *sibi posuit*
Matthæue *Sanuutus*
Pontifex *Concordiensis*
Qui
Quum esset annorum LXX.
substituto ad sacrum munus ex fratre nepote
cognomine
sancta hæc intra claustra
voluit vivere, mori voluit
Bene & beate.
Obiit anno M. DC. XVI.
Cal. Maji.

LIII. 47 MATTHÆVS Sannutus, superioris Matthæi nepos, Episcopus Ipponensis in Palæstina an. 1615. die 2. Decembris à Paulo V. creatus, & patruo coadjutor cum spe futuræ successionis datus, eodem defuncto, pontificias insulas, ac Concordiensis Ecclesiæ moderamen suscepit. Vir præstans, heroicisque quibuscumque virtutibus egregie dotatus, qui nobis per aliquot monumenta Concordiensis Ecclesiæ prolixe qualemcumque prætulit facem, ut illius Præsulum hanc seriem explicaremus. Sedit annos 26. Obiit anno 1641.

LIV. 48 BENEDICTUS Capellus, Venetus, genere & dignitate nobilis, cum esset Archiepiscopus Jaderensis, ad hanc translatus est sedem anno 1641.

A D D I T I O.

[" *Vir plane insignis, qui nobilitatem generis* " *cum vigilantia pastoralis curæ conjungens præ-* " *fuit ad an. 1667. quo mortalitatem explevit die* " *22. Augusti.*

LV. " BARTHOLOMÆUS *Gradonicus, ex no-* " *bili gente Venetiis procreatus, J.U.D. & in Ro-*

A " *mana urbe U.S. Referendarius, unus ex Præla-* " *tis Congregationis Boni regiminis, Alexandri* " *VII. & deinde Clementis IX. Prælatus domesti-* " *cus, à quo ad hanc sedem assumptus est 14. Novemb.* " *1667. Sed eo Pastore parum gavisus est Concor-* " *diensis grex; excurrente enim tertio mense ad* " *Tarvisinam translatus est.*

" AUGUSTINUS *Premulus, Cremensi in ci-* LVI " *vitate natus, literis, & pietate florens, utrius-* " *que juris laurea condecoratus, inter utriusque Si-* " *gnaturæ Referendarios adscriptus est; cujus exi-* " *mia virtus ne torperet, præfuit Pontificius Gu-* " *bernator Civitatibus Tyburtinæ, Firmanæ, As-* " *culanæ, Provinciæque maritimæ, & Campaniæ,* " *& denique Viterbii. Dum Firmi degeret, sacris* " *initiatus est ordinibus ab ejus urbis Archiepiscopo* " *Card. Gualterio. In paucis charus extitit Alexan-* " *dro VII. unusque fuit ex ejus domesticis Prælatis,* " *à cujus successore Clemente IX. hac infula exor-* " *natus est 9. Aprilis 1668. Commissum sibi gregem* B " *laudabiliter rexit 24. fere annis: decessitque* " *mense Octobri 1692.*

" PAULLUS *Vallaressus, Zachariæ D. Marci* LVII. " *Procuratoris filius, & generis nobilitate, & vir-* " *tutum excellentia illustris, Augustino successor da-* " *tus est an. 1693. Vivit adhuc, & Ecclesiam suam* " *optime gubernare prosequitur.*

FELTRENSES
EPISCOPI
A BELLUNENSIBUS
Distincti.

C



IN Tridenti, Venetiarumque urbium confiniis in Marchia Tarvisina supra editos montes Carnorum Feltrensis civitas sita est, cujus populos Plinius Fersinos mendose appellat, quos Feltrinos melius dixisset, unde versus:

Feltria perpetuò nivium damnata rigore
Forte mihi post hoc non adeunda vale.

Ab ipsis Feltrinis ædificatam fuisse vetus traditio D est, quam Trojani deinde, Celti postmodum, Cenomani, Senones, Suevi, Germani, Gallique inhabitarunt. Romani Imperii fasces adoravit sub tribu Menenia legibus municipalibus. Totila, Attilaq; Reges, & Pannonii solo æquarunt: quam deinde opera eorum Præsulum reædificarunt, sub quorum dominio Comitis titulo fuit. Tyrannos sustinuit Caminenses, Eccelinos, Scaligeros, Carrarien. ac Vicecomites, quorum cum excussisset jugum, voluntarie Reipub. Venetæ die 15. Junii 1404. leni Imperio se submisit. Sub Maximiliano Cæsare à Germanis, Gallisq; an. 1510. pene ad nihilum redacta, Venetorum opera, & populorum amore pristinum recepit splendorem. Haud longius civitas hæc fines extendit, alitque ad 3500. mortalium. Sæviunt hic per hyemem frigora acerrima, quibus fit ut vinum in calice congiacescat. Feracem agrum habet, & omnium copiam rerum ad mortalium delitias. Creditur ab iis lucem hausisse Evangelii, à

qui-

quibus cæteræ circumvicinæ civitates ad fidem sunr institutæ, nempe à S. Prosdocimo, ejusq; discipulis, qui primum templum in honorem Principis Apostolorum dedicavit, quo deinceps pro Cathedrali Feltren. Præsules usi sunt. Constat cum lumine fidei proprium accepisse pastorem, cujus nomen, sicut & cæterorum qui per 380. annos ei Ecclesiæ præfuerunt, ignoratur. Feltrenses Præsules Longobardorum Reges atq; Imper. maximis exornarunt privilegiis, juribusq; firmarunt, itaut plerumque in eos populos, supra Ecclesiasticam, potestatem politicam exercerent, præsertim cum Feltrenses Bellunenses bello lacesserent. Quamobrem ut inter illos duos perpetuo dissidentes populos pax aliquando coiret, Torrentinus Feltrensis, & Bellunensis Anselmus ex auctoritate Innocentii III. ita rem transegerunt, ut uter illorum prior fato cessisset, superstes alter, duarum Ecclesiarum haberetur Antistes. Ut condixerant, ita factum est. Decessit prior Anselmus, Torrentinusque Feltrensis, ac Bellunensis est appellatus Episcopus. Quod duarum Ecclesiarum sub uno pastore initum fœdus usque ad tempora Pii II. duravit, à quo iterum anno 1462. disjunctæ, suum deinde agnovere Pastorem, hoc est usque ad hæc nostra tempora. Cathedralis duabus dignitatibus fulget, Decanatu scilicet, & Archidiaconatu, cum duodecim Canonicis, octo Mansionariis, cæteroque clero, qui divinum opus ibidem perurget. Animarum curæ unus Canonicorum incumbit, vel loci Sacrista, quibus in titulum traditur exercenda, neque ulla alia ibi Parochialis Ecclesia habetur. Præbenda Theologalis *a* ibi est, prostatque fons baptismalis in Ecclesia B. Mariæ Virginis, non procul à Cathedrali. Corpus S. Federici veneratur in eadem Cathedrali: SS. verò Victoris, & Coronæ Martyrum divorum tutelarium hujus civitatis corpora, quę ex Aquileja illuc translata narrantur, non procul à civitate in Ecclesia fratrum S. Hieronymi Fesulanæ *b* Congregationis honorifice asservantur. Tria Monasteria Religiosorum, Monialium item tria *c*, cum duobus *d* xenodochiis, Monte Pietatis, ac quinque sodalitatibus laicorum ibi visuntur. Episcopale palatium longius à Cathedrali distat, quàm pastorales curæ exigerent. Diœcesis Feltrensis, Patavina, Cenetensi, Bellunensi, Brixinensi, & Tridentina diœcesibus undique clauditur, longitudine millium passuum quinquaginta, latitudine angustior: complectiturque paulo plus triginta quatuor millia mortalium. Continet tota parochiales Ecclesias viginti octo, quarum duodecim Venetis, novem Comiti Tirolensi, tres Episcopo Tridentino, quatuor Velsperg Baronibus Teutonicis in temporalibus subiiciuntur. Census hujus Episcopatus trium millium ducatorum est, qui partim ex bonis, partim verò à 400. Episcopalis mensæ feudatariis quotannis exiguntur. In iis recensentur Collalti clarissimi Comites, hujus Ecclesiæ advocati, quorum munus est Episcopum primo solemni pompa urbem ingredientem pedites ad Cathedrale usque templum comitare, equumque, ac cætera pontificalia indumenta secum asportare. In eadem functione, duo primarii viri Faceniæ, & Villebrunæ ingenuarum familiarum Episcopo inserviunt, unus ad dexteram, alter ad levam illum deducere, quibus tum ex veteri consuetudine, tum ex Antistum indulgentia calcaria Episcopi sorte obtingunt. Narrat Pilonus de Belluno patria sua, ubicumque se dederit occasio, præcipuè autem de conjunctione harum duarum Ecclesiarum Bellunensis, & Feltrensis, plura, quæ supra retulimus in Episcopis Bellunensibus. Episcopi tam disjuncti, quam invicem conjuncti, qui Feltrensibus præfuerunt, sunt qui sequuntur, quorum seriem non ex Pilono modo, sed ex aliis monumentis, ac præcipue ex Reg. Vaticanis, actibusque Consistor. ex fide depromsimus. Porrò Feltrensis Ecclesia taxatur in libris Cameræ Apostolicæ 700. floren.

a Itemque Pœnitentialis.
b Nunc Congregationis de Somascha.
c Quatuor.
d Quatuor.

I. 1 FRONTEJUS *e*, apud Paulum Diaconum lib.3. c.27. omnium, qui occurrunt, antiquioris est recordationis. Is anno Christi 588. se, una cum cæteris Catholicis Episcopis subduxit ab authoritate Severi Patriarchæ Aquilejensis in hæresim lapsi. Post hunc per ducentos ipsos annos Episcoporum nomina desiderantur. („ *Pro Fontejo Actis synodi* „ *Eliæ Patriarchæ subscripsit Laurentius presby-* „ *ter. Vide supra in Aquilejen. p.29.*)

e Al. Fontejus.

II. 2 ENDRIGETTUS à Carolo Magno plura pro sua Ecclesia retulit privilegia: cujus mentio extat ab anno 769. usque ad 781. teste Pilono. Hic Palatium Episcopale exstruxit non procul à Cathedrali ubi nunc est Virginum Cœnobium S. Petri. Plura bona mensæ Episcopali attribuit.

III. 3 AMATUS *f* adfuit Concilio Mantuano anno 824. *g*

f Al. Amatus.
g Ita.

IV. („ ALBERTUS, *ni forte idem sit cum sequenti* „ *Ruperto, post an. 961. consecrationi Ecclesiæ Pa-* „ *rentinæ interfuit, ut in ejus consecrationis mo-* „ *numento infra in Parentinis.*)

V. 4 RUPERTUS, vel Teupertus anno 968. *h* erectioni Ecclesiæ Magdeburgen. in Archiepiscopatum se subscripsit, ut narrat Anonymus auctor Cron. Magdebur.

h Sed 967.

VI. 5 BENEDICTUS de Pedavena Feltrinæ ditionis fuit Episcopus anno 973.

VII. 6 RIGIZO memoratur in privilegio Popponis Aquilejen. Patriarchæ anno 1031. Canonicis suis concesso. („ *Sed jam anno* 1021. *die* 6. *Decembris* „ *sedebat in hac Cathedra Rigizo, ut constat ex* „ *Henrici Imperatoris sententia ad favorem Monia-* „ *lium S. Zachariæ contra Rambaldum Tarvisii Co-* „ *mitem edita apud Muratorium in Antiq. Esten. pa-* „ *s. pag. 129.*)

VIII. [„ MACILINUS *in eo Papiensi assedit Con-* „ *ventu, in quo an.* 1046, *statutum est juxta dexte-* „ *ram Aquilejensis Patriarchæ Veronensis Episco-* „ *pi sessionem in synodis esse debere. Vide documentum* „ *in Veronensibus, ubi de Waltero Episcopo.*)

IX. 7 ODERICUS de Falero patriæ Episcopus, & Princeps fuit anno 1047. temporibus Henrici III. Imp. à quo procuidubio huic officio, & dignitati præfectus est. An iste ille fuerit Episcopus, qui ab Henrico IV. Comitis titulo decoratus fuit ann. 1080. teste Pilono, ad meam notitiam non pervenit.

X. 8 ARBONUS *i* Joannis Vidorensis filius, vir nobilis, ad Feltrensem Ecclesiam evectus est. Accidit autem hujus Episcopi temporibus, ut Christifideles ad Hierosolymitanum Regnum è manibus Sarracenorum recuperandum summo animi ardore incitarentur ab Urbano II. Pont. Joannes Arboni pater, virtute, ac divitiis pollens, in ea expeditione profectus. Arbonus filius pro eo votum vovit, eumdemque Divis Feltrensium tutelaribus Victori, & Coronæ commendavit. Extat in eorum templo inscriptio harum rerum fidem faciens, his verbis concepta.

i Al. Arbo.

Ab ineunte redemptione publica anno
millesimo nonagesimo sexto,
quo stellarum casus,
quove Christianorum motus in Paganos,
Joannes Vidorensis
tam pectore, & armis, quam divitiis,
& gloria pollens,
honor patriæ, confectus senio, fundator aulæ
xvi die Septembris
à filio suo Arbone Pontifice Beatis Martyribus Victori
& Coronæ commendatur.

Idem Arbonus, quem alii legunt, Arponum anno 1101. Sacrarium dedicavit, & in marmorea arca plures Sanctorum reliquias recondidit, ut inscriptio vetus in eadem proloquitur.

Anno M.C.I.
ab incarnatione Verbi,
secundo idus Maii
imperante Henrico Cesare tertio,
dedicatum est sanctuarium hoc ipsi Deo Cæli,
& Beatæ Mariæ semper Virgini;
& hic continentur reliquiæ Apostolorum

Petri, & Pauli, Philippi, & Jacobi,
Stephani Prothomartyris,
Stephani Papæ, & Martyris, Laurentii Mart.
Marcellini, & Petri,
sanctorum militum Christi
Mauritii, Georgii, & Christophori,
& Beatorum Victoris, & Coronæ Martyrum,
quorum sancta corpora
hic infra requiescunt in Christo Iesu,
dictante Arpone indigno Pontifice.

Arbonis, seu Arponis Episcopi mentio habetur usque ad ann. 1113.(1) Migravit ex hoc mortali sæculo, imperante Henrico Cæsare V. cum præfuisset patriæ suæ laudabiliter annis multis.

XI. *a* Vetean. 9 GIBERTUS reperitur hujus Ecclesiæ Præsul 1135. interfuitque Venetiis *a* dum Aquilejæ Patriarcha Ecclesiam quamdam consecraret anno 1140. Sed quandiu ille præfuerit, ignoratur.

XII. 10 ADAM Beniuversus Patavinus legitur Feltrensibus præfuisse ann. 1160. Non semel pro defensione bonorum suæ Ecclesię cum Tarvisinis certavit. Charus omnino fuit Friderico I. Aenobarbo Imp. & ab eodem impetravit confirmationem omnium Ecclesiæ suæ privilegiorum, ab Imperatoribus, Regibusque antea concessorum; addito in feudum nobile Cesanæ comitatu, Cæsarisque decimis, quas hactenus Imperatores in comitatu Feltrino habuerant; pauloq; post decessit Adam, Alexandro III. Pont. Max. parum gratus.

XIII. 11 DRUDO successit Adamo circa annum Domini 1164. Hic Cesanæ comitatum eodem anno in feudum dedit Gabrieli de Camino, quem sui Episcopatus advocatum constituit. Coeunti fęderi inter Fridericum Imperatorem, & Alexandrum III. interfuit Venetiis anno 1177.

„ *Sed & anno 1184. interfuit testis donationis, qua Gothifredus Patriarcha Aquilejensis Luitprando Decano, cæterisque Canonicis plebem de Ribis concessit, ut videre est in instrumento supra in Aquileien. p. 75. relato: pariterque die 19. Octobris ejusdem anni adfuit Veronæ, dum Fridericus Imperator Opizonem de Este Marchiatum Januensis & Mediolanensis dominum transcriberet. Vide documentum apud Muratorium in Antiquit. Esten. par. 1. pag. 35. Denique an. 1189. die 8. Decembris Michaeli S. Marinæ de Venetiis Diacono commisit, ut Comitissæ Agneti denuntiaret, quod eas possessiones S. Zachariæ Montalibus dimitteret, de quibus in earumdem Montalium favorem lata fuerat ab Episcopo Torcellano sententia. Extat charta in archivo ejusdem Monasterii S. Zachariæ de Venetiis.*]

XIV. 12 ADONICUS hujus Ecclesiæ Antistes fuit ab anno 1180. (2) usque ad an. 1191.

XV. 13 TORRENTINUS de Curte, civis Feltrinus, hujus Ecclesiæ Antistes fuit. Hic ille est, qui Feltrensem, ac Bellunensem ex auctoritate Innocentii III. conjunxit Ecclesias, ac utriusque titulo insignitus est, ex decessu Anselmi de Braganza, ut supra narravimus anno 1204. usque ad annum 1462. quo Pius II. utramque sub proprio pallore seorsim rem suam agere jussit. Testis fuit Torrentinus donationi Vualteri Aquilejensis Patriarchæ, quam fecit Cœnoblo S. Nicolai in Littore anno 1205. ubi dicitur Turrilinus Bellunen. & Feltrensis Episcopus.

XVI. 14 PHILIPPUS Patavinus, Pomposæ Abbas, Feltrensis, ac Bellunensis adlectus est Antistes anno 1209. Hic aliquando à Tarvisino populo, ob defensionem sui Episcopatus, injuriis expetitus, captusque est, exilioque mulctatus, ad Honorium III. Papam confugit, qui tanti facinoris ægre ferens, has literas ad Episcopum, & Clerum Tarvisinum, tum Potestatem, & populum ejusdem civitatis, quæ extant in Vat. Arch. dedit.

Honorius &c.

Episcopo, & Clero tam civitatis quam diœc. & districtus Tarvisini. Iniquitates, quibus cives Tarvisini contra se Deum, & homines jam de consuetudine provocant, non possumus vel ad modicum oblivisci, quia sic incessanter vestem suorum texuerunt peccatorum, ut sanguis sanguinem semper tangat, & ex novorum inculcatis clamoribus veterum nobis memoria continue ingeritur. Longa quidem retro series si ea, quæ in vicinas ipsi Eccl. Dei timore postbabito, attentarunt, velimus per ordinem recensere: sed ut destructionem Ceneten. Feltren. Bellunen. Episcop. per ipsos olim impie factam silentio transeamus; id nec silere possumus, nec sine mentis amaritudine recitare, quod bo. mem. Bellunen. ac Feltrensem Episcopum post facta de ipso ludibria, tandem populo, more judaico, acclamante moriatur, moriatur, immaniter occiderunt in Apostolicæ sedis contemptum, & ignominiam totius ordinis Clericalis. Et quidem eo tunc meruerat illorum impietatis immanitas, ut pœna respondente peccato, civitas Tarvisina Episcopali dignitate perpetuo privaretur, sed dum Apostolicæ sedis benignitas nimirum eis parcit expectans, ut ejus patientia ipsos ad pœnitentiam revocet, omnino contrarium experitur, ipsis ex iniquitate tanti flagitii assumentibus audaciam, in Ecclesias, & viros Ecclesiasticos debacchandi; ecce enim precibus, commotionibus, & comminationibus nostris, & jure humano ac divino, & ipso Deo contemptis, Feltrensis, & Bellunensis Ecclesiar. terras hostiliter invadentes magnam partem earum, aut destruxerunt inique, aut sibi indebite subjugarunt, ac insuper in venerabilem fratrem nostrum Feltrensem & Bellunensem Episcopum sacrilegas manus extendere non verentes ipsum personaliter capere præsumpserant, & quod de ipsius prædecessore fecerant, ut creditur, & de ipso nisi nostro præsidio evasisset. Licet igitur per hæc, & levitate monitionis Apostolicæ reddiderunt se indignos, & usque adeo contra Deum obfirmaverunt facies, & obduraverint corda sua, ut verbum salutis ad ea posse ingredi non speretur, ne tamen relinquamus ipsis materiam murmurandi, aut eorum, quæ ad circumspectionem Apostolicam pertinet aliquid omittamus, ecce Universitatem eorum adhuc quoque rogavimus, monuimus, & obsecravimus in Domino, cujus vel sapientiam fallere, vel omnipotentiam effugere, nequaquam possit, ut tandem memores suæ salutis, cujus curam videntur penitus abjecisse, per digne satisfactionis viam redeant ad Dominum Deum suum, à quo per diutinæ offensionis devia recesserunt, & Apostolicam sedem, quam superbia sua graviter offenderunt, humilitate placantes infra mensem post susceptionem literarum nostrarum, quas eis super hoc dirigimus, jurent in manibus venerabilis fratris nostri Paduani Episcopi præcise obedire mandatis nostris, tam super damnis, quam super injurias, quas irrogarant Episcopo memorato, interim ab ejus & Eccles. suæ molestia penitus quiescentes; ideoque Universitati vestræ in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus nisi cives prædicti mandatum nostrum infra præsens ipsum tempus curaverint adimplere, vos extunc supradictas sententias publicantes eorum civitatem, & diœcesim, ac districtum, dilatione postposita, exuatis, illuc sine Apostol. sedis licentia minime reversuri, quod inde feceritis fideliter rescribentes, ut de aliis pœnis, quæ in literis nostris ad ipsos directis plenius continentur, sicut res postulaverit, cogitemus, præmisso ne qui vestrorum inveniantur mandati Apostolici contemptores, si canonicam volunt effugere ultionem.

Datum Viterbij V. Kal. Junii Pontif. nostri anno quarto.

Honorius &c.

Potestati & Populo Tarvisino spiritum consilii sanioris.

(1) Vivebat adhuc anno expirante 1115. quo die 28 Decembris adfuit apud Forum populii Henrico IV. Imperatori cum bonis, & jura plurima confirmat, & alargitus Monasterio S. Vitalis de Ravenna, ut ex Bullario Casinen. tom. 2. Constit. 143. quo in diplomate appellatur *Arpo* Lucentius.

(2) Si revera hic Adonicus fuit Feltrensis Episcopus, nonnisi an. 1190 ad hanc sedem pervenisse ex dictis apparet. Omittitur ab Antonio *dal Corno* in *suis memoriis Feltren.*

A *ris. Iniquitatum vestrarum, &c. ut in alia supra usque quiescentes. Alioquin noveritis vos præter excommunicationis, & interdicti sententias in vos, & terram vestram à venerabili fratre nostro Patriarcha Gradensi, hac de causa probatas, quas auctoritate Apostolica roboramus inhibuisse nobili viro Duci, & populo Venetiarum, ac aliis civitatibus convicinis ne ullum vobiscum in hujusmodi molestiæ perdurantibus præsumat habere colloquium, aut celebrare contractum; quod si pœnas hujusmodi solita pertinacia contempseritis, civitatem vestram Pontificali privabimus dignitate, & diœcesim vestram per vicinos Episcopos dividemus, ac insuper mercatores vestros ubicumque reperti fuerint capi faciemus per Principes seculares, & publicatis bonis eorum personas sub arcta custodia retineri. Si vero nec sic ad percutientem vos redieritis, & attriti nolueritis accipere disciplinam, ecce prædicimus vobis, contra vos tanquam contra hæreticos, cum vos tales opera demonstrent, spiritualiter, & temporaliter procedemus, fideles ad exterminium vestrum per Apostolicas indulgentias provocando, cum magis abominanda sit vestra, quam Saracenorum impietas, nec* B *tam detestabile sit in illis viam non agnoscere veritatis, quam vobis post agnitam retroire, nec blandiamini vobis, quod comminationes similes aliquando vobis factas, pœna non fuerit hactenus subsequuta, quasi subsequutura non sit, etiam ista vice, frequenter enim, quæ non nocerent singula, multa noceat, & quanto major fuerit erga vos longanimitas Apostolica, tanto si vos ad pœnitentiam non adduxerit, erit justior pœna vestra; fugiatis igitur à facie arcus extenti, & pœniteatis dum locus est pœnitentiæ, ne sit sera pœnitentia post ruinam.*

Datum Viterbii 5. Kal. Julii Pontif. nostri anno quarto.

Porro idem Honorius post aliquot annos ad sedandas discordias inter Feltrensem, ac Bellunensem Episcopum, & Tarvisinos vertentes, literas scripsit Duci Venetiarum, quæ extant in Reg. Vat. ann. 9. epist. num. 31. in hunc modum. C

Nobili viro Duci Venetiarum.

Quod vir sis fidelis, ac probus, tua merita, quæ sunt nota, testantur, & circumpositi populi, qui viciniores existunt, eo id amplius didicerunt. Ex hoc ergo noscitur accidisse, quod venerabilis frater noster Feltrensis, & Bellunensis Episcop. pro Feltrensi, & Bellunensi civitatibus & eorum districtu ex parte una, & populus Tarvisinus pro eorum civitate, ac districtu ex altera, qui cum sicut vicini certius noverunt tuam probitatem, & fidem de te per hoc plenius confidentes, sicut nuper relatum est nobis compromiserunt in te super guerra, discordia, & omnibus quæstionibus temporalibus, quas ad invicem habere dicuntur, ratum, & firmum quicquid cum majori parte consilium tui super hoc judicio concordia, vel arbitrio, seu alio quocumque modo feceris habituri. Sperantes igitur, quod illi per sollicitudinem tuam ad pacis redire debeant unitatem, prudentiam tuam hortamur attente per Apostolica scripta mandantes quatenus Deum habens præ oculis studeas D *hujusmodi commissum tibi negotium terminare partes ad unitatem, & pacem reducere procurando, ita quod diligentia tua per effectum appareat, & inde possis merito commendari, nos enim quidquid provide super hoc statueris ratam habebimus & observari firmiter auctore Domino faciemus.*

Datum Laterani 9. Kal. Novembris anno 9.

Decessit Philippus anno 1227. *a* de quo supra egimus in Episcopis Bellunensibus.

a 1225. ut in Bellunen.

XVII 15 OTHO Taurinensis ad easdem sedes assumptus est anno 1227. *b* Ab iisdem exul aliquando fuit Ezzelini tyrannide, sed restitutus, fato functus est an. 1241.

b 1225.

XVIII 16 ALEXANDER de Foco Feltrensis eodem titulo est insignitus an. 1241. Diem obiit 1246.

XIX. 17 TISO de Camino electus an. 1247. translatus ad Concordiensem Ecclesiam 1252.

XX. 18 ELEAZARUS de Castelio Bellunensis, A electus anno 1252. E vivis eximitur 1259.

19 ALGERIUS Villalta *c*, nobili gente apud Feltrinos natus, successit Eleazaro ann. 1259. Excelsi animi vir politicum dominium cum Ecclesiast. conjunxit, sublato Ezzelino tyranno, fuitque Guelphæ factionis Princeps. Belluni e vita discessit ann. 1290. ubi sepelitur. XXI.

c Memoratur à Palladio in hist. Forojul. par. 1. l. 6. Mandos.

20 Fr. JACOBUS *d* Casalius Patavinus, Ord. M. Feltrensi, & Bellunensi sede nobilitatus est 3. Id. Martii 1291. Obtruncatus fuit anno 1298. XXII.

d De eo Portenarius in hist. Patav. l. 9. c. 8. Mandos.

21 ALEXANDER Placentinus *e* defuncto Jacobo suffectus est 1298. 12. Kalend. Maji. Cujus meminit Dantes Aligerius Cant. 9. Paradisi, impium, indignumque Pastorem illum appellans; quippe qui fideifragus, nobiles viros Ferrarienses exules Feltri, sub ejus tutela manentes, eo permittente, ad unum vel occisi, vel capti, Ferrariamque deducti capitali pœna damnati sunt, Roberto Neapolitano Rege tunc pro Ecclesia dominante. Videndus Pigna de Atestinis Principibus. B Exul tandem decessit in Portu Gravino an. 1320. XXIII

e De hoc videndus Campius in hist. Placent. par. 1. p. 49 Mandos.



C 22 MANFREDUS de Collalto, Rambaldi Comitis filius, ex Episcopo Cenetensi, easdem sedes est assecutus 14 Aprilis 1320. Cæsus decessit 1321. (*circa finem mensis Maii.*) XXIV

23 Fr. GREGORIUS Episcopus Sorrensis in Sardinia, ex Ordine S. Dominici egregius concionator, ad has Eccl. translatus fuit 8 Id. Junii 1322. Vita functus est 1328 *f*. Ecclesiæ Tergestinæ administratur. XXV.

f 1325. ut habetur in Bellunen.

24 GORGIAS de Lusia, Feltrinus Decanus, à Joanne XXII. legitimus harum Ecclesiarum declaratus est Episcopus 10. Kal. Martii 1328. Excessit e vivis anno 1348. XXVI

25 HENRICUS de Vualdeich, frater Hospitalis S. Marci Theutonicorum de Hierusalem, Gorgiæ suffectus est 1350. Non. Octob. Obiit 1353. XXVII

26 JACOBUS de Bruna, Bohemus *g*, ad hanc dignitatem fuit assumptus ann. 1353. 11. Kal. Decembr. Privilegio fuit exornatus à Carolo IV. Imperatore, quo præsente, corpora Ss. Martyrum Vi- D ctoris & Coronæ in tumba marmorea recondita sunt, cum hac inscriptione. XXVIII.

g Patavinus dicitur à Portenario in hist Patav. l. 9. c. 8. Mandos.

Anno millesimo trecentesimo
quinquagesimo quinto, Maii vigesimo sexto,
imperante Carolo Imperatore,
Antistite Jacobo Feltri, & Belluni
Episcopo, corpora inclytorum
Martyrum Victoris, & Coronæ
in hac fuerunt recondita
tumba à dicto Imperatore
visa.

Defunctus est Jacobus 1369.

27 ANTONIUS *h* de Nateriis de Montagnana Patavinus, electus 3. Kalen. Junii 1369. Obiit 1393 *i*. die 18. Septembris. XXIX

h De eo citatus Portenar. l. 9. c. 8. Mandos.

i 1391.

28 Fr. ALBERTUS de S. Georgio Patavinus, Ord. Minorum, electus an. 1393. Excessit 1398. („*De hoc pariter Portenarius libro citato cap.* 9. Mandosius.) XXX

JO-



XXXI 29 **JOANNES** de Capitegalli Romanus, Monachus S. Benedicti, iis Ecclesiis præficitur ano. 1398. XIII. Kalend. Junii; deinde translatus est ad Ecclesiam Novariensem anno 1404. *a*

a Vide quæ diximus in Bellunen.

XX XII. 30 **HENRICUS** Scarampus, nobilis Astensis, ex Aquensi Episcopo, & Thesaurario Bonifacii IX. Papæ ad has Ecclesias translatus fuit 5. id. Aprilis 1404 *b*. Hic fuit Sigismundi Imper. à secretis; corpora Ss. Martyrum Victoris & Coronæ eo sedente anno 1440. in nobili marmoreo tumulo recondita sunt. Eodemque anno rerum gestarum gloria, & sanctimonia vitæ vir longe clarissimus ex hac mortali vita discessit die 29. Septemb. sepultus in Feltrensi Cathedrali, cujus corpus omnino hucusque incorruptum perseverat, atri quidem coloris, sed palpabile, & frequenti piorum hominum lustratione, & cultu venerabile, ubi ejus meritis frequentia visuntur miracula, ejus sanctimoniam testantia: cujus acta desiderantur.

b An. 1416. Concilio Constantien. interfuit.

XX XIII. 31 Fr. **THOMAS** *c* Thomasinus Venetus Ord. Præd. olim Episcopus Traguriensis, postea Recanatensis, ac Maceratensis, ad Bellunensem, & Feltrensem Ecclesias fuit translatus anno 1440. 6. id. Octobr. Vitæ finem fecit anno 1447.

c Laudatur à Thomasino in Elogiis vir. illustr. par. 2. p. 10. Mandr.

XX XIV. 32 **JACOBUS** Zenus nobilis Venetus, ex Subdiacono Nicolai V. Pont. Max. Doctoreque utriusque legis, harum Ecclesiarum evasit Episcopus 1447. 6. Kal. Maii. Ad Patavinam deinde Ecclesiam illum transtulere 1459 *d*.

d 1460.

XX XV. 33 **FRANCISCUS** de Lignamine *e* Patavinus, Leonardi filius, magnæ auctoritatis vir, & in Pontificia aula nulli sua ætate secundus, professor liberalium artium eximius, & in omni genere doctissimus, Eugenio IV. à secretis, ab ipso Ferrariensis Episcopus electus; varias Legationes ad diversos Reges, & Principes summa cum laude pro Romana Ecclesia feliciter obivit. A Ferrariensi Ecclesia, ad has Feltrensem ac Bellunensem translatus an. 1460. 18. Kal. Aprilis. Romæ decessit an. 1462. 3. Id. Januarii, sepulchrumque accepit apud S. Mariam Novam sub marmoreo lapide, ubi & legitur inscriptio, quam retulimus in Episc. Ferrariensibus tom. 2. Post Francisci excessum, Pius II. Pontifex has disjunxit Ecclesias, attribuitque unicuique proprium Pastorem post 260. annos, quibus tantum unum Pastorem agnoverant.

e De eo chatus Portenarius l. 9. c. 8. Mandr.



XX XVI. 34 **THEODORUS** Lelius *f*, seu de Lellis nobili familia Interamnæ Aprutiorum natus, juris prudentissimus, Pii II. familiaris & clarus, ita ut illum suam cytharam appellare soleret, ab ipso fuit adlectus Feltrensis Episcopus anno 1462. Indeque illum Paulus II. æque a se dilectum, ad Tarvisinam transtulit Ecclesiam 1465 quo ipso anno excessit è vivis. De quo infra in Episcopis Tarvisinis. Nostris temporibus pie obiit Pater Camillus de Lellis Theodori gentilis, Patrum Clericorum Regularium, vulgo, *del ben morire*, institutor, cujus vita scripta extat.

f De eo Topplus in Bibl. Neapol. p. 289. Mandr.

(„ *Gregorius de Himberg, qui temporibus Pii II.* „ *vixit, in Apologia pro Sigismundo Archiduce Au-* „ *striæ adversus hunc Lelium Episcopum Feltren-* „ *sem (incompte eum pulsans) argute dixit*: O „ Feltrum grossum Feltrensi populo dignum! *ea* „ *allusione pro feltro pannum grossum, seu tegu-* „ *mentum, e pilis ruditer coactis significans. Ita ex* „ *Gerardo Vossio lib. 2. de vitiis serm. ver. feltrum.* „ Lucentius.)



35 **ANGELUS** Fassolus Clodiensis e primaria nobilitate, peritia, & virtute clarus, ex Secretario, & Referendario Pauli II. ad hanc sedem ascendit an. 1465 *g*. In Epiro, & Mysia, Pio II. mandante, Legatione functus. Romæ decessit anno 1488. sepultusque est apud S. Marcum prope majus altare sub tabula marmorea, ubi ejus gentilitia stemmata cernuntur, cum sequenti inscriptione, prætereuntium pedibus pene deleta. XX XVII.

g Catharensem nunc a fuisse Episcopum in ea serie pronunciatur.

Angelo Episcopo Feltrensi Veneto ex nobili
gente Fassolorum Fossæ Clodii Ju. Civil. &
Pontif. consulto Pii II. Pont. Max. in Epy-
ro, Mysia pro fide Cathol. legato Pauli II. à
secretis Referend. fuit Apost. Præfec. Mar-
cus Barbus Card. S. Marci Episcopus Præ-
nestinus ab similitudine mor. benevolentiæ
singul. monumentum suo conjunctum vivus
B. M. P. Vixit an. LXIII. M. X. D. III. Jo.
Oliverius Carafa Card. Neap. & Francis-
cus Piccolomineus Card. Senen. executores
absolvendum curavere.

36 **ANDREAS** Trivisanus nobilis Venetus, juris utriusque Consult. ad hanc Ecclesiam fuit adlectus anno 1488. Decessit autem 1504. XX XVIII.



37 **ANTONIUS** Pizzamanus nobilis Venetus, Feltrensis Episcopus renunciatus est 1504. die 25. mensis Augusti. Literis, & sanctimonia vitæ fuit XX XIX.

cia-

A clarissimus. Venetiis decessit 1512. sepultusque est in Cathedrali Ecclesia S. Petri de Castello, cujus deinde corpus, ut Leander Albertus refert, reperunt incorruptum, inclaruitque miraculis. Scripsit de intellectu, & intelligibili, de dimensionibus interminatis, de quærenda sollitudine, & periculo vitæ solitariæ.



XL. 38 LAURENTIUS Campegius *a* Bononiensis, sacræ Romanæ Rotæ Auditor, hanc eandem Ecclesiam suscepit regendam anno 1512. die 12. mens. Novembris, directusque Nuncius in Germaniam à Leone X. atque ab eodem Cardinalis adlectus; demum Bononiensis evasit Episcopus. De quo vide supra in Episcopis Bononiensibus.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 384.

XLI. 39 THOMAS Campegius, Cardinalis Laurentii frater, peritia legum, cæteraque amenarum literarum eruditione clarissimus, sub Leone X. Parmam, Placentiamque frænavit; à quo Feltrensis Episcopus effectus est 1520 die 27. Maji *b*; post excessum Leonis, sacro mittente Senatu, thiaram Pontificiam in Hispaniam usque detulit Adriano VI. noviter evecto ad sedem, quem in Italiam descendentem comitatus est, ab eoque deinde Venetiarum Nuncius est declaratus. Conc. Tridentino interfuit tanta existimatione prudentiæ, ut post excessum Pauli IV. Pontificis parum abfuerit, quin summus Pontifex eligeretur; vir enim erat in Urbibus administrandis, in legationibus obeundis, in religione Catholica tuenda, in grege custodiendo, & in pascendo, verbo doctrinaye diligens: & Domini thesauri fidelis dispensator, ac cum priscis illis sanctis Episcopis merito comparandus. Romæ decessit anno 1564. die 11. mensis Januarii octogenario major: plura sacra monumenta posteris reliquit, cum etiam auctoritate Apostolica Philippum Campegium nepotem sibi asciviffet coadjutorem, cum futura spe successionis anno 1546. die 15. Martii. Cui postea libere dictam Ecclesiam renunciavit. Illius cadaver in Ecclesiam Aræcœli intulerunt, ubi hæc marmorea inscriptio legitur.

b Ex cessione Laurentii Extant literæ Papæ Leonis ad hunc Thomam designatum internuncium ad Mediolanen. Ducem, quas refert Ciaconium apus in vita Card. Jo. Bap. Pallavicini.

D. O. M.

Quod terrenum fuit Thomæ Episcopi Feltrensis clariss. Jurisconsul. Joannis Campegii Bonon. filii, terræ traditum fuit. Suscipiat terra terrenum, & spiritum, quem Deus tuciferat Salvator noster. Vixit annos LXXII. Obiit die XI. Janu. M. D. LXIV.

XLII. 40 PHILIPPUS Maria Campegius, filius Comitis Joannis, ex coadjutore patrui, eidem successit an. 1559. die 17. mens. Aprilis. Interfuit & ipse Tridentino Concilio, cum aliis suæ gentis quatuor Episc. doctissimis viris. Præfuit usque ad an. 1584. decessitque Venetiis 11. die Martii, ibidemque tumulatus fuit.

XLIII. 41 JACOBUS Rovellius *c* Salodiensis, Brixianæ ditionis, utriusque linguæ scientissimus, Brixiæque Vicarius, Philippi coadjutor est factus cum futura spe successionis anno 1580. die 20. mensis Maji, eidemque subrogatus est ann. 1584. Præfuit laudabiliter annos 26. decessitque in patria sua anno 1610. ubi & sepultus jacet. („ *Anno 1596.* „ *Concilio Provinciali Aquilejen. interfuit.*)

c Hujus meminit apud Cozzandum in Bibl. Brix. par. 2. *Manuscr.*



42 AUGUSTINUS Gradonicus, nobilis Venetus, U. Sign. Referendarius, à Paulo V. electus est Feltrensis Antistes die 29. mens. Martii 1610. XLIV
B quem deinde ob summam prudentiæ laudem ad Patriarchatum Aquilejensem transferre Urbano VIII. sedente 1628. Hic prudenti consilio antecessorum suorum effigies brevibus elogiis exornatas in aula Episcopalis palatii pennicillo exprimendas curavit, ubi hæc inscriptio legitur.

Municipes Feltrenses quod hac in aula sacras spectetis effigies Pontificum vestrorum depictas belle, & digestas Consilio & impendio Augustini Gradonici qui Episcopali in amplitudine undique eminet nunc unice emineat acceptum grati referentote M. DC. XIII.

Cathedrale Templum pene collapsum sua impensa restituit, ubi brevis inscriptio supra fores legitur. *Hanc Basilicam Divo Petro Apostolo à S. Prosdocim. o dicatam, Augustinus Gradonicus Episcopus restauravit* M. DC. XIX. De hoc digno Antistite vide in Patriarchis Aquilejensibus, ubi plura.

C 43 JOANNES Paulus Savius Venetus, Episcopus Sebenicensis, ad hanc Ecclesiam fuit translatus anno 1628 *d*. deinde anno 1639. 19. Decemb. factus est Episcopus Adriensis. XLV

d Die 19. Maii.

44 ZERBINUS Lugus Bassani, Vicentinæ ditionis oppidi, Episcopus Molopotamiensis, huc translatus die 9. Januarii 1639 *e*. Obiit mense Januario 1647. maxima apud homines existimatione, ob præclaras suas animi dotes, quibus cæteros sui temporis Præsules æquabat. XLVI

e 1640.

45 SIMEON Difnicus de Sebenico Episcopus Nonensis, translatus est ad hanc sedem an. 1649. Vivit. XL VII.

A D D I T I O.

(„ *Ad hanc Ecclesiam translatus est Difnicus an.* „ *1649. die 10. Maii. Suum gregem 13. annos fovit* „ *amantissime, fatoque cessit extremo an. 1662.*

„ MARCUS *Marchianus, Vicentinus, J. U.* „ *D. & in aula Romana U. Sig. Referendarius cum* XL VIII.
D „ *varia munia sapienter explesset, Pastor huic gre-* „ *gi additus est 13. Martii 1662. Altero pastoralis* „ *curæ excurrente anno jam ferè septuagenarius* „ *obiit.*

„ BARTHOLOMÆUS *Gera, Aquilejensis,* „ *J. U. D. & sacræ Theologiæ Magister, Canonicus,* „ *& Vicarius Capitularis Veronensis, quod idem* „ *munus egregie præstitit Cenetensi Episcopo, &* „ *Venetiarum Patriarchæ, hoc throno dignatus est* „ *11. Febr. 1664. desperatam fere Cathedralis Ec-* „ *clesiæ restaurationem verbo, & ære proprio ag-* „ *gressus, eleganti cultu Augustissimi Sacramenti* „ *capellam decoravit. Præfuit magna cum hujus* „ *Ecclesiæ utilitate, & obiit ætate octogenarius an.* „ *1681. 7. Aprilis.* XLIX.

„ ANTONIUS *Polcenico, nobilis Clericus* „ *Concordiensis, I. V. D. ad hoc munus vocatus est* „ *24. Aprilis 1684. ætatis annum agens 37.* L.

JUSTINOPOLITANI
EPISCOPI.



JUSTINOPOLIS (vulgo *Capo d'Istria*) Insularis, & primaria Istriæ Civitas est, in extremo Adriatici Maris posita, ipso in exordio Istriæ sita, quę magis in longum excurrit, quam dilatetur, mille coim passuum longitudine, latitudine vero angustior, triplici sagittæ ictu à continenti abest, trajiciturque per pontes sd arbitrium elevandos. In medio arx antiqua eminet, ponte urbi juncta, quam ob loci munitionem, Castellum Leonis appellant. Insulam Aegidem appellarunt à Colchide Argonautæ revertentes, quod pascendis capellis videretur aptissima, ideoque à Latinis Capraria dicta est. Hic Istri ex concessu Justini Imp. Justiniani nepotis sibi edificandam censuerunt civitatem, qua se, suaq; à Sclavoniæ latronibus tutarentur, eidemque de nomine Imperatoris Justinopolim nomen fecerunt. Prodit hoc ipsum marmorea inscriptio, quæ ibi extat in hunc modum.

D. N. Cæsar Justinus P. fal, Piur Felix. victor, ac triumphator Semper. August. Pont. Max. Franc. Gath. Max. Vandalic. Max. Conf. IIII. Trib. VII. Imp. V. conspicuam. hanc. Aegidis. Insulam ad intima. Adriatici maris commodiss. interiectam Venerandæ. Palladis. sacrarium quondam. Et Colchidum Argonautarum Persecutoram. quietem Ob gloriam. propagandam Imp. S. C. in Vrbem sai nominis excellentiss. nancupatam honestiss. P. PP. designavit. fandavit C. R. P. *Q. & gente. Honestissima ceferam.*

Caput autem Istriæ vocatur, sive quod statim in exordio Istriæ occurrat, sive quod ejus regionis hoc tempore caput habeatur. Huic Bucellinus Gallorum sævissimus ad excidium subdidit faces, ut Blondus scribit: quam deinde, cum humaniores mortales instaurassent, Veneti ceperunt, subque eorum adhuc lenissimo, atque justissimo Imperio rediviva quievit. Cæterum arbitrantur nonnulli, hanc illam eandem Justinopolim esse, cujus Procopius meminit lib. 4. de ædificiis Justiniani Imperatoris, sed falluntur. Ea enim Justinopolis, quam meminit Procopius, prope Ulpianam civitatem est, contingitque proxime Dardanos, quos ab Adriatico mari longius constat distare, ut antiquæ tabulæ perspicue produnt, superiusque allata inscriptio. Præter quam quod nullum potest latere, hanc nostram Justinum constituisse, alteram illam à Justiniano fuisse ædificatam. De hac eadem mentionem facit Sabellicus, Volaterranus in Geographia, Leander Albertus, & alij. Huic civitati magnum attulit splendorem Petrus Paulus Vergerius I. C. utriusq; linguæ peritissimus, Sigismundi Cæsaris familiaris, qui Arrianum Græcum Historicum latinitate donavit, ab illo plane alter, qui ex eadem gente suæ patriæ de pastore, hæresi infectus, lupus rapax evasit, gentiq; clarissimæ visus est inspersisse maculam. Nec minori decori patrię fuit Hieronymus Mutius, æque severiorum disciplinarum, ac musarum amœnarum nobilis alumnus, qui cum multa præclara monumenta edidisset, tandem Julii III. temporibus Paulum Vergerium juniorem & Bernardinum Ochinum transfugam insigni illo libello infectatus est, cui titulum fecit: *Le mentite contro Bernardino Orbino, e le Vergeriane*. In maximam suæ felicitatis partem Justinopolis civitas poterit numerare, jam inde à sua constitutione Christiana sacra suscepisse, cum jam tota illa provincia Evangelio Christi fulgeret; ejusque Episcopatus antiquus est inter recentiores: anno enim Dom. 756. Stephanus II. Pontif. rogantib. Justinopolitanis, habendi Episcopi jus indulsit, primusque à Clero, ac populo creatus Episcopus fuit Joannes, à Vitelliano Patriarcha Gradensi consecratus. Aliquo tempore proprio caruit pastore, à Romanis Pontificibus Episcopali dignitate privata, quam tamen, Andrea Dandulo teste Alexander III. Pont. restituit sub Aquilejensi Patriarcha. Mensæ Episcopalis annuus census ducat. 600. *a* monetæ Venetæ, taxa vero in Apostol. Camera censebantur flo. 100. Cathedralis Eccles. titulo S. Mariæ Majoris, rebus ad divinum cultum necessariis sufficienter instructa, egregisq; structura ædificata. Hic asservantur tria sanctorum corpora, nempe Nazarij Episcopi divi tutelaris, & SS. Alexandri, atque Aelij. Numerum duodecim Canonicorum in hac Cathedr. statuit Honorius III. Pont. anno 1221. ut habet in Reg. Vatic. ep. 478. fol. 94. an. 5. Capitulo, & Decano Justinopolitano scripta 16. Kal. Aprilis. Hodie sacris in ea ministrant Canonici 13. è quibus tres dignitate eminent, Decanus, Archidiaconus, & Scholasticus, omnes tenuissimi census, & mansionarius titularis unus. In civitate sunt virorum cœnobia quinque, sanctimonialium septa duo. Fidelium animæ intra mœnia degentium circiter 3400. Diœcesis Justinopolitana exigua duobus tantum oppidis continetur; alterum Piranum decimo à Justinopoli milliario in Promontorio situm, ubi Collegiata ecclesia, cum plebano, & quinque *b* Canonicis, & duo cœnobia Franciscanorum; alterum oppidum, Insula nuncupatum, medio inter Piranum & Justinopolim spatio, Collegiatam habet ecclesiam, cum Plebano, & tribus Canonicis, & duo parva cœnobia Regularium. Reliquæ Parochiæ hujus Diœcesis tredecim sunt, & in his sacra Illyrico idiomate celebrantur; quamvis enim incolæ Italicam linguam non ignorent, tamen plerique ex Illyrico huc commigrarunt, ac proinde lingua Illyrica fere loquuntur. Populus tam urbanus, quam diœcesanus totus est Catholicus. Præsules, qui huic Ecclesiæ præfuerunt, sunt, qui sequuntur, quos ex diversis monumentis, scripturisque in hanc seriem digessimus.

a 300.

b Septem.

ADDITIO.

,, *(Ægidam, quæ postea Iustinopolis, sicut & cęte-*
,, *eos Istriæ incolas Christiana sacra suscepisse pri-*
,, *mo Christi seculo, S. Ælio prædicationis manus*
,, *exercente, testatur Schonlebius in Annal. Carnio-*
,, *læ fol. 155. Deinde Imperatore Iustino satagente*
,, *anno 524. Ioannes Papa primum illi concessit Epi-*
,, *scopum, S. Nazarium; at mox in hujus urbis Epi-*
,, *scoporum serie dicemus. In ea Cathedralis Eccle-*
,, *sia D. Mariæ ad Cœlum Assumptæ dicata est, dita-*
,, *turque SS. Nazarii, Alexandri, atque Ælii, & quas*
,, *novissime illuc intulit Paulus Naldinus, S. Iustini*
,, *martyris sacris exuviis, aliisque venerandis reli-*
,, *quiis. Numerum decem Canonicorum in hac Ca-*
,, *thedrali statuit Innocentius IV. an. 1245. ut habe-*
,, *tur ex ejus Epistola Capitulo Iustinopolitano data*
,, *Lugduni xi. Kal. Iulii Pontif. an. 3. quam recitat*
,, *Naldinus in hujus Ecclesiæ descriptione p. 122.*
,, *Hodie Canonici, qui in ea sacris operantur, tre-*
,, *decim sunt, quos inter quatuor dignitate præemi-*
,, *nent, videlicet Decanus, Archidiaconus, Scholasti-*
,, *cus, & Thesaurarius, adestque, qui Pœnitentia-*
,, *rii, & qui Theologi munere fungitur, & Mansiona-*
,, *rii duo. Animarum, quę 5000. circiter enumerantur,*
,, *cura Decano incumbit, & Canonicorum postremus*
,, *sacrario præest. Praeter Cathedralem vero Ec-*
,, *clesiam quadraginta circiter aliæ sæculares Eccle-*
,, *siæ, & oratoria in hac urbe visuntur, sex virorum*
,, *Cœnobia, sacrarum Virginum duo, unicuique Mona-*

cho-

,, chorum Prioratus. Nec desunt Hospitalia duo,
,, Mons Pietatis, Collegia duo, Illyricum unum, seu
,, seminarium Clericorum Illyricorum in solo ædium
,, Episcopalium à Paulo Naldino erectum, alterum
,, Patrum Scholarum Piarum pro totius Provinciæ
,, juventutis commodo, & 27. Laicorum confrater-
,, nitates. Diœcesis in quatuor Vicariatus foraneos
,, divisa est, atque his 14. Parochiæ subsunt: inter
,, quas eminent Collegiatæ Pirani, & Insulæ, quæ
,, duo sunt diœcesis Oppida. Ad 50. m. passus ex-
,, tenditur. Domus pro Episcopi habitatione è con-
,, spectu Cathedralis satis decens sita est. Ejus men-
,, sæ annui redditus sunt Venetæ monetæ Duc. 1000.
,, & florentibus Olivetis possunt esse 2000. horum ta-
,, xa Rom. est flor. 100.) A

II. 1 JOANNES primus Justinopolitanus Episco-
pus fuit, jussu Stephani II. Papæ ab Gradensi Pa-
triarcha Vitelliano consecratus anno 756. De quo
nil aliud reperitur in tabulis ejusdem Ecclesiæ.

I. 2 (1) S. NAZARIUS a Episcopus, & Patro-
nus Justinopolitanus, cujus corpus ex divina reve- B
lation inventum in Ecclesia S. Mariæ, in medio
pavimenti Cathedralis conditum fuit, lapidea ar-
ca tegente, ubi hæc brevis inscriptio legitur.

a De eo Acta SS. Junii tom. 3. p. [illegible]

Hanc patriam serva, Nazari sancte guberna,
Qui Pater, & Rector Justini diceris Urbis.

Paulo vero infra caracteribus Romanis antiquis
rotundis hujusmodi inscriptio exarata perspicitur:
pristino suo decori restituta, & erecta anno 1577.
simul vero cum S. Nazarii corpore, lamina plum-
bea reperta est; ita inscripta.

S. NAZAR.
PRÆSUL. MI-
GRAVIT IN DNO KL.
XIII. YLII.

Hanc laminam, ita inscriptam, idem sepul-
chrum cum corpore Sancti concludit, ut ex Petro
Morario hujus Ecclesiæ hoc tempore Episcopo di-
gnissimo accepi. Diem 19. Julii, in qua festum S.
Nazarii habetur celebre, Ferrarius in catalogo san-
ctorum, qui non reperiuntur in Romano Marty- C
rologio, dicit esse inventionis, non autem deces-
sus, aut adeptæ gloriæ apud superos. Sed supra
memorata inscriptio secus indicat. Non constat au-
tem quo tempore hic Sanctus floruerit. Illius me-
minit Nicolaus Manzolus in hist. Istriæ. Post
hunc Sanctum Episcopum, nullius Præsulis Justi-
nopolitani memoria occurrit usque ad annum 1166.
Tametsi anno 1152. hanc Ecclesiam sibi commen-
datam Vvernardus Episcopus Tergestinus reperia-
tur administrasse.

III (,, SENATOR *Joanni prædefuncto successit, si-*
,, *militer à Vitelliano Patriarcha Gradensi conse-*
,, *cratus, ut narrat Dandulus in Chronico.)*

IV. (,, HERIBERTUS *Tergestinus Episcopus hu-*
,, *jus Ecclesiæ administrator erat ann. 1082 in eo*
,, *enim annorum decursu, quo omnis deperditur me-*
,, *moria Justinopolitani Præsulis, si proprios hoc*
,, *ovile Pastores non habuit, forsitan ob redditunm*
,, *tenuitatem, in alteram diœcesim transiisse affir-*
,, *mare non audeo. Heribertus igitur an. 1082. Ju-* D
,, *stinopolitanam Ecclesiam administrabat, quo Ca-*
,, *thedralis Canonicis Plebatum S. Mauri de Villa*
,, *Insulæ liberaliter concessit, ut sequens ostendit*
,, *documentum ex Francisci Zeni hujus Ecclesiæ E-*
,, *piscopi Schedis apud Clariss. virum Apostolum Ze-*
,, *num ejus nepotem existentibus desumptum.*
,, In nomine Dei Domini. Regnante D. n. Hen-
,, rico piissimo rege an. ab Incarn. D. N. I. C. 1082
,, die 3. mensis Decembris Ind. 5. Actum in Civi-
,, tate Justinopolitana infra atrium S. Mariæ. Et
,, quoniam ego quidem Herebertus Domini miseri-
,, cordia S. Sedis Tergestinæ Ecclesiæ Episcopus
,, una insimul cum Artuycho Archidiacono per
,, consensum Bertaldi advocati nostri, do, & do

A ,, no, atque à præsenti die trado cartulam dona
,, tionis pro Dei timore, & remedio animæ meæ
,, vobis fratribus, & fidelibus meis, qui estis de
,, congregatione S. Mariæ Justinopolitanæ civita-
,, tis, scilicet Basilio meo Plebano, & Joanni pre-
,, sbytero, & Martino presbytero, & Andreæ, &
,, Dominico, & Gabrieli, & alii Andreæ, &
,, Floriano, & alii Joanni presbyteris, sed & Ber-
,, taldo, & alii Bertaldo, & Lazaro, & Joanni
,, Diaconibus, sed & Peradeo, & Juliano, & Ri-
,, paldo subdiaconibus, & reliquis omnibus cujus-
,, que Ordinis, vestrisque successoribus, hoc est
,, Plebatum S. Mauri de Villa Insulæ cum quarta
,, portione de decima, & primitiva, & omnem
,, offersionem, quæ ad ipsam Ecclesiam evenit,
,, quod vos prædicti fratres habeatis, & possidea-
,, tis, & secundum vestram voluntatem, & pote-
,, statem ad Dei servitium faciendum ordinetis: &
,, insuper concedo, & remitto vobis prædictis fra-
,, tribus, vel vestris successoribus baptismum, quod
B ,, ipsi habitatores jam dictæ insulæ Clerici, & Laici
,, petebant à me fieri in ipsa prædicta Ecclesia S.
,, Mauri, quod numquam fuit, nec fiet: sed &
,, omnes pueri illius loci omni anno deducantur ad
,, vestrum baptismum apto tempore secundum
,, consuetudinem illorum, & quod semper fuit. Si-
,, militer, & ad consegnationem deducantur ipsi
,, prædicti pueri ad ipsam prædictam nostram Ec-
,, clesiam S. Mariæ Justinopolit. civitatis. Qua-
,, propter concedo vobis hæc omnia, & reddo eo
,, quod justum est, atque constitutum est ab anti-
,, quis SS. Patribus, scilicet à S. Sylvestro Papa,
,, & à suis successoribus, quod rectores, & mini-
,, stri Ecclesiæ debeant habere quartam partem de-
,, cimæ omnium rerum usque in perpetuum. Si quis
,, autem ulterius contra hanc cartulam meæ firmi-
,, tatis, vel ego Herebertus Episcopus, vel aliqui
,, de successoribus meis, nec non extraneis, vel
,, aliqua submissa persona hominum ire tentaverit,
,, aut per aliquid jus ingenio corrumpere, vel in-
C ,, fringere voluerit, sciat se compositurum eisdem
,, supradictis confratribus, vel successoribus suis
,, auri optimi libras quinque, & hæc meæ cartula
,, firmitatis in sua permaneat firmitate.
,, Actum in civitate Justinopolitana. Signatum
,, nomen. Herebertus Episcopus, qui hanc cartu-
,, lam firmitatis scribere rogavi. Sig. no. Bertaldo
,, advocato suo consentiente. Sig. no. Artuycho
,, judice. Sig. no. Crescentio filio Amnæ de Castro
,, Mugia. Sig. no. Valtramo filio Antonii. Sig.
,, no. Marco fratre ejus. Signatum nomen Albini
,, filio Amantino de Alticherio. Sig. no. Andrea
,, filio Agica. Sig. no. Martino Nevo Vitilliano.
,, Ego Amantinus Tald. qui hanc cartulam fir-
,, mitatis manu mea propria firmavi, & corrobo-
,, ravi.)

,, WERNARDUS, *seu Bernardus, sive Guar-* V.
,, *nardus Tergestinus item Episcopus Justinopolita-*
,, *næ Ecclesiæ curam gerebat ann. 1152. Quo adhuc*
,, *vivente an. 1177. Alexander III. instante Venetia-*
D ,, *rum Duce Udalrico Aquilejensi Patriarchæ conces-*
,, *sit, ut sedem Episcopalem Justinopoli restitueret,*
,, *illique præficeret novum pastorem, cum primum*
,, *tamen Wernardus e vivis abiisset, & redditus ad*
,, *tuendum Episcopalis muneris splendorem suffi-*
,, *cientes adessent. Privilegium, in quo hæc conces-*
,, *sio habetur, retulit Ughellus supra in Aquilejen.*
,, *pag. 65. Udalrico non contigit Justinopolitanis*
,, *novum Præsulem statuere, seu quod ipse ante Wer-*
,, *nardum obiisset, seu quod defuncto VVernardo pau-*
,, *peris mensæ redditus ordinando Episcopo non suf-*
,, *ficerent. Id præstitit Udalrici successor Gothifre-*
,, *dus, qui, cum mortuo VVernardo Almericus Po-*
,, *testas, & Consules Justinopolitani an. 1186. pin-*
,, *guiorem censum futuris Episcopis addixissent, ut*

R con-

(1) S. Nazarium diu ante an. 601. hanc Ecclesiam rexisse illud argumento est, quod ejus corpus eodem anno 601. inventum esse docent antiquæ scripturæ apud Ms. Auctorem historiæ Norici, ut testatur Schonlebius in Annal. Carnioliæ par. 3. Putat igitur Schonlebius, eumque sequitur Naldinus S. Nazarium fuisse illum Episcopum, quem Joannes Papa ordinasse fertur primum hujus loci Episcopum, satagente Justino imperatore circa an. Christi 524. Certe ex ejus corporis inventione constat Joanni in hac serie [illegible].

constat ex inde confecto instrumento à Naldino in descriptione hujus urbis relato pag. 65. anno sequuti 1187. in Præsulem Iustinopolitanum Aldegarium elegit, & sacravit. Ex his patet quam gratis subjungat Ughellus Anonymum quemdam ab Alexandro III. creatum fuisse Iustinopolitanum Episcopum an. 1166. & quomodo intelligenda sint, quæ refert, Danduli verba.

3 N. post restitutam Episcopalem dignitatem, fit Episcopus ab Alexandro III. Papa circa annum 1166. ut refert Andreas Dandulus in Chronic. *Papa etiam* (inquit) *Iustinopolitanam urbem, quæ jam diu Cathedrali sede privata fuerat, ad supplicationem Ducis Venetiarum, cujus fideles erant, in integrum restituit, & Episcopum eis dedit.*

VI. 4 ARDECARIUS 1187. (,, *Ardicarius igitur, seu Aldicarius, vel Aldigerus post diutinã vacationem proprii Antistitis hujus Ecclesiæ Pastor constitutus est an. circiter 1187. In qua sede ultra annum 1211 vitum protraxit: nam an. 1212. mense Junio ejus hortatu compositæ fuerunt controversiæ de redditibus Ecclesiæ S. Mauri de Insula exortæ inter Cathedralis Canonicos, & Clericos de Insula, ut testatur sequens documentum ex præfatis Episcopi Zeni Schedis excerptum.*

In nomine Domini Dei Æterni Amen. Anno Dom. 1212. mensis Junii die 3. Ind. XIV. actum in civitate Justinopolis in Choro majoris Ecclesiæ S. Mariæ in præsentia testium, quorum nomina dicentur inferius. Clerici de Insula, vid. Petrus Mag. Scholę, ac Chori, nec non Joannes presbyter rogaverunt me Andrieum notarium scribere Canonicis Justinopolitanæ Ecclesiæ pręsentibus, & futuris, cartulam securitatis, & recordationis perpetuis temporibus ad memoriam retinendam propter controversiam, quæ vertebatur inter ipsos ex hoc quod Canonici Justinopolitani expulerant ipsos de Capella eorum S. Mauri, ne in ipsa divina celebrent. Tandem relicto errore, & placitum quod fuerat ex hoc inter ipsos ad amicabilem compositionem ex utraque parte devenerunt. Ita quod Canonici Justinopolitanæ Ecclesiæ, & eorum successores deinceps habere, & possidere in perpetuum debeant totum quarterium de Insula frumenti, & vini, nec non primitias casei, & agnorum, atque puliorum ejusdem loci ad Ecclesiam pertinentes solito more, ut ipsi, & prædecessores eorum per antiquitatem habuerunt, & possederunt. Item habere debeant Canonici Justinopol. à præfatis Clericis Insulæ, & ab eorum successoribus annuatim ad festum S. Martini in perpetuum quatuor libras veri denarii sub pœna dupli quocumque anno eis solvere refutaverint. Ab ipsis rursus debent habere ipsi Canonici Justinopolitani medietatem totius offersionis festivitatis S. Mauri, & S. Donati, & S. Sixti solito more, ut ipsi & prædecessores eorum habuerunt, & possederunt per antiquitatem, ut prædictum est. Aliud autem beneficium Ecclesiasticum totum, quod hic designatum non est, vivorum, & mortuorum debent habere prænominati Clerici de Insula, & successores eorum in perpetuum. Si igitur Canonici Justinopol. Ecclesiæ præsentes, vel futuri statutum pactum deinceps inviolabiliter præfatis Clericis Insulæ, & eorum successoribus conservare noluerint, vel ultra hoc quod prædictum est, inter ipsos requirere tentaverint, auri optimi libram unam eis, vel successoribus eorum se cum successoribus ipsorum compositures fieri obligaverunt. Et versa vice si supradicti Clerici de Insula, vel eorum successores præscriptum pactum dictis Justinopol. Canonicis præsentibus, & futuris deinceps firmum, & inviolabile conservare, & adimplere contempserint, eadem pœna unius libræ optimi auri eis compostituros se cum posteris ipsorum fieri obligaverunt. Si igitur supradictos Canonicos Justinopol. nec non præfatos Clericos Insulæ, qui hęc fieri, & scribere de voluntate utrinsque partis consentiente D. Aldigero Episcopo eorum rogaverunt. Hujus enim rei sunt testes Angelus Abbas S. Mariæ de Cereto, VValterius presb. S. Martini, Bonajoncta magister q. Matiæ, Joannes Cavalerius, Aldaperius de Deo, Aldaperius de Andrico Notarius, Joannes Paternus, qui dicitur Regnardus de Ambrosio, & alii.

Ego Andrieus Justinopol. Notarius intersui rogatus ex utraque parte, & hoc manu mea propria scripsi.)

VII. 5 ABSALON 1211. [,, *Absalon non nisi anno saltem 1212. hanc Cathedram conscendit. Anno 1222. Parochialem Ecclesiam S. Georgii in Poninno consecravit, ut sequens edocet monumentum.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno Dom. MCCXXII. mensis Aprilis 16. die intrante D. Episcopus Absalon Justinopol. consecravit istam Ecclesiam ad laudem, & gloriam nominis Dei Omnipotentis, ac victoriosissimæ Crucis, & Beatiss. Mariæ Virginis, & specialiter in honorem S. Georgii Martyris, in cujus nomine hæc Ecclesia est ædificata, & in honorem B. Martini Episcop. & B. Stephani Prothom. & BB. Martyrum Jo & Pauli.

Alteram item solemni ritu Deo, & B. Servulo dicavit Ecclesiam an. 1225. En documentum, quod in rei fidem ipse jussit exscribi.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno Dom. MCCXXV. Indict. VIII. die 21. mensis Octobris. Rev. in Christo pater, & D. D. A. Dei gratia Justinopolitanus Episcopus consecravit istam Ecclesiam B. Servuli Martyris Christi, & ejus altare ad laudem, & gloriam nominis Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ Matris ejus, nec non B. Servuli prædicti, & aliorum Sanctorum, in cujus altare positę fuerunt reliquiæ infrascriptorum Sanctorum, videl. de ligno Domini, de sepulchro Domini, de pallio S. Mariæ, de sanguine Jo. Baptistæ, de S. Margarita, de S. Maximo, de S. Jacobo Zebedæo, de oleo olivi montis Oliveti, de S. Servulo, & in hujus rei testimonio jussit præsens scriptum à tergo sui sigilli inscriptione muniri.

VIII. 6 CONRADUS 1260. In monumentis Canonicorum Aquilejen. memoratur (,, *Conradus Canonicus Aquilejensis Justinopol. Episcopus efficitur ab Innocentio IV. an. 1245. de quo in præfatis Schedis hæc habetur memoria, unde & duo proxime allata desumpsimus.* Anno Domini MCCLVII. Ind. XIV. hoc altare consecratum est S. & individuæ Trinitatis, & salutiferæ Crucis, & perpetuæ Virginis Dei Genetricis Mariæ. In principali altari conditæ sunt hæ reliquiæ, de Cruce, de Sepulcro, de lecto, de pane Domini, de veste S. Marię, & de capillis ejus, de virga Aaron, de baculo S. Jo: Evangelistę, de S. Barnaba Apostolo, de S. Laurentio, de S. Valentino, de S. Niceforo, de S. Russo, de S. Maximo, de S. Projecto, de S. Eremo, de S. Bonifacio Archiepiscopo, de S. Agata. Actum est hoc à D. Corrado Dei gratia Justinopolitano Episcopo in præsentia D. Vig. Dei gratia Polen. Episcopi, Arlongi Tergestini Episcopi, Octonis Parentini Episcopi, & Bonaccursi Aemonien. Episcopi.

Anno verò 1265. facultatem dedit Fratribus Minoribus violandi, & destruendi Ecclesiam B. Francisci, ut eius lapidibus, & lignis ad novæ Ecclesiæ, cujus ipse primum lapidem jecerat, complendum ædificium uti possent, hoc edito decreto, quod licet à Naldino in hujus urbis descript. prolatum non pigeat hic referre.

Conradus miseratione divina Justinopolitanus Episcopus universis Christi fidelibus has literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Notum sit omnibus, quod cum dilecti nobis in Christo fratres Minores in Civitate Justinopolitana commorantes locum suæ

habitationi congruum non haberent, Communitas Justinopolitana eorum necessitati compatiens, terram assignavit eisdem in loco, qui *Caprile* dicitur, pro Ecclesia, & aliis domibus sibi necessariis faciendis, in quo loco jam dudum primarium lapidem posuimus pro Ecclesia facienda. Verum cum prædicti Fratres utpote pro Christo pauperes non habeant, unde opus inceptum possint producere ad perfectum, & in civitate Justinopolitana superfluas Ecclesias habeamus, nos authoritate nostra licentiam eisdem damus violandi, & destruendi Ecclesiam, quę in loco, ubi nunc habitant, in honorem B. Francisci fuerat fabricata, & ponendi lapides, & lignamina Ecclesiæ jam dictę in ædificio Ecclesiæ jam inceptæ in loco Caprili, cui, ut diximus, posuimus primarium fundamentum, vel in Dormitorio, seu aliis officinis honestis, prout melius eis videbitur expedire, volentes, ut dictæ Ecclesiæ, quæ ambæ in honorem B. Francisci fundatæ fuerunt, uniantur in una. In cujus rei testimonium præsentes literas eisdem fratribus sigilli nostri munimine dedimus roborandas ann. Dom. 1265. 3. Kal. Ianuarii.

His, & aliis, quibus Conradus Fratres Minores prosecutus est, charitatis officiis commotus Clemens IV. hanc illi gratias agens, & iterum Fratres commendans scripsit anno sequenti Epistolam.

Clemens Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Justinopolitano salutem, & Apostolicam benedictionem. Exultante spiritu de tua sinceritate percepimus, quod ipsa piis operibus diligenter intendit, & personas divinis insistentes obsequiis, libenter recreat dulcedine charitatis; prout ex eo patenter agnoscitur, quod sicut dilecti filii Guardianus, & fratres Justinopolitan. Ord. Min. nobis significare curarunt. Tu pie considerans, quod ipsi in loco, in quo hactenus permanebant, non poterant commode commorari, eis transferendi se ad locum alium eis congruum *Caprile* vulgariter appellatum, quem cives Justinopolitani contulerunt eisdem intuitu pietatis liberaliter concessisti licentiam, & primarium ad hoc lapidem tribuisti. De his siquidem, & quampluribus aliis charitativis beneficiis eisdem Guardiano, & fratribus, ut asserunt, à te pia benignitate collatis, tibi condignas in Domino gratias referentes, fraternitatem tuam attentius rogandam duximus, & monendam, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus hujusmodi tuum pium affectum circa dictum Guardianum, & fratres, non solum continuans, sed augmentans eos pro Apostolicæ sedis, & nostra reverentia propensius habeas commendatos, teque ipsis exhibeas in opportuno favore munificum, ac suis opportunitatibus gratiosum non permittas eos ab aliquibus tibi subditis, quantum in te fuerit, indebite molestari; ita quod ipsis de hujusmodi nostris precibus, & mandato se optatum commodum reportasse gaudentibus nos tuam sinceritatem exinde dignis in Domino laudibus commendemus.

Datum Viterbii 3. Octob. Pontificatus nostri anno secundo.

Hoc eodem anno 1266. Monialibus S. Antonii de Torcello decimas remisit, quas solvere Iustinopolitano Episcopatui tenebantur pro prædiis in Pirani territorio ab eisdem possessis, imposito tamen tenuis census onere, ut sequens proloquitur scriptura ex regesto ejusdem Monasterii desumpta.

Conradus divina miseratione Justinopolitanus Episcopus religiosis & honestis Dominabus Abbatissæ & Conventui Monasterii S. Antonii Torcellanæ diœcesis salutem & æternam in Domino charitatem. Si Christi fideles toto corde perquirant per viam salutis procedere, ut ad vitam pervenire valeant sempiternam, necessario expedit, ut bonis & piis intendant operibus, & præcipuè charitati. Cum igitur in territorio plebis de Pirano nostræ diœcesis quasdam possessiones, & vineas habeatis, de quibus nobis, & Ecclesiæ nostræ decimas solvere tenemini, nos volentes vobis, & Monasterio vestro de ipsis decimis pietatis intuitu, & pro remedio animarum prędecessorum & successorum nostrorum, & nostræ de consensu & voluntate nostri Capituli facere gratiam specialem, vobis, & Monasterio vestro damus, donamus, concedimus, & transigimus, & in perpetuum cum omni plenitudine juris canonici, & civilis remittimus; ita quod de possessionibus, & vineis, quas in nostra diœcesi habetis, tenetis, & possidetis, & deinceps contigerit vos habere, tenere, & possidere, nobis, & Ecclesiæ nostræ solvere decimas non teneamini de cætero: verumtamen in festo S. Mariæ mensis Septembris volumus, quod nobis, & successoribus nostris unam libram piperis census nomine persolvatis: nos autem remisimus, & remittimus vobis, & Monasterio vestro decimas, & eximimus possessiones vestras à solutione & omni in perpetuum onere decimarum, renunciantes omnibus appellationibus factis, & faciendis, exceptionibus propositis & proponendis, literis impetratis, & impetrandis, beneficio restitutionis in integrum allegando nos fore circumventos, & omni juris canonici & civilis auxilio nobis, & successoribus nostris competente, & competituro. Ut autem præsenti paginæ, seu privilegio fides certior habeatur, per manum Vitalis infrascripti Notarii præsens scriptum mandavimus roborari, ipsum nostri, & Capituli nostri sigillorum caractere muniente. Datum in nostro Episcopali palatio anno Domini MCCLXVI. Indict. IX. die undecimo intrante mense Novembri præsentibus D. presb. Leonardo Plebano de Pirano, D. Valcono de Ziglago, mag. Tomasino grammatico ad hæc testibus vocatis, & rogatis.

Ego Vitalis filius Menteclarii Justinopol. & inclyti Ccss. Marchionis Notarius his præsens interfui, & rogatus de mandato dicti D. Episcopi & spontaneo consensu complevi & roboravi.]

(AZO *Justinopolitanus Episcopus anno 1271. 18. Januarii electus arbiter controversias dijudicavit Buleenses inter, & Hamagi incolas vertentes, ut testatur Thomasinus in Histriæ Commentariis Mss. licet Naldinus in hujus urbis descript. p. 85. Azonem hunc cum sequenti Pagone eumdem esse putet.*) IX.

7 PAGO 1275. & anno 1283. Hunc Episc. Commendatarium fuisse reperio. X.

(BONUS *Pago, seu Papo Azoni successit circa an. 1275. Interfuit anno 1281. synodo Aquilejensi, quam Raymundus Patriarcha celebravit, ut narrat Palladius hist. Forojul. p. 262.*)

(VITALIS *Simeon circa an. 1291. Bono suffectus est, adfuitque Aquilejæ anno 1296. dum componerentur discordiæ, quæ jurisdict. ergo fervebant inter Raymundum Turrianum Patriarcham Aquilejen. & Brissam de Toppo Tergestinum Episcopum.* Naldinus. *Anno 1299. interfuit refutationi Castri Invilini factæ coram Raymundo Patriarcha ab Artuico de Castello.*) XI.

8 Fr. PETRUS Manolessus ex Ordine Minorum hujus Ecclesiæ Antistes 1313. Conditus jacet in Ecclesia S. Francisci hujus civitatis, cum sequenti brevi epitaphio. XII.

Hic jacet Fr. Petrus Manolessus Ord. Fratrum Minorum, quondam Episcopus Iustinopolitanus.

(*Anno jam 1301. die 4. mensis Novembris sedebat in hac Cathedra Manolessus; eo siquidem tempore sororibus Cellæ Iustinopolitanæ indulsit, ut S. Claræ institutum profiteri possent, easque à jurisdictione Episcopi Iustinopol. exemit. Documentum refertur à Naldino pag. 221.*)

9 THOMASINUS præfuit 1318. de quo etiam memoria extat anno 1321. XII.

(*Thomasinus, e familia Contarena Venetus, defuncto Manolesso, hujus Ecclesiæ regendas suscepit habenas anno saltem 1317. Cujus Aprili die*

s. Colmano, & Simoni fratribus de Vergerio Padenæ, & Villæ novæ decimas, quas Celinus q. Ugolini de Sabino eidem resignaverat, in feudum concessit. In cujus rei fidem confectum est sequens publicum instrumentum, quod ex sæpe citatis Zeni schedis hic exhibeo.

In an. Dom. 1317. Ind. XV. Actum Justinopoli in Episcopatu die 5. mensis Aprilis præsentibus D. Jacomino de Placentia infrascripti D. Episcopi Vicario, D Presb. Forti Dugerio Canonico Justinopol. presb. Nicolao q. Guidoboni, Marco Contarino Canonico Ecclesiæ S. Marci de Venetiis, Anrico q. D. Joseph de Ralmi, & aliis, Constitutus in præsentia R. P. & DD. Thomasini dei gratia Episc. Justinopol. Celinus q. Ugolini de Sabino, non per errorem, vel circumventionem aliquam, sed suo proprio motu, & spontanea voluntate, non coactus, sed ex certa scientia per se, suosque hæredes, & successores in manibus dicti D. Episcopi recipientis pro se, & successoribus suis refutavit, renunciavit, ac libere resignavit integre decimam totius villæ de Padena positæ in districtu Justinopolis, ac integre decimam totius villæ, quæ villa nova, seu Mauripina nuncupatur, posita in eodem districtu, & omnia jura, jurisdictiones, honores, & honorificentias pertinentes dictis decimis, & cuilibet ipsarum, quas quidem decimas prædictus Celinus habebat, & possidebat, sive Antecessores ejus usi sunt, habuisse & possedisse in feudum per multum tempus ab Episcopatu, & Ecclesia Justinopolitana, ut ostendebat per publica instrumenta, & sibi evenerunt, sive deciderant hæreditario sive successorio nomine olim D. Almerici de Sabinis militis avi sui. Qua refutatione, sive resignatione suscepta idem D. Episcopus considerans devotionem, & fidem, quam Colmanus de Vergerio, nec non & Simon frater ejus ad ipsum, & Episcopatum Justinop. gerebant, ac munera, & obsequia per ipsos fratres, & illos de domo sua hactenus exhibita, & præstita dicto Episcopatui, volens eisdem, & cuilibet eorumdem bene suis exigentibus meritis respondere, ut de cætero ipsi, & alii pro honore, & utilitate ejusdem Episcopatus fortiter animentur, cum suo annulo, quem tenebat in manibus per se, suosque successores jure recti, & legalis feudi dictum Colmanum, & Simonem de Vergerio fratres, stantes flexis genibus coram eo, & quemlibet ipsorum pro se, & eorum liberis hæredibus integre de decimis dictarum villarum, videl. de Padena, & Villanova, seu Mauresina, & qualibet ipsarum, & omni jure feudi pertinenti dictis decimis, & cuilibet ipsarum præsentialiter, & personaliter investivit; ita tamen quod prædicti Colmanus, & Simon, & quilibet ipsorum, & eorumlibet hæredes, & successores, & cuilibet ipsorum integrè decimas prædictarum villarum, & cuilibet ipsarum, & jus feudi pertinens, honores, honorificentias, jura, jurisdictiones, & usufructus quocumque modo, vel jure spectantes, sive pertinentes eisdem decimis, & cuilibet earumdem, in se habeant, teneant, & possideant, & gaudeant ad eorum commodum, & utilitatem perpetuo, quemadmodum supradictus Celinus, sive antecessores cui retroactis temporibus faciebant absque aliqua contradictione ipsius D. Episcopi, & successorum suorum, & cuilibet alterius hujusmodi personæ; quam quidem resignationem, & investitionem idem D. Episcopus per se, suosque successores prædicto Colmano, & Simoni, & eorum liberis, hæredibus, seu successoribus promisit firmam, gratam, & ratam habere, perpetuoque tenere, & non contrafacere, vel venire per se, vel alios aliqua occasione, vel exceptione. Pro qua vero investitione nominati Colmanus, & Simon, & quilibet eorum prædicto D. Episcopo præstiterunt fidelitatis debitum juramentum, sicut boni vassalli suo Domino facere consueverunt, promittentes facere, & exercere ea, quæ in capitulo fidelitatis vassallorum continentur. Insuper prædictus D. Episcopus commisit supradictis Marco Contareno, & Artuyço, & cuilibet eorum, ipsosque, & quemlibet ipsorum ad hoc nuncios constituit speciales, quatenus eant, & dictum Colmanum, & Simonem, & quemlibet ipsorum integrè de decimis ipsarum villarum juxta investitionem hujusmodi in tenutam, & corporalem possessionem induant, adhibentes solemnitates, quæ in talibus consueverunt haberi, facientes nihilominus de tali inductione fieri publicum instrumentum.

Ego Zanettus de Urso Vicedominus ss.

Ego Franciscus de Berro Vicedom. ss.

Ego Presb. Michael de Justino Canonicus Justinopol. Imperiali authoritate notarius, & ipsius D. Episcopi scriba prædictæ resignationi, & investitioni præsens fui, & de mandato ejusdem D. Episcopi publicam in formam redegi, meoque signo consueto, & nomine proprio roboravi.

Anno vero 1319. S. Udalrici Ecclesiam solemniter consecravit, de qua re hoc voluit publicum extare monumentum.

Anno Dom. 1319. Ind 2. die Dominico 21. Octob. consecrata fuit Ecclesia cum Altare s. Udarlici de Justinopoli in porta Brazallo per Ven. P. D. Thomasinum Contarenum Dei gratia Justinopol. Episcopum ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis, nec non sanctorum, quorum .... reliquiæ servantur, quæ ipso die ibi inventæ fuerunt in altare cum cedula scripta sigillo apposito olim bo. mem. D. Absalonis Justinopolitani Episcopi, cujus tenor ..... est.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. An. Dom. 1251. Ind. IX. 13. die exeunte Aprili die Dominico tempore D. Absalonis Justinop. Episcopi consecrata est Ecclesia S. Udalrici vocabulo. Hæc sunt reliquiæ, quæ fuerunt ibi ipso die inventæ: in primis de Cruce Domini, & de S. Sepulchro ejus: nec non & de S. Marco Evangelista, postea de S. Stephano, & aliorum martyrum Laurentii, Viti, Hyppoliti, Hermacoræ, Justi, & S. Agnetis, Barbaræ, & S. Gregorii Papæ, S. Christophori p. & m. Lamberti... & de stola S. Udalrici Episcopi, & de reliquiis Ss Mm. Innocentium, & S. Andreæ. In cujus rei testimonium suprascriptus D. Thomasinus Episcopus suum sigillum apposuit.

Sed & anno 1324. die 18. mensis Martii Ecclesiam S. Andreæ de Pirano, & anno 1327. die 24. Aprilis Ecclesiam S. Mariæ de Sexe festo ritu dedicavit. Postremæ hujus sacræ solemnitatis Epigraphen liceat hic referre ad tollendum Naldini errorem, qui asserit Thomasinum obiisse anno 1325. Illa vero sequentis est tenoris.

Rev. in Christo Pater, & D. D. Thomasinus Dei gratia Episcopus Justinopolitanus consecravit hanc Ecclesiam B. Mariæ de Sexe ad ipsius B. Virginis laudem, & honorem, & cum reliquiis infrascriptorum Sanctorum, videl. S. Andreæ, S. Thomæ Apostolorum, & S. Christophori m. quæ positæ sunt in isto altari..., millesimo.... viges.... Indict. x. die 24. mensis Aprilis.

Ab Indictione decima facile est supplere annorum numerum, quorum partem in hac inscriptione tempus edax absumpsit, & scribere an. 1327. in quem incidit decima indictio. Paulò vero post decessisse Thomasinum colligitur ex successore Ugone.]

10 Fr. UGHO (*de Vicentia Ord. Prædicatorum ex Priore Provinciali provinciæ Lombardiæ inferioris.* Fontan. in Theatr.) electus 1328. ex libr. Provis. Prælat. Translatus ad Mazariensem Ecclesiam in Sicilia anno 1335. ex Regest. Vatic. XIV.

11 MARCUS Semiteculus Venetus, Canonicus XV.

cus S. Marci, ad hanc sedem promotus anno 1335. 6. Kal. Decemb. ex Regest. Vatic. E. 569. ann. 1. Defunctus est in civitate Arausieosi io Gallia anno 1347.

XVI. 12 URSUS Delphinos Venetus, ex Rectore S. Jacobi de Rivoalto, adlectus est 1347. Brevis Pontifex fuit, translatus ad Creteosem Metropolitanam aono 1349. 3. Kal. Aprilis ex Regest. Vatic. E. 258. f. 125. ano. 7. Clementis 6.

XVII. 13 FRANCISCUS Quirinus Venetus, plebanus S. Mariæ de Formosa, electus anno 1349. die 3. Kal. Aprilis, inde translatus est ad Archiepiscopatum Cretensem anno 1363. (1) 3. Noo. Julii, ex Reg. Vatic.

XVIII 14 LUDOVICUS Maurocenus, nobilis Venetus, ad eandem sedem evectus aono 1363. 17. Kalen. Novembris. Quam ille Ecclesiam administravit osque ad annom 1390. Deinde traoslatus est ad Motonensem Episcopatum, ot habetur ex eodem lib.

XIX. 15 JOANNES Laoredaous nobilis Venetus, S. Marci Primicerius, eadem die, qua Maurocenus ad Motonensem sedem fuit translatus, quæ fuit 11. Kalen. Decembris, aono 1390. hujus Ecclesiæ Episc. electus est, eamque rexit osqoe ad an. 1411. dieque 22. meosis Aprilis e vita discessit. Sepultus est io Cathedrali sub marmorea tabula pavimeoto affixa, in qua incisum epitaphiom legebatur, cojus hodie partem inambulaotium gressus deleverunt.

Hic jacet Antistes Venetus, clarusque Joannes
Quo Laurедano titulis Domus alta refulget
Mille quatercentos undenos cursus habebat.
Vigintique duos mensis claudebat Aprilis.

(„ *Defuncto Joanne Cathedralis Canonici Bartholomæum de Recuperatis, D. Marci Primicerium Præsulem elegerunt. Quod cum Michaeli Steno Venetiarum Duci per Nuncios illi significassent, Dux Canonicis hanc scripsit Epistolam.*

„ Michael Steoo Dei gratia Dux Veoetiarum &c. Venerabilibus viris Decano, Canooicis, & Capitulo Ecclesiæ civitatis Justinopolis amicis dilectis salotem, & sinceræ dilectionis affectum. Venerabiles viri presbyteri Saoctus, & Jacobus Canonici Ecclesiæ Justinopolitanæ, quos de intentione vestra, & vestri Capituli plenarie informatos, & cum vestris literis credulitatis ad nostram præsentiam destinastis, retulerunt, & ordinate, ac sapienter exposuerunt nobis electiooem factam de R. in Christo P. D. B. de Recuperatis primicerio nostro S. Marci ad Episcopatum Ecclesiæ vestræ Jostinopol. quæ relatio, & expositio dictorum Nunciorum vestrorum placuit nobis valde, unde providebimus super inde, prout nobis videbitor opportuoum.

„ Datum io nostro Ducali Palatio die XXVIII. Aprilis 4. Indict. MCCCCXI.

„ *Verum electioni non annuit Pontifex Joannes XXIII. qui sequentem Zenum in vacantem sedem immisit.*)

16 CHRISTOPHORUS Zeoo nobilis Venetus, ex Clodiensi Episcopo, Justinopolitanus evasit anno 1411. die 16. mens. Junii. Decessit 1420. XX.

17 HYEREMIAS de Pola Canonicus, & Decanus Cathedralis subrogatus est an. 1420. 4. Non. Decemb. Decessit 1424. sepultusque est io Cathedrali, ubi adhuc extat tabula marmorea, cum ejusdem gentilitiis stemmatibus, & epitaphio, quæ ingredieotium exederunt vestigia. XXI

18 Fr. MARTINUS de Bernardinis, Prior S. Salvatoris Veoetiarum ex Ordine S. Augustini, hanc eandem sedem consecutus est aono 1424. prid. Id. Julii, indeque translatus fuit ad Eccl. Motoneosem. XXII.

19 FRANCISCUS *a* („ *Servandi, seu de Blondis Florentinus, ordinis Prædicatorum.*) Episcopus Arbensem Ecclesiam cum hac commutavit 1428. 7. Kal. Martii. Sedit viginti aonos, decessitque 1448. (2) XXIII

a De ea Fontana in Theat. Dom. p. 261. Mandos.

20 GABRIEL Gabrielius nobilis Venetus, ex Motonensi, Jostinopolitaous evasit Episcopus ao. 1448. XIII. Kaleo. Maii, ex cessiooe Pauli de Pergula, qui vocatus, atque electus post Fraociscum, eam curam cootempsit subire. XXIV

(„ *Fallitur Naldinus, dum censet sequentem BagnaCaballum hac infula decoratum fuisse an. 1468. nam adhuc in vivis fuisse Gabrielium, hancque Ecclesiam rexisse anno 1471. testatur hoc Altaris Ss. Thomæ, Philippi, & Jacobi consecrationis monumentum.*

„ Anno Domini 1471. Indict. IV. die 1. m. Maii. Rev. io Christo pater, & DD. Gabriel Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Jostinopol. consecravit hoc altare io honorem Dei, gloriosæ Virginis Mariæ, & omoiom Sanctorum, ad nomen, & memoriam Ss. Thomæ, Philippi, & Jacobi, in quo altari recondidit de reliquiis Ss. Stephaoi prothom. Leonis Papæ, & Maximiani cum impressioue sui pontificalis sigilli.)

21 PETRUM Bagnacaballum Gabriel successorem excepit. („ *Si quadriennio præfuit, ut vult Naldinus, electus fuit an. 1471. obiit 1475.*) XXV.

22 SIMON *b* de Montona hanc Ecclesiam suscepit regendam 1475. Hic ille idem est, qui etiam Patrassi Archiepiscopus fuit. Romæ decessit 1482. meose Augusto. XXVI

b E familia Vosch ...

23 JACOBUS Valaressus nobilis Venetus, Maphæi Archiepiscopi Jadrensis frater, Prothonotarios XXVII

(1) Inter sæpe citatas Episcopi Zeni schedas sequens Ecclesiæ S. Matthæi de Pisano consecrationis ab hoc Quirino peractæ documentum inveni. *Noverint universi præsentes literas inspecturi, quod nos Franciscus Quirino Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Justinopol. die Martis solemnitatis S. Georgii 24. mensis Aprilis ad honorem Ss. Trinitatis Patris, Filii, & Spiritus S. & gloriosæ Virg. Mariæ, & gloriosi Apostoli, & Evangelistæ S. Matthæi, totiusque Curiæ cœlestis hanc Ecclesiam, & altare sub vocabulo ejusdem Apostoli, & Evangelistæ erectas dedicavimus, & consecravimus secundum ritum Ecclesiæ Romanæ consuetum. In quo quidem altari posita fuerunt reliquiæ infrascriptorum sanctorum videl. S. Matthæi Apostoli, & Evangel. Ss. Hermagoræ, & Fortunati, item S. Marci Papæ, S. Quirini Episc. & martyris, Ss. septem fratrum, Ss. Priscæ, & Aquilæ, aliorumque sanctorum. In quorum testimonium præsentes jussimus sigilli impressione muniri. Datum in Ecclesia suprascripta die suprascripta sub anno Dom. 1364. Indict. 2.*

(2) Ughellus in Pompis Senensibus Nicolaum Rocchium Senensem, Vallisumbrosæ Monachum ab Eugenio IV. Episcopum Justinopolitanum creatum asserit. At cum Eugenius IV. sederit Pontifex ab an. 1431. ad 1447. nullus fuit regnante Eugenio locus electioni hujus Nicolai, cum hæc cathedra non vacaverit ab an. 1428. quo ad eam transiit Franciscus Arbensis Episcopus, ad 1448. quo obiit; si rectus est Ughelli computus.

rius Apostolicus, suffectus est 1482 die 30. mensis Augusti. Hic non modo Venetæ Reipublicæ nomine, sed etiam Romanorum Pontificum de maximis rebus obivit Legationes. Patriarchatum Aquilejensem suscepit regendum, dum inter Hermolaum Barbarum, atque Donatum lis penderet, ut supra narravimus. Mortuus est Valaressus anno 1503. die 9. mensis Martii; sepultusque est in sua Cathedrali in sepulchro, quod sibi vivens paraverat; cum hac inscriptione. A

Jacobus Valaressus Georgii filius, patritius Venetus, Pontifex Iustinopolitanus, post munerum variorum pro sancta Romana Ecclesia felicem administrationem, humanæ sortis memor, hunc ossibus suis quietis locum, adhuc vivens, præstruendum curavit, anno Christianæ salutis M.CCCC LXXXV.

XXVIII. 24 BARTHOLOMÆUS Assonica (1) Bergomensis ad hanc sedem fuit promotus anno 1503. Fato cessit 1529. mense Aprili. Lateranense Concilium sub X. Leone suo suffragio juvit anno 1513. B

XXIX 25 DEFENDENS de Valvasoriis Bergomensis hanc eandem tenuit sedem 1529. Fuit consecratus in Pontificio sacello à Gabriele Archiepiscopo Dyrrachiensi sacrista die 18. Julii ejusdem anni: assistentibus Nepesino, & Veglensi Episcopis. Hic extitit Petri Lippomani Bergomensis Episcopi suffraganeus. Hujus meminit Achilles Mutius in suo Theatro Bergomensi parte 6. Sed male scripsit eum Polensem fuisse Episcopum, sic,

Te aeque Valvasor frustra Defendt Polani,
Pontificum in sacris præposuere sibi.

De quo in Vinea Bergomensi. („ *Obiit Bergomi* „ *1536. die 28. Octobris.* Naldinus.)

XXX 26 PETRUS PAULUS Vergerius Justinopol. civis, affinis illius alterius Petri Pauli Vergerii nunquam satis laudati viri, qui temporibus Carrariensium Patavii floruit, inclaruitque præclaris editis monumentis. Hic itaque junior cum seniore illo Vergerio visus est de virtute certare, sic ut in Aula Romana notus, ex missu primum Clementis VII. mox & Pauli III. in Germaniam sit profectus, C cogniturus genus hæresis, capita, progressus, authoresque, qui illam Christianis sacris convulsis, inter rudem plebem, populumque spargebant. Sedulo præstitit, quod illi fuerat imperatum, reversusque Romam, tanquam de re Christiana optimè meritus, hæresumque hostis acerrimus, ad Justinopolitanam sedem provectus est à Paulo III. tanto Pontifice *a*. Pavit ille aliquamdiu sibi commissum gregem, tum exemplo, tum verbo, itaut provectiores mirarentur in juvene adeo pietatem adolevisse. Cæterum, cum minus oportuit, cœpit studium illud pietatis in Vergerio sensim languere; mox & fastidire cæteros, rarius adesse gregi, novis dogmatibus se totum dedere, sacris Christianis detrahere, novos ritus excogitare, serere de ea novitate in familiarium coronulis sermones. Ubi vero erroris socios aliquot cordatiores sibi conciliasset, palam imbellem, imperitamque aggredi plebem, ut bonam Insulæ partem, ut evenit, D ea lue inficeret. Exarsit scilicet ad triste nuntium Pontifex, ictumque religionis zelo deturbavit de sede 1548. Ille Genevam, mox Tubingam profugit, ubi & libidinis servus, mancipiumque fœdissimi erroris, misere vitam finivit die 4. Octobris 1565. relictis monumentis erroris, quæ etiam vivens ediderat: quibus refellendis doctissime in suis Vergerianis Hieronymus Mutius Justinopolitanus in controversiis fidei bene versatus, strinxit stylum, tanto in concivem devium, populumque Justinopolitanum pietatis ardore, ut mirum fuerit tot rationibus convictum, nec resipuisse, neque rediisse transfugam. Pari cum Vergerio fratre germano impietate laboravit Joan. Baptista Episcopus Polensis, patem-

a An. 1536.

que à Romana Sede dedecoris tulit sententiam; omni etenim spoliatus honore, apostata, & erro vitam amisit. Hic videre licet, ex altiori sede jus dicentibus, lapsum graviorem plerumque imminere, nisi aliquando addiscant speratis honoribus vitæ moderationem præferre, sensuum rebellionem continenter retundere, vagæ, acrique menti frænos injicere. Quæ potissimum causæ istis Episcopis Vergeriis potuerunt esse ad impietatis castra deficiendi.

27 Fr. THOMAS Stella Ordinis Prædicatorum, XXXI („ *Venetus, Salpensis primum, mox*) Lavellinus antea Episcopus, vir longe doctissimus, ac probatissimis moribus, à Julio III. delectus est, qui Justinopolitanæ Ecclesiæ, jam duos ipsos annos ex lapsu Vergerii viduatæ, Antistes adjungeretur anno 1550. die 5. mensis Maii. Præstitit, quod volebat Pontifex, Thomas; eliminavit siquidem hæresim à suo antecessore disseminatam, ovesque continuit intra veræ pietatis cancellos, continentibusque concionibus habitis per omne tempus quo præfuit. Clerum optimè institutum habuit. Interfuit Tridentino Concilio: decessitque 1566. Inter alia monumenta, quæ reliquit, scripsit de Charitate Christi. Hujus meminit Mutius, cum illum per literas datum suæ patriæ successorem gratularetur. („ *& in Vergerianis l. 4. p. 185.* Mandosius.)

b An. 1549. die 31. Augusti, ut produnt Acta Consistor.

28 Fr. ADRIANUS *c* Valenticus, „ (*Venetus, & in patria Inquisitor contra hæreticam pravitatem,*) XXXII. ex Ordine Dominicano nobilis Theologus, Thomæ successit 1566. *d* Sex annorum tantum Pontifex fuit, cum eximiæ integritatis laude, exciditque radicitus quod Vergerius inique plantaverat, reliquitque scriptum de inquirendis hæreticis, & de Sacramento Eucharistiæ contra Calvinum.

c De eo altamura in Bibl. Domin. *Mandos.*
d Die 18. Febr.

29 ANTONIUS Helius, Justinopolitanus, XXXIII. olim Polensis Episcopus, tunc Patriarcha Hierosolymitanus, antiquæ probitatis Præsul in Concilio Tridentino clarus, & in Aula Romana maxime notus à Greg. XIII. adlectus est suæ patriæ Episcopus 1572. die 30. mensis Julij, rexitque per paucos annos maximo cum fructu patriam sedem. Decessitque 1576. jacet in Cathedrali, cujus tumulum posteri hoc elogio exornarunt.

Antonius Elia numquam moritura felicitatis mire omnibus morum integritate, candore, doct. præluxit. Neminem sacræ infulæ vel ardentius exquisiere, vel carius amplexatæ sunt, lucem se fœnerari arbitratæ. Summor. Pont. Clem. VII. Pauli III. & IV. sinu vix tandem abstractum, ubi intima animi sensa penitus hauriebat, Polensis Ecclesiæ, & Hierosolymitani subinde Patriarchatus sedes excepit. Trident. Synodus que adeo erudita pietate profuit, ut duobus Piis IV. & V. perquam charus evaserit: iisdemque chariss. ob revocatos Basil. Vatic. ritus, dum in ea Vicarius præfuit. Demum ut non unum haberet suarum virtutum testem, quem proferret posteris, à Gre-

(1) Bartholomæum hunc à Senica cognominant Scriptores Dominicani, eumque sui ordinis fuisse demonstrant adscriptum Catalogo Inquisitorum Brixiæ an. 1520. Virum scientia præclarum, & divini verbi præconem famosum, quem Leo X. tanquam Catholicæ fidei propugnaculum opposuit exurgenti impiissimo Luthero, Referendarium Apostolicum in Romana Curia enunciavit, & Generalem Inquisitorem ad Brixiensem Civitatem, & ejus districtum misit cum plena facultate contra insurgentes hæreses, de quo Fontana in Theatro Dom. in append. *Lucretius*.

Gregorio XIII. suprema Justinop. Eccl. dignitate decoratus, dum ad illius clavum sedulus sedet, vitam non tam exuit, quam induit meliorem Anno Dom. M.D.LXXVI. ætatis LXX. Christoph. Gravisius M. & Nicolaus Elius Christoph. F. Eccl. P. ut tanti viri meritum extaret, posteris P.C. Anno Domini M.DC.XXXXV.

XX XIV. 30 JOANNES Ingenierius, (*Venetus*) Jurisconsultus celebris, ad Justinopolitanam sedem subvectus est 1576. die 3. mensis Decembris. Inter alia ingenij sui monumenta, illud non sine curiositate reliquit legendum de cœlesti phynosomia. Decessit anno 1600.

XX XV. 31 Fr. HIERONYMUS Contarenus, nobilis Venetus, Ordinis Prædicatorum, ad hanc sedem adlectus anno 1600. die 15. Maji. Sedit laudabiliter an. 20. Obiit 1620. [,, *Scripsit in physicam Aristotelis & Theatrum totius orbis*. Naldinus.)

XV. XVI. 32 Fr. HIERONYMUS Ruscha, Patavinus, ejusdem Ord. Præd. alumnus, ex Episcopo Catharensi, Contareno successit anno 1620. die 29. Aprilis, relicto successore in Catharensi Ecclesia Jacobo Pamphilio Clodiensi. Decessit anno 1630. mense Februario *a*. dum Ecclesiæ suæ administrationi sedulo incumberet.

a Die 15.

XXX VII. 33 PETRUS Morarius, Clodiensis, ex Canonico Cathedralis, ab Urbano VIII. hujus Ecclesiæ Episcopus adlectus est an. 1630. die 9. mensis Maji. Qui Venetiis inauguratus est, cum illic debacchans contagium Romanum aditum præclusisset. Fuit Vicarius Parentini episcopatus antequam ad hanc assumeretur ecclesiam. Uterinum fratrem habuit Angelum cognomento Baronem, Episcopum Clodiensem. Cæterum nos huic uni acceptum referre debemus, quicquid de Justinopolitanis Præsulibus hic ex fide digessimus. Ut enim ille prudenter, cumque eximia probitatis laude Ecclesiam suam administrat, sic antecessores suos clarissimos viros ad exemplum gratæ posteritatis vellet æternitati donatos, quo æmula virtute, ad parem gloriam aditum sibi possit parare.

A D D I T I O.

(,, *Petrus Morarius ad hoc regimen assumptus dicitur in Actis Consistor. die 20 Septemb. 1632 Scripsit Italica lingua historiam rerum Clodiensium, quæ Ms. apud hæredes, & in Archivio Patriæ servatur. Decessit an. 1653. tumulatus in Ecclesia S. Alexandri cum hoc Epitaphio.*

,, Sepulchrum Petri Morari Episcopi.
O Pulchrum!
Cœli pro Patria mori.

XXX VIII. ,, BALTHASSAR *Bonifacius Rhodiginus, Adriensis Diœcesis, I.U.D. qui Archidiaconus, Vicarius Generalis, & pro sancta Inquisitione Consultor Tarvisinæ Ecclesiæ cum extitisset, hanc sedem obtinuit 24. Novembr. 1653. Plura reliquit ingenii sui monumenta, & Pastoralis regiminis anno sexto sui desiderium fecit sepultus in Cathedrali, ubi in Choro ad ejusdaudem hæc legitur inscriptio.*

,, Balthassari Bonifacio, Pontificum optimo, Literatorum maximo, qui pietate immensa distributionum mensam, Canonicatum, Clericatum suo ære instituendo, Ecclesiam sponsam inopem dotavit, ditavit, Canonici posuere.
MDCLX.

,, *Ad ejus verò tumulum secus Altare Epiphaniæ, quod ipse construendum curaverat, hæc prostat Epigraphe.*

,, Balthassaris Bonifacii Corniani, S. Theol. & J.U.D. Episcopi Justinopolitani, & Comitis, qui plurimos libros in utraque lingua conscripsit, quidquid fuerat mortale, hic ad pedes recens nati Salvatoris, ejusque Virginis matris humillime jacet. Vixit an. 75. Obiit
MDCLIX.

,, FRANCISCUS *Zeno, nobilis Civis, Canonicusque Cretensis, I.U.D. & Cretensis Archiepiscopi Vicarius generalis, sacra hac thiara donatus est 16. Februarii 1660. Pietate excelluit, & eruditione: atque una cum Philippo Thomasino Æmonien. Episcopo Commentaria Istorico geographica totius Histriæ libris octo descripsit, quæ Mss. sicut & multiplices doctissimi Præsulis schedæ apud eruditissimum ejus nepotem, clariss. virum Apostolum Zenum servantur. Ex his plura ad illustrandas Histrorum Episcoporum series decerpsimus. Obiit pijssimus Pontifex Venetiis die 14. Augusti 1680. in Ecclesia S. Francisci Minorum Observantium tumulatus.* XX XIX.

,, PETRUS ANTONIUS *Delphinus, Venetus Patritius, Patavinæ Ecclesiæ Archipresbyter, I.U.D. ad hanc dignitatem ascendit 19. Iunii 1684. quam brevi decedens dereliquit anno 1685. die 24. Aprilis. Tumulum accepit in Ecclesia Monialium S. Claræ cum hac inscriptione.* XL

,, Petrus Antonius Delphinus Patr. Ven. Episcopus Justinopolitanus novo Pontificatus mane, die Palmarum sub Vesperas, ut solemnius triumpharet, in ipso majestatis solio Apoplexi correptus, verius surrexit, quam cecidit.
MDCLXXXV.

,, Fr. PAULUS *Naldini, Patavinus, nobilis asceta Ord. Eremitarum S. Augustini, S. Theologiæ Magister, & in pluribus sui instituti muneribus eximie versatus, ad hunc thronum subvectus est 11. Martii 1686. Tum urbis, tum diœcesis Iustinopolitanæ Ecclesiasticam Chorographiam docte scripsit, ediditque Venetiis an. 1700. Hanc rexit Ecclesiam ad an. 1713. quo mense Aprili decessit.* XLI.

,, ANTONIUS *Maria Borromæus, nobilis Patavinus, ex sacra Clericorum Regularium Theatinorum familia, in qua Philosophiæ, & sacræ Theologiæ Lector, sacrarumque Canonum Professor extiterat, ac Ordinis præcipuis muneribus defunctus erat, ad Iustinopolitanam infulam assumptus est die 30. Augusti 1713. Vix Ecclesiam adeptus Episcopalem demum vetustate collabentem à fundamentis amplissime erexit, mensæ Episcopalis redditus auxit, disciplinam, doctrinamque Ecclesiasticam jam neglectam promovit: pergitque in dies & verbo, & exemplo ovibus sibi commissis utiliter præesse.*) XLII.

PARENTINI
EPISCOPI.



PARENTIUM Istriæ civitas, prope litus antiquitus ædificata, abest tribus p. m. à Nauporto, nunc Quieto fluvio, estque imposita Peninsulæ, & muris, ac turribus egregie munita, & portu ornata, cui parva objacet Insula cum antiqua turri rotunda, quæ nocturnis ignibus portum navigantibus monstrabat. Olim frequens ædificiis, ac populo erat, nunc vero desolata est, ac Incolis destituta, quippe qui [insalubri, ac deside expellente aere] per vicina castella sparsi morantur. Hanc anno Domini 1354. Genuenses Venetorum odio disipuerunt, atque incenderunt. Illius meminit Pto-

lo-

lomæus, Plinius, qui civitatem Romanorum eam appellat, Antoninus, Stephanos Epitomator, Paulus Diac. Corius, aliique non pauci. Venetorum ditionis est. Episcopatus Parentinus antiquus est, & suffraganeus Aquilejensis Patriarchæ. Eodem fere tempore, quo cæteræ finitimæ civitates, Parentium lucem suscepit Evangelij. Præsul Parentinus in Orseri castro jam olim sedem fixit, ibique politicam, civilemque potestatem exercet cum spirituali conjunctam. Hujusmodi Oppidum, quantum quidem attinet ad res ecclesiasticas, sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiicitur. Mensæ episcupalis census aureorum circiter trium millium, qui, præter cætera, colliguntur ex vectigalibus Orseri Castri; taxatur in lib. Cameræ Apost. flor. 80. Ampla satis diœcesis est, quæ partim Venetam, partim Austriacam ditionem attingit, magna ex parte Illyrica utens lingua, quæ natio eo est in hac diœcesi populosior, quod multi ex Turcarum tyrannide huc se recipiunt. Sunt in hac diœcesi collegiatæ & parochiales ecclesiæ perplures; virorum cœnobia multa, sed exigua. Populus in ditione Veneta totus Catholicus, in Austriaca aliquam labem ex hæreticorum vicinia contraxit. Per eam plura sparsa nobilia Castella visuntur, reliquiis SS. illustrata. In Rubiniana Collegiata corpus S. Euphemiæ Virginis, & Martyris honorifice asservatur, in pergrandi arca marmorea per manus Angelorum è Chalcedonia illuc delatum. In Oppido vero S. Laurentij, corpora SS. Martyrum requiescunt Victoris & Coronæ. Cathedralis Deiparæ Virgini dedicata est, quam ex divino instinctu Othu Imperator curavit ædificandam circa annum nostræ salutis 958. Cum enim per Adriaticum mare in Italiam cursum instituisset, obortaque sævissima tempestate, spem omnem salutis abiecisset, ferunt trepidanti Deiparam Virginem se se obtulisse, præcepisseque ut ubi primum incolumis deveheretur ad litus, ibi in sui nominis honorem templum censu dotatum ædificaret, ubi rubentia lilia animadvertisset erumpere. Cum dicto, minacique rumore fluctuum, visum evanuit, secundisque velis Parentinum tenuit portum: Indicavere rubri coloris lilia locum: templum Virgini excitavit, dotavitque; maximis privilegiis, juribusque firmavit. Cæterum cum Joannem XII. Papam exorasset, ut in admirandi facti memoriam sempiternam ipse per se Ecclesiam illam consecrare dignaretur, excusationem incommodi itineris a Pontifice tulit, ita tamen ut in sui locum Patriarcham substitueret Aquilejensem, qui augustioris honoris ergo stipatus Polensi, Tergestino, Petinensi, civitatis Novensi, Concordiensi, Brixiano, Feltrensi, Vicentino, Tarvisinensi, Veronensi, Patavino, Adamoque Parentino id munus rite, cumque dignitate obiret. Factum celebre produnt ejusdem Ecclesiæ privilegia, ejusdemque Papæ Joannis diploma. In hac Cathedrali condita jacent corpora SS. Martyrum Projecti, Accoliti, Demetrij, & Iuliani: cum quibus olim S. Maurus Martyr quiescebat, cujus corpus Ianuenses Victores olim abstulerunt, cum Parentium ipsum armis perdomuissent. Sacris in ea ministrant Canonici 13. e quibus duo dignitate eminent Archidiaconus, & Archipresbyter; unus est officialis, quem Scholasticum vocant, & Clerici seminarij alumni aliquot. Episcopi, qui è Parentina sede jus dixerunt, sunt qui sequuntur, quos è publicis hujus Ecclesiæ tabulis erutos Rogerius Tritonius religiosissimus Præsul nobis transmisit, ex quibus cum aliis monumentis, quæ nos ipsi revolvimus, hanc fere gracilem, jejunamque seriem concinnavimus.

A D D I T I O.

(,, *Parentium, vulgo* Parenzo, *urbs est maritima Istriæ, unius milliarii circuitus; olim celebris & populo frequens erat; nunc paucis constata domibus habitatores vix centum enumerat. Cathedrale templum, quod modo visitur, antiquæ, & venerandæ structuræ posuisse ferunt Othonem Magnum sub intemeratæ virginis Mariæ titulo, & S. Mauri martyris. Sed Othone ipso antiquius, & ab Euphrasio Episcopo reædificatam indicare videntur sequentia carmina, quæ musivo opere exarata in ejus abside adhuc leguntur.*

,, Hoc fuit in primis templum quassante ruina
,, Terribili lapsu, nec certo robore firmum,
,, Exiguum, magnoq; carens tunc forma metallo:
,, Sed meritis tantum pendebant patria tecta.
,, Vt vidit subito lapsuram pondere sedem
,, Providus, & fidei fervens ardore sacerdos
,, Eufrasius sancta præcessit mente ruinam.
,, Labentes melius redituras destruit ædes:
,, Fundamenta locans erexit culmina templi,
,, Quæ cernis nuper vario fulgere metallo.
,, Perficiens cœptam decoravit munere magno
,, Ecclesiam; vocitans signavit nomine Christi.
,, Congaudens operi sic felix vota peregit.

,, *Huic Ecclesiæ inserviunt Archipresbyter, & 12.* Canonicatus*, aliique inferiores Clerici, & curam animarum ipse Archipresbyter exercet. Nec deest Episcopo suum palatium, quod Cathedrali contiguum extat. Ibi etiam duo Regularium virorum cœnobia, unum intra, aliud extra civitatis mœnia. In oppido Rubino hujus diœcesis Mons Pietatis reperitur, in eo autem Orseri seminarium. Desunt præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria. Diœcesis est circuitus 60. m. & animæ omnes Episcopo obsequentes 30. mille enumerantur. Illius præcipua oppida sunt,* Orsero, *ubi solet Episcopus residere, adestque Franciscanorum cœnobium,* Montona *ubi Collegiata cum Plebano, & 5. Canonicis,* Pisino, *in quo pariter Franciscanorum cœtus,* Gemino, Antignana, Rovigno, *4. mil. mortalium sedes, ubi Collegiata cum Præposito, & 4.* Canonicis*, & duo Religiosorum cœnobia visuntur,* S. Vincenzo, Due Castelli, Valle, & S. Lorenzo, *in quibus singulis adest Collegiata Ecclesia.* Annuus *Episcopi census bis mille scutorum summam Rom. monetæ excedit. Ejus taxa est flor.* 80.)

1 EUPHRASIUM *a* hujus Ecclesiæ primum fuisse Episcopum fama tenet, ignoratur tamen quo tempore vixerit, quove ex hac mortali vita discesserit.

a Hi duo primi Episcopi in feriora tempora sunt referendi, ut infra dicemus.

2 ELIAS.

I.

3 JOANNES anno 586. cujus mentionem facit Paolus Diac. de gestis Longobard. lib. 3. c. 27. Compulsus hic fuit Ravennam à Smaragdo Patritio cum aliis duobus Episcopis, & Severo Patriarcha Aquilejensi, ibique communicavit cum Joanne Episcopo Ravennatensi trium capitulorum damnatore. Exacto anno in Istriam reversus cum aliis, quibus nec plebs communicare voluit, nec cæteri Episcopi eos receperunt. Parum deinde supervixit Joannes.

,, (*Joannes an. 579. interfuit Synodo Gradensi ab Helia Patriarcha celebratæ. A Smaragdo cum Severo Aquileja Patriarcha Ravennam deportatus fuit, ubi schisma ejuravit. De eo nulla ulterior memoria. Vide quæ diximus supra in Aquilejensibus.*)

4 SEVERUS (1) interfuit Synodo decem Episcoporum in Marano, ubi receperunt Severum Patriarcham Aquilejensem dantem libellum erroris sui, quia cum trium capitulorum damnatoribus communicaverat Ravennæ. De quo idem Paolus Diac. eodem lib.

5 CATHELINUS. *b*

b De quo infra.

6 ANGELUS anno 590. (2) apud Baronium.

STAU-

(1) Nullus Severus Episcopus interfuit Synodo Schismaticorum in Marano, ut videre licet in Aquilejensium serie, ubi agit de Severo Patriarcha Ughellus ipse, qui Episcoporum nomina, qui illum conventum celebrarunt, enumerat. Quod si cum Patriarcha Severo Parentinus etiam Episcopus idem crimen, ut patebant schismatici, perpetrarat, hic quoque reus fuit in eo oportebat, non judex. In errorem traxit Ughellum nostrum textus Pauli Diaconi corruptus, qui cum lib. 3. c. 27. dicat tres Episcopos cum Severo Ravennam deductos, postea in fine capitis editionis Grotii eos sic recenset: *Severus Parentinus, Joannes, Patricius, Vindemius, ut fuimus*: nam ita prorsus legendum est, ut notat doctiss. Norisius in dissert. de V. Synodo c. 9. §. 4. *Severus Tergestinus, Joannes Parentinus, Vindemius.*

(2) Angelus, seu Agnellus hic quoque male ponitur inter Parentinos Episcopos ab Ughello, quem decepit Baronius ad an. 590. Hic enim describens ex Codice Fabri corrupto iniquum libellum, quem, ne cogerentur Romanam Synodum adire, Mauritio Imperatori dederunt schismatici Episcopi in Syn-

a De hac infra. 7 STAVRATIUS. a A

II. 8 AVRELIUS interfuit Concilio Romano sub Agathone Papa an. 679.

III. „ (EUPHRASIUS, *de quo meminit primo loco Vghellus, vivebat anno 796. quo decrevit, ut Parentini redditum quartas Ecclesiæ persolverent, Canonicis vero decimas, & toti Clero quotannis duodecim convivia exhiberent. Donavit præterea Canonicis tertiam partem Salinarum, quas Episcopus habebat in Insula Briona, & tertiam partem piscationis de ripa Lemi. En nobile documentum, ex sepe citatis Zeni, & Thomasini Istriæ Comentariis Mss. desumptum, & en eo præcipue hic referendum, quod Euphrasii successores, illud idem Decretum identidem confirmantes, longa serie subscripti reperiantur.*

„ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Imperante Constantino Romanorum Imperatore triumphatore Augusto aon. Imperii ejus XVI. e IV. die vero xxiv. mensis Martii Indict. VI. e feliciter. Nos quidem Dei gratia Eufrasius Parentinæ B Ecclesiæ Præsul, curator pupillorum, viduarum, & orphanorum, pastor io Ecclesia B. Mariæ Virginis, & S. Mauri martyris, qui pro Christi nomine martyrii palmam oon recusavit accipere, residentibus nobiscum q. Constantio, & Laurentio directis ab urbe Romana à Constantino Imperatore in simul nobis jubentibus, & volentibus præsente Clero, & populo Pareotino, & Claudio Archidiacono, & Maximo Archipresbytero, & Andrea S. Joanois Abbate, atque Joanne Magistro militum advocato Ecclesiæ S. Mariæ, & S. Mauri, & aliorum quamplurium, volumus, præcipimus, & statuimus, nt populus Parentinus majores, & minores insimul omnes etiam Parentioi eo quod supra terram nostræ Ecclesiæ resident, aut mansionem habeot, vel terras laborarius excolunt, tam de vineis, quam de agris quartas persolvant, sicut anrea aotiqui prædecessor. suor. fecerunt, sic faciant ipsi, & C nullus Episcopus successorum nostrorum aliam super positam eis imponant, sed omnis Parentinus tam clerus, quam populus, & hæredes eorum io hunc modum quiete, secure, & libere habeat, & possideat sine contradictiooe hominum, & etiam supradictus clerus, & populus Pareotious prædictas terras, mansiones, vineas, & hæredes eorum...., habeant potestatem vendendi, donandi, commutandi, alienandi, seu pro anima judicandi, vel quidquid eis placuerit faciendi ad censum prædictum reddendum Ecclesiæ S. Mariæ, & S. Mauri. Et iosuper tam per oos, quam per successores nostros statuimus, & ordinamus, ut Parentini Canonici præcipue in Cathedrali Ecclesia Dei, & S. Mariæ, & S. Mauri servientes decimam omnium habitantium in Parentina civitate sine aliqua contradictione habeant tam de omnibus frugibus terræ, quam de aoimalibus, & quiete, & pacifice possideant. Volumus etiam ut ipsi Canonici habeant tertiam partem de salinis, quas habemus in Insula, quæ vocatur Briooa, & habeant tertiam D partem de piscarione quæ provenit ad Ecclesiam S. Mauri de ripa Lemi. Iosuper habeant tertiam partem de molendiois, quæ habemus io aquis, quæ vocantur Gradulæ. Item volumus, & disponimus, quod Clerus Parentinus tam majores, quam minores habeant XII. convivia annuatim cum Episcopo Parentino, primum in festivitate omoium Sanctorum, secundum in solemnitate S. Mauri, tertium in Nativitate Domini, quartum in Epiphania, quintum in carnis laxatione, sextum in Dominica de Palma, septimum in Cœna Domini, octavum in Resurrectione, nonum in Ascensione Domini, decimum io Pentecoste, undecimum in festivitate S. Petri Apostoli, duodecimum in Assumptione S. Mariæ Virginis. Volumus etiam quod nullus Episcopus ex successoribus nostris, vel aliquis tyrannus præsumant gravare, vel molestare aliquem Clericum Parentinum ex confratribus nostris, videl. de ipsis, qui Ecclesiæ S. Mariæ Virgiois, & S. Mauri martyris serviunt, oec ipsi Clerici Parentini quartas, vel decimas alicui personæ aliquo tempore dare teneaotur. Nos quidem supranominatus Eufrasius Episcopus Parentinus si in vita nostra, vel per obitum nostrum successores nostri, aut aliqua submissa persona hominum per aliquod jus, vel ingenium, aut temporis spatium contra hanc institutionis nostræ paginam aut corrumpere, aut confringere teotare voluerint, maledictionem Dei omnipotentis, & B. Mariæ, & BB. Apostolorum Petri, & Pauli, S. Mauri martyris, & aliorum sanctorum se noverint incursuros. Et post hæc componaot auri libras xx. clero, & populo Parentino, & hoc privilegium nostræ ordinationis in perpetuum firmum, & inviolatum permaneat.

„ Ego Petrus Parentinæ Civitatis diaconus tabellio scripsi, complevi, & roboravi.

„ Ego Elias Episcopus meis temporibus propria manu scripsi.

„ Ego Joannes Episcopus meis temporibus propria manu scripsi.

„ Ego Raschivus Episcopus meis temporibus propria manu scripsi.

„ Ego Angelus meis temporibus.

„ Ego Stauratius Episcopus temporibus mea manu scripsi.

„ Ego Laurentius Episcopus &c.

„ Ego Julianus Episcopus &c.

„ Ego Dominicus Episcopus manu mea scripsi.

„ Ego Antonius Episcopus meis temporibus &c.

„ Ego Slaudemondus Episcopus meis temporibus mea manu.

„ Ego Eripertus Episcopus meis temporibus &c.

„ Ego Andreas Episcopus meis temporibus mea manu scripsi.

„ Ego Adam Episcopus &c.

„ Ego Andreas Episcopus &c.

„ Ego Sigimpuldus Episcopus &c.

„ Ego Engilmerus Episcopus &c.

„ Ego Arnus Episcopus meis temporibus.

„ Ego Ursus Episcopus &c.

„ Ego Adalmarus Episcopus &c.

„ Ego Cadolus Episcopus &c.

„ Ego Paganus Episcopus &c.

„ Ego Bertoldus Episcopus &c.

„ Ego Terungus Episcopus propria manu &c.

„ Ego Rodemondus Episcopus meis temporibus &c.

„ Ego Vincentius Episcopus.

„ Ego Ubertus Episcopus.

„ Ego Petrus Episcopus totum istud confirmavi.

„ Ego Joannes Episcopus temporibus meis mea manu.

„ Ego Fulgerius Episcopus temporibus meis mea manu.)

[„ ELIAS, *de quo secundo loco Ughellus, videtur Euphrasio immediate successisse. Subscripsit primus supra relato Euphrasii decreto. Vixisse eum oportuit circa noni sæculi initia.* IV.

„ JOANNES *alter ab eo, quem supra tertio loco retulit Ughellus, & quem circa seculi senti finem vixisse scimus, subscripsit Euphrasii decreto post noni, ut videtur, seculi initia.* V.

„ RASCHIVUS, *quem Cathelinum quinto loco appellat Ughellus, tertius Euphrasii Statuto subscriptione sua pondus adjecit. Ante sæculi noni medietatem potuit hanc Ecclesiam rexisse.* VI.

AN-

Synodo congregati, offenditurque in Episcoporum subscriptionibus Agnellum Episcopum *S. Trajectinæ Ecclesiæ*, pro *Trajectina* legendum perperam docuit *Parentino*. Sed *Tridentinæ* reponendum esse dubium non est, tum quia hic idem Agnellus S. E. Tridentinæ Episcopus interfuisse reperitur Concilio Gradensi an. 579. tum quia supradictu schismaticorum Episcoporum, qui Longobardia parebant, conventiculo nullus adfuit ex Istria Episcopus: horum etiam urbes maritimæ in imperatoris potestate perseverabant: & Longobardi barbari, ac suspiciosi homines ægre ferebant suarum urbium Episcopos cum iis, qui imperatori subjectas urbes regebant, convenire, ut optime advertit Card. Norisius in dissert. de V. synodo c. 9. §. 3. Convenere quidem Istriæ Episcopi hoc eodem anno cum Severo apud Gradum: sed nomina Episcoporum, qui hanc alteram synodum conflarunt, ad nos minimè pervenerunt.

VII. „ ANGELUS, *quem male ad an. 590. refert „ Ughellus, medio currente seculo nono videtur „ hanc cathedram occupasse. Ejus memoria in Euphrasii constitutione perennatur.* A

VIII. „ STAURATIUS *deinde, cujus meminit Ughellus ante Angelum septimo loco, non longe à seculi noni medio huic præfuit Ecclesiæ Euphrasii decreto post Angelum subscripsit.)*

IX. 9 LAURENTIUS. („ *post Stauratium Euphrasii præceptum confirmavit. Vixit seculo nono.)*

X. 10 JULIANUS. („ *Hic quoque Euphrasii decreto seculo nono labente, ut videtur, subscripsit.)*

XI. 11 DOMINICUS.

XII. 12 ANTONIUS.

XIII. 13 PASINUS. („ *Tres isti Episcopi explevere fortasse in hac cathedra sedentes seculi noni extrema confinia, atque decimi attigere principia. Dominicus, & Antonius Euphrasii voluntatem ratam habuere, non item Pasinus. Si revera hic unquam fuit Parentinus Episcopus, brevissime fortasse in hac dignitate vixit.)* B

XIV. 14 FLANDENANUS, vel Flandemanus, („ *Slaudemondus appellatur in Euphrasii constitutione. Hic verò cum Eriberto, atque Andrea ejus successoribus potuit complevisse reliquam seculi decimi medietatem.)*

XV. 15 ERIPERTUS.

XVI. 16 ANDREAS.

XVII 17 ADAMUS suæ Cathedralis, nuper ab Othone Magno Imperat. ædificatæ circa annum salutis 958. consecrationi interfuit cum aliis undecim supra memoratis Episcopis die 8. Maii 961. (1) ut proloquitur vetus monumentum.

Noverint universi, quod nos Rodoaldus S. sedis Aquilejensis Patriarcha ex voluntate, & præcepto S. P. D. Joannis Papæ XII. convocatis ven. patribus & dominis Gaspaldo Polensis Ecclesiæ Episcopo, Joanne Tergestinæ Ecclesiæ Episcopo, Frederico Petenæ Ecclesiæ Episcopo, Joanne civitatis novæ Ecclesiæ Episcopo, Alberico Concordien. Ecclesiæ Episcopo, Hergeno Brixien. Ecclesiæ Episcopo, C *Alberto Feltrensis Ecclesiæ Episcopo, Giraldo Vicentinæ Ecclesiæ Episcopo, Martino Trivisinæ Ecclesiæ Episcopo, Milone Veronensis Ecclesiæ Episcopo, Zenone Paduanæ Ecclesiæ Episcopo, una cum ven. patre Adam Parentinæ Ecclesiæ Episcopo, consecravimus Ecclesiam Parentinam in honorem S. Mariæ Virginis & S. Mauri Martyris, & aliorum sanctorum omnium. Unde nos Rodoaldus sanctæ sedis Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, & quilibet prædictorum Episcoporum per se in consecratione prædicta, & omni anno in festo dedicationis ipsius, omnibus, & cuilibet vere pœnitentibus, & confessis, qui ad dictam Eccl. reverenter convenerint, annum unum & quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia auctoritate Apostolica misericorditer in Domino relaxamus.*

(„ *Tenor autem commissionis supradictæ* (sequitur „ documentum, prout refertur integrum à Zeno, & „ Thomasino in Commentariis Istriæ Mss.) *nobis „ factæ per SS. Patrem D. Joannem XII. talis est.*

„ *Joannes Episcopus servus servorum Dei Ven.* D *„ fratri Rodoaldo Patriarchæ Aquilejensi salutem, „ & Apostolicam benedictionem. Accedens ad præ„ sentiam nostram Otho Rom. Imperator humiliter „ postulavit, quod cum ipse Parentii Ecclesiam do„ tavisset, dignaremur ad illam personaliter acce„ dere, & ob reverentiam B. Mariæ Virginis, in „ cujus honore dicta Ecclesia est fundata, & B. Mau„ ri martyris, cujus corpus in dicta Ecclesia requie„ scit, deberemus eamdem Ecclesiam consecrare, aut „ auctoritate Apostolica committere ipsam Ecclesiam „ Parentinam consecrandam. Considerantes igitur „ de tua prudentia suis justis postulationibus incli„ nati, auctoritate Apostolica tibi plenarie commit„ timus, & mandamus, quatenus tibi adjunctis Ar„ chiepiscopis, & Episcopis, sicuti poteris undecum„ que vocatis dictam Ecclesiam Parentinam cum „ prædictis Archiepiscopis, & Episcopis ad hanc „ vocatis in Domin. debeas consecrare. Nos autem „ omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & „ confessis, qui ad dictam consecrationem, seu omni „ anno in anniversario dedicationis etiam causa „ devotionis accesserint de omnipotentis Dei miseri„ cordia, & BB. Apostolorum Petri, & Pauli aucto„ ritate confisi plenariam remissionem suorum peccato„ rum de injunctis sibi pœnitentiis relaxamus. Da„ tum Romæ XII. Cal. Aprilis Pontificatus nostri „ anno primo.)*

Post hanc consecrationem vixisse Adam annos plurimos docet diploma Othonis II. Imperat. quod in gratiam ipsius Parentinæ Ecclesiæ elargitus est ipse Otho anno 983. cujus authenticum exemplar habuimus ex 1. libro Regist. hujus Parentini Episcopatus, ita exscriptum.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Rom. Imperator Augustus. Si Ecclesiarum Dei curam gerimus, easq; dilatare studuerimus, nostri Imperii fastigium augmentari minime ambigimus. Quocirca omnium sanctæ Dei Eccl. fidelium, nostrorumq; præsentium scilicet & futurorum noverit universitas, qualiter interventu, ac petitione nostri dilecti presbyteri Dudonis, & Andreæ Diaconi nostri benevoli capellani, Adam sanctæ Parentinæ Ecclesiæ Antistes nostram adiisse clementiam postulans nos quatenus Dei amore, nostræq; animæ remedio, nostra præceptali auctoritate omnia prædia suæ Ecclesiæ, quæ antea à nostris antecessoribus Imperatoribus, Regibus pro suarum animarum remedio præfatæ Ecclesiæ donaverunt, quasi Basilica S. Beatum corpus Mauri requiescit, sive quæ ab aliquibus Deo devotis fidelibus data sunt, vel quæ danda erunt, confirmari, & corroborare dignaremur. Cujus dignis postulationibus aures nostræ pietatis inclinantes prænotatæ Eccl. prædia nominatim Moatona, Rosariam, Nigrigaanum, Turrim, quæ est super piscatione Nonæ, & illa de Cervara, & Castrum Pisinam, Medelanum, quod à Regibus, seu ab Ugone largitum est, & Rubignam quantum ad Episcopatum, sive Parentinæ Ecclesiæ donatum est à nostris antecessoribus, videlicet in loco, qui dicitur duo castella & valles cum omnibus pertinentiis suis, juste & legaliter ad prædictum Episcopatum pertinentibus, nec non villis, terris, câpis, vineis, pratis, aquis, aquarumq; decursibus piscationibus, molendinis, venationibus, montibus, planiciebus, villis cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, quæ dici & nominari possunt, seu in quocumque loco prænominatus Episcopatus teneat habet, per hoc nostrum præceptum confirmamus eidem Episcopo Adam, suisque successoribus, & corroboramus. Præcipientes denique jubemus, ut nullus Dux, Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque Regni nostri magna, vel parva persona prænotatum Præsulem, suosque successores de omnibus prædictis rebus molestare temptet, neque ad ulla placita hominibus supra terram eidem Parentinæ Ecclesiæ residentibus, qui ab Episcopo reclamationem habeant, sive Advocato Episcopi nullam contrarietatem faciant, nec invite ducantur, nisi ante præ-

(1) Quidquid sit de Parentinæ Cathedralis ædificatione per Othonem, ut asseritur, facta; illud certum est non potuisse consecrari à Rodoaldo Patriarcha Aquilejen. nisi post an. 963. quo ad Aquilejensem Cathedram conscendit. Nulla profecto extat hujus consecrationis nota temporaria in monumento, prout illud refertur hic ab Ughello, sive prout illud suppleverunt ex Epp. Zeni, & Thomasini Historiæ commentariis Mss. & propterea non video, unde hauserit Ughellus factam fuisse an. 961. die 8. Maii. Ceterum quidquid de hujus Ecclesiæ sive ædificatione, sive consecratione dicitur, à veritate omnino alienum esse mihi videtur. Et primo quidem quod narratur de maritimo Othonis Italiam versus itinere, obortaque tempestate, Deiparæque apparitione, id accidere non potuit anno 958. quo Otho Italiam non invisit: sed vel 951. quo Otho Italiæ regno cum Adelhaide potitus est, vel 962. quo à Jo. XII. Romam ad imperii coronam suscipiendam evocatus in Italiam pervenit, vel 966. seu etiam postea, cum scilicet e Germania in Italiam cursum iter instituit. Quod vero consecratio facta non fuerit an. 961. jam supra diximus, cum eo anno Rodoaldus nondum esset Aquilejensis Patriarcha. Multo vero longius à veritate abest commissio Ecclesiæ consecrandæ facta à Joanne XII. anno ejus Pontificatus primo Kal. Aprilis imitante Imperatore Othone: nam anno 957. quo mense Martio primus Leonis Pontificatus annus labebatur, non erat Patriarcha Aquilejensis Rodoaldus, non Imperator Otho, & nondum ex sententia item Ughelli condita Parentina Cathedralis. Hæc igitur commissio Joanni XIII. asserenda potius videtur, post annum ejus Pontificatus primum, siquidem Pontificatus ejus anno primo mense Martio, qui in an. Christi incidit 966. ad Pontificem personaliter (ut dicitur in Commissione) nondum poterat accessisse Otho, nonnisi post B. Virginis Assumptionem in Italiam profectus. Consecratam vero celebratam videtur diu post an. 967. quo ex donatione Rodoaldi hic relata Ecclesiam Parentinam in nimia paupertate laborasse constat, adeout nondum constructa, & munifica ab Othone dotata possit videri. Sed de hoc certiores proferant, quibus consecrationis hujus monumentum authographum licet inspicere, & diligentius perscrutari.

præsentiam Præsulis, suisque successoribus quiete, & pacifice cuncta sua prædia tenere & firmiter possidere, omnium hominum contradictione penitus remota. Si quis igitur hujus nostræ paginæ violator fuerit, quod minime credimus, sciat se compositurum auri boni libras mille, medietatem Cam. nostræ, medietatem præfato Præsuli, suisque successoribus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, hanc paginam propria manu corroborantes sigilli impressione inferius eandem jussimus insigniri.

Signum domini Otthonis serenissimi Imperatoris, & invictissimi Augusti.

Adelbertus Cancellarius ad vicem Petri Episcopi Archicancellarii.

a XXIV. Imperii vero XII.

Datum v. Nonas Iunij, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. Ind. xi. Regni vero D. Othonis xxvi. a Actum Veronæ feliciter. Amen.

(,, Sed & multo ante cum summa inopia Parentina laboraret Ecclesia, Rubini castrum eidem largiter donavit Rodoaldus Aquilejensis Patriarcha; ut ipsum docet donationis documentum, quod Amanuensis inscitia licet corruptum, prout tamen illud exscriptum in sæpe citatis Histriæ commentariis Mss. inveni, hic referre placet.

,, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Rodoaldus superno munere fretus S. Aquilejensis Ecclesiæ humilis Patriarcha legimus in Ecclesiasticis sanctionibus, quod nos, qui non nostro merito, sed Dei dono pastores animarum, imo quia patres aliorum Episcoporum orthodoxa etiam fides confirmat, curam, & sollicitudinem erga nostros subjectos Episcopos, & eorum Ecclesias habere debeamus, atque illorum damna, & inopiam quasi propria deflere, ac postmodum in quantum valemus Deo largiente eis solamen, & utilitatum cuncta publica, & specialia lucra remota ubique afferre non desistimus. Quapropter hæc sancta præcepta, & alia intuentes, diligentiusque considerantes . . . . nostrorum Episcoporum, Parentinam scilicet Ecclesiam magna inopia, & calamitate oppressam cognoscentes eidem pro Dei amore, atque S. Mauri Martyris corpus ejus in honore dicatum est, nec non pro petitione, & oratione suffraganeorum nostrorum Episcoporum Histrien. Gaspaldi Polen. Joannis Tergestin. & Joannis Civitatis novæ, ac pro consulto omnium aliorum nostrorum graduum ministrorum, nostrorumque fidelium consilio, & pro consensu advocati nostri Azonis quedam nostraque de nostro Episcopatu nobis nostræque Ecclesiæ primæ Rubinensi nomine, quod etiam, heu proh dolor! nuper à nefandis Sclavis, & duris Barbaris destructum est, Adam præfatæ Ecclesiæ Episcopo, ejusque successoribus præfatum nostram concedimus, & omnino in illorum delegamus potestate, ac dominio omni occasione & à nobis, & a nostris remota successoribus. Sancimus præterea similiter a nostris successoribus hoc privilegium à nobis factum, & apud nominatos, ac Ven. Episcopos hanc nostram securitatis privilegiique paginam constipulatam per aliquod ingenium violare tentaverit, præfatæ Ecclesiæ Parentinæ, ejusque Præsulibus, qui pro tempore fuerint, coactus decem libras auri solutionis pœnam persolvat. Et hæc nostra privilegii confirmatio, & firmata securitas propria in soliditate consistat.*

,, *Actum in Civitate Aquilejæ sedis die XXII. mensis Ianuarii, indictione vero octava, anno autem Incarnationis Domini nostri DCCCCLXI. a feliciter.*

a DCCCC LXV.

,, *Rodoaldus S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha in hoc constituto à me promulgato Signum S. † feci, & ss.*

,, *Gauspaldus Episcopus mm. ss.*

,, *Ego Ioannes Episcopus mm. ss.*

,, *Fredebertus S. Ecclesiæ Parentinæ b humilis Episcopus mm. ss.*

b Petrum.

,, *Albericus S. Aquilejen. Ecclesiæ presb. ss.*

,, *Petrus presb. mm. ss.*

,, *Gauspaldus presb. mm. ss.*

,, *Ioannes presb. mm. ss.*

,, *Petrus presb. mm. ss.*

,, *Martinus presb. mm. ss.*

,, *Petrus presb. mm. ss.*

,, *Benedictus presb. mm. ss.*

,, *Lupo presb. mm. ss.*

,, *Pero Diaconus S. Aquilejen. Eccl. mm. ss.*

,, *Perius Diaconus mm. ss.*

,, *Audorinus Diaconus mm. ss.*

,, *Petrus Diaconus mm. ss.*

,, *Ioannes Diaconus mm. ss.*

,, *Argis Diaconus mm. ss.*

,, *Ego Benedictus Zago subd. mm. ss.*

,, *Jo: subd. mm. ss.*

,, *Albertus subd. mm. ss.*

,, *Ingizo subd. mm. ss.*

,, *Theophilus subd. mm. ss.*

,, *† Signum manus Azonis S. Aquilejensis Ecclesiæ Advocatus testis.*

,, *† Signum manus Albini testis.*

,, *† Signum manus Alberti testis.*

,, *† Signum manus Gausonis testis.*

,, *† Signum manus Audocti Scarini testis.*

,, *Jo: presb. de Civitate mm. ss.*

,, *Gisilarius presb. mm. ss.*

,, *Petrus presb. mm. ss.*

,, *Joannes presb. mm. ss.*

,, *Amalfredus presb. mm. ss.*

,, *Reginzo S. Aquilejen. Ecclesiæ Cancellarius, & Diaconus hoc privilegium ab omnibus promulgatum subscripsi, & corroboravi.*

,, *Auscultatum per me Joannem Evangelistam Mangozum Notarium Ravennæ.*)

18 SULISPULDUS, (1) vel Sulpaldus post Adamum hunc Episcopatum tenuit, de quo extat memoria anno 1003. XIX.

19 ANDREAS eligitur in locum Sulispuldi. (2) XVIII Invenitur nihil de eo aliud, quam cum Patriarcha Aquilejensi litem habuisse super parochiam Ruvinii, aliquaque castella juris sui Episcopatus ab eodem Patriarcha violenter usurpata, pro qua re cum ad Sylvestrum II. deinde ad Sergium II. Pont. provocasset, sequens à Sergio retulit responsum anno 1010. quod in eodem primo libro registrorum Parentini Episcopatus conservatur in hunc modum.

Sergius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Andreæ Episcopo Sanctæ Parentinæ Ecclesiæ, & pro te, tuis successoribus in perpetuum. Congruum valde namque est, ut ea, quæ à prædecessoribus nostris secundum sanctorum instituta Canonum, seu legum concessa, sive confirmata sunt; à nobis corroborentur, & firmiter corrigantur, ne post longa annorum curricula, instigante Diabolo, aliquis contra sanctam matrem Ecclesiam insurgere, contra hanc nostram confirmationem conetur. Quapropter quod notum nobis pluries fecisti q. Joannes Aquilejen. Patriarcha olim invasisset Ruvinij parochiam, ubi quondam Episcopatus dicitur fuisse, nec non duo castella cum quadam valle tempore prædecessoris nostri Sylvestri, atque privilegium, quod ab ipso accepisti, ostendere curasti nobis. In quo etiam quomodo ter vocatus fuisset, & qualiter ipsam trinam citationem, pro nihilo duxisset, reperitur, atque quo- me-

(1) Sulispuldus iste, qui *Sigimpuldus* subscribitur Euphrasii decreto, post Andream in hac sede vixisse comperitur, tum ex eodem Euphrasii decreto, cui post Andream subscripsit, tum quia Andreas erat jam Episcopus Parentinus ab an. 998 ut mox referam. Sigimpuldi igitur memoria extabit non an. 1003. ut vult Ughellius, sed 1015.

(2) Andreas eligitur in Adami locum, ut constat ex Euphrasii decreto: & jam sacris hujus Ecclesiæ infulis ornabatur an. 997. sed mense 998. quo Veneta Classe Parentinum portum ingressa Urseolo Duci obviam cum Clero processit Andreas loci Episcopus, ut testatur Dandulus in Annal. lib. 9. c. 1.

A *modo ipse Sylvester piæ memoriæ Romanæ Ecclesiæ Præsul deprecasset Henricum, qui eo tempore Ducatum tenebat Buinariorum, ut supradictum Patriarcham moneret, ut ab infestatione sanctæ Parentinæ Ecclesiæ recederet. Quod memoratus Henricus facere non potuit, eumque ad se vocare fecit, sed tempore distulit. Vnde ipse Sylvester Papa piæ memoriæ præfestinatus est canonum libros, atque legum; in quibus præsentes capitulos reperit, hoc est in octuagesimo septimo titulo Affricani Concilij. Placet ut quicumque Episcopi plebes, quas ad suam Cathedr. existimat pertinere, non ita repetant, ut causas suas judicantibus Episcopis agant, sed alio remittere meruerint, sive volentibus, sive non volentibus plebibus detrimentum patiantur. Ex mundana etiam lege hoc recte sincere posse cognovit. Nam cum de hoc ait Iustinianus Imperator in octavo libro institutionum, Si quis ausus proprium rem occupavit, si sua est amittat, si aliena, ipsam æstimationem rei reddat. Idcirco tanta auctoritate sanctorum Patrum, atque legum suffultus privilegium tibi facere præcepit, & eum* B *puterne valere commendavit; hoc ego cognoscens supradicta loca, id est Ravini parochia, & duo castella, & vallis: privilegij paginam tibi, & sicut Sylvester prædecessor noster confirmavit, confirmo, atque in æternum valere præcipio. Quod si aliquis Patriarcha, aut Episcopus, vel qualibet magna, parvaque persona contraire, vel tuos successores, ultra de supradictis locis aliquam inconsuetudinem facere præsumpserit, sit fossus gladio mei anathematis, & nisi cito resipuerit, cum Iuda Domini mei traditore perpetualiter gemat. Scriptum per manus Benedicti gratia Dei notarij regionarij, & scrinarij S. Romanæ Ecclesiæ in mense Martio Ind. octava. Bene valete.*

Auscultatum fuit per me Joannem Evangelistam Mangozum Notarium Ravennæ & civem, ex vetustissimo papiro.

XX 20 ENGELMANUS, vel Engdmanus 1028. „ (*Vivebat adhuc an. 1040. quo dedicavit Templum „ S. Michaelis, dulci charitatis fœdere junctus S. „ Romualdo Abbati, cujus meminit hist. Camald.* C „ *l. 1. c. 16.* Lucentius. *Englimerus subscribitur „ Euphrasii decreto.*)

XXI 21 ARRO, seu Arnus.

XXII. 22 VRSUS.

XXIII 23 ADELMANUS („ *Hi quoque tres Episcopi „ successive Euphrasii decreto subscripsere. Adelmano autem Henricus Imperator privilegia, & bona „ ab Antecessoribus Imperatoribus Parentinæ Ecclesiæ concessa sequenti confirmavit privilegio.*

„ In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Francorum, & „ Longobardorum rex. Si Ecclesiarum Dei curam „ gerimus, ipsasque diligere studuerimus, nostri „ imperii fastigium augmentari minime ambigimus. Quocirca omnium S. Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum noverit universitas, qualiter Alemanus „ S. Parentinæ Ecclesiæ Episcopus nostram postulavit clementiam, quatenus nos pro Dei amore, D „ nostræque animæ remedio, nostra præceptali auctoritate omnia prædia suæ Ecclesiæ, quæ antea „ à nostris antecessoribus imperatoribus, & regibus „ pro suarum animarum remedio præfatæ Ecclesiæ „ donaverunt, qua in basilica sancti beatum corpus Mauri requiescit, sive quæ ab aliquibus deo „ devotis fidelibus data sunt, vel quæ danda erunt, „ confirmare, & corroborare dignaremur. Cujus „ dignis postulationibus aures nostræ pietatis inclinantes, prætaxatæ Ecclesiæ prædia nominata „ Muntona, Rosarium, Nigrignanum, Turrim, „ quæ est supra piscatione Nonæ, & Cervariam, „ & Medilanum, & Castrum Pisinum, & illud, „ quod à nostris antecessoribus largitum est, videlicet Ruvinum, quantum ad Episcopatum S. Parentinæ Ecclesiæ donatum est, scilicet in loco „ qui dicitur duo Castella, & Valles cum omnibus „ pertinentiis juste, & legaliter ad prædictum „ Episcopatum pertinentibus, nec non villis, terris,

A „ casis, vineis, pratis, & aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, montibus, planitiebus, vallibus cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, quæ dici, „ vel nominari possunt in quocumque loco prænominatus Episcopatus terram habet, per hoc nostrum præceptum confirmamus eidem Episcopo „ Alemano, suisque successoribus, & corroboramus. Præcipientes denique jubemus, ut nullus „ Dux, Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, „ Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque regni „ nostri magna, vel parva persona prætaxatum „ Episcopum, suosque successores de omnibus prædictis rebus molestare tentet, nec ad ulla placita „ hominibus supra terram S. Parentinæ Ecclesiæ „ residentibus, qui ab Episcopo reclamationem „ habent, sine advocato Episcopi nullam contrarietatem faciant, nec in vite ducantur, nisi ante „ præsentiam Episcopi sine legali judicio, sed liceat eidem præsuli, suisque successoribus quiete, B „ & pacifice cuncta sua prædia tenere, & firmiter „ possidere, omnium hominum contradictione penitus remota. Si quis igitur nostræ hujus paginæ „ violator fuerit, quod minime credimus, sciat se „ compositurum auri boni libras mille, medietatem „ cameræ nostræ, & medietatem præfato præsuli, „ suisque successoribus. Quod ut verius credatur, „ diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes sigillo nostro insigniri jussimus.

„ Signum D. Henrici invictissimi regis.

„ Gregorius Cancellarius .... Archiepiscopi recognovi fideliter Amen.

„ Datum IV. Nonas Martii an. Domin. Nativ. „ MLX. regni vero D. Henrici III. regis an. xxxi „ Actum Veronæ.

„ *Hoc privilegium, ut vides, emissum dicitur anno Christi 1060. quo tamen Henricus tertius è vivis abierat: qui cum ad annum xxi. regni sine imperio non pervenerit, ab Henrico IV. datum diploma censeo an. Christi 1077. quo mense Martio* C „ *currebat annus xxi. regni Henrici IV. nisi mavis „ ex anno Christi signato annum regni Henrici corrigere, ut datum fuerit anno Christi 1060. regni „ Henrici IV. anno quarto.*)

24 CADOLUS. („ *subscripsit Euphrasii decreto.*) XXIV

25 PAGANUS. („ *subscripsit Euphrasii decreto.*) XXV.

26 BERTOLDUS Monachus, & Abbas Parentinus (eujus monasterij hoc tempore titulus est S. Nicolai ex Ord. S. Benedicti) Episcopus fuit adlectus an. 1114. ita Arnol. Vvion. lib. 2. ligni vitæ. („ *Anno 1114. donationem fecit Abbati, & Monasterio S. Nicolai de Litore Venetiarum Insulæ S. „ Anastasii juxta Parentium: & donationis charta „ in rotulo membran. extat in archivo ejusdem Monasterij.*) XXVI XX

27 TERUNGUS. VII

28 RODEMUNDUS. XX

29 VINCENTIUS. VIII

30 UBERTUS. („ *Horum item quatuor Episcoporum memoriam nobis servavit supra relatum* D „ *Euphrasii decretum, cui subscripsere.*) XXIX XXX

31 PETRUS vivebat anno 1191. de quo mentio anno 1195. („ *Sedebat Petrus in hac Cathedra anno „ jam 1177. quo ab Alexandro III. sub Apostolica „ protectione Ecclesiam Parentinam, ejusque bona „ suscipiente hoc privilegio decoratus est.* XXXI

„ *Alexander Episcopus servus servorum Dei Ven. „ Fratri Petro Parentino Episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur, quod rationi, & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenter concedere, & petentium desideriis congruum impertiri favorem. Eapropter Ven. in Christo frater „ Episcope tuis justis postulationibus benigniter annuentes, Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumq; bona eadē Ecclesia in præsentiarum juste, &*

C.1-

canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Monasterium S. Michaelis de Subterra, Monasterium S. Barbaræ, Monasterium S. Michaelis de Pisino, Monasterium S. Petronillæ in duobus Castellis, Monasterium S. Michaelis de Valle, Ecclesiam S. Mariæ de Turre cum Capellis suis, Ecclesiam de Nigrignano cum Capellis suis, Ecclesiam S. Mariæ de Campo cum Capellis suis, Ecclesiam de Rosario cum Capellis suis, Ecclesiam de Montona cum Capellis suis, Ecclesiam de Zumesco cum Capellis suis, Ecclesiam de Hebor cum Capellis suis, Ecclesiam de Valsa cum Capellis suis, Ecclesiam de Vermo cum Capellis suis, Ecclesiam de Pisino majore, & minore cum Capellis suis, Ecclesiam de Arecio, Ecclesiam de Visinat, Ecclesiam de Antiniana, Ecclesiam de Curicitico cum Ecclesiis suis, Ecclesiam S. Laurentii cum Ecclesiis suis, Ecclesiam de duobus Castellis cum Ecclesiis suis, Ecclesiam S. Vincentii cum Capellis suis, Ecclesiam de Zimino cum Capellis suis, Ecclesiam de Valle cum Capellis suis, Ecclesiam de Medilano, Canonicam de Rubino cum Capellis suis, Ecclesiam de Vrsario cum Capellis suis, Castrum Vrsariæ cum omnibus appendentiis suis, Castrum Castellionis cum appenditiis suis omnibus, Ecclesiam S. Justi cum omni terra sua. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Joan. presb. Card. S. Pudentianæ tit. Pastor.

Ego Manfredus Prænestinus Episc. ss.

Ego Cynthius Diaconus S. Adriani ss.

Ego Vgo Diaconus Card. S. Eustachij juxta templum Agrippæ ss.

Ego Hugo S. Angeli Diaconus Card. ss.

Ego Raynerius Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum ss.

Datum Venetiis in Rivoalto per manum Bardi
An. 1177. *S. Rom. Ecclesiæ Iud. & Notarii Non. Aprilis Indict. X. Incarnat. Dom. M. CLXXVIII. Pontificatus D. Alexandri PP. III. an. XVIII.*

Auscultatum per me Julium Brusa Molinum Notarium Ravennæ.)

XXXII. 32 JOANNES 1200.

XXXIII. 33 FULCHERIUS Episcopus Parentinus subscripsit se cuidam sententiæ Valteri Patriarchæ Aquilejensis an. 1210. electus circa annum Domini 1208. („ *Atque hactenus Euphrasii successores ejus decreto subscripsere.*)

XXXIV. 34 ADELPERTUS. („ *Huic Ecclesiæ præsidebat anno 1233. quo Cathedralis Parentinæ altare majus consecravit: ut testatur sequens inscriptio, quam novissime an. 1667. hujus Ecclesiæ Episcopus Caldana sanctorum Juliani, & Demetrii corpora, in hujus altaris arca jamdiu condita requirens, invenit hujus tenoris:* Anno Domini 1233. Indict. 6. Adelperghus Dei gratia Parentii Episcopus ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis, & Ss. Juliani, & Demetrii, quorum corpora hic requiescunt in pace, & aliorum sanctorum hoc altare consecravit die octavo Maii.)

35 PAGANUS. XXXV.

36 JOANNES. XXXVI.

37 OTHO, civis Parentinus, patriæ evasit Episcopus. Parentinam Cathedralem texellato opere exornavit anno 1224. quam Innocentius IV. anno 1248. sequenti exornavit privilegio; quod ex eodem regesto Parentino exscriptum est. XXXVII.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Episcopo Parentino, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti Apostolicæ Sedis specula, licet immeriti, disponente Domino constituti, fratres nostros Episcopos, tam propinquos, quam longe positos fraterna debemus charitate diligere, & Ecclesiis sibi à Deo commissis pastorali sollicitudine providere. Quocirca venerabilis in Christo frater Episcope tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Mauri Paren. cui auctore Deo præesse dignosceris, sub Beati Petri, & nostri protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. monasteriorum s. Michaelis de Subterra, monasterium s. Barbaræ, monasterium s. Michaelis de Pisino, monasteum s. Petronillæ in duobus castellis, monasterium s. Michaelis de Valle, ecclesiam s. Mariæ de Turre cum capellis suis, ecclesiam de Nigrignano cum capellis suis, ecclesiam s. Mariæ de Campo cum ecclesiis suis, ecclesiam de Rosaro cum capellis suis, ecclesiam de Montona cum capellis suis, ecclesiam de Zumesco cum capellis suis, ecclesiam de Nebor cum capellis suis, ecclesiam de Walta cum capellis suis, ecclesiam de Aretio cum capellis suis, ecclesiam de Visinat, ecclesiam de Vermo cum capellis suis, ecclesiam de Pisino majore, & minore cum capellis suis, ecclesiam de Antiniana, ecclesiam de Caridico cum ecclesiis suis, ecclesiam S. Laurentii cum ecclesiis suis, ecclesiam S. Vincentii cum capellis suis, ecclesiam de Limino cum capellis suis, ecclesiam de Rubino cum capellis suis, ecclesiam de Medilano, ecclesiam de Usario cum capellis suis, castrum Ursarii cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam S. Justi cum omnibus pertinentiis eorumdem; castrum Castellionis cum omnibus pertinentiis, necnon possessiones alias cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis, pasculis in bosco, & plano, aquis, molendinis, in viis, & omnibus aliis libertatibus, immunitatibusque suis. Ad hæc comitia ecclesiarum, & ecclesiastica beneficia nullus hæreditario jure possideat, quod si quis facere præsumpserit, censura canonica compescatur. Præterea quod communi consensu Capituli tui, vel partis majoris consilii senioris in tua diœcesi per te, vel successores tuos fuerit canonice institutum, ratum, & firmum volumus permanere. Prohibemus insuper ne excommunicatos, vel interdictos tuos ad officium, vel communionem ecclesiasticam sine conscientia, & consensu tuo quisquam admittat, aut contra sententiam tuam canonice promulgatā aliquis venire præsumat, nisi forte periculū mortis immineat, aut dum præsentiam tuam habere nequiverit, per aliū secundum formam Ecclesiæ, satisfactione præmissa, oporteat ligatum absolvi. Sanctorum quoque canonum auctoritatem sequentes, statuimus, ut nullus Episc. vel Archiepiscopus, absque Parentini Episcopi consensu, conventus celebrare, Missas etiam, vel ecclesiastica negotia in Parent. diœcesi, nisi per Roman. Pon-

eiscem, vel ejus Legatum fuerit eidem injunctum, tractare præsumat, nisi forsan Metropolitanus ejus aliquid præmissorum fecerit in casibus sibi à jure concessis. In Ecclesiis quoque Parentinæ diœcesis, quæ ad alias pleno jure non pertinent, nullum clericum instituere, vel destituere, vel sacerdotem præficere sine consensu diœcesani præsumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum, liceat præfatam Ecclesiam temere, perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire tentaverit; secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque dignitate careat, reamq; se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore,

B *& sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego Innocentius *Apostolicæ sedis Episcopus.*

Ego Petrus *Albanensis* Episcopus.

Ego Vilc Sabin. Episc.

Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diac. Car. subscr.

Ego Ioannes S. Nicolai in carcere Tulliano diacon. Card. subs.

Ego Vilt S. Eustachii diac. Card. ss.

Ego Petrus tit. S. Marcelli presb. Card. ss.

Ego Vuil. Basil. XII. Apostolorum presb. Card. ss.

Ego Fr. Joannes tit. S. Laurentii in Lucina presb. Card subscr.

Ego Fr. Hugo tit. S. Sabinæ presb. Card. ss.

C *Datum Lugduni per manum magistri Marini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii 10. Kalen. Martii Indict. 6. Incarnationis Dominicæ MCCXLVIII. Pont. vero D. Innocentii PP. IV. anno 6.*

Auscultatum per me Joannem Evangelistam Mangozum Notarium Ravennæ.

(,, Si Otho Parentinam Ecclesiam texellato opere exornavit, id diu post an. 1224. evenisse oportet, siquidem an. 1233. ut diximus, Parentinam sedem adhuc tenebat Adelpertus, cui deinde successere Paganus, & Joannes ante Othonem. Proinde fortasse neque Innocentii IV. privilegium Othoni datum fuit, sed ex ejus antecessoribus alteri. Prima, quæ obviat Othonis memoria, est anni 1257. quo interfuit Conrado Justinopolitano Episcopo altari consecranti, ut videre licet in Justinopolitanis supra pag. 384. Vivebat autem adhuc anno 1277. quo SS. Projecti, & Accoliti sacra Lipsana in Cathedrali recondidit. Id testatur antiqua inscriptio, quam nuper an. 1677. invenit supra Sanctorum Corporum monumentum Episcopus Caldana, dum sacras reliquias

D perquireret. Illa vero est hujusmodi. *Anno Domini 1277. die nona mensis Maii. Hic requiescunt Corpora Sanctorum Projecti, & Accoliti, recondita per Dominum Octonem Parentii Episcopum tempore D. Joannis Papæ XX. & D. Rodulphi Romanorum electi, ac D. Raymundi Patriarchæ Aquilejensis*. Hoc eodem anno Cathedralis majus altare, Tribunamque condidisse Othonem edocent nos sequentia carmina, quæ musivo opere exarata adhuc leguntur circa Capellæ majoris testudinem.

,, *Tempora surgebant Christi nativa potentis*
,, *Septem cum decies septem cum mille ducentis,*
,, *Virginis . . . . cum sacræ sedulus aræ*
,, *Hoc opus ex voto perfecit Episcopus Otho*
,, *Perpetuando pia laudes tibi Virgo Maria.*)

A 38 BONIFACIUS cuidam privilegio se subscripsit Carmelitanis fratribus à Nicolao IV. indulto ann. 1289. Hic charus fuit, & familiaris Rodulphi Cæsaris, à quo anno 1291. confirmationem obtinuit omnium privilegiorum ab antecessoribus Imperatoribus, & Regibus Ecclesiæ Parentinæ concessorum, cui alia addidit ad favorem ejusdem. Documentum est hujusmodi ex eodem reg. Parentino. XXX VIII.

Rodulfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.

Universis Imperii *Romani nostris fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam, & omne bonum.* Imperialis *Excellentiæ dignitas tunc veræ laudis titulis sublimatur, & eminenti decore præfulget, cum Ecclesiarum jura protegit, & augmentat, & earum Prælatorum devotionem clementer attendit, & eis de sua liberalitate confirmat, quæ à suis progenitoribus rite, & juste sibi collata videntur, cum in observandis beneficiis non minus quàm in largiendis laus* Imperialis *dignitatis accrescat. Noverint igitur præsentis ætatis homines, & futuræ, quod nos venerabilis*

B *Bonifatii Episcopi* Parentini *devoti nostri carissimi devotis supplicationibus nobis ex parte sua porrectis consuetæ pietatis aures favorabiliter intendentes, ipsi Bonifatio* Episcopo Parentino, *suisq; successoribus in* Ecclesia Parentina *quoddam privilegium confirmatum, nec non traditum, & indultum per inclitum quon.* Dom. *Othonem* II. *Rom.* Imperatorem *Augustum Adæ tunc* Episcopo Parentino, *& successoribus suis sigillatum, & munitum sigillo ceree ipsius Dom. Othonis* Rom. Imperat. *vero, integro, & non vitiato, nec in aliqua parte sui corrupto, viso, ostenso, & perlecto coram nostræ præsentiam majestatis, cujus privilegii tenor talis est, & sequitur ut intus. Otho divina favente gratia, &c. cum suo signo ut supra, & verbis infrascriptis signum videl.* D. *Othonis* II. *Serenissimi* Imperatoris, *& invictissimi Augusti. Adalbertus Cancellarius ad vicem* Petri *Episcopi, & Archicancellarii recognovi, & scripsi.* Datum 7. *Non. Junii, anno* Dominicæ Incarnationis 983. *indictione undecima. Regni vero*

C D *serenissimi Othonis 26. imperii ejus 13. Actum Veronæ feliciter. Amen. Cum omnibus privilegiis, gratiis, liberalitatibus, & juribus universis, ab ipso* Domino *Othone Rom.* Imperatore, *& aliis* Imperatoribus, *Regibus, seu Romanis* Principibus *divæ mem. prædecessoribus nostris indultis, traditis, & concessis, in omnibus, & singulis suis articulis libenter, & liberaliter confirmamus, & innovamus, & cum Castro Ursariæ, quod cum omnibus suis juribus sibi quoquomodo attinentibus, & pertinentibus pro remedio animæ nostræ, nostrorumque prædecessorum S.* Parentinæ *Ecclesiæ de novo integraliter tradimus, & donamus, & ex plenitudine potestatis Regiæ tam de prædictis omnibus, & singulis superius expressis, quam de ipso Castro Ursariæ cum juribus suis ipsum Bonifacium Episcopum Parent. successoresq; suos Episcopos Parentinos de novo investimus, & eisdem concedimus, & largimur; quicquid autem de bonis, vel rebus prædictis alienatum est hactenus illicite, vel distractum, decernimus, & jubemus per hoc præsens privilegium nul-*

D *lam habere, vel obtinere roboris firmitatem, & ad jus, & proprietatem ipsius* Ecclesiæ *revocamus omni præscriptione sine justo facta titulo non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, & concessiones infringere, vel ei in aliquo temerario ausu contraire; quod qui fecerit gravem nostræ Majestatis offensam se noverit incursurum, nec non compositurum auri boni libras centum pro quoque, vel quaque vice medietatem Fisco nostro, & aliam medietatem* Eccles. Parentinæ. *In cujus rei testimonium præsens privilegium exinde conscribi, & Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri.*

Signum serenissimi Dom. *Rodulfi* † *Romanorum Regis invictissimi.*

Testes hujus rei sunt venerabiles Rodulfus Constantien. Episcopus. *Corradus* Abbas *S. Galli Principis nostri Carissimi. Nobiles viri Hebernardus de Catenelrabong. Ludovicus de Octigen. Rodulfus de*

Mon-

Moatefort Comites, & strenuus vir Heremanus de Baltecbe, & alii quamplures testes fide digni. A

Datum Coastantiæ IV. Kal. Februarii. Iadict. IV. anno Domiai *MCCXCI. regai vero nostri XV*III.

(,, *Anno 1299. Indulgentias coacessit iuvisentibus*
,, *reliquias, quæ iu Sacrario Ecclesiæ S. Antonii ser-*
,, *vantur Patavii, ut refert Polidorus in memoriis*
,, *religiosis ejusdem ecclesiæ c. 48.*)

XX XIX. 39 GRADEUS, vel Gratiadens, Bonifacii successor (,, *Anno 1316. interfuit Patavii transla-*
,, *tioni quarumdam sacrarum reliquiarum, ut iu*
,, *Pataviais dicitur.*]

XL 40 JOANNES Sordellus Bononiensis, ad hanc sedem vocatus est aono 1328. Decessit anno 1367.
(,, *Hoc Præsule an. 1361. die 18. Novembris inven-*
,, *ta fuerunt corpora Ss. Projecti, & Accolti, ut te-*
,, *statur sequens inscriptio, quæ in Cathedralis Pa-*
,, *rentinæ maro affixa adhuc conspicitur.*
,, MCCCLXI. die XVIII. Nuvembris in-
,, venta fuerunt B. corpora Ss. marty-
,, rum Projecti, & Acculiti, in altari S. B
,, Anastasiæ Ecclesiæ Parentinæ tempo-
,, re Ss. D. Innoceotii PP. VI. & Rever.
,, D. Fratris Joannis Episcopi Parentini,
,, atque oobilis, & potentis D. Niculai
,, Alberto honorandi Potestatis Parentii.
,, Post quorum inventiooem sanctorum
,, pestis, & mortalitas, quæ tunc ondi-
,, que imminebat, totaliter in civitate
,, Parentina cessavit, & multa alia mira-
,, cola facta sunt ad honorem Altissimi,
,, qui terram, & omnes regat feliciter.
,, Amen.)



XLI. 41 Fr. GISBERTUS *a* Georgios nobilis Venetus, Ord. Præd. insignis sacræ Theologiæ laureatus, electus est hujus sedis Antistes annn 1367. 6. Non. Julii, ut habetur in Reg. Vatic. Mortalitatem explevit anno 1388.

a Fontan. Th. Dominic. p. 260.

XLII. 42 Fr. JOANNES *b* (1) Lombardus, Venetus, successit Gisberto anno 1388. Excessit sub Joaooe XXIII.

b Fontana Th. Dominic. p. 260.



D

XLIII 43 FANTINUM Vallaressum, nobilem Venetum, Latinæ, & Græcæ linguæ eruditissimum, ac multiplici doctrina virum clarissimum, Joannes XXIII. demortuo Joanni suffecit 1412. Sed antequam diplomata obsignarentur, Jnannes Pontifex coactus est in Constantiensi Concilio, Pontificia sede abire, ideoque Vallaressii irrita electio fuit. Ipsum tamen Martinus V. ad eandem sedem adlegit an. 1417. Kal. Feb. ex sua auctoritate ætatis defectu suppleto, cum vix 25. annos excederet. Præfuit laudabiliter usque ad annum 1426. indeque ad Cretensem Archiepiscopatum fuit translatus. Claruit in Florentino Concilio sub Eugenio IV. Pontif. ad quem doctissime scripsit de unitate Ecclesiæ, cujus doctissimæ epistolę extant M.S. in celebri Bibliotheca Francisci Card. Barberini, una cum epist. Maphæi Vallaressi Archiepiscopi Jadrensis oepotis sui eruditiooe clarissimi.

44 DANIEL Scotus Tarvisious, paulo ante Episcopus Æmoniensis, ad hanc Ecclesiam fuit translatus an. 1426. Id. *a* Januarii; annoque 1433 *b*. Concordiensis Episcopus effectus est. XLIV

a 7. Id. *b* 7. Id. Januar.

45 ANGELUS Cavacia, Episcopus Arbeosis, ad hanc Ecclesiam fuit translatus 1433. 7. Id. Januarii. Hujus Episcopi temporibus, Eugenius IV. Æmoniensem Ecclesiam Parentinæ conjunxit, ea conditione, ac lege, ut una effecta ex duabus, unum tantum deinceps venerarentur Pastorem: ut ex lib. 1. de diversis formis, anno 4. ejusdem Pontif. f. 41. XLV.

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam.

Cunctis Orbis Ecclesiis disponente Domino præsidentes, circa ipsarum statum salubriter dirigeadum, studiis invigilamus assiduis, easque sic capimus nostri ministerii præsidio dirigi, quod ab detrimentis sublevenitur incommodis, & prosperis jugiter proficiant incrementis. Cupieates igitur Pareatin. & Æmonen. Ecclesiarum provinciæ Aquilejen. statui, & indemnitatibus salubriter providere, speraates quoque quod ipsæ Parentinen. & Æmonen. Ecclesiæ etiam sub felici Pastoris unius regimine spiritualiter, & temporaliter optatos debeant contingere successus, nec non Parentinen. & Æmonen. mensarum Episcopalium fructus, redditus, & proventus præsentibus pro sufficienter expressis babeates, ex certis C *rationibus animum nostrum ad id moventibus causis, necnon de venerabilium fratrum nostrorum consilio dictas Parentinen. & Aemonen. Ecclesias, cum omnibus suis juribus, & pertinentiis insimul; quam primum dictam Aemonensem Ecclesiam per cessum, vel decessum, aut alio quovis modo vacare contigerit, auctoritate Apostolica in perpetuum iuvestimus, & unimus, ita quod dictarum unitarum Ecclesiarum unus Præsul, & Episcopus sit, liceatque Episcopo Parentin. tunc existenti per se, vel per alium possessionem Episcopalis mensæ Aemonen. hujusmodi auctoritate propria libere apprebendere, necnon sibi, & successoribus Episcopis Parentinen. pro tempore existentibus fructus, redditus, & proventus ejusdem mensæ Aemonen. in suos ipsorumque mensarum usus convertere perpetuo, pariter & retinere, ac iu civitate, & diœcesi Aemonen. omnia & singula pontificalia, jurisdictionalia, & alia, quæ Episcopi Aemonen. antea existentes ratione dictæ Aemonen. Ecclesiæ potuerunt, aut debuerunt inibi facere, ac etiam exercere, cujusvis super hoc licentia minime requisita: mandantes dilectis filiis clero, civitati, ac diœcesi eorundem, ut post quam annexio, & unio hujusmodi sortitæ fuerint effectum, præfato Episcopo tunc existenti, & successoribus in his omnibus, quæ de jure Episcopali inibi fuerint, humiliter pareant, & intendant. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, ac ipsarum unitarum Ecclesiarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Proviso, quod propter annexionem, & unitates prædictas, ipsę unitę Ecclesiæ in spiritualibus non lædantur, & in temporalibus nullatenus subeant detrimenta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-*

(1) A P. Lezana refertur ex Pelolo tom. 4. Annal. Carmelit. hunc Joannem ex Priore conventus Parentii ad ejusdem civitatis infulam assumptum fuisse, sed vice anni 1388. legitur ibi 1368. *Lucentius.*

ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo, &c. nostræ annenionis, unionis, mandati, & constitutionis infringere, &c.

Datum Romæ apud S. Grisogonum anno Incarnationis Dominicæ 1434. sento Id. Maii Pont. nostri an. IV.

At hujusmodi conjunctio hand diuturniorem tulit ætatem, nam Nicolaus V. anno 1451. Æmonensem ab hac Pareutina disjunxit Ecclesia, conjunaitque cum Venetiarum, ut supra narravimus. Cæterum Angelus ad Traguriensem Episcopatum fuit translatus anno 1440.3. Idus Aprilis. („ *Adfuit Conciliis Ferrarien. & Florentino.*)

XLVI 46 IOANNES civis Parentinus, Episcopus Arbensis, Angelo subrogatus est auno 1440. tertio Id. Aprilis. Decessit anno 1447.

XLVII 47 PLACIDUS Pavanellus Patavinus Monachus S. Benedicti de Mantua, Eugenii IV. familiarissimus, fit Abbas Vallisumbrosæ in Hetruria a, mox evasit Episcopus titularis Bibliensis, tum & Pareutinus anno 1447. postrema die mensis Januarii, & demum Torcellanus Antistes excessit é vivis, de quo ibi.

a Et Generalis totius Vallisumbr. congregationis.



XL VIII. 48 FRANCISCUS Maurocenus, nobilis Venetus, hanc Cathedram ascendit anno 1458. Recanatensem Ecclesiam admiuistravit, præfuitque S. Lauretanæ Domui, ubi & decessit 1471. sepultusque est in Recanatensi Cathedrali cum hoc epitaphio.

Hic sepultus est Reverendiss. Dominus Franciscus Maurocenus Episcopus Parentinus, qui Eccl. Recanaten. & summæ Almæ Virg. de Loret. mirifice gubernavit ex commissione Beatissimi Pauli II. Pontif. Max. Obiit die III. Octobris anno M.CCCC. LXXI. ætatis suæ vero an. LVIII.

XLIX. 49 BARTHOLOMÆUS Barbadico, nobilis Venetus, electus fuit hujus Ecclesiæ Præsul anno 1471. („ *Vixit in hac dignitate annos quinque.*)

L. 50 SYLVESTER Quirinus, nobilis Venetus, Bartholomæo successit anno 1476. Brevis pontifex fuit.

LI. 51 NICOLAUS Francus, Patavinus, præficitur huic Ecclesiæ aono 1477. novem annis eam administravit, deinde translatus fuit ad Episcopatum Tarvisinum auoo 1486. die 21. mens. Februarii, de quo ibi.

LII. 52 Fr. THOMAS Cataneus, Bergomensis, Ordinis Prædicatorum. Parentinam sedem est assecutus anno 1486. ea Nicolai Franchi cessione, qui antequam diplomatibus firmaretur, iniretque possessionem, ad Cerviensem Ecclesiam translatus est 1486. die 4. mens. Martii: vide supra t. 2. in Episcopis Cerviensibus.

LIII. 53 JOANNES ANTONIUS Paverus, alias Baccanus, Brixiensis, ex Canonico Parentino, electo Thomæ suffectus est die 4. meusis Martii 1486. Romæ decessit é vivis, cum esset Magister domus Cardinalis Cæsarini, die 20. Februatii anno 1500. ubi sepulchrum accepit.

LIV. 54 ALOYSIUS Tassus, Bergomas, ad Parentinam sedem promotus est an. 1500. („ *An. 1512.* „ *Concilio Lateranen. interfuit.*) Seadecim annis

A



præfuit, deinde ad Recanatensem Episcopatum translatus fuit anno 1516. Geultoris sui Augustini viri clarissimi cineres Bergomi in Ecclesia S. Spiritus recondidit, & cœnotaphium hocce eaornavit. B

Summæ fidei, summi officii apud summum Pontificem, mortalesque cunctos Augustinus Tassus, solers gentilitiæ dignitatis curator, Filiis optimis moribus, & claris insignitis bonoribus, filiabusque bonestis locatis, Patriæ non immemor dulcissimæ, Romæ moriens, huc cineres deportandos mandavit; casto pulveri Catharinæ conjugis charissimæ, cum qua sine querela vinit annis XLIII. cum amplius heu non parcant Parcæ maritandos. Aloysius Pont. Parentinus F. pientiss. Parenti domi, forique gloriam B. M. & vivæ matris F. C. Vinit ann. LXIX. ad sept. usque ad Kal. Mart. anno salutis M. D. X. Julio II. Pontif. Man.

C



55 HIERONYMUS Campeglus b, Bononiensis, filius Bartholomæi, ad hanc eandem sedem pervenit an. 1516. die 16. Januarii, sub cujus administratione, inter nobiles Maurocenos Venetos, Ecclesiamque Parentinam facta est transactio, seu concordia de castro s. Vincentii ad eandem Ecclesiam spectante; quam Clemens VII. suo diplomate confirmavit, his conceptis verbis. LV. D

b Hujus meminit Crescentius in Corona Nobil. Ital. par. 2. p. 401. Mandosf.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ea, quæ pro bono pacis, ac Ecclesiarum utilitate, inter quaslibet, præsertim pontificali dignitate præditas, & generis nobilitate pollentes personas, potissimum interveutu nostro, concordia sunt terminata, ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, sed firma perpetuo, & illibata persistant, nostræ approbationis munimine libenter roboramus, & alias super his provisiones congruas adhibemus, prout in Domino conspicimus salubriter enpedire. Sane nuper per nos accepto, quod postquam dilectus filius Petrus Francisci Mauroceni nobilis Venetus, & ejus prædecessor, castrum S. Vincentii Parentinæ Diœcesis per plures annos possederunt, super eodem castro, per ipsum Petrum asserentem dictum castrum ejus prædecessoribus, vel eorum alicui pro se suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque in emphiteu-

sim perpetuam sub annuo canone, sive censu 10 ducatorum Episcopo Parentino pro tempore existenti annis singulis persolventibus, fuisse concessum, & venerabilem fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Parentinum, prætendentem concessionem hujusmodi juribus carere, ipsumque castrum ad mensam Episcopalem suam Parentinam devolutum esse, seu pertinere, diu in Romana Curia litigatum fuerat, cum nos de mensa, & Petri prætenptorum juribus per diversas informationes certificati plenissime, & ipsis juribus mature consideratis, utilitati mensæ & indemnitati Petri prædictorum consulere volentes, parcendo litibus, & expensis, eisdem Hieronymo Episcopo, & Petro suasissemus, ut litem hujusmodi concordia terminarent; tandem ipsi Hieronym. Episc. & Petrus inter se in præsentia nostra concordarunt, quod Petrus, & ejus successores, in dicto Castro anno quolibet teneretur dare, assignare, seu solvere præscripto Hieronymo, & ejus successoribus Episcopis Parentinis pro tempore existentibus medietatem omnium fructuum, & proventuum dicti castri, tam en decimis, quam vectigalibus, juribus, vel regalibus, & quibuscumque emolumentis, etiam pratorum, arvorum, nemorum, & aliarum quarumcumque terrarum cultarum, & incultarum dominii dicti castri, aut ipsum castrum sequentibus, & tangentibus obvenientium, in qua quidem medietate contineretur, & computaretur quarta pars decimarum, quæ nunc Ecclesiæ dicti castri persolvitur, & en qua Episcopus Parentinus hujusmodi quandam portionem percipit, ac quod ipsa medietas eidem Episcopo, ut præfertur, solvenda semper sequeretur quantitatem dictorum emolumentorum, & proventuum, etiam forsan propter melioramenta ibi facta & facien factorum, & augendorum, ita tamen quod ad canonem dictum ducatorum solvi solitum, hujusmodi Petrus, & successores sui præsenti de cetero nullatenus tenerentur. Reliquam vero medietatem decimarum, & fructuũ hujusmodi Petrus, & ejus successores prædicti pro se retinere possent, & eorũ ipsa medietas existeret, ipsique Petrus, & ejus soccessores ad nulla alia onera, quã premissa teneerentur, ac Hieronymus prædictus, & ejus successores præfati nihil aliud ex dicto Castro, etiam ratione census decem ducatorum hujusmodi, ac aliã etiam efficaciorem, ac specialem notam, requirente quacumque occasione, vel causa directe, vel indirecte, in perpetuum, vel ad tempus habere possent, teneenturque versa vice ad solvendam medietatem omnium, & singularum expensarum, tam necessarium, quam utilium pro regimine, & conservatione dicti Castri faciendarum, ita tamen, quod quarta pars decimarum eidem Episcopo solvenda hujusmodi ipsi Episcopo illæsa permaneret, & integre solvi deberet, etiam casu, quo reliqua emolumenta eidem Episcopo per Petrum, & successores prędictos solvẽda hujusmodi ad medietatem expẽsarum eidem Episcopo incumbentem hujusmodi non sufficerent. Declaratio autem expensarum, & illarum dimidię partis hujusmodi per nos, vel à nobis deputandos, aut aliquas eidem Episcopo, & Petro, amicas, & non suspectas personas fieri deberet, ac dictus Hieronymus Episcopus Castrum prædictum cum illius dominio, ac omnibus juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis suis, eidem Petro pro se, suisque hæredibus, & successoribus utriusque sexus quibuscumque in emphitensim, ac livellum perpetuo sub annuo canone medietatis fructuum hujusmodi concedere deberet. Dictus vero Petrus in conclusione concordiæ hujusmodi, & ut ipse, ac dicti ejus successores, ex magis justo, magisque oneroso titulo castrum prædictum pacifice possidere possent, ac etiam pro laboribus, & expensis, quos dictus Hieronymus Episcopus in lite hujusmodi supportaverat, mille ducatos auri pro honore, & commodo Ecclesiæ Parentinæ, quadringentos videlicet infra quinque menses, & reliquos sexcentos ducatos hujusmodi, temporibus per nos ad id deputandis, solvere, & de solutione ducatorum mille hujusmodi libere facienda, & fideliter idoneos, & sufficientes fidejussores ad arbitrium dicti Hieronymi Episcopi præstare, nec non pro ornamentis dictæ Ecclesiæ Pa-

A *rentinæ centos ducatos monetæ Venetæ in calicibus seu crucibus, aut candelabris argenteis altaris dictæ Ecclesiæ Parentinæ exponere, & donec illos exponeret, & non ulterius anno quolibet quinque ducatos similes eidem Ecclesiæ Parent. pro ornamentis hujusmodi persolvere. Ipsique Petrus, ac dicti ejus successores in perpetuum omnem operam, authoritatem, & favorem suos ubi commode possint, Episcopis Parentinis hujusmodi, tam Venetiis, quam apud alia quæcumque Tribunalia magistratus Venetorum in locis eidem Ecclesiæ Parentinæ finitimis, jus reddentium, ut per eorum favorem, & gratiam Episcopi, & Ecclesia Parentina hujusmodi in suis juribus obtinendis melius se possint tueri, impendere, & tam Hieronymus Episcopus, quam Petrus prædictus fide bona, & officio boni viri concordiam hujusmodi conservare, & manutenere, fidemque, & amicitiam, pacem inter se servare, prout tales Prælatum, & nobilem decebat, deberent, & tenerentur, quodque ille ex Hieronymo Episcopo, & suis, ac ex Petro, & suis*
B *successoribus prædictis, qui Concordiæ hujusmodi contraveniret, pœnam ducatorum quingentorum de Camera fabricæ Basilicę Principis Apostolorum de Urbe applicandam incurreret, & deinde sicut etiam accepimus, Hieronymus prædictus pro se, & suis, ac Petrus prędicti similiter pro se, & suis successoribus prędictis omnia, & singula in dicta scriptura contenta approbarunt, & emolgarunt, ac rata, & grata habuerunt, illaque, & quę in præsentibus continerentur, ac eorum quodlibet inviolabiliter in perpetuum observare, nec contra illa vel illorum aliquod ullo unquam tempore quovis modo, sive causa venire sub pęna prędicta promiserunt. Et insuper dictus Hieronymus Episcopus castrum prædictum cum illius dominio utili, & omnibus juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis suis, nec non possessiones, terras, & dominia ad ipsum castrum quomodolibet spectantia, & pertinentia eidem Petro pro se, suisque hæredibus quibuscumque tam masculis, quam fœminis in Emphiteusim, seu livellos perpetuos sub annuo canone medietatis fructuum, & pro-*
C *ventuum hujusmodi juxta formam concordiæ & scripturæ prædictarum dedit, & concessit, salvo tamen sibi, & ejus successoribus prædictis directo dominio castri, ejusque possessionum, & bonorum prædictorum, prout in quadam scriptura manibus Hieronymi Episcopi, & Petri præscriptorum, nec non venerabilis fratris nostri Jacobi Episcopi Carpetoraten. Prælati & secretarii nostri domestici inscripta sub concordia, & instrumento publico super datione, & concessione præsentis respective perfectus dicitur plenius continere. Nos igitur quorum est, quæ concordiæ, & Ecclesiis utilia sunt, effectui votivo salubriter demandare, concordiam, & concessionem hujusmodi perpetuo illæsas perseverari cupientes, ac Hieronymum Episcopum, & Petrum prædictos, & eorum quemlibet, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiast. sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie*
D *absolventes & absolutos fore censentes, nec non castri, & possessionum, & bonorum prædictorum situationes, confines, qualitates, quantitates, denominationes, & veros annuos valores, ac litis, & causæ hujusmodi statum, & quorumcumque instrumentorum, literarum, & scripturarum occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis, motu proprio, non ad ipsorum Hieronymi Episcopi, & Petri, vel alicujus alterius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium concordiam, ac dationem, & concessiones prædictas, nec non prout illas concernunt omnia, & singula in scriptura, & instrumento prædictis contenta, & inde sequuta, quæcumque tanquam de illis bene informati, approbamus, & confirmamus, ac omnes, & singulos, tam juris quam facti, ac etiam consensus dilectorum filiorum Capituli dictæ Ecclesiæ Parentinæ defectus, si qui sunt, for-*

san intervenerunt, in eisdem supplemus, illasque in evidentem mensæ, & Ecclesiæ Parentinæ prædictarum utilitatem cedere, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere; necnon Petrum, & ejus successores prædictos veros, & indubitatos dominos dicti castri, illiusque territorii, ratione utilis dominii, existere, & solutionem quartæ partis decimarum eidem Ecclesiæ S. Vincentii, & alterius quartæ partis decimarum, necnon medietatis reliquorum fructuum Hieronymo Episcopo, & ejus successoribus prædictis, aut eorum procuratoribus in dicto castro S. Vincentii facien. teneri, & obligatos esse: reliquam vero medietatem decimarum, & aliorum fructuum, proventuum, & emolumentorum hujusmodi, pro se retinere, & de illa, nec non de dicto castro libere, ut refertur, disponere posse; necnon Hieronymum Episcopum, & ejus successores prædictos ad supportandam medietatem expensarum hujusmodi, salva semper tamen ei remanente quarta parte decimarum hujusmodi, ut præfertur, efficaciter teneri, & obligatos esse, ac Hieronymum Episcopum, & ejus successores prædictos, vel illorum aliquem ultra quartam partem decimarum, & portionem per eum ex illa quarta parte decimarum ecclesiæ S. Vincentii solvenda percipi solitam, nec medietatem reliquorum fructuum, & emolumentorum hujusmodi aliquid ex castro, aut Petro, aut successoribus prædictis quavis occasione, vel causa exigere, aut percipere, seu tenere, vel Petrum, & ejus successores prædictos, aut eorum aliquem super castro, & territorio prædictis, aut eam quomodolibet concernentibus, vel eorum aliquo quovis quæsito colore directe, vel indirecte molestare, impedire, aut inquietare, ac præmissa omnia, & singula, necnon præsentes, & in eis contenta quæcumque, vel earum aliquot de surreptionis, obreptionis, aut intentionis, vel alio quocumque vitio, seu defectu, sive notu infirmari, seu notari, aut etiam aliter impugnari nullatenus, & ad hujusmodi concordium, & alia præmissa præsentes litteras ubique in judicio, & extra sufficere, & sic per quoscumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes judices, & personas ubiq; tam in motis, quam in movendis causis quibuscumque judicari, cognosci, atq; decidi debere, sublata eis, & eorum tamen quemlibet quavis aliter judicandi, cognoscendi, & decidendi facultate, necnon irritum, & inane quicquid secus super hujusmodi u quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, definimus, declaramus, ac decernimus, non obstant. felicis recordationis Pauli Papæ II. prædecessoris nostri const. cum ia omnibus judiciis incipiente, & aliis Apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, & statutis, & consuetudinibus dictæ Ecclesiæ Parentinæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, ac his per prædictum, ac alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem Apostolicam, & per viam generalis legis, & statuti perpetui, ac motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusvis irritativis, annullativis, revocativis, cassativis, modificativis, præservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis mentis, attestativis, ac declaratoriarum declaratoriis, aliis efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis, quibus etiam si per illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes mentio quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illi nullatenus derogari possit tenoris hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id servandos pro individuo servatis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus. Quodve forsitan dicto Petro ante concordiam prædictam nullum in dicto castro, vel ad illud jus competebat, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli vero hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, suppletionis, declarationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apost. se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1524. 11. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno 2.

Hieronymus vero nonagenarius decessit Bononiæ ann. 1533. sepultus in Cathedrali, ubi hæc inscriptio legebatur.

Hieronymus Campegius Jur. Ut. Doct. Episcopus Parentinus, & S. Vincentii Comes & D. N. Sanctiss. Prælatus domesticus continuus commensalis, Serenissimi Imperatoris Consiliarius Comes Palatinus.

56 LAURENTIUS Card. Campegius a hujus Ecclesiæ factus est perpetuus administrator anno 1533. Illam resignavit anno 1537. LVI.

a De eo Ciaconius, Oldoini tom. 3. col. 184.

57 JOANNES Campegius, Bononiensis, Parentinus Episcopus creatus est die 18. mensis Maii 1537. Anno vero 1553. ad Bononiensem translatus fuit. De quo vide tom. 2. (,, *Huic Paulus Papa III. Breve conscripsit, quo Ursariæ, & S. Vincentii castra nullius alterius potestati subdita declaravit, quam ipsius Parentini Episcopi, & Romani Pontificis. Breve, in quo Joannes appellatur adhuc Electus, datum est an. 1542. & est hujus tenoris.* LVII.

,, *Dilecto filio Joanni electo Parentino Paulus Papa III. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, Ursariæ, & quod ad præsens in feudum retinetur, S. Vincentii castra tuæ diœcesis jam tanto tempore, quod ejus initii hominum memoria non habetur, ad mensam Episcopalem Parentinam pertinuerint, nec ab eodem tempore citra nostri, aut sedis Apostolicæ in Civitate Venetiarum, etiam cum potestate Legati de latere Nuncii, seu quivis alius superior in eisdem Castris actum superioritatis exercuerint, seu de eorum causis tam primæ, quam secundæ, aut ulterius instantiæ se intromiserint, sed Castra prædicta, & eorum Universitates sub Episcopi Parentini pro tempore existentis, & post eum immediate Romani Pontificis, & dictæ sedis Apostolicæ protectione continuo remanserint, & perseveraverint, ac ultra Episcopos Parentinos, qui pro tempore fuerint, neminem alium quam Romanum Pontificem pro tempore existentem, & sedem eamdem in superiorem recognoverint, & propterea ab omni jurisdictione, superioritate, dominio, & potestate quorumcumque aliorum exempta, & soli Rom. Pontifici, ac sedi prædictæ post eumdem Episcopum subjecta esse dignoscantur; nihilominus Ven. Fr. Georgius Episcopus Clusiæ, dum nostrum, & dictæ sedis cum potestate Legati de latere in eadem Civitate Nuncium ageret, de exemptione hujusmodi notitiam non habens, appellationis in quadam causa spirituali quorumdam hominum alterius castri hujusmodi sub certis modo, & forma interposi-*

,, tæ se judicem competentem esse declaravit in ipsorum Castrorum, & Universitatum, ac Ecclesiæ Parentinæ præjudicium non modicum: Quare nobis humiliter supplicari fecisti, ut tibi, & Ecclesiæ tuę prædictæ in præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, qui Cathedralium indemnitati, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, hujusmodi supplicationibus inclinati per interlocutoriam, seu declarationem Georgii Episcopi, & tunc Nuncii hujusmodi, ut præfertur, factam, ac inde secuta quæcumque veris existentibus præmissis nullum exemptioni eorum de Ursariæ, & S. Vincentii Castris, ac illorum Universitatum, & Ecclesiæ suæ præfatæ præjudicium generatum fuisse, aut generari potuisse, sed eadem Castra, prout prius ab omni jurisdictione, superioritate, dominio, & potestate ejusdem Georgii Episcopi, tunc, & pro tempore existentis nostri, & præfatæ sedis in eadem Civitate Venetiarum Nuncii, ac quorumcumque aliorum præterquam tui, & nostri, & pro tempore existentium Episcopi Parentini, & Romani Pontificis, ac dictæ sedis exempta, ac tibi, & nobis, & eidem sedi dumtaxat subjecta remansisse, & remanere Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus; non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non facultatibus, & indultis eidem Georgio Episcopo tunc, & pro tempore existente Nuncio hujusmodi pro tempore concessis, cæterisq; contrariis quibuscumque.

,, Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die ultima Junii 1542. Pontificatus nostri anno octavo.)

LVIII 58 PETRUS Grittus, Brixiensis, præficitur anno 1553. die 17. Maji. Concilio Tridentino interfuit. Obiitque anno 1573.

LIX. 59 CÆSAR de Nores, Cyprius, è Tripolis Comitibus, Pio V. mandante hujus Ecclesiæ fit Episcopus anno 1573. die 11. Februarii. Vita functus est anno 1598. (,, *Adfuit an. 1596. Concilio Provinciali Aquilejen. Laudatur verò à Bonifacio in hist. Tarvis. p. 723. ejusque meminit Palladius in hist. Forojul. par. 2. l. 5. p. 219.* Mandosius.)

LX 60 JOANNES Lippomanus, nobilis Venetus, cum nondum sacris initiatus esset, ex largitate summi Pontificis Clementis VIII. hujus sedis fuit creatus Antistes anno 1598. die 8. Julii. Novem omnino annis hanc rexit Ecclesiam, deinde libere nuncium remisit anno 1609. (1)

LXI. 61 LEONARDUS Tritonius, Utinensis, Joanni successit anno 1609. die 11. Febr. obiitque postremam diem 1633. (,, *De quo videndus Capodaleas in Utino illustr. p. 448.* Mandosius.)

LXII. 62 ROGERIUS Tritonius, Leonardi frater germanus, eidem successit an. 1633. die 4 Septembris. Obiit 1644. (,, *De hoc citatus Capodaleus pag. 607.* Mandosius.)

LXIII 63 JO. BAPTISTA (,, *de Judice*) electus defuncto Rogerio, die 24. Novemb. 1644.

A D D I T I O.

LXIV (,, NICOLAUS *Antonius Petronius Caldana ex primariis familiis Pirani diœcesis Justinopolitanæ, J.U.D. Cardinalis Caraffæ nobilis aulicus, & olim studii Patavini Syndicus, per delectum Jo. Baptistæ antecessoris huic gregi addictus est 16. Martii 1667. quem dum amantissime fovet morte subripitur 1671.*

LXV ,, ALEXANDER *Adelasius, nobilis Bergomensis, Canonicus Regularis Congregationis Lateranensis, in sacra Theologia magister, in animarum cura, aliisque muniis egregie versatus, dignus qui Episcopali hoc regimine decoraretur 1671. die 1. Julii ætatis annorum 40. optime cum fama virtutis suam Ecclesiam administrare cœpit, perrexitque in omne opus bonum, donec fato raptus est mense Augusti 1711.*

,, ANTONIUS *Vaira, Ven. J.U.D. & in Patavino Lyceo juris Canonici Lector primarius, ornatus est hac infula die 2. Martii 1712. De Oecumenica summi Pontificis potestate doctum, absolutumq; edidit volumen. Ad Ecclesiam Adriensem translatus die 12. Julii 1717.* LXVI



,, PETRUS *de Grassis, Nobilis Clodiensis, & mox inter Venetos Patritios adscitus, J.U.D. Utriusque Signaturæ Referendarius in Ecclesia D. Marci de Urbe Eminent. Baduarii Vices gerens, cum Tudertinam, Reatinamque Pontificias urbes summa integritate, civiumque plausu administrasset, à Clemente XII. Parentinus Episcopus electus est die 14. Martii 1718. ætatis annum 52. agens. Cujus Ecclesiæ vix regimini admotus pietate, exemplo, probitate morum, cæterisque virtutibus ita quidque alios, ex eadem familia desumptos Præsules æmulatur, ut quæ divisa claros effecere singulos, in se uno collecta tenere videatur.)* LX VII.

PATAVINI EPISCOPI.



PATAVIUM (vulgo *Padova*) Mediterranea est civitas Venetæ regionis in Marchia Tarvisina, clara quondam Antenore conditore, Livio teste, totius Venetiæ Principatus frequentissima, nunc vero Gymnasii celebritate, mœnium amplitudine, ac munitione, Cleri opulentia, & agrorum eximia ubertate, atque amœnitate felicissima, quam Plinius in decima Italiæ regione reponit in Venetis. Vult Livius, Virgiliusque cum pluribus aliis tum recentibus tum antiquis scriptoribus post Trojanum incendium ab Antenore Trojanorum primario fuisse ædificatam anno antequam Christus veniret MCLXXXII. Hic magna Venetorum, vel si mavis, Henetorum manu adauctus, qui fuerant hostilibus armis Paphiagonia deturbati, per varios fortunæ casus, perque incerta pericula, mare adnavigans, Adriaticum appulit sinum, indeque ad Medoaci amnis, quam nunc Brentam vocant, ostium pervenit, Euganeisque Tuscæ originis incolis pulsis, qui inter Alpes, ac mare sedes locarant, easdem Henetis, qui postea Veneti dicti sunt, cum Trojanis permixtis attribuisse narratur, atque in memoriam excisæ Patriæ, loco Trojæ nomen fecerunt. Ibi ergo, duodecim à mari milliaribus ad ripam Medoaci, ubi modo spectatur, Antenor nobilissimam hanc urbem condidit. Tametsi autem cum Virgilio, Livioque plerique contendant,

(1) Franciscum Cardinalem Manticam Ciaconianum opus in vita ejusdem Cardinalis scribit ex Petramellario, & aliis, cum Clementis VIII. imperio interveniente rexisse per hæc tempora hanc Parentinam Ecclesiam. Verum nec decreta Consistorialia, nec hujus Ecclesiæ tabulæ hujus regiminis testimonium faciunt. Quin potius ex horum temporum Antistitum Catalogo nullus Manticæ locus superest, qui creatus Diaconus Cardinalis an. 1596. vivendi finem fecit 1614. *Lucenius.*

Antenorem scilicet hujus urbis fuisse authorem, A nonnulli tamen discordant de loco, & situ. Sabellicus enim dicit Anrenorem illam quidem ædificasse, hand tamen ibi, ubi modo spectatur, sed paulo inferius. Sed plures, probabilesque conjecturæ evincunt, nunquam illam demutasse locum. De causa autem, origineque nominis, haud perinde constar. Sunt enim qui dicant, primum Autenoream ab auctore fuisse appellatam, postea ab avium auspicio, Patavium, sive ob vicinitatem Padi fluminis, ut Servius vult. Contendit autem idem Sabellicus ab Henetis ita fuisse appellatam, de nomine Patavii Civitatis in Paphlagonia, unde fuerant expulsi. Priscis illis temporibus potentissima fuit, cum legatur, centum viginti millia militum contra hostes eduxisse illam in prœlium. Amicitiam Populi Romani studiosissime coluit, ut Livius narrat, ita ut misso M. Æmilio altero Consule, invicem factæ pacis percusserint fœdus, & cum tota Venerorum gente societatem inierint. Hinc Cicero in Philipp. dicit, Patavinos Romanis amicissimos B fuisse, ac Romanum Populum difficillimis temporibus pecunia, & armis juvisse. Ergo Patavinis bene de Republ. meritis, ut est apud Asconium Pædianum, pro singulari amicitiæ pignore jus coloniarum, & Latii in magistratibus, & suffragiis datum est; tantumque ea urbs floruit florentibus Romanis, ut quemadmodum testatur Strabo, Augusti temporibus quingenti equestris Ordinis viri in ea censerentur. Populi Romani fortunam secuta est, donec exolevit illa majestas, illorumque terror armorum in cæteros. Ex eo sub Attila sævissimo Hunnorum Rege circa anno 430. ferro, flammaque consumpta, excidium passa est, exceptis iis civibus, qui in Adriatici maris circumvicinas insulas transfugientes, eluserunt iram victoris, ut Paulus Diac. scribit, ex quo tempore centum ferme annos in solitudine jacuit, usque ad Narsetem Justiniani Imperatoris Ducem, à quo Ravennatibus lignis fabricatis ædibus instaurata Centum post annos Rex Longobardorum Agilulphus illam delevit anno Domini 601. quo tempore Patavini cives Rivaltum, hoc C est Venetias, & Ravennam commigrarunt, & Episcopalis sedes Methamaucum est traducta. Longobardorum postea deleto Imperio sub Carolo Magno, & Francorum Regibus restitutum, & ab Hungaris bis incensum, rursusque instauratum Patavium à Germanis, qui in Regno Italiæ successere, pristinum decus, & splendorem recepit. Henricus enim III. Imperator Milonis propinqui, & Reginæ Bertæ rogatu, Patavinos libertate, & usu Carocij, quod libertatis insigne illo ævo erat, donavit anno Domini 1081. Libertatem, ejusque insignia retinuerunt, donec Federicus II. Imperator, ut Italos debellaret, illorumque vires deducendo atrenuaret, plures eosq; sævissimos induxit Tyrannos, fovitque. In illis spectatæ crudelitatis fuit Ezellinus à Romano Tyrannus, qui ex Federici favore Patavium occupavit, itaque crudeliter afflixit, ut audita Patavij defectione, duodecim civium millia, quos obsidum loco apud se habebat, obtruncari statim D jusserit. Quod immane feritatis exemplum, Syllanis, Marianis, ac Neronianis proscriptionibus detestabilius, aversatus Pontifex Romanus, biennio post, qui fuit annus 1257. copiis, quibus Gregorius de Monte Longo Apostolicus Legatus præerat, commisso ad Socinum oppidum prælio victum necari curavit a. Extincto non sine cæde, & sanguine, immanissimo Tyranno, Patavinm cum aliis civitatibus libertate recuperata aliquantulum respiravit, sed brevis ea libertas, lætitiaque fuit, siquidem pro uno, plures extitere tyranni. Marsilius enim de Carraria, Patavini agri oppido, tribunatus titulo, quem capitaneatum vocabant, jugum Patriæ posuit, Pater Patriæ dum vixit appellatus; deinde Canis Scaligerus Veronæ dominatui illud adjecit, exacto fugatoque Marsilio, qui, Cane mortuo, iterum Patavinum principatum arripuit, eumque decedens Vbertino Carrario nepoti

a Ezellinus victus, & captus in hostium manibus mœrore confectus, vel, ut quidam prodiderunt, rejectis à Vulnere in pugna contracto medicamentis, impie decessit.

legavit. Carrarij deinde Carrariis successere; Joannique Galeatio Vicecomiti Mediolani domino denique cessit in prædam, cum Joannem Franciscum Carrarium cepisset, abduxissetq; in servitutem. Sed iterum à Vicecomitibus ad Carrarios rediit, quorum Franciscus cum Veronam avito Imperio adjunxisset, jamque Brixiam Mediolani Duci, & Vicentiam Venetis adimere tentaret, Venetorum ultricia in se arma vertit. Illi igitur Franciscum Gonzagam cum exercitu misere, qui, Verona expugnata, & capto Jacobo Francisci filio, Patavioque in deditionem accepto, Francisco suasit, ut cum Jacobo filio ad petendam à Senatu veniam accederet. Quod cum ille protinus fecisset, à Venetis cum jurgio exceptus, cum filio in carceribus necatus est anno 1403. Ita Patavium nonagesimo anno postquam tyrannidem Carrariensium subierat, in Venetorum potestatem venit, qui cum inde se fuisse digressos memori mente tenerent, eam civitatem, tot jactatam bellorum procellis, tanquam Venetæ libertatis, majestatisque originem, ac parentem lætissime excepere, auxere, omnibusque ornamentis ita cumulavere, ut Italicarum civitatum hoc tempore nulli videatur secunda, clara etiam non minus suorum virtute, & industria civium, quam liberalium disciplinarum Academia à Magno Carolo (si vera produntur) instituta, quam Federicus II. Cæsar Bononiensibus infestus extinctam, Bononiensium odio, restituit. Vrbanus denique IV. Rom. Pont. post annos 40. Apostolica auctoritate comprobavit, privilegiisque communivit. Vrbs in plano sita est duodecim quondam, nunc viginti tribus p. m à mari abest. Medoacus eam multifariam interfluit, atque circumfluit, fossis Carrariensium ac deinde Venetorum opera ductis. Eam item Carrarienses triplici murorum ambitu cinxerunt. Veneti novissime ad belli usum munitissimam reddiderunt. Extremus mœnium ambitus septem passuum millia complectitur, & pomœrium habet amplissimum. Præcipua urbis ædificia sunt, Prætorium peramplum plumbo opertum, Henrici IV. Imp. ædificium, à Venetis restitutum, cujus in aula T. Livij sepulchrale cernitur epitaphium, & effigies ad vivum expressa. Marmoreum item simulacrum Speronis Patavini civis jure diserti, qui patrum memoria floruit. Insignia sunt fora, seu areæ publicæ quinque præcipuæ; nobilium, herbaticum, frumentarium, lignarium, palearium. Extat etiam intra urbem hortus rotundus ad usum medicorum exoticarum herbarum varietate ornatus. Patavinorum civium probitatem Strabo, & mirissima ingenia Macrobius laudat, quod facile intellectum est, cum Asinio Pollione Patavinos cogente, ut tributa conferrent, & propterea Dominis latentibus, nemo servorum fuit inventus, qui, libertate proposita, Dominum proderet. Romanorum vero temporibus pannorum, & vestimentorum omnifariam mercaturam exercebant, quod adhuc retinent: lanificio enim tanta artificum multitudo quæstum facit, ut librarum sexcenta millia quotannis inde asportentur. Ager Patavinus latior quondam fuit, latissimus tamen nunc. A Meridie Athesi clauditur, ab Occasu collibus Euganeis, qui septimo ab urbe milliario absunt, à Septentrione Musone amne, ab ortu æstuariis sinus Adriatici, quod subiectum monstrat carmen, publico, & vetusto Patavini populi sigillo insculptum.

Muso, Mons, Athesis, mare certos dat mihi fines.

Patet ager hic in circuitu p. m. 180. quo in spatio sunt oppida, castra, pagi 347. Plana ubique regio, præter montes Euganeos, excelsos quidem, & vinetis, olivetisque ad summa usque cacumina consitis tectos, in quibus vina gignuntur, Plinio celebrata. Atque hi montes (quod nullo in Italiæ loco alibi cernitur) Apennino, & Alpibus nulla ex parte junguntur. In universum autem Patavini agri tanta est fertilitas, ut vicinis quoque Venetis absque ullo suorum incommodo ad usum vitæ necessaria large suppeditet. Hic vina sunt generosissima,

oleum optimum, hic aucupia, & venationes per opportunæ, hic piscationes commodissimæ; oullus siquidem pagus, aut villa est, quæ ultra quinque p. m. distet à flumine; lini autem nollibi major proventus. Itaque vernaculo in Italia carmine vulgatum est; *Pinguem esse Bononiam, sed Patavium pingulus*. Accedit amœnitas amnium, nemorumq; ac collium jucundissima, quibus de causis, ut Bajæ, & Campania civiom quondam Romanorum, sic nunc Patavini agri villæ, Venetorum diverticula, & deliciæ sunt. Cæterum hæc omnia suprarelata clarissimę civitati cum oiaximo decori sint: majori tamen felicitati adscribitur temporibus Apostolorum, atque adeo ab ipsorum alumnis Christiana sacra suscepisse. Narrant enim Petrum Apostolorum Principem, misso Prnsdocimo discipulo sno, illam illustrasse Evangelio, anno Christi 46. & post ipsam urbem conditam 1164. eomdemque Patavij primum Præsulem constituisse. Qui cum sua prædicatione multos convertisset ad Christum, tom etiam plerosque oobilium ad idem studium pietatis invitavit. In quibus enituerunt Vitellianus Patavinorum primarius, ac Præpedigna illius uxor, S. Justinæ invictissimæ Martyris, & protectricis Patavij, nobilissimi parentes: quorum deinde exemplo innumera propemodum multitudo se Christo adjunait. Per id rempus desæviebat Neroniana crudelitas, in qua Prosdocimus adeo strenue nihilominus se gessit, ut sanctæ Sophiæ, oempe divinæ Sapientiæ, primum Patavinum templum erexerit, primaque sancta Justina selectissima virgo pro Christo sanguinem fuderit, cujus corpus Prosdocimus sacello abdidit, quod ipse in honorem Deiparæ Virginis nou ita pridem ædificaverat. Plures alios Christianos sustulit illa crudelitas, quam tamen ex divino instinctu Prosdocimus ductarus est, donec recens plantaræ Ecclesiæ robustiores vires accederent. Post decessum Prosdocimi, in provehendæ Christianitatis curam Maximus Episcopus, ac Daniel Levita, & Martyr successere: nec prius Patavini Præsules gregi sibi commisso jus palam diaerunt, quam post redditam universali Ecclesiæ pacem per Coostantinum Magnum piissimum Imperatorem, ut aliis etiam Ecclesiis accidisse constat. Tunc hæc nobilissima Ecclesia ob eximiam populi Patavini pietatem suæ diœcesis protulit fines, adauxit opes, aras, templaque constituit, aluit loca pia, olim Regum, Cæsarum, Pontificumque amplissimis firmata privilegiis. Carolus Magnus anoo 781. Patavium ipsum, tantam orbem, Patavinis Præsulibus dono dedit. Ludovicus Cæsar Italiæ Rex patrem, avumque imitatus, Patavij Episcopo immunitatis privilegium concessit, & Ecclesiam Patavinam sub patrocinium suum recepit anno 849. cujus, atque alia superiorum Regum privilegia, incenso ab Hungaris ipsius Ecclesiæ tabulario, cum fuissent absumpta, Berengarius Italiæ Rex, Sibiennis Patavini Episcopi rogatu, instauravit, ac confirmavit Veronæ anno 912. Otho Magnus Imper. anno tertio sui Imperij, salutis vero 964. die sexto Julij, ad Aquampendentem Tusciæ oppidum, Gauselino Patavino Episcopo iterata liberalitate confirmavit quicquid Berengarius II. Hugoque Rex Italiæ, suique antecessores dilargiti fuerant Ecclesiæ Beatissimæ Mariæ Virginis, sanctæque Justinæ, per id tempus Patavinæ diœcesis capiti. Idem Imperator potestatem fecit eidem Præsuli, suisque successoribus in suis latifundiis turres, castella, ac propugnacula ædificandi. Henricus autem III. an. 1409. Bernardo Patavino Episcopo indulsit, ut nummos procuderet, monetamque signaret, sic, ut in altera parte, Imperatoris, in altera vero civitatis imago spectaretur. Henricus IV. illiusque Berta uxor lectissima tantas opes in hanc Ecclesiam attulere, ut illius annuus census quindecim millia scutatorum efficiat. Hoc ipsum carmina produnt memoratæ Imperatricis sepulchro affixa, quod ad sinistram ingressus Cathedralis spectatur.

Præsulis, & Cleri præsenti prædia phano,
Donavit Regina jacens hoc marmore Berta,
Henrici Regis Batavi celeberrima Quarti
Conjux, tunc grandi dono memoranda per ævum.

Scribunt tamen Germani Bertam Augustam anno 1088. sexto Kal. Januarij defunctam Moguntiæ sepultam, postea Spiræ io tumulo Giselæ illatam jacere cum cœnotaphio *a*. Idem Henricus IV. Imper. Miloni Episcopo, ejusque successoribus donavit Castellum de plebe Sacco, donationi addito Comitum titulo, quod jus, dignitatemque Patavini Præsules hactenus conservarunt; quibus etiam olim accesserat castelli de Pendice jurisdictio; eisdemque Episcopis jus erat vel approbandi, vel reprobandi eos, qui disciplinis operam daturi Patavinum studium vellent adire, eisque lauream doctoratus conferendi, ubi felici conatu studiorum spatia percorrissent. Jus eligendi Episcopum Patavinus Clerus olim habebat, sed ex desidia seculi, Principumq; infinita potentia, sibi illud ipsum Cæsares usurparunt. Gregorius deinde VII. ejusmodi abusum delevit, decrevitque jus eligendi apud Canonicos Cathedralis, Abbatem S. Justinæ, S. Sophiæ, sanctique Andreæ Præpositos, Primiceriumque Parochorum diœcesis inposterum esse debere: quod sibi delatum jus mordicus ij omnes diuturniori mora retinuerunt, donec Romani pontifices eam curam, sicut & aliarum Ecclesiarum, in se traxerunt, vel pertæsi fortassis comitiorum assidui æstus, vel quod ægris oculis intuerentur indignos plerumque provectos ad sedem, vel, qood molestius erat, dissidentium partium odiis, litibus, provocationibus ad nauseam Romanum Tribunal perstreperet. Dum vero Patavina sedes vacaret, Advocatæ nobilissimæ genti curæ erar, nequid detrimenti pateretur, cui etiam hæreditario jure demortui Episcopi spolia contingebant, dominatus episcopalis aulæ usque ad novum Pontificem, equusque, quo novus Episcopus vehebator ad sedem. Prima Cathedralis Patavij S. Sophia fuit, à S. Prosdocimo fundata, quæ titulum illum tulit usque ad aonum 620. Deinde Tricidius Episcopus, qoo populus posset commodius convenire, alteram Deiparæ Virgioi Mariæ consecratam erexit, quæ stetit usq; ad tempora Cardinalis Francisci Pisani Patavini Episcopi, qui, hujus veteris diruta parte, ibidem superbissimum templum exorsus est, quod nobilis Episcopatus taotis redditibus par esse videretur. Hujus Ecclesiæ oobiliora subsellia implent viginti quatuor *b* Canonici, quorum in universum census ascendit ad viginti millia, & eo amplius scutatorum. Quatuor *c* dignitatibus fulget, Archipresbyteratu, Archidiaconatu, Decanatu, & Primiceriatu: quarum Archidiaconatum Petrus Donatus Episcopus instituit anno 1447. Decanatum vero induxit ex favore Apostolicæ sedis Lucas Bonsius Patavinus, qui primus iniit Decanatum 1550. His, divioorum officiorum causa, sex custodes adiecti sunt, totidemque animarum curatores, quos Maosionarios vocant, quadraginta sex *d* Capellani, qui psalmodiam io choro persolvant, triginta & eo amplius Clerici præbendati, destitutique præbenda, cum magistris grammatices, ac musices. Seminariom sanctissime erectum quadraginta sex, ibi instituendi, explent alumni, qui festis diebus Ecclesiæ ioserviont. Animarum cura extra Cathedralem exercetur per viginti sex Parochos diversarum ecclesiarum. Vigintiduo Religiosorum monasteria ibi visuntur, in quibus eminet nobilis S. Justinæ Abbatia ex Ordine S. Benedicti, quæ olim illorum monachorum Congregationi fecerat nomen, quam hoc tempore Casinensem appellaot. Monasterium invidiosis plane opibus abundat. Ecclesiæ amplitudo, divitiæque tantæ sunt, ut ipsæ per se à bene parato scriptore commemoratæ, justum possint implere volumen. De qua erudite, copioseque Jacobus Cavacia scripsit. In hac Ecclesia corpus S. Justinæ Virgiois & Martyris requiescit, cum corpore S. Lucæ Evangelistæ, aliisque quamplurimis sanctorum reliquiis. Huic ecclesiæ templum S. Anto-

a Unus ex his fortasse honorarius tumulus tantum est.

b 27.

c Quinque scilicet & Thesaurariatum.

d 24.

nij, vulgo dicti de Padua, par propemodum habetur, ubi illius corpus conditum jacet. Templum sane visendum, eximiæque devotionis, quam augere videntur Fratres Minores Conventuales, illic tanta cum laude degentes. Monasteria Monialium viginti tres numerantur, xenodochia splendidiora sexdecim, Pietatis Montes tres, cum aliis pluribus laicorum sodalitatibus, piisque locis, ac oratoriis. Amplissima diœcesis est Patavina, ab Orientu Adriatico Mari, & Clodiensi diœcesi, à Meridie Adriensi, & Ferrariensi, ab Occasu Veronensi, & Vicentina, à Septentrione Tarvisina diœcesibus inclusa. Sunt in ea oppida, castra, & villæ fere 350. Civitas vero ipsa centum sexdecim ecclesias complectitur; reliqua vero diœcesis quingentas supra quinque, quæ sub iisdem calculis sexcentas viginti & unam efficiunt. Inde lectori licebit colligere eximiam Patavinorum pietatem. Hæc nobilissima Civitas olim supra quadraginta millia mortalium producebat, sed post contagium, quod ibi ad desolationem fere desæviit, paulo plus viginti millibus frequentatur: *a* fœta tamen nobilitate est, ac viris clarissimis, cum mirabili ubertate soli, quam rursus magnifica, pulchraque ædificia exornant. Ibi jam olim (ut diximus) bonarum literarum, artiumque Federicus II. gymnasium instituit, unde in omni memoria postea flos literarum erupit ad ornamentum, Italiæque decus. Sed sat erit dixisse, Livium Romana in historia principem pro patria Patavium habuisse, indeque prodiisse, Stellam, Flavium, Volusiumque gloria carminum priscis illis temporibus præstantes Poetas Franciscumque Zabarellam Cardinalem Pontificij juris monumentis illustrem, Comitem Jacobum ejusdem nobilissimæ gentis Philosophum: ut interim omittamus, tum recentes, tum antiquiores, qui belli, pacisque artium laude quam maxime floruerunt; de quibus exquisite commemorant Bernardinus Scardeoneus de antiquitate urbis Patavij, & de claris civibus Patavinis, Laurentius Pignoria eruditissimus de originibus Patavij, Angelus Portinarius de Felicitate Paduæ, eruditissimus Jacobus Philippus Thomasinus Aemoniæ Episc. Leander Albertus, Cluverius, Franciscus Scottus, Jo: Henricus in Mercurio Italiæ, Jodocus Hundius in descriptione Italiæ, Antonius Maginus, pluresque alij, quos lector consulet, ad pleniorem hujus urbis cognitionem. Præsules olim hujus Ecclesiæ, discussis antiquitatis tenebris, ex antiquioribus monumentis deprompsit Petrus Baroccius hujus Patavinæ sedis Antistes, inque aula Episcopali ad perennitatem pingendos curavit. Secundum hunc scripsit Scardeoneus de iis, qui sanctimonia vitæ præstitere, fueruntque patria Patavini; Jacobus Cavacius, ex quibus Portinarius brevem catalogum concinnavit. Nos vero ex omnibus iis, aliisque auctoribus, ac monumentis, hanc subiectam Præsulum Patavinorum seriem ex fide digessimus.

a Sed & hodie 40. mil. Mortalium capita alit.

I. 1 S. PROSDOCIMUS, natione Græcus, S. Petri Apostoli discipulus, ab eo Patavinus primus Episcopus fuit ordinatus anno nostræ salutis 46. ætatis suæ 20. Multos sua prædicatione, firmata miraculis, convertit ad Christum. Vitellianum urbis Patavii Præsidem cum uxore baptizavit, eorumdemque filiam nomine Justinam, quam ante, & post excessum parentum ita ad fidem instituit, ut adhuc virguncula non dubitaret pro Christo profundere sanguinem, quam ipse suis manibus sepellivit. Lustravit etiam baptismo circumvicinos populos, civitatesque, Vicentiam, Altinum, Feltrium, oppidumque Atestinum, pluraque alia loca. Patavii S. Sophiæ templum posuit, atque in honorem Deiparæ Virginis alteram Ecclesiam ædificavit. In tanta rerum perturbatione, persecutionumque procellis Ecclesiam à se plantatam optime institutam habuit, rexitque nonaginta & tribus annis; clarusque meritis, & miraculis evolavit ad cœlum, cum suæ ætatis 114. annos explesset, anno nostræ salutis 139. Id. Novembr. sepultusque est in templo Beatissimæ Virginis à se condito. Clare gesta hujus mirabilis Sancti narrant Mombrit. tom. 2. vitæ sanctorum, Petrus in Catalogo lib. 10. c. 33. Scardeon. lib. 2. antiquit. urbis Patavii Martyrol. Roman. Ferrarius, & alii.

2 S. MAXIMUS ex discipulis Prosdocimi, Patavinus genere, ex Vitelliana stirpe creditus, magistro suffectus est an. 139. S. Prosdocimi acta conscripsit, cujus virtutes imitatus, Ecclesiam sibi commendatam singulari fide, & vigilantia gubernavit an. 27. Diem obiit anno 166. & juxta tumulum S. Prosdocimi reconditur. Celebratur ejus festum die 4. Nonas Augusti, quo illius corpus post multa secula, Bernardo Episcopo, divinitus revelatum frequentiori cultu à fidelibus honorari cœpit. Hoc tempore in Ecclesia S. Justinæ requiescit, ubi in ejus sepulchro hæc inscripta leguntur verba. II.

Hic requiescit Maximus secundus à Prosdocimo Episcopus, qui hujus mundi vitam Domino tribuit, ut sempiternam habere mereretur in Cælis.

3 S. FIDENTIUS successit Maximo anno 166. sedit ann. duobus, decessitque 16. Kalen. Decemb *b*. De quo maxima est lis inter Patavinos scriptores, an Fidentius Episcopus hujus civitatis fuerit, an Martyrio coronatus ad cœlos evolaverit, vel confessor in pace quieverit. Jacobus Cavacius lib. 1. hist. S. Justinæ ita de iis scriptum reliquit: *Quis Maximo subrogatus fuerit ex dypticis Antistitum Patavinorum haud satis liquet. Alterum quod prodisse credimus in aulam Episcopalem ex antiquis monumentis, post Maximum habet Fidentium. Alterum quod vetustis characteribus scriptum legi apud Rolandinum Grammaticum, cujus item codex eadem ætate conscriptus videtur, qua scripsit, nullam habet de Fidentio mentionem, sed Maximo subiicit Calpornianum. Movet etiam quod Petrus Natalis in Catalogo sanctorum scribit, Fidentium Episcopum Armenium. Patria ne, an sede? demum urget auctoritas Bernardini Scardeonii Patavinarum rerum scriptoris diligentissimi, quod agens de sanctis Episc. Patavinis, Fidentium prætererit, & ipsius tumulum inter sepulchra Sanctorum advenarum reposuerit. Attamen libentius inter Patavinos Præsules Fidentium recepimus: namque vetusta est, ac multiplex ipsius memoria in Ecclesia Patavina. In Cathedrali templo vetus olim martyrium Fidentio dicatum fuit, & pleraque in agro Patavino delubra Sancto eidem extructa habentur, quæ in regione clarum & non obscure Patavinum Episcopum innuunt. Altera de Fidentii martyrio lis est. In Martyrol. dignitas martyrii reticetur. Scardeonens neque Episcopum nec Martyrem appellat. Petrus Natalis Martyrem, & martyrii genus describit. Rolandinus, & alii Patavini scriptores Martyrem profitentur. Horum apud nos opinio fidem habet, ex anno migrationis ipsius. Ennmeratur is Marci Aurelii Antonini VII. quo adversus Christianos persecutio acrior excitatur. Ea innumeri fideles, ubique passi leguntur, licet ab eodem imperatore sublata sit dato Ephesi rescripto, ne quis de Religione Christianis negotium facesseret. Sedit Fidentius biennium, ut etiam ex brevitate temporis possumus necem ipsius opinari. Locum martyrii habet Petrus Altinum urbem, quam diximus à Prosdocimo Christi fidem suscepisse. Corpus ipsius divino monitu repertum est post multos annos in pago Pulverariæ, octavo ab Urbe nostra milliario. Itaque si conjecturis diversa hæc complecti liceat, crederemus Fidentium ad confirmandos fideles Altinates profectum ibi martyrium egisse, & illius corpus Patavium relatum Pulverariæ, ignota adhuc occasione constitisse. Plumbea tabella, cum sacro corpore inventa, licet vetustate exesa, tamen nobis visa est martyrii titulos referre. Episcopi dignitas clarè legitur, locus sedis non ita. Revelationis historiam olim hauseramus e Catalogo Petri Natalis, modo ampliorem accepimus ab Ecclesia ipsius Fidentii prope montem Annianum, ubi sanctum ipsius Corpus honorifice asservatur. Neque silere possumus incuriam scriptoris,* III.

b An. 168.

qui

qui universa ad revelationem attinentia expressit, & annum prætermisit. Utinam Patavini Episcopi, & Marchionis Atestini, quorum late meminit, vel nomen significaret, ut ex his liceret actæ rei chronologiam statuere: sed utrumque latet, & quædam etiam duriuscula intermiscentur. Fidentio sacra dies est 16. Kalen. Decembris. Hactenus Cavacius de Fidentio. A

IV. 4 CAPONIANUM Fidentii successorem quidam Calpornianum appellant, qui electus anno 168. sedit annis septem, cujus memoriam illustrat Daniel Levita, ea tempestate asperrimo supplicii genere interemptus. Fertur ex Hebræa familia in Christianam pietatem, & Diaconatus officium translatus, exemplo continentioris vitæ, & multa eruditione, plures ab idolorum cultu ad Christi fidem traxisse. Hinc maximum apud cæteros odium sibi comparavit, & innumeris lacessitus injuriis etiam in vincula conjectus. Neque tamen hæc Martyris animum fregere, quin acrior in profanos ritus inveheretur. Ea propter æmulorum conspiratione, & Præfecti sævitia capite damnatus acriori necis genere, quod odium excogitaverat, enecatur. B Inter ligneam, ac marmoream tabulam compressus, & multis clavis transfixus occubuit. Ipsius corpus, ac tabulas cruore perfusas fideles in sacello Dei Genitricis prope sepulchrum B. Prosdocimi defoderunt: temporibus vero Ulderici Episc. miraculose inventum anno 1068. inde à Bernardo Antistite anno 1291. in Cathedralem translatum est. S. Danielis agonem cecinit in usum Patavinæ Ecclesiæ Antonius Quærengus. Calporniani, & sequentium Episcoporum usque ad tempora Alarici Regis res adeo obscuræ sunt, ut vix nuda nomina exhibeantur in tabulis.

V. 5 PROCULUS adlectus anno 175. sedit ann. 5. aliis tantum unum.

VI. 6 THEODORUS sedit annum unum. *a*

a Ab an. 180. ad 181.

VII. 7 AVISIANUS natione Græcus suffectus sedit an. 5. aliis 7. (" *Ab an.* 181. *ad* 186.)

VIII. 8 AMBROSIUS & ipse annos quinque *b* hanc rexit Ecclesiam. C

b Ab an. 186 ad 191

IX. 9 S. SYRUS, Patavinus genere, ad hunc eundem gradum dignitatis ascendit anno 191. Adeo pie, sancteque ann. 24 *c*. hanc administravit Ecclesiam, ut decedens in Sanctorum numerum sit relatus, & in agro Patavino extat templum, & juxta pagus ab eodem sancto Episcopo appellatus.

c Ad an. 215.

X. 10 SUADERUS, alii Suacrum dicunt, natione Germanus, Syro successit, præfuitque ann. 18 *d*. aliis 14.

d Ab an. 215. ad 233

XI. 11 B. LEONIUS, seu Leolinus, obscuro, ignobilique loco natus, adeo tamen sanctimonia vitæ, scientiaque cæteris præstitit, ut post Suaderi excessum, suffragia omnium ad Episcopalem sedem extulerint anno 232. Præfuit ann. 12 *e*. Decessit an. 244 exceptusque est quodam Oratorio prope Pratum de Valle, ut vocant, marmorea arca tegente, cui postea indidere nomen Oratorii S. Leolini.

e Ab an. 233 ad 245

XII. 12 MARIANUS Græcus sedit post Leonium an. 30 *f*. D

f Ab an. 245. ad 275

XIII. 13 EUPAVIUS Græcus successit, præfuitque an. 18. (" *Ab an.* 275. *ad* 293.)

XIV. 14 FELIX, qui post Eupavium inunctus est, præfuit ann. 20 *g*. iniqua prorsus tempestate, qua Diocletianus præ cæteris adversus fideles ita excanduit, ut nullus in toto Orbe ager esset, qui Martyrum non ebiberet sanguinem.

g Ab an. 293. ad 313.

XV. 15 PAULUS Romanus post Felicem Episcopus ordinatus est anno 315 *h*. qui Maxentio interfecto, & Constantino Magno rerum potito, sublatam persecutionem, & redditam Ecclesiæ pacem aspexit. Sedit in hac Ecclesia ann. 19.

h An. 313. sedit ad an. 332.

XVI. 16 VERUS item natione Romanus sedit post Paulum ann. 16. *i*

i Ab an. 332. ad 348

17 S. HILARIUS Romanus subrogatur Vero anno 346 *k*. quem hactenus crebra miracula testantur inter sanctos Pontifices in cœlum receptum. Prope æstuaria visitur templum Hilario dicatum, & Vicus ab eodem nomen habens. Sedit an. 22. XVII.

k An. 348. sedit ad an. 370.

18 LIMPIDIUS sedit an. 20. (" *ad an.* 390.) XVIII

19 VITELLIUS successit Limpidio; præfuit an. 20. *l* XIX.

l ad an. 410.

20 PROVINIUS sedit an. 9. cujus obitus cadit in annum 421 *m*. Cujus etiam tempore Opilio vir Consularis Divæ Justinæ templum excitavit, ut vetus inscriptio è ruderibus veteris templi effossa proloquitur, hactenus asservata, sic habet. † *Opilio. V. Cl & ind. PP. adque. Patritius. Hanc. basilicam. vel oratorium in honorem S. Justinæ martyris. à fundamentis cœptam, Deo. juvante. perfecit.* †. Plura latifundia eidem Ecclesiæ legasse Opilionem veteres tabulæ affirmant, & in eadem Ecclesia humatum. Fuit hic Aetii filius viri clarissimi, cujus ductu repressus est Alaricus Rex, & Attila apud Cathalaunos profligatus. XX.

m 419.

21 SEVERIANUS Daulus Civis Patavinus, spectatæ sanctitatis vir, patriæ Antistes creatus, tertio anno ex quo in Rivoalto Venetam Civitatem cœperant ædificare, vivebat, Intersuitque consecrationi Ecclesiæ S. Jacobi die 25. Martii anno 421. cum tribus aliis Episcopis, scilicet Hilario Altinate, Jocundo Tarvisino, & Podio Opitergino. De sanctimonia autem Severiani eam opinionem populus Patavinus conceperat, ut nonnisi ejus consilio difficiliora quæque expediret. Decessit an. 429 *n*. cum sedisset ann. 8. sepultusque fuit in Cathedrali. Constans opinio est apud Patavinos, familiam nobilem Doctam ex Daula Severiani gente duxisse originem, à quodam doctissimo ex ea viro Doctam appellatam. XXI

n An 427. electus an. 419.

22 BARULUS *o* adlectus est post Severianum anno 429. Ejus ætate sævissimus Attila Patavium excidit, cujus sævitiam ipse declinans Methamaucum concessit, ibidemque translatam Episcopalem sedem fixit. Decessit anno initi pontificatus 29. Salutis vero 458. *p* XXII.

o Al. Beaulus. Electus an. 428.

p 457.

23 JOANNES illis ærumnosis temporibus suffectus est ann. 458. *q* Qui, deleto Patavio, Methamauci Cathedrale templum condidit: sed cum vorticibus maris oppidum illud integrum fuisset absortum, Fossam Clodiam transtulit sedem, ubi hactenus perseverat. Patavini etenim Præsules, cum Patavium jam restauratum revertissent, relicta Fossa Clodia, quæ sibi, auctoritate Romani Pontificis, proprium deligeret pastorem, Ecclesiam suam iterum reparare, ibidemque collocare sedem agressi sunt. Igitur Joannes cum plura, certaque pericula pro sua adiisset Ecclesia, per viginti, & unum annos, (r) quibus eam sanctissime rexit, evolavit ad superos anno 478. XXIII

q 457. electus. Uno tantum anno vixit, & obiit an. 458.

24 CYPRIANUS sedit anno 38. (" *Cyprianus* " *igitur Joanni defuncto surressit an.* 458. *sedit ad* " *an. circiter* 497. XXIV

NI-

(r) Unum tantum annum vixisse in hac sede Joannem refert Ursatus. Et revera si Felix tricesimus primus Episcopus subrogatus est Petro anno 591. ut asserit Ughellius, oportet ex ejus antecessoribus aliquem tam diu minime sedisse, quamdiu idem enarrat. Compute siquidem hujus Joannis, & successorum usque ad dictum Felicem annos, quos eisdem attribuit Ughellius, ab anno 457. ad an. 608 pervenies. Ursato igitur accedo. In eo item Ughellius noster corrigendus est, quod circa hæc tempora Fossam Clodiam e Methamauco à vorantibus vorticibus ereptam Episcopalem sedem Patavinos Præsules transtulisse affirmet. Hæc enim novissima inforturnia Methamauco ex terræmotu, & undis maris evenere anno jam elapso 1100. uti dicemus infra, cum de Clugiensi Episcopatu agemus. Joannes autem, & sequens Cyprianus constanter Methamauci sedere.

25 VIRGILIUS(1)an.16. A

XXV. 26 NICOLAUS Patavinus an.12.(„ *Nicolaus*
„ *post Cyprianum hujus Ecclesiæ thronum conscen-*
„ *dit an.497. quam cum 12. an. rexisset, decessit an.*
„ *509. cum decennio ante relicto Methamaco Pata-*
„ *viam rediisset, ut narrat Ursatus.)*

XXVI 27 OLYMPIUS, seu Eolimpius præfuit ann.
„ 14. („ *ab anno scilicet 509. ad an. circiter 523.*)

XX VII 28 FELIX Romanus præfuit an.14. („ *videlicet*
„ *ab anno 523. ad an. circiter 538.*)

XX VIII. 29 ADEODATUS ann.12. („ *ab ann.538. ad*
„ *551.*)

XXIX 30 PETRUS Limianus successit Deodato *a* viginti tres nonos hanc Ecclesiam turbulentissimis temporibus administravit, eo scilicet tempore cum Longobardi, barbara gens, in Italiam descendissent, à quibus plura perpessus narratur. Hujus meminit Scardeoneus, sed male computat annos, ut fere illi usuvenit. Rectius autem Cavacius, quem nos, ut veriorem, semel instituimus imitari.

a An. 552. rexit ad an. 574.

XXX („ VIRGILIUS, *quem supra Ughellius vicesimo* B
„ *quinto loco reposuit, post Petrum Limianum hanc*
„ *Ecclesiam gubernasse oportet, siquidem anno non*
„ *583. ut cum Sansovino aberrans vult Ursatus, sed*
„ *579. interfuit Aquilejensi Concilio ab Helia Pa-*
„ *triarcha celebrato, ut vidimus supra in Aquile-*
„ *jensibus. Successit igitur Petro Virgilius anno 574.*
„ *qui cum 16. an. sedisset (juxta Ursatum 20.) decessit*
„ *circa an. 591. Hunc Pataviensem in Pannonia E-*
„ *piscopum fuisse vult Schonleb. in Annal. Carn. p.*
„ *320.*)

XXXI 31 FELIX Petro defuncto subrogatur anno 591. cujus tempore dirutam urbem à Longobardis opinatur Cavacius. Sedit ann. 18. *b*

b Ad an. 609.

XXXII. 32 AUDACIUS sedit ann. 11. *c* Methamauci, vel alibi, quo transferre sedem oportuit.

c Ab an. 609. ad 620.

XXXIII. 33 TRICIDIUS Fontana Patavinus, vir sapiens, & nobili genere natus, ad hanc sedem adlectus, templum Cathedrale construxit anno 620. & à Divæ Sophiæ æde Canonicorum sedem transtulit, idque D. Mariæ Virgini dicavit. Sedit omni laude C dignissimus Præsul ann. 26. obiitque anno 647. sepultus in nova Cathedrali sub confessione, hoc addito epitaphio.

Hic requiescit in pace Tricidius Episcopus
hujus sanctæ Pat. Eccl. qui sedit annis
XXVI. M.VIII. & fuerunt omnes dies vitæ
ejus, quibus vixit annis LVI. Mens. IV.
Omnes rogo orate pro requiescente.

XXXIV. 34 BERGUARDUS post Tricidium delectus est anno 647. cujus tempore Rotharis Longobardorum Rex Arrianus Catholicam Ecclesiam vexavit lege lata, quod in singulis urbibus duo Episcopi residerent, quorum alter Catholicis, alter Arrianis præesset. Dira vexatio, qua apud homines divisum est templum Dei indivisibile, & altare contra altare extructum. Scribit Andreas Dandulus in Chronico Berguardum ea lege vexatum Methamaucum refugisse, ne Arrianis communicaret. Præfuit *d* ann. 15.

d Ad an. usque 662.

XXXV. 35 VITALIS Patavinus, sanctitatis titulo insignis apud Scardeoneum, subrogatur. Penes Ecclesiam S. Justinæ sepultus legitur, cujus etiam arca lapidea spectata est ad annum usque 1410. mox sublata in oratorium S. Prosdocimi refertur. Diem obiit anno 673. cum sedisset ann. 13. *e* D

e An. 12. ab an. 661. 662.

XXXVI. 36 ODDO post Vitalem Pastoralem curam gessit ann. 5. (2)

XXXVII 37 ABSALON Patavinam Ecclesiam suscepit regendam anno 678. præfuit annos 15. A

38 RICHINARDUS fuit adlectus an. 693. eam gessit dignitatem per an. 14. XXXVIII

39 GONSALDUS *f* Patavinus cœpit jus dicere ann. 708. Administravit hanc Ecclesiam an. 13. XXXIX.

f Al. Gosoldus.

40 DIVERSUS *g* hujus Ecclesiæ adlectus fuit Antistes an. 721. præfuit an. 8. XL

g Al. Diutus.

41 THEODOSIUS. Is renunciatus est Episcopus an 729. vel 730. („ *Sedit an. 18. obiit an. 748.*
„ Ursatus.) XLI.

42 RODINGUS Patavinam Ecclesiam rexit post Theodosium an. 8. („ *ab an. 748. ad 756.*) XLII.

43 BODO natione Gallus Episcopatum gessit an. 13. („ *Hic novennio præfuit, decessitque an. 765.*
„ Ursatus.) XLIII

(„ JOSEPH *Bodoni suffectus est an. 765. qui an.* XLIV
„ *15. hanc gubernavit Ecclesiam, & fato raptus est*
„ *an. 780.*

„ RODO *Italus alter à Bodone Gallo supramemo-* XLV
„ *rato post Josephum Patavini ovilis regimen susce-* B
„ *pit an. 780. Post annos tredecim abiit è vivis defun-*
„ *ctus an. 793.* Ursatus.)

44 LUITARDUS sedit an. aliquot. XLVI
(„ *Nempe 15. ab anno 793. ad ann. circiter 809.*
„ Ursatus.)

45 DOMINICUS fuit Episcopus Patavinus, ut narrat Donesmundus in histor. Eccles. Mantuan. p. 1. Qui Mantuano Concilio interfuit, ad dirimendas controversias, litesque inter Aquilejensem, & Gradensem Patriarchas congregato anno 824. *h* De quo nulla mentio in Dypticis Patavinæ Ecclesiæ. XLVIII.

h 824.

46 ALDEGUSIUS sedit an. 8. („ *immediate* XLVII.
„ *post Luitardum ab anno videlicet 809. ad 817.*)

47 NITINGUS an. 14. („ *Nitingus Dominico* XLIX
„ *successit anno circiter 826. & obiit circa an. 840.*)

48 HERCURADUS an. 8. qui obiit anno 860. *i* vel 861. L.

i 848.

49 ROSIUS natione Gallus successit ann. 861. LI
(3) Cujus testamentum consignatur anno 870. cujus initium. *In nomine Domini nostri Iesu Christi. Imperante d. nostro Hludovico Hlotarii filio, postquam imperare cœpit ann. 15. &c.* Cadit id in annum C Christi 870. Titulo itaq; testamenti, atq; ultroneæ oblationis prædia quædam, & alia plura concedit cœnobio D. Justinæ. *Ipse vero* (inquit Cavacius) *post Opilionem Ecclesiæ D. Justinæ cœnobium adjunxit. Coloniam Monachorum deduxit, & presbyterum nomine Christianum Abbatem præfecit. Vetustissima habetur cœnobii memoria, qua etiam constat prope ad excipiendos peregrinos à Rosio institutum xenodochium. De eodem mentio extat in tabulis Gauslini Episcopi. Ex prædiis, quæ in testamento leguntur, monachis necessaria jussit. Inter ea numerantur villa Maceratæ cum Ecclesia, ære ipsius extructa, & S. Martino dicata. Intra urbem locus (curtem appellant) cum oratorio S. Prosdocimi. In vico Cervaresio ædes S. Crucis, & subjecta eidem prædia. Servorum etiam, & ancillarum catervam cœnobio donat, quorum nomina Longobardicam originem referunt. Ea omnia testatur Rosius legare se* D *juxta legem Salicam, quam suam legem appellat. Monachos sibi hæredes dixit his legibus, ut à die obsignatarum tabularum singulis annis tres pauperes alerent. Quo die testatori justa annua persolverentur, Sacerdotalis seu Levitici ordinis viros XL. convivio acciperent; postridie centum pauperes pascerent. Sed multo æquius videtur ex tabulis referre ipsa verba, ut Prælati cognoscant, quale sibi immineat judicium, si quid pauperibus subtrahant, vel*

in

(1) Virgilius iste diù post vixit, ut mox post Petrum Limianum dicemus.

(2) Oddonem hunc inter & Absalonem, qui proxime sequitur, medium fuisse alium hujus sedis Episcopum ex Concilio Agathonis Papæ Romæ celebrato an. 670. quis posset afferere. In eo enim duo describuntur tertiæ Provinciæ Episcopi sub Aquilejensi Patriarcha Agathone, qui huic Ecclesiæ adjici possent. Ursinianus unus est, qui subscribitur *Paduanæ* ecclesiæ Antistes, alter vero est *Paulus*, qui *Patavinæ* inscribitur. Biceps potuit eo tempore hic Episcopatus esse ex Longobardici Regis lege Catholicis unum, alterum Arrianis statuentis Episcopum. At Catholico tantum Antistiti, non Arriano locus esse poterat in Romano Concilio. Et potuit etiam uterque interesse eidem, si qui Arrianus erat, abjurato errore Romanam professus fuerat antea veritatem, ac benignitate Apostolica reservato ei cum honore Episcopali titulo, & nuncupatione *Paduanæ*, seu Patavinæ Ecclesiæ. Quis vero talis fuerit Ursinianus, an Paulus, foret divinandum. Ego quidem arbitror neutrum Patavinæ sedi adscribendum, cum neque Ursiniani, neque Pauli ulla habeatur in hujus Ecclesiæ tabulis memoria. Ursinianum porro, cum aulii codices illum appellent *Padmaurensem*, *Pacmanensem*, & *Pacinanæ* Ecclesiæ Præsulem, adeoque Pucinum urbs sub Patriarcha Aquilejensi Episcopalis in Histria, huic sedi illum adscribemus in Petenensibus, Paulum vero, cum Græca lectio *Altinensis* illum Ecclesiæ Episcopum appellet, illum eundem esse dicimus, qui ab excidio Altino Torcellum sedem transtulerat.

(3) Rosius, seu ut ab aliis vocitatur Rozius, Hercurado successit anno 848. & anno sequenti sexto idus Februarii à Lothario Imperatore gratiosum diploma impetravit, quo sub Imperiali protectione Ecclesia Patavina suscipitur. Refertur hoc à Sigonio de Regno Italiæ lib. 5. sub *Dat. VI. Id. Februarias, anno Christo propitio Imperii Domini Lotharii Pii Imperatoris XXVI. & Lodovici gloriosissimi Augusti in Italia VI. Indict. XVI. in Palatio Regio.* Idest anno 849. *Ursatus.*

a

in exequendis Rosii mandatis negligant. Inquit Rosius. *Quod si tu Christiane Abbas, vel successores tui, de prædicta eleemosyna, quam pro remedio animæ meæ dare instituo, aliquid subtrahere volueris, aut facere neglexeris, id omnipotentis Dei judicio reservo, cui omnia manifesta sunt, & nihil eum latet &c.* Hujus Episcopi temporibus ex Urbe Constantinopolitana unum presbyterum seu custodem Ecclesiæ Sanctorum XII. Apostolorum, virum eximiæ sanctitatis, corpus S. Lucæ Evangelistæ, & reliquias S. Matthiæ Apostoli subtraxisse, easque Patavium delatas in templo S. Justinæ condidisse tradit idem Cavacius. Defunctus vero putatur Rosius anno 871. vir egregius, postquam Patavinam Ecclesiam administrasset anno 10. *a*

a 24.

LII. 50 BILONGUS defuncto Rosio salutatur Episcopus anno 871. tenuitque eam dignitatem annis 15.

LIII. 51 LOITALDUS, seu Liataldus Gallus sufficitur an. 886. sedit an. 9. *b*

b Ad an. 895.

LIV. 52 OSBALDUS sedit an. 9. (" *ab anno* 895. *ad* " *an.* 904. *Huic Berengarius Rex Curtem plebis de* " *Sacco, ejusque successoribus largiter concessit, ut* " *ex diplomate, quod Ursatus sub* Dat. 3. Nonas " Maii Anno Incarn. Dom. DCCCXCVIII. (*lege* " 897.) Regni vero D. Berengarii Serenifs. Regis " X. Ind. XV. *refert*.)

LV. 53 EBO præfuit an. 7. (" *ab anno* 904. *ad* 911.)

LVI. [" SIBICO, *cujus electionem ad an.* 952. *perperam* " *refert Ughellus, Eboni immediate successisse oportet an.* 911. *nam Berengarius, ut narrat Sigonius* " *de regno Italiæ lib.* 6. IX. Kalen. April. à Sibicone " Episcopo Patavino edoctus, Basilica sua ab Ungaris inflammata, antiqua tabularum monumenta omnia esse consumpta, vetera omnia Regum " privilegia instauravit anno, ut ipse scribit, regni sui vicesimo quinto; *qui in annum Christi* 913. " *incidit. Sibiconis memoria in Ildeberti donatione* " *habetur, ex qua cum dicatur:* quas hactenus tenuerunt tempore videl. D. Sibiconis bonę recordationis Episcopi, successorum, & antecessorum Episcoporum &c. *satis apparet plures intercessisse Episcopos inter Sibiconem, & Ildelbertum,* " *non vero solum Ardemannum, ut statuit Ughellus,* " *quandoquidem plurali* SUCCESSORUM *Sibiconis Episcoporum numero utitur Ildelbertus. Vixit autem Sibico in hac præfectura an.* 8. *& decessit* " *an.* 919.)

LVII. 54 TURRINGARIUS Gallus ann. 3. (" *ab an.* " 919. *ad an.* 923.]

LVIII 55 VVALASSUS, seu Valaycus, aliis Valtus Gallus, successit Turriogario; præfuit ann. 8 cujus tempore Patavium ab Hunnis (1) devastatur.

LIX. 56 PETRUS, qui Pontificatum gessit an. 8. (" *ab an.* 930. *ad* 940.)

LX 57 PETRUS ex familia Picacura *b* Patavinus hanc Ecclesiam suscepit regendam anno 919. *c* Per duos annos, quibus hanc Ecclesiam administravit, in eum tanquam optimum custodem gregis incurrerunt Arriani, qui per id tempus magna ex parte diœcesim Patavinam infecerant: quibus tamen Petrus tum verbo, tum doctrina strenue restitit. Decessit anno 922. *d* ab eoque Patavina sedes vacua mansit triginta *e* omnino annos, ut Scardeoneus scribit, qui Petro beatitatis titulum attribuit.

b Picaura, seu Picacapra. *c* 940. *d* 942. *e* Non videtur ut diu tius ex infra dicendis. *f* Hic ante Turringarium, ut diximus, reponendus.

58 SIBICO *f* eligitur anno 952. cujus auspiciis regitur Ecclesia Patavina an. 8.

LXI. 59 ARDEMANUS, electus an 960. sedit ann. 2 (" *Electus an.* 942. *sedit ad an.* 944.)

LXII. 60 ILDELBERTUS, seu Aldibertus reperitur hujus Ecclesiæ Episcopus ann. 962. qui in Synodali conventu, pro animæ suæ remedio bona, & decimas multas Canonicis Cathedralis Ecclesiæ donavit, & confirmavit ea omnia, quæ præcipuo beneficio sub Sibicone antecessore habuerant: Donationis exemplar est hujusmodi ex Archivio Canonicorum nobis communicatum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Anno ab Incarnatione ejus nongentesimo sexagesimo quinta, (2) anno Imperii D. Berengarii invictissimi Augusti sexto Ind. VIII. Dum D. Aldibertus S. Patavensis Eccl. Episc. *resideret in Cathedra sui* Episcopii *in domo S. Mariæ Matris* Ecclesiæ, *convocata sacerdotum, Levitarum, reliquorumque caterva tam ex cardine urbis ejusdem, quamque ex singulis plebibus, vel oraculis in Synodali eventu, ut solerti providentia mentes cunctorum divini verbi epulis reficeret, & spirituali amonitione juxta sanctorum statuta patrum, singulos quosque instrueret, atque regulariter in Synodo peragenda ac deliberanda sunt, Deo suffragante, salubriter perficeret; tunc universo clero ipsius sanctæ sedis cum cæteris Sacerdotibus & Levitis, reliquorumque graduum ordinibus sanctæ Patavensis* Ecclesiæ *ante prædictum dom. Ildebertum* Episcopum *venientibus præsentia, quatenus ob animæ suæ remedium, seu & prædecessorum suorum, quamque etiam pro statu successorum suorum* Episcoporum, *eis misericorditer subvenire dignaretur, petentes, & misericordiam postulantes, quatenus suæ scriptioni, & concessioni de territoriis & vineis sacrę ipsius Canonicæ, quam ipsi per datum, atque concessum prædecessorum suorum* Episcoporum *ad possessionem sacræ ipsius canonicæ habebant, & detinebant concedere dignaretur, quoniam antiqua munimina chartarum propter rabiem paganorum igne cremata, & consumata, atque perdita habebant. Tam sanctiss. & Reverendiss. per omnia Pontifex zelo Dei eos compatiens, & eorumdem petitiones in antro pectoris rimatim pertractans, & considerans illud veracissime dictum, quod in lege Domini contineri dignoscitur, ut qui altari deserviunt, cum altare participent, & qui* Evangelio *evangelizant, de* Evangelio *debent vivere, quatenus suam habentes justitiam secure possint in sancta Dei* Ecclesia *militare. His igitur motus traditionibus una per concessam, voluntatemque ipsorum sacerdotum, cunctoramque ecclesiastici ordinis tradidit eis jam dictus D. Hildrbertus per ferulam pastoralem indagatricem sui* Episcopii, *quam in manu sua tenebat, & per hanc concessionis cartulam in integrum omnibus rebus illis, quas habeaus tenuerant tempore videlicet D. Sibichonis bonæ recordationis* Episcopi, *successorum, & antecessorum* Episcoporum, *& nunc ad partem ipsius canonicæ detineat, idest in primis oratorium S. Luciæ cum omnibus pertinentiis suis in integrum, seu & terris casalivis, & sedimina eorum cum curtis, hortis, areis, & terris, cum vineis quoque & aratoriis cultis, & incultis infra eamdem Civitatem, sicut hactenus tenuerunt in confinio, ubi dicitur Bruzinigo minore. Concessit etiam eisdem sacerdotibus terras cum vineis extra eamdem Civitatem, ubi dicitur Pons Curvus, quæ antiquitus vinea Cellæ canonicæ dicebatur. Iterumque concessit supradictis Canonicis aliquantulum terræ aratoriæ in locum, qui dicitur Pavezolo, quantum potest esse per æstimationem inter cultum, & incultum vigras quinquaginta, & Silva S. Mariæ, quod est juxta flumen, qui dicitur Retrone, & de uno latere, & de uno capite ipso Retrone percurrente, de alia parte palude adjacente, & de alio latere Patavinos consortes habente; decimas vero ejusdem civitatis cum omnibus titulis, vel villis suis ad eandem civitatem antiquitus pertinentibus, vel aspicientibus, quæ à fideli populo dantur; item concessit, atque largivit, tam de fructibus terræ, quam de animalibus per omnia, videlicet in primis villa, quæ dicitur Limena, & villa,*

(1) Jamdiu ab Hungaris Patavium fuerat devastatum anno scilicet 893. Osbaldo Patavinam Ecclesiam administrante. Præfuit Vualassus ab an. 923. ad an. 931. cui Rodulphus Rex, ut testetur Sigonius de regno Ital. l. 6. *omnia privilegia Regum, & Imperatorum Ecclesia Patavina concessa confirmavit, in principesque quietam, ac tranquillam possessionem omnium bonorum sancivit, quæ Berengarius Imperator tradiderat.*

(2) Usitatus legit *Anno ab Incarn.* 964. *anno Imperii D. Berengarii 6. Indict.* 5. Sed utraque lectio mendosa est: nam an. 964. currebat indictio septima, & Berengarii annus regni decimus quartus; anno vero 965. desierat Berengarii regnum. Propterea si in describenda regni Berengarii Epocha error non incepsit, hoc documentum ad annum Christi 95 . referendum, qui erat sextus Berengarii Junioris, & pro VIII. Indictione reponenda XIII. Atque ita evanescit 30. annorum illud interpontificium, quod Scardeoneus ab an 922. ad 952. statuit. Nam Ildebertus Ardemanno successerit an 944. cujus donatio Canonicis facta emanaverit an. 955. Quamdiu autem vixerit, incompertum.

quæ dicitur Arzere, Altieberia, & Turre, & Noventa, & villa, quæ dicitur Berga, & Runcaliteri, & villa Casale, & villa, quæ nominatur Albignasega, & Maserada, & cæteris aliis per omnia ad eandem civitatem pertinentibus. Donationes vero, vel offersiones à quocumque antecessorum suorum Episcoporum datæ, & concessæ fuerint, si aliquo casu perditæ sunt, & concessiones earumdem concessit, & confirmavit, & coroboravit. Hæc autem omnia supertius comprehensa, dedit, cessit, & confirmavit supradictis filiis, & saterdotibus canonicæ ordinis ipsius S. Matris Ecclesiæ, tam eis qui moderno tempore sunt, quam posteris eorum usque in perpetuum, ut habeant, teneant, firmiter possideant, & inter se dividant, prout melius videbitur illis, qui moderno tempore sunt, vel successoribus eorum, secundum qualitatem uniuscujusq; ordinis, absque ulla sua, vel successoribus suis diminutione. Si quis autem hujus concessionis, & ordinationis, quas per consensum sacerdotum, levitarum, cæterorumque Ord. graduum tum ex cardine ejusdem Ecclesiæ, quam ex singulis plebibus, vel oraculis sac. Synodi quam ipse D. Hildrbertus bene ordinavit, si aliquis corrumpere, aut infringere, vel molestare præsumpserit ex successoribus suis, mereat pro peccatis suis à liminibus Ecclesiæ esse extraneus, & veniant super eum omnes illæ maledictiones, quas Dominus percussit Ægyptum, & in secundo adventu Christi cum Juda traditore accipiat damnationem in perpetuam perditionem. Et ut neque ab eo, neque à successoribus suis à proprio statu removeri possit, manu propria roboravit.

† Ego Hildebertus Episcopus Patavienfis ad omnia supras. à me facta mm. ss.

† Ego Urso (1) Episcop. hanc cartam confirmo & laudo manu mea &c.

† Ego Anselmus Archipresbyter S. Patavensis Ecclesiæ huic descriptioni, & concessioni consensi, & scripsi.

† Ego Regonso Archidiaconus consensi, & subs.
† Ego Dominicus presbyter consensi, & subs.
† Ego Martinus presbyter consensi, & subs.
† Ego Rodivertus presbyter consensi, & ss.

Signum man. Regenz, & Gribest, & . . . . ejusdem D. Udeberti Episcopi rogati & D. Udeberto Episcopo huic inscriptioni manus suas posuerunt.

Signum manibus Bonorestaldo & Dardalco, & Rulparto de eadem civitate testes.

Signum manib. Martino decano & Dominico, & Joanne qui dicitur Silb. testes.

Ego Adelbertus subdiaconus atq; Cancellarius S. Patavensis Ecclesiæ ex jussione D. Hildeberti consensu cunctorum Sacerdotum, & Levitarum hanc concessionis cartulam rogatus, atque post traditam complevi.

LXIII 61(2) GAUSLINUS Transangaldus nobili genere apud Patavinos natus, egregia sanctitate enituit. Primo sui Pontificatus anno, qui fuit Christi 964. ab Othone Imper. cui in paucis fuit charus, omnium privilegiorum, quæ superiores Cæsares, & Reges aliquando Patavinæ indulsissent Ecclesiæ, retulit confirmationem, quæ hoc subjecto diplomate à Sigonio etiam allato, continetur.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho Divina favente clementia Imper. Si sanctis, & venerabilibus locis digna conferimus munera, aut collata à piis, & Religiosis viris imperiali auctoritate confirmamus ad statum Regni nostri proficere credimus. Proinde omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorum præsentium, ac futurorum comperiat industria, qualiter pro Dei amore, animæque nostræ remedio, necnon consultu & interventu dilectæ conjugis nostræ Adeleidis, & consortis imperij nostri, per hanc nostri præcepti paginam, prout juste, & legaliter possumus, confirmamus, & corroboramus Ecclesiæ sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, & S. Justinæ, quæ caput est Patavienfis Episcopij, cui præesse videtur Goslinus venerabilis Episcopus, nosterque dilectissimus fidelis, omnes plebes, Abbatias, xenodochia, atque cortes, necnon illam, quæ Saccum dicitur, quæ à prædecessore nostro Beringario Imperatore, & Hugone Rege eidem Ecclesiæ per præcepti paginam data est, quatenus prætaxatus Pontifex, suique successores ad partem ipsius Ecclesiæ habeant, teneant, firmiterque possideant in perpetuum prædictas plebes, Abbatias, xenodochia, atque curtes una cum servis, atque ancillis, aldionibus, & aldioxis, omnibusque rebus, quæ dici, vel nominari possunt ad præfatum Episcopum integre pertinentibus. Concedimus etiam, ac imperiali auctoritate confirmamus prælibato Goslino Episcopo, suisque successoribus, in cunctis sui Episcopij possessionibus, ubicumque sibi melius visum fuerit, Castella cum turribus, propugnaculis erigere, negotia constituere, molendina componere, & publicas aquas ad utilitatem ipsius Ecclesiæ trahere, piscationes exercere absque alicujus contradictione. Insuper concedimus, atque largimur, ut si præcepta, aut testamenta, aut cartulæ ipsius Ecclesiæ Hungarorum incursu, incendio, aut aliquo casu, perditæ sint, & lites contra eandem Ecclesiam surrexerint, hac nostra imperiali potestate fultus, præfatus Pontifex, suique successores per inquisitionem, & sacramenta trium liberorum hominum apprahens, & testificentur easdem res ad partem suæ Ecclesiæ, quas deinde firmiter possideant in perpetuum. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut aliqua Regni nostri magna, parvaque persona prælibatum Episcopum, suosque successores de præfatis rebus inquietare, aut molestare, aut de ipsis rebus, telaneum exigere: sed liceat præfatum Episcopum cum suis omnibus, ut dictum est, quiete & pacifice vivere, & pro nobis Dominum exorare, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur, quod fieri non intendimus, nefario ausu hujus nostræ confirmationis, & corroborationis præceptum infringere præsumpserit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem præfato venerabili Episcopo Goslino, ejusque successoribus, qui pro tempore fuerint. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, jussimus inde hoc præsens præceptum conscribi, annuloque nostro sigillari, & manu propria subter firmavimus.

Signum Dom.  *Othonis Magni invictiss. Imperat. Augusti.*

Luitgerius Cancellarius, ad vicem Vidonis Episcopi, & Archicancellarij recognovi, & subscripsi.

Data pridie Nonas Julij anno Dom. Incarnationis 964. Ind. 4. anno Imperij Magni Othonis Imperatoris Augusti tertio. Actum ad Aquampendentem in Christi nomine. Amen.

Irrepsit error, vel Librariorum, vel Sigonij amanuensis in Indictionem relatam, quæ septima fuit anno 964. non quarta, ut scripsit Sigonius. (3) Cæterum Gauslinus an. 967. interfuit Concilio Ravennæ a Joan. XIII. celebrato, ejusdemque Pontificis literis subscripsit adversus Hernolfum Episcopum Saltzburgensem, apud Hund. in hist. Eccl. Saltz-

(1) Quisnam fuerit, & cujus sedis Episcopus hic Urso nobis latet, ni opinari vellemus hanc esse confirmationem Ursonis Patavini infra numerandi.
(2) Atque hic inferendus esset post Hildebertum ZENO ille, cujus memoria habetur in monumento consecrationis Parentinæ Cathedralis, cui dictus intersuisse ut Patavinus Antistes. Verum cum, ut inibi dixi, valde mihi suspectum sit illud monumentum, neque hic commode locari possit Zeno, de quo nulla mentio in hujus Ecclesiæ vetustis Catalogis occurrit, satis erit hic illum indicasse, & rem penitius introspiciendam eruditis reliquisse.
(3) Ursatus hoc diploma datum censet anno 974. Indict. IV. Imperij Magni Othonis XIII. cum in eo confirmet Otho S. Justinæ cœnobio, quæ anno jam 970. eidem Gauslinus Episcopus contulerat. Sed de Gauslini donatione nulla in hujusmodi diplomate mentio; nec Otho Magnus ad an. 974. pervenit defunctus an. 973. nec eodem an. 974. currebat Indictio IV. sed secunda.

Saltzburg. Acrianam pestem vehementer afflixit Gauslinus, penitusque delevit. A fundamentis instauravit templum, ac Cœnobium S. Justinæ, quod Hunnorum immanitas everterat, erectumq; opibus auxit, amplioreique divino cultui ornavit anno 970. Integeas ipsius tabulas ad Gauslini magnificentiam, & pietatem denudandam exhibemus à Cavacio exsceiptas.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Gubernante Catholicam plebem Beati Petri Apostoli Joanne summo Pontifice, Pontificatus sui VI. imperante Domino nostro Othone Imperatore, anno incarnationis Dom. 970. in mense Februarij: Indict. alnd.xiii *XIVa. Cum venissem ego Gauslinus Episcopus in Ecclesiam B. Justinæ Martyris, & B. Prosdocimi Præsulis, & vidissem ibi per circuitum omnem locum desolatum, nec esse ibi, qui aliquid diceret, aut aliquam susceptionem hospitibus, aut pauperibus pararet. Tunc inspirante divina ac potenti misericordia, sicut ipse corda humana illustrare dignatus est, ita & cor meum implere, ac visitare dignatus est, ut ob ipsius amorem, sanctorumque omnium, necnon & B. Justinæ martyris, Beatique Prosdocimi confessoris Cœnobium ædificarem Monachis. Tunc congregavi omnem Clerum, omnesque optimates, & cunctum populum super eo, quod Dominus in corde meo inspirasset; sed & valde omnibus placuit. Unde cum omnibus Sacerdotibus, cunctoque Clero, & cum omnium fidelium consensu juvante Deo construximus Cœnobium. Ibique ego qui supra Gauslinus Episcopus, ut præfati Monachi, qui ibi præesse debent, firmi ac stabiles esse possint, pro remedio animæ senioris nostri Othonis, & pro anima mea, & cunctorum Catholicorum, seu & pro omnibus, qui in hac Ecclesia deserviunt, ut firmum ac stabile nostrum scriptum habeant, quatenus qui post nos in hanc sedem venerint, non destruant, sed magis in Dei amore roborent, ut & ipsi per ipsorum Monachorum intercessionem valeant æthereaa possidere regna. Quare ego Gauslinus Episcopus, cum omni Clero, & cuncto populo, qui hic congregatur, per tremendum Dei judicium, & per ipsius majestatem deprecamur, necnon & per omnem cœtum sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, ac Virginum, omniumque Sanctorum, ut nullus super impositum, nullum redditum, nullam molestationem ipsis Monachis inferat nisi incensum orationis. Quod si aliter fecerit, quam supra legimus, ante tribunal Christi retributionem habeat in die Judicij cum Juda traditore inde stando ad rationem. Ego in Dei omnipotentis nomine Gauslinus Patavienſis Ecclesiæ Episcopus donamus, & confirmamus ad monasterium S. Justinæ Virginis, & S. Prosdocimi Confessoris Christi non multum longe à civitate Patavii, ubi corpora sanctorum requiescunt, ad laudem sanctorum ejus, pro præsenti merito, & futuro, pro suprascripto Othone Imperatore, atque Duce nostro, Clero, ac populo, ut omnes fideliter vivant in Christo, per quem qui serviunt, ut dignus est, coronentur in Cœlis, ubi & nos miseri peccatores, Clerus, populus, atq; propinqui, aliquam portiunculam habere possimus, ubi omnes magni consistunt; Deo concedente damus, & confirmamus ad ipsam Ecclesiam S. Justinæ, & S. Prosdocimi Confessoris Christi, in primis ecclesiam S. Angeli prope supradictum Monasterium, cum massaritiis, & rebus, quæ eidem pertinent, cum quartis & decimis, cum loco, qui dicitur Pratonovo, & terris, cum vineis, ubi dicitur Rubena, & Braido Monachorum, & uno arcu, qui currit flumine Rotronis. Et ecclesiam SS. Archangelorum, quæ constructa est foris civitate Patavij in loco, qui dicitur Vanzo, cum suis finibus, idest cum quartis, & decimis. Ecclesiam S. Martini, quæ est ædificata in loco, ubi dicitur prope montem Silicem, cum casis, & massaritiis, quæ ibidem pertinent, seu servis, & ancillis, qui in suprascripto monte Silice habitant. Et curtem unam in loco, qui dicitur Tribano, cum suis casis, & massaritiis, quæ ibidem pertinent, cum quartis, decimis, seu in Pernumia in Capite sylvæ, & in Aire, cum quartis, & decimis. Et curtem una cum domo cultili, cum capella, quæ ædificata est in honorem S. Mariæ Virginis in loco, ubi dicitur Macerata, cum casis, massaritiis, quartis, decimis, & cum omnibus rebus, quæ ibi pertinent. Et totum decimam, quæ jacet in comitatu Vicentino loco, ubi dicitur Masone, cum Capella, quæ est constructa ad honorem S. Galli, cum quartis, decimis, & cum omnibus rebus, quæ ibidem pertinent. Et ecclesiam unam, quæ est ædificata ad honorem S. Georgij in loco dicto Robolone, cum terris, & omnibus decimis, quæ ibidem pertinent. Et totum decimam, quam dare debent famuli S. Justinæ sive in montibus, sive in vallibus. Hæc omnia suprascripta volumus, & confirmamus, assistentibus suprascriptis, habeat, & teneat ipse sanctus locus in æternum, ut serviant ipsi Monachi, cum suo Abbate Ingelberto Deo sanctisque usque in finem seculi; omnibus remotis, quæ in ista donatione, & confirmatione frangere, contradicere, aut molestiam facere, aut inquietare habeant. Et teneat in die judicij, quod in hac pag. supra legim.*

† *Ego Gauslinus Episcopus hanc paginam a me factam propria manu mea confirmavi, & corroboravi.*

† *Ego Martinus Archipresb. in hanc paginam offersionis consensi, & scripsi.*

† *Ego Joannes presb. m.*
† *Ego Marinus presb. m.*
† *Ego Bonizo presb. m.*
† *Ego Albericus presb m.*
† *Ego Rochero presb. m.*
† *Ego Dominicus Presb.*
† *Ego Rozo Presb. m.*
† *Ego Redaldus Presb. m.*
† *Ego Joannes Diaconus. m.*
† *Ego Andreas Diaconus. m.*
† *Signum manu Joannis testis.*
† *Signum manu Bernardi testis.*
† *Signum manu Vldarici testis.*
† *Signum manu Adam testis.*
† *Signum manu Luitprandi nobilissimi.*
† *Signum manu Alberti.*
† *Signum manu Valentini.*
† *Signum manu Arduini. Omnes isti rogati testes.*

Vixit post reparatum Cœnobium Gauslinus annis fere quadraginta, sacrisque rebus optime administratis decessit, & prope sepulchrum S. Prosdocimi sepelitur anno 1010.

[„ *Anno 971. interfuit Gauslinus judex cum Rodaldo Patriarcha Aquilejensi, dum in Monasterio S. Mariæ de Organo prope Veronam dirimeretur lis inter Annonem, & Martinum, ac SS. Faustini & Jovitæ presbyteros vertens: ut licet videre in Documento apud Murat. Antiq. Ital. p. 1. pag. 152.*)

62 URSO Germanus defuncto Gauslino sufficitur anno 1010. qui Cœnobio S. Justinæ ratum jussit quicquid Gauslinus contulerat, adjecitque frumentarias molas quatuor in flumine Rotrone, & anathematis sententiam intorsit in eos, qui collata bona raperent, vel in jus vocarent. Rotro, de quo mentio est, creditur idem cum Bacchilone, accepto nomine à minori rivo Rotrone, qui hactenus apud Vicentiam eidem immiscetur, urbi alicubi junctus Medoaco in æstuaria dilabitur. Urso tabulas edidit anno Henrici II. Germanorum Regis X. accepti Romani Imperii 1. anno Christi 1014 LXIV

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen.

Incarnationis ejus 1014. Regnante Domino nostro Henrico inclito Imperatore anno 10. (1) *Imperii ejus anno primo mens. Febr. die secundo Ind. 12. Ego Urso Episc. Dei gratia Patavienſis donamus, & confirmamus ad Monasterium S. Justinæ Virginis, & S. Prosdocimi Confessoris Christi non multum longe à civitate Patavii, ubi corpora sanctorum requiescunt, pro laude sanctorum, & pro præsenti, præterito, &*

(1) Scribendum anno XII. . . . Februarii die 12. Nam anno 1014 mense Februario labebatur annus regni Henrici, ut dixi, duodecimus: & die secundo Februarii, Henricus nondum fuerat Imperator coronatus, quod die hujus mensis 14. evenit.

futuro, & suprascripto Imp. nostro Henrico atq; Duce nostro & Clero, & populo, ut omnes fideliter vivant in Christo, per quem, qui serviunt, ut dignum est, coronentur in cælum, ubi & nos miseri peccatores, Clerus, populus, atque propinqui aliquantulam portiunculam habere possimus, ubi omnes magni consistunt, Domino concedente damus, & confirmamus ad ipsam Eccl. S. Justinæ, & Prosdocimi, atque S. Benedicti Confessoris Christi. Inprimis ecclesiam S. Angeli prope suprascriptum Monasterium cum casis, & massaritiis, cum rebus, quæ ibidem pertinent, cum loco qui dicitur Prato novo, & terris, cum vineis, qui dicitur Ruthena Braido Monachorum, & molinos 3. in fluvio Rodrone, & ecclesiam Ss. Archangelorum, quæ est constructa foris civitate Patavii in loco, ubi dicitur Vaasio, cum suis finibus, & terra quæ vocatur Semedo, cum suis finibus, cum terratico, erbatico, decimis, & ecclesiam S. Martini, quæ est ædificata in loco, ubi dicitur prope pede castro Montesilice, cum casis, & massaritiis, quæ ibidem pertinent, seu servis, & ancillis, quæ in suprascripto Montesilice habitant, & curte una in loco ubi dicitur Tribiano, cum casis, & massaritiis, qui ibidem pertinent, seu & in Peraomiam, atque caput Silvę, & in Aire, & curte una cum domo in Culsile, cum Capella, quæ est ædificata in honorem S. Mariæ Virginis in loco, ubi dicitur Miserada, cum casis, & massaritiis, & omnibus rebus, quę ibidem pertinent, & alia curte, quæ jacet in Comitatu Vicentino in loco, ubi dicitur Massone, cum capella, quæ est constructa ad honorem S. Galli, cum omnibus quartis, & decimis ibidem pertinentibus, & Ecclesia una, quæ est ædificata in honorem S. Georgii sita in loco Robolone, cum terris, & omnibus decimis, quæ ibidem pertinens. Hęc autem supra dicta breviter volumus, & confirmamus sub testibus subscriptis, habeat ipse sanctus locus in æternum, ut serviant ipsi Monachi cum suo Abbate, Joannes dicto, sanctisq; regulam usque in finē sæculi, contradictione omnium remota, & qui istā donationem, & confirmationem infrangere, aut cōtradicere, vel minuere voluerit, anathematis vinculis Dei & Ss. ejus omnium Ecclesiarum incidat. Hęc autem dotio, & confirmatio in suprascripto Monasterio in suo statu permaneat in sęcula sęculorum. Amen.

Actum est in Civitate Patavii in domo Episc.

Ego Ursus Episcopus in hanc pag. offersionis à me factam mm. ss.

Ego Peratius Archidiaconus.
Ego Anselmus D. mm ss.
Ego Leoatius presb. mm. ss.
Ego Sigo presb. mm ss.
Ego Albertus presb. mm ss.
Ego Jo: presb.
Ego Leo presb.
Ego Boaizo presb.
Ego Pillo presb.
Ego Jo: presb.

Eldinus Presb. aut Notarius S. Pataviensis Ecclesiæ scriptor omnium Capitulorum offersionis rogatus scripsi.

Ejusdem Ursonis Episcopi gratia Conradus II. Imp. anno 1027. omnia prædecessorum Impp. ac Regum privilegia Ecclesiæ Patavinæ asserta, suo diplomate confirmavit, iis conceptis verbis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Conradus divina favente clementia Rom Imp. Augustus. Si sacris, & venerabilibus locis commoda libenter impartimur & coagr. more sequimur prædecessorum, & id nobis ad æternæ salutis præmia proficere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium S. Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum comperit industria. . . . Albiai, Bruno & Alaning. . . . Urso venerab. Episcop. dilectusque noster fidelis nostram humiliter exorasse clementiam, quatenus pro Dei omnipotentis amore, & remedio animæ nostræ, omnia præcepta, quæ ab antecessoribus nostris, seu universa instrumenta chartarum, quæ à fidelibus viris S. Paviensi Ecclesiæ nuper collata sunt nostra auctoritate comprobare dignaremur. Quorum precibus tam pro Dei amore, quam pro ejusdem Eccl. veneratione libenter assensum prębentes, omnia quæ per præcepta aliorum Regum, vel Imperatorum, nec non quæ per chartarum instrumenta eidem Ecclesię dudum à fidelibus viris oblata sunt, per hanc nostram auctoritatem prefatæ S. Paviensi Ecclesiæ confirmamus, aec nonstatuimus, ut Canonici eidem Eccl. servientes nunc, & sequaces illorum liberam habeant cum consensu Epis. qui pro tempore fuerit potestatem de omnib. quæ illis juste, & legaliter pertinere visa sunt, aut visa fuerint inter se, ut consuetudo fuit dividendi, omnium potestatum contradictione remota. Videlicet de decimis Civitatis per omnia, cum titulis, aut cum villis suis ad eandem Civit. pertinentibus. Inprimis villa quæ dicitur Limina, & villa, quæ dicitur Arzere, & Anticheria, & Turre de Noventa, & villa, quę dicitur Bergoai de Roncalia, & Roncoleciteri, villa quæ dicitur Casale, & alia, quę dicitur Publiciano, & villa quæ nominatur Albignascia & Maserata, & Roacone, & Burcigana, & Sermedaula, & alt. ad eandem Civit. pertinentib. nec non & 3. portione repatricos ripę, & telonei ejusdem Civitatis, seu de cunctis illis legaliter pertinentibus, & evenientibus, omnium hominum inquietudine remota, concedimus; & eidem Eccl. nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdassio, Gastaldio, Decanus, vel quilibet publicę partis minister in rebus, & possessionibus prælibatæ Ecclesię tam ioatra Civitatem, quam extra aliquam inferre molestiam. Nullus cum hominibus residentibus in possessionibus B. Marię Virg. & S. Justinæ aliquam inferat calumniam, aut aliquas exhibitiones vel injustas redibitiones exigere pręsumat, nemo etiā eos distringere, aut pignorare pręsumat, aut per aliena placita ve atilare audeat, nisi in pręsentia Epis. qui pro tempore ipsi Ecclesiæ præfuerit. Nulla deniq; magna, parvaq; publicæ actionis persona .... ostaticum facere compellat, aut jam dict. Eccl. vel suos homines teloneum, ripaticum, aquaticum, vel aliquid quod publicorum parti pertinere debet, aliquam occasionem dare compellat. Regali etiam censura sancimus ut nulla publica persona, nullusq; officius de mercatis, vel castellis super quascunque res & possessiones jam dictę Pataviensis Eccl. quę esse videntur, aut in antea constituerentur, teloneum, aut aliquam functionem publicam exigat, sed liceat eandem Eccl. cum omnibus suis pertinentiis, & castellis, atq; massaritiis, mercatis ac reliquis possessionibus suis mobilibus, & immobilibus, ac familiis suis utriusq; sexus libellariis, vel cartulariis, seu commendatitiis, necnon ad eandem Eccl. confugientibus, sive cum omnibus ad se pertinentibus, securo, & pacifico ordine permanere. Hoc vero concessionis, & confirmationis præceptum absq; calumnia, minoratione, vel contradictione cujusque; contra quod nostrę donationis, corroborationis præceptum, si quis quomodocunq; insurgere tentaverit, sciat se compositurum auri optimi lib. 100. medietatem Cameræ nostræ, & medietatem Canonicis prælibatæ S. Pataviensis Eccl. Quod ut verius credatur, diligentiusq; ab omnibus observetur manu propria roborantes de sigillo nostro sub eas sigillari jussimus.

Signum Conradi invictissimi. Imperat. August.

Ego N. . . . . Cancellarius Vice D. Harmanni Archiepis. & Archicancellarii recognovi.

Datum anno Dominicæ Incar. 1207. Regni vero D. Conradi regnantis 3. Imp. vero ejus 1. Act. sub urbe Ravennę 5. Nonas Maii, indict. X. feliciter. Amen.

(„ Urso ann. 1026. Monasterium Monialium S. „ Petri fundavit, dotavitque ex veteri documento, „ quod refert Ursatus in hist. Patav.)

(„ AISTULPHUS *Pataviaus Episcopus subscri-*

„ *pſit an.1031. Popponis Patriarchæ Aquil. donatio-*
„ *ni ſupra in Aquilejen. col. 53.)*

LXVI 63 BROCHARDUS Teutonus Urſoni *a* ſucceſſit an. 1031. Qui confirmavit quæcunq; Gauſilinus, & Urſo anteceſſores legaverant monaſterio S. Juſtinæ; aliaque plura ea pia liberalitate adjecit. Tenuiſse Patavinam ſedem annos 14. ſcribit Cavacius,

a Aliis Ulpho.

LX VII. 64 ARNOLDUS Germanus ſedit poſt Brocardum plus minus an. 3. Reperitur interſuiſse Papienſi Synodo celebratæ 1046. 8. Kal Novemb. Anno vero 1047. pro Canonicis ſuæ Eccleſiæ curavit apud Henricum Imp. ut omnia à Regibus, & Imperatoribus elargita privilegia ab eodem confirmarentur. Quod lubenter egit Cæſar eo ipſo ann. 1047. Ind. 15. die 5. Id. Maii. Regni 18. Imperii prim. Actum Tridenti. Diploma iiſdem verbis exſcriptum eſt, quibus Conradus Imperator fecerat in ſupra relato documento; feciſse tantum adjunxit Henricus intuitu Arnoldi Epiſcopi S. Patavienſis Eccleſiæ, & Bernardi Capellani ſui, & ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconi, qui mox ſucceſſit Arnoldo anno 1048.

LX-VIII. 65 B. BERNARDUS Maltraverſus ex vetuſtiſſima familia Comitum Patavinorum, qui ab ipſius Bernardi parente Maltraverſo Comite Leocii, Caſtrinuvi, Cerri, & Calanonis, appellati ſunt, ex Archidiacono, Epiſcopus creatus 1048. Arnoldo ſucceſſit, ſanctitate celebris, & rerum geſtarum gloria inſignis. Præfuit fere ad 9. ann. quibus cum pietatis laude ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam eidemque, ſi reliqua erat, omnem hæreſeos maculam diſcuſſit, ampliſſimum patrimonium in pauperum, & peregrinorum ſubſidium contulit, ubique pravos hominum mores coercuit, afflictis ſubvenit, Eccleſiarum reparationi, ac piorum locorum extructioni incubuit, vigiliis, jejuniis, & orationibus frequens, ac eximius Deiparæ Virginis cultor fuit. Leonem IX. Pontificem hoſpitio excepit, à quo omnium privilegiorum Eccleſiæ Patavinæ indultorum confirmationem impetravit. Henricus vero III. Imp. eidem etiam poteſtatem fecit procudendi denarios, ut narrat Sigonius, ejuſque diplomatis conceſſionis partem ea eodem hic ſubiiciendam exiſtimavimus.

Henricus Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

b Noverint omnes Chriſti, noſtrique fideles, quemadmodum rogatu noſtri thori, regnique conſortis Agnetis Imperatricis Auguſtæ, jus monetæ ſignandæ in urbe Patavina concedimus Bernardo Epiſcopo, & ſucceſſoribus ejus, ſecundum pondus monetæ Veronenſis, itaut in una nummorum parte nomen, & imago noſtra, in altera vero ipſius urbis figura exprimatur.

b Integrum diploma refertur ab Urſato hiſt. Patav. p. 483.

Data 16. Kal. Maii ann. D. Incar. 1049. Ind. 2. anno autem D. Henrici III. Regis, Imperatoris Secundi ordinationis ejus vigeſimo, Regni quidem decimo, Imperii autem tertio. Actum Goſlaræ,

Corpora Ss. Maximi Epiſcopi & Felicitatis Virginis divinitus ſibi revelata invenit Bernardus; de qua inventione hæc ex vetere auctore ſcripſit Cavacius lib. 2. (*Hujus labores* (nempe Bernardi) *æterna poſt obitum mercede compenſandos, etiam inter mortales voluit Deo ſpirituali ſolatio recreare. Dormienti aliquando Epiſcopo aſtitit ſenex, heroicam majeſtatem, & dignitatem ultra hominum conditionem præſeferens, aſſeruitque à Deo nuncium adveniſſe, ut quorumdam Ss. corpora ex abditis locis eruerentur, quæ congrua veneratione recepta Patavinæ urbis præſidio forent, eamq; diris olim ſubactam propriis meritis expiarent. Inde viſus Epiſcopus cum eo in templo S. Juſtinę deſcendiſſe, jubetur locum inſpicere inter aram S. Dei Genetricis, & ſepulchrum B. Profdocimi, ubi corpora S. Juliani, ac trium Innocentum, quę idem ſæpe pietatis cauſa Hieroſolymam profectus, Patavium retulerat. Inde ſenis ductu prope fores oratorii ad lævam docetur recondita eſſe corpora S. Maximi Epiſcopi, & Felicitatis Virginis: mox ſenis aſpectus, ac quies abiit. Senſit ex ea Bernardus agi divinam rem, quę ab ipſo omnium bonorum auctore majoribus adhuc eſſet obſequiis experenda. Itaque communicatis, quę per quietem aſpexerat, clericis, ac religioſis viris, populo etiam ſacrum jejunium indixit. Triduo exacto, idem ad templum S. Juſtinę frequens acceſſit, ubi Bernardus, ſacris operatis, ad eundem ſermonem habuit, atque Deum Opt. Max. adhęc ſibi, ac populo propitium deprecatus eſt. Accepto raſtro, indicata per quietem loca fodere cœpit, cujus exemplum pleriq; religioſi viri ſecuti, poſtquam ultra ſenos pedes fodiſſent, tres arcas marmoreas invenere uncis ferreis firmatas, ex quibus repente ſplendor maximus, & odor ſuaviſſimus oratorium ſuffudit. Splendore ſublato, arcę apertæ ſunt. Quarum prima S. Maximi corpus habebat, & ad caput ipſius ſculptum lapidem.* Hic requieſcit Maximus ſecundus à Profdocimo Epiſc. qui hujus mundi vitam Domino tribuit, ut ſempiternam habere mereretur in cœlis. *Alia viri integrum corpus, & ſepoſita trium puerorum oſſa retinebat hac inſcriptione.* Hic conditus eſt Julianus vir chriſtianiſſimus, qui cum ſæpe à ſepulchro Domini reverſus eſſet, ac tandem tres Innocentes ſecum detuliſſet, perrexit ad Chriſtum: quapropter in unum collocati hic requieſcunt. *In alia, qua fœminæ corpus claudebatur, lectum eſt.* Hic eſt ſepulta Felicitas illuſtris fœmina ſacro velamine dicata, quæ die noctuq. in Dei ſervitio perſiſtens in cœlis ſuſcepta eſt. *Inſcriptiones uti eundem auctorem ſapiunt, ita eandem ætatem nempe, qua metu barbarorum ſacra corpora obtūduntur. De B. Juliano, præter ea, quæ etiam referuntur à Scardeoneo nihil apud nos eſt. B. Felicitatem ſcribit Ungarellus præfuiſſe monialibus cœnobij D. Juſtinæ. Scardeoneus in monte Robolonis eremiticam vitam duxiſſe. Sanctorum corpora decentius collocata tum multis miraculis coruſcarunt, & pleriq. cæci, ſurdi, debileſq; leguntur in actis evaluiſſe, multi etiam à dęmonibus obſeſſi priſtinam quietem recepiſſe. Aguntur hæc an. 1053. Henrici II. Cæſaris 14. quo Leo Pontifex Pannonia divertit Patavium, ubi exceptus à Bernardo nuperrimam ſanctorum revelationem, & patrata in dies miracula edocetur. Moverunt ea Leonem, ut præſens cognoſceret, & ſanctos Dei deprecaretur. Suſcepit itineris comites. Accedens ad Eccleſiam B. Juſtinæ Joanni Abbati, ac Monachis ad ſacros pedes provolutis benedixit, ſolemni ritu litavit, atq; Urbem ab anathemate diſſolvit. Ut etiam Ss. memoria ubiq: celebrior eſſet, eoſdem albo Divorum aſcripſit, & feſto die honeſtavit, qui hactenus ſolemnis apud nos habetur IV. Non. Auguſt. nempe quo reliquiæ eorum repertæ ſunt* Hactenus ille.

Poſt hanc piam SS. corporum inventionem, Bernardus anno ſui Pontiſ. nono requievit in pace, ſepultuſque eſt in Cathedrali, ubi adhuc in ſemidiruto tumulo cum imagine Epiſcopi, hæc ſemieæeſa verba leguntur.

Bernardus Maltraverſus
Eccleſiæ Patavinæ Pontifex almus,
quem . . . audiat Pa . . de caterva
patrum. Precemur ergo Deum
qui regnat . . . . ut nobis præſtet
gaudere cum ipſis.

Referunt ſupra citati ſcriptores, Bernardum in ea dignitate ſex annos fuiſſe ſuperſtitem, deceſſiſſeq; ann. 1059. quod videtur non poſse ſubſiſtere. Ex privilegio enim Henrici vidimus vixiſſe illum ann. 1049. quamobrem ſi ſex annos tantum Pontif. geſſit, videtur dicendum, ad hanc dignitatem aſcendiſse illum paulo ante an. 1049. deceſsiſſeq; de vita ante ann. 1055. Neque magis ex narratione Arnulfi Monachi in ſua Chronica poſſumus ad veritatis pervenire cubile, cum enim Epiſcopos Patavinos vita functos recenſet ab ann. 1057. uſq; ad an. 1075. Bernardum primum ponit Patavinum Epiſc. poſt Vvaſolph Teutonem Præſulem ejuſdem civitatis, cum hunc conſtet vixiſſe ann. 1057. & Bernardum electum ante ann. 1049. Falluntur itaq; auctores in anno creationis, quam volunt incidiſſe in ann. 1053.

sexq. ann. in ea dignitate vixisse, quod, temporum recte positis calculis, repugnare videtur, ut paulo supra narravimus.

LXIX 66 VERCULPHUS, quem alii Vinculphum dixere, Vvasolph Teutonem vocat Arnulfus Monachus in Chronica, successit Bernardo ann. 1057. Præfuit is ann. quatuor, aliis quinque.

LXX 67 ULDARICUS item Teutonus ad hanc sedem subvectus est post Verculphum. Synodo Romanæ interfuit à Gregorio VII. celebratæ, ab eoque missus est in Germaniam ad Imper. Henricum una cum Petro Episc. Albanensi an. 1079. ut narrat Baronius ex Bertholdo *a*. Quo Præsule divinitus revelatum est corpus S. Danielis Martyris, jam ex hominum memoria obliteratum, quod transtulit in Cathedralem. Bona omnia, ac immunitates à suis antecessoribus elargita, rata perpetuo jussit an. 1064 postquam D. Danieli templum ædificaverat. Eximie hanc Cathedram rexit Uldaricus annis plus minus 26. diemque obiit ann. 1090. juxta ejusdem Eccl. tabulas.

a De qua legatione extant literæ ejusdem Gregorii ad Henricum Patriarch. Aquilejen.

L XXI 68 MILO Teutonus summo loco natus, favore Henrici Cæsaris Patavinam arripuit Ecclesiam, studuitque quam qui maxime eidem Imperatori, Gibertoque Antipapæ, cujus diplomati subscripsit an. 1083. quamobrem oportet illum intrusum contra Uldericum fuisse ante ejusdem Ulderici obitum. Idem Henricus, Milonis gratia, Patavinam Ecclesiam ditavit, atq. exornavit, ipsumque & successores donavit oppido plebis Sacci, unde Patavini Antistites hactenus Comites Saccenses appellantur. Ejus temporibus vixit B. Creventius ex Comitibus S. Petri, is qui cœnobium S. Cæciliæ velatis virginibus propriis in ædibus construxit, quod postmodum ob nimiam arcis vicinitatem dirutum, ad monasterium S. Agathæ à Carrariensibus Principibus translatum fuit ann. 1374. Idem B. Crevensius sacram ædem ædificavit, ubi jacet præmortuus ann. 1090. miraculis clarus. Milo vero postquam Patavinam Ecclesiam possedisset ann. 16 ut volunt, è vivis ereptus est circa annum 1100. postquam novum sacrarum Virginum S. Petri templum cœpisset *b* ædificare.

b Hoc cœnobium ... ædificavit, hic Milo ... vide donationis chartas apud Ursatum hist. Pat. p. 250.

LXXII. 69 PETRUS Tergula Patavinus, cujus publicæ habentur tabulæ, teste Cavacio anno 1101. quibus, erga cœnobium S. Justinæ propensior, rata jussit esse eidem dona superiorum Præsulum, auxitque amplissimo prædio prope Ligniarium, & aliis in agro Tarvisino. Ipse jam cœptum templum *c* à Milone absolvit, eidemque Archipresbyterum attribuit, cum aliquot Canonicis. Ibi ante majus altare ad pavimentum hoc distichon legendum apposuere.

c In castro plebis Sacci.

Præsulis est Templi finitio tempore Petri.
Milo fundavit, vir Præsulis, & Imperialis.

Decessisse Petrum ann. 1109. alii 1119. referunt auctores.

LXXIII. 70 SINIBALDUS suffectus est Petro, cujus anni ex ancipiti supputatione ponuntur 19. vel 9. ut asserit Cavacius. (1)

LXXIV 71 S. BELLINUS, Germanus *d* Episcopus, cum Romana ad limina Apostolorum venisset, defuncto Sinibaldo Episcopo Patavino, & Canonicorum suffragia in decernendo successore distraherentur, & bini repente Episcopi renunciarentur, uterque sibi integram dignitatem armis, & clientelis volebat, à Pontifice Patavinus Episc. Bellinus eligitur ann. 1123 Eximiæ sanctitatis, & continentiæ vir, verbo, & exemplo Patavinam Ecclesiam annis 26. administravit. Hic flagranti pietatis studio Patavinæ Ecclesiæ ab intrusis Episcopis paulo ante male acceptæ, salutarem preceptorum adhibuit medicinam, acerrimeq; immunitatem ecclesiasticam propugnavit: quamobrem potentem civem Thomam Capinigrum, qui inverso jure bona quædam, ac decimas Patavinę Ecclesię sibi usurpaverat à communione fidelium semovit; à quo cum deinde multa pateretur indigne. Sanctus iter Romam intendit, ut à sancta Romana Sede contra impium civem referret suppetias. Ille euntis insecutus vestigia, apud Rhodigiũ crudelissime obtruncat VI. Kal. Decem. an. 1150. [2] Narrant Eugenium III. Bellinum, pro libertate Ecclesiastica strenue vita functum, inter sanctos Martyres retulisse, Patavii Rhodigiique ejus festum solemne haberi.

d Germanus natione, Archipresbyter vero Cathedralis Patavinæ. Ursatus.

LXXV. 72 JOANNES Caccius Patavinus, nobilitate generis, & legum peritia clarus, ad patriæ sedem fuit adlectus ann. 1150. In eo munere sustinendo se gessit egregie ann. 19. Vita sanctus, & sepultus est in Cathedralis claustro in marmoreo sepulchro, prope ostium baptisterii, cum ejusmodi epitaphio.

Qui cum prole sua cinctura fulsit equestri,
Inque Sacerdotum canone Doctor erat.
Hic jacet Antistes Caccii de stirpe Joannes,
Cujus nomen humi, mens viget astra super.

Hic D. Nicolai Myrensis, aliorumque Sanctorum apud Littorenses Monachos quiescentium corpora mirifice coluit, & ut alacrius templo ædificando incumberent, à decimis in posterum exolvendis Monachos eis, quas mox prodemus, literis, liberali munificentia exemit, tertio post quinquagesimum annum transacto, post quam sacra ea corpora Venetias deducta fuerant. Literæ Joannis in tabulario Littorense ita extant conscriptæ.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Anno Incarnationis ejus MCLIII. Regnante D. N. D. Friderico Imperatore, tertio Kalend. Maii, Indict. prima. Ego in Dei nomine, Dom. Joannes divina gratia S. Paduensis Ecclesiæ Episcopus monasterio, seu Ecclesiæ S. Nicolai, terra, marique magni, in littore sito prope Venetias, dono, & offero pro reparatione ejus, quæ nunc denuo e mirabiliter fabricatur ad laudem sanctorum, qui nuper in eadem Ecclesia requiescunt, ubi & quasi totus mundus ad eorum suffragia concurrit, beneficia, eorum intercessionibus, & sanitates unusquisque pro suæ mensura fidei reportant, pro felici statu D. Imperatoris nostri, & pro remedio animæ suæ, & omnium meorum antecessorum pro Ducibus nostris, & optimatibus, Cleroque, ac universo populo, & ut mihi quoque, & omnibus successoribus meis ad remedium prosit sempiternum. Ideoque ego qui supra D. Joannes S. Paduensis Ecclesiæ Episcopus tibi D. Gregorio præsenti, præfati monasterii S. Nicolai in littore prope Venetias Abbati, & tuis fratribus, qui Deo ibidem servire videntur, vel successoribus vestris in perpetuum dono, & offero totam, & integram decimam omnium possessionum vestrarum sub mei Episcopatus jurisdictione situatarum, & nominative decimam omnium possessionum vestrarum de villa curtis, & campi longi majoris, cum locis, & confinibus suis, decimam terrarum vestrarum de Villa Bojonis, decimam terrarum vestrarum de villa capitis Vici, decimam terrarum vestrarum de villis plebis, & argeris plebatus Saccensis. Ea ratione ut admodo tu præsens D. Gregorius, & fratres tui cum omnibus successoribus vestris in perpetuum jam dictas decimas, qualiter superius legitur in integrum habere debeatis, & tenere, & possidere absque omni mea, successorumque meorum contradictione, exceptione, seu diminutione. Insuper ego Dom. Joannes Paduensis Episc. confirmo tibi D. Gregorio, & tuis fratribus in perpetuum, & offero illud feudum vestrum antiquum camporum triginta sex in villa Fossati, de quo tam vos, quam Abbates alii vestri estis consueti investire Mojolos de Padua, quemadmodum vidi in instrumentis vestris antiquis publicis, &

e Al. de novo.

an-

(1) Quatuor tantum annos vixisse in Episcopatu Sinibaldum asserit Ursatus. Erat hic certe Episcopus adhuc anno 1122. IV. Kalend. Decembris, quo consentiente Sinibaldo S. Petri Monialibus decimas aliquot agrorum liberaliter concessere Canonici Patavini, quos inter primus enumeratur Bellinus Archipresbyter, qui anno sequenti Episcopus Patavinus evasit. Documentum edidit Ursatus in hist. Patav. p. 291.

(2) Anno 1149 licet Ursatus velit S. Bellini necem in annum 1148. incidisse ea ratione ductus, quod Joannes successor Marsilium de Castro Carrariæ investivisse reperiatur, ut ipse asserit, die 5. Septembris an. 1149. Sed cum investituræ instrumentum, quod ipsemet Ursatus profert, dicatur editum *die Martis, qui est quinto die intrante Septembri*, satis constat anno Christi 1150. esse alligandum, quo cum littera Dominicalis A curreret, dies Martis revera incidit in diem quintum Septembris, non autem anno 1149. quo dies quintus Septembris fuit dies Lunæ.

authenticis legi. Præterea confirmo vobis & innovo, vosque investio de feudo vestro antiquo illarum trium petiarum terræ, de quibus estis soliti à venerabilibus Episc. S. Patavensis Ecclesiæ investiri, sicut mihi ostendistis pee unam chartam investitionis authenticam vobis factam à D. Odorico Episcopo Patavensi in millesimo sexagesimo quarto Ind. secunda, octavo Domini Henrici imperatoris anno, quarto nonas Junij. Quæ sunt prima petia in villa de Curte in contratam S. Nicolai camporum circa tresdecim ab una parte, qua vadunt homines, ab alia rivus, & ab alia partim via, partim Bertaldus de Caporelis; secunda petia camporum quinque incensa, à tribus partibus via communis, alia in plebe in Lanzago camporum undecim à duabus partibus via communis, ab aliorio, itaut admodo de istis tribus ultimis petiis terræ semper, sicut hactenus, faciatis vos ab Episcopis Patavinis investiri. Siergo ego ipse, quod Deus nolit, vel quisquam successorum meorum contra hujus nostræ concessionis, & obligationis scripturam voluerit molestare præfatum monasterium, aut Abbati vel fratribus, qui erunt illo tempore, aliquam diminuitionem fecerit, aut aliquid ex decimis illarum terrarum ulla occasione attulerit, omne damnum, quod datum fuerit, me, successoresq; meos in duplum restituturos promitto, & obligo. Et insuper sanctos Dei Nicolaum & suos socios in illo relinquo ultores, & invoco. Quidem & pro futurorum memoria, & pro nostræ concessionis perpetua firmitate retinenda, Prosdocimum Causidicum, & sacri Palatij Notarium præsentem chartam rogavimus scribere. In qua supponens testes confirmavit, & roboravit.

Actum in Episcopali domo in pausatorio, vel cœnaculo Dom. Episc.

† *Ego Domnus Joannes subscr.*
† *Ego Obizo Archipresb. in hanc paginam consensi.*
† *Ego Tausunus a presb subscr.*
† *Ego Presb. Bertoldus b subscr.*
† *Ego Maximus Presb. subscr.*
† *Ego Rambaldus Presb. subscr.*
† *Ego Bedo Presb. volui.*
† *Ego Arnaldus Presb. scripsi.*
† *Ego Leo Presb. subscr.*
† *Ego Presb. Papi subscr.*
† *Ego Natiozerius c Presb. subscr.*
† *Ego Agidardus Presb. sic consensi.*
† *Signum manu Roze nobilis testis.*
† *Signum manu Gondeberti de Forzate testis.*
† *Signum manu Visgontorini d testis.*
† *Signum Bondantesi e testis manu ejus.*
† *Signum manu Marcheti f de Scarpatiis testis.*

Omnes isti & alij rogati testes. Ego Prosdocimus quondam Maximi de contrata S. Julianæ Patavensis Causidicus, & Notar. sacri Palatij rogatus à D. Joanne Episcopo tradita complevi, & roboravi.

a Al. Gamplinus. b Al. Bertoldus. c Al. Netichrius. d Al. Viso Gontorini. e Al. Bondomesio. f Al. Narchesi.

LX XVL

73 GERARDUM deinde Pomedellam nobilem Patavinum provexerunt ad sedem 1169. lætantibus civibus Patavinis, qui de Gerardo, tametsi adhuc juvene, magnam, egregiamque spem conceperant, quam vicissim nec Pomedella fefellit. Pluribus enim salutaribus scriptis legibus, & Clerum suum optime instituit, inque discordantes cives, pace facta, diu mansurum fœdus percussit. Litem composuit pro decimis ab antecessoribus suis concessis Monachis S. Justinæ, inter eosdem, & Cathedralis Ecclesiæ Canonicos, & dissidium ab eodem tollitur, quod din exagitaverant de obsequiis mortuorum, absente Episcopo, in ecclesia S. Justinæ justis solvendis. Hæc suo diplomate confirmavit Alexander Venetiis ann. 1177. tali modo.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Dominico Abbati S. Justinæ de Padua salutem, & Apostolicam benedictionem. Intelleximus ex scripto quodam, quod est adictum manu publica, quod inter te, & Canonicos Paduanos mediantibus venerab. fratri nostro G. Episcopo Paduano, Manfredo & Bono Joanne, quos tu, & altera pars communiter elegeratis, hujusmodi pax, & concordia facta, quod Archipresbyter præscriptæ ecclesiæ in obsequiis defunctorum, absente Episcopo, vel nolente missam cantare, specialem missam cantet, si chorus Canonicorum fuerit invitatus, aut si Archipresb. præsens non fuerit, cantes, & si tu, & Archipresbyter absentes fueritis, unus de Canonicis missam celebret. Cæterum quia prædicta concordia ex parte Canonicorum violata est, sicut asseris; nos tibi super hoc paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate tibi Apostolica duximus indulgendum, ut in obsequiis defunctorum Episcopo absente, vel missam cantare nolente, nullius contradictione, vel appellatione obstante, fas tibi sit, in monasterio tuo specialem missam cantare.

Datum Venetiis in Rivoalto 16. Kalend. Octobr.

Interea Gerardus Venetiis fuit an. 1177. cum inter Alexandrum III. primumque Fridericum Imperatorem pacis fœdus percuteretur, & Lateranensi Concilio interfuit sub eodem anno 1179. Illius temporibus in templo S Justinæ plura sanctorum corpora reperta sunt, quæ ibidem latuerant, dum Arriani in Catholicos desævirent, & in decentiori loco veneranda ab eodem Gerardo exhibita sunt. Patavinæ Ecclesiæ egregie præfuit Gerardus anno. 45. & senio gravis Episcopatu se abdicavit anno 1214. pauloque post mortem obiit, quem virum in opere, & sermone potentem, prudentem quoque, & sanctæ memoriæ appellat Roladinus in Chronico lib. 1. pauloque post obiit Beatus Stephanus olim Abbas S. Justinæ, sepultus in monte Veneris, in montibus Euganeis, vulgo de Venda, in æde S. Joannis Baptistæ, ubi eremiticam vitam duxerat. Locum nunc incolunt Olivetani Monachi à Raymundo Episcopo è Tuscia evocati ann. 1380. De hujus cœnobij institutione brevis extat historia in membranis conscripta a Petro Marcello Patavino Antistite, quam referendam duximus.

[*Primus* (inquit) *habitator hujus venerabilis loci montis de Venda, secundum antiqui viri posteris retulerunt, fuit quidam vir de Torilia Adam nomine, Monachus sanctæ Justinæ de Padua. Iste primus vitam eremiticam eduxit, & inter saxa ingentia sibi arctissimam constituens mansionem, diuturnis jejuniis afflixit, & maceravit corpus suum, qui secundum nostram existimationem obiit tempore Alexandri* III. *Papæ de Senis & primi Friderici Barbarossæ, qui Mediolanum destruxit. Quorum gesta apud Venetias noscuntur, qui regnaverunt, & pugnaverunt invicem in millesimo centesimo septuagesimo secundo. Cujus venerabilis Adæ ossa in ejus cella, in qua vivus habitaverat annis amplius octuaginta inhumata manserunt in eadem caverna saxi, in qua so . . . . vir beatus cum migravit ad dominum. Iste habuit quendam militem sibi pro amore Christi fideliter servientem, virtute patientiæ ornatum, qui juxta eandem cellam post obitum Domini sui est sepultus. Post vero transitum prædictorum, quidam alij successerunt, sed non finaliter perseveraverunt. Ex quibus fuerunt duo viri religiosi, quorum unus vocatus est D. Dragur, & alius D. Gerardus; post ipsos autem D. Villanus de Maserada territorij Paduæ Monachus S. Justinæ miræ simplicitatis in montem istum de Venda ascendit, & ecclesiam parvulam prope eandem cavernam sibi construxit, quam Rev. Pater D. Gerardus Episcopus Paduæ consecravit sub nomine sancti Michaelis Archangeli. Iste in loco isto de Venda usque in finem in prædicto eremitorio, sive caverna saxi vitam devotissimam duxit, & feliciter obiit anno Domini 1211. 23. Februarij. Anno autem Domini 1209. adhuc vivente D. Villano, D. Presbyter Albericus de Burgonico Paduæ, & venerab. Pater Stephanus de Trivognone Paduæ territorij, Abbas sanctæ Justinæ de Padua homo bonæ simplicitatis, prius Abbatiæ officio, & dignitate deposita, ascendit in montem de Venda 46. dies post ascensum prædicti D. Alberici, ibidem devotissime Domino Jesu Christo militavit, usq; in finem, sed præfati D Alberici summa perfectio fuit in magna & continua abstinentia, & residentia continua in isto loco de Venda. Iste fuit homo constans, seve-*

rus, maturus, & à Religionis rigore penitus non recedens. Isti B. Patres scil. D. Albericus, & D. Stephanus sanctissimam vitam eremiticam duxerant usque ad finem, & feliciter consumatis in sancta conversatione simul 32. annis, in eodem anno secundus post primum 46. diebus interpositis, sicut fuerant à Domino ad eremiticam vitam vocati, sic pariter ad æternam vitam beato fine feliciter transierunt. Isti duo sancti Patres, scil. Albericus & Stephanus eorum sancta vita, & fama, tam larga, & copiosa bona mobilia, & immobilia acquisierunt à devotis personis, quod à fundamentis omnes domos, dicti loci de Venda, & ecclesiam S. Joannis Baptistæ ædificarant, quam & Rev. P. Jordanus Episcopus Paduæ consecravit sub dicto nomine, mutato nomine prioris ecclesiæ, quod opinamur factum ex eo, quod pie creditur, tunc illuc portatum fuisse. Cujus meritis in eadem ecclesia immemorabilia miracula comprobantur usque in hodiernum diem. Item post constitutionem monasterij, & ecclesiæ S. Joannis prædicti SS. Patres Albericus, & Stephanus fecerunt de novo monasterium S. Leonardi de Boccone, & dotaverunt illud copiose, & de propriis bonis monasterij S. Joannis Baptistæ de Venda, & posuerant in dicto monasterio moniales mulieres devotas in habitu albo, sicut fratres de Venda ibi perseveraverunt cum honesta conversatione, & bona fama usque ad annum 1380. quo translatum fuit monasterium de Venda in Ordinem S. Mariæ montis Oliveti, quarum sex cum Abbatissa propriis oculis vidimus scil. in S. Leonardo de Boccone habitantes sub habitu & disciplina Prioris S. Joannis de Venda. Isti duo patres Albericus & Stephanus fuerunt venerabiles viri, & statura proceri, qui non solum salubri locutione, sed & cultus gravitate, ac morum venustate, & suo venerabili, & devoto aspectu homines ad devotionis dulcedinem inducebant. Nec mirum, quoniam in quibus Deus lux virtutum habitabat per eos refulgebat, & suam gratiam cæteris refulgebat. Beatus Albericus migravit ad Dominum anno Dom. 1241. id. Augusti; post cujus felicem obitum B. Stephanus ejus socius secutus est illum die 16. Septembris, & sic diebus paucis post alium mortuus est. Quorum corpora in ecclesia S. Joan. Baptistæ sunt simul sepulta in una arca marmorea, ut quemadmodum se in Deum dilexerunt in vita sua, sic & in morte non sunt separati. Et prope eandem arcam, ad caput ossa venerabilis Eremitæ Adæ de caverna sanosa translata in monumento parvissimo fuerunt reverenter collocata, & altare S. Michaelis Archangeli de consilio, & voluntate R.P. D. Episcopi Padn. æ fuit ab illa prima ecclesiola remotum, & collocatum in prædicta ecclesia S. Joannis Baptistæ propter insolentiam mulierum, quæ sub colore devotionis volunt omnia, & singula impudenter percurrere, & perscrutari. Sed ut postmodum in illa ecclesia prima altari viduata, & divinis destituta, fuit funditus destructa. Eremum autem, & illam cavernam saxorum, in qua isti sancti Patres Eremitæ primo habitaverunt, propriis oculis vidimus & adoravimus, & inviolabiliter permanserunt usque ad an. Dom. 1397. Laus Salvatori. Hæc ex antiquissimis testimoniis recepta, & alibi scripta, hic reposita sunt auctore R. P. D. Domino Petro Marcello dignissimo Patavino Antistite in Venda ob pestem habitante 1427. die 24. Novembris. Hactenus relatio. Ergo an. Christi 1159. sive paulo ulterius, Vendana eremus per Beatum Adamum habitari cœpta est, quam deinceps Dragus, Gerardus, & Villanus consecuti sunt. His successerunt Albericus Bocconensis, & Stephanus Tremoniensis, & monasterium ædificarunt. Anno 1229. Bocconi, qui proximus visus est monasterio, sacris Virginibus titulo SS. Leonardi, Viti, & Modesti cœnobium construxerunt, cui Albericus Vendæ Prior, sodalibus Stephano, & Manfredo consentientibus, prædia omnia, quæ ipsi apud Bocconenses obtinebant, condonat. Virgines in ædibus S. Leonardi consederunt ad annum usque 1380. Translatæ deinde sunt Patavium ad S. Matthiam. Beatis Alberico, &

A Stephano vita functis, alij deinde Eremitæ incoluerunt, cum Raymundus Patavinorum Episcopus dirutum plane cœnobium, & omnis Regularis vitæ observantia dellitutum conspiceret, Olivetanis Monachis, assentiente Francisco Carrariensi Patavinæ Reipublicæ Principe, attribuit.

(„ *Gerardus circa ann. 1174. consecravit altare „ S. Joannis Ecclesiæ S. Mariæ ad Carceres, cujus „ Ecclesiæ Monachis nonnulla prædia concessit. Vide „ documentum apud Muratorium in Antiquit. Esten. „ par. 1. pag. 372. Anno vero 1189. interfuit conse- „ crationi Ecclesiæ S. Mariæ de Carcere à Gothifre- „ do Aquilejen. Patriarcha peractæ, eique donatio- „ nem irrevocabilem fecit totam decimationem om- „ nium novalium de Baone, &c. ut loquitur docu- „ mentum apud eumdem Muratorium Antiq. Esten. „ par. 1. pag. 356. Ad Gerardum extant literæ Ale- „ xandri* III. *quibus significat se Romæ optime exce- „ ptum esse, & hortatur, ut sit constans adversus „ Schismaticos. Item in textu per hæc tempora plu-*
B „ *res extant ad Patavinum Episcopum cap.* Intelle- „ ximus, de judiciis. *cap.* de muliere, de sponsal. „ & matrim. *cap.* literæ de matrim. contracto &c. „ *& ibidem cap.* de muliere. *cap.* significasti, de ho- „ micidio voluntario. *cap.* 1. de novi operis nun- „ ciat. &c.)

74 JORDANUS Maltraversus, Mutinensis Ecclesiæ Præpositus, ab electoribus rite, ac jussu Innocentij III. congregatis, Patavinus eligitur Episcopus an. 1214. rejecta panio ante electione, tamquam vitio facta, cujusdam Joachimi Monachi S. Justinæ. Eo sedente Patres Dominicani in Urbem fuerunt recepti, templumque spatiosissimum ædificarunt: locum dedere Gerardus, Rogerius, & Joannes de Vadiis Patavini, in quo à Communi Patavino ex mulctis fere constructum duodecim ingentibus columnis exurgit: structuram Jordanus Episcopus indulsit hoc monumento. LXXVII.

Jordanus Mutinensis, Dei gratia Episcopus Paduanus ad instantiam & postulatio-
C *nem Fr. Guidonis Prioris Fratrum Prædicatorum Paduæ & Fr. Martini Prioris Fr. Prædicatorum Venetiis commorantium, dedit eis primum lapidem benedictum pro construenda & ædificanda ecclesia Paduæ ad honorem Dei, & B. Augustini anno Dom. M.CC.XXVII. Ind. XV. die V. Octobris*

Notario Turpino q. Grati filio.

In fronte Ecclesiæ de ejusdem extructione hi versus leguntur, cum quatuor insignibus Communitatis Paduæ.

Annis sexcentis bis, cor teneas sapientis,
Lustris transactis ter denno quinque quod actis
Sumptus Urbani Cives dando Paduani
Hoc incœpere templum componere vere
Sextili mense, laudes ergo sibi densæ.

Anno Dom. M.CC.LXXV. Ind. III de mense Aug. Hoc opus incepit fieri per Commune Paduæ ad honorem Domini nostri Jesu Christi, Beatæ Mariæ Matris ejusdem, &
D *Beatorum Confessorum Augustini, Dominici, Joan. Baptistæ, Joan. Evangelistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, Stephani, & Petri Martyris, & aliorum altaria sunt hic.*

Hanc consecrasse Ecclesiam Benedictum XI. Pontificem ex Ord. Prædicat. assumptum, tunc Episcopum Cardinalem Ostiensem anno 1303. docet inscriptio sub organo posita.

Jordanus vero Episcopus, postquam perbelle Patavinam Ecclesiam annis 14. rexisset mortalitatem explevit an. 1228. quo B. Jordanus Forzatus nobilis Patavinus die 7. Augusti Venetiis migravit ad Christum, pro quo, prove urbis libertate ab impio Ezellino diu in carcere maceratus fuerat. Cujus corpus Patavium deinde relatum in eccl. S. Benedicti, ubi integrum fere adhuc jacet, sanctitatis titulo decoratur: cujus vitam edidit doctus, & eruditissimus Præsul Aemoniensis Jacobus Philippus Thomasinns, patriæ suæ decus & ornamentum.

JA-

LXXVIII. 75 JACOBUS Corradus ex Archipresbytero, post unius anni interregnum, Patavinus Antistes fuit adlectus anno 1229. Quo Præsule D. Antonius Lusitanus Paduæ obdormivit in Domino 1231. cujus ecclesiam consecravit idem Jacobus. Sanctissimis moribus Præsul fuit, multumque insudavit, ut civitas crudelissimi Ezellini a Romano tyrannidem eluctaretur. Contra quem, cæterosque hæreticos Patavini cùm totis viribus insurrexissent, à Gregorio IX. magnis laudibus ornati, hoc ab eodem Pontifice æternum testimonium retulerunt, quod adhuc in Reg. ejusdem lib. 5. ep. 119. asservatur.

Potestati, Consilio, & Populo Paduano.

Cum de summo munere Christi veniat, ut sibi à fidelibus suis digne & laudabiliter serviatur, grates, & laudes, quas possumus, referimus Muneranti, qui vobis gratiæ suæ dona multiplicans, populum sibi acceptabilem vos elegit, devotionem vestram in operibus sibi placitis exercendo, ut munerum copiam præmiorum copiositas comitetur. Vos enim ferventes orthodoxæ fidei zelatores de finib. vestris hæreticos profligatis, & abhominantes eosdem non desinitis eos ex animo impugnare. Vos justitiæ amatores insignes Ecclesias, & personas Ecclesiasticas magnanimiter defensatis, & in dulcedine libertatis favorabiliter confovetis. Vos pietatis sectatores conspicui sacræ Religionis seduli nutritij facti estis, quare gloriosa de civitate Paduana dicuntur, & nos in ejus laudibus delectamur, dum ibi fulget forma virtutum, morum norma splendescit, & viget salutarium disciplina, indeque fit, quod speciali prærogativa dilectionis, & gratiæ vos in Christi visceribus amplexantes, specialem vobis de vestra syncerıtate fiduciam vindicamus, requirendo vos in iis, quæ ad Deum pertinent confidenter, ut quo paratior vobis materia exercendæ virtutis offertur, eo vobis auctior crescat cumulus meritorum. Sane nostis, sicut credimus, detestandam insaniam Exelini, qui Sathanę satelles effectus, nec contentus pro se tantum pactum inisse cum morte, & contraxisse cum inferis sponsiones, nisi & quoscunque potest in baratrum perditionis adducat, abiecta Catholicæ fidei veritate, pravitatem hæreticam amplexatus, Christi blasphemus receptat hæreticos, defendit, fovet, & effert in contumeliam creatoris, & injuriam populi Christiani. Et licet jam pluries monitus fuerit diligenter, ut damnatorum eorum tenebris derelictis, rediret ad lumen serenissimæ veritatis, ligatus tamen suorum funibus peccatorum elegit perire potius, quam parere, vergendo jugiter in deterius, ita quod jam creditur pusco desperationis absortus, quia Deo manifeste rebellans, & publice contradicens, omnem potentiam, omnem sapientiam, imo insipientiam suam patenter exercet: quomodo hæreticos in terris suis aggreget, & extollat, & ibi suos dogmatizantes errores illaqueent simplices, & incautos, & sic augeatur numerus perditorum. Quis ergo fidelis ab auditu tantæ perfidiæ non horrescat? quis tot abominationes abominari non valebit? quis zelum compescere poterit, quin armetur in tantæ injuriæ ultionem? Cæterum licet adeo credimus ipsum in sua malitia viguisse, quod vix speretur aliquibus monitis molliendus, eo, quod desperabilis plaga ejus, & ad alligandam curationem utilitas non est, & adhuc tamen exuberantiori diligentia uti volentes, illi preces, monita, & præcepta dirigimus, ut ad Dominum se convertens, & ad Ecclesiæ rediens veritatem, infra duos menses personaliter ad præsentiam nostram accedat pariturus nostris beneplacitis, & mandatis, alioquin ipsum publice de hæresi nunciabimus condemnatum, & excommunicatos omnes ejus complices, & fautores. Vt igitur vos speciales in hoc Christi cognoscamus athletas universitatem vestram affectuose rogamus, & monemus attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, & adjurantes per aspersionem sanguinis Jesu Christi, necnon in remissionem peccaminum injungentes, quatenus fidei zelo succensi, contra dictum perfidum viriliter procedatis, in eum potentiam vestram magnanimiter exercentes venerabilibus fratribus nostris ... Regiensi ... Mutinensi, & Brixiensi Episcopis, & dilecto filio ... Mantuano electo, vel eorum cuilibet super hoc efficaciter intendendo, ita quod pestilente mulctato, reddantur alij cautiores, & vos exinde vobis apud Deum meritum, & laudes apud homines comparetis. Nos autem de misericordia omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus qui ex animo processerint contra illum, tres annos sibi de injuncta pęnitentia relaxamus, & si qui ex iis forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi sunt, veniam indulgemus.

Datum Reate 4. Nonas Septembr. anno V.

Jacobus interea, ut diximus, cum omnem movisset lapidem adversus impium Ezellinum, ejusque sequaces, Ecclesiam sibi creditam verbo, & exemplo per decem omnino annos laudabiliter rexisset, vita functus est anno 1239. circa Pascha. Post cujus excessum Patavina sedes vacua fuit tempore diuturniori, cum idem Ezellinus tyrannus jura, fortunasque hujus Ecclesiæ regias in se traxisset, obstitissetque, ne novus eligeretur Episcopus. Vacasse autem Episcopatum ann. 17. (t) habet Chronic. Marchiæ Tarvisinæ lib. 9. & Chronic. Monachi Paduani lib. 2.

76 M. JOANNES Baptista Forzateus nobilissimus Patavinus, virtute, ac legum peritia clarus, post diutinam vacationem assistente Episcopo Cardin. Albanensi Apostolicæ sedis legato, patriæ Episcopus delectus est; electionem confirmavit Innocentius IV. anno 1250. hanc vidimus in Reg. Vatic. ep. 100. fol. 17. Ad quem Joannem adhuc electum sequentem scripsit epistolam anno 1251. quæ extat in eodem Regesto. LXXIX.

Electo Paduano.

Olim ex causa in Lombardia, & Marchia Tarvisina generaliter intendisse dicimur, ne in Cathedralibus, vel aliis collegiatis Ecclesiis deberet sine speciali mandato nostro de Prelatis per electionem quorumlibet provideri, sed quia occasione hujusmodi, sicut asseris, nonnullis monasteriis, & ecclesiis Paduanę civitatis, & diœcesis de personis inutilibus cum vacarent hactenus, est provisum, adhiberi per vos super hoc salubre remedium postulasti. Nos igitur, & ecclesiis ejusdem civitatis, & diœcesis providere, ac personam tuam honorare volentes, præsentium tibi auctoritate concedimus, ut tribus monasteriis Ecclesiæ Paduanæ lege diœcesana subjectis, si vacant, vel si vacaverint possis auctoritate nostra per te, vel per alium prima vice de personis idoneis providere. Cæteris autem monasteriis, & ecclesiis prædictæ civitatis, & diœcesis quæ nunc vacant, vel prædicto interdicto durante vacaverint, non obstante interdicto hujusmodi, eadem auctoritate tribuas, vel tribui per alium facias licentiam eligendi personas idoneas in eisdem, dummodo aliud canonicum non obsistat impedimentum. Contradictores. &c.

Datum Perusii XVIII Kal. Febr. anno IX.

Cæterum Ezellino obsistente tyranno, nunquam obtenti Episcopatus inire potuit possessionem, tandem extincto tyranno, lætante Patavino populo die 3. Aug. 1259. solemniter urbem ingressus, sua in sede collocatus est. In optimis utique numerandus pastoribus, utpote, qui ab impio Ezellino suę Ecclesiæ inspersas labes, illataque detrimenta resarcierit, elueritque. Ab Vrbano IV. Pontif. Academiæ, in qua omnes nobiliores disciplinæ addiscerentur, impetravit erectionem, jam olim à Federico II. Imperatore munificentissime fundatæ, & auctæ. Decessit Joannes perpetua erga pauperes beneficentia, ac vitæ integritate clarissimus anno 1283. sepultusque est in Cathedrali sub confessione, in marmorea arca, cum hac inscriptione.

Nomine Baptistæ Paduanus Episcopus iste
Stemmata Forzatum, juris quoque nobile pratum:
Gre-

(t) Constat tamen novum jam subjectum fuisse Episcopum decimo post anno ab obitu Jacobi, ad quem electum scribit Innocentius IV. Pontif. an. 9 qui fuit Christi 1250. Sed cum nonnisi post extinctum tyrannum obtenti Episcopatus inire potuerit possessionem, longiori quidem mora vacuam fuisse Antistite suo hanc Ecclesiam asserendum est. *Lucentius.*

Gregorii mores, famæ Salomonis honores,
Prosdocimi vitam, patriam possedit avitam
Ter nonis annis obiit, sed luce Joannis.
Lustra ferens toto numero, cum ter tribus octo
Talia sceptra tenet, post hæc sua corpora petra
Cui geminis demptis annis de mille trecentis
Et ter quinque dedit cœlum, cui mundus obedit
Quaque die natus superasfuit arce locatus.

LXXX. 77 PRINCIVALLIS Comes Patavinus, ex antiquissima Maltraversorum familia, qua Bernardus alius olim Episcopus prodiit, postquam quadriennium vacasset Patavina Ecclesia, à saniori parte Capituli electus Episcopus ex Canonico Cathedralis, confirmatus est, & consecratus ab Aquilejensi Patriarcha anno 1287. rejecto Joanne Canonico ab alia parte postulato. Vix Episcopatum acceperat, cum illum in manibus Nicolai IV. Pontificis abdicavit, reservata annua pensione super fructus mensæ Episcopalis, ut habetur in Regest. Vatic. epist. 359. ann. 1289. XV. Kalen. Martii. Sequenti vero anno idem Nicolaus Papa Princevallem ad Archiepiscopatum Calaritanum transtulit in Sardinia die 12. Kal. Februarii, tunc vacantem per obitum Galli. Ex eodem Regest. epist. 747. fol. 277. Fato functus est Principallis anno 1295. habuitque successorem in Calaritana Ecclesia Jacobum de Abbate Canonicum Metropolitanæ Ecclesiæ, de quo alibi.

LXXXI. 78 BERNARDUS Joanninus Gallus, ex Provincia Narbonensi, Cameræ Apostolicæ olim generalis Auditor, juris utriusque celeberrimus doctor, sub Martino IV. Pontifice in Curia celebris, in locum Princevallis Patavinus Episcopus renunciatus est 1289. qui ann. 6. sui Præsulatus, dum ex palatio in forum descendit, à quodam infimæ plebis homine cultro transfossus occubuit. Tanti sceleris causam affert Cavacius, *quia* (inquit) *fama erat, illum congesta multa vi frugum, augere annonæ caritatem.* Tamen de ejus nece nil in Reg. Vat. tantum habetur illum obiisse an. 1295.



LXXXII. 79 Fr. JOANNES Sabellus Romanus, Ord. Prædicatorum, avorum nobilitate clarus, probatissimis moribus, doctrinaque præcipuus, à Bonifacio VIII. hanc eandem sedem administrandam accepit anno 1295. 18. Kal. Dec. rejecta electione Oliverii de Montesilice Canonico Paduano à Capitulo vitio celebrata. Duos tantum annos Joannes summa moderatione, ac illibatæ vitæ exemplo hanc rexit Ecclesiam, translatusque deinde est ad Ecclesiam Bononiensem. De quo vide 2. nostrum tom. in Episc. Bononiensibus.

(Ejus meminit Fontana de Romana Provin. p. 139. & in Theatro Dom. Mondis.)

LXXXIII. 80 OCTOBONUS [„ *de Razzis nobilis*) Placentinus, literarum contradictarum Auditor, Patavinum Episcopatum assecutus est à Bonifacio VIII. anno 1298. 4. Id. Febr Sedit ann. 4. translatusque est ad Aquilejensem Patriarchatum, de quo supra.

LXXXIV. 81 PAGANUS Turrianus, Mediolanensis, nobilitate clarus, virtute clarissimus, Cavernarii filius, ex Decano Aquilejensi, Patavinus evasit Episcopus an. 1302. 16. Kal. Maii. Multis annis, ac

A




rebus egregie gestis decessores anteivit. *Ipse* (verba sunt Cavacii] *apud Patavinos virtutis opinionem, factis retinuit, & sacrorum ordinum disciplinam,*
B *atque pacem inter factiosos cives curavit. Episcopales ædes extruxit majori magnificentia, quam ferret ea ætas: & præter sacrarum rerum administrationem, etiam in publicis consiliis optimi Senatoris, interdum etiam Imperatoris munere functus est. Gualpertinam Abbatem* (nempe S. Justinæ) *dilexit acri hominem ingenio studio ejusdem factionis delectatus. Cum eo bellicam expeditionem aggressus, feliciter confecit. Cum Patavinorum exercitus aliquando agrum Veronensium devastaret, hi alterum exercitum in penetralia Patavini agri prope septimum lapidem deduxerant. Fama increbruerat urbanum exercitum hostili impedimento detineri, ne urbi auxilio esse posset, eamque præsidiis vacuam præsentibus copiis tentandam. Paganus at insigni audacia edoceret militem in urbe esse, qui non solum eam tueretur, sed ultro hostem lacesseret, cum Gualpertina delectam clientium, & familiarium habet, eos centuriat, veteranos cogit, & ad Cortarodulum cum hoste collatis signis prospere pugnat. Ea victoria pul-*
C *sus ex agro hostis, atque ingens præda recepta. Prælati ovantes urbem inierunt. Sed armorum studia longe dissita ab institutis Monachorum, & Abbatis dignitate, Gualpertinum paulo post, in exilium, ac miserias pertraxerunt. Interea plura gessit* (Gualpertinus nempe) *quæ multam pietatem, studiumque divinarum rerum demonstrant. Templum Divæ Justinæ vetustate apertum obtexit lariceo tabulato, suburbanas decimationes sacrario addixit, Matthiæ Apostolo, & Lucæ Evangelistæ sacella extruxit, quorum alterum nostra ætate in ornatiorem cultum novi templi erectum est, alterum ante aliquot annos in sepulchrum monachorum concessit. Sanctorum reliquias urnis condidit sumptuosis, maxime tamen Evangelistæ, cujus admodum studiosus erat, Sacra ossa in urnam relata sunt insigni pompa, & populorum frequentia, curante id quam maxime Gualpertino. Interfuere Paganus Patavinus, Petrus Ariminensis, Alexander Feltrensis, Gratiadeus Parentinus Episcopi, & Salion Buzzacarinus Prior xe-*
D *nodochii Sancti Spiritus, deinde Episcopus Acconensis* [melius dixisset Adriensis] *Extat rei memoria, quam metro cecinit Albertinus Poeta Abbatis* (scilicet Gualpertini) *germanus.* Hactenus ille. Sacrarum reliquiarum translatio peracta fuit anno 1316. Sequenti vero Raymundus Patriarcha Aquilejensis decessit, & Paganus ejusdem nepos Patriarcha renunciatus est, (1) retenta etiam per duos annos, ex Apostolicæ Sedis permissu, Ecclesia Patavina. Porro B. Lucæ Evangelistæ sacra lipsana e Constantinopoli olim B. Ursus monachus Patavium asportavit, eaque in templo Divæ Justinæ recondidit. Cæterum Gualpertinus ex monacho Cisterciensi, Abbas S. Justinæ à Bonifacio VIII. effectus, fœcundi, ac militaris ingenii vir fuit, cujus sacra, profanaque facinora non tacuit Cavacius; de quo legendus Albertinus Mussatus ejus ger-

(1) Paganus ad Aquilejensem translatus est an. Kal. Aprilis 1319. vacantem per obitum Casoni hujus Pagani patrui, non autem Raymundi, ut scribitur hic in serie Ughelliana. Obierat Casonus labente jam an. 1317. vide, quæ de eo dicuntur in Aquilejensibus. *Lucentius.*

A germanus frater de rebus Henrici VII. Imp. Obiit Gualpertinos anno 1337.

LXXXV. 82 HILDEBRANDINUS de Comitibus Romanus, à Joanne XXII. Patavinum suscepit Episcopatum an. 1319. Commendatur is effusæ in Christi pauperes munificentiæ, qua etiam multa contulit Ecclesiæ Patavinæ. Sedit laudabiliter annis omnino 33. Decessit an. 1352. die 2. mensis Novembris, nonagenario major. („*Quo Antistite apud Patavium Concilium celebravit Bertrandus Patriarcha Aquilejæ ex Candido apud Ughellum, ubi de Bertrando in Aquilejen.* Lucentius.)



LXXXVI. 83 JOANNES Ursinus Romanus Hildebrandino successit ex sacrista Ecclesiæ Urgellensis anno 1353. 19. Kalend. Febr. ad eam dignitatem evectus ab Innocentio VI. ut in Reg. Vatic. Hanc Ecclesiam administravit usque ad annum 1359. translatusque fuit ad Archiepiscopatum Patracensem. Vicarium habuit Angelum Tosingum Canonicum Florentinum. Is anno 1356. die 25. Januarii, nomine Episcopi, & Episcopatus Patavini investivit de feudo decimali nobilem virum Cozzam q. egregii militis D. Gerardini de Cotiis de Monte bello civis Vicentini, & Veronensis. Id habetur ex publicis tabulis.

LXXXVII. 84 PILEUS *a* ex Pratæ Comitibus, paulo ante Episcopus Tarvisinus, ad hanc Ecclesiam translatus fuit anno 1359. Administravit eam namque, in ipsam quam maximis illatis beneficiis, usque ad annum 1370. quo ipso anno translatus fuit ad Archiepiscopatum Ravennatensem, posteaque ab Urbano VI. creatus Cardinalis, vir militaris ingenii; Collegium Pratense Patavii erexit, suisque opibus ditavit. Decessit anno 1400. sepultusque fuit in Cathedrali Patavina in Sacello S. Joannis, postea in sublimi loco cum statua Episcopi quiescentis. Consule, quæ de ipso suprascripsimus in Ravenn. Archiep. 2. tom. Cæterum post excessum Pilei, omnes Catalogi tam typis expressi, quam manuscripti, Eliam *b* quendam ejusdem faciunt successorem, adduntque unius tantum anni fuisse Episcopum: cum tamen constet in lib. Oblig. eadem immediate die, & Pileum ad Ravennatem Archiepiscopatum fuisse promotum, & ei in Patavinum Episcopatum successisse Joannem. Quamobrem unde hunc Eliam eruerint non satis video. Hujus Episcopi temporibus Urbanus Papa V. anno 1363. Universitati Patavinæ aliud addidit ornamentum, & Pontificia auctoritate Sacræ Theologiæ studium universale instituit, cuso diplomate, quod extat in ejus Regest. in Vaticano, cujus tenor est hujusmodi.

a De eo Baluzius in Vitis Papar. Aven. t. 1. p. 1159.

b De hoc post Joannem.

Urbanus &c.

Sane dum fructus uberes, quos studium Paduanum, quod longis temporibus in se ipso sicut præfulgida stella emicuit, & diffusa claritate longe, lateque refulsit in jure canonico, & civili, & liberalibus artibus tamquam ager plenus, cui Dominus benedixit, copiosa fertilitate produxit hactenus, & producit, cum delectatione animi recensemus, & exinde speramus ipsius Theologiæ palmites, si illud studium esset ibidem, amplius propagari, dumque fidei puritatem, & devotionem eximiam, quam dilecti filii universitas studii Paduani, & cives civitatis ejusdem nostri, & Ecclesiæ Romanæ devoti, ad nos & dictam Ecclesiam habuerunt hactenus, & habere noscuntur diligenter attendimus, dignum ducimus, & æquitati congruum existimamus, ut civitas, & universitas supradictæ, quas divina gratia, magnis donis, & gratiis illustravit, ac bonorum multiplicium fœcunditate dotavit, & loci amœnitate non modica decoravit, hujusmodi scientiæ Theologiæ facultatis muneribus amplientur. Ideoque eorumdem studentium inibi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, quod in dicta civitate deinceps studium generale in eadem Theologia facultate existat, & perpetuis futuris temporibus vigeat, ac docentes, & studentes ibidem in facultate prædicta, omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus concessis docentibus, & scolaribus studentibus in illa generalibus ejusdem facultatis commorantibus gaudeant, & utantur. Volumus tamen, quod ad docendum, & regendum in ipso studio

B *hujusmodi facultate magistri, & bachalaurei qui in Parisien. seu aliis famosis studiis ejusdem facultatis honorem magisterii, seu baccalauriatus receperunt, & alias experti, & idonei in hujusmodi studio Theologiæ facultatis noviter assumantur. Ita quod civitas ipsa tanto insignita honore, dotibus fulgeat honori correspondentibus memorato. Insuper civitatem, & studium, & præsertim ob profectus publicos, quos proinde speramus amplioribus honoribus prosequi intendentes, auctoritate ordinamus eadem, ut si qui in eodem studio, processu temporis ejusdem sacræ Theologiæ facultatis bravium assecuti, sibi docendi licentiam, ut alios erudire valeant petierint, impartiri possint examinari diligenter ibidem, & in eadem facultate Theologica titulo magisterii decorari.*

Datum Avenioni 18. Kalend. Maji anno 1.

LXXXVIII. 85 JOANNES de Placentinis Parmensis, Cerviensis Episcopus, ab Urbano V. ad hanc Ecclesiam translatus est anno 1370. 10. Kal. Feb. eodemque anno ad Urbevetanam, postea ad Castellanam transivit Ecclesias. Partes Clementis VII. Anti-

C papæ fovit, à quo Anticardinalis renunciatus est. Vide infra, quæ de ipso scripsimus in Episcopis Castellanis, seu Venetiarum. Post hunc habent Patavini Historici designatum à Pontifice Episcopum Jacobum Leonium, civem, & canonicum Patavinum multæ eruditionis, & rerum experientia commendatum: sed Franciscum Carrariensem urbis dominum electioni intercessisse, missis Avenionem publicis tabulis, quæ docebant inter conjuratos Jacobum de ipsius nece consultasse. Conjurationis capita ex familia Carrariensi Nicolaum, & Bonifacium Abbatem Pratuleæ carceribus emarcuisse, Jacobum Leonium Episcopatum, & patriam amisisse.

LXXXIX. („ ELIAS *Apostolicæ sedis notarius, generis „ nobilitate conspicuus, & Gregorio XI. proximiori „ affinitate conjunctus, à quo Paduano sacerdotio „ donatus est. Quem idem Gregorius datis literis „ an. 1371. commendat Francisco de Carraria Vica„ rio Imperiali, ut ipsum recipiat, eumque, & ejus*

D *„ Ecclesiam favorabiliter foveat. In iisdem literis „ Pontifex suggerit Francisco, jam antea e Paduana ad Patracensem transtulisse Ecclesiam Joannem Episcopum, quia ipsi parum æquum; modo „ hunc Eliam ut excipiat, postulat. Epistola desumpta ex codice Bibliothecæ Colbertinæ exscribitur „ à Baluzio in lib. collect. act. Veter. p. 776. Extat in „ Archivo Monialium S. Jo. Evangelistæ de Torcello „ documentum, quo anno 1372. die 23. Junii Angelus de Castellione Aretino Vicarius generalis „ Eliæ electi Paduani de quibusdam feudis prædictas Moniales S. Jo. de Torcello per Jacobum de „ Funtellis id petentes investivit. Placet hic illud „ referre, cum inde clarissimè appareat non solum E„ liam ad hanc sedem à Gregorio promotum, quod „ Ughellum latuit, sed ejusdem etiam possessionem iniisse, atque per Vicarium Episcopalia jura exercuisse. Hujus autem est tenoris.*

„ In Christi nomine amen. Anno ejusdem Nati-

vitatis 1372. Ind. X. die vero Mercurii 23. mensis Junii, Paduæ in curia Episcopali præsantibus Sapien. viris D. Nicolao da Padua decretor. Doctore, D. Jo: de Tholomeis de Senis, & D. Antonio à Pratavallis de Pad. licentiatis in jure canonico, ac discretis viris scil. Paceq. f. Alsarisii de Pniverara Not. & nfficiale Episcopalis curiæ Paduau. civa, & habitatora pad. in contracta S. Laurentii, & Mimdo Notar. & officiala dictæ Episcopalis curiæ Paduan. filioq. mag. Domiuici de contracta dnmi de Padua una mecum rogato de Infrascriptis publicum conficere instrumentum teitibus ad infrascripta vocatis, habitis, & rogatis, & aliis. Accedens ad præsentiam Vaner. viri D. Angeli da Castellione Arettino J. U. Doctoris Archipresbyteri Paduan. ac Vicarii generalis Rav. in Chrilo patris, & D. D. Heliæ Dei, & Apostolicæ Sedis gratia electi Paduani providus, & discretus vir D. Jacobus de Fantallis da Padua de contracta stratæ majoris procurator, & Syndicus reiigiosarum, & honestiarum Dominarum Abbatissæ, Monialium, Capituli, & Couventus Monasterii S. Joanois Evangelistæ de Torcello da Venetiis, prout de procuratione, & syndicatu prædictis constat publieo instrumento scripto sub signo, & nomine Joannis Valhoredi de Brianzonio Ebreduneusis diœcesis clerici Imperiali auctoritate Notar. & Scribæ Episcopalis curiæ Castellanæ in millesimo, anno, & indict. prædictis die 17. mensis Maii à me Notario infrascripto viso, & lecto, ac ibidem præfato D. Vicario ostenso, exhibito, & producto, procuratorio, & syudicario nomine prædictarum dominarum Abbatissæ, Monialium, Capituli, & Couventus prædicti Monasteril S. Joannis Evangelistę de Torcello, & ipsius Monastorii, ab eodem D. Vicario instanter, & cum omni debita reverentia investiri petiit de infrascriptis suis feudis decimalibus, & jure decimationis, & decima, ac percipiendi, colligendi, & habendi omnes, & quoscunque fructus, & redditus decimales iosrascriptarum terrarum, & possessionum tanquam de suis feudis veteribus & antiquis, positis, & jacen. in locis, & confinibus infrascriptis: Et primo nnius petiæ terræ aratoriæ novem Camporum, vel circa jacen. in ripa Sandonis in conrracta, ubi dicitur la Mota, cui cuhæret à mane jura Monasterii S. Joannis de Torceilo, à meridie, & sero jura prædicti Monasterii Item de alio suo feudo decimali, videl. medietatis nnius petiæ terræ decem camporum jacen. in villa Sandonis in eoutracta, quæ dicitur Albertazus, cui cohæret ab una parte Nicolaus filius D. Jacobi capitis vaccæ, ab alia fovęa publica, quæ dicitur Bertazus, ab alia hæredes D. Leonardi Pincoti, & jura Monasterii S. Joannis de Torcello. Item uoius petiæ terræ novem aamporum, quæ eit dicti Monasteril in contracta Arzoguli jacen. in dicto confinio, eui cohæret ab una parte Albertazus, ab alia jura Ecclesiæ Paduanæ, ab alia hæredes D. Leonardi Pincoti, & jura dicti Monasterii S. Joannis, Pro quo quidem feudo secundo supra proxime scripto secundum tenorem, & formam priorum investiturarum D. Abbatissa, Moniales, Capitulum, & Conventus Mon. suprascripti tenentur solvere singulis annis in festo S. Justinæ D. Episcopo, & Episcopatui Paduano pro censu, & recognitione solidos quatuor parvorum. Quæ feuda præsatæ Dominæ Abbatissa, Moniales, Capitulum, & Conventus Mon. prædicti habent, tenent, & recognoscunt à dicto Domino electo, & Episcopatu Paduan. prout patet per publica documenta. Qui quidem D. Vicarius audita petitione prædicta, visisque, & diligenter examinatis, & deliberatis juribus, & instrumentis publicis priorum investiturarum, alias de prędictis, & infrascriptis feudis decimalibus per quondam prædecessores præsati D. Electi Episcopi Paduan. factam, & maxime viso iostrumento ultimi præcedentis investituræ factæ D. Joanni de Isembertis q. D. Francisci procuratori, & Syndico tunc procuratorio & Syndicario nomine suprascriptarum DD. Abbatissæ, Monialium, Capituli, & Convantus S. Joaonis de Torcello per Rev. in Christo Patrem & D. D. Pileum Dei, & Apostolicæ Sedis gratia olim, & tunc Episcopum Padnan. scripto sub signo, & nomine Augeli Clerici Guidonis de portu de Faveutia publici Imperiali auctoritata Not. ac præsati D. Pilei tunc familiaris, ac scribæ in 1360. indict. 13. die Veneris 19. mensis Junii, petitionem prædicti D. Jacobi de Fantellis procuratorio, & Syndicario nomine quo supra tanquam justam, & rationabilem, atque juri consonam aaaudivit benigne pariter & admisit: & volens prædecessorum præsati D. Electi vestigia in bonis actibus imitari, eumdem Dom. Jacobum de Fantellis procuratorem, & Syndicum, procuratorio, & Syndicario nomine antedicto, coram ipso D. Vicario præsentialiter constitutum, & dictam investituram, quo supra nomine recipientem, petentem, & acceptantem, de prædiis, & infrascriptis feudis decimalibus, videl. de Decima, & jure percipiendi, colligendi, & habendi fructus, & redditus decimales suprascriptarum terrarum, & possessionum, nt superius notantur, rauquam de feudis veteribus, & antiquis juata priorum iuvestiturarum tenorem, & formam, per quandam cartam, quam tenebat in mano, nomine præfati D. Electi, & Episcopatus Paduan. libere, & actualiter investivit, salvo semper omni jure ipsius D. Electi, & Episcopatus Paduan. & omnium aliarum personarum: Ita tamen quod propter præsentem investituram nemioi in suis juribus præjudicium generetur. Unde iutuitu Investituræ hujusmodi præfatus D. Jacobus Fantelius procuratorio, & Syndicario oomine aotedicto, & in auima prædictarum D. D. Abbatissæ, & Monialium Monasterli prædicti S. Joannis Evangelistæ da Torcello corporaliter tactis scripturis juravit ad S. Dei Evangelia fidelitatem veram, & debitam dicto D. Electo, & Episcopatui Paduan. & successoribus suis debite, & canonicè intrantibus ipsas Dominas Abbatissam, & Moniales perpetuo fideliter servaturam cum omnibus, & singulis Capitulis, & clausulis in Sacramento fidelitatis contentis, & in jure expressis. Et pro recognitione dicti ultimi feudi superius scripti dictus D. Jacobus procuratorio, & Syndicario nomine antedicto promisit stipulatione solemni dare, solvere, & respondere singulis aonis in festo S. Justinæ, Episcopatui Paduan. sol. quatuor denar. parvor. sub obligatione omnium bonorum Mooasteril antedicti, cum hac conditione, quod si D. Abbatissa, & Moniales, sive Conveotus præfati Monasterii S. Joannis de Torcallo per bienoium dictum censum solvere cessaverint ex nunc ab omni jure, quod habent in dicto feudo, cadant, & dictum feudum libere devolvatur in D. Electum prædictnm, & Episcopatnm Paduan. & hęc secundum formam ipsarum invastiturarum.

Ego Matthęus da Catiro Vallismonton Signin. diœcesis civis, & habitator Paduan. in contracta S. Jacobi de Pontemolinarum filius ser Joannis de Julii nopoli, & publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius, ac Notar. & officialis Episcopalis curiæ Paduau. suprascriptis omnibus, & singulis dum sic agerentur una cum prænominatis testibus præsens fui, ac rogatus hæc scripsi, & publicavi, meisque solitis sigoo, & nomiua roboravi in testimonium omnium præmissorum.)

86 RAYMUNDUS natione Gallus, Abbas S. Nicolai ad littus Venetum, Gregorii XI. Papæ XC.
Nuncius ab eodem Episcopus Patavinus adlegitur an. 1374. Hujus mentio habetur in marmorea tabu-

la in Ecclesia S. Lucæ, cujus assensu Ecclesiam istam consecravit Paulus Archiepiscopus Istriarum an. 1381. ipso die S. Lucæ. In dypticis habetur, Raymundum obiisse ann. 1389. Reperi ego anno 1380. die 9. mensis Februarii in libris obligationum Ludovicum quendam Patavinum Episcopum spopondisse, se sacro Collegio solitum subsidium soluturum Avenione. Quem promotum fuisse oportet, in locum amnti Raymundi, ab Antipapa Clemente VII. quod in libris citatis ejusdem Pseudnpontificis Ludovici memoria occurrat. Quandiu autem duraverit in ea schismatis inter Urbanum VI. Septimumque Clementem turbulentia haud potui reperire. Constat tamen Patavinm ounquam adiisse, nec legitimum Antistitem fuisse.

XCI. 87 JOANNES Anselminus, Patavinus, ex spectata familia, per Joannem Galeatium Vicecomitem Ducem Mediolanensium, exactis Carrariis, quibus & ipse fuerat aversus, patriæ Episcopatum impetravit anno 1389. Qnn tamen haud diu potitus est: redeuntibus enim Carrariis, coactus est nobile, opulentumque Patavinum sacerdotium commutare cum Adriensi redditus tenuioris, quod incidit iu annum 1393. 13. Kalen. Aprilis, ut refert lib. Obligat.



XCII. 88 UGO de Robertis de Tripoli Regiensis, Episcopus Adriensis, cum Joanne Ecclesiam commutavit, an. 1393. præfuitque ad decem annos: quem postea hoc est ann. 1402. transtulerunt ad Patriarchatum Alexandrinum. Ex lib. Obligat. lego hun: habuisse Vicarium Petrobonum Abbatem Monasterii S. Mariæ de Marola, & sanctissimæ Trinitatis de Campagnola Regiensis Diœcesis, qui anno 1393. die 24. Maii iterum investivit nomine Episcopatus de feudn decimali nobiles viros Jacnbum, Gerardinum, & Franciscum quondam Domini Cozzæ de Cotiis de Montebello, feudumque renovavit, qnnd olim idem Cozza, Joan. Ursino Episcopo, receperat ab Angeln Vicario an. 1356. Aliæ habentur ejusdem feudi rennvationes sub Albano Michaelio Paduano Episcnpo anno 1406. subque Jacobo Zeno, aliisque Episcopis.




XCIII 89 STEPHANUS Carrari... Junioris ex damnato cnncubit... Cathedralis, & administrat... vini, ejusdem Episcopus re... cio IX. an. 1402. IV. Id. A... in ditionem Venetorum... mnitatus fuisset, spe... mam ipse perfugit, tra... VII. ad Ecclesiam Ni... mox ad Tricaricens...

lis insignitus Romæ decessit die 10. Julii an. 1449. sepultusque fuit in Ecclesia S. Clementis, ubi in marmorea tabula una cum insignib. Carrariæ gentis legitur inscriptio, quam retulimus in nostro p. tom. in Episcopis Aprutinis. Hic antequam adversam fortunam experiretur, Cathedrali munifice exornata, S. Stephano Divo tutelari suo erexit altare, ubi sequens memoria legitur breviter exarata.

Hæc sancto Stephano structa est venerabilis Ara,
Necnon fornicee templi reparatio facti,
Carrigero sedem Stephano pastore tenente,
Quem genuit Patavi Franciscus Junior heros.

Antequam Stephanus Patavinam sedem assequeretur, hanc Ecclesiam suscepit administrandam, quod per id tempus Ugo Robertus cum Francisco Carrario de jurisdictione contendens, coactusque fuit Ecclesiam commutare. Quo admoiistro Franciscus pater latissimam plateam Patavinæ Ecclesiæ dnno dedit ad Orientem partem Cathedralis vergentem, ut pro cœmeterio esset vita functis. Cujus rei hæc sequens inscriptio in columna areæ fidem facit.

M. CCCC. I. Illust. Princeps D. Franciscus Junior de Carraria Dominus Paduæ, natus quondam bon. mem. magnifici & potentiss. D. Francisci Senioris de Carraria olim Domini Paduæ anno XI. sui Dominii Cœmeterium hoc donavit Cathedr. Eccl. Paduanæ tempore venerab. viri Domini Stephani de Carraria filii sui Dei & Apostolicæ sedis gratia Ecclesiæ Paduanæ administratoris.



90 ALBANUS Michael, nobilis Venetus, Abbas Commendatarius S. Nicolai in littore Venetiarum, Ordinis S. Benedicti, & Archiepiscopus Corphiensis, ad hanc Patavin. Ecclesiam fuit translatus ab Innocentio VII. aono 1406. VIII. Idus Martii. Fatn functus est anno 1409. Porro io Corphiensi Ecclesia successorem nactus est Hilarium Abbatem Ss. Hilarii, Georgii, & Benedicti de Venetiis, juris utriusque peritissimum, qui decessit anno 1414., cui successit eodem anno Georgius de Cadolsino Ordinis Prædicatorum insignis Theologus. XCIV



... arcellus, nobilis Venetus, ex ... ad Patavinam Ecclesiam est XCV

 trans-

translatus anno 1409. die 6. mensis Novembr. Idem sub Martino V. Pontifice fuit etiam Cretensis Archiepiscopus, Umbriæque, ac Perusiæ Gubernator. Desiit esse anno 1428. A

XCVI, 92 PETRUS Donatus, nobilis Venetus, Marcelino est subrogatus cum Venetiarum esset Episcopus anno 1428. XVI. Kal Junii. Vir sui seculi juris civilis, & canonici doctissimus, cujus opera non semel Eugenius IV. Pontifex usus est adversus Basileensis concillabuli sectatores, in quo aliquando unus ex Præsidentibus Eugenii fuit. Perusiæ Gubernator extitit, aliisque muneribus pro Romana Ecclesia functus est. Palatium Episcopale instauravit. Studii Patavini ab Eugenio IV. confirmationem curavit. Multa pro Ecclesiæ Patavinæ splendore addidit. Ejus ætate inventa est B. Virginis Mariæ effigies de Monteortone, cujus historiam nuper evulgavit doctissimus Episcopus Æmoniæ Jo. Philippus Thomasinus. Donato inscripsit poema de septem Verbis Domini Marinus de Vuiterra Monachus Carthusianus. Inter viros illust. eum recenset Vespasianus Florentinus: habetque illum ex peste obiisse non longe ab urbe Patavina in quadam Episcopatus Villa anno 1447. Corpus in Cathedralem relatum sub marmore, hac brevi inscriptione tumulatur. B

Petri Donati Episcopi Patavini ossa. C

XCVII, 93 FANTINUS Dandulus, nobilis Venetus ex Archiepiscopo Cretensi, Patavinus Antistes renunciatus est anno 1448. sexto id. Januarii. Hujus cum laude meminit Pius II. in Commentariis libr. 2. Bernardus vero Justinianus in vitâ Laurentii Justiniani primi Venetiarum Patriarchæ cap. 4. de Fantino scitu digna refert. *Fantinum* (inquit) *Dandulum scio cognovisse genere, dignitate, vita, & doctrina clarissimum, qui fuit nuper Episcopus Patavinus. Hic dum secularis esset adhuc, & primarium in nostra Republica locum teneret, prima die Quadragesimæ ad suscipiendum de more cinerem accedit. Suscepto cinere, & benedictione, Laurentius ait: Memento frater quia futuro anno, tu aliis horum cinerum officium impendes. Quod ut audivit homo secularis, & plusquam quinquagenarius, subrisit admirans; neque aliud tamen ibi percunctatus est propter loci majestatem, sed in Claustro prætereuntem expectat. Factus autem ad illum propior* D

A *rogat, quid illis verbis significare voluerit. Laurentius subsistit aliquantulum, cogitabundo similis, deinde subjunxit. Dico tibi frater, quod cinerem quidem non impones, sed certe populo distribues ramos Olivarum. Fantinus, quamvis majori adhuc admiratione teneretur, quonam modo hoc posset accidere, tamen aliud sub his verbis latere dubitans discessit. Cum haud multo post, Martino defuncto, Eugenius Venetus Pontifex eligitur, ad eum Fantinus Legatus ab Senatu nostro destinatur. Suscepit eum Eugenius maximo cum honore, & inter sacros ordines initiavit. Denique ante vertentem annum, Legatum Apostolicum Bononiam misit. Cum venisset, & die primo Quadragesimæ imponere cinerem populo necesse esset, invitatur Legatus ad id muneris; ille recusat, quod ab alio, quam Sacerdote fieri non liceret. Instant eentius illi dicentes, id muneris à Legato semper exerceri consuevisse. Fantinus in proposito permanet, atque id officii non parvo tandem labore deprecatur, nil adhuc de Laurentii verbis advertens.* B *Die vero Palmarum, cum similis contentio oriretur, & Canonici peterent, ut Olivæ ramos populo distribueret, ille autem ex humilitate eadem Sacerdotii excusatione uteretur. Tandem Canonici summis precibus postulant, ut si in cineribus Legatum sese gerere noluerit, saltem non recuset Olivarum officium. Quid multa? victus Fantinus, illud officium, ut predixerat Laurentius, propriis manibus absolvit.* Hæc ille. Undecim annos Fantinus laudabili exemplo Patavinam rexit Ecclesiam, vitaque functus est anno 1459. Cui Pius II. Pontifex in Patavina Eccles. successorem destinarat Gregorium Corrarium Prothonotarium, & Abbatem S. Zenonis de Verona, Antonii Corrarii Cardinalis nepotem, virum moribus, doctrina, & vitæ sanctimonia clarum, quem olim Patavinus Clericalis senatus in defuncti Petri Donati locum in Pastorem postulaverat, sed antequam inaugurarctur in suo S. Zenonis Cœnobio decessit, cujus vitam brevi elogio perstrinxit Vespasianus Florentinus, meminitque C ejus singulares virtutes, & monumenta ab ipso posteris relicta. Dignus quidem ut post Fantinum Dandulum, dignissimæ Patavinæ Ecclesiæ præficeretur.

(„ *Venetiis in Ecclesia corporis Christi, ubi Fan-*
„ *tini ossa condita sunt, hoc legitur Epitaphium.*
„ Ossa Reverendiss. P. D. Fantini Dan-
„ dulo J. U. D. patre Procuratore, avo,
„ proavisque Ducibus nati, qui post cla-
„ rissimos patriæ honores, amploque pa-
„ trimonio in Divæ hujus Ecclesiæ, egenis-
„ que erogato, Pontifex Patavinus obiit
„ 13. Kal. Martii 1459.)

D

94 PETRUS Barbus a Cardinalis S. Marci, Eugenii IV. nepos, Episcopus Vicentinus, hanc Patavinam Ecclesiam commendatam habuit à Pio II. an. 1459. prima die ineuntis Martii. Vix annum integrum hanc administravit Ecclesiam, eoque munere ultro se abdicavit. Hic ille est, qui postea sub nomine Pauli II. Apostolicam evasit ad sedem. XCVIII.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 923. & 1069.

95 JACOBUS Zeno, nobilis Venetus, gravissimus Jurisconsultus, aliisque disciplinis nobiliter excultus, venerandæque antiquitatis studiosissi- XCIX

mus,

A mus, ex Bellunensi Episcopus Patavinus renunciatus est anno 1460. die 2. mensis Aprilis. Vitas Romanorum Pontificum scripsit, & lib. 10. de gestis ab ipso patratis, pluraque alia ingenii sua monumenta reliquit. Decessit apoplesiæ morbo anno 1481. jacet in Cathedrali. Cujus memoria extat in pariete meridionali Episcopii, quod sua impensa omni ex parte illustravit, auxit, ornavitque. De eo Vespasianus Florentinus de viris illust. sui temporis.

C. 96 PETRUS Foscarus, nobilis Venetus, Zeno successit anno 1481. quo ipso anno adlectus est S. R. Ecclesiæ Diaconus Cardinalis. Decessit an. 1485.

CI. 97 JOANNES Card. Michaelius *a* Venetus, cognomento Card. S. Angeli, Pauli II. ex sorore nepos, hanc Ecclesiam suscepit administrandam anno 1485. eoque munere functus est usque ad ann. 1488. de quo alibi scripsimus.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. c. 115.

B



CII. 98 PETRUS Baroccius, *b* nobilis Venetus, Episcopus Bellunensis, ad hanc Ecclesiam fuit translatus anno 1488. die 15. Martii. Hic doctissimus Præsul, ob vitæ probatissimos mores, rerumque usum præcipuum, inter sui temporis celeberrimos mortales numeratus est. Scripsit de bene moriendo lib. 1. Consolatorios lib. 3. hymnos, epistolasque ad diversos, cum aliis pluribus opusculis. Summis Pontificibus in pretio, atq; honore fuit, præcipue autem Pio II. qui illum destinaverat purpuratum, nisi mors salutare toti Ecclesiæ decretum abripuisset. Quem merito laudat, & ad cœlum extollit Scardeoneus in appendice de sepulchris insignibus Patavii. *Hoc porro (ait) tam insigni elogio, & magnificentia sepulchri Petrus Baroccius Antistes olim noster ex publico Senatus Veneti merito decoratus est, qui ob pietatem in Deum, & charitatem in proximum, nihil fere post mortem relinquendum duxerat, præter nomen bonum, & sanctæ conversationis exemplum. Fuit is in omnes munificentissimus, sed in pauperes, & egenos unus omnium liberalissimus. Sanctitate vitæ, & continentiæ virtute illius ætatis, & totius Sacerdotalis ordinis ornamentum. Paulo ante mortem dum à domesticis, & propinquis pertinaciter urgeretur, ut conderet testamentum, accito scriba, & paratis tabulis, testibus rogatis; Quando, inquit, testari mihi necesse est, ut meis morem geram, scribe. Ego Petrus Baroccius Episcopus Patavinus relinquo animam meam Deo, corpus terræ: facultates vero quascunque possidebam, si quæ restant, relinquo quibus de jure debentur. Et ita sanctissimus vir notari, & scribi voluit. Patavii venerabilis senex intestinis oppressus doloribus decessit anno 1507. die 10. mens. Januarii, 66. natus annos, sepultusque est in Cathedrali, marmoreo claudente sepulchro, cum sequenti inscriptione.*

b Laudatur à Ghilino in Theatro vol. 2. p. 213. Mandof.

C

D

Petro Baroccio Bellunensi primum Antistiti,
Pontifici deinde Patavino, sanctimoniæ,
pietat. eruditionis, beneficent.
incomparabili, Senatus Venetus monumentum
hoc faciendum curavit.

Joannes vero Rota Patavinus hanc ad Petri sepulchrum apposuit inscriptionem 1560.

A

S. M. S.

Petro Baroccio Patritio Veneto Pontifici Patavino sacrarumque liter. cultori eximio fide, religione, ac pietate incomparabili, ut pares paucos superiorem habuit neminem, qui non sine magna pauperum jactura, ac totius Patavinæ urb. dolore migravit ad Dom. Anno Christi salut: M. D. VII. die X. Januarii cum annum ageret suæ ætatis LXX. & VIII. Joan. Baptista Rota Pata. Petri F. IIII. Q. ejus auspiciis Patavia Germaniæ cum Patavio Italiæ computans hic sedem collocaverit. Tantar. celeber. viri virtut. ac plurium in se parentesque suos meritor. non immemor debitam effigiem, & lapidis inscriptionem Patrono. B. M. gratus apposuit anno à partu Virg. M. D. L. X.

B Non minori laude dignus vixit ex ead. Baroccia gente Paulus Episc. Agiensis in Creta, sub Martino V. Pontif. defunctus, cujus mentio in lib. Provis. Prælat. habetur. („ *Inter alia, quæ suæ Ec-„ clesiæ consulit Petrus, prostant in aula depictæ „ decessorum imagines.*)



C 99 PETRUS Dandulus Venetus. Primicerius S. Marci, mox Vicentinus Episc. ad hanc sedem Patavinam translatus est die 20. Octob. 1507 Duobus ann. sedit, in eaq; defunctus est anno 1509. CIII.

100. SYXTUS Gara de Ruvere, *c* Card S. Petri ad Vincula, Vicentinum cum hoc Patavino Episcopatum commutavit anno 1509. die 11. mensis Junii. Hic frater fuit Galeotti Cardinalis, post cujus excessum, illum Julius II. patruus Cardinalem effecit, Vicentinum Episcop. Beneventanum Archiepiscopum, & Vicecancellarium S. R. E. Fato functus est 1517. die 8. mensis Martii anno ætatis 44. sepultusque est apud S. Petrum ad Vincula ante altare majus, cum hac inscriptione. CIV.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 289.

D

D. O. M.

Xystus Julij II. nepos, Xysti IV. Pontif. Max. pronepos, S. Petri ad Vincula e familia Roborea quartus Presbyter Cardinalis S. R. E. Vicecancellarius, sepulchrum in Templo à sua familia dotato instaurato, ornato vivens sibi elegit. Obiit VIII. Martij MDXVII. ann. agens XLIV.



101 MARCUS Cardinalis Cornelius *d* Venetus, filius Georgij clarissimi Senatoris, Catharinæ CV.

d De eo Ciaconius

Reginæ Cypri frater, cum adhuc adolescens esset, ex nobilissimæ indolis expectatione, quam de se Principibus viris injecerat, ab Alexandro VI. creatus est Cardinalis, primusque fuit, qui è gente Cornelia purpuram ecclesiasticam gestaret, obtineretque hunc Episcopatum, tamquam suæ familiæ hereditarium. Ex decessu enim Sixti Roborei 1517. die 9. Martij annuente Leone X. Pontif. consecutus est hanc Patavinam sedem, qua potitus est simul cum Patriarchatu Constantinopolitano, atque Archipresbyteratu S. Petri. Legatus Patrimonij fuit, primus Diaconorum, Presbyterorum, postremo Episcopus Card. Albanensis, atque Prænestinus. Diem postremum obiit Venetiis, repentino fato subreptus an. 1523. sepultusque est apud S. Georgium Majorem, Princeps sane egregiis moribus, ingeniique altitudine singularis. Usus est pro suffraganeo in Ecclesia Patavina eximium virum, nobilitate generis, & scientiarum omnium claritudine illustrem Paulum Zabarellam Patavinum, Episcopum Argolicensem, & Archiepiscopum Pariensem, qui extrema clausit die 25. Julij anno 1525. sepultus in Ecclesia SS. Jacobi, & Philippi apud suos Eremitanos Augustinenses Fratres, quorum olim alumnus fuerat, hoc exornatus epitaphio.

Doctus adit cœlum facundo carmine Flaccus
Et Stella Euganei lumen utrque soli.
Nomen ad æthereum Patavi lux mittit Olympum
Romanæ princeps Livius historiæ.
Paulus in eloquio Cornelij numine cœlum
Possidet .. hunc sacer ambit aquas.
Quantum illis igitur numeris, authore soluto
Antenor debet, tam Zabarella tibi
Obiit M.D. XXV. die XXV. Julij.

CVI. 102 FRANCISCUS Pisanus *a*, nobilis Venetus, ad titulum S. Theodori Diac. Card. à Clemente VII. hujus sedis fuit adlectus Antistes ann. 1524. Quam ille Ecclesiam propere cessit Aloysio nepoti. Magna ex parte Cathedralem opere sumptuoso refecit, exornavitque Episcopatum, cum interim haud abjecisset consilium Ecclesiam absolvendi. Diuturniorem ætatem tulit, perque annos 53. purpuram gessit. Tarvisinam Ecclesiam administravit, factusque jam senex, Romæ decessit Episcopus Card. Ostiensis 1570. sepultusque est ad S. Marcum in nobili tumulo marmoreo cum epitaphio, ut in lib. p. supra docuimus. Cæterum memini me in Ephemeride quadam legisse, hunc senem callido potius nepotis, quam virili consilio, Apostolicam pene promotum fuisse ad sedem. Etenim cum Aloysius Cardin. nepos in conclavi, novo creando Pontifici coacto, Cardinales singulos, ideoq; seorsum, ac clanculum prænsasset, exorasset que, ut honoris ergo, & ad lætitiam quandam defecti senis, ea die suum vellent conferre suffragium, ab uno quoque haud repulsus abiit, tantaque suffragia fide obtinuerat quanta viderentur sufficere electioni, sed Aloysij omnis anhela solertia discussit consilium. Ab uno enim primum, & altero, mox & à pluribus, ita in omnes celeritate mirabili percurrit suspicio, ut ad velatam fraudem simul omnes torpere, simul omnes caliditatis Venetæ famulum risu viderentur excipere. Eventus denique edocuit, & fraudes plerumque sua sponte concidere, humanoque ac proinde imbecillo, adornatas consilio, haud posse cum divino pari passu concurrere.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3 col. 470.

CVII. 103 ALOYSIUS Pisanus, Francisci Cardinalis nepos, ex cessione patrui, hanc eandem sedem est assecutus anno 1528 Cum esset sub Pio IV. Pontifice Apostolicæ Cameræ Clericus, ad preces Francisci adlectus fuit Cardinalis; qui Patavij munificentissime monasterium S. Marci ædificavit, ubi Deo votæ virgines alerentur. Cujus vices in exercendis Pontificalibus substinuit Hieronymus Sancius Patavinus, Episcopus Argolicensis Ord. Eremitarum S. Augustini, insignis Verbi Dei concionator. Aloysius vero mortuus est Venetiis pridie Kal. Junij 1570. & sepultus in ecclesia S. Mariæ Gratiarum, cum hujusmodi epitaphio.

Aloysio Pisano Card. sorores pientissimæ ex testamento posuere. Obiit anno M.D.LXX.



CVIII 104 NICOLAUS *b* Ormanettus, Veronensis, litteratura, morumque probitate præclarus, pluribus Pontificibus Romanis summa fide maximo usui fuit: quorum Pius V. sanctissimus Pontifex ad Patavinam sedem illum evexit anno 1570. *c* Prodierat Ormanettus e schola Caroli Cardinalis Borromei sanctissimi, cujus virtutes æmulatus in excolenda pietate, se ipso major evasit. Pro Romana Eccl. plures obivit legationes, ac præcipue in Hispania ad Philippum Regem summa cum laude prudentiæ, Gregorio XIII. mandante: cujus studium in restituenda clericali disciplina hactenus commendatur. Decessit cunctis lachrymantibus è vita anno 1577. die 18. Januarij.

b Laudatur à Pollino in hist. Eccles. Anglic. l. 5. *Mano...* *c* Die 13. Julii.

CIX. 105 FEDERICUS Cornelius Venetus, Joannis gravissimi Senatoris filius, natus est ann. 1531. XVIII. Kal. Julij, factusque eques Hierosolymitanus; adhuc juvenis Traguriensem obtinuit Episcopatum, mox & Bergomati sedi promotus fuit, inde ad hanc Patavinam translatus 1577. die 19. mensis Iulij. Demum à Sixto V. cum Apostolicæ Cameræ Clericus esset, cooptatus est inter purpuratos Patres. Primum Bergomi, mox & Patavij decreta Conc. Trid. observanda vulgavit. Seminarium erexit, duoque cœnobia virginum, quæ extra muros Patavinos erant, in civitatem introduxit, alterum S. Sophiæ, alterum titulo omnium Sanctorum insignitum. Plures Synodos salubriter celebravit, Episcopatum exornavit, suis antecessoribus in pergrandi aula depictis. Sacrata transtulit ossa in Ecclesiam S. Sophiæ, divæ quondam Beatricis Estensis, Azonis Arestini Marchionis filiæ lectissimæ. Unice sibi creditam dilexit Ecclesiam, mandavitq; testamento, ut sua ossa transferrentur in Cathedrali sepelienda. Romæ decessit cum laude consultissimi Cardinalis anno 1590. sepultusque est ad tempus apud S. Sylvestrum in Quirinali, ubi Gregorius XIV. Pontifex ejusdem amicus marmoreũ sepulchrum amico defuncto erigendum curavit, cum ejusdem exsculpta effigie, sequentiq; epitaphio.

Greg. XIII. Pont. Max. Federico Cornelio S.R.E. Presb. Card. Episcopo Patavino hoc conjunctissimæ amicitiæ posuit monumentum anno MDXCI. anno primo.

Patavium deinde corpus fuit translatum, ac tumulatum in Cathedrali, marmoreo sepulchro claudente, ubi hæc memoria prostat ad legendum.

Federico Cornelio S.R.E. Cardinali Episcopo Patavino adductis Roma ossibus, Hæredes testamento PP. Vixit ann. LIX. menses III. D. XX Obiit nonis Octob. M.D.XC.

CX. 106 ALOYSIUS Cornelius, *d* Cardinalis Federici nepos, omnium virtutum genere, ac in primis Christianæ pietatis, mansuetudine, & liberalitatis gloria ornatissimus, hujus Ecclesiæ coadjutor factus est, cum futura spe successionis 1589. die 20. *e* Februarij, insignitusque est titulo Paphensis Episcopatus, ac non multo post Patavinus evasit Episcopus. Paulo plus quatuor annis hanc rexit Ecclesiam. Valedixit huic mortali seculo an. 1593. *f* 11. Kal. Novembr. magno sui apud omnis ordinis homines relicto desiderio, sed præcipue apud pau-

d De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 782.
e 19.
f 1594. Ita ex regest. m. Consil. Venetiar.

pe-

peres, quorum ubique & semper se parentem exhibuit, & prope Patruum in Cathedrali sepulchrum accepit, cum hoc epitaphio. A

Aloysio Cornelio Federici Cardinalis patrui in Episcopatu Patavino successori Fratres ex testamento P.C. Vix. an. XXXVI. M. II a. D. XXII. Obiit 11. Kal. Novembris M. D. XCIII. b

a VIII. b M. D. XCIIII. Vide Urb. Pat. Inscr. p. 12.

CXI. 107 MARCUS Cornelius, Venetus, Patavini populi de amisso Aloysio Cornelio leniturus desiderium, ad hanc eandem sedem subvectus est anno 1594. die 12. mensis Decembris, Clemente VIII. Pontifice sedente. Præfuit eximie 30. annos, decessitque 1625. cum laude prudentis, optimique Pastoris.



B

CXII. 108 PETRUS Card. Valerius c Venetus, Augustini Card. nepos, ex Cenetensi Episcopo ad hanc Patavinam Ecclesiam fuit translatus anno 1625. die 18. Augusti, ubi fato functus est anno 1628. In sacrario Canonicorum sub imagine Petri depicta hæc leguntur.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 4 col. 416.

Mem. et. animæ sacræ colendæ Petri Valerii S.R.E. Cardinalis Canonici Patavini Concanonico olim suo Episcopo, & patrono beneficentissimo Hæredes ex asse grati, & memores posuere. M. DC. XXIX. C



CXIII 109 FEDERICUS Cardin. Cornelius d, filius Joannis Venetiarum Ducis, fraterque Francisci Cardinalis, sub Clemente VIII. Apostolicæ Cameræ Clericus, Episcopus Bergomas, ab Urbano VIII. vocatus est ad purpuram, renuntiatusque Vicentinus Episcopus, indeque 1729 e. ad hanc Patavinam sedem translatus, annoque 1632. mense Septembri adlectus fuit Patriarcha Venetiarum, ubi, æmula virtute, in excolenda pietate cum suis majoribus decertare visus est. D

d De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 546.

e die 30. Aprilis.

CXIV 110. MARCUS ANTONIUS Cornelius, Cardinalis Federici frater, ex Abbate Commendatario, ecclesiæque S. Marci Venetiarum Primicerio, in Patavinum Episcopatum fratri successit anno 1632. mense Septembri f; dieque S. Andreæ sacro ejusdem anni inauguratus fuit ab Antonio Barberino Cardin. S. Honuphrii in Sixti sacello in Vaticano, una cum Sarsinæ Episcopo. Obiit anno 1336. („ *die 27. Aprilis, sepultus in Eremo Ruæ „ in sacello suorum,*) de quo in sacrario Canonicorum hæc ex marmore legitur inscriptio.

f Die 25. Novemb.

M. Antonio Cornelio Episcopo Patavino, origine Principibus æquali, mansuetudine morum privatis simili, Canonici Patavini suavitate consuetudinis astricti, & ab eo heredes instituti, ac hisce eximiis picturis ornati Domino beneficentissimo P. P. M. DC. XXXVI.



111 LUCAS Stella, Venetus, Patavinæ Academiæ nobilis alumnus, sub Clemente VIII. Pontifice utriusque Signaturæ Ref. & Cameræ Apostolicæ Clericus, morum gravitate & omnium rerum usu vir longe clarissimus, Rethimensis Episcopus primum, mox Jaderæ, & Cretensis Archiepiscopus, Vicentino deinde Episcopatu exornatus, ad hanc Patavinam Ecclesiam demum translatus est ab Urbano VIII. anno 1639. die 11. Julii, summa omnium gratia & lætitia Patavium receptus. In cujus laudes inter multos gratulabundus hæc occinit carmina doctus Scipio à Gradimonte. CXV.

Stella venit: superæ condant sua lumina flammæ:
Non Adriaua videt clarius unda jubar.
Utque nil Euganeum radiis Sol imbuat orbem,
Stella hæc Phœbeæ lampadis instar erit.
Illam Roma dedit, Veneti voluere, tenet nunc
Urbs Patavi, & longum detinuisse velit.
Hac duce cursabunt fidei ad cunabula Reges,
Et pro muneribus corda subacta ferent.
Præsul honorata redimitus tempora mitra,
Quem colit Euganeis gens Patavina focis.
Accipe solemnes populi plaudentis honores,
Et dici patriæ te patiare patrem.
Phryx tibi commendat, quas olim condidit arces,
Si qua valent cineres, ossaque muta loqui.
Et quamvis sinuetque jubas, rictusque resolvat,
Non tamen ore furit, nec ferit ungue Leo.
Hic sibi commissum si quisquam invadit ovile,
Est Leo; si nemo læserit, agnus erit.
Exoriente tuo felici sydere stella
Occidet afflatu stella maligna suo.
Sed neque fulgebit minitanti crine cometes,
Qui mundo clades, & fera bella ciet.
Anteque cessores studeas, sic reddere, ut olim
Dicat Prosdocimos urbs habuisse duos.
Denique stellarum numerus sic crescet Olympo,
Fac sero crescat sydere stella tuo.

Lucæ gentilitia stemmata, Leo est stellam in manibus gestans. Porro ille vix tertium annum Patavinæ Ecclesiæ præfuit, obiitque eximius Antistes anno 1642. magno sui Patavinis populis desiderio relicto.

112 GEORGIUS Cornelius, M. Antonii nepos, utriusque Signaturæ Referendarius, Romanæ Rotę Auditor, in gratiam Federici Card. patrui ab Urbano VIII. Lucæ successor datus est 1642. Vivit, magnamque de se excitavit expectationem, fore ut hujus Patavinæ Ecclesię quinque Cornelios Præsules æmulando, se ipso in dies major evadat. CXVI

A D D I T I O.

(„ *Natus est Georgius an. 1612. ex Serenis. Francisco Duce Veneto, primusque ex Patritiorum ordine S. Rotę Auditor fuit singulari beneficentia Urbani VIII Pontif. Max. qui Georgium patriæ de-*

situatum conditione omni retinere voluit. Non diu tamen Romæ fuit, quia cum ingenio ætatem prævertere videretur, in ipso juventæ flore annaria lege solutus ad Patavinum Episcopatum missus est. In eo obiit 17. Kal. Decemb. 1663. cum se tota vita graviter splendideque gessisset. Litteris deditus fuit, liberalis, magnificus, nihilque eorum omisit, quæ magno Episcopo existimationem & auctoritatem conciliare possent.



CXVII. GREGORIUS Barbadicus, Patritius Venetus, Jo. Francisci Senatoris amplissimi filius, adhuc infantulus quale subinde Ecclesiæ Dei lumen futurus esset, præsignificavit, cum vel in Crucifixi imagines oscula figere, vel domi assiduè parva altaria instruere, vel oculos, ac manus frequenter in cœlum levare à familiaribus visus est. Adolescens liberales disciplinas excoluit, & annos natus XIX. cum Aloysio Contareno Venetæ Reipublicæ oratore ad Monasteriensem Conventum se contulit, inibique inter pietatis, ac religionis opera quotidie se exercens Fabio Chigio Internuntium Apostolicum agente (qui postea Alexander hujus nominis VII. fuit) adeò præluxit, quòd vir ille amplissimus juvenem mox in patriam reversum, ut altioribus studiis, & juris, ac legum facultatibus comparandis operam daret, consilio excitarit. Id præstitit Gregorius, ac subinde anceps in statu vitæ eligendo, clericalem tandem assumpsit, & sacerdos initiatus Romam profectus ab Alexandro gratanter exceptus fuit, ac primùm Canonicus Patavinus, deinde utriusque, ut ajunt, Signaturæ Referendarius destinatus, mox Prælatus Domesticus dictus hic tectorum in urbe præfectus fuit, in qua quantum ad Dei gloriam, & animarum salutem natus esset, vitam suam alacri animo in periculis assiduè agendo, satis dignosci potuit. Vacante Episcopali Bergomensi sede per obitum Aloysii Grimani huic ab Alexandro præficitur: quæque, & quanta pietatis, ac sanctimoniæ in ævum duratura sub hoc Episcopatu spatio septem annorum patraverit, vel ad seriem Bergomensium Episcoporum, vel ad ea, quæ infra libaturi sumus, lectorem facilè perspecturum remittimus. Interim ab eodem Alexandro Cardinalis titulo cohonestatus post aliquot annos, videl. an. 1664. ad Patavinam hanc sedem licet invitus, promovetur, in qua incredibile est, quantum bono totius Ecclesiasticæ Reipublicæ, ac suimet sanctificationi insudaverit. Vix enim ad hunc Episcopatum traductus pravis moribus evellendis, & sanioribus instituendis tum in Clero, tum in populo, tum in urbe, tum in Diœcesi se totum contulit, & idipsum præstare nusquam destitit toto temporis cursu, nempe annis triginta tribus, quibus huic Ecclesiæ sanctissime præfuit. Civitatem semel atque iterum visitavit; pluries Diœcesim, in qua percurrenda frugalitas mensæ, asperitas jejuniorum, nocturna corporis castigatio quotidiano pabulo viro in divinis admodum enutrito inserviebant. Liceat hic vel obiter enunciare summum ejus zelum in Sacerdotibus, & Clericis ad rectam sacrorum Canonum, & Provincialium Constitutionum regulam efformandis, & studiosam ejus vigilantiam in iis præcipue, quorum ab Ecclesiæ ritibus in celebratione missæ vel minimum aberrare vox erat, probandis, corrigendis; invictam ejus constantiam in perferendis in se adversis, iisque amovendis ab aliis, summam sollicitudinem in hostibus pacis osculo conciliandis; præcipuam comitatem, ac mansuetudinem in quibuscumque nusquam intermissa sedulitate vel oratoribus audiendis, vel monitoribus excipiendis, vel ovibus perditis inquirendis, iisque in viam salutis reducendis; assiduam demum ipsius Doctrinæ Christianæ operam ad noctem usque extremos ferme inter Visitationum labores quotidie protractam, quà pueros erudiendo, quà operarios instituendo, quà aptissimas regulas injungendo. Nec illud ullatenus prætermittendum, quod singulis nubendis puellis, quæ integram de Doctrinæ Christianæ rudimentis facultatem per generalem Disputationem se adeptas esse probassent, Ducata Veneta viginti proposita fuissent, reliquis verò, Doctrinam ipsam sedulo frequentantibus, lectum matrimonii tempore erogandum. Sed ut satis dignosci possit, quanti hæc Christianæ Doctrinæ ratio apud Deum, & apud homines fuerit, illud referre sufficiat, quod Innocentius ipse XI. hanc ab illo in Urbem quoque importari, & per ipsum inibi personaliter exerceri, ac regulas easdem singulis Romæ Parœciis tradi mandaverit; quodve deinceps reliquis S. R. E. Cardinalibus sese huic operi submittendi Gregorius exempla præstiterit.

Moniales apprimè excoluit, adeò ut nec præceptis, nec impensis unquam pepercerit, dummodo Christi bonus odor fierent. Plures item in partem præcipuæ suæ curæ suscepit, ut Bergomi moniales, quas vocant Tertiarias, Burgi S. Leonardi; Patavii monasterium S. Pauli incunctantibus subsidiis fulcitum semper ac confirmatum; Trivigienses ipsas Diœcesis licet Mediolanensis, præ timore adventantium Gallorum Militum ad ipsum accitas; ne loquamur de reliquis omnibus monasteriis, regimini Episcopatus addictis, cæterisque locis Piis, quorum indigentiis, tum in Civitate, tum in Diœcesi, beneficiis, ac eleemosynis quamplurimis paterno subsidio semper fuit.

Disciplinam in Ecclesiasticis adeò excultam voluit, ut in hac procuranda toto conatu nusquam destiterit: Quamobrem instituit Congregationem Parochorum omnium in Seminario suo quotannis habendam, in qua quidquid pro optimo animarum regimine, quidve aptius ad Parochiale munus implendum publico documento prodiret. Statis etiam temporibus per annum inibi cogebantur Vicarii Foranei singuli, ut sui quisque muneris districte rationem redderet, statum Parochialium exponeret, & aptiora cuilibet indigentiæ remedia consultò perciperet; quamvis hoc ipsum præstare per litteras singulis mensibus omnes adstringerentur. Congregationem item, quam vocant, S. Ægidii statuit in qualibet hebdomada peragendam, cui ipse quoque frequens intererat. In hac quæcumque ad rectam Ecclesiasticorum disciplinam convenirent, discutienda, explananda, perficienda proponebantur: Casus nempe moralis, sacræ scripturæ locus, sacrarum Cæremoniarum Rubrica, & Meditationis punctum. Clerum itidem suum disertum, sacrisque Concionibus dicendis addictum voluit, qui ut par tanto muneri efficeretur, per Themata publicè affixa typis impressa singulis Festis in Cathedrali, in Parœciis verò semel saltem in mense, & in qualibet Foranea Congregatione ad Concionem habendam alliciebatur. Conciones verò in ejusmodi Congregationibus habitas, sicut & morales Forensium Parochorum decisiones cunctas sibi deferri statutum erat, eo intuitu, ut illis diligenter perpensis, his autem probatis ac subinde typis traditis, debita laude non fraudarentur sapientes, & desides, ac ignavi ad horum vestigia sequenda excitarentur. Ut autem una cum virtute

ple-

pietas incederet, sicuti sub ipsis Episcopatus initiis Exercitia spiritualia Parochis omnibus apud PP. Societatis peragenda indixit, ita suo ineunte regimine singulis quoque annis eadem ab ipsis repetenda decrevit. Quapropter locum quendam in seminario suo, quem vocant Asceticum, ad hæc specialiter aperuit, ubi præter Parochos, & animarum Curatores, Confessarios quoque omnes, ac sacerdotes plurimi per integram hebdomadam detinebantur. Iisdem exercitationibus quandoque per annum & ipse studuit animam recreare, quæ circa optimè peragenda mirum quàm probe sciret; adeo ut Directori ipsi seminarii sui potiora documenta, quibus in his alumnos imbueret, sæpe ministraverit. Nec interim à Clero suo universo, quà publicè, quà privatim per conciones & monita optimis moribus imbuendo, ac ad hæc & alia pietatis opera hortando nusquam destitit.

Diœcesanam Synodum semel, atque iterum celebravit, easque inter dissidia, & seditiones constantissimè perpessas feliciter tandem absolvit.

Inter alia sanctissimè decreta illud signanter nequaquam prætermittendum, quod binos sui Correctores jampridem exemplo D. Caroli sibi electos, in Synodo quoque confirmari voluerit, ac subindè eorum nomina typis impressa in Cancellaria Episcopali publicè affigi, ut quocumque offenderet, aut quomodocumque deficeret, omnium admonitionibus acedendi libera panderetur via.

Seminarii ædes angustas, ac satis ineptas, primum meretricibus ab errore deductis hospitio destinavit, deinde pauperibus juvenibus edocendis in gymnasia convertit; novas interim easque peramplas maximis sumptibus comparavit, auxit, perfecit, iisque subinde redditus multos adjecit, ac exemplo D. Caroli Ecclesiastica Beneficia, quibus ipse jamdiu donatus extiterat, his facultate resignandi à summis Pontificibus obtenta, inibique seminarium sane numquam satis celebrandum instituit. Altiorum scientiarum præceptoribus addidit linguarum Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, & Arabicæ magistros. At fortasse potior præceptor ipse, qui sæpius alumnos invisere, ad studia excitare, cum ipsis convivere, ipsos interrogare, quandoque etiam è Cathedra erudire, in spiritualibus exercitationibus, & præcipuè cœlestium meditationibus instruere, ac demum per publica examina singulorum mores, ac studia quotannis urctissime probare loco summæ, ac penè dixerim unius sollicitudinis semper habuit. Libros emit cuilibet facultati necessarios; ultra quam quod Typographiam addidit nulli ferme nostrarum regionum secundam, quæ quantum sui impendio publicæ eruditioni consuluerit, sicut & in dies consulit, sapientum erit existimare. Inter hujus seminarii ædes congregationem quoque oblatorum fundavit: & quantum utramque domum hanc, Alumnorum scilicet, & Oblatorum, amore, ac beneficiis ad extremum usque spiritum prosequutus fuerit, percipi licet ex eo, quod supremis tabulis ipsam suorum omnium hæredem scripserit, quæ in Patavina sede superstitissent. In Civitate quoque peramplum Patriciis Convictoribus aperuit Collegium, cæteris item nobilibus in agro alterum, & hujus ædes magnis impensis comparatas, ac subinde auctas venustiori formæ restituit. Utrumque optimis legibus instruxit. Extant hæ prælo seminarii sui impressæ anno 1690. unà cum literis Pastoralibus, ac sanctionibus universis educandis pueris, ac dirigendis populis apprimè utilibus: quin imo Parochos plerosque exteros, ac Præsules ipsos ad Gregorium frequenter advenientes, ut sibi de his, quæ in suis Parochiis instituenda, aut restituenda forent, consuleret, his omnino regulis, ac decretis imbutos dimisit.

Ad Urbem profectus in obitu Clementis IX. à Cosimo III. magno Etruriæ Duce præ cæteris S. R. E. Cardinalibus eligitur, ut sibi supremum sui Ordinis, quem vocant S. Stephani, Magistratum iucunti insignia benediceret, ac conferret, quod in reditu suo Cardinalis præstitit Florentiæ solemni pompa; arctissima deinceps cum hoc religiosissimo Principe iuncta benevolentiæ necessitudine. Plura alia Patavium reversus in utilitatem Ecclesiæ, & salutem animarum instituit. Puellarum indigentium periculis studiosissimè obstitit: ac præcipuis matronis ipsarum regimen commisit, & ut per honestas artes, ac labores victui sibi comparando aptæ fierent, nullis sumptibus pepercit. Patres, quos dicunt Reformatos, in meretricum vicis Concionatores voluit; ipsos item in publicis plateis Doctrinæ Christianæ explanatores: Pauperes etiam omnes in area Palatii sui Episcopalis singulis hebdomadis congregari ad audiendam hanc ipsam explanationem, quibus subinde panis dispensatio erogabatur. Contagionis suspicio Patavium invaserat: cum ipse nihil perterritus, quinimò paratus, ut animam pro ovibus poneret, cuncta ita disposuit, ac socios adscivit, ut D. Caroli exempla omninò implerentur, si forte hujusmodi tabe laborantem gregem inspexisset. Prædicationis dono insignitus, frequentes Conciones habuit, & aliquando contra hæreticus quasdam pravitates, & veluti sacræ religionis figmenta tam in sua Cathedrali è suggestu, quam alibi fortiter invectus est.

Nec minus prædicandæ, quam & dilatandæ fidei summo arsit studio: præcipuè in lucrandis Orthodoxæ Religioni infidelibus permultis, in procuranda ab antiquo schismate Græcorum resipiscentia, & in fovendis ære quoque suo Reipublicæ Venetæ expeditionibus. Servavit semper Vener. Vir suscriptam à primordiis Episcopatus sui disciplinæ rationem: mensam nempe cum Aulicis suis ad similitudinem cœnobiticæ paratam, & frugalissimè sibi instructam, in qua etiam sacrorum librorum lectio adhiberetur. Servavit vigilias, jejunia, orationes assiduas, quas aliquando per totam noctem distulit, corporis afflictationes, suorumq; omnium effusam in pauperes elargitionem; adeo ut in hac Episcopali sede 800. millia Ducatorum Venetorum eleemosynis impendisse citra omnem erroris suspicionem affirmari possit. Episcopalia jura strenuè propugnavit, & obortis litibus finem honorificum tandem imposuit. Abstinemus hic memorare virum hunc verè sui, & sæculi contemptorem nedum aliquando Sacerdotia illa, ac Ecclesiasticas dignitates, quibus jamdiu cumulatus fuerat, verum & alia ultro oblata, ceu Urbinatem Legationem, ac Episcopatus quosdam qui cum suo compatiebantur, deprecatum fuisse, postquam ad seriem Bergomatum Episcoporum ejus despicientiam, & pro defugiendo Camauro ipso curas adnotavimus. Quæ & alia permulta eximiæ pietatis, ac religionis relinquens monumenta, tandem vir Dei, inter extremos Pastoralium Visitationum labores lethali morbo correptus, & Patavium traductus, clarus meritis obdormivit in Domino anno MDCLXXXXVII. ætatis vero suæ LXXII. Ejus obitus totam latè Civitatem, ac Diœcesim mæstitia, gemitibus, squallore implevit; ac sicuti Divi Archiepiscopi Borromæi, dum viveret, vestigiis incunctanter inhærere studuit, adeò ut, teste Innocentio XI. alter Carolus Gregorius prædicaretur: ita & in morte non dispar sinceræ pietatis, ac grati animi apparatus sanctimoniam Borromææ adsimilem in Venerabili Viro testatus est. Vestes enim, filamenta, strophiola, & quæcumque alia decumbenti inservierant, summo pretio, ac veneratione habita sunt. Tota demum Civitas feriari nedum, verùm etiam undequaque sacrum Cadaver deferri statuerunt erat, nigris pannis obvoluta comitari visa est. Cives ipsi, nobiles, ac matronæ pullis vestibus indutæ, facibus, & intortitiis insequentes, accursus quoque innumerabilis fermè ex omnibus partibus Diœcesis populorum numerus funus cohonestarunt. Tumulatum fuit in communi demortuis Episcopis sepulchro juxta sensum ultimæ

suæ

A
Gregorii mores, famæ Salomonis honores,
Prosdocimi vitam, patriam possedit avitam
Ter nonis annis obiit, sed luce Joannis.
Lustra ferens toto numero, cum ter tribus octu
Talia sceptra tenet, post hæc sua corpora petra
Cui geminis demptis annis de mille trecentis
Et ter quinque dedit cælum, cui mundus obedit
Quaque die natus supera fuit arce locatus.

LXX X. 77 PRINCIVALLIS Comes Patavinus, ex antiquissima Maltraversorum familia, qua Bernardus alius olim Episcopus prodiit, postquam quadriennium vacasset Patavina Ecclesia, à saniori parte Capituli electus Episcopus ex Canonico Cathedralis, confirmatus est, & consecratus ab Aquilejensi Patriarcha anno 1287. rejecto Joanne Canonico ab alia parte postulato. Vix Episcopatum acceperat, cum illum in manibus Nicolai IV. Pontificis abdicavit, reservata annua pensione super fructus mensæ Episcopalis, ut habetur in Regest. Vatic. epist. 359. ann. 1289. XV. Kalen Martii. Sequenti vero anno idem Nicolaus Papa Peincevallem ad Archiepiscoparum Calaritanum transtulit in Sardinia die 12. Kal. Februarii, tunc vacantem per obitum Galli. Ex eodem Regest. epist. 747. fol. 277. Fato functus est Peincivallis anno 1295. habuitque successorem in Calaritana Ecclesia Jacobum de Abbate Canonicum Metropolitanæ Ecclesiæ, de quo alibi.

LX XXI. 78 BERNARDUS Joanninus Gallus, ex Provincia Narbonensi, Cameræ Apostolicæ olim generalis Auditor, juris utriusque celeberrimus doctor, sub Martino IV. Pontifice in Curia celebris, in locum Princevallis Patavinus Episcopus renunciatus est 1289. qui anu. 6. sui Præsulatus, dum ex palatio in forum descendit, à quodam infimæ plebis homine cultro transfossus occubuit. Tanti sceleris causam affert Cavacius, *quia* (inquit) *fama erat, illum congesta multa vi frugum, augere annonæ caritatem*. Tamen de ejus nece nil in Reg. Vat. tantum habetur illum obiisse an. 1295.

LXX XII. 79 Fr. JOANNES Sabellus Romanus, Ord. Prædicatorum, avorum nobilitate clarus, probatissimis moribus, doctrinaque præcipuus, à Bonifacio VIII. hanc eandem sedem administrandam accepit anno 1295. 18. Kal. Dec. rejecta electione Oliverii de Montesilice Canonico Paduano à Capitulo vitio celebrata. Duos tantum annos Joannes summa moderatione, ac illibatæ vitæ exemplo hanc rexit Ecclesiam, translatusque deinde est ad Ecclesiam Bononiensem. De quo vide 2. nostrum tom. in Episc Bononiensibus.

a Ejus meminit Fontana de Romana Provin. p. 159. & in Theatro Dom. Mendis.


LXX XIII. 80 OCTOBONUS [,, *de Razzis nobilis*) Placentinus, literarum contradictarum Auditor, Patavinum Episcopatum assecutus est à Bonifacio VIII. anno 1298. 4. Id. Febr Sedit anu. 4. translatusque est ad Aquilejensem Patriarchatum, de quo supra.

LXX XIV. 81 PAGANUS Turrianus, Mediolanensis, nobilitate clarus, virtute clarissimus, Cavernarii filius, ex Decano Aquilejensi, Patavinus evasit Episcopus an. 1302. 16. Kal. Maii. Multis annis, ac rebus egregie gestis decessores anteivit. *Ipse* (verba sunt Cavacii] *apud Patavinos virtutis opinionem, factis retinuit, & sacrorum ordinum disciplinam,*
B
atque pacem inter factiosos cives curavit. Episcopales ædes extruxit majori magnificentia, quam ferret ea ætas: & præter sacrarum rerum administrationem, etiam in publicis consiliis optimi Senatoris, interdum etiam Imperatoris munere functus est. Gualpertinum Abbatem (nempe S. Justinæ) *dilexit acri hominem ingenio studio ejusdem factionis delectatus. Cum eo bellicam expeditionem aggressus, feliciter confecit. Cum Patavinorum exercitus aliquando agrum Veronensium devastaret, hi alterum exercitum in penetralia Patavini agri prope septimum lapidem deduxerant. Fama increbruerat urbanum exercitum hostili impedimento detineri, ne urbi auxilio esse posset, eamque præsidiis vacuam præsentibus copiis tentandam. Paganus ut insigni audacia edoceret militem in urbe esse, qui non solum eam tueretur, sed ultro hostem lacesseret, cum Gualpertinu delectum clientium, & familiarium habet, eos centuriat, veteranos cogit, & ad Cortarodulum cum hoste collatis signis prospere pugnat. Ea victoria pul-*
C
sus ex agro hostis, atque ingens præda recepta. Præsuli ovantes urbem intrarunt. Sed armorum studia longe dissita ab institutis Monachorum, & Abbatis dignitate, Gualpertinum paulo post, in exilium, ac miserias pertraxerunt. Interea plura gessit (Gualpertinus nempe) *quæ multam pietatem, studiumque divinarum rerum demonstrant. Templum Divæ Justinæ vetustate apertum obtexit lariceo tabulato, suburbanas decimationes sacrario addixit, Matthiæ Apostolo, & Lucæ Evangelistæ sacella extruxit, quorum alterum nostra ætate in ornatiorem cultum novi templi erectum est, alterum ante aliquot annos in sepulchrum monachorum concessit. Sanctorum reliquias urnis condidit sumptuosis, maxime tamen Evangelistæ, cujus admodum studiosus erat, Sacra ossa in urnam relata sunt insigni pompa, & populorum frequentia, curante id quam maxime Gualpertino. Interfuere Paganus Patavinus, Petrus Ariminensis, Alexander Feltrensis, Gratiadeus Parentinus Episcopi, & Salion Buzzacarinus Prior xe-*
D
nodochii Sancti Spiritus, deinde Episcopus Acconensis [melius dixisset Adriensis] *Extat rei memoria, quam metro cecinit Albertinus Poeta Abbatis* (scilicet Gualpertini) *germanus*. Hactenus ille. Sacrarum reliquiarum translatio peracta fuit anno 1316. Sequenti vero Raymundus Patriarcha Aquilejensis decessit, & Paganus ejusdem nepos Patriarcha renunciatus est, (1) retenta etiam per duos annos, ex Apostolicæ Sedis permissu, Ecclesia Patavina. Porro B. Lucæ Evangelistæ sacra lipsana e Constantinopoli olim B. Ursus monachus Patavium asportavit, eaque in templo Divæ Justinæ recondidit. Cæterum Gualpertinus ex monacho Cisterciensi, Abbas S. Justinæ à Bonifacio VIII. effectus, fœcundi, ac militaris ingenii vir fuit, cujus sacra, profanaque facinora non tacuit Cavacius; de quo legendus Albertinus Mussatus ejus ger-

(1) Paganus ad Aquilejensem translatus est an. Kal. Aprilis 1319. vacantem per obitum Casoni hujus Pagani patrui, non autem Raymundi, ut scribitur hic in Serie Ughelliana. Obierat Casonus labente jam an. 1317. vide, quæ de eo dicuntur in Aquilejensibus. *Laurentius.*

germanus frater de rebus Henrici VII. Imp. Obiit Gualpertinus anno 1337.

LXXXV. 82 HILDEBRANDINUS de Comitibus Romanus, à Joanne XXII. Patavinum suscepit Episcopatum an. 1319. Commendatur is effusæ in Christi pauperes munificentiæ, qua etiam multa contulit Ecclesiæ Patavinæ. Sedit laudabiliter annis omnino 33. Decessit an. 1352. die 2. mensis Novembris, nonagenario major. [„ *Quo Antistite apud Patavium Concilium celebravit Bertrandus Patriarcha Aquilejæ ex Candido apud Ughellum, ubi de* „ *Bertrando in Aquileja*. Lucentius.)



LXXXVI. 83 JOANNES Ursinus Romanus Hildebrandino successit ex sacrista Ecclesiæ Urgellensis anno 1353. 19. Kalend. Febr. ad eam dignitatem evectus ab Innocentio VI. ut in Reg. Vatic. Hanc Ecclesiam administravit usque ad annum 1359. translatusque fuit ad Archiepiscopatum Patracensem. Vicarium habuit Angelum Tosingum Canonicum Florentinum. Is anno 1356. die 25. Januarii, nomine Episcopi, & Episcopatus Patavini investivit de feudo decimali nobilem virum Cozzam q. egregii militis D. Gerardini de Cotiis de Monte bello civis Vicentini, & Veronensis. Id habetur ex publicis tabulis.

LXXXVII. 84 PILEUS a ex Pratæ Comitibus, paulo ante Episcopus Tarvisinus, ad hanc Ecclesiam transiatus fuit anno 1359. Administravit eam namque, in ipsam quam maximis illatis beneficiis, usque ad annum 1370. quo ipso anno translatus fuit ad Archiepiscopatum Ravennatensem, postea que ab Urbano VI. creatus Cardinalis, vir militaris ingenii; Collegium Pratense Patavii erexit, suisque opibus ditavit. Decessit anno 1400. sepultusque fuit in Cathedrali Patavina in Sacello S. Joannis, postea in sublimi loco cum statua Episcopi quiescentis. Consule, quæ de ipso suprascripsimus in Ravenn. Archiep. 2. tom. Cæterum post excessum Pilei, omnes Catalogi tam typis expressi, quam manuscripti, Elium b quendam ejusdem faciunt successorem, adduntque unius tantum anni fuisse Episcopum: cum tamen constet in lib. Oblig. eadem immediate die, & Pileum ad Ravennatem Archiepiscopatum fuisse promotum, & ei in Patavinum Episcopatum successisse Joannem. Quamobrem unde hunc Elium eruerint non satis video. Hujus Episcopi temporibus Urbanus Papa V. anno 1363. Universitati Patavinæ aliud addidit ornamentum, & Pontificia auctoritate Sacræ Theologiæ studium universale instituit, cum diplomate, quod extat in ejus Regest. in Vaticano, cujus tenor est hujusmodi.

a De eo Baluzius in Vitis Papar. Aven. t. 1. p. 1159.

b De hoc post Joannem.

Urbanus &c.

Sane dum fructus uberes, quos studium Paduanum, quod longis temporibus in se ipso sicut præfulgida stella emicuit, & diffusa claritate longe, lateque refulsit in jure canonico, & civili, & liberalibus artibus tamquam ager plenus, cui Dominus benedixit, copiosa fertilitate produxit hactenus, & producit, cum delectatione animi recensemus, & exinde speramus ipsius Theologiæ palmites, si illud studium esset ibidem, amplius propagari, dumque fidei puritatem, & devotionem eximium, quam dilecti filii universitas studii Paduani, & cives civita-

A *tis ejusdem nostri, & Ecclesiæ Romanæ devoti, ad nos & dictam Ecclesiam habuerunt hactenus, & habere noscuntur diligenter attendimus, dignum ducimus, & æquitati congruum existimamus, ut civitas, & universitas supradictæ, quas divina gratia, magnis donis, & gratiis illustravit, ac bonorum multiplicium fæcunditate dotavit, & loci amœnitate non modica decoravit, hujusmodi scientiæ Theologiæ facultatis muneribus amplietur. Ideoque eorumdem studentium nobis supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, quod in dicta civitate deinceps studium generale in eodem Theologiæ facultate existat, & perpetuis futuris temporibus vigeat, ac docentes, & studentes ibidem in facultate prædicta, omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus concessis docentibus, & scolaribus studentibus in illa generalibus ejusdem facultatis commorantibus gaudeant, & utantur. Volumus tamen, quod ad docendum, & regendum in ipso studio hujusmodi facultate magistri, & bacbalaurei qui in*
B *Parisien. seu aliis famosis studiis ejusdem facultatis honorem magisterii, seu baccalauriatus receperunt, & alias experti, & idonei in hujusmodi studio Theologiæ facultatis noviter assumantur. Ita quod civitas ipsa tanto insignita honore, dotibus fulgeat honori correspondentibus memorato. Insuper civitatem, & studium, & præfata ob profectus publicos, quos proinde speramus amplioribus honoribus prosequi intendentes, auctoritate ordinamus eadem, ut si qui in eodem studio, processu temporis ejusdem sacræ Theologiæ facultatis bravium assecuti, sibi docendi licentiam, ut alios erudire valeant petierint, impertiri possint examinari diligenter ibidem, & in eadem facultate Theologica titulo magisterii decorari.*

Datum Avenioni 18. Kalend. Maji anno 1.

85 JOANNES de Placentinis Parmensis, Cerviensis Episcopus, ab Urbano V. ad hanc Ecclesiam translatus est anno 1370. 10. Kal. Feb. eodemque anno ad Urbevetanam, postea ad Castellanam transivit Ecclesias. Partes Clementis VII. Antipapæ fovit, à quo Anticardinalis renunciatus est. LXXXVIII.
C Vide infra, quæ de ipso sceipsimus in Episcopis Castellanis, seu Venetiarum. Post hunc habent Patavini Historici designatum à Pontifice Episcopum Jacobum Leonium, civem, & canonicum Patavinum multæ eruditionis, & rerum experientia commendatum: sed Franciscum Carrariensem urbis dominum electioni intercessisse, missis Avenionem publicis tabulis, quæ docebant inter conjuratos Jacobum de ipsius nece consultasse. Conjurationis capita ex familia Carrariensi Nicolaum, & Bonifacium Abbatem Pratuleæ carceribus emarcuisse, Jacobum Leonium Episcopatum, & patriam amisisse.

(„ ELIAS *Apostolicæ sedis notarius, generis* LXXIX.
„ *nobilitate conspicuus, & Gregorio XI. proximiori*
„ *affinitate conjunctus, à quo Paduano sacerdotio*
„ *donatus est. Quem idem Gregorius datis litteris*
„ *an. 1371. commendat Francisco de Carraria Vica-*
„ *rio Imperiali, ut ipsum recipiat, eumque, & ejus*
D „ *Ecclesiam favorabiliter foveat. In iisdem litteris*
„ *Pontifex suggerit Francisco, jam antea e Padua-*
„ *na ad Patracensem translulisse Ecclesiam Joan-*
„ *nem Episcopum, quia ipsi purum æquum; modo*
„ *huat Eliam ut excipiat, postulat. Epistola desum-*
„ *pta ex codice Bibliothecæ Colbertinæ exscribitur*
„ *à Baluzio in lib. collect. act. Veter. p. 776. Extat in*
„ *Archivo Monialium S. Jo. Evangelistæ de Torcello*
„ *documentum, quo anno 1372. die 23. Junii An-*
„ *gelus de Castellione Aretino Vicarius generalis*
„ *Eliæ electi Paduani de quibusdam feudis prædi-*
„ *ctas Moniales S. Jo. de Torcello per Jacobum de*
„ *Fantellis id petentes investivit. Placet hic illud*
„ *referre, cum inde clarissimè appareat non solum E-*
„ *liam ad hanc sedem à Gregorio promotum, quod*
„ *Ughellum latuit, sed ejusdem etiam possessionem in-*
„ *iisse, atque per Vicarium Episcopalia jura exer-*
„ *cuisse. Hujus autem est tenoris.*
„ In Christi nomine amen. Anno ejusdem Nati-

vitatis 1372. Ind. X. die vero Mercurii 23 mensis Junii, Paduæ in curia Episcopali præsentibus Sapien. viris D. Nicolao de Padua decretor. Doctore, D. Jo: de Tholomeis de Senis, & D. Antonio à Pratavallis de Pad. licentiatis in jure canonico, ac discretis viris scil. Pace q. s. Alsarisil de Pulverara Not. & officiale Episcopalis curiæ Paduan. cive, & habitatora pad. in contracta S. Laurentii, & Mimdo Notar. & officiale dictæ Episcopalis curiæ Paduan. filio q. mag. Dominici de contracta domi de Padua una mecum rogato de infrascriptis publicum conficere instrumentum testibus ad infrascripta vocatis, habitis, & rogatis, & aliis. Accedens ad præsentiam Vaner. viri D. Angeli de Castellione Arettino J. U. Doctoris Archipresbyteri Paduan. ac Vicarii generalis Rev. in Christo patris, & D. D. Helıæ Dei, & Apostolicæ Sedis gratia electi Paduani providus, & discretus vir D. Jacobus de Fantallis de Padua de contracta stratæ majoris procurator, & Syndicus religiosarum, & honestarum Dominarum Abbatissæ, Monialium, Capituli, & Conventus Monasterii S. Joannis Evangelistæ de Torcello de Venetiis, prout de procuratione, & syndicatu prædictis constat publico instumento scripto sub signo, & nomine Joannis Valhoredi de Brianzonio Ebreduuensis diœcesis clerici Imperiali auctoritate Notar. & Scribæ Episcopalis curiæ Castellanæ in millesimo, anno, & indict. prædictis die 17. mensis Maii à me Notario infrascripto viso, & lecto, ac ibidem præfato D. Vicario ostenso, exhibito, & producto, procuratorio, & syndicario nomine prædictarum dominarum Abbatissæ, Monialium, Capituli, & Conventus prædicti Monasterii S. Joannis Evangelistę de Torcello, & ipsius Monasterii, ab eodem D. Vicario instanter, & cum omni debita reverentia investiri petiit de infrascriptis suis feudis decimalibus, & jure decimationis, & decima, ac percipiendi, colligendi, & habendi omnes, & quoscunque fructus, & redditus decimales infrascriptarum terrarum, & possessionum tanquam de suis feudis veteribus & antiquis, positis, & jacen. in locis, & confinibus infrascriptis: Et primo unius petiæ terræ aratoriæ novem Camporum, vel circa jacen. in ripa Sandonis in contracta, ubi dicitur la Mota, cui cohæret à mane jura Monasterii S. Joannis de Torcello, à meridie, & sero jura prædicti Monasterii Item de alio suo feudo decimali, videl. medietatis unius petiæ terræ decem camporum jacen. in villa Sandonis in contracta, quæ dicitur Albertazus, cui cohæret ab una parte Nicolaus filius D. Jacobi capitis vaccæ, ab alia sovea publica, quæ dicitur Bertazus, ab alia hæredas D. Leonardi Pincoti, & jura Monasterii S. Joannis de Torcello. Item unius petiæ terræ novem samporum, quæ est dicti Monasterii in contracta Arzoguli jacen. in dicto confinio, cui cohæret ab una parte Albertaaus, ab alia jura Ecclesiæ Paduanæ, ab alia hæredes D. Leonardi Pincoti, & jura dicti Monasterii S. Joannis. Pro quo quidem feudo secundo supra proxime scripto secundum tenorem, & formam priorum investiturarum D. Abbatissa, Moniales, Capitulum, & Conventus Mon. suprascripti tenentur solvere singulis annis in festo S. Justinæ D. Episcopo, & Episcopatui Paduano pro censu, & recognitione solidos quatuor parvorum. Quæ feuda præfatæ Dominæ Abbatissa, Moniales, Capitulum, & Conventus Mon. prædicti habent, tenent, & recognoscunt à dicto Domino electo, & Episcopatu Paduan. prout patet per publica documenta. Qui quidem D. Vicarius audita petitione prædicta, visisque, & diligenter examinatis, & deliberatis juribus, & instrumentis publicis priorum investiturarum, alias de prędictis, & infrascriptis feudis decimalibus per quondam prædecessores præfati D. Electi Episcopi Paduan. factam, & maxime viso instrumento ultimi præcedentis investituræ factæ D. Joanni de Isembertis q. D. Francisci procuratori, & Syndico tunc procuratorio & Syndicario nomine suprascriptarum DD. Abbatissæ, Monialium, Capituli, & Conventus S. Joannis de Torcello per Rev. in Christo Patrem & D. D. Pileum Dei, & Apostolicæ Sedis gratia olim, & tunc Episcopum Paduan. scripto sub signo, & nomine Angeli Clerici Guidonis de portu de Faventia publici Imperiali auctoritate Not. ac præfati D. Pilei tunc familiaris, ac scribæ in 1360. Indict. 13. die Veneris 19. mensis Junii, petitionem prædicti D. Jacobi de Fantellis procuratorio, & Syndicario nomine quo supra tanquam justam, & rationabilem, atque juri consonam exaudivit benigne pariter & admisit: & volens prædecessorum præfati D. Electi vestigia in bonis actibus imitari, eumdem Dom. Jacobum de Fantellis procuratorem, & Syndicum, procuratorio, & Syndicario nomine antedicto, coram ipso D. Vicario præsentialiter constitutum, & dictam investituram, quo supra nomine recipientem, petentem, & acceptantem, de prædiis, & infrascriptis feudis decimalibus, videl. de Decima, & jure percipiendi, colligendi, & habendi fructus, & redditus decimales suprascriptarum terrarum, & possessionum, ut superius notantur, tanquam de feudis veteribus, & antiquis juxta priorum investiturarum tenorem, & formam, per quandam cartam, quam tenebat in manu, nomine præfati D. Electi, & Episcopatus Paduan. libere, & actualiter investivit, salvo semper omni jure ipsius D. Electi, & Episcopatus Paduan. & omnium aliarum personarum: Ita tamen quod propter præsentem investituram nemini in suis juribus præjudicium generetur. Unde intuitu Investituræ hujusmodi præfatus D. Jacobus Fantellus procuratorio, & Syndicario nomine antedicto, & in anima prædictarum D. D. Abbatissæ, & Monialium Monasterii prædicti S. Joannis Evangelistæ de Torcello corporaliter tactis scripturis juravit ad S. Dei Evangelia fidelitatem veram, & debitam dicto D. Electo, & Episcopatui Paduan. & successoribus suis debite, & canonicè intrantibus ipsas Dominas Abbatissam, & Moniales perpetuo fideliter servaturam cum omnibus, & singulis Capitulis, & clausulis in Sacramento fidelitatis contentis, & in jure expressis. Et pro recognitione dicti ultimi feudi superius scripti dictus D. Jacobus procuratorio, & Syndicario nomine antedicto promisit stipulatione solemni dare, solvere, & respondere singulis annis in festo S. Justinæ, Episcopatui Paduan. sol. quatuor denar. parvor. sub obligatione omnium bonorum Monasterii antedicti, cum hac conditione, quod si D. Abbatissa, & Moniales, sive Conventus præfati Monasterii S. Joannis de Torcello per biennium dictum censum solvere cessaverint ex nunc ab omni jure, quod habent in dicto feudo, cadant, & dictum feudum libere devolvatur in D. Electum prædictum, & Episcopatum Paduan. & hęc secundum formam ipsarum investiturarum.

Ego Matthęus de Castro Vallismonton. Signin. diœcesis civis, & habitator Paduan. in contracta S. Jacobi de Pontemolinarum filius ser Joannis de Justinopoli, & publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius, ac Notar. & officialis Episcopalis curiæ Paduan. suprascriptis omnibus, & singulis dum sic agerentur una cum prænominatis testibus præsens fui, ac rogatus hæc scripsi, & publicavi, meisque solitis signo, & nomine roboravi in testimonium omnium præmissorum.)

86 RAYMUNDUS natione Gallus, Abbas XC.
S. Nicolai ad littus Venetum, Gregorii XI. Papæ Nuncius ab eodem Episcopus Patavinus adlegitur an. 1374. Hujus mentio habetur in marmorea tabu-

la in Ecclesia S. Lucæ, cujus assensu Ecclesiam istam consecravit Paulus Archiepiscopus Istrianum an. 1381. ipso die S. Lucæ. In dypticis habetur, Raymundum obiisse ann. 1389. Reperi ego anno 1380. die 9. mensis Februarii in libris obligationum Ludovicum quendam Patavinum Episcopum spopondisse, se sacro Collegio solitum subsidium soluturum Avenione. Quem promotum fuisse oporter, in locum amoti Raymundi, ab Antipapa Clemente VII. quod in libris citatis ejusdem Pseudopontificis Ludovici memoria occurrat. Quandiu autem duraverit in ea schismatis inter Urbanum VI. Septimumque Clementem turbulentia haud potui reperire. Constat tamen Patavium nunquam adiisse, nec legitimum Antistitem fuisse.

XCI. 87 JOANNES Anselminus, Patavinus, ex spectata familia, per Joannem Galearium Vicecomitem Ducem Mediolanensium, exactis Carrariis, quibus & ipse fuerat aversus, patriæ Episcopatum impetravit anno 1389. Quo tamen haud diu potitus est: redeuntibus enim Carrariis, coactus est nobile, opulentumque Patavinum sacerdotium commutare cum Adriensi redditus tenuioris, quod incidit in annum 1393. 13. Kalen. Aprilis, ut refert lib. Obligat.



XCII. 88 UGO de Robertis de Tripoli Regiensis, Episcopus Adriensis, cum Joanne Ecclesiam commutavit, an. 1393. præfuitque ad decem annos: quem postea hoc est ann. 1402. transtulerunt ad Patriarchatum Alexandrinum. Ex lib. Obligat. lego hunc habuisse Vicarium Petrobonum Abbatem Monasterii S. Mariæ de Marola, & Sanctissimæ Trinitatis de Campagnola Regiensis Diœcesis, qui anno 1393. die 24. Maii iterum investivit nomine Episcopatus de feudo decimali nobiles viros Jacobum, Gerardinum, & Franciscum quondam Domini Cozzæ de Cotiis de Montebello, feudumque renovavit, quod olim idem Cozza, Joan. Ursino Episcopo, receperat ab Angelo Vicario an. 1356. Aliæ habentur ejusdem feudi renovationes sub Albano Michaelio Paduano Episcopo anno 1406. subque Jacobo Zeno, aliisque Episcopis.



XCIII 89 STEPHANUS Carrariensis, Francisci Junioris ex damnato concubitu filius, ex Canonico Cathedralis, & administratore Episcopatus Patavini, ejusdem Episcopus renunciatus est à Bonifacio IX. an. 1402. IV. Id. Aprilis. Sed cum Patavium in ditionem Venetorum venisset, paterque carcere mulctatus fuisset, spe reditus omni præcisa, Romam ipse perfugit, translatusque est ab Innocentio VII. ad Ecclesiam Nicosiæ, inde ad Aprutinam, mox ad Tricaricensem, quarum Ecclesiarum titulis insignitus Romæ decessit die 10. Julii an. 1449. sepultusque fuit in Ecclesia S. Clementis, ubi in marmorea tabula una cum insignib. Carrariæ gentis legitur inscriptio, quam retulimus in nostro p. tom. in Episcopis Aprutinis. Hic antequam adversam fortunam experiretur, Cathedrali munifice exornata, S. Stephano Divo tutelari suo erexit altare, ubi sequens memoria legitur breviter exarata.

Hac sancto Stephano structa est venerabilis Ara,
Necnon fornices templi reparatio facti,
Carrigero sedem Stephano pastore tenente,
Quem genuit Patavi Franciscus Junior heros.

Antequam Stephanus Patavinam sedem assequeretur, hanc Ecclesiam suscepit administrandam, quod per id tempus Ugo Robertus cum Francisco Carrario de jurisdictione contendens, coactusque fuit Ecclesiam commutare. Quo administro Franciscus pater latissimam plateam Patavinæ Ecclesiæ dono dedit ad Orientem partem Cathedralis vergentem, ut pro cœmeterio esset vita functis. Cujus rei hæc sequens inscriptio in columna areæ fidem facit.

M. CCCC. I. Illust. Princeps D. Franciscus Junior de Carraria Dominus Paduæ, natus quondam bon. mem. magnifici & potentiss. D. Francisci Senioris de Carraria olim Domini Paduæ anno XI. sui Dominii Cœmeterium hoc donavit Cathedr. Eccl. Paduanæ tempore venerab. viri Domini Stephani de Carraria filii sui Dei & Apostolicæ sedis gratia Ecclesiæ Paduanæ administratoris.



90 ALBANUS Michael, nobilis Venetus, Abbas Commendatarius S. Nicolai in littore Venetiarum, Ordinis S. Benedicti, & Archiepiscopus Corphiensis, ad hanc Patavin. Ecclesiam fuit translatus ab Innocentio VII. anno 1406. VIII. Idus Martii. Fato functus est anno 1409. Porro in Corphiensi Ecclesia successorem nactus est Hilarium Abbatem Ss. Hilarii, Georgii, & Benedicti de Venetiis, juris utriusque peritissimum, qui decessit anno 1414, cui successit eodem anno Georgius de Cadolfino Ordinis Prædicatorum insignis Theologus. XCIV



91 PETRUS Marcellus, nobilis Venetus, ex Cenetensi Episcopo ad Patavinam Ecclesiam est trans- XCV.

translatus anno 1409. die 6. mensis Novembr. Idem sub Martino V. Pontifice fuit etiam Cretensis Archiepiscopus, Umbriæque, ac Perusiæ Gubernator. Desiit esse anno 1428. A



XCVI. 92 PETRUS Donatus, nobilis Venetus, Marcello est subrogatus cum Venetiarum esset Episcopus anno 1428. XVI. Kal Junii. Vir sui seculi juris civilis, & canonici doctissimus, cujus opera non semel Eugenius IV. Pontifex usus est adversus Basileensis conciliabuli sectatores, in quo aliquando unus ex Præsidentibus Eugenii fuit. Perusiæ Gubernator extitit, aliisque muneribus pro Romana Ecclesia functus est. Palatium Episcopale instauravit. Studii Patavini ab Eugenio IV. confirmationem curavit. Multa pro Ecclesiæ Patavinæ splendore addidit. Ejus ætate inventa est B. Virginis Mariæ effigies de Montecortone, cujus historiam nuper evulgavit doctissimus Episcopus Æmoniæ Jo. Philippus Thomasinus. Donato inscripsit poema de septem Verbis Domini Marinus de Vulterra Monachus Carthusianus. Inter viros illust. eum recenset Vespasianus Florentinus: habetque illum ex peste obiisse non longe ab urbe Patavina in quadam Episcopatus Villa anno 1447. Corpus in Cathedralem relatum sub marmore, hac brevi inscriptione tumulatur.

Petri Donati Episcopi Patavini ossa.



XCVII. 93 FANTINUS Dandulus, nobilis Venetus ex Archiepiscopo Cretensi, Patavinus Antistes renunciatus est anno 1448. sexto id. Januarii. Hujus cum laude meminit Pius II. in Commentariis libr. 2. Bernardus vero Justinianus in vita Laurentii Justiniani primi Venetiarum Patriarchæ cap. 4. de Fantino scitu digna refert. *Fantinum* (inquit) *Dandulum scio cognovisse genere, dignitate, vita, & doctrina clarissimum, qui fuit nuper Episcopus Patavinus. Hic dum secularis esset adhuc, & primarium in nostra Republica locum teneret, prima die Quadragesimæ ad suscipiendum de more cinerem accedit. Suscepto cinere, & benedictione, Laurentius ait: Memento frater quia futuro anno, tu aliis horum cinerum officium impendes. Quod ut audivit homo secularis, & plusquam quinquagenarius, surrexit admirans; neque aliud tamen ibi percunctatus est propter loci majestatem, sed in Claustro prætereuntem expectat. Factus autem ad illum propior* D

A *rogat, quid illis verbis significare voluerit. Laurentius subsistit aliquantulum, cogitabundo similis, deinde subjunxit. Dico tibi frater, quod cinerem quidem non impones, sed certe populo distribues ramos Olivarum. Fantinus, quamvis majori adhuc admiratione teneretur, quonam modo hoc posset accidere, tamen aliud sub his verbis latere dubitans discessit. Cum haud multo post, Martino defuncto, Eugenius Venetus Pontifex eligitur, ad eum Fantinus Legatus ab Senatu nostro destinatur. Suscepit eum Eugenius maximo cum honore, & inter sacros ordines initiavit. Denique ante vertentem annum, Legatum Apostolicum Bononiam misit. Cum venisset, & die primo Quadragesimæ imponere cinerem populo necesse esset, invitatur Legatus ad id muneris; ille recusat, quod ab alio, quam Sacerdote fieri non liceret. Instant enixius illi dicentes, id muneris à Legato semper exerceri consuevisse. Fantinus in proposito permanet, atque id officii non parvo tandem labore deprecatur, nil adhuc de Laurentii verbis advertens.* B *Die vero Palmarum, cum similis contentio oriretur, & Canonici peterent, ut Olivæ ramos populo distribueret, ille autem ex humilitate eadem Sacerdotii excusatione uteretur. Tandem Canonici summis precibus postulant, ut si in cineribus Legatum sese gerere noluerit, saltem non recuset Olivarum officium. Quid multa? vir hic Fantinus, illud officium, ut prædixerat Laurentius, propriis manibus absolvit.* Hæc ille. Undecim annos Fantinus laudabili exemplo Patavinam rexit Ecclesiam, vitaque functus est anno 1459. Cui Pius II. Pontifex in Patavina Ecclesi. successorem destinarat Gregorium Corrarium Prothonotarium, & Abbatem S. Zenonis de Verona, Antonii Corrarii Cardinalis nepotem, virum moribus, doctrina, & vitæ sanctimonia clarum, quem olim Patavinus Clericalis senatus in defuncti Petri Donati locum in Pastorem postulaverat, sed antequam inauguraretur in suo S. Zenonis Cœnobio decessit, cujus vitam brevi elogio perstrinxit Vespasianus Florentinus, meminitque C ejus singulares virtutes, & monumenta ab ipso posteris relicta. Dignus quidem ut post Fantinum Dandulum, dignissimæ Patavinæ Ecclesiæ præficeretur.

(„ *Venetiis in Ecclesia corporis Christi, ubi Fantini ossa condita sunt, hoc legitur Epitaphium.*
„ Ossa Reverendiss. P. D. Fantini Dan-
„ dulo J.U. D. patre Procuratore, avo,
„ proavisque Ducibus nati, qui post cla-
„ rissimos patriæ honores, amploque pa-
„ trimonio Divæ hujus Ecclesiæ, egenis-
„ que erogato, Pontifex Patavinus obiit
„ 13. Kal. Martii 1459.)



94 PETRUS Barbus a Cardinalis S. Marci, Eugenii IV. nepos, Episcopus Vicentinus, hanc Patavinam Ecclesiam commendatam habuit à Pio II. an. 1459. prima die ineuntis Martii. Vix annum integrum hanc administravit Ecclesiam, eoque munere ultro se abdicavit. Hic ille est, qui postea sub nomine Pauli II. Apostolicam evasit ad sedem. XCVIII.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 991. & 1069.

95 JACOBUS Zeno, nobilis Venetus, gravissimus Jurisconsultus, aliisque disciplinis nobiliter excultus, venerandæque antiquitatis studiosissi- XCIX

mus,

A mus, ex Bellunensi Episcopus Patavinus renunciatus est anno 1460. die 2. mensis Aprilis. Vitas Romanorum Pontificum scripsit, & lib. 10. de gestis ab ipso patratis, pluraque alia ingenii sua monumenta reliquit. Decessit apoplesiæ morbo anno 1481. jacet in Cathedrali. Cujus memoria extat in pariete meridionali Episcopii, quod sua impensa omni ex parte illustravit, auxit, ornavitque. De eo Vespasianus Florentinus de viris illust. sui temporis.

C. 96 PETRUS Foscarus, nobilis Venetus, Zeno successit anno 1481. quo ipso anno adlectus est S. R. Ecclesiæ Diaconus Cardinalis. Decessit an. 1485.

CI. 97 JOANNES Card. Michaelius *a* Venetus, cognomento Card. S. Angeli, Pauli II. ex sorore nepos, hanc Ecclesiam suscepit administrandam anno 1485. eoque munere functus est usque ad ann. 1488. de quo alibi scripsimus.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3.c. 1418.

B



CII. 98 PETRUS Baroccius, *b* nobilis Venetus, Episcopus Bellunensis, ad hanc Ecclesiam fuit translatus anno 1488. die 15. Martii. Hic doctissimus Præsul, ob vitæ probatissimos mores, rerumque usum præcipuum, inter sui temporis celeberrimos mortales numeratus est. Scripsit de bene moriendo lib. 1. Consolatorios lib. 3. hymnos, epistolasque ad diversos, cum aliis pluribus opusculis. Summis Pontificibus in pretio, atq; honore fuit, præcipue autem Pio II. qui illum destinaverat purpuratum, nisi mors salutare toti Ecclesiæ decretum C abripuisset. Quem merito laudat, & ad cœlum extollit Scardeoneus in appendice de sepulchris insignibus Patavii. *Hoc porro (ait) tam insigni elogio, & magnificentia sepulchri Petrus Baroccius Antistes olim noster ex publico Senatus Veneti merito decoratus est, qui ob pietatem in Deum, & charitatem in proximum, nihil fere post mortem relinquendum dunerat, præter nomen bonum, & sanctæ conversationis exemplum. Fuit is in omnes munificentissimus, sed in pauperes, & egenos unus omnium liberalissimus. Sanctitate vitæ, & continentiæ virtute illius ætatis, & totius Sacerdotalis ordinis ornamentum. Paulo ante mortem dum à domesticis, & propinquis pertinaciter urgeretur, ut conderet testamentum, acD cito scriba, & paratis tabulis, testibus rogatis; Quando, inquit, testari mihi necesse est, at meis morem geram, scribe. Ego Petrus Baroccius Episcopus Patavinus relinquo animam meam Deo, corpus terræ: facultates vero quoscunque possidebam, si quæ restant, relinquo quibus de jure debentur. Et ita sanctissimus vir notari, & scribi voluit. Patavii venerabilis senex intestinis oppressus doloribus decessit anno 1507. die 10. mens. Januarii, 66. natus annos, sepultusque est in Cathedrali, marmoreo claudente sepulchro, cum sequenti inscriptione.*

b Laudatur à Ghilino in Theatro vol. 2. p. 212. Mendose.

Petro Baroccio Bellunensi primum Antistiti,
Pontifici deinde Patavino, sanctimoniæ,
pietat. eruditionis, benefic ent.
incomparabili, Senatus Venetus monumentum
hoc faciendum curavit.

Joannes vero Rota Patavinus hanc ad Petri sepulchrum apposuit inscriptionem 1560.

A

S. M. S.
Petro Baroccio Patritio Veneto Pontifici Patavino sacrarumque liter. cultori eximio fide, religione, ac pietate incomparabili, ut pares paucos superiorem habuit neminem, qui non sine magna pauperum jactura, ac totius Patavinæ urb. dolore migravit ad Dom. Anno Christi salut: M. D. VII. die X. Januarii cum annum ageret suæ ætatis LXX. & VIII. Joan. Baptista Rota Pata. Petri F. IIII. Q. ejus auspiciis Patavia Germaniæ cum Patavio Italiæ computans hic sedem collocaverit. Tantar. celeber. viri virtut. ac plurium in se parentesque suos merítor. non immemor debitam effigiem, & lapidis inscriptionem Patrono. B. M. gratus apposuit anno à partu Virg. M. D. L. X.

B Non minori laude dignus vixit ex ead. Baroccia gente Paulus Episc. Agiensis in Creta, sub Martino V. Pontif. defunctus, cujus mentio in lib. Provis. Prælat. habetur. („ *Inter alia, quæ suæ Ec„ clesiæ consulit Petrus, prostant in aula depictæ „ decessorum imagines.*)



C 99 PETRUS Dandulus Venetus. Primicerius S. Marci, mox Vicentinus Episc. ad hanc sedem Patavinam translatus est die 20. Octob. 1507 Duobus ann. sedit, in eaq; defunctus est anno 1509. CIII.

100. SYXTUS Gara de Ruvere, *c* Card S. Petri ad Vincula, Vicentinum cum hoc Patavino Episcopatum commutavit anno 1509. die 11. mensis Junii. Hic frater fuit Galeotti Cardinalis, post cujus excessum, illum Julius II. patruus Cardinalem effecit, Vicentinum Episcop. Beneventanum Archiepiscopum, & Vicecancellarium S. R. E. Faro functus est 1517. die 8. mensis Martii anno ætatis 44. sepultusque est apud S. Petrum ad Vincula ante altare majus, cum hac inscriptione. CIV.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 289.

D. O. M.
Xystus Iulij II. nepos, Xysti IV. Pontif. Max. pronepos, S. Petri ad Vincula e familia Roborea quartus Presbyter Cardinalis S. R. E. Vicecancellarius, sepulchrum in Templo à sua familia dotato instaurato, ornato vivens sibi elegit. Obiit VIII. Mar- D *tij MDXVII. ann. agens XLIV.*



101 MARCUS Cardinalis Cornelius *d* Venetus, filius Georgij clarissimi Senatoris, Catharinæ CV.

d De eo Ciaconius

Oldoini t. 3 col. 200.

Reginæ Cypri frater, cum adhuc adolescens esset, A ex nobilissimæ indolis expectatione, quam de se Principibus viris injecerat, ab Alexandro VI. creatus est Cardinalis, primusque fuit, qui è gente Cornelia purpuram ecclesiasticam gestaret, obtineretque hunc Episcopatum, tamquam suæ familiæ hereditarium. Ex decessu enim Sixti Roborei 1517. die 9. Martij annuente Leone X. Pontif. consecutus est hanc Patavinam sedem, qua potitus est simul cum Patriarchatu Constantinopolitano, atque Archipresbyteratu S. Petri. Legatus Patrimonij fuit, primus Diaconorum, Presbyterorum, postremo Episcopus Card. Albanensis, atque Prænestinus. Diem postremum obiit Venetiis, repentino fato subreptus an. 1523. sepultusque est apud S. Georgium Majorem. Princeps sane egregiis moribus, ingeniique altitudine singularis. Usus est pro suffraganeo in Ecclesia Patavina eximium virum, nobilitate generis, & scientiarum omnium claritudine illustrem Paulum Zabarellam Patavinum, Episcopum Argolicensem, & Archiepiscopum Pariensem, qui B extrema clausit die 25. Julij anno 1525. sepultus in Ecclesia SS. Jacobi, & Philippi apud suos Eremitanos Augustinenses Fratres, quorum olim alumnus fuerat, hoc exornatus epitaphio.

Doctus adit cœlum facundo carmine Flaccus
Et Stella Euganei lumen utrque soli.
Nomen ad æthereum Patavi lux mittit Olympum
Romanæ princeps Livius historiæ.
Paulus in eloquio Cornelij numine cœlum
Possidet, Aonias hinc sacer ambit aquas.
Quantum aliis igitur numeris, authore soluto
Antenor debet, tam Zabarella tibi
Obiit M. D. XXV. die XXV. Iulij.

CVI. a De eo Ciaconius Oldoini t. 3 col. 424.

102 FRANCISCUS Pisanus a, nobilis Venetus, ad titulum S. Theodori Diac. Card. à Clemente VII. hujus sedis fuit adlectus Antistes ann. 1524. Quam ille Ecclesiam propere cessit Aloysio nepoti. Magna ex parte Cathedralem opere sumptuoso refecit, exornavitque Episcopatum, cum interim haud abjecisset consilium Ecclesiam absolvendi. C Diuturniorem ætatem tulit, perque annos 53. purpuram gessit. Tarvisinam Ecclesiam administravit, factusque jam senex, Romæ decessit Episcopus Card. Ostiensis 1570. sepultusque est ad S. Marcum in nobili tumulo marmoreo cum epitaphio, ut in lib. p. supra docuimus. Cæterum memini me in Ephemeride quadam legisse, hunc senem callida potius nepotis, quam virili consilio, Apostolicam pene promotum fuisse ad sedem. Etenim cum Aloysius Cardin. nepos in conclavi, novo creando Pontifici coacto, Cardinales singulos, ideoq; seorsum, ac clanculum prænsasset, exorassetque, ut honoris ergo, & ad lætitiam quandam defecti senis, ea die suum vellent conferre suffragium, ab uno quoque haud repulsus abiit, tantaque suffragia fide obstrinxerat quanta viderentur sufficere electioni, sed Aloysij nimis anhela solertia discussit consilium. Ab uno enim primum, & altero, mox & à pluribus, ita in omnes celeritate mirabili percurrit suspicio, ut ad velatam fraudem simul omnes torpere, D simul omnes calliditatis Venetæ famulum risu viderentur excipere. Eventus denique edocuit, & fraudes plerumque sua sponte concidere, humanoque ac proinde imbecillo, adornatas consilio, haud posse cum divino pari passu concurrere.

CVII.

103 ALOYSIUS Pisanus, Francisci Cardinalis nepos, ex cessione patrui, hanc eandem sedem est assecutus anno 1528 Cum esset sub Pio IV. Pontifice Apostolicæ Cameræ Clericus, ad preces Francisci adlectus fuit Cardinalis; qui Patavij magnificentissime monasterium S. Marci ædificavit, ubi Deo votæ virgines alerentur. Cujus vices in exercendis Pontificalibus substinuit Hieronymus Sancius Patavinus, Episcopus Argolicensis Ord. Eremitarum S. Augustini, insignis Verbi Dei concionator. Aloysius vero mortuus est Venetiis pridie Kal. Junij 1570. & sepultus in ecclesia S. Mariæ Gratiarum, cum hujusmodi epitaphio.

A *Aloysio Pisano Card. sorores pientissimæ ex testamento posuere. Obiit anno M. D. LXX.*



CVIII b Laudatur à Possino in hist. Eccles. Anglic. l. 1. c Die 13. Julii.

104 NICOLAUS b Ormanettus, Veronensis, litteratura, morumque probitate præclarus, pluribus Pontificibus Romanis summa fide maximo usui B fuit: quorum Pius V. sanctissimus Pontifex ad Patavinam sedem illum evexit anno 1570. c Prodierat Ormanettus e schola Caroli Cardinalis Borromei sanctissimi, cujus virtutes æmulatus in excolenda pietate, se ipso major evasit. Pro Romana Eccl. plures obivit legationes, ac præcipue in Hispania ad Philippum Regem summa cum laude prudentiæ, Gregorio XIII. mandante: cujus studium in restituenda clericali disciplina hactenus commendatur. Decessit cunctis lachrymantibus è vita anno 1577. die 18. Januarij.

CIX.

105 FEDERICUS Cornelius Venetus, Joannis gravissimi Senatoris filius, natus est ann. 1531. XVIII. Kal. Julij, factusque eques Hierosolymitanus; adhuc juvenis Traguriensem obtinuit Episcopatum, mox & Bergomati sedi promotus fuit, inde ad hanc Patavinam translatus 1577. die 19. mensis Iulij. Demum à Sixto V. cum Apostolicæ Cameræ Clericus esset, cooptatus est inter purpuratos Patres. Primum Bergomi, mox & Patavij C decreta Conc. Trid. observanda vulgavit. Seminarium erexit, duoque cœnobia virginum, quæ extra muros Patavinos erant, in civitatem introduxit, alterum S. Sophiæ, alterum titulo omnium Sanctorum insignitum. Plures Synodos salubriter celebravit, Episcopatum exornavit, suis antecessoribus in pergrandi aula depictis. Sacrata transtulit ossa in Ecclesiam S. Sophiæ, divæ quondam Beatricis Estensis, Azonis Atestini Marchionis filiæ lectissimæ. Unice sibi creditam dilexit Ecclesiam, mandavitq; testamento, ut sua ossa transferrentur in Cathedrali sepelienda. Romæ decessit cum laude consultissimi Cardinalis anno 1590. sepultusque est ad tempus apud S. Sylvestrum in Quirinali, ubi Gregorius XIV. Pontifex ejusdem amicus marmoreũ sepulchrum amico defuncto erigendum curavit, cum ejusdem exsculpta effigie, sequentiq; epitaphio.

Greg. XIII. Pont. Max. Federico Cornelio
S. R. E. Presb. Card. Episcopo Patavino
hoc conjunctissimæ amicitiæ posuit monu-
D *mentum anno M DXCI. anno primo.*

Patavium deinde corpus fuit translatum, ac tumulatum in Cathedrali, marmoreo sepulchro claudente, ubi hæc memoria prostat ad legendum.

Federico Cornelio S. R. E. Cardinali Epi-
scopo Patavino adductis Roma ossibus, Hæ-
redes testamento PP. Vixit ann. LIX. men-
ses III. D. XX. Obiit nonis Octob. M. D. XC.

CX. d De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 782.

106 ALOYSIUS Cornelius, d Cardinalis Federici nepos, omnium virtutum genere, ac inprimis Christianæ pietatis, mansuetudine, & liberalitatis gloria ornatissimus, hujus Ecclesiæ coadjutor factus est, cum futura spe successionis 1589. die 20. e Febrarij, insignitusque est titulo Paphensis Episcopatus, ac non multo post Patavinus evasit Episcopus. Paulo plus quatuor annis hanc rexit Ecclesiam. Valedixit huic mortali seculo an. 1593. f 11. Kal. Novembr. magno sui apud omnis ordinis homines relicto desiderio, sed præcipue apud pau-

e 19.

f 1594. Ita ex regest. m. Consil. Venetiar.

pe-

A peres, quorum ubique & semper se parentem exhibuit,& prope Patruum in Cathedrali sepulchrum accepit, cum hoc epitaphio.

Aloysio Cornelio Federici Cardinalis patrui in Episcopatu Patavino successori Fratres ex testamento P.C. Vix. an. XXXVI. M. II a. D. XXII. Obiit 11. Kal. Novembris M. D. XCIII. b

a VIII. b M. D. XCIII. Vide Urb. Pat. Inscr. p. 81.

CXI. 107 MARCUS Cornelius, Venetus, Patavini populi de amisso Aloysio Cornelio leniturus desiderium, ad hanc eandem sedem subvectus est anno 1594. die 12. mensis Decembris, Clemente VIII. Pontifice sedente. Præfuit eximie 30. annos, decessitque 1625. cum laude prudentis, optimique Pastoris.



B

CXII. 108 PETRUS Card. Valerius c Venetus, Augustini Card. nepos, ex Cenetensi Episcopo ad hanc Patavinam Ecclesiam fuit translatus anno 1625. die 18. Augusti, ubi fato functus est anno 1628. In sacrario Canonicorum sub imagine Petri depicta hæc leguntur.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 4 col. 416.

Mem. et. animæ sacræ colendæ Petri Valerii S.R.E. Cardinalis Canonici Patavini Concanonico olim suo Episcopo, & patrono beneficentissimo Hæredes ex asse grati, & memores posuere. M. DC. XXIX.

C



CXIII 109 FEDERICUS Cardin. Cornelius d, filius Joannis Venetiarum Ducis, fraterque Francisci Cardinalis, sub Clemente VIII. Apostolicæ Cameræ Clericus, Episcopus Bergomas, ab Urbano VIII. vocatus est ad purpuram, renuntiatusque Vicentinus Episcopus, indeque 1729 e. ad hanc Patavinam sedem translatus, annoque 1632. mense Septembri adlectus fuit Patriarcha Venetiarum, ubi, æmula virtute, in excolenda pietate cum suis majoribus decertare visus est.

d De eo Ciaconius Oldoini t. 4 col. 546.

e die 30. Aprilis.

CXIV 110. MARCUS ANTONIUS Cornelius, Cardinalis Federici frater, ex Abbate Commendatario, ecclesiæque S. Marci Venetiarum Primicerio, in Patavinum Episcopatum fratri successit anno 1632. mense Septembri f; dieque S. Andreæ sacro ejusdem anni inauguratus fuit ab Antonio Barberino Cardin. S. Honuphrii in Sixti sacello in Vaticano, una cum Sarsinæ Episcopo. Obiit anno 1336. (" *die 27. Aprilis, sepultus in Eremo Ruæ " in sacello suorum,*) de quo in sacrario Canonicorum hæc ex marmore legitur inscriptio.

f Die 29. Novemb.

A

M. Antonio Cornelio Episcopo Patavino, origine Principibus æquali, mansuetudine morum privatis simili, Canonici Patavini suavitate consuetudinis astricti, & ab eo heredes instituti, ac hisce eximiis picturis ornati Domino beneficentissimo P. P. M. DC. XXXVI.



B

111 LUCAS Stella, Venetus, Patavinæ Academiæ nobilis alumnus, sub Clemente VIII. Pontifice utriusque Signaturæ Ref. & Cameræ Apostolicæ Clericus, morum gravitate & omnium rerum usu vir longe clarissimus, Rethimensis Episcopus primum, mox Jaderæ, & Cretensis Archiepiscopus, Vicentino deinde Episcopatu exornatus, ad hanc Patavinam Ecclesiam demum translatus est ab Urbano VIII. anno 1639. die 11. Julii, summa omnium gratia & lætitia Patavium receptus. In cujus laudes inter multos gratulabundus hæc occinit carmina doctus Scipio à Gradimonte. CXV.

Stella venit: superæ condant sua lumina flammæ:
Non Adriana videt clarius unda jubar.
Utque nil Euganeum radiis Sol imbuat orbem,
Stella hæc Phœbeæ lampadis instar erit.
C
Illam Roma dedit, Veneti voluere, tenet nunc
Urbs Patavi, & longum detinuisse velit.
Hac duce cursabunt fidei ad cunabula Reges,
Et pro muneribus corda subacta ferent.
Præsul honorata redimitus tempora mitra,
Quem colit Euganeis gens Patavina focis.
Accipe solemnes populi plaudentis honores,
Et dici patriæ te patiare patrem.
Phryx tibi commendat, quas olim condidit arces,
Si qua valent cineres, ossaque muta loqui.
Et quamvis finuetque jubas, ritusque resolvat,
Non tamen ore furit, nec ferit ungue Leo.
Hic sibi commissum si quisquam invadit ovile,
Est Leo; si nemo læserit, agnus erit.
Exoriente tuo felici sydere stella
Occidet afflatu stella maligna suo.
Sed neque fulgebit minitanti crine cometes,
Qui mundo clades, & fera bella ciet.
Anteque cessores studeas, sic reddere, at olim
Dicat Prosdocimos urbs habuisse duos.
D
Denique stellarum numerus sic crescet Olympo,
Fac sero crescat sydere stella tuo.


Lucæ gentilitia stemmata, Leo est stellam in manibus gestans. Porro ille vix tertium annum Patavinæ Ecclesiæ præfuit, obiitque eximius Antistes anno 1642. magno sui Patavinis populis desiderio relicto.

112 GEORGIUS Cornelius, M. Antonii nepos, utriusque Signaturæ Referendarius, Romanæ Rotę Auditor, in gratiam Federici Card. patrui ab Urbano VIII. Lucæ successor datus est 1642. Vivit, magnamque de se excitavit expectationem, fore ut hujus Patavinæ Ecclesię quinque Cornelios Præsules æmulando, se ipso in dies major evadat. CXVI

A D D I T I O.

(" *Natus est Georgius an. 1612. ex Sereniss. Francisco Duce Veneto, primusque ex Patritiorum ordine S. Rotę Auditor fuit singulari beneficentia Urbani VIII Pontif Max a... Georgium patriæ de-*

stinatum conditione omni retinere voluit. Non diù tamen Romæ fuit, quia cum ingenio ætatem prævertere videretur, in ipso juventæ flore annuria lege solutus ad Patavinum Episcopatum missus est. In eo obiit 17. Kal. Decemb. 1663. cum se tota vita graviter splendideque gessisset. Litteris deditus fuit, liberalis, magnificus, nihilque eorum omisit, quæ magno Episcopo existimationem & auctoritatem conciliare possent.



CXVII. GREGORIUS *Barbadicus, Patritius Venetus, Jo. Francisci Senatoris amplissimi filius, adhuc infantulus quale subindè Ecclesiæ Dei lumen futurus esset, præsignificavit, cum vel in Crucifixi imagines oscula figere, vel domi assiduè parva altaria instruere, vel oculos, ac manus frequenter in cœlum levare à familiaribus visus est. Adolescens liberales disciplinas excoluit, & annos natus XIX. cum Aloysio Contareno Venetæ Reipublicæ oratore ad Monasteriensem Conventum se contulit, inibique inter pietatis, ac religionis opera quotidie se exercens Fabio Chigio Internuntium Apostolicum agente (qui postea Alexander hujus nominis VII. fuit) adeò præluxit, quòd vir ille amplissimus juvenem mox in patriam reversum, ut altioribus studiis, & juris, ac legum facultatibus comparandis operam daret, consilio excitarit. Id præstitit Gregorius, ac subinde anceps in statu vitæ eligendo, clericalem tandem assumpsit, & sacerdos initiatus Romam profectus ab Alexandro gratanter exceptus fuit, ac primum Canonicus Patavinus, deinde utriusque, ut ajunt, Signaturæ Referendarius destinatus, mox Prælatus Domesticus dictus lue tactorum in urbo præfectus fuit, in qua quantum ad Dei gloriam, & animarum salutem natus esset, vitam suam alacri animo in periculis assiduè agendo, satis dignosci potuit. Vacante Episcopali Bergomensi sede per obitum Aloysii Grimani huic ab Alexandro præficitur: quæque, & quanta pietatis, ac sanctimoniæ in ævum duratura sub hoc Episcopatu spatio septem annorum patraverit, vel ad seriem Bergomensium Episcoporum, vel ad ea, quæ infra libaturi sumus, lectorem facilè perspecturum remittimus. Interim ab eodem Alexandro Cardinalis titulo cohonestatus post aliquot annos, videl. an. 1664. ad Patavinam hanc sedem licet invitus, promovetur, in qua incredibile est, quantum bono totius Ecclesiasticæ Reipublicæ, ac suimet sanctificationi insudaverit. Vix enim ad hunc Episcopatum traductus pravis moribus evellendis, & sanioribus instituendis tum in Clero, tum in populo, tum in urbe, tum in Diœcesi se totum contulit, & idipsum præstare nusquam destitit toto temporis cursu, nempe annis triginta tribus, quibus huic Ecclesiæ sanctissimè præfuit. Civitatem semel atque iterum visitavit; pluries Diœcesim, in qua percurrenda frugalitas mensæ, asperitas jejuniorum, nocturna corporis castigatio quotidiano pabulo viro in divinis admodum enutrito inserviebant. Liceat hic vel obiter enunciare summum ejus zelum in Sacerdotibus, & Clericis ad rectam sacrorum Canonum, & Provincialium Constitutionum regulam efformandis, & studiosam ejus vigilantiam in iis præcipue, quorum ab Ecclesiasticis in celebratione missæ vel minimum aberrare non erat, probandis, corrigendis; invictam ejus constantiam in perferendis in se adversis, iisque amovendis ab aliis, summam sollicitudinem in hostibus pacis osculo conciliandis; præcipuam comitatem, ac mansuetudinem in quibuscumque nusquam intermissa sedulitate vel oratoribus audiendis, vel monitoribus excipiendis, vel ovibus perditis inquirendis, iisque in viam salutis reducendis; assiduam demum ipsius Doctrinæ Christianæ operam ad noctem usque extremos ferme inter Visitationum labores quotidie protractam, quà pueros erudiendo, quà operarios instituendo, quà aptissimas regulas injungendo. Nec illud ullatenus prætermittendum, quod singulis nubendis puellis, quæ integram de Doctrinæ Christianæ rudimentis facultatem per generalem Disputationem se adeptas esse probassent, Ducata Veneta viginti proposita fuissent, reliquis verò, Doctrinam ipsam sedulo frequentantibus, lectum matrimonii tempore erogandum. Sed ut satis dignosci possit, quanti hæc Christianæ Doctrinæ ratio apud Deum, & apud homines fuerit, illud referre sufficiat, quod Innocentius ipse XI. hanc ab illo in Urbem quoque importari, & per ipsum inibi personaliter exerceri, ac regulas easdem singulis Romæ Parœciis tradi mandaverit; quodve deinceps reliquis S.R.E. Cardinalibus sese huic operi submittendi Gregorius exempla præstiterit.*

Moniales apprimè excoluit, adeò ut nec præceptis, nec impensis unquam pepercerit, dummodo Christi bonus odor fierent. Plures item in partem præcipuæ suæ curæ suscepit, ut Bergomi moniales, quas vocant Tertiarias, Burgi S. Leonardi; Patavii monasterium S. Pauli incunctantibus subsidiis fulcitum semper ac confirmatum; Trevilligienses ipsas Diœcesis licet Mediolanensis, præ timore adventantium Gallorum Militum ad ipsum accitas; ne loquamur de reliquis omnibus monasteriis, regimini Episcopatus addictis, cæterisque locis Piis, quorum indigentiis, tum in Civitate, tum in Diœcesi, beneficiis, ac eleemosynis quamplurimis paterno subsidio semper fuit.

Disciplinam in Ecclesiasticis adeò excultam voluit, ut in hac procuranda toto conatu nusquam destiterit: Quamobrem instituit Congregationem Parochorum omnium in Seminario suo quotannis habendam, in qua quidquid pro optimo animarum regimine, quidve aptius ad Parochiale munus implendum publico documento prodiret. Statis etiam temporibus per annum inibi cogebantur Vicarii Foranei singuli, ut sui quisque muneris districte rationem redderet, statum Parochialium exponeret, & aptiora cuilibet indigentiæ remedia consultò perciperet; quamvis hoc ipsum præstare per litteras singulis mensibus omnes adstringerentur. Congregationem item, quam vocant, S. Ægidii statuit in qualibet hebdomada peragendam, cui ipse quoque frequens intererat. In hac quæcumque ad rectam Ecclesiasticorum disciplinam convenirent, discutienda, explananda, perficienda proponebantur: Casus nempe moralis, sacræ scripturæ locus, sacrarum Cæremoniarum Rubrica, & Meditationis punctum. Clerum itidem suum disertum, sacrisque Concionibus dicendis addictum voluit, qui ut par tanto muneri efficeretur, per Themata publicè affixa typis impressa singulis Festis in Cathedrali, in Parœciis verò semel saltem in mense, & in qualibet Foranea Congregatione ad Concionem habendam alliciebatur. Conciones verò in ejusmodi Congregationibus habitas, sicut & morales Forensium Parochorum decisiones cunctas sibi deferri statutum erat, eo intuitu, ut illis diligenter perpensis, his autem probatis ac subinde typis traditis, debita laude non fraudarentur sapientes, & desides, ac ignavi ad horum vestigia sequenda excitarentur. Ut autem una cum virtute

pie.

pietas incederet, sicuti sub ipsis Episcopatus initiis Exercitia spiritualia Parochis omnibus apud PP. Societatis peragenda indixit, ita suo ineunte regimine singulis quoque annis eadem ab ipsis repetenda decrevit. Quapropter locum quendam in seminario suo, quem vocant Asceticum, ad hæc specialiter aperuit, ubi præter Parochos, & animarum Curatores, Confessarios quoque omnes, ac sacerdotes plurimi per integram hebdomadam detinebantur. Iisdem exercitationibus quandoque per annum & ipse studuit animam recreare, quæ circa optimè peragenda mirum quàm probe sciret; adeo ut Directori ipsi seminarii sui potiora documenta, quibus in his alumnos imbueret, sæpe ministraverit. Nec interim à Clero suo universo, quà publicè, quà privatim per conciones & monita optimis moribus imbuendo, ac ad hæc & alia pietatis opera hortando nusquam destitit.

Diœcesanam Synodum semel, atque iterum celebravit, easque inter dissidia, & seditiones constantissimè perpessas feliciter tandem absolvit.

Inter alia sanctissimè decreta illud signanter nequaquam prætermittendum, quod binos sui Correctores jampridem exemplo D. Caroli sibi electos, in Synodo quoque confirmari voluerit, ac subindè eorum nomina typis impressa in Cancellaria Episcopali publicè affigi, ut quocumque offenderet, aut quomodocumque deficeret, omnium admonitionibus accedendi libera panderetur via.

Seminarii ædes angustas, ac satis ineptas, primum meretricibus ab errore deductis hospitio destinavit, deinde pauperibus juvenibus edocendis in gymnasia convertit; novas interim easque peramplas maximis sumptibus comparavit, auxit, perfecit, iisque subinde redditus multos adjecit, ac exemplo D. Caroli Ecclesiastica Beneficia, quibus ipse jamdiu donatus extiterat, his facultate resignandi à summis Pontificibus obtenta, inibique seminarium sane nunquam satis celebrandum instituit. Alterum scientiarum præceptoribus addidit linguarum Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, & Arabicæ magistros. At fortasse potior præceptor ipse, qui sæpius alumnos invisere, ad studia excitare, cum ipsis convivere, ipsos interrogare, quandoque etiam è Cathedra erudire, in spiritualibus exercitationibus, & præcipuè cœlestium meditationibus instruere, ac demum per publica examina singulorum mores, ac studia quotannis arctissimè probare loco summæ, ac penè dixerim unius sollicitudinis semper habuit. Libros emit cuilibet facultati necessarios; ultra quam quod Typographiam addidit nulli fermè nostrarum regionum secundam, quæ quantum sit impendio publicæ eruditioni consuluerit, sicut & in dies consulit, sapientum erit existimare. Inter hujus seminarii ædes congregationem quoque oblatorum fundavit: & quantum utramque domum hanc, Alumnorum scilicet, & Oblatorum, amore, ac beneficiis ad extremum usque spiritum prosequutus fuerit, percipi licet ex eo, quod supremis tabulis ipsam suorum omnium hæredem scripserit, quæ in Patavina sede superstitissent. In Civitate quoque peramplum Patriciis Convictoribus aperuit Collegium; cæteris item nobilibus in agro alterum, & hujus ædes magnis impensis comparatas, ac subinde auctas venustiori formæ restituit. Utrumque optimis legibus instruxit. Extant hæ prælo seminarii sui impressæ anno 1690. unà cum literis pastoralibus, ac sanctionibus universis educandis pueris, ac dirigendis populis apprimè utilibus; quin imo Parochos plerosque exteros, ac Præsules ipsos ad Gregorium frequenter advenientes, ut sibi de his, quæ in suis Parochiis instituenda, aut restituenda forent, consuleret, his omnino regulis, ac decretis imbutos dimisit.

Ad Urbem profectus in obitu Clementis IX. à Cosimo III. magno Etruriæ Duce præ cæteris S. R. E. Cardinalibus eligitur, ut sibi supremum sui Ordinis, quem vocant S. Stephani, Magistratum inclyti insignia benediceret, ac conferret, quod in reditu suo Cardinalis præstitit Florentiæ solemni pompa; arctissima deinceps cum hoc religiosissimo Principe inita benevolentiæ necessitudine. Plura alia Patavium reversus in utilitatem Ecclesiæ, & salutem animarum instituit. Puellarum indigentium periculis studiosissimè obfuit: ac præcipuis matronis ipsarum regimen commisit, & ut per honestas artes, ac labores victui sibi comparando aptæ fierent, nullis sumptibus pepercit. Patres, quos dicunt Reformatos, in meretricum vicis Concionatores voluit; ipsos item in publicis plateis Doctrinæ Christianæ explanatores: Pauperes etiam omnes in area Palatii sui Episcopalis singulis hebdomadis congregari ad audiendam hanc ipsam explanationem, quibus subinde panis dispensatio erogabatur. Contagionis suspicio Patavium invaserat: cum ipse nihil perterritus, quinimò paratus, ut animam pro ovibus poneret, cuncta ita disposuit, ac socios adscivit, ut D. Caroli exempla omninò implerentur, si forte hujusmodi tabe laborantem gregem inspexisset. Prædicationis dono insignitus, frequentes Conciones habuit, & aliquando contra hæreticas quasdam pravitates, & velata sacræ religionis figmenta tam in sua Cathedrali è suggestu, quam alibi fortiter invectus est.

Nec minus præmuniendæ, quam & dilatandæ fidei summò arsit studio: præcipuè in lucrandis Orthodoxæ Religioni infidelibus permultis, in procuranda ab antiquo schismate Græcorum resipiscentia, & in fovendis ære quoque suo Reipublicæ Venetæ expeditionibus. Servavit semper Vener. Vir susceptam à primordiis Episcopatus sui disciplinæ rationem: mensam nempe cum Aulicis suis ad similitudinem cœnobiticæ paratam, & frugalissimè sibi instructam, in qua etiam sacrorum librorum lectio adhiberetur. Servavit vigilias, jejunia, orationes assiduas, quas aliquando per totam noctem distulit, corporis afflictationes, suorumq; omnium effusam in pauperes elargitionem; adeo ut in hac Episcopali sede 800. millia Ducatorum Venetorum eleemosynis impendisse citra omnem erroris suspicionem affirmari possit. Episcopalia jura strenuè propugnavit, & obortis litibus finem honorificum tandem imposuit. Abstinemus hic memorare virum hunc verè sui, & sæculi contemptorem nedum aliquando Sacerdotia illia, ac Ecclesiasticas dignitates, quibus jamdiu cumulatus fuerat, verum & alia ultro oblata, seu Urbinatem Legationem, ac Episcopatus quosdam qui cum suo compatiebantur, deprecatum fuisse, postquam ad seriem Bergomatum Episcoporum ejus despicientiam, & pro defugiendo Camauro ipso curas adnotavimus. Quæ & alia permulta eximiæ pietatis, ac religionis relinquens monumenta, tandem vir Dei, inter extremos Pastoralium Visitationum labores lethali morbo correptus, & Patavium traductus, clarus meritis obdormivit in Domino anno MDCLXXXXVII. ætatis vero suæ LXXII. Ejus obitus totam latè Civitatem, ac Diœcesim mæstitia, gemitibus, squallore implevit; ac sicuti Divi Archiepiscopi Borromæi, dum viveret, vestigiis incunctanter inhærere studuit, adeò ut, teste Innocentio XI. alter Carolus Gregorius prædicaretur: ita & in morte non dispar sinceræ pietatis, ac grati animi apparatus sanctimoniam Borromæo adsimilem in Venerabili Viro testatus est. Vestes enim, filamenta, strophiola, & quæcumque alia decumbenti inservierant, summo pretio, ac veneratione habita sunt. Tota demum Civitas feriari nedum, verùm etiam undequaque sacrum Cadaver deferri statutum erat, nigris pannis obvoluta comitari visa est. Cives ipsi, nobiles, ac matronæ pullis vestibus indutæ, facibus, & intortitiis insequentes, accursus quoque innumerabilis fermè ex omnibus partibus Diœcesis populorum numerus funus cohonestarunt. Tumulatum fuit in communi demortuis Episcopis sepulchro juxta sensum ultimæ

suæ

A

,, *suæ voluntatis sito in medio aeeæ Cathedralis ante Altare majus in arca plumbea, adjecta intus inscriptione, his omninò veebis:*

Geegorius S. R. E. Tit. S. Marci de Vebe
Presbyter Caedinalis Barbadicus,
Episcopus Patavinus, comes Saccensis,
Natus anno MDCXXV. mense Septembris
Die xxv. Obiit Patavij anno MDCXCVII.
Die XVIII. mensis Junij bora matutina
Vndecima circiter media.

,, *Ad hæc usque tempora omnium ordinum religio ad ejus tumulum supplex accedit. Peopterea Venerabilis Viei Beatificationem, & Canonizationem exorare contendit totius feemè Catholici Oebis votoeum summa; præcipue verò Serenissima Respublica Veneta, cujus instantissimas postulationes mox eeliqui Catholici Principes subsequuti sunt. Jamdiù enim Sacræ Rituum Congeegationi exhibiti fuere Processus super ejusdem sanctitate vitæ, virtutibus, ac miraculis auctoritate ordinaria confecti Venetiis, Bergomi, Patavij, Mediolani, Mutinæ, Florentiæ, Beneventi, ac Romæ.*

B

CX VIII. ,, GEORGIUS *Card. Cornelius natus est Kalen. Aug. 1658. ex Federico Eq; & Cornelia Contarena. Paucis post annis Melitensem Ordinem accepit, & Magni Commendatarij Cypri titulum, Corneliæ familiæ haeeeditarium. Politioribus litteeis in Veronensi Collegio S. Zenonis in monte, Patavij autem Jurispeudentia instructus, anno 1677. Doctoris nomen & insignia sumpsit; statimque pee Europam iter instituit. In patriam cum eedijsset, Navalibus præfectus est anno 1685. quo in munere ita se temporibus difficillimis strenue gessit, ut gravioribus curis par judicatus, ad Gallicam Legationem designatus sit. Sed aliò spectabat. Itaque Ecclesiasticæ Militiæ nomen dedit, Romamq; convolavit anno 1690. Biennium fere in eaurbe commoratus, per eos magistratus, quibus maxime solent Peæsulum ingenia explorari, magnam de se expectationem movit. Proinde maritimæ oræ in pestilentiæ suspicione peæpositus est; deinde annonam cueaee jussus; demum veeo ad Petrum II. Lusitaniæ Regem Legatus missus anno 1692. Insignem jacturam eerum suarum in eo itinere cum fecisset, incredibili virtute fortunam elusit. Tanta enim magnificentia Legationem auspicatus est, tanta fide ac prudentia obiit, ut xi. Kal. Augusti 1697. ab Innocentio XII. Cardinalis creatus sit, ac paulo post Episcopus Patavinus, cum in ipso Legationis initio Archiepiscopi Rhodiensis titulum obtinuisset. Inde igitur Patavium migeavit, ubi adhuc ad ejus Ecclesiæ felicitatem vivit. Is unus efficere poterat, ut optimi Decessoris desiderium in ea uebe moderate feeeetur: quippe instituta ejus omnia non retinuit solum, sed etiam amplificavit; ac siquid necessitate temporum aut moderari, aut tollere coactus est, id ea sapientia fecit, sine qua pietas ipsa aliquando frigida, aliquando etiam exitialis est. Diœcesim litteris, aut*

C

D

A

,, *religione cultioeem haud facile invenies: unde satis apparet tantæ eei momentum in uno fere Episcopo esse. Capitulum habet magno sibi obsequio & charitate conjunctum, sed præseetim Ecclesiastica disciplina & morum honestate supra vetera exempla laudabile. Teestense Collegium sustulit, quod à prima institutione degenerare cœpisset, nec jam eemedium pati posset. Ejus loco publicum Geammaticæ gymnasium in urbe aperuit, optimosque Præceptores sine ulla juventutis impensa doceee jussit. In Seminaeio multa egregie constituit, quæ undique alumnos supea ipsam loci capacitatem invitarunt; sed quod caput est, Magistrorum numerum auxit, suaque humanitate, & prudentia obtinuit, ut non desint, qui se, libertatem, ac valetudinem, tenuissima spe proposita, devoveant. Sed plura de illo posteri dicent.)*

B

CATALOGUS ARCHIPRESBYTERORUM.

Eccles. Patav. non quidem à prima fundatione, ab aliquot tamen centenis annis ex M.S. Codice bibliothecæ nobilissimi ac eruditissimi Jacobi Comitis Zabarellæ exscriptus.

1 (1) Vuitfredus de Leopardis Alemannus creatus anno 1150.

2 Albertus, sive Alpertus de Orizaleno Mediolanensis creatus ann. 1185.

3 Florianus de Florianis Florentinus 1200.

4 Petrus de Gaorellis Veronensis an. 1227.

5 Conradus de Concoregio Ferrariensis 1252.

6 Aegidius de Sforzate Patavinus Abbas 1262.

7 Petrus de Goravignis Patavinus 1276.

8 Joannes de Fratta Aquilejen. 1288. inde Episcopus.

9 Albertus de Buxinellis Patavinus 1290.

10 Joannes de Abbate Patavinus an. 1294.

11 Bovetinus de Bovetinis Mantuanus 1300. Jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio. C

Mantua me genuit Patavis Bovetinus, & orbi,
A Bove nomen habens, patiens, sine fraude, dolisve,
Quam sibi, plus aliis vigilans pietatis alumnus,
Largus erat studio, largus clero, sibi parcus.
Canonicum illustris docuit jus, ter tribus annos
Deme duos; obiit Augusto, jam mille trecentis
Elapsis: jacet hic: coluit te, sume colentis
Virgo patrocinium: precibusque assiste colenti
Umbra humanum ejus genus ò pia voce tuis ut
Supplice conserves precibus, te viego peecatur.

13 Pileus Co. Pratæ Forojuliensis an. 1321. postea Episcopus Patavinus, & Card. sub Urbano VI. Pontifice.

12 Bartholomæus de Capitevaccæ Patavinus 1333.

14 Joannes de Placentinis Parmensis 1360. inde Episcopus Patavinus.

15 Angelus de Parlatoribus Venetus Abbas 1363. (2) D

16 Comes de Carraria Patavinus an. 1390.

17 Franciscus I. Zabarella I. V. D. Patavinus 1396.

18 Franciscus II. Zabarella 1406. inde Card. & Episcopus Florentinus.

19 Joannes de Inzegneratis Patavinus 1411.

20 Joannes de Garzonibus Venetus Abbas 1414.

21 Bartholomæus de Astorellis Venetus 1415.

22 Bartholomæus della Galla Patavinus 1421.

23 Bartholomæus Zabarella Patavinus 1426. Archiepiscopus inde Spalatrensis, & Florentinus.

24 Augustinus Michaelius Venetus Abbas 1430.

25 Hieronymus Michaelius Venetus Abbas 1450.

Ga-

(1) Ante Vuitfredum in chartis ab Ughello supra relatis Patavinæ Ecclesiæ Archipresbyteros lego ANSELMUM, qui an. 955. & MARTINUM, qui an. 990. Hildeberti, atque Gauslini donationibus subscripsere: item BELLINUM an. 1122. in documento apud Ursatum in hist. Patav. p. 291. Illum eumdem, qui deinde & Episcopali dignitate floruit, & inter sanctos meruit connumerari. Post Vuitfredum verò an. 1153. annuit OBIZO exemptioni Monachis S. Nicolai in Littore à Joanne Cacco Patavino Antistite concessæ: ut supra ex eodem Ughello.

(2) Hic est inserendus alter Angelus de Castellione Aretino, qui an. 1372. erat Vicarius generalis Eliæ Episcopi, & Paduanus Archipresbyter, ut edocemur à documento supra, ubi de Elia, relato.

26 Gabriel Contarenus Venetus Abbas 1479.
27 Thaddæus Quirinus Venetus anno 1482.
28 Petrus Lippomanus Venetus deinde Episcopus Bergomas.
29 Angelus Lippomanus Venetus Abbas & Prothonot. Apostol. creatus 1517. Hic antecessorum suorum imagines in aula à se constructa excitavit, ut marmorea ibidem apposita inscriptio proloquitur.

Angelus Lippomanus, Venetus, Archipresbyter Patavinus, Leonis X. Pontificis Maximi à cubiculo intimus, has ædes suæ & successor. commoditati à fundamentis extruxit, majorum quoque memoriam temporis injuria pene extinctam haud minori studio quam pietate, ut cernitur, excitavit à Christi Nativitate M.D.XXXVII.

30 Franciscus III. Zabarella Patavinus 1548.
31 Ludovicus Zabarella Patavinus Prothonotarius Apost. 1561.
32 Hieronymus Zacchus Patavinus 1591.
33 Paulus Brunus de Gualdo Vicentinus Proth. Apost. 1609.
34 Joseph Brunus de Gualdo Vicentinus Proth. Apost. 1620.
35 Albertinus Barisonus Patavinus 1640. (*„postea ad Cenetensem insulam evectus*.)
36 Galeatius Mussatus Patavinus anno 1648.
(„ 37 *Paulus Abbas Delphinus* 1665.
„ 38 *Peteus Antonius Delphinus* 1671.
„ 39 *Antonius Lauretanus* 1685.
„ 40 *Faustinus Bonlinus* 1713.)

PETINENSES

EPISCOPI.



PITINUM, seu potius Pucinum, antiqua fuit Istriæ Civitas mediterranea, nunc ad vicum redacta, ejusque loco Pitinum novum decimo hinc milliario extructum, cujus ager amœnissimus, ac fœcundissimus, sed illud vetustius ego existimo fuisse Pucinum, quod Ptolomæus in mediterraneis Istriæ ponit, cujus vina summopere laudat Plinius, Pucinum appellans, atque hic antiquitus Episcopalem fuisse sedem puto, quæ nunc Petinæ manet. Est autem Petina (vulgo *Pedena*) Istriæ civitas xxx. ab Adriatici maris littore Septentrionem versus milliaribus distans, Austriæ gentis Principibus, si spectes civilem statum, subjecta, & caput Comitatus Pisini, quam variæ incolunt gentes partim indigenarum, partim advenarum, qui ex finitimis Croatiæ locis Turcarum immanitatem fugientes, huc se receperunt. Sunt Croati fideles antiquæ religionis cultores, & Ecclesiasticæ jurisdictioni obsequentissimi. Sunt & quædam villæ, quas, populi Morlachi, appellant, inhabitant & ipsi pariter, finibus patriis à Turcis expulsi. Episcopatus Pitinensis, seu potius Pucinensis antiquus est, annis ab hinc fere 1340. sub Magno Constantino erectus, ut vetustissimi historiarum testantur annales, maximisq; proventibus, ac muneribus ab eo tunc auctus, & locupletatus. In Concilio Romano sub Agathone Papa celebrato anno Christi 680. extat subscriptio Ursiniani Episcopi sanctæ Ecclesiæ Pucinanæ provinciæ Istriæ. Mensæ Episcopalis census olim amplissimus, nunc temporum varietatibus ita attenuatus, ut ad summam pauperiem redactus sit, ut propterea serenissimus Archidux Ferdinandus monasterium S. Petri de sylva mensæ ejusdem attribui à Clemente VII. Pontifice curarit, & vix census annuus ad ducenta scutata pervenit. Taxatur in lib. Cameræ ad florenos 100. Episcopus Aquilejensis Patriarchæ suffraganeus est. Cathedralis Basilica titulo Deiparæ Virginis variis sanctorum reliquiis, quæ hic ex antiqua traditione asservantur, insignita est, nempe SS. Nicephori Martyris hujus Episcopatus Patroni, qui ex Sablinitio Græciæ Oppido, quod xxx. milliaribus Byzantio abest oriundus, passus est sub Imperio Valeriani, & Gallieni, Galerio, & Max. Coss. sedente Stephano Papa: nec non alterius Nicephori Confessoris, & Episcopi Petinensis, cujus brachium hic habetur, reliquum corpus Omagi oppido maritimo xxx. m. p. Petina distante. Crus item S. Stephani Peregrini, cujus corpus sanctum Viennæ Austriæ asservatur. Corona ut ferunt immaculatæ Matris Virginis, seu signacula quibus orabat. Ampulla lactis ejusdem. Ampulla olei, quod ex tumba S. Catharinæ Virginis, & Martyris emanat. Alia item ampulla olei S. Valpergæ. Oleum S. Nicolai Episcopi, & Confessoris, & aliæ sanctorum reliquiæ. Sacris in hac Basilica ministrant Canonici quatuor, e quibus unus dignitate eminet, Archidiaconus nuncupatus, exiguus quidem Clerus, sed qui optimi Præsulis secutus exemplum paucitatem suam studio, & pietate ita compensat, ut horæ Canonicæ, divinaque mysteria satis decenter peragantur. In civitate præter Cathedralem Parochialis Ecclesia nulla, Canonici namque totius civitatis animarum curam gerunt, & quotidianum tenentur sacrum celebrare in Ecclesia S. Michaelis extra muros, ubi est cœmeterium, & sepulturæ omnium civium. Extant tantum septem Ecclesiæ, quæ à societatibus laicorum satis decenter instructæ, atque ornatæ habentur: & in his festis saltem diebus missa celebratur. Nulla præterea alia spectatur Ecclesia, non Religiosorum Cœnobia, non Xenodochia, non Mons Pietatis, non Seminarium. Diœcesis Petinen. satis angusta est, duobus oppidis, undecimque villis constat. Oppida sunt *Galliguasta*, & *Lindarum*, in quibus aliquot sacerdotes, & clerici divina officia obeuntes degunt. Tota hæc diœcesis Austriacę ditioni subest præter unam villam Grimaldam appellatam, quæ Venetos Dominos agnoscit. In universum autem sunt in ea Parochiales Ecclesiæ xiv. Virorum Religiosorum Cœnobium unum fratrum Ord. S. Pauli primi Eremitæ, mensæ Episcopali, ut diximus, attributum, sub B. Augustini regula militantium, locus devotione, & pietate incolarum celebratus, cui adhæret Ecclesia titulo S. Mariæ ad Lacum, quæ vicinum habet Arsiæ lacum, terminum Italiæ ultimum, quo ab Illyricis gentibus scinditur. Fidelium animæ totam diœcesim, comprehensa etiam civitate, incolentium, plus minus viginti millia. Populus tam Urbanus, quam diœcesanus Catholicus est, & Christianæ pietati impense deditus. Hæreticus enim in hac diœcesi nullus omnino est: Sacra autem plerisque in locis hujus diœcesis ob linguæ Latinæ imperitiam, & sacerdotum inopiam, Illyrico idiomate celebrantur. Jus præsentandi Episcopum penes Archiducem Austriæ est. Præsulum seriem hanc elumbem deprompsimus ex monumentis Vaticanis, cum nullæ in Episcopio scripturæ, nulla ve monumenta reperiantur, unde ipsius Præsules potuerint erui.

ADDITIO.

(„ *Pitinum, aliis Pucinum, seu potius Petina*, „ *vulgo* Pedena *urbecula est Istriæ provinciæ, quam* „ *hodie mortales circiter* 300. *inhabitant. Visitur* „ *prope fontes Arsii fluvii. Pucinum tamen antiquius fuisse existimat noster Ughellus, quod Ptolomæus in mediterraneis Istriæ ponit, & cujus vina summopere laudat Plinius Pucinum appellans. At Pucinum vini, vulgo* Prosecco, *etiamnum*

cele-

„ *celebre à Plinio memoratum longius à Petina, prope Tergestum fuisse evincit Irenæus à Cruce in hist. Terg. p. 439. Petina igitur in temporalibus paret Austriaco Principi, & à Cæsare ut Carniolæ Duce Episcopus nominatur. Ejus Cathedrale templum Deiparæ Virgini, & S. Nicephoro martyri dicatur, hujus Episcopatus patrono. Sacris ibi ministrant unica dignitas Archidiaconatus, cui inhæret Canonicatus, duo Canonici, & unus sacrarii præfectus. Diœcesis duobus tantum oppidis constat, quæ Ughellus enumerat. Annuus hujus Episcopatus census vix 400. scutorum summam ejus monetæ conficit, cujus taxa est Fl. 100.)*

I. („ MARTIANUS *Petinensis Episcopus subscripsit synodo, quam Elias Patriarcha celebravit an. 579. Vide supra in Aquilejen. pag. 29.)*

II. 1 URSINIANUS primus *a* est Petinensis Episcopus, qui occurrat legentibus, qui Romano Concilio subscripsit sub Agathone Papa anno Christi 680. *b*

a Secundus. *b* Melius 679.

III. 2 S. NICEPHORUS confessor, & Episcopus hujus sedis, cujus corpus requiescit in oppido Omagi, ut supra diximus, quo tempore vixerit, actaque ejus ignorantur.

IV. 3 N. (1) Episcopus Petinensis memoratur in consecratione Ecclesiæ Parentinæ anno 935.

V. 4 VVOLDARICUS Episcopus Petinensis testis donationis, quam fecit Poppo Aquilejensis Patriarcha Canonicis suis anno Domini 1031. Post hunc per multa secula desiderantur Episcopi.

VI. („ PEPO, *seu Popo Episcopus de Pedena interfuit consecrationi Ecclesiæ S. Mariæ antiquæ, à Gothifredo Patriarcha Aquilejensi Veronæ peractæ an. 1185. ut ex monumento infra in Veronensibus referendo. Anno vero 1180. testis legitur in Concordia inter Abbatem Mosacen. & Adelmotam de Divvino, ut ex documento supra in Aquilejen. p. 77. relato.)*

VII. („ ACARDUS *ann. 1263. 15. Decembris præsens fuit decreto cuidam Gregorij Patriarchæ Aquilejen.)*

VIII. 5 GUILLELMUS obiit anno 1343.

IX. 6 Fr. AMANTIUS Ordin. Minorum successit eodem anno 1343. 13. Kalen. Martii. Obiit eodem anno ex Reg. Vatic. epist. 90. fol. 171. ann. primi Clementis VI.

X. 7 STANISLAUS de Cracovia, Ordin. Præd. electus anno 1343. 11. Kal. Maii à Clemente VI. ex eodem Reg.

XI. 8 DEMETRIUS ex Archidiacono Jadrensi successit anno 1348. 7. Kal. Martii. Sedit an. 4. translatusque est ad Ecclesiam Nonensem anno 1353. ex eodem Reg.

XII. 9 NICOLAUS Cervicensis Episcopus huc translatus anno 1353. Kal. Aprilis: ut in eodem Reg.

XIII. („ LAURENTIUS *hanc Ecclesiam regebat an. 1374. quo die 25. Aprilis cum aliis Episcopis indulgentiam concessit Ecclesiam S. Georgii de Pirano certis diebus invisentibus, ut ex sequenti documento ex Francisci Zeni Justinopolitani Episcopi Schedis apud Clariss. ejus nepotem Apostolum Zenum existentibus deprompto colligitur.*

„ Universis S. Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint. Nos Ludovicus Maurocenus Justinopol. Marinus Æmoniensis, Nicolaus Polensis, Gilbertus Parentinensis, & etiam Laurentius Petenensis divina miseratione Episcopi salutem in Domino sempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum claritate illuminat, pia vota fidelium de sua clementissima majestate sperantium tunc præcipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum meritis, & precibus adjuvatur. Cupientes igitur ut Ecclesia S. Georgii de Pirano Diœcesis Justinopol congruis honoribus frequentetur, & à Christi fidelibus jugiter veneretur,

A „ omnibus vere pœnitentibus, & confessis ad dictam Ecclesiam in festo S. Georgii gloriosi m. præfati, nec non in singulis festivitatibus infrascriptis, videl. Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceves, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, & Corporis Christi, Inventionis, & Exaltationis S. Crucis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, & Assumptionis Virginis intemeratæ Mariæ, S. Michaelis, S. Joannis Baptistæ, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium aliorum Apostolorum, & Evangelistarum, ac quatuor Ecclesiæ Ss. Doctorum, dictæque Ecclesiæ dedicationis, Sanctorumque Stephani, Laurentii, Maximiliani, & Ubaldi, atque Christophori, ac Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Luciæ, Catharinæ, & Helenæ, & eorum singulorum Sanctorum, sub quorum vocabulo in eadem Ecclesia altaria sunt constructa, singulisque diebus Dominicis, qui causa devotionis, orationis, vel peregrina-
B tionis accesserunt, ac similiter in Sanctorum omnium solemnitate; nec non qui ad sustentationem ac ornationem Ecclesiæ prædictæ manus porrexerint adjutrices de omnipotentis Dei misericordia, beatæque Virginis Mariæ matris ejusdem, & BB. Petri, & Pauli ipsius Apostolorum, ac Ss. omnium meritis, & intercessione confisi, singuli nostrum XL. dies Indulgentiarum de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Ad hæc accedunt nostri præfati Episcopi Justinopol. ut diœcesani auctoritas, & consensus. In quorum testimonium sigilla nostra præsentibus sunt appensa.

„ Datum Pirani Diœces. Justinop. die 25. mensis Aprilis an. Domini 1374. Ind. XII.

„ *Anno vero 1377. die 12. mensis Aprilis Justinopoli consecravit in Cathedrali Altare B. Nazario erectum, ut loquitur sequens monumentum.*

„ Notum sit universis, & singulis præsentes literas inspecturis, quod de licentia Rev. in Christo
C Patris, & D. D. Ludovici Mauroceni Dei, & Apostol. Sedis gratia Episcopi Justinopol. ut Ordinarii Rever. in Christo Pater, & D. D. Laurentius eadem gratia Episc. Peten. adstantibus præfato D. Episcopo Justinopol. nec non & Ven. Patre & D. D. Angelo præfata gratia Episcopo Tergesten. ad honorem SS. Trinitatis, & gloriosi Episcopi, & Confess. B. Nazarii hujus urbis protectoris, & patroni, sub cujus vocabulo hoc altare est erectum, & totius Cœlestis curiæ, idem altare consecratum, & dedicatum fuit secundum morem Romanæ curiæ. In quo quidem altare positæ sunt reliquiæ infrascriptorum SS. videl. S. Nicolai Episc. & Confess. S. Lazari m. de Tergesto, S. Joannis Confes. & Innocentium, & aliquorum aliorum Martyrum de Tergesto. In quorum testimonium præsentes sigillo curiæ dicti D. Episc. Justinopol. munitæ fuerunt, & roboratæ. Actum in Ecclesia S. Mariæ Majoris Cathedr. Justinopol. die Dominico 12. mensis
D Aprilis anno Dom. 1377. Ind. XV.)

10 Fr. HENRICUS Bohemus, Ordinis S. Augustini, paulo ante Episcopus Tergestinus, ad hanc transiit Ecclesiam an. 1390. XIV.

11 ANDREAS Caprulanus Episcopus ad hanc sedem fuit translatus anno 1394. 14. Kal. Martij. Deinde Agenensis in Creta fuit Episcopus an. 1396. ubi decessit anno 1411. cui successit in Ecclesia Agenensi Paulus Baroccius nobilis Venetus, qui obiit anno 1418. ex lib. obligat. XV.

12 Fr. PAULUS de Nostero ex Ord. Minorum suffectus est an. 1396. XVI.

13 JOANNES decessit anno 1418. XVII

14 Fr. GREGORIUS de Carinthia, ex Ordine Eremitarum S. Augustini, à Martino V. ad eandem sedem promotus est an. 1418. 17. Kal. Martij. XVIII

15 Fr. PETRUS 1434. („ *Fr. Petrus de Venetiis* XIX.

(1) Fredebertus nomen erat Petenensis Episcopi, qui consecrationi Parentinæ Cathedralis interfuit diù post an. 931. forte 961. Consule Parentinorum seriem in Adamo.

A „ *tiis Petinen. Episcopus assumptus est, dum in* „ *conventu S. Dominici suæ patriæ Prioris onus sustineret, ab Eugenio IV. anno eeparatæ salutis* „ *1434. vixitque in ea dignitate annos plures. Hactenus Fontana in Theatro Domin. cui tamen ignotum, è qua gente Petrus prodierit. Nos è testamento Fr. Thomæ Thomasini Æmoniensis Episcopi, in quo Petrus statuitur Commissarius, & ex archivo prætorio curiæ Torcellanæ, in cujus actis ejusdem ut Gubernatoris Prioratus S. Salvatoris mentio ad an. 1435. habetur, è nobilissima Justiniana gente prognatum discimus.)*

XX 16 MARTINUS decessit 1487.

XXI 17 Fr. NICOLAUS Creucher electus 30. Januarij 1525. („ *ab ea dignitate citissime excidit.*)

XXII. („ JOANNES *Barbo, Rector Ecclesiæ parochialis S. Martini in Crenobitz Tergestinæ diœcesis electus reperitur per obitum Nicolai die 16. Aprilis 1526. Itu en schedis Consistorialibus, quarum ordinem secuti hanc modo seriem coordinavimus, expuncto Jacobo Keamberg, quem Vghellus electum dicit 1557.*

XXIII „ JOANNES *Zaccharias Jo. Petcovitz, Ragusinus, demortuo Jo. Barbo datus est successor die* „ *23. Maij* 1550. Lucentius.)

B 18 JACOBUS *a* Kramberga electus an. 1557. die 4. Febr.

a Hic in Actis non reperitur.

XXIV („ *Fr.* DANIEL *Barboli nobili genere procreatus, Ordinis Præd. Joanni Zaccbariæ morte sublato suffectus est 4. Junij* 1563. Lucentius.]

XXV. 19 GREGORIUS Concilio Provinciali Aquilejensi interfuit, sub Barbaro Patriarcha celebrato anno 1596. („ *Georgius Reitgeber defuncto Danieli subrogatus est, vir insignis, & sacræ Theologiæ doctor 27. Aprilis 1573. Huic gregi diutissime præfuit, interfuitque Aquilejensi Provinciali Concilio* 1596. Lucentius.)

XXVI 20 ANTONIUS Zara, Orphei, & Mariæ Barozziæ filius, Aquilejensis, ex Præposito Pisini hujus Ecclesię Antistes electus est à Clemente VIII. Ille ipse, qui ann. 1615. in lucem emisit eruditissimum opus, quod Anatomiam ingeniorum, & scientiarum inscripsit ad Ferdinandum Archiducem Austriæ, mox Romanorum Imperatorem, cujus Consiliarius fuit. Obiit 1625. C

XXVII 21 POMPEIUS Coroninus [„ *nobilis Labacensis, I. V. D. archiepiscopatus Salisburgensis visitator*) successit an. 1625. 21. Aprilis, indeq; translatus ad Ecclesiam Tergestinam anno 1631.

XXVIII. 22 GASPAR Bobech, diœcesis Labacensis, renunciatus hujus sedis Episcopus est 1631. 7. die mensis Aprilis. Obiit an. 1637.

XXIX 23 ANTONIUS Marentius („ *Tergestinus*) electus anno 1637 die 17. Augusti; translatus deinde ad Tergestinam Ecclesiam ann. 1646. 10. Sept.

XXX 24 FRANCISCUS Maximilianus Vaccari subrogatur Marentio ab Innocentio X. anno 1649. die 1. Martij. Vivit.

ADDITIO.

[„ *Franciscus Maximilianus Vaccari, presbyter Aquilejensis diœcesis, S. Theologię Magister, subrogatus est die 1. Martii 1649. & ipse ad Tergestinam translatus est.* D

XXXI. „ *Fr.* PAULUS *de Tauris, natus Cneolostadii diœcesis Zagabriensis, Ordinis Minorum strictioris observantiæ, S. Theologiæ Lector jubilatus, qui eam docuit. Viennæ Austriæ, bis Guardianus, ter Provincialis, Deffinitor, & Commissarius generalis fuit, hac infula dignatus est 13. Augusti 1663. summa in Deum pietatę, & Charitate exæstuans erga omnes præfuit usque ad annum 1668, quo extrema clausit.*

XXXII. „ *Fr.* PAULUS *Budimir, natus in urbe Cetina, Ord. S. Francisci strictioris Observantiæ, S. Theologiæ professor, & sui Ordinis Deffinitor generalis, Antistes electus die 1. Octobris 1668. Sæpius hic cum hæreticis colluctatus summa animi virtute Catholicæ fidei veritatem comprobavit; præclariores scientias inter suos Ascetas docuit,* A „ *visitator Provinciæ Minoris Poloniæ pro Religionis negotio plurimum laboravit. Clarus Pontificibus carus obiit 1670.*

XXXIII. „ ANDREAS *Daniel Baro de Raunoch, natus in diœcesi Aquilejensi sacerdos, & Canonicus Labacensis, hac sede potitus est 15. Decemb. 1670. sui desiderium fecit 1689.*

XXXIV. „ JOANNES *Marcus Rossettus, in Carniolæ finibus natus, S. Theologiæ, & J. U. D. Ecclesiæ Labacensis Decanus, & Canonicus, ad clavum hujus sedit Ecclesiæ 12. Decemb. 1689. quam prudenter sapienterque moderatus dereliquit letho captus an. 1692.*

XXXV. „ PETRUS *Antonius Gausius, Labacensis Ecclesiæ Archidiaconus, huic Ecclesiæ præfectus est die 9. Martii 1693. Condjutorem obtinuit cum spe futuræ successionis*

XXXVI. GEORGIUM *Xaverium Macotti, nobilem Polensem, S. Theologiæ magistrum, & Ecclesiæ Petenensis Canonicum die 22. Maji 1713. titulo Episcopali Duedanien. in partibus Infidelium decoratum, qui paulo post Petro Antonio successit.* B

POLENSES

EPISCOPI.

POLA postrema Italiæ civitas in Istria, elevato in colle sita, quæ ideo impugnaturis arduum iter, aditumque præbere videtur. Olim, ut testatur Plinius, Juliapietas appellata est. Ejusdemque meminerunt Ptolomæus, Strabo, Antoninus in Itinerariis, ac Recentiorum plerique illam affirmant Romanorum fuisse Coloniam. Nullus certe negat Polam antiquissimam esse, utpote quam Colchi ædificarunt, cum, impellente Æeta Rege Colchico, Argonautas Medeæ, & thesaurorum raptores persequerentur, ibique, elapsis prædonibus, substitisent, ubi Polam, hoc est, exulum urbem condiderunt. Et plane hanc ipsam antiquitatem videntur astruere plura ædificia, sepulchraque, cum amphiteatro ex quadratis lapidibus confecto, quæ tam intra, quam extra mœnia adhuc videre licet. Attila Barbarorum sævissimus Polam excidit, instauratam vero rursus diruit Andreas Theupolus Dux Venetiarum. Venetæ Reipublicæ hoc tempore veneratur Imperium quoad civilem statum, paretque in spiritualibus Patriarchæ Aquilejensi, cujus suffraganea est. Definitur angustioribus limitibus, cum vix ad quadringenta alat mortalium. Tempore S. Hermagoræ Evangelio illustrata fuit, qui eidem proprium attribuit pastorem. Joannes Petrus Ferrettus in suis historiis manuscriptis narrat Polæ Antistitem olim Ravennati Archiepiscopo fuisse subjectum, tametsi ab immemorabili Patriarchæ Aquilejensi suffragatus dicatur. Ejus civitatis ampla diœcesis partim Austriæ, partim Venetorum ditionem attingit; & Veneta quidem ditio à bellorum, atque hæresum calamitatibus immunis permanet; altera vero pars propter Turcarum immanitatem in angustiis sæpius versatur. Ad triginta Castella complectitur, præter alias villas, quarum septem cum suis Canonicis collegiatas habent ecclesias. Cathedralis Deiparæ Virgini consecrata est, quæ duabus dignitatibus fulget.

Ar-

Archidiaconatu scilicet, & Scholasticatu, ut vocant, quibus præter alios presbyteros, & clericos, novem Canonicos adjunxere. Reliquiarum Sanctorum prædives est, quæ in peculiari altare honorifice asservantur, nempe Ss. Floris, Demetrii, Hermagoræ, Fortunati, Theodori, Georgii, Basilii, & Salomonis Regis Ungariæ. Episcopale Palatium satis capax est, propeque Cathedralem exurgit. Civitas unam tantum ecclesiam parochialem habet, animarumque cura per duos Canonicos, aliosque interdum Clericos exercetur. Ex ritu Greco in una peculiari Ecclesia triginta Greci divinum pensum persolvunt. Tria Religiosorum cœnobia in civitate ipsa spectantur: unicum vero Monialium ex Ordine S. Benedicti. Xenodochium ibi est, sive ad ægrotantium, sive egenorum sublevandam pauperiem. Nec desunt plures laicorum sodalitates, quæ tametsi exigui populi, flagrans in Deum studium abunde demonstrent. Episcopi illius, quos expiscari potuimus, sunt qui sequuntur.

A D D I T I O.

(„ *Pola amplissima olim urbs, nunc angustiori definita limite, senceatos circiter alit mortales. Ejus Cathedrale templum antiquitate venerandum Deiparæ Virgini, & D. Thomæ Apostolo consecratur, duabusque fulget dignitatibus, & 12. Canonicis, aliisque presbyteris, & Clericis: ibique animarum cura exercetur per unum ex Canonicis. Habent Græci in hac civitate Ecclesiam, in qua ritu suo sacra ministrant duo, vel tres Calogeri. Decoratur autem urbs duobus Regularium cœnobiis, Fratrum Augustinianorum altero, & altero Conventualium S. Francisci, & unico Monialium septo. Xenodochium adest, & laicorum nonnulla sodalitia: at Seminarium, Mons Pietatis, & præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria hactenus desiderantur. Diœcesis late patet; ejus præcipua loca sunt,* Fasana, Galisano, *ubi æstate solet Episcopus commorari;* Sisano, Dignano, *cujus incolæ* 3000. *numerum excedunt,* Albona, Fianova, Barbana, *præter* Fiume, *& alia in dominio Austriacorum. Mensæ Episcopalis census est* 1500. *ducatorum ejus monetæ; & in libris Cameræ tanam habet flor.* 150.)

I. „ ANTONIUS *primus est Polensium Episcopus, cujus ad nos pervenerit memoria. Ad illum scribit Theodoricus Rex apud* Cassiodorum *lib.* 4. *epist.* 44.

II. „ VENERIUS, *seu Veneriosus Polensis Episcopus Romanis Conciliis interfuit sub Symmacho Papa an.* 501. *&* 502. *Vide Harduini* Conciliorum *Collect. to.* 2. *Post quem esset enumerandus* ISAACIUS, *qui ut dicitur, anno* 546. *subscripsit donationi cuidam Maximiani Ravennatis Archiepiscopi, si monumento fides habenda foret, ut dicemus infra in Tergestinis.*

III. „ HADRIANUS *Episcopus S. Ecclesiæ Polen. subscribitur in Synodo ab Helia Patriarcha Aquilejen. celebrata an.* 579. *ut supra in Aquilejensibus vidimus pag.* 29.)

IV. „ 1 MAXIMUS (1) Episcopus Polæ, sive Juliæ 590. apud Baronium.

V. („ POTENTIUS, *seu Potentinus numeratur inter Patres Concilii Lateranensis an.* 649. *ubi Episcopus Sanctæ* Potentis (*pro* Polensis, *ut etiam notat ibi Harduinus*) *Ecclesiæ dicitur.*)

VI. 2 CYRIACUS anno 680. *a* Concilio interfuit sub Agathone Pontifice.

a 699.

VII. 3 PETRUS *b* Episcopus Polæ anno 724. Hic post excessum Donati Patriarchæ Gradensis, hanc sedem invasit, indeque à Romano Pontifice fuit deturbatus, spoliatusque honore. Reperi tamen Romanum postea Pontificem Petrum eidem Ecclesiæ restituisse, ut Istriæ populo id ipsum postulanti morigeraretur. Sig. lib. 3. de Regno Italiæ.

b De quo vide in Gradensibus.

(„ FORTUNATUS *Gradensis Patriarcha, cum à sede sua exularet, hanc Ecclesiam suscepit administrandam an.* 806. *à Leone Pontifice, Carolo Magno petente, ut adnotavit Pagius ad hunc annum.*) VIII.

4 VV. Episcopus Polensis (2) temporibus Ludovici Regis. Sic ad calcem Chronici Casinensis Leonis Ostiensis M.S. Bibliothecæ ejusdem Monasterii. *Ecclesia S. Mariæ in diœcesi Polæ in Marchia Istriæ, quam construxit Rex Ludovicus, & dedit Ecclesiæ Casinensi, quam modo possidet Vv. Episcopus Polæ, pro hoc scribendum est Patriarchæ Aquilejensi, cui præfuit quondam Abbas Joannes natione Longobardus civis Mantuanus Monachus Casinensis. Hæc ibi &c.* IX.

(„ JOANNES *an.* 933. *subscripsit tabulis pacis initæ inter Rempublicam Venetam, & Wintcherium Istriæ comitem, quas supra in Æmonien. retulimus.*) X.

5 GERBOLDUS Episcopus Polensis subscripsit literis Joannis XIII. Papæ contra Herolphum Salzburgen. Archiepiscop datis ann. 967. („ Gerboldus Polonensis *dicitur in Conc. Ravennat. an.* 967. Gaspaldus *vero in monumento consecrationis Cathedralis Parentinæ.*] XI.

(„ BERTALDUS *hujus urbis Episcopus erat ann.* 998. *quo Petrum Urseolum Venetorum Ducem ad Dalmaticum bellum proficiscentem, cum Polam applicuisset, lætanter excepit, ut narrat Dandulus in Annal. l.* 9. *c.* 1.) XII.

6 JOANNES anno 1031. testis in donatione Popponis Patriarchæ Aquilejensis. XIII.

7 ADAMANS defunctus est circa annum Domini 1075. XIV.

8 HELLENARDUS Episcopus Polensis vixit anno 1118. cujus monitu, ac gratia Sigefredus & Heliza conjuges bona sua donarunt, ac perpetuo possidendam tradiderunt Abbati, & Monachis Monasterij S. Michaelis Archangeli, ac S. Clementis Martyris siti in monte ante Polensem civitatem, addita conditione, ut quolibet anno pro remedio animarum suarum, parentumque eorum, Canonicis S. Mauri Parentinæ civitatis panes sexaginta, & ansoram vini libere, ac libenter tribuerent. Facta fuit hæc donatio eodem anno 1118. in civitate Parentina, cujus tenor ex authentico copiali, quod extat in libro instrumentorum Ecclesię Parentin. est hujusmodi.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXVIII. (3) *nutu Dei æterni, regnante D. Henrico anno autem* 10. *regni ejus Indict.* x. *in civitate Parentina. Quoniam pietate divina ministrante, opus est unicuique Deum timere, & in hoc seculo viventi perpendere & disponere ea, quæ sunt animæ utilia, ac fine carentia, ut dum expoliata fuerit corpore non a maiorum obtenebretur caligine, sed sanctorum societur ordine. Nos igitur Sigifredus, & Heliza Parentinæ urbis compatriotę, & concives nobiles videntes promissa hujusmodi in filiis, & filiabus nostris omnino deficere, & adversa acrius, & fortius insistere, maluimus Christo Domino, & fidelibus suis corde, & corpore adhærere, eosque præ omnibus hæredes perpetualiter habere, quam hanc caducam vitam & prædia per Ecclesias Dei ac Monasteria urgente mentium & corporum sanitate, ita prœordinare & distribuere seriatim studuerimus, quatenus memoriale nostrum in libro vitæ æternæ dignum mereatur haberi, & crimina nostra orationibus sanctorum per omnia possint deleri. Quapropter tempore domini ac venerabilis Hellenardi Polensis Episcopi, cujus consilio & ammonitione ipso annuente, & bona nostra dispensare, & distribuere curavimus, ego prænominatus Sigifredus & conjux mea Heliza à die præsenti insimul sana men-*

(1) Maximus Episcopus Polæ refertur an. 590. qui & Juliæ, cum hæc Polensis civitas Julia Pietas etiam dicta fuerit. Ita ex Ughello, qui & Baronium adducit, apud quem tamen eo anno de Maximo nullam mentionem invenimus. *Lucentius.*

(2) *Hic* Polensis Episcopus longe post Ludovici tempora vixisse ex verbis Casinensis Chronici ab Ughello relatis aperte colligitur. Illum puto Vvarnerium esse, de quo mox dicemus, si revera textus ab Ughello allatus non sit Leonis Ostiensis, sed ad ejusdem codicis calcem appositum, ut videtur, monumentum.

(3) Si revera hæc charta confecta fuit anno Christi 1118. scribendum anno regni Henrici XII. Indictione XI. Si autem rogata anno regni Henrici decimo, id accidit anno Christi 1115. Indictione VIII. Si denique Indictione X. id evenisse oportuit anno Christi 1117. regni vero Henrici XII.

mente damus, tradimus, donamus, offerimus monasterio in honore S. Michaelis Archangeli, & S. Clementis martyris ordinato, ac sito in monte ante civitatem Polensem, & Abbati ejusdem monasterij... atque cæteris Monachis illic servientibus, videlicet ecclesiam ædificatam infra civitatem Parentinam, & in honorem S. Petri Apostoli consecratam cum omni censu, & redditu ad eandem pertinenti. Insuper & prædium idem allodium nostrum, quod vocatur Mons petrosus cum toto suo confinio, qui jungitur ab uno latere juxta terras, quæ sunt ecclesiæ de civitate Polæ, aliud vero latus est situs secus terram S. Mauri Martyris de Parentina urbe. Tertium vero latus descendit juxta terram communem, quæ ....e publico. Quartum videlicet latus continetur prope terram, quæ nominatur Allodium de Cavarudo, hoc scilicet per dictum Allodium, & hanc supradictam ecclesiam cum propria domo nostra, quæ sita est secus ecclesiam S. Cassiani Martyris una cum tota curia, & cum omnibus mansionibus in circuitu curiæ, & consistentibus, nobisque pertinentibus cum introitu & exitu suo in Parentina urbe damus, tradimus, donamus, atque offerimus prædicto monasterio S. Michaelis, & prænominato Abbati, & fratribus ad servitium Dei ibi degentibus tali conditione, ut quamdiu vixerimus, in eadem domo nostra manere, & habitare licentiam habeamus; post vero nostrum obitum ad præfatum monasterium, ut diximus, proprietate revertatur, & annualiter per eandem domum Abbas monasterij, & fratres persolvant ecclesiæ S. Mauri Parentinæ civitatis denarios Venetiales monetæ octo. Super hæc autem præordinamus, ut ipse Abbas ejusdem monasterij cum fratribus suis, qui pro tempore fuerint per unumquemque annum pro animabus nostris, nostrorumque parentum commemoratione charitatis causa, tribuant Canonicis ecclesiæ S. Mauri in Parentina urbe sitæ servientibus, servitium unum videlicet panes sexaginta, & quatuor .... & amphoram vini, & hæc detur statuto termino in festivitate omnium sanctorum. Illam igitur præscriptam Ecclesiam cum omni redditu ad eandem pertinenti, & prædictam domum nostram cum tota curia, & omnibus adiacentibus mansionibus nobis pertinentibus in Parentina urbe, & allodium nostrum præsignatum cum arboribus, pomis, silvis, pratis, aquis, pascuis, collibus, & cum toto supra definito confinio suo, cultum, & incultum à præsenti die damus, tradimus, donamus, & offerimus nos Sigifridus, & Helza conjugales sæpedicto monasterio, & Abbati, ac fratribus, omnibusque eorum successoribus ut habeant, teneant, possideant, & ad utilitatem monasterij exerceant omni contradictione remota, pro nostrarum animarum redemptione, & nostrorum parentum assidua commemoratione, quatenus intercessione fidelium illic Deo servientium in æterna vitæ centuplicatione à Deo, & ab Archangelo ejus percipere mereamur præmium. Quod si aliquo in tempore, seu in vita nostra, vel post obitum nostrum, diabolo instigante, aliquis propinquorum nostrorum, aut extraneorum, vel aliqua parva, magnave persona hominum, contra hanc nostræ donationis, & traditionis chartulam, ire tentaverit, vel hanc infringere voluerit, aut per aliquod ingenium, seu quocumque modo molestare, placitare, aut inferre præsumpserit, ante omne litis initium componat, & persolvat sæpedicto monasterio, Abbati, & fratribus, vel eorum successoribus, auri obrizi lib. decem: & hæc chartula nostræ donationis, & traditionis post solutam pœnam in sua permaneat firmitate.

Signum manuum D. Sigifredi, & uxoris suæ Helizæ hanc chartulam scribere rogav.

Hengildei testis.
Signum manus Tueingi testis.
Signum manus Joannis Judicis testis.
Signum manus Andeeæ testis.
Signum manus Alartini Gamoleci testis.
Signum manus Laurentij de Marcio testis.
Signum manus Andreæ de Camparasto testis.

Et ego Cadul Parentinæ urbis tabellio rogatus à præsent. donatoribus scilicet Sigifredo, & Heliza scrip. & complevi, atq; manu propria confirmavi.

(„ ANFREDUS *Polensis Episcopus interfuit anno 1149. concessioni diplomatis Conradi Imperatoris Ecclesiæ Mosac. quod in Aquilej. retulimus.* XV.

(„ WARNERIUS *anno 1150. Dominico Mauroceno Venetiarum Duci fidelitatis præstitit juramentum, ut ex sequenti habetur documento ex Trivisaneo Codice desumpto.* XVI.

„ Nos quidem Andreas Delopósito &c. (*Hic omissa sunt in Codice nomina aliorum 14. civium Polæ*] cum Consilio Episcopi nostri, omniumque nostrorum civium majorum, ac minorum in persona Dominici Mauroceni filii Ducis, & M. Gradonici Capitanei Stoli Venet. & multorum Sapientum Venetorum in ipso stolo, juravimus fidelitatem D. Dominico Mauroceno inclyto Duci Venet. ejusque successoribus in perpetuum, & jurantes juravimus, & stabilientes stabilivimus, quod omnes nostros homines à duodecimo anno in antea eandem fidelitatem præfato D. nostro Duci facere compellemus, & omnibus successoribus ejus in perpetuum, nos omnes sicut intenti fuerimus, simili modo fidelitatem facere debemus, & omnes Venetici salvi & securi, & sine omni datione in omnibus nostris districtibus in mari, & in terra esse debent. Et à prima Nativitate Domini, quam expectamus in antea per unumquemque annum duo milliaria de oleo, idest in opere S. Marci, & aliter eluminariam persolvere debemus, & si à Medolino usque Ruignum aliquem latronem in mari senserimus, eum si possumus capere, debemus, & cum tota navi D. nostro Duci mandare debemus; & si Venetia aliquem stolum fecerit, à xv. galleis & supra, unam galleam cum ligno Venet. facere debemus, si nobis imperatum fuerit: & si Venetia fecesit hostem usque Jadram, vel usque Anconam, nos, sicut una civitas ejus fecerit, facere debemus. Hæc omnia suprascripta usque in perpetuum adimplere promittimus.

„ Ego quidem Warnerius Episcopus Polæ juro supra S. Dei quatuor Evangelia, quod amodo in antea consilium, & auxilium dare debeam D. Dominico Mauroceno inclyto Duci Venet. ac ejus successoribus sine fraude, & malo ingenio, ut omnia ista compleantur & à civibus Polæ.

„ Istæ sunt Villæ quæ juraverunt retinere honorem B. Marci Apostoli, & Evangelistæ, & obedire D. Duci Venet. in primis.

Medolinum	Sisanum
Popinianum	Normanum
Lisinianum	Barbolanum
Quenianum	Tortilanum
Orines	Azanum
Cipicliriones	Lartianum
Areanum	Uceiranum
Pomarium	

„ Ego Vivianus scriptor & Notar. authenticum istud cum tribus sigillis ceræ sigillatum & uno sigillo de plumbo posito per præmemoratum Ducem vidi, & exemplavi &c.

„ *Non præfertur in documento tempus, quo conscriptum fuisse appareat. Sed cum Dandulus Polæ receptionem in annum tertium Dominici Mauroceni Ducis referat, qui ad thronum subvectus est an. Christi 1148. oportet illud ann. 1150. fuisse confectum.*)

9 PHILIPPUS hujus Ecclesiæ Episcopus fuit 1177. m. Septembris. Interfuit Venetiis, cum inter Alexandrum III. ac Fridericum Cæsarem pacis fœdus percuteretur. XVII.

(„ PETRUS *ann. 1180. testis subscribitur transactionis instrumento, quo diuturnæ lites inter Patriarchas Aquilejensem, & Gradensem fuerunt compositæ, ut videre est in Gradensibus.*) XVIII

(„ PRODRANUS *una cum Olderico Æmoniensi Episcopo Judex in quadam controversia Parentii fuisse legitur in scripturis Episcopatus Paren-*

" tius, ut testatur Thomasinus in Commentariis Histriæ mss.)

XX. 10 I. Episcopus Polensis anno 1218. extat epist. in Reg. Vat. f. 63. n. 302. lib. 2. Honorii III. ad Episcopum Feltrensem, & Bellunensem, ut sententiam, quam tulerat bonæ memoriæ Concordiensis electus contra Episcopum Polensem, Ecclesiæ suæ bonorum dilapidatorem, observari faciat. Datum 3. Kal.

Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Venerab. fratri Feltren. & Bellun. Episcopo, &c. Gualfridus Presb. & Bertoldus laicus procuratores majoris, & sanioris partis Ecclesiæ civitatis Polensis sua nobis insinuatione monstrarunt, quod cum I. dudum venerab. fratrem nostrum Polen. Episcopum coram bo. me. Aquil. Patriarcha Metropolitano suo super excommunicationis nota, simoniæ vitio, & aliis criminibus accusassent, & idem Patriarcha in ipsum Episcopum veritate cognita, suspensionis sententiam non ex delegatione Apostolica exigente justitia protulisset: dictus Episcopus Apostolicam sedem frustatorie provocans ad Jordanem Priorem S. Benedicti de Pado, Apostol. litteras super ipso negotio impetravit, qui eo quod procuratores memorati tempestate maris, quod transire debebant, & asperitate temporis impediti, ad diem præfixum ejus se præsentare conspectui nequiverunt, præfatam infirmavit sententiam juris ordine prætermisso; propter quod procuratores ipsi nostram audientiam appellantes, super hoc ad bonæ mem. quondam Concordiensem electum nostras litteras reportarunt, qui demum attestationibus, allegationibus, & rationibus utriusque partis plenius intellectis, quoniam dictum Episcopum legitime accusatum simoniacum, perjurum, & dilapidatorem invenit, & sibi de impedimento procuratorum ipsorum superius annotato constitit evidenter, in pristinam suspensionis sententiam reduci eundem, venerabiles iidem procuratores nobis humiliter supplicarunt, ut eum dictus Episcopus suspensionis sit sententia innodatus, pro eo quod super objectis sibi criminibus culpabilis est inventus, eandem sententiam confirmare paterna sollicitudine dignaremur. Quia vero super præmissis omnibus, Episcopi parte absente, nobis fieri non potuit plena fides: fraternitati tuæ per Apostolica scripta præcipientes mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, faciens auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari, super principali negotio audias, quæ proposita fuerint hinc inde, & causam sufficienter instructam ad nostrum tribunalis examen, præfigens partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui repræsentent, justam, auctore Domino, sententiam recepturi.

Datum Laterani 3. Kal. Martii. Pontif. nostri anno 3.

Anno vero 1221. idem Honorius III. Patriarchæ Aquil. scripsit, ut I. Polensem Episcopum compellat ad cedendum, cum prius ipsemet Apostolicam sedem postulasset suam admitti cessionem, inde renuit: Extat epist. 19. fol. 157. Datum 4. id. Septemb. an. 6. En epistola.

Honorius, &c.

Venerab. fratri Patriarchæ Aquil. salutem, &c. Dilecti filii Archidiaconus, & Capitulum Polense transmissa nobis petitione monstrarunt, quod cum venerabilis frater noster I. Polensis Episcopus propter diversas causas, quas nobis per suas litteras intimavit petiisset cum instantia cessionem, nos tandem ejus devicti precibus, venerab. fratri nostro Episcopo & Archidiac. Absarensi nostris dedimus litteris in mandatis, & vice nostra cessionem recipientes ipsius, Capitulo Polensi mandarent, ut sibi de persona idonea per electionem canonicam in Episcopum providerent. Sed nunc prædictus Polensis Episcopus

A *monitus ab eisdem, cedere prætermittitur, prout iidem suis nobis litteris insinuarunt. Cum itaque prædictus Polensis Episcopus in postulatione cessionis hujusmodi, aut Ecclesiæ commodum, cui præest, aut salutem videatur propterea attendisse, nos neutrum eorum volentes levitate qualibet præpediri, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, eum ad cedendum juxta statuta Concilii generalis auctoritate nostra, cessante appellatione, compellas; mandans Capitulo Polensis Ecclesiæ, ut sibi per electionem canonicam de persona idonea, quæ tanto congruat oneri, & honori, provideant in Episcopum, & pastorem.*

Dat. Lat. 4. Id. Sept. anno 6.

(" HENRICUS *Episcopus Polensis fuit anno* XXI.
" *1228. testis in privilegio, quo Patriarcha Aquilejen. Bertholdus rusticos Mosacenses à solutione mutæ in Clusa absolvit. Extat documentum in Archivio Mosacensis Abbatiæ manu Andreæ Notarii exaratum. Et fortasse hic ille Episcopus Polæ, qui*
B " *an. 1232. mense Martio subscribitur testis privilegio Friderici II. Imperatoris ad favorem S. Nicolai in littore Venetiarum per literam tantum initialem E... Et Polensis item Episcopus eodem anno, & mense testis est juramento fidelitatis præstito eidem Friderico ab Abbate S. Mariæ de Pratalea ex Bullario Casinen. to. 2. Constitut. 252. & 253. idem Henricus an. 1228. testis fuit sententiæ, qua Girardo Æmoniensi Episcopo S. Elisei Ecclesia adjudicata fuit à Bertholdo Aquilejensi Patriarcha, ex documento in Æmoniensibus relato.*)

11 VV. (1) Archidiaconus Polensis, & capellanus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, à Capitulo electus anno 1237. Gregorius IX. cassata hujusmodi electione, haud rite celebrata, eundem de plenitudine potestatis assumpsit in Episcopum: Kal. Februarii anno 1238. Pontif. 11. ex Reg. Vat. epist. 370. fol. 355. XXII

12 N. cujus nomen non exprimitur in literis Innocentii 4. ad eum scriptis anno 1251. quæ extant in XXIII
C Vat. Reg. his conceptis verbis.

Episcopo Polensi.

Lecta coram nobis petitio continebat, quod cum Galvanus Potestas, & Consilium Polen. Petrum de Elva servientem, & Rainaldum notarium tuos nequiter capientes, & quibusdam scriptis ejus spoliantes, eundem ipsum carceri mancipassent: tu in prædictos Potestatem, & Consilium quia moniti diligenter, dictos servientem, & notarium libertati restituere contumaciter denegarunt, excommunicationis sententiam, cum hoc esset ita notorium, quod nulla poterat tergiversatione celari, exigente justitia, promulgasti, ac civitatem Polen. eorum excrescente contumacia supposuisti Ecclesiastico interdicto, clericos civitatis ipsius, qui divina inibi interdicto durante hujusmodi celebrarent, beneficiis suis privares. Verum quia nonnulli clericorum ipsorum hujusmodi interdicto, & sententiis vilipensis in suum, & Ecclesiasticæ disciplinæ contemptum divina inibi celebrarunt.
D *Nos volentes eorum præsumptionem temerariam ultione debita castigare, tuis precibus inclinati, conferendi eorum beneficia personis idoneis, ac compellendi contradictores per censuras Ecclesiasticas, liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem. Dat. Mediol. 15. Kal. Aug. an. 9.*

13 MATTHÆUS obiit 1302. ex Reg. Vat. ep. 27. f. 154. an. 8. Bonifacii 8. (" *Vivebat anno 1297. quo die ult. Octobris indulgentiam concessit invisentibus reliquias, quæ in sacrario Ecclesiæ S. Antonii Patavii servantur, ut testatur Polidorus in memoriis religiosis dictæ Ecclesiæ cap. 48.*) XXIV

14 Fr. ODDO de Sala Pisanus ex Ordine Prædicatorum, paulo ante Terralbensis Episcopus in Sardinia, ad hanc Ecclesiam fuit translatus 1302. 7. Id. Febr. Hujus meminit Seraphinus Razzius in lib. de Vit. Illustr. Ordinis S. Dominici. Hic idem XXV

Oddo

(1) Villelmum hunc Polensem illum Episcopum reor, cujus memoria habetur in sententia, quam anno 1246. edidit Bertholdus Patriarcha Aquilejensis super controversiis inter Episcopum, & Communitatem Parentinum vertentes, prout ex Archivi Parentani documentis nos edocet sæpe laudatus Thomasinus in Histriæ commentariis Ms.



Oddo transiit postea ad Arborensem Archiepiscopatum, annoque 1313. *a* Archiepiscopus Pisanus evasit. De quo ibi.

a An. 1312.

XXVI 15 ODDO, Archiepiscopus Arborensis ad Polensem Ecclesiam translatus in locum alterius Oddonis, ad Arborensem, quam ipse dimiserat, translati anno 1308. 3. Kal. Aprilis. Reg. Vatic. Ep. 309. f. 58. anno 3.

XXVII. 16 Fr. GUIDO *b* (,, *Forosempronienfis, Ordinis* ,, *Camaldulensis*) electus fuit an. 1329. Solitum subsidium sacro pollicetur Collegio die 12. mensis Martii, ex lib. Oblig. Translatus fuit ad Ecclesiam Concordiensem an. 1331. apud Reg. Vatic.

b Hunc ex Ord. Præd. dicit Fontana in Theatro p. 463.

XXVIII. 17 SERGIUS ad hanc eandem sedem promotus est 1331. Avenione decessit an. 1342. ex Reg. Vatic.

XXIX 18 Fr. GRATIAS, ex Ordine Minorum, eandem sedem est assecutus 1342. 2. Kal. Junii, cum antea Dulcinensem Ecclesiam tenuisset, ex Regest. Vatic. Epist. 6. fol. 120. anno 1. Clementis VI. Obiit anno 1349.

XXX 19 LEONARDUS ex Plebano S. Geminiani de Venetiis, electus ann. 1349. Non. Novembris Regest. Vatic. Ep. 45. fol. 42. anno 7. Translatus inde ad Clugiensem Ecclesiam anno 1353.

XXXI 20 BENEDICTUS Episcopus Clugiensis, huc translatus anno 1353. 1. *c* Kalend. Februarii, ex Regest. Vatican. Epist. 75. fol. 24.

c 13. Kal. Febr.

XXXII. ,, NICOLAUS *Polensis Episcopus cum nonnullis* ,, *aliis Histriæ Præsulibus Indulgentiam concessit* ,, *anno 1374. Ecclesiam S. Georgii de Pirano statis* ,, *diebus visitantibus, ut ex documento, quod supra* ,, *in Petinensibus retulimus.*)

XXXIII 21 GUIDO (1) Memmus, nobilis Venetus, electus fuit anno 1353. Qui an. 1409 *d*. evasit Veronensis Episcopus.

d die 29. Decemb.

22 BARTHOLOMÆUS de Recoveratis, ex Primicerio S. Marci, in hunc Episcopatum Guidoni successit 1409. (2) die 29. mensis Decemb.

XXXIV. 23 BLASIUS de Molino, nobilis Venetus, ab Alexandro V. ad hanc eandem sedem assumptus est an. 1410. *e* die 3. mensis Maii. Translatus deinde est ad Jaderensem Archiepiscopatum anno 1420 ac demum evasit Patriarcha Gradensis, ut infra dicemus.

e Die 19. Februarii dispensatus super ætate, & Ordinibus ex Actis Consistor.

XXXV. 24 THOMAS [,, *Thomasinus, Venetus, Ord.* ,, *Prædicator.*) Episcopus Æmonensis ad hunc Polæ Episcopatum translatus fuit anno 1420. 3. *f* Kal. Martii. Quam sedem postea cum Urbinate commutavit 1424. *g*

f 4. Nonas Martii.

g 1423. 3. Kal. Oct. ex Actis.

XXXVI. 25 FRANCISCUS de Franciscis, ex Methonensi Episcopo, Polæ Præsul effectus est anno 1424. *h* 8. Kalend. Octob.

h 1423. ex Actis.

XXXVII. 26 DOMINICUS, alias Dondeus de Lucteriis, hujus sedis creatus Antistes est 1426. 4. Idus Aprilis. Præfuit anno 25. Decessitque 1451. (,, *In Actis Italia Sacra Tom. V.* ,, *Consistor. vocatur Dominicus de Eusebiis hujus* ,, *Ecclesiæ Canonicus & Decret. Doctor electus 6. I-* ,, *dus Aprilis*)

27 MOYSES de Buffarellis hujus sedis Antistes 1451. die 26. mensis Maii. Ad Bellunensem Episcopatum fuit translatus an. 1465. die 13. mensis Junii. XXXVIII

28 MICHAEL decessit 1497. XXXIX.



29 ALTOBELLUM Averoldum *i* Brixiensem, nobilissimæ, ac vetustissimæ gentis natum, Juris utriusque eximie doctum ad hanc Polę evexerunt sedem 1497. die 8. m. Novem. Hic nomine sanctæ sedis trepidis obitis legationibus maxime inclaruit, profectusque ad Venetos est sub Leone X. expediturus de maximis rebus negotia. *K* Sub Clemente VII. prolegatus Bononiæ. E vivis excessit an. 1532. mense Decemb. Scripsit de bono Episcoporum regimine lib. 10. Commen. Vitæ Christianæ. Hujus laudes brevi elogio complexus est Octavius de Rubeis Brixianus in lib. Elog. Virorum Illustr. Brixianorum. Cujus etiam gentis nuper vixit Aurelius Episcopus Castellanetensis. XL.

i Hujus meminit Cozzandus in Bibl. Brix. par. 1. *Manusc.*

k Concil. Lateran. interfuit 1512.

30 JO. BAPTISTA *l* Vergerius, Justinopolitanus, Altobello successit 1532. Hic à Catholicis ad Genevenses defecit hæreticos, cautusque est cum fratre Petro Paulo Justinopolitano, Præsule item hæretico, Episcopatus honore 1548. eoque seductus errore miserabiliter disperiit. Hic etiam alterum fratrem habuit Aurelium Vergerium Clementis VII. Pont. Max. à secretis, virum doctrina eximium, & pietate clarissimum, in ipso honorum cursu præmortuum in Ecclesia S. Mariæ supra Minerva Romæ tumulatum, & hocce Epitaphio à Fratribus exornatum. XLI.

l De quo videndus Mutius in Epist. Catholicis. l. 1. *Manusc.*

Aurelio Vergerio Justinopolitano
Clementis VII. Pont. Max.
à secretis acerba morte intercepto
dum id munus
cum summa omnium admiratione obiret.
Joannes Baptista Episcopus Polæ,
& Petrus Paulus Vergerius
I. C.
Fratri B. M. posuere.
Qui vixit XLI.
Hic pro tempore quiescit à suis laboribus
pro me susceptis.
Ave frater dulcissime.
At paulo post hæc cara ossa ego in patriam
ego ipse deferam in eo
in fine se sepulchrum manet dignatus
virtute, & pietate mea erga te
incomparabili.

31 ANTONIUS Elius, Justinopolitanus, suffectus est 1548. Deinde evasit ad Patriarchatum Hierosolymitanum: anno 1572. translatus est ad Ecclesiam Justinopolitanam. Hunc Hiero- XLII.

X 2 ny-

(1) Vincentius, & non Guido appellatur in libro *Pilosus* Archivii Venetiarum, recensetunque inter illos, qui an. 1405. die ultima Julii nominati fuerunt in Senatu ad Episcopatum Veronensem. Cæterum dum hic dicitur electus Polensis an. 1353. typographicum mendum irrepsisse certum est, tum quia Nicolaus, ut diximus, anno 1374. hanc sedem occupabat: tum quia cum Memmus ad Veronensem infulam translatus fuerit an. 1409. qua decoratus vitam produxit ad an. 1438. ac proinde vixisset Episcopum 85 an. quod videtur incredibile. Puto igitur pro 1353. reponendum 1383.

(2) Bartholomæus de Recoveratis erat adhuc Ecclesiæ *D* Marci Primicerius an. 1411. mense Aprili, quo ad infulam Justinopolitanam fuerat evocatus, ut diximus in Justinopolitanis, & infra in serie Primiceriorum S. Marci dicemus. Fallitur ergo hic Ughellius, qui illum sacra Polensi thiara redimitum affirmat anno 1409. quam utique, si eidem collata fuit, oportet tenuisse. Imo in Actis consistorialibus die 19 Februarii an. 1410. ad hanc sedem assumptus dicitur Blasius de Molino vacantem per translationem Guidonis ad Veronensem. Nullum propterea sibi vindicat in hac serie locum Bartholomæus.



nymus Mutius Justinopolitanus, post gratulationem affecutæ patriæ sedis, adhortatur per litteras, ut disseminatam ab iniquo antecessore hæresim radicitus extirpare conaretur.

XLIII 32 MATTHÆUS decessit 1583.

XLIV 33 CLAUDIUS Sozomenus Cyprius, fuit adlectus 1583. die 7. mensis Februarii. Eo munere se abdicavit 1605.

XLV. 34 CORNELIUS Sozomenus ad hanc eandem sedem pervenit an. 1605. die 31. mensis Augusti. (" *Nicosiæ regni Cypri hic procreatus, juris universi lauream adeptus ibidem Vicarii munus per plures annos egregie functus est: hanc vero Ecclesiam non minus laudabiliter annos 13. cum rexisset, morte interveniente sui desiderium fecit.* Lucentius.)

XLVI (" UBERTUS *Testa presbyter Venetiarum, J. U. D. Cornelio successor datus est 26. Martii 1618. Mortalitatem explevit 1623.*

XLVII " INNOCENTIUS *Serpa, Canonicus Regularis Lateranensis, post varias præfecturas, pluraque munera in suo ordine expedita ad hunc gradum ascendit 12. Febr. 1624. sed cito descendit inde præpropera irruente morte.* Lucentius.)

XLVIII. 35 RODULPHUS Sfortia *a* Patavinus, filius Joannis Antonii, Jurisconsultus, juvenisque magnæ expectationis, Romæ aliquandiu egit sub auspiciis Cardinalium Bellarmini, & Cobellutii; profectusque deinde est pro Auditore in Galliam cum Octavio Corsino illius Regni Nuncio Pontificio. Inde Romam reversus, Episcopus Polæ effectus est ab Urbano VIII. Pontifice, inauguratusque *b*. cum obtenti Episcopatus possessionem iniisset, suamque diœcesim perlustraret, Albonæ decessit an. 1626. 6. Kal. Septembris. Sepultusque est in sua Cathedrali cum hoc epitaphio.

a De quo Thomasinus in Elogiis par. 1. p. 147. Mandos.

b Die 13. Martii 1625.

Rodulpho Sfortiæ Patavino Jurisprudentiæ solertissimo amatori omnibus ingenii artibus instructo sanctissimis moribus, & doctibus exornato Episcopo Polæ consecrato cui gratissimus extitit Julia pietas suum amissum Patrem dolens ponendum curavit, ut sicuti Rodulphus vix Episcopatum ingressus interiit, ita hoc monumento ejus numquam memoria interiret.

D



XLIX. 36 JULIUS Saracenus *c*, nobilis Vicentinus, in hanc sedem successit 1627. die 1. *d* ineuntis Martii. Scripsit, ediditque soliloquium de officio, curis, virtutibus pastorum, Hippolytoque patruo inscripsit anno 1639. Obiit vero anno 1641.

c Laudatur ab Imperiali in Musæo hist. p. [illegible] Mandos.

d Die 6.

L. 37 MARINUS Baduarius Venetus, Monachus Ordinis S. Benedicti, demortuo Saraceno successit die 1. Julii 1641. Obiit anno 1648. *e*

e 1652.

LI. 38 * ALOYSIUS Marcellus Venetus Episcopus antea Sebinicensis, ad Polensem ecclesiam translatus est defuncto Marino Baduario die 15. Decemb. 1653. * Romæ defunctus est die 17. Julii 1661. humatus in Ecclesia S. Mariæ sub marmoreo lapide, ubi hæc prostat inscriptio.

* Ex App. tom. 9.

* Ex App. tom. 9.

D. O. M.

Aloysio Marcello Patritio Veneto, e congregatione Somascha ad Episcopatum Sibenicensem, deinde Polensem assumpto viro fidei propagandæ ardore, innocentia, & fortitudine animi præclarissimo, qui anno MDCXLVII. in Sibenicensi obsidione Pastoris partes, ac ducis piè simul & fortiter explevit, Romæ, dum sacra limina veneraretur, extincto Anno salutis MDCLXI. ætatis vero LXV. Franciscus Bartiroma Vicentinus Archidiaconus Polensis, ejusque Vicarius Generalis mæstissimus posuit.

A D D I T I O.

LII. [" GASPAR *Cataneus, Veronensis,* J.U.D. *& coadjutor deputatus in Canonicatu, & præbenda Ecclesiastica Veronensi, huic ovili attributus est* 31. Julii 1662. *ætatis annorum 34. cujus vitæ florentis filum intempestiva mors paucos post menses concidit.*

LIII. " *Fr.* AMBROSIUS *Fracassinus, nobilis Brixiensis Ordinis Prædicat. S. Theologiæ magister, plurium conventuum Prior, & a quindecim annis contra hæreticam pravitatem Venetiarum Inquisitor, ad hanc dignitatem pervenit 12. Martii 1663. quem & ipse sexagesimum annum ætatis excedens post paucos menses decedens dimisit. De eo plura Fontana in Theatro Dominic. p. 267.*

LIV. " BERNARDINUS *Cornennus, Venetus, J.U.D. qui Canonicus, & Lector publicus juris Pontificii in Archigymnasio Patavino extitit, Polensis Episcopus enunciatus est 11. Februarii 1664. Fato functus est mense Januarii 1689.*

LV. " ELEONORUS *Pagelli, Vicentinæ Cathedralis Archidiaconus, ex nobilibus parentibus Vicentiæ ortus, J.U.D. annorum 46. creatus est Polensis Episcopus die 7. Novembris 1689. Obiit mense Maii an. 1695.*

LVI " JOSEPH *Maria Bottari, Venetus, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, S. Theologiæ Magister, & egregius verbi Dei præco, post obitum ordinis sui Provincialis, Præsidentis, & Commissarii, ac Assistentis generalis, & demum Generalis munia, renunciatus est Polensis Antistes die 4. Julii 1695. Vivit.*

TARVISINI

EPISCOPI.



TAMETSI Tarvisii nulla apud antiquiores scriptores supra Gothorum historias mentio reperiatur, tamen apud Tarvisinos constaos traditio est, antiquissimam esse civitatem; quibus & ego libenter assentior, dummodo aniles Annii fabulas generosa oblivione sepeliunt. Primum omnium constat, post Constantini Baptismum, e vestigio suum habuisse Pastorem, dignitatemque suam usque ad Longobardorum tempora ita retinuisse, ut Marchionatus sedem, ac Magistratuum potentissima illa gens, ac bellicosa Tarvisii fixam voluerit. Quæ duo, cuilibet antiqnitatis studioso argumento esse posse videntur à multis seculis Tarvisium antiquam, spectabilemque fuisse civitatem, quam olim à multis turribus, quibus propugnandis mœnibus cingebatur, civitatem turrium prisci vocarunt, cujus populi Taurisci Plinio sunt. Huc accedit, antiquam traditionem esse S. Prosdocimum S. Petri alumnum, post conversionem Patavii, Tarvisii etiam prædicasse Evangelium circa annum Domini 50. hospitioque fuisse exceptum ab Euphtosino milite, cujus filiæ cum divinitus discussisset caliginem excitatis, ipsum cum omni familia sacro lustrasse baptismo; sicut etiam Theodoram primariam fœminam cum marito (cui sola manuum impositione reddiderat ssnitatem) & aliis numero centum duodecim ad esndem baptismi gratiam perduxisse narratur. Adduntque præterea, Prosdocimum, cum moraretur Tarvisii, de S. Petri martyrio divinitus factum fuisse certiorem, ideoque templum, quod Deiparæ Virgini destinaverat, consecrasse magistro, Tarvisinosque deinde pro Divo tutelari Petrum veneratos fuisse, cujus titulo Tarvisinam Cathedralem nobilitatam esse voluerunt. Hæc, inquam, omnia Tarvisinam antiquitatem satis abunde prodere videntur: licet de hujusmodi te certiora monumenta, sicut & aliarum civitatum, bellorum, persecutionumque procellæ detriverint. Explicatam, latamque planitiem occupat, quam fluvius Sylo mediam alluit. Ager fertilissimus est, scatetque perspicuis fontibus, nobilibus ædificiis abundat, populoque frequens est, cum ad quatnotdecim millia mortalium alat. Veneti Senatus veneratur arbitrium ab an. 1388. cui semper fidem præstitit illibatam, itaut 1509. in Cambriano fœdere Tarvisium, Pataviumque civitates Venetorum solæ sint secutæ fortunam, quod hoc tempore Venetorum lene imperium facit. Ut in præsentia libenter omittamus, quæ uliquando hæc civitas à Gothis, Ostrogothis, Longobardis, Ezellino, Carrariis, Scaligerisque tyrannis passa sit, divertamus ad viros omni laude præstantes, quos in omni memoria dicitut protulisse. In quibus eminent, esseque possunt instar multorum, Benedictus XI. sanctimonia vitæ præstantissimus Pontifex ex Ordine Prædicatorum, Venantiusque Fortunatus Episcopus Pictaviensis, qui floruit anno 568. ut scribit Baronius; ut vero Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis arbitratur, anno 570. & nostro hoc sæculo illustrat Odericus Rinaldus Annalium Ecclesiasticorum Baronii nobilis, & eruditus continuator. Nec minus deco-

A ri huic civitati sunt tot Sanctorum reliquiæ, quas honorifice ad præsentissimam tutelam asservat, ut corpus S. Liberalis de Altino, quod Altinates Tarvisinis dono dederunt, ut Theonistus Episcopus, Tabra, & Tabrata Altinensis diœcesis, qui contra Arrianos catholice disputantes, lapideo in ponte supra Silium flumen sunt obtruncati, noctuque à Tarvisinis deducti ad sepulturam in Ecclesia S. Joannis Baptistæ anno 400. ut SS. Florentinus, & Vindemialis Episcopi quiescentes in Cathedrali, qui ex Africa persequentibus Arrianis in Italiam descenderunt. Hic adscribere non pigebit elegum carmen Bartholomæi Burchelati ad Tarvisinos cives de sanctis eorum santoribus.

Tervisium trino ter visam Namiae, terais
Ter dum te à pravis hostibus eripuit.
Triaitas, & charitas, & spes, chariteasque fidesqae
Sint caræ, cordi, pectori, meati, animo.
Numen erit sanctas Petrus protector ab urbe
Electus primo, quod liber arbis ait.
B *Numen erit sanctus Liberalis at arbis amicas*
Præcipuus nostræ, Parisiusque seaex.
Sit Præsal Theoaistas, et adest Thabra, simalque
Thabrata, circa aras ut steteraatque sacras.
Taque pie, ac veneraade Pater Prosdocime, per qaem
Christi lataſides, coatinuata, veai.
Nec desis Francisce Pater saactissime: templum
Cajus opus gravius reddidit aate meum.
Ecclesiæ & doctor aobis Hieronymus usque
Agaitus à Priscis Fautor, adesto pius.
Vindemialis item, Florentius, & Chilianas
Adsit, & Hearicas protinas arbis amaas;
Et Christi Juliaaa, capat quod habemus, amatrix,
De qua nos tragica scripsimus arte, juvet.
Et magaas Propheta Dei Helisæas; habemus
Cajus iaauratum pixide rite caput.
Sic beaedictus ades sammi decoratus honore
Præsalis, atque alii, queis data cura loci,
Hanc arbem servate, precor, civesqae laresqae
C *Christi aura, matris flaate, simulque Patris.*

Antiqnissima Cathædralis Divo Perro Apostolo, ut supra docuimus, dedicata est, tribusque dignitatibus fulget, Decanatu scilicet, cum 15. Canonicis, quorum duo Theologali, Pœnitentialique præbendis ditantur. Sex deinde Mansionarii ibi sunt, cum alio promiscuo clero. Parochiales Ecclesiæ decem, & septem numerantur: duodecim Religiosorum monasteria, sex Monialium, præter plures alias ecclesias, oratoria, locaque pia, quæ Tarvisinorum in Deum pietatem testantur. Hujus Ecclesiæ Præsul, tum privilegijs, tum opibus nitet: siquidem ejus annuus census quatuor millium scutatorum, & eo amplius summam exæquat, taxaturque hæc Ecclesia in lib. Cameræ floren. 450. Diœcesis Tarvisina ampla est, ab Oriente mari Adriatico, & Torceilensi, à Meridie Patavina, & Vincentina, ab Occasu Feltrensi, a Septentrione Cenetensi, & Aquilejensi diœcesibus inclusa. In universum autem tota hæc diœcesis complectitur
D parochiales ecclesias cum civitate 214. Virorum cœnobia tria, Abbatias quatuor, quarum tres Benedictinorum, quarta Cistercensium. Sanctimonialium septa duo. Fidelium animas ferme sexaginta mille, quarum saluti, præter Parochos, invigilant viginti Vicarii Foranei, ab Episcopo constituti. De hujus civitatis rebus scripsere Joannes Bonifacius Rhodiginus, ac Bartholomæus Burchelatus in memorialibus commentariis cum exquisita diligentia, pluresque alii sparsim. Qui in hac sede floruerunt Præsules, sunt qui sequuntur, quos ex diversis monumentis eruimus, præter citatos auctores.

ADDITIO.

(„ *Tarvisium, valgo* Trevisio, *civitas ia plaao* „ *sita Marchiæ Tarvisiaæ, à qaa aomea accipit,* „ *ejasque capat est, triam fere milliariam ambitus* „ *duo millia, & qaingeata domoram coatinens, &* „ *daodecim millia, & altra iacolarum, Venetæ pa-*

rcat Reipublicæ ab an. 1388. excellentiam suam servavit usque ad ea tempora, quibus à Barbaris nationibus, & Tyrannis protrita est Italia. Tanti hanc civitatem fecerunt Longobardi, ut ibi Marchionatus, & sui Magistratus sedem esse voluerint. Eam S. Prosdocimus fide Catholica imbuit, quam etiam semper intemeratam, inviolatamque servavit. Antiquissimam ejus Cathedralem traditur ab eodem fuisse erectam, beatoque Petro Apostolorum principi, statim ac ejus recentem mortem cœlitus rescivit, dicatam. Quod quidem non omninò improbabilem reddit traditionem alteram, quæ asserit Tarvisinam Ecclesiam primam fuisse, quæ in orbe Christiano sub invocatione S. Petri fuerit sacrata. Hæc satis ampla est, perpetustæque structuræ, & primævæ Ecclesiæ divisiones singulis fidelium ordinibus assignatas præsefert. Pluribus exornatur altaribus, quorum nonnulla insignibus ditantur picturis, exuviisque Sanctorum; corporibus nempe Theonisti Episcopi, Tabræ, & Tabratæ Levitarum martyrum, Liberalis civitatis, & diœcesis patroni, Florentij, & Vindemialis, & Henrici Baucenensis Confessorum, cujus quidem Henrici sanguis, qui de sancto ejus corpore octava dormitionis die effluxit, quatuor post secula stupente natura, admirante pietate rubens adhuc, & fluidus perseverat, in sacrarumrerum thesauro adservatus, magnoque habitus in honore. Quatuor Laicorum sodalitates in ea reperiuntur, SS. videlicet Sacramenti, quæ ad Ecclesiæ cultum plurimum confert, & quotannis viginti quinque Virginibus, ut commode nubant, pecuniariam opem præstat, duæ B. Virginis Mariæ, & S. Liberalis. Ejus cura penes Capitulum residet, exerceturque per duos sacristas ab eodem electos, & quotannis confirmatos. Fons baptismalis, cujus sacris laticibus totius civitatis infantes, & suburbiorum etiam promtiorum expiantur à sacristis, vel alio à Capitulo deputato, prostat in Ecclesia D. Joanni Baptistæ sacra, & Cathedrali finitima. Tres dignitates in hac principe Ecclesia sacris operantur; Decanus, qui defert Capuccium more prælatorum, vulgo la Mozzetta, qui & aliis nonnullis gaudet privilegiis ex concessione Bonifacii Papæ IX. infra referenda, Archidiaconus, & Primicerius, quibus quindecim alii Canonici sociantur (inter quos Theologus & Pœnitentiarius) habentes singuli propriam Canonicalem prebendam; & hi omnes simul proprie huic præsunt Ecclesiæ, in eaque jurisdictionem exercent, quam liberam habent in omnes ejusdem beneficiatos, quos etiam reos peragunt, si facta prius diligenti, & legali inquisitione eorum aliquem in illa deliquisse reperierint. Plura quoque possident beneficia tum intra, tum extra civitatem, quæ sic inter eos distribuuntur, ut singulis Ecclesia, seu Ecclesiæ assignentur, & quotiescumque mensibus non reservatis earum quælibet pastore viduatur, successorem eligendi jus habent, electusque ab Ordinario approbatus Capitulo præsentatur, & præstito prius subjectionis juramento a Decano, & Canonicis investitur. Harum Ecclesiarum visitatio ad idem Capitulum, & Canonicos, quibus illæ subjiciuntur, spectat, ut pluribus definitum extitit sententiis, & praxis ipsa viget. Præter Canonicos autem sacrum pensum exolvunt in Cathedrali Thesaurarius, & octo mansionarii: ille de numero est Præbendatorum à Capitulo electus, à quo etiam singulis annis confirmatur, stallumque in choro cum eis obtinet (olim enim ex ipsis unus hoc munus obibat) non tamen ex pellibus, quas vocat vulgus Armellini, almutium gestat, quod illorum est peculiare, sed ex pellibus murium Ponticorum, ut vocant de Dossi, ad instar mansionariorum; ita & linea tunicula, seu superpelliceo undique laxe fluente superinduitur, quæ à Canonicis hinc inde brachiis in humeros rejecta glomeratur. Singuli Mansionarii fructus propriorum præbendarum percipiunt, quæ à Capitulo suppressione duorum Canonicatuum sunt erectæ, atque ex hac erectione & ex statuto assidue residere, imo & choro interesse, ibique Gregoriana modulatione concinere tenentur, pro quo distributionum quotidianarum Capitularis mensæ tertiam partem participant. His adde duos Præceptores, qui & Cæremoniarum magistri, cum onere, & honore mansionariorum, præterquam quod nullam præbendam secundus possidet, & primo proprii redditus sunt addicti. Hujus electio ad Romanum Pontificem spectat; secundus vero eligitur à Capitulo, & triennale est ejus officium, ut indulsit Clemens Papa VII. Hi duo primas tenent post Thesaurarium, quos subsequuntur immediate mansionarii. Triginta sex Capellani præbendati tertium ordinem complent, quibus pariter residendi onus incumbit, nec sine præmio; nam præter fructus præbendæ in distributionibus quotidianis massæ communis, quæ dividitur æqualiter, Canonicis, & Mansionariis æquantur. Hos sequitur Congregatio duodecim Parochorum civitatis, quæ Præbendatis ipsis locum cedit in choro, eosque in processionibus præcedit. Hæc item Congregatio ex Cathedralis Ecclesiæ statutis ejusdem pars est, & singulæ parochiales Ecclesiæ censentur Capellæ unicæ plebi S. Jo: Baptistæ subjectæ, cujus cura, ut diximus, spectat ad Capitulum. Non tamen quotidie hæc congregatio choro inservit, sed tantum nonnullis diebus solemnioribus à statuto decretis; omnibus tamen, nulla excepta, processionibus intervenit ex eorumdem statutorum ordinationibus. Frequentiorem itidem clerum reddunt nonnulli Sacerdotes, qui Capitulares vocantur; sunt enim servitio Ecclesiæ addicti, & ad augendum Dei cultum cum ceteris sacris incumbunt. Conveniens denique adest Clericorum numerus inservientium Ecclesiæ, & Sacerdotibus sacra facientibus ministrantium, qui à duobus præceptoribus Capituli sumptibus deputatis, ab altero literis, ab altero erudiuntur cantu. Juxta Cathedralem ædes Episcopales exurgunt, quibus parum, vel nihil desideratur, quo Præsulis residentia magnificentius ornetur, cum præsertim Illustriss. modernus Episcopus Fortunatus Maurocenus, nullis parcens sumptibus in meliorem, commodioremque formam aptare curaverit.

In Urbe Parochiales Ecclesiæ præter Cathedralem sunt sexdecim; Regularium monasteria undecim, videlicet Fratrum Prædicatorum, qui ab ipsis Ordinis incunabulis an. 1221. in urbem recepti sunt, Minorum Conventualium, Eremitarum S. Augustini, Servorum B. M. Virginis, Minorum Strictioris observantiæ, Ordinis S. Hieronymi, Congregationis B. Petri de Pisis, Capuccinorum, Canonicorum Lateranensium, & S. Salvatoris, Clericorum Regularium de Somascha, & Carmelitarum Discalceatorum: monialium septa octo, quorum duo gubernantur à Regularibus, alterum scilicet à Camaldulensibus, alterum à Fratribus Minoribus de Observantia, licet neutri in civitate cœnobium, imo Camaldulenses neque habeant in diœcesi; binæ Virginum domus, sub auspiciis S. Ursulæ una, altera Tertiariarum D. Francisci, & à Conventualibus reguntur, quæ ambo Cathedralem recognoscunt: Tria Xenodochia, quorum majus, 24. millium Ducatorum Venet. annui redditus pingue, filias, ægrotos, infantes expositos, seniores, peregrinosque colligit, & nutrit; octo adolescentibus per quadriennium in Patavino Lyceo stipem præbet, ut Theologiæ operam navent; jus habet uno ex tribus suffragio Canonicum præsentandi, & absolutè septem Præbendatos; aliisque fruitur, vel honoribus, vel oneribus. In suburbiis pariter adest Nosocomium, in quo plebejo morbo laborantes excipiuntur; aliud item anteactis temporibus aderat, in quo Leprosi curabantur, sed hoc ab Eugenio IV. suppresso ex ejus redditibus pars in duodecim clericorum subsidium convertitur, unde commode possint erudiri. Horum acta ab Episco-

po-

A „ po, reliqui quatuor à Dominis, ut ajunt, sopra Monasterj, eliguntur, quorum singulis argentei ducati Veneti 50. assignantur, & in Episcopali seminario disciplinis imbuuntur. Clericis insuper Congregationis de Somascha octingentæ & sexaginta supra mille libræ enumerantur, ut in publico Literarum ludo Tarvisinos adolescentes gratis edoceant: & siquid supersit in pios usus erogatur.

„ Clericorum seminarium non deest, amplissimum equidem, & spectatæ elegantiæ, quod vix ad hanc sedem assumptus erexit à fundamentis, perfecitque brevi quidem intervallo, sed summo impendio, maximisque præpeditus difficultatibus illustriss. Episcopus Fortunatus Maurocenus, illudque tum Præceptorum, tum familiarium inservientium divite numero abunde locupletavit.

„ Diœcesis autem late protenditur, & quinque oppida præcipua complectitur; Mirano, quod vetus vicum dineris, in quo Fratrum Conventualium S. Francisci cœnobium; Novale, ubi pariter duo monasteria, alterum eorumdē Conventualium, B & sacrarum Virginum alterum: Mestre, in quo divinus cultus augetur à Capuccinis, & Conventualibus S. Francisci, nec non sanctimonialibus Benedictinis; Castel Franco, in quo Monialium septum, & quatuor virorum, scilicet Capuccinorum, Conventualium, Minorum strictioris Observantiæ, & servorum B. M. Virginis: & Asolo, in quo pariter commodè vivunt velatæ Virgines Benedictinæ, Fratres Conventuales, Capuccini, & Minores strictioris Observantiæ. De hujus oppidi vetustate, & dignitate plura essent dicenda, sed ne falcem in messem alienam mittere videar, ea relinquimus in decimo hujus operis, quod expectatur, volumine exponenda erudito Oppidano, qui omnium priscorum monumentorum scrinia rimatur, ut patriam antiquitatem, & decus effodiat, Episcopalemque antiquatum honorem Asilo vindicet. Pagi vero 205. enumerantur, totidemque parochiales Ecclesiæ, in quibus bis centena ferme C Animarum millia; Abbatiæ autem complures, è quibus quatuor eminent ab Vghello enumeratæ. Sed jam ad Episcopos accedamus, quorum seriem, implicitam satis, & à Bonifacio, Burchelatoque, cujus vestigia Vghellus noster sequutus est, involutam potius, quam digestam, qua fieri poterit, diligentia ex vetustioribus originalibus tum Episcopalis, tum Capitularis archivi libris, aliisq; antiquis monumentis pro viribus componam. Lectorem tamen monitum volo me Episcopos illos, quos identidem ab hac serie expungere necessum erit, haud penitus eliminare, sed solùm è loco, quem tenere nequeunt, deturbare, alibi fortasse inserendos; neque omninò illos approbare, quas, explorata licet non habeatur eorum notitia, cum tamen Catalogo omnes non sint, nec aliunde appareant summovendi, libenter recensui. Scottus.)

I. 1 JOANNES primus est, qui post Magni Constantini Baptismum occurrat legentibus anno 320.

II. 2 PAULINUM inter Tarvisinos numerat Aloysius Contarenus ann. 350. nullumque ejus rei ci- D tat auctorem.

3 TITIANUS (1) floruit circa ann. 400. nostræ salutis. Cujus temporibus ex Africa Tarvisium venerunt sancti Episcopi, & Confessores Florentius, & Vindemialis, qui Carthaginensi Concilio contra Arrianos interfuerunt, ibidemque sanctissime defunctos apud S. Joannem Baptistam Episcopus Titianus sepelivit prope Cathedralem, marmorea arca tegente, ubi scriptum legitur,

Reliquiæ Sanctorum Confessorum,
atque Episcoporum
Florentii, & Vindemialis.

4 JOCUNDUS Episcopus Tarvisinus interfuit consecrationi ecclesiæ S. Jacobi de Rivo Alto anno 421. die 25. mensis Martii: per id omnino tempus, cum Patavini, cæterique circumvicini populi rabiem Alarici Regis Gothorum, Italiam devastantis, defugiebant. III.

5 HELVIANDUS hujus civitatis Antistes, & conservator fuit: quo enim tempore sævissimus Attila, post devastatas Aquilejam, Concordiam, Altinum, Opitergium, Acedum, Faltrium, Vicentiamque, adhuc minitabundus Tarvisium pessumdatum ibat, Helviandus, civitatis facta deditione, certissimum avertit excidium 454. IV.

6 FELIX hanc eandem administrabat Ecclesiam ann. 568. cum Alboinus ex Pannonia digressus toti Italiæ, haud mitior, quam Attila fuisset, minitaretur excidium. Hunc ad Arassinum flumen (ad Plave fluvium habet Paulus Bennius in descriptione Trissinæ nobilissimæ gentis, dum retulit Justinum Trissinum virum clarissimum unum ex illis fuisse, qui cum Felice Episcopo Regi Alboino obviam ivesit, eodemque cum Rege fœdus pepigerit) non modo Felix placavit, sed ab eo etiam maxima retulit privilegia anno 568. Facti meminit Paulus Diaconus lib. 2. cap. 12. de gestis Longobardorum. In cap. vero 13. idem Diac. narrat, Felicem socium fuisse Venantii Fortunati, nati Dauplavili Tarvisinæ diœcesis, sive Cenetæ. Idem Venantius in vita S. Martini fatetur sibi cum Felice necessitudinem intercessisse, his carminibus, V.

Illustrem socium Felicem quæso requires,
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim.

7 RUSSIUS a Tarvisinis jus divinum dicebat ann. 588. Hic interfuit Synodo Marani congregatæ, quæ Severum Patriarcham Aquilejensem excepit, qui b coactè Joanni Ravennati Archiepiscopo communicaverat, cum à Romana Ecclesia C facta recessione tria Chalcedonensis Concilii capita damnasset. Rei gestæ integram historiam narrat Paulus Diaconus lib. 3. c. 27. Sigoniusque lib. 1. Regni Italiæ. VI.

a Al. Rufsinus.

b Vide quæ diximus in Aquilejen.

8 FELIX hujus nominis II. vivebat an. 590. cujus mentio extat apud Baron. VII.

(„ Subscripsit suggestioni schismaticorum Venetiæ Episcoporum ad Mauritium Imperatorem datæ, quam legere licet in novissima Harduini Concil. editione. tom. 3. col. 526.)

(„ TITIANUS seculo Christi septimo floruit, qui, cum Saraceni Corsicam subegissent, divino actus consilio illuc se contulit, & à nautis, locique incolis, ubi sanctorum Florentii, & Vindemialis, qui ab Hunnerico Rege an. 484. in Corsicam relegati illic mortales deposuerant exuvias, corpora jacerent, edoctus ea inde sustulit, Tarvisiumque deportavit, atque in basilica S. Jo. Baptistæ honorificè sepelivit. Extant horum sanctorum vita, & D Acta ab ipsomet Titiano conscripta, quæ ex codice quodam Ms. Reginæ Sveciæ in sua collectanea transtulit Henschenius in actis Ss. Maii tom. 1. pag. 271. Fuit igitur Titianus tribus fere seculis junior quàm putat Ughellus, ni velimus alterum Titianum comminisci, qui anno Christi 400. vixerit.) VIII.

9 TRIVISIUS hujus sedis Episcopus anno 739. Hic lites, quas Joannes Comes, Valentinusque Cenetæ Episcopus invicem exercuerant, cum Callixto Aquilejæ Patriarcha composuit, diremitque. IX.

10 FORTUNATUS præerat Tarvisinis anno 799. Hic Leonem Pontificem è Galliis Romam rever- X.

(1) Victor Uticensis lib. 4. de persecut. Africana profert nomina Episcoporum, qui Carthaginem ex præcepto regali venerunt pro reddenda ratione fidei die Kal. Feb. an. 8 Regis Hunnerici. Ibi inter nomina Episcoporum Provinciæ Proconsularis, vel qui in exilium missi sunt, occurrunt Florentii duo Uticensis, & Semipensis ambo in Corsicam relegati: inter Episcopos autem Byzacenæ provinciæ habetur Vindemialis Capsensis, cui licet nihil adscribatur, credibile tamen est, hunc quoque, uti & alios plures fuisse ex numero illorum, qui in ipsa persecutione non perierunt, sed permanserunt 178. quorum 46. iverunt in Corsicam relegati. Neque prius ullum occurrit tempus, quam Hunnarici persecutio, ad quod Tarvisinorum illorum adventum, vel fugam, vel exilium referamus. (*Sed & Vindemialem interfuisse an. 484. collationi Episcoporum Catholicorum cum Arrianis de fide Orthodoxa disputantium ejus acta testantur*) Nam circa an. 400. quo Titianum vixisse asserit Ughellus, ejusmodi occasionem nullam offert Africa. (*Igitur diu post vixisse hunc Titianum congruum est asserere.*) Nescio etiam quodnam Carthaginense contra Arrianos Concilium invenerit Ughellus: nam quæ sub finem IV. seculi ibidem habita Concilia sunt, aut Donatistarum schisma spectarunt, aut Ecclesiasticam disciplinam; nec adsunt Episcoporum subscriptiones, inter quas reperta nomina Florentii, & Vindemialis causam dederint ita sentiendi. *Papebro. tom. in actis Ss. Junii tom. 2. p. 180.*

vertentem magnifice excepit hospitio. Quo Præsule antea an. 780. in hac diœcesi fundatum est monasterium B. Mariæ Virginis, S. Crucis, & S. Fuscæ à Gerardo Comite, in quo Ss. Senesii, & Theopompi Martyrum ex Oriente deportata ossa honorabiliter requiescebant. Cæterum post devastationem ejusdem cœnobii ab Hunnis, & Pannoniis illatam anno Christi 899. sacra Martyrum Christi corpora, ex eodem ad Nonantulæ monasterium translata sunt. Historiam recitat codex vetustissimus ejusdem monasterii in membranaceis scriptam, quæ cum valde ad eorum temporum, ac sanctorum illustrationem faciant, hic operæ pretium duximus æternitati consecrare, quemadmodum supra in 2. tomo, dum de Mutinensibus Episcopis ageremus, eorum vitam metro descriptam à Cosmo Materiensi retulimus.

Duodecimo Kalendas Junii.

Translatio sanctorum Martyrum Theopompi, & Senesii.

Omnipotentis Dei magnificentia; sua vult pietate solita, ut sibi dilectorum suorum servitia atque præmia ad laudem sui per omnia munda patefacta clarescant. Igitur sancti Spiritus cooperante gratia qualiter, & quando beatissimorum Martyrum Senesii, atque Theopompi corpora ad Nonantulæ cœnobium ducta fuerint, & quæ signa, atque miracula eos sint secuta, prout nostra valet fragilitas, ad hominum revocemus memoriam. Anno igitur Christi septingentesimo, octuagesimo, imperii autem Caroli Magni septimo, quidam Dux, vir Deo per omnia deditus, nomine Gevardus, suæ saluti consulens pro animæ suæ remedio, quandam Ecclesiam ad honorem & venerationem beatissimæ Virginis Mariæ Matris Dei, sanctæque Crucis, atque Martyris Fuscæ in suo proprio magno cum studio ædificaverat, & S. Sylvestri cœnobio Nonantulensi subdiderat; ibique Monachos, ut regulariter Deo servirent, constituere curaverat. Cui omnia, quæ possideeat, provido, atque sincero animo tradere studuerat, sui Salvatoris præceptum bene, & fideliter sequens, ut ejus fieret discipulus, qui suis dixit fidelibus. Si quis non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Trigesimo autem quarto anno imperij ejusdem Caroli, præfati Comitis uxor Albergundæ nomine viri magnifici vestigia tenens in sua viduitate sanctissima, quicquid habere visum fuerat eidem monasterio tradere studuit: cui dum vixit caste, & fideliter servivit, ibique cum suo conjuge in Domino requievit. Hæc autem Ecclesia, quam prædiximus, sita est in quadam Insula duobus fluminibus Cantano, & Sylo circumdata, tertia stadij parte ab urbe Tervisio distans. In qua Ecclesia beatissimorum Martyrum Senesij & Theopompi corpora à sanctis viris fuerunt recondita, ibiq; innumerabilia miracula, eorum promerente gratia Dei nostri clementia ostendere dignata fuerat. Post multorum igitur annorum curricula gens Hunnorum perfida, servientibus Deo invida, plurimas Italiæ devastantes Provincias, hunc sanctissimum locum, peccatis ingruentibus funditus destruxit. Hujus doloris fama præcurrens ad Nonantulam, ubi sanctissimi Sylvestri corpus requiescit, sub cujus potestate, & fiducia post Deum hoc monasterium semper fuerat, Petro venerabili ejusdem loci Abbati hoc magnum nefas denunciavit. Abbas vero tali legatione mœstus, tam de Dei misericordia bene confisus, cunctorum fratrum cœtu advocato dignum, & salubre inveait consilium. Suum itaque advocans alumnum Deo dignum Monachum nomine Rodulphum, cui tres venerabiles sociavit fratres, & magna cum festinatione ad hunc recuperandum locum transmisit. Cui & attentissime jussit, ut cum omni sollicitudine, atq; veneratione dignissima Ss. Senesii & Theopompi corpora colligere studeret, atque omni cum festinatione ad Nonantulanum cœnobium ea inventa deferret. Hoc autem onus obedientiæ magno cum gaudio suscipiens, prout Deo placuit, totum fideliter adimplevit. Cum verò idem Præpositus, venerabilis videlicet Monachus ad hunc sanctissimum locum venisset, & cum undique dirutum reperisset, flens & dolens præ nimia tristitia tres dies nihil locutus est, atque nullum omnino cibum sumpsit. Ad quem ita flentem quædam mulier Dei ancilla Auserada nomine, quæ à sua infantia prædictorum sanctissima corpora multum dilexerat, & custodierat, tunc quoque eadem in secreto loco collecta, & recondita habeboe, cum tremore, & timore veniens omnis tristitiæ luctum auferens magni gaudii donum secum detulit. Senior, inquiens, dilecte noli flere, sed magis mecum gaude, & thesaurum, quem quæris Dei dispensante gratia, apud me bene esse conditum absque ulla prorsus dubietate cognosce. Hoc autem audito, lætus & gaudens factus, mentis caliginem, qua pro mœstitia hebetatus fuerat, deponens, dignæque sapientiæ lumen sumens, prædicta Dei famula ducente, ad locum ubi tanti thesauri munus jacebat cum omni festinatione devenit, ibique prostratus diu in oratione adstans, multas lachrymas ad Deum omnipotentem mœrentium consolatorem præ gaudio fudit. Ut autem ab oratione surrexit, etiam ad suos venerabiles fratres recedit, & gaudium quod invenerat eis nuntiando aperuit. Mox verò lætantes uno, & salubri consilio, atq; animo spontaneo triduanum sejunium, & orationes, nullis conscijs, peregerunt. His digne peractis, facta præparatione, ad locum optatum una venerunt, & orando atque misericordiam Deo omnipotenti, & his sanctis quærendo, locum illum aperuerunt, atque eorum corpora cum omni veneratione suscipientes, dignis ornamentis involuta, notu & clam cunctis, atque nescientе prædicta Dei famula, cum omni festinatione ad flumen, quod vocatur Sylum, venerunt, & intrantes navem navigare cæperunt. Illa autem præfata Dei famula, quæ semper eorum corpora custodierat, facto mane, ut solita erat, ad locum sanctissimum venit, & tanto thesauro, quem ut animam suam dilexerat, eum vacuum reperit. Hoc viso valde tristari cœpit, dicens, atque affirmans se nunquam vivere velle, nisi Deus suorum patrum Senesii, & Theopompi corpora redderet. Hujus vocibus, & orationibus omnipotentis Dei pietas inclinata per suorum fidelium merita, prædictorum Monachorum navigio ventum validum insurgere fecit, & quantum tribus diebus navigando pervenerat, tantum uno die, Deo volente, inviti redierunt. Eadem autem virgo Deo devota flens, & plorans supra ripam fluminis stabat, atque circumspiciens suorum patrum corpora, ut sibi redderentur orando clamabat, quod & Deus suis votis misericorditer annuit. Vir autem venerabilis Rodulphus hoc facto multum dubius, atque sollicitus, tandem, Dei dispensante providentia, optimum invenit consilium, intelligens sanctorum corpora sine sua famula ad nullam aliam velle ire provinciam: illam itaque Deo devotissimam Virginem in suam navem cum omni susceperunt reverentia. Sic ergo cum omni gaudio, omnique prosperitate ac citissima velocitate plurimis coruscantibus miraculis ad Nonantulam, Dei gratia ordinante, perveniunt. Hanc igitur Dei famulam sanctissimæ Veronicæ vestigia secutam fuisse non incongrue possumus dicere. Illa etenim Veronica fœmina reverentissima imaginem Christi in panno depictam in cervicali suo in loco dignissimo occulte reconditam habebat, eamque venerando, atque valde diligendo custodire studebat. Hæc autem sanctorum Senesii & Theopompi famula eorum corpora dignissimo in loco recondita habebat, semperque cum magno studio custodiebat. Illa denique legatis ab Imperatore Tyberio missis pro fama Christi, ac de ejus factis aliquid mirum invenire jussis, gloriosissimam Christi imaginem ostendit. Ista autem virgo fidelissima sanctorum corpora venerabilibus Monachis à Petro Abbate pro eorum desiderio transmissis ostendit, atque invenire fecit. Romani vero Imperatoris Legati Christi imaginem inventam sine ipsa Veronica Romam ducere navigio temptaverunt, sed Dei obstante voluntate, quod voluerunt adimplere nequiverunt. Ipsaque accepta cum omni alacritate sequentibus signis, atque virtutibus Romam venerunt. Sed eadem Veronica in

fide Christi perseverans, & pro ejus amore Romę degens, ibi vitam finivit, & in æternum cum Christo vivit. Sancti etiam Monachi beatissima corpora repeetn sine præfata Virgine ad Nonantulam deferre navigio voluerunt, sed Dei resistente potentia, quod cupiverunt perficere nequiverunt. Ipsaque ab ois recepta magnis sequentibus signis, ad Nonantulam citissime devenerunt. Ubi ipsa apud ecclesiam S. Martini in Coziano tribus milliaribus ab eadem Nonantula distantem, pro eorum amore Deo serviendo degens vitam finivit feliciter, & cum Christo regnat perpetualiter.

Igitur postquam, Dei opitulante clementia, à venerabili Abbate, cunctisque fratribus simul, & ab omnibus Nonantulæ populis beatissimorum Martyrum Synesii, & Theopompi corpora mirifice, & honorifice fuerũt suscepta, ibique aromatibus condita venerabiliter, in pace digne sunt tumulata, illico multitudo languentium, cęcorum, claudorum, auditis atque visis plurimis signis, quæ omnipotentis Dei misericordia per illorum fecerat merita, à finitissimis locis ad illos defluere, facto agmine, cœpit. Quique autem aliqua infirmitate, vel mœstitia detenti suppliciter veniebant incolumes, & alacres eorum piis meritis in propria redibant. Unde accidit quod, divina inspirante gratia, non solum ab omni Nonantulanensium populo, verumetiam ab longinquo petebatur, & deprecabatur, ut præfatorum Martyrum corpora per urbes atque castella aliqua peste detenta veneratione deportarentur sanctissima. Ut per eorum patrocinia salvarentur, & liberarentur ab omni clade, & miseria: quorum vocibus, atque precibus, ordinante Dei providentia, pater monasterii una cum omnium fratrum coagregatione pietate solita annuit. Unde factum est, ut Ticinensium populus repentina, id est, subitanea morte percussus orationibus, & jejuniis intentus, hoc quoque auditu bene confisus pro ipsorum sanctorum misericordia ad Nonantulanum oppidum venire studuit: consilium, auxilium, misericordiam que postulans ut Martyrum corpora pro eorum miseria suam deportarentur ad patriam. Facto igitur triduano jejunio cum omni orationis instantia duodecim electis venerabilibus fratribus, vita, & moribus Deo dignis simul cum infinita multitudine populorum Nonantulensium, atque Mutinensium cantantibus, & psallentibus cum magno venerationis studio corpora sanctorum plurimis sequentibus signis deferre expetunt. Quorum adventus omnes urbes, videlicet Regium, Parma, Placentia, atque oppida audientes, tam viri, quam fœminæ obviam illis benedicentes, & laudantes Deum currere festinabant, & cum illis digna venerntione urbem Papiam adibant. A qua quanto gaudio, quantisque laudibus, atque decoribus fuerint suscepta, nullius valet promere lingua. Aderat autem ibi Adelegida Regina gloriosissima, quæ eos multis honoribus, suisque donis ditavit. Ex quibus duo coopertoria unum auro intextum, alterum vero mirifice operatum usque hodie in S. Silvestri cœnobio manent in testimonio. Urbe vero Papia à prædicta morete clade eorum piis patrociniis liberata, eademque Regina nobilissima ad honorandum, & venerandum illos admodum confereata multis acceptis donis, multisque similiter sequentibus signis, ad propria sunt relata. Alio quoque tempore sicut narrantibus fratribus, qui aderant, didici. Quidam presbyter Tenzo nomine Nonantulanus genere immani cruciabatur infirmitate. Erat enim ejus guttur ultra modum tumidum, lingua quoque ejus fere tribus digitis pendere extra labia videbatur; nec comedere, nec bibere, neque os valebat misere claudere. Die itaque solemni istorum beatorum Martyrum prout potuit ad Ecclesiam, ubi eorum sanctissima venerantur corpora à suis deductus est. Quam cum ingressus fuisset prostratus in terra gemens, & dolens lacrymasque fundens suppliciter, divinam orabat misericordiam; facto autem matutinale officio, duobusque fratribus Benedicamus Domino cantantibus: sanus ille, & alacer factus, divinoque numine adjutus, citius dicto surrexit, & alta voce audientibus cunctis, Deo gratias respondit. Hic itaque dum vixit, Deo, & suis sanctis fidelius servire studuit.

Aliud quoque miraculum, ut quidam qui interfuit, venerabilis Monachus, Augustinus nomine, nobis narravit, pro eorum dignis meritis altissimi nostri Creatoris magnificentia patefacere dignata est. Aderat enim aeris inæqualitas, unde diuturna erat terræ siccitas, quæ spem vivendi populis abstulerat. Pro qua venerabilis Monachus, Etericus nomine, tunc temporis Nonantulæ Præpositus cunctis acclamantibus, & deprecantibus populis una cum fratrum consilio digne peracta oratione, & triduano jejunio, beatissimorum Martyrum corpora cantando, & psallendo ab Ecclesia S. Sylvestri accipi constituit, & in circuitu Nonantulanæ patriæ deferri cum lætaniis precipit, quod & factum est Ut autem portari cęperunt fere in medio itinere antequam ad prædestinatum locum devecta fuissent, tanto eor pondere altissimi virtus desixit, ut à nullo fere unius horæ spatio movere potuissent. Tunc mœror & magnus luctus omnium exoritur, mœrentium quippe, & flentium una vox efficeretur. O stellifer conditor Orbis, qui perpetuo es nixus solio miserere nobis istorum patrocinio. Prædictus autem Præpositus vir virtutibus per omnia præditus, cum omni cętu adstantium in terra prostratus lacrymans diu oravit, votum faciens Deo & his sanctis se & sibi populum commissum ab omnibus peccatis pęnitentiam acturum, & omni anno in eorum natalitiis pauperibus Dei eleemosynas facturum. Mox Divina concedente pietate quocumque voluerunt eos deportaverunt. Eodem vero die tanta inundatio aquarum est consecuta, ut omnis terra ea satiata salubriter fuerit, & omnis populus in magna lætitia steterit.

Tempore quoque Joannis Abbatis Græci, sicut à quibusdam fratribus ejusdem cœnobii relatum est: quoddam Castrum nomine Pontianum quatuor à Nonantula distans milliaribus immanis mortis pestilentia percussum est. Quod videlicet jejuniis, orationibus, atque vigiliis deditum in cinere, & cilicio positum, discalceatis pedibus ad eorum clementiam cum lætaniis supplex advenit. Clamitabat, & auxilium postulabat, atque eorum corpora suam ad patriam ferri desiderabat. Quorum precibus venerabiles illius loci Monachi inclinati, diu desideratum thesaurum cum omni sanctitatis studio orantes, & psallentes, atque lętanias agentes illuc detulerunt. Sic eorum orationibus & meritis Domino cooperante ab illa die tam nequissimæ mortis plaga illo in loco cessavit. Proinde illius loci populus semper in Deo magis fuit timidus, & omni anno in eorum festivitate pro hoc beneficio cum lætaniis, suisque oblationibus ad eorum deprecandam misericordiam venire festinat. Quis disserere valet tot tot miraculorum facta, quæ Deus per eorum dignatus ostendere merita? Quorum numerus nec alicujus valet comprehendi memoria, sed ut de pluribus pauca perstringam nobis notiora, & nostris temporibus edita, prout potero dicam. Tempore secundi Leonis ejusdem cœnobii Abbatis, quodam miraculo, non minus superioribus celeberrimo, istorum sanctorum intercessionibus superna gratia dotavit Nonantulam. Nam dum extinguibilis aeris siccitas, & nimia hominum mortalitas per Nonantulam, & adjacentes provincias adesset, ut nullis jejuniis, neque orationibus sedari potuisset: nimio timore correptus, inextimabilique mœrore demersus, ad sanctorum Senesii, & Theopompi corpora flendo, & ejulando totus ille mestissimus concurrit populus clamitans, & obsecrans indulgentiam, & ni istorum tueretur patrociniis, dicebant se nullatenus ab imminentibus posse evadere periculis. Quo clamore, & imminente periculo sanctus ille Abbas commotus cum sanctorum congregatione fratrum, triduanum populo indixit jejunium, atque se omnes ad idem studiosissime accingunt officium. Quatenus Deus suorum fidelium fletibus, & sanctorum Patrum Senesii, & Theopompi intercessionibus flexus, aliquantulum sui populi foret misertus. Peracto vero jejunio venerabilis Abbas cum sanctorum cętu fratrum una cum prædicta populorum caterva summa devotione, jam id expectante triduo, prædicto-

stum est ab igne monasterium Nonantulanum à summo usque deorsum. Similiter & Parma igne cremata est. Et imperante Berengario, & regnante Rodulpho à Paganis civitas Papiæ igne cremata est mense Martio indict. 12.

13 Landesredus annos 5. ordinatus an. Domini 891. Obiit Kal. Aprilis.

14 Leopardus annos XIII. menses duos, dies 19. ordinatus an. Dom. 899. Obiit 12. Kal. Julij.

15 Petrus Abbas an. III. menses 3. dies 11. ordinatus ann. Dom. 911. Obiit Kal. Octob.

16 Gregorius Abbas annos XIX. ordinatus anno Dom. 914. Obiit 3. Non. Aug. Hic reliquit Abbatiam, abiitque in locellum Solariæ, & cœpit ibi degere feliciter. Successit autem in loco ejus

17 Ingelbertus venerabilis Levita, anno ordinationis ejus XVII. anno Dom. 929. & cum Abbas esset ordinatus, sacratus est à domno Petro Ravennate Archiepiscopo 5. Kal. Aprilis indict. 11. Et postea in ipso præfato locello Solariæ jam prælibatus Abbas Gregorius conversatus fuit annos 3. & menses 6. dies 4. & tunc rediit ad suum cœnobium, & sub regimine Ingelberti Abbatis honestissime vixit. Postea adstante cuncta congregatione sancti Sylvestri Deo spiritum reddidit anno Dom. 935. 3. Non. Aug. Indict. 6. Tenuit autem prædictus Ingelbertus Abbatiam ann. 12. Obiit 12. Kal. Martij.

18 Gorlo Abbas prudentissimus an. VI. ordinatus anno Dom. 941. Hic à multis ærumnis, & injuriis liberavit Abbatiam, & salvavit eam, Deo præbente, à cunctis per circuitum inimicis. Obiit 8. Kal. Septembris.

19 Gotefredus Abbas, filius Vgonis Regis, ordinatus anno Dom. 947. Incœperunt Præpositi locum Abbatis tenere, & locum paulatim in omnibus adnullari. Obiit an Dom. 971. Indict. 14. Imperante Othone an. 10. prid. Id. Junij.

20 Anno Dom. 972. ordinat. Joannis Græci. Anno 13. suæ ordinationis Martinus Diaconus, & Præpositus interfectus est 7. Kal. Septemb.

21 Anno Dom. 996. Leo Archiepiscopus ordin. est. Vixit an. 2. Obiit 2. id. Julij.

22 Joannes Abb. an. 2. ordinatus an. Dom. 1000. Obiit 12. Kal. Decemb.

23 Rodulphus Abbas an. XXXIV. ordinatus ann. Dom. 1002. Anno ordinationis suæ 12. Anno Dom. 1013. regnante Henrico Primo anno 10. monasterium Nonantulæ igne crematum est totum. Anno Dom. 1020. nix magna fuit. 1021. bellum factum est ad Cuviliolum. 1024. obiit Henricus Rex, 1026. anno ordinationis suæ XXV. Chonradus Rex ordinat. & Abbatia subjecta est Æriberto Archiepiscopo Mediolanensi: novem postea vixit annos. Obiit 2. Id. Junij.

24 Rodulphus Abbas, supradicti Rodulphi Abbatis nepos anno XVIII. ann. Dom. ordinatus 1035. Hic primus ex canonico ordine factus est Abbas à præfato Archiepiscopo Æriberto. Obiit 8. Kalend. Novemb. anno Dom. 1037. apprehensus est Archiepiscopus à Chonrado Rege. Hactenus vetus codex, qui sequuntur Abbates ex variis monumentis ejusdem Abbatiæ collegimus.

25 Deodatus 1050. obiit 1053.

26 Gatiscalchus creatus Abbas 1053.

27 Landniphus 1063.

28 Bonifacius 1091.

29 Bierlus 1104.

30 Joannes ex Priore electus Abbas anno 1113.

31 Ildebrandus successit Joanni. Interfuit Concilio sub Innocentio II. 1134.

32 Andreas 1142.

33 Albertus 1144.

34 Bonifacius 1172. remotus ab Innocentio Tertio anno 1202. cui rescripserat Celestinus Tertius.

35 Raymundus Abbas S. Mariæ de Mata Ordinis Cistercien. ab Innocentio III. electus Abbas Nonantulæ 11. Kal. Julii 1202. Longo tempore eximiè nobilem Abbatiam administravit, decessit an. 1225.

36 Rodulphus electus 1225.

37 Raymundus 1246.

38 Crisacius 1251.

39 Bonifacius 1256.

40 Bonacursus 1256.

41 Landulphus 1264. Anno vero 1279. erat hujus cœnobii administrator Petrus & anno 1286. Guido.

42 Guido Abbas 1302. anno 1306. Nicolaus Episcopus Card. Ostiensis fuit administrator.

43 Guido electus Abbas 1306.

44 Fridericus electus Abbas Nonantulæ ex Abbate S. Eugenii prope Senas, à Clemente V. anno 1310. Obiit 1311.

45 Nicolaus de Barattis Parmensis electus Abbas ann. 1311.

46 Deodatus electus Abbas eodem anno 1312.

47 Nicolaus anno 1313.

48 Raymundus 1314.

49 Nicolaus 1318.

50 Guido Episcopus Mutinensis, & Abbas Nonantulanus 1320.

51 Berardus 1322.

52 Nicolaus 1323.

53 Bernardus 1330.

54 Nicolaus 1333.

55 Bernardus 1334.

56 Villelmus 1337.

57 Federicus 1348.

58 Deodatus 1349. à summo Pontifice privatus 1357.

59 Ludovicus electus ab Innocentio Sexto anno 1357.

60 Ademarus 1363.

61 Thomas 1370.

62 Nicolaus de Assisio ann. 1386.

63 Delphinus de Gozadinis Bononiensis, Ordinis Chartusianorum, electus Abbas an. 1400. inde fuit Episcopus.

64 Jacobus de Rubeis Parmensis, Episcopus Veronensis, fuit Abbas Nonantulanus an. 1404.

65 Joannes Galeatius de Pepulis Bononiensis Monachus S. Benedicti I. V. D. illustris, factus Abbas Nonantulæ an. 1417. Obiit anno 1449.

66 Guronus Maria Estensis electus Abbas 1450. Obiit die prima Martii 1483. sepultus in Ecclesia Abbatiali.

67 Julianus de Ruvere S.R.E. Card. factus Abb. 1483. Hic fuit postea Julius II. Pontifex.

68 Galeottus Card. de Ruvere fit Abbas anno 1503.

69 Alexander Card. Cæsarinus electus Abbas per cessionem Card. Galeotti anno 1503.

70 Joannes Maria Sertorius Mutinensis, Archiepiscopus S. Severinæ, electus Abbas Nonantulæ anno 1513. Hic Monachos Cistercienses in cœnobium Nonantulanum introduxit, ubi hactenus perseverant.

71 Antonius Maria Sertorius, per resignationem Joannis Mariæ patrui, factus est Abbas Nonantulanus anno 1531. inde electus est Episcopus Theanensis.

72 Julius Sertorius Archiepiscopus S. Severinæ, per cessionem Antonii Mariæ Abbas Nonantulanus deligitur ann. 1554. obiit anno 1560.

73 S. Carolus Card. Borromæus fuit Abbas Nonantulæ anno 1560.

74 Guido Card. Ferrerius per resignationem Card. Borromæi anno 1572. est Abbas effectus Nonantulanus.

75 Philippus Vastavillanus Bononiensis hujus Abbatiæ Commendatarius fuit Abbas an. 1583.

76 Hieronymus Card. Matthæus anno 1592.

77 Alexander Matthæus Card. nepos, eidem successit an. 1604.

78 Ludovisius Card. Ludovisius, per resignationem Alexandri, hanc obtinuit Abbatiam à Gregorio XV. Patruo an. 1621.

79 Antonius Card. Barberinus Urbani VIII. ne

largitate omnium homioum cootradictione remota. Si quis igitur contra hoc nostrum præceptum insurgere voiuerit, aut minorare, vel contradicere quæsierit, sciat se compositurum auri optimi iibras centum, medietatem cameræ palatii nostri, & medietatem præsato Episcopo, suisque pontificibus. Quod ut verius credatur, & diligentius observetur manu propria roborantes de aunulo nostro subter insigoiri jussimus.

Signum D. Ugoois Serenissimi Regis.

Sigefredus Cancellarius ad vicem Beati Episcopi ac Archicancellarii recoguovi.

Data VIII. Kal. Jan. auno Dom. Incarnstioois 926. D. vero Ugonis piissimi regis I. Indictione XIV. Actum Trideoto io Christi nomine feliciter Amen.

Utrum vero hic idem subscripserit Concilio Ravennati an 967. & anno 968. Bullæ Jo. Papæ de erectione Ecclesiæ Magdeburgen. in Archiepiscopatum, an alter Adelbertus, non liquet. Quod si idem, 63. saltem annos in Episcopatu vixerit, oportet. Scortus.)

XVI. 14 FELIX. („*qui vel nullus, vel brevissimus fuit Episcopus.*)

XVII 15 ROCCIUS episcopus erar ann. 994. Huic Otho III. Imperator dono dedit castellum de Asylio cum omnibus suis pertineotiis. („ *Rozo (sic enim constanter appellatur in documentis) Calcia, Tarvisinus, patriam admiaistrabat Ecclesiam an. 969. quo et Otho I. Imperator Asylum castrum elargitus est cum omaibus suis pertineatiis, ut proloquitur sequens diploma ex originali transcriptum.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. OTO GRATIA DEI IMPERATOR AUGUSTUS. QUIA IMPERIALEM EXCELLENTIAM OMNIBUS MODIS DECET ECCLESIAS DEI AUGERI ET TOTIS NISIBUS SUBLEVARE ET SUBLIMARI. IDCIRCO NOVERIT OMNIUM FIDELIUM SANCTE DEI ECCLESIE NOSTRORUMQUE PRESENTIUM SCILICET ac futurorum industria quia interveotu, & umili petitiuoe Adeleid nostriq; coojuge imperatrice Augusta concedimus ac perdonamus ac supplici devotione offerimus sancte Tarvisianensis Ecclesie io honore beati petri apostoiorum principis edificate iu qua rozo episcopus preesse videtur castrum de asilo cum ecclesia iu honore beate virginis marie constructa, que olim caput episcopatus ipsius loci & domus esse videbarur seu & capella in honore domini saivaturis fuodara cum universis pertinentiis & adiacentiis suis ad easdem ecclesias juste & legaliter pertinentibus vel aspicientibus una cum piebibus capeilis. terris aratoriis seu vigris vineis campis pratis pascuis silvis salectis sationibus aquis aqusrumq; decursibus moiendinis piscationibus servis & ancillis aldiouibus vei aldianis censibus redditibus omnibusq; rebus mobilibus & immobilibus que dici vel nominari potest ad easdem ecclesias pertinentibus vei aspicientibus ad habendum teoeodum comutandum possidendum vei quicquid pontifex ipsius ecclesie melius previderit faciendum. precipientes insuper jubemus ut oullius dux marchio comes vice comes sculdassio decanus aut publice partis exactor massarios iibellarios cartularios censitos vel residentibus supra terram ipsius sancti petri episcopatus pignorare calumniare aut injuste illis aliquid agere audeat neq; ad publicum piacitum eos ire compellat sed si quid conteotionis inter illos aut supra illos inventum fuerit ante episcopum ipsius sancte sedis diligeoti judicio definiatur nostra pienissima iargitate omnium hominum contradictione remota si quis igitur hoc nostre donationis & offersionis præceptum infringere . . . . aliquando quesierit siat se compositurum auri obtimi libras mille medietatem iacri nostri palatii & medietatem pretuxate sancte tarvisianensis ecclesie suisque pontificibus. quod ut verius credatur & diligentius observetur manu nostra roborans de anulo nostro subtersignuiri jussimus.



SIGNUM SERENISSIMI OTTONIS IMPERATORIS AUGUSTI.

Locus sigilli.

AMBROSIUS CANCELLARIUS AD VICEM UBERTI EPISCOPI ET ARCHICANCELLARII RECOGNOVIT ET SUBSCRIPSIT.

Data IIII. id. Aug. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXVIIII. indictione XII. Regnante domno ottone piissimo imperatore VIII. Actum in percino feliciter. AMEN.

Eidem Otho III. prædecessorum suorum regum ac Imperatorum donationes, & privilegia confirmavit an. 991. hoc edito diplomate, quod juxta exemplum in archivo Episcopali adservatum sic se habet.

In uomine æteroi regis Patris, & Filii, & S. sancti. Otto divioa ordinante clemeotia Rex. Si petitiooibus Præsulum nostrorumque fideliom au res nostræ serenitatis accomodaverimus promptiores eos nostris iu omnibus obseqoiis adfore minime titubamus. Quocirca omuium sanctæ Dei fideliom Ecclesiæ nosse voiomus solerciam, eo quod ioterveutu ac petirione nostræ dilectissimæ matris Theophauu Imperatricis Aoguste, Rozo Episcopus nostram adiit regalem excellentiam efflagitans cernua prece. Quatenus ob amorem Dei, & animæ patris nostri remedium secundum precepta avi nostrique geoitoris digne memoriæ, suæ Ecclesiæ, quæ iu memoria agi (*sic*) Petri apostolorum principis constructa est nostre confirmationis præceptum fieri jussissemus. Nos denique & dubio respecto & nostri regni stabilitate prælibati Rozoois Tarvisiensis Ecclesiæ præsulis efflagitationem uteotes secundum prædecessorum nostrorum Imperatorum avi, & patris nostri præcepta omnia, quæ pertinere videntur ad sui Episcopii jus & dominium, secundum qood juste, & legaliter possumus, præceptum confirmationis coofirmamus, & corroboramus. Videlicet duas partes thelonei & mercati de portu Tarvisiensi, seu duas portiones publicæ monetæ, nec non theloneum civitatis ejusdem, infra & extra, ac pertinere aliquo ingenio iovenitur tam de Christianis, quamque Judæis, qui ibidem negotia exercere studuerint, seu & Castellum de Asilo cum omnibus suis adjacentiis. Eo ordine qoatenos nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Patriarcha, Episcopus, Comes, Vicecomes, magna, parvaque regni nostri persona, ioquietare, molestare, divestire siue iegali judicio nunquam in tempore præsumat præsentem Rozonem pootificem, aut suos successores de omnibus jam dictis, & nostræ confirmationis præcepto confirmatis. Quisquis igitur facere iuventus fuerit contra hoc nostræ coufirmationis præceptum, quod pro patris oostri animæ remedio, nostri regui statu fieri jussimus, centum libras aori optimi componere cogatur, medietatem nostræ cameræ, ac medietatem prædictæ S. Petri Ecclesiæ Tarvisiensis Episcopo patrono temporis cathedram tenuerit. Quod ut verius credatur, diligentiusque in posterum ab omnibus observetur, manu propria subtus confirmaores sigilli nostri impressiooe subtus jussimus iusigniri.

Signum Domni Ottonis Serenissimi Regis.

Joannes Dei gratia Archiepiscopos & Primicerius S. Rom. Ecclesiæ Proto à secretis agnoto vestiarius Ottouis regis subscripsit & recognovit.

Data anno Dominicæ incarnationis 991. ind. IV. 14. Kal. Maii. Anno vero tertii regnantis Ottonis octavo. Actum feliciter Innesburg. Amen.

Sed et an. 996. idem Otho Tarvisinæ Ecclesiæ privilegia rata habuit hoc altero diplomate ex authographo descripto.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS. OTTO DIVINA FAVENTE CLEMENTIA IMPERATOR AUGUSTUS: SI AECCLESIIS DEVOTEQUE FAMULANTES eis petierint contulerimus aeternae recompensationis premium proculdubio accipere non ambigimus: Quapropter omnium sanctae dei aecclesiae fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum agnoscat multitudo Rozonem sanctae tervisiensis aecclesiae Venerabilem Episcopum interventu & petitione Raimbaldi nostri familiaris comitis humiliter nostram imperialem implorasse celsitudinem, quatenus pro dei amore nostraeq; animae remedio sibi suaeque aecclesiae confirmare dignaremur per hoc nostrum preceptum cuncta precepta a nostris predecessoribus constituta & ab invictissimo genitore nostro ottone imperatore augusto confirmata. Cujus dignis postulationibus assensum prebentes & nostrorum predecessorum precepta observantes confirmamus & corroboramus sibi suaeque aecclesiae omnia predecessorum nostrorum regum vel imperatorum precepta & ea quae in illis continentur scilicet duas partes thelonei & mercati de Tervisiensi portu cum districtu & legali querela. seu & duas portiones publicae monetae necnon & theloneum predictae civitatis interius & exterius sicut hactenus nostrae pertinuit dicioni tam de christianis quamque & de judeis qui ibidem negocia exercere studuerint in integrum prefatae sanctae tarvisiensi aecclesiae confirmamus etiam sanctam mariam cum castello asilo & omnibus suis pertinentiis ac monasterium crespulinum & omnia alia quae per instrumenta cartarum a deum timentibus prefatae sanctae aecclesiae donata & concessa esse noscuntur. Etiam in imminente periculo incendii vel aliquo infortunio, jam dicta aecclesia cartas vel aliquas scriptiones per negligentiam perdidit confirmamus atque corroboramus illi per hoc nostrae auctoritatis preceptum ut ipsas res pontifex ipsius Ecclesiae teneat ordinet atque disponat cum omnibus suis rebus mobilibus atq; immobilibus remota omnium hominum contradictione vel molestatione. si quis igitur hoc nostrae confirmationis preceptum nefario ausu infringere temptaverit sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Kamerae nostraa & medietatem prelibatae aecclesiae suisq. rectoribus. Quod ut verius credatur diligentiusque observetur manu propria roboratum sigillo nostro jussimus insigniri.

SIGNUM DOMINI OTTONIS INVICTISSIMI IMPERATORIS AUGUSTI.

HERIBERTUS CANCELLARIUS VICE PETRI EPISCOPI RECOGNOVIT.

Data non. aug. Anno dominicæ incarnationis DCCCCXCVI. ind. VIII. Anno vero tertii ottonis reg. XIII. imperii autem ejus I. Actum papiae feliciter. Amen.

Rozonis pietatem satis commendat instrumentum, quo an. 997. Vitali Abbati S. Benedicti locum, qui vulgo dicitur Mogliano, *quinque milliaribus ab urbe dissitum liberaliter concessit cum Ecclesia, cæterisque omnibus, quæ in donationis rescripto plenius continentur. Hoc equidem nonnisi apographum Monialium S. Theonisti Chartularium nobis servavit: & licet mendis undique scateat, ac seculi barbariem redoleat, illud tamen hic edere minime pigeat.*

In nomine domini dei, & salvatoris nostri Jesu Christi. Anni ab incarnationis ejusdem domini nostri Jesu Christi DCCCC adque XCVII. imperatore d. Ottone tertio imperatore anno duodecimo. imperante domino propicio hic in Italia primo, secundo die Kalendas Martias indictione undecima. Multi cupiunt convolare ad regna. coelestia oblectamenta mundi. Cum autem me cogitante de tremendi judicii die ego domnus eggregius Episcopus Rozo sedis sanctæ Tarvisiensis Ecclesiæ qualiter pœnarum loci evadere potuisset cogitavi. In mentem meam ut ad laudem omnipotentis Dei saltem vel unum locum oratorii monasterium edificare ubi monachi divina contemplatione cotidianis diebus exercere debuisset. Et me cogitantem & divina clementia permanentem inmisit Dominus per S. sancti gratiam in cor vestrum tibi Vitalis Abbas, quia per multorum temporum veniendi ad nos causa visitationis consueveras, & sæpe consequentet de divinarum scripturarum, sicut consuetudo est in servos dei taliter agere. Cum nos autem sæpe conloquentes & memoriam de sanctorum vita monachorum abentes, vos autem cum omni humilitatem ut meliorem vitam eligere cepisti me exortare de salute animæ meæ, qualiter anima mea remissionem peccatorum invenire potuisset ...... Ecclesiam quæ ab antiquis temporibus fuit plebs, & fuit destructa ad paganorum gente, & erat vastitas solitudinis, & selvosum locum, ubi non erat nulla habitatio ominum, quibus ipse locus nominatur Moliane, ubi monasterium ædificare debuissem ad onorem Dei omnipotentis, & beatæ mariæ Virginis pro remedium animæ meæ, & antecessorum vel successorum nostrorum, & pro anima domini Imperatoris nostri, & tuitione nostræ patriæ, quia dignum, & rationabile esse videtur, ac quod in ceteris Episcopatibus monasteria ordinata sunt, ita & in nostro Episcopatu ordinatum fieri debuisset, quia ipsam eamdem Ecclesiam minime reconciliata fuisset nisi tantum ibi non esset monasterium. Ideo quod vos sæpe dictus Vitalis Abbas in tantum vobis displicuit delectamenta ujus mundi, in quantum vobis verum ministerium præstitit, & adjecistis tibi paupertatis vitæ reliquisti vestrum monasterium, ubi preeras Abbas, & venisti in istum locum desertum cum fratribus tuis, & cepisti de die in die insimul mecum eodem loco restaurare & ad culmen perducere. Ideoque supradictus domnus reverentissimus Rozone Episcopus motus tuis precibus ortantibus & consentientibus nobis videlicet Rambaldus eximio comite, & Vvangerin ejus germano, & cunctis Canonicis nostris Episcopii insimul cum Teudaldo avocatore nostro seu cunctis fidelibus nostris, nec non & cunctis primatibus & judicibus, & cuncto populo Tarvisino confirmamus ..... partim ob firmitatis judicia subter ascriptæ sunt asensu petitionis tuæ cum successoribus vel posteris adque hered. nostris damus & concedimus adque offerimus eamdem dei Ecclesiam beatæ semper virginis Mariæ, quod ab antiquitus fuit plebs babtismalis de nostro Episcopio perpetualiter cum omnia ad se pertinente fieri monasterio. Itaut tu omnibus diebus vitæ tuæ monachico more vivens catervam Christo servituram juxta discretionem a deo tibi tradita ibi potestative ordinare debeas sine nostra vel successorum nostrorum contrarietate. Insuper tradimus vobis, & suprafato Dei monasterio nostra spontanea bona voluntate una nostra curtem, quæ vocatur Caverniacus, una cum capella ibi fundata ad onorem sanctæ mariæ Virginis cum omnia se pertinentibus.... & cum ipsa terre quæ dicitur Aganiano, similiter tradimus vobis una alia capella quæ est sita in farmacia a vocabulum beati Petri apostoli cum tota alia terra quæ in eodem loco nunc abemus & detinemus, aut antecessoribus nostris abuerunt & possessi fuerint, aut ad partem nostro Episcopio pertinere videtur. Itemque damus adque dona-

mus super totam unam villam, quæ vocatur Covasiaga posita in campanea secus flumen quod dicitur Sylle cum omnia ad se pertinente quantum a supradicto Episcopio de jam dicta villa legibus pertinet. Similiter concedimus, & offerimus super totum desertum quantum ad nostrum Episcopin pertinuit abete a compreensu flumine, qui nominatur Dese usque in rivum qui est in Sarmacione & contra mare usque in pertinentia de Gaso, & de via, quæ conomiatur Deso, & de supra monasterio contra monte usque in via quæ decurit de Quinto quæ sunt curtem vicorees, masaricias rectas & inrectas, laboratas, & non laboratas cum curtis ortis orreis, & deforis vero tam terris arratoriciis seu vel vigris, vineis, campis, pradis, pascuis, silvis, salectis, facinnibus, rivis, ac paludibus, piscationibus prehensas preendendum runcora faciendum, qualiter superius legitur & sunt comprensis.... quod ad nostro Episcopin legibus pertinet de jam dictas curtem, & de supradictas capellas, & de supradictas vicoras aut per cartula vel extra cartula, aut undecumque ad nostru Episcopin inventum aut devnlutum eit. Et item concedimus vobis duobus aquimnli cum omni ordinatinne conjuganda ad macinandum, unum ex ipsis situ in flumine qui dicitur Mel...no secus villa Midranas, & alin situ in flumine, qui vocatur Musestre. Et insuper concedimus vobis ipsum decumum quantum pertinet de boteneco, ac quod supradictum est in omnibus habearis, teneatis, possideatis, fruetis, laboretis, cum introitu & exitu suo tam per terris sive per aqua cum suas decimas vel primicias quas modo ibi inventæ sunt, vel in antea ibi aquisieris tu vel succesores tuos in tua vel in vestru monasterin maneat potestate nullo vobis omine contradicente nequaquam intermittendi, nec succesores nostros non in palam, neque clam de nullo vestro masario non per nulla colta, neque per nullum servicium, sed omnia iu vos vel in vestrum monasterium tradimus potestatem, ad proprietario jure eidem præfatn monasterio usq; in perpetuum. Verum quia antea quando fuit plebs, ibi abebat baptisterium, si vobis dominus omnibus concesserit, & vobis placuerit ibi baptisterium facere, contradicete vobis non debeamus, non nos, neque succesores nostros per covis ingenium. Crisma vel oleum sanctum de nostro Episcopatu accipiatis. Pnst tuum vern transitum potestas inde damus illorum fratribus, qui post vern in oc monasterium remanserint que in abati sui ordinarione semper confidetenr racio sicut beatus benedictus præcipir ut sub una caritate in tali electinne faciat qui dignus sit tali nnore cum consensu & vnluntate nostra vel succesorum nnstrntum. Et ego & succesoribus meis sine aliquo præmium consecrare debeo, & baculum dare. Similiter diaconos & presbyteros, qui in vestrn monasterin ordinandi sunt, consecrare debeamus ego, & succesoribus meis. Verum quia antea ipsa prefata dei Ecclesia fuerat pertinens ad dominium nostri Episcopii, voinmus, ut amodn in antea & semper ab omni liberrate consistat, ut nullus Episcopus servitutis usum requirat, aut prandia præsumat vel quelibet munusculum dare nisi tantum ut previio rederet ei tetitudinem illorum tenete deceat, quasi pater spiritualis pabulum vitæ æternæ ministrer. Tamen statutum est inter nos ut duos ceros pensante libra una anualiter in festivitate sancti Petri apostoli in nostro Episcopio persulvere debeatis tantum. Deprecor vos omnes fratres qui post meum decessum in oc Episcopatum ordinaros esse debetis, ordinacione meam quibus per voluntatem & consensu omnium Cannnicorum nostrurum vel laicorum, & pro remedium animæ meæ & vestrarum animarum, & pro exaltatione nostræ sanctæ matris Ecclesiæ oc monasterinm ordinamus vos nunquam nulla molestia faciatis in hoc monasterin, sed quod nos non potuimus adimplere vos adimpleatis, ut nnn incidatis in damnatione, quod destractores Ecclesiæ paciuntur. Si quis hæc cartula quod ortacione & cnnsensu predictorum principum & fidelium nostrorum canonicorum ob sanctemnnialis vitæ regula dilatandam corumpere vnluerint, anatematis pena mulcetur, & cum impiissimo Juda traditore domini nostri Jesu Cristi damnetur incendinm, & ec ordinacio maneat in suo robore firma & stabilis permaneat cum stipulatinne subnixa. Actum feliciter in civitate Tarvisina.

Ego Rozo indignus Episcopus in hac ordinatione antefacta mm. ss.
Egn Petrus Archidiaconus mm. ss.
Ego Dominicus presbyter mm. ss.
Ego Jnhanes presb. adque primicherium mm. ss.
Ego Alduinus Decanus mm. ss.
Ego Immo presbyter mm. sa.
Egn Johanes Lupomi mm. ss.
Ego Lantefredus presb. mm. ss.
Ego presbyter Olvio mm. ss.
Egn Odelbertus diaconus mm. ss.
Ego.... ptesbyter mm. ss.
Egn Petrus subdiac. mm. ss.
Acedulsn subdiacono mm. ss.
† Signum manu D. Rambaldi comitis eadem signum crucis feci & interfui.
† Ego Pereden scripsi proter tt. Ego Teugnardus ss. proter tt. Ego Maginelmo ss. proter tt.
Signum manibus Cadntarii Vulfando & Oderto vicecomes, & Meraldo, & Serzo, & Rozo & Paulo, & Adelberto vicednmino, & Gajo ibi stantibus & manus supposnerunt pro testimonin.
Ego Enrõ not. & judex sacri palatii rogatus anc ordinacionem scripsi, & explevi ss.........

† Exemplar ex authentico suscepto anno dom. millei. centes. quinquag. VII. indict. V. octavo idus Julii. Actum feliciter in comitatu Tarvisii in claustro Monasterii Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Muliani.
† Egn Jacobus not. hoc exemplar ex authentico scriptum rogatus interfui scripsi & complevi.

Rozonis donationi robur addidit Otho III. sequenti diplomate, quod en Originali in tabulario Monialium S. Theonisti adservato hujus est tenoris.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. TERTIUS OTTO GRATIA DEI ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS. SI ECCLESIARUM DEI scripta confirmare, atque nostra imperiali auctoritate corroborare studuerimus ad nostræ animæ remedium proficere minime dubitamus. Quo circa omnium Dei Ecclesiarum præsentium scilicet & futurorum fidelium solers noscat industria, qualiter iste abbas Vitalis nomine cum suis confratribus de monasterio quod noviter est constructum operante rozone tarvisiense Episcopo in quodam deserto loco, qui mulianas dicitur, nostram suppliciter adiit clementiam ut pro dei amore nnstræque animæ remedio nostra imperiali auctnrit. sua corroboraremus scripta, quæ modo habet, vel in antea prædictn monasterio adquisiturns erit. Nos vern dignis petitionibus illius anres nnstræ clementiæ clementer accomodantes pro dei amore nostræque remedio animæ scripta prædicti monasterii sanctæ dei genitricis mariæ, quæ modo habet vel in futuro inveniet nostra imperiali auctoritate confirmamus, atque corroboramus, omnium hominum remota occasione: præcipientes vero jubemus ut nullus dux comes Episcopus vice dominus nec aliqua persona nostri imperii hoc infringere vel inquietare præsumat. Si quis vero istius violator jussionis extiterit sciat se compositurum mille libras preciosissimi auri medietatem Kameræ nostræ, & medietatem prædictn monasterin sanctæ dei ge-

A nitricis mariæ. Quod ut veriuscredatur diligentiusque ab omnibus observetur propria manu confirmamus, & annulo nostro insigniri inferius jubemus.

SIGNUM DOMINI TERTII OTTONIS SERENISSIMI ET INVICTISSIMI AUGUSTI.

HEREBERTUS CANCELLARIUS VICE PETRI CUMANI EPISCOPI ET ARCHICANCELLARII RECOGNOVIT.

Locus sigilli.

Data xvi. Kl. Febr. Anno dominicæ incarnationis DCCCCXCVII. Ind. xi. anno tertio Ottonis regnantis XV. imperantis II. Actum ravenæ feliciter.

Scottus.)

Vivebat adhuc Rozo anno 1001. quo Petro Ursoolo Venetorum duci locat tertiam partem celonei atque ripatici ad Tarvisinam Ecclesiam pertinentis, aliaque paciscitur, ut ex sequenti colligitur documento, cujus exemplum nobis Trivisanæus codex suppeditavit.

B In nomine Domini nostri Jesu Christi. Tertius Otto Imperator Augustus in Italia anno quinto Indict. xiiii. feliciter. Libelli locationis qualiter alloco ego D. Rozo venerab. Episcopus S. Tarvisiensis Ecclesiæ una per consensum Deoprandi Advocati mei, seu universo nostro clero sic allocavimus vobis D. Petro, qui vocatur Ursyolo Dux Vaneticorum, atque Dalmatianorum, & vestris hæredibus tertiam partem de universo teloneo atque ripatico, quod pertinet ad portum de nostra S. Ecclesia, atque tres mansiones, nec non & tantam terram, quantum suffecerit ad tertiam partem ad vestras stationes faciendas adversus nostras, quantum vestrates & nostrates illuc causa negotii convenientes persolvere debeant, excepto solummodo ripatico de illo Teutonicorum sicut ad me ipsum D. Rozonum Episcopum, vel ad C meum Episcopatum pertinet, aut pertinere debet in libellario nomine, usque ad annos xx. & novem complectos ad renovandum, annualiter persolvere debeatis vos jam dictus D. Petrus dux infrascripto Episcopio Tarvisinianensi, & mihi Rozoni Episcopo & successoribus meis Bisantios aureos quatuor: & si ipsos quatuor Bisantios noluerimus tollere tunc pro ipsis Bisantiis dare debeatis de vestris denariis libras duas; itaut nec ego suprascriptus D. Rozzus Episcopus, vel aliquis de meis successoribus vobis D. Petro Duci vel vestris hæredibus hoc contradicere, vel minuere valeamus, vel aliquas injunctas supponere nisi secundum hoc, quod in ipso continetur libello. Insuper addimus, atque promittimus hæc, ut non amplius quam quadragesimum modicum de sale recipere debeamus, itemque de omnibus cæteris rebus: de vino vero pro unaquaque angaria denarios quatuor: & vestri homines venientes ad nostrum portum desensare promittimus, itaut D illesi & securi eundo & redeundo, & in eodem portu morando in omnibus existant. Placuit etiam nobis, ut vestrum gastaldionem, qui vestra exigere debet, & vestros homines distringere, inibi habere debeat sine nostra vel nostrum omnium contradictione, & de vestro proprio sale nullum unquam teloneum atque ripaticum tollere debeamus usque in modia trecenta. Quod si vobis aliquas injunctas imponere voluerimus, aut si ab omnibus contradicentibus hominibus vestrates non defensaverimus, vel si pro aliquo ingenio subtrahere, vel minuere voluerimus, & omnia quæ superius legitur, non observaverimus, tunc componere promittimus cum nostris successoribus vobis D. Petro Duci, & vestris hæredibus argenti lib. 5. & post pœnam solutionis hæc libelli carta usque ad prædictum tempus in sua maneat firmitate. Et si ego suprascriptus Dux de prædictis Bisantiis, vel denariis, quod superius legitur, per omnem rotantem annum in mense martii ad partem S. Tarvisensis Ecclesiæ, & vobis D. Rozzo Episcopo, & vestris successoribus, quæ per tempora fuerint, non persolverimus, tunc componere promitto duplum prædictum censum, & insuper repromitto recte te observare omnia; quæ superius legitur, nunquam vostris contradicere hominibus ad vestrum portum venire non per me, neque per aliquam submissam personam, si ad alios tantum portus illius marchiæ licentiam habuerint ire, atque negotiare, & si hoc contradixero, componare vobis promitto, & vestris successoribus argenti lib. 5. & post pœnam solutionis maneat hæc pagina in sua firmitate.

Ego Roaus Episcopus in hac allocatione à me facta mm. ss.

Ego Teuprandus advocatus consen. mm. ss.

Ego Petrus Archidiaconus mm. ss.

Ego Joannes presb. Psimicerius mm ss.

Ego Immo presb. mm. ss.

Signum manus Martini de Charibio. Petrus Ruzichazo de Tarvisio, & Rozo de Ceneta, & Azo Romanus testes.

Ego Albericus Not. rogatus ad suprascripta, qui hanc cartam qualiter supra legitur, scripsi & post traditam complevi.)

16 ALMERICUS. XVIII

17 BLONEONUS. XIX.

18 ALMERICUS II. (*Vivebat Almericus Tarvisinus Episcopus anno 1011. ut constat ex instrumento donationis Rodoaldæ Vangerii Tarvisii comitis q. uxoris, existente in archivio monialium S. Zachariæ Venetiarum, rogato eodem anno. Reliqui vero tres Episcopi hic ab Ughello recensiti videlicet Almericus alter, Bloneonus, atque Gregorius vel nunquam, vel brevi temporis intervallo huic præfuerunt Ecclesiæ. Nulla certe eorum in veteribus monumentis ad nos pervenit memoria.*) XX

19 GREGORIUS. XXI

(ARNALDUS *anno 1014. ab Henrico Imperatore antecactarum donationum confirmationem accepit, hoc diplomate decoratus, quod ex authentico in Episcopali Archivo adservato hic exhibemus.* XXII.

C IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS. HENRICUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS: SI AECCLESIIS DEVOTEQUAE FAMULANTES EIS petierint contulerimus aeternae recompensationis premium proculdubio accipere non ambigimus. Quapropter omnium sanctae dei aecclesiæ fidelium nostrorumq. presentium scilicet ac futurorum agnoscat multitudo: Arnaldum sanctae tarvisiensis venerabilem episcopum interventu & peritione Egilberti frisingensis aecclesiae antistitis nostram imperialem implorasse celsitudinem. quatenus pro dei amore nostraeq. animae remedio sibi suaeq. aecclesiae confirmare dignaremur per hoc nostrum D preceptum cuncta precepta a nostris predecessoribus constituta atq. confirmata. Cujus dignis postulationibus assensum prebentes & nostrorum antecessorum precepta observantes confirmamus & corroboramus sibi suaeque aecclesiae omnia predecessorum nostrorumque regum vel imperatorum precepta & ea quae in illis continentur. scilicet duas partes thelonei & mercati de tarvisiensi portu cum districtu & legali querela seu & duas portiones publicae monetae nec non & theloneum predictae civitatis interius & exterius sicut hactenus nostrae pervenit dicioni tam de christianis quamque & judeis qui ibidem negotia exercere studuerint in integrum presatae tarvisiensi aecclesiae confirmamus. etiam sanctam mariam cum castello asilo & omnibus suis pertinentibus ac monasterium crespulinum seu abbatiam sancti hilarii cum aecclesiastico districtu nec non & decimas de hladino & ceresaria, &

A omnia alia quae per instrumeota cartarum a deum timeotibus prefatae sanctae aecclesiae donata & concessa esse noscuntur etiam si imminente Incendii periculo vel aliquo insortuoio jam dicta aecclesia cartas vel aliquas scriptiones per negligentiam perdidit. confirmamus atque corroboramus illi per hoc nostrae auctoritatis preceptum. ut ipsas res pontifex ipsius aecclesiae teneat ordinet atque disponat cum omnibus suis rebus mobilibus & immobilibus remota omuium hominum contradictione vel molestatione. si quis igitur nostrae confirmationis præceptum nefario ausu Infringere temptaverit. sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Kamerae nostrae & medietatem prelibatae aecclesiae suisque rectoribus. Quod ut verius credatur diligentiusque observetur manu propria roboratum sigillo nostro jussimus iosigniri.

B SIGNUM DOMINI HEINRICI INVICTISSIMI IMPERATORIS AUGUSTI.



Gumherius cancellatius vice Harconbaldi Archicapp. notavi.

. . . . . . Dominicae Incarnatioois MXIIII. ind. xt. Anno domini Heinrici serenissimi imperatoris regni XII. ioiperii vero I. Actum in villa Dulceri. . . . . Locus sigilli.

Aano vero 1021 die 6. Decembris Veronæ præsens erat, dum idem Henricas lites inter S. Zenonis Monachos, & Rambaldam Tarvisii comitem verteates dirimeret ex documeato apud Muratoriam Antiqait. Ital. tom. 1. p. 129. ia quo Arnaldus Tervianensis *appellatur pro* Tervisianensis. *Neque ab hoc Arnaldo diversum esse puto Arelaldam, sea Arlandum illam, cui Rambaldus Tarvisii comes anno Henrici Imperatoris nono indictioae sexta aaa. videlicet Christi 1023. omnes Silis fluminis teloneum amplissime cessit hoc documento, quod ex libro A C. Episcopalis Archivi descripsimus.*

C In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Henricus dei gratia Imperator Augustus. Deo propitio anno nono, octavo Kl. Februarii, Indictione sexta tibi Arelaldo Episcopo Episcopio Ecclesiæ Tarv. Ego Rambaldus comes, filiusq; itemq; Rambaldi comitis, qui professus sum ex nativitate mea lege vivere Longobardorum, propterea dixi, & spondeo me, ego qui sum Rambaldus comes, meiq; heredes, ut amodo nullum in tempus non habeamus licentiam, non potestatem per nullum negotium, nullamque occasionem, quod fieri potest agere, seu causare adversus te, quem super, Arelaldi Episcopi, ejus successoribus, vel par ipsius Episcopio

D nominative de theloneo de fluvio Sileris de portu usque ad civitatem Tarvisii, neque ad pontem, neque ad ripas infra eadem terminos, neque ad homines de fine Venetiæ, neque a ceteris hominibus, & non theloneum exigamus, ut si modo aliquando tempore ego qui supra Rambaldus comes, meique heredes tibi cui super Arelaldi Episcopi, ejusque successores vel pars utriusque Episcopio de predicto theloneo agere, aut causare vel removere presumpserimus per nos vel per nostras submissas personas, & taciti exinde omni tempore non permansimus, vel si apparuerit ullum datum aut factum, vel quodlibet sumptum, quod nos exinde fecissemus in aliam partem clarerit, tunc componamus ego, qui supra, dictus Rambaldus comes, meique heredes tibi cui superius Arelaldi Episcopi, tuisque successoribus, vestrique Episcopio pæna dupli ipsius thelonei.

A Insuper pæna argenti denariis bonis Venetis lib. c. exinde & hanc confirmando promissionis cartulam accepi ego qui super Rambaldus comes ad te jam dictus Arelandus Episcopus exinde laudemio . . . uno, ut ex mea promissione tuisque successoribus vestroq; Episcopio per omnia tempora firma permaneat, atque persistat. Actum in Atrio in Ecclesia S. Pauli in loco qui dicitur faida feliciter. Signum manus R. Signum maous istius Rambaldi comitis qui hanc cartulam promissionis fieri rogavit, & instrumento lecto nihil accepit, & eique relecta est. Signum manus Vvalperti, & laudavi. Ego Varient. Not. & judex, qui hanc cartam promissionis scripsi, & post traditam complevi. *Scotras.*)

XXIII *a Post an. 1022.*

20 ROTHARIS Episcopatum gessit an. 1020. *a* quo ipso a uno ex ecclesia S. Joannis Baptistæ transtulit in Cathedralem corpora Ss. Episcoporum Theonisti, Florentii, & Vindemialis, simul cum sanctis reliquiis beatorum diaconorum, ac Martyrũ

B Tabræ, & Tabratæ, honorificentiori loco asservãdis. (*Hic obtinuit Imperialiam concessionum coafirmationem à rege Conrado an. 1026. quæ sic se habet.*

In nomine omnipoteotis Dei. Cunradus ejus annuente clementia rex. Si ecclesiis devote que famulantes eis petierint contulerimus, æternæ recompensationis premium proculdubio accipere non ambigimus. Quapropter sanctæ dei ecclesiæ nostrorumque presentium atque futurorum fidelium noverit multitudo domioum Rotarium sanctæ Tarvisensis ecclesiæ venerabilem Episcopum, dilectæ conjugis nostræ Gislæ interveutu nostram suppliciter implorasse celsitudinem. Quateous pro Dei amore, nostræque animæ remedio, sibi, suæque ecclesiæ per hoc institutioois præceptum, cuncta præcepta, cunctaque emptioois, oblationis seu cujuscumque ratæ acquisitionis munimina prædictæ ecclesiæ à nostris prædecessoribus conltitura & corroborata confirmare, & corrobotare dignaremur. Cujus dignis po-

C stulationibus assensum præbentes, & prædecessorum noilrorum consuetudinem observare volentes, prænominato Episcopo, suæque Ecclesiæ omnia prædecessorum nostrorum Regum, vel Imperatorum præcepta, & ea quæ in illis continentur descripta, Ecclesias scilicet, & Capellas cum plebibus & decimatiooibus confirmamus, & io perpetuum roboramus, portum quoque Tarvisiensem cum legitima aquarum riparumve districtione, monetam publicam, negotiationes mercatorum, cæteraque omnia mobilia & immobilia quæ per præceptorum, vel aliorum nominum cartarum instructa præfatæ Ecclesiæ ab omnibus Deum diligentibus vel timentibus concessa esse & coofirmata noscuntur. Hæc siquidem omnia prælibata cum theloneis interius exteriusque colligendis aut prædiis, & utriusque sexus familiis diversorum vocabulorum nominibus Inscriptis. Si autem imminente incendii, vel alicujus infortunii periculo jam dicta Ecclesia

D cartas vel aliquas descriptiones per negligentiam perdidit, vel perdere quandocumque contigerit per hoc nostræ auctoritatis præceptum confirmamus, & corroboramus, ut ipsas res dictæ Ecclesiæ Pontifex potestative teneat, ordinet, atque disponat. Per præsentem insuper nostræ poteotiæ descriptionem firmiter jubemus ut nullus Dux, marchio, comes, vicecomes, Sculdasius, vel decanus, aut quisquam publicus exactor, massarios, libellarios, cartularios, censitos, aldiones, servos & ancillas, vel cujuscumque generis residentes super ipsius Ecclesiæ terram pignorare calupniari, aut injuste aliquid illis agere audeat, neque ad placitum publicum eos venire compellat. Et si quid conteutioois supra illos inveniatur ante ipsius Ecclesiæ sedis Episcopum diligenti judicio diffiniatur . . . . . plenissime omoium contradictione hominum exclusa. Si quis igitur, quod absit, hanc confirmationis paginam

infringere, vel temerare præsumpserit, auri libras mille se compositurum noverit, dimidium cameræ nostræ, & dimidium prætaxatæ Ecclesiæ, suisque Pontificibus. Quod ut verius credatur, & diligentius observetur manu propria roboratum sigilli nostri reddidimus imagine figuratum.

Signum Domini Cunradi invictissimi Regis.

Hugo Cancellarius vice Aribonis archicancellarii recognovit.

Data anno Dominicæ incarnationis 1023. Regis vero D. Cunradi secundi regn. III. indictione IX. Acta Cremonæ feliciter.

Sed pro anno Domin. Incarn. 1023. scribendum esse 1026. indicant indictio IX. & annus regni Conradi tertius. Subscripsit deinde Rotharius Popponis Aquilejensis Patriarchæ privilegio canonicis suis elargito an. 1031. de quo supra in Aquilejen. Anno denique 1047. ab Henrico Imperatore jurium atque privilegiorum Ecclesiæ suæ confirmationem obtinuit. En diploma ex autographo exaratum, cujus Rothirus non alter à Rothario Tarvisinus Episcopus censendus est.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS. HENRICUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS. SI AECCLESIIS DEI CONTULERIMUS quae devote petierint eis famulantes aeternae recompensationis premium proculdubio accipere non ambigimus. Qua propter omnium sanctae dei aecclesiae nostrorumq; fidelium tam futurorum quam presentium noverit multitudo qualiter nos ob interventum ac petitionem dilectae contectalis nostrae AGNETIS imperatricis fideli nostro tarvisiensis aecclesiae Episcopo ROTHIRO suisque successoribus aecclesiaeque illis comissae per hoc nostrae institutionis preceptum felicis memorie patris nostri CHONRADI consuetudin.... predecessorum regum videlicet & imperatorum sequentes omnia predictae aecclesiae precepta cunctaque emptionis oblationis seu cujuscumque ratae conquisitionis munimina eidem aecclesiae a nostris predecessoribus constituta, & corroborata & ea quae in illis continentur descripta aecclesias scilicet & capellas etiam sanctam mariam cum castello asylo & omnibus suis pertinentiis ac monasterium crispulinum seu abbatiam sancti hilarii, bladinum quoque & ceresaria cum aecclesiastico districtu & decimationibus confirmamus & in perpetuum corroboramus. Portum quoque tarvisieosem cum legitima aquarum riparumve districtione. Monetam publicam negotiationes mercatorum ceteraque omnia mobilia & immobilia quae per preceptorum vel aliorum nominum cartarum instrumenta prefatae aecclesiae ab omnibus deum diligentibus vel timentibus collata & confirmata esse noscuntur cum theloneis interius exteriusque colligendis cum prediis & utriusque sexus mancipiis & familiis diversorum vocabulorum nominibus inscriptis.... imminente incendii vel alicujus infortunii periculo jam dicta aecclesia cartas vel aliquas inscriptiones per negligentiam perdidit vel perdere quandoque contigerit, per hoc nostrae confirmationis precepto corroboramus, ut ipsas res predictae Ecclesiae pontifex potestative teneat ordinet atque disponat. Precipientes itaque jubemus ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, aut quisq; publicus exactor, massarios, libellarios, cartularios censuales, aldiones servos & ancillas vel cujuscumque generis homines super ipsius aecclesiae terram residentes pignerare calumniari aut injuste aliquid illis agere audeat, neq; ad placitum publicum eos venire compellat. Sed si quid contentionis super illos invenitur ante ipsius aecclesiae episcopum diligenti judicio finiatur omnium contradictione remota. Si quis igitur hanc nostrae confirmationis paginam infringere temerario ausu presumpserit auri libras Mille compositurum se noverit, medietatem camerae nostrae, & medietatem predictae aecclesiae suisque pontificibus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur manu propria roborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

SIGNUM INRICI ROMA- VICTISSI-



DOMNI HE- SECUNDI NORUM IN- MIIMP. AUG.

Heinricus cancellarius vice Herimani archicancellarii recognovi.

Locus signi.

Data VIII. ID. MAII: Anno dominicae Incarnationis MXLVII. indictione XV. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationis ejus XVIII. regnantis VIII. secundi imperantis...

Actum FOLIRNI in dei nomine feliciter. Amen.

Rotharii autem, seu Rothiri nulla ulterior habetur memoria. Scottus.)

21 RAYNERIUS.

(*Hunc Raynerium anno 1047. (melius dixisset 1046.) asserit Bonifacius in hist. Tarvis. ab Henrico III. Romam cum aliis Episcopis accersitum, quando tribus Antipapis exauctoratis Clemens II. ad Apostolicam sedem evectus est. Unde verò patrius historicus hæc hauserit de Raynerio, quia id silentio præterit, ignoro. Vereor equidem, ne pro Rothario Raynerium perperam legerit, cum ex proxime relato Henrici diplomate certissimum fit Rotharium adhuc anno 1047. hanc sedem tenuisse. Raynerium igitur ex hac Tarvisinorum serie non hæsitanter expungo.*

VOLFANCUS, *de quo nobis constat ex Henrici IV. diplomate eidem an. 1065. concesso in Ecclesiæ Tarvisinæ jurium, & donationum repetitam confirmationem. Extat apographum in lib. A C. Episcopalis archivi p. 47. hisce conceptum verbis.* XXIV

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Rex. Quantum regiæ dignitatis est ecclesias ædificare, ædificatas ditare, tantum æternæ felicitatis esse speramus ditatas perpetua pace stabilique jure confirmare, ut quibus gaudent bene partis, nunquam doleant pœnis amissis. Quapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam præsentibus notum esse volumus. Qualiter nos patris nostri felicis memoriæ Heinrici Imp. Aug. ejusque antecessorum sive Regum, sive Imperatorum exempla secuti, interventu quoque fidelium nostrorum Adalberti Hamaburgensis Archiepiscopi, Ebbonis Nurembergensis Episcopi, Tarvisiensi Ecclesiæ, fidelique nostro Volfanco ejusdem sedis Episcopo, suisque successoribus omnia ejus præcepta cunctaque emptionis, oblationis, seu cujuscumque ratæ conquisitionis munimina eidem Ecclesiæ a nobis prædecessoribus constituta & corroborata, & ea quæ in illis continentur descripta, Ecclesias scilicet & capellas etiam sanctam Mariam cum castello Asylo & omnibus suis pertinentiis, ac monasterium Crispulinum seu Abbatiam S. Hilarii, Bladinum quoque, & Ceresarium cum Ecclesiastico districtu, & decimationibus. Portum quidem Tarvisiensem cum legitima aquarum riparumve districtione, monetam publicam, negotiationes mercatorum, cæteraque omnia mobilia & immobilia, quæ per præceptorum, vel aliorum nominum cartarum instrumenta præfatæ Ecclesiæ Deum diligentibus, vel timentibus collata & confirmata esse noscuntur cum theloneis interius

ex-

A exterinsque colligendis, cum prædiis, & utriusque sexus mancipiis, & familiis diversorum vocabulorum nominibus inscriptis per hoc nostræ institutionis præceptum confirmavimus, & in perpetuum possidenda concessimus. Ea videlicet ratione, ut si incendii vel alicujus infortunii periculo prædicta Ecclesia cartas vel aliquas inscriptionas perdiderit, vel perdere quandocumq; acciderit, per hoc nostrę confirmationis præceptum omnia restaurentur, & ipsius res prædictæ Ecclesiæ Pontifex omnium contradictione remota potestative teneat, ordinet, atque disponat. Præcipientes insuper jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut quisque publicus exactor massarios, libellarios, cartularios, censitos, aldiones, servos & ancillas, vel cujusque generis homines, super ipsius Ecclesiæ terram residentes, pignorare, calupniari, aut injuste aliquid illis agere audeat, neque ad placitum publicum, eos venire compellat. Sed si quid contentionis super illos inveniatur, ante ipsius Ecclesię B Episcopum diligenti judicio finiatur omnium contradictione remota. Si quis igitur hanc nostræ confirmationis paginam infringere temerario ausu præsumpserit, auri libras mille compositurum se noverit, medietatem cameræ nostræ, & medietatem prædictæ Ecclesiæ, illiusque Pontificibus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, hanc cartam inde conscribi manuque propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum D. Heintici quarti Regis.

Gregorius Cancellarius vice Antonii Archicancellarii recognovit.

Data XIII. Kl. Decemb Anno Domin. incarnationis MLXV. indictione III. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XI. Regni vero VIIII.

Actum Chabrie in Dei nomine feliciter. Amen.

Jampridem vero, & Volfanco fortasse, vel Rotbario Episcopo Henricus III. an. 1055. *Monachis* C *de Molsano confirmaverat omnia bona, quæ Rozo Episcopus eisdem largiter concesserat, & quæ deinde fuerant adepti, hoc diplomate, quod ex anthographo apud Moniales S. Theonisti existente hic appono.*

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUE TRINITATIS HEINRICUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS.

Si Ecclesiarum Dei scripta confirmare atq. nostra imperiali auctorit. corroborare studuerimus ad nostræ animæ remedium proficere minime dubitamus. Quocirca omnium Dei ęcclesiarum prę sentium scilicet ac futurorum fidelium solliers noscat industria. qualiter pro remedio animæ nostræ. & ob interventum dilectissimæ. conjugis nostræ imperatricis AGNETIS: & propter incrementum filii nostri Karissimi HEINRICI quarti regis. cuidam monasterio sanctæ dei genitricis MARIÆ in loco qui mulianas dicitur sito. D omnia bona quæ ROZO. quondan tarvisiensis episcopus illuc tradidit eidem æcclesię. nostra imperiali auctoritate damus. concedimus. & confirmamus. Præterea omnia quæ modo legaliter habet vel in antea predictum monasterium juste ac legaliter acquisiturum erit. scilicet in campis. in pratis. in pascuis. in silvis. in aquis. aquarumq. decursib. in piscationib. in molendinis. cultis. & incultis. cum omni usu qui aliquando ex his provenire poterit. insuper & scripta predicti monasterii sanctæ dei genetricis MARIÆ. quę modo habet. vel in futuro legaliter acquisierit. Imperiali nostra concessione prefato monasterio damus. & corroboramus omnium hominum contradictione remota. Precipiẽtes vero jubemus. ut nullus archiepiscopus. episcopus. dux. marchio. comes vicecomes. nec aliqua magna. vel parva nostri regni persona. hoc infringere presumat. aut ullomodo sine

A legali judicio inquietare. Si quis vero istius violator jussionis extiterit. sciat se compositurum mille libras auri optimi. medietatem Kameræ nostræ. & medietatem predito monasterio sanctæ dei genitricis MARIÆ. Quod ut verius credatur & diligentius ab omnibus observetur. hanc cartam inde conscriptam. manu propria corroborantes. sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

SIGNUM D. HEINRICI TERTII INVICTISSIMI SECUNDI ROMANORUM IMPERATORIS AUGUSTI.

GUNTHERIUS CANCELLARIUS VICE HERIMANNI ARCHICANCELLARII RECOGNOVIT.

Data II. id. Oct. Anno Dominicæ incar. MLV. indict. VIII. Anno autem Domini HEINRICI .... regis. imperii autem secundi. Ordinat. ejus XXVII. Regni ejusdem XVII. imperii vero VIIII.

Actum ad curtem rodoli in dei nomine feliciter. B Amen.

Rozonis donationi, atque Henrici confirmationi suffragatus est hoc eodem anno Victor II. expedito privilegio, quod originale servatur in chartulario earamdem Monialium S. Theonisti hujus tenoris.

Victor Episcopus servus servorum Dei.

Preceptum nostri dilectissimi filii Heinrici dei gratia romanorum imperatoris augusti recognoscentes. datum ad defensionem, & firmitudinem Monasterii S. & perpetuæ virginis MARIE, quod est situm in loco qui MULIANAS dicitur pro animæ suæ remedio, & ob interventum AGNETIS imperatricis suæ videlicet dilectissimæ conjugis nec non incrementum sui Karissimi filii HEINRICI quarti regis. id ipsum preceptum sicut ab ejus imperiali potestate datum est & confirmatum. ita nos nostra apostolica auctoritate damus. concedimus. & confirmamus. Debito summæ & apostolicæ sedis cui gratia dei non nostris meritis præsidemus, curam C omnium Ecclesiarum agere debemus quia ex hoc potissimum lucri premium a Deo consequimur. Si venerabilia loca ad cultum dei ordinata per nos ad meliorem statum fuerit perducta. Et ideo notum esse volumus omnibus in Christo pie vivere volentibus qualiter nos omnia hæc bona; que ROZO Tarvisiensis Episcopus ad prefatum monasterium tradidit auctoritate S. PETRI & nostra ibi rata & in perpetuum illic stabilita decernimus & confirmamus. Preterea statuimus jam dicto monasterio ut remota omnium pravorum hominum inquiatudine inviolabiliter teneat hęc bona quæ modo legaliter tenet. vel in antea juste ac legaliter acquisiturum erit. scilicet in campis in pratis, in pascuis in silvis aquis aquarumq; decursibus, in piscationibus, in molendinis, cultis & incultis, & omni usu qui aliquando ex his provenire poterit. Insuper vero præcipientes jubemus ut nullus archiepiscopus, Episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nec aliqua magna D seu parva persona infringere præsumat scripta predicti monasterii S. Dei genetricis MARIE quæ modo habet vel in futuro legaliter acquisierit, aut ullo modo sine legali judicio inquietare. Si quis autem temerario ausu contra hoc nostræ Apostolicæ auctoritatis privilegium agere præsumpserit sciat se omnipotentis dei potestate, & beati PETRI apostoli nostra apostolica auctoritate anathematis vinculo innodatum, & a regno dei alienatum nisi resipuerit, & ad condignam satisfactionem venerit. At vero qui observator extiterit gratiam & misericordiam vitamq; æternam a misericordiosissimo domino deo nostro consequi mereatur.

Datum IIII. nonas octobris per manum hildebrandi S. ROMANE ecclesiæ Cardinalis subdiaconi. Anno primo domni Victoris Papæ II. Indictione VIII.

Idem præstitit ann. 1066. Henricus IV. inter-

ven-

A „ *ventu Sigefridi Maguntini Archiepiscopi, ac Ducis Bertholdi, ut testatur originale diploma penes easdem Moniales* datum X. Kal. Martias anno Dom. Incarn. MLXVI. Ind. IV. anno autem ordinationis D. Henrici IV. regis XIII. regni vero X. Actum Vvormaxiæ; *quod hic non proferimus, cum eisdem omninò conceptum sit verbis ac illud Henrici III. mox relatum*. Scottus.)

a Intrusus ac illegitimus.

22 ROTLANDUS, a (1) seu Rotharius se subscripsit privilegio Popponis Patriarchæ Aquilejensis canonicis suis elargito an. 1031. & Rotlandus anno 1038. apud Baronium, quem alii vocant Araidum, & Ubaldum. Hic ille Rotlandus est, qui non solum Antipapæ Giberti fovit partes, impioque studuit Henrico, sed vitio, & per seditionem creatus episcopus, inter sacerdotium, Imperiumque inicere schisma conatus est, quamobrem in Synodo Romæ congregata à Gregorio VII. quem impugnaverat, telo religionis ictus est, honoreque episcopatus spoliatus his verbis. *Rolandum vero Tarvisiensem, qui pro adipiscendo episcopatus honore subdolus factus legatus inter Regnum, & sacerdotium schisma facere non abhorruit; ut amodo, & usque in sæculum episcopali careat dignitate, Apostolica censura censemus, & ut nullus successorum nostrorum suæ consecrationi aliquo modo consentiat, modis omnibus prohibemus, & perpetuo eum anathemate alligamus, nisi resipuerit, & digne Deo satisfecerit*. Reperio tamen pertinacem fuisse: anno siquidem 1083. cuidam privilegio Antipapæ Clementis se subscripsit, & cum ante hunc annum Tarvisium suo legitimo non caruerit Pastore, possumus etiam haud ex vano imaginari, hunc pertinacem schismaticum disperiisse. B

XXV. 23 ACCELINUS huic Ecclesiæ præfuit anno 1082. Hic S. Nicolai ecclesiam suæ diœcesis consecravit, ut hic subjecta marmorea memoria prodit.

Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXII. Indictione v. Regnante Henrico Romanorum Rege, hæc ecclesia Sancti Nicolai construcla, & consecrata fuit ab Accelino Tue. Præsule v. Kal. Januarii, in nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad honorem Beatiss. Mariæ semper Virg. & sanctorum, quorum reliquiæ hic conditæ sunt. In primis de Sudario Christi, & ligno Crucis. SS. Apostolorum Petri, Pauli, Andreæ, Jacobi, & Matthiæ. SS. Martyrum Philippi, Laurentii, Sixti, Apollinaris, Prothasii, Martini, Urbani, Tiburtii, Valeriani, Sixti, Pancratii, Lademberti, Victoris, Christophori, Primi, Secundi, Ponziani, Sergii, Bacchi, Crispi, Peregrini, Cornelii, Cypriani, Georgii, Firmi, Rustici, Marcellini, Hippolyti, Cosmæ, Damiani, & Marcelli Ss. Confessorum Nicolai, Benedicti, Hieronymi, Corbiniani, Martini, Odorici, Zenonis, Florentii, Vindemialis, & Liberalis. SS. Virginum, Agnetis, & Agathæ. C

Narrat Barchelatus, temporibus Henrici IV. Tarvisinum Clerum ab eodem Imperatore obtinuisse confirmationem omnium Privilegiorum, quę aliquando antecessores Imperatores illi ecclesiæ concessissent, idque dum supra memoratus Accelinus gereret episcopatum. Quod si ita est, dicere oportebit, Rotlandum multo ante fuisse de Sede ejectum, atque hunc Accelinum successorem accepisse. D

(„ *Prima Accelini memoria occurrit an. 1070. quo Henricus IV. prædecessorum suorum exempla secutus eidem privilegia, & concessiones sæpius jam repetitas confirmavit hoc diplomate ex lib.* A „ *AC. pag. 42. Episcopalis archivi descripto.*

„ In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Quantum regiæ dignitatis est Ecclesias ædificare, & ædificatas ditare, tantum æternæ felicitatis esse speramus ditatas perpetua pace stabiliq; jure confirmare, ut quibus gaudent bene partis nunquam doleant pejus amissis. Quapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam præsentibus notum esse volumus, qualiter nos patris nostri felicis memoriæ Heinrici Imperatoris, ejusque antecessorum sive regum, sive imperatorum exempla secuti, interventu quoq; dilectæ nostræ regni thorique nostri consortis Bertæ reginæ, & fidelis nostri scilicet Burcardi Helberstatensis Episcopi, Tarvisiensi Ecclesiæ, fidelique nostro Azelino ejusque sedis Episcopo, suisq; successoribus, omnia ejus præcepta, cunctaque emptionis, oblationis, seu cujuscumque ratæ conquisitionis munimenta eidem Ecclesiæ a nostris prædecessoribus constituta, & corroborata, & ea B quæ in illis continentur descripta, Ecclesias scilicet & Capellas, etiam Sanctam Mariam cum Castello Asylo, & omnibus suis pertinentiis, ac Monasterium Crispulinum, seu Abbatiam S. Hilarii, Bladinum quoque, & Ceresariam cum Ecclesiastico districtu & decimationibus, portum quidem Tarvisiensem, ac ipsam civitatem, atque negotiationes cum legitima aquarum riparumve districtione, monetam publicam &c. (*sequitur diploma eisdem omnino verbis, ut Volfanco anno 1065. concessum.*)

„ Adelcero Cancellarius vice Sigifredi Archicancellarii recognovi.

„ Data III. Id. Aprilis. Anno dominicæ Incarnationis MLXX. Ind. VIII. Anno autem ordinat. domni quarti Heinrici XVI. Regni vero XIV. Actū Gorrari in dei nomine feliciter Amen.

„ *Nec diu post suæ Cathedralis Canonicos amplissimis redditibus, ac bonis ditavit Accelinus: quam deinde munificam largitionem ratam habuit idem Henricus hoc diplomate.* C

„ In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Quantum regiæ dignitatis est Ecclesias ædificare, ædificatas ditare, tantum æternæ fælicitatis esse speramus ditatas perpetua pace, stabilique jure confirmare, ut quibus gaudere bene partis, nunquam doleant peius ammissis. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam prę- sentibus notum esse volumus, qualiter nos Patris nostri Henrici Imperatoris felicis memoriæ ejusque antecessorum sive regum seu Imperatorum exempla secuti: Interventu quoq; dilectæ nostræ, regni tronique nostri consortis Bertæ reginæ, & fidelis nostri scilicet Adelperi Verzeburgensis Episcopi Acelini & Tarvisini Episcopi, & supplicatione Joannis ejus præpositi nostri capellani ea parte fratrum legati suæ congregationi S. Petro jugiter devote servienti, cuncta oblationis, D emptionis, commutationis, seu cujuscumq; ratæ conquisitionis, prædia vel per illam marchiam in qualicumque comitatu diffusas, adiacere terras scilicet capellas cum oblationibus, redditibus, decimationibus, sive decimam quoque civitatis totam, quæ ad Plebem S. Joannis pertinet, & XV. massaricias, & XIV. decimales & molendin. quæ omnia Acelinus Episcopus pro remedio animæ suæ uso legaliterque tradidit, cæteraq; omnia mobilia, & immobilia, quæ per justam traditionem vel chartarum instrumenta præfatæ congregationi ab omnibus diligentibus Dominum vel timentibus collata & confirmata esse noscuntur, & utri-

(1) Hic Ughellus tres Tarvisinos Episcopos in unum temere confundit, Arnaldum nempe vel Araldum, Rotharium seu Rothirum, atque Rotlandum. De Arnaldo, atque Rothario jam diximus. Quod vero ad Rotlandum spectat, de eo quidem nihil invenio apud Baronium in Annalibus ad an. 1038. Cum autem ex certissimis documentis constet Accelinum ab anno saltem 1070. ad 1085. Tarvisinæ Ecclesiæ præfuisse, Rotlandum à Gregorio VII. in Romana synodo an. 1078. in ordinem redactum censeo illegitimum fuisse Episcopum, & ab Henrico, cui contra Gregorium adhærebat, intrusum, ideoque è Tarvisinorum Antistitum albo eliminandum. Idem mihi videtur dicendum de Leampaldo, seu Lupoldo, qui duplici ejusdem Henrici privilegio, Hamburgensi Ecclesiæ concesso an. 1096. Patavii præsente & confirmante Papa Clemente, veluti Tarvisinus Episcopus interfuit, ut videre est penes Lindenbrogium in volumine de Scriptoribus rerum Germanicarum Septentrionalium an. 1706. Hamburgi edito. Scottus.

utriusque sexus mancipiis, per hoc nostræ institutionis præceptum confirmamus, & imperpetuum possidenda concessimus: Ea videlicet ratione, ut si incendij vel alicujus infortunij periculo prædicta Congregatio chartas vel aliquas inscriptiones perdiderit, vel perdere quandoque contigerit per hoc nostræ confirmationis præceptum omnia restaurentur, & ipsas res prædicta Congregatio omnium contradictione remota, potestative teneat, ordinet atque disponat. Præcipientes insuper jubemus, ut uullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut quisque publicus exactor, massatios, libellarios, cartularios, censatos, servos, & ancillas cujuscumque generis homines super ipsius Congregationis terram residentes pignorare, aut iojuste aliquid illis agere audeat, neque ad placitum publicum eos venire compellat, sed si quid contentionis super illos inveniatur, ante Episcopum, & Præpositum diligenti judicio finiatur, omnium contradictione remota. Res verò præfatæ Congregationis dare, vel alienare, aut commutare, vel infra fratres aliquid agere vel ordioare absque judicio eorum omnium interdicimus Episcopo. Si quis igitur hauc nostræ confirmationis pagioam infriugere temerario ausu præsumpserit, auri libras mille compositurum se noverit, medietatem Cameræ nostræ, medietatem prædictæ Congregationi. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, hanc chartam iode conscribi, manuq; propria corroborantes sigilli nostri impressiooe jussimus iosigniri.

Sign. D. Hen-  rici quarti regis.

Vvicbertus Caocellarius vice Annoois Archicancellarii recognovi.

Data iv. non. Jun. anno Dom. Incarnationis MLXXIII Ind. xi. Anno autem ordin. dom. iv. henrici XVIIII. Regni vero xvii. actum Veriburgen. in Dei nomine feliciter. Scottus.]

XXVI 24 CONRADUS.

(,, *Accelino videtur successisse Conradus, qui an. 1090. Henricum in Italiam remeantem excepit hospitio; cujus adventus incredibili honore à civitate concelebratus est, ibique aliquot diebus morantem eximia liberalitate cives inter varia spectacula detinuere: quorum etiam nonnullos jamjam discessurus donis amplissimis cumulavit, & præsertim, ultra Plavim vicos & oppida cum jurisdictionem exercendi potestate eisdem concessit. Hoc eodem anno constructum fuit sacellum B. Mariæ Virgini dicatum in suburbio S. Zanæ in loco dicto* [la Tolpada) *quod statim cœpit clarere miraculis, & paulo post Comites fratres de Cumino in gratiarum actionem pro salute restituta in ædiculam crexcrunt. Anno vero 1096. Lucretia Taurina Mediolanensis, uxor q. Jo. Baptistæ de Roverio picutissima fœmina ære proprio in magnificam auxit Ecclesiam sub invocatione S. Mariæ majoris, sic Virgine matre revelante, & jubente, si cuperet convalescere.* Scottus.)

XXVII 25 ADONIUS (,, *De hoc Adonio nihil vel apud nostros, vel aliunde inveni. Fides sit penes Auctorem. Interim anno 1107. Joannes Grunonus Volfandus ex Tarvisina familia de Cataneis, tunc Dominus oppidi de Vidoro insignem, atque opulentam Abbatiam ejusdem oppidi nomine insignitam fundavit, quæ adhuc amplis redditibus affluit.* Scottus.)

XXVIII. 26 GOMBALDUS. (,, *Gumbaldum hanc sedem an. 1114. obtinuisse reperio, cui Henricus IV. confirmavit prædia, Ecclesias, jura, & quidquid ejus Antecessores a Regibus, & Imperatoribus munificè acceperant. Extat diploma in Episcopali archivo lib. AC. pag. 45. t.* Datum vii. Idus Februarii Indict. vii. auoo domin.. incarnat. MCXIV. regnaote Henrico quarto rege Romanorum an. vii. imperante III. Actum Spire in Christi nomine feliciter Amen. *Quod quia ejusdem est tenoris, iisdemque sceiptum verbis, ac supra relata Imperatorum diplomata, hic referre molestum duxi. Idem Imperator Vinciguerræ Campi sancti Petri vectigal rerum omnium intrantium & exeuntium de civitate nostra* (vulgo il dazio della Muda), *ut refert Bonifacius, donavit, quod retro Episcopi pleno jure ex imperialibus repetitis concessionibus obtinebant. Ecclesiam adhuc regebat Gumpoldus an. 1124. occurrit enim mihi inter acta Capituli, nomine parum immutato, nempe in* Gampoldum. *Hoc Præsule an. 1116. Henricus V. interventu Borchardi Imperatoris Cancellarii, Gebardi Tridentini Episcopi, Henrici ducis, & advocati Geraldi, Monachis S. Mariæ de Molinno omnia bona, quæ Rozo Tarvisien. Episcopus eisdem donaverat, ac deinde legali acquisitione adepti fuerant, imperiali decreto confirmavit, quod authographum visitur apud Moniales S. Theonisti,* Datum v. idus Martii anno Dom. Incarn. M.C.XVI. indict. 9 anno autem ordinat. D. Henrici V. regis X. regni vero ..... Actum .... In dei nomine Amen. *Eisdem verbis est enuratum ac illud supra relatum Henrici III.* Scottus.)

27 ALMERICUS anno 1116. Hic omnium privilegiorum suis antecessoribus antea concessorum confirmationem obtinuit. [,, *Sic Auctor noster Bonifacii, & Burchelati sequutus vestigia. Quomodo autem hanc Ecclesiam administraverit cum Gumbaldo, quem ab an. saltem 1114 ad 1124. constat præfuisse, dicant ipsi. Ego nullibi ejus memoriam inveni. Fortasse pro 1116. scribendum* 1126. Scottus.) XXIX

28 GREGORIUS. (,, *anno 1130. erat hujus sedis Antistes, quo Monachis S. Benedicti Ecclesiam S. Helenæ in loco vulgo* Tessera *gratuita largitione concessit, ut ex hoc donationis publico instrumento dignoscitur.* XXX.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Gregorius Dei gratia Tarvisien. quamvis indigous Episcopus hoc breve ad perpetuam memoriam nostris nostrorumque successorum futuris temporibus fieri præcipimus. Decet episcopalem clementiam sanctis & venerabilibus locis ad subsidiuoi & quietem Deo servitium aliquod conferre, ac eorum reliosis (*sic*) precibus semper annuere, quatenus temporum interventu interposita nobis tanti ponderis sarcina levior fiat, divina opitulante misericordia. Eapropter ego Gregorins Tarvisinæ Ecclesiæ, licet immeritus, dictus Episcopus dono heremitis venerabilis monasterij sancti B. abbatis suorumq; fratribus precibus annuens Ecclesiam S. Helenæ quam consecravimus, & quæ olim a nostris parentibus eidem venerabili monasterio jure proprietario fuerat tradita hac libertate donavimus. Videlicet ut ab omoi subjectione, seu exactione, & inquietudine tam Episcopi, quàm Archipresbiteri, seu Archidiacooi, aliorumque clericorum omni tempore in perpetuum præsens sit libera & immunis, salvo Episcopali jure, & ut monachi clerici ibi degentes, ordines & consecrationes, chrisma quoque & oleum à Tarvisino Episcopo, si tameo chatolicus fuerit, gratis accipiant. Sepultura autem eidem loci (*sic*) omnino liberam esse facimus, ut eorum qui ibi sepeliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excomunicati sint nullus obsistat. Nec fratres ibi degentes interdicti esse, vel excomunicatione parochiæ divinorum officiorum suspensionem patiantur. Sed tam monachi ipsi, quam famuli eo-

rum

rum clausis Ecclesiæ jannis, non amissis diocesanis divinę servituris officia celebrent, & sepulturæ debito peragant. Elemosinas verò, quæ ibi vel pro vivis vel pro defunctis ab aliquibus unde cumque fiant, integras fratribus ibi degentibus habere concedimus. Quibus etiam decimam fructuum, quos suis sumptibus laboribusque collegerint, quietas illibatasque confirmamus. Hæc autem omnia ita præfatum monasterium cum omnibus sibi subjectis locis per multa apostolicæ sedis privilegia habere noscitur. Porro prædicta Ecclesia sicut à nostris parentibus eidem venerabili monasterio jure proprietario dudum est tradita, ita nos quoq; ipsi habendam confirmamus. Si quis autem nostrorum successorum vel aliqua quælibet persona hujus nostræ concessionis paginam, quod absit, infringere temptaverit, & præfatum locum, fratresque ibi manentes inquietaverit, sciat se compositurum c. libras argenti eidem loco, hac tamen scriptura in suo robore permanente. Et ut hæc certius credantur, & firmius teneantur Oprando notario hanc nostræ concessionis cartulam scribere rogavimus. Quam nostræ quoq; manus subscriptione corroboravimus, & testes adesse rogavimus. Actum hoc an. Dom. Incarnationis Millesimo C. trigesimo, undecimo Kal. Junij, Indict. octava.

Ego Gregorius Tarvisien. Ecclesiæ Episcopus hoc breve ante factum manu propria roboravi.

Ego presbiter Federicus interfui & subscripsi. Joannes Bono de Mestre. Hermanus.

Testes interfuerunt. Amelricus Henricus Grisiorum. Zodomar filius Mansredi Judicis. de familia. Walpertus. Otogr. Bonomi. Teodaldus. Conradus. Conog.

Ego qui supra Oprandus notarius scriptor hujus cartæ post inditam rogatus scripsi, complevi.

Anno 1140. consecrationi Ecclesiæ S. Georgii Veronensis interfuit, ut ex Documento ab Ughello in Veronen. relato. Anno 1142. à Conrado rege confirmanda curavit antiqua Ecclesiæ suæ jura hoc diplomate, quod authographum custoditur in Episcopali archivo.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. CUNRADUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM REX SECUNDUS. Si opera pietatis circa Dei Ecclesias studuerimus exercere, & ipsas earumq. bona regali potentia à Deo nobis concessa conservare atq. defendere. scimus nos in hujus vitæ cursu feliciter regnare, & post hujus vitæ transitum ad æternam beatitudinem domino opitulante pervenire. Ea propter omnibus christi nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus qualiter omnipotentis Dei causa & ob regni nostri stabilitatem & animæ nostræ nostrorumque parentum perpetuam salutem. interventu quoque dilectæ conjugis nostræ (*sic*) nostræ GERTRUDIS reginæ tarvisiensi Ecclesiæ fideliq. nostro Gregorio venerabili ejusdem sedis episcopo suisq. successoribus omnia ejus præcepta cunctaque emptionis, oblationis seu cujuscumque ratæ acquisitionis munimina eidem æcclesiæ à nostris predecessoribus constituta & corroborata. & ea quæ in illis continentur descripta. æcclesias silicet & capellas & sanctam MARIAM cum castello asylo, & omnibus suis pertinentiis. ac monasterium crispulinum. seu abbatia sancti hilarii. bladinu quoque & ceresaria cum omni ecclesiastico districtu & decimationibus. Portum & & tarvisiensem ac ipsam civitatem atque negociatores cum legitima aquarum riparumve districtione. monetam publicam negociatores mercatorum. ceteraque omnia mobilia & immobilia quæ per preceptorum aut aliorum nomioım cartarum instrumenta prefatæ æcclesiæ ab omnibus deum diligentibus vel timentibus collata & confirmata esse noscuntur. cum theloneis interius exteriusq. colligendis. cum prediis & utriusque sexus mancipiis & familiis diversorum vocabulorum nominibus inscriptis per hoc nostræ institutionis preceptum confirmamus. & in perpetuum possidenda concessimus. ea videlicet ratione. ut si incendii vel alicujus infortunii in periculo predicta ecclesia cartas vel aliquas inscriptiones perdiderit vel perdere quandoque acciderit per hoc nostræ confirmationis preceptum omnia restaurentur & ipsas res predictæ ęcclesię pontifex omnium contradictione remota potestative teneat. ordinet atq. disponat. Precipientes insuper jubemus ut nullus dux. marchio. comes. vicecomes. aut quisque publicus exactor massarios. libellarios. cartularios. censatos. aldiones. servos. & ancillas. cujusq. generis homines super ipsius æcclesiæ terra residentes. pignorare. calupniari aut injuste aliquid agere illis audeat. neque ad placitum publicum eos venire compellat. Sed si quid contentionis super illos inveniatur. ante ipsius Ecclesiæ episcopum diligenti studio finiatur omnium contradictione remota. Si quis igitur hanc nostræ confirmationis paginam ausu temerario infringere presumpserit. mille libras auri purissimi componat. quarum partem dimidiam cameræ nostræ. reliqua vero prefatæ æcclesię & episcopo suisq. successoribus exolvat. Quod ut verius credatur & diligentius ab omnibus observetur. hanc inde cartam scribi jussimus manuq. propria ut infra videtur corroboravimus. salvo per omnia & in omnibus jure regni ac nostro. Hujus nostræ concessionis testes sunt. Theodevvinus sanctæ Rufinę episcopus apostolicæ sedis legatus. Peregrinus Patriarcha Aquilejensis. Henricus ratisbon. episcopus. Otto Frising. episc. Embricho Vvirceburg. Episc. Othelricus dux Engelbertus marchio. Meinardus comes. Bertolphus comes de Andesset & ceteri quamplures.

SIGNUM D. CUNRADI ROMANORUM REGIS SECUNDI.



EGO ARNALDUS CANCELLARIUS VICE MARCOLFI MAGUNTINI ARCHIEP. ET ARCHICANCELLARIJ RECOGNOVI.

Anno Dominicæ incarnationis MCXLII. ind. IIII. Regnante CUNRADO romanorum rege secundo. Anno vero regni ejus IV.

Data Ratisbonæ in Christo feliciter. AMEN.

Vixisse verò usque ad an. saltem 1146. certiores nos facit aliud publicum instrumentum, quo Canonicos Ecclesiæ Tarvisinæ in possessionem immisit Plebis de Medulo pro ab eis accepta Ecclesiæ S. Christinæ possessione. En documentum.

In nomine Domini dei eterni. Breve recordationis pro futuri temporis securitate. Die lunæ qui est quintus decimus intrante mense Julii, præsentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur, hii scilicet. Presbyter Leo sancti Johanis de curte, presbyter Romanus Ecclesiæ S. Augustini. presbyter Bernardus S. Gregorii. presbyter Johanes de Fara. presbyter Petrus de Silvella. presbyter Johanes de Pisilla, presbyter Aureus de Anilo. Warnerius clericus, Dominicus Custos Arnoardus. Investivit Dominus Gregorius Tarvisinæ Ecclesię Episcopus Canonicos S. Petri Civitatis Tarvisii de Plebe de Medolo, cum omnibus eidem plebi pertinentibus, tali pacto ac tali conventione quod nullus archipresbyter, nullus Archidiaconus, nulla prorsus persona, nec & ipse Episcopus aliquam potestatem vel districtum de supradicta plebe nec de his om-

nibus

A nibus, quæ ad ipsam plebem pertinent, habeant, exceptis duabus partibus sinodi quas ipse Episcopus habere debet, tertism vero prædicti Canonici habere debent. Et hoc quod supra legitur, scilicet istam investituram prædictæ plebis fecit ipse Episcopus pro redemptione suorum delictorum, ac etiam per concessinnem quam ipsi Canonici illi Episcopo fecerunt, videlicet Ecclesiæ S. Cristinæ similiter cum his quæ ad ipsam Ecclesiam sanctæ Cristinæ pertinent, hoc est dotibus, & quartesanis. Actum in Civitate Tarvisii in capitulo prædictæ Canonicæ feliciter. Anno dominicæ incarnationis millesimo centesimo XLVI. istn die, indictione nona.

Quidem & ego nafin. sacri palatii notarius ac judex intersui, & hoc breve recordationis rogatus scripsi, complevi.

Scottus.)

XXXI. PETRUS *Minorita, cujus clarum habetur testimonium in documento ad an. 1211. referendo, quando huic præfuerit Ecclesiæ, incertum, cum ibi enumerati Episcopi inordinate sint recensiti. Cum tamen inter Gregorium & Tisonem Tempestam sit inserendus, nullus aptior mihi videtur locus illum locandi, quam hic post Gregorium.* Scottus.)

XXXII. 29 BONIFACIUS anno 1153.

(*Bonifacius vixit temporibus Eugenii Papæ III. à quo an. 1152. amplissimam Tarvisiensis Ecclesiæ bonorum confirmationem accepit, ut patet ex literis infrascripti tenoris.*

Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Bonifacio Tarvisino Episcopo suisque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Justis fratrum nosttorum desideriis consentite, ac rationabilibus eorum petitionibus aures accomodare nos convenit, qui licet indigni justitiæ cultores atque præcones in eacelsa Apostoiorum principum Petri & Pauli specula residete Domino disponente conspicimus. Eapropter dilecte in Christo frater Bonifaci Episcope justis postulationibus tuis clementer annuimus, & Ecclesiam B. Petri Tarvisien. cui Deo auctore ptees sub ipsius Apostolorum principis & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè & canonicè possidet, ant in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & per vos ejdem Ecclesiæ, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam sanctæ Mariæ de Asilo cum castro, curte, & omnibus pertinentiis suis, Monasterium sanctæ Mariæ de Muliane cum omnibus pertinentiis suis, Consecratinnem monasterii sancti Petri de Campreto, Plebem sanctæ Mariæ de Monte Belluna cum castro, & pertinentiis suis, Plebem S. Martini de Cornnta cum arce, & curte, & pertinentiis suis, plebem s. Zenonis de Ruvico cum pertinentiis suis, plebem s. Mariæ de Ciliano cum pertinentiis suis, plebem S. Matiæ de Balpago cum pertinentiis suis, plebem S. Mariæ de Cusignana cum pertinentiis suis, plebem S. Manritii de Stablucio, cum pertinentiis suis, plebem S. Mariæ de Pauliano cum pertinentiis suis, plebem S. Romani de Nigrisia cum castro, portn, curte, & pertinentiis suis, plebem S. Mauri de Noenta cum pertinentiis suis, plebem S. Petri de Piro cum pertinentiis suis, plebem S. Blasii de Caurillis cum pertinentiis suis, plebem S. Nicolai de Valio cum pertinentiis suis, plebem S. Mariæ de Lanzanigo cum pertinentiis suis, plebem S. Mariæ de Casale cum pertinentiis suis, Curtem de Quarto cum pertinentiis suis, plebem S. Cassiani de Paviliano cum pertinentiis suis, plebem S. Mariæ de Deso cum pertinentiis suis, plebem S. Martini de Tessaria cum pertinentiis suis, plebem s. Gervasii de Carpeneto cum pertinentiis suis, plebem S. Laurentii de Mestre cum Castro, portu, & curte, & pertinentiis suis, plebem S. Theonistii de Burbiliagn cum castro, portu, curte, & pertinentiis suis, plebem S. Mariæ de Zulianigo cum pertinentiis suis, plebem de Zumiliana cum pertinentiis suis, pleb. de Midranis cum pertinentiis suis, plebem de Campo S. Petri cum pertinentiis suis. Plebem de Rustica cum Castro & villa, & pertinentiis suis, plebem de Aurelia cum villa, & suis pertinentiis, Castrum de Stilliano cum villa, & pertinentiis suis, plebem de Martiliago cum pertinentiis suis, plebem de Zero cum pertinentiis suis, plebem de Tribus Basilicis cum Castro, & villa, & pertinentiis suis, Castrum S. Ambrosii cum Ecclesia & pertinentiis suis, Castrum de Scorzadis cum villa, & pertinentiis suis, plebem de Quinto cum Castro & villa, & pertinentiis suis, Castrum de Septimo cum pertinentiis suis, plebem de Postojma cum pertinentiis suis. plebem S. Johanis de Istruna cum Castro & Villa & pertinentiis suis, Plebem de Aibareto cum pertinentiis suis, plebem de Silva rotunda cum Castro & pertinentiis suis, Castrum de Resana cum villa, & foresto, & omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S Mariæ de plebe nova cum pertinentiis suis, plebem S. Martini de Lavoro cum pertinentiis suis, plebem de Godigo cum pertinentiis suis, plebem de Bessica cum pertinentiis suis, Castrum de Rosio cum plebe & pertinentiis suis, plebem Sancti Thomæ de Costis cum pertinentiis suis, plebem S. Zenonis cum medietate Castri, & pertinentii suis, Arcem de Sumozio cum villa & omnibus pertinentiis suis, plebem de Fonte cum pertinentiis suis, plebem S. Mariæ de Cavasio cum pertinentiis suis, plebem de Petra rubea cum pertinentiis suis, Toloneum quoque Civitatis, & ripam, nec non & portum Tarvis. cum omni legitima districtione aquarum ab eo loco ubi flumen Sileris oritur usque ad aquas salsas. C Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatinne & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicin existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultinni subjaceat. Cunctis antem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesn Christi, quatenus & hic fructum bonæ actinnis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. D

Ego Eugenius catholicæ Ecclesiæ Episc. ss.
† Ego Gregorius presb. Card. tt. Calisti ss.
† Ego Hubaldus presb. Card. tt. S. Praxedis ss.
† Ego Manfredus presb. Card. tt. S. Savinæ ss.
† Ego Atibertus presb. Cardin. tt. S. Anastasiæ ss.
† Ego Guido ptesb. Card. tt. Pastoris ss.
† Egn Octavianus presb. Cardin. tt. S. Ceciliæ ss.
† Ego Gerardus presb. Card. tt. s. Stephani in Celio monte ss.
† Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum ss.
† Ego Rodulphus Diac. Card. S. Luciæ in Septasolis ss.

† Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in porticu ss. † Ego Johanes Diac. Casd. SS. Sergii, & Bacchi ss.

Datum Signiæ per manum Bosonis S. Romanæ Ecclesiæ scriptoris V. Non. Maii Indictione XV. Incarnationis Dom. Anno MCLII. Pontificatus vero Domini Eugenii III. pp. anno VIII.

Non diù autem superstitem fuisse Bonifacium ex sequenti Blancono licet colligere. Scottus.)

XXXIII. 30 BLAUCONUS 1154. („ *Blanconus, seu potius Blancus, ut in Bullis Anastasii, & Adriani appellatur, Bonifacio successit anno circiter* 1153. *quo Anastasius IV. Pontifex Eugenii secutus exemplum Blancam, & Tarvisinam Ecclesiam sub Apostolica protectione suscepit, ejusque privilegia, ac jura confirmavit:* Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. presb. Cardinalis, & Cancellarii. Kal. Decemb. Indict. II. incarnat. Dom. ann. 1153. Pontificatus vero D Anastasii PP. IV. anno primo. *Federicus etiam Blanconum (sic enim eum appellat) in suis juribus stabilivit, ejusque concessionis testes leguntur:* Peregrinus Parriarcha Aquilejæ, Hillin. Treveren. Archiepiscop. Everardus Bamberg. Episcopus, Hermanus Constantiensis Episcopus, Ondebertus Basiliensis Episcopus, Marquardus Uldensis Abbas, Vibaldus Corbiensis atq. Stabulensis Abbas, Henricus Dux Saxoniæ, Bertoldus dux de Tesinga, Henricus dux Carinthiæ, Otto Palatinus de Bavaris. Actum in campo Pergamen. 9. Kal. Decemb. anno Dom. incarnat. MCLIV. Ind. a. regnante D. Federico Romanorum sege glorioso an. 11. segni ejus III. *Id ipsum anno insequenti* 1155. *præstitit Hadrianus IV.* Datum Beneventi per manum Rolandi S. R. E. presb. Cardin. & Cancellasii 4. non. Januarii indict. 3. Incarn. D. . . . . . . Pontificatus vero D. Adriani PP. IV. anno secundo. *Extant in archivo Episcopali indicata privilegia, quæ cum omnino conveniant cum supra relatis, ne tædium lectoribus afferamus, ea prætermittere necessarium duximus. Blancum autem non diu post oppetiisse oportet.* Scottus.)

XXXIV. 31 ULDARICUS Friderici I. Imperatoris quoddam privilegium, datum Bisuntii Ecclesiæ Vienuensi anno 1157. 6. Kal. Novemb. suo testimonio confirmavit, ut narrat Jo. Baptista Boschua in bibliotheca Floriacensi. Hic Præsul ejusdem Fridesici familiasissimus fuit, à quo in favorem suæ Ecclesiæ multa retulit privilegia. Coeunti paci inter ipsum, & Alexandrum III. Venetiis interfuit 1177. („ *Plura de hoc Episcopo passim occurrunt monumenta, singulis quorum ejus nomen paulisper immutant: nunc enim* Oldoricus, *nunc* Odolricus, *aliquando* Oldericus *vocatur. Udalricus appellatur in Friderici I. privilegio, quo an.* 1157. *omne teloneum de Castro Montis Bellunæ eidem munificè indulsit. Diploma, quod authographum in Archivo Episcopali servatur, tale est.*

In nomiue sanctæ & individuæ Tsinitatis. Fridericus divina savente clementia Romanosum Imperator, & semper Augustus. Si antecessorum nostrorum Regum, ac Imperarorum piæ devotionis limitem prosequentes, ac pietatis eorum vestigiis inherentes, fidelium nostrorum precibus celerem & obtarum assensum præbuerimus, & de imperialibus beneficiis virtutum præmia eis contulerimus, non pasvum inde reipublicæ emolumentum profuturum fore non ambigimus. Inde enim ad serviendum nobis magis promptiores fiunt domestici, & pro bona spe remunerationis facilius excitantur extranei. Noverint igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium ram presens ætas, quam successura posteritas, qualiter nos dilecto fideli nostro Udalrico venerabili Tarvisino Episcopo ob præclara devotionis ac fidelitatis ejus merita omne theloneum, quod de castro Montis bellunæ in cottidiano vel annuali foro pervenerit, legitima donatione concessimus & tam ipsi, quam suis successoribus, Ecclesiæque Tarvisinæ perpetuis usibus possidendum, & pro voluntate sua ordinandum imperiali auctoritate confismavimus. Et ut hæc nostra donatio præfato Episcopo ejusque Ecclesiæ absque omnium hominum contradictione vel inquieratione firma semper & illibata permaneat, præsentem paginam inde conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus adhibiris idoneis testibus, quorum nomina hæc sunt: Alberrus Trident. Episcopus, Vvillhelmus Novariensis Episcopus, Wido Ypporiensis Episcopus, Lotharius Spoletanus Episcopus, Bertolfus Dux de Ceringa, Alatheus Dux Lotaringiæ, Vvillehelmus Marchio Montisferrati, Udalricus Comes de Blandrado, Comes Gorzo de Martiringo.

Signum D. Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Reinnaldus Cancellasius vice Stephani Vienensis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi.

Datum Dolæ in segno Burgundiæ III. Nonis Novemb. Indict. V. Anno Domin. incasnationis MCLVII. Regnante D. Friderico Rom. Imperatore invictissimo Anno regni ejus VI. Imperii vero III. Actum Dolæ felicirer Amen.

Odelrici nomine an. 1166. *Massarium Capituli in possessionem domus, & prædii in suburbio de Mestre jacentium induxit pro domo & prædio ab eisdem Canonicis recepto, sicut hoc explicat documentum.*

Die Lunæ, qui est tertius exeunte mense Augusti. Præsentia bonorum hominum hii. presb. Teupo, Pizolius, Ecellinus, Johanes Bonus de presbitero Ravario, Tervisius de Reso, Rolandinus de Otone de Machello, Enrigetus de mille maribus, & aliorum plurium. D. Odelricus Dei gratia Tar. Ecclesiæ Episcopus investivir Magistrum Marcum ad proprium vice omnium Canonicorum de casa una iu suburbio de Mestre, & de terra cum decima, ut Canonica S. Petri faciat exinde a præsenti die, aut cui eadem Canonica eam casam, & terram dederint jure procuratorio nomine sine omni contradictione jam dicti Episcopi, & succesorum ejus, quam vero suprapositam casam & terram cum decima Enricus Fabelari, Oto Malsanre ad fictum tenebat, & jam dictus D. Episcopus a dominis Canonicis campum unum juris suprascriptæ Canonicæ cum decima iu concambium pro suprascsipta casa, & terra cum decima ad proprium recepit juxta clusuram suprascsipti Ori Malsanti, ut Episcopatus exinde jure proprietario nomine faciat quicquid voluerit sine omni contradictione Canonicorum Tar. Ecclesiæ, & eorum successnrum, de quo suprascripto campo jam dictus D. Episcopus investivit jam dictum Otum in præsentia suprascriptorum testium ad feudum. Datum Tarvisii in palatio Episcopatus 1166. Indict. XIV.

Ego Theodosus not. rogatus interfui, scripsi, & complevi.

Eum autem Uldericum vocat Ezellinus de Romano in quâdam sententia 1173. *Episcopo adjudicata, quæ talis est.*

Anno Domini MCLXXIII. Indict. VI. Ego Ecelinus de Romano cognoscens de controversiis, quæ vertuntur inter D. Uldaricum Dei gratia Tas. Episcopum, & inter Almericum Buz de teloneo, & de proprietate burgi de Caurignago, de persona Leonardelli, & injuriis & dapnis datis utrinque, taliter inter eos transactione definio, videlicet quod absolvo Episcopum Uldaricum prædictum a petitione Almerici Buz de muta & theloneo de Caurignago, & pronuncio theloneum & mutam mercatorum & navium, quæ fiunt in Caurignago, & a Caurignago infesius prope flumen de Mestre usque ad aquam salsam ad Episcopatum pertinere. Et absolvo Almeri-

cum

cum Buz a petitione Episcopi Udalrici de proprietare terræ Burgi de Caurignago, & pronuncio ut liceat ei in illa proprietate domos facere & libere ædificare. Et pronuncio ut Almericus Buz non impediat Episcopum accipere theloneum in proprietate terræ de Caurignago, & alibi sicut superius designatum est. Item præcipio ut Almericus Buz non impediat euntes, & transeuntes, & navigantes. Item præcipio Almerico Buz, ut non faciat talem fossam, quæ obseret aquam de flumine, quæ impediat navigantes. Et de Leonardello, qui asserit se liberum esse, & proclamat se in libertatem, nemini adjudico possessionem nec dominium proprietatis salvo jure utriusque. Et præcipio Leonardello, ut exerceat libertatem suam a Kl. Martii in antea usque ad annum unum. Actum est hoc in domo Albertini Teutonici, die Veneris XVI. intrante Febr. in præsentia Moniamarii, Vualperti judicum, Albertini, Udalrici, Armani, Artruchii, & aliorum. Ad hæc fecerunt prædictus Episcopus & Almericus Buz sibi ad invicem, & omnibus habentibus studium per yerram finem & pacem. Et juraverunt finem & pacem firmam tenere.

Ego Otto not. interfui, & hanc transactionem ut superius legitur scripsi.

Ejus obitus an. 1179. in libro Catapan archivi Capitularis signatur nomine Oalrici. Ad hunc extant Alexandri III. litteræ, quibus significat se Romæ optimè exceptum esse, ibique pontificiam munus exercere, atque hortatur, ut constans sit contra Schismaticos. Expedivit item idem Alexander an. 1170. gratiosum diploma, quo Canonicos Tarvisinos, eorumque bona sub Apostolica protectione suscepit, in hunc, qui sequitur, modum.

Alexander III. servus servorum Dei dilectis filiis Drudo Præposito Ecclesiæ S. Petri Tarvisii, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis.

Effectum justa postulantibus indulgere & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis, præsertim quando præsentium voluntatem & pietas adjuvat, & pietas non relinquit. Quapropter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuentes ad exemplar papæ ac prædecessoris nostri S. recordationis Eugenij PP. præfatam Ecclesiam S. Petri, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Communem vero vitam, quam in eadem Ecclesia observare promisistis, sedis Apostolicæ auctoritate confirmamus, & ne cuiquam vestrum post factam promissionem nisi obtentu religionis retroabire liceat prohibemus, & si quis hoc attentare præsumpserit ejusdem Ecclesiæ beneficio privetur, nec aliquis, nisi qui hanc communem vitam se observaturum promiserit, in eadem Ecclesia de cætero Canonicus instituatur. Præterea quascumque possessiones, quæcumq; bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, præstante domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Decimas, oblationes, primitias, sepulturas, subjectiones Capellanorum, & Clericorum in eadem civitate commorantium, sicut eos quiete, ac canonice hactenus possedistis: Ecclesiam S. Nicolai, quæ est sita in claustro vestro cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Jo. Baptistæ, Ecclesiam S. Jo. de Ripa cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Andreæ cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Bartholomæi cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Sophiæ, quæ est extra civitatem cum pertinentiis suis. Terras quas habetis in civitate Tarvisij ædificatas & inædificatas, clausuram quam habetis juxta foveas ejusdem civitatis, terras quas habetis in Sillano, in Brentina, mansos ac terras quas habetis Sporisiano, Molmio, Viscario, Bambora, mansos quos habetis in Castaniola, mansos quos habetis in..... in Postumia in..... Ecclesiam S. Bonæ cum pertinentiis suis, terram quam habetis juxta S. Pelagium de Spineta, mansos quos habetis in Lonzago, Braida, Maserada, Luvadina, Ecclesiam S. Pelagij de Aurinis cum pertinentiis suis, mansos quos habetis in eodem loco, & terras vicinas quas habetis in S. Zenon, mansos quos habetis in Paderno, & villa orba, & ad pedem Montelli, mansos quos habetis in Storga, & in villa pendula, in Saliuberti, & locum ad molendinum faciendum, mansos quos habetis in Carbonaria, villam Melmæ cum Ecclesia S. Michaelis ejusdem villæ, & tredecim rotas molendini cum pertinentiis suis. Ibidem mansos quos habetis in Campostorto, in Lanzago, Gunso, Nerbono, mansos quos habetis in Luvignano, in Ripa rupta, in Severa, & terras quas habetis in Fuligno, mansos quos habetis in Mulsone, villam prati Golzoli, Ecclesiam S. Mariæ ejusdem villæ cum decimis & cæteris pertinentiis suis, mansum unum in Cartenatica, Terras quas habetis in Mestre ædificatas, & inædificatas, mansos, quos habetis in Zello, & nemus ibidem, terram cum vinea quam habetis in Zollarino, mansum unum in Brendis, unum in Camellatis, mansos quos habetis in Burbiliaco, & terras quas habetis in Pedenzago, mansos quos habetis in Scaltenico, & terras quas habetis in Carpenè, Ecclesiam S. Angeli cum pertinentiis suis, seu mansum unum in Medolatiis. Ecclesiam S. Gervasij cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Vitalis cum pertinentiis suis, & mansos quos habetis ibidem. Mansos quos habetis in Zero, mansos quos habetis in Canizano, & in Reveno, mansos quos habetis in Quinto, & in Cemosia, Ecclesiam S. Christinæ cum pertinentiis suis, & mansos quos habetis ibidem, & in Diveron, Ecclesiam S. Andreæ de Cavasagra cum pertinentiis suis, mansum unum in Puteo bono, mansos quos habetis in Vedelugo, mansos quos habetis in Silvatronda, mansos Silvæ rosæ, Ecclesiam S. Andreæ, quæ in eadem villa sita est cum pertinentiis suis. & mansos quos habetis in Lobiola, mansos quos habetis in Bassano, in Mariano, Romuno, & in Bursio, & in Cornile, & in S. Maria, & in Leudolis, & in Fonte, & in S. Zenone, mansos quos habetis in Asylo, in Braeda, & in Mulragello, & in Nogaredo, mansos quos habetis in Monte belluna & finibus ejus, terras quas habetis in Trivignano, in Casellis, & in Postumia, mansos quos habetis in Dubladino, & in Segusino, & mansum unum in Vichipano, mansos quos habetis in Petrarubea, in Fenario, & in Lovo, mansos quos habetis in Auno, & in aliis locis per Episcopatum Feltren. & terras quas habetis in Episcopatu Bellunen. ex dono bo. mem. Gregorij Tarvisini Episcopi. Omnem decimam totius terræ de Sillano in quocumque tempore fuerit laborata. Præterea omnes decimas quæ in territorio urbis Tarvisij juri ejusdem Ecclesiæ dicatæ esse noscuntur, quemadmodum prælibatus Episcopus jam dictæ Ecclesiæ vestræ concessit, & scripto authentico roboravit, nos eas vobis, & per vos eidem Ecclesię auctoritate Apostolica nihilominus confirmamus. Decernimus ergo ut nulla omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva nimirum sedis apostolicæ auctoritare, & Episcopi vestri canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ institutionis paginam sciens contra eam temere

venire tentaverit, & secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Bernardus Portuen. & S. Rufinæ Episc. ss.
Ego Conradus . . . . . Sabin. Eccl. ss.
Ego Otto Episc. Tusculanus ss.
Ego Jo. presb. Cardin. Ss. Jo. & Pauli . . . . ss.
Ego Adelbrandus Basilicæ xii. Apostol. presb. Cardinal. ss.
Ego Alexandes presb. Card. tt. S. Laurentij in Lucina ss.
Ego D. . . . . presb. Card. tt. S. Petri ad vincula ss.
Ego Boso presb. Card. S. Pudentianæ tt. Past. ss.
Ego Petrus presb. Cardinal. tt. S. Laurentij in Damaso ss.
Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmed. ss.
Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgij ad velum aureum ss.
Ego Hugo Diac. Card. S. Eustachij juxta templum Agrippæ ss.

Datum Tusculani per manum Gratiani S. R. E. subdiaconi Card. notarij tertio Idus Febr. Incarnat. Dom. anno MCLXX. Pontif. vaso D. Alexandri PP. III. XII.

Sed & Moniales S. Mariæ de Molianis (quomodo vero, & quando à Monachis ad illas hujus abbatiæ transierit dominium, obduxit antiquitas) ab eodem Alexandro an. 1177. in Apostolicæ sedis clientelam meruerunt adsciscì, & privilegiis communiri. En Bulla ex earumdem Monialium tabulario depromta.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus . . . . . Abbatissæ Monasterii S. Mariæ de Moliano ejusque sororibus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Prudentibus virginibus, quæ sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis jugiter se præparant ire obviam sponso, sedes Apostolica debet præsidia impertiri, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eas à proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter dilectæ in domino filiæ vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium vestrum, in quo divino mancipatæ estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante domino poterit adipisci, firma vobis, & his, quæ post vos successerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, curtem da Caurignaco cum capella ibi fundata, & cum omnibus ad eamdem curtem pertinentibus, & cum terra quæ dicitur Agugnana, Capellam S. Petri, quæ sita est in strata in loco qui dicebatur Sarmacia cum tota terra, quæ olim bo. mem. Rozo Tarvisinus quondam Episcopus vobis in eleemosynam contulit, villam quæ vocatur Cavasagra cum omnibus suis pertinentiis, Capellam S. Viti de Pezzano cum omnibus suis pertinentiis, Capellam S. Teunisti in Tarvisio cum omnibus pertinentiis suis, Capellam S. Donati de Gardignano cum omnibus suis pertinentiis, Capellam S. Teunisti de Campocrucis cum omnibus suis pertinentiis, Capellam S. Georgii de Marcone cum omnibus suis pertinentiis. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Sepulturam quoque loci ipsius liberam esse decernimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Liceat præterea vobis personas liberas & absolutas à seculo fugientes ad conversionem vestram recipere, & eas absque ullius contradictione in vestro Collegio retinere. Ad hæc libertates & immunitates à Romanis Imperatoribus & Tervisinis Episcopis monasterio vestro rationabiliter indultas, & antiquas, & rationabiles consuetudines ejusdem monasterii integras & illibatas præsenti decreto manere sancimus, & ea quæ præfati Imperatores & Episcopi præscripto monasterio in perpetuam eleemosynam concesserunt, sicut ipsa juste possideris, eidem monasterio auctoritate Apostolica duximus confirmanda. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbatissa, vel earum qualibet tibi succedentium, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur earum, pro quarum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur &c.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.
† Ego Johanes presb. Card. tt. S. Anastasiæ ss.
† Ego Boso presb. Card. S. Pudentianæ tt. Past. ss.
† Ego Theodinus presb. Card. S. Vitalis tt. Vestin. ss.
† Ego Hugo Diac. Car. S. Eustachii juxta templum Agrippæ ss.

Datum Venetiis in Rivoalto per manum Gratiani S. R. E. subdiac. & Not. VIII. id. Octobr. indict. XI. Incarn. Dom. an. MCLXXII. Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. an. XVIII.

Huic omnino simile privilegium à Clemente III. deinde obtinuerunt Palmera Abbatissa, & Moniales ejusdem cœnobii. Datum Laterani per manum Moysi S.R.E. subdiac. vicemgerentis Canc. V. Id. Aprilis ind. VI. Incar. Dom. an. MCLXXXVIII. Pontificatus verò D. Clementis Papæ III. anno primo. *Sed ingruentibus postea bellorum procellis solum vertere coactæ sunt, & relicto S. Mariæ pervetusto monasterio Tarvisium commigrarunt, ubi auctoritate Martini V. fixerunt sedem in propriis domibus Ecclesiæ S. Theonisti, ibique nobile erexerunt cœnobium, quod adhuc regulari observantia nitet.* Scottus)

32 UBALDUS („ *Hic dicitur à Bonifacio decessisse ann. 1183. cum tamen monumenta omni exceptione admittenda fidem faciant sequentem Conradum diu ante, & post hunc annum Tarvisinæ Ecclesiæ curam gessisse, ut mox dicemus. Inconsulete igitur hoc nomen à Bonifacio exaratum autumo. Sicut & OTTONEM illum, quem post Udulricum statuit, quasi Tarvisinus esset Episcopus, cum civitas Friderici Imperatoria protectioni sese tradidit an. circiter 1179. censeo non esse ad-*

A *mittendum, nisi aliunde clarius lumen affulserit. Conradus enim videtur Udalrico immediate successisse ex documento infra, ubi de Tisone Tempesta, adferendo.* Scottus.)

XX XV. ,, ACILLUS *de quo infra Ughellus n. 46 indubie fuit Tarvisinus Episcopus; hæc enim in libro Capituli adnotata reperio :* Obiit D. Acillus Episcopus Tarvisinus, qui donavit Capitulo Tervisino decimas de Medulo, & Ecclesiam ejusdem loci cum omnibus juribus suis pertinentibus ad eamdem. *Verum cum ibi ejus obitus annus reticeatur, nec aliud hucusque prodierit monumentum, unde detegi queat, quo tempore vixerit, ignoratur. Ughellus an. 1291. vixisse Acillum affirmat, quod utique esse non potest, cum ab an. 1290. ad 1305. sederit in hac Cathedra Tolbertus, ut infra dicemus. Deinde cum an. 1184. Lucius Pontifex Oberto Decano, & Canonicis Tarvisinis inter alia confirmet* plebem de Medulo cum decimis quas possidetis in eadem villa, *ut ex ejus diplomate infra referendo perspici licet, certum inde deducitur argumentum, jam antea dictæ plebis donationem ab Acillo ejusdem Canonicis factam, & propterea* B *Acillum ipsum ante dictum annum 1184. vixisse. Orta quidem mihi fuit non levis suspicio, an Acillus iste sit idem cum Acellino supramemorato, quem Canonicos suos pluribus bonis ditasse jam supra vidimus. Interea, dum clarior ætatis ejus affulgeat notitia, hunc locum eidem assignamus in hanc serie, quem ante Conradum saltem vixisse ex supradictis perspicue colligimus.* Scottus.]

XX XVI. 33 CONRADUS ejusdem sedis Antistes anno 1185. à Lucio III. Pontifice retulit diploma amplissimum, quo rata esse jubebat omnia alia privilegia eidem Ecclesiæ aliquando indulta. Adhuc vivebat anno 1200. Illius meminit Innocentius III. ep. 19. lib. 4. Regest. 16.

(,, *Tarvisinam Ecclesiam administrandam suscepisse Conradum plura monumenta testantur. Prima ejus mentio habetur in privilegio Alexandri III. Dodoni Decano, cæterisque Canonicis Tarvisinis, an. 1181. concesso, quo eorum jura confirmat,* C *sub Apostolica suscipit protectione, & Præpositi vicemgerentis in Canonicæ bonis dispensandis, annuam electionem Conrado Episcopo curante statutam ratam habet his verbis.*

,, Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Dodoni Decano Canonicæ Tarvisin. ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis in perpetnum. Quoties à nobis petitur, quod religioni, & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impartiri. Eapropter dilecti in domino filii vestris postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam vestram, in qua divino mancipati estis obsequio, sub b. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum D concessione Pontificum, largitione regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam s. Michaelis de Melma cum villa & molendinis, mansos de Lugugnano, mansos de Seura, mansos de Rivarotta, mansos de Casale, mansos de Burbilago, mansos de Godenzago, mansos de Cancelada, Ecclesiam S. Andreæ de Silvarosa cum villa, mansos de Vedelago, mansos de monte Belluna, mansos de Montel, mansos de Maizago, mansos de Petrarubea, mansos de Fener, mansos de Duno, mansos de Manzagello, mansos de Paderno, possessiones de Gonzano, Ecclesiam S. Pelagii de Aurine cum mansis ipsius villæ, Ecclesiam S. Bonæ cum molendinis, mansos de Cormelino, A mansos de Qnінto, mansos de S. Christina, Ecclesiam S. Mariæ de Pratogatzol, cum mansis ipsius villæ, mansos de Ger, Ecclesiam S. Vitalis cum mansis ipsius villæ, Ecclesiam s. Gervasii cum mansis ipsius villæ, mansos de Canizano, mansos de Gel cum nemore, possessiones de Bassano & de Romano & de Tor, mansos de Asylo, mansos de Braida, quidquid habetis Mestre, Ecclesias quas habetis infra civitatem, videl. S. Jo. Baptistæ, S. Bartholomæi, S. Andreæ, S. Jo. de Ripa, & Ecclesiam S. Sophiæ sitam extra muros civitatis Tarvisinæ, possessiones quas habetis in civitate, & decimas quas habetis circa ipsam civitatem. Sane quoniam per quosdam Præpositos, qui curam bonorum Canonicæ vestræ gerebant, usque adeo distrahebantur bona prædicta, quod vix poteratis ex eis congrue sustentari, ad tantum incommodum removendum cum venerab. fratre nostro Conrado Episcopo vestro communiter statuistis, ut unus ex vobis annis singulis B assumatur, qui vice Præpositi ad commodum vestrum ejusdem canonicæ bona dispenset: nos vestris postulationibus annuentes constitutionem ipsam auctoritate Apostolica confirmamus. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. &c.

,, Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

,, † Ego Paulus Prænestinus Episc. ss.

,, † Ego ..., presb. Card. tit. S. Susannæ ss.

,, † Ego Ard... presb. Card. tit. S Crucis in Hierusalem ss.

,, † Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ Transtiberim tit. Callisti ss.

,, † Ego Jacobus S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card. ss.

,, † Ego Jo. Diac. Card. S. Angeli ss.

,, † Ego Matthæus S. Mariæ Novæ Diac. Card. ss.

,, Datum Viterbii per manum Alberti S. R. E. presb. Card. & Cancell. XIIII. Kl. Augusti, Indict. XIV. Incarn. Domin. an. MCLXXXI. Pontificatus D. Alexandri PP. III. anno XXII. C

,, *Pluries deinde memoratur in monumentis Episcopalis Archivi. Amplissimum diploma, quod retulit à Lucio III. Pontifice non an. 1185. ut ait Ughellus, sed 1184. ex originali descriptum ita proloquitur.*

,, Lucius Episcopus servus servorum Dei. Ven. fratri Conrado Tarvisino Episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti sedis Apostolicæ specula constituti fratres nostros Episcopos tam propinquos quam longe positos fraterna debemus charitate diligere, & Ecclesiis, quibus Domino auctore præesse noscuntur, paterna sollicitudine providere. Eapropter Ven. in Christo frater Conrade Episcope tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam B. Petri Tarvisin. cui Deo auctore præesse dinosceris ad exemplar felicis recordationis Eugenii Pp. prædecessoris nostri sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut D quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Ecclesiam S. Mariæ de Asylo cum castro, curte, & omnibus pertinentiis suis, monasterium S. Mariæ de Musiano [*omissis reliquis, quæ in Bulla etiam Eugenii supra relata leguntur*) Ecclesiam ss. quadraginta cum pertinentiis suis. Hospitale S. Juliani de Fossapudia cum pertinentiis suis. Hospitale de Aceto cum pertinentiis suis. Hospitale de Mergara cum pertinentiis suis. Ordinationem monachorum, & clericorum pertinentium ad monasterium de Narvisia, & ad mo-

A nasterium S. Fuscæ, & ad monasterium S. Martini, & ad monasterium S. Fumiæ, & ad monasterium de Csipignaga, & ad monasterium S. Elenæ de Tessara, qui debet recipere Tarvisinum Episcopum in die festivitatis S. Elenæ. & ad monasterium de Piro, sicut hactenus fuisse noscirnr observatum, tibi, tuisque successoribus auctoritate Apostolica confirmamus. Clerici vero prodictorum monasteriorum, qui ministrant populo Tarvisini Episcopatus, debent Tasvisino Episcopo facere obedientiam, & tam Abbates, quam eorum clerici interesse debent capitulis generalibus, Decimas molendinorum de Plavi a Negrisia usque ad mare, Ecclesiam S. Stephani de Tarvisio, Ecclesiam S. Viti, Ecclesiam S. Augustini, Ecclesiam S. Gregorii, Hospitale S. Leonardi. Decernimus ergo &c. Si qua &c. &c.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

B † Ego Theodinus Portuen. & S. Rufinæ sedis Episc. ss.

† Ego Henricus Alban. Episc. ss.

† Ego Theobaldus Hostien. & Velletren. Episcop. ss.

† Ego Jo. presbyt. Cardin. titul. Sancti Marci subscripsi.

† Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ Transtiberim tit. Calixti ss.

† Ego Hubertus presb. Card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

† Ego Willelmus Remorum Archiep. tit. S. Sabinæ Card. ss.

† Ego Pandulfus presb. Cardin. tit. Basilicæ XII. Apostolorum ss.

† Ego Ardicio Diacon. Cardin. S. Theodori subscripsi.

† Ego Gratianus Ss. Cosmæ, & Damiani Diac. Card. ss.

† Ego Soffredus S. Mariæ in via lata Diac. Card. ss.

C † Ego Albinus S. Mariæ Novæ Diac. Cardin. subscripsi.

Datum Veronæ per manum Hugonis S. R. E. Notar. Kl. Octob. Ind. III. Incarnat. Dom. an. MCLXXXIV. Pontificatus vero D. Lucii PP. III anno IV.

Anno 1189. cum ab Henrico rege litteras accepisset jubentes, ut Roncalias proficisceretur ejus itineris Romam versus comes futurus, in Ecclesia S. Cassiani de Quinto (ditionis Episcopalis tunc erat hoc oppidum) suos omnes feudatarios convocavit Conradus, eique tributum indixit, quo commodius honorificentiusque se ad iter instrueret, ut in sequenti pagina liquet, quam eò lubentius hic subjicimus, quo clarius Tarvisini Episcopi amplitudo inde potest dignosci.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Anno Dom. MCLXXXVIIII. Indict. VII. die Veneris primo intrante Decembri. Cum D. Conradus Dei gratia Tarvisinus Episcopus vocasset, D atque statuisset generalem terminum & parlamentum suis vassallis apud plebem S. Cassinni de Quinto nomine Tarvisini Episcopatus, ibidem prænominatus Episcopus coram vassallis suis & eis præsenribus dixit, quod in mandatis D. Henrici Romanorum regis litteras acceperat, in quibus continebatur, præfatus D. Episcopus in festo S. Dionysii proxime venturi cum exercitu honorifice apud Roncaliam Longobardiæ ad præsentiam prænominati regis se præsentaret, & secum ad consecrationem suam, & coronam recuperandam pararus Romam foret ituras. Et ibidem jam dictus Episcopus rogavit, atque præcepit omnibus vassallis suis, qui habent feudum Collomelli, feudum Masnadæ, feudum Ministrale, & quibus habent alia feuda, ut parati essent ituri secum, vel dare secundum consuetudinem Tarvisini Episcopatus, sicuti retro dare, vel

A facere consueverunt, & hoc tantum debent ipsi vassalli facere & complere de hinc ad festum S. Petri proxime venturi. Et ibidem Comes Rambaldus Tarvisinus pro se & pro aliis vassallis Tar. Episcopatus tam præsentibus quam absentibus laudare & confirmare, qui ibi aderant laudaverunt & confirmaverunt, quod prænominatus Episcopus faciat fodrum super totum Episcopatum Tarvisinum in Civitate & extra Civitatem in integrum pro unaquaque domo in civitate quod ostium aperitur supra stratam, quæ pertinet ad Episcopatum, & est Episcopatus, solvat x. solidos, & extra civitatem pro unoquoque manso Episc. Tar. solvat x. solidos, pro medio manso v. solidos solvat, pro molendino Episc. solvat x. solidos, pro unaquaque decima Episc. Tarv. solvat xxiv. denarios, pro repletania quæ non pertinet ad mansum xxiv. denarios, pro campo xii. denarios, & omnia ista supradicta debent esse soluta de hinc ad festum S. Petri proxime B venturi. Actum in comitatu Tarvisino sub porticu plebis S. Cassiani de Quinto.

Ego Vitalis S. palatii & f. Imperatoris notarius interfui, & scripsi, & complevi.

Hæc sunt nomina prædictorum Vassallorum, qui interfuerunt ad prænominatum parlamentum, & in prædicto loco. Comes Rambaldus Tarvisinus, Gerardinus de Wudoto, Gerardinus de Caserio Confalonerius Tar. Episcopatus, Odolricus de Fossalta, Andreas de Rosano, Walpertus, Montavvsera, Bartholomæus de Vidone, Verzo advocatus Tar. Episcopatus, Ydonus, Albrigetus, Paris de milio, Paganinus de Collebertaldo, Torengus de Midranis, Rodulfinus de Midranis filius q. Zirmiæ de Rosano, Mont. judex, Diapoldus judex, Iohanes Bonus, Rovarius judex, Constantius major, Constantius Enrici Bucæ, Caput de Lupo, Philippus de Gerardo, Nordilinus, Enrigetus Millemarchæ, Enricus Millemarchæ, Armanus Belagaliga, Johanes de Ordelafo, Egidius de Blanco, Lotarius de C Tharsia, Gherardinus Tignosus, Aymardinus, Orpinellus de Johane Dondo, & Ysnardinus, Conradus Vicedominus, Palagius, Bolandinus de Machello, Declarus de Nual. Jacobinus de Bonio, Fratserellus de Rival. Odelricus de Griberto, Almenricus de Dolfinello, Warientus de Curte, Adam de Rocha, Aobiles de Montebelluna, Gardrosins de Fonte, Petricinus de Crispano, Vgernus de Cristiano, Gorbertus de Nigrisia, Johanes de Nigrisia, Odelricus de Rondino, Almenricus de Mestre, ... Muscardinus Medicus, Burbilagus, Decelletus de Resana, Jacobinus de Resana, Johanes de Robegano, Sulimanus de Robegano, Jacobinus filius q. Walperti judicis, Johanes Bragugna filius Bergoli de S. Zenone, Eccelinus de Matheo, Jacobinus de Conrado, Eccelo de Straso, Rolandinus Tar...... aynes, Maurus de Levada, & ejus frater, Vinceregnus de Yitrara, Falizetus, Otonellus, Si-D moon de Carubio, Enzerius, Sincera frater ipsius, Vitus de tribus Basilicis, Marquardus Sanchavacha, Vbertinus de Mirano judicis, Bertaldinus Rosellus, Cesio de Ramo, Dominicus de... de Oliva, Ensigetus Spata in saco, Albrigetus de Asilo, Armannus de Asilo, Gerardus Macarolus de Asilo, Andreas de.... Taurellus de Cornuda. Actum in Comitatu Tarvisii sub porticu plebis S. Cassiani de Quinto.

Ego Viralis sacri palatii & f. Imperatoris notarius interfui, scripsi, & complevi.

Adhuc inter vivos fuisse Conradum an. 1200. asserit Vghellus, qui tamen erroris arguitur tum ex pervetusto Archivi Episcopalis libro, cui titulus Catapan, *in quo hujus Antistitis obitus in annum 1197. rejicitur, tum ex sequenti Henrico, Vghello ignoto, qui eodem an. 1197. Tarvisino jam sedebat in throno. Interea hujus Cathedralis Canonici à Lucio III. summo Pontifice novam privilegiorum,*

ja-

jurium, atque bonoram confirmationem obtinuerant an. 1184. ut sequens prodit diploma.

Lacius Episcopas servus servorum Dei dilectis filiis Oberto Decano Ecclesiæ S. Petri Tarvisinæ, ejasque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Piæ postulatio voluntatis effecta debet prosequente compleri, & at devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar patrum, & prædecessorum nostr. S. record. Eugenii, & Alexandri PP. præfatam Ecclesiam S. Petri, in qua divino estis obseqaio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Commuuem vero vitam, quam in eadem Ecclesia observare promisistis, sedis Apostolicæ auctoritate confirmamns, & ne cuiquam vestrum post factam promissionem nisi obtentn religionis retro abire liceat prohibemus, & si quis hoc attentare præsumpserit ejusdem Ecclesiæ beneficio privetur, nec aliquis, nisi qui hanc communem vitam se observaturum promiserit, in eadem Ecclesia de cætero Canonicus instituatur. Statuentes ut quascumq; possessiones, quæcumq; bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè, ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, præstante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Decimas, oblationes, primitias, sepulturas, & subjectiones Capellanorum, & Clericorum in eadem civitate commorantium, sicut eas qniete, & canonice hactenus possedistis: Ecclesiam S. Nicolai, quæ est sita in claustro vestro cam pertinentiis suis, Ecclesiam S. Jo. Baptistæ, Ecclesiam S. Jo. de Ripa cum pertinentiis sais, Ecclesiam S. Bartholomæi cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Sophiæ, quæ est extra muros civitatis cum pertinentiis suis, terras quas habetis in civitate Tarvisii ædificatas & inædificatas, clausuram quam habetis juxta fossas ejusdem civitatis, & terras quas habetis in . . . . mansos & terras quas habetis in Spauciano, & in Mal·uco, & Ursinico, & Bauliaco, mansos, quo· habetis in Castaniola, mansos quos habetis iu Malsago, & in Postomia, & in Masano, Ecclesiam S. Bonæ cum pertinentiis sais, & molendinis, Ecclesiam S. Mariæ de Fontanis cum pertinentiis sais, & terram quam habetis juxta sedimen Pelagium de Spineta, mansos quos habetis in Lanzanigo, & Braida, & Maceraida, & Luvadina, Ecclesiam S. Pelagii de Aurinis cum pertinentiis suis, & mansos qaos habetis in eodem loco, & terras, & decimas quas habetis in Ponzano, mansos quos habetis in Paduano, & in villa orba, & ad pedem montelli, mansos quos habetis in Storga, in villa penduia, & in Salimbercu, & locum ad molendinnm faciendam, mansos quos habetis in Carbonata, villam Melmæ cum Ecclesia S. Michaelis ejusdem villæ & tredecim rotis molendini cum pertinentiis suis ibidem, mansos quos habetis in Campo storto, & in Lanzago, in Cunso, in Nerbono, mansos quos haberis in Luviniaco, & in ripa rapta, & severa, & terras quas habetis in Fuligno, mansos quos habetis in Dulson. Villam prato Gulzoli, Ecclesiam S. Mariæ ejasdem villæ cum decimis & cæteris pertineotiis sais, mansum unum in curte natica, terras quas habetis in Mestre ædificatas, & inædificatas, mansos quos habetis in Zello, & nemus ibidem, terram cum vinea quam habetis in Cellarino, mansum unum in Brenulo, & unum mansum in Canollata, mansos, quos habetis in Burbiliaco, & terras quas habetis in Podenzano, & terras quas habetis in Scaltinico, & terras quas habetis in Carpino, Ecclesiam S. Angeli cum snis pertinentiis, mansum unnm in Mediolantiis, Ecclesiam S. Gervasii cum pertinentiis sais, Ecclesiam S. Vitalis cum pertinentiis suis, & mansos quos habetis ibidem, mansos quos habetis in Zero, mansos quos habetis in Canizano, & in Reveno, mansos quos habetis in Quinto, & in Cervaria, Ecclesiam S. Christinæ cum pertinentiis suis, & mansos quos habetis ibidem, & in Tiverono, Ecclesiam S. Andreæ de Cavasagra cum pertinentiis snis, mansum nnum in puteo bono, mansos quos habetis in Vedelago, mansos quos habetis in silva rotunda, Villam silvæ rosæ, & Ecclesiam S. Andreæ, quæ in eadem villa sita est cum pertinentiis suis, mansos, qaos habetis in Sobiolla, mansos quos habetis in Bassano, in Marmano, & Romano, & in Burso, & in Canili, & in S. Ilaria, & in Leudnlis, & in Fonte, & in S. Zenone, mansos quos habetis in Asilo, in Braida, & in Maliagello, & in Nagaretto, mansos quos habetis in Montebellana, & finibus ejus: terras quas haberis in Triviniano, & in Caselio, & in Pusnovo, mansos qaos habetis in Dupladino, & in Segnsino, & mansum nnum in Vipicano, mansos quos habetis in Petrarubea, & in Fenario, & in Lano, mansos qaos habetis in Auno, & in aliis locis per Episcopatam Feltrensem, & terras quas habetis in Episcopatu Bellanensi ex dono bo. mem. Gregorii Tarvisini Episcopi, omnem decimam totius terræ de Ciliano, si qnocumque tempore fuerit laborata: præterea omnes decimas quæ in Territorio arbis, Tarvisii juri ejusdem Ecclesiæ dicatæ esse noscnntur, quemadmodum prælibatus Episcopus jam dictæ Ecclesiæ vestræ concessit, & scripto saactentico roboravit, nos eas vobis, & per vos eidem Ecclesiæ auctoritate Apostol. nihilominus confirmamus. Plebem de Mednlo cum decimis qaas possidetis in eadem villa, Ecclesiam S. Margaritæ de Petrarubea cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Antolini de Aspa, & mausos qui fuerunt de Vidoro Canonico, & terram de Grintina. Sane quoniam per qaosdam Præpositos, qni curam bonorum Canonicæ vestræ gerebant, usqne adeo distrahebantur bona prædicta, quod vix poteratis ex eis congrue sustentari, ad tantum incommodum removendum cum venerab. fratre nostro Conrado Episcopo vestro, & quibusdam aliis suis prædecessoribus communiter statuistis, ut unus ex vobis annis singulis assumatur, qui vice Præpositi ad commodum vestrum ejusdem Canonicæ bona dispenset. Nos vestris postnlationibus annuentes constitutionem ipsam ad exemplar ejusdem prædecessoris nostri Alexandri PP. auctoritate Apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nnlli omnino hominum liceat &c. Si quis autem &c. &c.

† Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† Ego Theodinus Portuensis, & S. Ruffinæ sedis Episc. ss.

† Ego Henricus Albanensis Episcopus ss.

† Ego Theobaldus hostien. & Uellitren. Episcopus ss.

† Ego Jo. presb. Card. S. Marci ss.

† Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ Transtiberim tit. Calixti ss.

† Ego Vvillelmus Remorum Archiep. tit. S. Sabinæ Card. ss.

† Ego Hubertus presb. Card. tit. s. Laarentii in Damaso ss.

† Ego Gandulfus presb. Card tit. Basilicæ XII. Apostolorum ss.

† Ego Arditio Diac. Card. s. Theodori ss.

† Ego Gratianus Ss. Cosmæ & Damiani Diac. Card. ss.

† Ego Soffredus S. Mariæ in via lata Diac. Card. ss.

,, † Ego Albericus S. Mariæ novæ Diac. Card. ss.

,, Datum Veronæ per manum Ugonis S. Rom. Eccl. notarii Kal. Octobris Indict. tertia Incarn. Dom. an. MCLXXXIV. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. anno IV.

,, *Simile privilegium obtinuerunt iidem Canonici ab Urbano* III. Datum Veronæ per manum Alberti S. R. E. presb. Card. & Cancellarii VIII. Kal. Septemb. Indict. V. Incarn. Domin. an. MCLXXXVII. Pontificatus vero D. Urbani PP. III. anno II. *Scottus.)*

XXVII. (,, HENRICUS *de Ratione, Tarvisinus, & hujusce Cathedralis antea Canonicus ann.* 1197. *hujus sedis Episcopali munere fungebatur, uti doceat infrascripta, præter quæ nullum aliud, licet diligenter perquisierim, de eo documentum inveni.*

,, Anno Dom. MC. nonag. VII. indict. XV. die mercurii V. exeunte Novembri in præsentia Viviani Tarv. Canonici, Drap...... Divitis & aliorum. D. Henricus de ratione Dei gratia Episcopus Tarvisinus, Odolricum de Grogno torto, & Andream, ac.......... feudi, ita quod nullum præjudicium faciat prædicto D. Episcopo, nec Episcopatui occasione investituræ, seu fidelitatis, & prædictis........ S. Mariæ de Asilo, & S. Petro de Tarvisio, & prælibato D. Episcopo contra omnes homines salva fide suorum anteriorum dominorum si habet.

,, Bonus Amicus Henrici Regis Notar. Interfui & scripsi.

,, Anno Dom. MC. nonag. VII. Ind. XV. die Jovis XIII. intrante Novemb. in præsentia Viviani Tarvisini Canonici, Mansredini de Rac. Gera............ D. Henricus de Ratione Dei gratia Episc. Tarv. investivit Ardenghum de Gherardo de sua ratione feudi; ita quod nullum præjudicium faciat prædicto D. Episcopo, nec Episcopatui, occasione investitaræ seu fidelitatis, & ipse in continenti S. Mariæ de Asilo, & S. Petri de Tarvisio........., ... fidelitatem fecit contra omnes homines salva fidelitate suorum anteriorum dominorum si habet. Actum Tarvisii in palatio prædicti D. Episcopi.

,, Bonus Amicus D. Henrici Regis Not. interfui & scripsi.

,, Anno Dom. MC. nonag. VII. ind. XV. die Lunæ VII. exeunte Novemb. in præsentia presb. Gerardi Ilbertini Canonici Tarvis....... Johannes de Fosalta fecit fidelitatem S. Mariæ de Asilo & S. Petro de Tarvisio, & D. Henrico de Rac. Dei gratia Tarvisino Episcopo contra omnes homines salva fidelitate suorum anteriorum dominorum si habet. Et ibidem prædictus D. Episcopus Tarvisinus ipsum Johannem investivit de sua ratione feudi, ita quod nullum præjudicium faciat prædicto D. Episcopo occasione investituræ, seu fidelitatis. Actum Tarvisii in palatio prædicti D. Episcopi.

,, Bonus Amicus D. Henrici Regis Not. Interfui & scripsi.

D ,, *Extat in lib. A.C. Episcopalis Archivi, unde suprascripta desumpta sunt, aliud similis investituræ documentum, quod injuria temporis pene totum corruptum legi non potest. Henrici autem mentio habetur quoque in documento infra ad an.* 1211. *referendo.* Scottus.)

XXVIII 34 AMBROSIUS. Hujus item mentio extat in eadem epist. dicti Pontificis.

(,, *Ambrosius à Capitulo fuit electus, pro cujus confirmatione an.* 1199. *Romam misit ccc. libras, ut in pergamena Capituli habetur, in qua sic legitur.*

,, In Christi nomine. Anno Dom. 1199. ind. 2. die Veneris decimo intrante Decembre in præsentia presb. Henrici de S. Stephano, presb. Fortunati, presb. Martini Girardi de Braida, & aliorum. Presb. Almigerius Decanus Tarvisinus, Mansredus Archidiaconus, presb. Albertus Thesaurarius, Bartholomæus magister Scholarum, presb. Wernerius, Mele Vivianus, presb.

A ,, Dominicus, presb. Tysius, Walpertus, Henricus de Piro, Tisius, Victor, Jacobus, Ambrosius, & Jeremias Canonici Tarvisini una dederunt verbum, & pro Capitulo præceperunt Tolberto Canonico Tarvisino, & eidem Canonico Massario, ut ipse debeat recipere ccc. libras denariorum mutuo pro utilitate Episcopatus Tarvisini, quas sunt missuri Romam pro confirmatione D. Ambrosii Tarvisini electi, quas idem massarius respondit se taliter velle recipere, quod aliquo tempore nullum prejudicium possit facere Tarvisinæ Canonicæ, & quod idem electus, vel alius qui amministrationem illius Episcopatus, vel Episcopatum habebit, teneatur...... solvere prædictas libras cum omnibus expensis, & dederunt ei verbum ut obligaret pignoris de bonis Tarvisinæ Canonicæ pro præfato debito, & quod ratum, & firmum totum prout supra legitur, habebant. Actum Tarvisii in Canonica in Camera presbyteri Alberti.

B ,, *Anno* 1201. *ex subjecto monimento subditi Episcopatus eidem Ambrosio adhuc electo juratam fidem dederunt.*

,, Anno Dom. MCC. primo indict. IV. die Dominico VI. intrante madio. Isti sunt Vassalli Tarvisini Episcopatus, qui fecerunt fidelitatem contra omnes homines, &....... S. Mariæ de Asylo, & S. Petro de Tarvisio, & D. Ambrosio Tarvisino electo, qui præsens erat, videl. D. Gerardinus de Spineda, & VVercius Tempesta........ filius q. D. Constantini majoris pro se & fratribus, Geremias filius Henrigeti Millemarche, & Artuichus filius qu. Arnaldini de Braida, & Johanes de............ q. Simeonis de Insula. Et isti alii fecerunt fidelitatem contra omnes homines tantum, videl. Johanes FiKerius de Baledello, & Henrigetus filius q. Gerardi.......... judicum, Dupoldus judex, VVarnerius de Hermano bella Calza, & Bartholomæus Custodis, Arduitus filius Usannæ,
C Vivianus filius q...... & Sachellus de Lanrelia. Testes ibi interfuerunt D. Almengarius Decanus Tarvisinus, presb. Tysus, Magister Dominicus, VValpertus, Vitus Canonici Tarvisini........ Not. Johanis de Nigrisia, & aliorum.

,, Actum Tarvisii in palatio eiusdem D. Electi............. Sacri palatii Not. interfui, & rogatus scripsi.

,, *Quamdiu autem vixerit Ambrosius, incertum.* Scottus.)



35 TITUS Ambrosio suffectus est, cui Innocentius III. interdicit in ead. ep. temporariam administrationem, beneficiorumque collationem. XXIX

(,, *Hic non Titus, sed Tyso constanter in Actis Episcopalibus vocitatur, ajuntque fuisse Tarvisinum è familia Tempesta. Ejus prima mentio occurrit in citatis Actis ad an.* 1210. *Ex libro AC. Episcopalis archivi habemus Tysonem pluribus productis testimoniis probasse Episcopum Tarvisinum appellari, & esse Dominum, Ducem, Comitem, & Marchionem plurium oppidorum, & terrarum, in eisque plenam & liberam jurisdictionem exercere.*

Mo-

A

„ *Meretur quidem documentum produci, cum in eo nonnulli Tysonis Prædecessores nominentur, & inde Tarvisinorum Episcoporum majestati non parum dignatis accrescat.*

„ Millesimo ducentesimo xi. Ind. XIV. die Mercurij sexto exeunte Febr. Testes D. Tisonis Tarvisini Episcopi nomine Episcopatus introducti super jurisdictionem Episcopatus, quam habet in libera manumissione suorum Castellorum, scilicet, in Asilo, & in Montebelluna, & in Mestre, & in Resana, & in tribus Basilicis, & in omnibus suarum villarum, & terrarum. D. Achilles de Rocha interrogatus dixit. Ego scio quod Episcopus Tarvisinus est Dominus & Dux, Comes, & Marchio omnium suarum terrarum, villarum, & Castellorum, Burgorum ad Episcopatum pertinentium, & scio quod habet talem jurisdictionem in Castro Montisbellunæ, quod omnia banna de maleficils & maoumensuris, furtis, falsis venditionibus ad castrum & statum castri pertinentia, debent dividi per medietatem; una

B

pars est D. Episcopi nomine Episcopatus, & alia pars est Comunis Montisbellunæ, ideo quia Commune habet ad livellum ab Episcopatu Tarvis. & omnes qui habent, & tenent, habere, & tenere debent à D. Episcopo & ab Episcopatu aliquam rationem in ipso Castello. Et scio quod ipse D. Episcopus nomine Episcopatus habet in Castello, & in Burgo, & villa Mestre similem jurisdictionem in omnibus bannis, & manumensuris, sicut dictum est superius in integrum, suam quia non dividitur cum nemine, excepto quod D. Episcopus dat suo Advocato tertiam partem bannorum & manumensurarum Mestrę & Montisbellunæ, ideo quia ipse Advocatus babet ad feudum cum Avocatia. Interrogatus qualiter sciret ea quæ dicit, resp. quia vidit jam sunt XL. anni & plus, & à XL. annis in hac Episcopi, qui erant pro tempore nomine Episcopatus habere & tenere prædicta omnia in integrum pace & quiete. Interrogatus de Episcopis resp. quod D.

C

Episcopus Odolricus, & D. Coradus, & D. Henricus, & D. Ambrosius, & aliud nescire. L. est & non est doctus in cartis, & partem non habet. Ottonellus de Asilo interrogatus dixit, quod Episcopus Tarvis. est Dominus, & Dux, & Comer, & Marchio de Castro, & villa, & Burgo Asili nomine Episcopatus, & quod omnia banna castri, burgi, villæ de furtis, falsis venditoribus vini & panis & carnis & casei, & aliorum bannorum, & ad eum pertinent nomine Episcopatus. Interrogatus qualiter sciat ea quæ dixit. resp. visu per xxv. annor & plus, & à xxv. annis in hac Episcopi qni erant prn tempore nomine Episcopatns babere & tenere pace & quiete omnia supradicta sub D. Conrado Episcopo, & sub D. Henrico, & sub D. Ambrosio, & ipsemet exigit de illis bannis pro Episcopo nomine Episcopatus, & scit quod tertia pars datur advocato, ideo quia ipse dicit eam habere ad feudum a D.

D

Episcopo nomine Episcopatus cum Avocatia & alio suo feudo, & aliud nescire. Acceletus de Montebelluna interrogatus, dixit illud idem quod D. Achilles de jurisdictione, quam D. Episcopus nomine Episcopatus habet in Castello Montisbellunæ, & tantum plus quod ipse ivit testis, recepit eas rationes nomine Episcopi & Episcopatus multotias, quod dicit quia Potestas Tar. fecit pignorari quemdam hominem pro uno banuo illius Castelli, & postea visa ratione D. Episcopi fecit ei reddere pignns sine dilatione aliqua, & aliud nescire. Viviannr de Montebelluna interrogatus dixit illud idem quod Acceletus de jurisdictione Castelli Montisbellunæ præter quod non recepit de illis bannum sicuti Acceletus qni est villicus pro Episcopo, & tantum plus dicit quod Villicus castri Montisbellunæ exigit bannum & reddidit medietatem D. Episcopo nomine Episcopatus, & tantum hoc dicit,

A

„ quod ipsemet fuit testis accusatus & . . . . . & Rubeus cum eo fuerunt accusati juratis Civitatis Tarvisij de venditione vini, & Potestas, qui erat pro tempore, visa ratione D. Episcopi nomine Episcopatus absolvit sua pignora, & ea restituere fecit, & aliud nescire. Johanes de Nigrisia interrogatus dixit quod scit & recordatur per XL. annos & plus, & vidit D. Odelricum Episcopum, & post eum D. Coradum Episcopum, & post ipsum D. Henricum, & post illum D. Ambrosium esse Comites, Duces, & Marchiones de Castello Mestre, & villa, & Burgo, & de ejus curia, & de curia Nigrisiæ, & de curia Montisbellunæ, & de curia Cornudæ, & de curia Asili, & de curia Resanæ, & de curia trium Basilicarum, & de curia Semonci, & de villa Blodini, & de curia Ystranæ, & de omnibus suis terris, villis, Castris, & Burgis esse Comites & Domini Marchiones nomine Episcopatus Tar. & pro ipso Episcopatu habere, & tenere supradictos Ca-

B

stros, & Curias, & villas, & Burgos, & omnes suas terras cum etiam jurisdictione, & cum etiam jure & honoribus, & rationibus, & bannis supradictis villis, castris, burgis, curiis pertinentibus in integrum, & in eis bannum pooere & mitterę & auferre ad suum libitum pace, & quiete, & egomet multoties in vice & nomine supradictorum Episcoporum, & pro ipsis Episcopis nomine Episcopatus, & pro ipso Episcopatu accepi de ipsis bannis sæpissimè in prædictis locis ab illis, qui furtis erant victi, & in falsis mensuris vini, & panis, vel in falsis pesis staderæ vendendo carnem vel caseum, vel in aliis falsitatibus victi unum banunm componant, & in omnibus supradictis locis, & in Mestre generaliter pro ipsis Episcopis nomine Episcopatus, & pro ipso Episcopatn semper vidi ponere juratos, qui debeant providera super iis quæ dicta sunt. Egomet sæpe & sæpius in vice & nomina supradictorum Episcoporum posui juratos in burgo Mestre, & in aliis locis su-

C

pradictis, & vidi qnam plures vices, quod si aliquis homo de jurisdictione supradictorum locorum aliquo modo fuerunt victi vel incusati de aliquo maleficio, unde deberent solvere bannum, quod Potestas Tarvisij, qui erat pro tempore, permisit eum Episcopo, qui erat pro tempore, & si piguus acceperat ad ipsos Episcopos reddere faciebat, & Episcopi illa pignora ad suam voluntatem judicabant. Johanes notarius de Mestre interrogatus dixit illud idem, quod Johannes de Negrisia super jurisdictionem quam Dominus Episcopus Tar. habebat in Mestra nomine Episcopatus, præter quod non accepit de bannis pro Episcopo, & minus quod non recordatur nisi a xx. annis in hac, & tantum plus qnod vidit advocatos dominos quoad Episcopatum judicare, & justificare latrones & alia banna illius terræ, & quod ipsi habent tertiam partem bannorum pro Episcopatu, & tantum plus quod vidit D. Nicolaum Potestatem Tarvisij alio tempore, quando scivit

D

Potestatem Tar facere reddere pignora hominibus de Mestre, quæ erant ablata eis pro accusatione malefactorum, & ratione Episcopatus. Fuscarinus de Porto Negrisię interrogatus dixit: ego scio quod D. Episcopus Tarvis. est Dominus, Comes, Marchio, Dux de tota curia Nigrisiæ nomine Episcopatus Tarvis. & pro ipso Episcopatu, & si quis habet aliquam damnationem in illa curia pro eo habet, & ponit Dom. Episcopus suos juratos in portu Nigrisiæ, & si quis homo de illa curia invenitur in aliquo maleficio, vel in aliqua falsitate de venditionibus jurati Episcopi, & Comunis manifestat eum, & D. Episcopus nomine Episcopatus per Episcopatum ponit bannum, & mittit ad suam volnntatem, & ea banna aufert sicut vult sine contradictione, molestatione alicujus hominis vel Potestatis Tar. & etiam de armis fraudolentis ponit D. Episcopus suos juratos, & si invenitur aliquis quod eis portando ar-

ma fraudolenter, & sunt manifeste. . . . aufert D. Episcopus eis bannum scil. vt. l. pro quoque. Interrogatus qualiter scit ea quæ dicit; resp. quia recordatur hinc per xx. annos, quia vidit, & cognovit ea quæ dicit fieri per Episcopos, & eorum nuncios. Pelegrinus à Portu Negrisiæ interrogatus dixit illud idem quod Fuscarinus per omnia & tantum plus quod recordatur à xxx. annis in hac, & quod citati de armis fraudolentis in hoc anno fuerunt. . . . . .missi. Spinabellus de Negrisia interrogatus dixit illud idem quod Pelegrinus per omnia. Vecellus de Montebelluna interrogatus dixit, scio quod Commune Montisbellunæ habet Castellum ejusdem loci, & fratum ad libellum à D. Episcopo Tarvisino nomine Episcopatus, & pro ipso Episcopatu, & nullus homo habet aliquam jurisdictionem in ipso Castello nisi Episcopus Tar. pro ipso Episcopatu, & medietas banni, quæ excurrit de ipso Castello, scilicet de furtis, & de percussionibus, & de omnibus aliis bannis est D. Episcopi, & alia medietas est Communis Montisbellunæ. & Commune habet, & tenet pro Episcopo nomine Episcopatus, & pro ipso Episcopatu ad libellum. Martinellus de Palma de Montebelluna interrog. dixit illud idem quod Vivianus de Montebelluna de illa jurisdictione. Bucius de Montebelluna interro. dixit illud idem quod Gvecellus de Vida. Normanus de Musa de Asilo interrog. dixit. Scio quod D. Episcopus Tarvisinus est Comes, Dux, & Marchio castri, & Burgi, & villæ Asili, & omnium suorum Castellorum, & Burgorum, & villarum, & locorum, terrarum, & curiarum nomine Episcopatus Tar. & pro ipso Episcopatu, & semper Episcopi Tar. sunt visi habere, & tenere omnia sua loca, & curia, sicut dictum est superius cum omnibus jurisdictionibus & rationibus ipsis terris, & locis, & curtis supradictis pertinentibus, & semper sunt Episcopi Tar. nomine Episcopatus in Asilo, & in omnibus aliis suis locis, & curtis pro ipso Episcopatu consueti mittere banna in Castris, & burgis, & illis pro furtis, & falsis testibus, pro injuriis, pro asaltis, & pro percussionibus, pro covertis, & pro omnibus maleficiis, & falsitatibus, venditione carnis & casei, vini, & panis, & pro omnibus rebus pro quibus componuntur banna ad suam voluntatem, & illis qui inveniuntur auferre ad suum limitum sine aliqua molestia, vel impedimento alicujus hominis, vel potestatis, & semper consueti sunt in suis locis, & curtis ponere suos juratos, qui provident super iis, & numquam vidi aliquem Potestatem Tar. se impedire. Interrog. qualiter sciret ea, quæ dicit; resp. quia jam sunt L. anni & plus quod recordatur, & quod vidit Episcopos Tar. pro ipso Episcopatu pace & quiete, & aliud nescire. Albrigerus de Lacu Asili interrog. dixit illud idem. quod Normannus de Musa, & tantum plus quod Episcopus habet plenam potestatem super his. quæ dicta sunt, nomine Episcopatus, & pro ipso Episcopatu ad suam voluntatem, & tantum plus quod certa banna sunt posita per Episcopum in suis locis, & tantum plus quantum sibi placet ad suam voluntatem nomine Episcopatus, & tantum minus. quod non recordatur nisi à xxx. in hac, & vidit ea. Prevedellus de Asilo interrog. dixit illud idem, quod Normannus de Musa per omnia. Petrus Mulla interrog. dixit, quod Normannus de Musa, & tantum plus quod recordatur à xl. annis in hac & plus, & vidit ea quæ dicit fieri per Episcopos in illis locis supradictis nomine Episcopatus Tar. & pro ipso Episcopatu sine aliqua contradictione Potestatis, vel alicujus hominis sub D. Gregorio Episcopo, & sub D. Blanco Episcopo, & sub D Conrado Episcopo, & sub D. Petro Minorita. & sub D. Odolrico Episcopo, & sub D. Henrico Episcopo, & sub D. Ambrosio Episcopo, & nunquam vidit litem nisi modo, & dixit quod ipsemet colligebat prædicta banna in tempore, quo fuit Caniparius bannorum per novem annos, & aliud nescire.

Ego Almericus D. Henrici Imp. Notarius hos testes scripsi, & exemplavi, & meo corrob. signo.

Quandoquidem verò de Tarvisiensis Episcopi antiqua dignitate, & auctoritate hic incidit sermo, abs re non erit commemorare, quomodo Tarvisinus Antistes inter Romano-Germanici Imperii principes olim recensebatur, ut videre est apud Goldastum in Collect. Constit. Imperial. tom. 1. p. 12. Cæterum ann. 1216. inter Tysonem, & Waraerium Bellam Calzam exorta est lis super piscatum Silis, quæ Episcopo fuit adjudicata à VValperto Decano, & VVaraerio advocato judicibus arbitris, ut adnotatum legitur in libris Episcopalibus. Quoad vero vixerit hic Tyso Tempesta, si alius sit à sequenti Tysone de Vidoro, incertum. Acta leguntur Tysonis præter allata (bujusne, vel illius colligi nequit) in Episcopali archivo annorum 1220. 1222. 1223. 1224. 1227. 1231. 1232. 1234. 1237 1244. Quo autem pacto hic seriem Episcoporum infarciat Bonifacius, eumque secutus Ughellus, Albertum, & Odoricum, quorum nullam prorsus alicubi memoriam inveni, inter utrumque Tysonem inserentes, me latet. Tyso forte Tempesta ad an. 1227. pervenit, cui deinde successere Albertus, & Odoricus non longevi Pontifices, deinde circa ann. 1231. Tyso de Vidoro, qui diem obiit, ut dicemus ann. 1245. & fortasse per hæc tempora (quæ sententia mihi magis arridet) unicus fuit Episcopus Tarvisinus Tyso, qui ab anno saltem 1210. ad 1245. hujus Ecclesiæ habenas rexit. Verum in re obscura, quæ documentis à me visis satis nequit illustrari, licitum sit unicuique sentire, quid velit. Illum quidem certum est Tarvisinum Episcopum his temporibus plurimum laborasse, cui ut suppetias ferret, mandavit Honorius III. Patriarchæ Aquilejen. ut supra in Aquilejen. narravit Ughellus pag. 78. Scottus.)

36 ALBERTUS. XL

(*Narrat Bonifacius in hist. Tarvis. hunc Albertum Ordinis Prædicatorum extitisse, & an. 1223. vixisse, cujus hortatu Tarvisini Cives Ecclesiam, & cœnobium Fratribus Dominicanis ære publico extruxerint. Verum quidem est his temporibus Fratres Prædicatores Tarvisii sedem fixisse, illisque Tarvisinum populum Ecclesiam ædificasse. Hæc enim leguntur in lib. signato G. Grammatophylacii Communis pag. 80.*


In Christi nomine Amen Ad honorem Dei, & Sanctorum omnium, & ad confirmationem sanctæ fidei Christianæ, statuimus, & ordinamus quod per Commune civitatis Tarvisinæ fiat Ecclesia una in congruo loco civitatis vel suburbiorum, in quo Fratres Ordinis Prædicatorum possint prædicationes facere, & divina officia celebrare, si placuerit eis in civitate Tarvisina vel suburbiis habere Conventum. Pro quo laborerio Potestas Tarvisinus pro Communi expendere possit & debeat usque ad summam quingentorum librarum, & plus ad voluntatem Consilii, vel majoris partis.

At de Alberto nulla, neque inter pulverulenta Fratrum Prædicatorum monumenta occurrit mentio. Et anno 1223. vivebat Tyso, cui recipienti nomine Episcopatus VVido Tempesta q. VVercioni, & Curatores ejus Bousemblans & Thomasinus de Capite lupi coram Odorico Besseno Tarvisino Prætore solvit XI mille libras denariorum ponderis, ut docet pergamena in archivo Episcopali existens. Alio igitur tempore, & fortassis nunquam vixerit Albertus iste, Fontanæ, aliisq. scriptoribus Dominicanis ignotus. Scottus.)

37 ODORICUS. XLI.

38 TYSUS de Vidoro anno 1232. insudavit, ut inter Veronenses honestis conditionibus pacem componeret, ascito ad id sibi collega Nicolao Episcopo Regiensi. Chron. Monachi Paduani lib. 1. & Gerardi Maurisii Hist. de DD. de Romano, & Marchiæ Tarvisinæ. (*Hic memoratur in Actis* XLII.

Epi-



Episcopalibus an. 1231. Anno 1232. Institutionem quatuor Mansionariorum à Capitulo factam confirmavit, ut sequens prodit documentum.

Nos Vualpertus Decanus, Jacobus Archidiaconus, Albertus Magister scholarum, Bolandus de Campania, Vitus, Jacobus de Spineta, Odolricus Comes, Bonefacius de Piro, Henricus plebanus de Mestre, presbyteri Conradus, & Vualfredus, Thodomarius, Emmanuel, Magister Johannes', Hensedisius Canonici Tarvisini in nostro Capitulo constituti ad providendum Ecclesiæ nostræ de Canonico in præbenda, quæ olim fuit bonæ memoriæ Vidonis Archidiaconi Tarvisini. Videntes ipsam Ecclesiam in divinis officiis tam pro vivis quam pro mortuis ultra soiitum maximam sustinere jacturam, & volentes ei quantum possumus utiliter providere inspecta necessitate & utilitate Ecclesiæ ex Præbenda ipsa quatuor faciemus Præbendas, quas Mansionariis duximus deputandas. Statuentes ut de cætero in Ecclesia nostra semper quatuor sint Mansionarii, scilicet duos sacerdotes, & duos Diaconos, qui dictas Præbendas habeant, & de eis faciant ad suam utilitatem pro ut melius sibi viderint expedire; præstito juramento de conservandis, & non alienandis possessionibus, & aliis bonis Præbendæ suæ, Præbendarum suarum, & de bona fide tractandis, & peragendis omnibus quæ ipsis per Decanum & Capitulum committentur, secundum quod Dom. Decanus & alii Canonici præstiterant. Ita tamen quod per hoc nec Canonici sint, non vocem aliquam in Capitulo habere debeant, nec vacante aliqua dictarum quatuor Præbendarum Mansionariorum alii potestatem habeant secum eligendi, sed solum ad Capitulum electio, confirmatio & investitura ad Dominum Episcopum debeant pertinere. Et deficiente aliquo de quatuor, loco illius, alius ejusdem ordinis per Capitulum eligatur proviso quod sint duo sacerdotes, & duo Diaconi. Et si aliquis infra sibi ordinem deputatum cunstitutus electus fuerit, nihil de beneficio percipiat, nisi quam citius facultas se obtulerit, promotus fuerit ad sibi ordinem deputatum, similiter & de nunc electis duximus statuendum. Præbenda verò deficientis Mansionarii per Decanum scilicet & cujuslibet Canonici deficientis penes Capitulum debeat permanere. Volumus itaque ac statuimus, ut juxta numerum sic deputatum cootinuam in Ecclesia pro divinis officiis tam pro vivis, quam pro mortuis celebrandis faciant mansiunem. In quibus si negligentes reperti fuerint vel rebelles per Decanum & Capitulum correpti & ammuniti appellatione postposita puniantur, sicut ipsos Decanus & Capitulum arbitrati fuerint puniendos, nec Civitate exeant, ita quod horis non valeant interesse. Et si quis eorum aliqua occasione Civitate exire voluerint, hoc cum D. Decani licentia faciant. Nihilominus tamen bannum quilibet eorum pro quolibet die & hora quantum Canonicus quilibet persolvere tenetur, nullo die & hora concessis in quibus non persolvat, nisi fuerit corporis infirmitate gravatus, vel sanguine minutus, & hoc prima die minutionis, & nocte sequenti, vel absens fuerit in servitio Domini Episcopi, & Capituli Tarvisini, & quod tertia in qua non fuerit denarium unum tantùm persolvat, exceptis diebus Quadragesimæ in quibus quilibet Canonicus puniatur. Et de hiis vero quæ pro diebus & horis defraudatis tam à Canonicis quam ab ipsis solverent, quilibet eorum . . . . partem habeat quantum Canonicus unus habebat. Si vero aliquem ipsorum sine licentia D. Decani & majoris & sanioris partis Capituli ultra tres septimanas abesse contigerit, ipse jure prædicto suo beneficio sit privatus, & alter ipsius loco appellatione non obstante per Capitulum ordinetur. Causa autem studiorum si aliquis absens fuerit, & cum licentia, sive theologiam legerit, sive aliquam facultatem, nihil de beneficio suo interim percipiat, sed penes Massarium remaneat ad voluntatem D. Decani & Capituli disponendum. Statuimus præterea ut in dormitorio dormiant, vel in Canonica nova, vel veteri, hoc addito quod si visum fuerit D. Decano ut simul omnes in dormitorio dormiant hoc ad ipsius mandatum & majoris & sanioris partis Capituli debeant adimplere. Ad hæc statuta & ordinationes, quæ per Decanum & Capitulum factæ fuerint, vel de cætero fient, teneantur sicut Canonicus quilibet observare, & hæc omnia attendere & observare quilibet eorum propria voce promittat. Quæ statuta & ordinationes Dom. Tiso Dei gratia Episcopus Tarvisinus prout superius legitur, confirmavit, & approbavit, & sigilli sui munimine roboravit. Et nos Decanus, & Capitulum Tarv. simili modo supradictis statutis & ordinationibus sigillum nostrum fecimus apponi. Et hæc statuta & ordinationes fecimus nos Decanus & Capitulum Tarv. in nostro Capitulo congregati. Currente anno Dom. Millesimo ducentesimo trigesimo secundo, Mense Julii.

Ego Marcus Gajotus sacri palatii notarius authenticum hujus exempli sigillatum sigillis cereis pendentibus supradicti D. Tisonis Dei gratia olim Episcopi Tarvisini, & prædictorum D. Decani, & Capituli Tarvisini vidi, legi, & auctoritate, & præcepto venerab. patris D. Prosavii Dei gratia Episc. Tarvis. nihil addens vel minuens quod sensum mutet, exemplavi, in publicam formam redegi, ac signum meum apposui in millesimo & CC. 82. die Lunæ 22. mensis Februarii.

Anno vero 1233. Moniales Sanctæ Claræ, tunc Sanctæ Mariæ Matris Domini nuncupatas, à jurisdictione, & Episcopali subjectione, assentiente Canonicorum Capitulo, absolvit; quam deinde exemptionem ratam habuit Gregorius IX. & tunc Fratres Ordinis Minorum de Observantia earum regimen susceperunt, & adhuc sub eorum cura ac disciplina sanctissimam vitam ducunt. Exemptionis pagina talis est.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ ac sororibus inclusis Monasterii S. Mariæ Matris Domini Tervisin. salutem & Apostolicam benedictionem. Religionis vestræ meretur honestas, ut vos speciali diligentes in domino caritate apostolicæ sedis gratia prosequamur, spe nobis proposita, ut divinis obsequiis tanto diligentius intendatis, quanto propentiori favore vos senseritis confoveri. Cum itaque venerab. frater noster . . . . Tarvisinus Episcopus capituli sui accedente consensu Monasterium vestrum cum omnibus bonis suis, & personas nunc & in futurum inibi commorantes ab omni jure Episcopali, & cujuslibet conditionis gravamine duxerit eximenda, una libra ceræ dumtaxat solvendi sibi annis singulis circa festum B. Petri census nomine reservata prout in eorumdem Episcopi, & Capituli li-

teris

teris confectis exinde perspeximus contineri, nos vestris devotis precibus inclinati libertatem & exemptionem ab eodem Episcopo vobis & per vos dicto Monasterio pie factam, reservatis sibi nihilominus benedictione Abbatissæ ac Monialium, Ecclesiæ & altarium consecratione, ac cœteris Sacramentis Ecclesiasticis vobis ab eodem Episcopo exhibendis, cum super hoc fuerit requisitus, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Ad majorem autem cautelam ipsarum literarum tenorem præsentibus de verbo ad verbum duximus inserendum, qui talis est. Ty. Dei gratia Tervisinus Episcopus, dilectis sibi in Christo sororibus ac filiabus Monasterii S. Mariæ Matris Domini de Tarvisio salutem, & benedictionem. Cum Monasterium in honore beatæ, & gloriosæ, semperque Virginis Mariæ Matris Domini extra Burgum Tarvisinæ civitatis in loco prope flurium quod Plavesella dicitur, construi feceritis, ut ibidem devote Domino famulantes pro nobis, & aliis peccatoribus. . . re positis, à nobis humiliter postulastis, ut monasterium, & personas ibidem Domino servientes, intuitu pietatis, & pro redemptione peccatorum nostrorum, à jure Episcopali, seu alterius conditionis gravamine eximere deberemus. Eapropter vestræ piæ ac humili petitioni pio concurrentes assensu, præfatum monasterium & personas illic nunc & in futurum commorantes cum omnibus bonis suis, consensu, & voluntare Capitnli nostri ab omni jure Episcopali, & cujuslibet conditionis obligatinne tam in temporalibus, quam in spiritualibus pleno jure liberamus, & eximimus. Nihil aliud nobis, & Ecclesiæ Tarvisinæ in eisdem reservantes, nisi consecrationem Ecclesię, & Altarium cum fuerimus requisiti, si tamen nos & successores nostri gratis & sine pravitate aliqua voluerimus consecrare. Reservamus etiam nobis unam libram ceræ in festo B. Petri vel octo diebus ante aut octo post pro censu nobis annis singulis persolvendam. Supradictis omnibus consensit Capitulum Tarvisinum ibidem præsentialiter constitutum, vid Domini V Valpertus Decanus, Magister Achertus, Odolricus comes, presb. Conradus, presb. V Valfredus, magister Johanes, Jacobus de Spineta, Vitus de Lexo, Bonifacius de Piro, Hemmanuel de Piro, & Tedomarins de Piro Canonici Tarvisini. Ad perpetuum autem robur, & majorem cautelam præfatus D. Episcopus, & Capitulum Tarvisin. hanc exemptionem sigillis propriis munierunt. Datum die martis quarta decima exeunte Octobri. Tarvisii in palatio Episcopali præsentibus Dom. Anselmo filio quondam Martini de Episcopo, Jeremia Millemarche, Donadeo de Ardemanno, Tomasino Clerico, Tomasino notario de Astusio, & aliis, & jusserunt mihi Clarello notario de Portu D. Episcopus, & Capitulum supradictum ex hoc plura scribere instrumenta. In nomine Dei Æterni. Anho D.N.I.C. MCCXXXIII. ind. VI. Ego quidem Clarellus de Portu sacri palatii notarius dictæ exemptioni, ut in ea continetur, per omnia interfui, & jussu, & auctoritate D. Episcopi prælibati & Capituli Tarvisini scripsi, & meo signo proprio corroboravi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani VIII. Kal. Decembr. Pontific. nostri anno VII.

Infracti animi fuit iste Tyso, & Ezzelinum impiissimum tyrannum, qui Tarvisinæ Ecclesiæ Castra, ac possessiones invaserat, & per violentiam detinebat, Ecclesiastico telo feriendum curavit, ut sequens edocet scriptura.

Anno Dom. MCCXLIV. Ind. II. die Mercurij tertio intrante mense Augusti. Præsentibus presb. Nicolao .... Torcellano, Marco Plebano S. Maximi de Gonstantiaco, Dominico Diacono Torcellano, & aliis. Anselmus Clericus D. Tisonis Episcopi Tarvisini præsentavit D. Stephano Episcopo Torcellano litteras D. Papæ Innocentij ejus sigillo sigillatas, hunc tenorem habentes. Innocentius servus servorum Dei venerab. fratri Episcopo Torcellano salutem & Apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri Tarvisini Episcopi exhibita nobis petitio continebat quod fel. mem. Gregorius PP. prædecessor noster dedit venerab. fratri nostro Castellano Episcopo, suis literis in mandatis, ut Ezelinum de Romano Dei & Ecclesiæ inimicum ad restituendum Ecclesiæ Tarvisinæ Castra, Roccas, villas, possessiones, & jura ipsius Ecclesiæ, quæ per violentiam occuparat, & detinet occupata cum fructibus perceptis, & qui percipi potuissent ex eis, per excommunicationis in personam, & terram ipsius interdicti sententias, cessante appellationis obstaculo, coerceret, eaque faceret usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Et quia dictus Ezelinus monitus diligentius id efficere contumaciter renuit, idem Episcopus Castellanus excommunicationis in personam, & in terram ejus interdicti sententias exigente justitia promulgavit, quare dictus Tarvisinus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut easdem sententias faceremus debitum robur firmitatis habere. Quo circa fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus sententias ipsas, sicuti rationabiliter sunt prolatæ, facias auctoritate nostra, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Laterani VI. Non. Martij Pontificatus nostri anno primo.

Actum in Episcopatu Torcellano.

Ego Andreas de Mullo sacri palatij notarius interfui, & scripsi.

Diem clausit extremum Tyso an. 1245. at ex pervetustis Capitularibus regestis habetur. Post Tysonem Nicolaum quemdam recenset Bonifacius, de quo tamen nihil invenî. Scottus.)

39 (1) GUALTERUS, sive Valterus, sub Innocentio IV. apud Imperatorem Constantinopolitanum Pontificius Nuntius fuit. De quo ap. chron. Andreæ Danduli. * Fuit Vvalterus Ordin. Prædicatorum alumnus, defunctus Venetiis die 19. Novemb. 1250. in ecclesia Ss. Joannis & Pauli sui Ord. sepulchrum accepit. XLIII

* Ex App. tom. 9.

(*Fallitur hic Ughellus circa hujus Gualterij obitum. Fuit Gualterius è Tarvisina Familia Agnus Dei, Ordinis Prædicatorum alumnus, è qua ad Tarvisinum Episcopatum emersisse anno circiter 1245. per Tysonis obitum vacantem videtur.*

(1) B. Gualterium, ordinis Minorum, vita & miraculis clarum, Tarvisinæ Ecclesiæ præfuisse ad an. 1242. quo 9. Kal. Septembris ad cœlum evolavit, tradunt Chronistæ ejusdem ordinis, licet eorum aliqui Travisanum, Tremitensem aliqui, & alii etiam Ulyssiponensem Episcopum dicant. Verum cum de eo nulla apud Tarvisinos extitisset memoria, quæ de eorum Episcopo sanctitate illustri non tam facile debebat evanescere, neque ulla ejus mentio habeatur in libris Episcopalibus, seu Capitularibus, alterius urbis Antistitem fuisse hunc Gualterium existimo, nullo pacto confundendum cum Gualterio Ordinis Prædicatorum, de quo Ughellus, & cujus obitus diu post an. 1242. incidit.

tur. Vnicam de eo in Episcopali Archivo documentum habetur, quo Tysonem de Campo S. Petri in feudum quoddam à Gualterio immissum liquet hoc modo.

In nomine domini dei æterni. Anno nativitatis ejusdem MCCLI. Indict. tx. die xii. mensis madij feliciter. In Capitulo monasterij Jesu Christi fratrum Prædicatorum præsentibus DD. Anselmo Canonico Tarvisino, magistro Petro Colombario, Archipresbytero Carchimilis, Vercio de Vico aggere, Paoulfo notario q. Leonardi Judei, & Romanato Pelipario ejus nepote, & aliis ad hæc rogatis & specialiter convocatis. D. Tyso de campo sancti Petri petiit investituram D. Fratri Walterio Dei gratia Episc. Tarvisino de toto illo feudo, quod pater ejus D. Tyso de Campo S. Petri, & frater ejus D. Jacobus, & nepos ejus D. Vvillelmus, & sui majores, & antecessores habuerunt, & tenuerunt, & juste acquisiverunt a dicto Episcopatu. Et ibi in continenti prædictus Dom. Fr. Vvalterus Episcopus Tarvisinus ipsum D. Tysonem de Campo S. Petri de suo feudo, & sua ratione feudi, quod ipse D. Tyso, & sui majores & antecessores habuerunt à dicto Episcopatu investivit; qui D. Tiso de campo S. Petri juravit fidelitatem Ecclesiæ S. Mariæ de Asilo, & S. Petro de Tarvisio, & ipsi D. Fr. Vvaltero Episcopo Tarvisino pro ipso Episcopatu, & solvere ei totum suum onorem, & suam personam contra unamquamq; personam, salva fidelitate suorum anteriorum Dominorum si habet. Qui dictus D. Fr. Vvalterus Episcopus Tarvisinus præcepit eidem D. Tisoni de campo S. Petri per sacramentum, quod infra duos menses postquam fuerit in dominio & possessione suarum terrarum det ei in scriptis totum feudum, quod habet à dicto Episcopatu.

Ego Petrus de Caxoto Imp. auctoritate notar. interfui, & hoc jussu eorum scripsi.

Hanc rexit Ecclesiam Gualterius ad an. 1255. quo ad Castellanam translatus est. Cardinalem fuisse habemus à Bonifacio, sed hoc assertum auctoritate aliqua comprobare frustra conatus sum. Scottus.)

40 PETRUS Pierius (1) Venetus, hujus Ecclesiæ Episcopus, ad Castellanam, seu Venetam Sedem translatus est anno 1255. ab Alexandro IV. confirmatus Id. Februarii, ut habet Reg. Vatic. e. 123. f. 24.





XLIV 41 Post Petri excessum, Senatus Clericalis pars ALBERTUM Riccium ex Ordine Minorum adlegit, pars Bartholomæum quendam renuntiavit Episcopum; æstuante lite, utraque pars provocavit ad Alexandrum IV. Ille utramque electionem, tanquam vitio factam, irritavit, deinde ex authoritate Apostolica, seclusis Cleri suffragiis, Albertum Riccium Minoritam, tanquam dignissimum evexit ad sedem anno 1255. Hic S. Laurentio ecclesiam excitavit, ut marmori incisa subjecta inscriptio prodit.

D. O. M.

Templum hoc in honorem S. Laurentii Mar. erectum ab Alberto Ricco Episcopo Tar. ex cæmentis palatii Gerardi de Castellis dejecti funditus, & sibi à Rep. Tar. donatis super fundo domus Brancaleonis fratris sui a Gerardo interfecti sumpta ad hoc porticus parte jam super solo suo constructæ in piam fratris memoriam. anno D. M. CC LXXXI. Bernard. de Rabeis itidem Tar. Pon. consecravit. 4. Id. Aug. MDI. In cujus rei mem. Bernardus de Gastaldis Eccl. Vic. perpetuus Congreg. Capell. Primic. tabellam hanc F. C. A. D. MDLXIX. Vicariatus vero sui xxxiij.

Annus 1281. in hac inscriptione notatus, inversus videtur à præpostero scriptore, & pro 1271. scripsit ann. 1281. nam Albertum ante annum 1275. ex hac luce migrasse refert Greg. X. Papa in epistola, quam scripsit Præposito Ecclesiæ Feltrensis, commendans eidem Victorem Feltrensem Presbyterum, ut beneficium ei conferat in Ecclesia Tarvisina, tunc Pastore vacante. Datum Belcardi 5. Id. Augusti anno 4. ex Reg. Vatic. e 45. fol. 232. Hic etiam erroris agnitus Burchelatus, qui lib. 4. cap. 75. hoc eodem anno 1281. refert quendam Arcticum in Advogaria Episcopatus Guidoni Tempestæ patri successisse. *Moritur Guidus* (ait ipse) *Tempesta Advogarius Episcopatus Tarvisii, in cujus loco ab Alberto Episcopo sufficitur Arcticus Guidi filius, adsignando illi profecto omnia Advogariæ jura à via Posthumia infra, cum omnibus ejus oneribus, utilitatibus, donariis, & prærogativis: præstito per eum fidelitatis juramento ecclesiis s. Mariæ de Asylo, & S. Petri de Tarvisio, ipsique Antistiti Tarvisino, quo postea vita functo, vacavit Episcoparus sedes per septennium: quo vacationis tempore ejus jura ab Advogariis acriter defensa fuerant, ac conservata, anno Domini 1281.* Hæc ille; at perperam; jam enim, ut vidimus, Albertus excesserat, cujus cadaver jacet in Cathedrali, cum hoc epitaphio.

Hic jacet Albertus lapidis testa coopertus
Frater eratque Minor, sed Præsulis ordine major.
Tervisii Præsul, sed origine sanguinis exul.
Ipsum namque virum genuit Vicentia, merum
Doctorem, merum docuit qui lucide verum.
Oremus Dominum, sibi quod donet paradisum,
Et quod lætemur pariter quando moriemur.

(Albertus non Riccius, sed Riccus, unice patriam amabat, & propterea non consilio tantum, sed opere, & opibus in bello, & pace civibus semper præsto fuit. Initio siquidem sui Præsulatus, anno scilicet 1255. summa civium egestate commotus, vectigal sui juris ipsis remisit, ut subjecta pagina testatur.

Anno Dom. 1255. Ind. 13. die Jovis 4. exeunte Octobri in præsentia D. Jacobini de Tebaldis judicis, & assessoris D. Alberici de Romano Potestatis Tar. D. Nicolai de Bonohomine, D. Zamboni divitis judicum, Jo. Chitele, Jo. de Aguanno notariorum, & aliorum. Cum coram venerab. P. D. Fratre Alberto de Minorum ordine Dei gratia Episcopo Tar. ex parte D. Alberici de Romano Potestatis Tar. & consilio civitatis ipsius propositum fuerit per D. Alexandrum Novellum judicem, quod prædecessores prædicti D. Episcopi inspicientes inopiam gravē, paupertatem, & nimium egestatem, quam homines Tarvisini eorum patiebantur temporibus, volentes eorum inopiæ, quantum poterant misericorditer subvenire, Quarantesimum, quod per ipsos recto jure accipiebat in Venetis, & aliis eum intratis ad ripam Ter. per Silerie flumen pergentibus, ipsorum temporibus dimiserunt, & propterea Veneti nullum quadragesimum auferunt hominibus Tarvisinis. Qui D. Episcopus videns, & cogitans paupertatem & inopiam populi sui subditi, & ipsius compatiens egestati, prædictam qua-

(1) Per obitum Petri Pini Castellani Episcopi an. 1255. translatus est è Tarvisina ad Castellanam Cathedram Gualterius, ut dicemus infra in Castellanis Episcopis, nec aliter, ut puto, legere debuit Ughellus in citatis Vaticanis regestis. Petrus Pinus nunquam præfuit huic Ecclesiæ. Sed de eo infra in Castellanis.

A *quadragesimum ad suam voluntatem remisit, sic quod per ipsum, neque per ipsius nuncios requiri non debeat, nec auferri, donec de sua processerit volnntate. Sibi hoc jure reservato vigore quod tempore quo facultas aderit, & Tervisii Civitas in bono statu fuerit reformata, omne dapnum quod hac occasione patietur Episcopatus Ter. commune Ter. resarcire teneatur, & debeat ad voluntatem D. Episcopi supradicti. Actum Tarvisij in Capitulo Fratrum Minorum.*

Ego Artusius Pitricius sacra Imp. facultate not. interfui, & mandato prædicti D. Episc. scripsi.

Optimus Pastor incidit in pessima tempora, quibus adversa multa perpeti coactus est. Bis solum vertere impulit piissimum Pontificem, & Romanæ sedi impensè addictum Dominorum de Romano impia tyrannis, furentisque Gerardi de Castellis perversa procacitas, à quorum invasione cum Mestrense castrum suis viribus tueri posse diffideret, an. 1257. illud tradidit custodiendum Communi Tarvisij, ut ex sequenti colligitur do- B cumento.

Anno Domini 1257. Ind. 15. die Dominico undecimo intrante mense Novembri. In præsentia D. Henrici Decani Tervisini, fratris Nicolæ qui stetit Tar. super ripam, Achilis de Nordiglo, Gabrielis de Sancio, Gvarneri de Montecio, Jacobi de Rambaldo rubeo, Artengi mercatoris, Alberti Gajæ notarij de Arpone, & aliorum. Congregata magna quantitate militum, & populi Tarvisini Venetiis in Ecclesia S. Zaccariæ secundum voluntatem & mandatum Dom. Marci Bocassij Potestatis Tervisinorum Ecclesiæ fidelium, & devotorum, qui debent, & possunt de jure appellari Commune Tarvisij, idem D. Marcus Boccassius concionando proposuit inter eos, quod D. Fr. Albertus Dei gratia Episc. Terv. volebat date castrum de Mestre in custodia ipsius civitatis, & dictorum Tervisinorum sub certis pactis & conditionibus, dummodo placeret eis, quæ sunt tales. Primo recipiatur castrum C *per D. Potestatem, & Commune Tervisinum tanquam castrum Episcopatus Tarvisinæ civitatis integrum & sanum secundum quod datur a nobis. Item quod omnia quæ intus nostra sunt, conserventur, & salva sint pro nobis. Item quod omnes nostri redditus terrarum, nemorum, livellorum, aquarum, molendinorum, & fullonum nobis libero dimittantur. Item quod nec pacem, nec treguam faciant cum illis de Romano, quamdiu erunt inimici Ecclesiæ sine consensu nostro. Item ea quæ pertinent castro tam in bannis, quam in condepnationibus, præterquam in clericos nostros, quorum jurisdictionem nobis plene reservamus, modo habeant ex concessione nostra ad voluntatem nostram sine præjudicio tantum juris Episcopatus in posterum in his & aliis. Item quod nos, & familia nostra interim possimus libere intrare & exire in castro & terra ad voluntatem nostram, nec castrum ponent in alterius potestatem salvo jure Communis Tervisij restituta prius tenuta & possessione E-* D *piscopatui, quam de jure cognoscatur. Quibus omnibus supradictis pactis, & condicionibus publice perlectis petiit ab eis idem D. Potestas, si eis placebat ipsum castrum accipere, ut superius dictum est, & perlectum, & quod ei super his consilium suum darent, & suam ostenderent voluntatem. Ad quæ omnes ibidem congregati nullo contradicente dixerunt, & consuluerunt, voluerunt, laudaverunt, & unanimiter, & concorditer firmaverunt quod modo prædicto reciperetur ipsum castrum de Mestre. Et ibidem ab omnibus præsentibus data auctoritate, verbo, & licentia ipsa D. Potestati, suisque Antianis, scil. DD. Guilielmo de Strasio, Artusino de Aisnardis, Gambaldo Guidonis, Galardo de Nordiglo Boncpartis pro militibus, Zanino Sartori, Conradino de Curtis, Guilielmo Caleg. de Zero, Hermano Butiglerio pro populo; & creatis sindicis & procuratoribus Communis prædicti, videl. D. Agurdino judice de Ventu-* A *rella, Jacobino de Massulento not. ad hoc ipsum faciendum pro ipsa universitate, & ad mutuum contrahendum, & ad omnia alia pro dicto comuni expedientia & utilia facienda, dictus D. Episcopus Tarvisinus in præsenti dictum castrum de Mestre, ipsis DD. Marco Boccassio Potestati, Antianis, & Sindicis prædictis Tervisij custodiendum modo prædicto dedit, & assignavit, & promiserunt dicti Potestas, Anciani, & Sindici prædictorum Tervisinorum verbo & parabola eorumdem, dictum castrum salvare, & custodire, & reddere ipsi D. Episcopo vel suo successori sub pactis, & conditionibus supradictis sub pœna mille marcarum argenti, qua soluta vel non soluta contractus iste in suo nihilominus robore perseveret.*

Ego Albertus Gaja sacri palatij notarius interfui, & rogatus scripsi.

Eidem, & Vicentino Episcopo anno 1258. mandavit Alexander IV. ut Dominorum de Romano ab Ecclesiæ communione præcisorum an- B cillas, & servos, qui Dominorum suorum impietatem execrantes Catholicæ Ecclesiæ uniri percuperent, in libertatem adsciscerent, atque in tutelam susciperent, hujusmodi litteris.

Alexander Episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus. . . . Vincent. & . . . . . Tarvisin. Episcopis salutem, & Apostolicam benedictionem. Quia homines natura pares, peccati servitus facit esse subjectos, justum profecto videtur, ut qui ab eo, à quo est omnis potestas in Cęlo & in terra, concesso sibi dominio abutantur, ingratitudinis merito in servos sibi commissa potestate priventur, & qui Deo potius quam hominibus obedientes Dominorum nequitiam zelo fidei contra Christum sequi contemnunt, ut vero fiat liberi, ab omni servitute humana pro præmio eximantur; quatenus hoc exemplo persecutores Ecclesię, & Catholicæ fidei digno punitionis aculeo urgeantur, ut si possibile sit à sua perversitate resiliant, & se convertant ad studium devotionis debitæ, ac viam ve- C *ritatis agnoscant, sitque fidelibus in gaudium intendere virtutum cultui, dum sibi provenientibus gratiarum præmiis perspiciunt reprobos pro iniquitate sua deprimi, & bonorum penitus ubertate privari. Sane Ecelinus de Romano tanquam hæreticus dudum ab Ecclesiastica unitate præcisus extitit, & Albericus germanus ejus per nos tanquam fautor, & defensor hæreticorum est vinculo excommunicationis astrictus, ac privatus omnibus indulgentiis & privilegiis sibi ab Apostolica sede concessis. Sed ipsi cordibus suis induratis velut maleatoris intrinsecus quasi mare fervent, & Ecclesiam ac devotos ipsius tanquam hostes, & persecutores Catholicæ fidei spiritu ad superbiam obfirmato non desinunt impugnare. Quia vero dignum est ut Ecelinus, & Albericus prædicti de iniquitate sua doleant se jacturam aliquam reportasse, omnes servos & ancillas ipsorum cum ejusdem conditionis filiis & nepotibus, qui redierunt, vel redibunt ad Ecclesiæ unitatem, & in ejusdem obedientia,* D *& devotione permanserint cum suo peculio de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica tradidimus plenariæ libertati, & eos liberos esse decernimus; ita quod ipsi peculia sua libere valeant retinere, & ea libertate gaudere, qua gauderent si liberi nati essent. Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus hujusmodi libertos manutenere, ac in libertate defendere procuretis, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Datum Viterbii IV. non. Julii, Pontificatus nostri anno IV.*

Id præstitit impigre Albertus, & factæ ab eo manumissionis exemplum nobis servavit sequens documentum.

. . . . *Anno ejusdem 1259. ind. 2. die mercurii tertio mensis Octobris in præsentia DD. Archidiaconi de Nordiglo, Jo. de la Capella, Bar-*

„ *dasiæ ejus nepotis fratris, Patavini de Padua, & aliorum. Cum Nicolaus de Magnano fil. q. D. . . . . . de Magnano venisset coram Ven. fr. D. Alberto Dei gratia Episcopo Tarvis. D. Papæ . . . . . testatur fuisse, & confessus quod fuit & erat de Masnada Ecelini de Romano, & Alberici fratris ejus, & quod est obediens Ecclesiæ Romanæ, servit, ac servire vult, & esse fidelis Ecclesiæ Romanæ de cætero, & quod vult Christi esse, & partem habere dexteram; facta masnada seu servis prædicatorum Ecelini de Romano, & Alberici ejus fratris per summum Pontificem. Et supplicavit eidem Episcopo Tarvis. ut reciperet in protectionem & defensionem secundum formam & tenorem literarum D. Papæ super hoc ad ipsum, & ad D. Episcopum Vicentin. obtentarum. Qua protestatione, & omnibus supradictis auditis & intellectis præfatus Ven. fr. Albertus Dei gratia Epis. Tar. auctoritate D. Papæ qua fungitur in hac parte protestationem præscripti Nicolai admisit & recepit: & dixit, & respondit quod sibi placebat, & volebat, quod ipse Nicolaus partem prædictæ gratiæ factæ prænotatæ masnatæ illorum de Romano, vid. Ecelini, & Alberici fratrum . . . . Pontificem habere debeat, & uti prædicta gratia, & quod de cætero ipse & Albertus nepos suus filius qu. Galantiai fratris sui, & Adeleta neptis sua, filia quondam Alberti Muller, & India neptis sua filia qu. Dalismani fratris sint liberi & liberæ, & esse debeant liberi, & liberæ cum toto suo peculio, ac ipsos auctoritate D. Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, quæ firmiter in hac parte in manibus suis recepit in defensionem ipsorum suo posse. Datum in Tarvisana inter Spinedam & Clorignagum.*

„ *Ego Melliorinus de Arpo Notarius sacri palatii interfui, & jussu prædicti D. Episcopi Tarvisini subscripsi.*

„ At non solum debacchanti impiorum insanie impetitus fuit Albertus, sed etiam domesticorum invidia, itaut à duobus ordinis sui fratribus apud summum Pontificem reus fuerit postulatus. Romam propterea, ut causam suam diceret, cum oratoribus civitatis perrexit, ubi quamvis nullo negotio, oratoribus præsertim ejus innocentiam acriter propugnantibus, falso à fratribus sibi crimen fuisse intentatum probaverit, calumniatoribusque suis damnatis, fuerit ipse absolutus, maximos tamen ob sumptus pergrande æs alienum contraxit, quo solvendo non fuit nisi faciens versuram. Episcopatus itaque patrimonium oppignorare necesse habuit, ut subjecto mandato innotescit.

„ *In nomine Domini Amen. Anno ejusdem millesimo, duccatesimo sexagesimo quarto, mense Januarii die 29. indictione septima Pontificatus Domini Urbani Pp. quarti anno tertio. In præsentia mei Nicolai de Roca Notarii & testium subscriptorum, videl. Venerabil. in Christo Patrum Domin. . . . . Camerin & in Brunacea quondam Episcoporum, D. Albertini Canonici Tarvisini, & Magistri Guidonis de . . . . Rev. Patris D. Simeonis Dei gratia tituli S. Martini presbyteri Cardinalis. Venerabilis pater D. Albertus Dei gratia in Romana Curia pro suis & Ecclesiæ suæ, ut asserebat negotiis constitutus, & propterea Urbi debitis obligatus, fecit & constituit adq. ordinavit suos veros & legitimos procuratores, sindicos, & actores, seu yconomos dominos H. decanum, & A. Archidiaconum Ter. Vicarios suos, & D. Petrum Calzam doctorem legum civem Tarvis. eos & quemlibet ipsorum in solidum, licet absentes ad obligandum pignori, alienandam, distrahendum & vendendum nomine ipsius D. Episcopi & Ecclesiæ Tervis. hinc ad tres annos tantum & non plus, pro pretio quod eis aut alicui eorum videbitur, totum quadragesimum Portus Ter. cum muta civitatis, & quadragesimum ac mutam Plavis, & mutam Curiæ de Mestro, quæ omnia noscuntur ad dictum Episcopum, & Tarvisinam Ecclesiam pertinere. Dans eisdem procuratoribus, & cuilibet eorumdem in solidum plenam & liberam potestatem vendendi, transigendi, obligandi, pignorandi prædicta omnia libero usque ad tempus prædictum suo & Ecclesiæ suæ nomine cavendi, quietandi, renunciationem faciendi, obligandi, ordinandi, jurandi in animam ipsius D. Episcopi, & prestandi cujuslibet generis juramentum, & alia omnia & singula faciendi super prædictis, quæ ipse idem D. Episcopus facere posset si præsentialiter omnibus interesset, tum obligationem seu venditionem hujusmodi mandet sicut asserit idem D. Episcopus fieri pro suis & Ecclesiæ suę debitis exolvendis. Promisit etiam idem D. Episcopus seratum & firmum semper habere cum quibuscumq. personis contractam prædictæ venditionis fieret, quid quid per dictos procuratores aut yconomos vel eorum aliquem circa prædicta omnia & singula factum fuerit, aut etiam procuratum. Actum apud Urbem veterem in hospitio prædicti D. Simeonis Cardinalis coram me dicto Nicolao Notario, anno, mense, die, indictione prædictis.*

„ *Ego Nicolaus de Roca pub. sacros. Rom. Ecclesię auctoritate Not. prædictis omnibus interfui, & ea ad preces prædicti D. Episcopi scripsi, & publicavi, & publicata consueto meo signo signavi.*

„ Ad sedem suam reversus Albertus reliquum vitæ pacificè duxit, decessitque ante annum 1275. *Scottus.*)

42 THOMAS Traversarius, apud Burchelatum, de quo, ac de sequenti nulla in Reg. Vatic. mentio extat. XLV

43 HENRICUS Contarenus Venetus, apud eundem Burchelatum. XLVI

(„ *De Thoma Traversario, & Henrico Contareno sicut Auctor noster testatur nullam in Reges. Vatic. mentionem fieri, ita ego quoque indubiam facio fidem nec in libris Episcopalibus, neque Capitularibus ullam invenisse memoriam. Fides igitur sit penès Auctorem.* Scottus.)

44 PROSAVIUS Novellus, Cenetæ Episcopus, ad hanc sedem fuit translatus anno 1279 (1) 17. Kal. Novembris, Regest. Vatic. epist. 181. fol. 204. Singularis sapientiæ vir, suavissimæque memoriæ apud omnes. Mortuus est 1291. sepultusque est in Cathedrali, arca marmorea tegente, cum hoc epitaphio. XLVII.

Anno Domini MCCXCI. Indict. IV.
die Lunæ
quinto intrante Novembre.

Veridicum nomen nunc clarsit cælitus omen:
Omnibus huic curæ fuit, & sua reddere jura,
Non aliquos quæstus quærens nimis ipse modestus.
Urbis honorator, divinæ legis amator,
Mirandus Præsul Prosavi: nunc velut exul,
Prodiit ex gente Trivisina stirpe decente.
Hunc igitur sume ò tecum cælestis alumne.
Quos rexit serva, sibi ne sint ulla proterva.



45 TOLBERTUS Calcia civis, & Episcopus Tar- XLVIII.

(1) Anno 1278. cujus electionis causa orta fuit lis inter Capitulum, & Congregationem Capellanorum instantium manuteneri in possessione postulandi cum Capitulo Episcopum. Lata fuit sententia in favorem Capellanorum à Simeone Mauro Canonico Tarvisino an. 1278. die Martis tertio exeunte Junio. Scottus.

Tarvisinus, cujus meminit Burchelatus lib. 4. c. 79. ad annum 1290. & lib pr. in brevi notula hujus Ecclesiæ Antistitum, ante Prosavium eum reponit. Verùm Prosavius, ut vidimus ex Vaticano Regesto, adlectus fuit anno 1279. *a* mortem oppetiit ex Cœnotaphio anno 1291. mense Novembri 5. Quomodo ergo Tolbertus potuit anno 1290. hanc Ecclesiam Prosavio vivente regendam suscepisse? ipse viderit. Nos vero ingenue fatemur nullam in Regestis Vaticanis de Tolberto mentionem repeeisse.

a 1291.

(„ *Quamvis fateatur Ughellus de Tolberti Tarvisino Præsulatu non constare ex reg. Vaticano, ejus tamen electio in dubium non est vocanda; imo hanc Eeelesiam gubernandam suscepisse anno 1290.* („ *forte Prosavius abdicaverat, vel Coadjutorem acceperat*) *cum Burchelato constanter dicendum, si hoc anno*, septimo exeunte mense Apriiis Rambaldum & Ugolinum Fabri ipse Tolbertus investivit ad rectum feudum de duobus cassis domorum jacentium in Asylo in loco qui dicitur Colmiglaron &c. *sunt verba desumpta ex lib. AC. Archivi Episcopalis p. 15. t. Et de eodem in aliis libris Episcopalibus passim fit mentio. Mortem oppetiit* 1305. *ex tabulario Capitulari. E Cathedralis Canonico ad patrium thronum sublectus est.* Scottus.)

46 ACILLUS 1291. („ *De hoc supra diximus ante Conradum.*)

XLIX. 47 PANDULPHUS. (*In demortui Tolberti locum sufficitur, ejusque memoria per publica instrumenta deducitur ab an.* 1306. *ad* 1309. Scottus.)



L. 48 CASTELLANUS Salomonius fuit ad hanc sedem adlectus anno 1304. *b* Præstanti vir ingenio, moribusque ad aliorum exemplar unice factis. Fato functus est anno 1322. sepultusque est in sacario prope Franciscum conjunctissimum fratrem, quondam militia clarum, cum hoc epitaphio.

b Non ante an. 1305

M CCC. IIII. die XXV. Martii
Franciscus de Salomone fuit per excelsum
Principem,
Et D.D. Orosium Regem Rasiæ militari
cingulo decoratus.

Egregius miles, qui vitam duxit honestam
Laudatur merita qui jacet in tumulo.
Nomine Franeiscus, Salomonis prole notatus,
Moribus & juvenis floruit, atque senex.
Mille trecentenis nno quem terque vigenis
Annis sexta dies morte Decembris emit.

Ex altera parte.

Præsul ego Patriæ Salomonis stemmate cretus,
Et Castellanus nomine dictus eram.
Huic urbi tutela fui, me dura probante
Tempora bellorum, quem lapis iste ferat,
Sentilis me quinta dies post mille trecentos
Annos viginti misit ad astra duos.

LI. 49 UBALDUS Gabriellius Eugubinus, Episcopus Foropopuliensis, ad hanc sedem translatus fuit 1323. 8. id. Jun. ex Reg. Vat.

(„ *Vivebat adhuc an.* 1334. *quo die* 9. *Martii Nicolaus ejus Vicarius mandavis Conrado de Bramnsechis Decano Cathedralis Tarvisinæ, ut non ob-*

A „ *stante interdicto, cui tunc erat obnoxia civitas Tarvisina, sacra perageret, & divinis interesset officiis juxta præceptum Dominorum de la Scala, à quibus eidem, si obedire renuisset, mors intendebatur.* Scottus.)

* 50 Fr. JOANNES (1) de Benedictis, nobilis Venetus, Ordinis Prædicat. Episcopus Tarvisinus vivebat anno 1334. Bononiæ mortalitatem explevit, sepultus ante gradum presbyterii cum hoc epitaphio pereuntium pedibus penè exeso. * Ex App. tom. 9.

Patritiæ Venetus gentis Benedicto Joannes
Qui Tarvisinæ præfuit Ecclesiæ
Qui pius oblatos, ...
. . . .
. . . requiescit marmore postquam
Reddidit auctori debita jura suo.

B



51 PETRUS PAULUS floruit 1344. postrema die Januarii. Altare S. Joanni Baptistæ in Cathedrali erectum consecravit, ut marmorea olim tabula clare docebat. LII.

An. Dominicæ Nat. MCCCXLIV.
Indict. XII.
die Sabbati ult. Januar.
C *in præclara solemnitate translationis*
Beatissimi Evangelistæ Marci,
hoc altare ad honorem ipsius Evangelistæ
per D. Jo. della Vezzola judicem constructum
fuit solemniter consecratum
per Rev. in Christo Patrem, & Dominum
D. Petrum Paulum
Dei gratia Episcopum Tarvisinum,
reconditis reverenter in dicto altari reliquiis
annotatis,
Videlicet, Spina Coronæ Jesu Christi,
de vestibus B. Mariæ Virg.
de pilis barbæ S. Joannis Baptistæ,
de pulvere Beatorum Apost. Petri, & Pauli,
de ossibus Sanctorum Apost.
Jacobi, Thomæ, Bartholomæi, Philippi,
& Barnabæ:
Item Evangelistarum Marci, & Lucæ,
item Martyrum
Stephani, & de lapide ejus martyrii,
D *Fabiani, Sebastiani, Christophori, Georgii,*
Romani,
S. Quadraginta, Alexandri, & Titiani:
item Confessorum,
Liberalis, Felicis, & Maximini:
item Virginum,
Margaritæ, Petronillæ, Sarræ, & undecim
millium Virginum.
Et concessit Dominus Episcopus prædictus
in omnibus B. Marci festivitatibus
& per octo dies sequentes visitantibus devote
hoc altare,
quadraginta dierum indulgentiam
perpetuo duraturam.

(„ *Longe ante an.* 1344. *hunc Petrum Paulum à Costa, Tarvisinum, patriam Ecclesiam administrasse nos certiores faciunt documentum primò ab Ughello infra in Veronensibus relatum, ex quo habe-*

(1) Hunc Joannem de Benedictis, hic inter Ubaldum, & Petrum Paulum jubet inseri Ughellus in Appendice tom. 9. Verùm sæculo integro juniorem extitisse, & inter Jacobum & Ludovicum Bubum locandum esse inferius ostendam.

„ *bemus Petrum ann. 1336. die 27. Septembris inter-*
„ *fuisse Veronæ in Ecclesia S. Zenonis consecrationi*
„ *Bartholomæi Scaligeri ejusdem urbis recenter ele-*
„ *cti pontificis, tum alterum documentum in archivo*
„ *Capitulari existens, quo vigore litterarum Bene-*
„ *dicti* XII. *PP. Episcopus Torcellanus Jacobus*
„ *Maurocenus an. 1339. die 7. Septemb. Conradum*
„ *de Bramasechis, & civitatem ipsam Tarvisinam à*
„ *vinculo excommunicationis, si aliquo modo essent*
„ *irretiti, absolvit* in Episcopali palatio præsente
„ venerab. viro D. presb. Nicolao S. Fantini de Ve-
„ netiis Vicario in spiritualibus R. P. Dom. Petri
„ Pauli Dei gratia Episcopi Tarvisini. *Neque ab*
„ *hoc distinctum censeo sequentem Petrum, quem an.*
„ *1350. obiisse tradit Ughellus. Extant penes me*
„ *ultimæ Petri Pauli tabulæ an. 1349. confectæ.*
„ Scottus.)

52 PETRUS ejusdem sedis fuit Antistes. Decessitque 1350.



LIII. 53 JOANNES Malabaila Astensis, ex Canonico Eboracensi, sub Clemente VI. Tarvisinus evasit Episcopus anno 1351. 14. Kal. Maij. Præfuit an. 3. ex Reg. Vat. Translatus inde ad Astensem Ecclesiam anno 1354.

LIV. 54 AZZO Madius, nobilissimus Brixianus, Canonicus Patavinus, hanc eandem sedem est assecutus anno 1354. 5. Non. Julij, ex eodem Reg. epist. 39. an. 3. Innocentii VI. („ *Azzo de Manzis, ut ap-*
„ *pellatur in Breve suæ electionis, vel de Magis, at*
„ *in Epitaphio, obiit an. 1357. die 18. Julij Vene-*
„ *tiis, ubi tumulatus est in Ecclesia S. Pauli cum hac*
„ *epigraphe.*
„ Hic jacet laudabilis, & venerabilis me-
„ moriæ R. in Christo pater D. Azo de
„ Magis de Regio, eximius legum Do-
„ ctor Dei gratia olim Episcopus Eccle-
„ się Tarvisinæ. Anno 1307. die martis
„ 18. mensis Julii obdormivit in Domino.
„ *Scottus.*

LV. 55 PILEUS ex Comitibus Pratæ ejusdem sedis Antistes, ad Patavinam translatus est 1359. („ *Sed*
„ *de eo legendi sunt Ciaconius Oldoini, & Baluzius*
„ *in vitis Paparum Avenion.*)



LVI. 56 PETRUS ex Bannis Comitibus, Patavinus, ex Canonico hujus Cathedralis, Episcopus adlectus est 1359. 7. id. Junij ea Reg. Vatic. ep. 37. fol. 39. ann. 7. Innocentij VI Cathedralem exornavit, portasque refecit, magnaque ex parte Episcopali palatio munimenta adjecit, S. Marci altare consecravit, conditis in eo plutibus Sanctorum reliquiis.

A Pietate in Deum, celebrisque morum sanctimonia fuit, ut Scardeonus testatur, & postquam hanc Ecclesiam administravit, prospera probitatis fama decessit, sepultusque in Cathedrali in Sacello Sanctissimę Trinitatis, quod vivens ædificaverat, & dotaverat, ut tabula marmorea ita inscripta declarat.

Hanc capellam fecit construi,
ipsamque dotavit pro uno sacerdote perpetuo
celebraturo in ea,
& in hac ecclesia Cathedrali Rev. in Christo
P. Dominus Petrus de Baono
Episcopus Tarvisinus,
dum adhuc ageret in humanis,
ad laudem, & reverentiam, ac sub vocabulo
Sanctæ, & Individuæ Trinitatis,
Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.
Et fuit incœpta ædificari
die I. Aprilis M. CCC. *LXIIII.*
Indictione II.
Pontificatus D. Urbani Papæ V.
B *anno* II.
& D. Laurentio Celso Duce Venetiarum
Præsidente.

Insuper liminari domus secus sacram hujus templi turrim, hæc alia inscriptio legitur.

M. CCC. LXXI.
Dominus Petrus Episcopus Tervisinus
de consensu sui Capituli,
Fecit ædificari istos duos casos
domorum
pro anima, & anniversariis suis.

Supra vero portam templi decumanam alia ejusdem Petri memoria spectatur.

M. CCC. LXXIII.
Indict. xi. mensis Decembris.
Hoc opus hujus portæ, & sancti Liberalis,
& aliæ omnes portæ
hujus Ecclesiæ, & S. Nicolai Picoli,
fuerunt completæ anno præcedenti,
quas D. Petrus de Baono
C *Episcopus Tarvisinus fecit fieri,*
Et Gabriel de Placentia laboravit, &
construxit.

De Petro, deque de Baonia familia hæc habet Bernard. Scardeonus lib. de Clariss. viris Patavinis Class. 6. *Ex nobilissima Comitum Baoni familia multi præclari viri Religiosi, nec pauciores bello præstantes prodierunt; quos infra suis locis referemus. Inter hos autem vel maxime claruit Petrus Baonius in episcopatum Tarvisinum vocatus: qui licet sui majores armorum disciplina in bello, ita ipse christiana pietate in pace, & morum sanctitate in cæterorum exemplum refulsit.*

„ (*Petrus de Baono bis à Capitulo fuit in Episco-*
„ *pum postulatus, semel Clemente VI. regni & Sa-*
„ *cerdotii habenas regente post obitum Petri Pauli a*
„ *Costa, qui licet non fuisset confirmatus, sibi ta-*
„ *men assignandi in hac serie locum ante Malabailam*
„ *Bonifacio, & Ughello ansam præbuisse existimo;*
„ *& iterum post obitum Azonis. Verum & hac vice*
D „ *in irritum cecidisse cleri vota fatendum est,*
„ *cum ad Tarvisinam Cathedram summus Ponti-*
„ *fex Pileum supramemoratum evexerit. Quo dein-*
„ *de ad Patavinam sedem translato precibus sup-*
„ *plicantium fatigatus Innocentius VI. seu potius*
„ *motu proprio Petrum hac infula cohonestavit. Li-*
„ *ceat hic Capitali postulationem apponere, cum ad*
„ *Tarvisinæ Ecclesiæ illius temporis statum cogno-*
„ *scendum non parum lucis adferre videatur.*
„ In Christi nomine Amen. Bonæ memoriæ D.
„ Azone quondam Episcopo Tervisino anno præ-
„ senti Nativitatis Dominicæ millesimo trecente-
„ simo quinquagesimo septimo, Indictione decima,
„ die decimo septimo mensis Julii pontificatus san-
„ ctissimi in Christo Patris & DD. Innocentii divi-
„ na providentia Papæ VI. an. quinto sicut Dom.
„ placuit viam universæ carnis ingresso, qui pro-
„ pter guerram Regis Ungarię imminentem contra
„ Civitatem Tervisin., Venet. apud Ecclesiam

„ S. Pauli Castellan. diœcesis & in domo plebanorum ipsius Ecclesiæ moram jam diu & ad præsens trahebat, & ubi consueverat suum Capitulum convocare, ipsiusq corpore de dicto anno dicti mensis Julii tradito Ecclesiasticæ sepulturæ. Venerabiles & discreti viri D. Petrus Paulus Decanus, Petrus de Baono plebanus S. Juliani de Venetiis Castellan. diœc., Simeon Maurocenus plebanus S. Leonis dicti loci de Venet. & presbyter Daniel de Adhelmatio primicerius congregationis Capellanorum Ecclesiarum Civitatis & suburbiorum Tarvisin *consueti in dicta Ecclesia residere, & nunc propter dictam guerram jamdudum præsentialiter gravissimam existentem in dicto loco de Ven. cōmorantes, & propter ipsius guerræ discrimina manifesta & notoria pro infrascriptis agendis ad ipsam Ecclesiam Tervisin. accedere & in loco consueto ut moris est ad Capitulum convenire præsentialiter non volentes. In sacristia dictæ Ecclesiæ S. Pauli dicti loci de Venet. ad Capitulum congregati prius habita & optenta licentia à Vicario Rev. in Christo Patris D. Nicolai Dei gratia Episcopi Castellan. ut patet publico instrumento inde confecto, facientes & constituentes Capitulum ipsius Ecclesiæ Tarvisinæ, cum nullus alius esset in dicta Ecclesia vel Civitate Tarvisina, vel in dicto loco de Venet. aut alibi qui deberet de jure vel consuetudine ad dictum Capitulum evocari pro provisione in quantum possunt de futuro pastore facienda salva semper omni reverentia subjectione ac beneplacito sanctissimi Patris dicti Dom. nostri Papæ & Apostolicæ sedis, nec non etiam existentes cum eisdem Dominis Decano & Capitulo pro prædictis nomine & vice congregationis omnium Capellanor. Ecclesiar. Civitatis & suburbior. Tarvisin. & pro eadem Congregatione supradictus D. presbyter Daniel Primicerius dictæ Congregationis, & discreti viri presbyter Hendricus S. Agnetis de Burgo Ss. Quadraginta, & presbyter Bonus S. Andreæ Civitatis Tervisin. Ecclesiar. rectores, Sindici & procuratores dictæ Congregationis, & pro se ipsis habentes videlicet dictus D. presbyter Daniel tamquam Primicerius unam, & dicti duo Rectores duas alias voces nomine eorum, & dictæ Congregationis, de antiqua, & approbata consuetudine in electione seu postulatione, aut supplicatione Episcopi Tarvisin. cum ipsa Ecclesia Tervisin. pastore vacare contingit, & admissi per eosdem DD. Decanum & Capitulum, omnes unanimiter & concorditer, videl. D. Decanus & Capitulum, & dictus D. Primicerius tanquam unus de dicto Capitulo & habens vocem in eo, & tanquam Primicerius dictæ Congregationis habens aliam vocem, ac dicti duo Rectores nominibus, quibus supra habentes duas voces, deliberaverunt hac die & hora præsenti statuta per eos inhibi in quantum possunt & in eis est intendere ad providendum ipsi Ecclesiæ viduatæ de futuro pastore, salva semper ut præfertur omni reverentia subjectione, & beneplacito dicti D. nostri Papæ. Et attendentes & considerantes quod obstantibus reservationibus factis per dictum D. nostrum Papam ipsi D. Decanus & Capitulum ac præfati Primicerius & procuratores dictæ Congregationis, ad quos de jure spectat electio futuri pastoris, non volentes ad electionem seu per modum & formam electionis procedere de futuro pastore, deliberaverunt, ordinaverunt, & firmaverunt omnes unanimiter, & concorditer postulare & supplicare per eorum capitulares litteras, & per præsens publicum instrumentum præfato D. nostro Papæ, ut eidem Ecclesiæ sic vacanti, & regimini ipsius personam utilem & idoneam dignetur præficere in Episcopum & pastorem. Et deliberatione plena, & diligenti tractatu inter se præhabitis dimiserunt unanimiter & concorditer oculos, & vota sua in dictum D. Petrum de Baono Canonicum Tervisinum & plebanum S. Juliani de Venetiis virum utique providum, discretum, scientia instructum, vita & moribus commendandum, in Sacerdotio & ætate legitima constitutum, de legitimo matrimonio procreatum, ac in spiritualibus & temporalibus circumspectum, & alia vice tempore felicis recordationis D. Clementis Papæ VI. ad regimen dictæ Tarvisinæ Ecclesiæ concorditer postulatum, ipsumq. D. Petrum in eor. & dictæ Ecclesiæ Tarvis. concorditer & unanimiter postulaverunt, & supplicaverunt, ac postulant, & supplicant, & requirunt in quantum possunt, & cum omni devotione in Episcopum, & pastorem, ordinantes & volentes pro ipso D Petro unanimiter & concorditer eidem D. P P. supplicare, & ex nunc supplicat in forma quæ sequitur, & est talis. Sanctissimo in Christo Patri & DD. Innocentio, divina providentia sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ summo Pontifici dignissimo humiliter oratores nostri Petrus Paulus Decanus, Simeon Maurocenus plebanus S. Leonis de Venet. & Daniel de Adhelmario Primicerius Capellanor. Ecclesiar. Civitatis & suburbior. Tarvis. Canonici, & Nicolaus Joannis Archidiaconus Ecclesiæ Tarvis. facientes Capitulum ipsius Ecclesiæ, & olim consueti in ipsa Ecclesia residere, sed nunc propter discrimina guerrar. Regis Ungariæ contra civitatem Tarvis. & quæ vigent inter ipsum Regem & contra Venet. in præsenti commorantes Venet. ac dictus Primicerius, & presbyter Henricus S. Agnetis de Burgo Ss. Quadraginta, & presbyter Bonus S. Andreæ civitatis Tarvis. Ecclesiarum Rectores Sindici & procuratores Congregationis Capellanorum Ecclesiar. Civit. & suburbiorum Tervis. devota pedum oscula beatorum, ac sanctitatis vestræ munificentiam, quæ vacantibus Ecclesiis ex paterna benevolentia, & ne longe vacationis incurrant dispendia, consuevit de opportuno providere remedio recurrentes, quia vacante præfata nostra Ecclesia pastore per obitum bonæ memoriæ D. Azonis olim Episcopi Tarv. ad electionem seu per formam, & modum electionis futuri pastoris obstantibus reservationibus per sanctitatem vestram factis procedere non valentes, ut eidem provideatur de persona, quæ ad ipsius regimen utiliter præesse valeat, & prodesse, concorditer & unanimiter devotis precibus supplicamus quatenus ipsi Ecclesiæ sic viduatæ & ad præsens vacanti de persona venerabilis & discreti viri D. Petri de Baono Can. Tarv. & plebani Ecclesiæ S. Juliani de Venet. Castell. Diœc. multæ probitatis & sufficientiæ commendandi, & per ejus vitæ & morum elegantiam & circumspectam prudentiam in spiritualibus, & temporalibus utiq. in ipsa Ecclesia nobis & plusibus aliis canonicis nostris Tar in Romana curia residentibus plene noti, & pro quo alia vice tempore felicis recordationis D. Clementis Papę VI. concorditer per eundem Capitulum & Primicerium & Capellanos cum omni devotione extitit supplicatum, atque nunc etiam unanimiter & concorditer cum omni devotione qua potuimus, & possumus postulandum & supplicandum gratiose dignemini providere, ipsumque in nostrum & dictæ Ecclesiæ de consueta benignitate & misericordia præficere in Episcopum, & pastorem. Speramus etiam indubie clementissime pater ex virtuosis actibus & sufficientia ipsius D. Petri nobis & dictæ Ecclesiæ nimiam propter dictarum guerrarum discrimina ad præsens in suis juribus & bonis collapsæ, ac cuncto clero & populo ipsum provenire plurimum utilem & acceptum, & Deo auctore per eumdem ipsa Ecclesia posse reformari, conservari pariter & augeri. Sanctitatis vestræ præsidentiam conservet altissimus per longiora tempora Ecclesiæ suæ sanctæ gratis successibus affluentem. De quibus omnibus suprad. D.D. postulantes supplicantes mandave-

runt,

runt, & voluerunt per me Notarium infrascriptum fieri vera & publica instrumenta, & sigillis Dominorum Capituli, & Congregationis pendentib. roborari. Actum & datum Venet. in sacristia dictæ Ecclesiæ S. Pauli, in qua Ecclesia dictum corpus dicti Dom. Episcopi fuit traditum Ecclesiasticæ sepulturæ sub dictis anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo septimo, indict. decima, die decima octava mensis Julii, Pontificatus dicti SS. in Christo patris DD. Innocentii divina providentia Papę VI. anno quinto, præsentibus venerabilibus & discretis viris DD. Johane Lauredano primicerio S. Marci de Venet. fratre Jacobo priore Monasterii S. Salvatoris de Venet. Johane Trevisano plebano S. Samuelis, presbytero Marco S. Cassiani de Venet. Petro de Arpo, Auliverio de Rainaldo juris peritis, Brachino de Arena, Nicolao de Cisono Notariis civibus Tarv. nunc Venetiis comorantibus testibus & ad hoc vocatis & rogatis & aliis pluribus. * Canonici, ac presbyter Nicolaus Archidiaconus Ecclesiæ Tar.

Ego Bonacursius q. Magistri Hendrici de Clarello civis Tarv. qui nunc habito Venetiis in contrata S. Juliani publicus Imperiali auctoritate Notarius, & scriba Episcopalis Civit. Tarvis. prædictis omnibus & singulis interfui, eaq. rogatus scripsi, signoque meo solito roboravi, & hæc verba, videlicet Canonici, ac presbyter Nicolaus Archidiaconus Ecclesiæ Tarvisinæ supra proxime scripta obmissa per errorem super in quinta linea post hujusmodi signum* hic est supra in ultima parte hujusmodi instrumenti propria manu scripsi addidi & signavi.

Admiranda quadam charitate oves suas prosecutus est optimus Pastor, ac Reipublicæ Tarvisinæ bello præsertim vigente, summe laboranti & consilio & opibus quam maxime adjuvit. Per otium licet in tanto rerum discrimine constitutus vitam B. Henrici Bocenensis conscripsit, quam cum in lucem ediderint Bollandiani in Actis SS. Junii tom. 2. hic prætermittimus. Cæterum Scardeonei sententiæ nequeo suffragari, qui Petrum Patavinum dixit. Gentem enim de Baono inter familias tabellionum Tarvisinæ civitatis descriptam invenio ab an. 1315. ad an 1400. quo Joannes de Baono absque liberis debitum naturæ persolvit. Ipsemet Episcopus in vita B. Henrici sic scribit de fratre suo; Magister Antonius de Baono scriba & Notarius ejusdem D. Episcopi frater meus. *Neque ideo Petrum e nobilissima Comitum de Baono familia, cui sibi victum calamo parare opus non fuit, prognatum dixerim, sed potius honestis quidem, sed tenuioris census parentibus in illo oppido commorantibus, ortum crediderim, qui Tarvisium profecti à loco, unde prodierint, cognomen fuerint sortiti.* Scottus.)

LVII. 57 NICOLAUS Betutus Baono successit, qui anno 1394. translatus fuit ad Massensem Ecclesiam in Hetruria, indeque ad Arborensem Archiepiscopatum transiit in Sardinia. („*Hunc non Berutum, sed Bonitum fuisse, & Dominicani instituti asseclam affirmat Fontana in Theatro Dominicano p. 304. Sed fallitur, nam revera* Berutus *appellabatur, ut videri potest in documento possessionis traditæ Lotto de Gambacurtis mox referendo. Eo Præsule Bonifacius Papa* IX. *Cathedralem Tarvisinam spiritualibus auxit divitiis in hunc modum.*

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei. Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Licet is de cujus munere venit, ut sibi à suis fidelibus digné & laudabiliter serviatur de abundantia suæ pietatis, quæ merita supplicum excedit & vota, bené servientibus sibi multò majora retribuat, quàm valeant promereri. Nihilominus tamen desiderantes Domino populum reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum sibi, quasi quibusdam allectus muneribus, indulgentiis videlicet, & remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur ut Ecclesia Tarvisina congruis honoribus frequentetur, & etiam conservetur, & ut Christi fideles eò libentiùs causa devotionis confluant ad eamdem, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberiùs conspexerint se refectos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum, ejus auctoritate confisi, omnibus veré pœnitentibus & confessis, qui in festivitate SS. Petri & Pauli Apostolorum à primis Vesperis, usque ad secundas Vesperas inclusivé Ecclesiam ipsam devoté visitaverint annuatim, & ad ejus conservationem manus porrexerint adjutrices, illam Indulgentiam, & remissionem peccatorum concedimus, quam visitantes Ecclesiam S. Marci de Venetiis, Castellan. Diœcesis in festivitate ascensionis Dom. nostri Jesu Christi annuatim auctoritate Apostolica consequuntur. Et nihilominus ut ipsi Christi fideles ad eamdem Ecclesiam Tarvisinam in festivitate Apostolorum prædictorum propterea confluentes Indulgentiam hujusmodi ulterius consequi possint, Decano dictæ Ecclesiæ Tarvisinæ pro tempore existenti, & quibuscumq; aliis confessoribus idoneis per eumdem Decanum annuatim eligendis, & in dicta Ecclesia Tarvisina deputandis, ut ipsi confessiones omnium & singularum personarum in festivitate dictorum Apostolorum causa hujusmodi Indulgentiæ assequendæ confluentium in prædictorum Apostolorum festivitate, & duobus eam immediaté sequentibus, ac etiam aliis duobus diebus ipsam festivitatem præcedentibus immediaté eadem auctoritate audire, & ipsis diligenter auditis pro commissis debitam eis absolutionem impendere valeant, ac injungere pœnitentiam salutarem, nisi forsan talia fuerint propter quæ sedes Apostolica sit meritò consulenda, eadem auctoritate de uberiori dono gratiæ per præsentes indulgemus. Volumus tamen quòd obiationes quæ forsan in dicta festivitate vigore indulgentiæ hujusmodi ad Ecclesiam Tarvisin. pervenient, per eundem Decanum recipiantur, & sublevent, ac in utilitatem sacristiæ ipsius Ecclesiæ Tar. & aliàs, prout idem Decano videbitur, fideliter convertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Kl. Junij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

F de Monte Policiano.

Gratis de mandato Dom. nostri Papæ.

G. de Pala.

Scottus.)



58 LOTTUS Gambacurta, Pisanus Archiepiscopus, à Florentinis, qui Pisanos domuerant, mulctatus exilio, à Bonifacio IX. ad hanc Ecclesiam LVIII

fuit translatus an. 1394. 5. id. Septembris, ubi fato
functus est 1409. ex lib. Provis. Prælat. pag. 25.
(*Die 11. mensis an. 1394. hujus Episcopatus initt*
,, *possessionem Lotus, ut docet sequens documentum,*
,, *quod cum plura scitu digna amplectatur, & jura*
,, *præcipue, ac onera Advocati, seu Advogarii*
,, *Tarvisini, libenter hic proferimus.*
,, In Christi nomine Amen. Anno D. millesimo
,, trecentesimo nonagesimo quarto, indictione se-
,, cunda, die undecimo mensis Novembris Tervi
,, sii in burgo Altiliæ in platea de Domo, & in Epi-
,, scopali palatio præsentibus, Egregin viro Dom.
,, Canino Mauroceno quondam Dom. Francisci de
,, Venetiis, venerabil. viris Dom. Bartholomæo
,, de Ecelo Canonico Tervisino, D. Petropaulo
,, Michaelis Decano & Canonico Tervisino, D.
,, Zamatheo Pauli Canonico Tervisino, D. Ber-
,, taldino de Colle S. Martini Canonico Tervisino,
,, D. presbytero Federico de Persegaretis de Zero
,, Præbendato in Ecclesia Tervisina, D. presbyte-
,, ro Zanfrancisco Rectore Eccles. S. Bartholomæi
,, de Tervisio, circumspectis viris s. Carolato
,, Gerardi de Sumuncio Notario, s. Georgio Zem
,, de Civitate Bellun. cive Tervisino, D. presby-
,, tero Antonio de Luca priore Ecclesiæ S. Jacobi
,, de Schiriali testibus ad hoc vocatis specialiter &
,, rogatis, & aliis. Cum à vetustissimis tempori-
,, bus citra per sedem Apostolicam pro salubri de-
,, fensione Ecclesiæ, & Episcopatus Ter. sit pro-
,, visum quod unus Nobilis Tervisinus, qui opere
,, studeat & sermone Episcopum Ter qui pro tem-
,, pore fuerit, jura & statuta ipsius Episcopatus &
,, Ecclesiæ Ter. conservare, manutenere, & de-
,, fensare, cujus officium nuncupatur Advocatia,
,, seu Advogaria, ipseq. nobilis defensator dicti
,, Episcopatus, & Ecclesiæ Tarvisinæ Advocatus,
,, seu Advogarius nuncupatur ratione dignitatis
,, officii, opera ipsiusq. sunt hæc, videlicet, in om-
,, nibus adversitatibus ipsius Episcopi, & Episco-
,, patus pro honore & statu ipsius Episcopat. & Ec-
,, clesiæ Ter. manu armata viriliter propugnare,
,, juraq. ipsius Episcopatus, & Ecclesiæ Ter. illesa
,, conservare, & omnem tutelam ipsius Episcop. &
,, Ecclesiæ Terv. subire. Neque ipsum Episcopa-
,, tum & jura ipsius indefensa relinquere, & tem-
,, pore vacationis ipsius Episcopatus, sive cum di-
,, ctus Episcop. Præsule & Pastore vacaverit scan-
,, dere Episcopatum, inventarium de compertis
,, conficere, bona comperta mobilia sub fida custo-
,, dia facere gubernari usq. ad introitum novi Pa-
,, storis. Cumq. novus Episcopus canonicè institu-
,, tus dictum Episcopatum intraverit à Janua Civi-
,, tatis usq. ad Episcopale palatium per abenas equi
,, coperti stola candida Episcopum manu dextera
,, conducere, in cujus premium dictæ conductionis
,, Episcopus ex longissima consuetudine cujus me-
,, moria non existit in contrarium ex sui benigna
,, munificentia & regalia ipsius Advocatiæ, sive
,, Advogariç dictum equum quem equitaverit oper-
,, tum stola candida eidem Advocato, seu Advo-
,, gario familiariter debeat conlargiri. Postque
,, imitando incepta dictum D. Episcopum per ma-
,, num dexteram init ascendere usq ad primam ja-
,, nuam, & in signum veræ possessionis aquirendæ
,, dictam januam clausam debeat reserare, & ipsum
,, introducere & in possessionem veram ponere, pro
,, premio cujus introductionis, quæ consuetudo
,, vim canonis & decreti obtinet, idem Episcopus
,, capam cum scapulario in premium dictæ posses-
,, sionis adeptæ ex largitione munificentiæ eidem
,, Advocato seu Advogario familiariter debeat im-
,, pertiri. Et cum ipse D. Advocatus, sive Advo
,, garius onera & honores ipsius Advocatiæ seu Ad-
,, vogariæ possit suiq. successores in officiis uberius
,, exercere feudum possessionum, & terrarum de
,, Annoali, de Bremignana, de Abriana, de Ma-
,, zacaulo, de Ruigo, Zuminiana, Vigosolo,
,, Damisano, Tascanigo, Rigaliis, & de Ron-
,, chis, ad usum opulentem dictæ dignitatis, suiq.

A ,, successores continuatis temporibus tenere de-
,, beant & possidere, & prædicta omnia & singula
,, per culmen celsitudinis Imperialis majestatis fue-
,, runt confirmata, prout in privilegiis imperialibus
,, in Episcopali curia plene dicitur contineri. Et
,, cum mortuo Marco Tempesta q. generosi viri D.
,, Vampi Tempesta ultimo Advocato seu Advoga-
,, gario de domo Tempestæ, & mortuis Nicolao,
,, & Meledusio fratribus non legitime, sed ex linea
,, naturali progressis, & auctoritate apostolica abili-
,, tatis ultimis & immediatis Advocatis, & feudata-
,, riis Ecclesiæ & Episcopatus Tervisii, vacanteq.
,, dicto officio Advocatiæ seu Advogariæ Ecclesiæ
,, & Episcopatus Terv. & nullus masculus de Do-
,, mo Tempestæ amplius reperiatur, Rev. in Chri-
,, sto Pater & DD. frater Nicolaus Berurus Dei &
,, Apostolicæ sedis gratia Episcopus Tervisinus
,, volens & intendens dicto suo Episcopatui & Ec-
,, clesiæ Tarvisinæ de una strenua, & generosa
,, persona providere, quæ ipsum Episcopum, &
B ,, suum Episcopatum & jura Ecclesiæ Tarvisinæ
,, ab invasoribus manu armata pro posse defendat,
,, & fideliter conservet, & conservata augeat, &
,, accrescat, accersitis, habitis, & secum unitis cun-
,, ctis nobilibus Tervisinis in præsentia ipsius Dom.
,, Episcop. & totius cleri Tervisini pro Advocato,
,, seu Advogario potente eligendo facto & celebra-
,, to omni solepni, & diligenri scrutinio omnium
,, Nobilium civitatis Tervis. ipseq. D. Episcopus
,, participato sano & salubri consilio cum omnibus
,, clericis suis ac nobilibus sæcularibus studens vigi-
,, lare pro posse bonum sufficientem, potentem, &
,, idoneum Advocatum seu Advogarium ipsius E-
,, piscopi & Ecclesiæ Tervisinæ iovenire, dirigens
,, aciem suę mentis ad cęlorum astra per S. San gra-
,, tia clementer impetranda, considerans probita-
,, tis laudabilium operum, & virtutum merita stre-
,, nui & generosi viri D. Altinerii de Azonibus de
,, Tervisio filii qu. Nob. viri D. Rizolini de Azo-
,, nibus de Tarv. quibus virtutibus nedum ipse sed
C ,, cæteri sui antecessores fide digno testimonio, &
,, veridica relatione apud ipsum D. Episcop. veri-
,, dice commendatur, nec non animadvertens hu-
,, manitatis suffragia, quibus sui antecessores erga
,, patriam, & cives cujuscumq. gradus Egregii &
,, plebei se gesserunt, nec non ipse humaniter ac
,, seduie impendere non desistit operans, quod fru-
,, gius erit provisum Ecclesiæ & Episcopatui Tar-
,, visino quam personæ dicti D. Altinerii de Azoni-
,, bus, in Advocatum seu Advogarium prædictum
,, elegerit, assumpserit, & confirmaverit, ac cum
,, ense evaginato eumdem de dicta Advocatia & feu-
,, do actualiter investiverit, sibique providerit de
,, eadem per se, & suis hæredibus ex eo legitimè
,, descendentibus prout hæc & alia in catasticis li-
,, bris, & registris Episcopalis curiæ Tarvisinæ &
,, Capituli Tarvisini plene legitur seriosius. Et
,, venerit casus quod Episcopatus & Ecclesia Tar-
,, visina vacaverit Antistite per translationem fa-
,, ctam per Sanctissimum D. nostrum Bonifacium
D ,, divina providentia Pp. nonum de D. Joanne Pol-
,, tremolo Episcopo Massense in Archiepiscop. Pi-
,, sarum, & de D. Loto de Gambacurtis Archiep. Pi-
,, sarum in Episcopum Tarvisinum, & de D. Ni-
,, colao Beruto Episcopo Tarvisino in Episcop.
,, Massensem, & dictus D. Lotus nunc nuper ele-
,, ctus, & creatus in Episcop. Tarvisinum veniat
,, & accedat ad Tarvisii civitatem adipiscendi cau-
,, sa tenutam, & veram possessionem corporalem
,, de dicto Episcop. Tarvisino, dum esset penes ja-
,, nuam altiliæ Civitatis Tervisii ipsum D. Episco-
,, pum Tervisinum idem Altinerius Advocatus,
,, sive Advogarius cepit per acedenam, sive lorum
,, abenam equi sui saginati, quem dictus D. Epis
,, copus equitabat opertum candida stola, sive sindo-
,, ne albo, ipsumq. humaniter domesticè & fami-
,, liariter ea, qua decuit, reverentia duxit usq. ad
,, Episcop. Civitatis Tar. volensq. ipse D. Episco-
,, pus solemnitates, & ceremonias debitas, & con

sue-

„ suetas servare descendit ab equo, ibiq. D. Altinerio dictum equum saginatum opertum albo sindone tradidit, & extitit impertitum, servans mores, & solepnitates Advocatiæ seu Advogariæ consuetas in talibus. Deindeq. ipsum Dom. Episcopnm idem D. Altinerius Advocatus, seu Advogarius Episcop. & Ecclesiæ Tarv. volens sni officii debitum exequi reverenter ut debuit scandere fecit scalas palatii Episcopatus Tarvisii, primamq. januam clansam suis manibus reseravit, Ipsumq. D. Episcopum introduxit aperiendo, & claudendo. alia faciendo quæ ad veram tenutam & possessionem spectant & pertinent, & per tales namq. actus idem D. Altinerius Advocatus seu Advogarius eumdem D. Episcopum in tenutam dicti Episcop. Tar. posnit, & actualiter induxit, & incontinenti idem Dom. Episcopus sua Capa nigro colore tincta sindone suffulta atro se actualiter spoliavit, & eidem D. Advocato seu Advogario ipsam exhibuit, & extitit impertitus, sibiq. D. Episcopo seu ser Gnidoni de S. Zeminiano ejus camerario singulariter & divisim bona mobilia descripta in inventario per ipsum Advocatum seu Advogarinm confecto particulariter consignavit, mandansq. quantum sua interest universis, & singulis affictuariis, pensionariis, livellariis, & feudatariis per hoc præsens publicum instrumentum licet absentibns tanquam præsentibus, quatenus idem D. Loto de Gambacurtis tanquam vero, idoneo, & legitimo Episcopo Tervisino debeant respondere de omnibus & singulis affictibus, proventibus, decimis, qnartesiis, juribus, & obventionibus universis eidem Episcopatui Tervisino integrè spectantibus & pertinentibus. Rogantes me Notarium infrascriptum partes præfatæ quatenus de prædictis publicum & autenticum conficiam instrumentum.

„ Ego Bartholomæus q. s. Matthæi de Villa Notarius publicus Imp. auctoritate, Civisq. incola Tervisinus, & Notarius & officialis Episcopalis curiæ Tervisinæ prędictis omnibus & singulis dum sic agereutur & fierent una cum prænominatis testibus in locis suprascriptis præsens fui & rogatus hæc omnia scripsi, signo & nomine meis solitis roboravi, in fidem & testimonium omnium præmissorum. *Scottus.*)

LIX. 59 JACOBUS Tarvisinus, Apostolicæ Cameræ Clericus, patriæ fuit adlectus Episcopus 1409. die 25. mensis Novembris, Aleaandro V sedente. In Constantiensi Concilio Joannis XXII. Italicæque nationis causas egit. Decessit 1418.

(„ *Ordinem Prædicatorum professum, Episcopum Tinarum, & Miconarum fuisse, ac Lotto de Gambacurtis in spiritualibus suffragatum Nicolaum iurò me dicere existimabit, quisquis literas infrascriptas diligenter perpendet.*

„ In Christi nomine Amen. Anno ab ipsins nativitate 1402. Ind. X. die 16. mensis Februarij. Actum in Episcopali palatio Tarvisino in capella nova dicti palatii, præsentibus presb. Romano beneficiato in majori Ecclesia Tarvisina, Lanrentio q. Guiglielmi de Sterpace, Giuliano q. Berghi de Castellina contratæ Pisarum familiaribus infrascripti D. Episcopi, & aliis testibus. R. in Christo P. & D. D. Fr. Jacobus de Tarvisio ordinis Prædicatorum, Dei & Apostol. sedis gratia Episcopus Tinarum & Miconarum R. in Christo P. & D. D. Lotti de Gambacurtis Dei gratia Episcopi Tarvisini Vicarius, & suffraganeus ad ordines conferendos Jacobum q. Joannis de Pisis de legiptimo matrimonio procreatum ætatis sufficientis ad pręsens habitantem Venetiis cupientem ascribi militiæ clericali, & in Clericorum numero computari coram eodem D. Episcopo Tinarum & Miconar. flexis genibus constitutum, ac humiliter & devote petentem per manuum impositionem adque per capillorum capitis incisionem cum psalmo & orationibus ad primam tonsuram ad titulum sui patrimonii promovit, & ordinavit, ipsumque clericali charactere insignivit, imponendo ei habitum religionis in nomine Domini juxta ritum & formam sacrosanctæ matris Ecclesiæ in talibus consuetam, mandans mihi notario infrasp. quod de dicta ordinatione publicum conficerem instrumentum, & dicti D. Episcopi pontificalis sigilli appensione muniri in fidem & testimonium prædictorum.

„ Ego Guido q. Matthei de S. Geminiano districtus Florentiæ, & diœcesis Volter. imperiali auctor. not. & judex ordinarius, & nunc notar. & scriba Episcopalis curiæ Tar. prædictis omnibus interfui, & de mandato dicti D. Episcopi hoc præsens publicum instrumentum publicavi, & propria manu scripsi, & signum meum apposui consuetum. *Scottus.*)

LX 60 Fr. JO. BENEDICTUS Venetns, ex Ord. Minorum, vir doctrina, morumque probitate insignis, per gradus ad Generalatum suæ Religionis pervenit, postea Archiepiscopus Ravennas est designatus, mox & Spalatrensis; sed cum ejusmodi deliberationes in irritum cecidissent, à Martino V. adlectus fuit Episcopus Tarvisinus 1418. 3. Id. Aprilis, & Archiepiscopus Thebanus. Per quindecim antem annos, quibus Ecclesiam sibi creditam administravit, plus præstitit, quam alii potuissent cogitatione comprehendere. Decessit 1433. sepultusque est in Cathedrali, sub cujus sepulchrum hoc legitur epitaphium.

Opt. Max. Deo,
Beatæque Virginis Csuceptisni dicatum
sacellum hoc,
quod eimorie, lector, vetusto funditus everso,
erectum, ornatumque scias pii ære
Jo. Archiepiscopi Theb. Pont. Tarvis.
qui triennio necdum poracto
D. Franc. Religioni fato ascitus,
brevi ad summam doctrinam provectus,
gravis Mayronista,
unicum Religionis decns ovasit.
Theo. insignibus xxvii. anns acri Patavii
certamine
uno patrum csnsensu reportatis
ad urbem procuratsr,
Inde Divi Anton. Provin. Magister,
post vicarius universus à summo Pont. Pau.
tum Venetiis cunctis
primum Suffrag. Generalis creatus,
vi. annos integre sic præfuit,
& Six. Chri. vica.
Sacri Collegii à Ferd. Rege Orator compos
ad vota regressus,
Spalatren. quo Archiepisc. designatus
ac bina à Se. Ve. legatione probe acta,
Tar. Præsul,
& Archiepisc. Theb. pronunciatus
Tar. residens Palatium,
& hoc, quod aspiess, templum grandi pecu.
instauravit,
Episcopatus bona redemit,
sicque tam a munificentia Reipublicæ,
ac populo gratus pio extollitur.
Ann. Sal.
M. CCCC. XXXIII a.

[„ *Fr.* JOANNES *de Benedictis, nobilis Venetus, Ordinis Prædicatorum, ad hanc sedem à Martino V. fuit assumptus an. 1418. die 10. Aprilis, facta resignatione Ravennatensis Ecclesiæ, ad quam fuerat evectus, ut puto, a Gregorio XII. cum aliàs ea Archiepiscopalis sedes detenta fuisset a Thoma Perendulo ab an. 1411. ad 1445. Vivebat adhuc an. 1435. qua die 16. Septembris translationem Monialium S. Christinæ de Amiano in Monasterium S. Antonii de Torcello confirmavit, ut dicemus in Torcellanis. Tunc Nuncii Apostolici munere apud Venetos fungebatur. Cum decessisset Bononiæ, tumulatus fuit in Ecclesia Fratrum Prædicatorum cum Epitaphio, quod semienesum su-* a MCCCC LXXXIII.


pra

„ prætulit Ughellus n. 50. Hic enim est ille Joan-
„ nes de Benedictis, de quo Ughellus ibidem. Alter
„ à Joanne de Benedictis Ravennate Archiepiscopo
„ fuit Joannes, seu Zanettinus, Ordinis Minorum
„ Generalis, Archiepiscopus Thebanus, & Spala-
„ tensis, mox Episcopus Tarvisinus, cui tempora,
„ personasque confundens Auctor noster hic locum te-
„ merè assignat, deceptus fortasse Amanuensis erro-
„ re in describendo ejus Epitaphio, in quo pro
„ MCCCCLXXXIII. omissa numeri quinquagena-
„ rii nota legit MCCCCXXXIII. Sed de Zanetino
„ infra differemus.)



LXI. 61 LUDOVICUM Barbum, nobilem Venetum, S. Justinæ Ord. S. Benedicti Abbatem, Eugenius IV. Pontifex Tarvisinum adlegit Episcopum 1437. Kal. Maii, sed propemodum renitentem, quippe à monasticæ vitæ instituto vix pateretur divelli. Præfuit ad sex annos, nihil de pristinæ vitæ rigore remittens, adeoque Tarvisinæ præfuit Ecclesiæ, ut nihilo commodior illi, quam S. Justinæ cœnobio fuisse videretur. Hic ille est, qui de Commendatario Abbate S. Justinæ, factus regularis, formatorem se præbuit morum in eodem cœnobio, exorsusque est nobilem illam congregationem S. Justinæ, quam hodie Casinensem vocamus, a S. Benedicto propemodum alter, qui collapsum in Italia monasticum ordinem repararit, illustraveritque. Fato functus est anno 1443. voluitque in monasterio S. Justinæ in capitulo sepeliri, cum sequenti epitaphio.

Mille quadringentis Domini currentibus annis
Quadraginta tribus Septembris mense fluenti
Progenie Veneta Barbo Ludovicus in astris
Mente nitens tumulo clauso sepelitur in isto.
Splendidus ille fuit lucens virtute per orbem
Qui etiam clemens, humilis super omnia castus,
Almæ Justinæ Patavæ tunc extitit Abbas,
Cum sancti normam Benedicti consolidavit.
Illinc Italiæ celebres lustrando per Urbes
Ornavit monachis Christe famulantibus alte.
Consilii sancti Præses, præfectus, & author
Ecclesiæ pacem tractando schisma removit.
Eugenii Quarti præcepto Præsulis Orbis
Antistes nolens est Tarvisinus inunctus.



LXII. 62 HERMOLAUS Barbarus, *a* nobilis Venetus ex Prothonotario Apostolico, Tarvisinus fuit adlectus Episcopus 1443. 16. Kal. Novembris. Paulo plus decem annis hanc Ecclesiam administravit, & ad Veronensem Ecclesiam fuit translatus anno 1453. Episcopatum Tarvisinum instauravit, ut sequens inscriptio prodit.

a Al. ar datur à Borifio in hist. Tarv. qui perperam eum confundit cum altero Hermolao Auctore Castigationum in Plinium. Mandos.

Ligneas inventas, collapsasque & abjectas Episcopii Ædes restauravi, ornavi, lateritiasque reliqui Her. Bar. Divina patientia Pontifex appellatus MCCCC.LIII.



LXIII 63 MARINUS Contarenus, nobilis Venetus, quem Burchelatus Ludovicum appellat, ex Episcopo Catarensi, ad hanc Ecclesiam fuit translatus 1454. die 7. mensis Januarii. Decessit an. 1455. ex lib. Obligat. fol. 95. („ *Illius Petri Barbo, qui postea*
„ *fuit Romanus Pontifex Paulus* II. *dum esset Vicen-*
„ *tinus Episcopus, in eo Episcopatu Locumtenens*
„ *fuit.*)

LXIV 64 PETRUS Tostara Prothonotarius Apostolicus successit 1455. postrema die abeuntis Aprilis. Lib. Oblig.
(„ *Neque apud nostros, neque in Archivis hujus*
„ *mentio ulla habetur, forte quia diaria ejus admi-*
„ *nistratio.* Scottus.)

LXV 65 MARCUS Barbo Venetus hujus sedis est renunciatus Antistes 1455. die 14. mensis Decembris. („ *Hic ille est, qui & Vicentinus Antistes, &*
„ *Patriarcha Aquilejensis, & S.R.E. Cardinalis ti-*
„ *tuli s. Marci extitit, de quo fuse Ciaconius, de*
„ *illius tamen Præsulatu Tarvisino ne verbum qui-*
„ *dem faciens. Verum huic Ecclesiæ præfuisse præ-*
„ *ter ea, quæ occurrunt in tabulario Episcopali lib.*
„ *H. p. 714. abunde testatur Nicolaus Francus, ejus*
„ *successor, qui in præfatione suæ synodi an.* 1488.
„ *celebratæ sic fatur.* Postremoque loco non mino-
„ ribus sapientia & vigiliis reformatis a Reveren-
„ diss. D. Marco Barbo prædecessore, & nunc sa-
„ crosanctæ R.E.S. Marci Cardinali dignissimo est
„ sapienter occursum sanctorum canonum antedi-
„ ctorum transgressoribus dictorum civitatis &
„ diœcesis nostræ &c. *Scottus.*)



LXVI 66 THEODORUS Lælius, *b* seu de Lellis, nobilis Interamnensis Aprutinæ provinciæ civis, ex Rom. Rotæ Auditore, Episc. Tarvisinus, sub Pontificibus Pio II. Pauloque II. laude prudentiæ, doctrinæque celeberrimus fuit. Itaque sub Pio II. Veneti Senatus justissimam causam egit contra Sigismundum Ducem Austriæ, usque ad victoriam.

b De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 258. & Bonifacius in hist. Tarv. p. 481. Mandos.

Cum

Cum Ludovico Galliarum Rege de gravissimis rebus felici conatu transegit: inde Philippum Burgundiæ Ducem compulit, ut Regem Galliæ veneraretur ut Dominum. Hussitas hæreticos domuit, coegitque Georgium Principem Bohemum, Palatinumque Rheni, Sigismundum Austriæ Ducem eorundem ejurare fœdissimos errores. Itaque reversus Romam, à Pio II. omni significatione honoris dicitur fuisse exceptus. Nec deinde minorem gratiam collegit apud Paulum II. Pontificem, qui ut Theodorum, gravissimo morbo tentatum, ægritudine levaret, languenti spem purpuræ injecit, quæ tamen non modo anhelanti non discussit languorem, sed etiam ad præproperum fatum visa est impulisse, repetente scilicet divino Numine à Theodoro pœnas, qui Paulum Pontificem in exordio sui Pontificatus suis persuasionibus, quæ pollicitus jurejurando fuerat, adduxerat non præstare: quo ipse celerius Cardinalitiam dignitatem assequeretur, ut Papiensis author est in commentariis. Cæterum si ejus assequendæ dignitatis ardentiori illa siti, ideoque præpostera, Lælius caruisset, futurum erat, ut pro virtutum oraculo haberetur, qui tantum triginta, & octo natus annos, adeo consulte Romanæ Aulæ difficiliora negotia expediret. Ejus laudes cum lachrymis, quas verus affectus expresserat, complexus est idem Papiensis in Epistola ad Cardinalem Nicænum, cum ex ejus obitu à Romana sede acceptum incommodum commemoraret. Inter alia ingenij monumenta, quæ reliquit, Apologia fœderis Venetorum, & Sigismundi Austriæ Ducis habetur præcipua, tum gratulatio pro Pio II. ad Venetorum Ducem. Orationes quinque. Elegantiores plures Epistolæ tum Pauli II. nomine, tum suo scriptæ ad Papiensem Cardinalem, Franciscum Phileiphum, & alios. Grammatica etiam, cujus meminit bibliotheca universalis, ac quædam scripta adversus Gregorium Heimbergium. Romæ decessit anno 1464 *a*. sepultusque est apud S. Mariam Novam ad medium Ecclesiæ sub marmorea tabula, ubi hæc inscriptio legitur.

a 1466. prid. Kal. Aprilis.

Theodoro Lælio Tarvisino Episcopo;
Divini,
humanique juris consultissimo,
ac Pauli II. Pontificis Max.
Referendario
qui vixit ann. XXXVII. mens. XI.
die XXII.
Gaspar Lælius faciendum curavit
M. CD. LXVI.
pridie Kalendas Aprilis.

Viget adhuc ejus familia Neapoli, & Theate, quam vulgus de Lelliis appellat.

LXVII [„ FRANCISCUS *Baroccius, nobilis Venetus, „ Bergomensis Canonicus, in Consistorio habito die „ 17. Aprilis 1466. promotus est ad Tarvisinum Ecclesiam vacantem per obitum Theodori; cujus „ etiam testimonium extat in Ciaconiano Opere. Nec „ deest ejus memoria in Episcopali archivo. Nam „ liber, cui titulus* Hebenus Visitationum, *legendã exhibet visitationem per eum factam pagi vulgò dicti* Sanbughè *x. Kal. Majas anni 1467. Decessit anno 1471.* Scottus)

67 BENEDICTUS Vtinensis Theodoro successit. Fato functus est 1471. („ *Hunc Ordinis Minorum alumnum, variis & perpetuis honoribus à „ sua religione decoratum, ac demum à Bonifacio II. „ Tarvisinum Episcopum 1464. designatum fuisse af- „ firmat Capodaleus in Vtino illustrato. Et hujus „ Benedicti nomen ab utroque nostro regesto, & quod „ magis urget à Minorum Chronicis exulat. Verum „ Ioannem illum Ordinis Minorum Fratrem, de quo „ supra Vghellus n. 60. hunc, de quo hic, & Joannẽ, „ de quo infra n. 69. unũ eundemq; fuisse conjicio.* Sc.]

LXVIII. 68 Fr. PETRUS Riarius Saonensis ex Ordine Minorum, Sixti IV. nepos, à Patruo vixdum Pontificatum exorso creatus fuit Tarvisinus Antistes anno 1471. Paulo post renunciatus est Archiepiscopus Florentinus, Senogalliensis, Metensis in Gal-



lia, demum Constantinopolitanus Patriarcha, totque dignitatum titulis, atque redditibus auctus decessit an. 1474. Vir utique profundi luxus, atque prodigalitatis, quem ideo divinum Numen visum est citius sustulisse, ne sanctas has sedes, quas fuerat assecutus, usque ad extremam inopiam fœde depauperaret. Consule, quæ de eo supra narravimus in Archiepiscopis Florentinis. („ *Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ (Ciaconio S. Sixti) Tarvisinam Ecclesiam ex concessione, & dispensatione Apostolicę sedis in commendam obtinebat Riarius ut ex mox referendo constat documento.* Scottus.)

(„ LAURENTIUS *Zane, Patriarcha Antiochenus, Tarvisinus Episcopus coronatur ann. „ 1475. & quamvis hic ab Vghello, & ne verius di- „ cam, à nostris historicis inter Tarvisinos Episcopos „ non fuerit recensitus, nemo tamen eidem hanc infulã abnegaverit, postquam sequens produxero documentum ex lib. 4. H. Episcopalis archivi pag. 5. in „ quo & Francisci Baroccii, & Petri Riarii ejus antecessorum habetur item mentio.* LXIX

„ Antonius Niger decretorum doctor Canonicus Feltren. Reverendiss. in Christo, Patris & „ D. D. Laurentii divina miseratione Patriarchæ „ Antiocheni, & Episcopi Tarvis. dignissimi Vicarius in spiritualibus generalis. Aloysius de „ Medicis decretorum doctor Canonicus Venetus „ commissarii, & executores apostolici delegati.

„ Universis & singulis præsentes inspecturis, lecturis, & auditaris, salutem in Domino. Ad „ perpetuam rei memoriam. Literas SS. in Christo „ Patris & DD. Sixti divina providentia pp. IV. „ sanas siquidem & integras, non vitiatas, non „ cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, „ sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, „ ejus vera bulla plumbea ad cordulam canapis „ more Rom. Curiæ pendenti bullatas nobis in „ præsentia testium, & mei notarii infrascriptorum præsentatas per spectabilem, & generosum „ virum D. Angelum Barozzium, magnifici Domini Aloysii Barozaii patricium Venetum principalem & principaliter in literis ipsis Apostolicis nominatum, nos ea, qua decuit reverentia „ recepisse noveritis hujusmodi sub tenore.

„ Sixtus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Aloysio de Medicis Canonico Venetiarum, & Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Tarvisini in spiritualibus generali salutem, & apostolicam benedictionem. Ex injuncto nobis desuper apostolicæ servitutis officio ad „ ea libenter intendimus per quæ singularum Ecclesiarum præsertim Cathedralium utilitas procuratur, & ut illa optatum sortiantur effectum, „ cum à nobis petitur favorem apostolicum libenter impertimur. Dudum siquidem à felicis recordationis Paulo pp. II. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis. Paulus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei „ memoriam. Cum in omnibus judiciis.

„ Cæteris omissis.

„ Et deinde sicuti exhibita nobis nuper pro parte „ dilecti filii Angeli Baroazio laici Venetiarum „ petitio continebat, alias bonæ memoriæ Franciscus Episcopus Tarvisin. primò, & deinde Pe-

,, trus tituli S. Sabinæ presbyter Cardinalis, qui A
,, Ecclesiam Tarvisinam ex concessione & dispen
,, satione Apostolicæ sedis in commendam obtine-
,, bat, centum quinquaginta campos terræ partim
,, prativæ, & partim paludosæ sitæ in territorio
,, Mergariæ Tarvisinæ diœcesis, & ad ipsam Ec-
,, clesiam legitimè spectantes, & pertinentes ei-
,, dem Angelo sub annuo censu triginta ducatorum
,, auri usque ad certum tempus concesserunt & lo-
,, caverunt his conditionibus & pactis, quod idem
,, Angelus super ipsa petia terræ ad sui beneplaci-
,, tum fabricare, eamque ad culturam reducere
,, valeret prout in literis ipsorum Episcopi, & Car-
,, dinalis desuper confectis dicitur plenius contine-
,, ri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat
,, idem Angelus ea eo quia ipsi campi qui pessime
,, conditionati ac ad tempus sibi, ut præfertur,
,, concessi existunt, illos meliores & fertiliores
,, efficere minime curet; verum si illi eidem An-
,, gelo ad perpetuum livellum sub prædicto annuo
,, censu concederentur, præfat. Angelus illos utilio- B
,, res & fertiliores efficere curaret, quod profecto
,, cederet in evidentem ipsius Ecclesiæ utilitatem.
,, Quare pro parte ipsius Angeli nobis fuit humili-
,, ter supplicatum, ut sibi dictos centum quinqua-
,, ginta campos ad perpetuum livellum, & ad jus
,, perpetui livelli sub prædicto censu concedere,
,, aliásq; in præmissis opportunè providere de beni-
,, gnitate Apostolica dignaremur. Nos itaque in
,, præmissis certam notitiam non habentes hujus-
,, modi supplicationibus inclinati discretioni vestræ
,, per apostolica scripta mandamus, quatenus
,, vocatis venerabili fratre nostro moderno Epis-
,, copo, & dilectis filiis Capitulo Tarvisino, &
,, aliis qui fuerint evocandi de præmissis omnibus
,, & singulis ac eorum circumstantiis universis au-
,, ctoritate nostra vos diligenter informetis, & si
,, per eamdem informationem vos conjunctim jux-
,, ta formam præinsertarum literarum proceden-
,, res, ita esse, ac concessionem prædictam, si fiat,
,, in evidentem dictæ Ecclesiæ utilitatem cedere C
,, repereritis, præfato Angelo dictos centum
,, quinquaginta campos, illis prius coram vobis
,, specificatis, ad perpetuum livellum, & ad jus
,, perpetui livelli sub prædicto annuo censu dicta
,, auctoritate nostra concedatis, non obstantibus
,, concessionibus, constitutionibus, & ordinatio-
,, nibus apostolicis ac statutis & consuetudinibus
,, dictæ Ecclesiæ juramento, confirmatione apo-
,, stolica, vel quavis firmitate alia roboratis, con-
,, trariis quibuscumque.
,, Datum Romæ apud S Petrum, anno incar-
,, nationis Dom. Millesimo quadringentesimo se-
,, ptuagesimo quarto, sextodecimo Kl. Septembris
,, Pontificatus Nostri anno tertio.
,, Post quarum quidem litterarum Apostolica-
,, rum præsentationem, receptionem, & admis-
,, sionem per nos, ut præmittitur, factam, fuimus
,, pro parte ipsius spectabilis Domini Angeli prin-
,, cipalis debita cum instantia requisiti ut ad execu-
,, tionem litterarum ipsarum & contentorum in D
,, eisdem procedere dignaremur.
,, Nos igitur Antonius & Aloysius antedicti
,, commissarii & executores, ut præmittitur, Apo-
,, stolici delegati volentes mandata apostolica, ut
,, tenemur, reverenter exequi, citatis prius per
,, edictum quibuscunque sua interesse putantibus,
,, ac nemine in termine statuto comparente in om-
,, nium contumaciam assumptis nobiscum V. viro
,, presbytero Angelo rectore Ecclesiæ de Spresia-
,, no uti nuncio & procuratore Rev. in Christo Pa-
,, tris & DD. Laurentii divina miseratione Pa-
,, triarchæ Antiocheni & Episcopi Tarvisini, no-
,, mine Episcopatus Tarvisini, nec non venerabi-
,, li viro D. presbytero Christophoro de Feltro
,, Mansionario Ecclesiæ Cathedralis Tarvisinæ,
,, uti nuncio ad hoc specialiter misso pro parte ve-
,, nerandi Capituli Cathedralis Ecclesiæ Tarvi-
,, sinæ, juxta formam litterarum apostolicarum

A ,, præmissorum fuimus una super loco & terris in
,, ipsis literis Apostolicis nominatis, quibus dili-
,, genter inspectis & maturè consideratis, & audi-
,, tis insuper ipsis venerabilibus viris dominis pres-
,, byteris Christophoro de Feltro, & Angelo de
,, Spreciano, qui juramento sibi per nos soluto af-
,, firmarunt id cedere in evidentem utilitatem Ec-
,, clesiæ, si terræ ipsæ in emphitheusim perpetuam
,, sub annua pensione triginta ducatorum auri ce-
,, derentur, utique id exequeremur juxta formam
,, ipsarum litterarum Apostolicarum, unusquisque
,, eorum nomine Episcopatus Tarvisin. & Capitu-
,, li V. Cathedralis Ecclesiæ suum præstiterunt as-
,, sensum.
,, Cæteris omissis.
,, Actum Mergariæ in hospitio Galli, currente
,, Domin. nativitatis anno millesimo quadringen-
,, tesimo septuagesimo quinto, indictione octava
,, die lunæ vigesima nona Maii, Pont. S. D. Nostri
,, D. Sixti divina providentia pp. IV. an. IV.
B ,, *Hujus fuit à secretis nunquam satis laudatus*
,, *Hieronymus Bononius Tarvisinus, à summis viris*
,, *magni habitus, Tryphone præcipuè Gabrielio, &*
,, *Petro Bembo, Poeta egregius à Vossio nuncupatus.*
,, *Siquidem adeo excelluit in Poesi, ut Federici ter-*
,, *tii rescripto poetica laurea fuerit donatus. Multa*
,, *scripsit ligata & soluta oratione, quorum nonnul-*
,, *la typis mandavit, quam plurima authographa*
,, *circumferuntur, inter quæ præcipue* XXII. *Va-*
,, *riorum carminum libri. Dum Romæ moraretur,*
,, *almæ urbis Antiquitatum opus insigne elaboravit,*
,, *quod calamo exaratum à nonnullis servatur. Scri-*
,, *psit etiam Antiquitatum Tarvisinarum libros duos.*
,, Scottus.)



69 JOANNES Saonensis ad eamdem sedem LXX
provectus est 1476. 3. Kal. Maij. Mortuus est an. 1486
(,, *Joannes Zanettinus (cognomen ne hoc sit, an no-*
,, *minis diminutivum ignoro) Savonensis Ughello,*
,, *at verius Capodaleo in Utino illustrato Utinensis,*
,, *Ordinis Minorum, post emensa ordinis sui præclu-*
,, *riora munera Archiepiscopus Spalatensis, tum The-*
,, *banus, demum Tarvisinus Episcopus dictus est à*
,, *Sixto IV. an. 1476. De eo hæc referunt Capitularia*
D ,, *regesta.* Joannes de Utino S. Theologiæ magi-
,, ster, Archiepiscopus Thebanus, & Episcopus
,, Tarvisinus, qui à fundamentis construi & ædifi-
,, cari fecit capellam magnam hujus Cathedralis
,, Ecclesiæ sub titulo Conceptionis B. V. M. pro
,, cujus Capellæ & Ecclesiæ ornamento postmo-
,, dum mandavit per suum ultimum testamen-
,, tum unum erigi canonicatum cum præbenda de
,, suis propriis bonis: ad quos quidem Canonica-
,, tum & præbendam semper, & de tempore in
,, tempus cum vacare contingeret, eligi seu præsen-
,, tati deberet per suos Commissarios Sacerdos de
,, gremio Ecclesiæ, unus scilicet Mansionarius de
,, antiquioribus dictæ Eccl. qui teneatur in dicta ca-
,, pella super altare majus quotidie celebrare secun-
,, dam Missam, salvo tamen justo impedimento.
,, Ejus autem Commissarii sunt unus Canonicus,
,, alter unus e Provisoribus Civitatis, tertius vero
,, unus ex Gastaldionibus hospitalis S. Mariæ Bat-

tu-

„ tutorum. *Waddingus autem in Annalibus Minorum de Joanne hæc habet.* Doctissimus S. Theologiæ magister, & in sua S. Antonii Provincia „ magister actualis Fr. Joannes, sive Zanettus Utinensis capitulo generali ann. 1469. Venetiis celebrato à Card. Fr. Francisco de Ruvere, ut vices „ suas gereret, in Præsidem deputatus, in Ministrum generalem fuit assumptus. An. 1472. Conventuales suos Ferrariam ad comitia vocavit, ut „ ex regulæ præscripto Ordinis sui negotia pertractaret. Anno autem 1475. Sixtus Pontifex, ut „ Zanetti virtutem, laboresque compensaret, ipsum voluit Thebani Archiepiscopatus titulo, & „ Tarvisini Episcopatus honore sublimatum. Statim vero jussit pro successore deligendo ad Comitia generalia Urbinum electores convocari, ut „ mox dicemus. Qualia fuerint Zanetti merita, „ quales pro Ecclesia Catholica labores, hoc in „ Epitaphio ex parte referuntur, quod super ejus „ tumulum sua in Tarvisina Cathedrali Ecclesia „ an. 1483. quo inter mortales esse desivit, fuit eleganter appositum. *Vide epitaphium supra numero Ughelliano 60. in quo tamen, ut semel admonui, pro 1433. repone 1483. atque hæc refer, æquè cumque ibi de Joanne Auctor enarrat præter Archiepiscopatum Raveanatem, qui alteri Joanni Ordinis Prædicatorum est attribuendus.* „ Scottus.]

A

B



LXXI 70 NICOLAUS Franchus *a*, ex Episcopo Parentino, ad hanc ipsam dignitatem assumptus est anno 1486. die 25 *b*. mensis Februarij. De eo hæc carmina incisa leguntur prope Episcopatus gradus.

a De eo Portenasius in hist. Patav. [illegible] Mandat. b die 21. Febr.

Videris hæc quando successor noster, ut ipse
Constitui grata mente parere tibi.
Talis forte aliis, & tu conaberis esse
Quod vel ad hoc addes, vel superabis opus.
Exemploque alii facient, & ab his quoque parvis,
Hic fieri sensim grandia sæpe solent.
Nicolaus Franchus Pontifex
MCCCCLXXXXVI.

Inclaruit hic Præsul pro Sancta Romana Sede pluribus obitis feliciter legationibus. Mortuus est anno 1499. Sepultusque est in Cathedrali, in sacello Sanctissimi Sacramenti, nobile marmoreo sepulchro claudente, cum hac inscriptione.

Nicolao Francho Pontifici Tarvisino Apostolicis Legationibus honestissimè functo Hieronymus Contarenus Prætor ære proprio erexit M DI.

LXX II. 71 BERNARDUS Rubeus *c* Parmensis, ex Comitibus Berceti, Bellunensis Episcopus, ad hanc sedem fuit translatus anno 1499 die 5. *d* mensis Augusti. Viginti & octo annis Ecclesiam sibi creditam, sed fere semper absens, administravit, utpote qui gravioribus expediendis negotiis à Pontificibus honorifice distineretur. Ejus virtutes cum generis nobilitate conjunctas hic narrare supersedebimus, quas ex subjecto elogio lectores poterunt uberius haurire, ex quibus sane intelligent Rubeo Bernardo rubrum non fuisse defuturum galerum, si

c De quo Bordonus in Thes. Eccl. Patav. & Bonifacius in hist. Tar. Mandat. d Die 26. Augusti. Ex Actis.



non ex vano speratis honoribus importunum fatum intervenisset.

D. O. M.

Bernardo Rubeo Com. Berceti Episcopo Tarvisino sub Leone X. Pont. Max. Urbis Præfec. paulo post universæ Flaminiæ Præsid. Bononiæ simul Proleg. qui sedente Clemente VII. iterum Urbis Præfec. eam sua prudentia & integritate ex summis bellicivilis difficultatibus expedivit, amplissima mox supremæ virtutis præmia relaturus ni mors repentina Anno Christi MDXXVII. Quarto Kal. Julii Aetatis suæ LVIII. cunctis mœrentibus ipsum præripuisset. Philippus Philippi Avi Fratri & Vespasiano summæ spei Fratri suo XVII. annum agentis An. MDLXXIV. id. April. acerbe sibi erepto.

B. M. P.

72 FRANCISCUS Cardinalis Pisanus Venetus, Episcopus Patavinus, hanc eandem Ecclesiam suscepit administrandam an. 1528. die 27. *e* mensis Januarii usque ad annum 1538. LXX III.

e die 17. Jan.

C

73 GEORGIUS Cornelius, nobilis Venetus, Cardinalis Pisani ex sorore nepos, ex patrui cessione, hujus Ecclesiæ fuit adlectus Antistes 1538. die 20. mensis Februarii. Ecclesiam sibi commissam quadraginta omnino annos cum laude prudentiæ administravit, interfuitque Tridentino Concilio, cujus decreta detulit Tarvisium, Ecclesiam Capuccinorum S. Francisci Tarvisii dedicavit: cumque in favorem nepotis munere episcopali se abdicasset anno 1577. duos tantum annos vitam privatam exegit, sepultusque est in Cathedrali, in jam olim parato sepulchro, cum hujusmodi inscriptione. LXX IV.

Georgius Cornelius Pont. Tarv. genere, virtute, honore, insignis in humili ante aram sepulchro ejus cineres condi jussit Anno MDLXXIX.

D



74 FRANCISCUS Cornelius *f* nepos Georgii, frater Joannis Ducis Venetiarum, patruusque Federici junioris Cardinalis, ex cessione Georgii, adlectus fuit Tarvisinus Episcopus anno 1577. die 29. mensis Novembris. Ædes seminarii Clericorum LXX V.

f De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 391.

emit,

emit, ac restauravit, ut ad fores ejusdem sequens A
inscriptio refert.

Christianæ Religionis seminarium hoc
piis semper studiis protexit,
& auxit
Franciscus Cornelius Episcopus Tarvisinus,
inque illius usum, & commodum
bas Aedes emendas,
& restaurandas curavit
Anno MDLXXXIII.

Sub Sixto V. Apostolicæ Cameræ Clericus fuit, quem deinde Clemens VIII. vocavit ad Purpuram 1596. Tarvisinam tamen Ecclesiam administravit usque ad annum 1595. In quam splendide perplura contulit ornamenta, exque norma Tridentini Concilii omnem Clerum optime institutum habuit. In summa annonæ caritate diœcesim suam profusis propemodum opibus juvit. Quamobrem Tarvisio digressum non modo sunt lachrymis prosecuti, sed defuncto etiam publicis exequiis parentarunt. Romę decessit, sepultusque est apud S. Sylvestrum in B
Quirinali, ubi ad pedes sepulchri Federici senioris Cardinalis, ejusdem gentis alumni, hanc memoriam candidam marmoream Federicus junior nepos in honorem patrui apponendam curavit.

D. O. M.

Francisco Cornelio Presb. Card. a Clemente VIII. *Pont. Max. ad purpuræ dignitatem promoto in meditatione Ferrariensis itineris importune prærepto Federicus S.R.E. Cardinalis & Marcus Antonius Abbas S. Marci Primicerius Joannis Principis Venetiarum Filii Optimo Patruo Poss. Obiit VII. Kal. Majas Aetatis Anno LI. salut.* MDXCVIII.

Honorarium sequens elogium Tarvisii, dum illi justa persolverentur, Bartholomæus Burchelatus apponendum curavit.

Francisco Cornelio Patricio Ven.
S.R.E. Card. ampliss.
de Tarvisina diœcesi ab illo,
veluti à Georgio Patruo Episc. suis recta, C
atque adjuta longe opt. mer.
Can. collegium tota Presb. Famil. Univ.
denique civitas animis lugens.
religiosius erexere.
Ann. Sal. nostræ MDLXXXXVIII.



D

LXXVI. 75 ALOYSIUS Molino, nobilis Venetus, ex Archiepiscopo Jadrensi, Tarvisinus Episcopus evasit 1595. die 13. mensis Novembris. Decem Annos hanc rexit Ecclesiam, flagranti pietatis studio, præcipuaque vigilantia. Primum omnium in educandis sacris Virginibus tulit laudem prudentiæ haud mediocrem, tum ad sacramentorum frequentiam populum, Clerumque instituendum curavit. Nihilque Tarvisii egregij operis erat, cui Aloysius adjutrices non porrigeret manus. Itaque cum decessisset Venetiis anno 1604. relatusque fuisset Tarvisium, omnibus excussit lachrymas, sepultusque fuit in Cathedrali, gemino funebri encomio laudatus. Præter cætera carmina, quæ epitaphiorum more e cœnotaphio pependere, illud a Burchelato eleganter compositum visum est hic apponere.

A

D. O. M.

Aloysio Mol. Archiep. Jader. Episc. Tar. doctrina, vita, & moribus spectatiss. in omnibus admirando Barth. Burch. Physicus, donec aliud altius dicetur, Præsuli ac Patri opt. H. Mon. constituit.



B

76 FRANCISCUS Justinianus nobilis Venetus Abbas Commendatarius de Busco Ord. Cisterciensis, eandem sedem est assecutus anno 1605. die 18. a mensis Julii (,, *excessit* 1623.) LXXVII. a Die 18 Julii.

77 VINCENTIUS Justinianus Francisco successit anno 1633. translatus deinde fuit ad Ecclesiam Brixiensem. (,, *successit* 18. *Decemb.* 1623. ,, *translatus* 31. *Januarii* 1633.) LXXVIII.

78 SYLVESTER Maurocenus, nobilis Venerus, ejusdem sedis Antistes renunciatus est anno 1633. die 4. b mensis Martii. Obiit 1639. LXXIX. b Die 14 Martii.

79 MARCUS Maurocenus electus anno 1639. 3. Octob. translatus ad Brixiensem Ecclesiam 1645. LXXX.

80 ANTONIUS Lupus Bergomensis electus Episcopus est ab Innocentio decimo die 21. Augusti 1646. Obiit. LXXXI

A D D I T I O.

(,, *Decessit Lupus anno* 1667.

C



,, BARTHOLOMÆUS *Gradonicus, nobilis* ,, *Venetus, Episcopus Concordiensis, huc translatus est* 27. *Febr.* 1668. *Brixiensem postea est assecutus* 1682. 13. *Julii.* LXXXII.



,, JO. BAPTISTA *Sanutus, nobilis Venetus,* ,, *J. U. D. Primicerius S. Marci Venetiarum, Tarvisino gregi datus est pastor* 19. *Junii* 1684. *Diœce-* LXXXIII.

sim

A fim sæpius lustravit, & congregata synodo prædecessorum decreta probavit, & nova sancivit. Palatium Episcopale refecit, in turri templo contiguum erexit horologium, seminarii Clericis, qui incertis, & conductis ædibus errare cogebantur, sedem fixit. Denique optime administrata Ecclesia in cælum evolavit die 24. Januarii 1709. tumulatus in Ecclesia Patrum Carmelitarum Excalceatorum ante majus altare, nulla ejus laudes proloquente inscriptione.



LXXXIV FORTUNATUS, nobilissimæ Venetæ gentis Mauroccnæ germen, celeberrimi Venetiarum Principis, invictissimique Ducis Francisci Maurocent ex fratre nepos, Ecclesiasticam militiam secuturus, ordini S. Benedicti Casinensis Congregationis nomen dedit. In quo cum literis æque ac pietate egregiè profecisset, Tarvisina infula redimitus est die 7. Aprilis 1710. cum quadragesimum ætatis annum vix excederet. Arreptis habenis cœpit Ecclesiam suam adeo strenue moderari, ut omnia in ea ad purioris religionis, sanctiorisque probitatis normam brevi redigerentur. Sed pastoralium curarum maxima, quæ pervigilis Antistitis cordi penitius inhæsit, fuit optima ad omnem virtutem, atque disciplinam C Cleri institutio, e quo vitæ benè componendæ regula in reliquum populum emanat. Pergrande igitur molitus est opus, & ingenti non deterritus sumptu, nec maximis præpeditus difficultatibus ad colophonem perduxit amplissimum seminarium, in quo centum & sexaginta saltem alumni, commodè detineri, atque doctrinis imbui possint. Multiplices in eo disciplinarum sive minorum, sive graviorum magistros statuit, & cumulatum inservientium familiarium numerum, adeo ut nihil ad amplitudinem, usum, commoda, atque etiam decorem, quod in eo possit desiderari, reliquum sit. Ædes etiam Episcopales refecit, ampliavitque, & data occasione insuvils antiquitatis occurrit; cùm enim fœdata jam atque corrupta quamplurima invenisset documenta, ne malum tam exitiale latius serperet, Archivum designavit, in quo imposterum custodirentur. Pergit autem pijssimus Pontifex commissum sibi gregem & verbo, & exemplo ad æterna pascua D ducere: faxitque Deus ut in Ecclesiæ suæ felicitatem, Patriæ, ac familiæ decus in ævum superstit.)

TERGESTINI
EPISCOPI.



TERGESTUM Romanorum Colonia (vulgo *Trieste*) litoralis est Istriæ civitas, sex à Formionis B ostio, triginta tria ab Aquileja stadia distans, sitaque est ad Superum mare in ipso sinus deflexu, cui à Tergesto, Tergestini fecere cognomen. Illam putant nonnulli Triestium postea fuisse appellatam, quod ter à sedibus suis convulsa, tertio miserabili excidio sit mulctata. Illius meminit Cæsar in commentariis. Est autem civitatum, quas Istria habet, antiquissima, & munitissima, antiquissima, quod ejus multa mentio inspersa historiis; munitissima, quod pressata illa, & occupata sit à tribus potentissimis Dominis, Romanis, Venetis, & Archiducibus Austriæ. Romanorum fuisse coloniam clarius est, quam ut debeat probari: quamquam hoc probant lapides, columnæ, aliaque ædificia expressa ad formam Romanam, & in iis incisa nomina Romanorum, qui sua quique ætate summe præerant. Et certe vis quædam, & altitudo mentis indigenis indicta fidem faciunt, hanc gentem fuisse ex Romano sanguine, cui nativum fuit turbare, & turbari. Posterior ætas Venetos agnovit Dominos; C his serviebatur potius, quam parebatur, non quod Veneti non possent regere, sed quod Tergestini nollent regi. Nam hi populi, scilicet Romani sanguinis, & animi non satis modice ferebant, se missos sub jugum à Repub. Veneta, quæ post condita imperia sola potuit dici æmula illius majestatis, quam Romani eorum parentes præseferebant: sive parva æmulatione, ut Tergestinæ gloriæ suffragatores sciebant, sive ut inimici odio gentis victricis de vicinorum injuria triumphantis; leguntur injuriæ plurimæ, & gravissimæ, hinc à Tergestinis irrogatæ, inde à Venetis vindicatæ. Ager Tergestinus fundit quantum indigenis satis est, non solum ad necessitatem, sed etiam ad voluptatem, oleum, sal, vinum, frumentum, piscem, fructusque omnis generis. Vinum etiam vendit vilissimo pretio toti latæ viciniæ. Alia si quis velit magis ad palatum, quam ad usum; ad pompam, quam ad cultum, ea abunde subministrat ipsa civitas, quæ ad mare vel potius in mari sita est. Nam illi monti affixa, & tan- D dem acclivis, quasi se provolvit in portum, opportune quod ipsa sit portus, opportunius quod portubus undique cincta, Humago, Hugia, S. Joannis, Pavore, & aliis, quorum singuli hinc à Spalato, inde à Venetiis navigatione diei unius plus minus absunt, & affert in Italiam quicquid habet Germania, & infert in Germaniam, quicquid habet Oriens; cui etiam parti si dixerim vicinam, non satis dixero, ita illa æque vicina est partibus omnibus, quippe sita in faucibus maris Adriatici, e medio prospectans à fronte in Venetos, à tergo Germaniam, dextorsum in Forumjulium, sinistrorsum in Istriam, undique in Dalmatiam, quæ pene itineris, aut navigationis ratione, quasi una omnium orarum partium est, & sic vicina colligit, sive bona, sive mala, ut est cura eorum qui præsunt, vel malum cohibentium ne fiat ad introitum contagio, vel spargentium bonum, ut fiat odor ad salutem. Episcopus Tergestinus antiquus est, quod

constet ante mille annos, ut patet ex Concilio Romano sub Agathone Papa celebrato anno Christi 680. cui subscripsit Gaudentius S. Tergestinæ Ecclesiæ provinciæ Istriæ. Ipsius Antistes suffraganeus jam olim censetur Aquilejensis Patriarchæ. Sederunt subinde ad hujus Ecclesiæ clavum plurimi doctrinæ, virtutisque notis insignes, ac præter cæteros viget Æneas Silvius Piccolomineus, qui postea Pius II. in Pontificatu dictus est, ac Rapitius, flos scilicet illibatus politiorum hominum, quos nostra ætas tulit. Ejus Episcopus Comitis titulo à Cæsare insignitur, in quem etiam superiores Cæsares plurima privilegiorum ornamenta contulere. Mensæ Episcopalis annuus census florenorum mille; taxatur vero in lib. Cameræ Apost. 300. floren. Nobilis & antiqua Cathedralis in ea spectatur, quam S. Justo Martyri consecrarunt, cujus gloriosum corpus in eo sacello conditum fertur. Posita est Basilica hæc in editissimo civitatis colle prope arcem, qui hyeme asper, & Boglaborrea, glacie, pluviis & nivibus fœtus, non impedit tamen, quominus Basilicani horas omnes, & statas quotidie missas quam diligentissime obeant. Sunt in ea plurimæ imagines tessellis fabre compositis ita expressæ, ut nihil pene Italia habeat pretiosius si imagines, absolutius si artem spectes. Alia sunt quatuor vel sacella, vel altaria, quorum singula ditata singulis corporibus Martyrum SS. Servati a, Lazari, Apollinaris, & Sergii. Opinio jam inde à patrum memoria longissime ducta, per omnium hic animos quasi proseminata est, hos sanctos Tergestinos fuisse. Confirmandæ opinioni adserunt annales, quibus id tantum auctoritatis inest, quod sunt antiqui. Duo hic certa sunt, scilicet hanc opinionem non esse novam, & duos sanctos Apollinarem, & Sergium non esse illos, quos colunt, hunc Roma, illum Ravenna.

a Servuli,

Sacris in hac nobili Basilica ministrant Canonici decem, e quibus duo dignitate eminent, Archidiaconus, & Decanus. In ipsa civitate præter Cathedralem sunt parochiales ecclesiæ nullæ. Decanus enim totius urbis animarum curam gerit. Virorum cœnobia duo, alterum Franciscanorum, alterum Benedictinorum, cui nomen à sanctis Martyribus inditum est, quod Martyrum, qui sub Romanis quasi pura victima in primis Ecclesiæ temporibus cæsi sunt, sanguis hunc locum plurimus irrigavit. Elegans Ecclesia est, elegans monasterium, dives fundi, & facultatum. Virginum septum unum. Tot ecclesiæ non magnæ, loquuntur satis clare Tergestinos fuisse insigni semper pietatis & religionis amore incensos. Neque sane videtur adhuc intepuisse, cum tot ecclesiæ non dote privata, sed charitate civium fundatæ consistant, pristinumque adhuc statum egregie tuentur. Jam vero cives laici decem sodalitia cojerunt, omnia pietatis officia mira sedulitate exercent; alii procedunt in supplicationes frequentes, insignes vexillo crucis ea sua quisque veste, & face; alii pro defunctorum animabus sacra fieri curant: alii pauperibus alimenta; alii ecclesiæ supellectilem tribui invigilant, & in his est nautarum societas, ad ecclesiam S. Nicolai. Est & ecclesia Beatissimæ Virginis de Grignano à nautis votis, imaginibus, donis semper celebrata, omnique pio officio culta. Diœcesis Tergestina in duas distributa est partes: hanc Montiscarsi, quæ paret Austriæ gentis Archiduci: illam Istriæ, quæ serenissimæ Venetæ Reipublicæ Dominis. Parochiæ Carsimontis undecim sunt, Istriæ decem & septem, & ex his tria sunt oppida, nempe Humago, Muggia, Vinguenta: singula hæc collegiatam habent ecclesf. cum Canonicis; & Vinguentinis quidem commode est, tenuiter Muggianis, laute Humagianis. Humagi aer pestilens, & locus desertus a populo. Muggiæ populus cultior, facie elegantior est, & mercibus vehendis opportunior. Hic etiam est cœnobium Franciscanorum Conventualium. Reliquæ villæ sunt S. Oderici, Ospo, Lonca, Sdrigna, Rosso, Munch, Draguch, Bonit, Semich, Casmo, Lanischia, Verch, Sovignaco, Sdrigna, quod Blondus antiquum Strigonium D. Hieronymi natale solum esse contendit, repugnantibus aliis, cum nulla hic vestigia antiquitatis extent, sed triginta tantum rusticæ domus, & Sdrignam Dalmaticam ejus patriam fuisse asserentibus; sed nobis Laaius favet. Altera diœcesis pars Casimontis, & ditionis Archiducalis parochias duodecim habet, quæ sunt Opeherena, Tomai, Pojur, Sanozozza, Uremo, Cascana, Cruschiza, Crenovizza, Ternovo, Telsan, Brezovizza. In universum autem hæc diœcesis complectitur parochias 39. collegiatas tres. Populum Catholicum & pium habet, nisi quod hæresiæ labes, vel viciniæ vitio, vel negligentia quorundam, penes quos his postremis annis rerum summa erat, ejus aliquot angulos ditionis Archiducalis, Carnioliæque subjectos, infecit, quamquam insigni Dei beneficio factum est, ut illa civitatem Tergestinam lamberet potius extremam, quam intimam perderet. Difficile tamen est revocare à Lutheranismo homines, quorum plerique nobiles in seculo sunt, & in sui perniciem adducunt pacem Religionis quam vocant, à superioribus suis commissam, quæ sunt hanc, vel illam, quæ maxime placet, consectari. Hujus civitatis Præsulum seriem, quam modo damus, e monumentis Tergestini Episcopatus, librisque provisionum Prælat. qui in Vaticano asservantur, ex fide depromfimus.

A D D I T I O.

(„ Tergestum Civitas aliàs Carnorum, antiquissima, & usque nunc bene munita à S. Hermagora „ & Christianæ veritatis lumen, & primum urbis „ Episcopum accepisse constans fama est. Quare „ hic Præsul inter suffraganeos recensetur Aquilejensis Patriarchæ, licet Apostolicæ sedi se subditum censeat immediate, & multo jam ab hinc tempore Aquilejensis excusserit jugum, & pro re nata „ ad Nuncium Apostolicum recursus, & accessus fiat: „ suo tamen juri minime derogandum instat semper „ Aquilejensis. Nobilis, & antiqua Cathedralis S. „ Justo m. dicatur, cujus subsellia impleat Canonici duodecim, inter quos utraque præbenda desideratur. Ex his tres dignitate eminent Decanus, Archidiaconus, & Scholasticus; & Decanus „ curam habet animarum totius civitatis, quæ octo „ incolarum millibus constat. Sanctorum corpora, „ quæ in ea venerantur, sunt Ss. Justi, Servuli, „ Lazari, & Apollinaris. S. vero Sergii sacræ exuviæ non Tergesti, sed Romæ jacent. In urbe, & „ prope ejus mœnia sex virorum cœnobia, unicum „ Monialium visantur, & duodecim aliæ seculares „ Ecclesiæ. Domus pro Episcopi habitatione satis „ ampla, & nobilis parum distat ab Ecclesia. Seminarium, & mons Pietatis desunt. Diœcesis bipartita est: altera pars spectat ad Austriacos, in qua „ sunt 13. Parochiæ, Curatæ 14. filiales complures, „ ita ut omnes 266. Ecclesiarum numerum conficiant, „ & sub his animæ circiter 48480. altera ad Venetos, in qua tria oppida cum tribus Collegiatis, „ Parochiæ 5. Curatæ sex, aliæque item perplures „ Ecclesiæ, omnes n. 160. atque sub his degunt 5050. „ mortales. Episcopi census 5000. Floren. Taxa „ 300.)

I. (*„* SEVERUS (1) *Tergestinus Episcopus interfuit an. 579. Concilio Provinciali ab Helia Patriarcha Aquilejensi habito, de quo supra in Aquilejen. Illum Smaragdus Exarcha cum Severo Aquilejen. Ravennam asportavit, ubi abjurato Schismate Ecclesiæ Romanæ adhæsit.)*

II. „ FIRMINUS *apud Tergestum princeps sacrorum*

(1) Ante Severum Ireneus à Cruce statuit Tergestinum Episcopum Frugiferum, qui 9. Cal. Martii an. 546. subscripserit donationi Maximiani Ravennatis Archiepiscopi, qua Ecclesiæ B. V. in Caneto diœcesis Polensis in Istria fundos quosdam erogavit, ut ex relatione Aloysii Marcelli Polensis Episcopi an. 1658. edita refert Schonlebius in Annal. Carnioliæ par. 1. ad an. 548. At mihi tam vetustæ antiquitatis monumentum suspectum valde est, cum etiam ex eo, quod in Ravennensibus statuimus Maximianum nonnisi mense Octobri ejusdem an. 546. Ravennatem Cathedram conscendisse.

„ *rum erat anno 603. temporibus magni Gregorij. „ Hic enim in Histriæ partibus Schismaticis adhærens tandem ad cor rediit, gremiumque Catholicum. Quare Gradensis Antistes Schismaticorum „ princeps cum nullis artibus eum potuisset iterum „ ad suas partes reducere, molestiis, & seditionibus „ civium cœpit Firminum deterrere. Hinc excitatus magnus Gregorius scribit Smaragdo Exarcho, „ deprecans eum, ut sua potentia tantam injuriam „ vindicet Epist. 38. l. 11. Indict. VI.)*

III. a 679. 1 GAUDENTIUS interfuit Concilio Romano sub Agathone Papa an. 680. *a*

IV. 2 (1) TAURINUS floruit ano. 911. Hic Berengario Longobardorum Regi unice charus fuit, à quo dono accepit castellum Vermes à Parentino agro non procul distans. („ *Diploma refertur ab Irenæo à Cruce in hist. Tergest. p. 620.)*

V. 3 JOANNES Antistes fuit anno 948. (2) Cui Lotharius Cæsar Tergestæ civitatem ipsam dilargitus est, adjecto territorio per quindecim millia passuum. („ *Hanc deinde 21. Febr. an. insequentis „ Communitati cessit, ut ex documento, quod refert „ Irenæus pag. 644. Interfuit Ioannes post ann. 961. „ consecrationi Cathedralis Parentinæ, ejusque interventu an. 965. Rodoaldus Patriarcha Aquilejensis eidem Parentinæ Ecclesiæ Rubinii oppidum „ dilargitus est, ut supra vidimus in Parentinis. „ Joannis memoriam in an. 986. reticit Bucellinus in „ Germania sacra.*

VI. „ RICOLPHUS *subscriptus reperitur in Concilio Francofordiensi an. 1006.)*

VII 4 ALDOGORIUS ann. 1031. memoratur in privilegio Popponis Patriarchæ Aquilejensis. („ *Adalgerus appellatur in præfato Popponis privilegio: Adalgerius vero in instrumento, quo an. 1072. „ die 2. mensis Maij Zenoni Abbati S. Nicolai de littore Venet. S. Apollinaris Ecclesiam, & vineam „ quamdam in Tergestina diœcesi positas liberaliter „ concessit. Extat documentum apud Naldinum in „ descript. Justinop. pag. 215.*

VIII. „ HERIBERTUS *hanc regebat Ecclesiam an. „ 1082. simulque Justinopolitanam administrabat, „ cujus Cathedralis Canonicis Plebatum S. Mauri „ de villa insulæ dilargitus est per concessionis chartam, quam supra in Justinopolitanis attulimus.*]

IX. 5 DIATIMORUS, vel Diasimarus ann. 1139. („ *Anno sequenti 1140. Decembris primo interfuit „ Veronæ consecrationi Ecclesiæ S. Georgij in Canonica à Peregrino Aquilejensi Patriarcha habitæ, „ ut prologuitur lapis marmoreus veteribus litteris „ incisus in eadem Ecclesia, ut testatur Ughellus infra in Veronensibus: ac ibi Dethemarus noster Episcopus appellatur.*

X. „ NARVICCUS, *quem Artuicum, seu Artovicum vocat Bucellinus, & perperam ante Diasimarum locat circa ann. 1114. immediate præcessit „ Bernardum, ut colligitur ex diplomate Alexandri „ PP. III. Leonardo Abbati, & Fratribus Monasterii S. Georgij Venetiarum concesso, quod videre licet apud Ughellum infra in Episcopis Castellanis, „ ubi de ejusdem Monasterii Abbatibus agit.)*

XI. 6 BERNARDUS ejusdem sedis Antistes 1177. Canonicis suæ Cathedralis plurima bona dilargitus

Italia Sacra Tom. V.

A est, ut vitam honestius tolerarent. Interfuit Venetiis cum inter Fridericum I. Imp. & Alexandrum III. Pontificem icto fœdere pax coiret anno 1177. ubi vice Bernardi appellatur Guarnardus. (*Hic Justinopolitanam Ecclesiam sibi commendatam administrabat, dum esset Tergestinus Episcopus an. „ 1152. de quo vide, quæ diximus in Justinopolitanis. Sed & anno 1149. testis reperitur in diplomate Conradi Imperatoris Mosacen. Ecclesiæ concesso, & supra in Aquilejen. relato.*

„ LIUTOLDUS *an. 1188. Tergestinus Episcopus testis legitur in transactionis instrumento „ inter Abbatem Mosacen. & Adelmotam de Duvino, quod supra in Aquilejen. descripsimus.)* XII.

7 VVASCALCUS *b* ad eandem sedem fuit adlectus anno 1192. ac post duos annos à sua electione à Patriarcha Aquilejensi confirmatus, cum de jure eligendi inter Capitulum, ac Patriarcham lis fuisset composita. XIII. *b Al. Vvoscalcus.*

8 HENRICUS Ravizza, filius Theopompi XIV.
B nobilissimi civis, ad hanc sedem fuit vocatus anno 1208.

(„ GEBERARDUS *erat Tergestinus Episcopus an. 1209. quo enunciatur testis in diplomate „ Othonis Imper. Valtero Patriarchæ concesso, ut in „ Aquilejen. videre licet. Anno vero 1211. Geberardus Ep. Terg. habetur testis in decisione quadam ejusdem Valteri, seu Vuolcheri Patriarchæ „ inter Abbatem Mosacen. & Comitem Goritiæ.)* XV.

9 CONRADUS Tergestinus Episcopus obtinuit ab Imperatore omnium privilegiorum confirmationem suæ Ecclesiæ quondam indultorum 1223. Idem erga Canonicos Cathedralis munifice se gessit, cum eisdem aliquot sui Episcopatus decimas indulsisset. Decessit 1230. [„ *Conradus electus Tergest. interfuit ann. 1214. cuidam sententiæ Vuolcheri Patriarchæ Aquilejen. pro Dominis de la Fratina. Vivebat adhuc an. 1232. ut ex ejusdem nummo hoc anno cuso, de quo Clariss. vir Justus Fontaninus in suo libello* delle Masnade p. 38.) XVI.

C 10 N. Tergestinus electus, ob longam malam XVII
valetudinem pene ineptus, à Gregorio IX. an. 1233. exhortatur, ut electioni libere cedat. De quo scripsit idem Gregorius Patriarchæ Aquilejensi, ut cessionem recipiat, alterumque idoneum à Capitulo eligendum procuret, ut habetur in Reg. Vatic. Ep. 256. f. 101. An. 7. Tenor Epistolæ est hujusmodi.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili Fratri Patriarchæ Aquilejensi Salutem &c. Ex parte dilecti filij Tergestini Electi propositum coram nobis, quod eum castigans castigaverit eum Dominus, licet non tradiderit eum morti, sed indulserit inducias pœnitendi, usq; adeo tamen est infirmitate longa, & quo ad humanos sensus incurabili præpeditus, quod Ecclesiæ prælibatæ Tergest. timetur obesse potius, quam prodesse, præsertim cum ejusdem Ecclesiæ onera supportare nequeat, & eam à malefactoribus defensare. Quare idem electus per suas nobis literas supplicavit, ut cessionem suam recipi faceremus. Nos igitur ejus infirmitati debito compatien-
D *tes affectu monemus, quatenus, si præmissis veritas suffragatur, cessionem ejusdem recipias vice nostra, Capitulo Tergestino injungens, ut sibi, & eidem Ec-*

Bb 2 ele-

(1) Inter Gaudentium & Taurinum Tergestinos Episcopos intercessisse Joannem, & Fortunatum, qui deinde ad Gradensem Patriarchatum successivè translati sunt, Mauritium item, & Joannem alterum, cui anno 848. Lotharius Ludovici Pii filius civitatem ipsam Tergestum donavit, Irenæus à Cruce asserit in sua historia Tergestina. Sed de Joanne, & Fortunato cum certum sit ex urbe Tergestina ad sedem Patriarchalem Graden. evectos, nemo tamen veterum dixit eos prius patria infula fuisse redimitos. Mauritius autem cum ignoretur cujus sedis fuerit in Histria Episcopus, ego potius Æmoniensi illum addico, cum ex veteri Baptisterii fragmento habeatur Mauritius hanc quondam occupasse Cathedram, ut in Æmoniensibus diximus. Joannes denique, cui Lotharius Tergestum donavit, est ille, de quo Ughellus ad an. 948. ut mox dicemus.

(2) Lotharii donationem refert Irenæus à Cruce in hist. Tergest. p. 608. *datam VIII. Augusti anno Dom. Incar. 848. Regni verò D. Lotharii Regis XVIII. Indict. III.* ideoque eam Lothario Ludovici Pii filio attribuit, alterumque Joannem fecit, qui eodem an. 848. ante Taurinum vixerit. Sed à Lothario Hugonis filio illud diploma emissum evincit omnino subscriptio, qua se Regem appellat: aliàs Imperatorem, seu Augustum se appellasset, si illud Lotharius Ludovici Pii filius edidisset. Propterea illud diploma emanatum optime scribit Ughellus an. 948. qui erat decimus octavus regni Lotharii; licet pro Ind. VI. erronee scripserit Amanuensis III. Id etiam colligitur ex Odorici Cancellarii subscriptione, qui alia item diplomata hujus Lotharii Hugonis filii signavit ad vicem Bruninghi (*Bruninni* mendose scribitur in hoc, de quo loquimur, diplomate) ut videre est in hujus operis tom. 2. in Mutinen. p. 104. & in Regien. pag. 266. Nullius profecto momenti sunt, quæ opponit Irenæus. Et primo quidem labitur, dum alienum à veritate putat decem & octo regni annos Lothario Hugonis filio attribuere, cum revera à patre in regni consortium adscitus fuerit an. 931. à quo ejus regni Epocha sumpsit exordium. Cum autem Lotharius in diplomate asserat se eam donationem tradere, *pro amore Dei, animæque nostri patris, nostraque remedio*, argui non potest Lotharii patrem jam vita functum, & proinde eam minime factam à Lothario II. cujus pater Hugo anno 948. adhuc degebat in vivis. Nam si Lotharius testatur se donare pro remedio animæ suæ, & tamen viveret, quid obstat quin viveret etiam Hugo ejus pater, cum æque pro ejus animæ remedio se donare fateatur? Cæterum in pios usus erogationes, & sacris locis donationes fieri solitas pro alte functis, æque ac viventibus innumera edocent documenta. Neque incredibile esse potest Joannem solis tantum 6. mensibus fuisse civitatis dominum, vel ideo bonorum Ecclesiæ suæ dilapidatorem, vel pecuniæ inhiantem, eo quod urbem communitati vendiderit 500. Marchis auri an. 949. die 23. Februarii. Ut enim ejus [illegible] venditionis charta, quam refert Irenæus, ex ea satis apparet urbem à Joanne communitati divenditam ad solvendum æs alienum, quod in gerendo bello pro Ecclesiæ suæ tuendis bonis insumpserat, & ad tollendas discordias, quæ inter ipsum, suosque Canonicos, & Communitatem ortæ jam fuerant, vel suboriri potuissent.

clesiæ, de persona idonea provideat in Pastorem.

Datum Laterani 9. Kal. Decembr. Pontif. nostri anno VII.

XVIII 11 JOANNES hujus nominis II. anno 1236. Ad hunc electum scribit Gregorius IX. anno 13. die 10. Aprilis, Ep. 12. f. 273. in Reg. Vatic. Turbulentissimis temporibus gessit Pontificatum, cum inter illius temporis Principes, bella ex bellis sererentur.

XIX. 12 ODOLRICUS *a* præfuit Tergestinis 1253. Hic, cum Tergestina Ecclesia ad tenuiorem pervenisset fortunam, castellum Pastorium, à Tergestinis civibus octingentis pro pretio marchis acceptis, cum provocatorio jure divendidit, sibi tantum procudendi monetas jure, graviorumque rerum arbitrio reservato, oppignorata latifundia à suo Antecessore multa redemit. Lugdunensi Concilio interfuit, jussusque à Rotaldo Aquilejæ Patriarcha, cum triginta millibus armatorum Brixiam cinxit obsidione, eundemque Patriarcham contra Comitem Maynardum de Goritia strenue defendit.

a Hunc præterit Bucellinus.

XX 13 LEONIDAS eadem dignitate fulsit, cujus adhuc memoria extat in quibusdam procusis denariis. („ *Et hic forsan idem est cum eo, quem* Leonar„ dum *appellat Bucellinus, & præfuisse inquit* „ *an.* 1260.)

XXI. 14 ARLONGUS de Wocisperch ex Canonico à Capitulo postulatus anno 1254. Scripsit Innocentius Polensi, Petinensi, & Justinopolitano Episcopis, ut si ipsum idoneum invenirent, confirmarent. Datum Neapoli 15. Kal. Octobris ann. 12. E. 39. f. 192. Reg. Vat. At Alexander, qui paulo post Innocentio successit, cum comperisset Arlongum vinculo excommunicationis innodatum esse, illum rejecit, sequentem confirmavit. („ *Arlongi ad*„ *huc visuntur Denarii, quos ex argento cudi jussit.*)

XXII 15 GUAROERIUS *b* Canonicus Aquilejensis contra Arlongum à Capitulo eligitur, confirmatur ab Alexandro IV. anno 1255. 3. Id. Martii, ex Reg. Vatic. E. 280 f. 41.

b Hunc quoque præterit Bucellinus.

XXIII („ ANTONIUS *ex Bucellino vivebat anno* „ 1273.)

XXIV 16 ULIVINUS *c* præerat 1282. Cujus temporibus, Veneti hanc Civitatem, irrito conatu obsederunt.

c Al. Ulvinus, seu Ufuinus.

(„ OLIVERIUS *dicitur in documento, quo an.* „ 1286. 19. *Febr. eligitur arbiter ad definiendas* „ *controversias inter Joannem Dandulum Venetia*„ *rum Ducem, & Patriarcham Aquilejen. Raymun*„ *dum vertentes. Illud extat descriptum in Trivi*„ *sanco Codice.*)

XXV 17 L. *d* de Toppo hanc eandem sedem tenebat anno 1287. Hic militare magis, quam Episcopale gessit Imperium. Etenim tum domi, tum foris, Ecclesiæ sibi creditæ armatus jura defendit, ejusdemque Ecclesiæ Tergestinis civibus aliquot jura divendidit, duriori urgente necessitate, procudendi denarios tantum sibi jure reservato.

d Frissa de Toppo.

XXVI 18 HENRICUS hujus nominis II. floruit 1304.

XXVII. 19 RODULPHUS Morandinus, sive de Pedraliaous *e* de castello Rebecco, Æmonensis diœcesis, ad hanc sedem pervenit 1304. Cathedralem S. Justi instauravit, exornavitque. Episcopale palatium ad hanc, quæ modo spectatur, formam redegit. Plura oppignoratæ hujus Ecclesiæ bona redemit. Prælatuique rerum usu præcipuus, ac dignus profecto, cujus memoriam oblivio nunquam sepeliat. Excessit e vivis anno 1320 Ex cujus excessu Georgius Feltrensis Episcopus, à Joanne XXII. Pontifice jussus, hanc Ecclesiam administrandam suscepit usque ad annum 1327.

e Seu de Petrorana.

XXVIII. („ GREGORIUS *igitur, non autem Geor*„ *gius, Ordinis Prædicatorum, primum Torren*„ *sis, deinde Feltrensis, & final Bellunensis Epi*„ *scopus, hanc etiam Ecclesiam administrationis ti*„ *tulo regendam suscepit post decessum Rodulphi us*„ *que ad an.* 1327. *quo obiit.*)

XXIX 20 Fr. GUILLELMUS ex Ordine Minorum, Episcopus Sagonensis in Corsica, ad hanc Ecclesiam translatus fuit anno 1327. 5. Kal. Februarii. Fato functus 1331. sepultusque est in Ecclesia S. Francisci, ubi adhuc ejus sepulchrum spectatur.

XXX. 21 FR. PAX de Vedano Mediolanensis, ex Ordine Prædicatorum, Longobardiæ Provincialis, hanc sedem est assecutus 1331 Die 24. mensis Septembris pollicetur sacro senatui solitum subsidium. Capitulo dono dedit tertiam funeralium partem. Ad ipsum sequentem scripsit Epistolam Benedictus XII. anno 1337. quæ habetur in Regest. Vatic.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili Fratri Paci Episcopo Tergestino salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum, sicut accepimus, tu Ordinis Fratrum Prædicatorum, tunc in minori officio constitutus, Apostolica auctoritate in Provincia superioris Lombardiæ Inquisitor pravitatis hæreticæ deputatus, una cum venerabilibus fratribus nostris Aicardo Archiepiscopo Mediolanensi, qui Apostolica, & ordinaria auctoritate fungebatur, & Jordano Episcopo Bobiensi dicti ordinis tunc in minori officio constituto, & Apostolica auctoritate prædicta in dicta Provincia Inquisitore similiter deputato, ac quibusdam aliis fratribus ejusdem ordinis conquisitoribus vestris super pravitate prædicta tunc viventibus, qui dicuntur de hac luce transisse, contra damnatæ memoriæ Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano, ejusque filios, nec non adversus nonnullas singulares personas Mediolanen. Novarien. Pergamen. Cremonen. Cuman. Vercellen. & quarumdam aliarum civitatum, ac castrorum, villarum, & locorum aliarum partium vicinarum, super fautoria præfatorum Matthæi, & filiorum ejus inquisivisti communiter, & divisim, & nonnullos processus super hoc contra ipsos fecisti, & condemnationum sententias promulgasti. Cum itaque de dictis processibus, & sententiis tam per te, quam per inspectionem eorum velimus plenius informari, fraternitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus cum omnibus processibus, & sententiis supradictis, ac scripturis aliis, nec non depositionibus, & attestationibus testium super præmissis habitis, & receptis, quos, & quas per te, & alios poteris quomodolibet reperire, infra proximum futurum festum Pentecostes ad nostram studeas præsentiam personaliter te conferre, præfatis etiam Archiepiscopo, & Episcopo per alias nostras consimiles literas injungimus, ut ad nos propterea venire procurent.

Dat. Avenion. 10. Kl. Martii anno tertio.

Cæterum dum Pax hanc sedem administraret, Veneti, ejurata pace, hanc civitatem invaserunt; illeque decessit 1340. post cujus excessum, Tergestina sedes per duos annos proprio stetit viduata Pastore. Ex lib. obligat.

XXXI. 22 FRANCISCUS Amerinus adlectus fuit anno 1342. 14. Kal. Augusti à Clemente VI. cum esset Scholasticus Tullensis, & Capellanus ejusdem Pontificis, defuncto Joanne Gremone a Capitulo postulato, ex Reg. Vatic. e. 14. f. 36. ann. p. Hic in Pannonia legatione functus est nomine dicti Pontificis lib. obligat. Translatus postea fuit ad Eugubinensem Ecclesiam 1346.

XXXII. 23 LUDOVICUS della Torre Mediolanensis, in lib. obligat. vocatur Tergestinus electus 1347. *f* die 4. mensis Augusti, translatus ad Olonensem an. 1350.

f 1346.

XXXIII. 24 ANTONIUS *g* Niger, Venetus, Decanus Ecclesiæ Cretensis anno 1350. 3. Kal. Aprilis, ex Reg. Vatic. E. 155. f. 134. Hic cum populo Tergestino diuturnas lites exercuit de vectigalibus Morii oppidi, aliorumque bonorum suæ Ecclesiæ, Patriarchæ Aquilejensis ad id implorata ope, ut scilicet sibi liceret Ecclesiasticis intentatis censuris ad æquum jus adversam partem compellere. Quod interdum tanta contentione animorum factum est, ut parum abfuerit, quin iretur ad arma: sed demum per utriusque partis honorarios arbitros lis est omnis dirempta anno 1352 Hausit oculis hic Præsul Tergestinæ civitatis a Venetis illatum excidium; ipse-

g Hunc inverso ordine præponit Ludovico Bucellinus.

que


que anno 1368. 18. Kal. Februarii Archiepiscopus Cretensis est renunciatus.

XXXIV. 25 Fr. ANGELUS *a*, Clodiensis Episcopus successit 1368. die 18. Kal. Februarii anno 1380. Tergestinam civitatem Pannoniæ Rex Venetis ademit, civibusque restituit. Decessit Angelus 1383. die 12. m. Augusti.

a Hunc de Gullia dicit Bucellinus.

XXXV. 26 Fr. HENRICUS hujus nominis Bohemus, sive Moravus, de Vvildestein, ex Ordine Heremitarum S. Augustini *b* ad Ecclesiam Petenensem fuit translatus 1390. qui dum sederet, Tergestini cives Leopoldo Archiduci Austriæ sponte se dediderunt.

b Benedictinum dicit Bucellinus.



XXXVI. 27 Fr. SIMON Saltarellus, Florentinus, ex ordine S. Dominici, Magister sacri Palatii *c*, insignis Theologus, Comaclensis antea Episcopus, adhanc Ecclesiam fuit translatus à Bonifacio IX. Pontifice 1396. 2. Id. Octobris. Hunc ægris oculis Tergestini intuebantur, quippe qui maluissent civem sibi præesse, quam externum; ideoque satis contentiose ejus Episcopatus dicitur iniisse possessionem. Decessit 1408.

c Gratis dicitur S. Pal. Magister, ut adnotavimus in Comaclen.

XXXVII. 28 JOANNES Abbas S. Mariæ de Pratella, Patavinus, ex ordine D. Benedicti, à Greg. XII. Simoni Saltarello suffectus est, quem postea Alexander V. transtulit ad Ecclesiam Tripolitanam.

XXXVIII 29 Fr. NICOLAUS de Carturis, ex Ordine Minorum, Tergestinus civis, suæ patriæ adlectus Episcopus est, Alexandro V. sedente 1409. quinto Id. Augusti. Hunc ob raras animi dotes plerique suspexerunt. Fato functus est 1417.

XXXIX. 30 Fr. JACOBUS *d* Ballardius Laudensis ex ordine S. Dominici, sacri Palatii Magister e Laudensi sede ad hanc fuit translatus 1417. 4. Kal. Januarii. Interfuit Constantiensi Concilio. Anno vero 1424. transiit ad Urbinatem sedem. Ex Jacobi autem cessione, cum Federicus Romanorum Rex Capitulum compulisset, ut Nicolaum Aldergardium ejusdem civitatis civem eligeret in Episcopum, illumque Martinus V. Pontifex vitio electum censuisset, Nicolaus rediit ad vitam privatam, cum apud eum plus valuisset Pontificis auctoritas, quam Cæsaris violenter jus usurpatum.

d Jacobus Aragonius de Ballardis.

XL. 31 MARINUS de Coroninis *e* Arbensis ex Episcopo Traguriensi, factus est à Martino V. hujus sedis Antistes anno 1424. die 22. mensis Decembris; sed cum obsistentibus civibus, Cleroque, noviter electus sibi demandatam non posset adire sedem, Martinus non modo Clerum, sed populum ipsum suspendit, exilioque mulctavit intrusum, donec ex auctoritate Romani Pontificis, attributo Pastori sibi parendum esse arbitraretur. Decessit autem Marinus 1441. („ *cum Ferrariea. Synodo interfuisset* „ *an.* 1438.)

e Al. de Cornetis.

XLI. 32 NICOLAUM deinde Aldergardium, quod sanctæ Romanæ sedi paruisset, Eugenius IV. Pontifex jussit transire ad Tergestinum Episcopatum 1441. 3. Kal. Decemb. Pie, sancteque se gessit, præcipue ubi de aliena salute ageretur. Ecclesiam S. Sebastiani ædificavit, magnamq; eidem bonorum dotem dixit; cumque ad sex annos præfuisset, excessit e vivis., Post cujus excessum Federicus III. Rex Romanorum obtinuit à Romano Pontifice jus præ-

sentandi, tam sibi, quam suis successoribus ad hanc Tergestinam Sedem in Episcopum eligendum, ea tamen lege, & conditione, ut nominarent externum, quo Tergestini tranquillius degerent sub nulli obnoxio Pastore. Quibus tamen conditionibus Cæsares non stetere: scribere magis, quam accipere leges assueti. („ *Hallucinatur hic Bucellinus Marinum, quem de Coroninis diximus, semel, &* „ *iterum in hanc seriem reiiciendo.*)



33 ÆNEAS Sylvius Piccolomineus *f* Senensis secretarius Apostolicus, nominatus à Cæsare, à Nicolao V. hujus Ecclesiæ fuit electus Antistes 1447. die 5. men. Junii. Præfuit ad tres, & eo amplius annos tanta populi Tergestini gratulatione, ut civem, non externum hominem videretur excepisse. Deinde Senensis Episcopus evasit, mox & purpuram est consecutus, tum & Apostolicæ Sedi promotus est sub nomine Pii II. cum III. Calixto defuncto successisset. XLI.

f De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 998. & 999.

34 LUDOVICUS Æneæ successit, quem deinde Olorensis Sedes excepit anno 1451. XLIII

35 ANTONIUS Sapus *g* Tergestinus, creatus anno 1451. die 15. Maii. Hic vigilantissime Ecclesiam sibi commissam administravit, celebratisque sæpius diœcesanis synodis, Clerum suum ad emendatissimos instituit mores. Præfuit 37. annos, excessitque 1487. XLIV

g Goppo cognominatur à Bucellinus.

36 ACHAJUS de Selriaco Carinthius, suffectus est die 9. mensis Junii, anno 1487. (1) E vivis exemptus est 1502. XLV.

37 PETRUS Bonomus, Tergestinus, Federici, ac Maximiliani Imperatorum Secretarius, patriæ adlectus Episcopus est anno 1502. die 5. mensis Aprilis. Bonis artibus excoluerat animum, moresque emendaverat ad libellum prudentiæ. Splendide Episcopatum refecit, illiusque finibus prolatis, exornavit. Quadraginta, & septem annos Tergestinam administravit Ecclesiam, decedensque sui quam maximum reliquit desiderium. („ *Concilio* „ *Lateranen. interfuit an.* 1514. *primusque titulum* „ *Principis assecutus est; ut Bucellinus testatur.*) XLVI

38 FRANCISCUS Rizanus *h* Dalmatinus, ex Episcopo Segnensi, ad hanc Ecclesiam translatus est 1549. Paucos menses hanc administravit Ecclesiam: siquidem cum in suspicionem venisset, in exilium pulsus, confectus mœrore, vitam finivit. XLVII

h Seu Rilano.

39 ANTONIUS Paregues Castildejus *i* Hispanus ad hanc Sedem pervenit 1549. Præfuit novem annos, translatusque est ad Archiepiscopatum Calaritanum in Sardinia 1558. XLVIII.

i Castellius Bucellino.

40 JOANNES Betta Tridentinus, Abbas S. Gothardi, ad hanc Ecclesiam fuit adlectus 1560. 5. Aprilis. Protulit ætatem usque ad annum 1575. XLIX.

41 ANDREAS Rapicius civis, & Episcopus Tergestinus 1572. Vir clarissimus („ *veneno fuit* „ *sublatus.*) L.

42 HYACINTHUS Frangipanius Forojuliensis [„ *præerat anno* 1578.] LI.

43 NICOLAUS de Corret Tridentinus („ *an.* 1588.) LII.

44 JOANNES Ragarinus, *k* Goritiensis, Caroli Archiducis Austriæ præceptor, Tergestina di- LIII.

k Al. Peregrinus.

 gni-

(1) Loco hujus Achaji Bucellinus enumerat Antonium equestri familia de Sebriach Carinthium, quem floruisse inquit an. 1486. & hunc fane eundem esse censeo cum Achajo, concordante gente de Sebriacho, & natione Carinthia. Annus vero, quo sedere cœpit, nonnisi ille ab Ughello indicatus esse potuit, cum eo solum anno vacaverit hæc sedes per obitum superioris Antonii.

gnitate nobilitatus est anno 1591. Hic Pastor egregius Germanici Urbis Collegii alumnus, qui præter cœteras pastorales laudes, hanc vel maximam inde promeruit, quod Ferdinandi Archiducis spei Augustæ familiæ in Germania pene solius in tenella ætate ad omnem altitudinem excitanda, judicii, virtutisque suæ vim exercuit.

LIV. 45 URSINUS de Bertis Tsidentinus decessit 1621. („ *Claruit ab an. 1597. Bucellino est de Beathis Goritiensis.*)

LV. 46 RAYNALDUS Scalvius, a creatus die 5. Julii 1621. qui deinde translatus est ad Ecclesiam Labacensem 1631. („ *Melius 1639. die 13. Novemb. „ ex Actis.*)

a Schoellehius Ungarus Bucellino.

LVI 47 POMPEJUS Coroniens, („ *Goritiensis*) ex Episcopo Petenensi, Tergestinus evasit Episcopus 1631. Obiit 1646.

LVII. 48 ANTONIUS Mareacns, Episcnpus Petenensis, huc translatus die x. Sept. 1646.

ADDITIO.

LVIII („ FRANCISCUS *Maximilianus Vaccani demortuo Antonio successit translatus e Petinensi sede 12. Martii 1663. dignam sui memoriam posteris reliquit 1672.*

LIX. „ JACOBUS *Gorizzutus, in Goritiæ comitatu natus, ad hanc cathedram subvectus est 30. Januarii 1673. Diutius illum occupavit defunctus circa an. 1692.*

LX „ JO. FRANCISCUS *Miller, presbyter nobilis Aquilejensis diœcesis, S. Theologiæ Doctor, creatus est Tergestinus Episcopus 6. Octobris 1692. Hic cum ætate, & malo premeretur valetudine, Coadjutorem obtinuit cum spe futuræ successionis Guillelmum de Leslie, Edimburgi in Scotia natum, die 18. Decembris 1711. Episcopali Ecclesiæ Abderitanæ in partibus titulo decoratum; quo ad aliam Ecclesiam translato, Jo. Francisco novus datus est Coadjutor die 11. Maii 1718. Joseph Antonius Baro del Mestri, presbyter Aquilejensis diœcesis, S. Theologiæ Magister, & Amyclensis Episcopi titulo insignitus.*)

TRIDENTINI

EPISCOPI.



TRIDENTUM nobilissima, atque antiquissima urbs, prima porta occurrit e Germania in Italiam progressuris. Quamobrem incolæ utriusque gentis lingua utuntur, ubi commercium præbuerit occasionem. Inter montes sita est, sed in jucunda planitie. Pro murorum angustia populo frequens, nobilis, opulenta, hortisque læta est, ac elegantibus ædificiis. Tridentum dictam volunt, vel à tribus torrentibus, Terlina, Saleto, & Persio, qui secus illius muros trahunt undas, e propioribus montibus scaturientes: quorum tertius civitatem percurrens alluit, dividitque mediam. Alii ita dictam narrant à tribus jugis, quæ in modum trium digitorum extenduntur. Placet aliis, hoc

A nomen traxisse à Neptuni tridente, qui Tridentinis, olim idololatria cæcatis, fuerit pro tutelari Deo. A Gallis scribit Trogus suam duxisse originem, cum Veronam aliasque vicinas conderent civitates. Ab antiquis Hetruscis alii, à Rheto nonnulli, Alpinarum gentium Duce. Qui propiores vero sunt, dicunt, Cænomanos Gallos illam prolatis finibus instaurasse. Cum Romanis eandem olim fortunam tulit, quorum cum Majestas, armaque exolevissent, à Theodorico Gothorum Rege domita est, atque excisa; sed cum ex amœnitate soli, illum pœnituisset excidii, à circumvicinis populis iterum reædificandam curavit anno 415. ut Platina in vita Gelasii, Janusque Pyrrhus Pincius de Tridentinæ civitatis origine scribunt. Gothis Longobardi, effera gens, successere, quos iterum Romani Cæsares exegerunt, à quibus denique Romanorum jurisdictio cessit, atque ab iis in proprios Tridentinos Præsules, tam in divinis, quam in humanis est derivata: cujus civitatis Præsules,

B Proceres Imperii sunt appellati, ornatique quammaximis privilegiis. Primum etenim Wincislaus Imperator illam Gregorio XI. dono dedit (1): inde vero, cur, quave occasione ad Tridentinos Præsules cœperit pertinere, non mihi constat. Cæterum illius meminerunt Strabo in 5. lib. Plinius in lib. 3. c. 19. rejicitque hos populos in decima Regione Italiæ, Livius, Leander, Volaterranus, recentiorum autem quamplures. Sancto (2) Hermagora S. Marci alumno prædicante, Evangelio Christi assensa est circa annum 40. nostræ salutis, qui Jovinum discipulum suum eidem civitati Pastorem attribuit, eo Christianæ fidei fundamento munito, cui successores tuto possent fastigium, non facile dejiciendum imponere. Et certe huic Ecclesiæ maximo decori ascribitur, Pontificem habere Præsulem, qui utraque potestate succinctus illam administret, & regat, Cleroque adhuc illibatum jus esse, sibi Præsulem eligendi, quem deinde Pontificia potestas stabiliendum suscipiat. De Episco-

C pis, qui aliquando hanc sedem tenuerunt, scripsit supramemoratus Janus Pyrrhus Pincius, deque Tridentinis Ducibus, ejusdemque Civitatis origine, ac magnitudine lib 6. Cathedrale Templum S. Vigilio Episcopo Tridentinorum Divo Tutelari dedicatum est, priscæ, nobilisque architecturæ. Extantque in eadem civitate plures aliæ visendæ ecclesiæ, in quibus S. Maria eminet, marmorum diversicoloris incrustatura spectabilis, in qua Tridentinum Concilium, tanto Christianæ Reipublicæ commodo, celebratum fuit. Series Tridentinorum Præsulum, qui Aquilejensi Patriarchæ suffragantur, sequens est, quæ à primo usque ad hæc nostra tempora propemodum non interrupta decurrit.

ADDITIO.

„ *Tridentina Civitas si aliis monumentis clara non foret, celebris satis evasisset ob acceptam primo æræ Christianæ sæculo Christianam Fidem; in ore siquidem est omni populo B. Hermagoram D. Marci*

D „ *discipulum anno à Christo nato 73. Tridentinos ad Fidem Catholicam convertisse, at merito proinde hunc Ecclesia Tridentina suum agnoscit fundatorem. Diœcesim autem Ecclesia hæc habet amplissimam: porrigitur enim in longitudinem 90. milliarium Italicorum, in latitudine 80. circiter habens; ab Oriente Feltrensis & Vicentinus, à meridie Veronensis, ab Occidente Brixianus, à Septentrione Brixinensis & Curiensis Episcopatus eidem finitimi sunt. In hac Diœcesi præter Urbem Tridentinam aliæ sitæ sunt Urbes Episcopo in spiritualibus subditæ. Bulsanum Civitas mercatu nobilis, Roborettum, Rippa ad Benacum etiam in temporalibus Episcopo ut Principi pareat, & Arci Civitas Comitibus hujus nominis subdita. Regio*

(1) Fabulosa est hæc Vvencerlai donatio, nullius idonei scriptoris auctoritate nixa. Diu enim ante Vvenceslaum Tridentini Antistites ejus urbis, & ditionis domini fuerunt. *Gentilottus.*

(2) In choro templi Cathedralis extant inscriptiones hujusmodi: *B. Hermagoras post B. Marcum Aquilejensis Patriarcha effectus optimis operibus, & miraculis clarus martyrio coronatur. . . . . S. Fortunatus B. Hermagoræ discipulus, & ab eodem sibi successor destinatus martyrii corona decoratur.* Gentilottus.

A „gio tota licet montibus, vallibusque constans Castellis, pagisque frequens admodum est, numeranturque in ea circiter centum & octuaginta millia animarum. Templum Cathedrale, quod in media Urbe Tridentina assurgit, vastæ molis ædificium est, totumque quadrato lapide constans, quatuordecim columnis innititur; in amplam autem hanc, quæ visitur, formam ædificatum est ab Episcopo Friderico de Vanga. Latus tamen meridionale templi extructum fuit sumptu Gulielmi de Castrobarco. Huic templo Episcopus & Princeps Franciscus de Albertis elegantissimum & magni sumptus Sacellum adjecit, in quo Christi Crucifixi simulacrum, ad cujus pedes in hac Cathedrali Ecclesia Canones & decreta Concilii Tridentini publicata & jurata fuerunt, venerationi expositum est. Asservantur hac in Ecclesia plures insignes reliquiæ, videlicet portiuncula S. Crucis, Spina & Corona Jesu Christi, digiti duo Ss. Philippi & Jacobi Apostolorum, pes D. Hieronymi, costa S. B Joannis Eleemosynarii, de ossibus S. Blasii, S. Bartholomæi, S. Catherinæ V. & mart. dens S. Apolloniæ, de collo S. Romedii, caput unius ex Ss. Innocentibus, corpora Ss. Vigilii Episcopi & martyris Tridentini, Claudiani & Magoriani fratrum, nec non Maxentiæ matris eorumdem, item Ss. Martyrii, Sisinii, & Alexandri martyrum, & B. Adelpreti Episcopi Tridentini & martyris ab Azzone de Castrobarco lancea transfixi, aliaque. Episcopus Tridentinus indubie suffraganeus est Aquilejensis Patriarchæ, unde corrigendi sunt Sprenger. Inst. Jur. publici lib. 3. cap. n. & BecKeri Synops. Jur. publici lib. 3. cap. 3. cum aliis, qui eum suffraganeum Salisburgensem asserunt. Fruitur verò nedum titulo, sed & jurisdictione Principis in ipsa Civitate, ejusq. districtu, quam Prætuream nominant, aliisq. Oppidis, Castris, & Pagis Imperiali munificentia diversis temporibus Ecclesiæ Tridentinæ donatis; unde Tridentinus Episcopus tanquam Imperii Romano-Germanici C membrum ac Status imperialibus Comitiis intervenit, voto & sessione gaudens. Non tamen in omnes sibi subditos immediatam jurisdictionem exercet, cum nonnulla Oppida, Castra, & Pagi aliis fuerint in feudum concessa, ut proinde Ecclesia Tridentina plurimos nobilissimosq. Vassallos numeret, & inter eos ipsum Augustissimum Cæsarem tanquam Tyrolis Comitem, & ante hac Mantuæ Duces, qui beneficiario jure oppidum Castellarii ab Ecclesia Tridentina recognoscebant. Superioribus sæculis Episcopi Tridentini aliis quoq. titulis usi sunt, videlicet Ducis, Marchionis, & Comitis, prout in pluribus diplomatibus videre est, at nunc se tantum Episcopos & Principes Tridenti appellant, residentque in Castro dicto Boni Consilii magnifice, & regio planè sumptu extructo, tamque amplo, ut in eodem diversis temporibus Episcopi Tridentini hospitio exceperint Imperatores, Reges, aliosque viros Principes Tridento transeuntes. Eligitur autem Episcopus juxta anti- D quam consuetudinem & concordata nationis Germanicæ à Capitulo, quod olim 24. nunc vero 18. tantum Canonicis constat, numero sic diminuto ob Præbendarum tenuitatem. Horum autem Canonicorum XII. juxta Pauli Pp. III. indultum Germani, & temporali jurisdictioni Episcopi, aut ditioni Austriacæ immediate subjecti, & vel nobilibus parentibus nati, vel in Theologia aut jure Canonico graduati: reliqui vero sex Itali jurisdictioni temporali Episcopi immediatè subditi, & horum tres in Theologia aut Jure Canonico graduati, cæteri autem ex honestis parentibus nati esse debent. Prima in Capitulo dignitas est Decanatus, altera Præpositura, quæ Jurispatronatus Austriaci est, tertia Archidiaconatus. Est quidem & officium Scholastriæ, sed nulla Theologalis, nulla pœnitentialis Præbenda. Beneficiati in Ecclesia Cathedrali sunt 30. circiter, qui Choro quotidie interessentes divinæ Psalmodiæ incumbunt

A ea frequentia, & diligentia, ut illam etiam durante nupera Urbis obsidione nunquam intermiserint. Hæc vero beneficia demptis iis, quæ juris patronatus sunt, conferuntur à Capitulo ex indulto Leonis Pp. X. Intra Urbis Tridentinæ Mœnia præter Cathedrale Templum tres aliæ sunt Parochiales Ecclesiæ; una videlicet S. Mariæ Majoris nuncupata, alia Divis Petro & Paulo Apostolis; tertia S. Mariæ Magdalenæ sacra, & harum duæ priores una cum Cathedrali unitæ sunt Capitulo, quod proinde curam animarum per Vicarios gerit. Ecclesia Parochialis S. Mariæ Majoris ampla satis & venusta, renovata, & à fundamentis ædificata fuit à Bernardo Clesio Episcopo Tridenti & S.R.E Cardinali, in qua celebratum fuit œcumenicum Concilium Tridentinum. Parochialis vero Ss. Petri & Pauli ampla pariter, sed antiquioris structuræ in præsentem formam redacta fuit ab Episcopo Joanne Hinderbach. Huic adjacet elegantis structuræ capella in honorem D. Simonis Inno- B centis & Martyris Tridentini ædificata, in qua etiam corpus ejusdem Sancti incorruptum adhuc servatur. Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ à Cardinali Carolo Madrusio Ecclesiæ Tridentinæ Episcopo Patribus Congregationis Somaschæ ab eodem in Urbe introductis sub initium superioris sæculi, concessa fuit una cum seminario, in quo 18. aluntur alumni, quorum XII. Episcopus seligit, reliquorum vero sex nominatio ad hæredes Baronis Bartholomæi Pezzeni spectat. Hi cum nonnullis aliis, qui se dictis Patribus in disciplinam tradunt, humanioribus litteris ab iisdem imbuuntur, licet minus frequentes sint ipsorum Scholæ confluentibus passim omnibus ad PP. Societatis JESU, qui pariter superiori seculo certis pactionibus initis inter P. Gosvinum Nichel, ejusdem societatis Præpositum Generalem, & Consules civitatis Tridentinæ admissi, prius Gymnasium, dein Collegium, ac postmodum amplum, elegantis structuræ, & marmoribus dives Templum S. Francisco Xaverio C dicatum ædificarunt. Præter hos vero religiosos ordines alii sunt Virorum, Sanctimonialiumq. tam intra, quam extra Urbis mœnia Conventus & Monasteria; & quidem intra Urbem reperitur Ordo Eremitarum S. Augustini, qui postquam per medium circiter sæculum habitassent in pago Barbaniga aliquot mille passibus ab Urbe dissito, tandem anno 1271. ab Egnone sive Egnomo Tridentino Episcopo in Urbem acciti fuerunt, ubi Templum Evangelistæ Marco dicatum amplum satis instructumque & commodum Conventum habent. Extra Urbem ultra pontem Athesis extat Conventus PP. Dominicanorum seu Prædicatorum, qui vivente etiamnum B. Jordano secundo illius Ordinis Generali in urbem admissi haud procul ab Ecclesia Parochiali S. Mariæ Majoris habitarunt, dein illis templum D. Laurentio sacrum, ubi antea fuerat Monasterium PP. Benedictinorum, fuit concessum. Tres sunt Conventus Fratrum Ordinis S. Francisci, unus videlicet Minoritarum, seu D Conventualium, qui peraatiquus dicitur, & quidem sub initium nascentis Franciscanæ religionis extructus. Alius Capuccinorum, quibus anno 1598. Ludovicus Cardinalis Madrusius Episcopus Tridentinus templum S. Crucis, quod à Salomone Episcopo Tridentino extructum, & ab eodem ordini Cruciferorum fratrum assignatum, donavit. Tertius vero est PP. Reformatorum, qui antea Conventum S. Bernardini nuncupatum, antiquum satis, nempe circa annum Christi 1439. extructum, & à Patribus dictis de observantia prius habitatum, non ita procul ab Urbe habuerunt, ubi aliquamdiu S. Bernardinus Senensis, commoratus est, & in eo Guardiani munere functus est B. Bernardinus à Feltrio, quo etiam vivente reformatio introducta fuit; sed superioribus annis ob torrentis Fersinæ Conventum illum præterlabentis irruptiones, in proximum montem secesserunt, ibique templum Conventumque satis amplum extruxerunt,

runt, quem non solum aeris salubritas, sed & amœnus in subjectam planitiem & circumsitos vitiferos colles prospectus commendat. Asperitatem montis strata eleganter via arboribus consita, & interjectis Dominicæ passionis imaginibus ornata adeo lenivit, ut frequens quocumq. tempore sit nobilium virorum, matronarumq. ad hoc templum accessus. In alia parte montis, sed ab Urbe remotior situs est Conventus PP. Carmelitarum Discalceatorum, fundatus superiori sæculo à Comite Matthia Galasso Cæsareorum exercituum Imperatore, familia cujus antiquissima inter Urbis patricias numeratur, atq. ex ea anno 1235. Aldrigettum in Episcopum & Principem Tridenti electum memorant annales. Novissimi omnium, anno videlicet bujus sæculi X. admissi fuerunt PP. Oratorii S. Philippi Nerii, qui tenuibus quidem incrementis, sed non levi animarum fructu conviventes nondum proprium templum nacti sunt. Montalium monasteria duo sunt, unum intra urbem quod dicitur Ss. Trinitatis, quod fundatorem agnoscit Antonium à Prato virum Teidenti Patricium, de quo sequens legitur inscriptio.

Antonius de Prato quàm nobilitate Generis, & scientia Legali, tam pietate Christiana insignis anno Domini MDXXV. hanc ædem, & hoc Sacrarum Virginum monasterium erexit, domo in qua Cœlebs, sanćteq. vixerat ad huoc usum conversa, idq. de sua pecunia dotavit. Postea Joannes Baptista de Prato mansurum facti eximii documentum Fratri benemerenti P. anno Domioi MDXXVIII.

In hoc deguns 40. circiter Virgines sub eegula S. Francisci. Aliud Monasterium Clarissarum extra Urbem longe antiquius est; namque anno 1229. die x. Septembris in Ecclesiæ possessionem à Rudolpho Archidiacono jussu Gerardi Episcopi inductus fuit Fr. Pacificus Ordinis Minorum nomine Palmeriæ Abbatissæ, & sororum religiosarum: in hoc paritee 40. circiter Virgines degunt. Utrumq. autem Monasterium proprium habet templum, quamvis non adeo amplum, eleganter tamen ornatum. In urbe etiam Tertiariæ S. Dominici, quas Przocheras vocant, domum habent, sed sine clausura, cum oratorio publico ante annum circiter aperto. Extat & alia domus aliquot orphanarum puellarum educationi destinata, cui adjacet proprium templum, quod modo restauratur, cum antea vetustate fatisceret. Bina sunt in urbe Hospitalia, unum quod dicitue Italicum, & Domus Dei, ubi & Confraternitas Laicorum Flagellantium, de cujus fundatione talis extat inscriptio.

Hæc est Domus Battutorum Laicorum Civitatis Tridenti, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, incepta, & ædificata ad honorem Dei, & Virginis Mariæ ac Ven. P. D.D. Nicolai Dei gratia Episc. Tridentini per Bonaverium de Belenzanis prædictorum fratrum Tridenti ministrum sub anno Dom. 1340. die 15. Januarii.

Templum habet seu potius Oratorium vetus, & commodum magis quam elegans. Aliud Hospitale dicitur Alemanaorum, & ab alio Laicorum Sodalitio exordium sumpsit anno 1278. Oeatorium pariter proprium habet, sed angustum. Peæter memoratas sunt & aliæ in Urbe sodalitates Laicorum propria oratoria habentes, videlicet B. M. Virginis de Monte Carmelo, cujus templum elegantis sleucturæ & marmoribus ornatum ante paucos annos incboatum, nondum tamen absolutum; Mortis sub invocatione B. M. V. Lauretanæ, ubi Oratorium non inelegans; Annunciationis B. M. V. cujus pariter Oratorium noviter extructum, venustumq. est; Suffragii, quæ licet omnium novissima cæteras numero Confratrum antecedit. Huic concessa fuit antiqua & parva Ecclesia S. Annæ dicata, & Ecclesiæ Ss. Petri, & Pauli proxima. Aliæ Confraternitates aliis in Ecclesiis erectæ reperiuntur plures: videlicet in Cathedrali Ss. Sacramenti, S. Crucis, Septem dolorum B. M. V. Doćtrinæ Christianæ; in Ecclesia S. Mariæ Majoris Oratorii S. Philippi Nerii: in Parochiali Ss. Petri & Pauli S. Simoois Innocentis Martyris Tridentini; in Parochiali S. Mariæ Magdalenæ S. Angeli Custodis; in templo Augustinianorum, Cinćturatorum; in Ecclesia S. Laurentii Dominicanorum, Rosarii: in Ecclesia Conventualium, Conceptionis B. M. V. Cordigerorum, & Sanćti Antonii de Padua; aliaque. Ultra recensita visuntur in Urbe alia etiam templa, & Oratoria, nempe illud D. Margheritæ ædibus Præpositura adnexum, Sanćti Benedićti, & S. Martini in suburbio ad portam Septentrionalem Civitatis, quæ duo sola vetustate clara sunt, S. Elisabethæ, ubi antehac Commenda erat Equitum Teutonicorum, sed postea una cum ædibus emptionis titulo translatum in PP. Theatinos, qui hactenus irrito conatu admissionem tentarunt. Hanc Ecclesiam modo frequentant plures nobiles viri tertio ordini Sanćti Francisci adscripti, qui sub direćtione PP. Reformatorum sui ordinis exercitia exemplariter peragunt. In ædibus nob. familiæ à Campo extat oratorium publicum D. Simoni Martyri dicatum eo ipso in loco, ubi anno 1475. Divus iste à perfidis Judæis fuit martyrio affećtus. In Palatio olim Fuggeriano, nunc Comitum de Thun, est aliud publicum oratorium S. Sfinii, elegans admodum & ornatum. Habet quoque Civitas ista Montem pietatis in levamen indigentium, cujus administratio penes sæculares est. Universim autem præter descriptas Parochiales Ecclesias, quæ in Urbe reperiuntur, habet hæc Diœcesis septuaginta seu circiter alias Parochiales, quarum fere quælibet unam pluresque filiales curatas habet, tamque frequentes in ea sunt Ecclesiæ, ut pauci numerentur pagi, in quibus una tantum eeperiatur. Inter Parochiales vero memoratu digna est Arcensis, quæ Authoritate, ni fallor, Martini PP. V. in Collegiatam erećta à tribus Canonicis præter Archipresbyterum regitur. Bulsanenses quoque Ecclesię suæ jura Collegiatæ paucos ante annos à regnante Tridentino Episcopo procurare studuerunt, quod Pontificiæ sedi non adeo placuit, ut probaret. Regularium etiam Monasteeia per Diœcesim plura reperiuntur, & inter hæc duo sunt Canonicorum Regularium S. Augustini, unum in pago S. Michaelis ad Athesim, alterum in Gries: utrique præsunt Prælati per ipsorum Capitula elećti, usum pontificalium habentes, Episcopo tamen subditi. Carmelitæ Calceati unum habent Roboretti cum Grangia in Valle Judicariarum. Ordo Prædicatorum præter Tridentinum, alium habet Conventum Bulsani. PP. Conventuales duos unum Rippæ, Brancolini alium. Congregatio Eremitarum B. Petri de Pisis unum habet Rippæ. Cælestinorum Congregatio Grangiam tantum in planitie Sarcæ. Capuccini plures quoque Conventus numerant. Sed longe numerosiores sunt Patres Reformati, qui intra bujus Diœcesis limites novem Conventus habent, videlicet Teidenti, Arci, Roboretti, Bulsani, Clesii, in Judicaria, Cavalesii, Medii S. Petri, & Caldarii. Quorum quidem duo nempe Bulsanensis & Caldariensis ad Provinciam Tyrolensem D. Leopoldi pertinent, ex aliis vero additis Perginensi & Burgensi in Valle Ausugii Feltrensis Diœcesis una cum duobus Monasteriis Monialium, uno pariter Burgi, altero Roboretti, conflata fuit superiori sæculo Provincia D. Vigilii. Sunt & alia Monialium Monasteria in aliis Diœcesis locis, nempe unum Arci, alium Bulsani, tertium Bagolini.

Census bujus Episcopatus olim pinguissimus ad 30000. Scut. ascendebat, ejusque taxa erat fl. 3000. Nunc, cum redditus sint valde imminuti, etiam taxa ad beneplacitum Sanćtiss. lenior prescribitur.)

I. 1 IOVINUS primus hujus civitatis Episcopus anuo 40. conditæ salutis. A

II. 2 ABUNDANTIUS.

III. 3 CLAUDIUS. [„ *Seu Claudinus.*]

IV. 4 MAGNOSIUS, sive Magosius. („ *Aliis „ Mogoraaas, & Major.*)

V. 5 ASPIDIUS.

VI. 6 LAMBUCCIUS. („ *Seu, ut Bucellino placet, Sambutias.*)

VII. 7 VALENTINUS.

VIII. 8 GENIALIS.

IX. 9 FELIX. („ *Seu Fidelis.*)

X. 10 VALERIUS.

XI. 11 GUARINUS. („ *Aliis Guarianus.*)

XII. 12 MAGRONINUS. [„ *Seu Majoranus.*]

XIII. 13 THEODORUS.

XIV. 14 PROBUS.

XV. 15 MONTANUS.

Hos omnes hactenus commemoratos, non desuot, qui dicant digoitate haud fuisse Episcnpos, sed ex inilicitudine, studioque alienæ salutis, animarum curatores. B Cæterum quid prohibet, quin dicantur etiam Episcopi, tametsi non habuerint certas sedes, fuerintque ærumooso labore jactati, desævientibus tyrannis, quando vigilantior cura, laborqoe videntur Episcopum facere, non sedes ornatior, ac redditus pinguiores?

XVI. 16 CYRIACUS.

XVII. 17 ASTERIUS.

XVIII (,, ABUNDANTIUS, *qui interfuit Concilio „ Aquilejensi contra Palladium, & Secundianum hæ„ reticos habito an. Ch.* 381. *apud Labb. t. 2. pag. 978. „ lit. E.* Gentilottus.]

XIX 18 S. VIGILIUS *a* patria Romanus Episcopus, atque Protector Tridentinorum, cum ex Tridento fuisset conatus idololatriam eliminari, lapidibus obrutus, sumpsit palmam Martyrii die 26. mensis Junii, circa annum Domini 400. in primo Stilicosnis Consulatu (1), quem ejus alumni sepelierunt in templo Divis Gervasio & Protasio ab ipso dicato, cui postea de nomine S. Vigilii cognomen adhæsit. C Cæterum Vigilius olim Martyr futurus, suorum collegarum Martyrum Alexandri, Sisinii, & Martyrii acta perscripsit, & libellum edidit de Martyribus ad Simplicianum Episcopum Mediolanensem, ut testatur Gennadius de Vir. Illustr. c. 33. (2) („ & *Epistolam ad Joannem, quem a„ lium à Chrysostomo esse non posse temporis ratio „ probat, ex Vat. Bibliot. editam in Majo Bollandia„ no, & in Ruinarti Martyrum Actis.* Gentilottus.] Ad hunc Vigilium S. Ambrosius scripsit de institutione Episcopi. Nonnulli reperti sunt, qui tractatum illum celebrem contra Eutychetem hæreticum huic nostro Vigilio attribuerent, quos toto cœlo errare ostendit Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrol. Roman. Constat enim multo post quam Tridentinus Vigilius coronaretur martyrio, hæresim suam fœde disseminasse, contra quem strinxit stylum alter Vigilius, qui temporum imperitis præbuit occasionem errandi.

a De eo Acta SS. Junii tom. V. p. 163.

D („ *Tumulo marmoreo, in quo S. Vigilii ossa Fri„ dericus Episcopus, ut tradunt, condidit, inscul„ pti sunt versiculi hujusmodi.*

† Suspicit. Adlethas Animas. Dño. Dare Laetas.
In virtute Crucis. erit. Idola. Preco. Saluris.
† Pro Fidei zelo Moriens Fruitur modo Celo.
† Ad Patris exequias. Curruot PP†I. Veoerao·
das

Obsequio. Turbe. Propria sepelitur in Urbe.
„ *Gentilottus.*)

19 AGIPPUS *b* Vigilio successit circa annum Domini 401. pieque hanc fertur administrasse Ecclesiam. XX.

a Regippus ex Bucellino.

20 QUARTINUS. XXI

21 PEREGRINUS. XXII.

22 GRATIOSUS. XXIII

23 THEODORUS. XXIV

24 AGNELLUS (3) vixit temporibus („ *Pe„ lagii II. &*) Gregorii Papæ, cujus meminit Paolus Diaconus lib. 3. c. 27. Longob. rerum. Hic anno 586. cum aliis Istriæ Episcopis, abstinuit à communicatinne Concilii Severi Patriarchæ Aquilejensis. In Galliam hunc Legatum misit Agilulphus Longobardorum Rex, ut de redimendis captivis ageret, qui ex agro Tridentino sub Autharn Rege deducti fuerant. Paucos ex multis ex Brunechildis Gallorum Reginæ liberalitate in patriam reduxit. XXV.

25 VERECUNDUS an. 603. XXVI.

26 MANASSES, hujus nominis primus. XXVII

27 VITALIS primus. XXIIX

28 STABLISSIANUS. XXIX

29 DOMINICUS, sive *Dumpruccus.* XXX.

30 RUSTICUS. XXXI.

31 ROMANUS. XXXII

32 VITALIS II. XXXIII.

33 CORRENTIANUS. XXXIV.

34 SILETIO. („ *seu Sisrdicio.*) XXXV.

35 JOANNES primus. XXXVI.

36 MAXIMUS. Hujus sepulchrum, temporibus Joannis Hinderbech Tridentini Episcopi repertum fuit in ecclesia S. Joannis in valle Naurea sub altari cum hac inscriptione. XXXVII.

Bonæ memoriæ, & perpetuæ securitatis
beat quiescuat Reliquiæ Maximini,

37 MAUMONUS, sive Mamo. XXXIIX.

38 MARIANUS. XXXIX.

39 DOMINATOR, XL

40 URSUS. XLI.

41 CLEMENTIANUS. C XLII.

42 AMATOR. XLIII.

43 HILDEGARIUS anno 802 *. Hic S. Vigilii altare restauravit, ideoque sanctorum Martyrum Reliquias honorifice condidit. XLIV.

* Ex Catalogo eodem tom. 5.

[„ VOLDERICUS, *seu Ovalderi cus Tride„ tinus Episcopus an.* 814. *interfuit cum Maxentio „ Patriarcha Aquilejensi consecrationi Ecclesiæ S. „ Georgii Veronensis, ut prodit infra relatum ab „ Ughello in Veronensibus documentum.*) XLV

44 DANIEL. XLVI

45 HENPERTUS. XLVII.

46 HOLDESCALCUS vel Hydelscalcus Episc. Tridentinus, vinearum Episcopi Fruxioensis apud Pisontium Coloniam Bojorum ad Isaci & Athesis confluentes amnes occupator an. 855. apud Regem Ludovicum ab Annone Episcopo Fruxinensi accusatus, ad judicium provocatus in publico Bojorum Conventu Aibilieng. cognita causa, Judices vineas Fruxinensi templo addixere, non sine Hydelscalchi pudore. D Videndus Hund. in Metropol. Saltaburg. („ & *Aventinus lib. IV. ex quo „ hæc Hundius pene ad verbum exscripsit.*) Hydelscalchi item mentio an. 864. apud Jonam. XLVIII.

47 ALDEGISIUS anno 874. Hujus temporibus ex jussu Joannis VIII. lis, quæ inter ipsum & Adelardum Veronensem Episcopum vertebat, aliquando tandem dirempta est an. 881. XLIX

Ex-

(1) Si in primo Stiliconis Consulatu, tunc non circa an. *Dom.* 400. Sed ipsoanno quadringentesimo occubuisset. Sed ea de re non convenit inter Chronologos. *Gentilottus.*

(2) Georgius Cardosus in Hagiologio Lusitano duos Tridenti Vigilios comminiscitur, Episcopos ambos; quorum posterior, Confessor dumtaxat, libros prædictos scripserit. Sed istos Tridentini non agnoscunt. Quod autem prior ex fide PseudoDexteri una cum matre, & fratribus ex Lusitania processisse dicatur, Caurie Vettonum natus, [illegible] quam refutari meretur, ideoque vix attingere obiter dignatus Henschenius fuit ad 30. Aprilis. Interim figmentum [illegible] & reversat Tamayus in Martiro, atque Aprili, affert [illegible] adeo securus in Junio, ut ulteriori putet probatione non egere tam certam ipsi veritatem: qui tamen alibi sæpè attendit, non omnia sola Dextero illi credere: quod multo etiam liberius facit Cardosus, quando Dexter ille in rem suam non facit. *Papebr.* [illegible] *Actis SS. Junii tom. 5. p.* 164.

(3) Sensit Agnellus cum schismaticis [illegible] trium Capitulorum, & interfuit, ac subscripsit synodo apud Gradum habitæ an. 579. mense Novembri, ut patet ex [illegible] quas ex Codice Bibliotheca Barberinæ supplevit Noris dissert. de synodo V. c. 8. §. 4. Item interfuit synodo apud Maranum, ubi Severus Patriarcha Aquilejensis à [illegible] Episcopis in communionem pristini schismatis receptus fuit. Subscripsit denique suggestioni ad Mauritium. Obscure admodum hic loquitur Ughellus, videturque eodem errore captus, quo Paulus Diaconus, qui schismaticos facit, qui tria Capitula damnabant; cum contra schismatici tum fuerint omnes, qui non solum Joanni Ravennati communicare, ut fecerat Severus, sed & Romano Pontifici parere, & damnationem trium Capitulorum admittere nolebant, in quibus fuit Agnellus, cujus nomen in Ughelli Patriarchis Aquilejen. male expressum est; ibi enim legitur *Angelus.* Gentilottus.

[,, *Extat Joannis VIII. Pontificis Epistolu, quæ* A
,, *in collectione Concil. est CXIV. in qua Pontifex*
,, *Adelchisiam reprehendit, quod contempto præce-*
,, *dentium patrum judicio, cui ipse interfuerat, res*
,, *quasdam, idest* Villam Asianam, *at ex fine Epi-*
,, *stolæ cluret, ad Ecclesiam Veronensem pertinen-*
,, *tes iuvaserit: causam quibusdam Episcopis se*
,, *commisisse significat, & monet, ut rorum sententiæ*
,, *acquiescat.* Gentilottus. *Errat Oldoinus in Cia-*
,, *conio in Joannis vita, cum dicit litem compositam*
,, *à Jo. Papu vice Veronensi fuisse cum Viennensi.)*

L. 48 THEODOBERTUS.
LI. 49 GISULPHUS.
LII. 50 BARTOLDUS.
LIII. 51 JACOBUS.
LIV. 52 CONRADUS I.
LV. 53 JOANNES II.
LVI. 54 BERNARDUS I. Hic, vel alius hujus nominis memoratur in testamento Notherii Episcopi Veronensis an. 928.

LVII. 55 MANASSES hujus nominis II. anno 947. B
Hunc, Arderico Mediolanensi Archiepiscopo demortuo, Hugo Italiæ Rex in Mediolanensem sedem intrusit. De quo ibidem.

(,, *De Manasse videndus Luitprandas Ticin. lib.*
,, *IV. c. 3. & lib. 5. c. 12. & P. Summarthani novissima*
,, *Gallia Christiana tom. 1. p. 548.* Gentilottus.]

LVIII 56 LANTRAMINUS, gentis Lantraminæ alumnus.

LIX. 57 ARNOLDUS interfuit Synodo Ravennatensi an. 967. subscripsitque literis Joannis 13. apud Hund. hist. Saltzburg.

(,, *Tom. 1. p. 52. in append. diplomatum ad Chron.*
,, *Reichensperg. & in collect. Concil. ubi semper vo-*
,, *catur* Arnaldus. *Ad hunc Episcopum referendam*
,, *puto Epistolam Rudaldi, vel Rodoaldi Patriar-*
,, *chæ Aquilejensis ad Episcopum Papiensem, quæ*
,, *extat in Mabillon. Mus. Ital. t. 1. par. 2. p. 240. 241.*
,, Gentilottus.)

LX [,, ARIMUNDUS *Episcopas Tridentinus*
,, *erat an. 971. quo in Monasterio S. Mariæ de Organo* C
,, *cum Patriarcha Aquilejensi Rodaldo sedit judex,*
,, *dam Anno, & Martinus cam Ss. Faustini, & Jo-*
,, *vitæ presbyteris lite certarent. Documentum le-*
,, *gitur apud Muratorium in Antiquit. Estens. t. 1. p.*
,, 152.)

LXI. 58 RAYNALDUS (,, *Al. Ruinsurdus.*)
LXII. 59 ULDARICUS I.
LXIII 60 ULDARICUS II. anno 1022. Hic singularis pietatis Præsul fuit, qui præfuit ad multos annos. Reparavit ecclesiam S. Vigilii à fundamentis, sub confessionem statuit illius corpus, eidemque Sancto posuit Majus altare anno 1027. Quo etiam anno Conradus Imp. Ulderico Tridentinum Comitatum dono dedit, ac obtulit ex Hundio in Metrop. Insecutoque anno, Vallem cognomento Venustam, cum aliis pluribus bonis, privilegiisque, tam in sui, quam suorum successorum favorem.

(,, *Conradi diplomatu ex authenticis copialibus*
,, *descripta hic referre non pigeat. Porro donatio Tri-* D
,, *dentini Comitatus hisce verbis est concepta.*

,, In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.
,, Chunradus Dei gratia Roman. Imperator Augu-
,, stus. Si Ecclesias Dei tribulationibus, & mise-
,, riis oppressas, aliquo nobis à Deo concesso dono
,, ditamus, non solum hoc nobis ad præsentis vitæ
,, subsidium, verum etiam ad æternæ gaudium ca-
,, pescendæ prodesse minime dubitamus. Quapro-
,, pter notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fi-
,, delibus & nostris, qualiter nos per Instrumentum
,, dilectæ conjugis nostræ, videlicet Imperatricis,
,, & Henrici nostri dilecti filij Comitatum Tri-
,, dentinum, cum omnibus suis pertinentiis & uti-
,, litatibus illis, qui bus eum Duces, Comites, sive
,, Marchiones hucusq; beneficij nomine habere visi
,, sunt, sanctæ Tridentinæ Ecclesiæ, in qua pre-
,, tiosorum Martyrum Vigilij, Sisinij, Martirij,
,, atque Alexandri corpora conquiescunt, cui Ve-
,, nerabilis vir Vdalricus Episcopus præesse vide-
,, tur, in proprium cum districtis plausis, cunctisq;
,, publicis functionibus, & redibitionibus eidem
,, supra nominatæ Ecclesiæ, & Vdalrico Episco-
,, po, suisque successoribus in perpetuum damus,
,, tradimus, atque confirmamus, exceptis his re-
,, bus, quas Ecclesiæ Feltrinensi infra suos termi-
,, nos, id est ab Ecclesia Sancti Desiderij, in loco,
,, qui dicitur Campo longo, usque in finem Episco-
,, patus ipsius consensu prece, atque laudatione su-
,, pra nominati Episcopi Vdalrici, ob remedium
,, animæ nostræ, per præceptum nostræ Confirma-
,, tionis contulimus. Cetera vero cuncta sicut su-
,, perius dictum est, in sanctæ supra scriptæ Tri-
,, dentinæ Ecclesiæ, & prænominati Venerabilis
,, Episcopi Vdalrici, suorumque successorum, pro-
,, prium & Dominium, modis omnibus transfun-
,, dimus, atque delegamus eo videlicet tenore, ut
,, nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Ga-
,, staldio, sive aliqua regni nostri magna, vel par-
,, va persona, supradictum Episcopum, & suos suc-
,, cessores inquietare, molestare, seu etiam intro-
,, mittere audeat sine supradicti Episcopi licentia.
,, Si quis autem hujus nostri Imperialis præcepti te-
,, merarius violator extiterit, sciat se compositu-
,, rum mille libras obriczi auri, medietatem Came-
,, ræ nostræ, & medietatem prædictæ Ecclesiæ E-
,, piscopo. Et ut hæc nostra traditionis pagina
,, nunc, & in futuro firma & inconvulsa perma-
,, neat, hanc cartam inde conscriptam manu nostra
,, corroboravimus, & sigilli nostri impressione su-
,, per insigniri jussimus. Signum Domini Chunra-
,, di Invictissimi Imperatoris Augusti.
,, Vdalricus Cancellarius, Vice Ardomlui Ar-
,, chiepiscopi recognovit. Data pridie Kal. Junij,
,, Indictione decima, Anno Dominicæ Incarnat.
,, millesimo vigesimo septimo. Anno vero Domi-
,, ni Chunradi regni tertio Imperii primo. Actum
,, Brixiæ feliciter.
,, *Transumptam verò donationis Comitatas Veno-*
,, *stensis, & Comitatus Bulsani est hujasmodi.*
,, Anno Domini millesimo ducentesimo octuage-
,, simo, Indictione octava, die Jovis 8. intrante
,, Augusto Tridenti in Castro Boni Consilii, in præ-
,, sentia Dominorum Gislimberti Provisoris Hos-
,, pitalis S. Bartholomæi de Cavallo Bozanæ cleri-
,, ci de Valsana, Odorici de Bolsano, Gabrielis de
,, Porta & Tridentini notarij, & aliorum. Ibique
,, Dominus Henricus, Dei gratia Venerabilis Epi-
,, scopus Tridentinus, dedit mihi Notario infra-
,, scripto exemplandi, & authenticandi hoc infra-
,, scriptum Privilegium inventum in Archivis, &
,, manibus Ecclesiæ Tridentinæ, tenori cujus
,, talis est.
, In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis.
,, Chunradus Dei gratia Romanorum Imperator
,, Augustus. Si Ecclesias Dei tribulationibus & mi-
,, seriis oppressas aliquo dono nobis à Deo concesso
,, ditamus atque sublevamus, non solum hoc nobis
,, ad præsentis vitæ subsidium, verum etiam ad
,, æternæ gaudium capescendæ prodesse minime
,, dubitamus. Quapropter notum esse volumus
,, omnibus Christi nostrisque fidelibus, qualiter nos
,, per interventum dilectæ conjugis nostræ Impera-
,, tricis videlicet, & Henrici filij nostri Comitatum
,, Venostiensem, cum omnibus suis pertinentiis, &
,, illis utilitatibus, quibus eum Duces, Marchiones,
,, seu Comites antea Beneficij nomine visi sunt ha-
,, bere, Tridentinæ Ecclesiæ, in qua pretiosorum
,, Martyrum Vigilij, Sisinij, Martirij, atque Ale-
,, xandri corpora requiescunt, Vdalrico Ecclesiæ
,, Venerabili Episcopo suisque successoribus cum
,, districtis Plaudis cunctisque functionibus, & re-
,, dibitionibus a nostro Jure, & Dominio in suum
,, Jus & Dominium transfundendo in perpetuum
,, damus, atque tradendo confirmamus. Præter
,, hæc concedimus, damus, atque largimur supra-
,, nominatæ Ecclesiæ Tridentinæ, & ejus Provi-
,, sori Vdalrico venerabili Episcopo suisque succes-

so-

A
,, soribus Comitatum Bauzanum cum suis perti-
,, nentils, & illis utilitatibus omnibus, quibus eum
,, Duces, Marchinnes, seu Comites antea Benefi-
,, cij nomine habebant, qui incipit in Bauzana, &
,, terminatur ex una parte in Transfluvio, & ex
,, alia parte in Bria fluvio, ex tertia quoque parte
,, in Garganzano fluvin, & quid quid ejusdem Co-
,, mitatus Bauzani infra Parochiam prænominatæ
,, Ecclesiæ Trideutinæ continet, ipsi Ecclesiæ
,, Tridentinæ, suoque Provisori Vdalrico, suisque
,, successoribus in integrum damus, & concedimus,
,, cum foreste jacente in Mnnte Rittena, ea videli-
,, cet ratinne, ut nullus Dux, Marchio, Comes,
,, Vicecomes, Gastaldio, vel aliqua nostri Regni
,, magna, parvaq; persona supra nominatum Epi-
,, scopum, vel suos successores in præfatis rebus
,, inquietare, mnlestare, seu etiam intromittere
,, audeat, sine supradicti Dnmini Episcopi, seu snn-
,, rum successorum gratis concessa licentia. Si quis
,, autem hujus nostri præcepti temerarius violator
B
,, extiterit, componat mille libras auri obrizi, me-
,, dietatem Cameræ nostræ, & medietatem præno-
,, minatæ Ecclesiæ Episcopo. Quod ut verius cre-
,, datur, manu propria corroborantes jussimus in-
,, ferius signum Domini Chnnradi Invictissimi
,, Rom. Imperatoris. Datum Kal. Junij Anno Do-
,, minicæ Incarnatinnis 1028. Annn autem Domi-
a Quarto. ,, ni Chunradi Regni tertio a. Imperij secnndo.
,, Actum Mnnte Rittena in loco, qui dicitur Fon-
,, tana freda &c.
,, Ego Zacheus Sac. Palatij Notarius, & autho-
,, ritate D. Henrici Venerabilis Episcopi Triden-
,, tini, hoc bona fide, sine fraude exemplavi, & in
,, publicam fnrmam redegi, meumque signum ap-
,, posui, & me subscripsi. *Gentilottus.*)

Anno 1050. Mantuæ interfuit translationi sacratissimi sanguinis D. Nostri Jesu Christi, ut refert Donesmundus p.p. lib.3. Mautuanæ histor. Janusque Pirrus lib. 2.

C
(,, *In Necrologio Fuldensi ms. cujus excerpta vulgavit*
,, *Leibnitius to. 3. Script. Brunsuic. p. 768.* MLV. Vo-
,, daldricus Episcopus Trietensis Ecclesiæ, *ubi liet.*
,, *6. Leibnitius adnotavit.* Trietensis, sive Tri-
,, dentinus, ubi circa illa tempora vixit Udalricus
,, II. etsi juxta Bucellinum per errorem ut apparet,
,, mors ejus ad an. 1027. referatur. *Gentilottus.*)

61 OTELRICUS (1) Episc. Tridentinus, quem & Wnldaricum subscriptum notavi in privilegio Popponis Patriarchæ Aquil. an. 1031. Canonicis suis concesso. Anno 1045. Lucæ, Imperatoris jussu, ad favnrem Ecclesiæ Lucensis sententiam profert b, ex tabulis ejusdem Ecclesiæ. Papiensi Synodo interfuit an. 1046. 8. Cal. Nnvemb. ad favorem Episcopi Veronensis celebratæ.

b Vide Florentinium in memoriis Comitissæ Mathildis l. 1. p. 98.

LXIV 62 HARTONUS an. 1054.

LXV 63 HENRICUS I. Huic Henricus IV. Imperatnr dono dedit in favnrem Tridentinæ Ecclesiæ castellum, cognomentn Castellarium prope Mantuam anno 1082.

D
(,, *Ad hunc Henricum scriptam puto Epistolam*
,, *Gregorii VII. quam ex ms. codice Vdalrici Babem-*
,, *bergensis, qui in Cæsarea Bibliotheca adservatur,*
,, *exscriptam hic exhibeo.*
,, G. Episcopns servus servorum Dei fratri & co-
,, episcopo Tridentino S. & a. b. Miramur fra-
,, ternitatis tuæ prudentiam verba nostra neglexis-
,, se, ut secnndum ea nullum decreveris dare re-
,, sponsum, maxime cum post synodalem senten-
,, tiam in H. regem prolatam dilectio tua minime
,, differre debuerit. Ad cujus nimirum sententiæ
,, promulgationem nos justiciæ zeln impulsos, &
,, nnn aliqua commotinne injuriæ concitatos ma-
,, num exeruisse, neq. sollerciam tuam ignorare,

A
,, neque aliquem sanæ mentis hominem putamus
,, posse ambigere. Quod tamen si in dubinm cui-
,, quam deveniret, cnnstat ejus rei ratinnem prius
,, ex nnbis fore scrutandam, quam in illum præju-
,, dicium factum temere esse credendum. Verum
,, utcunq. opinio se se habeat, factumve interpre-
,, tentur, illud procul dubio de divina clementia
,, sperantes promittimus, festum beati Petri non
,, prius transeundum quam in cunctorum notitia
,, certissime clareat, illum justissime esse excom-
,, mnnicatum. Et inde fraternitatem tuam mnne-
,, mus, ut certos nos studeat facere, utrum Deo
,, obedire an hominibus magis elegerit, utrumve
,, justitiæ nbtemperando fidem Deo & sanctæ Ro-
,, manæ Ecclesiæ observare quam filiis iniqnitatis
,, adherendo conculcare censuerit. Rogamus etiam
,, atq. invitamus ut ad servitium beati Petri pro
,, posse tuo milites mittere studeas, eisq. si decre-
,, veris mittere, Melthildæ filiæ nostræ notificare
,, procures, cujus ope conducti securi possint ad nos
B
,, sine impedimento favente domino pervenire.
,, *Porro diploma, quo Henricus Imperator Hen-*
,, *rico Episcopo Castellarium donavit, est hujus-*
,, *modi.*
,, Dum in Dei Nomine foris, & non multum
,, longe Urbium Verone in Casa sollariata, que
,, est edificata prope Monasterium S. Zenonis in
,, Judicio resideret Dominus Tertio Henricus Dei
,, gratia Rex, ad Justitias faciendas, ac delibe-
,, randas adessent cum eo Litaldus dux, Bonifaci
,, Comes, Conradus Isuardo Cadalo, Aldegerius,
,, Vardus, Luthari Arpo Judices, Joannes Gero
,, de Topaldo, Beraldo Erizo, Girardo de Cor-
,, viaga, Herizo de Verona, Magnifredns, &
,, reliqui plnres; Ibique eorum presentia venien-
,, tes Dominus Henricus Tridentinus Episcopus,
,, & Gothifredus Judex Advocatus ejus retulerunt
,, & ceperunt dicere, ac postulare mercedem;
,, Petimus vnbis Dominus Henricus Rex, ut prn-
,, pter Deum, & anime vestre mercedem investia-
C
,, tis nos agentes ex parte S. Vigilii Tridentine Ec-
,, clesie de curte una, que nominatur Castellarin
,, cum omni sua pertinentia, jacente in Italico
,, Regno, justa Mantuanas fines, cum ipse dom.
,, Henricus Episcopus, & Gotfredus ejus Advoca-
,, tus taliter petissent mercedem, tunc ibi incutus
,, per Judicum consilium, qui ibi aderant, & per
,, lignum, quod predictus dominns Henricus Rex
,, in sua tenebat manu investivit predictum Hen-
,, ricum Episcopum, & Gotfredum Advocatum
,, ejus, & Tridentinam Ecclesiam sicut hactenus
,, investiti fuerunt; & insuper misit bannum ipse
,, dominus Henricus Rex super eos, & super jam
,, dictam Curtem in penam centum libras auri, ut
,, nullus quislibet homo inquietare, aut molestara,
,, vel disvestire audeat sine legali judicin: qui verò
,, hoc fecerit predictas centum libras auri se com-
,, positnrus cognoscat, medietatem cameram no-
,, stram, & medietatem predicto Henricn, & Ad-
,, vocato Gntfridus, suisq. successores ex parte jam
D
,, dicta Ecclesia finita est causa. Et hac nnticia
,, prn securitate eidem Episcopus, & Ecclesie Tri-
,, dentine fieri amonuerunt, quidem & egn Joan-
,, nes qui & Waldn Nntarius sacri Palatii ex jus-
,, sinne supradicto domino nostro Henricus Rex,
,, seu Judicum amonuitionem scripsi. Anni ab In-
,, carnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo
,, octuagesimo secundo, Regnante suprascripto
,, Domino nostro Henrico Dei gratia Rex hic in
,, Italia sexto & xv. die mensis Novembris Indi-
,, ctinne quinta.
,, Egn Henricus Dei gratia Rex.
,, Egrie Hnunstci dux Judex,

Egn

(1) Tertium hunc Udalricum, sive Otelricum nullus ex Catalogis nostris agnoscit, adeoque sine periculo expungendus est, & quæ de eo ab Ughello adferuntur, proximè superiori sunt adtribuenda. *Gentilottus.* Majus autem facessit negotium TEUDALDUS quidam Tridentinus Episcopus, qui Concilio Romano à Joanne XIX. & Conrado Imperatore habito an. 1027 cujus acta hactenus non vulgata habet V. C. Justus Fontaninus scripta 8. id. Aprilis Indict. X. fertur interfuisse. Anno 1022. Ecclesiæ Tridentinæ præfuit Udalricus II, ut constat ex Tridentinorum Præsulum catalogo in libro liturgico, seu Missali membranaceo, qui in Bibliotheca Tridentina adservatur, vivente Udalrico conscripto. Rursus ex diplomate Conradi, quo donat eidem Comitatum Tridentinum apparet eum vixisse an. 1027. prid. Kal. Junii, cujus quidem ejusdem anni mense Aprilis quomodo sedisse in hac eadem cathedra Theudaldus quiverit, non video, ni Udalricus secundus secetur in duos, quos inter medius Theudaldus iste collocetur. Sed hæc solidius erunt perquirenda cum publico eruditorum examini subjicietur Conciliare documentum, in quo forte pro *Tridentinus* legendum erit *Tridentinus.* Interim hujus Ecclesiæ tabulis hac in parte derogandum minime censeo.

A Ego Isuardus Judex interfui.

Ego Arpo Iudex interfui.

Anno Domini 1115. Indictione 3. die Dominico 16. exeunte Augusto.

Ego Erectus Domini Friderici Romanorum Imperatoris Notarius authenticum hujus vidi, legi, & exemplavi, & me subscripsi, & signum meum apposui, nihil addens, vel minuens, quod sensum mutet vel sententiam.

Cæteros notarios, qui post Erectum de hujus transumpti fidelitate testantur, libenter omittimus. Gentilottus.)

LXVI 64 BERNARDUS II. („ *quem Chronic. August. ad an. 1084. apud Freberum tom. 1 Script. rerum German. vocat Burkardum.* Burkardo Tridentino præsule defuncto Adalbero Augustensis Canonicus successit. *Gentilottus.*)

LXVII 65 ADELPENONVS, Adalberonum vocat Hund in Catal. Brixinen. Episcoporum, habetque interfuisse dedicationi monasterii Sonneburgen. in Provincia Cariothiæ, nunc autem Tyrolen. Brixinen. diœc. ad instantiam Hildegardis Abbatissæ lo ordine quartæ an. 1090

LXVIII. 66 GEBARDVS Imperatori Henrico fuit à Secretis anno 1110. crediturque ob probitatem vitæ singularem in Beatorum numerum fuisse relatus.

(„ *Quemadmodum Vuelfo Noricorum Dux Tridentinos cives coegerit recipere Gebehardum* virum probatum, & à Rege Catholico constitutum Episcopum, quem ipsi se nunquam recepturos conjuraverant, *narrat Urspergensis in Chronico ad an. 1106. quo anno die Dominico, qui erat XII. Kalend. Novemb. refert consecratum fuisse à Paschali PP. II. in Concilio Guastallensi. Gebehardi autem nomen occurrit inter Imperii Principes, qui juraverunt transactionem inter Henricum V. Imperatorem & Paschalem* II. *in agro juxta pontem Mammeum an.* 1110. *apud Goldastum Const. Imper. tom. 1. p. 253. item in formula jurisjurandi imperatorii in alia pactione inita cum Paschali An.* IIII. *apud eumdem Goldastum pag.* 254. C *Fuisse verò Henrici V. Imperatoris Cancellarium testatur sequens charta.*

Dum in Dei nomine, quod est tertio decimo die à Calendis Julij, Iodictione 6. in villa Bauzani in Casa babitationis Federici in presentia bonorum hominum. nomina hic subsunt. Ecmus & Otto de Grenuba & Rodigerius, & Ropertus, & Henricus Præpositus & alter Henricus, & Otto & Fridericus, & Henradus, & Rodulphus, & Dietmanus, & Rainerus cum Rainero, & Lanzn, & Ottescaico, & Varnerio, & Variento, & Zumpo, & Odegero de Lagunz & reliqui plures. Ibiq; in eorum presentia fuit Dominus Gebhardus glorinsissimus Tridentinæ Diœcesis Episcopus, Dux, Marchio, & Comes ipsius Episcopatus & Cancellarius Domini Henrici Imperatoris una cum Adalpreto (*sive Adalberto, quod propter antiquitatem vix discerni potest:*) Comite Advocato sun, transactinnem, quod sit finis, per lignium, quod in suis manibus tenebat, in manibus Bruni D de Cadrutio, & Martini de Avarena, & Gasparis de Cavaleze & Menaij de Tesiclo, & ipsi receperunt, dictam fidem pro se, & pro omnibus vicinis, qui habitant in plebe Flemmi, tam Clesicis, quam Laic s, liberis, & de Macinata familia, & eos penitus absolvit ab omni colta & datio, de omni scaffio, & omni forza, & de omni muta per totum Episcopatum Tridenti & Ducatum, pro eo, quod dicti homines de plano Flemmi a clusa Trudenæ nique ad pontem della Costa tam Clerici quam Laici, & de Macinata dant & soluunt, & solvere debent dicto Domino Episcopo, & suis successoribus omni anno 24. Ro-

A manias cum suis Fodris & placitis cum aliis rationibus ejusdem Episcopi, & aliud suppositum eis facere non debent nisi facere rationem pro eo Domino Episcopo. Et tunc prædictus Gebhardus Venerabilis Episcopus & Comes, & Cancellarius promisit, & nbligavit se cum Advocato suo & suos successores dehincq; in perpetuum & suos missos adversus prædictos homines, & suos hæredes ullam atrentationem, vel violentiam facere, & si facere voluerint de prædictis ad vos prædictos homines Laicos & Clericos famulos, & de Macinata ad prædictam plebem de Flem pertinen. in perpetuum competentem pęnam attentantibus denarios bonos lib. mille, & omni tempore taciti permaneant, & ipsam fidem una cum Advocato suo Adalpreto semper firmam habere promisit, & convenit.

Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Decimo, indictinne sexta. Signum manibus Egmi, & B Otto de Granuba, & Rodigerius, & Rnpertus, & Henricus Præpositus, & alter Henricus, & Otto, & Federicus, & Henrardus, & Hermanus, & Rainerus, & Lanzo, & Otrescalco, & Varnero, & Varlento, & Zumpo, & Odorico omnes testes. Signum manu superscripti Adalpreti Comitis & Advocati ipsius Episcopi, qui hanc cartam fecit ut supra.

Ego Gaus. Notarius sacri Palatii per jussionem dicti Domini Episcopi Gebhardi hunc brevem recordationis scripsi & complevi.

Ego Alexander filius quondam spectabilis Domini Zennnis Jovanelli Nntarius Tesicli publicus Imperiali auctoritate Notarius præmissum exemplum ex alio simili authentico fideliter descripsi nihil addito vel diminuto quod sensum variet, vel sententiam mutet. in quorum fidem hic authentice subscripsi.

L. X. S.

C *Hujus tamen Gebhardi nulla fit mentio à Bernardo à Mallinckrot in opere de Archicancellariis, Cancellariis &c.* Gentilottus.) *Gebardi denique memoria habetur an. 1116. in documento à Muratorio relato in Antiquit. Esten. t. 1. pag. 283. in quo* Gerardus *appellatur.* Gavarchus *autem in judicato quoddam Henrici* Imp. *ejusdem anni, cujus exemplar extat penes me.*)

67 ADELPERTVS I. Altare S. Vigilii instauravit. LXIX

(„ *Ad Adelpretum, vel ad sequentem Altmannum referendus est Can.* Quoties *caus. 11. q. V. qui extat quoque in Decretal. tit.* de purgat. can. *cap V. perperam Innocentio* III. *tributus, ut notarunt Correctores Romani Gratiani.* Adelpreti *nomen præfert vetus codex, ut testatur Pithœus in not. ad cap. 5. de purgat. Can.* Gentilottus.)

68 ALTEMANVS ex Comitibus Bavaris. LXX Hic Cathedralem restauravit, consecravitque, ubi honorificentiori loco reliquias SS. Martyrum Sisinii, & Alexandri excepit cum aliis pluribus reliquiis. D Suorum Cannnicorum Collegium plurimum juvit, eidemque plura donavit. Corpus S. Maximæ *a* e Majano transtulit in civitatem, temploque Carhedrali excepit. *a Maxentiæ.* Mnnasterium Subense fundavit (1) Canonicorum Regularium in Patavina diœcesi prope Fluvium Oenum. Sancta Orientis loca lustravit, reversusque ad suam sedem, jam factus senex, excessit e vivis die Dominicæ Resurrectionis 6. Kal. Aprilis anno 1130. (2) sepultusque est in monasterio à se fundato.

69 ARNOLDVS successit 1130. LXXI

70 EBEARDVS. LXXII

71 HARTRVVICVS (3) Tridentinus & Ratisponensis Episcopus testis reperitur in diplomate Fri-

(1) Dotavit potius, & auxit. Vide Hund. in Metrop. tom. 3. pag. 170. ubi Altmanni Charta donationis data in Salzburg an. Dom. MCXLII. Indict. V. *Gentilottus.*

(2) *In Chronico quodam MS. membraneo, quod in Bibliotheca Cæsarea adservatur inter* HiS. n. 408. ad A.C. MCXLVIIII. *scriptum reperio.* Altmannus Tridentinus Episcopus 6. *Gentilottus.*

(3) Insititius est iste Hartvvicus in serie Episcoporum Tridentinorum. Non modo enim non reperitur apud Pincium, sed neque in Catalogis nostris. Depravata in Cuspiniani exemplo celebris illius diplomatis subscriptio, quo Fridericus I. Marchiam Austriæ in Ducatum erexit, occasionem

Friderici Imp. apud Joannem Cuspinianum in Austria, Marchionatu Ducatus facta ipsamet Austria an. 1156. Datum Ratisponæ 15. Kal. Octob. ind. 4. Hic inter Episcopos Tridentinos non reperitur apud Joannem Pincium.

LXXIII. 72 S. ADELPERTUS, *a* qui & Albertus nominatur in pluribus privilegiis I. Friderici Imperatoris, adlectus fuit 1158. Anno vero 1161. non modo idem Fridericus eidem confirmavit quicquid aliquando Conradus Imperator Tridentinæ Ecclesiæ indulsisset, sed etiam Gardæ castellum adjecit cum omnibus suis juribus ad ripam Benaci. Jura suæ Ecclesiæ acerrime defendit. Siquidem cum plura bona à circumvicinis hostibus occupata, justo conscripto exercitu, isset recuperatum, prope castellum Roberetum proditus, lanceaque transfixus interiit 6. Kal. Aprilis anno 1178. cum sibi creditam Ecclesiam per 20. annos pie, sancteque administrasset. Ejus Corpus Tridentum relatum in Cathedrali sepelierunt, ipseque numerum Beatorum auxit. Hunc eundem Albertum subscriptum reperio cuidam privilegio Friderici Imperatoris Viennensi Ecclesiæ indulto 1157. (1) apud bibliothecarium Floriacensem, ubi se vocat Albertum: alterique Firmanæ Ecclesiæ concesso eadem insignitus appellatione adjecto titulo Imperialis Vicarii Italiæ 1164.

a De eo Acta SS. Martii t. 3 pag. 797.

(,, *Quomodo autem Albertus iste conducens Henri-*
,, *cum, & Hyacinthum Legatos Hadriani IV. à*
,, *Ferraria Veronam, & à Verona per vallem Tri-*
,, *dentinam, cum iisdem in via captus, ac spoliatus*
,, *à Comitibus Friderico, & Henrico, & obvia evi-*
,, *denter divina potentia liberatus fuerit, sumen-*
,, *dam est ex Raderico de gest. Frid. I. lib. 2. cap. 20.*
,, *Cæterum Henrici diploma, quo 1161. donatio-*
,, *nem Henrici Imp. Ecclesiæ Tridentinæ factam de*
,, *comitatu Tridentino Alberto confirmavit, sequens*
,, *est.*
,, In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis,
,, Fridericus divina favente clementia Romano-
,, rum Imperator Augustus. Inclinari precibus no-
,, stra Imperialis dignitas semper consuevit, & uni-
,, versa in imperio nostro melius gubernantur, si
,, in Regimine nostro clementia comes adjungatur.
,, Ratio igitur exigit, & Imperiali congruere vi-
,, detur honori, ut fidelium nostrorum dignas pe-
,, titiones clementer admittamus: illorum præci-
,, pue, quorum fides præclaris operibus magis est
,, comprobata, quo etiam desiderium circa hono-
,, rem coronæ nostræ stabili constantia amplius
,, fervere cognoscimus. Eapropter universorum
,, Imperii nostri fidelium tam futura quam præsens
,, noverit ætas, qualiter nos dilecti & fidelis Prin-
,, cipis nostri Alberti venerabilis Tridentini Epi-
,, scopi præclara servitia præ oculis habentes, ejus
,, dignis petitionibus clementer annuimus, & do-
,, nationem Prædecessoris nostri fel. memoriæ Re-
,, gis Henrici factam sanctæ Tridentinæ Ecclesiæ,
,, in qua pretiosorum Martyrum Vigilii, Sisinii,
,, Martyrii, atq. Alexandri corpora conquiescunt,
,, videlicet Comitatum Tridentinum, cum omni-
,, bus suis pertinentiis, & utilitatibus illis, quibus
,, eum Duces, Comites, sive Marchiones, ullo
,, tempore beneficii nomine habere visi sunt, in
,, proprium cum districtis, placitis, cunctisq. publi-
,, cis functionibus, & redibitionibus supra nomina-
,, tæ Ecclesiæ ejusque Episcopis datum in perpe-
,, tuum, & traditum nostra Imperiali authoritate
,, approbamus, & huic fideli nostro Alberto Tri-
,, dentinæ Ecclesiæ Episcopo, ejusq. successoribus
,, prædictam donationem confirmamus, exceptis
,, his rebus, quæ Ecclesiæ Feltrensi infra suos ter-
,, minos, id est ab aqua, quæ dicitur Tisimunth,
,, usque in finem Episcopatus ipsius, sicut aqua
,, prædicta decurrit, ex parte Episcopi à Prædeces-
,, soribus nostris collatæ sunt. Cætera vero cuncta,
,, sicut superius dictum est, in sanctæ suprascriptę
,, Tridentinæ Ecclesiæ, & prænominati venera-
,, bilis Episcopi Alberti suorumq. successorum pro-
,, prium Jus & dominium, modis omnibus transfun-
,, dimus, atque confirmamus, statuentes, & no-
,, stro Imperiali edicto præcipientes, ut nullus
,, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gastal-
,, dio, nec aliqua Imperii nostri persona, magna
,, vel parva, supradictum Episcopum, vel ejus
,, successores inquietare, molestare, vel in aliquo
,, gravare præsumat. Si quis autem hujus nostri
,, Imperialis præcepti temerarius violator extite-
,, rit, sciat, se compositurum mille libras auri
,, obrizi, medietatem Cameræ nostræ, & medie-
,, tatem Episcopo supranominatæ Ecclesiæ.
,, Signum Domini Friderici Romanorum Impe-
,, ratoris L. S. Invictissimi.
,, Ego Ulricus Cancellarius vice Rainaldi Colo-
,, niensis Archiepiscopi, & Italiæ Archicancella-
,, rii recognovi. Acta sunt hæc anno Dominicæ
,, Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo
,, primo. Indictione 9. Regnante Dom. Friderico
,, Romanorum Imperatore victoriosissimo anno
,, Regni ejus decimo, Imperii vero octavo *b* feli-
,, citer.
,, *At Privilegium, quo Gardæ Castrum cum toto*
,, *Comitatu, & districtu per eamdem Imperatorem*
,, *Fridericum Episcopo Tridentinæ Ecclesiæ Alber-*
,, *to an. 1167. conceditur, hujus est tenoris.*
,, In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.
,, Fridericus divina favente clementia Romano-
,, rum Imperator semper Augustus. Ab Imperialis
,, clementiæ memoria nunquam labi, aut exci-
,, dere debent fidelium obsequia, illorum præcipue,
,, qui pro fidelitate & honore Imperii personas la-
,, boribus atterere, & substantiam rerum sua-
,, rum expensis, & sumptibus consumpserunt.
,, Inter quos fidelis noster, & dilectus Princeps
,, Albertus, Tridentinæ Ecclesiæ Episcopus sin-
,, ceritate fidei, quam semper Imperio servavit,
,, ac præclaris & magnificis serviciis, quæ frequen-
,, ter nobis exhibuit clarius resplendent, tantæ di-
,, lectionis & gratiæ prærogativam a nostra Maje-
,, state sibi emeruit, quod ipsum in præsenti pro
,, ejus fidelitate ac servitiis dignæ retributionis pal-
,, ma decrevimus adornare. Eapropter cogno-
,, scant universi fideles Imperii per Italiam consti-
,, tuti, præsentes, & futuri, quod nos ex consilio
,, Principum, & ex nostræ propriæ voluntatis deli-
,, beratione Ecclesiæ Tridentinæ & ejus venerabi-
,, li Episcopo Alberto qui nunc est, Castrum Gar-
,, dæ & ejus Comitatum, quod noster consangui-
,, neus Otho Major Palatinus nobis resignavit,
,, cum omni jure & honore, & cum omnibus perti-
,, nentiis intus, & foris, & cum toto districtu per re-
,, ctum feudum concessimus, ita quod Episcopus
,, Albertus qui nunc est, & omnes ejus successores
,, ad opus, & honorem, & utilitatem Ecclesiæ Tri-
,, dentinæ prædictum Castrum Gardæ & ejus Co-

b Sexto, vel septimo.

dedit Ughello eum Tridentinis Episcopis adjungendi. Cuspinianus enim subscriptionem se profert: *Hartuvicus Ratisbonensis, & Tridentinus Episcopus.* At cum in Archetypo Tridentini Episcopi *Eberardi* testis nomen prima littera E designatum fuisset, eam literam librarius per copulativam, Et expoliuit. Omittitur vero ea particula in pluribus aliis exemplis tam cusis, quam Mss. quæ vidi, & inciditur inter voces *Ratisbonensis* & *Tridentinus*. Duo exempla duo Germanica chirographa, quæ extant in Vindobonensi Bibliotheca manifeste Hartvvicum Ratisbonensem à Tridentino secernunt ad hunc modum: *Hartvvich Bischoffen Regensburg und OE & Bischof zu Trient.* Gentilottus.

(1) Indultum, quod scribit Ughellus datum Viennensi Ecclesiæ, refertur in Antiquitatibus sacris, & profanis Viennæ sanctæ, ut Senatorie editis à Juenne à Bosco sub calcem Bibliothecæ Floriacensis, ubi inter testes p. 88 relatus est, *Albertus Episcopus Tridentinus*, & annus indicatur MCLVII. *die VI Kal. Novemb. cum Indictione V. regnante D. Frederico Roman. Imp. gloriosiss. anno regni eius VI. Imperii vero 3.* Quæ omnia recte conveniunt. Unde arbitror Catalogos Episcoporum Tridentinorum necdum recte ordinatos esse, ac post Haberhardum constituendum esse dictum Albertum, eumque esse, qui Castellum Nonnicum ædificasse traditur, & sex annos Pontificatum gessisse: quos statueramus ab an. 1154. ad 1160. Nam qui introducitur Hartuvicus Episcopus Ratisponensis creatus an. 1155. & vita functus an. 1164. non fuit Episcopus Tridentinus, licet forte ejus absentis nomine signaret. Post Albertum sedit S. Adalpertus creatus sub finem anni 1160. aut certe initio sequentis successorem natus Salomonem, quem circa an. 1181. creatum Pincius affirmat: Si tamen constaret hunc an. 1179. Concilio Lateranensi interfuisse, quod apud Ughellum dicitur, & nusquam in actis reperimus, citius & hic ordinatus, & S. Adalpertus vita functus fuisset. Qui post Salomonem statuitur Albertus, illum ipsum esse, qui ante S. Adalpertum sedit, arbitramur. Hactenus *Bollandiani in Actis SS. Martii tom. 3 pag. 798* quibus tamen non assentiendum, neque pervertenda optime constituta Tridentinorum Præsulum series. Nam & anno 1156. adhuc vivebat Eberardus, qui post Hartvvicum subscripsit diplomati Friderici I. & Albertus, qui an. 1157 signavit indultum Viennensi Ecclesiæ concessum, idem est ac Adalpertus, qui in aliis pariter documentis post an. 1160. exaratis Albertus similiter appellatur. Salomon vero an. 1179. Concilio Lateranensi interfuisse constat ex subscriptionibus, quas vulgavit Acherius tom. 11. Spicileg. p. 645.

„ mitatum cum omnibus eorum pertinentiis per rectum feudum de cætero habeaot, teneant, & libere possideant. Taii modo, quod nec præsenti Episcopo, nec alicui successorum ejus aliquo tempore liceat prædictum Castrum vel ejus Comitatum vel aliquas ejus pertineurias infeudare, aut vendere, vel impignorare, vel aliquo modo ab Ecclesia Tridentina alienare. Statuentes autem hanc conditionem imposterum, quod si forte aliqua necessitas Imperio ingrueret, Nos, & nostri successores Reges, & Imperatores, Castrum Gardæ cum turri in nostra virtute habebimus, & quamdiu illa necessitas durabit, potestatem habebimus in illo ponendi militiam nostram ad presidium Castri, pro servitio & honore Imperii. Postquam autem necessitas illa cessabit, & finem habebit, prædictum Castrum cum turri ad Ecclesiam Tridentinam. & ad ipsum Episcopum, qui tunc fuerit, & ad ejus successores integre ac liberè revertatur. Ad majorem quoque cautellam statutum est & firmatum, quod Episcopus qui nunc est, & qui tunc pro tempore erit, tales successores & Burgenses in Castro Gardæ ad ejus custodiam locabit, qui non erunt Lombardi de Verona vel de aliqua civitate Marchiæ vel Lombardiæ, sed solummodo erunt fideles ad Episcopatum Tridentinum pertinentes. Præterea illi qui successores erunt in Castro, omnes jurare debent, quod si Episcopus qui pro tempore fuerit ab hac vita decesserit, ita fideliter Castrum servabunt, quod ab Ecclesia Tridentina nunquam alienabitur, sed aperiet illud, & reddet in potestatem Tridentini Episcopi, qui post mortem alterius electus fuerit, & substitutus, & ab Imperatnre investitus. Hujus autem Investituræ & concessionis nostræ testes snnt Hermannus Episcopus Verdinensis. Udo Episcopus . . . . , Magister Henricus Protonotarius. Conradus Burcgravins de Nurenberg. Burchardus Castellanus de Magdeburgo. Heberhart de Luzzenburgo. Henricus de Buppeien. Mariscalcus Rodgerus Camerarius. Ludovicus Pincerna. Ulricus Dapiser & alii quamplures. Ut autem hæc omoia verius credantur, & ab omnibus diligentius observeotur, præsentem in chartam jussimus conscribi & authoritatis nostræ sigillo solemniter insigniri.

„ Signnm D. Friderici Imperatoris invictissimi.

„ Ego Philippus Curiæ Cancellarius vice . . . . . Colonieosis Archiepiscopi & Italiæ Archicancellarli recognovi. Acta hæc anno Incarnationis Dominicæ MCLXVII. indictione 15. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Gloriosissimo anno regni ejus XIIII.

a ann. „ a Imperii vero XII. . . , in Territorio Bononiensi apud Burgum Banigai IIII. id. Februar.

„ L.S. Ego Lacetus Dom. Friderici Romanorum Imperatoris Notarins authenticationis hujus exempli sigillo Dom. Imperatoris Friderici sigillato vidi, & legi, & exemplavi, nihil addendo vel minuendo, quod sententiam mutet, & me subscripsi.

„ L. S. Ego Conradns D. Friderici Romanorum Imperatoris Notarius authenticationis hujusmodi exempli sigillo D. Imperatoris Friderici sigillato vidi, & legi, & ut vere continebat, & exemplo nihil addens, vel minuens, quod seotentiam mutet, & me subscripsi, & meum signum apposui. *Gentilottus.*)

LXXIV. 73 SALOMON suffectus est anno 1178. annoque insecuto interfuit Lateranensi Concilio *b* sub Alexandro III. Cruciferis ecclesiam attribuit, cui ægrotorum antea domicilii cognomen erat, appellabaturque de S. Cruce, ibidemque monasterium amplissime dotatum fundavit. Præfuit quinque annis.

b Vide Dacherium tom. 2. Spicileg. p. 645.

(„ *In Chronico quodam Teriolensi Germanico Ms. in Bibliotheca Cæsarea memoriæ proditum est an. 1180. die 5. Maji à Salomone Episcopo Tridentino consecratam fuisse Ecclesiam s. Nicolai, quæ an-*

A „ *tiqua parochialis ibi dicitur oppidi Botzenensis. An. 1182. Tridentino Episcopo ipsius urbis temporale dominium liberaliter dilargitus est, suorumque Antecessorum in Tridentinam Ecclesiam munificas concessiones confirmavit Fridericus Imperator hoc expedito diplomate.*

„ In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imperator. Ad æterni regni meritum & ad temporalis Imperii prosperiorem decursum Regis regum nobis proficere credimus, si velut officii & dignitatis nostræ ratione commendamus, jura Ecclesiarum sub nostro regimine constitutarum restaurare, confirmare & maoutenere studeamus. Quod cum libenter universis Imperii nostri Ecclesiis pro debito impendamus, eis tamen hoc impensius præstare tenemur, quæ specialius nobis attinent, & devotione obsequiorum, nostræ Serenitati placere contendunt. Hinc est, quod Tridentini Episcopatus incommodis oc-

B currentes & honoris ejus augmento consnlentes Imperatoriæ auctoritatis edicto & consilio ac beneplacito Principum & curiæ nostræ sapieotum statuimus, ut Tridentina civitas Consulibus perpetuo careat, & sub Episcopi sni gubernatione imperio fidelis & devota consistat, sicut & aliæ Regni Teutonici civitates ordinatæ dignoscuntur. Præterea ejusdem auctoritatis nostræ sanctione firmissime inhibemus, ne qua popularis persona seu quicunque civis, qni non est liber vel certus & legitimus Ecclesiæ illius mioisterialis præsumat infra civitatem vel extra in suburbio vel cohærentiis ejus turrem aliquam ant munitionem seu propugnacula attollere sine licentia & mandato & licentia Episcopi & consensu advocati. Si quæ vero turres, munitiones, seu propugnaculorum structuræ à talibus personis contra jam dictum ordinem reperiantur ibidem erectæ ad mandatum Episcopi destruantur, & quicunque contra hanc nostram jussionem Episcopi mandato obviare at-

C tentaverit, Imperialis banni periculo subjaceat, & proscriptorum pœnam subeat. Nobilibus vero & certis ministerialibus Ecclesiæ liceat turres erigere & propria loca munire, si ad hæc solius Episcopi assensum & licentiam mereri poterint. Item decernimus, ne cives Tridentioi pondera & mensuras panis & vini seu aliarnm rerum ordinare, seu disponere præsumant, sed hujusmodi omnia civitatis jura in dispositione Episcopi & successorum suorum permaneant. Item prædicti cives collectam in civitate vel eatra civitatem facere oon audeant, nec de ponte, seu navigio nec de moneta aliquam ordinandi facultatem habeant, sed hæc omnia ad arbitrium & dispositionem Episcopi sine impedimento permaneaot, quin etiam interdicto vetamus, ne cives Tridentini nobilem aliquam personam seu popularem ad inhabitationem civitatis Tridenti compellāt, nec quosquam, qui loca sua snbterfugio dominii vel juris solvendi permutant, in civitatem reci-

D piant. Jubemus etiam, ut si qni coacti sunt civitatem inhabitare à fide & jurameoto Tridentinis præstito ab ipsis omnino absolvantur & libera eis recedendi facultas concedatur. Adjungimus eadem præcepti nostri virtute, quod si quis de his, qui coacti vel sponte civitatem inhabitare cœperunt, nt potentius inde adversatiis suis guerram moveant & robore civitatis pacem patriæ disturbare, seu nocumentnm Episcopatui ant molestiam Imperio machinari prout dignoscuntur ad commonitionem & mandatum Episcopi à civitate recedant & ad sua se alio transferant, aut Imperatoriæ proscriptionis pœnam rebus & corpore luant. Inhibemus præterea ne forte Tridentioi eos, qui foris in municipiis vel castellis habitant, suo districto vel potestati subjacere compellant & eos, qui semetipsos illis sponte snbjecerint vel coacti omnino absolvant. Item præcipimus, ut si qnis secundum conditionem nativam de offi-

cia-

„ cialibus Tridentinæ Ecclesiç esse probatur, quantumlibet divitiis exaltatus videatur, secundum voluntatem & mandatum Episcopi ad pristinum exercitium & debitum Episcopi redire teneatur, & si huic mandato & juri rebellis apparuerit, tam allodiis quam feudis & quibuslibet possessionibus nostræ jussionis authoritate privetur. Hæc supradicta & omnia, quæ Tridentinæ Ecclesiæ ad honoris & boni status profectum Prædecessorum nostrorum vel nostra largitate concessa dignoscuntur, eidem Ecclesiæ confirmamus, auctoritate Imperiali præcipientes, ne quis ea de cetero audeat ullo modo violare. Si quis huic mandato nostro contraierit centum librarum auri pœna feriatur Imperiali Cameræ solvendarum. Hujus rei testes sunt. Rudolfus Imperialis aulæ Protonotarius. Albertus Tridentinæ Ecclesiæ Vicedominus. Magister Romanus. Henricus Advocatus. Henricus Comes de Eppan, & Vlricus nepos ejus. Vlricus de Arcu. Ribaldus de Ganiago. Rudegerus & Arnoldus de Livo. Thuringus de Eppan. Katelogus de Winetkl. Rudolfus Imperialis Camerarius. Engelhardus de Vvinisperg & alii quam plures.

„ Signum D. Friderici Imperatoris invictissimi.

„ Ego Godefridus Imperialis aulæ Cancellarius, vice Christiani Moguntinæ Sedis Archiepiscopi & Germaniæ Archicancellarii recognovi.

„ Acta sunt hæc Anno Domini 1182. regnante D. Friderico Romanurum Imperatore gloriosissimo anno regni ejusdem 30. Imperii vero 28. Datum Vvimphinæ Indict. 15. 5. Id. Februarii feliciter amen. *Gentilottus.*)

LXXV. 74 ALBERTVS II. sex annorum Pontificatum gessit, ædificavitque castellum Stenicum.

LXXVI. 75 CONRADVS II. circa annum Domini 1190. fuit Tridentiuorum Episcopus. Vir præstanti ingenio, amoreque præcipuo erga sibi creditam Ecclesiam, qui cum plura distracta bona cum summa laude prudentiæ in favorem suæ recuperasset Ecclesiæ, humanarum curarum pertæsus, missione impetrata, se abdidit claustro apud S. Georgium in Valle Oeni an. 1205. (1) ubi sancte, pieque decessit.

LXXVII. 76 FRIDERICUS e nobili, potentique familia Vvanga ad hanc sedem promotus est 1205. Hic Tridentinum populum, scriptis salutaribus legibus, Ecclesiastico Imperio parere coegit, sibique creditam Ecclesiam administravit integritate admirabili. Conditis sumptuosis ædificiis Tridentum exornavit, Episcopali Palatio nova munimenta, ornamentaque adjecit, instauravitque S. Blasii Sacellum, chorumque Cathedralis constituit, erexitque turrim, quam de nomine gentis Wangam appellavit. A Philippo Rege Romanorum regalia accepit anno 1207. Pro Cæsare Italiæ Vicarius fuit, Cancellariusque Othonis IV. Imperatoris. Generose autem adeò pietatem coluit, ut sacra Orientis loca sanctissime peragratus sit, indeque ad patriam revertens, Accaron, hoc est Cæsareæ, morbo tactus interiit 1217. 8. Idus Novembris, ibique apud S. Mariam sepultus est, ubi olim nationi Germanicæ hospitium patebat.

(„ *Fridericus testis adfuit diplomati Othonis* IV. *Imperatoris, quo liberalitatem exercet in Capitulum Aquilejense, dato Augustæ*, Idib. Januarii an. 1208. Ind. XI *& alteri ejusdem Othonis Volfkero Patriarchæ Aquilejen. concesso pariter* Augustæ 1209. Ind. XII. *Anno vero* 1224. *cum* Imperator *Fridericus* II. *Augustæ Rhætorum comitia celebraret, inter alios Principes interfuerunt Conradus Brixinensis, & Fridericus à Vvangen Tridentinensis Episcopi, qui ambo pariter non defuere in comitiis Noricis ab eodem Friderico an.* 1216. *celebratis, ut narrat Hund in Metrop. in Conrado Brixinen. Episc.* XLII. *Fridericus vero Episcopus Tridentinus, Albero, & Bertholdus fratres de Vvanga citantur ut testes in diplomate Friderici* II. *dato* Nurembergæ 4. Kal. Januarii an. 1218. *apud citatum Hund in Bertholdo Episcop. Brixin. Nam denique Episcopi Joannis Hinderbachii in Breviario quodam adnotatum reperi ad diem* VIII. Id. Novemb. A. MCCXX. in terra sancta & civitate Accaron dies obitus quondam felic. mem. Dom. Friderici de Vvanga Episcopi Tridentini optimi & gloriosissimi. *Sed ex diplomate Friderici* II. *de terra Comitissæ Mathildis dato* 8. Kal. *Octob.* 1220. *apud Baluz. Miscel. tom.* I. *in quo testis adfuit sequens Albertus, constat veritati minime cohærere istud adnotatum. Cæterum cum in sacra supellectile Ecclesiæ Tridentinæ extet liber Liturgicus, argentea theca involutus, in qua incisa visitur effigies hujus Friderici Episcopi, placuit illam, prout ibi jacet, in adversa pagina adamussim referre.*

B „ *In qua quidem illud potissimum existimatione dignum existimo, quod Fridericus pallio ornatus sit, & in libro insit formula precationis dicendæ, cum pallium imponitur, hoc exemplo.* Ad PALLIUM sive RATIONALE ORATIO: Circumda me Domine fidei armis, ut ab iniquitatum sagittis erutus valeam equitatem, & justitiam custodire. Per Christum &c. *Librum verò istum fuisse ad usum Tridentinorum Episcoporum conscriptum declarat confessio, quæ ibi legitur ad hunc modum.* Confiteor Deo patri Omnipotenti, & beate Marie gloriose Virgini ac beato Vigilio martyri, istis sanctis & omnibus sanctis Dei, & vobis fratribus meis quia ego peccator peccavi nimis in vita mea, in cogitatione, locutione, consensu & opere, mea culpa, mea culpa, mea maaima culpa. Ideo precor sanctam Mariam gloriosam Virginem, beatum Vigilium martyrem, istos sanctos & omnes sanctos Dei, & vos fratres, ut oretis pro me peccatore ad Dominum omnipotentem ut misereatur mei.

C *An verò peculiare istud decus Friderici fuerit, aut cum quibusdam aliis Tridentinis Episcopis commune, mihi planè incompertum est. Extant quidem Epistolæ duæ, in quibus Udalricus de Frundsberg* Archiepiscopum *se ipse vocat, & ita ab alio vocatur. Sed non ausim hujusmodi inscriptionibus fidere. Ectypon quoque nummi bracteati ejusdem Friderici, qui apud me est, hic exhibere non incongruum duxi.*

„ *Sedente Episcopo Friderico cœptum est ædificari templum Cathedrale Tridenti, ut demonstrat inscriptio, quæ Orientem versus intra Ecclesiam adhuc legitur hoc exemplo.*

D „ Anno Domini MCCXII. ultima die ..
„ ... præsidente venerabile Tridentino
„ Episcopo Fed.... co de Vanga & dispo-
„ nente hujus Ecclesiæ opus incepit, &
„ construxit Magister Adam de Arognio
„ Cumanæ diœces. & circuitum ipse, sui
„ filii inde sui aplatici cum appendiciis
„ intrinsece ac extrinsece istius Ecclesiæ
„ Magisterio fabricarunt c....& sue pro-
„ lis hic subtus sepulcrum manet ....ate
„ pro eis.

„ *Gentilottus.*)

(1) Eum tamen pœnituit petitæ missionis; cumque jam non amplius cedere vellet, Innocentius III. Episcopo Tarvisino, & Alberto presbytero Mantuano scribens decrevit, *ut idem Episcopus sine ulla dilatione cedat, prout sollicite dinoscitur postulasse: Capitulum verò Tridentinum intra dies octo post admonitionem personam idoneam sibi eligat Canonicè in Pastorem.* Est Epistola 75. lib. 1. *Gentilottus.* Anno 1206. Conradus Vvalterum Patriarcham Aquilejensem comitatus est Veronam, cujus mentio habetur in processu litis inter Veronenses Canonicos & Adelardinum de Capite pontis pro Patriarcha palam habitæ, ut in Aquilejensibus videre est. Item anno 1220. seu 1223. testis interfuit donationi ejusdem Vvalteri Patriarchæ, quam pariter in Aquilejen. supra retulit Ughellus.



LXXVIII. 77 ADALPERTUS III. Ravenstain. Tridentinus electus Episcopus 1219. Hic Vicarius fuit Federici II.

[,, *Albeetus in pluribus documentis constanter* ,, *appellatus reperitur. In diplomate Friderici II.* ,, *dato Azzoni* VII. *Marchioni Estensi* an. 1221. mense Martii Indict. IX. *apud Muratorium Antiqu. E-* ,, *sten p.* 427. Albertus Tridentinus electus *dicitur:* ,, *& sic etiam se subscripsit diplomati ejusdem Fede-* ,, *rici II. quo Fridericum de Arco, & nepotes ejus* ,, *Adelpretum, & Riprandinum Arcenses Comites* ,, *creat. Diploma datum est* Brundisii 3. Kal. Martii ,, an. 1221. & Mſ. extat in Bibliotheca Vindobonensi. *Testis legitur in edicto ejusdem Friderici de* ,, *terra Comitissæ Mathildis dato* in Castris apud S. ,, Leonem 8. Kalend Octob & publicato apud Spm. ,, Lambert. pridie Kal. mensis ejusdem an. dom. ,, 1220. Indict. IX. *apud Baluzium tom. 1. miscell. p.* ,, 431. *& in altero ejusdem Imperatoris diplomate*, ,, *quo confirmat privilegia Hirsaugensis cœnobii, da-* ,, *to* an. 1223. mense Januarii Indict. XI. *apud Prect-* ,, *nam in document. rediv. Monaster. Vvirtenberg.* ,, *p.* 556. Gentilottus.)

78 GERARDUS Cremonensis, hanc eandem sedem est assecutus anno 1224. ab Honorio III. consecratus. Ad hunc litteras dedit idem Honorius summus Pontifex anno 8. sui Pontificatus, Epist. 178. Vatic. Reg. LXXIX.

(,, *Quas ex eodem Vatic. regest. descriptas munere V. Cl. Justi Fontanini hic damus.*

Honorius PP. III.

,, De providentia tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, & gratiam tibi volentes facere ,, specialem ut cum Metropolitani, & Capituli tui, ,, vel majoris & sanioris partis ipsius consensu, de ,, possessionibus Episcopalibus minus utilibus, si ,, necessitas vel utilitas ejus exegerit, previa descriptione infeudare, obligare, vendere valeas, & lo- ,, care. Tibi quoque ut per te, vel por Nuntium non ,, nisi de triennio in triennium visitare sedem Apo-

sto-

,, filiis tenearis, auctoritate præsentium indulge- A
,, mus. Nulli ergo nostræ concessionis&c. Si quis &c.
,, Datum Laterani Id. Januarii anno octavo.
,, *Anno 1223. Otho Dux Meraniæ dictus major*
,, *comitia Provincialia habuit Oeniponte, quibus*
,, *interfuere Gerardus Tridentinus, & Henricus*
,, *Brixinensis Episcopi, ut testatur Hund in Me-*
,, *tropol. tom. 1. p.*457. Gentilottus.)

Domum Episcopalem Bolgiorini emit à co ite Tirolis, annoque 12. sui Episcopatus decessit. Post cujus obitum Capitulum Ulricum, sive Aldricum à Campo ejusdem Ecclesiæ Decanum elegit, qui ab Innocentio *a* haud fuit confirmatus.

a A Gregorio IX. qui tunc sedebat.

LXXX. (,, ULRICUS, *sive Aldericus inter Episcopos*
,, *Tridentinos recensetur, & de eo in Catalogo quo-*
,, *dam, qui extat apud me hæc scripta sunt:* Al-
,, dricus, sive Aldrighetus ex nobilibus de Campo
,, electus an. 1235. à Capitulo magno cum favore
,, nobilium adhærentium præfuit 17. annis. Fue-
,, runt tunc adversitates ingentes contra Tridenti-
,, nam Ecclesiam, & an. 1238. Imperator habebat B
,, Commissarium Tridenti Lazarum de Luca, &
,, dominium temporale tenebat. Fideles tunc
,, erant illi de Castrobarco Ecclesiæ, & unus erat
,, Archidiaconus Tridenti, qui est hic sepultus
,, foris ante chorum cum epitaphio sequenti.
,, Anno Domini MCCXXXVIII. Indi-
,, ctione XI. die martis V. instante Octo-
,, bri obiit Bonifacius de Castrobarco Ar-
,, chidiaconus Tridenti, qui est hic se-
,, pultus.
,, Hic Episcopus sententiam tulit, seu laudum
,, super differentia confinium inter civitatem Tri-
,, denti, & villas Zambanæ & Fay ann. 1235. die
,, 22. Decembris. *Hactenus Catalogus. Præterea*
,, *Hund, Bayrisch stamb. p. 1. pag. 74. narrat Alber-*
,, *tum Teriolensem Ulrici filium investitum fuisse ab*
,, *Episcopo Adrigerio, qui alius non est, quam Al-*
,, *drighettus.* Gentilottus.)

LXXXI. 79 EGNOMUS, sive Egemus, Eppiani Comes, ad hanc sedem fuit subvectus, translatus ab Ecclesia Brixinensi ab Innocentio IV. an. 1250. ex Reg. Vat. ubi fol. 26. legitur hæc epist. num. 171. C

Innocentius Episcopus servus servorum Dei &c.

Eginomi Episcopo Tridentino, & Brunoni electo Brixinensi &c. Cum te frater Episcope de Brixinensi ad Tridentinensem Ecclesiam duximus transferendum, ac te fili electe præfecerimus Ecclesiæ Brixinensi, quia bona Tridentinæ Ecclesiæ sunt per inimicos Ecclesiæ occupata, vos de F. N. cons. taliter ordinamus, ut tu fili electe duo de cunctis ejusdem Ecclesiæ Brixinen. tu vero frater Episcope reliqua retineatis, ac dividatis inter vos æqualiter, deductis castrorum ipsorum expensis utriusque Episcopatus, proventus, donec tu frater Episcope castra, villas, & bona Ecclesiæ tuæ recuperare valeas, & pacifice possidere.

Datum Lug. 6. Id. Novembris Anno 8.

Vir ingentis animi fuit, tametsi propulsandis hostium incursionibus longe viribus impar. Veronenses, Maynardusque Dux Carinthiæ, diuturna populatione in Tridentinum agrum incurrerunt, sed tandem, Rodulpho Imperatore agente, inter Ducem Carinthiæ, Egnomumque Episcopum pax coivit. Decessit autem anno 21. sui Episcopatus. D

[,, *Egeno investivit Meinhardum Comitem Gori-*
,, *tiensem de Advocatia Tridentinæ Ecclesiæ, aliis-*
,, *que feudis anno 1259. ut patet ex tabulis, quas hic*
,, *describo.*
,, Anno D. 1259 Indict. 2. die Mercurii decimo
,, exeunte Februario in Tridento, super salam Pa-
,, latii Episcopatus, præsentibus Dom. Cotschalco
,, Decano Tridentino, Odovico Passareo, Archi-
,, diacono, Magistro Bononio, Conrado Fluso,
,, Thomaso ejus nepote, Petro presbytero, Alpieto
,, de Cunevo, Petro de Cremona, Pelegrino Henri-
,, co de Canzo, Bonefacin Olrico Scolastico, Odol-
,, rico ejus Nepote Tridentino, Amechi Aldeuran- A
,, do ejus Nepote, Friderico Olurandino de Enno,
,, Odalrico de Campo Canonicis Tridentinæ Ec-
,, clesiæ, Dominis Bertoldo Comite Eschmloch,
,, Ulrico de Fonvers, Beralo de Wanga, Wilhel-
,, mo de Aichach, Romprechto de Vallis, Hugo, &
,, Ulrico de Velthuns, Henrico de Mitterburg, Lu-
,, poldo de Eberstain, Lazario de Ela, Conradn de
,, Fruntspergo, Henrico, & Conrado de Graiffen-
,, stain, Dlato de Fum, Ottone Phaffo, Vvarnerico
,, de Fum, Vverhenero de Toblach, Alcomo de
,, Flares, Conrado de Soverstain, Bertoldo Larato,
,, Hartmanno ejus fratre, Bertungo de Majes, Cor-
,, rado Unaseimo, Rudolpho de Marningem, Nico-
,, lao Contisse de Bosano, Dominis Olivero de
,, Roccabruna, Rudolpho Scantio, Odolricn de
,, Siano, Adelputo de Peterino, Riprando de Gon-
,, selitio, Pellegrinn ejus patre, Nicolao de Gondri-
,, go. Calapicin Gristaldn Judicibus, Daniele Judi-
,, ce, Tarivo Ottonesso, & Martino de Menato,
,, Roperto de S. Petro, Nicolan Vascemati, Ber- B
,, toldo de Primuno, Pasqualo Rapæ, Giraldo Sol-
,, di, Riprandn de Aldegero, Joanne Rubeo, Gam-
,, banno, Thomaso Notariis de Rugia, Nicolao de
,, Ottonesso, Concio Sungie, Toneilo Vcoli, Ro-
,, lando Procolphi, Homodeo de S. Benedicto, Tu-
,, nolino Rumanino, Corvio de Burgo novn, Joan-
,, ne de Bobus, & Vigilio Notario, Thomasino No-
,, tario, Petro Notario de Ripa, Ottone Notario,
,, Benedicto Nntario, Dominis Joanne de Medo,
,, Defento de Flavono, Marguandino de Coredo,
,, Suavocino Notario de valle solis, Taranto de
,, valle solis, Friderico Villanove, Murando de
,, Fundo, Dadeca de Faunn, Almerico de Treso,
,, Rizio de Imarano, Henrico de Pedezana, Vva-
,, rimberto de Segna, Dominis Uberto de Zacara-
,, no, Riprandino de Nacu, Omnebonn de Pasqua-
,, lino, Bartholomæo Acardo, Gabriele Zuenino,
,, Pasquale Bonaventura, Zambogna Notarius, &
,, aliis testibus rogatis.
,, Ibiq. in Rengo publico Tridentino ad sonum C
,, campanæ ad hoc specialiter convocato, & con-
,, gregato, Dominus Egeno, Dei gratia venerabi-
,, lis Tridentinus Episcopus, & tanquam Dux, &
,, Marchio, de consilio, & consensu, & voluntate
,, Dominorum Canonicorum suprascriptorum &
,, Capituli Tridentini, pro se, ac nomine, & vice
,, Ecclesiæ, & Episcopatus Tridentini, & ejus suc-
,, cessoribus, cum septem vexillis cendali rubei
,, pendentibus in hastis, quæ in manibus suis tene-
,, bat, nomine recti, & honorabilis feudi, & ad re-
,, ctum feudum investivit Nobilem Dominum Co-
,, mitem Menhardum filium nobilis Dom. Comitis
,, Menhardi de Goritia de suo antiquo feudo reci-
,, pienti dicto domino Comite Menhardo pro se,
,, ac nomine, & vice fratris sui domini Comitis Al-
,, berti absentis, & suorum hæredum utriusq. sexus
,, nominatim de omnibus illis feudis, quæ quondam
,, nob. Dominus Comes Adelpretus Tyrulensis,
,, tempore mortis suæ habebat, & tenebat, & possi-
,, debat, & quasi possidebat, & tempore vitæ suæ D
,, visus fuit habere, tenere, & possidere, & quasi pos-
,, sidere per se, & per alios ab Episcopatu, & Eccle-
,, sia Tridentina, tam de Advocatia Episcopatus, &
,, Ecclesiæ Tridentinæ, quam de aliis feudis omni-
,, bus ad prædicta feuda integraliter pertinentibus
,, ubicunq. sint, & inveniri possent, in Episcopatu,
,, & districtu, atq. Ducatu, Marchionatu, Comita-
,, tu, seu extra Episcopatum, Ducatum, Marchio-
,, natum, Comitatum Tridentinum, & de quibus
,, feudis fuit investitus per Dominum Altrighetum
,, venerabilem q. Episcopum Tridentinum, prout
,, in carta scripta per Pelegrinum Coxe notarium,
,, & in privilegio confirmationis facto per q. domi-
,, num Fridericum Romanorum Imperatorem,
,, plenius noscitur, & visum est contineri, visis, &
,, auditis ibidem per me infrascriptum Notarium,
,, & postmodum secundum quod pater ejus nobilis
,, dominus Comes Menhardus investitus fuit per

dictum dominum Egonem, Dei gratia, venerabilem Ep.scopum Tridentinum, de dictis Feudis, prout in cartis, & privilegiis manu Ottonis, & Arnoldi Notariorum factis, & scriptis in totum, & per totum continetur. Item ibidem dictus D. Egeno, Dei gratia venerabilis Episcopus Tridentinus de novis feudis investivit dictum Dom. Comitem Menhardum recipientem pro se, & nomine, ac vice fratris sui Domini Comitis Alberti jam dicti, & pro hæredibus suis nomine recti, & honorabilis feudi, & ad rectum feudum de omnibus illis feudis, quę quondam fuerant dom. Ulrici de Uetimis Comitis, & Dominorum Georgii, & Friderici Comitum de Epiano, quæ ab Ecclesia, & Episcopatu Tridentino visi erant habere, tenere, & possidere, ubiq. sint, & inveniri possint, tam de Comitatibus, quam de Castris, quam de villis integraliter ad dicta feuda integraliter pertinentibus in Episcopatu, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & districtu Tridentino, tam in civitate, quam extra civitatem. Ita quod dictus dominus Comes Menhardus, & frater ejus dominus Comes Albertus, & eorum hæredes utriusq. sexus, videlicet deficientibus masculis, quod fœminæ succedant, & succedere debeant, prędicta feuda nova, & vetera, cum omni jure, & actione, & honore, & jurisdictione, & districtu personarum, & Vassallorum, & Jurisdictionibus omnibus, & singulis ad dicta feuda integraliter pertinentibus habeant, & retineant secundum morem, & consuetudinem recti, & honorabilis feudi sine omni prædicti dom. Egenonis Episcopi suorumq. successorum contradictione seu alterius personæ, secundum quod dictus Dominus Comes Adelpretus Tyrolensis eorum Avus & qu. dicti Comites de Vetimis, & Epiano, hactenus habebant, & tenebant, & visi fuerunt habere, & tenera. Promisit quoq dictus D. Egeno Dei gratia Episcopus pro se, & suis successoribus dicto Dom. Comiti Menardo pro se, & fratre suo recipienti, & hæredibus suis dicta feuda q. dicti Comitis Odolrici de Vetimis, & Dominorum Friderici, & Georgii Comitum de Epiano, ab omni homine cum ratione legitimè defendere, & expedire ab omnibus illis personis, quibus obligati, vel alienati essent, sub obligatione bonorum Episcopatus Tridentini, & sub pœna duplici damni, & dispendii, in quod ipse Dominus Comes Menhardus, & ejus frater, & eorum hæredes pro dictis feudis recuperandis evenerit, totis, aut in parte dando, & pro se, & fratre suo absente, licentiam sua authoritate intrandi in tenutam de dictis feudis, ubicunq. sint, vel inveniri possint, & ipsum dominum Comitem Menhardum à violentiis defendere, & vvarentare promisit. Juravit quoq. dictus Dominus Comes Menhardus pro se & fratre suo domino Comite Alpretho ad sancta Dei Evangelia fidelitatem prænominato domino Episcopo, pro Episcopatu suo, secundum quod in sacramento consimilis feudi continetur ut Nobilis Vassallus Domino suo.

Ego Bertoldus Sac. Palatii notarius interfui, & rogatus scripsi.

Ego Ubertus de Plac Sac. Palatii Notarius huic interfui, & me subscripsi.

Ego Nipraudinus qui dicor Schorn D. Henrici Regis, & D. Friderici Imperatoram huic interfui, & cum signo proprio me subscripsi.

Ego Bartholomæus sac. Palatii Notarius interfui his, & me subscripsi, meumque signum posui.

Ego Basquemus D Friderici R. Rom Imperatoris notarius iis omnibus interfui, & me ss.

Ego Omnibonum Notarius D. Friderici Rom. Imperatoris iis omnibus interfui, signum meum posui, & me subscripsi.

Ego Bonaventura D. Regis Conradi Notarius iis omnibus interfui, signum meum posui, & me subscripsi.

Ego Rolandinus, qui Zacaranus vocor, Notarius D. Regis Ottonis prædictis omnibus interfui & me subscripsi, & signum meum apposui.

Ego Paschalis Notarius D Regis Conradi iis omnibus interfui, & mecum signo meo subscripsi.

Emortua vero cum Sibothone familia de Falkenstein Ludovicum Palatinum Ducem Bavariæ investivit an. 1163. de Comitatu Hudmarsberg ex Hund. Bayrisch. Stamb. *par. 1. pag.* 51. *& Tolner hist. Palat. c. 19. p. 405. Ejus denique mors in Chronico Ms. Germanico Teriolensi, quod in Cæsarea Bibliotheca adservatur, jungitur cum a. c.* 1273. Gentilottus.)

80 HENRICUS hujus nominis II. testis reperitur in Rodulphi Imp. diplomate dato an. 1275. Idibus Maii apud Christophorum Gevvolidium in notis ad Metropol. Saltzburg. Vvigulei Hund. Vir singularis virtutis, egregieque fortis, armatus, Comitem Tyrolis Maynardum repulit à Tridentinis muris, strenueque sibi creditam Ecclesiam administravit. Romæ obiit anno 1289. LXXXII.

(*Henricus Episcopus Tridentinus ut testis citatur in diplomate Rodulphi I. dato* Lausannæ an. 1275. Indict. 3. 13. Kal. Novemb. *quo continetur formula jurisjurandi ab Imperatore Gregorio X. præstiti: item alteri diplomati* 12. *Kal. Novemb. Lausannæ dato subscribit ad hunc modum:* Datum Lausannę per manum Henrici Episcopi Tridentini regalis aulæ protonotarii. *Extant hæc diplomata in appendice actor. veter. post dissertat. hist. de summo Apostolicæ sedis Imperio in urbem, Comitatumq; Comaclii a. 1709. editam. Rursus Henrici memoria habetur in decreto ejusdem Rodulphi, quod Ducibus Bavariæ ratione Ducatus Bavariæ jus eligendi Romanorum regem competat, dat.* Augustæ an. Chr. 1275. *apud Goldastum de reb. Boem. in append. documen. p.* 30. *& in diplomate, quo testatur Rodulphus in sui electione Henricum Bavariæ ducem suffragium dedisse dato* Augustæ an. 1275. regni an. II. *apud Gevvol. de Septemvirata pag.* 214. *item in altero diplomate, quo idem Rodulphus privilegia Ordinum Stiriæ confirmat Viennæ an.* 1277. 12. Kal. Martii Ind. 5. *quod Ms. extat in Vindob. Biblioth. Cod. Ambras.* 321. *Præterea Rodulphus I. in literis ad Magistrum, Consules, & universos cives Argentinenses datis* Viennæ an. 1277. Indict. 5. feria II. ante Matthiæ Apostoli *significat sententiam quondam eo die latam à Principibus ibi nominatis, quorum primus est* H. Tridentinus. *Literæ extant apud Jac. Vvencker in apparatu & instructu Archiv. Argent. an.* 1713. *edito pag.* 183. *Obortis autem inter Episcopum Henricum, & Meinhardum Tirolis, & Goritiæ Comitem dissidiis, antequam acerbius recrudescerent, hoc laudum emisit Rodulphus primus.*

Rudolphus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus. Universis sacri Imperii fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, gratiam suam, & omne bonum. Tenore præsentium recognoscimus questionem, quæ inter Venerabilem Patrem Henricum Episcopum Tridentinum Principem nostrum dilectum, ac Imperialis Aulæ Prothonotarium ex una, & spectabilem virum Menhardum Tyrolis, & Goritiæ Comitem super variis & diversis articulis ex parte altera vertebatur, nobis, & quibusdam aliis pacis & concordiæ Zelatoribus mediantibus, coram nostræ serenitatis præsentia XV. Kal. Junij, Indictione 3. apud Augustam taliter compositam & sedatam, quod idem Comes ipsi Episcopo omnes redditus, & proventus ad ipsum Episcopum pertinentes, quos prædictus Comes in Civitate, & Diœcesi Tridentina detinet, sine diminutione qualibet restituet, atque reddet. Castra verò Edemburgh, Levigum, Volsanum, & Tonalum dictus Comes tenenda, & custodienda ab hinc usque ad instans festum Beati Michaelis, & ab inde

ad

ad annum continuum Domus Theutonicę fratribus assignabit, qui præsato Episcopo, si tempore medio se cum dicto Comite sie amice complanaverit, quod de ejus procedat beneplacito Castra præhabita assignabunt; alioquin post revolutionem dicti temporis iidem fratres eadem. Castra præsato Comiti rastituent, utraque parte in statu, & conditione, in quibus ante diem hujus compositionis fuerant permansura, ita, quod temporis præscripti spacium neutri parrium præjudicium generabit. Manebit etiam Erhardus de Turingenstein Tridenti. Erit autem Otto de Rotpaeh in Annania Capitanei, & Officiati, qui nomine prælibati Episcopi Jurisdictionem tempore medio exercebunt ibidem, ac ipsi Episcopo, vel ejus Procuratori de omnibus redditibus, & proventibus ratione suorum officiorum provenientibus sub debito fidei corporaliter præstandæ plenariè respondebunt. Officiato tamen in Annania salarium ab eo tempore, quo ibidem exercebatur Jurisdictio Prædecessoribus suis præstiti consuetum sine cujusquam offendiculo obtinente, quod si necesse fuerit, est viciniæ testimonio declarandum; prædicti quoque Capitanei habebunt respectum ad ipsum Comitem in omnibus sicut prius. Hoc excepto, quod ipsi Episcopo de Jurisdictionibus, & proventibus exinde provenientibus respondebunt. Elapso autem jam dicto tempore, nec forte præsato Episcopo cum ipso Comite amicabiliter complanato, iidem officiati parebunt Comiti in præmissis, jure utriusque partis salvo semper in omnibus permanente. Sæpedictus verò Episcopus relaxabit excommunicationis sententiam in ipsum Comitem, & fautores ejus per eundem Episcopum promulgatam, & suspendet interdictum positum in Diœcesi Tridentina usque ad terminum supradictum. Quod si medio tempore compositio non intercesserit, prædicti Comes, & ejus fautores, & ipsa Diœcesis ex tunc sicut præsens, excommunicationis, & interdicti sententiis subjacebunt. De quadringentis quoque Marchis, pro salario Capitanei, & custodia civitatis Tridenti solvendis, Episcopus ducentas, & ducentas Comes persolvet, & si minus quadringentis marchis solvendum fuerit, hoc decrescet utrique pro rata. Insuper alter in alterius præjudicium, & gravamen tempore medio nihil penitus procurabit. Supradicta autem omnia, & singula sine fraude, & dulo fideliter observare, & in nullo contravenire prædictæ partes nostro culmini sub debito fidei corporaliter præstare publicè promiserunt. In cujus rei testimonium, & notitiam pleniorem nostræ serenitatis sigillum ad petitionem Episcopi & Comitis prædictorum, una cum eorum, & illustris Domini Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, Principis, & filij nostri Carissimi, ac etiam Burgravij de Norembergh sigillis præsentibus est appensum. Actum & datum, apud Augustam. Anno Domini 1275. Indictione 3. xv. Kal. Junij Regni nostri anno quinto.

Locus sigilli Regii.

Locus sigilli Episcopalis.

Agente verò eodem Rodulpho, in quem compromiserant dissidentes partes, amicabile fędus inter utrosque tandem illuxit; cujus quidem initę pacis tabulas integras ad illustrandam hujus temporis Tridentinæ Ecclesiæ historiam hic profero.

In Christi nomine amen. Anno Domini 1276. Indictione 4 octavo Kal. Junij. Ad honorem Dei, & Sanctæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, & utriusque partis & Episcopatus Tridentini, & præsentium, & futurorum quietem, in Valle Ananiæ, juxta pontem AEtum, ad honorem etiam S. Vigilij, Venerabilis Pater, Dominus Henricus, Dei gratia Episcopus Tridentinus, tam pro se ipso, & suo nomine, in quantum ad eum spectat, quàm vice & nomine Ecclesiæ, & Capituli Tridentini, quod Capitulum promisit se facturum, & curaturum ita quod legitime consentiet, & adprobabit omnia & singula infrascripta, ex una parte, & Magnificus vir Dominus Menhardus Illustris Comes Tyrolensis ex altera parte præsentium tenore compromiserunt in Venerabiles, & magnificos viros Dominum Rudolphum Imperialis Aulæ Cancellarium, & Dominum Henricum Illustrem Comitem de Wirstembergh, tamquam in Arbitros, & Arbitratores, & amicabiles Compositores communiter electos, præsentes, & recipientes, de omnibus litibus, controversiis, quæstionibus, Guerris, injuriis, damnis datis, combustionibus, & concremationibus, homicidiis, plagis, & destructionibus domorum seu edificiorum, & captivitatibus, seu captionibus, & redemptionibus captivorum, & de omnibus aliis & singulis, quæ inter partes prædictas, seu à singulari persona in singularem personam, occasione partis dicta, facta, illata sunt, seu essent, & esse possent, aliqua ratione, vel occasione, quæ excogitari posset, exceptis notoriis pertinentibus ipsi Domino Episcopo nomine dictæ Ecclesiæ Tridentinæ, & vasallis, & subditis ejusdem Domini Episcopi & dictæ Ecclesiæ Tridentinæ, ita quod hoc compromissum sit generale, & generalissimum, ita quod in eo veniant non tantum ea, de quibus actum est, ut veniant, sed etiam omnia alia de quibus non est actum. Et renunciaverunt dictæ partes ex certa scientia L. ff. de ar. L. si cum dies. §. plenum, ubi cantum est, quod ea tantum veniunt in compromissum de quibus actum est, certioratæ de tenore dictæ legis. Et promiserunt dictæ partes sibi ad invicem, & ipsis arbitris & Arbitratoribus, & amicabilibus Compositoribus attendere, & observare, & attendi & observari curare per subditos, & vasallos utriusque partis, videlicet quælibet pars promisit pro suis subditis, & vasallis, omnia & singula, quæ per prædictos Arbitros, & Arbitratores, & amicabiles Compositores dicta, laudata, sententiata fuerint de prędictis, & quolibet prædictorum à die Jovis proximè venientibus, usq. ad quindecim dies proximè venturos, vel ad alium terminum de voluntate ipsarũ partium prorogandum. Et super restitutione locorum, & jurium facienda quibus eis videbitur, & super captivis dimittendis, liberandis & non adgravandis. Et super obsidibus, & securitatibus, & fortilitiis, seu fidejussoribus dandis pro securitate pacis, & concordiæ faciendæ, tenendæ, & conservandæ, seu treguæ, & super juramentis præstandis ab illis utriusque partis. quos dicti Arbitri, & Arbitratores, & Amicabiles compositores duxerint eligendos. Et super omnibus aliis, & singulis, quæ prædicti Arbitri, & Arbitratores, & Amicabiles Compositores voluerint laudare, sententiare, præcipere, & arbitrari ante partes prædictas, usque ad terminum memoratum, ita quod ipsi Arbitri, & Arbitratores, & Amicabiles Compositores inter partes, & personas prædictas, & subditos ipsarum partium possint laudare, arbitrari, sententiare, & statuta condere una vice, & pluribus, & totiens, quotiens voluerint, donec imposuerint finem dictis suis usque ad terminum memoratum, & quolibet loco, & qualibet terra, dum tamen in Episcopatu Tridentino. Et quolibet die feriato, & non feriato, partibus præsentibus, & absentibus, dum tamen citatis, quæ possint tam per se, quam per Procuratores comparere, & & qualibet Juris solemnitate omissa, ita quod dictę partes ipsorum Arbitrorum, & Arbitratorum sententias, statim cum latę fuerint, emologabunt, & approbabunt, & ratificabunt, & non petent eas sententias nec aliquam earum redigi ad arbitrium boni viri §. Pen. Item interlinea vi §. Pen. §. Item sumariè usq. teneatur. Item querendo usq. sententiam, legibus quibus cavetur, quod

ini-

iniquum arbitrium Arbitratoris redigi potest ad arbitrium boni viri, & specialiter l. ff. de op. lib. l. si libertus juraverit ff. pro soc. societ. & l. si societatem eum l. 5. & ff. de com. empt. & vend. l haec venditio, & omnibus aliis juribus de hac materia loquentibus, dum certioratae essent dictae partes de tenore dictarum legum. Item renunciantes dictae partes ex certa scientia certioratae l. ff. de ar. l Jul. scribit. l. non distinguimus, § Jul. scribit. si per errorem. Et haec omnia suprascripta, & infrascripta, & singula praedictae partes sibi ad invicem, & ipsis Arbitris, & Arbitratoribus, & Amicabilibus compositoribus promiserunt attendere solemni stipulatione, sub poena quatuor millium Marcarum argenti, cujus pęnae medietas laudum. & sententias praedictorum Arbitrorum, & Arbitratorum, & Amicabilium Compositorum servantibus applicetur, & alia medietas Camerae Domini Romanorum Regis applicetur; qua poena soluta, vel non soluta commissa vel non commissa, omnia, & singula suprascripta, & infrascripta in sua permaneant firmitate, & in quolibet, & pro quolibet capitulo non servato poena committatur, & exigatur cum effectu, & totiens committatur & exigatur cum effectu quotiens contrafactum fuerit, & in quolibet capitulo. Et pro hiis omnibus, & singulis suprascriptis & infrascriptis attendendis, & conservandis pręd. dictae partes se ad invicem & ipsis Arbitris, & Arbitratoribus, & Amicabilibus Compositoribus obligarunt omnia sua bona, & Ecclesiae Tridentinae, de quibus se constituerunt in casu non servatae ferendae sententiae possessores, pro ipsis Arbitris, & Arbitratoribus, & Amicabilibus Compositoribus, & hiis, qui servarent praedicta. Hoc etiam actum fuit inter partes praedictas, & ipsos Arbitros, & Arbitratores & Amicabiles Compositores, & stipulatione vallatum, ut ipsi Arbitri, & Arbitratores, & Amicabiles Compositores verba laudi, & sententiarum suarum, & pronunciationum possint interpretari ad suam plenissimam voluntatem usq. ad terminum memoratum si qua dubietas, seu ambiguitas oriretur. Hoc etiam actum fuit inter partes prędictas & expresse dictum, & stipulatione vallatum, quod si ipsi inter se non concordarent, quod id super quo esset discordia diffiniatur secundum Jura §. Ita quod Juris. §. summariè. Itaque Jur. solemnitatem in processu observare non teneantur, aliàs si eis hoc grave, vel ambiguum videretur, quod illud diffiniat Dominus Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus secundum quod sibi videbitur, non tamen secundum consuetudinem Alemaniae §. quaerendum à singulis circumstantibus, ut illorum diffinitio in praedictis pro sententia habeatur, sed sua voce proferat sententiam secundum suam conscientiam, bonorum & peritorum consilio informatam secundum quod sibi videbitur, ad Deum, & Justitiam habendo respectum, quem Dominum Regem in praedictum casum ex nunc Arbitrum, & Arbitratorem, & Amicabilem Compositorem elegerunt, & cujus sententię stare & parere promiserunt ad invicem stipulatione solemni in praedicto casu, sub poenis, & obligationibus suprascriptis . . . . dicta sententia fuerit promulgata: Dum tamen infra mensem post compromissum finitum in personis praedictorum Arbitrorum elapso praedicto termino, vel à partibus, ut dictum est prorogando, ipsae partes per se, vel per procuratores instructos compareant coram ipso Romanorum Rege, & ab inde in antea ipse dominus Romanorum Rex infra unum alium mensem diffiniat, quod fuerit terminandum; Renuntiantes dictae partes ex certa scientia actioni, & exceptioni doli mali, & infactum, conditioni sine causa, seu ex injusta causa, & omni Juri, & legum auxilio tam canonico, quam civili generali, & speciali, communi, expresso & non expresso, quod uni parti adversus alteram posset prodesse, & alii obesse, & Jus competiturum expresse per pactum remiserunt. Praesentibus Domino Alpreto Illustri Comite Aug. Domino Friderico Comite de Ortenberch, Domino Sincher de Richimberch, Dominis Leonardo, & Gailo de Castrobarch, Henrico Domini Giramontis de Sancto Nazario, Joanne Nicole, & Polib. de Tridento, & Zacheo notario, & aliis multis testibus ad haec.

Item in continenti eodem loco, die, anno, & Indictione, praesentibus testibus suprascriptis praedicti venerabilis Pater Dominus Episcopus Tridentinus ex una parte, & Dominus Menardus Illustris Comes Tyrolensis ex altera parte ad invicem pacem fecerunt praedictorum Arbitrorum, Arbitratorum, & amicabilium Compositorum mandato, quam pacem, promiserunt solemni stipulatione interposita, perpetuo observare, & quam pacem osculo pacis, & juramento firmarunt, videlicet coram ipso Domino Episcopo proposito venerabili signo Crucis, ut decet Episcopos, & ipso Domino Comite super ipsa Cruce ponente manum. Item eadem die, anno, & Indictione, in Campanea Romalli praesentibus testibus Zacheo Notario, & Nicola scriba, & Joanne Notario, & aliis multis, infrascripti pro parte ipsius Domini Episcopi, & de expressa voluntate, & mandato ipsius fidejubentes pro ipso Domino Episcopo pro pace praedicta, & pro omnibus, & singulis, quae praedicti Arbitri, & Arbitratores, & Amicabiles Compositores dixerint, laudaverint, praeceperint, seu arbitrati fuerint, sive statuerint, vel Dominus Rex Romanorum inter partes praedictas promiserunt, & juraverunt pacem factam inter Dominum Episcopum, & dictum Comitem Tyrolensem servare, & se facturos, & curaturos ita quod ipse Dominus Episcopus pacem servabit praedictam, & omnes sententias, & pronunciationes, quas tulerint inter ipsas partes praedicti dominus Cancellarius, & dominus Henricus Arbitri, seu dominus Rex Romanorum. Et si ipse Dominus Episcopus praedicta omnia, & singula integraliter non servaret, promiserunt, & fidem dederunt ipsis & mihi Notario infrascripto stipulanti vice, & nomine praedicti D. Comitis, & omnium & singulorum quorum, & cujus interest, vel interesse posset, quod erunt contra ipsum Dominum Episcopum totis viribus, & praedictum Dominum Comitem toto posse juvabunt, quousq. omnia suprascripta, & singula fuerint integraliter adimpleta; de praedictis omnibus, & singulis inviolabiliter observandis corporali praestito juramento. In primis Domini Linardus, & Guillielmus de Castrobarch, D. Erardus de Tingerstain, Pelegrinus de Bansevo, Riprandus de Cleso, Jacobinus de Garduno, Nicolaus Spagnolus Judex, Fridericus de Frisistain, Nicolaus de Navo, Ubertus de Bieronico, Fridericus de Cleso, Henricus de Como.

Item eodem anno, & Indictione tertio Nonas Junii subtus Vvinech de voluntate, & mandato ipsius Domini Episcopi promiserunt, & juraverunt per omnia in suprascripta forma omnes & singuli infrascripti. In primis videlicet D. Fridericus de Castrobarcho, D. Manfredinus de Tridento, D. Bonaventura de Tridento, Apovinus de Castro novo, Ipoldus de Vvinecho, Decemar de Bramonth, Rhetemar de Vvinecho.

Item pro parte dicti Dom. Comitis, & de ipsius voluntate, & mandato infrascripti omnes, & singuli fidejubentes pro eodem Domino Comite Tyrolense pro parte praedicta, & pro omnibus, & singulis, quae praedicti Arbitri, seu Dominus Rex Romanorum, laudaverint, & praeceperint inter partes praedictas juraverunt, & promiserunt mihi Notario stipulanti nomine ipsius D. Episcopi, & omnium & singulorum quorum, vel cujus interesset, seu interesse posset, ipsam pacem servare, & se facturos, & curaturos ita, quod ipse Dominus

Co-

Comes servabit eandem & omnes fententias, & A pronunciationes, quas tulerint inter partes prædictas ipsi Arbitri, seu Dom. Romanorum Rex. Et si ipse Dom. Comes Tyrolensis omnia prædicta & singula non servaret, promiserunt & fidem dederunt ipsis Arbitris, & mihi Notario stipulanti nomine ejusdem domini Episcopi, & omnium & singulorum quorum interest, seu interesse posset, & etiam corporaliter juraverunt, quod erunt contra ipsum dominum Comitem Tyrolensem totis viribus, & ipsum Dominum Episcopum toto posse juvabunt, quousq omnia & singula suprascripta per ipsum Dominum Comitem fuerint integraliter adimpleta. In primis videlicet Illustres viri Dom. Albertus Comes Augur. & Fridericus Comes de Ortemburgh, qui tamen non jurarunt, sed fidem dederunt, & promiserunt ut dictum est supra. Domini Suicherius de Richimbergh, Ergillinus, & Arnuldus Tarandi fratres, Vvigerius de Maise hilt. de Liumborch tabla h. refant, Heruandus Startineggar, Jacobus B Truclin. Nomaister Hablubergh, & Otto de S. Instain. Acta sunt hæc in prædicto loco, juxta pontem altum præsentibus testibus adhibitis Domino Linardo. & Domino Guillielmo de Castrobarco Puico de Gualdo, & Joanne Nicolao Notario, & Spalieta de Ripa, & aliis multis.

Item eodem anno, & Indictione, pridie Kalen. Junii Bolzani, in Ecclesia Jesu Christi, fratrum Prædicatorum, præsentibus ipsis Dominis Arbitris, Domino Guillielmo de Castro Barco, Brucardo scriba Domini Cancellarii, & pluribus tam Religiosis, quàm aliis, infrascripti omnes in suprascripta forma & modo per omnia jurarunt, & promiserunt. In primis Domini Albertus de Furmiau, Ulricus de Vellemberch, Hanricus de Materain, Haricus de Metentinga, Haricus Pincerna de Altemburch, Dieto de Furmiam, Conradus de Piume, Ariuldus Tarantus, Hanricus de Velles, Ulricus de Barda, Altonius Zolnetius, & Altimanus Tarautus. C

In Christi nomine Amen. Ad honorem Dei & Sanctæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & Sancti Vigilii, & utriusque partis, & Episcopatus Tridenti gentem. Nos Rudolphus, & Henricus supradicti Arbitri, & Arbitratores, & amicabiles Compositores electi à partibus suprascriptis, ea vigore ipsius Compromissi, sub poena in Compromisso adposita, laudamus, senteutiamus, præcipimus, & arbitramur, quod captivi à parte utrinque liberè relaxentur, & liberentur, & dictæ partes sic faciant, & curent quod ab omnibus, & singulis dictarum partium liberentur captivi, secundum aliqua ex actis, sive pro custodia carcerum, sive custodum, vel alia quacunque occasione, usque ad diem Jovis, per totum diem & annum, si fieri potest, & etiam obsides, & fidejussiones pro captivis datis, vel a quocunque eorum precipimus a partibus liberandos, & absolvendos liberè, & promissiones quaslibet, & obligationea factas, D & sacramenta pro predictis Capitulis vel aliquo eorum præcipimus usque ad prædictum terminum relaxandas, & absolvendas, sive ante pacem, sive post pacem prædictæ obligationes, & fidejussiones, seu sacramenta fuerint factæ, & facta; seu obsides dati, dum tamen ante factam pacem interim non fuisset facta solutio. Lecta, & publicata fuit dicta sententia præsentibus procuratoribus utriusque partis constituris, apud acta manu mei Notarii infrascripti. Bozani in Ecclesia fratrum Prædicatorum. Præsentibus fratribus Errigo Bertoldo, & Odorico Prædicatoribus, Brucardo scriba, & Pucio de Gualdo, & aliis pluribus testibus adhibitis vocatis, supradicto anno, & Indictione, quarto nonas Junii.

L. † S. Ego Guelfus de L... ribricii Imperialis Aulæ actorum Notarius iis omnibus interfui, & rogatus scripsi, & publicavi.

In Christi nomine Amen. Anno Domini Millesimo, ducentesimo septuagesimo sexto, Indictione quarta tertio Kalendas Junii, sub Castro Vvnech, juxta viam. Discreti, & sapientes viri Dominus Cocialcus Decanus, Dominus Erricus Archidiaconus, Dominus Aldebrandus, & Dominus Jacobus q. Er. Comes, Canonici Ecclesiæ Tridentinæ, nomine Capituli, & Ecclesiæ Tridentinæ, tam pro se ipsis, quam pro aliis Concanonicis eorum nomine dicti Capituli, a quibus eorum Canonici asserunt se habere plenissimam potestatem, & mandatum nomine ipsius Capituli ratificandi, & adimplendi omnia, & singula infrascripta, audito compromisso facto per venerabilem Patrem Dominum Henricum Dei gratia Episcopum Tridentinum, nomine dictæ Ecclesiæ Tridentinæ ea una parte, & Dominum Menhardum Illustrem Comitem Tyrolensem ex altera parte, in Venerabiles, & Magnificos viros Dominum Rudolphum Imperialis Aulæ Cancellarium, & Dominum Henricum Illustrem Comitem de Vvirstimbergh, de omnibus litibus, & quæstionibus &c. & auditis promissionibus, & obligationibus, & renunciationibus & poenarum obligatione audita, sic de prædictis omnibus, & singulis descriptum publice contractum manu mei Guelfi Notarii infrascripti ex certa scientia, nomine ipsius Capituli, ue voluntate ipsius Domini Episcopi Tridentini, & ipse Dominus Episcopus de voluntate ipsorum ratificaverunt, & adprobarunt ipsum Compromissum factum, & omnia & singula, quæ continentur ibidem, prout manu mei Guelfi Notarii infrascripti descriptum per omnia publice continetur. Præsentibus Domino Arardo, Domino Alpreto de Beza Gralate, & Domino Nicolao Spagnolo Judice testibus adhibitis. In cujus rei testimonium, & roboris firmitatem, præsens publicum instrumentum fieri fecerunt, sigillo ipsius Capituli, & signo mei Guelfi Notarii communitum.

L. † S. Ego Guelfus de Lombrici Imperialis Aulæ Actorum Notarius iis omnibus interfui, & de voluntate prædictorum, prædicta scripsi & publicavi.

Locus † Sigilli Capitularis pendentis.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniversis Imperij Romani fidelibus præsentes litteras inspecturis imperpetuum, & notitiam subscriptorum. Suborta inter Venerabilem Henricum Episcopum Tridentinum, Principem nostrum dilectum ex una, & Virum clarissimum Menhardum Comitem Tyrolensem, super Castris, munitionibus, possessionibus, injuriis, & aliis pluribus capitulis ex parte altera, odiosæ natura quæstionis. Nos eorundem volentes incommodis prospicere, & futura pericula præcavere, auctoritate compromissi per ipsos Episcopum & Comitem in nos sponte directi, seu facti prout in Instrumento publico per manum Guelfi Notarij super eo confecto plenius continetur, per complanationem amicabilem prædictam discordiam taliter consopimus. Statuimus enim, & auctoritate arbitraria diffinimus, pronunciamus, & sub pœnis in Compromisso prædicto contentis observari, & fieri præcipimus prædictis Episcopo & Comite singula infrascripta. In primis igitur statuimus, & præcipimus, quod pax & concordia inter eos facta per Excellentes, & Egregios Viros, Rudolphum Cancellarium nostrum, & Henricum spectabilem Virum Comitem de Vurttemberg, illibata permaneat, ullo unquam tempore violanda. Item volumus & præcipimus, quod prædictus Episcopus pro se, & Ecclesia sua, renunciet omnibus damnis, & gravaminibus sibi & Ecclesiæ suę per ipsum Comitem irrogatis, sic quod super eis idem Comes nullo unquam tempore impetatur,

quod

A quod idem ab ipso Comite circa Episcupum, & ipsius Ecclesiam fieri volumus aniversa. Super aliis quæstionibus, quas hinc inde sibi movebant ad invicem præcipimus, quod prædictus Comes renunciabit pro se, & suis hæredibus omni jure, & omni impetitioni, quæ sibi io Castro Malconsilij, siro in Civitate Tridentina competunt, nec ullam ipse Comes vel sui hæredes dicto Episcopo, aut Ecclesiæ suæ, vel Civibus Tridentinis super eodem Castro in antea quæstionem muvebunt. De Castro vero Kinigsberg, & omnibus suis pertinentiis sie statuimus, quod prædictus Comes renunciabit omni jure, quod occasione infeodationis in ipso Castro, suisque pertinentiis sibi competunt, & ad Ecclesiam Tridentinam perpetuo pertinebit. Erit tamen idem Castrum cum suis pertinentiis supradicto Comiti obligatum pro 3000. Marcis argenti, sed nos ipsum Castrum cum suis pertinentiis à nunc ad festum Resurrectionis Dominicæ, & abinde usque ad B annum per nostrum faciemus Capitaneum conservari, si tamen tempore medio Episcopus, vel Ecclesia Tridentina prædicto Comiti dict. Marcas exsolvarit nos ipsum Castrum cum suis pertinentiis faciemus Episcopo Ecclesiæ suæ nomine assignari, si verò infra dictum spacium nun persolverit ipsas Marcas, post elapsum triennium Comiti præsentabimus ipsum Castrum cum suis pertinentiis possidendum tamdiu, quousq; præfatæ Marcæ ipsi Comiti, vel suis hæredibus persolvantur. Solutione nutem facta quocunque tempore assignabitur dictum Castrum Ecclesiæ Tridentinæ. Insuper super Spit sic ordinamus, & statuimus, quod prædictus Comes permutationem faciet de pertinentibus ipsius Castri cum præfato Episcopo de hominibus & bonis Ecclesię Tridentinæ, qui, & quæ sint ipsi Comiti viciniores & viciniora, quàm sit Castrum prædictum, dummodo non sint in Valle Ananiæ. Hæc aatem permutatio fiet infra nunc instans festum C Nativitatis Dominicæ, ad arbitrium honorabilium virorum fratris Betingetii Magistri Hospitalis S. Joannis, & Hartmani de Baldeche, quos ad hoc negotium ordinamus, qua permutatione facta, Castrum Spir præsentabitur Episcopo, nisi tamen ex parte Episcopi infra dictum terminum permutatio consumetur, ad eam Comes postea non teneatur. Item præeipimus prædicto Comiti, quod præfato Episcopo & Ecclesiæ Tridentinæ Bozanum, & ejus Districtum restituat cum omni Jurisdictione, & jure, redditibus, & utilitatibus, quibus ea omnia Ecclesia Tridentina tenuit ex antiquo. Comes etiam retinebit, & pacifice perpetuò possidebit omnem jurisdictionem, & omnia jura, quæ in prædicto oppido Bozano, & ejus Districtu quomodo Albertus Comes Tyrolensis ipsius Avus, & Pater ejusdem Comitis Menhardi, & postmodum ipse Menhardus Comes cootiouata possessione Patris, & Avi in ipsius oppido, & ipsius districtu sine im- D petitione legitima usque in diem impetitionis ipsius Episcopi, pacificè tenuerunt. Item Funis, quam Comes prædictus in civitate Bozana in sua potestate detinet, apud nos sequestrabitur utriusque expensis à nunc festo Beati Jacobi, asque ad duos annos, quibus elapsis, quidquid cum convenientia, & ratione de ipsa Funi ordinaverimus, ratum erit; Et Episcopus Palatium suum reædificet, quando sibi placuerit pro suo libito voluntatis. Capitaneus etiam noster, quoniam custodiæ dictæ Funis præfecimus, de injuriis, & quæstionibus, si quæ inter cives intrinsecos, & extrinsecos orientur, discutiet, cognoscet, & corriget; & poenam debitam reis infliget, ut ex hoc cunterriti civiliter, & concorditet simul vivant. Dicti etiam Episcopus, atque Comes assistent nostro Capitaneo prædicto, ad corrigendum excessus Rebellium, & ad poenam ipsis in casu præmisso debitam infligendam. Et

A quicunque sive Episcopus, sive Comes, hoc non fecerit, dictam Funim, & quidquid in nostra potestate ibidem habuerimus alterius assistentiæ Capitaneo faciemus assignari, cui nihilominus assistemus.

Insuper Castrum Flincis funditus destructum præcipimus, & pro eo Incolæ Vallis ipsius dabunt quadraginta marcas infra festum Resurrectionis Dominicæ, quarum medietas cedet Episcupo, & alia medietas Comiti persolvetur. Feoda verò, quæ idem Comes in prædicta Valle de Comitatibus Vetimis, & Eppiano possidet, obtinebit. Insuper Rittenone, & Villandris, viros idoneos, Deum, & Justitiam diligentes dabimus, & deputabimus, qui præstito corporaliter juramento ab Incolis, & fide dignis, qui de plena & mera veritate dicenda juramentum prestabunt similiter exquirant bona fide sine fraude, & dolo diligentiùs, & solertius veritatem. Et iidem viri repererint, & à fidedignis juratis B invenerint, quod quondam Albertus Comes Tyrolensis, Avus, & Pater ipsius Comitis Menhardi & postmodum idem Comes Menbardus continuata possessiune avita, & paterna Jurisdictionem in dictis locis & Montibus pacificè sine impetitione legitima, usq. in tempus, quo idem Episcopus ipsum Comitem Menhardum impetiit, tenuerunt. Hoc ipsi Comiti proficiet, & eandem possessionem in antea possidebit pacificè. Si verò hoc per probos fide dignos juratos de vicinia probatum non fuerit, tunc Episcopus & Ecclesia Tridentina Jurisdictionem prædictam perpetuò possidebunt. Item Curiæ de S. Justina pertinentes ad Ecclesiam Tridentinam manebunt Comiti pignori obligatæ pro centum septuaginta Marcis, quousq; de ipso debito Comiti fuerit satisfactum. Juri autem, quod ex infeodatione quoodam Egenunis Episcopi Tridentini ipsi Comiti in prædictis Curiis competunt, idem renantiabit omnino. Item prædictus Comes habebit Jurisdictionem in C Parochiis . . . . . Irrolis, & Birir, eo jure, quo ipsam jurisdictionem Avus ipsius quondam Albertus Comes Tyrolensis, & pater ipsius Comitis Menhatdi, & ipse Comes Menhardus ad hæc tempora pacificè tenuerunt. In bonis tamen Dietmati de Poemunt, ac illorum de Uberotq. ac Marandini, & liberorum, & hominum eorundem sitis in Parochia Thisins, Comes nullam auctoritatem seu jurisdictionem habebit: Eo dumdaxat excepto, quod ipsi Comiti ratione Comitatus in dictis bonis competit judicare. Item præcipimus, quod præfatus Comes illi de Liegtinstein Castrum suum Liegtenstein superius cum pertinentiis suis restituat, & quidquid juris in inferiori Castro ex emptione legitima competit ipsi Comiti, hoc habebit. Item Castrum Belveder cum pertinentiis suis Comes restituet. Item Comes prædictus restituet Erardo de Ervinginstein, & suis fratribus omnia bona possessionis, & Juta, quæ ante Guertam hujusmodi, cum essent in gra- D tia Comitis, iidem in sua potestate tenebant; Et si Comes aliquam actionem, seu persecutionem super bonis, possessionibus, & juribus antedictis habuerit, eam contra dictos Erardum, & suos fratres coram Judice, quem ad hoc deputaverimus prosequatur. Item statuimus, & præcipimus dicto Comiti, quod Friderico, & suis fratribus de Frinsinstein omnia bona sua, quæ idem Comes in potestate sua detinet, quæ captivitatis suæ tempore Pater illorum de Frisinstein possedit circa Frisistein restituet. De bonis autem ipsorum, quæ per alios fuerint occupata, statuimus, quod Comes præfixo coram se partibus termino competente faciet dictos de Frisinstein mitti in possessionem eorum, secundum quod dictaverit ordo juris. Prædicti quoq. Fridericus, & sui fratres resignabunt in manibus dicti Comitis de allodio suo decem Marcarum redditus, & eosdem ab ipso Comite recipient in feodum. Item Castrum Fri-

fin-

sinsteln nec à Friderico suisq; fratribus, oec Episcopo, nec à quocunq. ab hinc usq. ad quatuor aonos reædificabitur contra Comitis voluntatem. Item Castra istius, quæ Guerræ tempore hinc, & inde io alterutrios præjudicium ædificata, destrui præcipimus, & mandamus, excepto Castro Frimioæ, quod Castrum fuerat ab antiquo. Item dictus Episcopus iofeodabit eundem Comitem de omnibus feodis, quæ vacaverunt Ecclesiæ Tridentinæ per mortem Comitis Vetimis & Epiano, & specialiter de Meceuberch, & Altenburch cum suis pertioentiis, de quibus idem Comes, & Pater suus à quondam Egenooe Episcopo Tridentino fuerant infeodata, exceptis tameo feodis superius nominatis. Insuper Episcopus iofeodabit Comitem de Castro Entria, Comes autem renonciabit purè & simpliciter omnibus possessionibus, & redditibus liberis ab antiquo ad Ecclesiam Tridentinam spectantibus, quæ prædictus Comes à dicto Egenone Episcopo infeodationis, donationis, vel emptionis titulo dinoscuntur recepisse. Item qoidquid Comes à Vassallis, & ministerialibus Ecclesiæ Tridentinæ legitimè comparavit, per manum Episcopi hoc habebit, sive in feodom, sive in allodium sit. Item omnia bona, quæ quondam Albertus Comes Tyrolis, Avus ipsius Comitis Menhardi, usque ad extremum vitæ suæ ab Ecclesia Trideotina renuit io feodum, quæ postmodum continuata possessione pater ipsius Comitis Menhardi usque ad finem vitæ suæ, ac deinde ipse Comes Meohardus ad tempus quæstionis oone per Episcopum sibi motę, pacificè tenuerunt, dictus Comes in antea possidebit. Item Comes renunciabit omnibus bonis venditis, & donatis Ecclesiæ Tridentinæ à quondam Vlrico Comite de Vetimis, quæ ouperrime in Bozano per dictum Episcopum nominata fuerunt, excepta dumdaxat Curia Merse, quæ ad ipsum Comitem pertinebit. Item præcipimus, quod Adjutores, & fautores utriusq. tam Episcopi, quam Comitis in hac Guerra occasiooe ejusdem Guerræ, in rebus, personis, & honoribus suis aliqualiter non gravcotur, sed iidem in omoibus, & per omnia io eo statu, & jure maneant, quo fuerunt antequam ipsis Episcopo, & Comiti adhæserint in hac Guerra. Insuper Ministeriales Episcopi alligati Comiti contra ipsum Episcopum, & è contra Ministeriales Comitis Episcopo conjurati contra Comitem, erunt à sacramento hujusmodi absoluti, & uterq. tam Comes, quam Episcopus Ministeriales suos in gratiam suam recipiet, & eosdem benigoe tractabit, iidem Ministeriales Dominis suis servient, ut tenentur. Hæc autem omnia, & singula suprascripta, auctoritate supradicti Compromissi per viam amicabilis compositionis statuimus, pronunciamus, & diffinimus, & sub pœois in ipso compromisso contentis, præcipimus supradicta omnia, & singula à prædictis Episcopo, & Comite inviolabiliter fieri, & servari. Cui pronuntiationi, sentcotiæ, statuto, seu præcepto à nobis edictis, promulgatis, & factis, in partium præsentia, in vigilia Beatæ Mariæ Magdalenæ apud Vlmam, dicti Episcopus & Comes consenserunt, & expresse emulgaverunt, prædictum nostrum arbitrium, & amicabilem compositionem, pronuntiationes, diffinitiones, & sententias suprascriptas. Testes sunt omnium premissorum Illustris L. Comes Palatious Rheni Dux Bavariæ, filius noster charissimus, & spectabiles viri Fridericus Burgravius de Nurimberg Duces de Teche, Albertus, & Bartholomeus de Hiemberg Comites & quamplures alii fide digni. In quorum omnium præmissorum testimoniom, & perpetui roboris firmitatem, Majestatis nostræ, & prædictorum Episcopi, & Comitis, ac præfati L. Comitis Palatini Rheoi sigilla præsentibos sunt appeosa. Nos aotem Episcopus, & Comes prædicti io approbatioois nostræ, & emulgatiouis expressæ omnium præmissorum evidens argumentum mandavimus nostra apponi præsentibus sigilla. Datum Ulmæ in loco, & die prædictis Anno Domini Millesimo docentesimo septuagesimo sexto. Regni verò nostri anno tertio.

Locus † Sigilli Regii. Locus † Sigilli Ducalis. Locus † Sigilli Comitis.

Rudolphus, Dei gratia Romanorum Rex semper augustos. Universis Imperii Romani fidelibus præsentes litteras inspecturis, gratiam suam, & omne bonum, super causa, vel causis, sive quæstionibus, quæ inter venerabilem fratrem Henricum Episcopum Tridentinum, Priocipem nostrum dilectum ex una, & Spectabilem virum Menhardum Comitem Tyrolis ex parte altera vertebantur, in Nos utrinque tamquam Arbitrum, Arbitratorem, seu amicabilem Compositorem extitit Compromissum, sic quod quicquid de ipsis causa, vel causis, sive quæstionibus ordioaremus, diffiniremus, seu pronunciaremus ratum, & firmum ab utraq partium debeat observari. Nos autem finem litibus, & odiosæ naturæ quæstionibus imponere cupientes, in Nos hojusmodi recipieotes compromissum, statuimus ut utrinq. scilicet tam Episcopus, quam Comes pacem, & concordiam, quam inter eos novissime apud Ulmam ordinavimus, in singulis suis articulis inviolabiliter debeant observare. Et si io aliqua parte, seu aliqoibus articulis aliquid est omissum, quod ex forma pacis debuit adimpleri, hoc volumus, & præcipimus ac eisdem, vel eorum altero dilatione postposita adimpleri. De hoc autem, quod dictum est io forma pacis factæ apud Ulmam ioter prædictos Episcopum, & Comitem, quod de boois pertioentibus ad Castrum de Spuor permutatio debeat fieri infra certum tempus, sic ordinamus & disponimus de voluntate ipsius Comitis, quod non obstante lapsu temporis determinati io Instrumento pacis, adhuc permutatio debeat fieri de ipsis bonis ab hinc usq. ad Purificationem Beatæ Virginis, & Castrum permutatione facta de bonis, debeat Episcopo libere assignari. Item omoia damna, quæ post tempus præmissæ pacis apud Ulmam à Nobis statuta sunt alteri ab altero irrogata similiter corrigi volumus, & eadem emendari, juxta quod nos duximus moderandum. Item statuimus, ut omnia Castra, munitiones, & oppida, quæ prædicto Comiti, vel ipsius servitoribus sunt ablata, vel è contra similiter hioc, & inde plenè, & liberè restituantur. Si verò post restitutionem liberè factam prædicto Comiti, vel ipsius servitoribus, servitores prædicti Episcopi aliquam contra dictum Comitem vel ipsius servitores habuerint actionem, seu prosecutionem, volumus, & statuimus, ut prædictus Comes, vel ipsius servitores illis indilatè, sine fraude, & dolo exhibeaot Justitiæ complementum, quod per omnia circa Episcopum, & ipsius servitores volomus fieri, & servari. Si vero servitores, vel Adjutores prædicti Episcopi nolleot io restitutione Castrorum, seu munitionum hujusmodi ordinationi nostræ præsenti parere, Nos dictum Comitem cootra dictos Rebelles juvabimus, & prædictus Episcopus contra hoc factum faciet quod eidem duxerimus injungendom. Si aotem servitores, vel Adjutores prædicti Comitis essent io resistendo rebelles, ipsum Episcopum juvabimus vice versa, & Comes similiter in hac parte mandato nostro parebit. Item præcipimus, quod prædictus Comes Erhardum & fratres suos de Truingenstein, & omnes alios Adjutores, seu servitores Episcopi, quocunque nomine censeantor, sincere gratiæ suæ restituat, nec occasione servitij præstiti supradicto Episcopo contra ipsum Comitem ipsos in personis, vel rebus gravabit, vel etiam molestabit, quod Episcopus circa Comitis servitores & Adjutores per omoia faciet, & servabit. Item quod de reædi-

A „ stini Papæ summi Pontificis, una cum prædicto Domino Episcopo Augustensi. In causa vertenti inter Dominum Ducem præfatum, & Patrem Venerabilem Dominum fratrem Philippum Episcopum Tridentinum, & coram Magistro Conrado Decano S. Mauricij Ecclesiæ Augustensis tanquam subdelegato ad prædicta Domini Augustensis Episcopi antedicti Venerabilis Pater Dominus Abbas prædictus delegatus, & dictus Dominus Conradus Decanus tanquam subdelegatus à dicto Domino Menhardo Duce cum instantia petierunt, quod eisdem recipientibus vice, & nomine Apostolicæ sedis, & Venerabilis Domini Episcopi Tridentini prædicti plenam possessionem, & securam, & idoneam cautionem de reddendis, tradeodis, & assignandis, in eorum manibus, seu potestate, & fortia omnibus Castris & Fortaliciis, seu terris, & aliis bonis ad Episcopatum Tridentinum spectantibus, quæ Dominus Dux præfatus hucusque tenuisset, & habuisset,

B seu custodiri fecisset per suos servientes. Proeo scilicet quod ipsi Domini Delegatus, & subdelegatus secundum formam rescripti delegationis ipsorum ipsas fortalitias, terras, & bona tradere volebant, assignari, & relaxare Domino Episcopo Tridentino prædicto, quando idem dominus Episcopus præfato Domino Duci idoneam præstaret, & faceret cautionem, quod per ipsas fortalitias, & munitiones nullum damnum, aut nocumentum fiet, seu inferretur dicto Domino Duci & ejus Territorio, & subjectis, secundum etiam quod de ipsa cautione per ipsum Dominum Episcopum præstanda, & idonea facienda in forma prædicti rescripti delegationis ipsorum plenius continetur. Qui Princeps Illustris Dominus Dux præfatus licet prædicto Domino Abbati delegato recipienti vice, & nomine præfati Domini Episcopi Augustensis Condelegati sui, & ejus nomine proprio plures prædictam fecisset cautionem, & satisfactionem, nihilominus vo-

C lens quotiescunque dictis Dominis Delegato, & subdelegato placet iterare, & innovare ipsam cautionem, satisfactionem, & satisdationem, de quibus facta est mentio, & eorum humiliter parere mandatis, solemni stipulatione promisit Domino Abbati prædicto tanquam Delegato, & Domino Conrado Decano prædicto tanquam Subdelegato, ipsis ambobus, & mihi Notario infrascripto stipulantibus nomine, & vice sedis Apostolicæ, & Domini Episcopi Tridentini prædicti, reddere, tradere, & assignare in manibus, & fortia prædictorum Dominorum Delegati, & subdelegati omnia Castra, fortalitias, & munitiones, ac terras, & alia bona ad Episcopatum spectantia, quæ inveniretur idem Dominus Dux non justè tenere, vel habere, seu custodiri fecisset per suos servientes hinc retro, ut ea tradant, & relaxent Domino Episcopo Tridentino prædicto, & prædicta facere promisit, quando Dominus Episcopus Tridentinus antedictus eidem

D Domino Duci fecerit, & præstiterit idoneam cautionem, ut in rescripro prædicto continetur. Quod per ipsas fortalitias, seu munitiones eidem Domino Duci, seu ejus Terrirorio non fiet, vel inferatur aliquod damnum, vel nocumentum, & prædicta promisit facere, & observare sub obligatione omnium suorum bonorum, quæ se jure precario pro prædictis Dominis Delegato, & Subdelegato constituit possidere usque ad integram observationem omnium prædictorum. Post quæ de mandato, & jussu Domini Ducis prælibati, egregii, & nobiles viri Domini Ottho Enricus, & Ludevicus Duces dicti Domini Ducis filij, & ad preces etiam instantiam Domini Ducis memorati, discreti, & potentes viri Domini Henricus de Rottenburch, & Dominus Henricus de Gerenstein ejus Gener, & de Strarchenberg, & Conradus junior de Avvenstein, & Svvieherig de Arso, & Henricus Griesso de

A Matterai, & Rupertus Muselarius, & Henricus Purchavins, & ejus Gener Nandoldus, atque Odoricus de Corredo milites nobiles, & honesti, ac etiam viri honorabiles, & nobiles, videlicet Domini Echardus de Ganristein, Jacobus de Rottenburch, Petrus Trautsunus de Riiffenechi, Henricus de Schenano, Vlricus Rubrienarius de Ruben, Henricus Marcalcus de Laubris se fidejussores expressâ exceptione Juris, & facti remota, constituerunt, renunciantes beneficio novæ constitutionis de fidejussor. & Epistolæ D. Adriani, & exemptioni doli mali, conditioni sine causa, in factum actioni, & omni legum, & alij exceptioni seu juris, & facti auxilio. Promiserunt se facturos & curaturos, quod dominus Dux præfatus de facto prædicta omnia & singula observabit, & integraliter adimplebit, & faciet & attendet, & prædicta promiserunt sub obligatione omnium bonorum ipsorum fidejussorum, & cujuslibet eorum præfatis Dominis

B Delegato, & Subdelegato, qui fuerunt ab ipso Domino Duce stipulati, ut superius continetur. Quibus omnibus sic peractis Princeps Illustris Dominus Dux præfatus, ex superabundantia obedientiæ suæ puri cordis, & sinceritatis animi pro integrali observatione omnium, & singulorum prædictorum, quæ in præsenti Instrumento superius continentur, præfatis Dominis Delegato, & Subdelegato etiam recipientibus vice, & nomine Apostolicæ Sedis, & pro se ipsis, & jam dicto Domino Episcopo Tridentino jure pignoris, & hypothecæ tacitæ & expressè specialis, & generalis obligavit, & hypothecavit infrascripta quatuor Castra, cum Salina & omnibus aliis eorum pertinentiis cum redditibus mille marcarum inter omnia Castra prædictis omnibus computatis, scilicet Castrum Taurrer, & Castrum Frideberch, & Castrum Ombres, & Castrum Rottenberch in Valle Eins constituta Brixinensis Diœcesis, ita scilicet, quod prædi-

C cti Domini Delegatus, & Subdelegatus ipsa Castra omnia, & alia omnia prædicta jure specialis & expressæ hypothecæ si per ipsum Dominum Ducem, & fidejussores suos ac nos integraliter non servantur, & fierent, quæ in præsenti instrumento superius continentur, possint auctositate propria invadere, & possidere usq; ad integram observationem eorum omnium, & singulorum, quę continentur in pręsenti Instrumento, & Rescripto delegationis ipsorum. Quæ omnia, & singula Castra supradicta obligata cum prædictis eorum pertinentiis, & redditionibus, idem Dominus Dux prædictis Dominis Delegato, & Subdelegato, & eorum possessionem sine aliqua defensione libere tradere, & relaxare promisit, sub obligatione omnium suorum bonorum, si prædictis modis, & prædictis casibus prædicta omnia, & singula non servaret, secundum quod in rescripto prædicto Apostolico continetur. Offerens idem Dux effectualiter se paratum ad

D voluntatem, & mandatum prædictorum Dominorum Delegati & Subdelegati, & secundum formam prædicti rescripti Apostolici, & vestra quotiescumque, & quandocumque eisdem placuerit, & simul, & pluries aliam unam, & plures cautiones, & promissiones, obligationes, pignora, & hypothecas facere, præstare, obligare, hypothecare pro prædictis omnibus, & omnibus, & singulis observandis, & integraliter adimplendis. Dicens, asserens, & præstans Dominus Dux præfatus, quod prædicti Venerabilis Patris Domini Episcopi Tridentini non est inimicus, sed ejus esi amicus, & esse cupit, volens eidem honorem, & debitam reverentiam exhibere, & eum, & suos successores esse securos in omnibus suis locis, & posse, dummodo ad ea non accedant animo inferendi eidem Domino Duci, & suis locis, & subditis aliquod nocumentum.

Ego Otrolinus quondam Domini Henrici Ve-

,, nerabilis Episcopi Tridentini, & sacri Palatii Notarius prædictis omnibus interfui, & rogatus scripsi.

,, L. †. S. Ego Chunradus de Monaco Sacri Palatii Notarius supra dictis omnibus interfui, & Signum meum ad majoris roboris firmitatem apposui, atque rogatus subscripsi.

,, L. † S. Ego Gelmus Domini Regis Conradi Notarius prædictis omnibus interfui, &c.

,, *Anno vero 1296. Adolphus Imperator Philippo Regalia concessit hoc edito privilegio.*

,, Adolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis sacri Romani Imperii fidelibus præsentes litteras inspecturis gratiam nostram, & omne bonum.

,, Romani Imperii Celsitudo consurgens antiquitus, & fundata mirificè super immobile fundamentum Excellentiæ prærogativa, quæ viguit, columnis meruit stabilibus stabiliri, & egregiis ædificiorum juncturis indissolubiliter adornari, inter quos quidem Illustres Principes, ad totius operis machinam supportandam, præcipuè, ut columnas voluit potiori præsentia præmunire, ut quo uberius gratiæ privilegiis insigniri se sentiant, & amplius debeant in obsequiosæ vicissitudinis redhibitione gratuita cæteris præstare. Sanè cum Venerabilis Philippus ordinis fratrum Minorum Tridenti Episcopus, Princeps noster dilectus, Romano Imperio & nobis obsequiosæ devotionis signa prætenderit, ad Celsitudinis nostræ præsentiam nuper accedens, & omnimodæ obeditionis insignia præsentaverit. Nos ipsum tanquam nostrum, & Imperii Principem ad benevolos applausivæ dulcedinis admittentes amplexus Regalia feuda Principatus Pontificalis, quem obtinet, sibi de regia liberalitate concessimus, & eundem Episcopum investivimus de eisdem administrationem temporalium, & Jurisdictionem plenariam Principatus ejusdem Ecclesiæ prænominato Episcopo præsentium serie committentes. Quocirca Ecclesiæ universis, & singulis Vasallis Ministerialibus, & hominibus suis, & Ecclesiæ suæ damus præsentibus in mandatis, quatenus ipsi Episcopo, tanquam Principi nostro, & Domino suo intendant in omnibus humiliter, & pareant reverenter.

,, Datur in Franchensurt Idus Novembris, & Indictione 9. anno Domini 1296. Regni verò nostri quinto. *Gentilottus.*)

LXXXIV 82 BARTHOLOMÆUS Quirinus, Venetus, primum Venetiarum Episcopus fuit, mox Nuvarienlis, demum ad hanc Tridentinam sedem evasit 1304. 4. Id. Januarii, ex Reg. Vatic. E. 204. ann. p. Benedicti 11. Obiit anno 1310.



(1)

LXXXV. 83 HENRICUS de Metis, Monachus Cisterciensis, Abbasque Villariensis (2) ejusdem Ordinis, Metensis diœcesis, præstantissimo vir ingenio, Cancellariusque Lutzemburgensis Imperatoris, ad preces ejusdem Cæsaris adlectus fuit hujus sedis Antistes 1310. confirmatusque à Pontifice die 10. Kal. Junii, ex Reg. Vatic. E. 380. f. 105. ejusdem anni. Fidem obstrinxit se solitum subsidium sacro Collegio soluturum, præfertque electi titulum. In Italia munere Vicarii Generalis, & Cancellarii pro Cæsare functus est, litesque omnes diremit, quas sui antecessores cum Ducibus Carinthiæ, Comitibusque Tyroli exercuerant. Quin ut amico Regio, Maynardus Ducis Carinthiæ filius vallem Flemanam, parenti olim suo ab Episcopis oppignoratam, gratis Episcopo Henrico restituit.

(,, *Non Maynardus, ut per amanuensis incuriam scripsit Ughellus, sed Henricus Rex Boemiæ Dux Carinthiæ, Meinhardi filius restituit Episcopo Henrico, & Ecclesiæ Tridentinæ vallem Flemarum, ut constat ex tabulis cessionis, quas integras hic do sequentis tenoris.*

,, In Christi nomine Amen. Die Sabbati octavo Junii Bobiani in Ecclesia Sancti Nicolai. Præsentibus venerabilibus viris fratribus, Petro Sancti Laurentii prope Tridentum Ordinis Sancti Benedicti, & Conrado Sancti Joannis in Stombs Brixiensis Diœcesis Ordinis Cisterciensis Monasteriorum Abbatibus, Frederico Majoris Brixinensis, de Vvolemarcho Ecclesiarum præpositis, Fratribus Chunrado de Stugenstat, & Simone de Metis Ordinis Cisterciensis infrascripti Domini Tridentini Episcopi Capellanis, Paciano Plebano Ecclesiæ de Borano Tridentinæ Diœcesis, Gulielmo de Bellenzanis Judice de Tridento, & Nobilibus viris D. D. Vvernero de Tablato, Henrico de Rotenburg domini Ducis Carinthiæ Curiæ Magistro, Henrico dicto Gralando, Sifrido de Rottenburg, Alberto de Cambian, Petro Frezon, Henricho Oventhonsrio, Odorico de Coredo, & Henrico Longensthonario Militibus, Henrico de Beymundo, Stephano de Firmiam, Henrico de Synan, Gotsalco Judice de Erma, Albertino, & Gerando filiis quondam Domini Gerardi, Jacobo dicto Leus, & Antonio Domini Ranoldi, Nicolao Notario de Sancto Vito, Chunrado Notario, & Jacobo de Colonia Notario, qui se debet huic subscribere instrumento, Civibus Bolsanensibus, testibus, & aliis rogatis, & vocatis. Cum vallis Flemmarum Tridentinæ Diœcesis obligata diceretur bon. mem. Domino Maynhardo Duci Carinthiæ, Comiti Tyrolensi procentum quinquaginta marchis argenti Magnificus Princeps D. Henricus Dei gratia Bohemiæ, & Poloniæ Rex Illustrissimus Carinthiæ Dux, Tyrolensis, & Goritiæ Comes Aquilegen. Tridentinæ, & Brixinensis Ecclesiarum Advocatus, ejusdem domini Maynardi hæres, & filius attendens dictum Patrem suum, & se multa beneficia, commoda, & honores à Tridentina Ecclesia percepisse, ob remedium peccatorum Patris sui prædicti, & suorum dictam obligationem quibuscunq. causis, seu verbis conceptam, cassans, & annullans Reverendo Patri Henrico Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Tridentino Duci, Marchioni, & Comiti recipienti pro se, & successoribus suis & Ecclesia prælibata, cum juribus, & jurisdictionibus suis, & pertinentiis universis restituit, & liberè relaxavit, exceptis infrascriptis, quæ dictus Princeps ad se asseruit pertinere, videlicet Comitatum de Castello de Cauriano, & de Stremuncia cum Castro, & jurisdictione ibidem & aliis juribus, & pertinentiis suis. Item homines residentes in aliis villis spectantes ad ipsum Comitatum. Item omnes redditus ejusdem Comitatus. Item omnes homines DD. Ezelini, & Nicolai de Erma una cum jurisdictione, possessionibus, prædiis, & redditibus eorundem. Item homines, & possessiones Nobilibus de Hoyno ad dictum Principem, & suos subditos pertinentes salvis

(1) Tesseram hanc gentilitiam reperi in Codice quodam chartaceo Bibliothecæ Tridentinæ, in quo continetur Ovidii Metamorphosis, cum nota quondam Joannis Hinderbachii Episcopi, qui testatur ea esse Henrici insignia, & præterea eum sedisse [illegible] (sed erronee) ad 1336. *Gentilottus*.

(2) Ut Abbas Villariensis testis adducitur Henricus in tabulis permutationis quorundam oppidorum inter Henricum VII. Roman. Regem, & Joannem Episcopum Argentinensem datis Coloniæ *XVIII. Kal. Februarii DidiII VII. anno Domini MCCCIX.* apud Jacobum Vvencker. in disquisit. de Usburgerio pag. 13. *Gentilottus*.

„ salvis bonis, & juribus aliis, quæ imposterum ap- A
„ parent, quibus sic peractis, & per præfatum Dom.
„ Episcopum salvis juribus omnibus Episcopatus,
„ & Ecclesiæ prædictorum admissis. Item Domi-
„ nus Episcopus dicti Principis supplicationibus
„ Inclinatus gratiosè remisit eidem, quidquid ipse,
„ vel prædecessores ipsius avo officiales eorum de
„ Valle prædicta Flemmarum usque ad diem præ-
„ sentem indebitè perceperunt, ita quod ipsi, nec
„ quo ad Deum, nec quo ad mundum pro perceptis
„ hujusmodi tenentur, quæ omnia, & singula su-
„ prascripta promiserunt ad invicem dictæ partes
„ perpetuo firma, & rata habere, & tenere obser va-
„ re. Ut autem præmissis actibus majoris firmita-
„ tis robur accedat, fecerunt dictæ partes præsens
„ publicum instrumentum sigillorum suorum ap-
„ pensione muniri, sed & venerabilis Pater Dom.
„ Joannes D. G. Brixinensis, Episcopus, qui præ-
„ missis omnibus præsens fuit, ad instantiam par-
„ tium prædictarum, & ad gestæ rei evidentiam B
„ pleniorem idem instrumentum sigilli sui muni-
„ mine roboravit. Cæterum de præmissis condita
„ sunt duo tenoris ejusdem publica documenta, sin-
„ gulum videlicet parti dandum. Anno Domini
„ Millesimo trecentesimo quartodecimo Indictio-
„ ne duodecima.
„ Ego Jacobus de Colonia sac. Palatii Notarius
„ prædictis omnibus & singulis interfui, & rogatus
„ publicè me subscripsi, meisq; signo, & nomine
„ roboravi.
„ Ego Ponus Joannes Bonandreæ Civis Bono-
„ niensis Apostolica, & Impetiali auctoritate No-
„ tarius, & præfati Domini Episcopi Tridentini
„ scriba prædictis præsens rogatus ea publicè scri-
„ psi. *Gentilottus*.)

Præfuit 26. annos, talitque apud omnes laudem prudentiæ singularis, decedensque sepultus fuit in Cathedrali anno 1337. Ejus meminit amicus noster omnigena eruditione clarissimus Gaspar Jongelinus Abbas Disimbergensis in elogiis Archiepiscoporum & Episcoporum Ordinis Cisterciensis nuper excusis sub titulo purpuræ divi Bernardi, vel in Notitia prima Abbatiarum Ord. Cisterciensis, ubi C refert illum magnificentissime Villariense templum construxisse.

(„ *Henricus Trident. Episcopus S. Imperialis Au-*
„ *læ Cancellarias subscripsit diplomati Henrici Ro-*
„ *man. Regis de investitura Marchionatus Montis-*
„ *Ferrati data Theodoro an.* MCCCX. VII. Kl. De-
„ cemb. Indict. VIII. in Civitate Astensi, *quod ex-*
„ *tat apud Benvenutum de S. Georgio in Chron.*
„ *Montisfer. pag.* 106. *pluribusque aliis in privile-*
„ *giis ejus mentio occurrit, quæ hic referre non va-*
„ *cat. Henrici Epistolæ quædam ad Joannem Epi-*
„ *scopum Argentinensem extant in codice quodam*
„ *membranaceo Bibliothecæ Viadobon. qui complecti-*
„ *tur varias Epistolarum à memorato Joanne, & ad*
„ *eum scriptarum formulas. Cæterum inauguratio-*
„ *nis Italicæ Ludovici Bavari sacra cum Aretino,*
„ *& Brixiensi Episcopum quoque Tridentinum fecis-*
„ *se narrat Nicol Burgund. Histor. Bavar. lib.* 11. D
„ *pag.* 99. *edit. Helmstad. an.* 1705. *quæ cum an.* 1327.
„ *peracta fuerint, in Henricum de Metis id quadrat.*
„ *Galvaneus de la Flamma apud celeberrimum*
„ *Scriptorem de Corona Ferrea cap.* 11. *unius Aretini*
„ *meminit; at exemplum chirographum, quod ex-*
„ *tat in Vindobonen. Bibliotheca cum Burgundo*
„ *consentit, & rem sic exponit:* A. D. MCCCXX
„ VII. isto tempore Ludovicus Baverus Romano-
„ rum rex intravit per Tridentum in Italiam, &
„ die XXVII. Madii intravit Mediolanum. Et in
„ festo Pentecostes in ecclesia S. Ambrosii fuit co-
„ ronatus corona ferrea. Episcopi, qui ipsum co-
„ ronaverunt, fuerunt tres, videlicet Fridericus
„ de Mandello Episcopus quondam Brixiensis &
„ Episcopus quondam Aretinus, & Episcopus
„ quondam Tridenti, qui omnes erant excommu-
„ nicati, & Episcopali dignitate privati. Isti sic
„ excommunicati & depositi coronaverunt Impe-

A „ ratorem excommunicatum & depositum. *Verum*
„ *hæc ita conciliari posse videntur, ut dicamus pri-*
„ *mas ea in actione partes Aretino tributas. Bri-*
„ *xiensem, & Tridentinum administros fuisse. Lapis*
„ *verò Henrici sepulchro impositus, & in mensam al-*
„ *taris templi sacrarum Virginum S. Claræ extra*
„ *mœnia urbis conversus, haud ita pridem retectus*
„ *fuit præseferens hujusmodi inscriptionem.*
„ † S. R. P. DNI. FRIS. HENRICI
„ DE METIS EPI. TRIDENT.
„ IMPER. AULE. CANZELARII.
„ QUI. OBIIT M.CCC. XXXVI. IN-
„ DICT. IIII. IX. OCT.
„ *Gentilottus*.)

84 NICOLAUS Bruna Moravus, Decanus LXXXVI.
Olmucensis, Caroli IV. Regis Romanorum Secretarius, hujus Ecclesiæ fuit adlectus Antistes 1338. Confirmatus à Benedicto XII. 5. Non. Julii, ex Reg. Vatic. E. 182. ann. 4. Pertulit hic multas B ærumnas à Ludovico Brandeburgensi Marchione, qui sola cupiditate proferendi Imperii Tridentum invasit, suæque ditionis fecit per decem, & septem annos. Hunc postea compulit ad restituendam urbem Rodulphus IV. Dux Austriæ. Præfuit autem Nicolaus annis 5.

(„ *Carolus IV. in vita sua inter scriptores Bohe-*
„ *micos Marquardi Freheri p.* 97. *hæc habet de*
„ *Nicolao:* Illo tempore fecimus Nicolaum Can-
„ cellarium nostrum Episcopum Tridentinum,
„ & Brixinensem Matthæum Capellanum fra-
„ tris nostri quia ambo Episcopatus vacabant
„ tempore eodem. *Huic Nicolao, & Ecclesiæ Tri-*
„ *dentinæ Joannes rex Bohemiæ arma, seu clypeum*
„ *S. Vvenceslai tunc vacantia concessit, ut ex sequen-*
„ *ti patet diplomate.*
„ Joannes Dei gratia Boemiæ Rex, ac Lucem-
„ burgensis Comes omnibus. In perpetuum suadet
„ hoc nobis magnificentiæ regalis sublimitas, quod
„ hi qui se nobis suorum reddunt actuum probatio-
„ nem placabiles favoris nostri gratiam in se pati-
C „ ter, & in suis votive compensationis in perpe-
„ tuum consequantur. Cum igitur Venerabilis in
„ Christo Pater Dominus Nicolaus Tridentinus
„ Episcopus amicus noster charissimus nobis pro-
„ posuerit, quod dicta sua Ecclesia nulla propria,
„ de quibus necessitatis tempore sui & præfatæ suæ
„ Ecclesiæ Ministeriales nobiles, Milites, & Vasal-
„ li armari, & Banderiam erigere valerent armo-
„ rum signa habeat ista vice. Nobisq. supplicave-
„ rit humiliter & devotè, ut arma Sancti Vven-
„ cezlai Martiris ejusdem Regni nostri Patroni
„ gloriosi nunc vacantia sibi & successoribus suis,
„ ac præfatæ Ecclesiæ Tridentinæ de benignitate
„ nobis ingenita donaremus. Nos itaque ipsius D.
„ Episcopi presentem & preteritum, quem ad nos
„ gessit animum advertentes, considerantesque at-
„ tentius, quod ipse Dominus Episcopus sic se nobis
„ fidem semper, & servitiorum exhibuit prompti-
„ tudine studiosum, quod in eo nunquam inveni-
„ mus, nec invenire potuimus aliud, quam quod
D „ vera fides, & sinceræ devotionis requirit affectus
„ ad exaudiendum & audiendum in hoc preces suas
„ ex Episcopalis gratitudinis debito censimus nos
„ teneri. Eapropter ad universorum tam nunc su-
„ prascriptum, quam etiam in antea futurorum no-
„ titiam volumus tenore presentium pervenire,
„ quod Nos memorati Domini Episcopi supplica-
„ tiones tanquam justas & rationabiles benigno su-
„ scipientes affectu sibi & suis successoribus Epis-
„ copis Tridentinis Venerabilibus, nec non Eccle-
„ siæ Tridentinæ præfata arma ipsius S. Vvencez-
„ lai invictissima in fine presentis nostri privilegii
„ designata in Dei nomine damus, concedimus, &
„ donamus per eundem dominum Episcopum, &
„ suos successores Episcopos Tridentinos præfatos
„ utenda, habenda ex nunc in antea, & perpetuis
„ temporibus defenda, & quia ipsa Tridentina
„ Ecclesia hostium incursionibus velut signum ad
„ sagittam est exposita, & ideo ipsius Rectores Epi-

„ scopi Tridentini fuerunt retroactis temporibus à „ quibusdam circumsedentibus Nobilibus, & potentibus diversarum Injuriarum violentiis anxiati, contra quorum conatus & gravamina sepe dictum dominum Episcopum & ejus successores, seu Ecclesiam Tridentinam tum ratione Advocatiæ, tum etiam propter ·srma prælibata in suis juribus, dignitatibus, & immunitatibus sincere promittimus per nos hæredes, & successores nostros Duces Karinthiæ Illustres, & Comites Tyrolenses manutenere, & Dei adjutorio magnifice futuris temporibus defensare. In quorum omnium testimunium & evidentiam ac robur perpetuu valiturum præsentes litteras fieri, & sigillo nostro majori fecimus comuniri. Datum Vvratizlavie Anno Domini Millesimo Tricentesimo, Trigesimo nono in vigilia Beati Laurentii Martyris gloriosi.

„ *Atque haec sunt insignia, quibus tam Ecclesia, quam civitas Tridentinae hodie utuntur. Nicolai præterea mentio habetur in decreto Bertrandi Patriarchæ Aquilejen. an.* 1342. *quod Ms. possidet cl. Fontaninus. Statutum Tridentinum auxit, illudque sermone Germanico conscriptum in Archivo Castri Bonicoasilii adhuc servatur. Cæterum Nicolao Episcopo sedente ædificata fuit domus Flagellantium, seu ut vocant, Batutorum Tridenti, ut ex monimento, quod supra portam legitur hoc exemplo.*

„ Hæc est domus Batutorum laicorum civitatis Tridenti, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, incepta, & ædificata ad honorem Dei, & Virginis Mariæ ac Ven. Patris D. D. Nicolai Dei gratia Episcopi Tridenti per Bonaverium de Bellenzanis predictorum Fratrum Tridenti ministrum sub anno Domini MCCCXL. die xxv. Januarii.

„ *Gentilottus.*)

LXX XVII. 85 GERARDUS (1) de Marnacho de Vviders, Decanus de Bauterio in Ecclesia Constantiensi, Nicolau successit, à Clemente VI. electus 1347. 2. Id. Dec. Ex Reg. Vat. E. 40. f. 25. ann. 6 Obiit 1348.

LXX XVIII 86 JOANNES natione Tuschus, Patria Pistoriensis, Decanus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectinensis diœcesis, Gerardo subrogatus est 1348. 5. Kalen. Novembris, ex Regest. Vatic. E. 152. f. 67. ann. 7. à Romano Pontifice; sed cum nunquam potuisset inire obtenti Episcopatus possessionem, ad Spoletanam Ecclesiam in Umbria translatus fuit 1349.

LXX XIX 87 MAYNARDUS de Nelehaus, sive de Nova domo Boemus („ *Ulrici IV. ex Margarita Mainhardi Carinthiæ ducis filia filius*) Canonicus Pragensis, ex illius Regni primariis, Tridentinus Episcopus fuit 1349. 2. Non. Novemb. à Clemente VI. electus: ita Reg. Vatic. E. 147. f. 37. ann. 8. sed cum ei aditus fuisset denegatus ad sedem, exul vitam finivit.

(„ *In Ms. quodam recentiori Catalogo legitur eum nunquam in possessionem Episcopatus venisse, sed semper in Boemia patria sua vixisse usque ad an.* 1362. Gentilottus.)

88 ALBERTUS Cassitus ex Comitibus Cillæ & Ortenburgh, iniit possessionem hujus Episcopatus 1363. discussitque Bavari tyrannidem, Rodulpho IV. Austriæ Duce opitulante. Viginti, & septem annos hanc rexit Ecclesiam, decessitque in Episcopali palatio, sepultusque est in Cathedrali, prope altare S. Maxentiæ. XC.

[„ *Pactionem, & fœdus cum Ducibus Austriæ iniit Albertus, quæ pactio à successoribus deinde confirmata, & aucta fuit. Tabulæ datæ sunt* Tridenti feria II. proxima ante festum B. Matthæi Apostoli, & Evang. MCCCLXIII. *In Cathedrali tumulatus est cum hoc Epitaphio.*

„ Reverendus in Christo pater Dominus Albertus in Ortemburg Episcopus Tridentinus obiit an. Dom. MCCCLXXXX. die nono mensis Septembris.

„ *De Alberto Ortemburgico agitur in Februario Bolland. tom. 1. p. 649. ubi refellitur error Lazii, qui eum Millestadtensibus Monachis Abbatem dedisse scripsit circa an.* 1240. Gentilottus.)

89 GEORGIUS hujus nominis I. Liechtenstein de Castro Nicolsburgo, ex Austriæ Baronibus, Præpositus ecclesiæ S. Stephani Viennensis, à Tridentino Capitulo fuit electus, à Bonifacio IX. confirmatus 1390. 6. Id. Octobris. Hic Præsul rarum fuit variantis fortunæ documentum. Paulo enim post quam inceperat Tridentinis præesse, à Rodulpho *a* Bellenzano captus est, & injectus in carcerem; postque multas ærumnas, cum Bellenzanus capitis punitione meritas pœnas luisset, Georgius vinculis exutus ad sedem rediit. Indeque paulo post exilio divexatus, Austriaci Ducis vincula incurrit, Sporiique carcere, conclusus, tandem veneno periit. Tridentumque relatus sepultus est in Cathedrali prope Albertum suum antecessorem. XCI.

a Petrus Bellenzanus vocatur in nummo in memoriam ejus supplicii cudo, cujus Etypon habeo. Gentilottus.

(„ *In libro membraneo statutorum Capituli Vindobonensis adnotatum reperi:* Statuta de optione domorum Canonicalium a Georgio de Liechtenstain Dei & Apostolice sedis gratia Præposito ecclesie omnium Sanctorum alias S. Stephani Wiene Pataviens. diocef. Johanne Decano, Johanne Can-

(1) Hujus Giraldi meminit Baluzius in notis ad vitas Paparum Avenion. tom. 1. quem vocat Geraldum de Manhaco, seu de Magnaco, & ante Episcopatum fuisse Canonicum Nannetensem, & Archidiaconum de Baltesio in Ecclesia Constantiensi: & opinatur fratrem habuisse Aymericum de Manhaco Archiepiscopum Parisiensem ex antiqua nobilitate Lemovicensi Oppidi de S. Juniano. *De Gerardo agunt* Bzovius, & Raynaldus an. 1346. & Ghirardacius l. 21. histor. Bonon.

Cantore. Petro Thoma Canonicis totoque Capitulo Collegii Wviennensis immediate ad sedem Apostolicam spectante. A. D. MCCCLXXXVII. die xxvii. mensis Julii condita fuisse. *Item in albos Præpositorum hæc leguntur*. Item Reverendus Georgius de Liechenstain noster Prepositus in ordine tertius factus Episcopus Tridentinus & a Duce Friderico amotus, ea conditione quod singulis annis vellet sibi presentare mille Florenos de Episcopatu. *An.* 1396. *Georgius Suvrana Canonicorum numerum qui viginti septem numerabantur, ad decem & octo contraxit, annuente Bonifacio* IX. *sequenti Bulla*.

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ex debito Pastoralis officii, quo Ecclesiarum regimini disponente Domino præsidemus, ad ea, quæ Ecclesiarum ipsarum, & earum personarum utilitates, & comoda recipiunt libenter intendimus, & quantum cum Deo possumus, apponimus solicitudinis nostræ partes. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Venerabilis fratris nostri Georgii Episcopi Tridentini, & dilectorum filiorum Decani, Archidiaconi, & Capituli, singulorumque Canonicorum Ecclesiæ Tridentinę tunc ibidem existentium, petitionis series continebat, quod ipsi attendentes, quod in dicta Ecclesia essent viginti septem Præbendæ Canonicales, quarum aliquæ adeò exiles, & tenues, ac parvi valoris existebant, quod ipsius Ecclesiæ Canonici illas obtinentes de earum fructibus, redditibus, & provenientibus non poterant congruè se sustentare hujusmodi 27. Præbendarum de eorum communi consensu ad decem, & octo Præbendarum Canonicalium numerum restrinxerunt, & etiam reduxerunt, ita quod novem ab ipsis cedentibus, aut decedentibus Canonicis fructus, redditus, & proventus hujusmodi 9. Præbendarum communi Mensæ dicti Capituli applicentur ipsius Capituli arbitrio disponendi, prout instrumento publico, inde confecto, cujus tenorem de verbo, ad verbum præsentibus inseri fecimus plenius continetur. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat D. D. Episcopi, Canonici, & Capitulum dubitent restrictionem, & reductionem hujusmodi viribus non subsistere, nobis pro parte ipsorum fuit humiliter supplicatum, quatenus super iis robur Apostolicæ firmitatis adiicere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati restrictionem, & reductionem prædictas, ac omnia, & singula in dicto Instrumento contenta rata, & grata habentes illa Auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, etiamsi D. D. 9. Canonici per quorumcunque factum Præbendæ ipsæ primò vacabunt, aut eorum aliquis fructuum, & proventuum Apostolicæ cameræ debitorum collectores, & succollectores, aut Sedis Apostolicæ Capellani vel familiares, aut aliàs officiales fuerint, ipsorum Præbendæ dictæ Mensæ liberè applicentur supplentes omnes defectus, si qui intervenerint in prædictis, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, contrariis quibuscunque. Tenor verò Instrumenti talis est. In Christi nomine Amen. Anno ejusdem nativitatis 1396. Indictione 4. die Jovis 16. mensis Novembris super Castro boni Consilii de Tridento in stuba magna ejusdem Castri præsentibus R. Patre de Bononia decretorum Doctore Abbate Abbatiæ S. Laurentii de prope Tridentum in spiritualibus pro infrascripto Domino Episcopo Tridentino Vicario Generali, Sapiente viro D. Joanne de Captan Castri sancti Petri de Bononia egregio Doctore in Temporalibus pro præfato Domino Episcopo Vicario in Tridento, & Curiæ Tridentinæ. Sapiente viro Domino Antonio de Tridento in Jure Civili licentiato, Discretis viris Magnificis Nicolao de Tridento, & Odorico de Arco physicis, & nobili Domino Francisco dicto della bellina de Tridento testibus ad infrascripta vocatis specialiter, & rogatis, & aliis quampluribus. Idem Reverendus in Christo Pater, & DD. Georgius Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Ecclesiæ Tridentinæ, ac venerabiles viri D. Rambaldus de Tridento Decanus, Mapheus de Mediolano Archidiaconus, Joannes Pont Decretorum Doctor, Melchior Sicho, & Morandus de Tridento, Jacobus de Soncino, Bertucus de Carinthia, Antonius Jacobi de Novaria, Julius de Mino, Vigilius de Tridento, Joannes de Bustria, Harius de Enno, Joannes de Fundo, Nicolaus, & Michael de Tridento omnes Canonici Tridenti, cum tunc plures non essent in Ecclesia Cathedrali Tridenti residentes pro infrascriptis tractandis, & expediendis per eundem dominum Decanum ad præfatum locum ad hoc specialiter, & capitulariter congregati, attendentes, & diligenter considerantes, quod cum in dicta Ecclesia ultra Decanatum, & Archidiaconatum, & alias quasdam Præbendas mansionariorum, & aliorum sint 27. Præbendæ Canonicales, quæ tantùm Canonicis ejusdem Ecclesiæ assignari, & conferri consueverunt, quarum plurimæ sunt adeo pauperes, tenues, & exiles, quod earum aliquæ 30. quædam vero 25. Floren. auri valorem non excedunt, unde constat, quod ipsi Canonici ex earum proventibus non valent, ut decet, honestè, & congruè sustentari. Præfatus igitur Episcopus cum præfatis D. D. Decano & Canonicis, & Capitulo tractans, & deliberans qualiter præmissis defectibus possit congruis remediis obviare, & tandem diligenti inter eos tractatu, ac plena deliberatione præmissis idem Dominus Episcopus honestati Ecclesiæ suæ, ac propterea necessitati volens utiliter providere, de communi dictorum Canonicorum beneplacito, & consilio, atque consensu dictum numerum Præbendarum usque ad decem, & octo numerum reduxit, & restrinxit, statuens, & ordinans, quod de cętero in dicta sua Ecclesia sint tantum 18. Canonici præbendati, & non plures, nisi forsan in futurum ex augmento nil excrescentibus facultatibus, ipse, vel successores, seu aliter duxerint ordinandum, voluit insuper, & ordinavit dictus D. Episcopus de consensu supradictorum D. D. Canonicorum, ut redditus, & proventus 9. Præbendarum sic restrictarum communi mensæ dicti Capituli applicentur dispensandi inter Canonicos residentes, & pro incumbentibus, ac occurrentibus necessitatibus, & prout secundum exigentiam casuum, & temporum ipsis melius videbitur expedire. In quorum omnium fidem, & testimonium sæpe dictus Dominus Episcopus mandavit, & commisit mihi Alberto Notario, & aliis Notariis infrascriptis, ut de præmissis omnibus, & singulis faceremus unum, vel plura instrumenta si fuerit necesse.

Ego Albertus &c. Negrati de Sacco Diœcesis Tridentinæ Civis, & habitator Tridenti publicus Imperiali Auctoritate Notarius iis omnibus supradictis & singulis dum sic, ut præmittitur, agerentur, tractarentur, & fierent una cum infrascriptis Paulo Massaio, Jacobo, & Paulo Notariis interfui, & pariter cum eis rogatus, hæc omnia publice scripsi cum meis nomine, & signo Notariæ consuetis in testimonium omnium pręmissorum.

Ego Paulus &c. Martini de Tridento Imperiali auctoritate Notarius præmissis restrictioni, reductioni, & ordinationi, & omnibus & singulis suppositis dum sic ut præmittitur agerentur & fierent unà cum suprascripto Alberto, & infrascriptis Jacobo, & Paulo Notariis interfui, & ea ita fieri, & agi vidi, & audivi in præsentia testium suppositorum, & de mandato præfatorum D. Episcopi Tridenti, & Canonicorum, ac cum in-

instanria requisitus in præmissorum evidentius testimonium & robur in testem hic subscripsi, signumque Tabellionatus cum nomine apposui consuetum.

Ego Jacobus filius D. Petri de Revo Vallis Ananiæ Diocesis Tridentinæ Civis, & habitator Tridenti Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius præmissæ restrictioni, seu reductioni, ac omnibus, & singulis suppositis, dum modo, quo supra agerentur, ordinarentur, & fierent una cum suprascriptis . . . . Alberto, & Paulo Massaio, ac infrascripto . . . . Paulo Notariis affui, vidi, & audivi, & de mandato prędictorum D. Episcopi, & Canonicorum, ac rogatus me subscripsi, signumque meum in dictorum præmissorum clarius testimonium apposui consuetum.

Ego Paulus Civis Tridenti filius &c. Joannis... Fati de Trilaco Imperiali auctoritate notarius præmissis restrictioni, seu reductioni, ac ordinationi, ac omnibus, & singulis suprascriptis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, & fierent unà cum suprascriptis Alberto, Paulo Massaio Cive Tridentino, & Jacobo Notariis prælibatis interfui, & ea ut supra præmittitur ita fieri, & agi vidi, & audivi in præsentia prælibatorum testium, & de mandato præfatorum D. Episcopi Tridentini & Canonicorum, ac cum instantia requisitus in præmissorum evidentius testimonium, & robur me in testem hic subscripsi, signumque mei Tabellionatus cum nomine apposui consuetum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis, communitionis, & supplicationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum 16. Kal. Feb. Pontificatus nostri anno 8.

A' Ruperto verò Romanorum Rege an. 1401. obtinuit, ut pedagii nomine certum denariorum numerum possit exigere. En diploma.

Rubertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Venerabili Georgio Episcopo Tridentino, Principi, ac devoto nostro dilecto gratiam Regiam, & omne bonum. Ad prosequendum munifice vota poscentium, etsi Regalis liberalitatis dextra quadam generalitate sit habilis, illis tamen quadam specialitare se porrigit gratiosam, quos probata fidei constantia, & sinceræ devotionis integritas constituunt promptiores. Sanè ad nostram accedens præsentiam Majestati nostræ cum instantia supplicasti. Cum Civitas tua Tridentina, quæ in metis, seu in limitibus Lombardiæ, & aliarum convicinarum terrarum consistit in tantum, quod absque gravitate expensarum ad occurrendum futuris periculis custodiri, & bona guardia ipsius Civitatis servari non possit, tibi ad expensas, & sumptus hujusmodi facilius sufferendos de Regali nostra clementia dignaremur facere subsidium opportunum. Nos igitur considerantes, attentis, quod tanto majori promptitudine obsequiorum studia debeas nostræ impendere Majestati, quanto uberioribus gratiis fueris per nostram munificentiam communitus, & volentes supplicationibus tuis animo concurrere gratioso, damus, & concedimus authoritate Regia devotioni tuæ potestatem, & liberam facultatem, ut Buletarij, seu officiales tui, quos ad hoc duxeris deputandos, possint ab omnibus, & singulis per eandem Civitatem transeuntibus tam Pedestribus, qui sunt de Civitatibus, seu locis, in quibus Cives, & Incolæ dictæ Civitatis Tridentinæ, ac omnes alij subditi tui Episcopatus, seu Juridictionis solvunt, aut solvi coguntur occasione bulletæ, seu Pedagii certam denariorum quantitatem exigere, recipere, & levare, occasione dationis, seu receptionis buletti pro pedagio, sive solutione ejusdem Buletti, videlicet ab Equestro tres Cruciferos, & à pedestre unum Cruciferum converrendos pro custodia, & bona gaardia ipsius civitatis Tridentinæ, ac cæterorum passuum tui Territorij, personis tamen sublimibus Ecclesiasticis, seu Religiosis, ac miserabilibus, prædictam Civitatem transeuntibus, dumtaxat exceptis, & nihilominus, quod contra non solventes, & non dantes, seu solvere, aut dare nolentes præmissorum occasione quantitatem pecuniæ prælibatam, ut præfertur, banna, & pœnas imponere, exigere, & recipere valeas. Præsentibus usque ad nostram revocationem dumtaxat duraturis.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc nostram donationis, & concessionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contravenire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem nostræ Celsitudinis se noverit graviter incursurum, harum sub nostræ Regiæ Majestatis sigilli appensione testimonio litterarum.

Datum Tridenti Sabatho ante Beati Galli Confessoris. Anno Domini 1401. Regni vero nostri anno secundo, per Dominum Coloniensem Archicancellarium. Ad mandatum Domini Regis. Nicolaus Bunan. Registrata. Bertoldus Burloch &c.

Anno deinde 1403. Ecclesiæ suæ Capitulum à quibuscumque collectis imponendis immune declaravit in hunc modum.

Nos GEORGIUS Dei gratia Episcopus Tridenti. Venerabilibus & dilectis Nobis Decano & Canonicis ac toti Capitulo Ecclesiae nostrae Tridentinae salutem cum bonorum omnium incremento. Cum in jure expresse & sufficienter cautum exsistat, & nihilominus per omnes Romanos Pontifices & alios Principes tam Ecclesiasticos quam seculares laudabiliter sit statutum, & introductum, quod generaliter omnes clerici, praesertim Presbyteri, praecipue vero Canonici Ecclesiarum Cathedralium propter eminentiorem gradus & status dignitatem gaudere & perfrui debeant ubilibet perfecta & potissima libertate; ut videlicet ab his quae foris sunt, plane liberati ac absoluti divino cultui quietius & commodius valeant deservire; Cupientes itaque vos tanquam fidelia membra nostra in dono hujusmodi libertatis ac prærogativae manutenere, defendere ac conservare, paterne & favorabiliter ut tenemur; idcirco vobis promittimus securiter per præsentes quod de cetero in antea nihil penitus a vobis petere vel exigere volumus, sed nec peti vel exigi seu molestari vel quovis modo permittemus prætextu alicujus collectae impositae seu imponendae per Provisores, sapientes atque Decuriones Civitatis nostrae Tridenti occasione alicujus aedificii, constructionis, reformationis sive ornamenti, vel plateae aptandae, seu murorum vel aliarum pontium vel domorum aut cujuscunque alterius rei concernentis communitatem dictae Civitatis tam publice quam private. Et licet semel vel bis fortasse ob honorem pariter & amorem atque persuasionem & inductionem nostram, vestrum subsidium pro certis negotiis dictae nostrae civitatis perficiendis porrexeritis Nobis in hoc specialiter, & non nostris civibus complacendo, non est tamen intentionis nostrae, quod deinceps aliquam contributionem cum dictis civibus subire debeatis, nec vos ulterius arctare volumus, seu arctari jubebimus ullo modo, cum ad praemissa fienda clerici cum laicis minime teneantur. In cujus rei testimonium praesentes literas nostri sigilli appensione fecimus roborari. Dat. Tridenti die mensis Martii A. D. 1403.

Cæterum ea, quæ inter Episcopum Georgium, & Fridericum Ducem Austriæ in Concilio Constantiensi contigere, ex ejusdem Actis in sessioni-

bus

,, *bas 20.21.27.& 28.seu ex novissima ejusdem Conc.* A
,, *à Jacobo Lanfantio exarata historia petenda*
,, *sunt. Georgii cadaver in Cathedrali terræ man-*
,, *datam narrat Ughellus; sed ejus sepulchrum di-*
,, *ligenter licet quæsitam inveniri non potuit. In*
,, *quodam Catalogo Mſ. legitur cadaver ejus Triden-*
,, *tum delatum fuisse anno* 1419. Gentilottus.)

Post Georgii decessum, Federico Austriæ Duce petente, Joannem de Istria, tunc Cathedralis Decanum, Capitulum adlegit, cujus electioni Romanus Pontifex refragatus est; itaque tanquam intrusus, hanc Ecclesiam duos annos administravit. Quo ipso tempore Martinus V. illuc Gubernatorem Tridentini Episcopatus legavit Ernestum Ayzerum, Præsulem Gurgensem, Cancellariumque Archiducis Austriæ, qui tamen, tumultuante Populo, non fuit administrationi admotus. Martinus igitur hunc, qui sequitur, Tridentinum adlegit Episcopum.

XCII. 90 HERMANNUS (1) Episcopus Frisiogensis ad hanc Ecclesiam fuit translatus 1420. 4. Kal. Aprilis, ex lib. obligat. B

XCIII 91 HENRICUS Flechel electus anno 1422. die 3. mensis Aprilis, Martino V. sedente, ex cod. lib.



XCIV 92 ALEXANDER ex Ducibus Mozoviæ Polonus, prognatus stemmate regio, ex sorore Patruus *a* Federici III. Regis Romanorum, ad eandem sedem à Martino V. adlectus est 1424. die 24. mensis Martii. Consultissime hanc rexit Ecclesiam, Ducibus Austriæ, ac Rumanorum Regibus unice charus. De Principibus Veronæ, ac Mediolanensibus plura in favorem suæ Ecclesiæ recuperavit, omnemq. ditionem politicam Episcopatui subjecit, liberamque post suum obitum Tridentum civitatem reliquit, tanquam Princeps Imperialis. Cæterum cum Felix V. Ant papa ex Sabaudię Ducibus. Alexandro Purpuram detulisset, falsoque illo annuisset honori, & purpuram non est assecutus, & quem possidebat, Episcopatum amisit. Siquidem Tridentinum Capitulum, ejus promotione accepta, ei suffecit Theobardum Vvolkenstaio Canonicum Cathedralis, sed Eugenius Pontifex, Capitulo eligendi jure per eam vicem ademto, Benedictum, qui sequitur, in Episcopatum substituit. C D

a Avunculus.

(,, *Dum Basileæ anno 1434. moraretur Alexander,*
,, *à Syndicis civitatis Tridenti fidelitatis juramen-*
,, *tum accepit, cujus quidem formula hisce concepta*
,, *fuit verbis.*
,, In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Na-
,, tivitatis millesimo quadringentesimo trigesimo
,, quarto, Indictione 12. die Veneris vigesimo ter-
,, tio mensis Aprilis, Pontificatus sanctissimi in
,, Christo Patris & D. N. D. Eugenii Divina pro-
,, videntia Papæ quarti, anno quarto, hora tertia-
,, rum, vel quasi, in Civitate Basileæ in Domo ha-
,, bitationis Illustrissimi Principis, & Domini in
,, Christo Patris, & Domini Domini Alexandri,
,, Dei gratia Episcopi, & Dom. Tridenti, Ducisq.
,, Mazoviæ &c. in nostrorum Notariorum publi-
,, corum infrascriptorum ad hæc vocatorum spe-
,, cialiter, & rogatorum præsentia. Ibiq. persona-
,, liter constituti providi, & circumspecti viri Adel-
,, pretus de Calepinis, & Lucas filius Magistri
,, Joannis Lucæ de Lippis de Tridento, procurato-
,, res, ac Sindici, ac procuratorio & Sindicario no-
,, mine Civitatis Tridentinæ, de quorum Sindicatu
,, constabat publico instrumento manu circumspe-
,, cti viri Gulielmi Notarii de Seracenis de Triden-
,, to publici Imperiali auctoritate Notarii scripto,
,, & subscripto, & in publicam formam redacto,
,, consideratis prout asseruerunt, multiplicibus fa-
,, voribus, ac gratiis eis, ac Communitati Civitatis
,, prædictæ Tridenti per Reverendissimum Pa-
,, trem, ac Illustrissimum Principem & Dominum
,, Dominum Alexandrum Episcopum Tridenti, ac
,, Ducem Mazoviæ &c. ipsorum Dominum gra-
,, tiosum, & præsertim attentis, & pensatis pia, ac
,, benigna admissione, ac exauditione petitionum,
,, seu precum per eosdem procuratores & Sindicos
,, pro parte dictæ Communitatis Civitatis Triden-
,, ti pro nonnullis libertatibus, statutis, Juribus,
,, & consuetudinibus eidem Reverendissimo Patri
,, porrectarum, & privilegii desuper concessione
,, liberaliter, volentesque dictis gratiis dictæ suæ
,, Communitati factis cum debita gratitudine oc-
,, currere, & ampliores in antea promereri, se-
,, que pro ejusdem suscipiendis reddere aptiores
,, tam suo, quàm dicti procurat., & sindicatus
,, nominibus, pro se & dicta communitate Civi-
,, tatis Tridenti juraverunt, & uterque eorum
,, manu tactis Sacrosanctis scripturis Evangelicis
,, juravit, quod volunt, & debent esse dicto Re-
,, verendissimo Patri, & Domino Domino Ale-
,, xandro Episcopo & Dom. præfato Tridenti, &
,, Ecclesiæ Tridentinæ, prompti, fidelesque ser-
,, vitores, suumque, & suæ Ecclesiæ honores, &
,, commoda juxta eorum posse semper & ubique
,, promovere, pudoremque damna & incommo-
,, da seu nociva similiter juxta posse eorum impe-
,, dire, & amovere, sibique contra quascunque
,, personas, sibi aut suæ Ecclesiæ inimicas, &
,, inimicantes, seu inimicari volentes fideliter as-
,, sistere, consulere & eum juvare: nec tenere,
,, nec habere consilium publicum, aut priva-
,, tum contra statum personæ ipsius, aut Ecclesiæ
,, suæ, & etiam de tractatibus, & machina-
,, tionibus, qui, seu quæ essent contra suum, aut
,, Ecclesiæ suæ statum, cum ad eorum, aut alte-
,, rum ex eis notitiam pervenirent, quantotius po-
,, terunt avisare, nulliq; suo Adversario, aut Ini-
,, mico, contra ipsum, aut suam Ecclesiam assi-
,, stere, aut præbere auxilia, consilia, aut favores,
,, quinimo cuilibet tali pro eorum posse resistere, &
,, obviare; Promiserunt etiam quod facient, &
,, curabunt, quod dicta Communitas Civitatis
,, Tridenti dicta promissa, & jurata per eos nomi-
,, ne suo, & nomine Civium dictæ Communitatis
,, Civitatis Tridenti per eos facta & præstita ratifi-
,, cabit, & approbabit per litteras sigillo Commu-
,, nitatis munitas, quæ omnia, & singula pro se
,, & dicta Communitate, nominibus, quibus su-
,, pra promiserunt rata, & grata tenere, & in-
,, violabiliter observare, sub omnium dictæ Com-
,, munitatis Civitatis Tridenti bonorum tam præ-
,, sentium, quàm futurorum obligatione, pariter
,, & hypotheca. Super quibus omnibus, & singu-
,, lis præmissis tam dictus Reverendissimus Pater,
,, & Dominus Dominus Alexander, Episcopus
,, præfatus, quàm dicti Adelpretus, & Lucas Ci-
,, ves Procuratores, & Sindici dictæ Civitatis Tri-
,, denti, a nobis Notariis infrascriptis divisim, &
,, & conjunctim sibi petierunt confici tot, quod
,, sufficiant, & placuerint publica Instrumenta.
,, Acta, dicta, gesta, & publicata fuerunt omnia
,, & singula suprascripta anno, die, indictione,
,, Pontificatus, hora, & loco præmissis, & supra-
scri-

(1) Neque Hermannum, neque Henricum agnoscunt Catalogi [illegible]. Nec de translatione Hermanni à Frisingensi ad Tridentinum ulla mentio fit ab Hundio in Ep. sc. Frisingen. *Gentilottus.*

„ scriptis, præsentibus Reverendis Patribus Domino Stanisiao de Polonia Sancti Apolinaris extra muros Tridenti Peæposito, Canonicoque Tridenti, Domino Joanne de Comitatu de barma Canouico Trideutino, spectabilibus, & geoerosis miiitibus Dominis Joanne de Sporo Diœcesis Tridentioæ, Petro de Clopocino, & aliis testibus vocatis ad hæc specialiter & rogatis.

„ L. S. Ego Lucas filius Magistri Joannis Lucę de Tridento confiteor, & eecognosco, me hoc suprascriptum Iostrumentum Juramenti fidelitatis, & oionium, & siogulorum io ipso contentorum scripsisse, & talem contractum fecisse, tamquam Sindicus, & Procurator Communitatis Civitatis Tridenti. In quorum omnium fidem, & robur majus etiam hic in fine me subscripsi, & signum meum Tabellionatus officij apposui consuetum, una cum Adelpreto de Calapinis Sindico, & Procuratore mecum in solidum constituto, de quorum voluntate hoc præsens Instrumentum factum & oedinatum fuit.

„ L. † S. Et ego Frideeicus Hatt. clericus Ratisponensis Dioecesis publicus Apostolica, & Impeeiali auctoritatibus Notarius, quia prædicto fidelitatis Juramento per dictos Adelpretum, & Lucam præstito, omnibusque aliis, & singulis præmissis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, & fiereot una cum infeascripto Notario publico, & testibus, supra oominatis præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, Ideoque hoc præsens publicum Iostrumeotum per ante dictum Lucam, me aliis occupato negotiis, fideliter scriptum publicavi, meque subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque meo solito, & consueto signavi, per dictum Dominum Episcopum Teidentioum, ac Adelpretum, & Lucam mem ratos rogatus, & requisitus in testimonium omnium præmissorum.

„ L. † S. Et ego Joannes Andreæ de Moschin Clericus Poznamensis Diœcesis publicus Impeeiali authoritate Notaeius, quia prædicto fidelitatis Juramento per dictos Adelpretum, & Lucam præstito, omoibusque aliis & singulis præmissis dum sic, ut præmittitur, agereotur, & fierent, una cum suprascripto Notario publico, & supra nominatis testibus peæsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, Ideoque hoc præsens publicum Instrumeotum per antedictum Lucam, me aliis occupato negotiis fideliter sceipeum publicavi, meque subtcripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nomine meis solitis, & consueris consignando roboravi, rogatus, & requisitus, in fidem, & testimonium omoium, & singulorum præmissorum &c.

„ *Extant apud me litteræ Alberti* II. *Roman. Regis sermone Germanico conscriptæ, in quibus populo Tridentinæ ditioni subjecto mandat, ne parcant Alexandro coram Episcopo, nisi is ea impleat, quæ debet ex sententia inter eum, & Archiducem Sigismundum à se lata. Datæ sunt* Posonii an. 1439. die 1. Maii. *Membranam quoque servo, in qua idem Alexander ratam habet abdicationem feudi Castri Madrutii à Jacobo filio Balthassaris de Roccabruna factam an. 1441. In ea hunc sibi titulum adscribit.* Nos Alexander miseratione divina tit. S. Laurentii in Damaso sacrosancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis, Patriarcha Aquilejen. Administrator Ecclesie Tridentine, per Germaniam, nostramque Aquilejen. provinciam legatus de Latere, Duxque Mazovie. *Alias item vidi litteras Basileensis Concilii datas 7. Kal. Novemb. 1442. in quibus Alexandro confertur Præpositura Viennensis. In iis litteris vocatur* Administrator Ecclesię Teideutinæ, & Curiensis. *Obiit Viennæ Austriæ in summo templo sepultus cum hoc* Epitaphio.

„ Anno Domini MCCCCXLIIII. die II. mensis Junii obiit Reverendissimus in Christo Pontifex, Pater, & Illustriss. Princeps ac Dom. Dom. Alexaoder Dei gratia Cardinalis, & Patriarcha Aquil. Administrator Ecclesiæ Teidentine & Dux Mazovie, cujus anima vivat Deo.

„ *Gentilottus.*]

93 BENEDICTUS Patria Tridentinus, humili loco natus, sed præstanti vir ingenio, cum esset Abbas S. Stephaoi *a* extra muros, ab Eugeoio IV. Tridentinus Episcopus adlectus est anno 1444. 4. Id. Octobris. Sed oec illi deinceps fuir tranquilla res, Theobaldo intruso obsistente, ex favore Basileeusis Concilii. (1) Quamobrem Benedictum libere nunquam, completeque imperavit, nisi ei parti, quam ad Venetos spectare supra docuimus. Litem autem omaem diremit Nicolaus V. à Sigismundo Austriæ Duce exoratus, cum tertium substituisset, urriusque electione ireita declarata. XCV. *a* Nostri Catalogi habent S. Laurentii. Gentilottus.



94 GEORGIUS II. Hochus *b* nobilissimus, frater Austriaci Mareschalli Sigismundi, à Concilio Basileeusi primum declaratus Tridentinus Episcopus, duobus litigantibus seclusis, ac post reconciliarionem cum Catholica sede, Basileensisq. Concilii dissolutionem, à Nicolao V. Pontifice eundem dignitatis gradum legitime accepit anoo primo illius Pontificatus 1447. Sedem cum adiisset adeo consulte se gessit, ut optimi Pastoris, ac Principis laudem tulerit non mediocrem. Quadratis lapidibus castellum muoivit, ac propugnaculis, tametsi à factiosis Principibus deinde pulsus sit in exilium, quod in Bulgaria cum spe reditus æquo animo toleravit, Teidentum ioterim administrante Austriaco Sigismundo. Cum autem ad sedem suam vocatus rediret, hydropisi contracta, prope Matrinum Brixinensis diœcesis decessit anno 1465. 10. Kal. Septembris, deportatusque Tridentum, sepultus est sub crypta S. Maxentiæ ad latus dexterum. XCVI *b* De Hecks.

(„ „ *Tabulas pactionum, & fęderis cum Archiducibus Austriæ confecit Georgius Tridenti a.* 1454. *Lanæ post Dominicam.* Quasi modo geniti. *Item Ocniponte an.* 1460. *Dominica* Lætare; *rursusque Bauzani an.* 1460. *die Martis post inventionem S. Crucis, quarum exempla habeo Germanicè conscripta. Anno verò* 1458. *à Friderico III. Regalia accepit sequenti gratioso diplomate.*

„ Frideeicus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ, Sclavoniæ, ac Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tyrolis, Phyretis, & In Kyburg, Marchio Burgoviæ, & Landgravius Alsatiæ. Notum facimus tenore præsentium Uoiversis. Etsi Imperialis dignitatis clementia universorum fidelium quos Imperii sacri latitudo complectitue felicibus complexibus, gratis commodis, & speratis augmentis, favorabiliter dignatur intendere, ad illorum tamen profectus, & commoda diligentiori studio cle-

(1) Turbulentus admodum tum erat status rerum Tridenti; inde propterea Mediolanum se recepit Franciscus Bossius Jurisconsultus, factum probante Ænea Sylvio, tunc Canonico Tridentino in Epistola ad Nicolaum Venetum Canonicum Trident. scripta, quæ in edit. Basil. est 59. lib. 1. *Gentilottus.*

clementius inclinari consuevit, quorum fides, & promptæ devotionis integritas continuatis studiis cæteros antecedunt. Sane Nobis in Imperiali solio, sub apparatu Romano Imperatorio, diem cum solemnitate consueta celebrantes sedentibus, accedens ad nostræ Majestatis præsentiam Venerabilis Georgius Episcopus Tridentinus, Princeps devotus noster dilectus, nobis humiliter supplicavit, quatenus sibi omnia, & singula sua, & dictæ suæ Tridentinæ Ecclesiæ Regalia, Principatum, Feuda, Dominium, Jura, Jurisdictiones, & Temporalitates conferre, ipsumque de eisdem investire gratiosius dignaremur. Nos itaque quorumlibet justè petentium vota libenter amplectimur, præsertim, cum justa petentibus non sit denegandus assensus, ipsi Georgio Episcopo Tridentino, animo deliberato, sanoque Principum, Baronum, Nobilium, Procerum, & Fidelium nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, & auctoritate Romana Imperatoria, recepto prius ab eo fidelitatis, homagii, & subjectionis Juramento debito, & consueto, universa, & singula Regalia, nec non temporalia, sive feuda dictæ suæ Ecclesiæ Tridentinæ, quæ singulare quoddam, & insigne membrum Rom. existit Imperii, cum universis ejusdem attinentiis, ac cum mero, & mixto Imperio, ac etiam exercitio Jurisdictionis temporalis, feudis conferendis, dominiis, nec non suis Juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis, & pertinentiis, sicut eadem ipsius Episcopi Prædecessores, à Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus Prædecessoribus nostris, Nobis, & Imperio hactenus possiderunt, cum sceptro Imperiali, & aliis ceremoniis in talibus fieri consuetis, & observari debitis, contulimus, & conferimus, ac ipsum de eisdem investivimus, & tenore præsentium liberaliter investimus. Quocirca universis, & singulis Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Vasallis, Officiatis ac Civibus, cæterisque dicti Episcopi, & terrarum, Civitatum, & locorum dicti Episcopatus, & Ecclesiæ Tridentinæ subditis, cujuscunque conditionis, status, gradus, vel conditionis existant, districtè præcipiendo mandamus, quatenus eidem Georgio Episcopo, tanquam ordinario, vero, & legitimo suo Domino, in omnibus tam in judiciis, quam in aliis singulis, exercitium Jurisdictionis temporalis concernentibus reverenter, firmiter ac debite parere, obedire debeant, & intendere, difficultate, & impedimentis quibuslibet procul motis, supplentes omnem defectum, si quis in præmissis ex defectu verborum, sententiarum obscuritate, ac solemnitatis omissæ, quomodolibet compertus fuerit, de plenitudine Romanæ Imperatoriæ potestatis præsentium sub nostræ Majestatis sigilli testimonio litterarum. Præsentibus ibidem venerabili Udalrico Gurcensi Episcopo, devoto nostro dilecto, ac Illustribus Alberto Archiduce Germano nostro, Sigismundo Austriæ &c. patrueli, & Sigismundo Bavariæ Ducibus, ac Leonardo Comite Guriziæ, Principibus nostris, Ulrico de Stranomberg, Osbaldo, & Vuillielmo de Fielzitain, Vuillielmo de Lutzelstain, & Rudolpho de Sultz Comitibus, aliisque quamplurimis Nobilibus Nostris, & Imperii sacri fidelibus dilectis. Datum in Nova civitate 25. die mensis Aprilis, Anno Domini 1458. Regni nostri 19. Imperii vero septimo.

L. † S. Ad mandatum proprium Domini Imperatoris Ulricus Vveltzli Vicecancellarius.

Mortuus tumulatus est in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

Anno Domini MCCCCLXV. XXII. mensis Augusti obiit Reverendus in Christo Pater D. Georgius dictus Hoke de Slesia Episcopus hujus Ecclesiæ: requiescat in pace. Joannes Episcopus successor ejus fieri fecit MCCCCLXVII. *Gentilottus.*)



XCVII 95 JOANNES Hinderbachius de Assia, Canonicus, Præpositusque Tridentinus, Legatus Federici III. Imperatoris ad Paulum II. à suis Canonicis collegis Princeps, & Antistes Tridentinus absens adlectus fuit 1465. Ejus electioni pondus adjecit Pontifex, Romæque consecratus, Ecclesiam suam administraturus, Tridentum profectus est. Hujus temporibus in Valle Nauna reliquiæ SS. Martyrum repertæ sunt Sisinii, & Alexandri, quas solemni pompa intra civitatem transferendas curavit 1472. 8. Kalend. Maii. Anno vero 1475. Judæi in odium Christianæ Religionis innocentem puerum Simonem egerunt in crucem, qui vicissim à Joanne Principe, & Episcopo severissimam judicii pœnam retulerunt. Dominium civitatis Ecclesiæ restituit, quod per multos annos Sigismundus Austriacus occupaverat. Nobile sacrarum vestium instrumentum Cathedrali dono dedit, pulcherrimisque ædificiis civitatis adauxit ornatum. Provinciamque totam omni hostili assaltui reddidit parem, arcibus, castellisque, ac propugnaculis constitutis. Magna ex parte Episcopale exornavit palatium, aquamque derivavit in arcem. Pro Cæsare legatione functus ad Venetos, reversus Tridentum, haud diu superstes fuit; dum enim è Cathedrali in arcem equo vectus iter intenderet, ex repentino profluvio sanguinis spiritum exhalavit, die S. Matthæo sacro anno 1486. sepultusque est in ecclesia S. Vigilii prope S. Dorotheæ altare, tumulo marmoreo claudente.

(*Joannis avunculus fuit Henricus Langenstein dictus de Hassia, S. Theologiæ Professor, ac primus Rector studii Viennensis, ut manu sua initio cujusdam Codicis inscripsit. In Patavina Academia jurisprudentiæ operam dedit. Extant adhuc in Bibliotheca Tridentina dictata à Jacobo de Zochis, Angelo de Castro, Antonio de Rosellis, Leonardo de Baziolis Professoribus ibidem, manu Joannis scripta. Fuit Parochus in Medling in Austria prope Viennam, ut ipsemet pluribus in locis adnotavit; Friderici Imperatoris Secretarius, cujus vitam, & res gestas ab Ænea Sylvio conscriptas, & à Boeclero, vel potius Kulpisio ex codice, qui ad Episcopum Joannem pertinuit, editas longiori commentario prosecutus est, quod nos ex Tridentina Bibliotheca erutum in apertum referre constituimus. Bibliothecam arcis Tridentinæ multis libris instruxit, quos illum diligenter evoluisse declarant notæ, quas ad illorum margines passim adspersit. Multis eum laudibus ornat Raphael Zovenzonius* in Istriade, *quam in tres libros variorum carminum distributam eidem dicavit. Exemplum oblatum nitidissimè in membrana scriptum inveni in arce Tridentina. Ipse cum Capitulo fœdus renovavit cum Duce Austriæ Sigismundo tabulis Germanico sermone conscriptis, & Bauzani die Veneris ante Dominicam* Vocem jucunditatis *an. 1468. obsignatis: à Friderico verò* III. *Regalium largitionem accepit hoc privilegio.*

Fri-

A Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croariæ &c. Rex, ac Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, ac Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tyrolis, Pherretis, & in Kiburg, Marchio Burgaviæ, & Landgravius Alsatiæ. Notum facimus tenore præsentium universis. Etsi Imperialis dignitatis Clementia universorum fidelium, quos Imperij sacri latitudo complectitur, felicibus complexibus, gratis commodis, & speratis augmentis favorabiliter dignatur intendere; ad illorum tamen profectus, & commoda diligentiori studio, clementius inclinari consuevit, quorum fides, & promptæ devotionis integritas continuatis, & assiduis studiis cæteros antecedunt; sanè nobis in Imperiali solio cum consueta solemnitate sedentibus, accedens ad nostram Majestatis præsentiam Venerabilis Joannes Episcopus Tridentinus, Princeps, Consiliarius, devotus noster dilectus nobis humiliter B supplicavit, quatenus sibi omnia, & singula sua, & dictæ Ecclesiæ suæ Tridentinæ Regalia, Principatus, feuda, Dominium, Jura, Jurisdictiones, & Temporalitates conferre, ipsumque de eisdem investire gratiosius dignaremur. Nos itaque attendentes singularia, & multiplicia illa obsequia, & merita, quæ Nobis, & sacro Romano Imperio, jam multis annorum curriculis, & in ipsa nostra Imperiali Curia, tum etiam in diversis, ac gravibus Imperij negotiis, in multiplicibus legationibus impendit, suæque erga nos fidei, & devotionis amplissima testimonia dedit, poteritque, & debebit ferventius in futurum. Et quod justè petentibus non sit denegandus assensus, ipsi Joanni Episcopo Tridentino, Principi, & Consiliario nostro memorato, animo deliberato, sanoque Principum, Baronum, Nobilium, Procerum, & fidelium nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, & auctoritate Romana Imperatoria, recepto priùs ab eo C fidelitatis, homagij, & subjectionis juramento debito, & consueto, universa, & singula Regalia, nec non temporalia, sive feuda dictæ Ecclesiæ suæ Tridentinæ, quæ singulare quoddam insigne, ac vetus membrum Romani existit Imperij, cum universis ejusdem attinentiis & cum mero & mixto Imperio, ac etiam exercitio Jurisdictionis temporalis, feudis conferendis Dominiis, nec non suis Juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis, & pertinentiis, sicut eadem ipsius Episcopi Prædecessores à Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus Prædecessoribus nostris, Nobis, & Imperio hactenus possiderunt, cum ceremoniis in talibus fieri consuetis, & observari debitis contulimus, & conferimus, ac ipsum de eisdem investivimus, & tenore præsentium liberaliter investimus. Quocirca universis, & singulis Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Vasallis, Officiatis, D & Civibus, cæterisque dicti Episcopi, & Terrarum, Civitatum, & locorum dicti Episcopatus, & Ecclesiæ Tridentinæ subditis, cujuscunq; status, gradus, vel conditionis existant, districtè præcipiendo mandamus, quatenus eidem Joanni Episcopo tanquam ordinario, vero, & legitimo Domino suo, in omnibus, tam in judiciis, quam in aliis singulis exercitium Jurisdictionis temporalis concernentibus, reverenter, firmiter, ac debitè parere, obedire debeant, & intendere, difficultate, & impedimentis quibuslibet procul motis. Supplentes omnem defectum, si quis in præmissis ex defectu verborum, sententiarum obscuritate, aut solemnitatis obmissæ, quomodolibet compertus fuerit de plenitudine Romanæ Imperatoriæ potestatis. Præsentium sub nostræ Majestatis sigilli appensione testimonio litterarum. Præsentibus ibidem venerabilibus Antonio Concordiensi, Sigismundo Lagbacensi, Joanne Laventinensi Episcopis, devotis nostris dilectis, ac Illustribus & Nobilibus Leonardo Goritiæ Principe, Eberhardo de Wirtemberg, & Montis Beligardi, Schaffrido de Schaumberg, Joanne de Barbis, Bernardino Senigne, Comitibus, aliisque plurimis Nobilibus nostris, & Sacri Imperij fidelibus dilectis. Datum Venetiis 13. die mensis Februarij anno Domini 1469. Regnorum nostrorum Romani 29. Imperij 17. Hungariæ verò 10.

Ad mandatum Domini Imperatoris Joannes Episcopus Laventinus.

Inscriptio ad ejus tumulum sequens est superaddita.

Anno Domini MCCCCLXXXVI. in
die S. Matthei Apostoli obiit rev. in
Christo Pater D. Joannes Hinderbach
Episcopus hic sepultus.

Et in alio lapide hæc carmina leguntur incisa.

Hoc jacet in tumulo Hinderbachius ille Joannes, B
Qui Princeps hujus Præsul & urbis erat.
Cæsaris arcanus consultor, juris alumnus
Pace sua leta perdomuit populos.
Oppida restaurans perpulchris menibus ornat,
Et Divi templum condidit ipse Petri.
In quo damnatis Judeis Simonis ossa
Sancta locat: meritis nunc colit astra bonis.

Ad Kalendarium quoddam prætextum chirographo cuidam libro Horarum Canonicarum inter cætera hæc adnotavit Henricus propria manu.

XIX. Kl. Febr. Felicis Confess. dies doctoratus mei Padue 1452.

II. Kl. Febr. Vigilii Episcopi, ac Patroni Ecclesiæ Tridentine: Sed Tridenti celebratur ejus Festum in die Sanctorum Joannis & Pauli, & fortè est Festum Translationis ejusdem, quia dicunt habere Patavie ejus Corpus.

XIV. Kl. April. dies coronationis domini Imperatoris in Dominica Letare 1452.

C X. Kl. April. dies Passionis ac Martyrii Beati Simonis pueri & Innocentis ab impiis Judeis crudeliter necati.

VI. Id. April. Anno 1452. obiit dominus Conradus Hynderpach frater meus.

VII. Kl. Junii. 1468. Ingressus noster ad Castrum, & dominium Civitatis Ripe.

Nonis Junii. 1445. obiit Conradus Hynderpach Patruus meus, & Avus noster maternus 1442. vel 3.

Kl. Julii. dies obitus domini & Avunculi mei mf. Diethmari Hynderpach 1453.

XIII. Kl. Augusti. dies Consecrationis mee 1466. Rome ad SS. Apostolos.

VI. Id. Augusti. obitus Joannis Patris mei 1428.

XIX. Kl. Septemb. dies nativitatis mee 1418.

XI. Kl. Septemb. 1465. obiit Episcopus Georgius Predecessor meus.

V. Kl. Septemb. 1467. obiit Domina Eleonora D Imperatrix.

VIII Id. Septemb. dies Primitiarum mearum 1450.

VI. Id. Septemb. Anno 1456. obiit Edvvig mater mea.

XVII. kl. Decemb. dedicationis Chori S. Sysinii vall. Ananiæ & Reliquiarum inventio 1472.

Prid. kl. Decemb. Natalis Conradi fratris 1427.

Gentilottus.)

96 ULDARICUS III. Fruspergensis *a*, nobilis Augustanus, generosusque Canonicus Brixinensis, absens à Capitulo fuit adlectus, postulatusque Tridentinus Episcopus, die S. Hieronymo sacra anno 1486. Dum autem electio futura consultationis trutina suspenditur, Federicus III. Imperator à Pontifice contra jus eligendi impetrarat, ut veheretur ad sedem, quemcumque nominasset, XC VIII.

a De Frundsberg, vel Frundsbergensis.

no



nominavitque Georgium Balthestain juvenem adhuc, unice autem charum Maximiliano filio Imperatoris. Inde lis implicita inter duos electos exorta; sed cum Uldaricus Archiducis Austriæ suffultus favore Romam profectus esset, suamque ele- B
ctionem legitime factam Pontifici probasset, Balthestainus causa cecidit; at Uldaricus ab Innocentio VIII. confirmatus, ac consecratus, victor Tridentum rediit 1488. summaque populi gratulatione exceptus est 7. Id. Augusti ejusdem anni, sibique creditam Ecclesiam administravit usque ad annum 1493. Decessit 3. Idus Augusti, quem tumularunt sub crypta S. Maxentiæ in Cathedrali.

„ (*Fridericus* III. *Episcopo Udalrico an.* 1489. „ *Regalia concessit, cujus quidem largitionis diploma extat apud me Germanico sermone conscriptum datum* Tridenti die 21. Junii an. Ch. „ MCCCCLXXXIX. *Hujus Udalrici Epistola ad Julianum Cardin. Ostiensem, in qua Bobuslaum Hassisteiatum à Lob Kovvitz designatum Episcopum Olomucensem magnopere commendat data* Tridenti „ in arce Boniconsilii die 8. Decemb. 1390. *item alia Bobuslai ad Udalricum, in qua ipsi Tridentinum* C
„ *Episcopatum gratulatur, habentur in ejusdem Bobuslai Epistolarum appendice per Thomam Mitem edita Pragæ typis hæredum Joannis Gitezini an.* 1570. 8. *suntque duæ illæ Epistolæ, in quibus Udalrico* Archiepiscopi *titulus tribuitur, ut in Friderico de Vvangen supra memini. Decessit quarto Idus Aug. ut constat ex Epitaphio, quod est hujusmodi.*

„ Anno Domini MCCCCLXXXXIII.
„ die dena mensis Augusti obiit Reverendissimus in Christo Pater, & Dom. D.
„ Udalricus de Frandoperg Episcopus
„ Tridentinus, cujus anima requiescat
„ in pace.

„ *Ad latus sepulchri lapidi insculptum est hoc distichon.*

„ Hac tibi, qui transis, non sit grave dicere
„ Lector
„ Præsulis Uldarici molliter ossa cubent.

„ *Gentilottus.*)

D



XCIX 97 ULDARICUS IV. Liechtenstainius, natione Tyrolensis, ex Tridentino Canonico, ejusdem Ecclesiæ est creatus Episcopus. Duo omnino

A anni ipsi erant, antequam confirmaretur à Pontifice. Defunctus est 1505. 16. Kal. Octobris, sepultusque est in Cathedrali in marmoreo sepulchro, quod sibi posuerat ante altare sanctissimæ Trinitatis.

[„ *cum hac Epigraphe.*
„ Udalricus de Liechtenstein inclitus
„ Tridenti princeps ac pastor optimus
„ hanc sibi vivens paravit sedem in qua
„ spiritus dum superna petit, molliter
„ ossa quiescant.

„ *Huic Uldarico inscripsit libellum carminum de* „ VII. *prerogativis, quæ nobilitant Domos, Petrus Lazaronus in Ticinensi gymnasio publicus professor. Exemplum oblatum extat in Bibliotheca Tridentina.* Gentilottus.)

B



98 GEORGIUS Heydethius *a*, e nobili genere natus in Austria, ad hanc sedem fuit evectus anno 1505. 8. Kal. Octobris ex favore Maximiliani Imperatoris. Legibus operam dedit Bononiæ sub disciplina Joannis Campegii, ille qui postea fuit renunciatus Cardinalis, ibidemque laurea doctoratus est decoratus. Rediit deinde in Austriam, ubi jussus à Maximiliano Provinciæ scribæ mu-
C nus implevit, ac deinde ad Tridentinum Episcopatum vocatus Veronæ decessit, ubi nomine Cæsaris Præturam gerebat, qui illam civitatem per id tempus suæ ditionis fecerat 1512. Georgii autem corpus Tridentum relatum, solemni pompa sepelierunt in Cathedrali.


C. *a* Neydeckius, vel de Neydeck.

(„ *De Georgio hęc habet illus. Auctor Comment. genealogico histor. Austriæ p.* 129. Cancellarius („ Georgius) Austriæ constitutus an. 1502. sigillum Imperiale accepit; deinde ad fastigium Episcopi & principis Tridentini evectus est, Cæsarisque „ nomine civitati Veronensi summo cum imperio „ præfuit, mortalitatemque an. 1519. explevit. „ *Sed in anno mortis certissime fallitur; sicuti etiam corrigenda est historia Veronensis Hieronymi della Corte, in qua Georgius iste Imperatoris ea in urbe Vicarius* Madrucius *perperam appellatur.* „ *Georgii sepulchrum in Cathedrali reperiri non potuit. Extat in Bibliotheca arcis Tridentinæ, quæ Boniconsilii dicitur, Epicedion ms. Jani Pyrrhi*
D „ *Pincii, quod in ejus obitum carmine hexametro scripsit ad Nicolaum à Castro Novo Canonicum Tridentinum, ad quem prætexta est Epistola data ex Gymnasio Tridentino X. Cal. Febr. an.* 1515. „ *Epicedio adjecit quinque Epitaphia, quorum primum, cum vero destituamur, adponimus.*

„ Pręsulis hęc claros cineres habet urna Georgi.
„ Aræ, templa gemunt, Cæsar, uterque Polus.
„ Dum Venetus patriæ cervicibus imminet,
„ urbem
„ Liberat, & latè prorogat imperium.
„ Mars bello, studiis Palias præfecerat, urbi
„ Cæsar Veronæ, dum fera bella tonant.
„ Qui ter obsessos vallarunt agmine muros:
„ Servata Venetos reppulit urbe duces.
„ Fata triumphantem rapiunt: Verona supremo
„ Officio decorat: Clesius ossa locat.

„ *Gentilottus.*)

cia-



CI.
a De eo Oldoini Ciaconius s. 5.

99 BERNARDUS Clesius, filius Aliprardi, ac Dorotheæ Fucharæ, nobili loco natus 1485 die S. Gregorio sacro. Vix pubertatem egressus, in Italiam venit, excolendus nobilioribus disciplinis. Veronæ, Bononiæque sub optimis præceptoribus literis est nobiliter eruditus. Primum Canonicus, & Archidiaconus Tridentinus est renunciatus, tum Prothonotarius Apostolicus, Secretariusque Maximiliani Imperatoris, denique Princeps, atque Episcopus Tridentinus 1514. pridie Id. Junii. Veronæ Prætura functus, magnusque Cancellarius effectus est Ferdinandi I. Regis Bohemiæ, atque Pannoniæ. Nomine Caroli V. ad diversos Principes trepidis est perfunctus legationibus, interfuitque Bononiæ, dum insigne Regni de manu Clementis acciperet, ac paulo post ab eodem Pontifice purpureo est nobilitatus galero anno 1529. Tridentum adauxit nobilibus ædificiis, ampliavit nobilem arcem illam Cæsarum domicilium, lapide vias substravit, munivitque ad elegantiam, aquas abundè duxit, derivavitque in civitatem, ut per siphunculos in altum desilientes in subjecta deinde alveata vasa deciderent, vel ad commodum, vel ad jucunditatem spectantium. Litteras, litteratosque homines miro amore complexus est, leguntur que quædam illius epistolæ ad Nauseam, Joannem Fabrum, & alios. Ad ipsum scripsit Bembus, eidemque Erasmus Roterodamus aliquot monumenta inscripsit. Illius honorificè meminit Garimbertus. Postulatus fuit administrator Brixinensis Ecclesiæ in Germania 1539. cumque illò se contulisset, ut iniret possessionem, prandens, subita apoplexia oppressus, dispeiit, die 29. mensis Julii ejusdem anni, relatusque Tridentum, solemni pompa fuit tumulatus in Cathedrali, cum hoc epitaphio

Bernardo Clesio
S. R. E.
Tituli S. Stephani in Cælio monte
Presbytero Cardinali, Episcopo Tridentino
& administratori Brixinensi
ob multa
magnaque in hanc ecclesiam merita,
Æterna memoria digno
positum.
Obiit xxviiii. Julii MDXXXIX.
sedit xxv. annos
mensem unum, dies xxiv. vixit annos
LIV. mens. iv.

(„ *Hujus Episcopi vitam, resque gestas amplissimis commentariis exsecutus est Janus Pyrrhus Pincius lib. 6. usque ad finem operis de Ducibus & Episcopis Tridentinis. Eas & metro adstringere adgressus est, extatque mss. poema heroicum, quod is* Clesiada *inscripsit, & usque ad librum quartum perduxit, sed non absolvit. Placet tamen nonnullas notas, quas ipsius Clesii manu in Codicibus quibusdam consignatas reperi, hic discribere. In principio libri, qui complectitur ordinem, & ritus benedicendi Reges Bohemiæ, hæc leguntur.* Istum librum ex alio antiquo libro fecimus transcribi, dum Pragæ essemus cum serenissimo Ferdinando Hungariæ & Bohemiæ rege, dum ibi essemus, & unus ex coadjutoribus coronationis suæ Regiæ Majestatis, quæ fuit 21. Februarii 1527. sed pro majori parte in coronatione observavimus rubricas Pontificalis Romani. Et altera die quoque coronavimus Annam couthoralem prælibati Regis, & quæ fuit filia olim Regis Ladislai, & sorore Ludovici Hungariæ regis, qui de anno 1526. contra Turcas obiit die antipenultima Augusti. Bernardus Episcopus Tridenti. *In Codice chartaceo, in quo inest situs, & descriptio orbis terrarum.* Librum hunc satis incorrectum incorrecte etiam est jussu nostro transcriptum ex antiquo exemplari reperto in Bibliotheca capitulari Spirensi, dum ibi essemus cum serenissimo Rege Ferdinando in conventu Imperiali an. 1529. Bernardus Episcopus Tridentinus. *Ad Breviarium quoddam Fratrum Minorum eleganter admodum scriptum, & picturatum.* Breviarium hoc emimus Augustæ Vindelicorum an. 1530 florenis 8. quo anno Carolus V. Imperator ibidem conventum Imperialem, & præcipuè contra Lutheranos celebravit, in quo & nos non parum insudavimus. Bernardus Card. Tridentinus. *In virorum doctorum numero, qui in Clesii episcopi nomine opera ediderunt, eumque laudarunt, ponendus est etiam Joannes Cuspinianus, qui eidem Austriam suam inscripsit an. 1527. die 20. Maii. Sicque eum in Epistola nuncupatoria allocutus est.* Et hunc quidem tomum Tuæ Reverendis. D. & amplissimæ dignitati dicavi, qui altera es manus Principis, & magnus Austriæ, ac omnium regionum Austrialium Cancellarius, ac Curiæ, ut merito secundo loco illi succedas. Qui statui etiam tibi mox, si Deus mihi vitam prorogabit, Catalogum Antistitum Tridentinorum tuo nomine edere &c *Verum Catalogus iste, quod sciam, non prodiit; nam non ita multo post scilicet anno insequente Cuspinianus mortuus est. Eidem dicavit orationem protrepticam ad S. R. I. Principes ut bellum suscipiant contra Turcas, quæ Austriæ subtexta est. Licitus est Clesius post mortem Cuspiniani à Felice Sebastiano filio patris bibliothecam, interprete Joanne Alexandro Brassicano, ut ex ejus ad Clesium Epistola didici, in qua scribit pretio mille & ducentorum aureorum indicari, neque id, suo judicio, majore quàm decebat æstimatione. Epistola data est Viennæ Austriæ anno 1530. Cæterum Carolus V. Bernardo Regalia concessit excuso Germanica lingua diplomate, quod apud me extat, dato* Wormatiæ an MDXX. die xx. Decembris, *& ab Alberto Conrado Archiepiscopo Moguntino subscripto; & anno 1521. Canonicos, & Capitulum Tridentinum, eorumque bona, & redditus sub imperialem protectionem suscepit expedito hujus tenoris privilegio.*

„ CAROLUS Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ. Hispaniarum, utriusque Siciliæ, atque Hierusalem, Hungariæ, & Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Comes Habspurgi, Flandriæ, & Tyrolis &c. Recognoscimus, & tenore præsentium profitemur, quod cū nos ad hoc Principatus, & Imperii culmen ea potissimum ratione Divina Clementia evecti simus, ut pacem, & tranquillitatem omnium fidelium nostrorum procuremus, & præcipue Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum omni cura incumbamus, ut ipse, & earum membra, & subditis in Privilegiis, libertatibus, concessionibus, immunitatibus ac Juribus ipsorum conserventur illesę. Itaque cum honorabilem Jacobum de Banisiis Consiliarium nostrum devotum, dilectum Decanum Ecclesiæ Tridentinæ, quæ in Principatu, & Comitatu nostro Tyrolis insignis existit, in singulari gratia & commendatione habeamus ob benemerita sua in Nos volentes ejus intuitu, & ob singularem devotionem, quam gerimus ad

di-

A dictam Ecclesiam, Decani, Capituli, & singularum personarum conservationi, indemnitati, & quieti consulere; motu proprio, & ex nostra certa scientia, ipsos, eorum bona, fructus, & redditus, & proventus, in nostram Cæsaream, & Archiducalem salviguardiam & protectionem assumpsimus, & recepimus, & assumimus & recipimus per præsentes. Decernentes, & hoc perpetuo edictu statuentes, quod omnibus, & singulis Privilegiis, Immunitatibus, libertatibus, gratiis, & indultis, quæ, & quastam ex canonicis, & civilibus sanctionibus, Sancta sede Apostolica, quam à nostris prædecessoribus, & præsertim à claræ memoriæ Federico secundo, & Carolo quarto, ac Sigismundo ejus filio Roman. Imperatoribus universo Clero concessis, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent pro expressis haberi volumus hactenus habuerunt, tenuerunt de Jure, statutis, vel de consuetudine, uti, frui & gaudere debeant, &
B possint. Mandantes omnibus, & singulis præsertim Regentibus nostris in Insprugg, & Capitaneo Tridentino, & aliis Locumtenentibus, gubernatoribus, & cæteris quibuscunque officialibus, subditis, & fidelibus Nobis dilectis, modu & pro tempore existentibus, ut præfatos Ecclesiam, Decanum, Capitulum, & singulares personas in prædictis eorum Privilegiis, libertatibus, gratiis, Juribus, immunitatibus, & indultis contra hanc indulti gratiam nostram nequaquam impedire, molestare, aut gravare præsumant. Et si quis adversus eosdem Decanum, Capitulum, & singulares personas eidem Ecclesiæ, Decano, Capitulo subjectas prætendit aliquid, non in auctoritate propria, aut quapiam alia sæculari, nisi in casibus à Jure expressis, sed coram ordinaria eorum, ipsos, sive in Civilibus, seu in Criminalibus conveniant, irritum, & inane decernentes, quidquid in contrarium quovis modo per quoscunque attentatum
C fuerit. Quæ etiam omnia, & singula per præsentes irritamus, cassamus, & annullamus, & pro nullis, & cassis haberi volumus, dictosque Decanum, & Capitulum, ac singulares personas adversus illa omnia, in integrum reponimus, seu reponi mandamus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, consuetudinibus, etiam Provincialibus à Sede Apostolica non confirmatis, aut approbatis contrarium facientibus quibuscunque, quibus etiam, quoad effectum præsentium motu, & scientia similibus derogamus. Quo circa Venerabili Tridentino Episcopo Principi, & Consiliario nostro pro tempore existenti per præsentes motu simili injungimus, & ipsos tenore præsentium requirimus, quatenus per se, vel alium, seu alios eidem Decano, & Capitulo, ac singularibus personis ut supra in præmissis efficacis defensionis præsidio assistere faciat eodem indulto prædicto pacifice gaudere, & juxta illius tenore integre
D observari. Non permittentes præfatos à quopiam desuper quomodolibet molestari in quantum nostram indignationem gravissimam, & pœnam quindecim marcarum auri puri pro tertia parte Fisco nostro Tyrolis, pro alia tertia eidem Ven. Episcopo Tridentino, pro tertia verò injuriam passo, vel passorũ usibus applicanda, maluerint evitare. Quas contrafacientes toties, quoties contrafecerint, se noverint incurrisse harum testimonio litterarum, sigillique nostri munimine roboratarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Vvormatiæ die 21. mensis Februarii Anno Domini 1521. Regnorum nostrorum Romani II. aliorum vero omnium 6.

Carolus.

Ad Mandatum Domini Imperatoris proprium.

Albertus Cardinalis Moguntinensis Arcicancellarius.

A *A Clemente vero VII. facultatem obtinuit Bernardus partem Bolzani oppidi ad Tridentinam Episcopalem mensam spectantem cum Ferdinando Romanorum Rege, & Austriæ Archiduce commutandi, ut ex sequenti colligitur Bulla.*

Clemens Papa VII.

Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Cùm sicut nobis nuper exponi fecisti, licet dudum q. Sigismundo Archiduci Austriæ in humanis agenti, inter ipsum Sigismundum Archiducem & bon. mem. Odericum de Freuntsperg olim Episcopum Trident. super omnibus mineralibus ad Ecclesiam Tridentinam, cui dictus Odericus Episcopus, tunc in humanis agens præerat, seu illius Episcopalem mensam spectantibus, ex æquo dividendis, certa concordia inita, & forsan aliquibus annis observata, ac una pars Oppidi Bolzani in Diœcesi Trident. consistentis, & ad eandem Ecclesiam Trident. seu Episcopalem mensam legitimè spectantis
B Comitatui Tyroli, cujus idem Sigismundus dum viveret, erat, & pro tempore existens Archidux Austriæ extitit Comes plurimum commoda ab eadem mensa dismembrata, & eidem comitatui applicata, ac desuper certi contractus juxta temporum illorum conditionem, seu qualitatem per certum tunc in dicta Ecclesia Tridentina, cui nunc præesse dignosceris, prædecessorem facti fuerint. Nihilominus postmodum concordia prędicta supervenientibus certis impedimentis, effectum sortita, & dictæ Mensæ pro parte Oppidi hujusmodi aliqua recumpensa assignata non extiterit, sed ob succedentium temporum varietates pars ipsa cum aliis locis, & Dominiis dicti comitatus applicata remanserit, ac præterea circumspectio tua, prout tenetur, & concernit bonorum, & jurium ipsius mensæ conservationi intendens, & non videns ad præsens locum esse, aut modum aliàs melius dictæ Mensæ indemnitati providere, & utilitate aliqua in parte
C consulere posse, apud charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum Regem, qui Rex Hungariæ etiam, & Bohemiæ, ac Archidux Austriæ existens super honesta compositione, seu transactione cum eo prædictæ Mensæ ratione mineralium ineunda, ac congrua recompensa per eum pro parte Oppidi hujusmodi ad ipsam Mensam, ut præfertur spectante eidem Mensæ assignanda institeris, adeo ut ipsum Ferdinandum Regem & Archiducem super Mineralibus, & aliis in utilitatem, & profectum ejusdem Mensæ cedentibus, honestam compositionem initurum, ut dominium Persieniense præfatæ Ecclesiæ vicinum, & ad eum spectans tibi, & eidem Ecclesiæ, seu Mensæ pro parte Oppidi hujusmodi assignaturum speres, quæ si fiant in commodum, & utilitatem dictæ Mensæ cedent, nobis humiliter supplicari fecisti ut tibi cum præfato Ferdinando Rege super Mineralibus hujusmodi, ut præfertur transigendi, ac partem Op-
D pidi hujusmodi pro dicto dominio permutandi, & dominium ipsum loco partis Oppidi hujusmodi pro dicta Mensa recipiendi licentiam concedere, ac aliàs in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Ecclesiarum quarumlibet utilitates, & commoda prout possumus libenter procuramus, Mineralium, & partis Oppidi prædictas quantitates, & veros etiam annuos valores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem circumspectioni tuæ cum præfato Rege, & Archiduce super Mineralibus prædictis transigendi, & componendi, ac partem Oppidi hujusmodi pro dicto Dominio Persieniensi, permutandi, ac alienandi, ipsumq; dominium loco dictæ partis Oppidi prædicti pro dicta Mensa recipiendi, & retinendi, & alia in præmissis, & circa ea necessaria cum evidente utilitate, & commodo dictæ Mensæ faciendi, & converten-

,, di plenam & liberam authoritate Apostolica te-
,, nore præsentium facultatem concedimus, ac
,, transactionem, compositionem, permutatio-
,, nem, & receptionem prædictas, postquam factæ
,, fuerint, illasque concernentia omnia & singula
,, in litteris, seu iostrumentis publicis desuper con-
,, ficiendis, contenta, & quæ inde sequentur ex
,, nunc. prout ex tunc, & e contra authoritate, &
,, tenore prædicto approbamus, & confirmamus,
,, ac valida, & efficacia existere, & suos effectus
,, sortiri ac firmiter observari debere decernimus,
,, omnesque & singulos Juris & facti, ac solemni-
,, tatum tunc forsan omissarum defectus, si qui for-
,, san intervenerint, in iisdem supplemus. Non ob-
,, stan: fel: recor: Pauli Papæ II. prædecessoris no-

A ,, stri per quas litteras super similibus concessioni-
,, bus in illarum confirmationibus cum missione ad
,, partes, insertioneque tenori litterarum earun-
,, dem fieri voluit, ac aliis constitutionibus, nec
,, non dictæ Ecclesiæ juramento, confirmatione
,, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
,, statutis & consuetudinibus, cæterisque contrariis
,, quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum
,, sub annulo Piscatoris die 27. Febr. MDXXXI.
,, Pontificatus nostri anno octavo.
,, Evangelista.
,, *Bernardi effigies dum in tricesimo quinto an. suæ*
,, *constitutas erat ætatis, hæc est, quam ad præ-*
,, *clarissimi Principis perennandam imaginem pro-*
,, *cusum nobis exhibet hoc numisma.*





,, *Hujus Episcopi tempore gravis rusticorum mo-*
,, *tus, & seditio facta & brevi sedata est, cujus hi-*
,, *storia libello quondam complexus est Hieronymus*
,, *Bretius Stellimaurus, Medicinæ doctor Tridenti-*
,, *nus, quem Bernardo Clesio inscripsit in hunc mo-*
,, *dum.* Reverendiss. in Christo Patri Dom. D.
,, Bernardo Cleso Episcopo ac Tridentinorum Du-
,, ci, Judicariarum, sive Sarcorum Marchioni,
,, ac de Lagare sive vallis Lagarinę Comiti illu-
,, strissimo. *Gentilottus.*)



CII. 100 CHRISTOPHORUS Madrutius, *a* filius Gaudentii nobilissimi Equitis Tridentioi, natus 1512. atque ad emeodatissimos mores institutus, bonis artibus Bonooiæ operam dedit; inde juvenis adhuc Canonicus factus est, ac Tridentinus Decanus; cumque nondum 28. annos expleret, postulatus, atque electus est Episcopus, ac Princeps suæ patriæ 1539. ac post tres annos Ecclesiam Brixinensem administrandam suscepit, creatusque Cardinalis est à Paulo III. ad diaconiam S. Cæsarii.

C Princeps erat summæ existimationis, ac laudis prudentiæ. Itaque magno usui fuit Carolo V. Ferdinandoque I. Imperatoribus, Philippoque II. Hispaniarum Regi, ac Pontificibus Romanis, pro quibus de maximis, ac gravissimis rebus obivit legationes, auctorque fuit Paulo III. iodicendi Concilium Tridenti, primisque sessionibus interfuit in Cathedrali. Caroli V. legatus fuit ad Paulum III. rediitque in Germaniam cum Cardinali Farnesio conscripto justo exercitu contra Protestantes. Pompa, sumptuque regio Philippum II. Tridenti excepit hospitio *b*, à quo declaratus est Mediolanensis ducatus generalis Vicarius, Cremonam civitatem munivit, civitatem Placeotiam Octavio Farnesio restituit, arce retenta. Picenum Legatus frænavit, Augustanamque dietam suo suffragio juvit. Sub Pio IV. ex Diacono factus est Presbyter Cardinalis, postea Episcopus Cardinalis Albanus, tum Sabinensis, Prænestinus, ac Portuensis. Tybure decessit 1578. die 5. mensis Julii, relatusque

D Romam, in ecclesia S. Honuphrii sepultus fuit.

(,, *Duo Christophori Madrutii numismata extant*
,, *apud me, quæ ad oblectandam Lectoris curiosita-*
,, *tem, ejusque oculis subiciendam præstantissimi*
,, *Antistitis imaginem incisa diligenter hic proferre*
,, *non alienum duxi.* Gentilottus.)

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 686.

b Vide Jo. Christoph. Calvetu in libro, cui titulus. *El felicissimo Viage &c.* Antuerpiæ excuso 1552. fol. 44.





LU-

CIII. 101 LUDOVICUS Madrutius a, Christophori nepos, ex cessione patrui, Tridentinus Episcopus designatus est, eidemque successit 1577. qui non ita pridem a Pio IV. fuerat Cardinalis creatus sub titulo S. Calixti, postea titulo s. Honuphrii insignitus est, nec multo post Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina, ac S. Anastasiæ est appellatus. Tribus legationibus in Germania in causa fidei feliciter est functus. Supremus Inquisitor contra hæreticos constiturus est, Brixinensem Ecclesiam administrandam suscepit, Tridentino Concilio interfuit, Pater pauperum fuit, cum interim populum sibi commissum omni, qua posset ope, foveret, Sabinensis Episcopus fuit, ac deinceps Tusculanus. Romæ decessit non sine mœrore bonorum, an. 1600. die 2. m. April. sepultusque est in ecclesia S. Honuphrii prope patruum Cardinalem.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 932.

CIV. 102 CAROLUS Madrutius, b Ludovici nepos, eidem successit anno 1600. Hunc Clemens Papa VIII. Presbyterum Card. creaverat. Tridentinam administravit Ecclesiam an. 29. decessitque Romæ 19. Kal. Sept. 1629. Episcopus Card. Sabinensis, sepultus in ecclesia S. Honuphrii apud antecessores suos Card. Madrutios.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 353

CV. 103 CAROLUS EMMANUEL Madrutius, Caroli antecessoris fratris filius, ex cujus permissione anno 1622. die 18. Aug. Episcopus Aureliopolitanus, & Tridentinæ Ecclesiæ coadjutor cum spe futuræ successionis evasit, defunctoque patruo successit an. 1629. Vivit adhuc non minori fama, virtutum suos Madrutios prædecessores, videtur præire.

De Madrutiis Cardinal. legit Bern. à Mallinckrot in opusc. de Card S. R. E. quibus perperam hunc Carolum adnumerat, qui certè Cardinalis non fuit. Gratiliatus.

ADDITIO.


„ *Quinque omnino annos hujus catalogi, & Ughelliani tomi editioni superstes fuit Carolus Emmanuel, cujus, aliorumque ex eadem Madrutia gente Tridentinorum Episcoporum, triumque successorum vitas & res gestas copiose & diligenter exposuit Vigilius Vescovi S.T.D. Parochus Medii Coronae in Dioecesi Tridentina. Ex ejus commentariis, qui m.s. circumferuntur, haec desumpsimus.*

„ *Carolus Emmanuel natus est patre Emmanuele Renato ex Philiberta filia Marchionis de la Chambre in castro Issogniae, quod est domicilium Comitum de Chialant in Valle Augusta an. 1599. die V. Novembris. Eum e sacro fonte suscepit Carolus Emmanuel Dux Sabaudiae, cujus propterea nomen ei fuit inditum. Octennis ad Comitem Joannem Gaudentium Madrutium Tridentum missus est; inde Monachium & Ingolstadium, ubi Philosophiae & bonis artibus operam dedit. Postea Perusium à Carolo Cardinali Patruo proficisci jussus summos ibi jurisprudentiæ honores est assecutus. Revocatus inde Tridentum à Patruo, in Canonicorum collegium cooptatus, & Abbas commendatarius S. Christophori Niciae de la Paglia factus, tandem Coadjutor Patrui cum spe futurae* B *successionis renuntiatus fuit. Sacerdos die 28. Oct. an. 1621. tum Episcopus Hieropolitanus inauguratus, an. 1629. Patruo successit. Initia imperii parum prospere se dederunt, ob controversiam quae inter Capitulum & Todeschinum, qui Decanatum contra statuta à Pontifice impetraverat, cuique Episcopus favebat, mox orta est. Neque progressus feliciores, aut exitum habuit: plurimis enim venatus injuriis & molestiis per omnem vitam fuit, quae animum ejus adeo afficiebant, ut occultum dolorem indicarent vultus pallor, moestitia, solitudo, suspiria, querelae. Augebat tristitiam inutilis labor & sumptus, quos nequicquam impenderat, ut tanquam familiae suae ultimus à Pontifice veniam uxoris ducendae obtineret; ut profecto mirum non sit quod tot malis jactatus, in tantas angustias adductus repente ex Syncope vomica, id est cordis compressione extinctus fuerit. Contigit* C *id A. 1658. die 15. Decembris, quae fuit Dominica tertia Adventus circa horam nonam matutinam. Cadaver in domestico sacello septem diebus expositum, tum justis pompa maxima persolutis, in summo templo & Cardinalis Clesii sepulchro conditum fuit, sine inscriptione. Vir fuit (ut verbis memorati auctoris utar) omnibus virtutibus praeditus, memoriae ad miraculum profundissimæ, ac propterea multae literaturae; facilis, aditu omnibus permisso, patiens audiendo, justitiae acerrimus cultor; erga pauperes misericors; ecclesiae imperterritus defensor; ad iram non pronus; natura leni humilis, ut non dedignaretur cum rusticis ad multas horas conversari. Orationi plurimum addictus, piisque operibus intentus; erga B. V. M. & S. Antonium de Padua singulari devotione affectus, erga animas purgatorii misericors, pro quibus sexaginta millia missarum ejus jussu celebrata reperiuntur. Denique vir talis fuit, ut sola maritandi dispensatio obstaret, quo* D *minus sanctus non fuerit proclamatus. Quod audacter asserere valeo propter intimam servitutem, quam illi octodecim annis continuo præsens præstiti: simulque hoc unum illi vitio datum quod paucorum quorumdam judicio res suas commiserit, adeout eorum arbitrio sacra & prophana moderaretur. Quo factum est ut Capitulum quoad vixit infensum semper habuerit, & propter dispensationem apud nunc contemptus fuerit, ex qua odia, labores, inquietudines orta fuere. Diœcesim totam ipsemet præter Decanatum Athesinum visitavit, Vallem Annaniæ & Solis anno 1630. Judicariam, & Rendenam anno 1633. Vallem Lagarinam anno 1636. Vallem Flemmarum anno 1644. circa Tridentum anno 1655. Ejus tempore Patres Jesuitæ Tridentum venerunt anno 1626. Patres Carmelitani discalceati anno 1650. Caldarium Patres Reformati anno 1645. In Eppen Patres Capucini anno 1647. & La-*

A ne post ejus obitum anno 1665.

Defuncto Carolo Emmanuele Sigismundus Franciscus, Archidux Austriae, Leopoldi Tirolensis & Claudiae Mediceae filius, post Carolum Emmanuelem universis Canonicorum suffragiis Episcopus est designatus an. 1659. die 7. Februarii. Romae ejus electio in magnas difficultates incurrit, nec unquam à Pontifice fuit confirmata. At is de Principatu & Regalibus, ut vocant, ab Imperatore investitus possessionem publice adiit Tridenti die 24. Septembr. 1660. & per Vicarios suos Georgium Comitem de Konigsegg Aulae Praefectum, & deinde Nicolaum Comitem de Lodron Principatum administravit, donec an. 1662. die XXX. Decembris mortuo unico fratre Ferdinando Carolo, non jam amplius de Episcopatu, sed de matrimonio cogitare cœperit. Quo cum Comitis Palatini Sulzbacensis filia contracto die 5. Junii an. 1665. ipse die 25. ejusdem mensis discessit e vita.

B



CVI. ERNESTUS ADELBERTUS Comes ab Harrach Austrius S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Pragensis à Capitulo Episcopus est postulatus an. 1665. die 31. Julii, missus in possessionem die 10. Julii an. 1666. dum Tridenti esset, ut ibi tamquam Imperatoris Leopoldi legatus exciperet et desponsam Margaritam Hispaniarum Infantem, & Viennam deduceret. Quo facto Romam contendit ad electionem Pontificis, qui fuit Clemens IX. ibique per integram aestatem mansit. Inde per Carnos Viennam redux ibidem moritur die 25. Octobris 1666.

C



CVII. SIGISMUNDUS ALPHONSUS Comes à Thun, Tirolensis, Episcopus Brixinensis, die IX. Januarii an. 1668. à majori Canonicorum numero electus est, caeteris pro agnato ejus Guidobaldo Comite a Thun S. R. E. Cardinali Archiepiscopo Salzburgensi suffragantibus: unde acerrima extitit disceptatio, quam utraque pars magna contentione in Curia Romana eo usque prosecuta est, dum illam Cardinalis mors, quam is Salzburgi die I. Junii an. 1668. obiit, ex inopinato diremit. Itaque competitore e medio sublato confirmatus Sigismundus mense Septembri an. 1669. in possessionem missus est an. 1670. die 31. Martii cum omnium ordinum incredibili laetitia.

D

A Natus est Sigismundus Alphonsus in Castro Thun an. 1621. Patre Vvolfgango Theoderico, matre Margarita filia Comitis Georgii Sigismundi de Thun, Domini Castri Bracherii. In Gymnasio Tridentino prima institutione formatus Romae in Collegio Germanico severioribus studiis operam dedit, quoad an. 1640. in Canonicorum Collegium Tridentinae Ecclesiae adscriptus in patriam rediit; ubi ita vixit, ut apud omnes magnam mansuetudinis, modestiae, ac pietatis laudem sit assecutus. Atque ro factum est, ut primum id est an. 1663. Brixinensis Ecclesiae clavo; cum Tridentinae, ut diximus, sit admotus, in quibus & optimi Praesulis, & egregii Principis partes omnes implevit. Moritur Tridenti in Castro Boni Consilii an. 1677. die II. Februarii hora 10. ante meridiem, in Cathedrali templo tumulatus sine epitaphio.

B



FRANCISCUS DE ALBERTIS ex nobili familia, quae e Pola Judicariarum vico an. 1550. Tridentum commigravit, patre Bonaventura, matre N. Lutta natus an. 1610. Liberaliter educatus iis praecipue disciplinis ingenium excoluit, quae sacerdoti, quod is vitae genus elegerat, maxime aptae & consentaneae judicantur. Itaque Romae in Collegio Germanico Theologiae cursu magna cum laude confecto Magister renuntiatus fuit. In patriam reducem Carolus Emmanuel Madrutius Episcopus Princepsq; Tridenti Vicarium in spiritualibus, ut vocant, generalem sibi adscivit, quod munus diu postquam in Canonicorum collegium cooptatus fuit, integerrime sustinuit: Scholastici & Archidiaconi dignitate auctus, quo longius honoribus processit, eo majorem sibi apud omnium ordinum homines singulari sua humanitate cum sanctitate ac suavitate morum conjuncta, existimationem & amorem peperit; adeo ut miro totius Collegii consensu Episcopus designatus fuerit die 3. Aprilis an. 1677. Multis ille quidem egregie gestis, sed his praesertim nominis sui memoriam consecravit. Annuas pensiones Provinciae Tirolensi ex foedere solvendas, quas decessor ejus redimere coeperat, repraesentatis octo florenorum millibus penitus extinxit. Transactione cum Francisco Castrobarcensi Comite inita, eum eo adduxit, ut in caussis quatuor Vicariatuum Murii, Avii, Brentonici, & Alae ad Consilium Aulicum Principis Tridentini esset provocatio. Palatium Episcopale à Cardinali Clesio magnificentissime constructum Septemtrionem versus produxit, idq; cum Castro veteri, quod Boni Consilii appellatur, non mediocri sumptu conjunxit. Equilia satis ampla & commoda in area, quae Castro praetenditur, itemq; elegans praetorium in latifundiis Ecclesiae ad fluvium Sarcam à fundamentis exaedificavit. Et quod cum religionis, tum magnificentiae caussa primo loco commemorandum erat, Sacellum ad latus summi Templi Tridentini, quod meridiem spectat, e quadrato lapide fieri, intusq; multo auro, vario marmore, statuis ac picturis singulari opera artificioque perfectis exornari jussit, idque argentea supellectile splendide instruxit. Constituerat CVIII

C

D

eo

eo transferre, id quod demum à proximo ejus successore factum est, Christi cruci affixi simulacrum è ligno, ad cujus pedes Oecumenici Concilii decreta publicata fuerunt, quodque ibi religiosissime colitur; nisi mors obstitisset, quam ille infracto animo, conscientia scilicet vitae innocenter actae, placidissime obiit die 4. Febr. an. 1689. Corpus in sepulcrum illatum est, quod in eodem sacello sibi vivens posuit, cum simplici inscriptione hujusmodi ORATE PRO ME. Deprompsimus haec ex commentariis, quae modo laudati Episcopi fratris filius Franciscus Antonius de Albertis V. C. nobiscum perhumaniter communicavit. Is Cancellarii Aulici munus ab illo acceptum sub duobus quoq; successoribus gerens, ad magna Patrui in Ecclesiam Tridentinam merita ingentem cumulum adjicit.



CIX. JOSEPH VICTORIUS ortus ex cognomine quidem sed diversa à superiore gente DE ALBERTIS, quae nobilis ac vetusta cum primis Tridenti habetur, ac non ita pridem in Comitum classem relata fuit. Ex ea complures quidem praestantes viri amplissimisq; in patria honoribus functi prodiere; sed huic ex iis neminem ausim anteferre, paucos pares fuisse putem: idque non ob dignitatem, quam in familiam suam invexit, maximam; sed ob eximias virtutes, quibus eluxit. Fuit enim vir acerrimo ingenio, memoria tenacissima, omnibus doctrinis eruditus, excellenti praesertim cum civilis tum Pontificii juris prudentia praeditus, ad omnes res aptus consiliique plenus, in rebus excogitandis neque ac gerendis promptus, disertus, laboriosus, affabilis, blandus; quo factum est, ut Principatu dignissimus diu ante quam eo gradum pervenisset, sit habitus. In Urbe disciplinarum omnium bonarumque artium domicilio complures annos vixit, unde in patriam reversus in Canonicorum numerum adscriptus fuit. Delatum sibi Vicarii generalis munus per longum tempus administraas & jus sanctissime reddidit, & Clerum in officio honestateque continuit. Subinde in principem collegii sui locum evectus, atque adeo Decanus renuntiatus, tandem in vacua à pastore Tridentina sede omnium suffragiis locatus est die 28. Aprilis an. 1689. Controversias ob intermedii temporis administrationem dirimere, quam in possessionem induci maluit; quod negotium feliciter confecit, pristinumque jus Capitulo suo asseruit. Postquam gubernaculo manum admovit, nihil antiquius habuit, quam sacerdotes qui confessionum excipiendarum potestatem habebant, Notariosq; omnes evocare, ut eorum scientiae & probitatis periculum faceret. Dioecesim suam per legatos, quod ipse per devexam aetatem nec admodum firmam valetudinem non posset, maximam partem lustravit. In consultationibus de re publica, & judiciis assiduus, in quibus ille, qui doctrina, prudentia usuque rerum omnes praestabat, longe gravissime disserebat, in audiendis subjectorum precibus facilis; cumque omnium, quae ad rectam rei publicae temperationem spectant, diligentissime satageret, tum peculiarem justitiae curam habuit: ad quam unicuique administrandam naturae quodam impetu, cui & si vellet reluctari non posset, se trahi, nullumque propterea à Deo praemium expectare, identidem dicebat. Ad summum suis Princeps omni laude major, omnium virtutum exemplum, civiumque suorum amor; qui optassent, ut tanto eorum bono Deus diuturnitatem addidisset. Sed ille in lentum morbum implicitus eandem die 31. Decemb. ann. 1695. ab hominibus demigravit. Pene oblitus fueram maximum commemorare beneficium, quo Ecclesiam suam immortalis hic memoriae princeps affecit: quod in hunc locum non incommode cadit. Namque spolium, seu consuetudinem illam, qua Canonici defuncti Episcopi omnia, quae moveri poterant, inter se partiebantur, jam olim à canonibus improbatam, penitus sustulit, impetratis eam in rem à Pontifice & Caesare litteris, quae post ejus obitum resignatae ac recitatae fuerunt. Elatus est nec pro dignitate, nec pro meritis, nec etiam pro more satis amplo funere, propterea quod ipse, ut ego quidem interpretor, inanem ejusmodi pompam prohibuerit. Jacet in templo Cathedrali prope Cryptam S. Maxentiae cum hoc epitaphio.


JOSEPH VICTORIUS DE ALBERTIS EPISCOPUS PRINCEPSQUE TRIDENTI SIBI POSUIT. OBIIT ULTIMA DIE ANNI MDCXCV.



JO. MICHAEL ex comitibus de Spaur, & Valerio electus die 7. mensis Martii an. 1696. Octoginta eoq; amplius annos natus adhuc superest; cui longa & felicia tempora precamur. Gentilottus.) CX.

VERONENSES EPISCOPI.







ERONA, Urbs est Transpadanæ Galliæ nobilissima, non tam amplitudine, antiquitate, situs pulchritudine, ac fluminis Athesis eam intersecantis amœnitate, quam præstantia ingeniorum, & Christiana pietate, ab Apostolicis usque temporibus suscepta, insignis. Posita est in ea Venetiæ parte, quæ Galliam Cisalpinam attingit ad utramque Athesis amnis ripam, quas quatuor hic pontes jungunt. Athesis ex Rheticis montibus veniens, urbem hanc interfluens, atque circumfluens, nec solum pulcherrimam reddit, sed munitissimam. De antiquitate, nobilitateque hujus civitatis plures opiniones sunt. Quarum communior, tametsi à vero uberrans, illa est, à Gallis Senonibus, Duce Breno, vel suum exordium, vel augmentum, amplitudinemque sumpsisse; ita ut à conditore nomen potuerit usurpare, Brenonam primum appellatam fuisse: quod nomen postea, balbutiente vulgo, in Veronam transiisse. Qui antiquiorem originem, ac veriorem volunt astruere, Rhetos à Thuscis oriundos faciunt auctores, & à Vera Thuscorum gente, vel Colonia Veronam dicta. Euganeorum, hoc est, Tuschorum urbem Plinius nominat. Pulsis inde Rhetis, Galli Cænomani cum Brixia suam eam quoque fecere. Postea Romanis cum reliquis Transpadanis urbibus cessit, deductaque Colonia fuit, & constituta Cn. Pompejo Strabone, & L. Porcio Catone Coss. anno Urbis conditæ DCC XV. ante Christum natum plus minus XC. & in Publilia Tribu relata. Cæsar vero Romæ Dictator, ante initum secundum consulatum, Veronam cum reliquis Latinis Transpadanis Coloniis civitate Romana donavit, ejusque privilegia usque ad Subalpinas gentes extendit; M. Claudio Marcello L. Cornelio Lentulo Crure Coss. Gallienus imperator instauratam, & munitam, Coloniam Augustam, novamque Gallienam nuncupavit, ut ex antiquo epigrammate, in peristyliis Bursariæ portæ inciso, facile intelligi potest.

A B C

* Ex Append. l. 5.

* *Colonia Augusta Veron....... Galleniana Valeriano* II. *& Lucillo Coss. Muri Veronensiam fabricati ex die* III. *non. Aprilium dedicati pr. non. Dec.. .... Sanc.... mo Gallieno Aug. N. insistente Aur. Marcell. .....*
Duc. Duc. Curante Jul. Marcellino.

Inclinante deinde Romano Imperio, tyrannis Olybrio, Glycerio, Augustulo, & Odoacri Herulorum Turcilingorumque Regi paruit, quo à Theodorici Ostrogothorum Regis armis memorabili illa trium dierum in campis Veronensibus commissa pugna, profligato, Ostrogothorum Regum tyrannidem pertulit, donec à Narsete Justiniani Imper. Duce recepta est. Longobardi deinde Narsetis literis in Italiam acciti an. DLXVIII. eam expugnarunt, Duce Albuino, qui in hac ipsa urbe ab uxore Rosmunda, Trausmundi Gepidorum Regis filia, dormiens est necatus, quod illi inter epulas poculum de parentis ejus cranio porrigi jussisset, ut cum patre suo biberet invitans, cujus corpus sub scala, quæ palatio contigua erat, conditum fuit. Cujusquidem sepulchrum ducentis annis Conhibetus Dux Veronensis aperiens ensem ejus, & reliqua regia ornamenta, quæ in eo invenerat, abstulit. Longobardicis porro temporibus proprios aliquando Duces Verona habuit, ut Langrulphum circa annum Domini DC. qui ab Agilulpho Rege subactus est. Postremus Longobardici sanguinis Veronę Dux fuit Aragisus Desiderii Regis filius, quem Carolus Magnus Imperio deturbavit. Verona igitur à Longobardis capta est, postquam Colonia Latina ducta fuerat, & in Romanorum jura transierat anno DC. In cujus gentis potestate sub Ducum imperio annos CCIV. permansit, donec pulsis Longobardis, ipsorumque in Italia imperio deleto, cum reliquis in Francorum potestate devenit. Ex eo tempore Verona sub Italię Regibus ex Francorum genere permansit usque ad Berengarios, quibus de imperio decertantibus, Comitem Milonem urbi præfuisse proditum est circa an. salut DCCCC XXIII. Post sublatos Berengarios, sub Othonum, ac Germanici sanguinis Regum, Cæsarumque clientela Marchiones primum habuit. Nam Hermannus Marchio Veronensis an. MCXXXXVI. imperatoriis comitiis adfuisse legitur. Deinde suorum civium auctoritate, ac consiliis regi cœpit, perpetuo fœdere cum reliquis Longobardicis urbibus inito, maximamq; Friderico Aenobarbo ad Barilanum cladem intulit, quæ & ejus & fœderatarum civitatum libertatis munimentum fuit; sicque larvam quandam libertatis cum induisset, iis legibus usa est, quæ aliquem aliquando aditum ad veram, solidamque libertatem aperire posse viderentur. Cæterum gliscenti felicitati intervenit publicæ libertatis ruina. Nam cum factiones civiles insurgerent, tyrannis domesticis obnoxia esse Verona cœpit. Ezellinus enim a Romano dominationem arripiens, tres & triginta annos eam oppressit, usque ad annum Christi MCCLIX. cui Prętor à populo suffectus est Mastinus Scaliger, cujus posteri annis CXXVIII. patria potiti sunt, Regio, Parma, Vicentia, Feltro, Belluno, Tarvisio, Luca, ac Patavio in potestatem redactis. Postremus

A B C

ex

* Ex app. tom. 6.

ex ea gente Antonius Scaliger dominatinnem amisit an. MCCCLXXXVII. Inde annos fere viginti, sub imperio Vicecomitum, Mediolani Ducum fluctuans Verona, tandem * an. MCCCCV. Mantuani Marchinnia virtute, ditioni accessit Venetorum, quorum auspiciis 242. ferme jam annnm floret, ac tranquilliorem rerum statum consequuta est; Semel tantum externis occupata armis, cum Venetorum copiæ ab Exercitu Maximiliani Augusti, prælio ad Rivoltum commisso, fractæ essent, quo tempore octo fere annos Veneti Veronæ imperio caruerunt. Grandi deinde pecunia eam cum a Germanis redemissent, tantum deinde in illam contulerunt splendoris, & gratiæ, ut in præcipuis Italiæ civitatibus hoc tempore possit haberi, quam etiam, ob fidem à civibus in ea rerum perturbatione servatam, FIDELEM VERONAM perpetuo nuncupandam sanxerunt tunc, cum ex delectu Antonii Cotti viri clarissimi comitiorum Veronensium Præsidis, illustres cives Oratores ad Ducem, Senatumque gratulabundi sunt missi, qui & munera Duci, & Senatui gratias retulere, vexillumque Veronæ in Divi Marci Ducali templo hoc emblemate exornatum: VERONA FIDELIS, ad eorum perpetuo testandam fidem suspenderunt, quod usque in hodiernum diem visitur. Cæterum urbs ipsa Veronensis (quam Metropolim civitatem nuncupavit Maximilianus primus Imperator in suis numismatibus) situ optimo, & amœno, splendidisque, ac magnificis ædificiis tam publicis, quam privatis exornata, antiquitus non minus, quam hodie visenda fuit. Reiertque Strabo suis etiam temporibus amplam, nobilemque fuisse. Tacitus suis in Annalibus ejusdem deprædicavit splendorem, opulentiamque. Testantur vero cum nobilitate, opum magnificentiam, & antiquitatem crebræ domi, suisque ruinæ, marmora, statuæ, inscriptiones, ac plura pene obsoleta Romanorum, Veronensiumque monumenta, quæ sparsim in civitate, & agro visuntur. Amphiteatrum, quo, post Romanum, nullum pulchrius in toto orbe habetur, omniumque ejus generis ædificiorum, quæ adhuc supersunt, integerrimum; Veronæ ex ære publico à Decurionibus ex Augusti Cæsaris auctoritate constructum referunt, Annales Veronenses. Theatrum quoque ejusdem Augusti tempore erectum, ludus publicus, thermæ, arcus, cæteraque hujus generis Romanorum ædificia spectantur. Via quoque Aemilia per urbis Veronæ medium Aquilejam usque strata erat: hanc M. Aemilium Lepidum duxisse constat. Theodoricus Ostrogothorum Rex post Gallienum Veronam exornavit, ampliavit, murosque restituit, pomœrium urbis protulit, thermas novas fecit, aquæductum in loco, qui dicebatur Castellus, idest juxta theatrum & eccl. S. Syri reparavit. Maximum palatium de novo à fundamentis condidit ingenti porticu circumdatum, forum & basilicas multas restituit, qui cum Veronam ita frequentaret, loci amœnitate delectatus, à Germanis Veronensis vocatus est. Pipinus vero Rex, Caroli Magni filius, muro, & ædificiis auxit. Scaligeri principes muros vetustate collapsos vel de novo fecerunt, vel restituerunt, antiquo pomerio, ac Campo Martio in ambitu urbis inclusis. Arcem Castri veteris supra Athesim cum elegantissimo ponte loco opportuno extruxerunt. Joannes Galeatius Vicecomes Mediolanensium Dux primus, quum, Scaligeris pulsis, urbis imperio potitus esset, arcem S. Petri vetustate fere collapsam restauravit, magnisque turribus, & laxiore murorum ambitu fabricatam ampliavit. Hanc in ipsis ruinis antiquissimis, corruentisque theatri supra montis crepidinem primus omnium Berengarius senior Rex Italiæ exædificavit circa annum Domini CCIↃ. ut ex Luitprando intelligi potest, in qua S. Petri Basilicam arce ipsa antiquiorem inclusit. Ipseque cum Regni Italici sedem Veronæ locasset, din inibi habitavit, & postremo per Flamberti cujusdam insi-

A dias interemptus est regni anno XXXVI. cujus cadaver marmorea pila in ejusdem Basilicæ porticu sepultum ad nostra usque secula manet. Arcem quoque (teste Panvinio) S. Felicis idem Joannes Galeatius in imminente urbi colle inchoavit, quæ nunc immensis operis muris, & validissimis propugnaculis, saxoque fossa excavata à Venetis munitissima facta est; urbemque ipsam, additis novis muris, latissimisque, & lateritiis propugnaculis, inexpugnabilem reddiderunt. Verona igitur natura, situ, & pulchritudine ædificiorum illustris, ad septuaginta millia, & amplius magnifici splendoris, jucundi aspectus, & ingenii summi alit mortalium, qui cum arma posuerint, consuguint ad litteras. Viget in ea, seu potius floret, satis antiqua Philarmonicorum Academia, in qua à nobilibus juvenibus animi causa, sine modestiæ, aut dignitatis jactura, studium musices voce, & manu exercetur, & sæpe à doctis viris pulchra & utilia de loco superiori explicantur argumenta.

B Ager Veronensis uberrimus est, ac latissimus, olei copia, vinorum varietate, & præstantia, pomorum omnis generis suavitate, & lanarum pretio laudatissimus est. Non modo ad omnium frugum annonam uberrimus, sed ad omnia aucupii, expiscationis, & venationis oblectamenta voluptuosissimus. Diversæ etiam per ipsum agrum, perque oppida (teste Blondo) scaturiunt aquæ, non minus ornamento à natura, quam usui attributæ. Sunt & aquæ salutiferæ, quas vocant, Caldernanas, à balneis aquarum calidarum, insigni commentario à Joanne Antonio Pantheo Veronensi illustratæ. Memoratu admodum dignæ (inquit Panvinius Antiqu. Veron. lib. I.) variis morbis, & ægritudinibus medentur, præsertim stomachi doloribus, & renum infrigidationi, quarum fama ita diffusa est, ut mense Majo ex propinquis, & longinquis regionibus multi variis doloribus, ac morbis vexati huc accedunt, sanitatem recuperandi gratia. Horum balneorum restaurator fuit quidam Gadin

C Magulla, cujusque hoc antiquissimum epigramma diu ante inventum est.

Gadius Magulla Her. secum non habet Junonis Balnea sed habet omnia. Balnea vina venus corrumpunt corpora nostra, sed vitam faciunt. B. V. V.

Alia hæc in ipsis balneis prostabat inscriptio antiqua ad parietes.

V. F.

Junioni sacer. Petronio. probo. V. E. totius admirationis. V. Procons. Africæ, & præf. pretor Illyrici. Pref. Greciæ & Galliæ II. Præf. præt. Galliæ. atque Africæ. Pref. Veron. III. Cons. Ordinario Civi eximiæ bonitatis disertiss. atque omnibus rebus Eruditissimi qui fundamenta, murosque ab solo faciundos curavit idemque probavit in terra. fundamenta. de sua pecunia larib. Dant. Cosso Cornelio Lentulo. L. Pisone Augure. Cons. voto. soluto.

D Eodem in agro Veronensi mons est altissimus Baldi appellatus, medicis herbis apud herbarios nobilis, Lacusque Benacus amœnitate, pisciumque varietate, ac copia omnium nobilissimus. Ager iste, sive ditio Veronensis patet longitudine ab Austro ad Septentrionem milliaria 65. sumpto initio à Baruchella oppidulo ad Ferrariensium fines posito, ad Rivam oppidum in ultimo Benaci lacus recessu; latitudo ab Ortu in Occasum, hoc est, à Turre confinium usque ad Rivoltellam est milliariorum 40. industriis, fortibusque populis supra 150. millia plenus; quorum 12. millia ex Cymbrorum adhuc reliquiis, semigermanica utuntur lingua, & in montibus ad Septentrionem versus degunt. Qui hujus nobilissimæ civitatis agri, cæterarumque rerum, quas supra delibavimus, majorem cognitionem haurire desiderant, Panvinium adeant in opere posthumo Veronensium Antiquitatum, quod publici juris fecit industria clarissimi viri, & non semel,

sed

sed parce à nobis laudati Cozzæ Cottij Veronensis Ecclesiæ Archipresbyteri, viri omni laude dignissimi. De origine hujus urbis scripserunt idem supra memoratus Joannes Antonius Pantheus; de amplitudine, origineque, rebusque memorabilibus, Torellus Saraina, qui opus inscripsit Joanni Matthæo Giberto Episcopo laudatissimo. Hieronymus Curtes historiam texuit duobus voluminibus distinctam, de qua etiam Blondus, Corius, Merula, Volaterranus, Leander, Sigonius, Bembus, Petrus Justinianus, Jodocus Hund, Philippus Cluverius, fereque omnes, qui de Italicis urbibus, rebusque historiam concinnarunt. Illius meminit Martialis, Livius, Plinius, Ptolomæus, Trogus, Justinus, Dio, Procopius, Servius in Virgilio, Itineraria, Paulus Diac. pluresque alij antiqui scriptores. Protulit Verona Catullum, Æmilium Macrum poetas, Plinium, Vitruviumq; Architectonicæ nobilem scriptorem, Pacificum Archidiaconum sub Carolo Magno, Joannem Veronensis Ecclesiæ Canonicum, qui immensi laboris historiam scripsit à Julio Cæsare usque ad VII. Henricum Imperatorem. Ex recentioribus autem plures, quos omnes commemorare longum esset, e quibus eminere Leonardus ex Nogarola familia variarum doctus linguarum, Ludovicus Franciscus, & Alexander fratres, Celsus Mapheius, Joannes Madius, Jacobi primus & secundus Novanioli, Hieronymus Fracastorius, Bartholomæus Cipolla, Christophorus Lafranchinus, Joannes Baptista Montanus, Hieronymus Turrius, Guarinus Grammaticus inter primos Latinæ linguæ restauratores locandus, Antonius Fumanellus, Matthæus Bossius, Domitius Calderinus, Hieronymus Veritatis, Adamus Fumanus, Marcus Medices, Rochus Cataneus, Paulus Æmilius rerum Gallicarum nobilis scriptor, Honuphrius Panvinius sui seculi antiquarum rerum, & variæ eruditionis facile princeps, Julius Cæsar Scaliger, Franciscus Pola, aliusque Franciscus Pona eruditione, & libris editis longe clarissimus, Lælius Zanchus Episcopus Rethimensis, doctissimus Aloysius Novarinus Clericus Regularis, cui nulla fere par in scribendo mira felicitas hac nostra ætate excogitari potuit, & Isota, Genebria, Angelaque Nogarola Veronenses mulieres doctrinæ, & eruditionis nomine excellentes fuere, quod portento simile videri potest. Nec defuerunt Veronæ in omni memoria præstantes belli duces, inter quos C. Gavius Strabo Maximus, qui Veronæ ortus Romæ sub Antonino Pio summos militares honores promeruit, Ildovaldus Gothorum in Italia Rex; Theuda hic, Visegothorum nobilissima post Reges Principis forma Veronæ genitus fuerat; Riccardus Comes S. Bonifacij, Canis Grandis, Mastinus, Consignorius Scaligeri, Petrus Luchinus, Jacobus, & Ludovicus ex gente Vermia, qui Cretam insulam Venetorum imperio adjecit, Jacobus Cabailus, Marcus Æmiliorum familia nobilissima, Bartholomæus Sansebastianus, Paulus Luciascus, & plures alij viri illustres. Cæterum Verona Antistitum sex & triginta, Petri Martyris Ord. Præd. aliorumque sanctorum, sanctarumque Virginum, ac Beatorum virorum ortu maxime gloriari potest, de quibus infra plura.

Euprepius S. Petri Apost. Principis discipulus Veronenses ad Christi fidem perduxit, quorum primus renunciatus Episcopus ea pietatis fundamenta jecit, ut meruerit deinceps viros sanctissimos habere successores, qui ita civitatem erudierunt in fide, ut non mirum videatur, si tot innumeros & insignes protulerit Christi imitatores, totque pietatis reliquerint monumenta.

Veronensis Episcopus jam inde à sua primæva institutione Patriarchę Aquilejensis suffraganeus est, eundemq; pro suo Metropolitano hoc tempore agnoscit. Comitis titulum obtinet cum mero & mixto imperio, ac plenissimam jurisdictionem in castris Bodoloni & Montisfortis habet. Olim vero titulo Principis insignitus erat, quippe qui plura alia oppida & loca obtineret, insignibus, præeminentiis, ac privilegiis à summis Pontificibus, Cæsaribusq; exornatus. Redditus fortunatissimos olim habuit, habetque hodie satis opulentos, cujus taxa in libris Cameræ Apostolicæ est floren 900. Aliquando Veronenses Episcopos pallio à sede Apostolica ornatos fuisse constat ex epistola 24 lib. p. Regest. Gregorij VII. scripta ad Brunonem Veronensem Episcopum. Cathedralis Basilica Beatissimæ Marię Virgini Assumptæ dedicata est. Illustris, & vetustate mirabilis, pluribus ditata sanctorum reliquiis, numerosoque Clero, qui divinum cum dignitate persolvit pensum, ornata. Hanc olim Dianæ Ephesinæ templum fuisse quidam scribunt, (longa magis, credo, traditione, quam aliquo vetusto scriptore, aut idoneo teste) quod postea Carolum Magnum, post subactam Veronam vetustate deformatum vel restituisse, vel exædificasse narrant anno DCCLXXVIII. ita ut ille conditor ejusdem existimetur. Fere tota ex lapide quadraro ejusdem agri constat, in cujus anteriori parte Regia Janua maxima patet, & memorabilis, barbaræ quidem (ut illa ferebat ætas) structuræ, egregie tamen, & ad intuentium oblectamentum affabre sculpta. Visuntur in ea hieroglyphica plura, pluresque flores, racemi, herbæ, poma, cum restibus, variaque animalia, florum, pomorumque restis disterminantia. Spectantur ibidem duo Heroum simulacra haud ex polito illius seculi artificio. Aliud Orlandi Bertæ filij, qui casside, umbone, ac lorica protectus fatalem gladium ostentat, in quo grandioribus elementis hoc nomen inscriptum DURINDANA. Hic fortasse insculptus post prælium cum Aquitanis habitum, ubi fortiter pugnans desideratus est. Alterum Simulacrum Oliverij, Orlandi fratris, volunt esse, ferreo flagello armatum. Plures utrinque marmoreæ extant columnellæ, quarum alternæ sacrorum vatum spirantia simulacra cum suis schedulis ostentant, reliquæ partim fasciolis obvolutæ visuntur, partim floribus redolent, partim aviculis uvæ racemos rodentibus, intuentium oculos mire delectant. Porro templum patet in longitudine pedes ferme CCX. latitudo LXXX. spatium æquat. Pavimentum totum quadratis lapidibus, iisque marmoreis stratum est. Columnæ concameratum tectum sustinentes ex utroque Templi latere quinque: arcus quinque in templi longitudinem miræ altitudinis extollunt. Altare majus situm est in medio chori Orientem versus, cum throno Episcopi instar pontificij sacelli Vaticanæ Basilicæ. Chorum forma, picturis, & marmorea architectura nobilem Joannes Matthæus Gibertus Episcopus e medio Basilicæ transtulit, & exornavit anno 1535. Michaele de S. Michaele architecto. Sedes habet canonicales viginti duo, undecim pro qualibet parte. Media inter altare, & Episcopale thronum sita sunt sepulchra marmorea, & pulcherrima Lucij Papæ III. & Ludovici Canossæ Episcopi Bajocensis. Altaria decem in hoc templo sunt magnopere exornata, ac tanti ædificij majestate digna. Ibi plura nobilium Veronensium visuntur sepulchra. Bina item Sacraria templi existunt, ac mirifice exornata, alterum Canonicorum, minorum alterum Sacerdotum. Templi fabrica per Æditum ab Episcopo electum administratur, ac necessaria ad divinum cultum, & ecclesiæ ornamentum suppeditantur. Ditatur hæc Basilica pluribus sanctorum lipsanis, thecis argenteis, pretiosisque vasis inclusis: ibidemque jacent corpora SS. Veronensium Episcoporum Theodori, & Annonis, ac ossa S. Agathæ Virginis & Martyris, & Spina decenti cultu asservatur, qua SS. Firmi & Rustici capita abscissa fuere. Sacris in hac venerabili Basilica ministrantium supra ducentos. In primis sunt Canonici nobiles & docti viginti * supra unum, ex iis autem tres dignitate eminent. Archipresbyter secundus ab Antistite, cujus institutio vetustissima, ac pene interrupta series eorum, qui in ea dignitate floruerunt, ex Cæsareum, Pontificumque monumentis habetur. Secundus Præpositus,

* Ex App. tom. 5.

situs, quæ dignitas antiqua fuit, sed jam obsoleta Joannes Matthæus Gibertus Episcopus anno 1532. restituit, jure præsentandi per Capitulum, sibi suisque successoribus conferendi reservato. Tertius Archidiaconus, cujus dignitas licet antiquissima à temporibus Caroli Magni insignis fuerit, tamen suppressa, eam restituit Sixtus IV. anno MCCCCLXXVIII. Quartus* quamquam dignitate non polleat est Thesaurarius, quod munus, ac officium in Ecclesia Veronensi vetustissimum renovavit Hermolaus Barbarus Episcopus anno MCCCCLIV. reservato jure præsentandi *Capitulo, & Episcopis conferendi*.

* Ex Append. t. 5.

Hic tamen nec vocem, nec locum habet in Capitulo nisi forte Canonicus sit. Ex Canonicis unus est Pœnitentiarius, unusque item Theologus, qui per totum annum sacram Theologiam exponit. His proxime accedunt Mansionarii quatuor, 80. Capellani, 24. Acolyti, 80. alii Clerici, quos privatos appellant, septem servientes, ostiarij quatuor & Sacerdos magister cæremoniarum. Veronense Capitulum, honestum magis quam opulentum, inter cætera Italiæ nobiliora Capitula insigne habetur, & singularibus prærogativis exornatum. Habet enim cum Episcopo mixtam in aliquibus, in aliis separatam jurisdictionem, & quod insigne videtur, immune est, ac liberum ab omni Veronensis Episcopi potestate, & jurisdictione; suumque Ordinarium ac superiorem tantum Aquilejensem Patriarcham agnoscit, ex pia Rothaldi Episcopi Veronensis institutione, anno DCCCVIII. literis consignata. Hanc summi Pontifices, Imperatores, ac Aquilejenses Patriarchæ suis diplomatibus, ac privilegiis confirmarunt, quibus hactenus Canonici immunitatem vetustissimam mordicus retinuere. Summa tamen reverentia, & obsequio, ut juris postulat ordo, Veronensem Episcopum venerantur, & colunt. Episcopus vero eosdem Canonicos, & Capitulum juxta sacri Concilij Tridentini formam adhibet, & recognoscit. Intra Canonicales ædes, quæ Cathedrali adiacent, continetur collegiata ecclesia S. Helenæ, in ea quinque perpetuo commensales Sacerdotes sunt, nec non Capellani beneficiati in totum 32. adsunt etiam Canonicorum tribunal egregia forma constructum, carceres reorum, torquendi locus, Cancellaria, archivium pluribus sacrosanctis vetustatis monumentis tum Pontificibus, tum Cæsareis, Regibusq; atque aliis Principum inferiorum insignitum, cum non spernenda bibliotheca. Ter hic in hebdomada Canonici convenire solent, ad causas non solum civiles, sed etiam criminales, matrimoniales, & spirituales non tantum in eorum subditis, verum etiam in ipsosmet Canonicos, si rei sint, dirimendas, executionique cum seculari brachio demandandas, salva tamen ad Patriarcham appellatione, tanquam ad Metropolitam, exclusoq; omnino Episcopo, ejusque administris ab hujusmodi judicij forma. Habet Capitulum in publico juris palatio tribunal sub patrocinio, ac nomine S. Georgij Martyris ad lites dirimendas, quæ inter inquilinos, colonosque Capitulo obnoxios in dies suscitari solent, per Vicarium, ex ordine Patritio, Judicumq; Collegio selectum ab eodem Capitulo, juxta formam in transactione inter ipsum Capitulum, ac civitatem, summo Pontifice, Venetiarumque Senatu annuentibus præscriptam. Celebris est Canonicorum congregatio, quæ singulis annis, die 29. Decembris celebratur in ædibus ipsis, in qua per secreta suffragia decernuntur ij, qui sequenti anno Magistratus vice Capituli administraturi sint. Primo designantur Protectores ecclesiæ, ac monasterii Sancti Michaelis in Campanea monialium Sancti Benedicti, quod cœnobium in spiritualibus, ac temporalibus à Canonicis protectoribus regitur, visitatur, ac si opus sit, corrigitur. Ecclesia hæc primum ab urbe lapidem distans, annexam habet curam animarum, & latissima parochialis est, cujus capellani, curati, monialiumque confessarii electio, & in parochianos correctio ad ipsos Canonicos protectores spectat. Visitatores duo ecclesiarum in ea congregatione secernuntur, qui eas visitare, & juxta sacri Concilii Tridentini, & canonum decreta instituere, & reformare debent. Duo item criminales Judices, haud tanquam adjuncti, quod exempta Capitula peragunt, ut una cum Episcopo justitiam administrent ad normam Tridentini Concilii, sed tanquam ab ipso Capitulo delegati, qui processus tam offensivos quam defensivos forment, & perficiant ab eodem Capitulo per secreta suffragia rite, & juste terminandos. Duo legum conservatores, quorum munus est, ut capitulares constitutiones, ac Sacri Concilii Tridentini decreta a Canonicis, subditisq; eorum observentur, eaque servare compellant. Tres ad utilia, ut quod utile fuerit, id agere studeant tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Duo prædiorum visitatores. Rationatores duo, duoque bibliothecarii & archivistæ. Unus commissarius S. Joannis in Sacco, ubi hospitale virorum nobilium paupertate depressorum, juxta dispositionem Spinetæ Marchionis Malespinæ fundatoris. Protectores duo scholarum Acolythorum. Præsides duo musicorum, quæ omnia Canonicalia munia sunt. Eadem item in congregatione eliguntur Vicarius tribunalis S. Georgii, Advocatus Fiscalis ex numero jurisconsultorum, Cancellarius, Notarius, Canonicorumque Sacrarii custos, aliique minores administri. Penes hoc nobile Capitulum jus olim, & potestatem eligendi Episcop. fuisse apparet usq; ad Urbani VI. Pontificis tempora, à quo peculiari institutione sancitum fuit provisionem Cathedralium Ecclesiarum ad solum Romanum Pontificem spectare. Synodum etiam in sua S. Georgii Basilicâ celebrasse, decreta sanxisse, suisque subditis Clericis, ac ecclesiis observanda demandasse docent plura, quæ adhuc extant, vetusta monumenta. In iisdem etiam habetur, nonnulla oppida cum mero, & mixto imperio obtinuisse, quæ vel in feudum data, vel prorsus alienata fuere. Cappæ & rocchetti usum Sixtus V. Pontifex Canonicis concessit anno 1586. quibus nihilominus non utuntur, antiquissima almutia contenti. Olim vero infulam, & chlamydem deferebant, ut habetur ex constitutionibus synodalibus ab Archipresbytero, & Capitulo sancitis in synodo ab iisdem congregata an. 1300. die 19. Aprilis. In choro non canunt ut cæteri, sola tantum præsentia ex vetusto ritu, ternis horis solummodo Matutino, Missæ, & Vesperis cum dignitate adsunt; reliquis vero divinis horis intersunt mansionarii & capellani. Tandem Capituli signum, seu sigillum Deiparæ Virginis, ac gloriosi equitis, ac Martyris Georgii symbolicam puellam e faucibus draconis lanceæ ictu eripientis imaginem repræsentat.

Nec hic silendum puto, quod Capitulo Veronensi, ejusque Canonicis Carolus Calvus Imperator anno DCCCLXXXII. plura elargitus est privilegia, & ne quid minimum inferretur damnum à Marchionibus, Comitibusque tam ipsis, quam eorum subditis, ac colonis, eos ab omni potestate, & constitutione imperiali immunes esse voluit. Berengarius vero Rex anno DCCCCII. eis dedit potestatem ædificandi castrum in Nogaria, jusque illius in Canonicos transfudit. Otho I. Imperator anno 950. sub sua tutela Canonicos ipsos, eorumque bona suscepit. Benedictus VII. Papa, dictus VIII. per literas suas præcepit Miloni Veronensi Episcopo, ejusque successoribus ne manum immitterent in prædia, curtes, castella, redditus, decimas, servos, ancillas, & terras, tam intra, quam extra urbem Veronæ positas, quorum omnium liberam administrationem esse sanxit penes Archipresbyterum, & Archidiaconum, eorumque fratres, & quod præterea Archipresbyter seu Archidiaconus nullus alterius Ecclesiæ illis præfetantur, si tamen illi tales sint, qui Ecclesiæ Dei præesse possint. Similiter Otho II. Imperator anno DCCCC

LXXXIII. Canonicos, eorumque bona sub imperiali gratia suscepit. Idem fecerunt Otho III. anno DCCCCIIC. Henricus II. anno MXIV. Conradus II. anno MXXVII. Henricus III. anno MLXXXII. Henricus V. & VI. Conradus vero II. & Lotharius III. anno MCXXXVII. suo imperiali diplomate jussit possessionem dari castelli & castri Ceretæ & Englarii. Fridericus I. Canonicos eximio privilegio nobilitavit, eorum colonos & livellarios à cujuslibet potestate exemit, ita quod non possint conveniri nisi ante eorum præsentiam. Idem confirmavit omnia eorundem privilegia, pronunciavitque eorum bona & jura ab omni aliorum jurisdictione immunia, & exempta anno MCLXXXII. quæ omnia suo diplomate confirmavit Henricus VI. ejus filius an. MCLXXXX. Otho IV. an. MCCIX. Archipresbytero, & Canonicis omnia antecessorum suorum privilegia asseruit, addiditque ut in villis, & castris eisdem obnoxiis possint Potestates, Consules, & Vicecomites constituere, ac justitiam tam per eos, quam per se ipsos exercere. Hæc etiam idem confirmavit an. MCCXIII. decernens eorum jura, & bona ab omni seculari potestate exempta. Federicus II. anno MCCXX. idem asseruit, cæterique post Federicum Imperatorem Cæsares ad Maximilianum usque II. ben gne superiorum decreta confirmarunt. Id etiam fecerunt Scaligeri, Mediolani Duces, ac Serenissima Venetorum Respublica, Romani quoque summi Pontifices Maximi, præter Benedictum VII. Leo IX. Calixtus, Innocentius II. Eugenius III. Adrianus IV. Alexander III. Lucius III. Urbanus III. Innocentius III. Gregorius IX. Innocentius IV. cæterique fere omnes successores ad Leonem X. usque, benigne Canonicos Veronenses sub Apostolica tuitione susceperunt, immunitates, jura eorum, & bona confirmarunt, suisque diplomatibus auxerunt, quorum fere omnium exemplaria infra dabimus, & alia plura de hoc venerabili, & insigni Capitulo scitu dignissima enarrabimus: ex cujus gremio quam plures ad varia Ecclesiasticæ dignatis munia assumpti fuere. Ex iis Cardinales aliquot, Archiepiscopi, Episcopi non pauci, & Abbates prodiere, genere, doctrina, & eruditione illustres, quosque suo loco dabimus, & hic satis de eo sit dictum. Cæterum seminaria duo in hac urbe sunt. Unum Acolythotum vetustissimum, schola nuncupatum, qui communibus præceptoribus utuntur, & quasdam distributiones quotidianas percipiunt, in domibus tamen paternis vivunt. Alterum institutum juxta decretum sacri Concilii Tridentini. In civitate præter Basilicam Cathedralem plura sunt alia templa antiquitate, & substructionibus insignita: & hic parochiales ecclesiæ sunt 48. virorum cœnobia a 3. sanctimonialium septa 18. totidem xenodochia, sanctæ congregationis, ut vocant, ecclesiæ 43. pia mulierum loca undecim, mons Pietatis, & 60. scholæ, in quibus prima erudimenta fidei traduntur à parochis. *Ecclesiæ* ut plurimum magnifice extructæ, Cathedralis amplitudini & pulchritudini correspondent. Pervetusta est in hac urbe Sacerdotum, ac Parochorum congregatio, quæ Intrinseci Cleri Veronensis nuncupatur, multis tum Pontificum Maximorum, tum Imperatorum privilegiis decorata. In omnibus porro ecclesiis parochialibus sunt sodalitia sanctissimi corporis Christi, & in aliquibus etiam Beatæ Mariæ, aut Rosarii optimis decretis instituta. Magno in honore est in hac urbe Congregatio orationis, pestilentiæ tempore instituta, constans magno cœtu virorum nobilium, & aliarum piarum personarum, in qua singulis mensibus longo funalium, & aliorum luminum ordine ante sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum fiunt supplicationes. Sunt & in plerisque parochialibus ecclesiis scholæ disciplinatorum. In Ecclesia vero S. Joannis ædibus Episcopalibus contigua, ter in hebdomada habentur pii sermones ad populum, qui ibi frequens solet convenire, more oratorii Romani S. Mariæ Vallicellæ. Sunt præterea quinque oratoria, quo festis diebus multi adolescentes accedunt, horas Beatæ Mariæ recitaturi, quo peracto, qui illis præsunt, Evangelium explicant, aut quid simile. In Episcopalium ædium aula, quæ gymnasium appellatur, quotidie aliquid explicatur ex philosophiæ arcanis. Non desunt in hac urbe (ut diximus) xenodochia, in quibus hospitalitas exercetur, sed tria sunt magis insignia. Unum S. Mariæ misericordiæ appellatum, quod orphanotrophium est, & Nosocomium, in eo namque pupilli, & pauperes aluntur, & nutriuntur homines morbo incurabili laborantes. Alterum pietatis appellatum infantibus expositis, & hominibus febricitantibus, aut vulneratis dicatum est. In tertio S. Jacobi nuncupato, leprosi aluntur. In reliquis urbis xenodochiis excipiuntur personæ miserabiles & peregrini. Est & in hac urbe societas perutilis operariorum charitatis, qui hinc inde collectis eleemosynis vicatim adeunt domos pauperum, ut eorum necessitatibus consulant, quæ societas singulis mensibus convocatur in Cathedrali præsentibus, & eleemosynam facientibus Episcopo, & Rectoribus urbis. Consultum est etiam pueris, & puellis derelictis, qui in viis panem mendicantes vagabantur, & seorsim illis comparatæ sunt ædes, & justa ratio necessaria sustentandi. In ædibus etiam Abbatiæ sanctissimę Trinitatis contiguis, institutum est domicilium mulierum pœnitentium, Convertitas appellant, quæ hujus seculi vanitates pertæsæ, se Deo perpetuo mancipaotes, vitam fere monasticam ducunt, & in parte separata harum ipsarum ædium sub matronarum cura educantur, & custodiuntur puellæ nobiles matribus carentes, quæ tamen sumptus sibi necessarios præstant. Et quia in civitate tam frequenti facile est invenire mulieres, quę vel inopia, vel parentum incuria, vel malorum hominum illecebris ad pudicitiam prostituendam adducantur, extructæ sunt ædes ad ecclesiam S. Francisci, instar monasterii, in quibus à piis hominibus congregationis S. Francisci collocantur puellę peccandi periculo expositæ, & mulieres in peccatum prolapsæ, quæ honestiorem vitam meditantur: ibique ex eleemosynis seorsim, & religiose viventes servari solent quoad illarum statum, ut honeste, & cum timore Dei vivant, consultum fuerit. Extat etiam in hac urbe mons pietatis satis opulentus, qui magno subsidio est plebi, ac civibus ad vitandas usuras hebręorum. Nec leve pauperum perfugium in annonæ caritate est horreum quoddam vocatum, *il Fonteghetto*, in quo ære publico, ab Episcopo, & piis personis collato, ex frumentis, messis tempore coemptis, multæ asservantur farinæ, quæ pauperibus tantum viliori pretio, cùm cibo indigent, distribuuntur. Vetustissima, & omnium Veronensium ecclesiarum sanctior, & venerabilis censetur Basilica S. Stephani, olim Cathedralis, quippe quod in ea viginti & unum SS. Veronensium Episcoporum corpora humata jaceant, & SS. quadraginta Martyrum, quatuorque SS. Innocentium, ac S. Placidiæ Reginæ ossa ibidem quiescant, cum aliis sanctorum reliquiis. *Extant* in hac urbe Veronensi tres insignes Abbatiæ in commendam dari solitæ, quarum prima insignis est S. Zenonis Majoris Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas jurisdictionem habet ab Ordinario separatam. Hanc longe clarissimam, priscis olim Longobardorum temporibus pia Veronensium in Divum tutelarem propensione conditam, Pipinus Italiæ Rex Caroli Magni filius bellorum injuria dirutam, pene à fundamentis renovavit, opimisque redditibus ditavit, cujus sepulchrum alte à terra obrutum in cœmeterio adhuc visitur. Obierat ille Mediolani, Veronam deportatus, eo in tumulo per aliquot tempus quievit, donec a Francis in Galliam asportatum, nudum sepulchrum inspiciendum Veronensibus reliquerunt. Jacent in hac venerabili Basilica corpora Ss. Zenonis Episcopi Veronensis & Martyris, Crescentiani Martyris, Lucilli, & Lupicini Episcoporum Veronensium. Asservantur etiam ibidem caput, & ossa S.

Sa-

Sapientiæ, una ex fociabus S. Urſulæ, duo alia capita earundem ſanctarum virginum & Martyrum, & reliquiæ S Joannis Baptiſtæ. S. Andreæ, S. Bartholomæi, S. Matthæi, S. Philippi, Ss. innocentium, S. Laurentii, S. Urbani Papæ, & Martyris, Ss. Vitalis, Januarii, & Felicis Martyrum, Ss. Firmi, & Ruſtici, de brachio s. Viti, dens & oſſa s. Chriſtophori, s. Exuperii Martyris, s. Hieronis Martyris, s. Corbiani Martyris, s. Euſtachii Martyris: de brachio s. Coſmæ Martyris, Ss. Philippi, & Sylvani, s. Georgii, s. Nicolai, s. Vvilipaldi Epiſcopi & confeſſoris, s. Ivolſani Epiſcopi & confeſſoris, s. Lamberti Epiſcopi, s. Proculi Epiſcopi Veronenſis, s. Benedicti, s. Antonii, s. Leonardi, s. Sigiſmundi Regis, s. Oſuvaldi, s. Afri Regis, s. Agathæ, s. Barbaræ, s. Aphræ Martyris, s. Frondelinæ Reginæ, & Martyris, s. Getrudis virginis, s. Juſtinæ virginis, s. Pinoſæ virginis ac Martyris, de coſta s. Ottiliæ Reginæ, s. Julianæ virginis & Martyris, Ss. undecim millium virginum & Martyrum, de maxilla S. Eutropiæ Martyris, s. Hilariæ Reginæ, & Martyris, s. Levidinis virginis & Martyris, & s. Urſulæ virginis, & Martyris. Baſilicam & cœnobium hoc privilegiis, & immunitatibus inſignivere Longobardorum Reges, Cæſares, Imperatores, tum & ſummorum Pontificum pia liberalitas, & devotio. Hanc per plura ſecula Benedictini monachi incoluerunt, * ſub regularibus Abbatibus, nunc ſub Priore regulari ejuſdem ordinis ibidem divinum penſum exolvunt, cujus hiſtoriam, & progreſſus more ſuo molitur Cherubinus Lazaronus vir eruditus, ejuſdem cœnobii Prior. Secunda Abbatia ſecularibus clericis commendari ſolita, eſt Ss. Firmi, & Ruſtici minoris in Brayda; perpetuum habet Vicarium ſub directione tamen Epiſcopi Veronenſis, eſtque ordinis S. Benedicti: in cujus eccleſia aſſervantur reliquiæ de lacte Beatæ Mariæ, s. Sebaſtiani, s. Chriſtophori, s. Simphoriani, s. Syri Epiſcopi, & alterius ſancti, cujus nomen ignoratur, Ss. Benigni & Chari, de brachio s. Agathæ, caput s. Julianæ virginis & Martyris, crux ex aurichalco, in qua incluſi ſunt capilli s. Helenæ, & aliæ venerandæ reliquiæ ſatis magnæ ſine nomine.

* Ex App. tom. 5.

Tertia Abbatia commendata eſt ſanctiſsimæ Trinitatis, Ordinis s. Benedicti: in eaque Eccleſia ſatis vetuſta reconduntur reliquiæ s. Zachariæ patris s. Joannis Baptiſtæ, Ss. Petri & Pauli, s. Jacobi, s. Bartholomæi, s. Stephani, s. Laurentii, s. Sebaſtiani, s. Zenonis, s. Joannis & Pauli, s. Alexandri Papæ, s. Vigilii, s. Chriſtophori, s. Georgii, ss. Coſmæ & Damiani, ss. Siſinii, Mauritii, & Alexandri, Ss. Firmi, & Ruſtici, Ss. Gervaſii, & Protaſii, s. Stephani Papæ & Martyris, s. Romuli Martyris, s. Nicomedis Martyris, s. Sylveſtri, s. Martini, s. Nicolai, Ss. Proculi, & Anonis Epiſcoporum Veronenſium, s. Benedicti, s. Theobaldi Confeſſoris, s. Agathæ, s. Petronillæ, s. Conſtantiæ Martyris, Ss. Dignæ, & Meritæ Martyrum, s. Balbinæ Martyris, s. Brigidæ virginis, de ligno S. Crucis, de ſpongia Domini, de veſte & velo Beatæ Mariæ Virginis, & aliæ plures ſine nomine. Prædictæ reliquiæ inventæ ſunt in ſtipite altaris majoris dictæ Baſilicæ, quæ in conſecratione ipſius altaris ibi reconditæ fuerant. Conſecratum autem legitur anno domini MCXXXI. recognitæ vero fuerunt anno MDLXXIII. Eccleſia s. Vitalis commenda eſt equitum s. Joannis, ubi conditum eſt corpus s. Metronis presbyteri, & Confeſſoris. Aſſervantur etiam ibi catena & lapis, cui alligatus fuit idem s. Metro dum pœnitentiam ageret.

Viſuntur in hac urbe aliæ regularium Abbatiæ. Prima eſt Ss. Nazarii, & Celſi, Monachorum Caſinenſium pervetuſta, & nobilis, ubi jacent corpora s. Blaſii Epiſcopi, & Martyris, & duorum diſcipulorum ejus, s. Julianæ virginis & Martyris, aliæque venerandæ ſine nomine reliquiæ. Secunda eſt longe clariſsima, & pervetuſta S. Mariæ ad Organum olim in ſuburbiis ante annum DLXXX. à Feroce Abbate, ut ferunt, condita. Huic Benedictini Ordinis cœnobio privilegia, ac jura omnia, & ampliſsima, quæ Luitprandus, & Aliprandus Longobardorum Reges donaverant, Carolus Magnus, Caroluſque Craſsus Imperatores, Berengarii Reges, Otho I. Henricus & Federicus II. Imperatores confirmarunt, Romanique Pontifices, inter quos Alexander III. Venetiis poſitus ampliſſimo ſuo diplomate jura omnia, & bona renovavit, & aſſeruit; in cujus eccleſia recondita ſunt oſſa Ss. Anaſtaſiæ, Cantii, Cantiani, Cantianillæ, Chryſogoni & Proti Martyrum. Pluribus ſeculis Benedictini Monachi hoc incoluerunt, donec per ſummum Pontificem Eugenium IV. commendatariis ademptum, Olivetanæ nuperæ ejuſdem inſtituti Congregationis Monachis traditum eſt, qui hactenus ſumma religione regunt, & colunt. Inſigne eſt monaſterium S. Firmi olim Ord. S. Benedicti, cujus eccleſiam, cognomento Majorem, apud Veronenſes magna frequentia, ac ſanctitate priſci incoluere; ejus exordium ob vetuſtatem obſcurum eſt. In ea jacent (ut ferunt) corpora Ss. Firmi, & Ruſtici Martyrum, & Ss. Primi, Marci, Apollinaris, & Lazari Martyrum. Aſſervantur ibidem reliquiæ Ss. Joannis, & Pauli, Nazarii, & Celſi, Martiniani, Pantaleonis, Ambroſij, Benedicti, Scholaſticæ virginis, aliorumque multorum Sanctorum. Eccleſiam hanc una cum cœnobio Minoribus Fratribus perpetuo attribuit Alexander IV. anno 1258. quod monaſterium doctiſsimorum virorum clarum fuit, ac diuturnum habitaculum.

Grata eſt memoria apud Veronenſes ingrati Illius Apoſtolicæ Sedis invaſoris Cadoli Parmenſis Epiſcopi, cœnobii S. Georgii in Brayda conditoris anno 1046. quod Benedictinis monachis dedit, deinde ſanctimonialibus incolendum traditum eſt. Sub Bernardo vero Epiſcopo anno MCXXII. in eo, amotis Monialibus, inſtituti ſunt Canonici Regulares, ac ſub Eugenio IV. Pontifice ſecularium Canonicorum Congregationi S. Georgii in Alga perpetuo unitum fuit. In hac eccleſia aſſervantur reliquiæ de lacte Beatæ Virginis Mariæ, S. Andreæ Apoſtoli, SS. Innocentium, SS. Sebaſtiani, Firmi, Ruſtici, ac Demetrii, S. Apollinaris, oſſa SS. Cyriaci, Zenonis, Jacobi Interfecti, Pantaleonis Martyris, Blaſii Epiſcopi, Fidentii Epiſcopi, Proculi, Benedicti, & Metronis confeſſoris, SS. Mariæ Magdalenæ, Scholaſticæ, Luciæ, Teuteriæ, & Tuſcæ virginum, ac SS. undecim millium Virginum, ac aliæ ſine nomine venerandæ reliquiæ. Nupera Abbatia eſt, ſed vetuſta eccleſia S. Leonardi in monte Donico civitati imminenti Ord. Canonicorum Regularium Lateranenſium: illa aucta Prioratus dignitate à Pio IV. Pontifice, hæc ab Archipresbytero, & Capitulo Veronenſi: quibus præteritis ſeculis obnoxia erat, Gregorio IX. Papa ſedente anno MCCXXX. duobus religioſis viris tradita fuit, qui cœnobium ſecundum regulam Canonicorum Regularium S. Auguſtini ibi condiderunt, quod poſtea Canonicis Regularibus D. Marci Mantuæ traditum, tandem Frigidianæ ac Lateranenſi Cong. jubente Greg. XII. reformandum, ac perpetuo regendum conceſſum eſt anno 1408. Ii vero eccleſiam ipſam, ac cœnobium in ea celebri, quæ nunc ſpectatur, forma traducerunt. Ex eo plures viros tum eruditione, tum vitæ ſanctimonia clariſſimos prodiere. Dedit enim inter ceteros Maphææ gentis nobiliſſimos viros, & doctos Paulum, & Celſum verbi Dei eximios concionatores, Bartholomæum Cottinum prænobilem & inculpatæ vitæ virum, qui Mediolanenſem ultro ei datum Archiepiſcopatum ſumma conſtantia remiſit & Timotheum Archiepiſcopum Raguſinum.

Plures aliæ Abbatiæ in hac diœceſi fuerunt, inter quas celebris & vetuſta fuit SS. Petri & Viti de Calavena Ord. S. Benedicti, nunc unita cœnobio SS. Nazarii & Celſi Cong. Caſinenſis beneficio

Ale-

Alexandri Papæ VI. an. MCCCCLXXXXVIII. Ecclesiam consecravit Lucius III. ac privilegiis nobilitavit. Ad sextum ab urbe lapidem, est alia Abbatia S. Jacobi in Monte Grignano, unita Abbatiæ S. Mariæ de Organo. In hac venerabili ecclesia scribunt fuisse inventa anno Domini Mccc Lxxxxv. ossa S. Jacobi Apostoli. Illustre habetur cœnobium Dominicanorum S. Anastasiæ, cujus alumnus fuit S. ille gloriosus Martyr Petrus Veronensis. Ejus incunabula spectare videntur ad tempora Divi Dominici, cujus alumni Veronam venerunt anno MCCXX. & extra mœnia apud ecclesiam S. Mariæ Matris Domini constructo cœnobio aliquandiu egerunt. In urbe demum aliud Monasterium ædificarunt apud ipsam ecclesiam S. Anastasiæ anno 1260. ubi hæc venerantur reliquiæ SS. Petri Martyris, Sebastiani, Cyriaci, Abundii & Antonini, Ss. item Vincentii, Alexandri, Proti, Hiacinthi, Cromatii, Eventii presbyteri & Theoduli Diaconi Martyris, S. Peregrini Martyris, & Praxedis virginis & Martyris, aliæque reconduntur in nobili, ac venerabili ecclesia. Cœnobium S. Euphemiæ Ord. Eremitarum S. Augustini, cujus exordium recenset Herrera in Alphabeto Augustiniano, inter præcipua Veronensium monasteria habetur, ex quo prodiit summus ille eruditionis vir Onuphrius Panvinius. Insigniores ecclesiæ hujus reliquiæ sunt corpora beatorum Alberti, seu Albertini, & Peregrini confessorum Veronensium, & S. Euphemiæ lipsana, cum aliis pluribus quorum nomina ignorantur. De monasteriis ejusdem, aliisque tum & ecclesiis, ac locis piis, & eorum ferme omnium fundationibus ad sua quæque loca, & tempora dicemus. Diœcesis Veronensis perampla est; ejus longitudo ad 70. millia passuum, latitudo ad 40. protenditur: finitimæ sunt sex diœceses. Nam qua longa est, à Septemtrione Tridentinam attingit, à Meridie Mantuanam, Ferrariensem, Adriensem. Qua vero est lata, ab Oriente Vicentinam, & ab Occidente Brixianam ultra Benacum; quo ad imperium temporale Venetis fere tota est subdita, si pauca oppida, sive vicos excipias, qui Mantuano Duci, & Madruciis Dynastis parent. Parochiæ in tota diœcesi censentur 228. sub 39. plebibus, & 850. simplicia beneficia, clericatus nuncupata. Decem virorum cœnobia, & unum tantum monialium in oppido Leniaci. Diœcesim urbemque Veronensem protegit Sanctus Zenon, cum aliis pluribus Divis tutelaribus. De sanctis Episcopis Veronensibus, deque aliis sanctis, quorum corpora Veronæ venerantur, diligenter scripsere Franciscus Corna, Raphael Bagatta, & Baptista Perettus, sub auspiciis illius laudatissimi, omnique ævo memorandi Cardinalis Augustini Valerii hujusce Ecclesiæ Episcopi, Joannes Diaconus, Panvinius, Torellus Saraina, Hieronymus Curtes sparsim de Episcopis Veronensibus dypticas ediderunt. Cozza vero Cottius noster eruditus amicus, vir ad unguem factus, summo, & indefesso labore pro sua in patriam pietate revolutis hinc inde vetustis, recentioribusque monumentis, nobis scribentibus uberem materiam præbuit, nostram qualemcunque Veronensium præsulum seriem concinnandi, quam, ut locupletiorem redderemus, Vaticana, aliorumque locorum monumenta libenter consulimus, unde cumulatiorem lucem hauriet, legentibus non injucundam. Porro antequam hanc nostram Præsulum Veronensium seriem explicemus, operæpretium duximus omnes ecclesias, piaque loca, quæ tam intra, quam extra urbis pomœrium nunc extant, hic breviter recensere, de quibus, ut semel diximus, sparsim in ea ipsa narratione plura animadvertet prudens lector.

1 Cathedralis Ecclesia Assumptioni B. Mariæ Virginis dicata, quam Urbanus III. Pont. Max. consecravit.

2 Canonica, in qua est Collegiata S. Helenæ, sive S. Georgii in Domo.

3 Abbatia S. Firmi Minoris in Braida Ord. S. Benedicti.

4 Abbatia Ss. Trinitatis Ord. S. Benedicti.

5 Abbatia S. Zenonis Majoris Ord. S. Ben.

Ecclesiæ parochiales intra pomærium XLVIIII. ex cong. XLII. extra cong. VII.

1 S. Ægidii Prioratus.

2 S. Andreæ.

3 SS. Apostolorum Archipresb.

4 S. Bartholomæi in Monte Jesuatorum.

5 S. Benedicti.

6 S. Cæciliæ.

7 SS. Clementis & Blasii junctæ.

8 S. Crucis in ecclesia dicta la Madonnina extra cong.

9 S. Donati ad Columbam.

10 S. Euphemiæ Eremitarum Ord. S. Augustini extra cong.

11 S. Faustini.

12 S. Felicitatis.

13 S. Firmi de Curtealta.

14 S. Georgii in Brayda Can. secul. S. Georgii in Alga.

15 S. Jacobi ad Pineam unita cong. extra cong.

16 S. Joannis ad Fontem pene ecclesiam Cathedralem.

17 S. Joannis ad Forum.

18 S. Joannis in Valle Archipresb.

19 S. Laurentii.

20 S. Marci ad Carceres.

21 S. Mariæ antiquæ, ubi ara maxima fuit ab Alexandro 3. Pont. consecrata, ubi & Principum Scaligerorum monumenta.

22 S. Mariæ Arcis Majoris.

23 S. Mariæ ad Clavicam.

24 S. Mariæ Consolatricis.

25 S. Mariæ ad Frattam.

26 S. Mariæ Insularis.

27 S. Mariæ ad Organum, sive in Organis Monachorum Olivetanorum.

28 S. Matthæi cum Cortinis Prioratus.

29 S. Michaelis ad portas.

30 Ss. Nazarii & Celsi Monachorum Casinensium.

31 Sanctorum Omnium Prioratus.

32 S. Pauli de Campo Martio Archipreb.

33 S. Petri in Carnario.

34 S. Petri ad Monasterium Prioratus.

35 S. Proculi Archipresbyteratus.

36 S. Quirici.

37 S. Rustici ad pontem Navium.

38 S. Salvatoris de Curte regia Monialium Ord. S. Benedicti.

39 s. Sylvestri Monialium Ord. s. Benedicti.

40 s. Stephani Archipresb.

41 s. Syri & Liberæ prima eccl. civitatis unita monast. s. Mariæ in Organis, est tamen de cong.

42 s. Thomæ Apostoli.

43 s. Thomæ Cantuariensis Carmel. extra cong.

44 Sanctiss. Trinitatis Abbatia extra cong.

45 s. Vitalis Militum Hierosolymit. extra cong.

46 s. Zenonis in Oratorio. In qua dum esset aperta, Athesis crescens usque ad fastigium non penetravit.

47 s. Joannis de Quitiano Archipresb. de cong. in suburbiis.

48 s. Martini de Aversa Monialium s. Aug. de cong. in suburbiis.

49 s. Michaelis de Campanea Monialium s. Benedicti extra cong. in suburbiis.

Ecclesiæ conventuales virorum intra pomærium XX.

1 s. Anastasiæ sive s. Petri Martyris civitatis compatroni Ord. Præd.

2 s. Angeli in Monte Canonicorum secularium s. Georgii in Alga.

3 s. Bartholomæi in Monte Jesuatorum.

4 s. Bernardini Ord. s. Francisci de observantia.

5 s. Crucis Capuccinorum.

6 s. Euphemiæ Ord. Eremitarum s. Augustini.

7 s. Firmi Majoris Ord. Minorum Convent.

8 s. Francisci de Paula Ord. Minimorum.
9 s. Georgii in Brayda Canonicor. fecularium s. Georgii in Alga.
10 s. Lucæ Ord. Cruciferorum.
11 s. Mariæ ad Glaream Clericorum reg. Theatinorum.
12 s. Mariæ ad Organum five in Organis Monachorum Montis Oliveti.
13 s. Mariæ à Paradifo Ord. Servorum.
14 S. Mariæ ad fcalas ejufdem Ord.
15 S. Mariæ ad Victoriam Cong. B. Petri de Pifis.
16 Ss. Nazarii & Celfi Monachorum Cafinenfium.
17 s. Nicolai Clericorum regul. Theatin.
18 s. Sebaftiani olim focietatis Jefu.
19 s. Thomæ Cantuarienfis Ord. Carmel.
20 s. Zenonis in Monte cong. Fefulanæ.

Ecclefiæ Conventuales virorum in fuburbiis III.

1 s. Leonardi in Monte Domnico, five Olivetì Canonic. Regul. Lateran.
2 s. Mariæ ad Archam Ord. Minorum de obfervantia.
3 s. Mariæ in Campanea Monachorum Camaldulenfium.

Ecclefiæ Monialium intra mœnia XVI.

1 S. Antonii ad Curfum Ord. s. Benedicti.
2 s. Bartholomæi ad Levatam ejufdem Ordinis.
3 s. Catharinæ Martyris ejufdem Ord.
4 s. Chriftophori Ord. s. Benedicti.
6 s. Claræ Ord. Minorum de obfervantia.
7 s. Danielis Ord. s. Benedicti.
8 s. Dominici de Aquatraverfa Ord. Præd.
9 S. Joannis Baptiftæ ad Beverariam Ord. s. Aug.
10 s. Jofephi ejufdem Ord.
11 s. Luciæ Ord. s Benedicti.
12 s. Mariæ Angelorum ejufdem Ord.
13 s. Mariæ Magdalenæ Ord. Minorum Convent.
14 s. Mariæ Matris Domini in s. Sylveftro Ord. s. Benedicti.
15 s. Salvatoris de Corteregia Ord. s. Benedicti.
16 s. Spiritus ejufdem Ord.

Ecclefiæ fimplices intra muros XXIX.

1 s. Agnetis olim parochialis, cujus loco s. Donati ad Columbam.
2 s. Antonii ad Glaream, ubi feminarium clericorum, olim monafterium S. Antonii de Vienna.
3 s. Apolloniæ, membrum s. Mariæ in Organis.
4 Crucifixi in Brayda dicata Ss. Firmo, & Ruftico, prope quam locus eft, in quo merces inventæ fub dio expurgantur.
5 S. Felicis in ejufdem nominis caftro.
6 s. Georgii à Domo, five s. Helenæ prope Cathed.
7 s. Georgii apud ecclefiam s. Anaftafiæ.
8 s. Georgii ad Victoriam à Cane Magno fecundo Scaligero ædificata, dicta Victoria vetus.
9 s. Jufti unita monafterio s. Leonardi.
10 s. Margaritæ, membrum s. Mariæ in Organis.
11 s. Mariæ Novellæ ad s. Petri ad Monaft.
12 s. Martini in Aquario, in Caftro Veteri.
13 s. Pauli Vetuli eft de congr.
14 s. Petri in Archivolto eft de cong.
15 s. Petri de Caftro olim Archipresbyteralis, nunc unita monafterio s. Angeli in Monte eft tamen de congr.
16 Ss. Simonis, & Judæ, poft ecclefiam s. Joannis ad Forum eft tamen de cong.
17 Ss. Teuteriæ, & Tufcæ.
18 s. Tufcanæ alias s. Sepulchri, membrum commendæ s. Vitalis.

Ecclefiæ fimplices extra muros XII.

1 S. Alexandri, alias S. Rochi, de jure patronatus civitatis.
2 S. Antonii de Campanea titulo Prioratus.
3 S. Eligii, corporis Aurificum.

A

4 S. Julianæ membrum monafterij S. Anaftafiæ.
5 S. Juliani membrum monafterij S. Euphemiæ.
6 S. Luciæ membrum ejufdem monafterij.
7 S. Luciæ condiverix parochialis omnium Sanctorum.
8 S. Mariæ Angelorum ⎰ unitæ feminario cle-
9 S. Matthiæ. ⎱ ricorum.
10 S. Pancratij membrum monafterij S. Michaelis in Campanea.
11 S. Rocchi minoris, alias S. Sepulchri in monte Calvario.
12 S. Valentini intra parochiam S. Joannis de Quintiano.

Hofpitalia intra mœnia XXIX.

1 S. Alexij.
2 S. Bobonis, alias à ftella.
3 S. Catharinæ apud ecclefiam omnium fanctorum.
4 SS. Cofmæ & Damiani.
5 Derelictorum utriufque fexus puerorum territorij.

B

6 Difciplinæ juftitiæ.
7 S. Gregorij.
8 S. Jacobi a Gallecia.
9 S. Joannis in facco, Nobilium forte miferorum.
10 S. Lucæ.
11 S. Mariæ à Domo, alias Novella.
12 Mendicantium utriufque fexus.
13 Militum.
14 Mifericordiæ incurabilium, & pupillorum civitatis.
15 Pietatis febricitantium, vulneratorum & expofitorum.
16 S. Proculi.
17 S. Stephani.
18 S. Tufcanæ membrum commendæ S. Vitalis.

Hofpitalia in fuburbijs III.

1 S. Jacobi ad Tumbam, lepra infectorum.
2 SS. Petri & Pauli in parochia S. Michaelis in Campanea.

C

3 S. Rocchi pefte infectorum, vulgo il Lazareto.

Loca pia mulierum X.

1 Dimiffarum.
2 S. Francifci puellarum, & pœnitentium.
3 S. Mariæ à Regia Virginum apud ecclefiam S. Fauftini.
4 SS. Trinitatis Pupillarum Civium & ad educationem puellarum nobilium.
5 Urfulæ, vulgo Urfulinæ.
6 Virginum, quæ dictæ le Zitelle.
7 S. Dominici prope ecclefiam S. Petri in Archivolto, vulgo Pizochere.
8 S. Francifci de Paula apud Ecclefiam ejufdem fancti. Pinzocheræ.
9 Minorum de obfervantia. Pinzocheræ.
10 Servitarum prope ecclefiam SS. Cofmæ & Damiani ejufdem inftituti.

Oratoria feu congregationes virorum intra pomœrium XXXI.

D

1 S. Agnetis cæcorum.
2 S. Alexij difciplinatorum.
3 S. Apolloniæ.
4 S. Benedicti cong. Oratorij.
5 S. Blafii peregrinorum de Urbe.
6 S. Bobonis.
7 S. Cæciliæ congr. Oratorii.
8 S. Caroli.
9 S. Catharinæ apud ecclefiam Omnium Sanctorum doctrinæ Chriftianæ.
10 Chrifti S. Marcelli de Urbe.
11 Collegium Juftitiæ, Mifericordiæ de Urbe.
12 Columbinorum Minorum de obfervantia.
13 SS. Cofmæ, & Damiani S. Spiritus in Saxia de Vrbe.
14 Crucifixi in Braida doctrinæ Chriftianæ.
15 Difciplinæ ad S. Zenonis.
16 S. Georgii à Victoria.
17 S. Gregorii Suffragii mortuorum de Vrbe.

18 S. Jacobi à Gallecia.
19 S. Liberæ Oratorium secretum.
20 S. Margaritæ mortis, & orationis de Urbe.
21 S. Mariæ Novellæ ad S. Petri ad monast. adolescentium doctrinæ Christianæ.
22 S. Mariæ Vallisviridis.
23 S. Nicolai de Tolentino in Ecclesia SS. Simonis & Judæ.
24 S Nicolai Theatinorum.
25 S. Petri in Archivolto,
26 S. Petri in Camario.
27 S. Proculi doctrinæ Christianæ.
28 S. Stephani doctr. Christ.
29 Sacrorum stigmatum S. Francisci.
30 S. Tuscanæ doct. Christ.
31 SS. Viti & Modesti ad S. Proculi,

Oratoria in suburbiis 15.

1 S. Crucis in loco Talaserti.
2 S. Michaelis in Campanea.

* Ex App. tom. 5.

* In diœcesi (1) præterea triginta sex plebes, sive Archipresbyteratus, quibus minores aliæ parochiales Ecclesiæ subduntur, recensentur, quæ olim plures clericos cum redditibus, ac proventibus inservientes obtinebant, nunc vero eorum redditus benemerentibus clericis distribuuntur. Hæ autem cum portionibus, ut ajunt, clericalibus ad hujus nobilissimæ diœcesis decus & ornamentum hic exhibentur.

1 Plebs, sive Archipresbyteratus S. Floriani in Valle Pulicellæ obtinet clericatus sive portiones clericales numero. 45
2 s. Martini de Nigrario. 15
3 s. Gregorii Vallis Pulicellæ. 12
4 s. Mariæ de Monteaureo. 22
5 s. Mariæ Torniaci. 26
6 s. Blasii de Lavaneo. 12
7 s. Mariæ de Coloniola. 25
8 s. Laurentii de Suapio. 17
9 s. Georgii sive Bartholomæi de Illatils. 75
10 s. Joannis de Bonavico. 7
11 s. Petri de Porto. 16
12 s. Laurentii de Minerbio. 22
13 s. Petri de Tebeto. 29
14 s. Ambrosii de Tumba. 11
15 s. Mariæ de Runco. 28
16 s. Firmi de Bodolono. 7
17 s. Petri Insulæ Porcaritiæ. 9
18 S. Zenonis de Ruperclara. 34
19 s. Michaelis de Angiario. 17
20 s. Zenonis de Cereta. 36
21 s. Martini de Leriaco. 41
22 s. Blasii de Casalaono. 37
23 s. Martini de Salizzolo. 10
24 s. Petri de Villa Franca. 34
25 s. Zenonis de Vico Athesis. 17
26 s. Laurentii de Nogarolis. 2
27 s. Petri de Nogaria. 24
28 s. Stephani de Malcisione. 21
29 s. Mariæ de Coprino. 40
30 s. Mariæ de Cisano. 36
31 s. Martini de Lazisio. 24
32 s. Petri de Vallegio. 31
33 s. Andreæ de Sandrato. 16
34 s. Mariæ de Bussolongo. 18
35 s. Andreæ de summa Campanea. 9
36 s. Mariæ de Avio in ditione Tridentina. 1

Omnes sunt numero 822.

Post quinti tomi impressionem Veronæ à fundamentis erectum cernitur templum cum Monasterio S. Antonii de Padua Ord. Reformatorum s. Francisci; præterea inclusa Ecclesia cum Monasterio pariter s. Teresiæ, quam ejusdem instituti sanctimoniales colunt, ac s. Petri Martyris Veronensis civis sacellum ex domo ubi ortus fuit, Veronensium, ac præcipuè Sebastiani Pisani Præsulis optimi pietate, ac religione excitatum.

A D D I T I O.

(„ *Veronensium Præsulum Ughellianum seriem, uberem quidem, sed indigestum satis, atque implicitam, præceas doctissimi, ac venerandæ antiquitatis strenuissimi vindicis Scipionis Maffæij erudita Epistola, quam à me requisitus, ut aliquid saltem ad hunc Veronensium Antistitum Catalogum illustrandum conferret, quandoquidem ab eo integre excutiendo tum gravioribus, quibus distinetur, curis, tum justissimis averteretur rationibus, mihi dedit perhumaniter. Statuitur in ea octo priorum Episcoporum Veronen. exploratior ordo, tum Ss. Proculi, Lucilli, atque Zenonis tempora expenduntur, Vvilhelmus denique, atque Vvolfangus, nomina scriptoribus Veronensibus hucusque ignota, Veronensi Cathedræ restituuntur, suoque in loco collocantur.*

SCIPIO MAFFEJUS

NICOLAO COLETIS.

„ INtellexi ex tuis literis, te momentis rationum mearum, quibus ab Ughelliana Episcoporum Veronensium historia universe expendenda, documentisque exagitandis abstinere decrevi, tandem acquiescere; ac postulationes tuas eo redigere, ut si quid habeam de vetustioribus tantùm Episcopis, quod neque ab Ughello, neque ab Historicis nostris allatum sit, pariterque si quem unquam cujuscumque temporis Præsulem forte detexerim, qui nondum innotescat, & à dypti-chis nostris adhuc exulet, tecum statim communicem: quæ quidem paucis præstabo.

„ Nullum extat ea de re monumentum antiquius rithmica quadam Veronæ descriptione, regnante Pippino Caroli M. filio, ab anonymo Auctore elucubrata. Priorem illius partem edidit Hieronymus à Curte in hist. Veron. l. 1. ex Ms. Chronica apud Jesuatos: reliquæ, in qua octo primi Episcopi recensentur, ex antiquissimo libro apud Cœlestinos cœnobii Ariminensis aliquot verba allegat Perettus: frusta quædam occurrerunt mihi multis ab hinc annis in Zenoniano codice. Verum perierat prorsus insignis documenti præstantior pars, & expetibilior, nisi P. Mabillonius ex Lobiensi bibliotheca integrum demum, absolutumque emisisset. Ratherius, multis scriptis clarus, ex eo monasterio ad sedem Veronensem, anno 928. ut Sigebertus docet, translatus fuerat: qui cum deinde Veronæ valedicere, & monastica aliquando claustra repetere cogeretur, descriptionem illam, simul cum ichnographia civitatis nostræ minio depicta, Lobiam pertulit. Ea quidem membrana, necnon ichnographia, quæ historiæ Veronensi maximo adjumento esset, anno 1713. per fratrem meum, Namurcensi tunc Provinciæ Præfectum, operam dedi, ut summa diligentia perquirerentur; Abbatia siquidem Lobiensis vix decem aut duodecim horarum iter ab Namurco abest: verùm irrito conatu, multumque conquerentibus Patribus, plures codices vel surreptos fuisse, vel ab iis, qui utendos acceperunt, minime redditos. Cum Mabillonii Analecta vetera, quorum tomo primo rithmicum id monumentum insertum est, in Italia perquam raro occurrant, ejus exemplar, quod fideliter olim exscripsi, ad te mitto. Mirum est quam juvet historiam nostram.

„ *Magna, & præclara pollet Urbs hæc in Italia, in partibus Venetiarum, ut docet Isidorus, quæ Ve-*

(1) Additiones & correctiones ad nostram Veronensium Episcoporum seriem, quas identidem leges amice lector, ut nobis transmisit Abbas Cherubinus Lazaronus S. Zenonis Majoris Veronæ Prior Ord. S. Benedicti nigrorum monachorum, vir eruditione clarus, & venerandæ antiquitatis cultor eximius, qui illas ex variis monumentis cum antiquis, tum recentioribus compilavit, quique etiam ejusdem [illegible] vitam, [illegible] nobis & Basilicæ Zenonianæ fundationem, & progressus, elogia Abbatum, et nobilissima monumenta scripsit, sed nondum publici juris fecit. Additiones itaque ipsas ipsius ferè verbis explicatas exhibebimus. *Vgerius in Appendice tom. 5.*

Verona vocitatur olim antiquitus.

Per quadrum est compaginata, murificata firmiter, quadraginta, & octo Turres præfulgent per circuitum; ex quibus octo sunt excelsæ, quæ eminent omnibus.

Habet altum laberinthum, magnum per circuitum, in quo nescius egressus non valet egredi, nisi igne lucernæ, vel à filo glomere.

Foro lato specioso sternuto lapidibus, ubi in quatuor cantus magnus instat fornicepe Plateæ mirè sternutæ defectis lapidibus.

Fana tempora constructa ad Deorum nomina Lunis, Martis, & Minervis, Jovis, atque Veneris, Saturni, sive Solis, qui præfulget omnibus.

Et dicere lingua non valet hujus Vrbis Schemata: intus nitet, foris candet circumsepta laminis, in ære pondos deauratos metalla communia.

Castro magno, & excelso, & firma pugnacula, Pontes lapideos fundatos super flumen Adesis, quorum capita pertingunt in Orbem ad Oppidum.

Ecce quam bene est fundata a malis hominibus, qui nesciebant legem Dei, nova atque vetera simulacra venerabant, lignea lapidea.

Sed postquam venit . . . plenitudo temporum, incarnavit Deitatem nascendo ex Virgine, exinanivit semetipsum. ascendit patibulum.

Inde depositus ad Plebem Judæorum pessimam, in monumento conlocatus, ibi mansit triduo, inde resurgens cum triumpho, sedit Patris dextera.

Gentilitas hoc dum cognovit. festinavit credere, quare ipse Deus Cœli, Terræ conditor, qui apparuit in Mundo per Mariæ uterum.

Ex qua stirpe processerunt Martires, Apostoli, Confessores, & Doctores, & Vates Sanctissimi, qui concordaverunt Mundum ad fidem Catholicam.

Sic factus adimpletus est sermo Daviticus, quod Cœli clariter enarrant gloriam Altissimi à summo Cœlorum usque Terræ terminum.

Primum Verona prædicavit Euprepus Episcopus, secundus Dimidrianus, tertius Simplicius, quartus Proculus Confessor, Pastor egregius.

Quintus fuit Saturninus, & sextus Lucilius, septimus fuit Gricinus Doctor, & Episcopus, octavus Pastor, & Confessor Zeno Martir inclitus.

Qui Veronam predicando reduxit ad Baptismum, à malo spiritu sanavit Galli filiam, boves cum . . . vergentem reduxit à pelago.

Et quidem multos liberavit ab hoste pestifero .... Non queo multa narrare hujus sancti opera, quæ à Syria veniendo usque in Italia, per ipsum omnipotens Deus ostendit mirabilia.

O' felicem te Verona ditata & inclita, qualis es circumvallata custodibus sanctissimis, qui te defendant, & expugnent ab hoste nequissimo.

Ab Oriente habet primum Martyrem Stephanum, Florentium, Vindemialem, & Maurum Episcopum, Mammam, Andronicum & Probum cum quadraginta Martiribus.

Deinde Petrum & Paulum, Jacobum Apostolum, Præcursorem & Baptistam Joannem, & Martirem Nazarium, una cum Celso, Victore, Ambrosio.

Inclitos Martires Christi Gervasium, & Protasium, Faustinum atque Jovitam, Eupolum, Calocerum, Domini matrem Mariam, Vitalem, Agricolam.

In partibus meridianis Firmum, & Rusticum, qui olim in te susceperunt coronas Martirij; quorum corpora ablata sunt in Maris Insulis.

Quando complacuit Deo Regi invisibili, in te sunt facta renovata per Hannonem Præsulem, temporibus Principum Regum Desiderij, & Adelchis.

Qui diù moraverunt sancti non reversi sunt, quorum corpora insimul condidit Episcopus aromata, & galbanen, stacten, & argoido, myrrha, gutta, & cassia, & thus lucidissimus.

Tumulum aureum coopertum circumdat præconibus, color stritus mulget sensus hominum: modo albus, modo niger inter duos purpureos.

Hæc, ut valuit, paravit Hanno Præsul inclitus, per cujus flamma claret de bonis operibus ab Austræ finibus terræ usque nostri terminus.

Ab Occidente custodit Syxtus & Laurentius, Hippolitus, Apollinaris, duodecim Apostoli Domini, magnus confessor Martianus sanctissimus.

Jam laudanda non est tibi urbis in Ausonia, splendens, pollens & redolens à Sanctorum corpora, opulenta inter centum sola in Italia.

Nam te conlaudant Aquilegix, te conlaudant Mantua, Brixia, Papia, Roma, simul Ravenna, per te portus est undique in fines Ligoriæ.

Magnus habitat in te Rex Pippinus piissimus, non oblitus pietatem aut rectum judicium, qui bonis agens semper cunctis facit prospera.

Gloria canamus Deo regi invisibili, qui talibus te adornavit floribus misticis, in quantis & resplendes, sicut solis radiis.

Video, ubi Pastores prisci recensentur, quam diversa serie?

Anonymus.	*Ughellus.*
Euprepus.	Euprepius.
Dimidrianus.	Cricinus.
Simplicius.	Agapius.
Proculus.	N. incomperti nominis.
Saturninus.	Saturninus.
Lucilius.	Lucillus.
Gricinus.	Diomidianus.
Zenon.	Zenoo.
	Proculus.

At cum Ughellus, tum Historici nostri, Elenchorumque consarcinatores, ubi pedem figant, non habent, nec antiquum testem proferunt, nec monumento nituntur ullo. Qui ante annos aliquot Ordini Veronensi Episcoporum historiam adjecit, Dimidrianum sextumdecimum statuit, Saturninum decimumquartum, Lucilium, seu Lucillum decimumoctavum; quo fundamento si exquiras, nihil est quod afferatur. De Agapio inscriptionem proferunt, quam proximis seculis compactam quis primo intuitu non agnoscat? Mihi ergo nec vetustius, nec sincerius documentum usque in hanc diem reperienti piaculum videretur, ab Anonymi traditione recedere: præcipue cum & secundus testis adsit, qui annis plusquam ducentis hujus argumenti scriptores ceteros antecessit; nempe Joannes Ecclesiæ Veronensis Diaconus, qui in Imperiali, quam exaravit, historia nunc deperdita primos octo Veronensium Præsules iisdem nominibus, ac eodem prorsus ordine recitabat, ut ex Panvinio Antiq. Ver. l. 4. c. 3 discimus, qui eam Chronicam legerat.

Tempus autem, quo isti sederint, statuere, non ita in promptu est: propterea multorum Veronensium Antistitum, *quorum tam gesta, quam tempora incomperta sunt, nuda nomina ordine alphabetico* descripserat Panvinius ibid. l. 4. c. 7. quamvis post hæc ipsa verba diversa prorsus methodo posthumi operis editores seriem suggesserint, & arbitrio suo concinnarint. Trium tamen ex his ætatem deprehendo, unde & cæterorum conjicere, atque arguere licet. S. Proculi in primis, qui Firmi, & Rustici martyrio interfuit, ut ex illorum actis liquet apud Mombritium tom. 1. pag. 283 quæ non est cur respuamus, etiamsi alicubi interpolata. Non admisit quidem, seu non selegit Ruinartius, at multa prætermisit ex genuinis. In Lectionario optimæ notæ, & non vulgaris vetustatis Canonicorum codice ipsa eadem non semel legi. Anno igitur 304. quo sancti martyres sub Maximiano Herculeo passi sunt, huic gregi Proculus præerat; cujus antiquum Epitaphium (cum inscriptiones aliæ, quæ de his octo Episcopis celebrantur, recentioris ævi sint singulæ) Pario marmori insculptum accipe, & in ejus Ecclesiæ confessione superstitem. Vulgatum est sæpius, nunquam tamen satis exacte. Gruterus pag. 1058. duo carmina rite concin

„ nans, ut metri rationem haberet, veritatem neglexit; aliquanto melius exhibuit Panvinius non uno tamen loco & ipse deflectens. Verba nullo distinguentur intervallo.

„ HIC CITO CONSENUI JAM ME PRE
„ CEDET LONGIOR AETAS†
„ VIVAMQUE DIU MELIORI
„ BUS ANNIS PRoCULI EPISCOPI
„ CORPUS, ET SANCTORUM MAR
„ TYRUM CoSME ET DAMIANI
„ SEDET CoNFESSoRES MARTINI
„ RELiQUIÆ QUIESCENT IN PACE.

„ Ætas Lucilli facilius constat, cum anno 347. Sardicensi Concilio subscripserit. Neque S. Zenonis incomperta est, cum liqueat ex D. Ambrosii Epistola ad Siagrium Veronensem Episcopum data, non multo ante id temporis sedisse; sacratam enim Virginem, de qua agebatur, *Zenonis sanctæ memoriæ judicio probatam* docet Ambrosius Epistol. lib. 6. 1. *ejusque sanctificatam benedictionem*. Scio Baronium in not. ad Martyrol. quem deinde nostri, ipseq; Ughellus gregatim sequuti sunt, hinc populi Veronensis de S. Zenonis æ oopinionem veritum, hinc Ambrosii testimonio victum, ut omnia componeret, duos hujus nominis Præsules nobis tribuisse: at refragantibus Ecclesiæ nostræ, in qua de Zenone altero nihil unquam auditum fuerat, monumentis, vetustisque membranis à me excussis, ac tot seculorum traditione. Quæ de tertio seculo percrebuit opinio, ab ea S. Zenonis vita fluxit, quam Coronatus quidam notarius adornavit, edidere Mombritius, deinde Ughellus corrupte, postremo Henschenius, & Papebrochius: in ea scilicet Gallieni tempore Pastor noster floruisse traditur: sed documentum illud aut mendis scatet, aut secus intelligendum. Rithmica descriptio nuper allata S. Zenonem *à malo spiritu sanasse Galli filiam* præfert. Potuit quidem eo nomine & Gallienus indicari, ut ex quibusdam actis colligo: potuit tamen & privatæ sortis homo; nulla enim adstat Augustæi, vel Cæsarei fastigii nota. Gallienum suum Coronatus *regem* appellat, ejusque *regalem coronam* memorat, quæ Romanorum Imperatori minime aptantur. Imperatorem connotarent equidem prima post proœmium apud Ughellum verba, *temporibus Gallieni*; at insititia sunt, quapropter exulant apud Mombritium melioribus, ut solet, codicibus usum. Regulum quemdam innui suspicatur Papebrochius, eoque maxime quod in Missali Ambrosiano habeatur, *filiam Gallieni Principis*. Ad viri docti suspicionem roborandam ea vitæ verba perpendantur: *non egrediar de corpore isto, nisi Zenon Episcopus venerit*; *illaque, tunc ex jussu Regis milites pergunt ad virum Dei, ille enim sedebat super lapidem*: quibus aperte indicatur a loco, quo puella consistebat, & vexabatur, Zenonem brevi intervallo absuisse. Clarius iterum quæ sequuntur: *Exurgens autem S. Sacerdos fecit orationem, perrexitque ad palatium, ubi cruciabatur Rex*. Quis enim hominem longum iter ingredientem *ad Palatium* pergere dixisset? Memini, cum hæc aliquando perlegerem, succurrisse mihi, in Antonini Itinerario inter Tridentum & Veronam, ab ista M. P. XXXVI. *Palatium* collocari. An ibi Regulus aliquis Gallienus nomine Rhætorum montibus imperitans tunc commorabatur? Quidquid sit de his, nulla satis solida ratio est, qua ad duos Zenones comminiscendos impellamur, cum & Pastoris nostri sermones, quorum magnam partem, doctissima Criticorum natione universa nequidquam adversante, alibi Deo favente tuebor, quarti seculi scriptorem sæpius prodant. Quid autem apertius iis verbis in sermone de Continentia, quibus prima Christianorum tempora *ante annos ferme quadringentos* diserte docet fuisse? posteriores quidem editiones, quod incredibiliter aversor, falsaverunt hunc locum, pro *quadringentos* reponentes *ducentos*; at perperam, & reluctante cum Mss. omnibus principe editione, quæ apud me est, an. 1508. Venetiis adornata. Constat ergo, sicut D. Proculi, & Lucilli, ita S. Zenonis ævum in aperto esse; ex quibus quinque aliorum tempus satis firma conjectura assequi possumus. Doleo profecto, acceptiora me Clero nostro loqui haud potuisse, cum scilicet ante Proculum, adeoque ante quartum seculum tres tantum Episcopos videamus, de fide Apostolicis temporibus in hac urbe sata, deque Euprepio à D. Petro Apostolo huc misso, rumor ruit omnis. At veritati, ut hactenus præstiti, ita & in posterum *dum spiritus hos reget artus*, unice litare mihi constitutum est. Populares fabellæ, nec non Historiolæ decimosexto ut plurimum seculo concinnatæ, cujuslibet fere Italiæ civitatis Pastorem primum ab Apostolorum ævo, ipsisque Christianæ fidei incunabulis arcessunt, seriemque Episcoporum mirificam, nec interruptam perbelle ædificant: quamplurimas tamen fuisse ex his civitatibus, in quibus ante tertium seculum Episcopi nomen nec sit auditum, rerum ordinem, & tempora perpendenti constabit; neque enim Christiana religio in omnibus illico universæ Italiæ municipiis diffundi potuit, ac radices agere. In ista certe, quæ cæteras hujus tractus urbes frequentia, opibus, splendore, dum res Romana stetit, antecellebat omnes, ut nupero libello satis ostendi, quarto jam ineunte seculo S. Proculus *propter metum Paganorum cum paucis Christianis non longe à muro civitatis latitabat*, ut Ss. Firmi & Rustici acta docent; & eodem demum seculo inclinante S. Zenon *Veronam prædicando reduxit ad baptismum*, ut Anonymus memorat, hoc est, majorem populi partem ad bonam frugem traduxit.

„ Quod attinet ad nondum agnitos eruendos Præsules, mirum quidem videri possit post tot indagines quemquam adhuc latere; multo enim magis peccatum est in intrudendis pluribus, quam in prætermittendis. Duos tamen suggeram. Inter scriptores rerum Brunsuicensium, quos collegit Leibnitius, Catalogus extat eorum, qui è Goslariensi Canonicorum congregatione ad Episcopales infulas evecti sunt. Wilhelmus in his numeratur Præpositus XI. deinde Veronensis Episcopus, quem nemo adhuc noverat. Floruit ea Congregatio sub Henricis III. IV. & V. Inter Dietboldum forte, & Aldegerium, quibus Perettus duos interserit ab Ughello rejectos, sive circa eum temporis tractum Wilhelmum hunc collocandum putem. Episcopus alter, quem profero, nullis typis nomen dedit unquam; erui siquidem ex Ms. libro Missali pulcherrimo, inter bibliothecæ capitularis vetustissimas, sed laceras, semesas, ac discerptas membranas unice integro, atque incorrupto. In eo magnæ hebdomadæ recensetur ordo: ad benedictionem cerei: *precamur ergo te, Domine, ut nostrum populum, una cum Papa nostro illo, & gloriosissimo Rege nostro Ottone, nec non & venerabili Antistite nostro Wolfkango, &c.* qua prece Volfangus noster ab oblivionis tenebris emergit, catalogis adiiciendus in posterum. Quo tempore Ecclesiam nostram rexerit, investigandum est. Sub Ottone IV. ægre crediderim, cum liber altiorem prodat ætatem. Alamannicum quoque nomen, & genus anterius ævum subindicant, cum à XII. ingresso seculo ex canonica Cleri Veronensis electione nativi, ut plurimum prodierint Episcopi. Mea vero sententia ex iis, *Rege nostro Ottone* ab an. 983. ad 996. tempus designatur; nam cæteroquin Ottonis nomen sine imperii titulo nequaquam afferretur: at illo temporis intervallo vacavit Imperatoria dignitas, & Otto III. corona, atque insignibus à Gregorio V. nondum acceptis, Rex

tan-

tantum dictus. Eidem spatio temporis Volfaogum oostrum adsignabimus. Ecclesiasticas ejus seculi, ejusque præcipue periodi historia nostra valde in ancipiti est, quod ipse animadvertit Ughellus. Extricassem, ut sperabam, nisi tabularium Capitulare non multis ab hinc aonis gravissimas ob causas repeote obsignatum fuisset, ac nulli hominum reseratum amplius. Inter Veroneoses à nobis hacteous minime recensitos Antistites Nottingus quoque oumerandus videbatur, ad quem Rabanos Maurus Epistolam dedit de Prædestinatione adversus Gottescalcum; Veronensis coim dicitur in ejus Epistolæ editione à Sirmundo procurata, sed virum doctissimum erronea quædam inscriptio fefellit, nam Brixiaoæ Ecclesiæ Nottingum præfuisse cooftat, quod etiam Paullus Galeardus, quem honoris causa nomino, in notis ad Ughellum tom. 4. nuper patefecit. Hæc habui, Colete amicissime, quæ de antiquioris ævi Præsulibus nostris, ac de in hunc diem incõpertis proferrem. Cura ut valeas.

Cæterum Veronensem Ecclesiam ab origine sua non ad Aquilejensem, ut affirmat Ughellus, sed ad Mediolanensem spectasse pronunciat Cardinalis Norisius in sua differt. de V. Synodo: idque colligit ex magno, & irrefragabili testimonio Epistolarum S. Ambrosii Mediolanen. Antistitis, qui Epist. 46. & 47. ad Syagrium Veronen. Episcopum illum ex munere suo redarguit, quod non per judicii formam in causa Virginis processerit, quæ quidem causa per viam devolutivam, seu appellationis ad ipsum Mediolanensem jam pertinebat. Igitur nonnisi tractu temporis Metropolitam agnovit Aquilejensem Veronensis Præsul, cum jam tot aliæ Ecclesiæ à Mediolanensi recesserant, atq; ad alios abirrant. Redditus ejus mensæ, ut ex supplici libello Consistoriali deprehendimus, quinque circiter millium ducatorum sunt ejus monetæ, qui antiqua 300. ducat. pensione gravantur ad favorem Inquisitionis Venetiarum. Eorum taxa in Apostolicæ Cameræ libris est floren. 1200.)

I. 1 S. EUPREPIUS unus ex 72. Jesu Christi discipulis, primus à B. Petro Apostolo Veronensis fuit designatus Episcopus circa annum Domini 69. sedere cœpit anno 72. qui tum doctrina, tum miraculis, jugulata idololatria, fidem Christi plantavit ad perennitatem. Hujus Episcopi temporibus S. Syrus Papieosis illac pertransiens, primum sacrum fecit, quod nunquam acciderat: illic postea erexerunt ecclesiam s. Stephano consecratam extra muros civitatis. Hanc aliquando Cathedralem fuisse tradunt, quam Rex Italiæ Theodoricus Arrianus Omousianis infensus cum destrui præcepisset, morte præventus, assequi non valuit. In ea sunt condita corpora multorum sanctorum Veronensium Episcoporum, ut ex iis, quæ dicemus, patebit. Euprepius vero post multos exaotlatos labores, effætæ ætatis, plenus meritis migravit ad Dominum 12. Kal. Septemb. Sepultus est extra civitatem in crypta, quo in loco ounc est Divi Proculi ædes. Cujus tumulo ejusmodi epitaphium litteris antiquis exaratum erat.

Hic requiescunt in pace Corpora Sanctorum
Euprepii & Cricini Episcoporum

Quorum corporibus, ex humiliore io splendidiorem locum translatis, duo hæc addita sunt epitaphia sub altari sinistro confessionis ejusdem ecclesiæ s. Proculi.

EUPREPIO	ET CRICINO
VERONAE	LABORUM
A. CHRISTI	SOCIO ET
ANN. LXXII.	COMITI LO-
PRAESULI	CUS RESTI-
PRIMO	TUTUS

Hujus sancti meminit Martyrologium Romanum die 21. mensis Augusti; Panvinius lib. 4. Antiq. Veron. cap. 2. aliique.

Noo me latet Tintum lib. 5. cap. 9. scriptum reliquisse Euprepium circa anoum Domini 72. diem obiisse, quod taotum abest, quod tunc primum sedere cœpit. Si quis antem exquirat, cur Euprepius Petri discipulus sedere haud cœperit Petri tempestate, putarem Euprepium aono ultimo Petri, qui fuit Neronis 13. salutis vero 69. fuisse designatum Ver. Præsulem; sed ingrueote civili bello, cum essent undiq; itinera præpedita, totaq; armorum moles in has partes fluxisset, non potuit Euprepius, tot difficultatibus pressus, destinatam sibi sedem adire: verum iotra decem & octo meosium spatium sublatis, Galba, Othone, & Vitellio, pacatoque Orbe Romano sub Vespasiano Imp. illi fuit liberum adeundi Veronam. Cœpit igitur sedere Veronæ Euprepius anoo Domini 72. ut iuouit lapis superius allatus, Lioi Pootificis anoo 3. Vespasiani primo. Quot anois sederit incertum est, neque ulla habenda est fides Tioti chronologiæ, aliorumque, qui de primis Veronæ Præsulibus scripserunt, cum erroribus multis scateant, & pro libito post Euprepium, & Cricinum cæteros enumeraot Episcopos, ut iofra in Proculo, qui quartus Episcopus ab iis recensetur, eum certum sit post s. Zenonem, qui octavus dicitur, hanc sedem tenuisse. Immo incoństaos est illorum sententia, nam Joannes Diaconus, qui à Julio Cæsare ad Henricum VII. Imperatorem scripsit historiam, receosens primos Veronensium Præsules, primo loco Euprepium, 2. Dimidrianum, 3. Simplicium, 4. Proculum, 5. Saturninum, 6. Lucillum 7. Cricioum, 8. Zenonem statuit, à cæteris historicis Veronesium dissentiens, qui primum Euprepium, 2. Cricinum 3. Agapium, 4. Proculum, 5. Saturninum, 6. Lucillum, 7. Dimidianum, 8. Zenonem enumerant, alios præpoount, postponunt, omittunt. Neque aoorum ratio eadem omnibus constat, plures, pauciores, his, illis contribuunt. Et sane magnam partem habeo suspectos manifeste errasse. Est mihi sane compertum, Panvioium valde mirari Joaooem Diaconum, qui hanc seriem inverterit. Cæterum ego quoque nequeo oon mirari Paoviolum, qui plusquam Diacono cæteris fidei præstet, nam æque in incerto laboramus, sive Diacooum, sive cæteros sequamur, usque ad certiora monumenta, de quibus dubitari non licet; unde enim Diaconus, & reliqui hæc hauserunt, ut ultro eorum dictis credulitatem deferamus, nescio. Post Euprepium Cricioum ponimus, quia hic Euprepii laborum socius prædicatur; cæteri, prout visum fuit; cum tamen constet omnes Sanctos istos Præsules sedem Veroneosem tenuisse.

2 S. CRICINUS *a* suffectus est Euprepio. Huic nobiliores artes assecuto cognomeo doctoris iohæsit. Confirmavit in fide, quæ Euprepius iostituerat. Diu sanctissime concionando laboravit, evolavitque ad Domioum 3. Kal. Januarii an. 108. ut nooooll i volunt, tumulatusque fuit prope suum collegam & antecessorem. Centum dies indulgentiæ concessi fuerunt ecclesiam S. Proculi visitantibus in die S. Cricini, ut habet Raphael Bagatta io lib. Ss. Episcoporum monumeot. VII

a Septimus fuit juxta Anonymi documentum, quod sequimur. Vivebat medio sæculo quarto.

3 S. AGAPIUS (1) pari pietatis ardore semel plaotatam fidem diligentissimè coluit, multaque passus à Christiani oominis tyranois evolavit ad superos an. 130. Prid. Noo. Augusti. Illius ad hunc ipsum diem memioit Martyrologium Romanum. Ejus corpus jacet apud S. Proculum sub confessione in altare ejus nomini erecto cum hac ioscriptione. X.

Agapio qui in Pontificatu tertius successit
Sacrum

Ejus sacrum corpus cum aliis sanctis Episcopis repererunt ao. 1391. mense Martio in crypta ipsius Ecclesiæ sub altari majori, sex, sive septem pedibus, ut habet Bagatta io terra defossa, super quorum corporibus erat lapis ophites, subter quo lapide erat effigies S. Proculi in alio lapide marmoreo (mi-

(1) Seu Agabius. Hic ab Anonymo non memoratur, ideoque post Zenonem poni illum oportet. Nos ei decimum locum post Syagrium assignamus. Auctor Epitaphii, quod ab Ughello refertur, sicut & inscriptionis, quæ prope portam majorem Ecclesiæ s. Proculi legitur, nondum hauserat certiorem ordinem priorum hujus Ecclesiæ Antistitum.

rabile visu) nulla arte incisu, seu depictu, & in feriam quintam sequentem hac de causa decretæ publicæ supplicationes ac universo clero indictæ. In tabula marmorea prope portam majorem ejusdem ecclesiæ hæc habetur inscriptio.

Hac Æde vetustissima. Plurium. Divorum. Sacrario. Euprepii. Petri. Apostoli discipuli hujus urbis Episcopi. I. Cricini II. Agapii. III. Proculi IIII. Martyrumque Cosmæ & Damiani & aliorum hic. Episcoporum Probi. Valentis. Cerbonii. Luperii. Corpora. Tabellarum Fide certissimisque conquiescunt aliorum compluribus mirandis Reliquiis M. DII. Aprilis I.

XI. 4 S. GAUDENTIUS(1) a charitatis, & sanctitatis splendore inflammatus magna efficacia divini sermonis in persuadendo excelluit; ad cœlum evolavit pridie Id. Febr. qua die festum celebratur, cujus reliquiæ honorifice asservantur in eadem Basilica S. Stephani. De quo Martyrolog. Romanum. (" *Nos ab Anonymo edocti hunc quoque post Zenonem rejicimus, & undecimo in loco fortuito collocamus.*)

a De eo Acta 13 Februarii tom. 2 p. 601.

V. 5 S. SATURNINUS quinto loco inter Episcopos Veronenses annumeratur in antiquis tabulis, qui humanatum, divinarumque rerum doctrina conspicuus, meritis plenus ad cœlestia regna migravit 7. Id. Aprilis. Jacet in Basilica S. Stephani, de quo eadem die Martyrolog. Roman.

b De eo Acta 7. Aprilis to. 1 pag. 663.

VI. 6 S. LUCILLUS in omni vita admirabilis, & sanctitate conspicuus, omnibusque virtutibus ornatus, obiit 31. Octob. Jacet in ecclesia S. Zenonis, in qua, ut refert Bagatta, apud capellam majoris altaris in latere ad Meridiem est altare Ss. Crescentiani Martyris, Lucilli, & Lupicini Episcoporum Veronen. ubi pro palla depictæ sunt tres imagines, quarum media palmam in manu tenens est unius Martyris, reliquæ duæ sunt imagines Episcoporum cum mitris, pastoralibus, chirothecis, & libris in dextra manu, sub quibus imaginibus in base ipsius pallæ hæc carmina sunt incisa.

Hic Crescentiani Martyris ossa quiescunt,
Et cum Lucillo tu Lupicine simul.
Cœlestis Patriç consortes, atque sepulchri,
Veronam Præsul dicit uterque suam.

In latere ipsius altaris ad Septentrionem, altare majus versus, est tabella vetusta ex membranis parieti appensa, in qua hæc sunt verba.

Corpora Sanctorum Crescentiani Martyris Lucilli, & Lupicini confessorum Episcoporum Veronensium.

* Ex App. tom. 4.

* Aliquæ hujus sancti reliquiæ reconditç fuerunt in consecratione altaris s. Jacobi in Ecclesia Ss. Apostolorum Veronæ. Crescentianus vero, cujus corpus in Zenoniana Basilica cum Ss. Lucillo, & Lupicino requievit, Martyr ille est, cujus vita describitur à Petro de Natalibus cap. 102. l. 1. In Martyrologio Cathedralis Ecclesiæ, Valerio Card. teste, agitur de ipso die 24. Novembris, sic item Romæ s. Crescentiani Martyris, qui in passione B. Marcelli Papæ legitur. Sed apud Monachos Zenonianos solemniter celebratur die 5. Septembris sub nomine translationis, & officium est duplex 2. classis, sicut & de aliis prædictis duobus sanctis Episcopis.

(" *Interfuit Lucillus Concilio Sardicensi an. 347. " eumque Magnus Athanasius in testimonium vocat " in Apologia ad Constantinum.*)

II. 7 S. DIMIDRIANUS c, qui cum omnium Episcopalium virtutum esset exemplo, adhuc vivens vir divinus est appellatus. Requievit in pace Id. Maii apud Basilicam s. Stephani sepultus. (" *Hic " post S. Euprepium hanc Ecclesiam rexit secundus " Veronensis Episcopus, ut ex Anonymo habemus.*)

c De eo Acta 15. Maii tom. I p. 636.

III. (" *S. SIMPLICIUS tertius Pastor Veronensem " gregem pavit, ut testatur idem Anonymus.*)

VIII. 8 s. ZENON d octavus Episcopus, Divusque

d De eo Acta 12.

A Veronæ Tutelaris temporibus Gallieni floruit, cujus vitam brevi perstrinxit elogio Panvinius lib. 4. Antiquit. Veronen. cap. 6. *Vir fuit*, inquit, *& in rebus gerendis vehemens valde, & divinis scripturis explicandis eloquens, quique quamdiu Pontifex vixit, in eam assidue curam incubuit, ut civium animos ad amplectendam veram Christi pietatem, simulacrorum cultu rejecto, converteret, inflammaretque. Natura ita affabili, mitique fuisse memoratur, ut qui illum adiissent omnes, Deum quodammodo in eo venerari cogerentur. Hic miraculorum dono claruisse dicitur, nam præter alia quamplurima, quæ edidit prodigia, hominem etiam dæmonis impulsu, una cum plaustro, cui insidebat, bobusque præcipitem in præterfluentem amnem proturbatum, ac tantum non aquarum vi suffocatum, pulso confestim ab eo dæmone, extraxit, ac liberavit. Mira enim sanctus hic vir in pellendis dæmonibus gratia præ cæteris claruit. Hunc ferunt, cum Veronæ aliquot dæmonum simulacra confringere suasisset, quamplurimis id egre ferentibus ac religionem, cui à teneris assueverant, nefarie violari vociferantibus, atque ob* B *eam causam sedulo adversantibus, quo doceret se veri, non falsi, numinis instinctu id agere, mortui hominis cadaver, quod, tunc forte secundo fluvio ferebatur, ad se vocasse, ac mirantibus, qui aderant, cunctis, vitæ restituisse. Quo animadverso magnam civitatis partem ad Christi fidem tunc esse conversam, multorum simulacrorum cultura, quæ in illam usque diem maxime Veronæ viguerat, eliminata. Inde factum est, ut is patriæ pater vivus, mortuus vero patronus vocatus sit. Hic Paschales regulas, ob eas, quæ ante ipsum diu in Ecclesia viguerant, controversiarum procellas, pene abolitas restituit. Sermones edidit luculentos, ac magna doctrina refertos, tam in vetus, quam in novum testamentum: Postremo, (ut is, qui Martyrum vitas brevi sermone perstrinxit, & S. Papa Gregorius in Dialogis, item Paulus Diaconus in historia Longobardica scribunt) ob Christi fidem martyrio coronatus est.* C *Verum quoniam (ut opinor) de Martyrii genere non constaret, Ecclesia Veronensis ab antiquo usque ad nostra secula anniversariam de eo, tanquam de Pontifice confessore, commemorationem facit. Primus Aloysius Lippomanus Veronensis Episcop. testimoniis, quæ supra retuli, adductus, nostro tempore ejus solemnem memoriam, tamquam pontificis Martyris in Ecclesia Veronensi fieri instituit. Hujus sanctissimi viri post obitum cadaver primum in loco, ubi vivens ipse oratorium construxerat, ad ripam Athesis tumulatum est, extra Urbis mœnia in templo, quod D. Gregorius in dialogis commemorat, aquarum vi subita aliquando inundatione circumseptum, vallatumque usque ad summas fenestras, magno portento, iis apertis nihil intra se aquarum admisisse. Hinc in eam Basilicam transportatum ejus corpus est, quam de ejus nomine Pipinus Caroli magni filius Rex ære suo, Rataldo Veronensium Episcopo procurante, circa annum Domini DCCC. erexerat: ubi adhuc sub ejus Basilicæ confessione in arca marmorea sigillis ornata, pia* D *populi Veronensis veneratione sanctissime colitur. Obiit egregius pontifex pridie Idus Aprilis. Cujus reliquias aliquot à Valterio Germano Episcopo Veronense Ulmam translatas anno Domini 1038. Hermannus Contractus illorum temporum scriptor auctor est.* Hactenus ille.

Aprilis T. 2. p. 69. sed lege supra relatam Cl. Maffei Epistolam.

Ejus etiam acta scripsit Coronatus quidam Notarius ubi plura scitu dignissima commemorat, habetque Zenonem in pace quievisse: quæ quidem acta legimus in pervetusto codice hædino Abbatiæ s. Salvatoris Montis Amiati, & ex eo hic verbatim exscripsimus.

B. Zenonis Veronensium Præsulis licet omnia miracula, quibus claruit, idonei non inveniamur, posse vobis narratione tradere competenti, magis tamen ut videretur ratum est, ut sermonis offensa serie, aliqua ex eo dicamus, quam tacitis virtutibus

ejus

(1) Dele verba illa, N. *Episcopus Veronensis, cujus nomen ignoratur*, & quarto hoc loco pone s. Gaudentium, ut num. 14. de eo scripsimus: cui fortasse Pontifici septimum locum assignat pictura aulæ Episcopalis, tametsi potius in assignandis locis vetustis iis sanctis Episcopis claudicare, vel melius divinare videatur. *Ughellus in Append. tom. 4.*

ejus, unde quondam satis micuerat, ignorantiæ tenebris habeatur obscurus. Scimus quippe cum sanctorum cœtui jure deberi, sed multos magis humanis obsequiis honorari, cum populorum intellectui facta ejus scripta fuerint, quæ debeant recitari. Temporibus itaque Gallieni cum iste vir sanctus in civitate Verona sancta conversatione fulgeret, multorum ad se venientium animas ad amorem Christi sancta prædicatione convertebat. Ita enim erat in sermone affabilis, ut ex ipsius sancto eloquio in divini amoris veneratione accenderentur & mentes. Quin ut plurima omittam; cum quadam die à monasterio egressus in flumine ageret piscationem, erectis sursum oculis, vidit de contra quemdam hominem in plaustro bovibus mergi in flumine, tanta enim velocitate ferebatur, ut omnibus demonstraretur diaboli arte fuisse gestum. Equidem sanctus vir elevans oculos dum vidisset, cognovit hoc factum diaboli esse; elevata sursum manu fecit signum S. Crucis frequenti voce dicens; revertere retro sathana, ne perdas animam, quam Dominus creavit; quod signum ut vidit diabolus evanuit velut fumus; itaut cum clamoribus, ac stridore nefando de alta rupe diceret. Et siquidem nunc me non permittis animas hominum lucrari, tamen paratus sum in patrias notas quæ circumquaque sunt ad impedimentum suum. Tunc S. Zenon ait. Non te permittet Dominus agere adversum servum suum, tamen conare quod vis. His itaque actis cum ululatu, & clamore discessit, & festinans dæmon ingressus est palatium Gallieni, comprehensa filia, quæ tunc in tempore parva erat, & parentibus unica, cœpit crudeliter vexari. Tunc miserabilis pater, simulque tota domus regia in tristitiam versa, cruciata affligebatur, eo quod sic crudeliter suffocaretur: qua crudeli venatione arrepta, cœpit per os ejus dæmon clamare dicens; Non egrediar de corpore isto nisi Zenon Episc. venerit; mox veró ut hoc Rex Gallienus audivit, missis apparitoribus ad perquirendum sanctum virum, cœpit sollicite demandare. Tunc ex jussu Regis milites pergunt ad virum Dei; ille enim sedebat super lapidem, qui in proximo monasterii erat, & piscabatur in flumine; venientes vero milites, quia incognitus illi erat, cœperunt sollicite interrogare sanctum Dei sacerdotem dicentes; Quis es tu homo Dei? indica nobis si videris Zenonem Episcopum, quem nos per jussum regis exquirimus. At ille respondens dixit eis; quamvis plures sint homines in monasterio nostro de nomine isto, tamen ad quos missi estis dicite; Ego enim quamvis tantillus, servus tamen Christi sum Zenon. Tunc vero conferentes milites ad invicem dicebant: Quid multa loquimur? indicemus pro quo missi sumus ad virum istum; respondentes vero dixerunt; rogat te Rex, & te vult videre. Respondit Zenon; quid meam vult videre Rex faciem, qui omnium Christianorum inimicus esse non desistit? At illi dixerunt. Ita enim rogat te Rex, ut filiam ipsius, quæ a dæmonio vexatur, sanam reddas, quæ unica illi est. Ille vero dixit eis. Ite, inquit, ecce ego subsequor vos, quia Dei mirabilia oportet ut omnibus manifestentur. Quo dicto, abierunt milites. Exurgens autem sanctus sacerdos fecit orationem, perrexitque ad palatium ubi cruciabatur Rex, & affligebatur pro sua filia: quo sanctus Dei dum iter ageret, ante pervenit quam ii, qui missi erant milites. Facto vero crucis signo, ingrediente palatium, cœpit mox per os infantulæ dæmon clamare dicens. Ecce Zenon tu venisti ad expellendum me, & ego propter tuam sanctitatem stare non possum. Quo dicto tenens sacerdos manum puellæ, continuo exiit dæmon, & acclamare publica jam cœpit voce dicens. Et si hinc a te expulsus sum, ecce Veronam veniens invenies hos, qui præsentes sunt impii, stantes in platea te expectantes. Sanam vero reddens restituit Regi filiam. Quod vero factum ut vidit Rex Gallienus ammiratione apprehensus, coronam regalem, quam capite suo portabat, sancto sacerdoti obtulit dicens: tali medico, qui sanam filiam meam restituit, muneribus nullis satisfacere possum, nisi ut tota voluntate ipsam, quam habeo coronam meam, offeram. Quod factum dum gereretur videntes multitudo populi, qui ad palatium convenerant ab errore conversi crediderunt Christo Jesu Domino nostro, petentes sacerdotem Christi, ut docerentur viam salutis, & baptismum in remissionem acciperent peccatorum. At ubi etiam sacerdos accepit coronam à Rege, statim distribuit pauperibus dicens, si Dominus operatur excelsa, ipsi referatur & gloria. Hoc facto ingresso sacerdote Veronam civitatem, intrepidus, & securus prædicabat in Christi nomine verbum, ut diaboli idola destruerentur, & in Christi honore Ecclesiæ construerentur. Rumor etiam populi pagani super eum sæviens, ut impedimentum pateretur exultabat; sed vigilans in servis suis Christus, vincebat mendacia. Perfectis igitur his revertens ad monasterium agebat salutaria pro populi intercessione, quod ab ineunte ætate in Christi amore agere solitus erat. Qui dum hoc juxta Dei adjutorium ageret, Dei voluntate quando placuit in pace receptus est. Et quia miraculis omni populo placuit, in honorem Dei, & ipsius S. Zenonis Rex Gallienus fecit Basilicam juxta fluvium, ubi nunc sanctum corpus ejus requiescit; qui etiam venerabilis locus in nomine Christi miraculis coruscat. Post vero aliquot tempus dum die sancto natalis ipsius devote populus una cum Clero, & sacerdote ad Missarum solemnia convenissent, fluvius ipse super ripam tanta inundatione excrevit, ut aqua usque ad tectum, vel fenestram excrevisset; quod videns etiam populus factum, ammiratione comprehensus qui illuc ad honorem Dei & S. Zenonis sacerdotis convenerant, fame, sitique se perire acclamabant, & dum tanta esset inundatio aquę velut murus Basilicæ circumquaque erecta erat, & intro aqua minime ingrediebatur; quanta enim virtus orationis ejus apud Dominum obtinere poterat ut aquæ in specie muri erectæ essent, & ingredi locum venerabilem non auderent. Unde accrevit veneratio, & timor adversum Christi sacerdotem, ut etiam infirmi veniant, & curentur, dæmoniaci veniant, & liberentur: & si quis ex fide vera sanctum ejus nomen invocaverit, sine dubio petitioni ejus annuitur: multi etenim de longinquis regionibus venientes, obsessaque infirmitatibus corpora ad ejus S. sepulchrum jacentes, per ipsius S. Zenonis intercessionem ad propria cum sanitate, & gaudio revertuntur. Ecce de multis miraculis ego inutilis Coronatus Notarius, quod compertum tenui, in parvo conclusi, ne legentibus, vel audientibus fastidium generarem. Quod tamen fulget in Urbe agitur. Regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Ex iis, quæ refert Coronatus, habemus Basilicam Zenonianam juxta fluvium exædificasse Gallienum; *quæ nunc in oratorio vocatur, quod ibi extructa, ubi olim sanctissimus Pontifex oratorium habebat; in qua & portentum illud a D. Gregorio lib. Dialog. descriptum, patratum fuit. Basilica veró Zenoniana, ubi nunc ejus sacrum corpus humatum quievit, cum Monasterio Ordinis nigrorum S. Benedicti, priscis Longobardorum Regum temporibus fundatum, produnt vetusta monumenta. Hinc corrigendus Panuinius, qui scripsit Pipinum Italiæ Regem Caroli Magni filium Basilicam S Zenonis procurante Rataldo Episcopo erexisse circa ann. 800. cum etiam ex multis privilegiis constet longe ante eam ecclesiam cum monasterio æditicatam fuisse. Eam Basilicam restaurasse Pipinum Italiæ Regem Rataldi Episcopi cohortatione ostendunt Imperialia documenta Ludovici Pii Caroli Magni filii, Lotharii, aliorumque Imperatorum, quæ infra recensentur. Ad hujus rei veritatem posteris consecrandam, scripta fuit, sed non sculpta inscriptio, ad templi faciem ponenda, quam hic lubenter damus, ut ab iis, ad quos pertinet, aliquando apponatur. Inscriptio vero ita est verbis concepta.

* Ex Append. c. 7.

Templum quod cernis viator priscis olim Longobardorum Regum temporibus fundatum bellorum dein iniuriis dirutum a

Pi-

Pipino Magni Caroli filio Italiæ Rege Augustius denuò à fundamentis excitatum hostilibus subinde fere petitum incursibus d. Zenoni Eximio Veronæ Patrono restaurutum marmoreis parietibus æneis portis adhuc perseverans inter Vrbis miranda censetur

Porro S. Zenonis acta habentur apud Surium, de quo Petrus de Natalibus Catalog SS. Martyrolog. Rom. t a.mensis Aprilis. Ejus dies festus triplici solemnitate in anno celebratur Veronæ, nempe pridie idus Aprilis, quæ depositionis ejus dies est. 12. Kal Junias, quæ translationis est, sitque solemnis processio ab anno 808. usque in hodiernam diem: & 6. id. * Decembris, quæ ordinationis est * de quibus

* Ex Append. t. r. * Ex App. tom. 5.

festivitatibus meminit Martyrol. Veron. De prima quidem, *pridie Id. Aprilis. Veronæ. S. Zenonis ejusdem Civitatis Episcopi Martyris, & Patroni, qui summa doctrina, miraculis, atque in primis potestate expellendorum Dæmonum clarus, inter procellas persecutionis, cum Ecclesiam mira constantia gubernavit, & Gallieni tempore martyrio coronatus est*. De qua & Romanum ibidem. De altera vero; *12. Kal. Junias. Veronæ translatio S. Zenonis martyris ejusdem civitatis Episcopi, & patroni, ex ejus oratoriolo Basilicam à Pipino Rege, & Rotaldo Veronæ Episcopo extractam, & de ejus nomine dictam præsentia, & opera SS. Benigni, & Cauri Eremitarum multis decorata miraculis*. De tertia verò; *6. Id. Decembris. Veronæ Ordinatio S. Zenonis ejusdem civitatis Episcopi, & Patroni*, de qua & Romanum eodem die.

His omnibus, quæ de S. Zenone diximus, addam Inscriptionem ponendam ad porphyreticam Pilam prope januam Zenonianæ Basilicæ servatam. Haec D. Zennnis jussu ex Syria à dæmone Veronam delatam fuisse constans est piorum traditio.

Pila hæc Porphyretica vulgo S. Zenonis, cujus diameter octo sslobatex, duobus in altitudine octoia circuitu constat pedibus, ex Syria Veronam ad D. Zenonis imperium mille fere quadriagentis ab hinc annis ta Energumeni Snnitatis signum à Dæmone quam citissime delata à Viatoribus Loci suspicitur.

Cæterum Zeno cum pietate, & fide, & religione clarissimus, tum multiplici doctrina illustrissimus habitus est. Multa enim teste Panvinio scripsit christiano Antistite digna, quarum hæc ad posterorum pervenere notitiam. De Patientia, Pudicitia, Fide, Spe & Charitate, libros 3. de Justitia, lib t de Timore lib. 1. de spiritu, & corpore lib. 1. de eo quod scriptum est quum tradiderit regnum Deo & Patri, sermonem unum; de ædificatione domus Dei, de Continentia, de Baptismo lib. 3. de Nativitate Domini & Majestate, de Daniele tractatus 2. in Psalmos 41. 42. 106. & tres sequentes tractatus, de livore, & invidia, de hoc verbo *Attende tibi, ae forte fiat & cæt.* de quatuor temporum jejunio. De Psalmo 10. de Avaritia tractatus 3. de festo Paschali, de Inventione ad fontes. De somno Jacobi, de 12. cœli signis, de Fide super Jonam: super historiam Susannæ, de die dominico, de Abrahamo, de Nativitate Domini, de passione Arcadii Martyris. (1)

IV. a De eo Acta Ss. Martii t. 1 pag. 450. * Ex App tom. 5.

9 S. PROCULUS, post S. Zenonem, Veronensis Episcopus fuit, per illud ipsum tempus, quo Diocletianus, & Maximianus imperabant, Veronæque per Anolinum * Venetiæ, & Istriæ consularis Præfectum desæviebant in Christianos, sanctosque Firmum, & Rusticum cives Bergomenses M diolani carcere macerabant, majori in dies supplicio afficiendos. Proculus itaque tametsi senex, cum anhelaret ad palmam martyrii, adiit ad Anolinum Præfectum, libera voce confitetur Christum; Firmi, Rusticique se fatetur collegam; nihilque omisit, quod ad irritandum tyrannum posse facere

A videretur. Sed Anolinus cum ex desiderio cruciatuum delirare senem arbitraretur, pugnis, sustibusq; mactatum extra civitatem ejecit. Ille delatus ad suos, qui in spelunca latitabant, consolatus est eos, reddiditque certiores Firmum & Rusticum per martyrium evolasse ad cœlos, ut in actis eorumdem Sanctorum, ac Rom. Martyrologio legitur. Quantæ vero devotionis fuerint nomina, & corpora prædictorum Sanctorum apud Veronenses licet agnoscere, quod in ea urbe quatuor venerantur delubra eisdem dicata. Primum in Curte alta: secundum ad pontem navium: tertium ad S. Georgium in Brayda, & quartum Fratrum Minorum, ubi, ex Vero nensium pia credulitate, eorum sacra servantur lipsana. Eorum etiam dies festus solemni ritu celebratur ex publico decreto xi. Augusti. Passi videntur sancti Martyres anno Christi 286. qui fuit Diocletiani tertius, & Maximiani in Imperii consortium adlecti primus. sedente Cajo Papa. Cæterum Proculus cum discessisset Verona, sacra Orienta-

B lia loca peragraturus ab idololatris tentus, diverberatus, ac divenditus est; sed paulo post libertate donatus, ex itinere pluribus patratis miraculis, rediit ad Ecclesiam suam; post multos labores, editaque miracula migravit ad superos X. Cal. Aprilis circa annum Domini 305. pene capularis senes centesimum forte attingens annum, sepultusque est in crypta cum prædecessoribus suis, quam deinde ejus nomini consecrarunt, cujus sepulcbro hoc postea additum est epitaphium.

Hic cito conseaui jam me præcedente longior ætas, vivamque diu melioribus annis. Proculi Episcopi corpus, & sanctorum martyr. Cosmæ & Damiani. sed & Confessoris Martini reliquiæ requiescunt in pace.

Hæc de Proculo ex Actis Ss. Firmi & Rustici, Martyrologio Romano, & antiquis lectionibus Ecclesiæ Veronensis libasse sufficiat. De tempore vero, & sub quo Imp. Proculus pro Christo pene martyrium sumpserit, aliter sentiunt Tinctus, Bagatta, Perettus, Panvinius, cæterique recentiores, qui de Præsulibus Veronensibus scripserunt; illum

C namque sub Maximino Imperatore vixisse habent anno 236. sub quo passos affirmant Firmum, & Rusticum, ut in Actorum eorundem initio habetur, & Proculum quartum Veronensem Episcopum concinnant. Verum meo quidem judicio hallucinantur, decepti ex scriptorum incogitantia, dum illi pro Maximiano, Maximinum in Actis scripserunt. Porro seriem illam Veronensium Præsulum à primo usque ad octavum, & deinceps, ut diximus, qua Proculus quartus, & Zeno octavus recensentur, valde suspectam habeo, nullamque eidem prorsus fidem habendam censeo, ab iis tametsi doctissimis viris ad arbitrium, prout ferebat antiquata opinio, recitatam. Præcessisse vero Zenonem Proculum clare habetur, cum Zenu sub Gallieno, Proculus sub Maximiano, & Diocletiano passi in Rom Matyrologio legantur. Diocletianus autem imperare cœpit anno fere decimo sexto post

D Gallienum, inter quos medii regnarunt, Claudius, Aurelianus, Tacitus, Florianus, Probus, Carus, Carinus, & Numerianus. Accessit ad hæc omnia doctissimi viri Petri Paduani ex Ord. Minorum Conventualium solida opinio, & annotationes eruditissimæ in eorum SS. Martyrum Actis, quibus clare ostendit irrepsisse errorem, ut pro Maximiano, Maximinus inscriptus sit, & Proculum sub Diocletiano, & Maximiano pene sumpsisse palmam martyrii, cum Firmi & Rustici agonem pro Christo propriis usurpasset oculis, ac Proculum non quartum fuisse Veronæ Episcopum, sed post S. Zenonem sedisse. Ejus annotationes cum plurimi faciant ad hanc enodandam veritatem, placuit pene ipsissimis verbis recitare, ut Proculus, Zenoque suis restituantur locis. Habet itaque. *Duos inspexi illustratores historiæ Ecclesiasticæ Vero-*

(1) Hic sublata sunt illa verba, *in Mauritania eo tempore vexisse*, cum, ut notat Ughellus ipse in *Append.* tom. 5. alius sit Arcadius à Mauritano, de quo loquitur s. Zeno illo sermone.

ronensis Ecclesiæ, quos in aliquibus sanctorum historiis errasse deprehendi, mihi aliud indaganti error fuit obvius, quod si huic negotio calamum è sententia admovero, non inanis forsitan sit labor impensus ad illustranda hujus sanctæ Ecclesiæ primordia. Raphael Bagatta, & Baptista Peretus consuerunt fragmenta historialia sanctorum Episcoporum, & aliorum sanctorum Veronensium, quæ in libello congesta prodierunt Venetiis ex typographia Andreæ Bocchini anno 1576. jubente Augustino Valerio memorabili Veronæ Episcopo. In eo S. Proculum quartum Veronæ Episcopum vixisse habetur an. 236. quo passi sunt SS. Firmus, & Rusticus sub Maximino Imperatore. Tintus lib. 5. cap. 4. voluminis, quod vernacula lingua contexuit de Veronæ nobilitate, hoc idem astruit, sed inconstans, & sui oblitus eodem lib. cap. 4. ait. Proculum humanis ereptum, & cælo redditum anno Domini 170. cum quadraginta annos muans Episcopale obiisset: quæ quomodo cohærere possint, nemo est qui non videat; eum enim beatus Episcopus desiisse dicatur anno 170. rursusque in Actis SS. Firmi, & Rustici, qui, eodem Tinto teste, martyrii laurea donati dicuntur anno 236. memoretur Proculus Veronæ Episcopus: aut in Sede Veronensi statuendi sunt duo Proculi, senior unus, qui obierit an. 170. Junior alter, qui martyrii cupiditate se SS. Firmo, & Rustico ultro adjunxerit; nec tamen voti compos factus, tandem diem suum, vocante Domino, clauserit in pace; aut Tintum, & eos, à quibus præfatam historiam desumpsit, errasse dicendum est. Errasse quidem utrosque existimo, quod est hominum familiare deliquium, præsertim in contexendis historiis eorum, qui à nostris temporibus per quasi sæculorum decades dissiti antiquitatis ruderibus obstruuntur. Ut errorem ostendamus, chronologiæ nobis est ineunda ratio. Sub Maximino, inquiunt, SS. Firmum & Rusticum martyrium absolvisse anno Domini 236. nona Augusti, quibus astipulantur Acta eorumdem sanctorum, & quidem vetustissima, quæ apud nos extant, quæ sic habent: Regnante impiissimo Maximino in civitate Mediolanense, facta est persecutio maxima Christianorum. Hinc error veluti ex corrupto fonte defluxit, ut omnes asserent SS. Firmum, & Rusticum martyrium subiisse Mediolani imperante Maximino. At si semel ostendero Maximinum nunquam Mediolanum vidisse, neque tunc temporis, videlicet anno 236. imperij fasces tenuisse, error evanescet, & sensim ad veritatis indaginem iter dirigetur. Alexandro Severo Imp. cum Mammea matre apud Magontiacum seditione militum interempto, Maximino Thraci tyronum Tribuno, insidiarumque structori delatum imperium est, qui expeditionem Germanicam ab Alexandro inchoatam prosequutus, Rheno transmisso interiora Germaniæ ita diripuit, (teste Julio Capitulino) ut per CCCC. mille barbarici soli vicos incenderit, greges abegerit, prædas abstulerit, barbarosq; ipsius ferociam fugientes ad immensarum, profundissimarumque paludum loca confugere coegerit, qua de re etiam Senatum edocuit, datis ad ipsum magnificis litteris, nec à vero abhorrentibus, in quibus se non posse, quæ gesserit, verbis complecti jactanter testatur. Non possumus (inquit) tantum loqui P. C. quantum fecimus, per CCCC millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, captivos abstruximus, armatos occidimus, in palude pugnavimus, pervenissemus ad sylvas, nisi altitudo paludum nos transire non permisisset. In hac expeditione tres imperij annos insumpsit, cum audita Afrorum defectione, qui sibi Gordianum Proconsulem Imperatorem asciverant, filiumque Gordianum Cæsarem creaverant, quos & Senatus approbaverat, furenti similis, in Italiam superatis Alpibus venit, nihil præter cædes meditans, Aquilejamq; corona circumdatam solo æquasset, nisi deficientibus exercitui commeatibus, quos undique providentia Senatus contraxerat, militari tumultu cum Maximino filio interfectus feralis sævitiæ pœnas luisset, quod accidit anno imperij tertio expleto, & quarto inchoato, Consulibus, juxta Cassiodori Chronicon Pio, & Proculo, sive Vipio & Proculo Pontiano; Olympiadis CCLIIII. anno secundo, qui incidit in annum Domini CCXL. teste Eusebio Cesariensi. His, quæ de Maximini Imp. annis diximus consensit Herodianus illorum temporum scriptor lib. 7. Exacto (ait) imperij triennio exigua, levique occasione (ut sunt lubricæ tyrannorum res) primo arma sumpserunt, rebellaruntque Afri. Non igitur ex Germania movit Maximinus exercitum, nisi post delatam Afrorum rebellionem, quæ exacto imperij triennio emersit, cujus certior factus, abactis in sylvas barbaris, copias in Italiam traduxit, Aquilejæque substitit, ubi occisus est. Ipsemet Maximinus, cum primum castra e Germania movisset, in concione ad milites habita (quæ apud eundem Herodianum habetur) ostendit se post adeptum imperium nunquam Italiam vidisse; inquit, enim. Non prius Italiam attigerimus, quam illorum (perduellium) maxima pars nostris se pedibus advolvent; Hæc cum dixisset, subdit Herodianus, profectionem in Italiam edicit, & in libri calce. Dum hæc Romæ geruntur interea Maximinus confecto itinere Italiam attigerat. Quacumque igitur hæsitatione remota constat Maximinum in Germania ad imperij fastigium evectum fuisse, in eaque Provincia per trieanium rebus secundis labentibus belligerasse, in Italiamque tandem irrupisse, in cujus limitibus abtruncatus imperium, & vitam ingenti mortalium gaudio amisit. Quorsum ergo tendunt Acta dum inquiunt: Regnante impiissimo Maximino in civitate Mediolanense; si Maximinus imperio adepto nunquam Italiam invisit? At aliquem responsurum sentio. Maximinum quamdiu nullis refragantibus imperium obtinuit, ubique regnasse, ideoque & Mediolani, licet in Germania degeret. Sed tam singularis Mediolani memoria innuit Principem tunc præsentem fuisse, ut ex Actis inferius producendis colligitur, quod Maximino aptari non potest, qui nunquam post adeptam purpuram Mediolanum vidit. Acta mendosa esse suspicor, restituendumque esse, pro Maximino Maximianum existimo; irrepsit enim error ex nomenclaturæ similitudine, quod clarius inferius ostendemus. Satis igitur ex dictis constat Maximinum tribus, quibus regnavit, annis nunquam Mediolanum attigisse: superest ut ostendamus anno 236. adhuc Tribunum tyronum egisse, cui muneri eum Alexander præfecerat, nec ad Imperatoriam dignitatem assumptum, nisi anno sequenti 237. quod facile assequemur, si annum quo creatus est Alexander recta ratione supputabimus. Post quam Romæ sublatum fuit militum gladiis impurissimum monstrum Eliogabalus, Alexander Mammeæ filius capessivit imperium anno Domini 224. Olympiadis 250. anno secundo, septimo Idus Martij, ita Eusebius, cui consentiunt Baronius, & Panvinius. Imperavit ex Lampridio annis 13. diebus 9. à quo non dissensit Herodianus lib. 6. licet dicat eum regnasse annos 14. nam intelligendum est de anno quartodecimo inchoato, non expleto, tandemque 18. die Martii anno salutis 237. turbas ciente Maximino, desertus, à militibus occisus est Olympiadis 253. anno 3. Hac statuta chronologia, evidenter apparet annum Domini 236. fuisse postremum Alexandri Severi, nec Maximinum adiisse Imperium nisi anno sequenti 237. die 18. Martii, qua periit Alexander. Dum igitur inquiunt auctores citati Ss. Firmum, & Rusticum martyrium consumasse anno 236. nona Augusti; sub Alexandro Severo, non sub Maximino statuunt sanctorum exitium, nondum enim tunc temporis Maximinus Principatum inierat. Duplici igitur errore labuntur, nec enim martyrio sanctorum consentit annus 236. nec sub Maximino passi sunt. Non oscitanter itaque percurrenda sunt Acta horum sanctorum, ut hos nodos dissolvamus, ex his enim quæ nobis pervia sunt, & notiora, ad ea, quæ obscura, & caliginosa sunt facile perveniemus. Hoc primum tanquam ex Actis certum statuendum est, Romanum Principem tempore, quo S. Firmus fuit ad judicium postulatus, Mediolani fuisse; ea enim quæ leguntur in Actis, non nisi de

præ-

præsenti excipi possunt: nam inquiunt: Regnante impiissimo Maximino in Civitate Mediolanense, facta est persecutio maxima Christianorum; & erat vir quidam nomine Firmus Civis Bergomatis, & hic erat nobili genere natus notissimus Imperatori, substantia autem ejus erat copiosa valde, in orationibus & jejuniis vacans die noctuque Christum deprecabatur, & distribuebat quotidie substantiam suam pauperibus, & hospitio suscipiebat eos, qui persecutionem patiebantur. *Hæc Acta de genere, & gestis sancti Firmi, antequam pro Christo certamen iniret, pergunt*: Tunc nuntiaverunt Imperatori dicentes: Piissime Imperator, Firmus Christianus effectus est, & blasphemat Deos nostros, & dicit, eos dæmonia esse. Audiens hæc Imperator misit Quæstorem suum cum militibus, ut comprehenderent eum, cum autem pervenissent ad locum, qui missi fuerant, invenerunt eum in viridario, & legebat ubi dicit Dominus in Evangelio: Si quis deserit quærit domum, &c. *Non potuisset Imperator hæc omnia præstare, nisi Mediolani adfuisset. Sed clarius hoc innuunt Acta, dum inquiunt*: Altera vero die ingressi sunt in urbem Mediolanensium, & nunciaverunt Maximino, quod adessent, & obviasset eis Rusticus, & qualiter se Christianum profiteretur dicens, dulce sibi pro Christo mori, & quomodo eum vinctum perduxerant. Tunc Maximinus Imperator jussit eos in custodiam mitti apud Anolinum consiliarium ejus. *Habes ergo, lector, tempus, quo de sanctis Martyribus Firmo & Rustico habita fuit quæstio, Maximinum Mediolani adfuisse. At Maximinus, ut superius visum est (quamvis & ipse sævissimus Christianorum lanista) post imperiale fastigium nunquam Mediolanum adiit. Potuit ne Maximinus in Germania cum hostibus acie dimicasse, vel eorum pagos diripuisse, & eodem temporis momento Mediolani interfuisse, ibique quæstiones de Christiana religione agitasse? Minime quidem. Alium igitur Imperatorem hæc omnia peregisse asserendum est, qui Mediolani interfuerit, dum hæc agerentur. Quisnam autem hic fuerit? Maximianum Herculeum Diocletiani in Imperio consortem extitisse opinamur, qui tunc temporis Mediolani morabatur à collega missus, ut nutantes Gallias rusticanorum defectione, quibus præerat Amandus, & Ælianus, in fide Romana firmaret. Audiamus Eutropium lib.* 9. Ita (*nempe Carino in Galliis extincto*) rerum humanarum potitus Diocletianus cum tumultum rusticani in Gallia concitassent, & factioni suæ Bagaudanum nomen imposuerent, duces autem haberent Amandum & Ælianum, ad subigendos eos Maximianum Herculeum Cæsarem misit, qui levibus præliis agrestes domuit, & partem Galliæ reformavit. *Ad expeditionem Gallicam pergens, Maximianus Mediolani substitit, forte ad contrahendum exercitum cum trajecturus in Gallias, cum sibi delatus fuit sanctus Firmus, qui utpote nobili genere natus militiæ obnoxius erat. Antiquæ eorum SS. Firmi & Rustici imagines tum pictæ, tum sculptæ eos nobis exprimunt sub habitu militari. Contigit autem expeditio hæc Maximo, & Aquilino Consulibus anno Domini* 286. *quo à collega Diocletiano in imperii consortium fuit assumptus; etenim ubique fluctuantibus Romanis Provinciis noscens Diocletianus, se esse tantæ moli imparem, Maximianum imperii consortem adlegit, & ad pacandas Gallias destinavit. Ubicumque igitur in Actis sanctorum Maximinum legitur, Maximianus restituendus est, nam plane sub Maximiano martyrii corona potiti sunt. Quod eo magis corroboratur, quoniam in Actis sepius memoratur Anolinus, qui dicitur ejusdem Imperatoris Consiliarius, cui potestatem delegavit torquendi sanctos Martyres.* Tunc tradidit eos (*inquiunt acta*) Anolino consiliario suo dicens, nisi sacrificaverint Diis meis diversis pœnis eos interfice. *Geminos reperi Anolinos senatorem alterum, cujus Libertus fuit Diocletiani pater: consularem alterum, qui anno duodecimo Imperii Diocletiani, & Maximiani, anno videlicet Domini* 295 *cum collega Nummio Tusco Con-*

A *sulatum gessit: huic prænomen fuit Annius Cornelius Anolinus; perquam familiaris fuit Maximiano, cui ad expeditionem Gallicam pergenti se comitem adjunxit, à quo posterioribus temporibus etiam ad Consulatum fuit evectus. Quomodo autem inierit Maximiani gratiam Anolinus, solicet conjecturis agere, & quidem non levibus, ea ratione Maximiani favorem assecutus reor, quia cum Diocletianus ex Anolinorum domo prodierit, patre ejus Anolini Senatoris liberto, ut Diocletiano morem gereret, hunc Anolinum ad familiaritatem suam admisit, quem & Consulatu auxit. Fuit sane in omnibus Maximianus Diocletiano obsequentissimus, ut etiam ipso adhortante Mediolani imperatoriam purpuram abjecerit, seque in ordinem redegerit, hoc idem præstante Nicomediæ suasore Diocletiano.*

Quæ hactenus diximus, quibusdam forsitan tanquam ex nostro penu deprompta parum firma, quin & nutantia videbuntur, ideo proferamus omni exceptione majus, & omnino irrefragabile testimonium. B *Romanum Martyrologium die 9. Decembris agens de S. Proculo ait*: Veronæ S. Proculi Episcopi, qui in persecutione Diocletiani colaphis, & fustibus cæsus, e civitate pulsus, tandem in Ecclesiam suam restitutus quievit in pace. *Perpende lector* in persecutione Diocletiani. *Non igitur Maximini. Periit Maximinus anno Domini* 240. *ut demonstravimus; imperare cœpit Diocletianus ann.* 284. *ut evidenter ostendit Baronius ad eum annum. Non igitur hæc ludibria perpessus est Proculus cum SS. Martyribus Firmo, & Rustico anno* 286. *ut Bagatta, Perettus, & cæteri testantur. Nec nobis facessit negotium, quod Proculus dicatur colaphis, & fustibus cæsus sub* Diocletiano, *non sub Maximiano: nam cum Maximianus persecutionis rabiem in Christianos acuerit suadente, & jubente Diocletiano, ea, quæ ipsius auspiciis gesta sunt, jure Diocletiano tribuuntur: tum etiam quia Diocletianus agens tunc in Oriente, non potuit adfuisse iis, quæ in Occidente Mediolani gerebantur. Cæterum audienda sunt,* C *quæ nobis produnt Acta de Proculo, in omnibus quidem consentientia iis, quæ de eodem ex Roman. Martyrologio produximus. Delegato sibi jure à Maximiano in sanctos Martyres Anolinus Mediolano Veronam perrecturus præmisit Firmum, & Rusticum vinctos, satellitibus comitantibus. Veronæ Vicarii munere fungebatur Cancarius, qui excepit sanctos ab Anolini satellitio ductos, eosque arctissimo carceri mancipavit, quem Acta* Cellulam secretoriam *vocant; sed intempesta nocte terræmotu oborto, expergefactus Cancarius statim carcerem adiit, quem ut vidit cœlesti lumine perfusum, exanimis cecidit, sed S. Firmi manu confirmatus, ipse cum tota domo Christianæ Religioni nomen dedit. Hæc à nobis in arctum deducta, latius Acta prosequantur. Quoad Proculum inquiunt*: Post vero dies sex ingressus est Anolinus Veronensium civitatem, & jussit, ut præco clamaret, ut omnes adessent in crastino ad spectaculum. Audiens hæc beatissimus Sacerdos Domini Proculus Episcopus, qui propter metum Paganorum cum paucis D Christianis non longe à muro civitatis in monasterio suo latebat, eo quod Anolinus advenisset, vel quod sanctos Dei cognovisset audiendos, eadem nocte in oratione pervigilans deprecans Dominum, ut mereretur in consortium Martyrum conjungi. *Et paulo inferius*: Cum venisset ad domum Cancarii, ubi erant Ss. Firmus, & Rusticus, & conjungens se eis S. Proculus gaudens osculatus est eos, & dixit, bene huc venistis fratres, confortamini in Domino Jesu Christo, & suscipite me in hunc agonem, desidero enim vobis fieri consors, ut sit nobis una voluntas, & unum certamen pro Domino nostro Jesu Christo, ut mereamur in gloriam ejus introire, benedicere nomen ipsius, & dixerunt pariter; Amen. *Ad sanctum colloquium eorum, qui sub arctiori custodia tenebantur, tam facile admissum Proculum ex connivenția Cancarii provenisse existimarem, qui Christianus effectus jam se aditi sanctos Martyres Christianis aditum non præclusit. Sed reliqua subjiciamus.*

mus. Post edictum per præconem vulgatum die postea ministri ab Anolino missi, ut ad ipsius tribunal sanctos Martyres sisterent, repererunt cum illis Proculum, quem ultro nentibus manus porrigentem, una cum sanctis ad Anolinum perduxerunt. Ut Anolinus inspexit venerabilis senis speciem, veritus ne si eum tormentis subjiceret, oborta senectutis commiseratione, turbæ ciereatur, vel ad fugiendam sævitiæ invidiam, eum tanquam delirum colaphis cæsum civitate depulit; ita Acta. Requirens itaque Anolinus ministros suos quis esset, qui cum sanctis Martyribus roguvit alligari? Tunc Anolinus dixit, non intelligitis, quia jam præ senectute delirat, & solventes eum ministri injuraverunt eum, ita ut palmas in faciem ejus darent, & sic extra civitatem ejecerunt. Ille etiam tristis regressus est pro eo quod à sanctis Martyribus fuisset separatus, & venit ad suos indicans eis, quæ acta fuerant. *Nonne tibi videtur, lector, hæc omnia concinne respondere iis, quæ de Proculo Romanum Martyrologium expressit? Sancti igitur Martyres Firmus, & Rusticus martyrii agonem compleverunt 9. Augusti anno 286. qui fuit Diocletiani tertius, & Maximiani in imperii consortium allecti primus, Maximo, & Aquilino Consulibus, sedente Cajo Papa jam annis duobus, tertio decurrente: quo tempore Proculus Episcopus ludibriis, & verberibus affectus, sedeque sua pulsus diu exulem egit, sed tandem restitutus senio, & laboribus confectus vitam cum morte commutavit. Ad quæ tempora vitam produxerit Proculus, non est certum, licet certum sit Ss. Firmo, & Rustico superstitem fuisse. Nihilominus cum Romanum Martyrologium asserat demum fuisse in Ecclesiam suam restitutum, initium principatus Constantii, Chlori, & Galerii Maximiani, qui proxime Diocletiano, & Maximiano suffecti sunt, attigisse videtur circa annum 304. vel 305. Sane in propriam sedem restitui non potuit imperantibus Diocletiano, & Maximiano, quorum postrema tempora in Christianos severiora fuere prioribus, sed regnantium mutatione emollita sævitia, vel tanto cruore, totque cædibus Christianorum exsaturata, pro ipsis etiam æquiora tempora successere, quibus Proculo permissum fuit ad propriam sedem remigrare. Cæterum quid senserit Baronius de sanctorum Martyrum Firmi, & Rustici passionis tempore, satis in Annalibus expressit, per quos corrigendum esse quid in annotationib. Martyrologii ab illis dissonum reperitur, ut sæpius testatus est: (nam prius annotationes, posterius Annales edidit) Et licet eorum martyrium recenseat ad annum 303. postremum videlicet Diocletiani, & Maximiani, nihilominus non est existimandum eo anno martyrium subiisse; congessit enim in eum annum Martyres omnes, qui sub iisdem Imperatoribus certo passi sunt; incertus est tamen passionis annus.* Quoniam vero [*inquit ipse ad annum 303. num. 1112.*] hic ultimus annus imperii Diocletiani, atque Maximiani numeratur, qui & secundus persecutionis censetur (*secundus videlicet quo per publica edicta, tamquam in publicos hostes sævitum est in Christianos*) operæ pretium existimamus hic enumerare, & si non omnes quidem Martyres sub iisdem Imperatoribus passi sunt (nam id impossibile esse putamus) illos tamen, qui in ecclesiasticis tabulis habentur suis, quibusque diebus natalitiis consignati, illos inquam, quorum certus, quo passi sunt, annus minus habetur expressus, quorum enim martyrii acta sunt die, & Consule adnotata, certis quibus passi sunt temporibus suis reponimus locis: reliquos autem, qui sub iisdem Imperatoribus martyrio coronati sunt, sed incertum est illorum tempus, hujus anni includimus termino. *Igitur certum est Baronio Ss. Firmum & Rusticum sub Diocletiano, & Maximiano martyrio fuisse coronatos, licet annus sit sibi incertus; & confusa aliquando Imperatorum nomina ex amanuensium typographorumque lapsu docet idem Baronius ad annum 233.* Cæterum, *inquit*, confusos simul esse plerosque, nec satis distinctos haberi Martyres, qui sub Julio Maximino, ab iis, qui sub Galerio Maximiano passi sunt, invenimus, præsertim ubi nulla cujusque prænominis facta mentio reperitur, cum alioquin sæpius librariorum errore Maximinus, & Maximianus nomina invicem mutata esse certum est. *In actis itaque pro Maximiano, Maximinus irrepsisse potuit, & Acta mendosa esse ita ostendi potest. Diserte insinuant Romanum Imperatorem, quem Maximinum vocant, Mediolani fuisse cum sancti Martyres Religionis causam dicere coacti sunt, nam Bergomum mittit Quæstorem cum militibus, qui comprehensos sanctos Mediolanum ducunt, ad ipsius tribunal sistuntur, interrogantur, respondent, ab Imperatore ad Anolinum præsentem transmittuntur, cui jus eos subjiciendi tortoribus tribuitur. Quis tam hebetis sensus fuerit, qui diffiteatur Imperatorem tunc Mediolani adfuisse? hæc autem quæ exprimuntur in Actis per absentem, vel per vices gerentem peragi nequeunt. Subjiciamus. Maximinus post adeptam rempublicam Germanico bello detentus semper triennio, quo imperavit, in Germania fuit, numquam Italiam adiit, quod innuit Capitolinus in Maximino, & in Gordiano. fateri debemus Acta evidenter mendosa, & Maximinum alias in Italia non fuisse, præter quam cum Aquilejæ mœnibus admovit exercitum, ubi ingrati animi vitium, ulciscente divino numine, ab iisdem militibus, quos in Alexandrum, quondam beneficum dominum extimulaverat, trucidatus est, & cum ipso aulici omnes ejus interierunt, inter quos fuit Anolinus Præfectus prætorii. Rem ex Dexippo Græco historico narrat Capitolinus in Maximino Juniore his verbis:* Idem (*Dexippus*) addidit in conspectu Maximini jam deserti à militibus Anolinum Præfectum prætorio ipsius, & filium ejus occisum. *Hic tamen Anolinus longe diversus est ab Anolino, de quo in Actis fit mentio. Non ignoramus Baronium in Martyrologii annot. die 28. Julij quatuor memorasse Anolinos. Primum, qui Neronianis temporibus fuit acerrimus Christianorum persecutor. Secundum, qui sub Maximino Imp. Præfectus prætorio, de quo modo diximus. Tertium, qui vixit sub Valeriano, & Gallieno, de quo quidem in Actis SS. Maximæ, Donatillæ, & Secundæ, licet de eo Trebellius Pollio, qui horum Impp. res gestas effuse scripsit, nullam mentionem faciat. Quartum denique, qui Diocletiani, & Maximiani tempestate Proconsul in Aphrica fuit, dirasque in Christianos quæstiones exercuit. Hæc Anolinorum multiplicitas Veronensis historicis errandi occasionem præbuit, ideo breviter denuo perscrutandum est, quisnam ex his Anolinis fuerit, qui SS. Martyres Firmum, & Rusticum neci tradidit. Primum prætereamus, qui Neronis tempore vixit, secundum quoq; qui imperantibus Valeriano, & Gallieno, in Christianos jus dixisse narratur, duo reliqui supersunt examinandi. Anolinus Præfectus Maximini Prætorio* fuit semper individuus illius comes, hoc enim erat munus Præfecti Prætorio, Imp. ipsum continuo assectari, esseque quasi corporis custodem. Hujus muneris opportunitate Aper Præfectus Prætorio Numeriani Imp. cum à Persis in Syriam Princeps demigraret lecticaq; propter oculorum ægritudinem velamentis demissis veheretur, ipsum nullo conscio interemit, quippe ejus lateri adequitabat, quasi corporis custos, ut innuit Sigonius:* Nam ille (*Aper*) Præfectura Prætorij non contentus cum ad imperij fastigium aspiraret, postquam pervenit in Syriam, ipsum occulte in itinere interemit, militibusque Imperatorem videre poscentibus respondere pro concione non dubitavit non esse cur de aspiciendo Principe laborarent, nam se illum præsentem committere propter invalitudinem oculorum non posse. *Cum milites ergo poscerent à Præfecto Prætorij Imperatorem, ipsum corporis custodem fuisse proculdubio asserendum est. Anolinum itaque, qui sub Maximino eo munere fuit perfunctus, nunquam à Maximino avulsum, utpote corporis custodem, est existimandum: Maximinus autem Principatus sui tempore in Germania est commoratus, nunquam Mediolanum vidit, nec igitur Anolinus ejus*

* Ex App. tom. 5.

Præ-

Prætorio Præfectus; tum etiam, quia Anolinus memoratus in Actis, Imperatorem præsentem alloquitur, petitque sibi dari jus in sanctos Martyres, quę omnia ambos Mediolani fuisse indubitanter testantur. Maximinus vero, ut non semel diximus, Mediolani nunquam fuit, igitur Anolinus, de quo Acta loquuntur, alius fuit ab Anolino Præfecto Maximini Prætorio. Tribus iis Anolinis explosis, supcrest quartus Diocletiani, & Maximiani contemporaneus, qui in singulis dignitatibus, diversis temporibus Imperatorum gratia perfunctus, tandem ad supremum pervenit Consulatum, in quo consortem habuit Nummium Tuscum. Anno Domini 286. Anolinus hic fuit Consularis Venetiæ, & Istriæ, quod non obscure produnt Acta, dum inquiunt: Profectus igitur erat Anolinus de Mediolanensi civitate in partes Venetorum, quo anno die 9. Augusti ipso jubente sancti Martyres ceciderc. Consentit Panuinius lib. 4. Antiq; Veron. cap. 4. Hujus tempore (inquit de Proculo loquens) Firmus, & Rusticus Bergomenses cives à Cornelio Anolino Venetiæ, & Istriæ Consulari, Veronæ ob Christianæ fidei confessionem, quæ jam capitulis legibus Romanis facta fuerat, tenti diro carceri mancipati sunt, cum diu in fidei Christianę confessione perinansissent, ducti extra urbem Veronam supra Athesis ripas capite cæsi sunt 5. Id. Aug. Idem Anolinus anno 292. Quinquegentianis, Mauritaniæ populis à Romanis desciscentibus, in Africam trajecit Proconsulari dignitate à Maximiano insignitus, ut rebelles compesceret. Anno denique 295. eodem Maximiano favente Consulatum inivit, cum Nummio Tusco sæpius memorato, ut ex his appareat eundem Anolinum, qui Consularis Provincias Venetiæ, & Istriæ administravit, & sub cujus magistratu Firmus, & Rusticus excessere, postea Proconsulatum Africæ obtinuisse, indeq; Consulatum. Hactenus de Anolinorum Historia, quantum ad rem nostram spectat dilucidanda. His firmatis facili negotio responderi potest Philippo Ferrario, qui in suis annotationibus, Proculum vexatum sub Maximino, sanctosque Firmum, & Rusticum Martyrio coronatos affirmat, & quartum Proculum fuisse Veronensem Episcopum habet, ex mendosis Actis deceptus. Lapis insuper parieti infixus prope Januam Ecclesiæ D. Proculi, ubi quartus Episcopus recensetur, non est vetustior 149. annis, Martyrologia, membranæ, picturæ, in quibus D. Proculus quartus exprimitur Episcopus, trium sæculorum antiquitatem non excedunt, errorem ab iisdem Actis hauserunt, quæ mendosa esse jam satis ostensum. Teuteriæ virginis historia hæc omnia claudet, quæ forte largius, quam par erat, rebus ita poscentibus, excrevit, hanc propter nexum cum Proculi gestis, postremo tangimus: afferenda sunt quę de Teuteria, & Tusca Perrettus memoriæ tradidit, ut palam fiat, quę ab aliis afferuntur, minus fideliter relata fuisse. Inquit Perrettus pag. 70. Teuteria virgo stirpe quidē regia edita, sed parentibus Ethnicis in Anglia nata est, quo tempore populus regni illius, & vicinarum urbium pars maxima gentilitatis errore adhuc detinebatur. Hæc, divinæ misericordiæ munere Catholicæ fidei doctrina clam erudita, baptismum maxima cum devotione suscepit, in dies magis Christianis virtutibus proficiens, quæ cum ob egregiam formam ab Osualdo Angliæ Rege impudice appeteretur, spretis ipsius, & pollicitationibus, & minis divinitus monita patrium relinquens Veronam profecta est, ubi cum audiiet S. Tuscam B. Proculi tunc Veronæ Episcopi sororem non longe extra muros antiquos ipsius urbis in quadam cellula loci quasi deserti vitam gerere solitam, ad eam sæpius accessit, & nacta occasione non sine miraculo, ipsa etiam in cellulam ipsam irruvit. Hucusque Perrettus, in quo nec verbum quidem de Eleuterio Pontifice, nec de Fugacio, & Damiano, neque de Lutia Britannorum Rege, ut comminiscuntur, ita ut videantur divinare voluisse, cum id afferant, quod nunquam didicerunt. Quoad Osualdum Beda lib. 3. Anglorum Hist. cap. 1. & deinceps Osualdi Regis Nortonimbriorum meminit, qui regnavit anno 644. Nullus autem Osualdus Anglorum Rex ante annum relatum reperitur apud Anglorum rerum scriptores, nec Osualdi tempus in Teuteriæ historia memoratæ Chronologiæ cohæret; Teuteriam referunt obiisse anno 236. quod quidem inventum putarim, & gratis dictum, cum in aliud tempus id evenisse fatendum sit, nec licet hic divinare: aliis judicium esto, si vera sunt, quæ narrantur, Teuteriam ex Anglia Osualdi Regis illecebras evitantem Veronam venisse. Nec satis miror, quod de Tusca Teuteriæ magistra, quam asserunt Proculi sororem, rejecerint alii in commentariis, cum vix incredibile sit asserere, longiorem vitam duxisse in cellula inclusam non longe à civitate, quasi in tutissimo cœnobio emigrasse ad cœlos, cum Proculi temporibus ubique locorum Christi fideles ob immanissimas persecutiones in speluncis & cavernis delitescentes trahebantur ad supplicium, ad necem. Harum sanctarum Virginum Acta satis mendosa apparent, & in aliud tempus reiicienda sunt, cum per Constantinum Imp. Ecclesiæ pax reddita est, quod non multum distat à Proculi præsulatu. Agitur de Tusca, & Teuteria 6. Id. Julias in Veronensi Ecclesia, quo die obiisse habetur, quarum sacrata ossa in Ecclesia S. Tuscæ dicata recondita sunt, quam cum post plurimos annos Auno Veronæ Episcopus consecrasset, in ea collocavit, inclusitque in marmorea arca, ubi cum per plurima secula jacuissent, Elias Ordinis Minorum Episcopus Svellensis in Sardinia, Guidi Memmi Episcopi Veronen. suffraganeus & Ecclesiæ rector, arcam elevavit an. 1427. altove decentiori loco collocavit, & addidit inscriptionem, quæ erroribus scatet. Hæc de Proculi Pontificatu ea viri clarissimi annotationibus dixisse sufficiat.

10 S. MAURUS post Zenonem, & Proculum aliquandiu hanc rexit Ecclesiam. cumque vitæ contemplativæ se totum dedisset, ab Episcopali munere missionem impetravit, concessitque in montem; XII.
ubi cum ad ejus preces divinitus fons erupisset, templum ejus nomini dedicarunt, quod ad hæc usque tempora ætatem tulit. Septem omnino annos Maurus in eo vitæ genere exegerat, admonitusque ab Angelo secedens, Veronam versus iter intendit, gravique in itinere morbo præventus eo loco, ubi templum S. Felicis spectatur, animam Deo reddidit 11. Kal. Decemb. festo sonitu Veronæ ultro perstrepentibus campanis. Miraculo admonitus Joannes Episcopus, qui ei successerat, adcurrit ad corpus, Clero, populoque comitantibus; manibus complicatam chartulam tenebat, quam nullus ei hactenus extorquere poterat. Joannes illam sibi reservari intelligens, fusis ad Deum precibus, terque humiliter flexus, illam mirabili facilitate, ac tamquam Mauro porrigente excepit. Alta voce scriptum populo evulgavit, quo vita resque præclare gestæ a sancto continebantur. Lætante igitur populo defunctum deportarunt Veronam, atque apud S. Stephanum supremo officio demandarunt. Ejus dies festus notatur in Calendario Veronensis Ecclesiæ 11. Kal. Decemb In sacrario prædictæ Ecclesiæ S. Stephani asservantur usque in hodiernum diem mitra, baculus pastoralis, & chirothecæ S. Mauri.

11 S. JOANNES a S. Mauro successit, decessitque 8. Id. Junii: tumulum accepit prope suum XIII.
prædecessorem, de quo Martyrolog. Rom ad hanc diem.

a De eo Actis Ss Junii t. 2. pag. 642.

12 S. PROBUS b obiit die 12. Januarii, sepultus XIV.
apud S. Stephanum, ut cum Mauro, Joanneque prædecessoribus quiesceret, virtutibus, ac miraculis coruscans. Post quem, ut habet Panvinius, usque ad annum Christi 160. ordo Episcoporum Veronensium, quamquam, ut existimo, integer, non tamen continuatus est. Nam quis invicem successor fuerit, incompertum: tempora etiam quibus singuli vixerint, præter sex, quos suis locis, & seculis exponam, & singularum gesta obscurissima sunt, & incerta. Quæ res nimia jam vetustate, majorumque nostrorum fatali ignavia tenebris vetustatis oppressæ sunt. Ego autem, ne, quod à me fieri potest,

b De quo Bollandus in Actis Ss. Jan. pag. 722. tom. 1.

omit-

A *omittam, ullaque in re diligentia mea desideretur, omnium Episcoporum Veronensium, quorum tam gesta, quam tempora, & ordo incomperta sunt, nuda nomina ordine alphabetico suggeram. Nam quorum secula invenerim, eos suis in locis concinnabo; atque si quid de iis memoratu dignum fuerit, exponam.* Hæc ille. Illud ipsum cum Panvinio fecotin, & quæ tum ab ipso, tum vero perpauca ab aliis excerpta, modo dabo in obscurissimis seculis observata, prout illa dictaverint monumenta.

XV. 13 S. THEODORUS, qui pietate, & doctrina insignis, elegantissimis moribus atque ecclesiastica eloquentia eximie enituit, requievit in pace 13. Kal. Octob. sepultusque est in Ecclesia S. Stephani, indeque postea translatus in Ecclesiam Cathedralem, de qua translatione hæc habet Bagatta. *Corpus S. Theodori ea ecclesia S. Stephani translatum positum fuit in monumento marmoreo in Australi parte ipsius ecclesiæ, & ante monumentum altare decenter statutum in ipsius honorem, sed postea nostris temporibus, sub Jo. Matthæo Giberto Episcopo Veronensi, inde translatum fuit cum eodem monumento marmoreo in altare capellæ S. Mariæ Virginis in eadem Ecclesia cathedrali, erecta effigie S. Theodori, in Palla ejusdem altaris S. Mariæ, & in eadem* B *Ecclesia est titulus S. Theodori. Quoniam vero in arca marmorea S. Theodori, in qua translatum corpus in Ecclesia cathedrali positum fuerat, incisæ sunt hæ litteræ;*

P. Julius Apollonius sibi & Actiæ Valeriæ
coniugi obsequentissime vivus paravit,
ejusque corpus in arca condidit, & locum
Servio dedicavit.

Quæ potius ostendebant corpus hominis gentilis, quam Christiani sancti ibidem esse sepultum; ideo arca illa ex concessione Jacobi Episcopi Veronensis aperta fuit, in qua inventæ sunt litteræ in lamina plumbea: HOC EST CORPUS S. THEODORI EPISCOPI cum insignibus episcopalibus apertissimis: Unde post plurimos annos ae idem dubium ex ipsis literis amplius oriretur, anno Christi 1489. *in* C *operculo ipsius arcæ hi versus incisi fuerunt.*

Theodori corpus Veronæ Præsulis almi
Hoc jacet in tumulo; conscendit spiritus astra.
Sic est, ut clerus vidit, populusque fidelis
Mille quadriagentis novem & octoginta sub annis.

XVI. 14 S. INNOCENTIUS *a* Veronæ Episcopus justitia, innocentia, eximiisque virtutibus excelluit; multarum etiam rerum scientia neminem eorum, qui ante ipsum fuere Ecclesiæ ipsius Episcopi, inferior extitit: pie, sancteque decessit prid. Idus Martii. Conditus jacet in Basilica S. Stephani sub altare S. Andreæ.

a De eo Acta ss. Martii t. 2. p. 348.

XVII 15 S. LUPICINUS *b* requievit in pace 11. Kal. Junii. Jacet in eadem Basilica cum s. Lucillo, ut supra diximus.

b De eo Acta ss. Maii tom. 5. p. 11.

XVIII 16 S. LUCIDUS vir eximia sanctitate fuit. Is contemplationi divinarum rerum in primis deditus omnium humanarum rerum curam presbyteris dedit, lectioni & orationi se addixit, ut populum posset in lege Dei erudire. Obiit 6. Kal. Octobris: ejus corpus conditum est in eadem Ecclesia S. Stephani. De quo eodem die Martyrolog. Rom. Interfuit Lucidus *c* Sardicensi Concilio sub Julio Papa anu. 347.

17 S. ZENO *d* hujus nominis II. cujus mentionem facit S. Ambrosius in epist. 46. lib. 6. Hujus creduntur esse sermones, qui sub nomine Zenonis Martyris aspexere lucem, ut egregie notat Baronius in Not. ad Martyrol. Rom. ad 12. diem Aprilis. Ibi optime colligit duos Zenones Veronenses Episcopos fuisse, non unum.

c Non hic Lucidus, sed Lucillus n. 6. supra memoratus.

d Alic unus & idem cum supra memorato Zenone. Vide Maffeii Epistolam.

XIX. 18 SYAGRIUS immediate Zenoni successit, ad quem S. Ambrosius supra citatam epistolam dedit, illumque appellat successorem Zenonis. Vixit anno 380. sub Theodosio, de quo Panvinius lib. 4. Veronen. Antiq. cap. 15. *Vir illis temporibus, ut sanctitate vitæ, & nominis claritate, ita etiam facundia, & studio propagandæ conservandæque Christianæ pietatis excellentissimus. Hic est ille Episcopus, ad quem extat divini Ambrosii Mediolanensis Præsulis epistola duæ. In quarum priore hominem graviter ille, ac severe admodum arguit, de attentato ab eo in causa sacræ puellæ cujusdam judicio, docetque quamobrem illam ipse ad se revocaverit. In altera vero testimonio sacrarum literarum ostendere nititur, quanta semper apud veteres habita castimoniæ ratio fuerit, quantoque ira divina adversus ejus violatores exarserit, eosque ulta sit. Hic in sermonibus suis ad populum illud admonere crebro solitus erat, ut Deum metuerent, sapientiam admirarentur, bonitatem diligerent, eique assidue gratias pro innumerabilibus ab eo acceptis beneficiis agerent. Idem cavendum diligentissime à diaboli insidiis monebat, ibique maxime eas suspectas habendas, unde abesse maxime existimarentur. Fugiendas vero quantum posset libidines animi scelestissimas, ac durissimas dominas, hominumque illorum sermones attente audiendos, qui vitæ sanctimonia clari, de vita beata, deque damnatorum suppliciis differentes,* B *audientium in se animos ab impietate averterent; maxime vero vitiorum omnium caput superbiam detestabatur, quæ una nos Deo, & hominibus invisos redderet, humilitatem vero summopere commendabat, ex qua veram animo pacem & tranquillitatem gigni asseverabat.* Hæc ille.

19 S. MAXIMUS *e* de quo Martyrolog. Rom. 4. Kal. Junii. Non constat, ubi hujus sancti corpus quiescat; illi tamen erecta fuit extra Veronenses muros satis decens ecclesia, cum sacrarum Virginum cœnobio, quæ de nomine S. Maximi appellatur. XIX.

e De eo Acta ss. Maii tom. 7. pag. 36.

20 S. ALEXANDER *f* in divinæ legis meditatione die noctuque versabatur. Laboravit vir sanctus in eo maxime, ut singulis momentis pro innumerabilibus beneficiis, quæ ipse, cæterique omnes à Deo eorum auctore acciperent, gratias agerent. Studuit ut quotidie melior evaderet, & ut crescente ætate pietatis, atque Christianarum omnium virtutum cumulus in se cresceret. Ferunt cre- C bro hoc verbum ab eo usurpari solitum. *Non esse illum bonum existimandum, qui se meliorem effici in dies non studeret.* Decessit pridie Nonas Julii: requiescit in Ecclesia S. Stephani, ubi illi, sanctoque Blasio ejus successuri erectum fuit altare. De quo in Martyrologio Rom hac die. XX

f De eo Acta ss. Junii t. 1. p. 199.

21 S. BLASIUS *g* de quo in veteribus monumentis. Hic episcopalibus virtutibus præstitit; in sublevanda egenorum inopia mirifice excelluit, quippe qui nulli (quantum in se esset) ejus opem imploranti unquam defuerit; in eo cum summa integritate, eximia doctrina, & sancta quædam lenitas fuit. Obiit egregius Episcopus 10. Kal. Julii Corpus conditum est in eodem sepulchro, in quo conditus fuerat S. Alexander ejus præcessor, sub altari eorundem nominibus consecrato in crypta Basilicæ S. Stephani. XXI

g De eo Acta ss. Julii tom. 4. p. 441.

22 S. LUPUS. De eo ita scriptum legi. Vir fuit admirandæ sanctitatis, & doctrinæ. Oves Christi suæ fidei creditas custodivit diligentissime, verbo- D que, & exemplo in vita non destitit pascere. Post Episcopatum summa cum laude administratum, magnum omnibus sui desiderium relinquens, obiit 4. Nonas Decem. & in Basilica S. Stephani sepultus est. De quo Martyr Rom hac die. XXII.

23 S. FELIX magnum semper Christianæ pietatis propagandæ studium, & egregiam quandam morum probitatem præsetulit; & ideo quo tempore Veronensi populo præfuit, varias & illustres ejus virtutes, quibus præstitit, omnes admirabantur. Cum animas multas Christo Domino esset lucratus, obiit 14. Kal. Aug. ex Martyrol. Rom. Conditus jacet apud suos prædecessores. Hujus Sancti nomini Veronenses Ecclesiam consecrarunt non longe à monasterio S. Gabrielis, spectaturque hodie supino colli imposita ara de nomine S. Felicis appellata; supra portam ipsius arcis est imago vatus Episcopi, sub qua sunt hæ litteræ. XXIII

M. CCCC PRIMO
XXXI L. N. SECUNDO.

XXIV 24 S. MODERATI ejusdem sedis Antistitis festum celebr. 10. Kal. Sept. de quo legitur. Moderatus Veronæ Episcopus toto Episcopatus sui tempore moderatinnem retinuit: juris severitatem clementia ita temperavit, ut eum & amarent, & vererantur omnes; ejusque voluntatem, atque auctoritatem libentissime sequerentur; in pauperes se liberalem exhibuit. Obiit 10. Kal. Aug. jacet sepultus in eadem ecclesia S. Stephani prope aquam lustralem.

XXV 25 S. SALVINUS fuit vir cum omnibus hujus civitatis Episcopis in omni virtutum genere comparandus; omnes cupiditates, quibus in hac vita veluti quibusdam fluctibus homines agitantur, magno animo edomuit, humilitatem Christianarum virtutum præcipuam dilexit maxime, assiduis jajuniis, & orationibus omnes naturæ impetus sedavit; tantam sanctitatis famam consecutus, ut jam divinus vir ab omnibus haberetur. Ingenium in eo fuit præclarum, admodum excellens doctrina, sermo suavis, mores lenissimi & placidissimi. Obiit 4. Idus Octobris, sepultos in Basilica S. Stephani prope antecessores.

B

XXVI 26 S. ANDRONICUS vita, doctrina, & miraculis illustris evolavit ad superos 18. kl. Dec. Sepultus est in suprad. Basil. s. Stephani. Memoratur in tabula vetusta marmorea, quæ ad ingressum portæ meridianæ ipsius Ecclesiæ columnæ inserta est.

In hac Ecclesia sanctorum Confessorum hujus civitatis corpora Episcoporum requiescunt scilicet Simplicii, Petronii, Innocentii, Felicis, Salvini, Theodori, Senatoris, Probi, Andranici, Mauri, & etiam Mamæ confessoris, atque Virginis Christi venerabilis Placidæ, & reliquiæ de Ligno Crucis Domini, de capillis Virginis Mariæ, Et S. Stephani Protomartyris, atque aliorum Quadraginta Martyrum, & cæterorum innumerabilium Sanctoram.

C

XXVII. 27 S. VINDEMIALIS a, de quo agitur prid. Kal. Martii, apud S. Stephanum tumulatus jacet. De eo hæc pauca in monumentis. Vindemialis Veronæ Episcopus in hoc elaboravit maxime, ut rebus omnibus humanis contemptis commissum sibi a Domino gregem exemplo & doctrina pasceret, vir Christianæ religionis amantissimus, moribus mitissimis Episcopali munere magna cum laude & cum Veronensis populi utilitare functus est.

a De eo act. Febr. tom. 3. p. 749.

XXVIII. 28 S. SYLVINUS fuit Episcopus Veronensis, qui, ut habent acta, in tradenda Christiana doctrina magnopere semper laboravit; industria sua est consecutus, ut magnam civitatis partem à Christiana pietate alienam, ad fidem Dnmini converteretur. Vir Dei nunquam lætus videbatur, quam cum eleemosynas pauperibus largiebatur, jejuniis & precationibus ita deditus erat, ut iis tanquam quibusdam deliciis delectari videretur: decessit prid. Id. Sept. in eadem Basilica s. Stephani exceptus.

XXIX 29 S. LUPERIUS ejus festa die celebratur 17. Kal Decemb. ejus reliquiæ honorifice asservantur in Ecclesia s. Proculi. Vir Deo & hominibus gratus, dum episcopatum gessit, præter multiplicem rerum cognitionem, qua maxime præstitit, valde ad sublevandos egenos natura propensus fuit, ita ut pupillorum & viduarum patronus, & pater suo tempore sit habitus.

D

XXX. 30 S. MANIUS obiit 4. Non. Septem qui dum viait perpetuo studio incumbit, ut Verouenses populos, salutis verbo, & exempln consolaret. Fuit in eo doctrina singularis, ac etiam præclara quædam eloquentia, ut animas Christo in suo episcopatu lucratus sit. Cujus corpus honorifice est elatum, multisque cum Veronensium civium lachrymis in Basilica s. Stephani sepultum.

XXXI. 31 S. PETRONIUS Ecclesiæ Veronensis amplificator fuit; decessit 8. Id. Septem. tumulatusque est apud s. Stephanum miraculoram gloria elatus, doctrina & eloquentia illustris.

A

32 S. CERBONIUS ad hanc dignitatem adlectus decessit 6. Id. Octob. sepultusque est in Basilica s. Procali: de quo Martyrolog. Rom. Vir fuit Evangelicæ veritatis propagandæ incredibili studio inflammatus, & mirabiliter extirpandis hæresibus deditus. XXXII

33 S. SIMPLICIUS floruit circa an. 490. functo functus est 12. Kal. Decembris. De quo Martyrolog. Rom Panvinius scribit Simplicium tumulatum fuisse in Basilica S. Stephani in sepulchro Gallæ Placidiæ, Valentiniani III. Imp. filiæ, habetque Simpliciam fuisse virum humanarum, ac divinarum rerum peritissimum; cum doctrina, ac rebus egregie gestis Ecclasiam Vernnensem illustrasset, amplificassetque circa annum Domini 500. beato fine quievisse. Porro de beata Placidia hæc scripsit ex vetustis monumentis idem Panvinius. *Eo tempore, qua Gensericus Vvandalorum in Africa Rex Vrbem Romanam cepit, & diripuit, inter reliquos captivos, quos secam in Africam duxerit, facre Valentiniani III. Augusti uxor Eudonia, & duæ ejus filiæ virgines Honoria & Galla Placidia, en quibus Honoriam Transmuado filio suo uxorem dedit. Galla vero Placidia haud multo post in Italia remissa libera, Olybrio Occidentis Imperatori nupsit. Quo mortuo viduitatem, & castitatem professa, se ipsam divinæ tradidit philosophiæ, atque Hierosolymam usq; profecta, ibidem in Dei timore aliquot tempus mansit. Revertens autem in Venetiam applicuit; Veronamque cum venisset, à Rege Italiæ Theodorico, & universo Veronensium populo honorificentissime suscepta est, multisque, ac magnis muneribus donata. Quum autem aliquanto post tempore Ravennam proficisci pararet, à civibus rogata, per integrum annum Veronæ substitit, ubi divina virtute plura miracula, & prodigia faciebat. Nam inter reliqua nobilis matronæ Orabilis filiam Drudam gravi ægritudine venatam, sine alia medica ope solis precibus liberavit, atq; non longe post levi febre correpta, Veronæ pie quievit 6. Idus Octobris. Cadaver in ecclesia S. Stephani in Castello sumptuoso funere conditum. Quæ Basilica olim Veronæ Cathedralis erat. In qua, præter unum & xx. sanctoram Episcoporum Veronensium corpora, jacent etiam cadavera sanctoram xl. Martyrum Veronæ sub Diocletiani persecutione cæsoram: item IIII. sanctorum Innocentium corpuscula. Ibidem etiam sepultus est Marcianus illustris in Italia Patritius, qui Cos. fuit anno Christi CDXXII. sub Leone Imperatore. In eodem porro sepalchro, in quo beata Placidia, tumulatus etiam est nostræ urbis Episcopus S. Simplicius, quem per hæc tempora vixisse constat. De Simplicio agitur in ecclesia Veronensi 5. Id. Octob.* XXXIII.

34 *S. SENATOR Veronensis Episcopus erat in humanis ex Tinto lib. 5. Veron. Hist. anno 500. obiit paulo post 7. id. Januarij, cujus corpus requiescit in Ecclesia S. Stephani ex Monumentis Sanctorum Veron. Episcnporum apud Bagatram, & Perettum, de quo Martyrol. Veronen. dicta die sic. *Veronæ S. Senatoris ejusdem civitatis Episcopi, qui in munere Episcopali eximiam doctrinam cum sanctitate mirabiliter exerceas, tandem in pace quievit.* [„ De eo vide Bollandum in Actis SS. Januarii, p. „ 357. qui inter Proculum, & Probum locandum „ censet Senatnrem.] XXIV.

* Ex App. tom. 3.

35 S. SERVULUS b defunctus est 4. Kal. Martij in eadem Basilica sepultus. Bonus Dei servus, toto sui Episcopatus tempore, ita Deo inservivit, ut omnem humanam laudem contemneret, omnes cogitationes, omnia studia, omnes demum actiones ad populi Veronensis salutem referret. * Hic vocatur, & Servus Dei, licet de hoc, ut de alio à sancto Servulo meminerit Canobius in tab. & Perettus in Catal. qui Symmachi Pontificatu in humanis agebat, sub quo Romæ sex concilia celebrata fuere, quorum postremo & Servus Dei interfuit an. 504. c Consule lib. Conciliorum tom. 10. In hoc Bonifacius Aquilejen. cum Servo Dei Veron. Antistire affuisse cernitur. XXV.

b De eo Acta SS. Febr. tom. 3. p. 662.

* Ex Append. t. 3.

c Et an. 503. synodo Palmari.

XX XVI. 36 S. VERECUNDUS vir pius religione, doctina, & morum gravitate Veronensem Ecclesiam mirum in modum illustravit. Obiit vero 11. Kal. Novemb. FL. Anicio V. C. sine collega Cos. Justino seniore Augusto, & Theodorico Italiæ Rege anno 523. sepultusque est in æde omnium vetustissima S. Petri in arce supra theatrum vetus fabricata, cujus tumulo hoc est incisum epitaphium.

HIC REQUIESCIT IN PACE
SANCTÆ MEMORIÆ
VERECUNDUS EPISCOPUS

Vacavit Veronensis sedes post Verecundi obitum mensem unum, dies 25.

XX XVII. 37 S. VALENS Verecundo in Episcopatu successit, omnium votis 6. Id. Decemb. suffectus est, qui cum iisdem artibus & studiis, quibus sancti prędecessores sui, vixisset, populumque in vera religione an. 7. menses 7. & dies 18. rexisset, 7. Kal. Aug. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. Anno Christi 531. Justiniano Magno Imp. & Athalarico Italiæ Rege migravit ad Dominum. Corpusculum cum solemni funeris pompa in æde S. Petri in arce prope prædecessorem suum collocatum est; cum annis plus minus 45. vixisset. Quæ omnia ex ejus sepulchri inscriptione ita liquent exarata.

HIC. REQUIESCIT. IN PACE
SANCTUS. VALENS.
EPISCOPUS. QUI. VIXIT. ANNOS.
PL. M. XXXXV. ET SEDIT
EPISCOPATUM. ANNOS
VII. MENSES VII. ET DIES
XVIII. ET RECESSIT. SUBP.
VII. KAL. AUGUSTAS.
P. C. LAMPADI. ET
ORESTIS VV. CC. IND. VII. a

a Indictio IX. currebat hoc anno.

XX XVIII 38 SOLATIUS vixit temporibus Pelagij II. Papæ, subscripsitque b cum pluribus aliis Istriæ Episcopis decreto Heliæ Patriarchæ de transferenda sede ad Insulam Gradus, de qua agit Dandulus in Chronic. & vetus codex Bibliot. Barberinæ de Novæ Aquilejæ Patriarchis. Sub Solatio Episcopo scribunt cum Panvinio alii ab Abbate Feroce Monasterium vetustissimum S. Mariæ de Organo extructum fuisse, referuntque fundationis diploma ab eodem Pelagio Papa II. editum, cujus exemplar idem ipse Panvinius affert. Verum cum ibi plura recenseantur, quæ longe à veritate toto cęlo aberrant, aliorum judicio saniori examinanda relinquo, illudque tanquam adulterinum, vel valde suspectum in medium afferre volui. Privilegium ita exscriptum fuit. (1)

b an. 579.

Pelagius Universalis Episcopus Paulo dilecto in Domino filio sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ perpetuam in Domino salutem. Cum magna nobis sollicitudine insistit cura pro universis Ecclesiis Dei, ac piis locis vigilandam, ne aliquam necessitatis jacturam patiantur, sed magis propriæ utilitatis stipendia consequantur; convenit nos tota mentis appetitione Ecclesiarumque locum earundem stabilitatem integritatem maxime procurare, ut Deo Omnipotenti sit acceptabile id, quod pro ejus sancti nominis honore & gloria studemus confirmare. Unde quia postulastis à nobis, quatenus Patriarchatus S. Aquilejensis Ecclesię cœnobium quod Ferox Abbas extra muros civitatis Veronæ in loco, qui dicitur ad Organum, construxit, quod vestræ subjecit ditioni cum omni suo honore, & suis pertinentiis totum confirmaremus, inclinati vestris precibus & per interventum, atque petitionem Serenissimi Tiberii Constantini Imperatoris, consentiente quoque Solatio Veronensis Ecclesiæ Episcopo, vobis, vestrisque successoribus Apostolica auctoritate concedimus, & per hujus nostri privilegii paginam cœnobium S. Mariæ ad Organum confirmamus, statuentes quoque ipsum vobis Monasterium cum omnibus terris cultis, & incultis, seu decimationibus, cum omnibus attensionibus, vel appenditiis quæsitis, vel inquirendis, nec non ipsius loci Ecclesiæ assuetis ordinationibus consecrationum, & omnium sub jure nostro atque dominio, vestrorumque successorum subjacere, atque pertinere corroboramus, statuimus, & Apostolica censura sub divini judicii obtestatione & anathematis interdicto, ut nullus unquam nostrorum successorum Pontificum, nullusque Episcopus, nullaque magna, vel parva persona quamlibet ordinationem Abbatis facere præsumat, nisi nostro consensu, nostrorumque successorum. Si quis vero, quod non optamus, temerario ausu, nostri hujus Apostolici privilegii transgressor extiterit, sciat se auctoritate Dei Omnipotentis, & Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, qui eorum vice fungimur, maledictum, & anathematizatum. Qui vero pro intuitu custos & asservator hujus privilegii extiterit, benedictionis gratiam à nostra sede, & à misericordissimo Deo nostro consequi mereatur in sæcula sæculorum.

Scriptum per manus Laurentii presbyteri S. R. E. Bibliothecarii mense Martio Indic. III. Bene valete.

Ego Pelagius Rom. sedis Pontifex ss.
Ego Solacius Veronensis Episcopus.
Ego Ferox Abbas Monasterii.

39 JUNIOR vixit temporibus S. Gregorij Papæ I. Hunc apud Paulum Diacon. in Hist. nominatum invenio inter decem Episcopos, qui Concilio Mariano adfuerunt, quo in Concilio Severus Patriarcha Aquilejensis, peccatum suum & fassus, & detestatus est c, quod antea Smaragdi Patritij suasu una cum aliquot suæ ditionis Episcopis in Manichæorum sectam consensisset, ac Ravennam ab eo perductus, cum Joanne Episcopo Ravennate amicitiæ fœdus confirmasset: qui Joannes à Vigilio, & Pelagio summis Pontificibus, à Romana Ecclesia desciverat. Multa alia gessisse Junior hic Episcopus memoratur à Panvinio cap. 9. lib. 5. Veron. Antiq. Junioris item meminit Baronius ad an. 590. Et Sigonius 588. (" *Hic unus fuit ex iis Episcopis qui* " *nequiter libellum dedere Mauritio Imperatori, ac* " *cogerentur Romam ad Synodum accedere ex præ-* " *cepto M. Gregorii.*) XXX IX.

c Hæc corrigenda ex iis, quæ diximus in Aquilejen. ubi de Severo.

40 PATERNUS Episcopus fuit regnante Luitprando an. 720. vir in divinis scripturis eruditissimus, de quo in vetusta hac inscriptione, quæ in columnella incisa est sub ara maxima Basilicę S. Georgii in valle Policella mentionem fieri inveni apud Panvinium. XL

In Nomine. Domini. N. Christi. de donis S. Joannis Baptistæ dedicatum est....
sub domino N. Luitprando Rege & sub
Paterno domino Episcopo & Custodibus
ejus Vidaiano & Tancol. Presbyteris &
Refol. Gastaldio Gondelif. indignus Diaconus scripsi.

Vixit Paternus longo tempore in hujus Ecclesiæ administratione, eoque forsan vivente Karolus Magnus Rex, Caroli Martelli natu maximus, Pipini cognomento Crassi nepos, Pipini Brevis. Ægidij Rothomagensis Archiepiscopi, & Grifonis germanus frater, Caroli Magni Imp. patruus an. 743. Basilicam, & Cœnobium S. Zenonis insigni pri-

(1) Non abs re adulterinum suspicatur hoc diploma Ughellus noster, siquidem non Pelagii, qui illud edidisse fertur, non Pauli, cui inscriptum opporet, non denique Tiberii Constantini imperatoris, cujus interventu, & petitione datum dicitur, tempora neque inter se cohærere possunt, neque cum notis Chronicis, quæ in fine privilegii apponuntur, *Indictione* videlicet *III. mense Martio*. Semel tantum indictio III. incidit in Pelagii II. pontificatum, nempe in annum Christi 585. qui erat Pelagii octavus, sed jam pridem è vita excesserat Paulus Aquilejensis Antistes, cui deinde successerant Probinus, huic vero Helias, qui eodem anno 585. in Aquilejensi cathedra sedebat. Verum & Tiberius Constantinus Imperator anno jam 582. decesserat. Neque eo imperante tertia cecidit indictio. Si quis autem à Pelagio I. cui revera Paulus Aquilejensis Præsul synchronus fuit, hoc diploma datum asserat, non ideo reliqua convenient. Nam & Tiberius nonnisi an. 574. Cæsar fuit declaratus, cum multo ante devixisset Pelagius I. & indictio III. mense Martio in hujus Pelagii pontificatum non incidit. Ut enim electus fuerit Pelagius anno 555. ut autumat Pagius, quo anno revera tertia indictio currebat, cum electio contigerit mense Aprili, mensem Martium hujus indictionis, & anni ad Pelagii Pontificatum minime spectasse quis non videt? Huc accedit, quod à Pelagio Paulus ille S.R.E. hostis est habitus, & illegitime ordinatus, ut ex ejus Epistola, quæ extat in 2. par. decr. q. 1 c. 2[illegible] c. 3[illegible]. quæque illic perperam D. Gregorio tribuitur colligi potest, adeout à Pelagio Paulum privilegiis ornatum haud facile quis sibi possit persuadere. Neque aliud falsitatis hujus diplomatis argumentum leve est, quod à Pontifice Aquilejensis Antistes *Patriarcha* appelletur. Esto enim quod Pelagii II. tempore à Schismaticis Aquilejensis præsul, eorum caput, hoc titulo cœperit honorari (hæc enim ab eruditis censetur hujus Patriarchatus origo) non ideo tamen in illum tam cito consensisse Pontificem, ut durante adhuc schismate ab Ecclesia sejunctum Antistitem novo honoris, & prærogativæ titulo voluisse adaugere.

privilegio exornavit, ut ex vetustissimo exemplari intelligi potest ex Archivio ejusdem cœnobij excerpto; ita enim scriptum est.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Karolomannus divina favente gratia Rex. Si de rebus transitoriis Deo, & sanctis, vel Deo dicatis hominibus nostra consolamina præbeamus, inde nobis mansura gaudia provenire liquido credimus, & juxta Datoris vocem in hoc sæculo centuplum accipiemus, & quod melius in futuro est, vitam possidebimus æternam. Qua propter noverit industria omnium fidelium nostrorum præsentium ac futurorum, qualiter nostrorum cæterorumque fidelium assensum præbentes pro anima Pipini avi, & Karoli Martelli patris mei, ac nostra, ac omnium fidelium defunctorum dedimus Monasterio S. Zenonis curtem nostram nomine Disentianum juxta ripam laci positam cum omnibus ædificiis suis, & pertinentiis, terminisque suis, & cum mancipiis duobus, idest servis Germanis, cum Calvulo, & Orthoberto cum uxoribus eorum, ac filiis, & cum terris cultis, & incultis, campis, agris, monticellis duobus, silvis, pascuis, pratis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, & cum omnibus adjacentiis suis mobilibus, & immobilibus, quæsitis, & inquisitis, usque Maguziano, & ripas, piscationes, & venationes, pascuas usque ad arcem Minervæ Scovolo, ac per totas ripas lacus, seu cum omnibus casis, & rebus, quæ Adelbertus habet in Isola, ac in Scuvolo cum filiis, & filiabus, viaeis, campis, & olivetis, & omnia ad eumdem pertinentia à meridie per ripas lacus, piscationes, ac venationes usque Servuonem, & Piscariam, & per totam silvam de Lugana, venationes porcorum, cervorum, capreolorum omni tempore sine omni hominum contradictione. Hæc enim omnia supra taxata in memoratis, & castrum cum curte, & plebe juxta ripam lacus positam, & Desentianam nomine cum omnibus superius nominatis donare prævidimus de nostro jure, in jus, ac proprietatem monasterio S. Zenonis sito foris civitatem Veronam juxta ripam Athesis, & in jus, & proprietatem tradimus, atque transfundimus. Quatenus perpetuis temporibus ea omnia superius nominata teneat, atque possideat, liberamque in omnibus habeat potestatem Abbas Deodatus, qui nunc est, ac sui sequentes perpetualiter tenendi, donandi, vel quidquid libuerit faciendi, nullo successore nostro unquam interrumpente, vel mutante; sed maneat hæc nostræ authoritatis largitia perpetuis temporibus, firma, ac inconvulsa tum ipsi præfato Abbati, quam etiam in posterum cunctis sequacibus suis. Ac ut hæc authoritas nostræ largitionis ab universis fidelibus per cuncta futura tempora firmior habeatur, ac verius credatur, ac diligentius conservetur manu propria nostra confirmavimus, ac sigillo nostro sigillari jussimus.

Signum Karoli- ... manni invi-
ctissimi Re- ... gis.

Mandavit Not. ad vicem Theot. Mais. rog.

Dat. 11. Non. Octob. anno 3. regni Karolimanni serenissimi regis in Bajovaria, & in Italia 5. ind. 12.

Actum in claustro S. Zenonis in Dei nomine feliciter. Amen.

Hocce privilegium Karolimanni clarissime ostendit Zenonianam Basilicam, cœnobiumque, ut dicebamus, ante Pipinum Regem, Rotaldumque Veronensem Episcopum ædificatum fuisse. Quod autem in documento scribatur anno Karolimanni V. in Italia, cum mihi non constat ex historiis illum fuisse Italiæ Regem, possem quidem divinare regium titulum Italiæ donatum à Rom. Pontificibus Carolomartello patri, eidemque successisse idem Karolusmannus ante exactos Longobardos Reges. Italiæ Regnum in Longobardos usque ad Desiderium perduravit, qui à Carolo Magno captus anno 774. vel ut aliis placet 776. & in Galliam deductus finem Longobardorum regno dedit. At cum Martellus Karolimanni pater Ecclesiam Romanam, ac Gregorium III. Pontificem à Longobardis viribus, quibus Luitprandus præerat, vindicaverit an. 739. ut Genebrardus refert lib. 3. Chronolog. ex quo, ut ipse testatur, multæ benedictiones in ejus posteritatem redundarunt; potuit, inquam, esse quod tunc Karolomanno ejus filio regium nomen in Italia imposuerit, Gregorio annuente. Monumentum constat ex Indictione XII. datum anno 743. qui cum dicatur quintus regni Karolimanni in Italia, sequitur ejus primum fuisse 739. quo tempore pater ejus Martellus Gregôrium ab armis Longobardicis vindicavit. Sed hæc omnia gratis, & sine fundamento divinare licuit, & monumentum alioquin dignissimum, ab aliquo ob maximam insciciam olim viciatum, fabulandi occasionem dedisse, cum pro certo ab omnibus habeatur primum ex Francorum Regibus, qui Italiæ Regni titulum sortitus sit, Carolum Magnum post devictum Desiderium fuisse. Cæterum Karolusmannus cum Pipino fratre regnum partitus, Austrasiam, eamq; Galliæ partem trans Rhenum sortitus, armis potens primum sæpe sæpius Odilionem Baioariæ, & Homoaldum Aquitaniensem principes, inita defectione, cohibuit, Alemannosque, ac Saxones tumultuantes depressit. Religione deinde tactus humanis spretis, sanctissimi Bonifacij Germanorum Apostoli consiliis, adhortationibusq; adductus Soractem montem adiens, Casinum postea se contulit, ubi monachico indutus cucullo, miraculorum gratia insignis evolavit ad cœlum. Hæc de Karolomanno Rege, ejusdemq; privilegio Zenonianæ Basilicæ, & monasterio concesso delibasse sufficiat; quod factum aliqui putant Paterno Episcopo spiritualium rerum apud Veronenses moderatore, alii Aunone sedente. Porro Zenonianum hocce Benedictini Ordinis Cenobium divitiis, Pontificum, Cæsarumque privilegiis præmultis exornatum inter hujus urbis monasteria insigne habetur, cujus Abbatum seriem ab anno 807. ad nostram usque ætatem ex vetustis monumentis ejusdem placuit hic recensere, ne tanti Zenoniani templi Præsules ab hac nostra narratione exulare videantur.

1 Deodatus primus, qui in vetustis monumentis reperiatur Abbas S. Zenonis, de quo mentio in privilegio Karolimanni an. 743. 2. Non. Octob. Ind. 12.

a Autebertus an. 816. hujus Cœnobii Abbas, qui cum Rotaldo Episcopo Veronensi à Ludovico Pio Imp. confirmationem privilegiorum obtinuit.

3 Leo 833.

4 Elbonus 845. cujus tempore Adelardus Veronensis Episcopus in hocce monasterio cathedram regebat Episcopalem.

5 Autebertus 894.

6 Joannes 911. Presbyter, ac Præpositus, inde Abbas.

7 Andalbertus 920.

8 Leudibertus 981. sub hoc Hildericus Episcopus in hoc monasterio cathedram Episcopalem sustinuit; idem fecit Ochbertus Episcopus.

9 Teuzo 1009.

10 Rozo 1009. eoque sedente Hilprandus Episcopus ibidem suam administrabat Episcopalem cathedram.

11 Michael 1015.

12 Albericus 1045.

13 Turrisindicus 1067.

14 Varinerius 1072.

15 Vuernerius 1089. forte idem cum superiore.

16 Vernigerius, vel Vetcengerius anno 1092.

17 Giraldus 1108.

18 Ubertus 1110.

19 Benedictus 1115.

20 Ambrosius 1120.
21 Silvester 1132.
22 Nobilo, sive Nobilis 1139. de quo mentio in mnnnmentis Zenonianis ad annum nsque 1163.
23 Gerardus 1165.
54 Ugn 1187.
55 Turrisendus 1500.
56 Riprandus 1513.
27 Albertus 1224.
28 Benedictus 1528.
59 Gilbertus 1239. Rector, & administrator bonorum S. Zennnis per Federicum II. Imp. creatus creditur, quod Beoedictus tamquam Guelphus, vel aufugerit, vel ipsi demortno à Federico subrogatus fnerit. Post hunc Ventura de Mascolino fnit Rector monasterii 1245. deinde alii monachi Massarii, seu custodes fueruot.
30 Maschabruons Abbas 1250.
31 Petrus 1552.
35 Albertus de Gripis de Snavio electus eodem anno 1255.
33 Petrus II. 1266. de quo mentin ad annum 1290.
34 Joseph de la Scala 1292.
35 Sperandco 1314. Qui fuit inde Episcopus Vicentinus.
36 Franciscus de Tempraynis, sive de Templaynis 1315. postea Episcopus Vicentions.
37 Bartholnmæus Scaliger 1328. inde Episcopus Veroneosis.
38 Omnibonus de Peliegrinis 1337.
39 Philippus de Roccio 1349.
40 Jacobus de Mnlinellis de Brevaria Ardizonis filius, 1362.
41 Joannis Æniardi filius eodem annn successit Jscnbn.
45 Ottinellus de Pastis Bonomi de Ponsnnn filius ex mnnachn S. Firmi eligitur à Petro Episcnpo Vernnensi 1364.
43 Jacnbus de Pastis 1387.
44 Petrus Paulus de Capellis 1391.
45 Petrus Milius, seu de Æmiliis Brixien. Comitis Philippi, & Catharinæ Lupæ Bergomensis fœmioæ nobilissimæ filius, præclara onbilitate, ac rerum gestarum illustris, Abbas commendatarius S. Zenonis a Bonifacio IX. anno 1402. electus sub Martinn V. Referendarius Apostoiicus, Abbas de Rosaciis Aquilejensis diœcesis, Apostnlicus Nuncius ad partes Lombardiæ, & ad inchoandum Generale Conciliumtum Senis, mox Papiæ destinatus, in Columnam familiam ascitus, Marchiæ Ancnnitanæ Præfectus, Aesium, Asculum, pluraque ecclesiasticæ ditionis nppida summa prudentia, invictoque animn Romanæ Ecclesiæ recuperavit. Pnntifici, Principibusque charus, Senatoque Veneto charissimus, qui non semel Martinum Pnntificem per litteras exoravit, quæ adhuc cum innumera Pontificis ad ipsum data brevia apud posteros extant, ut Petrum in numerum Cardinalium coopiaret, currentem Pootificis voluntatem statum disrupit adversum, cum Petrus excesserit è vivis 26. Septemb. 1426. Maceratæ communi omnium luctu, pnblicoque decreto funebri pompa in cathedrali elatus, ibidem sepulchrum accepit. Octo habuit germanos fratres non minori virtute præditos, quorum Joannes è Brixia Veronam bono Veronensium omine suos traduxit penates, eorum posteri armis, & sagn avitam nobilitatem propagarunt. De Æmilia gente Romana patria, à qua hæc derivare ferunt, scripsit Richardus Streinnius tom. 8. de dnmibus, & familiis Romanorum, Leander Albertus, Paovioius in Martino, & alii, qui de Brixiæ, Veronæque familiis perscripsere.
46 Marchus de Æmiliis Petri frater 1421. ex dimissione ejusdem eligitur Abbas. Romæ obiit aon. 1430. Hic mensam Abbatialem à conventuale disjunxit.
47 Antonins Cardinalis Corrarius Venetus annam 1430. Abbas commendatarius, quemadmodnm & alii sequentes fuere usque in hodiernum diem.
48 Gregorius Corrarius Venetus 1443.
49 Jacobus Surriauns Venetus 1464.
50 Baptista Card. Zeno 1482.
51 Marcus Card. Cornelius 1501.
55 Andreas Card. Cornelius 1514.
53 Jacobus Cornelius Venerus 1531.
54 Franciscus Cardin. Commendonus anno 1567.
55 Alexander Card. Farnesius 1584.
56 Marcus Cornelius Episcopus Patavinus 1589.
57 Augustinus Maurocenus Venetus Archiepiscopus Damascenus 1626.
58 Petrus Contarenus Venetus 1629. resignavit, & uxnrem duxit.
59 Victor Grimanus Venetus 1639.
(„ *60 Cardinalis Barberinus an. 1657. vivente adhuc Victore Grimano.*
„ *61 Victor Justiniunns an. 1664. cum Cardinalis Barberinus renunciasset.*
„ *62 Vincentius Molino an. 1665.*)

XLI. 41 S. ANNO [a] Vernnensibus nrtus parentibus, non minus religione, quam generis nobilitate clarus, ad Veronensem sedem ex presbytern ejusdem Ecclesiæ nmnibus Cleri, populique suffragiis adlectns est circa annum Dumini 751. Hic sororem habuit oomine Mariam feminam piam, & altæ indolis, quæ, quod urbem multiplici inventorum ab se remediorum genere sublevasset, consolatricis sibi apud populum cognnmen invenit; & post mortem inter divas relata; Veronæ etiam cum summa populi veneratione colitur. Hujus sacræ Virginis acta breviter ex vetustis mnnumentis refert Raphael Bagatts. *Maria cognomine consolatrix, virgo Veronensis nata clarissimis parentibus, clarafuit non minus animo, quam stirpe, cam à quamplurimis nobilibus in conjugium ob generis nobilitatem, ac corporis formam optaretur, virginitatem, quam à prima ætate Domino consecrarat, sibi in omni vita conservandam statuit, repudiatis omnium votis, & precibus jejuniis, vigiliis & orationibus assidue vacabat; moribusque puellaribus ad sanctæ fidei regulam compositis, totum se eleemosynis, aliisque piis actionibus dabat. Huic sanctæ Virgini, cum populus Veronensis annos jam septem ingenti fame ob aeris siccitatem laboraret, in hujusmodi calamitate deprecanti quadam nocte in quiete divinitus est revelatum: non antea pluviis de cœlo missis terram irrigaturum Dominum, quam beatorum martyrum Firmi, & Rustici corpora, quæ imperante Maxim. impiissimo tyranno Veronam martyrii gloria consecrarunt, inde asportata in eandem civitatem restituerentur. Hæc à Maria sorore sua beatus Anno Veronæ Episc. audiens, idem sibi eadem nocte revelatum fuisse affirmavit. Quare de totius Cleri, atque etiam omnium civium consensu statuit eligendos esse homines, qui corpora illa diligenter perquirerent. Qui cum in urbe Istriæ Capris inventa à se esse renunciassent, affirmassentque oppidanos inde auferri non passuros, nisi æquato cum his pari pondere argenti, & auri redempta. Quantum ipsorum corporum pondus esset, cum fuisset compertum, Virgo sancta prudentia insignis cum argento, & auro, quæ undique, maxime autem ex matronarum ornamentis, collegerat, ad conficiendum negotium dimittitur. Quæ cum in Istrium venisset, & corpora sanctorum in statera ponderarentur, tum levia divinitus sunt facta, ut modica admodum parte ejus precii, quod secum attulerat, redempta sint. Itaque Virgo Dei, quod superfuit, totum in patriam reportavit. In navim autem sanctis corporibus summa cum religione impositis, redeuntem cum iis in patriam Virginem, ea ut eriperent Istriæ cives, quod Dei miraculum præstigium nominarent, navibus insecuti sunt. Orante autem Virgine, ejus navis ita concito cursu ferebatur, ut qui insequebantur, eam non solum consequi*

[a] De eo Acta ss. Maii tom. 5 p. 156.

non potuerint, sed ne prospicere quidem quoten- deret. Venerabilis Episcopus advenienti Virgini forori cum Clero, ac universo populo secundo Athesi obviam solemniter processit, sanctaque lætitia persusus magna cum gratulatione illam excepit. Omnes qui aderant, navim conscendentes beatorum Martyrum corpora venerati sunt: quibus intra civitatem communi cum omni lætitia receptis, mox pluvia cælitus demissa est & arefacta jam terræ facies irrigata cælestibus imbribus est fecundata. Quare consolatricis cognomen Virgo sancta tunc merito est sortita. Reliquum vitæ suæ tempus jejuniis, orationibus, & piis operibus traducens kalendis Augusti migravit ad Dominum, cujus corpus in ecclesia in ejus honorem extructa honorifice est conditum. Hæc ille. Theobaldus Episcopus post plura secula sanctæ hujus Virginis in arca lapidea ejusdem ecclesiæ, super qua celebratur, reclusit corpus, ubi in fronte operculi arcæ incisus est hic versus.

Solare propellis meritis ceu nomine fulges.

In adversa fronte operculi Orientem versus.

Veronæ populum felicem quo trahis ortum.

In medio spatio arcæ sunt hi versus.

O consolatrix cognomine dicta Maria,
Virgo restauratrix populi quam vera sophia,
Confovet in cæli radiis splendore fideli
Veronam serva meritis, pietate guberna.
Hoc tumulo Præsul condit tua membra Thebaldus,
Annis bis denis Domini cum mille trecentis,
Luce Dei prima mensis qui Junius altus
Dicitur à lucis spatio: miserere petentis.

In medio spatio arcæ ad Oriccotem hæc alia carmina leguntur.

Fulget tunc eadem lux inclyta mensis, & anno
Cum Præsul sanctæ memoratus consecrat aram
Luce quaterdena superauctus pareitur annus
Jam bene contritis annalis in octo diebus.

In spatio ipsius arcæ ad Meridiem.

Hic consolatrix requiescit sancta Maria.

Porro, translatio Ss. Firmi, & Rustici habetur 11. Kal. Decemb qua etiam die celebratur translatio Ss. Primi, & Marci, Lazari, & Apollinaris Subdiaconi, & Mart. quorum corpora ex Tergestina civitate Veronam fuerunt relata à S. Maria Consolat. & recondita à S. Annone Episcopo anno 755. in Ecclesia S. Firmi majori in crypta sub confessione ejusdem ecclesiæ post altare majus in sepulchro marmoreo, ubi post ipsum altare sunt hæ literæ in duabus tabulis depictæ.

Translatio Sanctorum Martyrum hic requiescentium facta fuit XI. Kal. Junii anno Domini DCCLV. per Beatum Annonem tunc Episcopum Veron. cum universo clero, ac Populo solemnizata.

S. Apollinaris festus agitur Tergesti octavo Idus Decembris, qua die passus habetur anno Domini 151. Acta ejusdem refert Nicolaus Manzolus Justinopolitanus in Istriæ historia. Sancti Martyres Primus Presbyter, & Marcus Diaconus apud eandem Tergestinam civitatem martyrii palmam adepti dicuntur sub Adriano Imperatore, Præside Attalio, quorum commemoratio habetur sexto Idus Maii. S. Lazari vero Diaconi, & Martyris festus celebratur Veronæ die 12 Aprilis, cujus Acta ibidem habentur. Cæterum Episcopus Anno edem Ss Virginum Tuscæ, & Teuteriæ ejusdem discipulæ erexit, & utriusque cadaver marmoreo ibidem in sepulchro honorifice collocavit, haud longe ab ecclesia Ss. duodecim Apostolorum. Cum autem de Ecclesia Veronensi optime vir sanctus meritus esset, obiit sub eodem Rege Carolo Magno circa annum Domini 780. cujus corpus postea in cathedrali conditum est sub Divi Andreæ ara cum hoc elogio.

Veronæ Præsul cæli qui fulget in arce,
Hic situs est Anno sanctus pater inclytus urbis.

FLORUIT B. ANNO

CIRCA ANNUM DOMINI DCCLX.

42 * LOTHERIUS ex Veronensi Canonicorum tabulario teste Peretto, s. Annonis, successor habetur ad ann. 780. de quo non egimus in nostra serie; cujus etiam meminit in Aldone. nomen tamen reticet Augustinus Pazanus Veronensis Canonicus in suo M. S. commentariolo Veronen. Canonicorum. XLII.

* Ex Append. t. 5.

43 ALDO successit Annoni a. Sub Carolo Magno vixit anno 790. sub quo Ecclesiæ Cathedralis bona, & facultates ex regnorum mutatione dilapidata, amissa, & deperdita fuisse quæritur Rotaldus successor in instrumento erectionis, consecrationisq; Basilicæ S. Georgii prope cathedralem factæ a Maxentio Patriarcha Aquilejensi, quod infra dabimus in Rotaldo. XLIII.

a Lotherio.

44 EGINUS Aldoni successisse verosimile est, cujus obitus dies in veteri chronica monasterii S. Galli apud Franciscum Duchesne t. 3. Hist. Francorum iis verbis recensetur. *Anno 802. Eginus Episc. Veronensis obiit.* De eo nihil extat memoriæ in tabulis, neque in monumentis ejusdem Ecclesiæ. XLIV.

45 ROTALDUS in Veronensi Episcopatu Egino successisse videtur ann 802. qui quam laudabiliter in obeundo Pontificali munere se gesserit, mireque Christianam pietatem in civitate sua diligentia promoverit, multa ejus egregia facta testimonio esse possunt. Quo sedente Carolus Magnus Imperator ann. 805. (1) concessit Goadelberto Abbati S. Mariæ de Organo jus libere navigandi absque ulla solutione navalium. Exemplar diplomatis ex ejusdem cœnobii tabulario ita loquitur. XLV.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Domini Dei æterni, imperante D. Carolo Magno Imp. an. 4. de mense Novembris Indictione 13. feliciter.

Si erga venerabilium commoditatem locorum justa provisione curam impendimus, cælestibus superni suffragii ventura subsidia proculdubio speramus. Idcirco universorum sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium scilicet, ac futurorum animadvertat solertia, qualiter obsecrationis Guadelberti venerabilis Abbatis cœnobii beatæ illuminationis mundi semper Virginis Mariæ, quod situm est in suburbio Veronensi, loco qui dicitur Organo, præclara serenitate faventes, concedimus eidem reverendo cœnobio, ut per omnia loca sub nostri regimine imperii constituta naves, & plaustra ejusdem monasterii libere, & absolute absque ullius refragatione, vel contradictione incedant. Ita ut neque navalia telonia, quæ ripaticos vocant, atque terrestria, neque in transitibus portarum, vel pontis urbis Veronæ, vel cujuslibet alterius civitatis, aut oppidi aliquid dare, seu persolvere cogantur. Alius autē nullus omnino Episcopus, Comes, vel guastaldius, aut actionarius, sed nec qualibet ecclesiastici ordinis, seu publicæ administrationis persona ab hominibus ejusdem sacrosancti cœnobii exigere præsumat. Addimus etiam, & pro stabilimento imperii, atque remedio animæ nostræ sancimus, ut ubicumque ad præfatum aliquid pertinet monasterium, sive in montibus, seu in planiciebus secundum legum promulgationes Romanorum, si qualibet inde particula diminuta fuerit, requiratur, ita ut per circum manentes boni testimonii, bonæque famæ homines inquisitta de rebus ejusdem fiat cœnobii, sicque ad jus, & dominium, atque possessionem perpetuam ipsius monasterii devolvatur. Permutationes vero immobiliū rerum ejusdem Monasterii, quæ factæ sunt, tam cū prędiis potestatis nostræ quam cum aliis hominibus, ita firmas, & stabiles perenniter fore decernimus, ac si ab initio constitutionis ejus, ipsæ res eidem collatæ fuissent cœnobio Si quis igitur temerarius aliquid contra hujus nostræ sanctionis pragmaticum machinari, vel peragere præsumpserit, sciat se xxx. librarum communitatis nostræ pœnam persoluturum, medietatem parti palatii

(1) Anno 804. datum Caroli M. diploma ex ejus notis chronicis in promptu est arguere. Siquidem mense Novembri ejusdem anni 804. currebat adhuc annus quartus Imperii ejusdem Caroli electi an. 800. die Natalis Domini, ac juxta Francorum morem inceperat enumerari Indictio XIII.

tii nostri, & medietatem sæpedicto sancto cœnobio. Et ut certius credatur, seu ab omnibus inviolabiliter observetur, annulo nostro subter sigillavimus.


Signum.



Rotaldus vero una cum Pipini Caroli Magni Imp. filii tunc Italiæ Regis opibus adjutus nobile templum, ac cœnobium d. Zenonis reparavit, elatumque ejusdem divi tutelaris corpus ex antiquo oratorio in eum collocavit 12. Kal. Iunias anno 807. Hujus reædificationis, ac renovationis, collatique beneficii tam per Pipinum, quam per Rotaldum, meminit Ludovici Pii Imp. nobile diploma ex archivii pervetusto exemplari ejusdem monasterii exscriptum hujus tenoris.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Imperialem condecet prædecessorum suorum piefacta non solum inviolabiliter conservare, sed etiam censuræ suę auctoritate alacriter confirmare. Idcirco comperiat omnium fidelium nostrorum industria, præsentium scilicet, atque futurorum, quod Rotaldus Venerabilis sanctæ Ecclesiæ Veronensis Episcopus una cum Austerberto Abbate Monasterij S. Zenonis detulit nobis inter cæteras auctoritates Domini, & genitoris nostri Caroli piissimi Aug. vel prædecessorum nostrorum Regum, quoddam præceptum de genitore nostro confirmatum, in quo exaratum reperimus, qualiter dilectissimus germanus noster Pipinus quondam gloriosus Rex, una cum memorato Præsule monasterij S. Zenonis confessoris Christi, quod est constitutum in suburbio prædictæ civitatis, propter divinum amorem, & reverentiam præfati Patroni reædificassent, atque renovassent, & quod olim ab infidelibus hominibus exustum fuisset, & ab omnibus rèbus sibi olim collatis pene privatum; nam neque monachi ibidem consistere quibant, qui horas canonicas & divinas persolverent laudes, nisi Episcopus de prædicta civitate Sacerdotes illuc mitteret, non erat, qui ibidem, ut dignum erat, divinum celebraret officium: unde illi pro animarum suarum emolumento quasdam res, quibus monachi, & pauperes Christi subsidia necessaria futuris temporibus habere quivissent, ad memoratum locum delegare, atque confirmare fore perpetualiter, ac permanere. Ita dumtaxat ut quæcumq; res in comitatu Veronensi per singula loca, idest in primis monasteriolum in honore S. Petri constructum, quod nuncupatur Mauratica cum omnibus appenditiis suis, & decimis: similiter in alio loco quidem Ostelia in jam dicto comitatu Veronensi, seu ecclesia S. Laurentij cum omnibus pertinentiis suis, & decimis. In tertio loco in eodem comitatu Veronensi ecclesiam videlicet in honore SS. Martyrum Firmi, & Rustici constructam cum omnibus pertinentiis suis, atque decimis, seu & horreum infra civitatem Veronam cum areis suis in circuitu, aliæque res tum in civitate Verona, quam extra in singulis locis ab Anselmo comite quondam præfato cœnobio delegatæ sunt, seu & res in Runco, quæ oblatæ sunt ab Oniperto Presbytero. . . . quam in aliis locis montium, sive planitierum habere, ac possidere dignoscitur. Et in comitatu Vicentino montis scilicet Torcello pago Venetiarum, seu & in comitatu Tervisiano, ac Tridentino, Brisciano, Bergomate, Mantuano, Placentino, & Parmensi, Bononiensi, Clumacho, necnon & in omnibus locis Tusciæ, vel ubi aliquid ad idem pertinere supradictum monasterium, vel pertinuisse probatur. Sed pro firmitatis gratia petiit serenitati nostræ, ut paterna auctoritate nostris denuo piis oraculis confirmaremus. Sed quia pro peccatis nostris jam dictum monasterium S. Zenonis exustum denuo, atque deletum est cum aliis hominibus, ut monachi ibidem minime habitarent. Cujus petitioni jam dicti Præsulis denegare nolumus, sed ita à nobis, sicut à genitore nostro factum esse declaratur: ita per hos imperiales apices nostros concessisse, atque confirmasse omnium fidelium nostrorum cognoscat solertia. Denique jubemus, atque decernimus, ut quantumcumque memorata ecclesia S. Zenonis per donationem nostram, vel dilecti germani nostri, seu namque & Rotaldi prædicti Episcopi, vel cæterorum fidelium traditione, vel ipsorum comparatu, seu quolibet attractu juste, & legaliter habere dignoscitur, aut in antea bonorum hominum largitate collatum, atque delegatum fuerit; necnon etiam, & oblationes, quæ fiunt ad S. Zenonem de omnibus quibuscumque mobilibus, vel immobilibus ibidem oblatum, vel offertum fuerit, deinceps cum omni integritate per hoc præceptum nostræ auctoritatis ipsa sancta congregatio monachorum securiter teneat, atq; possideat absque ulla inquietudine alicujus personæ, excepto sicut in priori præcepto nostri genitoris habuerat, ut pro honore succedentium Pontificum instituere, ut in festivitate ipsius S. Zenonis annis singulis, aut manculos viginti, aut quinquaginta solidos argenti accipere debeat Pontifex ipsius civitatis cum suis clericis ab ipsis monachis ibidem deservientibus, & nihil amplius ab eis ab aliquo exquiratur; liceatque ipsis monachis semper ex propria congregatione Abbatem sibi eligere; si vero contigerit ut talem inter se invenire nequeant, tunc una cum consensu Episcopi illius civitatis quærere sibi Abbatem infra diœcesim eamdem licentiam habeant. Hoc vero & nos ob æternam remunerationem addimus, ut Episcopus ipsius civitatis nullam unquam potestatem habeat aliquid inde abstrahere, vel usurpare, vel alicui in beneficium dare, sed liceat eidem congregationi, sub nostra tuitione quiete, & securiter vivere, & Dei misericordiam jugiter pro nobis peccatoribus exorare. Insuper etiam placuit nostræ serenitati de famulis ejusdem monasterii definitiones facere, videlicet feminis liberis, quas Itali herimannas vocant, quæ se famulis ipsius ecclesiæ, & monasterii copulaverint, sive etiam & aliarum Ecclesiarum, videlicet de majoribus titulis, aut de matricularibus ecclesiis, vel diœcesibus, seu monasteriis, vel quibuscunque ecclesiis junxerint, se cum prædictis famulis secundum prædecessorum statuta Imperatorum, & per hujus nostri præcepti authoritatem, sine omni contradictione hominum supradictum sanctum locum inviolabiliter possideat. Si quis vero, quod futurum non credimus, Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu publici administratores, aut privata persona contra omnia supra scripta insurgere, aut in aliquo violare temptaverit infra ditionem regni nostri consistens, sciat se lib. quinquaginta auri probatissimi compositurum medietatem eidem ecclesiæ, & medietatem palatio nostro. Et ut hæc authoritas nostræ concessionis, & confirmationis certius credatur, & per futura tempora diligentius observetur, manu propria nostra subter confirmavimus, & annuli nostri impressione jussimus sigillari.

Signum Dom. Lu-  *dovici serenifs. Imperatoris.*

Data XIII. Kal. Decemb. anno Christo propitio Imperii Domini Ludovici Piissimi Aug. . . . Indict. VIIII. Actum Aquisgrani Palatio Regis feliciter. Amen.

Præ-

Datum est hoc diploma an. 816. (1) in quo incidit nona Indictio, fuitque anno imperii Ludovici 3.

Fuisse Rotaldum virum religiosissimum, rerum Ecclesiasticarum custodem perquam diligentem plura monumenta, immunitates, ac donationes Canonicis Cathedralis Ecclesię ab ipso edita testantur, è quibus unam afferam donationem temporis Caroli Magni sub anno 41. ejusdem regni, & Bernardi Italiæ Regis I. qui fuit annus salutis 813. Ita ex authentico exemplari relevatum diploma ex archivo Canonicorum se habet.

In Nomine Domini Jesu Christi regnante Donno Karolo in Italia anno pietatis ejus quadragesimo primo, & Bernardo glorioso Rege primo sub die octavo kal. Julii Indictione sexta (2) feliciter. Rotaldus ultimus servus servorum Dei, sanctæ autem Veronensis Ecclesiæ Episcopus.

Sanctorum Canonum, Patrumque statuta continent, ut tam de redditibus, quamque & de oblatione fidelium, quatuor fieri debeant portiones, quarum sit una Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. Etenim lex Dei præcipit, ut qui altari deserviunt, de altari pascantur. Igitur adjuvante ipso, qui nos pastores esse voluit, & pascere suas oves, potius quam nos met ipsoe, mandavit, una per consensum, voluntatemque Sacerdotum nostrorum disponere de eorum stipendio volumus, quatenus suam habentes justitiam securi possint in sancta Dei Ecclesia militare. Primo quidem damus, atque concedimus clericis sanctæ Mariæ domus nostræ, tam Presbyteris, quam Diaconibus, universoque gradus ordinis Deo ibidem deservientium, præsentibus scilicet, & futuris, casam illam, quæ fuit quondam Ansperti clerici, una cum hortis, & curte in integro, sicut nobis à Teudoaldo Abbate in commutatione advenit: similiter damus casas illas, quæ fuerunt quondam Ursatio Presbytero vicedonno cum omni integritate sua, seu casa, quæ fuit Zenarrio, & casa quæ fuit Gajolo, quæ casa nobis per commutationem ab ipsis advenit: seu & alias casellas nostras, quæ ibidem fuerunt, atque horticillum, qui est post casam jam dictorum Ansperti, & Ursoni. In has enim casas, & in hoc loco volumus sit schola sacerdotum, ubi sua stipendia possint habere. Itaque quia . . . . dicare necesse est, quia dum de quarta illorum pariter cum ipsis tractaremus, convenitur inter nos, ut pro ipsa quarta, hæc eis daremus, quæ subter nominatim dicturi sumus. In primis quidem damus Ecclesiam S. Michaelis, quæ est in Flexio cum omni integritate, & pertinentia sua: similiter & ecclesiam S. Joa. Baptistæ, quæ est sita à porta Organi cum omni integritate & pertinentia sua. Item delegamus, atque damus, concedimus sanctæ matriculari Ecclesiæ tres portiones decimarum, quæ à fideli populo civitatis dantur; quartam pauperibus reservamus. Primo quidem omnium decimas, quæ à populo civitatis dantur, omnibus Canonicis communiter concedimus; deinde omnes decimationes, quę dantur ab hominibus habitantibus in Villa, quę stat juxta portam S. Firmi largimur illi Canonico, qui Subdiaconibus, atque Acolitis de secretario præesse debet studio: Cunctas denique decimas, quę dantur à villanis indigenis, seu advenis habitantibus sive habitaturis in Villa S. Zenonis confessoris, usq; ad portã civitatis opportune septem Subdiaconibus, & totidem Acolitis damus, exceptis tribus massariciis, quæ in nostra potestate reservamus. Volumus autem & decernimus tam nos quam ipsi, ut nullum habeant de istis super se majorem, nisi quem ipsi sibi ex se ipsis elegerint, vel constituerint, qui cum suo jure omnia colligant, & ut diximus, per mensuram, & numerum inter se dividant. Insuper concedimus Canonicis decimas Braidarum Episcopalium curtium id est de Liriaro, Roveclaria, Tomba, & decimam de villa, quæ dicitur Aspo, quæ jure pertinet ad supradictam Ecclesiam. Hæc sunt species quas damus, id est vinum, granum, legumina, oleum, sal, caseum, pisces, linum, seu & de omnibus animantibus, quæ tempore suo annualiter nata fuerint, tam de ovibus, quamque & de capris, vel porcis, similiter & de pulletris, & vitulis, seu & avibus, & pullis, & ovis. De pensione quoque, quæ de valle Donica per singulos annos redditur, decimam partem ex omnibus. De vestimentis, quæ de Pisile veniunt, vel Ginicro decimam partem. Hæc omnia superius comprehensa à præsenti die cedimus, & confirmamus suprascriptis filiis, & sacerdotibus nostris, tam nobis, quamque & posteris nostris absque ulla dominatione; & ut neque à me, neque à successoribus nostris hoc, quod bene ordinavimus, aliquando removeri possit, & quicumque irrumpere præsumpserit, sive sit Episcopus, vel altera persona, isti tales in alta vita partem cum nullo sanctorum habeant, sed cum Chan, Dathan & Abiron, Anania quoq; & Saphira, quos B. Petrus pro fraudata Ecclesiastica damnavit pecunia, sintque anathema & maranatha, & exortes, nisi resipuerint, à vita perpetua. Obsecro præterea successores, qui unquam fuerint, meos, ut dum hoc legerint conscriptum solerter meminerint; Fili si sapiens fueris, tibimetipsi eris: nemo enim, ut Beatus Augustinus veracissime dicit, non in se prius, quam in alterum peccat.

† Ego Rataldus Episcopus m. m. subsc.

† Maxentius Patriarcha servus servorum Dei sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Antistes rogatus à Ratoldo Episcopo pro firmitate m. m. subsc.

† Ego Lupo ultimus Episcopus S. Tervisinæ Ecclesiæ rogatus à D. Ratoldo Episcopo m.m. subsc.

† Ego Siginfredus Archidiaconus ex jussione D. Maxentij Patriarchæ m. m. subsc.

† Ego Pacificus Archidiaconus m. m. subsc.

† Ego Valdus Archipresbyter. m.m. subsc.

† Audax Diaconus ex jussione D. Maxentij Patriarchæ m. m. subsc.

† Ursus licet indignus Presbyter ex jussione Dom. Maxentij Patriarchæ m. m. subsc.

† Ego Benedictus Diaconus ex jussione D. Maxentii Patriarchæ m.m. ss.

† Sigimundus Diaconus ex jussione D. Maxentii Patriarchæ m.m. subsc.

† Ego Theudelabius m.m. subsc & consensi.

Ego Petrus Presbyter m.m. subsc.

† Ego Argaus Presbyter m.m. subsc. & consensi.

† Signum Mantipergo civitatis Novæ testis.

† Signum Heupaldo man. vaso Domini Regis donnit rogatus à donno Ratoldo Episcopo mm ss.

† . . . . . . Sevalter Vvatrsa rogatus à D. Rotaldo Episcopo m.m. subsc.

† Signum man. Berardo Macercario subsc. Ratoldi Episcopi testis.

† Signum man. Auselmo de Gagio testis.

† Signum man. Gerardo comite Civitatis Regense rogatus à donno Ratoldo huic man. apot.

Ego Stadibertus Cancellarius sanctæ Veronensis Ecclesiæ ex jussione D. Ratoldi Episcopi scripsi hanc paginam firmitatis, atque complevi &c.

Eodem anno 813. (3) Rotaldus concessit Pacifico Archidiacono viro longe clarissimo, ut in domo sua fabricaret Ecclesiam S. Georgii, quam consecravit Maxentius Patriarcha Aquilejensis. Consecrationi interfuerunt Vido Cardinalis S.R.E. legatus, ipse Rotaldus Veronensis Episcopus, Reginaldus Vicentinus, Lupus Tarvisinus, Ovaldericus Tridentinus, Georgius Mantuanus Episcopi, Sigisfredus Archidiaconus Aquilejensis Ecclesiæ, Pacificus ipse, & alii multi, ut licet videre ex authentico

(1) Seu potius 815. cujus Novembri mense currebat jam ex Francorum calculo IX. Indictio: & ita diploma erit expeditum anno imperii Ludovici post mortem patris secundo.

(2) *Indictione septima* legendum: & sic editum fuerit hoc diploma anno Christi 814. cujus mense Junio currebat equidem annus regni Caroli in Italia an. [illegible] ante Junium incepti 41. & Bernardi mense Novembri an. 813. electi primus.

(3) Hanc Pacifici Ecclesiæ consecrationem factam esse pariter dicendum est anno Christi 814. ex notis Chronicis documenti ejusdem consecrationis, quod mox refert Ughellus. Siquidem die 20. septembris 814. adhuc currebat annus primus regni Bernardi inaugurati anno antecedenti mense Novembri, & annus quadragesimus primus regni in Italia Caroli Magni jam adolescebat. Nisi corrigendus est Amanuensis error in describenda Indictione, quæ tunc VIII. inceperat, vel si mavis, septima nondum expiraverat.

co exemplari ab eodem Capitulari tabulario exscripto. Dignum sane monumentum, ac nobile documentum, quo etiam Rotaldus Episcopus Pacificum Archidiaconum, cæterosque Veronensis Ecclesiæ Canonicos a sua, suorumque successorum ordinaria jurisdictione immunes fecit, & in perpetuum sub Patriarchæ Aquilejensis potestate esse constituit, quem velut ordinarium suum venerarentur & colerent. Piam Rotaldi liberalitatem Veronense Capitulum ad nostra usque tempora hactenusque tuetur, ac colit eximie. Documentum ita fuit scriptum.

In Nomine Domini Jesu Christi regnante Domino Carolo in Italia anno pietatis ejus quadragesimo primo, & Bernardo glorioso Rege primo sub die sexto decimo Kal. Octob. Indictione sexta a feliciter.

a VIII. vel saltem VII.

Rotaldus ultimus servus servorum Dei, sanctæ autem Veronensis Ecclesiæ Episcopus notum omnium fidelium magnitudini præsentium scilicet, & futurorum facio, qualiter Ego Rotaldus sanctæ Veronensis Ecclesiæ Episcopus concessi Pacifico Veronensis Ecclesiæ Archidiacono, ut supra suum allodium construeret Basilicam B. Georgij Martyris, eo namque tempore quando Ecclesia sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quam divino nutu ego Rotaldus Episcopus regere & gubernare videor, instigante diabolo, a meo antecessore scilicet ab Aldoae omnes res, quæ ad ipsam sanctam Dei Ecclesiam bonorum, devotorumque hominum collatæ fuerant, destructæ sunt; sed nunc ego prædictus Rotaldus Episcopus cum Pacifico Archidiacono prædicto considerando pravorum hominum cupiditates, vel iniquas machinationes, vel qualiter humana mens prona sit ad malum, convocavimus Dom. Maxentium Venerabilem Patriarcham sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ, qui supradictam Ecclesiam B. Georgij consecravit, eo vero ordinante, ut Canonici sanctæ Veronensis Ecclesiæ sint liberi in supradicta Ecclesia sub jure, & dominio Domini Patriarchæ, præcavens ne in futurum per decessum meum successores mei, qui Episcopalem cathedram adepti fuerint, aliquam molestiam tam in officiis, quam in beneficiis, illis inferre possent. Igitur adjuvante ipso, qui nos pastores esse voluit, & pascere oves suas, potius quam nosmetipsos, mandavit una per consensum, voluntatemque D. Maxentij Venerab. Patriarchæ, & Guidonis Cardinalis S. Romanæ Ecclesiæ & Roginaldi Vicentin. Episcopi, & Lupi Tervisin. Episcopi, & Oualderici Tridentin. Episcopi, & Georgij Mantuan. Episcopi, & Sigifredi Aquilejen. Ecclesiæ Archidiaconi, & Pacifici Veronen. Ecclesiæ Archidiaconi, & omnium fratrum nostrorum disponere, & ordinare de eorum libertate volumus, sicut supradictus Pacificus cum cæteris Canonicis postulat, id fieri decrevimus, idest quod ut antea nullus ex successoribus meis amplius habeat potestatem dominandi, vel aliquid auferendi de omnibus rebus, quæ nunc a fidelibus collatæ sunt, vel in futurum collatæ fuerint supradictæ Canonicæ, sed semper sint sub tutela, & refugio Domini Patriarchæ in Ecclesia Beati Georgij, quatenus suam habentes justitiam secure possint in sancta Dei Ecclesia militare, sed quia nunquam deest malevolis, quod male cupiant, & si efficere nequeant, hoc, quod facimus ea cautione constringimus, ut sive vocetur Episcopus, non enim erit ille, sive presbyter, sive diaconus, aut alicujus ordinis, qui aut illud destruere, aut ex his, quæ de supradicta Ecclesia juste & legaliter fieri decrevimus, tentaverit aliquid imminuere, partem isti tales in alia vita cum nullo habeant sanctorum, sed cum Cham, Dathan, & Abiron, vel cum illis, quos diluvium mersit, aut terra glutivit, & cum Pilato, Anna, & Caypha, Juda Christi traditore, & Mago Simone, Anania quoque & Saphira, quos B. Petrus pro fraudata Ecclesiastica damnavit pecunia, sintque anathema Maranatha, & exortes, nisi resipuerint, a vita perpetua, quod qui molitur destruere sit divisus a Deo, & separatus a sanctorum collegio. Obsecro præterea successores quoscunque fuerint meos, ut dum hoc legerint scriptum solertius meminerint; fili si sapiens fueris, sibi metipsi eris; nemo enim, ut B. Augustinus veracissime dicit, non in se prius, quam in alium peccat.

† Ego Rotaldus Episcopus m. m. subsc.

† Ego Maxentius servus servorum Dei sanctæ Aquilegen. Ecclesiæ Antistes rogatus a Rotaldo Episcopo pro firmitate manu mea subsc.

† Ego Guido Cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ rogatus a Rotaldo Episcopo in hac firmitate m. m. ss.

† Ego Raginaldus Vicentinæ Ecclesiæ Episcopus rogatus a Rotaldo Episcopo m. m. ss.

† Ego Lupo ultimus Episcopus Sanctæ Tervisinæ Ecclesiæ rogatus a Rotaldo Episcopo in hac firmitate m. m. subsc.

† Ego Voldericus Tridentin. Ecclesiæ Episcopus rogatus a Rotaldo Episcopo in hac firmitate m. m. ss.

† Ego Gregorius Mantuan. Episcopus m. m. ss.

† Ego Segefredus Archidiaconus ex jussione Domini Maxentii Patriarchæ pro firmitate m. m. ss.

† Ego Audax diaconus ex jussione Domini Maxentii Patriarchæ m. m. ss.

† Ego Benedictus licet indignus Diaconus ex jussione D. Maxentii Patriarchæ m. m. ss.

† Ursus licet indignus Presbyter ex jussione D. Maxentii Patriarchæ m. m. ss.

† Sigismundus Diaconus ex jussione D. Maxentii Patriarchæ m. m. subsc.

† Aafertime de Mantua rogatus a Rotaldo Episcopo m. m. subsc.

† Turisendus rogatus a Rotaldo Episcopo m. m. ss.

† Ego Landibertus rogatus a Rotaldo Episcopo m. m. subscr.

† Ego Pacificus Archidiaconus m. m. ss.

† Ego Andualdus Archipresb. consensi, & subsc.

† Ego Tondolatius presbyter ss & consensi.

† Ego Arogaus presbyter m. m. subsc. & consensi.

† Ego Petrus m. m. subsc. & consensi.

† Signum man. Gerardi Comitis civitatis Regien. qui rogatus a Rotaldo Episcopo huic m. m. subsc.

† Signum man. Reimpeeti Comitis civitatis Novæ test.

† Signum man. Enricobaldi vassalli domni Regis Babani qui subsc. pro D. Rotaldo test.

† Signum man. Berardi macrario subsc. Rotaldi Episcopi test.

† Signum man. de Gajo test.

† Ego Stadebertus Cancellarius Sanctæ Veronen. Ecclesiæ ex jussione Domini Rotaldi Episcopi scripsi hanc paginam firmitatis, atque complevi.

Pacifici vero Archidiaconi acumen ingenii, resque præclare gestæ ex ejus antiquo epitaphio, quod marmoreo lapidi incisum adhuc in cathedrali Aquilonem versus cernitur, intelligi possunt, quod legentibus delectationem ob insignis atque optime de Ecclesia Veronensi meriti viri memoriam, affert. Ita enim est apud Panvinium.

Archidiaconus quiescit hic vero Pacificus
Sapientia præclarus, & forma præfulgida
Nullus talis est inventus nostris in temporibus,
Quod nec ullum advenire umquam talem credimus,
Ecclesiarum fundator, renovator optimus,
Zenonis, Proculi, Viti, Petri, & Laurentii,
Dei quoq; Genitricis, nec non & Georgii,
Quia quid auro vel argento, & metallis cæteris,
Quicquid lignis ex diversis, & marmore candido,
Nullus unquam sic peritus in tantis operibus,
Bis centenos terquesenos codicesque fecerat;
Horologium nocturnum nullus ante viderat,
En invenit argumentum, & primum fundaverat;
Glosam veteris, & novi testamenti posuit,
Horologioque carmen speræ cæli optimum,
Plura alia graphiaque prudens invenies;
Tres & decim vixit lustra trinos annos amplius
Quadraginta, & tres annos fuit Archidiac.
Septimo vigesimo ætatis anno Cæsaris Lotharii
Mole carnis est solutus perrexit ad Dominum,
Nono sane calendarum obiit Decembrium
Nocte sancta, qua vocatur a dominica

Lugent quoque ſacerdotes, & miniſtri optimi
Ejus morte nempe dolet infinitus populus
Veſtros pedes quaſi tenens voſque precor cernuus
Lectores exorare quæſo pro Pacifico.

Pacificus etiam tunc bonæ indolis clericus memoratur in antiquo monumento, quod in membranis miræ vetuſtatis ſcriptum ſe inveniſſe teſtatur Panvinius in Canonicorum Veronenſium tabulario, dum de urbis ambitu lib. 1. Antiq. Veronen. agit, à Carolo Magno ampliato ſub Pipino Rege Italiæ ejuſdem Caroli filio, tunc Veronæ ſedente. Hocce monumentum, cum etiam ad eccleſiaſticas hujus Eccleſiæ narrationes videatur opportunum, hic ad verbum ſubiicere placuit.

Anno Dominicæ Incarnationis 818. Notitia qualem pedaturam murorum Veronenſis civitatis pars domus Epiſcopii S. Zenonis præteritis temporibus facere ſolita fuerit. Tempore Regis Pipini, cum adhuc ipſe puer eſſet, gens Hunnorum, alias Avares dicta, Italiam cum exercitu invaſit, cujus rei hæc cauſa fuit, quia exercitus Francorum, & præſertim Dux Forojulienſis, Hunnos, qui inter Italiam, & Danubium in Pannoniis habitabant, aſſiduis populationibus infeſtabant. Igitur cum de eorum adventu Carolus Rex Francorum certior factus eſſet, Veronam tunc majori ex parte dirutam reparare ſtuduit, muroſque, & turres, foſſaſque per urbis girum fecit, adjectiſque palis fixis à ſolo uſque munivit, ibique Pipinum filium reliquit, & Berengarius ejus legatus ad recipiendam civitatem miſſus. De faciendis autem muris, & foſſis orta eſt contentio inter cives, & urbis judices, ac partem ſancti Zenonis. Judices enim ad tertiam partem domus Epiſcopii facere volebant, pars vero Eccleſiæ quod ad comparationem tanti populi exigua eſſet, volebat non tertiam, ſed quartam ſicut antiquitus fuerat, dare. Et non ſola pars Epiſcopii, ſed cum ea monaſterium S. Mariæ, quod ſitum eſt ad Portam Organi, & tria alia monaſteriola regalia, id eſt S. Petri in Mauratica, S. Stephani in Ferrariis, S. Thomæ puellarum in urbe, ſed & duo Regis xenodochia, unum quod eſt ad portam S. Firmi, & aliud, quod dicitur Calaudiſtera. Cumque in hac contentione diu immorarentur, & neutra pars alteri cederet, quia pars publica, quæ dicebat, probare non poterat, quod multum tempus tranſiiſſet, ex quo hanc urbem reparare opus non erat, quia Longobardorum tempore nihil indigebat, publico ſtudio munita. Si quid autem modicum ruebat, ſtatim à Vicario civitatis reſtituebatur. Tandem habito conſilio pacti ſunt, ut hæc Dei, & Sancti Spiritus reſervarentur judicio; eligentes duos juvenes clericos, ſine ullo crimine exiſtimatos, ſtatuerunt in eccleſia S. Joannis Baptiſtæ ad domum, & ad crucem ſtare fecerunt, quorum unus Aregaus, poſt Archipresbyter Eccleſiæ majoris nomine, ex parte publica, alter vero ex parte S. Zenonis Pacificus ſcilicet, qui poſt Archidiaconus eccleſiæ majoris fuit. Hi ambo ab introitu miſſæ uſque ad mediam paſſionem tantum, quæ eſt ſecundum Matthæum pariter ſtarent: ille qui de parte publica datus fuerat, in terram velut exanimis corruit; Pacificus vero uſque ad finem paſſionis ſtetit. His geſtis, & omnibus gratias Deo agentibus, quartam partem, tam civitatis, quam caſtelli pars Epiſcopii, cum bis quæ ſupra memoravimus accepit. Moderno igitur tempore, eo ſcilicet anno, quando Imp. Lotharius cum exercitu in Franciam cum fratribus ad patrem perrexit, nuncios ſuos, id eſt Marium Bergenſem Comitem, Herimbertum Epiſcopum Laudenſem Veronam miſit, ut muros, qui ad portam, quæ dicitur nova, diruebant, ſive in caſtello, aliiſve neceſſariis locis reſtituerent, & de his cum ſuis ſociis pars Epiſcopii quartam partem pedaturæ accepit, & opus illud perfecit. Hæc omnia ob auferendam contentionem nos ſcripſimus, qui in bis actis ab initio hujus narrationis uſque ad preſentem annum, id eſt Dominicæ Incarn. DCCCXXXVII. Indictione xv. interfuimus.

Ultima Rotaldi memoria extat an. 824. a quo Mantuano Synodo interfuit, ut refert Donesmundus part. pr. Hiſt. Mant. potuitque deinceps paulo poſt obiiſſe. * Cæterum inter alia beneficentiæ munera, quæ in Eccleſiam Zenonianam contulit Rataldus præſul optimus illud unum præſtat, quod à Pipino Italiæ Rege commutationis nomine acceptum Clivum Mantici eidem Eccleſiæ dono dederit. Hunc pacificè tenuit Monaſterium Zenonianum, donec anno MCLXXVIII. publicis Urbis bonis à multis occupatis, Grimerius, quem Brimerum vocat Panvin lib. 7. Antiq. Veronen. Veronæ poteſtas, quæſtionem dicto Monaſterio de eodem loco intulit; quamobrem Gerardus tunc Cœnobii Abbas, Rataldi Epiſcopi donationis tabulis prolatis, precibus adjectis, in publica concione ejuſdem donationis firmitatem, acclamantibus Veronen. cunctis ab eodem Prætore obtinuit. Pulcherrimum hujuſce rei documentum innumeris condecoratum teſtibus ad Rataldi munificentiæ, ac Veronenſis populi in Zenonianum locum, ejuſque protectorem pietatis gloriam ſempiternam proferimus.

a Ibid.

* Ex App. tom 7.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti millesimo centeſimo ſeptuageſimo octavo. Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia Romanorum Imperatore Auguſto, anno Imperij ejus vigeſimo quarto, Indict. undecima feliciter.

Quoniam ea, quæ pro Dei, & Sanctorum ejus reverentia fiunt, dignè memoriæ commendari debent, & ſcripturarum inſinuatione poſteris in futurum notificari, ut benefacientes non tantum ad præſens temporales laudes accipiant, verum etiam à futuris memoriter commendentur, & orationum, atque eleemoſynarum, quæ in ſacroſanctis Eccleſiis, & locis fiunt, participes efficiantur, pro quibus ab æterno Judice perpetua præmia, & ſine carentia percipiant, & in die judicij vocem omnipotentis Dei audire mereantur, cum dixerit, Venite Benedicti patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine Mundi. Ideoque cum Dom. Grimerius Vicecomes Placentinus, & Veronen. Poteſtas in ejuſdem civitatis regimine foret, & non tantum ſuo tempore, verum etiam in præterito communis campania Veronæ à quampluribus eſſet capta, & caperetur; adeo quod communis utilitas taliter diminui videbatur, quod ad maximum Univerſitatis detrimentum ſpectare poſſet. Quod utique dictus D. Grimerius Veronæ Poteſtas ſua providentia, atque diſcretione in futurum præcavens, habito multorum ſapientum conſilio tam Judicum, & aſſeſſorum ejus, nec non & cauſidicorum, quam militum, & negotiatorum ſapientum virorum, & præſertim illorum, qui juraverant bona fide eidem Poteſtati conſilium dare. Juratos quamplures ad jam dictam communem Campaniam Veronæ per ſuum ſacramentum à præſidiis privatorum hominum diſcernendam, & ſeparandam poſuit. Cum quibus itaque juratis, & cum multis aliis hominibus Veronæ eamdem communem Campaniam Veronæ circumiens, & eam ſecundum juratorum ſacramenta ab allodiis ponendo terminos ſegregans, tandem ad nemus curiæ monaſterij S. Zenonis, quæ dicitur Manticus, veniens conſignatum, & terminatum, & juxta prædictum nemus & à conſignatione illa verſus Campaniam à dextris veniendo Veronam eſſe de communi campania Veronæ. Quam profecto conſignationem, & terminationem D. Gerardus Abbas, qui tunc temporis per Dei miſericordiam monaſterij ſanctiſſimi Zenonis Confeſſoris Chriſti Cuſtos, & Rector habebatur cum toto ejuſdem monaſterii conventu graviſſimè ferens, una cum quibuſdam Fratribus ſuis, & vaſſallis prædictam poteſtatem, & conſilium Veronæ adiit, & in communi, & patenti conſilio chartam quamdam oſtendens, in qua continebatur, D. Rataldum quondam venerabilem Epiſcopum Veronæ in commutationis nomine accepiſſe ab excellentiſſimo Pipino Longobardorum Rege ex jure Regio curtem unam in finibus Veronæ, quæ appellatur Manticus cum caſis, ædificiis, areis, hortis, viindis, ſilvis, pratis, paſcuis, capilo, aquario, herbatico, eſcatico cum finibus, & terminis ſuis, id eſt à Callinove uſque in Traverſagna de caſtello Motari, quæ vadit ad Beveraria cum ingreſſis,

&re-

& regressis, cultum & incultum, & omnia quantum in ipso prænominato loco de jure Regio, vel de curte Ducali pertinere videbatur, plenissimè eidem Episcopo absque ulla diminutione in commutationis nomine tradidisse; & in eadem charta continebatur eundem D. Rataldum Episcopum prædictam curtem cum omnib. suis appenditiis supradicto monast. reverentissimi S. Zenonis Confessoris dedisse. Insuper quoque asserens se pro jam dicto monasterio, & suos prædecessores ex longissimo tempore jam dictam curiam Mantici, sicut supra legitur, possedisse. Unde jam dictum D. Grimerium Potestatem Veronæ, & consilium totum, vice communis Veronæ jam dictus D. Gerardus Abbas cum fratribus suis, & vassallis exorare, & quasi lachrymabiliter pro Deo, & beatissimi Zenonis corporis sancti reverentia deprecari cœpit, ut jam dictum monasterium prædictam curtem, sicut superius legitur, quiete habere, & possidere permitteret. Ad hæc jam dictus Grimerius Pot. respondens, se super his consilium habere velle; dicens se nullo modo rationes monasterij, nec alicujus alterius per prædictam consignationem diminuere velle. Cumque super hæc jam dictus D. Abbas diu laboraret, & inde obsecrans fortiter instaret, exinde plura facta sunt consilia. Ad ultimum vero cum idem D. Grimerius Pot. Veronæ exinde speciale consilium fecisset: & cum his, qui juratum habebant consilium, unumquemque eorum ipsemet ore ad os in districtu sacramenti interrogavit, ut exinde ei consilium daret; unusquisque eorum separatim & communiter dixit. Quia beatus sanctus Zeno nostrum corpus factum est, & assiduè à populo Veronensi maximo cordis affectione veneratur, etiam cum quisque nostrum in communi negotio, & imperio eum devote in subsidio apud Deum convocet, tale damus consilium, ut jam dictum monasterium S. Zenonis, quemadmodum in charta sua, quam ostendis, continetur, si de jure eidem monasterio pertinet, quietè, & liberè & sine molestatione, & placito aliquo habere, & tenere permittatis. Si vero eidem monasterio de jure etiam non attinet; nihilominus præfatum monasterium ea ipsa in datione, & permissione vestra, & communitatis Veronæ eidem monasterio absque ulla infestatione habere libere, atque quietè concedatis, ut omni tempore pro nobis, & universo populo Veronensi benigne intercedat. Isto ultimo consilio facto die Sabbati, qui fuit septimus intrante mense Octobris, in proximo sequenti die Dominico in domo Feri, in qua concio Veronæ fieri solet, cum ibi maxima multitudo populi Veronensis adesset, & ibi idem Dominus Gerardus Abbas hæc eadem, quæ in consilio sæpè dixerat, denuo in concione referret, & suprascriptam Potestatem, & populum Veronensem de prædictis pro Dei, & S. Zenonis reverentia exoraret, & complures alii hæc ipsa in eadem concione postulando, & consulendo dicerent: populo in eadem concione constanter, & unanimiter clamante. Sit, sit, sit, & statim, statim, statim. His ita acriter instantibus, & vehementer clamantibus D. Grimerius Potestas in concione surrexit, & prædicta seriatim narrando, de petitione D. Abbatis, & Fratrum ejus, & de ostensione chartulæ, quam adhuc D. Abbas ibidem ostendit, & de consilio per districtum sacramentum ore ad os sine ulla divisione dato, dixit. Visa itaque à me totius consilii, & hujus præsentis concionis voluntate, sicut in charta Dom. Abbatis de sæpè dicta curia Mantici continetur, & secundum hoc, quod mihi consignavit, eidem D. Abbati Gerardo vice monasterii S. Zenonis, & ejus Fratrum, favore, & auctoritate consilii, & concionis, viceque & nomine totius communitatis Veronæ, do, & confero, & eum, & ejus successores pro monasterio habere, liberè, & quietè, & sine ulla molestatione habere volo, atque permitto: tali modo, quod si de jure monasterio pertinet totum, sicut in charta ejus continetur, etiam mihi consignatum, quod quietè teneat, habeat, & possideat, & si de jure etiam ipsi monasterio non pertinet; hinc in antea ex nostra datione juris monasterii sit, & efficiatur; & exinde ipse D. Abbas, & ejus Fratres, & successores pro monasterio sicut de suo, quicquid voluerint, faciat. Et populo sæpè, & sæpius clamante sit, sit, sit. & statim, statim, statim. ceu eadem Potestas dixerat, ipsum D. Abbatem vice monasterii investivit. In concione ipsa erant, Albertus Mantegatus, Bonus Zeno de Lamberto, Cozo ejusdem potestatis assessores, Bizo, Tinus de Scala, Vivianus, Bozotus, & Conradinus de Advocatis, Trezanus, Enricus Bratmanzonus, Zanonus de Belnasiis, Majo, Zeno Piscispusidus, Conradus Piscis, Bellarinus, Enverandus, & Henricus fratres de Monte Zambano, Carlaxarius Campratiorum, Marsilius Sellarius, Bastardus de Ligaago, Bonus Zenonis Passionis, Foll. Pelliparius, Firmus de Teotino, Garganus Bugetus, Molinarius de Clavega, Bertolotus filius Tebaldi Pettolæ, Onisius de Vualdo Musio, Henricus Concoferlatus, Nigerbonus Crispinus, Zerellus de Mirato, Bonifanus Covabesanti, Zavarisius Mucius, Fab. Frisoaus, Berardinus Sini Oliveris, Marabotus ejus frater, Fastus de Uberto Superbia, Fanzanius, Oliverius de Bonojohanne Travusato, Ripendinus de Barracca; Viviaacllus nepos presbyteri Christiani, Gambarinus Notarius, Turisendinus Guberti, Quintafolla, Lamsranchinus filius Johannis Muratii, Sanollinus Pelliparius, Facinus filius Braxalini, Beneatus, Peregrinellus Rubeus, Casotus Not. Bonusoccursius montis Zambani, Bonus Johannes de Regasta: Baldemarinus de Castello, Englemarinus filius Duranti, Taurus, & Scherpa Entiausatus, Pelavisinus Beccurius, Zuccho de Curtinis, Musorius ejus filius, Fidencinus filius Conradi de Bertesca, Tebaldus de Riva, Ottolinus de Marchesio, Zavakisius Passibruma, Ubertinus de Regestino, Malagninus Pistor, Ottolinus Bavosius, Flabianus de S. Salvatore, Malehgus, Daniotus, Bozonarius, Danismanne Not. Mucins, Cambiatorius, Tanellus, Bonifacinus de Turco, Adam de Scala, & Gabriel Gosbertinus, Bonusoccursius de Carcere, Gandulfinus de Mizoli, Boso Pelliparius, Zugnollus de Castello, Pelliparius, Conradus de Albasiis, Folcardus, Carlanarius de Negrario, Paganellus de Riprande de Piazola, Bovulchinus Pelliparius, Willelminus Domini Turisendi, Vivaldus de Clavega, Aiginus de Placentia, & Wiseardus Notarius, & cæteri plures.

Ego Adam Dom. Frederici Roman. Imperatoris Not. prædicto consilio pot. dato, & firmato, atque suprascriptæ concioni, & dationi, & concessioni in ea Domino Abbati jam dicto, ut supra legitur factæ interfui, & potestatis præcepto rog. hanc chartam scripsi, atque complevi.

46 AUDUM Guasberti Longobardi filium statim in Episcopatu Veronensi Rotaldo successisse, clarum affert testimonium ejusdem Audi testamentum anno 830. (1) Imperante Ludovico Pio confectum; quod cum maxime pietate redoleat, hic ex authentico cœnobij S. Mariæ in Organo tabulario exscriptum damus, cujus tenor talis est. L.

In nomine Domini Jesu Christi. Imperante Domino nostro Ludovico Magno Imp. anno 11. sub die 15. Aug. Indict. 8. feliciter.

Meminisse debet unusquisque quod Dominus, & Redemptor per Euangelicam vocem nos admonet dicit; dies Domini sicut fur, ita in nocte veniet, itaq; vos estote parati: & illud: Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, invenerit eum vigilantem: quam admonitionem, vel orationem commotus sum ego, in Christi nomine Audo, Sanctæ Veronensis Ec-

(1) Unde colligat Ughellus Audonis testamentum conditum fuisse an. 830. Imperante Ludovico Pio, proindeque cogatur unicum Rotaldum in duos secare, ut inter utrosque mediaret Audo, non satis intelligo. Neque enim ea testamenti notis chronicis adscribi potest. Confectum dicitur testamentum *imperante Ludovico anno imperii ejus undecimo sub die 15. Augusti Indictione VIII.* Quis autem non videat cum anno Christi 830. quo quidem currebat Indictio VIII. annum imperii Ludovici Pii undecimum non convenire? Neque mendum in annis imperii Ludovici, ita ut pro xi. scribendum sit xvi. inesse dicendum est, cum revera alterius Ludovici Imperatoris annum undecimum cum Indictione octava convenisse reperiamus. Imperante igitur Ludovico II. Audonem contra hos scripsisse testamenti tabulas, & quidem anno Christi 860. quo revera currebat Indictio octava, & annus imperii Ludovici undecimus, ex quo scilicet à patre consors imperii an. 849. fuerat declaratus: de qua imperii Ludovici Epocha consulendus doctissimus Pagius. Et propterea Audonem hunc translatum inter Rotaldum & Audecarium collocandum existimo.

Ecclesiæ Episcopus: talis mihi disponere voluntas, ut de hoc seculo sine ordinatione non transeam, sed de rebus meis qualiter subtus designavi, cum Christi adjutorio, volo ut sic permaneat. Primum omnium statuo, atque decerno, volo ego qui supra scriptus Audo Episcopus ut deveniat pro anima mea, vel parentum meorum in monasterio S. Mariæ sito foris portam Organi, ubi nunc præsenti tempore Rimaldus Abbas esse videtur, idest curtis mea, quam habere videor in fundo Veronensi in Valle Pattenaciæ loco nuncupante Seciano unu cum casis, & omnibus ædificiis suis, cum brolio, cum curte, arcis, & ortis & alia territoria, tam aratorij, pratis, capilo, & curdico, piscinibus, aquariis, silvis, salectis facientibus, monte, vel plano, cum omnia, & ex omnibus ad ipsam curtem Seciano pertinentem ante partem, quod reservo de quanta in Ecclesia Beati Laurentij sita ibidem in Seciano, per curtulus dedi aut ibidem à singulis hominibus condonavi, aut inveni, & quæ in nepotibus meis dedi, & quæ in Ruperto vassallo meo dedi, & omnia mobilia mea, aurum, argentum, vinum, granum, aut ferro, & certa mobilia, ista omnia reservo, ideo ut in posteum nulla oriatur mentio. Nam aliud omnia, & ex omnibus, de quantum ad supradictam curtem meam pertinet, aut pertinere debet, omnia in integrum, præsenti die obitus mei deveniat in supradicto monasterio S. Mariæ pro anima mea, ut sint in potestate Abbatis, & monachorum qui pro temporibus ibidem fuerint, & inde disponendi pro anima mea junta Deum, qualiter melius providerint, in ea videlicet ratione, ut dent Abbat. qui ibidem tunc tempore fuerint cum suis monachis post diem obitus mei ad rogatores meos; idest Stephano Archipresbytero, Gausemano Abbati, & Gisalberto Presbytero, & Riperio vassallo infra mensem post diem obitus mei, argentum bonum libras quinquaginta, ut ipsi rogatores mei, ipsum pretium distribuant per . . . . meo, anima mea, vel parentum meorum in Sacerdotes vel in pauperes Christi, sicut ipsi melius prævideriint. Ista omnia superius comprehensa in ea ratione volo, ut sint sub potestate supradicti monasterij, & Abbatis, nec non, & monachis, qui pro temporibus ibidem fuerint. ut nullus Patriarcha, nec Abbas, qui pro tempore fuerint habeant potestate . . . curte, vel . . . de potestate fratrum monachorum ibidem in ipso monasterio Deo servientium subtrahere, nec Patriarcha ad suas manus tenere, sed liceat ipsos monachos in dicta curte cum omni pertinentia sua ad suos usus quiete retinere. Sed & hæc quod fieri non credo, si ipse Abbas cum suis monachis ipsum pretium post diem obitus mei infra menses seu ad ipsos rogatores meos dare distulerint: tunc volont ipsi rogatores mei ipsam curtem, vel rebus detineant, donec ipsum pretium persolvant. Nam ne aliquas occasiones enquisitas ipsa curte, vel rebus in aliqua parse dare debeant sed tantum eas detineans usque dum ipsum pretium persolvant. Et si Abbas, qui tunc tempore in ipso monasterio fuerit, vel suis monachis ipsum pretium infra mẽses seu post diem obitus mei ad suprasc. rogatores meos dederint; Tunc ipsa subsc. curte, vel rebus, in eorum sint potestate sicut superius statui & sic ipsum pretium post diem obitus mei infra anni spatij ad ipsos rogatores meos dare neglexerint, tunc volo ego antedictus Audo Episcopus, ut propinquis parentibus meis, qui tunc tempore fuerint dent ad ipsos rogatores meos ipsum pretium, & habeant ipsi propinquiores mei ipsa suprascripta curte vel rebus, quas superius parte suprascr. monasterii dixi habere ibi ac tenere ut exinde annualiter sacerdotes, & pauperes pascant pro anima mea, & si aliter fecerint, tunc habeant omnipotentem Judicem cui omnia subjecta sunt. Item volo, atque statuo ut si Patriarcha, vel Abbas, qui pro temporibus fuerint ipsam suprasc. curte, vel rebus de potestate fratrum monachorum ibidem in ipso monasterio Deo servientium per aliquas occasiones subtrahere voluerint, aut per quinecumque ingenio alicui ea dederint sive per aphytrearia, aut in beneficio, aut si Patriarcha ad suas manus tenuerit, tunc ipsi propinquiores mei reddant ad partem ipsius monasterij ipsum pretium, quod ipse Abbas, vel suis monachis ad suprascriptos rogatores meos dederint, & ipsa suprascripta curte in integrum volo ut sint in potestate ad ipsos propinquiores meos faciendi exinde sicut superius pro anima mea ordinavi. Attamen dum ego Audo Episcopus in hoc seculo advixero omnia superius comprehensa in meam reservo potestatem adhuc in antea judicandi, & ordinandi quo modo, aut qualiter mihi placuerit faciendi. Et si exinde alia ordinatione non emisero, tunc omnia qualiter superius judicavi, & ordinavi post meum decessum firmum, & stabilis permaneat; quam enim paginam ordinationis Teudemarium Notarium scribere rogavi, & testes similiter.

Acto ad Ecclesia sancti Peodoscimi feliciter.

Ego Audo per misericordiam Dei Episcopus in hac pagina à me factam me subsc.

† Ego Aumiardus rogatus ab Audone Episcopo m. m. subsc.

† Ego Riprandus rogatus ab Audone Episcopo m. m. subsc.

† Ego Joannes rogatus ad Audone Episcopo m. m. subsc.

† Ego Giselmus rogatus ab Audone Episcopo m. m. subsc.

† Ego Valchari rogatus ab Audone Episcopo m. m. subsc.

Signum † manu Petro fabro filiu quondam Odelberti idemque fabri testis.

Signum † manu Magnoni filio Barverio in test.

Signum † in Gundemario vasso Domini Audoni Episcopo test.

† Ego qui suprasc. Teudemarus Notarius rogatus ab Audone Episcopo hanc paginam scripsi, & post tradita complevi.

Meminit etiam Audonis Ludovici Imp. diploma pro cœnobio S. Mariæ de Organo ex eodem tabulario.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Ludovicus (1) mundi Imperator Augustus.

Omnium fidelium Ecclesiæ Dei præsentium scilicet, & futurorum noverit industria. Oportet Imperialem celsitudinem locis sanctorum opportuna impendere solatia, & suæ confirmationis, tuitionisque emolumento ea roborare, quatenus mercedis condignæ lucrum acquirat, & in omnibus fautorem Deum sibi habeat. Quapropter omnium fidelium noverit industria, quia vir venerabilis Romaldus Monasterii S. Mariæ Abbas, quod situm est in comitatu Veronensi, in loco qui dicitur Gajo, petiit nostram pietatem, ut nostra Imperiali authoritate confirmaremus eidem sancto loco, illas res, & mancipia, quæ à Luitprando, & Ilprando Regibus quondum Longobardorum, necnon & ab aliis bonis hominibus ibi fuerunt largitæ, vel in futuro, Domino favente, sunt concedendæ, atque ipsum monasterium cum omnibus sibi rebus adjacentibus, vel pertinentibus, sub nostra recipere(e)mus imperiali immunitate. Nos itaque iis precibus libenter aurem accommodantes, jussimus hoc nostrum fieri præceptum, per quod confirmamus jam dicto monasterio superius denominato omnia quæcumque hactenus ibi juste, legaliterve concessa sunt, vel quæ in futuro, Domino opem ferente, acquirenda sunt, & hæc omnia sub nostræ immunitatis defensione recipimus: præcipientes, ut nemo præsumat res eorum mobiles, & immobiles absque legali judicio invadere, vel deprædare, & occupare; sed liceat servis Dei inibi deservientibus, suorumque servitoribus sub immunitatis nostræ tuitione quiete Deo deservire, & pro nobis Dei omnipotentis adminiculum exorare. Specialiter vero confirmamus eidem sancto monasterio illas res, quas Audo quondam Veronensis Episcopus inibi contulit, quæ sunt sitæ in Paltenia in comitatu Veronensi. Si quis autem hujus nostræ confirmationis, sive immunitatis defensionem vio-

(1) Hoc diploma Ludovici II. esse puto, cumque in eo mentionem faciat Audonis quondam Veronensis Episcopi, post Audonis obitum, ideoque post an. [illegible] datum esse colligitur, quo adhuc in vivis agebat Audo ex supra relato testamento.

violare præsumpserit, noverit se immunitatem nostram compositum ad partem ipsius Ecclesiæ, quam cæteris Ecclesiis concessam habemus, hoc est triginta libras argenti.

a Hic idem cum superiori.

47 ROTALDUS a hujus nominis II. reponitur inter hujus urbis Antistites à Peretto in suo catalogo anno 840. De quo nihil aliud inveni apud quempiam, neque in monumentis. Panvinius cum superiori confundit, cum constet post primum Rotaldum Audonem hanc tenuisse Sedem. * De hoc secundo Rotaldo præter Perettum, Klotarius Augustus in sententia, quam Mantuæ anno Klodovici patris Imperatoris piissimi vigesimo, & ejusdem undecimo pro Zenoniano monasterio tulit, anno scilicet 833. Indict. 11. (t) decimo octavo Kalen. Feb. meminit, quo omni acceptione majori teste, Rataldus secundus sine ansa post Audonem profertur Veronen. Antistes, & ipse de Zenoniana Ecclesia bene merens. Diplomatis exemplum est.

* Ex Ant. tom. 5.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Klotarius Augustus Invictissimi Domini Imperatoris Klodovici filius.

Quidquid enim in nostra, vel procerum nostrorum præsentia recto tramite secundum legem diffinitum fuerit, oportet nostris confirmare oraculis, ut jure firmissimo maneat inconvulsum. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet, & futurorum sagacitati; quia cum missi nostri in Piscaria ad universorum causas audiendas, & rectè judicia terminanda resedissent, ibique veniens Leo Abbas, & Advocatus sancti Zenonis Garimbaldus nomine, unde idem Leo per ordinationem Rataldi venerabilis Episcopi esse videbatur, interpellavisse Ragileusum, & Ragipertum Advocatos Goradi comitis, dicentes, quod pars præfati Goradi silvam, quæ dicitur Hostilia, & pascua pertinentem, & jure S. Zenonis suo jure occupasse inlicite, & contra legem; quam rem dum præfati missi nostri per se minime diffinire potuissent, in nostram hanc plenitee deliberanda jussimus venire præsentiam. Qua de re dum diligenti adhibita investigatione rei veritatem inquireremus, detulit prædictus Abbas optatis nostris præcepta antiquorum Regum; nec non & bonæ memoriæ avi nostri Domini Caroli præstantissimi Imperatoris; verum etiam & avunculi nostri Pipini quondam gloriosi Regis, Domnique & genitoris nostri Kludovici Serenissimi Augusti, quæ dum relegi fecissemus, comperimus juste, & rationabiliter pacta monasterii S. Zenonis in omnibus pasturorum, & capuli, seu decimæ, & omnem enactionem pertinere absque qualibet in parte aliquod redhibitionis debitum, salvo suo jure in integrum territorio, ubi Hostilia nuncupatur, cujus fines sunt, à Pado usque in campum Turmioni, & à fossa Lubia usque ad fossam Regiam, & pollicinum juxta castrum Reveri. Ideoque ad præfatum Sanctum, at venerabilem hos nostræ auctoritatis apices fieri jussimus, per quos absque qualibet inquietudine ab hinc in futurum nostra auctoritate teneat, justèque fruendo possideat. Insuper retulit nobis Rataldus Episcopus, cui præfatum monasterium nostra auctoritate ad regendum commissum erat, eo quod Goradus comes aliquas ei inferat contra causationes de quibusdam rebus, & mancipiis, quæ olim prædecessor præfati Goradi Vulvinus nomine, cum Episcope Brixianæ Ecclesiæ Chuniberto nomine commutaverat, & è contra sibi placitam acceperat commutationem: quæ dum utilia post aliquos dies idem Rataldus vener. Episcopus præfatæ S. Zenonis Ecclesiæ esse cognovisset, datis in recompensatione pacti prædictæ Brixianæ Ecclesiæ congruentibus rebus, at mancipiis à Petro quond ejusdem Ecclesiæ Episcopo commutatas, pacti prænominatæ S. Zenonis Ecclesiæ conquisivit ad habendum: sed quia Regiæ potestatis missus inter has defuerat commutationes pro hujusmodi occasionibus adimendis, ne ideo ab eadem Ecclesia auferantur, quoniam legaliter absque Regio misso non poterant commutari, hanc nostram auctoritatem super præfatas commutationes addere libuit, per quas jubemus sanum mansurum: sancimus ut nullus fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque ab hinc in ante a inde aliquam pacti sæpe dicti monasterii S. Zenonis inferre præsumat contrarietatem, sed liceat ei, ut justo tramite acquisivit, quietè Rectoribus Ecclesiæ ordinare, atque disponere quicquid utilitas prædictæ dictaverit Ecclesiæ. Si vero quod futurum non credimus aliquis Dux, Comes, aut cujuslibet administrationis, aut privata persona contra omnia supradicta moliri aliquid præsumpserit, seu infringere, vel corrumpere ex parte, aut ex toto temptaverit, sciat se compositurum mille mancusos auri obrizi, medietatem camerae nostræ, & medietatem jam dicto monasterio S. Zenonis, si aliqua contrarietatis violentia illata fuerit. Et ut hoc certissimè credatur, & diligentius observetur, manu propria roboravimus, & Anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Dructemirius Subdiaconus, atque Not. ad vicem Hermenfredi scripsi.

Dat. 18. Kal. Febr. anno Christo propitio Imperii Dom. Kludovici Serenissimi Imperat. 20. & Klotarii 11. Indict. 11. b Actum Mantuæ in palatio Regis in Dei nomine feliciter. Amen. b xii.

48 AGNINUM, Algorium vocat Anastasius Bibliothecarius, habetque coronationi Ludovici filii Lotharii Imperatoris Romæ interfuisse, Sergio Pontifice apud S. Petrum insigne regni tradente an. 844. XLVI

49 LANDARICUS hujus Ecclesiæ Pontifex fuit, vir pius, & eruditus, de quo mentio extat in decreto quodam concesso cœnobio, & Basilicæ S. Zenonis à Lothario, & Ludovico ejus filio Impp. anno Christi 847. Indict. 10. ita recensitum in eodem cœnobii tabulario. XLVII

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Hludovicus gratia Dei Imperator Augustus invictissimi Imperatoris Hlotarii filius. Cum petitionibus sacerdotum, & venerabilibus locis munus aliquod conferimus, aut prædecessorum nostrorum Imperatorum acta roboramus, imperialem exercemus consuetudinem, & auctorem omnium id agendo facere credimus nobis placabilem. Ideo omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque presentium scilicet, & futurorum comperiat industria, qualiter Landericus venerab. sanctæ Veronensis Sedis Episc. nostram adiens serenitatem detulit nobis præcepta divæ mem. Karoli Aug. seu Hludovici piissimi Imp. atque Domini, ac genitoris nostri Hlotarii excellentissimi, nec minus Imp. quæ ob amorem Dei, & B. Zenonis Confessoris Christi erga ejus Eccles. exaltationis, & relevationis gratia fecerant, supplicans, ut his authoritatibus nostram etiam adderemus confirmationem. Cujus precibus inclinati ipsa precepta legere fecimus; sed in precepto Domini Karoli Augusti invenimus, qualiter Pipinus gloriosus Rex, cum Rotaldo ipsius sedis Episcopo Ecclesiam S. Zenonis confessoris Christi renovasset, cum jam rebus debitis, privata adeo fuerat, & attenuata, ut nihilè esset redacta, ideo pro animarum suarum sublevatione quasdam res in eadem Ecclesia ad subsidium famulorum Dei ibi deservientium, & pauperum necessitatem delegaverunt, atque confirmaverunt, id est in eodem territorio Veronen. monasteriolum in honore S. Petri constructum, quod nuncupatur Mauratica, & in alto loco in eodem pago res, quas Avobertus, & Ratbertus filius ejus per titulum donationis ad memoratum locum tradidere: nec non & in alto loco, qui vocatur Bardolinus in fine Gardensi, seu in tertio loco in territorio Vi-

(t) Anno 833. die 15. Januarii nondum elapsus erat annus Imperii Ludovici decimus nonus post obitum patris defuncti an. 814. die 28. Januarii, neque annus Lotharii decimus, ex quo Imperator Romæ à Paschali PP. coronatus est die 5. Aprilis 823. Hæc igitur sententia, quam Mantuæ tulit Lotharius anno Ludovici patris Imper. 20. & ejusdem undecimo, 18. Kal. Februarii, ad an. 834. referenda est: & pro indictione xi. reponenda xii. Cæterum ex hoc documento colligitur quidem eo anno in vivis adhuc extitisse Rataldum, nullo tamen modo video, quomodo ex eo *Rataldus secundus sine ansa post Audonem proferatur Veronensis Antistes*. Quinimo ex ipsius documenti contextu hujusmodi Rataldorum duplicitas omnino mihi videtur evidenter excludi. Ille etenim Rataldus, qui, ut ex documento colligitur, vivebat an. 834. *idem*, ut narrat documentum, res quasdam, & mancipia à Petro quondam Brixianæ Ecclesiæ Episcopo per novam commutationem S. Zenonis Ecclesiæ acquisierat. Petrus devixit anno 814. ut tomo 4. in Brixiensibus diximus. Ab eo igitur saltem anno ad an. 834. ex documento sedit in cathedra Veronensi *idem* Rataldus.

Vicentino, qui vocatur Ultom se; seu & in quarto loco in fine Brisciano in Vico Possici, sive in territorio Florentino partibus Tusciæ in loco nuncupante Flaviana: Præceptum etiam serenissimi Augusti Ludouici inspicientes; hæc omnia superius scripta in eadem Ecclesia ipsum Augustum confirmasse reperimus, verumetiam sua authoritate confirmavit . . . . prædicto monasterio B. Zenonis basilicam de Florentina civitate, quam Fereleuba fœmina Deo dicata per cartam traditionis ad S. Zenonem obtulit cum omnibus adjacentiis suis, seu quod & Commundus presbyter in territorio Parmense ad eumdem sanctum locum juxta testamentum traditionis delegavit, seu & curtem in Plafiano, quæ Rotaldo Veronensi Episcopo de comparato evenit de Andrea quodam negotiatore per rogatores suos, id est Petrum Archipresbyterum, & Thedebertum presbyterum, atque Andream Scavinum cum omnibus adjacentiis suis, quam idem Venerabilis Episcopus ad jam dictum locum per scriptum tradidit, seu & in territorio Tortellensi Ecclesiam S. Fuscæ cum omnibus appendiciis suis, quam ipse Augustus ad eumdem per præceptum suæ authoritatis delegavit locum; quantumcunque in supradictis locis eorum legitima fuit possessio, vel denominatio, tam de comparatu, quam de quolibet contractu, cum omnibus appendiciis, eorumque adjacentiis, cum omnibus ædificiis, accolabus, mancipiis, terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus omnia, & in omnibus ad memoratum locum propter divinum confirmavit amorem. Nec minus etiam confirmavit, quod specialiter dilectus germanus ejus Pipinus gloriosus eidem sancto loco concesserat, ut in regalibus tam silvis, quam etiam in cæteris pascuis licentiam haberent pasci greges ovium suarum, nec non porcorum, jumentorumque, vel cæterorum animalium ad ipsum monasterium pertinentia. Et genitoris nostri Hlotharii pii Imperatoris exaratum invenimus, qualiter pro mercedis suæ augmento suggerente, Rotaldo venerabile Episcopo, quoddam monasteriolum, quod vocatur monasteriolum novum situm in pago Tarvisiano cum omnibus rebus ad eum pertinentibus, quas tunc juste, & legaliter possidebat, sancto Zenoni contulerat, & in ejus monasterio perennis temporibus permanere confirmaverat. Aliud etiam inspicientes præceptum reperimus, qualiter petente Notingo quasdam res cum quadam Ecclesia in honore sanctæ Genitricis Mariæ, & S. Thomæ constructa in fisco nostro ad præfatam ecclesiam sancti Zenonis confirmavit, ita ut ad partem palatii tantum libra una argenti singulis annis persolvatur. Nunc vero ad amorem Dei, & reverentiam S. Zenonis confessoris Christi hæc omnia superius denominata in monasterium ipsius S. Zenonis per hoc nostrum præceptum in æternum mansura confirmamus, ita tamen ut nullus successorum nostrorum, neque fidelium Dei, nec non ullo in tempore subtrahere, aut minuere aliquid de eodem monasterio præsumat, sed liceat sub nostra munitate, vel tuitione Abbatis, qui pro tempore fuerit, ordinare, prout melius dictante rectitudine prævideri, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria potestate, vel qualibet persona in rebus, vel possessionibus prædicti monasterii ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut fidejussores tollendos ingredi, aut aliquam contrarietatem inferre præsumat, seu quemlibet, qui super res ipsius monasterii resederit, distringere audeat. Et quidquid fiscus noster Villafacei ex prædictis ecclesiis S. Mariæ Virginis, & S. Thomæ Apostoli sperare poterat sæpefato cœnobio, vel Abbati, qui pro tempore fuerit, & fratribus ibidem Deo servientibus concedimus, & sancimus, atque in æternum mansurum confirmamus, ita ut Abbas, qui nunc est, vel futuris temporibus ibidem fuerit ordinatus, hoc nostro fretus præcepto tam monasterium B. Zenonis, quamque & possessiones ibidem à prædecessoribus nostris collatas vel à nobis confirmatas, qualiter monstrante justitia dictaverit, perenniter ordinet, atque disponat. Si quis vero contra hoc nostros regales apices insurgere, aut in aliquo violare temptaverit, infra ditionem regni nostri consistens, sciat se libras triginta auri probatissimi exsolvendum medietatem præfati monasterii, & medietatem palatii nostri. Et ut hoc nostrum præceptum in Dei nomine pleniorem obtineat roborem, manu propria subter confirmavimus, & annuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Serenissimi.   *Lodovici Augusti.*

Dructeminus Archicancellarius recognovit.

Data VIIII. Kal. Septemb. anno Christo propitio Imperii Domini Hlotharii pii Imperatoris XXXIII. (1) & Hlodovici quarto. Indictione 10. Actum Curte Auriola in Dei nomine feliciter. Amen.

50 BILONGI Episcopi clara apud Veronenses extat memoria, cujus originale testamentum vetustate pene exesum vidimus, Romam nobis ex tabulario Canonicorum transmissum, quo multo labore hæc, quæ potuimus verba expiscati sumus, remisimusque Veronam, postquam venerandæ antiquitatis documentum non semel deosculati fuissemus. Conditum vero fuisse docet ann. Lotharii 27. Ludovici vero filii VII. Ind. 13. qui fuit annus Christi 850. illud totum exhibeo lacunosum, ut vides. XLVIII.

In nomine Domini nostri Jesu Christi imperante Domino Lothario . . . . vigesimo septimo anno (2) Ludovici filii ejus Regis hic in Italia anno septimo sub die decima mensis Decembris Ind. decima tertia feliciter imperante.

Bilongus sanctæ Veronensis Ecclesiæ Episcopus considerans casu humanæ fragilitatis, & . . . . In Nomine Domini . . . . ab hoc seculo vocare placuerit . . . . condonare dignetur; pro hoc considerans ex omnem mea substantia ut . . . . . . exinde fieri debeant post . . . . non judicavero . . . . quatenus per præsentem paginam inferius fuerit declaratum, primis omnium judico, atque instituo, ut habeant Fulcherius, & Gerardus vassi, & parentibus . . . . si post meum remanserint obitum de in integrum . . . . tam curtem domo cultas, & casas, massaritias ad easdem domos jubeas pertinentibus . . . . . . ad usum fruendum, & vendendi nomen . . . . . . si voluerint habeant licentiam ambo . . . dum . . . . . . parentum meorum . . . . pro anima mea . . . & eam refecti fuerint . . . . . . pro me peccatore Dominum exorare . . . . In scola sacerdotum . . . . . . pro remedio animæ nostræ recipiant, & pro anima mea ante dicti Archidiacon. & Archipresbyter, qui pro tempore fuerint . . . pro prædictis omnibus casas & rebus, quas eis usu fruendi nam . . . . Audo a Archidiaconus, & Stephanus Archipresbyter rectores esse videntur pro remedio animæ nostræ, & parentum meorum . . . . prædicta Veronensis Ecclesiæ ordinent, & disponant . . . . . ipsas supradictas res meas . . . . ipsis Fulcherius & Gerardus . . . . . ipsum suprascriptum censum dare distulerit annualiter tunc volo ut supradictus res . . . . & potestate suprascripta . . . . Veronensis Ecclesiæ. Nam si ipsi suprascripti Fulcherius, & Gerardus ipsum . . . . . sicut superius ordinavi reliquas vero omnibus . . . .

& pro

forte hic ille, qui postea fuit Episcopus Veronens, & de quo perperam supra agit Ughelius.

(1) Scripserat Ughellus XXIIII. & in appendice tom. p. XXXIII. reponendum jussit: at hæc perperam: nam scribendum videtur vel XXXI. si desumatur hæc Epocha ab anno 817. quo Lotharius consors Imperii à Patre declaratus est, vel XXVIII. ex quo regnare cœpit in Italia: vel XXV. ex quo à Pontifice solemniter fuerit coronatus. De hoc Landerico, seu Landerio Panvinius in Chron. ad an. 838.

(2) Si initium Indictionis hujus testamenti sumatur à Januario, tunc dicendum est conditum fuisse anno Christi 850. sed pro 27. anno Imperii Lotharii scribendus XXXIII. detrahendo scilicet annos ab ejus coronatione. Si vero à Septembri, tunc testamentum conditum erit anno Christi 849. & pro anno Ludovici septimo sextus erit reponendus.

& pro aliis locis ad me pertinentibus volo, ut . . . . habeant simili modo in usum fruendi nomen alius gerendus varsus & cubicularius noster, atque & Sicobardus dumanus en ipsis advixerit cunctis diebus vitæ suæ . . . . & faciant en ipso unum fructum, quibus voluerit post ipsum . . . . omnibus casis & rebus meis, quoque eos usum fruendi, & omne dixit habeat decimationem & offertionem pro anima mea, & parentum meorum in Basilica sanctorum Martyrum Faustinæ, & Jovitæ ubi eorum corpora beata quiescunt, & faciat exinde Pontifex, qui pro tempore fuerit in sancta Brixiana Ecclesia pro utilitate ipsius Basilicæ sive canonicæ sacræ quibus voluerit servis, & meis ancillis aldus & adiandus . . . . ubi per loca inventi fuerint a maximo usque ad minimum, cum ipsis . . . . . . qui fuerint a die obitus mei omnes sint liberi, & absoluti. . . . tanquam si de ingenuo patre, vel matre nati fuissent, sive agat, sive vivat aure, sed in omnibus liberi & recognoscant patrem, quam voluerint & ambulandi liberam habeant licentiam & pro ampliori firmitate constituo, ut fiant ducti ergo prædicto sancto altario Faustinæ & Jovitæ per manus Archipresbyteri, qui pro tempore fuerit in supradicta Brixiana ecclesia, & habeant ad suam confirmandam libertatem omnes . . . . . . largiente Domino in antea vel conquesta . . . . . . mobilibus vero meis tam aurum, quam argentum vel . . . stuppa, lines, lanas, sericis, codicis, & universas . . . . . . porcer, pecoras, & reliquas animalias meas, tam grano vino . . . . . . tam datum & dispensatum pro animæ meæ remedium pauperibus, & egenis, & peregrinis, ut per illorum bonam orationem apud omnipotenti Domino creatore salutis æternæ. . . . hæc esse debeant, Audo Archidiaconus, & Adelbertus Vicedominus domus sanctæ Veronensis Ecclesiæ, simulque & Vitalis Presbyter, & veola habeat . . . . . de hoc quod anima mea dispendi debuerunt per illos facilio . . . . . meus . . . . . . melius administraverit, & si aliter . . . . . in sua maneat firmitate . . . . . sicut agramentario manibus suis de terra levavit . . . . . . Acto ad supradictam scolam Sacerdotum feliciter. Ego Bilongas Episcopus Veronensis hanc. . . .

Post hunc plures sequuntur subscripti testes, quorum nomina non potuerunt legi, cum pene corrosa, & exesa existerent.

XLIX. 51 NOTHERIUS primus post Bilongum collocandus videtur, de quo in tabulis habetur vixisse ann. 856. * Extat in Archivio Canonicorum Veronen. documentum permutationis factæ à Notherio Episcopo cum comite Sextulu an. 855. Indict. III.

* Ex Append. t. 5.

LI 52 ARDECARIUS, qui & Ardichinus, & Ascarius est, Veronensis Episcopus, qui dissensiones ortas inter Canonicos Veronensis Ecclesiæ, & Abbatem S. Zenonis, de oblationibus ejusdem ecclesiæ pia populorum liberalitate elargitis, solemni stipulatione composuit sequenti, quod extat in tabulario * Canonicorum, documento anno 865. in his verbis.

* Ex Appe tom. 5.

Anno Incarnationis Domini nostri DCCCLXV. *Indict. XIV.* a *Dum orta est contentio inter Canonicos Ecclesiæ Veronensis, & Leonem Abbatem, & Monachos, qui ad s. Zenonem habitant, de ecclesia B. Zenonis, ubi corpus ejus humatum quiescit, & de oblatione, quæ ad eandem ecclesiam devota mente populus offert annualiter, & quæ ipsis Canonicis per præceptum domini Ladovici Serenissimi Imperatoris ad eorum Canonicos pro rogatu Rataldi venerabilis Episcopi concessa fuerat, & alia parte monaster. suum deferebat præcepto subscr. Imperatoris, sed minime istum excludebat, unde grandis altercatio inter eos in præsentia D. Ascarii Episcopi devenit. Sed dominus Episcopus, ut sanctus pater utrosque monens, & ad pacis vinculum perducens pacificavit eos in eo tenore, ut annualiter ipsa oblatione habere per concessum canoni . . . . pars monasterii, medietatem haberent ipsi canonici, & in ambabus festivitatibus, quæ est de mense Madio, & in mense Decembris missi de parte Veronensis Ecclesiæ tertio die ante ipsas festivitates ibidem esse debeant ad ipsam oblationem recipiendam, & quicquid ibidem advenerit, æqualiter inter se dividant, medietatem tollant ipsi Canonici, & medietatem pars monasterii, & quidquid alio tempore toto anno circulo ibidem devote venerit sic duo Presbyteri Monachi missi de ipso Monasterio recipiant & salvum faciant sine omni subtractione, ita ut si necessarium fuerit jurari dicant per suum sacerdotium, quod nihil exinde minuassent, usque dum pars superstes Canonicorum sanctæ Veronensis Ecclesiæ & pars Monasterii insimul veniant, & sic inter se æqualiter dividant sicut aliam oblationem, quæ in festivitatibus dividunt. Unde spondeo me Ego Leo Abbas, vel mei successores una cum consensu dom. Auscarii Episcopi, vel cæterorum fratrum Monachorum vobis Vitali Archipresbytero, & Mudenegauso Archidiacono, & successoribus vestris, ut si de ipsa medietate ipsius oblationis, quæ in toto anno circulo ad fidelibus dictæ Ecclesiæ ibidem advenerit, contendere voluerimus, præter ipsam medietatem, quam nobis reservavimus, tunc componam Ego Leo Abba, vel mei successoris vobis pena in argentum solidos numero ducentos, & post pena compositam præsens hæc pagina omni in tempore firma permaneat. Factum est in anno domini Ladovici Imperatoris sexto decimo sub die quinto de m. Februarii Ind. sup. sc. Acta in Civitate Veronæ feliciter.*

a XIII. vel si mavis Ind. XIV. anno 866.

Ego Ardecarius Præsul Veronensis civitatis propria manu roboravi.

Ego Leo Abbas m. m. subsc.

† *Ego Lunaldus presbyter & monachus consensi m. m. subsc.*

† *Ego Ursibertus presbyter & monachus consensi m. m. subsc.*

† *Ego Joannes presbyter & monachus consensi m. m. subsc.*

† *Ego Adebertus el. monachus consensi m. m. subscripsi.*

† *Ego Amelbertus presbyter monachus m. m. subsc.*

Signum † *m. Gariberto da Posterola testis.*

Signum † *m. Leoni da Ponte testis.*

Signum † *m. Arimperto de Castro testis.*

Ego . . . . rogatus ab Leone Abba m. m. subsc.

Ego Erimbertus rogatus ab Leone Abba m. m. ss.

Ego Adelbertus rogatus ab Leone Abba m. m. subscripsi.

Ego Reglenssas not. ab Leone Abba m. m. subsc.

Ego Tendemarias not. rogatus ab Leone hanc paginam scripsi & post tradita complevi.

53 ADELARDUS, Ascarium secutus est in Episcopatu. Hic nobilissimam Abbatiam Nonantulanam S. Sylvestri invasit, ob id à Joanne VIII. Papa excommunicatur an. Domini 877. ut ex epistolis ejusdem Papæ liquet, quas ad Imperatorem, ad Anspertum Mediolanensem, Unispertum Aquilejensem Archiepiscopos, clerumque Veronensis Ecclesiæ scripsit. Vidi etiam, & legi in monumentis illius Abbatiæ documenta & scripturas nomine ipsius confectas, quibus & Veronensis Episcopus & Nonantulanus Abbas enunciatur. Interfuit ipse coronationi Caroli Imp. anno 876. Interim Adelardi consilio cœpit ecclesia SS. Firmi, & Rustici divitiis, & exornatu crescere, Joanne Presbytero magnæ existimationis viro curam gerente; hanc cum suis pertinentiis, aliisque bonis Carolus Calvus an. 883. eidem dono dedit hoc diplomate. LII.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi Dei æterni. Carolus opitulante Divina clementia Imperator Augustus.

Ad promerendam propitiationem Cœlestis curiæ nobis confidimus, si servorum Dei precibus assensum præbentes eorum necessitati consulimus. Id circo universorum Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumque præsentium & futurorum comperiat solertia, quomodo pro remedio animæ nostræ, parentumque nostrorum concedimus, atque largimur præsenti Joanni presbytero, dudum Romæ in Clauso, curtem meam cum Basilica dedicata in honore SS. Martyrum Firmi, & Rustici sita in loco, qui dicitur Mauratica, cum suis certis finibus terminata: hi sunt

Cona, Ponzevigulo, ac Palude mala A. & fossato Gamandoni, nec non & via nuncupante Cava in mediis nostris domnicatis rebus positam, cum decimis à priscis temporibus ad eamdem Basilicam pertinentibus, cum districtis de omnibus nostris superdictis domnicatis rebus ibique nobis remanentibus, sicut nostra regia potestas en integro intra, & extra ipsam curtem hactenus tenuit, una cum casis, silvis, hortis, areis, vineis, terris, campis, pascuis, pratis, salectis, aquis, rivis, aquarumque decursibus, cum omnibus supradictis nostris rebus pertinentiis à priscis temporibus ad eamdem curtem, & Basilicam pertinentibus, cum suis usibus, & certis in terro finibus eidem Joanni presbytero concedimus, habendum, & in perpetuum possidendum, cuicunque donaverit, vel qualibet modo, per scripturæ paginam reliquerit, firmum, & stabile permaneat, quatenus eainde pro nobis, & stabilitate imperii nostri, totiusque Christianitatis divinitus nobis commissæ Majestatem æternam jugibus noctibus, atque diebus valeat exorare. Et hoc ut nostræ munificentiæ largimentum ad securitatem prædicti Joannis presbyteri, aut cuicumque dederit firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, videlicet ea ratione, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdacbio, seu aliqua magna, vel parva regni nostri persona, hanc nostri præcepti oblationem aliquo modo violare præsumat. Si quis igitur hujus nostri præcepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædicto Joanni presbytero; & quod ut verius credatur, & ab omnibus cum summa diligentia observetur manu propria confirmantes sigilli nostri inferius consignari præcipimus impressione.

Signum Serenissimi Karoli Imperatoris.

Luitfredus notarius ad invicem Liutuardi Archicancellarii recognovi & scripsi.

Dat. XVII. kal. Julii anno Incarnationis D. N. Jesu Christi DCCCLXXXIII. Anno Imperii nostri hic in Italia tertio Ind. prima feliciter.

Impetravit Adelardus deinde, hoc est anno 895. à Berengario Rege diploma, quod adhuc extare refert Panvin. Veron. Antiq. lib. 5. ne civi cuiquam fraudi esset, qui quatefacti eo anno ingenti terræmotu Theatri ejus, quod est intra urbem ad latus, ac radices collis, ac pene diruti impendentes subjectis ædificiis minas esset demolitus. En Beregarii diploma.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi Dei Æterni.

Berengarius Rex. Quia evenit nuper in Civitate Veronæ, ut pars quædam medii Circi, quæ Veronæ subjacet Castro, pro nimia vetustate corrueris, collidens cuncta sub se posita ædificia, hominesque cunctos pene quadraginta attrivit subita morte condemnans. Idcirco præsentis Adelardi Episcopi S. Veronensis Ecclesiæ cunctique cleri, & totius ejusdem populi civitatis, noverit sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque fidelium, præsentium scilicet, & futurorum industria, prædecessorum quoque omnium amore, nec non pro animæ nostræ remedio, nos sanctæ Dei Ecclesiæ Veronæ, ac cuncto clero, & totius civitatis populo, & cunctis sub ipso castro morantibus per hoc nostræ autoritatis præceptum commisisse, quatenus ubicunque ædificium aliquod publicum pontis pertinens ruinam minatur, aut alicui videtur, ut in ruinam ejusdem quomodocumque sit, damnum futurum faceat eis omnibus, tam prædictæ Ecclesiæ cum clero, quam cunctæ ejusdem civitatis populo, absque ulla publicæ partis offensione, ipsum ædificium publicum usque ad firmum evertere, in nullo eis sit trepiditas damni, eo videlicet ordine, quocernens, nec quilibet publicus exactor quempiam hoc agentem condemnare, aut alieni quicquam audeat in hoc inferre molestiæ. Contra quod auctoritatis nostræ preceptum si quis pugnare tentaverit, aut aliquem ex prædicto negotio molestare præsumpserit, vel ullam inferre calumniam, ne quod cœperat perficere possit, utque conatus ejus redigatur ad nihilum, sciat se compositurum xx. auri obrizi libras medietatem parti nostræ, & medietatem, cui ex hoc aliqua fuerit illata molestia. Ut hoc autem verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria roborantes, annuli nostri impressione duximus insigniri. Datum IIII. Nonas Maji anno ab Incarnatione Dominica DCCCXCV. Anno vero Regni Berengarii serenissimi Regis en.a Ind. XIII. Actum Ver. in Dei nomine felic.

Ejusdem etiam Præsulis Adelardi anno 886. mentionem extare vidi in diplomata ejusdem Berengarii Regis concesso S. Mariæ de Organo; eoque Præsule Carolus Imperator ad favorem Veronensis Ecclesiæ hoc dedit privilegium, quod extat in tabulario ejusdem Ecclesiæ.

a Anno Christi 895. mense Majo corruit regni Berengarii anno [illegible].

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Karolus divina favente clementia Imperator Augustus.

Si petitionibus sacerdotum Dei justis & rationabilibus annuimus, & necessitudines injustas sublevamus; id nobis procul dubio ad æternam beatitudinem capessendam pertinere confidimus, quia decet imperiale fastigium sibi subditas partes oppressas pravitate abjecta erigendo, & ad proprium, Deo favente, statum reintegrando, perducere. Qua propter omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum comperiat industria: quia venientibus nobis Ravennam ad colloquium spiritualis patris nostri domini Johannis videlicet Summi Romani Pontificis, & universalis Papæ; pervenit ad nostram notitiam maxima Venerabilium Episcoporum, & populi proclamatio de plurimis sibi illatis superstitionibus, & injunctis oppressionibus a seculari, & publica potestate; ita ut contempto timore Dei, & abjecta a prædecessoribus nostris interdicta per plebes & ecclesias, seu ecclesiastica prædia, & domos placita teneant, districtiones in liberos massarios super ecclesiasticas res residentes, & servos, & aldiones faciant, tributa ab eis exigant, census, & donaria, angarias etiam, & operas, & non solum ab eis, sed ab omnibus liberis erimmanis, & Ecclesiæ filiis, quod Deo odibile certissime credimus, quia tales violentias apud Christianos non debere fieri non dubitamus. Ideoque omnium fidelium nostrorum, tam reverentissimorum Episcoporum, quamque & illustrium Comitum, reliquorumque fidelium nostrorum fretis consilio generali Dei, nostraque imperiali auctoritate omnes has superstitiones, & importunas violentias funditus ab hodierna die, & deinceps abolendas, & extirpandas radicitus modis omnibus decernimus, statuentes, ut in sancta Veronensi Ecclesia nullus Comes, nullusque Judex, vel qualibet judiciariæ potestatis persona, tam in plebibus, quamq; in monasteriis, titulis, aliisque ecclesiis, vel domibus, seu urbanis, vel rusticis possessionibus ad eam pertinentibus placita tenere, massarios, & colonos liberos, aldiones, vel servos quosq; residentes super res ad prædictam sanctam Ecclesiam pertinentes quolibet modo distringere, pignorare, angariare, census, & redibitiones, & donaria aliqua exigere quoquomodo præsumat, sed liberos massarios, quos legalis cautela exigit quærere, ad placitum, per patronum, seu advocatum ad placita ducantur, ut legalis definitio legalem contentioni finem imponat. Hæc etiam in omnibus liberis erimmanis præfatæ sanctæ Veronensis Ecclesiæ filiis, & in ejusdem diœcesi commanentibus massariis, & colonis omnimodis jubemus videlicet, ut ab eis nec donaria, aut redibitiones, neque pignorationes, vel injustæ districtiones exigantur, sed unusquisque, cum legalis censura exigit, a patrono suo ad placitum deducatur. Ne pignorationis occasio aditum rapinæ deprædationibus in aliquo præstet. Interdicimus etiam nemini licere alienas res præsumptive invadere occasione chartulæ ab eo factæ per vestituræ

legi-

legitimam non habuisse dinoscitur, sed si quis acquisitor eutiterit, non ante vendere aliquas res Ecclesiæ, vel cujuspiam liberis hominib. vendere præsumat antequam auctor cartulæ legali, & judiciaria definitione .... cui vult liberam tribuendi habeat facultatem. Hæc vero nostra imperialis institutio, & cunctorum fidelium nostrorum, tam reverendissimorum Episcoporum, quamque & cæterorum fidelium generaliter promulgata, & sancta auctoritas in omnibus parrochiis, comitatibus, & marchis, per totius nostri imperii fines in toto regno Romanorum, & Longobardorum, & Ducatus Italiæ, Spoleti, & Tusciæ, ut, Deo favente, per infinita tempora proprium robur obtineat, nullique temptatori impune eam contemnere facultas existat. Quam si quis violare præsumpserit, centum libras auri puri se compositurum agnoscat; medietatem Ecclesiæ, cui violentiam intulerit, & medietatem palatio nostro. Et ut hoc nostræ auctoritatis præceptum firmum, & stabile permaneat propria manu firmavimus, & annulo nostro subter jussi sigillari.

Signum Serenissimi Karoli Imperatoris.



Inquirinus Notarius ad invicem Liutuardi Archicapellani recognovit. Data xvi. Kal. Mar. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXII. Indict. XV. Anno vero imperii D. Karoli serenis. Imperatoris II. Actum Ravenna civitat. in Dei nomine feliciter Amen.

Adelardi virtutes recensentur à Joanne VIII. in epistola 10. ad eum scripta, cumque vocaret Romam ad Concilium celebrandum; de eodem idem scribit Pontifex, ad Ravennatensem, & Mediolanensem Archiepiscopos, tum & ad Aquilejensem Patriarcham epist. 48. Idem in epistola Carolo Imperatori scripta 15. Kalend. Maji Indict. 10. nunciat se Adelardum diris devovisse, quod Nonantulanum cœnobium invasisset, ut supra retulimus.

(„ *Inter hunc Adelardum, & Aldegisium Tridentinum Episcopum lis incruduit super bonis Ecclesiæ, quam selectorum antistitum interventu definitam voluit Jo. VIII. ut ex ejusdem Epistola ad Tridentinum scripta; qua arguit eum quod bona Veronensis invaserit, & ejus causam quibusdam Episcopis se commisisse significat, monens ut eorum acquiescat sententiæ an. 881. Ind. xiv. Extat Epistola in Harduini noviss. Conciliorum editione tom. 6. par. 1. pag. 92. Anno 876. interfuit Adelardus Concilio Ticinensi, & an. 877. Concilio Ravennati, cujus decreto ad favorem Æduensis Episcopi subscripsit: & anno 898. Concilio Romano in causa Formosi habito, cujus supplementum edidit Mabillonius in Museo Ital. tom. 1. par. 2. p. 86. De Epocha ejus Concilii videndus Pagius ad an. 898.*)

LIII. 54 ADALBERTUS post Adelardum Veronensem Ecclesiam obtinuit, fuitque Hugonis Regis consiliarius, cujus intuitu Berengarium Ecclesiæ Veronensi privilegium elargitum fuisse ann. 891. testatur Perettus in catalogo. Eo Præsule Berengarius suo diplomate an. 900. aliqua bona donavit Odelberto presbytero, quæ nunc juris sunt Abbatiæ S. Mariæ in Organo. Diploma vero è tabulario ejusdem Abbatiæ tale est.

In Nomine Domini Dei omnipotentis æterni. Berengarius divina misericordia Rex. Quia Sacerdotibus, & Deo famulantibus temporale regiæ dignitati conferre subsidium convenit: idcirco noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum industria, Ardingum Rev. Episcopum, summumque Cancellarium, & dilectissimum fidelem nostrum suppliciter nostram exorasse clementiam, quatenus quemdam massariolum juris regni nostri, situm in comitatu Veronensi in valle Perzaco, loco ubi dicitur Sbrajago, pertinentem de curte nostra, quæ Lazetes vocitatur, cum universis ad eundem massariolum pertinentibus ex integro; nec non & quemdam molendinum positum in prædicta valle, loco qui dicitur Pruno, qui nominatur spiculum, pro Dei amore, & remedio animæ nostræ, cuidam presbytero nomine Odelberto jure proprietario modis omnibus concedere dignaremur; cujus precibus inclinati, prædictum massariolum cum omnibus adjacentibus & pertinentiis suis, casis videlicet, terris, vineis, campis, pratis, silvis, salectis, sationibus, aquis, aquarumque decursibus, seu cum omnibus, quæ dici, vel nominari possunt ad se pertinentibus, seu & prænominatum molendinum perpetuo jure eidem presbytero per hujus nostræ concessionis præceptum, modis omnibus concedimus, atque donamus, & de nostro jure, ac dominio, in ejus jus atque dominium transfundimus, & donum ut habeat, teneat, possideat, faciatque in omnibus quicquid ejus decreverit animus, vel voluntas, potestatemque habeat donandi, vendendi, commutandi, alienandi, pro anima judicandi, seu quicquid voluerit faciendi tum ipse, tum sui hæredes absque minoratione, vel contradictione cujusquam. Si quis igitur hujus nostræ auctoritatis, seu concessionis præceptum aliquando infringere, aut violare quæsierit, sciat se procul dubio compositurum auri optimi libras triginta, medietatem cameræ palatii nostri, & medietatem prædicto presbytero, suisque hæredibus, vel cui ipse, aut ipsi habere concesserit. Quod ut verius credatur, ac diligentius observetur manu propria roboravi, & annulo nostro subter assignari præcepimus.

Signum Domini Berengorii Serenis. Regis.



Ambrosius Cancellarius ad invicem Ardingi Episcopi Archicancellarii recognovi, &c.

Dat. Kal. Aug. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC. Domini vero Berengarii Serenissimi Regis xviii. a Ind. iii.

a An. XIII.

De Adalberto hæc Panvinius lib. 5. Ver. Antiq. cap. 25. *Sub hoc Episcopo occiso nefarie Rege, & Imperatore Berengario, Rodulphoque Burgundiorum Rege absente, sævissima Hungarorum gens in Italiam à Berengario in hostes suos evocata, Salardo duce, totam Italiam consumpsit, Veronamque magno impetu invasit, ejusque suburbiis ferro, flammaque consumptis, in his basilicas Divorum Zenonis, Proculi, Stephani, Nazarii, & Celsi incendio consumpsit. In qua trepidatione Abbas divi Zenonis & Monachi cum eo, corpus ejusdem Divi penes se conditum, quod ne furto subriperetur magnopere metuerunt, una cum calice, cruceque aurea maximi pretii Pipini dono monasterio concessa, in ædem Divæ Mariæ majoris in ejus sacrario asservanda deportarunt. Verum Veronæ rebus aliquot post annis in tranquillo jã constitutis contra Canonicorum voluntatem in priorem Basilicam sunt reportata, ubi usque in hodiernam diem suis in locis integra asservantur.* Hæc ille. Cæterum hæc sub Notherio Episcopo accidisse potius fatendum est, cum is, non Adalbertus, eo anno, quo occisus legitur Berengarius, Veronensis Episcopus fuerit, ut ex iis, quæ proxime de Notherio dicemus, clare apparebit: nisi forte divinare velimus Adalbertum Veronensem Ecclesiam Notherio reliquisse, pervenisseque ad tempora Hugonis Regis, cum inter monumenta Zenonianæ Basilicæ unum repertum sit datum Ver. an. 926. rogatu Adalberti, & Notherii Episcoporum tunc viventium. Sic se habet diploma.

Hugo Divina faveate clementia Rex, &c. Noverit omnium fidelium S. Dei Ecclesiæ nostrorumque præsentium, ac futurorum industria, Adelbertum & Notbertum Reverendiss. Episcopos dilectos fideles, & Consiliarios nostros humiliter nostræ serenitatis exorasse clementiam, quatenus ob amorem Dei omnipotentis, Beatique Zenonis confessoris Christi reverentiam, omnes proprietates, atq; possessiones monasterii prædicti B. Zenonis, ubi corpus ejus sanctum quiescit humatum, quæ ab antecessoribus nostris Imperatoribus & Regibus, Episcopis, Comitibus, bonisque hominibus delegatæ sunt, & concessæ per nostræ munificentiæ præceptum corroboraremus, modisque omnibus nostræ Regiæ auctoritatis confirmaremus, &c. Quod factum fuit in amplis. forma.

Sicfredus Cancellarius ad vicem Beati Episcopi Archicancellarii relegi, &c.

Dat. VII. Id. Aug. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXVI. Domini vero Hugonis piissimi Regis I. Ind. XIIII.

Actum Veronæ in Christi nomine. Amen.

B

LIV. 55 NOTHERIUS ejus nominis II. Ademarii filius, post Adalbertum magna sanctitate Veronensem Episcopatum gessit, Berengario Rege, cujus benevolentia ad hanc Sedem eum pervenisse, ipsemet fatetur in testamento, quod condidit adhuc Berengario superstite an. 921. in hunc, qui sequitur, modum ex tabulario Canonicorum ab exemplari exceptum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Imperante Domino nostro Berengario Imperatore anno sexto (1) sub die decimo de mense Februarii. Indict. IX. feliciter. Divina per Evangelium voce . . . . ut vigilare ammonemur, quia ultimi dies hora ab omnibus ignoratur. Hac ergo voce ego Notherius Sanctæ Veronensis Ecclesiæ Episcopus commotus, & extremi judicii . . . ad oculos habens, rerum mearum, quas mihi Dominus ex successione parentum meorum contulit, sive per chartulas, vel quolibet ingenio aquisivi, sanus, & incolumis . . . . facere volo, atque instituo, ne me, quod absit, extrema hora imparatum inveniat, atque senior meus D. Berengarius, Dominus amabilis serenis. & Christianissimus, nullo præcedente servitio, sed sola gratuita pietate, me ad istud culmen provexit; quoniam vivens tantam ejus dignationis mercedem remunerare nequeo . . . . animæ, ut insuper. . . . dignam per hoc recompensationem impendere cogor. Ideo ejus animam hujus nostræ ordinationis, eleemosynarum, & orationum volumus esse participem, ut in æternum, Domino auxiliante, cotidianæ procedant laudes offerantur, & preces . . . . Primum omnium igitur ego, qui supr. Notherius Episcopus S. Veronensis Ecclesiæ volo, atque instituo, & ordino in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut casa mea infra civitatem Veronam prope curtem Ducis, non longe ab oratorio sancti Faustini, ut sit præsentialiter sanctum, ac venerabile Xenodochium, in alimonia, & sustentatione pauperum in Domino deservientium sub potestate Archipresb. & Archid. S. ejusdem Veron. Ecclesiæ, qui pro temporibus fuerint, & scholæ sacerdotum, qualiter hic subtus designavero: cui quidam Xenodochio cedo . . . . cortem meam dominicatam in Valle Baltenace, loco ubi dicitur, Martiana, cum omnibus ad eam aspicientibus, cum castro scilicet constructum cum turribus, & omnibus in circuitu . . . . suis cum brolio, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, salectis, ... & plano diviso, & non diviso, sortido ante posito, quod ego servis, & ancillis meis in eorum libertate concessi, sub ea videlicet . . . . qualiter hic subtus designavero; portionem meam etiam de silva, quæ dicitur Forojultana ibidem addo, & campum meum in Luxino ad Alpes faciendas addo, & massaritiam meam in loco Grattiano in ipsa valle Paltenace, & portionem meam de ipso castro Gratiana, & omnia quæcumque in prædicta valle Paltenace habere, & possidere visus sum in singulis locis ubicumque inventum fuerit, sicut à parentibus meis, & à me possessum, atque defensatum fuit usque in hodiernum diem: ad cumulum etiam mercedis nostræ addimus cortes nostras dominicatas in valle quidem Longaveccla, locus ubi dicitur Quirentas, & . . . . Mondonus, & in Muscoliano, & in Roboretoz has quatuor cortes præsentialiter in ipso sancto Xenodochio nostro offerimus, & mancipamus.

Hæc omnia igitur comprehensa sub integritate, & absque omni minuatione supra taxato meo Xenodochio do, & cedo, atque offero, & mancipo præsentialiter, ea scil. ratione, ut ipsum sanctum Xenodochium meum, cum omnibus pertinentiis suis præsentialiter deveniat, & sit in potestate scholæ sacerdotum sanctæ præfatæ Ecclesiæ Veronensis, sub potestate, & cura Archipresbyteri, & Archidiaconi, qui pro temporibus fuerint, ut ipsi ipsum sanctum Xenodochium meum regere, & ordinare secundum meam intentionem, atque propositum debeant. Nam non habeant potestatem ipsum Xenodochium meum in emphiteusim, id est precariam dandi, aut concedendi, vel quolibet ingenio de potestate scholæ Sacerdotum sanctæ jam præfatæ Veronensis Ecclesiæ alienandi, aut in beneficium alicui dandi, quod si forsitan repertum fuerit, omnis eorum conatus irritus sit, & vacuus. Volo igitur qui supr. Notherius Episcopus Sanctæ Veronensis Ecclesiæ, & instituo, atque sub misericordia Dei censeo, ut advenientibus omnibus Kalendis in curriculis totius anni pascant pauperes duodecim pro anima Domini Berengarii senioris mei Domini amabilis Imperatoris, & cum de hoc seculo evolaverit omni anno die anniversaria pascant pro anima ejus pauperes trecentos, & sacerdotes sanctæ ipsius Ecclesiæ cardinis omnes . . . . seu, & suburbanos omnes, ita ut in tribus diebus ante ejus annualem, & tribus postea omnes generaliter sacerdotes de intus, & de foris omni die missas cantent, & Domino preces offerant pro ejus anima; similem & eleemosynam, similemque orationem in die anniversarii nostri faciant, & per singulas hebdomadas volo etiam, & instituo, ut omni anno de mense Decembrio Archipresbyter & Archidiaconus, qui pro temporibus fuerint pro anima senioris mei D. Berengarii amabilis Imp. & pro nostra dēt Monachis, & Domino servientibus in cœnobio S. Zenonis, ubi sanctum ejus corpus humatum quiescit, argenti libram unam, & ipsi ipsos denarios inter Monachos dividant ad eorum vestimenta comparanda: nam non Abbati eos dent ad dividendum, quia non eos conditionabiliter, aut exigitive dare censemus, sed pro temporis qualitate pascant ipsos Monachos ibidem in monasterio in eodem mense Decembrio, quod si neglexerint mecum in judicio ante Dominum habeant rationem: pro parentibus etiam meis, qui in prædicta valle Paltenace quiescunt, volo ut in die anniversarii eorum pascant Sacerdotes Vallis ipsius Paltenacis, & ad cumulum quoque mercedis animæ senioris mei Domini amabilis Imperatoris Berengarii & meæ, omnes servos, & ancillas meas de ipsa curte Martiana pertinentes natos, & natas, seu nascituros, & nascituras, liberos, & liberas per hoc nostræ ordinationis instituo, ita ut nulli unquam in tempore ab ullo parentum meorum ad servitium repetantur, quod si fuerit aliquis ipsorum, quidquid repetierint vacuum sit, & irritum; & quia eidem servis, & ancillis nostris aliquantum de rebus nostris in eorum libertate concessimus, volumus ut dum ipsi, aut eorum hæredes, ac prohæredes advixerint in sua habeant potestate ad fruendum, & si necesse habuerint inter se vendendum, nam alteri vendere non habeant potestatem, & si ipsi habeant se comparare nō potuerint nulli vendant nisi ipsi S. Xenodochio nostro. Volo etiam ut si tanta illos paupertas constrinxerit, ut unde vivere non habeant, de ipso Sancto Xenodochio mea pascantur secundum qualitatem temporis; & si forsan, quod fieri non credo, aliquando temporis insurrexerit Pontifex, aut aliqua persona hominis per hāc nostrā institutionē, aut ordinationem

(1) Si Berengarius coronatus fuit Imperator an. 916. 24. Martii, ut evincit Pagius anno Christi 921. mense Februario, nondum expleverat annus imperii Berengarii quintus, qui pro sexto hic esset reponendus. Vel si mavis sextum retinere, tunc pro IX. scribenda erit decima Indictio, adeoque conditum fuerit hoc testamentum an. Christi 922.

neminfringere, aut destruere, aut deturbare voluerit, cum Patre & Filio, & Spiritu Sancto quorum ejus omnipotentia in die judicii nobiscum judicium habere cogatur, & memor sit, ut quicunque hoccemptaverit, quia quod ipse tunc erit, & nos fuimus, & quod nos tunc erimus, ipse post paulinlum futurus erit, atque inimicare desistat. Nos enim Omnipotenti omnia nostra committimus, cui cuncta subjecta sunt, & pro honore Episcopatus mei, nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod à me semel factum, vel conscripsum est, sub jusjurandum inviolabiliter conservare promitto cam stipulatione subnixa. Hanc enim cartulam ordinationis, & dispositionis meæ paginam Grausoni domino Not. tradidi, & scribsere rogavi, in qua etiam subtus confirmaus testibus obtulit roborandam. Actum in civitate Mantua, ubi Dominus Berengarius Gloriosissimus Imp. præerat feliciter.

Ego Notberius S. Veronensis Ecclesiæ Episcopus in hac ordinatione judica à me facta subsc.

Signum † man. Ingelfredi Comitis comitatu Veronensis ex Alemanorum genere testis.

Signum † man. Egiringi filio quondam Ingelfredi com. testis.

Signum † man. Romoni vasso eidem Ingelfredi comiti ex Alemanorum genere testis.

Signum † man. Guntari com. ex Alemanorum genere testis.

Signum † man. Personi filius quondam Arnaldo, qui lege Romana vivere visus est testis.

Signum † man. Domini Montcario, qui lege Romana vivere visus est testis.

Signum † man. Gariardo, qui Gerio vocatur de garda testis.

† *Ego Amelbertus not. me pro test. subsc.*

† *Ego Martinus not. rogatus m.m. subsc.*

† *Ego Flambertus Scuid. rogatus m.m.ss.*

† *Ego Delbertus Scau. rogatus m.m.ss.*

† *Ego Fontejus rogatus m.m. subsc.*

† *Ego qui suprascrip. Grauso cler. not. per datam licentiam suprascrip. domini Berengarii Imperatoris scrip. hujus car. ordinationis, & dispositionis, post tradidi, complevi, & dedi.*

Ejusdem Notherii Episcopi mentionem reperit Perettus in monument. Ecclesiæ S. Stephani dato anno 915. die prima Junii. Ejusdem etiam Notherii memoria extat in testamento Joannis Ticinensis Episcopi patria Veronensis, quod condidit an. 922. Hic authoritate Notherii, oratorium erexit in patrio fundo, & in honorem S. Syri sui Episcopii tutelaris consecravit. Relevatum est hocce testamentum ex authentico pervetusto, quod extat in archivo Abbatiæ S. Mariæ de Organo. Hic ad verbum referre, cum satis sit pulchrum, ad Joannis pietatem testandam placuit.

*In nomine Domini nostri Jesu Christi. Imperante Domino nostro Berengario magno . . . .
de mense Augusti, Indict. decima . . . .
quæque Christianum ... condecentin sollicita meditatione cogitare compellit . . . . de perpetua . . . vita æterna considerare . . . . . .
Joannes Episcopus sanctæ Ticinensis Ecclesiæ de die judicii cogitans, & ne ultima sors imparatum reperiat, omnes res meos mobiles & immobiles, quas, Domino largiente, acquisivi . . . . sicut inferius signavero, statuere, & ordinare curavi. Primo omnium igitur Ego præscriptus Joannes Episcopus volo, atque statuo, & ordino in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut casa habitationis meæ solariata infra castrum Veronense in loco à fontana posita simul cum oratorio S. Syri Confessoris Christi, quod Ego indignus, & maximus peccator, Domino adjuvante, imperio meo fundavi, & Domini Notherii Reverendissimi S. Veronensis Ecclesiæ Episcopi authoritate, cum clero suæ Ecclesiæ dedicavi, sicut præsentialiter sanctum, & venerabile Xenodochium, in eleemosyna, & substentatione pauperum, Dominoque famulantiam sub potestate, & ordinatione mea, qualiter inferius designavero. Loco igitur dotis offero eidem oratorio inter arcovolitos, & arcovalos numero septem, nec non & hortum in eodem castro positum, quod dudum à quodam Ildrberto libero homine comparavi, seu & unum campum arabilem, positum juxta castrum Moatistaveri, loco ubi dicitur Cararia inter duas valles, quæ olim à quodam Rodemario vasso gumersi sculdasionis . . . acquisivi, seu omnem decimam illam frugum, quam Dominus Annus dedit, & in mea mansione intravit de curticella mea, suisque pertinentiis posita in valle Fonteze, loco ubi dicitur Marebano, quem ego ante hos dies per cartulam venditionis ab Aldone subdiacono sanctæ Ticinensis Ecclesiæ filioque Amelberti acquisivi, seu & arcovalos, & arcovolitos positos prope ipsum oratorium nostrum, quatuor, sicut unitim existunt ab ingressu com. usque ad tribunal ipsius oraculi, quatenus hæc omnia presbyteri, qui pro tempore ibi militaverint ad usum suæ substentationis possideant, cumque Xenodochio meo offero coquinam meam solariatam, & stabulum meum, nec non & terrulam junta se positam, & inter arcovalos, & arcovolitos numero novem, quos mihi meus senior Dominus Berengarius Imperator per præceptorum paginas contulit, sicut in eisdem præceptis declaratur, seu & hortos meos, qui juxta mansionem & præfatum oraculum consistunt. Trado, mancipio, atque offero prænominatam corticellam meam Marebano sub integritate in Xenodochio meo cum duobus massaritiis eaindr pertinentibus positis in Aureliano, aliisque suis omnibus pertinentiis, sicut dum ea successione pareatum prænominatus Aldo subdiaconus jam dictæ Ticinen. Eccl. eamdem corticellam, & sua pertinentia possedit, & ego cartulam venundationis ab ipso acquisivi simul cum eo artale molendini ex inde pertinente, cum casis videlicet, & terris, campis, vineis, pratis, pascuis, silvis, salectis, sationibus, aquis, aquarumq; decursibus, molendinis, pinsionibus, montibus, vallibus, planitiebus, omnibusque ad se juste, & legaliter pertinentibus. Igitur donec superna Pietas me miserum peccatorem in hoc seculo esse permiserit omnia in mea reservo potestate ad providendum & ordinandum, ac dispensandum. Post vero meum discessum, volo, atque statuo, ut Audibertus, & Gauso nepotes mei mihi fideliter servientes habeant præsentialiter sub usufructu corticellam meam de Mercliano, cum sua domo, cubile, sicut ibi unite consistit; de frugibus autem, quas ibi Dominus annuatim attulerit decerno, & volo, ut Giselberga, & Maria bonæ fœminæ habitantes in prædicto castro medietatem recipiant singulis annis, absque retractatione, & occasione nepotum meorum: duo vero mansa in Aureliano posita ex integro, sicut de ipsa corticella pertinen. & post diem obitus mei habeant usufructuario eadem Giselberga, & Maria: Casam vero solariatam habitationis meæ cum corticella, & coquina simul sibi cohærentia, & duos hortos meos ibidem cohærentes cum tribus arrivoltis ibidem constructis, & tres arcovalos cum superioribus, & inferioribus positos inter duos egressus . . . à mane, & sero, & ab aquilone, cum terrula ante se posita sub usufructu à præsenti die, & hora obitus mei concedo, & dono eidem Giselbergæ & Mariæ: stabulum vero meum, & terram ibi inhærentem, quam per præceptum acquisivi usufructuario volo, & statuo, ut habeant præsentialiter post meum discessum prædicti nepotes mei Audibertus, & Gauso. Hæc omnia vicissim volo, & statuo, ut sibi succedant, ut si Giselberga, & Maria supervixerint nepotes meos prænominatos, omnia in earumdem veniant potestatem usufructuario, & si Audibertus, & Gauso nepotes mei Giselbergam, & Mariam supervixerint, sint omnia in eorum potestate solummodo sub usufructu: statuoque, ut si Joannes pronepos meus, filius videlicet Gausonis nepotis mei, has prænominatas personas supervixerit, ipsum Xenodochium cum omnibus ad se pertinentibus, si ad honorem Clericatus, Domino annuente, pervenerit, usufructuario habeat, remota, & contradicta auctoritate donandi, vendendi, alienandi, sed solummodo fruendi quousque advixerit, exceptis his, quæ loco dotis ad*

Presbyteros præfati oratorij præsentialiter dedi & obtuli. Volo etiam, & constituo, ut in singulis Kalendis pascantur à prænominatis personis pro anima mea, & parentum meorum pauperes tres ad satietatem. Et in die anniversarij mei decerno & perpetualiter statuo, ut efficiantur Sacerdotes duodecim, & dentur illis duodecim denarii. Et in Assumptione S. Mariæ semper Virginis, quæ venit in medio mense Augusti dentur à dictis personis insimul cerei duo habentes ceræ denariatam unam, qualis pro tempore fuerit monasterio Beatæ, & intemeratæ Virg. Mariæ, quod dicitur Organum. Nam ipsum Xenodochium, & ipsum Oraculum, & omnes res pietatis meæ, quas hodie habere videor infra, & extra civitatem, vere eidem monasterio, eidemque sancto loco post meum obitum, & prædictarum personarum decessum jure proprietario, trado, & mancipo, & per hoc meum testamentum ad habendum, & tenendum, & monachica censura, & regula faciendum usque in perpetuum confirmo, & in potestate, & providentia, & sollicitudine, ac cura Abbatis, qui pro tempore fuerit, secundum Dominum, & temporis qualitatem committo. Volo etiam, & statuo, ut una die ante aaniversarium meum tempore vespertino, eres cerei dentur à prænominatis personis, seu Abbate præfati monasterij usq; in perpetuum habentes denariatas eres insimul ad prænominatum monasterium S. Syri & ab ipsis personis, & Abbate prædicti monasterij ipso vespertino tempore detur refectio presbyteris illis, qui in ipso sancto loco consecati fuerint pro anima mea; de meis præterea mobilibus rebus, meisque utensilibus post meum decessum in prædicto Xenodochio inventa fuerint, & mihi legibus pertinuerint, vascula scilicet lignea, vel lapidea, ærea, ferrea, stannea, argentea, pannos lineos, & laneos, caballos, boves, asinos, pecora, capras, porcos, & quodcumque de meo habere inventa fuerint, volo, & ordino, ut duæ partes vendantur, & dentur pro anima mea antedictis personis pariter, & . . . . Tercia vero pars remaneat in ipso Xenodochio ad eorum utilitatem. Si vero Patriarcha, aut Abbas, qui in tempore fuerint ipsum Xenodochium à me peccatore ædificatum, & ordinatum in beneficium alicui dederit, aut in commutatione contulerit, aut emphitcusim . . . . de eodem Xenodochio fecerint, vel dotes ipsius Oraculi, quas præsentialiter in mea vita presbyteris tuli, obtulerint aut alienaverint, non sicut statui, & volui, atque judicavi peregerint, præsentialiter veniat ipsum Xenodochium cum omnibus ad se pertinentibus in potestatem, & regimen in schola sacerdotum Sanctæ Veronensis Ecclesiæ, & sit ibi subjectum, ea videlicet ratione, sicut superius statui, & ordinavi. Igitur si alicujus officij, vel dignitatis magna, parvaque persona hominis aliquo in tempore surrexerit, & hanc meam institutionem, & ordinationem infringere, aut in aliquo violare tentaverit, cum perfecta Trinitate, & inseparabili Unitate coram ejus omnipotentia in die judicij mecum cogatur habere rationem, & cum Juda traditore in æterna damnatione habeat portionem. Ego enim Omnipotenti Domino me, & omnia mea committo, cui cuncta subjecta sunt nuda, & aperta, & hanc paginam judicati, seu ordinationis, omnique tempore firma, stabilis, inconvulsa, & irrevocabilis permaneat, constipulatione subnixa.

Acta in castro Veronensi feliciter.

Ego Joannes humilis Episcopus in hujus institutionis testamento à me facto subsc.

Signum † manibus Sigiverco de castro Veronensi filius quondam. . . . & Joannes de ipso loco filius q. Garimberto, & Roperto fil. q. Grauseverto, qui lege Romana vivere visi sunt, testes.

Signum † man. Sigiverius fil. q. Zenoni de prædicto castro, & Leoni de Argasia testes.

Signum † man. Argiverto fil. q. Gudiberto de foris porta S. Stephani, & Joannes fil. q. Tradeurto testes.

Ego Grauso Cl. Not. rogatus, qui hanc paginam scripsi, atque post traditam complevi.

Eodem anno 922. qui fuit undecimus Berengarij quando solus iterum cœpit regnare, Eriprandus Archidiaconus Veronensis Ecclesiæ liberaliter concessit hominibus castri Ceretæ, ut idem castrum, olim ab Vngarorum impietate desolatum, reædificarent, cum annuo censu Ecclesiæ Veronensi perpetuo persolvendo, ut in documento, quod adhuc extat apud Canonicos Veronenses, olim ejusdem castri dominos.

In Christi nomine.

Eriprandus Archidiaconus S. Veronensis Ecclesiæ, Alteverto, & Andrea germanus, Petrus Giselbertus presbyter, Gotefredo Boniperto dicitur, & Tediperto clerico Romano filio quondam Verecundo, Amelberto, Gauso, Traso, Setru, Teudeberto, Ildeberto, Grauso, Berengario, Auspertocio, Leudiberto, Teudibeeto, Satadino, Christoforo, Teudemario, Gariberto, Ildeberco, Albucio, Lupo, Giso, Teudiberto, Gisemperto, Zeno, Odelperto, Beto, Vrsemario, Ledomartino, Betuloatula, Bonivertus Fec. filius quondam Lampo, Andrea, Boniverto, Vidale, Grauso, Ermulo, Mareino, Gisemberco, Teucio, Andrea, Petrus, Adolso, Martino, Audiberto, Getuso, Gundisberto, Ficio, Audiberto, Luncdeo, Joannes, Guncio, Dominico, Cipriano, Egino, Vsberto, Gisemperto, Buniperto, Vrsu, Petrum, Garimberto habitatores, Alteverto, & Andrea germanus in civitate Verona, aliis vero omnibus habitatores in Castro Cereta liberis hominibus.

Notum igitur omnibus fieri volumus, quia postulavit vos ego Eriprandus Archidiaconus, ut pro persecutione Ungarorum castrum, quem eodem loco Cereta turrim erant circumdarent hanc munire, secuti, & ipsis meam postulationem obaudiens ut ubi adhuc nihil de muro clausve, quia perficiendum per grande opus in hunc eum ipse videbatue nec ut grati disperaretur hanc firmitatis paginam convenientia per consensum sacerdotum nostrorum facere providimus, ideoque ego superstitus Eriprandus concedo vobis eepredictis, & ad vestris filiis, & hæredibus diebus vitæ vestræ per hanc paginam conveniențiæ, seu concessionem, quas eu nostro proprio ædificio infra ipsum castrum ædificatam habetis, ut in antea ædificare studeatis sicut inter vos divisum, & terminatum est & nunc detinetis, & habendum, & residendam, & faciendum inibi una cum accessione, & ingresso quicquid vobis fuerit opportunum absque omni mea, & successorum meorum contradictione. Ea vero ratione ut vobis ipsum castrum ad perfectum perducatis muro, & circumdatum de petra sicut inchoatum habetis, & inibi habitetis, & vestras nobilias intus, & foris mittatis absque calumnia per potestatem, & quando necessitas evenerit cura ea eodem casteum geratis, & vigiletis, & custodiis, & per vos semper meliorentur junta vestram possibilitatem, & per securitatem hujus Sanctæ Veronensis Ecclesiæ, cujus est proprietas; & persolvatis vos, & hæredibus vestris nobis, & successoribus nostris singulis annis in Missa Sancti Zenonis, quod est de mense Decembris, argentum denarios bonos spendibiles, qualis in illis diebus hic in civitate Veronæ per caput ambulaverint, solidos numero quatuor; & ipsum censum infra ipsum castrum administeriale demandatum, & adimpletum sit omnia per vos aut missis vestris. Et si quispiam eu vobis ædificium suum per aliquam necessitatem venundare volueritis, licentiam illi tribuimus super ipsam terram vennadari, & facere quod necesse fuerit inter vos ipsis, necnon inter extraneis personis; nam desuper ipsa terra non habetis licentiam foris tollendi qui taliter inter vos ambarum partium stetis, & convenit, & missum domini quocios venerit infra ipsum castrum recipere debeatis, & secundum vestrum posse ei deservire aliut nullum super imponatur. De quibus & pœnam inter se posuerunt, ut quis eu ipsis aut successoribus eidem Eriprando Archidiacono, vel eu hæredibus prædictorum hominibus se de hac convenientia subtrahere quæsierint, & non permanserit in ea omnia quod superius legitur componat pars parti fidem servanti pœna argentum soli-

dos

dos num. centum, & post pœna composita hæc præsens pagina libelli seu convenientiæ firma, stabilis perpetualiter permaneat, sicut supra legitur cum stipulatione subnixa.

Acto in civitate Verona in Christi nomine feliciter.

Ego Eriprandus Archidiaconus in hac locatione à me facta subsc.

Signum † man. Adelberto qui Ado vocatur Leudiberto, qui Leudo vocatur pistor.

Rimperto filio q. Aciverto qui lege Romana vivere visi sunt testes.

Signum † man. Erigo frater Mannusio fil. q. Gundiberto, & Placutio qui Planzo vocatur testes.

Ego Ropertus notarius rogatus qui hanc paginam scripsi, & post tradita complevi.

Cæterum Notherius ætate jam grandævus, & morti propinquus aliud condidit testamentum, seu codicillum an. 928. mense Februarii in hunc modum.

Infatigabili pietatis serie ad seniores extensus annos, quid Notherius Sanctæ Sedis Veronensis Episcopus testandum iterum efficiat etiam denuo miremur; præcipit ita, & statuit ut pro anima sua, & Ademarii genitoris sui, & omnium suorum dentur in Xenodochio à se constructo super viam, quæ olim dicebat Regi, omnia bona quæ habet in fundis Crugasio, Bellano, & Brendo in valle Leganensi, ut Bernardus Episcopus Tridentinus usufructuario nomine habet, & gaudet omnia bona sua existentia in Leganensi in finibus Tridentinis, ubi dicitur Badabiones, & quidquid habet in Liciana: mortuo Bernardo Episcopo deveniant usufructuario nomine Odelberto socio suo, & Peredeo de Brandola Comiti Vicentino, hoc tamen pacto, ut in die obitus anniversaria Notherii pascant quadraginta pauperes, duodecim Sacerdotes, & in suo Xenodochio dent plaustrum vini; Ita etiam in die obitus genitoris sui Ademarii, & suorum, & in anniversaria Bernardi antedicti dent in pauperes quinque denarios argenti spendibiles: mortuis ipsis vadant in potestatem Joannis Acolyti Sanctæ Veronensis Ecclesiæ, &c. Dominici montis cum onere solvendi in dicto Xenodochio suo tres argenteos spendibiles die anniversaria Notherii. Mortuis his omnibus supradicta bona sua deveniant suo Xenodochio posito sub potestate Archipresbyteri, & Archidiaconi, & scholæ sacerdotum Sanctæ Veronensis Ecclesiæ cum jure, ut habetur in fundatione ejusdem Xenodochii. Si quis vero Pontifex voluerit supradicta bona, vel jura dare alicui in beneficium, & Canonici Veronenses non obstent, in eadem bona Episcopus & Canonici S. Vigilii Tridentini, ubi ejus corpus humatum est, jure se intromittant, &c. Hæc ab originali, quod extat in Canonicorum tabulario. Paucis post mensibus Notherius meritis conspicuus defunctus est anno salutis 928. 4. Id. Augusti, & in Cathedrali sepultus prope altare D. Andreæ nomini consecratum, cum antea omne patrimonium suum reliquisset, ut ex ejus elogio intelligi potest, ibidem his versibus in marmorea tabula inciso.

Præsulis hoc tumulo requiescit corpus humatum
Notherii, largus qui fuit, atque pius.
Nempe suo quicquid potuit largitor habere
Contulit ipse gregi, mente benigna pura.
Prædia namque, domos, camporum cura paterna
Ecclesiæ cessit, nil reliquendo sibi.
Omnibus impendens charitatis luce repletus,
Omnia cælorum æthera adiit.
Consonet in gremio gaudentem summa potestas,
Illum cum sanctis collocet atque suis.
Virgo Dei Genitrix, cujus se posse putavit
Salvari precibus, suscipe vota sui.
Obiit IIII. Id. Augusti.
Anno Dominicæ Incarnationis

DCCCCXXVIII.
Indict. prima.

56 HILDUINUS Belga, Hugonis Italiæ Regis propior affinis, Monachus Corbejensis Ord. S. Benedicti, Episcopus Leodiensis, cum à factiosis quibuscumque hominibus de sede sua fuisset deturbatus, in Italiam fugientem Hugo Rex excepit; quo postulante, factus est deinde Episcopus Veronensis anno 928. & non longe post Archiepiscopus Mediolanensis evasit in locum Lamberti defuncti. De quo Sigonius lib. 2. Regni Italiæ, Panvinius in Veron. Antiqu. lib. 5. cap. 27. Apud vero Claudium Robertum inter Leodienses Episcopos non inveni. LV.

57 RACHERIUS a, sive Ratherius, natione Lotharingus, filius Comitis Viennensis, Monachus Lobiensis monasterii Ordinis S. Benedicti, vir religiosus, & præcipuæ ingenuitatis, divinarum, humanarumq; rerum doctissimus, Hilduino in Veronensi Episcopatu successit ex Leodiensi Præsule. De quo habet Panvinius eodem lib. & cap. LVI.

a De eo Oudin in supplem. de Script. Eccles. p. 309. & Riccardus in hist. Monast. p. 419. [illegible]

Hic mortuo Stephano Leodiensi Episcopo, à Carolo Simplice Francorum Rege, Ludovici Balbi filio, ex Joannis X. Pontif. Max. auctoritate Romæ in ejus locum Episcopus creatus fuerat an. Domini 921. ejus competitore Hilduino, de quo paulo ante dixi, abrogato, qui profusa largitione Episcopatum Leodiensem à duce Lotharingiæ Giselberto ambierat. Cumque Episcopatum ipsum integre, sancteque septennio administrasset, sibi subrogato Faraberto, in Italiam cum eodem Hilduino venit, de quo etiam paulo ante mentionem feci. Ubi ab Hugone Italiæ Rege Ticini honorifice exceptus, paulo post Episcopatui Veronensi post Hilduinum præpositus est anno Domini 929. (1) *Cæterum cum anno Domini 932.* b *Arnoldus Batoariorum, & Carentanorum Dux in Italiam contra Hugonem Regem venisset, & per Tridentinas Alpes itinere facto, à Comite Veronensium Milone, Ratherio Episcopo, & cæteris Veronensibus (quos ipsum invitavisse fama erat) honorifice susceptus esset, Hugo adversus eum, & Veronen. exercitum duxit. Cujus potentia, militum fortitudine, & altero prælio adverse commisso, territus Arnoldus, relicta Verona, in Germaniam clam fuga elapsus est, arce Veronæ prius expugnata, Milonisque Comitis fratre, & cæteris, qui in ea erant, secum captivis adductis. Post cujus fugam Hugo urbem cepit, Ratheriumque Episcopum, quod Batoariorum rebus nonnihil studuisse visus esset, Ticini in exilium relegavit.* c *Ubi multa edidit sui ingenii monumenta: inter quæ librum eleganter, & facete (teste Luitprando lib. 4.) de suis ærumnis conscripsit, atque una cum comprovincialibus Episcopis Antropomorphitarum sectam, quæ paulo ante sua tempora exorta Galliam Cisalpinam venabat, extinxit. Hi scripturæ testimoniis male intellectis adducti, ut Gratianus distinct. 24. cap. 3. author est, rustica quadam simplicitate in Deo membra naturæ humanæ stolide nimirum asserere cona-*

b 934. vel 935 ex Pagio ad an. 928. n. 4.

c Circa finem anni 934. vel saltem an. sequenti. Pagius. Ibid.

(1) Sigebertus, & cum eo Baronius Ratherium ad Episcopatum Veronensem an. 928. evectum arbitrati sunt. Certum tamen videtur hoc non contigisse ante finem anni 931. Is enim eo Episcopatu donatus non est nisi post Hilduinum ad Archiepiscopatum Mediolanen. translatum, quod evenit solum an. 931. ex calculo à Papebrochio inito, ut tomo 4. in Mediolanen. diximus. Quod confirmatur ex prima Ratherii Epistola, quam refert Chapeavillius tom. 1 gest. pontif. Leodien. ubi hæc habentur de Hilduino: *Intronizato Mediolani eo &c. Revertitur à Romana sede, peracta legatione, ferens pallium pro suo dicto Domino meo allato cum Archiepiscopali Pallio. Allata cum his sunt & litteræ Domini Papæ tunc temporis* [illegible] *gloriosæ indolis* (anno 931. circa diem 15. mensis Martii Papæ renunciati) *quibus continebantur preces ejusdem, totiusque Romanæ Ecclesiæ, uti ego Veronensibus darer Episcopus.* Addidique se Ecclesiæ Veronensis Episcopum tunc ordinatum fuisse: Pontificatum scilicet gerente Joanne XI. Videndus Pagius ad an. 928.

A *nabantur, nescit divinarum scripturarum, in quibus esse Deum incorporeum, qui nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur, refertur. Quo tempore Manasses Arelatensis Archiepiscopus, Hugonis regis potentia cognita, cui propinquus erat, Ecclesia sua dimissa, ambitione inflatus in Italiam ad Regem Hugonem venit. Qui ut regnum totius Italicum retineret, eidem tamquam affini suo contra canones Ecclesiasticos, Veronensem Ecclesiam, tum pastore suo orbatam, Tridentinam, & Mantuanam commendavit Ecclesias, seu, ut verius dicam, in escam dedit. Quibus non contentus, Tridentinam provinciam etiam occupavit. Veronensem vero Episcopatum haud longe post cuidam indigno vendidit. Ratherius vero ab Hugone Rege ab exilio aliquot annis post relaxatus ad Episcopatum suum reversus est, eo, cui illum Manasses vendiderat, expulso: ubi vitam sancte, ac laudabiliter egit, multasque res pro divina pietate, ac commissi sibi populi salute gessit usque ad tempora Berengarij II. sævissimi in Italia tyranni, qui Lothario Hugonis filio in regnum successerat.*

B *Hic Episcopum Ratherium, qui propter incorruptam, & dignam Pontifice Christiano dicendi libertatem, detestabiles ejus mores, vitamque publice exagitaverat, iterum Veronensi Episcopatu mulctatum exilio damnavit: qui in Galliam Lotharingiam patriam suam veniens, à Brunone Archiepiscopo Coloniensi, qui post Archidux Lotharingiæ fuit, Leodiensis Episcopus iterum post Farabertum, qui eidem Ratherio successerat, anno Domini* 955. (1) *ordinatus est. Quem Episcopatum tantum triennio rexit. Anno salutis* 958. a *factione Reginerij Longicolli Comitis Montensis ejectus est, suffecto in ejus locum ipsius Reginerij fratris filio nepote Baldrico. Ratherius autem in Italiam rediens Othonem magnum Imperatorem adiit, qui per ea tempora Berengarium II. prælio victum regno Italico exuerat: à quo satis benigne susceptus, tertio Episcopatus Veronensis eidem restitutus est* b, *quem cum multis annis administrasset, audita Othonis I. Imperatoris morte, factione quorumdam malignorum civium tertio eodem*

C *Episcopatu exactus, jam senex, tædioque rerum humanarum affectus in Galliam ad monasterium suum Lobiense reversus est, ubi non longe post, cum omnem vitam suam sanctissime transegisset, octogenario major mortuus est an.* 974. (2) *Othone juniore Imperatore, & Bonifacio VII. Pont. Max. Sacerdotij sui Veronensis anno* 46. c *Ex quo vero primo Episcopus Leodiensis ordinatus fuerat* 34. *Cadaver in Lobiensi fano conditum est. De eo vulgatum illud monasticum refertur.*

a 956.

b an. 955. vel 958.

c [illegible]

Veronæ Præsul, sed ter Ratherius exul.

Hujus Episcopi mentio est apud Sigebertum Monachum Gemblacensem in chronicis, & Luitprandum Ticinensem, qui per hæc tempora vixit, in historia temporum suorum. Subscripsit litteris Joannis XIII. in Ravennatensi synodo datis an. 967. contra Archiepiscopum Salesburgen. apud Hund. Extant Veronæ in archivis S. Petri in arce S. Stephani, & canonicorum, monumenta quibus eum Veronæ Episcopum adhuc fuisse liquet an. 967.

D Indict. 11. Othone Imp. En diploma.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium, scilicetque futurorum industria: interventu carissimi filij, & æquinomi nostri concessisse nos Ecclesiæ Veronensi, cui clementia nostra imperiali, auctore Deo, Ratherius Episcopus præsidere dinoscitur, ob amorem Dei, & Sanctæ Dei Genitricis, sanctique Zenonis, quicquid residuum est, de eo, quod antecessores nostri antecessoribus ipsius ad portas duas civitatis pertinens contulerunt; unam, scilicet, quæ dicitur S. Zenonis, alteram, quæ nomine S. Firmi vocatur cum theloneo de plaustris, & omni nobis ex eis debito redditu. Concedimus etiam, immo reddimus ei mercatum in festivitate S. Zenonis, vel in ramis palmarum, sicut antecessores nostri eidem Ecclesiæ concessisse narrant. Concedimus etiam ei duas portiones de ripatico, & ipsum ex integro ripaticum in castello, quod vocatur Portus, quicquid etiam antecessores nostri usque ad nostra tempora eidem Ecclesiæ contulerunt, & per præcepta firmaverunt totum concedimus, atq; isto præcepto firmavimus; omnem quoque publicam functionem à castellis ipsius, quæ nunc sunt, & in perpetuum ad eamdem Ecclesiam pertinentia erunt, ita abscindimus, ac removemus, ut neque comes, neque vicecomes, neq; sculdachio potestatem ullam in eis manendi, vel aliquam habeant distringendi, sed omnes in eis commanentes . . sub potestatem vel istius, vel illius, qui per successiones temporum jam dictæ Ecclesiæ præfuerint, maneant, ut nusquam eos distringere aliqua nostro Imperio subiecta licentiam habeat potestas; sed si quid perperam vel à massariis, vel à castellanis, vel à plebitis, vel incensitis, vel à comodatis, vel clericis, vel familiis ipsius fuerit actū, aut ab ipso, aut à ministeriali ipsius sit juste, & legaliter emendatum. In suis præterea aquis nemo præsumat piscari, sicuti antiquitus licentia fuerit, & quia ipse egenus, & advena, & omni carens nisi Dei æterni auxilio multa jam est perpessus incommoda, hoc juvandi ingenia eum volumus revelare, ut præter id quod est, ut cæteri in regno noster Episcopus sit etiam Mundeburdæ nostro tam speciali prærogativa protectus, ut si quis eum amplius, ut usque nunc præsumpserit inquietare, aut rebellis ei existere, vel Deo contradixerit, quod suum ministerium est, exhibere, si clericus est, omnibus, quæ habet in potestatem ipsius redactis de Ecclesia, usque ad satisfactionem legitimam, atque condignam pellatur; si servus, quod servorum est, subeat, & in potestatem ipsius ut ex debito maneat, habeantque fideles, & amici licentiam absque ullius compositionis timore illum, & de istis, & de omnibus, quæ illi expediunt, agere, proponere, juvare: si comes, vicecomes, sculdascio, aut aliqua secularis persona hoc egerit, ut de eo, quod ipsius proprium est, se contra voluntatem ipsius intromiserit, id est, ut terram ipsius absque ullius dato tentaverit, aut clericum ipsius, vel famulum in commendationem, ipso non concedente, ceceperit, aut aliquid simile illi intulerit, centum libras auri nobis componat; damnum insuper quod & intulit per idem restauret; nullum etiam castellanum ipsius à castello illius seducat, & in suum, quia hoc est injustissimum, collocet, & si fecerit immunitatis fracturam illius, nobis vero sanam cogatur exolvere . . . . legaliter passurus, qui de quæ ad Ecclesias easdem pertinent, ei contradixerit. . . quod si proprium, & Deo est placitum agere, & qui tutor, defensor, & patrocinator alicujus eorum in tanto scelere præsumpserit esse . . . . commutationes vel precariæ dolosæ, ex quo Episcopus est ordinatus, undique volumus, atque præcipimus, ut rescindantur omnino, & secundum quod Deo placitum est emendentur, quatenus ab omnibus lib...que removere ab eo Christo favente valemus incōmodis.

Signum Domini Ottonis Serenifs. Imperatoris.

Am-

(1) Anno Domini 953 ordinatus est Episcopus Leodiensis Ratherius, ut testatur Ægidius Aureæ Vallis in Additionibus ad historiam Anselmi Canonici Leodien. cap. 45. Indeque expulsus non an. 958. sed 956. ut narrat Auctor anonymus libelli de gestis Abbatum Gemblacensium p. 514. tom. 6. Spicilegii Dacheriani. Brunone ferme exacto in Italiam reversus est; & cum Imperatore germano suo Brunone Archiep. Coloniensi agente eidem jam bis destituto, antiqua sedes Veronensis Ecclesiæ restituitur: (hæc refert Folcuinus lib. de gestis Abbatum Gemblacen. in eodem tomo Dacheriano cap. 24.) ideoque anno 955. aut insequenti. Vide Pagium ad an. 974. n. 8.

(2) Anno 974. obiit Ratherius, sed non apud *Lobias*, ut eo anno Sigebertus in Chron. habet, ex quo Panvinius, verum apud *Namucum* (seu Namurcum) *cum ibi forte cum Comite moraretur*, ut ait Folcuinus Auctor Chronici Lobiensis. Ratherii vexationes fuse declarat Mabillonius sæculo V. Benedictino in ejus Elogio histor. ubi & de variis ejus operibus agit, quorum aliqua edita sunt tom. 2. & 12. Spicilegii Dacherii, qui tom. 12. enumerat ea, quæ nondum lucem viderunt. *Pagius ad an.* Christi 974. n. 8.

Ambrosius Cancellarius ad vicem Huberti Episcopi, & Archicancellarii recognovi, & subscripsi.

Data Nonis Novemb. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVII. *Imperii vero Domini Othonis piissimi Cæsaris* VI. *Indict.* XI.

Actum Balsemadæ feliciter. Amen.

Aliud monumentum extat in archivo Canonicorum ann. 968. ubi Ratherium eo tempore Veronensem Ecclesiam gubernasse pro certo habetur.

Anno 968. 14. Maii in monasterio Sanctæ Mariæ de Organo jubente Joanne Pontifice Indict. 11. & Othone Imperatore ann. 7. Rodoaldus Aquilejensis Patriarcha, auditis Ambrosio Archipresbytero, Petro Archidiacono, Joanne, & etiam Petro Diaconibus, cum aliis quam plurimis canonicis Veronensibus innumerabilia fere privilegia producentibus, aliaque jura ducentis ab hinc annis Pontificibus, & Imperatoribus obtentis, quibus ostendere conabantur eorum jura, eorumque bona, & personas omnino à potestate Ratherii exemptos, & immunes esse, qui contrarium enixe tuebatur, tandem in contradictorio judicio sancivit, & dixit, & pronunciavit, quod eorum bona, & personæ nec per dictum Ratherium, nec per successores unquam turbentur, & Ratherius sententiæ quievit, consensit, ipsumque laudavit.

Ratherii Episcopi item temporibus, Milo Comes ex vetusta gente S. Bonifacii, sacellum, seu capellam in Ecclesia Ss. Petri, & Pauli Apostolorum non longe ab Urbe Veronæ (quæ hodie in ipsa urbe inclusa una ex insignibus Parochialibus habetur) excitavit, & amplissimis redditibus ditavit; idem in ultimo suæ voluntatis testamento Monialibus S. Zaccariæ Ord. S. Benedicti Venetiarum, plurima latifundia in Veronensi agro elargitus est. Venerandæ antiquitatis monumentum anno 955. conditum extat apud inclytum, omnibusque exornatum virtutibus Comitem Alexandrum S. Bonifacii, cujus benignitate authenticum exemplar, cum ad nostras pervenisset manus, hic libenter exhibemus tamquam illius ævi dignissimum documentum. Cæterum Milo iste Marchio idem videtur, qui (teste Sigonio lib. 6. ad annum 923.) mortem Berengarii Regis, capto Flamberto, ejusque sicariis sociis, & post tertium diem suspendio interemptis vindicavit; de quo etiam Wolfangus Lazius de gentium aliquot Migrationibus lib. 12. dum Marchiones, & Principes Veronenses recenset. Porro testamentum Milonis est hujusmodi, rude, & inepte conscriptum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Regnantes DD. nostros Berengarius, & Adelberte filio ejus Reges hic, & in Italia anno quinto, sub die decimo ingrediente mense Julii Indict. 13. feliciter in Dei nomine illud omnibus providendum est unicuique, quod Dominus per Evangelium ammonet dicens: Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet, & vos estote parati. Beatus servus ille, quem cum venerit Dominus invenerit vigilantem. Quam admonitionem, & exhortationem commotus sum igitur ego quidem in Dei Omnipotentis nomine Milo Marchio, & filius bonæ recordationis Manfredi, qui lege talica vivere visus sum, sicut ipse supra . . . . genitor meus visus fuit talis mihi decrevit voluntas, & sine ordinatione de hoc seculo non transeam, sed juxta Dei mandata volo, & sic permaneat quomodo hic subtus fuerit declaratum, & meus decreverit animus, & voluntus. Igitur omnibus volo, & statuo, atque per meam hanc paginam testamenti, & judicari per wasonum terræ, ramum, arborum, festucum, robatuum, atque coltellum, & duos vantos, totum insimul juxta legem meam talicam, ac tendere visus sum, & confirmo, ut præsenti die obitus mei deveniat in Manfredus comes germanus meus, & Egelrich item comes filio ejus nepoti meo, sub tali protextu, sicut sic subtus legimus presenti die obitus mei ad summam proprietatem, & potestatem habendum, hoc est ex integris tanquam ex omnibus rebus cum castris, & capellis, cunctaque, & omnibus rebus juris proprietatis meæ, quæ ego habere, & possidere visus sum hic in regno Italico pro cæteris quibuscumque locis, & notabiliter ab ipsis jam prænominatis castris, & rebus. Idem in primis castris, & rebus, vel qui mihi autem hos annos advenit per chartulas venditionis pro accepto precio da Sigualdo Vicecomes fidele meo, & eodem Sigualdus Vicecomes advenit per chartulas venditionis pro accepto precio da bene recordante Suralperga honesta, quæ fuit conjuge mea per meum consensu ad eam venit, seu, & quicquid mihi per paginas præceptarius da bonæ memoriæ D. Berengario Imperatore seu, & de Domino Vgone, & Lothario filii ejus Reges advenit, licet quicquid ad me devolutum, licet possessum est per quocumque jus, ingenium, & mihi visi habere in primis castris & omnibus rebus, vel juris proprietatis meæ, quæ ego habere, & possidere visus sum infra civitate Verona non longe à porta S. Firmi, atq; capella mea propria, quam ego ipse à fundamento fieri rogavi foris muros civitate Veronense non longe ad Ecclesiam S. Firmi ubi dicitur Carnario, quæ est dedicata ad honore B. Petri Apostolorum Principis, atque castro meo, quod vocatur Runco, cum turre in sancti habente, atque capella dedicata, in honorem B. Mariæ Virginis, seu casis, terris, vineis, sylva, quæ vocatur Colunnellus portas in similiter tenente cum omnia, & ex omnibus sicut ibidem habere visus sum, nec non, & alto castro meo cum casa solariata, cum sala, & caminata, atque lobia, licet successores atque capella mihi constructa in honore S. Bonifacij, & de foris mihi in circuitu, casis, terris, prædictis sylvis, & cum omnia sicut habere, & possidere visum sum, & mihi legibus pertinet. Tertio namque castra meo, qui positus est in finibus Veronense in loco, & funde Begosso, cum curtis, terris, & vineis cum omnibus, & singulis, sic ibidem habere, & possidere visus sum, nec non, & casis, & omnibus rebus vel juris proprietatis meæ quem ego habere, & possidere visus sum in finibus Veronense in valle Peminianense prope castro rupto, tum infra castro quamquam, & ibi prope locum ubi dicitur monte Talminiano, licet inibi circa cum casis, terris, vineis cum omnia sic ibidem habere, licet possidere visum sum, & de foris vero aliis terris asalvis, & sediminas earum, cum casis, masaritiis cum curtis, hortis, & terris aratoriis, seu vignis, vineis, campis, pratis, pascuis, sylvis, saletis, sationibus, silvis, & paludibus tam in montibus, quamque, & planitis, piscionibus, piscationibus, venationibus, redditibus, tributariis, montibus, vallibus, molendinis cum canalis, & aquimolis suis, cum omnia, & ex omnibus sic supra legimus ubicumque de res mea inventa est, aut inventa fuerit tam per chartulas, licet undecumque mihi legibus pertinet, per quodvis ingenium juris m. m. Iterum volo, & judico, atque per hanc meam paginam judicari, & ordinationem, seu testamentum confirmo ut præsenti die obitus mei deveniat in jam dictis Manfredo Comes germanus meo, & Egelrich Joannem Comes filio ejus, hoc est ex integras omnes mobilias meas mobilibus & immobilibus, quicquid habere licet possidere visus sum anteposito quod ego alicui pro anima mea judicare, & ordinare desidero iste sit antepositum, nam aliud omnia ex omnibus casis, & rebus substantiæ meæ mobilibus licet immobilibus sicut supra legimus, ego jamdictus Milo Marchio per hanc præsentem paginam judicare, & ordinare visus sum sub protextu, ut quod ego supradictus Milo Marchio in hoc seculo advixero in mea sit potestate diebus vitæ meæ tantummodo sub usufructuatio nomine habendi, & prius ante meum veco discessa corporis, quandoque Domino placuerit, quod de hoc seculo transitus fuero præsenti die, & fera m. m. deveniat in jamdictis Manfredo Comes, & Egelrich item Comes filio ejus sub tali protextu sicut subtus legimus eo videlicet ordine, & ratione ut usque dum supradictus Manfredus Comes germanus meus in hoc seculo advixerit in eorum sit pariter potestate habendi, tenendi, & ad usufructuandi, & prius autem eidem prædicto Manfredo Comes Germanus meus discesso corporis, quandoq; Domino placuerit, quum de hoc seculo transitus fuerit tunc præsenti die,

& ho-

& bocam m. m. deveniat in Seltious Comes nepote meo, sicut ad suis filiabut, & suos hæredes diebus vitæ illius usque in perpetuum, nam non babeant ipsas ees meas potestatem vendere, nec donare, nec pee quodlibee titulum alienace nisi semper illerum sit potestatem babendi tenendi, & possidendi, & si dictis filiis filiabus jamdicti Egelrici Comes nepotis mei filios aut filias de legitimo matrimonio habueeint, & ipsi infra fintem aut sine filiis filiabus mortuus fuerit tunc prædium ipsum omnes res quas superius legimus m. m. deveniat in potestate, & oedinatione de monasterio B. Zaccbariæ de loca Venetum, & de Abbatissa, quæ per tempore ibi fueeint, & de tota illarum congeegatione usque in perpetuum ordinandi, judicandi fruendi secundum illarum voluntatem pro remedium animæ meæ, & uxoris meæ licet paeentorum nostrorum si non fuerint de mea prole ab boc seculo de legitimo matrimonio totas ees quod supra legitur sit in earum potestatem retinendi, & ad usufeuctuandi non alicui alienandi, praecipio eis, ut per omnique anno dent ipsis de totas meas res in jamdicto monasterio S. Zacchariæ sito in Venetia lices ammisit quod eodem monast. vobis iuquisierit modiar centum frumento, & centum modias de vino ad legitimam mensuram Veronen. civitatis, & insupee unam libram de denarios Veronenses ad solatium, & victum aliæ Abbatissæ quæ pro tempore ibi fueeit, & à tota illacum congregatione jubeo ut ibi donetis, & si usum frumentum cum eodem vinum quod est inter totum modins ducentas cum ipsa libea de denacios Veronam, constituo, & confirmo, ut teansacti deveniat ipsum casteum meum qui vocatur Runco cum turre in ibi babeate, atque capella dedicata in bonorem S. Mariæ Viegtnis, seu casis, & teeeis, vineis, atque sylva, quæ vocntur columnellus, cum peædictas insimul tenere cum omnia, & en omnibus sicue ibidem babere visus sum, in potestate sit jamdicti monasterij B. Zaccbariæ retinendi, & possidendi, atq; faciendi usq; in perpetuum, nullus sit ausus bæc omnia inde subtrabere, nec minuire, non meis propinquis, nec entraneis bominibus, si nullus fuerit de men prole, & legitime natę fuerint, & ablatæ fueeint tota ees qui supea legitime sit in potestate peædicti monasterij B. Zaccbaeiæ de loca, & finibus Venetię ita ut supea judicatum babeo per bunc meum testamentum, & oedinatione non vendendi, neque donandi, nec alienaudi sed usq; in perpetuum ibi peemaneat ad ordinandum, & judicandum, & faciendum totas Abbatissas qui ibi fueeint per temporibus, & in tota illarum congregatione nullus sit ausus inde subteabendum, & si alitee aliquid facere peesumpserit judicem babeat Deum omnipotentem, cui omnia subjecta sunt, & si quis vero quod facturum esse non eredo, si aliquod de bæeedibus, ac pro bæredibus meis aut quibuslibet ullam appositam personam bominum suereneri nt aliquando tempore qui cirea banc paginam mei testamenti, & ordinationis, quam ego meo bono primo fieri deveniat, ire quandoq; tentaveeit, aut eam infringere volueeint, & ab omnibus bominibus non defensaveeint, & probatum fuerit effectum, qui in coaveeint, nullam ipsos admonitionem, vel alltdstatom babeant valetudinem, & nullam per vigum scriptuearum idem per alias enemplarias ceedatue ad ipsis jam peæuominatis casis de rebus vineis cum superioetbus, & infectoribus de una cum egressu, atq; egressibus suis cum omnibus sed m. m. ponere ipsis bæredes, ac pee beredes meos, ad ipsos Abbatissas sic supra legimus, si boc non adimpleverint qui supra legimus omnia in duplo de insuper cum stipulatione nomen componant vobis, & in prædicto Dei monasterio pœna quod est multa aurum optimum LX. aegentum ponderas nx-que actus absolvant nibil vendicare valeant, & pre bac causa ut supra legimus accepti ego jamdictus Milo Marcbio ad vos jamdicto Manfeedo Comite germanus meo, & Egleicb item Comite filio ejus merita causa lanvimcbili mxvitias, duas, & bæc præsens pagias judicari, & oedinationem, seu testamenti sic supra legimus omniq; tempore firmam, & stabilem, & inconvulsam, & ierevocabilem permaneat sine omni ceuditione bominum cum stipulatione subnixa, & quia ego ipse supra Milo Marcbio sive memorata simul cum calamo, & boc tramentario, sive duos vanto totum insimul vin legem salicam, & de terea levavi & Adelberti Not. atque Seavino te ad idi ad me rogatus obtulit ad roborandum.

Acto in Runco feliciter Milo Marcbio à me facta pee signum supeasc. manibus augeri, & Peaveramo fil. q. idemque Praverame, & Odelardo qui lege ialica vivere visi sunt supeasc. signum suprasc. manibus Eeico felieis Almengauto, & Erimberto de Sutilngo filius bonæ memoriæ Ildeberto testibus. †

Manfeedus eogatus testamentum supr. †

Ego Eeimbertus Judex rogatus manu m. subsc. †

Ego Milo rogatus m m. subsc.

Ego qui suprad. Audelbeetus Not. peoteau. eog. qui banc paginam scripsi, & prædicta complevi.

Hic etiam prætermittendum minime censui Rodulphi Regis diplomu concessum Zenoniano cœnobio an. 924. cum ad ipsius monasterii jura tuenda satisfaciat, ex ejusdem cœnobii tabulario exscriptum.

In nomine Domini Dei æterni.

Rodulpbus divina ordinante elementia Rex. Si sanctis, & veneeabilibus locis sublevamen nostræ auctoritatis impendimus, & ad ministerium divinum exequendum opem feeimus, peecujus amore id agimus, æteenæ remunerationis nobis præmia largiei, non ambigimus. Idcirco amaium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum comperiat solertia, W. donem venerabilem Episcopum, dilectumque fidelem, & consiliaeium nostrum suppliciter nostræ pietatis exorasse clementiam, quatenus monasterium Beati Zenonis, ubi ejus corpus sacrum bumatum quiescit, sub nostrum mundeburdium percipere dignaeemur. Ad cujus peeces nostras aures inclinantes, idem monasteeium cum omnibus juribus unde conquisitis, & in futurum conquirendis sub nosteo mundeburdo recepimus. Videlicet cum omnibus eebus mobilibus, & immobilibus, seseque moventibus, famulis, & servis utriusque sexus, mancipiis, colonis, libellariis, cartularis, ejusque commenditis: peæcipientes ue nullus Dux, Comes, vicecomes, nullaque magna, parvaque persona in possessiones peædicti monasterii, commenditorumq; ejus se deinceps intromittere valeat, aut aliquo ingenio de eisdem usurpando, vel invadendo subteabere absque impeziali, & nostrocum judicum palatinorum judicio. Insuper etiam, & nostro bando bandimur, ut si quis foetasse aliquid de peædictis rebus bactenus detinuit, & in suos usus sua potestate, & temeeario ausu possidet . . . . se à tali violentia subtrabat, & se funditus suosque bomines eemoveat; omnia quoque præcepta, & privilegia ejusdem monasterii, quæ concessa sunt, confirmata, & funditus delegata priscis temporibus ab Imperatoribus, & Regibus Longobardorum, & Francoeum, seu omnes inscriptiones, universasque res, unde ipsum monasterium juste, & legalitee investitum peemansit, & quicquid ei legaliter pertinere dignoscitur, tam per communitates, & precacia, quam offersiones, & oblationes bonorum bominum, sive alias traditiones, & quascumque donationes, quæ dici, & nominari possunt, per banc peæsentem nosteæ munificentiæ auctoritatem peepetuo confirmamus, & modis omnibus corroboramus: quatenus, sicut inferius sceiptum est, peædictum monasteeium in integrum æternaliter possideat, teneat, & jure peoprietario jamdicto sine contradictione, molestatione, vel minoratione omnium bominum concedimus, & donamus. Ut sicut a vivæ memoriæ Berengario Imperatore, & aliis antecessoribus nostris per præcepti paginam concessum est, liceat Abbatibus peædicti cœnobii, qui pro tempore fuerint, duas naves in Pado, & in flumine Athesi, & per cetera flumina babere ad navigandum, & eundum ubicumque necesse fuerit, absque ulla publica exactione, & datione. Si quis igitur contea boc nosteæ concessionis, & coreoborationis præceptum insuegere, aut conteatee temptaverit, sciat se compositurum auei optimi libras mille, medietatem cameræ nostræ & me-

die-

dietatem ad partem . . . . . . cui violentia fuerit illata. Quod ut verius credatur, & diligentius in perpetuum observetur, manu propria roboramus, ac annuli nostri impressione subter insigniri præcipimus.

Signum † Domini Rodulphi gloriosissimi Regis.

Marino Cancellarius ad vicem Beati Ven. Episcopi, & Archicancellarii recognovi, & subsc.

Dat. pridie Idus Novembris anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXIV. Regni vero Domini Rodulphi Serenis. Regis Italiæ III. Ind XIII.

Actum Veronæ in Christi nomine feliciter. Amen.

LVII. 58 MILO per hæc tempora fuit Episcopus Veronensis, quem Perettus vixisse refert an. 951. (s) Anno vero 962. clericis Deo famulantibus in ecclesia S. Proculi, situm, hortosque contiguos eidem ecclesiæ pro ædificandis ad eorum usum cubiculis, itemque decimas concessit, quas vulgarium hominum vocat, eidemque concessioni ita subscribit.

Ego Milo humilis S. Veronensis Ecclesiæ Episcopus huic concessioni à me factæ propria manu subscripsi. Ego Garimbertus Archidiaconus consensi, & subscripsi. Undecim diaconi, undecim presbyteri, duodecim subdiaconi subscripserunt.

Insignis etiam donatio, Milone sedente, adnotatur in monumentis Zenoniani cœnobii, quam Otho Imp. induisit pro Monachorum præbenda.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Parum valent mundanæ divitiæ, nisi fuerint in cœlestibus thesaurizatæ, ubi nec ærugo, nec tinea demoliuntur. Hoc etiam pensantes, pro remedio animæ nostræ, necnon & parentum nostrorum, castellum, quod vocatur Romanianum, cum liberis hominibus, qui vulgo Heremitani dicuntur, qui prius ad nostrum restrictum respiciebant, cum omnibus rebus illorum à se pertinentibus, seu cum omni debito, destrictione, & notione, atque placitu nostro, & Comitis S. Zenonis ad sanctorum præbendam Monachorum donamus, & proprietamus eleemosynam; ea scilicet ratione, ut post hæc nec Marchio, nec Comes, nec ullius potestatis persona habeat potestatem . . . auferendi, aut ullo modo invadendi. Si vero, quod futurum non credimus, aliquis dux, comes, seu gastaldius, seu quælibet publicæ administrationis, aut privata persona contra omnia supradicta, &c.

Signum Domini  *Ottonis Serenis. Imperatoris.*

Ambrosius Cancellarius ad vicem Uberti Episcopi, & Archicancellarii recog. &c.

Dat. VIII. Kal. Octob. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVII. Imperii vero Domini Othonis piissimi Cæsaris VI. Indict. XI.

Actum Ravennæ feliciter. Amen.

Extat quoque in Canonicorum tabulario permutatio quædam habita ab ipso cum Lamberto castri Eupodani habitatore anno quinto regni in Italia Othonis Imperat. qui fuit Christi 966. quam ab originali vetustissimo nos ipsi exscripsimus, Romam nobis transmissam, ut vetustum monumentum oculis propriis usurparemus. Ita se habet.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi.

Otho gratia Dei Imperator Augustus hic in Italia anno quinto, sub die decima Octobris . . . . . placuit, atque convenit inter D. Milonem Episcopum sanctæ Sedis Veronensis Ecclesiæ, necnon inter Lambertum filium . . . habitator in castro Eupedano, ut in Dei nomine ambæ partes inter se titulum commutationis facere debuerunt, quod to . . . . in primis jam antedictus D. Milo Episcopus de parte Episcopio s. Zenonis in commutationem ad jam prædicto Lamberto . . . . terra ad eidem proprietatem habendum, id est terra casaliva cum casa super se habente una cum curte, horto & terra aratoria insimul tenentem in loco uno, & terra communis super se habent in locos duos, & teera aratoria similiter in locos duos juris, quæ pertinet desuper . . . . . S. Zenonis, quæ posita est in finibus Veronensibus in loco terra casaliva cum casa super se habens, una cum curte horto, & terra aratoria insimul tenentem, habent per longum perticas triginta, & una lato de ambobus capitibus æqualiter perticas decem, & octo, qui de uno habet de alio latus, & uno capite jura s. Zenonis posita, de alio capite viam, de alio loco quam est terra cōmunis super se habent in supradicto loco . . . . . . viginti, & quatuor lato de uno capite perticas viginti, de alio capite lato perticæ decem, & septem, qui de ambabus lateribus, & uno capite . . . de alto capita palude adjacentem: tertio loco teera . . . . super se habet, ibique prope habet per longum perticas triginta lata. . . perticas tres, qui de ambobus lateribus, & ambabus capitibus jura s. Zenonis posita: quarto loco terra aratoria loco sub habet per longum perticas viginti lato de ambabus capitibus æqualitee perticæ novem, qui de uno latus Beeuno habet de alio latus, & uno capite . . . . quinto loco terra aratoria ibique prope habet per longum perticas viginti, & sex lato de ambabus capitibus equaliter . . . qui de usque latus de palude adjacentem de alio lato, & de uno capite jura s. Zenonis po. . . de alio capite heruno habet . . . . ad parte prædicto Episcopio s. Zenonis in communiter supradicto Lambertus communitee à die præsenti . . . . ad habendum id est terra casaltvas cum casa super se habente in locas duas, & terra . . . super se habente in locas sex, & terra aratoria in locas duodecimæ juris supradicto Lamberto communiter, quæ posita est in finibus Veronensibus in loco, & fundo Scardevaria primo loco terra casaliva cum casa, & curte, & horto, & terra communis super se habet totum insimul tenente in supradicto vico Scardevaria habet per longum perticas sedecim, lato de ambabus capitibus æqualiter perticas quatuor, pedes quatuor, qui de uno lato, & men . . . habet de alio lato ingresso communis percurrentem de uno capite Lodebertus, de alio capite terra communis, quas hic subter designaverimus adhærente alto loco, & teera casaliva cum casa super se habente, & curte insimul tenente ibique prope habet per longum perticas decem, lato de ambabus capitibus perticas duas, pedes . . . de uno lato Enmengarda habet de alio lato, & uno capite Amelgauso habet de alio capite via: tertio vero loco . . . . super se habet ibique habet per longum perticas decem pedes sex lato de ambabus capitibus perticas tres, qui de uno lato Ermengarda habet de alio lato, cum casa qualitee superius legitur adherentem de alio capite terra aratoria quas hic subter designaverimus, adhærentem quarto loco terra communis super se habet per longum perticas quadraginta, & una, lato de capite equaliter perticas tres, pedes sex, qui de uno lato Eamergarda . . . . habet de alio lato Odelbertus monetorius de uno capite via supradicta terra communis, qualiter superius legitur adhærentē, de alio capite terra communis, quas hic sub-

(s) Ratherius ab anno 952. hanc Ecclesiam tenuisse ex supradictis constat, ejusdemque pacificam possessionem habemus ex Concilio Ravennatensi, & sententia Rodualdi Patriarchæ annis 967. & 968. Quomodo igitur ab an. 951. ad an. 979. Milonem hanc sedem occupasse referunt monumenta? Et revera ponter illata ab Ughello Milo consecrationi Cathedralis Parentinæ post an. 961. interfuisse in Parentinis habetur: & an. 971. Rodaldi Aquilejensis Patriarchæ judicato adstitisse ex Muratorio Antiq. Eiten. tom. 1. p. 152. colligitur. Num biceps hæc cathedra? Unum fere effugium mihi occurrit pro utriusque in hac serie legitima successione: Milonem videlicet Veronensem Antistitem electum, cum Ratherius exul Leodiensi Ecclesiæ fuerit præfectus: deinde vero Ratherio Veronensi Cathedræ restituto Milonem suffraganeam operam præstitisse, donec illo è vivis sublato gregis curam successor susceperit.

ter designaverimus adhærentem. Sexto loco terra communis super se habet, per longum perticas viginti, & septem, lato de ambabus capitibus perticas duas, pedes quatuor, qui de uno lato, Ermengarda habet de alio lato jura S. Zenonis positas duo capite, Amelgaus habet de alio capite terra aratoria, quas hic subter designaverimus, adhærentem de alio capite. Septimo loco terra communis super se habet ibique non longe habet, per longum perticas triginta, & quinque, pedes sex, lato de ambabus capitibus perticas duas, pedes octo, qui de uno lato Ermengarda habet, de alio lato jura S. Petri posita de uno capite terra aratoria, quas hic subter designaverimus, adhærentem de alio capite terra . . . . . . quas hic subter designaverimus adhærentem. Octavo loco terra communis, ibique non longe habet per longum perticas . . sita, & tres, de uno capite perticas duas pedes octo, de alio capite lato pertica una, pedes quatuor, qui de uno lato Ermengarda habet de alio latere Odelbertus habet, de uno capite terra communis, quas supra legitur adhærentem, de alio capite, & terra aratoria, quas hic subter designaverimus adhærentem. Nono loco terra aratoria, ibique prope habet per longum perticas sexaginta lato de ambabus capite perticas duas, pedes octo, qui de uno lato Ermengarda habet de alio lato, de Lamberto habet de uno capite via de alia parte supradicta terra communis adhærentem. Decimo loco terra aratoria habet per longum perticas triginta, & novem, de uno capite perticas quatuor, de alio capite perticas duas, pedes quatuor, de uno lato Ermegarda habet, de alio late plures . . . . . habet de uno capite terra communis quas supra legitur adhærentem de alio capite Berono habet. Undecimo loco terra aratoria habet per longum perticas decem, & septem, pedes sex, lato de uno capite perticas quinque, pedes quinque, de alio capite perticas tres, qui de uno lato Amelgauso habet, de alio lato, & uno capite via, de alio capite Ermengarda habet. Duodecimo loco terra aratoria non longe habet per longum perticas viginti, & novem, de amba capite perticas quatuor, qui de uno lato Ermegarda habet, de alio lato via, de uno capite Martium habet, de alio capite . . . . habet. Tertiodecimo loco terra aratoria habet per longum perticas quindecim, pedes sex, de amba capite perticas quatuor pedes quatuor, qui de uno lato Ermengarda habet, de alio lato jura S. Bartholomæi posita, de uno capite Martium habet, de alio capite Joannes habet. Quartodecimo loco terra aratoria, ibique prope habet per longum perticas decem, & novem, lato de amba capite perticas quinque, pedes quatuor, qui de uno lato Ermengarda habet, de alio lato Joannes habet de uno capite via, de alio capite jura S. Bartolomæi posita. Quintodecimo loco terra aratoria habet per longum perticas triginta, & quinque, pedes septem, lato de uno capite perticas tres, pedes octo, de alio capite perticas quatuor, pedes quatuor, qui de uno lato Ermengarda habet, de alio lato Conradus habet, de uno capite via . . . . . Bartholomæi posita. Sextodecimo loco terra aratoria habet per longum perticas quadraginta, & tres, lato de amba capita perticas tres, pedes quatuor, qui de uno, lato Ermengarda habet, de uno lato Delbertus habet, de uno capite via, de alio capite terra communis, quas supra legitur adhærentem. Septimodecimo loco terra aratoria ibique, prope habet, per longum perticas quatuordecim, lato de amba capite perticas duas pedes quatuor, qui de uno lato Ermengarda habet de alio lato, & uno capite Amelgausa habet, de alio capite supradicta terra aratoria adhærentem. Octavodecimo loco terra aratoria ibique non longe habet per longum perticas triginta, & tres, lato de uno capite perticas tres, de alio capite perticas duas, pedes quatuor, qui de uno latus Ermengarda habet, de alio lato Amelgauso habet, de uno capite supradicta terra aratoria adhærentem, de alio capite via. Nonodecimo loco terra aratoria habet per longum perticas triginta, & sex lato de uno capite perticas tres, de alio capite latus perticas duas pedes quatuor, qui de uno lato Ermengarda habet de alio lato Adelbertus habet de uno capite supradicta terra aratoria non multum longe habet per longum perticas sexaginta, & tres, lato de uno capite perticas duas, pedes octo, de alio capite lato perticas duas, pedes duos, qui de uno latus Ermengarda habet, de alio latus jura S. Petri posita, de uno capite suprascripta terra communis quas supra legitur adhærentem de alia parte via mensuratum vero fuit super eorum ad perticam septimam de pedes duodecim ad extensionem brachii mensuram, & infra, & prædictas cohærentias cum omnia super se habentes, quam prædictis . . . . sibi ambæ partes una alterius ad invicem tradiderunt, & ex inde sibi . . . . . rebus una cum ingressu communite, hac autem ipsa commutatio visa, atque æstimata est ex utraque partium per Martium, & Udebertum presbyteros . . . . . Episcopio, & cum eis fuerint bonos Dei timentes hominum eorum fides admittens, adsunt Joannes filius quondam Gausperti, & Joannes fil. quond. Garberti, & Petrus fil. q. Joannis de Castropedano & ipsi totum insimul æstimaverunt juxta legem, quia pars suprascripto Episcopio ab illo die plus meliorem, & ampliorem promittentes autem propterea ipsi . . . . si ipsis, vel eorum subcessores, atque hæredes si contra ea quæ commutitet fecerunt atque trada . . . . . ntaverint, aut ea infrangere quæsierint & ab omni hominum defensaverint, & probatum fuerint tunc tantum, & inquam suprascripta . . . . super se habet eo tempore inconsimile locis sub æstimab. meliora, tam valeris de quantum inde unus alterius eidem defendere non po . . . aut contendere, vel immutare quæsierint in duplum restituant pars parti fidem servanti ad ipsis qui su suam saltum fidem . . . . . . successores, atque hæredes autem ipsi dederint, & hanc paginam commutationis sicut supra legitur omnique tempore firma, & stabilis . . . . & irrevocabilis perpetualiter permaneat, & in se obtineat robore sine omni contradictione hominum cum stipulatione subnixa.

Actum in civitate Veronen.

† *Signum meum supradictus Lambertus, qui hanc paginam commutationis fieri rogavi ad omnia supradicta.*

† *Ego Martinus presbyter in hac commutatione missus interfui, & manu mea signavi.*

† *Ego Idevertus presbyter in hac commutatione missus interfui, & manu mea subsc.*

† *Ego David diaconus in hac commutatione missus interfui, & m.m. subsc.*

††† *Signum manuum suprad. Johannes, & item Joannes, & Petrus qui ut supra interfuerunt, & æstimaverunt in hac pagina commutationis manuum suarum posuerunt.*

††† *Signum manuum Petrus, & Ambrosius germanus de ante . . . . & Mauro filio q. Andreæ viventes lege Romana testes.*

†† *Sign. manuum Erimbertus, & Gauselinus testes.*

†† *Signum manuum Petrus, & à me . . . in Corelliano testes.*

† *Ego Madelotus Notarius atque Judex Sacri Palatii rogatus qui hanc paginam scripsi, & . . . dicta complevi.*

Milonis etiam mentio habetur in instrumento ecclesiæ S. Stephani an. 979. mense Junio Indict. 7. apud Perettum in catalogo. Quo vivente Otho Imp. Romam ex Germania proficiscens Veronam venit; paulo post Romæ obiit.

(„ VVOLFANGUS *per hæc tempora vixit, ut* LVIII
„ *optimè collegit eruditissimus Maffejus in supra re-*
„ *lata Epistola ex vetustissimo archivi Cathedralis*
„ *membraneo Missali.*)

59 HILDERICUS cathedram Veronensem rexisse videtur post Milonem, de quo specialis mentio continetur in privilegio Othonis Imp. an. 988. cœnobio S. Zenonis concesso, prout videre libet ab exemplari vetusto, quod in eodem tabulario asservatur. LIX.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina auxiliante miſericordia. Si dignis noſtrorum fidelium petitionibus aſſenſum præbemus, devotiores eos in noſtro obſequio proculdubio reddimus. Ideoque notum volumus eſſe omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque præſentibus, & futuris, Henricum Karentanorum Ducem, noſtrumque fidelem noſtram humiliter imploraſſe excellentiam, quatenus ejus fidelitatis amore confirmaremus noſtra præceptali pagina domui r. Zenonis, ubi Hildericus Epiſcopus cathedram Epiſcopalem regere videtur, omnes res, & familias, qualiter per chartulam offerſionis contulerunt eidem B. Zenoni Lunumbertus, & Hildebertus, Amelbertus, ac Grauſo germani filii q. Gilverti, ac etiam Urſus fil. q. Eginulphi, & Martinus filius q. Teudiberti, verum etiam Adro filius q. Urſi, atque Dominicus, & Julianus, ac Ropertus germani filii Joannis & Uſebertus filius q. Auſonis habitantes in comitatu Veronenſe; cujus dignis petitionibus, prout dignum erat, aurem accommodantes, confirmamus, prout juſte, ac legaliter poſſumus, ac noſtra præceptali pagina corroboramus B. Zenoni civitatis Veronæ patrono, & gubernatori omnes proprietates, & res, ac familias, quas ſuperius nominati homines eidem B. Zenoni per chartulam offerſionis obtulerunt, & ſecundum legem tradiderunt nominative, quas habere videbantur in valle Palſenate in vico Azago, vel per certa loca tam in caſibus habitationis eorum, ubi ipſi homines viſi ſunt habitare, cum curtibus, hortis, areis, quam de foris in terris arabilibus, ſeu vineis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, ſalectis, ſationibus, rivis, ac paludibus, aquariis, tam etiam in montibus quam in planitiebus, diviſis, indiviſis, ſortitis, & inſortitis, cultis, & incultis, piſcationibus, decimis, aquis, aquarumq; decurſibus cum finibus, ac terminis ſuis cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis eorum, ſive ubicumq; de rebus eorum aliquid inventum eſt, vel inventum fuerit, ſeu per chartulas, aut extra chartulas, tam de paterno quam de materno, ac etiam de ſucceſſione parentum eorum juſte illis ſuperius nominatis hominibus pertinentes, ac B. Zenoni ab eis legaliter conceſſas, & quidquid ad noſtrum publicum jus, ac dominium, tam in foreſtaria, quamque in aliis officiis in caſtello Azago jam ſuperius nominato, ubicumque foreſtarii ibi pertinentes manent permanere videntur, B. Zenoni per hoc noſtrum præceptum concedimus, & donamus, prout juſte, & legaliter poſſumus, & valemus ro videlicet ordine ſuperius dictas proprietates, res, & familias, & prænominatis hominibus in præfatis locis adjacentes per chartulam offerſionis ſæpe digno memoriæ B. Zenoni tradendo conceſſas, & traditas eidem B. Zenoni, & Vicario ejus, ſuiſque ſucceſſoribus pro tempore famulantibus ibi per hoc noſtrum præceptum, una cum foreſtariis juris noſtri regni de Azago pertinentibus ſibi per hanc noſtram conceſſionem largitis ubicumque manere videntur, confirmamus, corroboramus, ac in eorum jus, & dominium, in quantum ad nos attinet, transfundimus, ut habeant poteſtatem commutandi in libellariis, aliiſque juſtis inſcriptionibus, quibus voluerint, & potuerint faciendi, & juſte tradendi omnium hominum remota contradictione, & moleſtia. Præcipiendo denique jubemus, quatenus nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, marchio, comes, vicecomes, ſculdatius, gaſtaldio, nulla noſtri regni magna, vel exigua perſona B. Zenonem, ejus Vicarium in Veronenſi Epiſcopio pro tempore ordinatum de ſupradictis caſis, & rebus, ac proprietatibus in præfatis locis adjacentibus una cum ſuperius nominatis foreſtariis proprietario jure ſibi à nobis conceſſis tam in Azago, quam etiam in aliis locis habitantibus inquietare, diminorare, ſeu diſveſtire, aut violare in aliquo molitus fuerit, profecto ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras CC. medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ſæpe prætaxato B. Zenoni, ejuſque Vicario. Quod ut verius credatur, ac diligentius à cunctis obſervetur, hanc paginam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inferius notare juſſimus.

Signum Domini  *Ottonis Sereniſs. Imperatoris.*

Dat. VI. Kal. Septembr anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVIII. Ind. I. anno autem tertii Ottonis regnantis V.

Actum Maresburgh. feliciter: Amen.

Non mirari minime poſsum, quantas opinionum diverſitates, quantamque varietatem in proferendis monumentis invenerim ad annorum veritatem indagandam quinam iis temporibus in hac Eccleſia fuerint Epiſcopi. Panvinius enim in chronico rerum Veronenſium poſt Ratherium Othbertum reponit, habetque inveniſſe ejuſdem mentionem fieri in vetuſto quodam documento permutationis, neſciens cujus cum eccleſia B. Petri in Arce anno Domini 900. pontificatus ejuſdem 16. ita ut eum Epiſcopum Veronæ deſignatum fuiſſe liquido anno 974. conſtet. Perettus vero in catalogo refert Milonem ad eamdem ſedem fuiſſe evectum ann. 951. retulitque mentionem ejuſdem haberi in documento anno 979. ut diximus. Ex Othonis vero privilegio ſupra relato ann. 988. Hildericum hujus Eccleſiæ Epiſcopum nominatum vides; videbis etiam Othbertum hanc ſedem tenuiſſe anno 993. & ſequentibus, unde in tanta rerum varietate prudens lector judicabit, niſi forte divinandum foret plures eodem tempore, vel coadjutores, vel coepiſcopos in eadem Eccleſia fuiſſe ordinatos, ut alibi eveniſſe indicavimus. Nos vero certorum monumentorum lucem ſecuti Hildericum ſucceſſiſſe Miloni, huic vero Othbertum aſſerendum putavimus. Illo Præſule, vel Othberto, Otho Imperat. anno 983. curtem de Quinto, quam Lanzo Canonicis Veronenſibus dono dederat, ſuo diplomate confirmavit ex eorumdem tabulario deſumpto; quod ita ſonat.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otto divina favente clementia Romanorum Imp. Auguſtus. Si dignis, &c. Quocirca omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum comperiat univerſitas, qualiter interventu noſtræ dominæ matris Adheleidæ Imperatricis ſemper Auguſtæ, ſanctæ Mariæ Canonicis Veronenſibus præceptum confirmationis, & corroborationis, quatenus nos pro Dei amore, noſtræque animæ remedio de quadam corte, quæ nominatur Quinto ſita in comitatu monte Sticano, quam quidam nomine Lanzo pro remedio animæ ſuæ donavit præfatis Veronenſibus Canonicis cum capella, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Alteram autem quæ vocatur Titulus, ubi dicitur Villa cum capella ſua in honore S. Mariæ conſtructa cum omnibus pertinentiis ſuis quam obtulit Angelbertus clericus, qui cognominabatur Reginzo in eodem comitatu poſitam. Tertiam vero quæ nuncupatur Badabones, quam tribuit Notherius Veronenſis Epiſcopus pater Veronenſium clericorum poſitam in Tridentino comitatu cum capella, & omnibus pertinentiis, & adjacentiis ejus. Inſuper caſales duos in Veronenſi comitatu jacentes in corte regia, quæ vocatur Ripa, quos obtulit . . . quæ . . . vocatur cum omnibus terris, vineis, pratis, campis cultis, & incultis, molendinis, ſeu cum omnibus rebus eorum mobilibus, & immobilibus, quæ dici aliquo modo, vel nominari poſſunt, concedere dignaremur, eo videlicet ordine, ut ubicumque à prænominatis Canonicis, ſuorumve ſucceſſoribus aliquando poſſeſſum eſt, vel in futuro poſſeſſurum erit, omnium contradictione, & diminoratione violentium exciſa, firmiter proprietario detineant jure. Hoc etiam noſtra Imperiali auctoritate addimus pro redemptione, & remedio animæ noſtri patris Imperatoris

Othonis, & nostræ dominæ matris Imperatricis Adheleidæ, necnon & nostræ, & concedimus, largimur, donamus, quod homines cuncti permorantes, atque residentes in castris ipsorum Canonicorum, quorum castrorum nomina hæc sunt Cereta. Brianda, Porcile, Puliana, Martiana, Gratiana, Pusino, Castellione, at Fodrum, quod injuste & non legaliter dederunt, quod nefas numerat, præceptali pagina nostræ auctoritatis volumus ut deinceps non dent, nec non, & ipsi, qui in civitate soliti erant dare thelonenm, præcipiendo jubemus ut in tempore ullo aliquis eis auferat, vel de hoc amplius molestare ipsos tempt. Præcipientes denique jubendo sancimus, ut nullus Dux, Episcopus, marchio, comes, vicecomes, nulla regni nostri magna, vel parva persona Sanctæ Veronensis Ecclesiæ Canonicos de omnibus prænotatis causis, seu de omnibus libellariis colonis ad se pertinentibus, aliisque in prediis eorumdem Canonicorum residentibus molestare, disvestire, angariare, vel per placita fatigare, nisi tantum ante illorum præsentiam audeat, vel præsumat. Contra quod nostræ confirmationis, sive concessionis præceptum si quis aliquando insurgere temptaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras centum, medietatem cameræ nostræ, & medietatem Canonicis ibidem pro tempore deservientibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, hanc paginam propria manu corroboramus, eamque inferius jussimus sigillari.

Sign. D. Ottonis II. *serenissimi Imp. & Regis invictissimi Augusti.*



Adalbertus Cancellarius ad vicem Petri Episcopi, & Archicancellarii recognovi, & subsc.

Dat. pridie Id. Jun. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. *Ind.* XI. *regni vero Domini Secundi Ottonis* XXVI. a *Imperii vero ejus* XVI. b

Actum Veronæ feliciter. Amen.

a XXIII. b XVI.

LX

60 OTHELBERTUS e, cujus prima mentio habetur in judicio, quod habuit Henricus Karentanorum Dux, Marchioque Veronensium pro eodem Episcopo contra Tedaldum, & Bertam ejus cognatam detentores curtis Ripæ juxta lacum Benacum sitæ ann. 993. Hujus facti monumentum, quod modo dabimus ex tabulario Canonicorum exceptum, sic loquitur inepte, pro ut illa ferebat ætas.

e Al. Otbertus, sive Hubertus.

Dum judicium in civitate Veronæ in domum Episcopi Sanctæ Veronensis Ecclesiæ in Laubia . . . . . quæ fuinca Adecis in præsentia Domini Oberti Episcopi ipsius Episcopum in judicio resideret domnus Henricus . . . . averum seu Karentauen. atque istius Marchiæ Veronensium, ad singulorum hominum justicias faciendas, ac deliberandas, residentibus eum eo Arnetusdus Episcopi secundoque Ecclesiæ, Ripandus Comes istius comitatus, Ragimbaldo Joannis, & Reliq . . . Comitibus, ac Odelricus Engampo, Adelpertus Pezech Odescale Comitibus urcentis, Kiamelgauso, Vualgnuso, Ingelbertus, Maginfredus, Gaufredus, Bonizo, Audibertus, Reulfus, Ambrosius . . . . . Ambrosius, Bevo, Madalbertus, Aimo judices Sacri Palatii, Semeelio qui de Remizo, Amelmercus vicecomes, Tursindo, Amulfo, Bernardo, Vuido, Trizo, Amelgauro, ... Amelme, Ermizo filio ejus, Arpo, . . Cardo, Vualdingo, Gamandus & reliquis pluribus. Ibique in eorum venient præsentia dominus Obertus Episcopus sanctæ ipsius Veronensis Ecclesiæ unacum Ingelberto judex . . . . ipsius Episcopi avocatus, & ceperunt dicere: jam plures vices nos reclamavimus ad vos domnus Henricus dux, ut nobis justitiam faciatis de Tedaldo olim marchione, & Berta cognata ejus, qui nobis malo ordine, & contra legem detinent, & contradicere curte . . . quæ nominatur Ripa, quæ jacet juxta laco Bennaco ripanensis, cum casis, masariciis, terris, vineis, eremis, pratis, pascuis, silvis, tam in montibus, quamque & in planiciis, seu servis, & ancillis, aldiones, & aldianes, censitos, & cum . . . . ipsius curtes, & cum omnibus rebus ad præfata curte . . cum omnibus rebus, ut suprasc. pertinentibus, atque olivetis, & censionibus ipsius curte & provenctis tam in laco Bennaco, quamque & foris juxta ipsius Ripæ. Unde, & plures vices missi, & epistolæ de vestra parte eidem lectæ fuerant set minime eum & . . . ad vestrum placitum habere potuistis. Unde rogo vos domnus Henricus Dux semper dom. hoc ant . . medo nostri rebus nobis de ejus curte, quæ nominantur Ripa, quæ jacet junta laco Bennaco Ripanensi ad salvaque relo . . . nobis investiatis quousque ipse Teodaldo olim marchio, & Berta cognata sua ad placitum . . . . & investiti à nobis deinceps ac . . . . & cum ipse dominus Obertus Episcopus, & Ingelbertus Judex ejus, & ipsius Episcopi avocatus . . . . ad hæc recordatus est prædictus dominus Henricus Dux quod sic esse . . , dictus Obertus Episcopus, & Ingelbertus Judex ejus, & ipse avocatus asseruerat, & ten. ibi locum in eodem judicio prædictus Dominus Henricus Dux jam dictus de Theodaldo marchione, & Berta cognata sua intus, forisque sese, & vociferare fecisset so minime eum, & eam habere potuit ad suum placitum, & eo . . ibi locumque præsens omnium in eodem judicio per fuste quas sustenebat manus prædictus dominus Henricus Dux eundem dominus Obertus Episcopus, & Ingelbertus Judex, & ipsius Episcopi avocatus de prædicta curte, quæ nominatur Ripa junta loco Bennaco Ripanensi cum omnibus rebus ad ea pertinentibus casis, massaritiis, terris, vineis, herbis, campis, pratis, pascuis, silvis tam in montibus, quam in planitiis, tam infra laco, quamque, & foris, seu servis, & ancillis, aldions, & aldianensis . . . . censitos, reddutus fiscalinos utriusque saxu ad jam dicta curte pertinentibus, vel aspicientibus ad salvaque selle investitura quo usque ipse Theodaldus, & Berta cognata ei . . . justitiam sua ad insuper misit baudum domini Regis in mancosos auri mille, ut nullum quislibet homo eumdem D. Obertum Episcopum, & Ingelbertum judicem ejus, & ipsius Episcopi avocatum disvestire audeat sine legali judicio, qui vero fecerit prædictos mancos . . . , se compositurus agnoscat medietatem parte cameræ Domini Regis, medietatem quidem Domini Oberti Episcopi, ejusque successoribus, & Ingelbertus judex ejus avocatur, & pars ipsius Episcopi . . . . & hoc notitia æqualiter hacta est fieri jussimus quidem, & ego Ambrosius Notarius ex jussione suprascripti Ducis, & judicum amonitione scripsi. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi nongentesimo nonogesimo tertio, sub datum . . de mense November, indict. septima, feliciter.

† *Signum manu suprasc. Dominus Henricus Dux, qui ut supra hanc feci.*
† *Signum manu suprasc. Ripundus Comes, qui ut supra hanc feci.*
† *Ego Gausfredus Judex D. Imp. hanc feci.*
† *Vualterkarusus Judex Sacri Palatii interfui.*
† *Arnelgauso Judex Sacri Palatii interfui.*
† *. . frisedus Judex Sacri Palatii interfui.*
† *Audibertus Judex Domini Imp. interfui.*
† *Ambrosius Judex Sacri Palatii interfui.*

Anno vero 995. Otho Imperator cœnobio S. Zenonis districtum castelli Montis Tauri, jusque piscationis fluminis Flubii contulit, ea lege, ut Otbertus Episcopus Veronensis, ejusque successores potestatem haberent ordinandi, judicandi, aliaque faciendi, quæ juste eis competere possent, ut videre est in ejusdem privilegii exemplari, quod hic referimus, e tabulario sæpecitato extractum.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Rex. Si Ecclesiis, &c. Omnium quapropter Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, scilicet, & futurorum fidelium noverit sagacitatis industria, quomodo consilio

& in-

& interventu dilectæ aviæ nostræ Adeleidæ videlicet Imperatricis Augustæ, necnon & pro remedio animæ nostræ, nostrorumque parentum, per paginam nostri præcepti largiti sumus monasterio S. Zenonis, ubi etiam corpus ejus quiescit, dist ictum castelli Monte Tauri vocati, & piscationem fluvii qui dictus est vulgariter Flubius, quæ ad jus nostri regni legitime pertinere credebantur; ea videlicet ratione quatenus de hinc Othbertus Episcopus ipsius Ecclesiæ rector, suique successores potestatem illic habeant ordinandi, judicandi, distringendi, vel quidquid eorum utilitas, secundum hoc, quod eis legitime, & juste concedere potuimus, ad usum prænominati monasterii decreverint faciendi, remota omni nostra nostrorumque successorum contradictione, dominio, ratione, atque publica potestate. Denique præcipientes jubemus, ut nullus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, Dux, marchio, comes, vicecomes, aut aliqua nostri regni magna, parvaque persona districtionem prædicti castelli, vel piscationem prætaxati fluvii se audeat intromittere, aut aliquam molestiam prælibato monasterio, vel suis rectoribus inferre. Sciat quis igitur nefaria temeritate hanc nostram præceptalem concessionem, atque largitionem violare temptaverit, sciat se compositurum centum libras auri optimi medietatem cameræ nostræ, & medietatem enarato monasterio, ac suis rectoribus: & ut hæc verius credatur, & ab omnibus omni tempore firmiter servetur sigilli impressione manu propria subtus firmantes insigniri jussimus.

Signum † Domini Othonis invictissimi Regis.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi, & Archicancellarii recognovi.

Dat. III. Id. Novembris, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCV. *Ind.* VIIII. *Anno vero Tertii Othonis regnantis* XII.

Actum Maguntiæ feliciter. Amen.

Eidem Otberto idemque Otho Imper. confirmavit donationes, quas fecerent Libertus, & alii domni S. Zenonis an. 996. En diploma.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina auxiliante misericordia Imperator Augustus. Si dignus, &c. Ideo notum volumus esse omnibus fidelibus S. Dei Ecclesiæ nostrisque præsentibus ac futuris, Hugonem Marchionem, nostrumque dilectum fidelem nostram humiliter imploraffe regalem excellentiam, quatenus ejus fidelitatis amore confirmaremus nostra præceptali pagina domui S. Zenonis, ubi Othbertus Episcopus cathedram Episcopalem regere videtur, omnes res, & familias, quas per chartulas offersionis contulerunt eidem Beato Zenoni Simbertus, & Hildebertus, Amelbertus, & Grausogermani filii q. Bonverti, Gundibertus etiam fil. q. Juliani, necnon Gaidof. fil. q. Dominici, & Garpertus filius q. Bonaldi, atque Dominicus fil. q. Gundiverti, ac etiam Ursus filius q. Iginulpi, & Martinus fil. q. Teudiberti, verum etiam Andr. fil. q. Ursi, atque Dominicus, atque Julianus, ac propterea germani filii q. Joannis, & Ursebertus fil. q. Anconis habitantes in comitatu Veronense, cujus dignis petitionibus prout dignum erat aurem accommodantes .... juste ac legaliter possumus, hac nostra præceptali pagina corroboramus B. Zenoni civitatis Veronensis Patrono, & Gubernatori omnes proprietates, res, ac familias, quas supra nominati homines eidem B. Zenoni per chartulam offersionis obtulerunt, & secundum legem tradiderunt nominative qualiter habere videbantur in valle Balzenate, in vico Azago, vel per cætera loca tam in casibus habitationis eorum, ubi ipsi homines visi sunt manere cum curtibus, ortis, areis, quam de foris in terris arabilibus, seu vineis, campis, pratis, pascuis, sylvis, salectis, ationibus, civis, ac paludibus, aquariis, tum etiam montibus, quamque in planitiebus divisis, & indivisis, sortis, & insortis, cultis, & incultis, piscationibus, decimis, aquis, aquarumque decursibus, cum finibus, atque terminis suis adjacentiis, & pertinentiis eorum, sive ubicumque de rebus eorum aliquid inventum est, aut inventum fuerit, seu per chartulas, aut extra chartulas, tam de paterno, quam de materno, ac etiam de successione parentum eorum juste illis supra nominatis hominibus pertinentes, & B. Zenoni ab eis legaliter concessas, & quidquid ad nostrum publicum jus, & dominium, tam in forestaria, quamque in aliis officiis in castello Azago jam supra nominato ubicumque forestarii ibi pertinentes maneant, pertinere videtur, B. Zenoni per hoc nostrum præceptum concedimus, & donamus prout juste, & legaliter possumus, & valemus, eo videlicet ordine supradictas proprietates, res, & familias à prænominatis hominibus in præfatis locis adjacentes per chartulam offersionis sæpedigno memoriæ B. Zenoni tradendo concessas, & traditas eidem B. Zenoni, & Vicario ejus, suisque successoribus pro tempore Domino famulantibus, sibi per hoc nostrum præceptum unacum forestariis juris nostri regni de Azago pertinentibus sibi per hanc nostram concessionem largitis ubicumque manere videntur confirmamus, & corroboramus, ac in eorum jus, & dominium penitus quantum ad nos attinet transfundimus, & delegamus, ut habeant potestatem commutandi in libellariis, aliisque justis inscriptionibus, quibus voluerint, potuerint faciendi, & juste tradendi, omnium hominum remota contradictione, & molestia. Præcipiendo denique jubemus quatenus nullus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, sculdatius, gastaldius nullaque nostri regni magna, vel exigua persona Beatum Zenonem, ejusque Vicarium in Veronensi Episcopio propter ordinationem, &c. notari jussimus.

Signum Ottonis gloriosissimi Imperatoris Augusti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi recognovi.

Dat. X. Kal. Junii anno vero Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. *Indict. IX. anno autem tertii Ottonis regnantis XIII. imperantis primo.*

Actum Romæ feliciter. Amen.

Adhuc forsan Othberto vivente, in monumentis Canonicorum piæ Comitissæ Emergardis donationem ann. 998. 14. Junii factam habemus.

Emergarda Comitissa fil. Vviberti Comitis, & v. q. Gandulphi qui fuit Comes. Hæc olim offertrix, & donatrix Canonicæ S. Dei Genitricis Mariæ Veron. fuit; sed hoc exhibito munere non contēta, testamento præcepit ut post quam Deo animam reddiderit curtem unam, domum, cubile, cū castro, & capella inibi constructa apud eandem canonicam cum casis, massaritiis, & omnibus rebus ad ipsam curtem pertinētibus, cum piscationibus, & aqueductis, & aquarum usibus; presbyteri illi, qui in eadem Canonica ordinati fuerint, & in missa, & in vesperis, & matutino horisque canonicis domino deservierint proprietario nomine teneant, atque possideant. Eodemque anno 18. Kal. Septemb. Otho Imperator in castro Merla apud Lucam confirmavit omne id, quod ab ejus patre Canonicis Veronensibus donatum fuerat: Scilicet quamdam partem ripæ Athesis prope muros, & alia bona existentia in comitatu Veronæ inter Sauretiolam, & Septimum, & quod nullus colonus inhabitator residens super eorum bonis, à quoquam fatigetur, præterquam ante præsentiam Canonicorum; ita documentum.

Adelbertum post Othbertum Veronensem Ecclesiem rexisse an. 1000. innuit Pauvinius in Chronic. Veronen. cujus mentionem extare se vidisse in tabulis privilegiorum S. Zenonis. Idem habet Perettus in catalogo, qui post Adelbertum quemdam alium Othbertum reponit ex quodam instrumento ecclesiæ S. Stephani facto anno 1008. mense Sept. Indict. 6. Ego autem hunc Adelbertum, & Othbertum secundum, unum esse Othbertum, in tres ex nominis propinquitate partitum, puto, qui usque ad hæc tempora potuit vixisse, ideoque ex nostro catalogo hos duos expunximus, sine aliorum peritorum hominum, ac veritatis præjudicio.

(„ *Otbertus anno* 1001. *die* 14. *Octobris Papiæ* „ *interfuit judicio cuidam Ottonis sacri Palatii Co-* „ *mitis relato à Muratorio in Antiquit. Esten. tom.*

„ 1. p. 125. *in altero vero documento anni 996. apud* „ *eumdem Muratorium loco cit. p. 187. appellatur* „ Hubertus.)

LXI. 61 MILO, hujus nominis II. Othbertum in Episcopatu Veronensi secutus est anno 1010. qui vitam sancte, ac laudabiliter tanto in sacerdotio transegit, multaque pro Christiana pietate amplianda, ac sibi commissi populi salute fecit: ad quem Benedicti Papæ VII. extat sequens epistola in archivo Canonicorum reperta.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

Miloni Episcopo si meremini Apostolicam gratiam, & benedictionem. Quia ad hoc in regiminis speculo positi sumus, ut vice illius Pastoris, qui de Poli throno descenderat, proprio sanguine redimere genus humanum, quod de limo terræ plasmaverat, semper vigiles, & intenti simus super oves nobis commissas, quatenus sub nostra pastorali cura augeri videantur, & aggregari; est summopere præcavendum, ne nostræ auctoritatis pravitate dominicus grex molestiam patiens destitus videatur, & disgregari. Quapropter ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii & Spiritus Sancti, beatorumque Apostolorum Petri, & Pauli, necnon ex auctoritate sanctorum canonum præcipimus tibi, & omnibus successoribus tuis, qui in Ecclesia Veronensi post te ordinati fuerint, ut de prædiorum omnibus rebus, tam de curtis, quam de castellis, seu villis, xenodochiis, precariis, redditibus, portaticis, colonis, residentibus, libellariis, decimis, servis, & ancillis, terris, vineis, pratis, salectis, pascuis, montibus, & planitiis, tam infra, quam extra civitatem, quæ à fidelibus collatæ sunt, vel fuerint, nullatenus te intromittas, sed liceat Archidiacono, & Archipresbytero de beneficio ecclesiæ cum communi fratrum laudatione investituram facere, & quieto eos tenere ordine, sicut per mercedem meorum antecessorum, seu Imperatorum, & Regum per ducentos hactenus tenuerunt annos, & quomodo in chartularum illorum paginibus continetur, & de nulla alia ecclesia super illos Archipresbyter, aut Archidiac. præferatur, si de eadem tales eligi possint ecclesia, qui utiles sint; si enim aliquid tuæ inventionis scripturam repertam habes ad destruendam rectitudinem ordinum, aut hæreditatem illorum, præcipimus omnino destruatur, & numquam compareat. Si vero, quod absit, aut tu, aut ullus successor tuus contra hanc nostræ auctoritatis scripturam tentaverit, vester irritus fiat conatus, sed Judæ traditori sociati pœnam luatis æternam, & nostro, seu & nostrorum successorum subjaceatis judicio. Amen.

LXII. 62 HILDEPRANDUS Miloni in Veronensi summo sacerdotio successit, vir tanto Episcopatu ob ingentes virtutes dignissimus, cujus intuitu Henricus Imperator anno 1014 quædam bona confirmavit in hunc modum.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si dignis, &c. Quocirca omnium sanctæ Dei Ecclesiæ præsentium scilicet, & futurorum comperiat universitas, qualiter interventu, vel petitione domini Hildeprandi venerabilis Episcopi sanctæ Sedis Veronensis Ecclesiæ: quæ sanctæ Mariæ Canonicis Veronensibus præceptum confirmationis, & corroborationis nos pro Dei amore, nostræque animæ remedio, vel patris nostri, matrisque de quadam corte, quæ nominatur vulgariter, State, cum cunctis suis pertinentiis, ac clusa Grandensi, necnon altera corte, quæ dicitur Badabioaes posita in Tridentino comitatu, & tribus villis: una nuncupata Bergusio, altera Belveno, tertia vero Bundocum cunctis earum pertinentiis: tertia quoque corte, quæ dicitur Queeenta, quam Notherius Episcopus pater Veronensium clericorum pro animæ suæ remedio præfatæ Veronensi Ecclesiæ obtulit, insuper autem casalibus duobus in Leuniaco majore, cum cunctis pertinentiis suis, & piscaria una cum sylva; quæ dicitur Cologaria, quos quoque, vel quas præfatis Canonicis Veronensibus Vualderada Dei ancilla concessit. Quarta autem corte, quæ dicitur Quinta; sita in comitatu monte Silicuno, quam quidam nomine Lanzo prædictæ obtulit Ecclesiæ cum capella, cum omnibus ejus pertinentiis. Quinta vero quæ vocatur Titulus, ubi dicitur villa, cum capella in sanctæ Mariæ honore constructa cum cunctis ejus pertinentiis, quam obtulit Antebertus clericus, qui Reginzo vocabatur in eodem posita comitatu, insuper casalibus duobus in comitatu Veronensi jacentibus in corte reg . . . . . quæque Giza vocabatur cum cunctis pertinentiis, & adjacentiis ejus, quæ de omnibus prædictis locis dici aliquo modo, vel nominari possunt, concedere dignaremur. Nos quoque consilio ejus adquiescentes, hujus præcepti paginam pro animæ nostræ remedio, nostrorumque parentum, pro confirmatione, & corroboratione cunctorum locorum, quæ præscripta sunt, fieri jussimus: eo videlicet ordine, ut ubicumque a prænominatis Canonicis, suorumve successoribus aliquando possessum est, vel in futurum possessum erit, omni contradictione, & diminoratione violenta exclusa, firmiter proprietario detineant jure. Hoc etiam nostra Imperiali auctoritate addimus pro redemptione animæ nostræ, nostrorumque parentum, & concedimus, largimur, donamus quo homines cuncti permorantes, atque residentes sive famuli sive liberi residentes in castris ipsorum Canonicorum, quorum castrorum nomina hæc sunt. Cerora, Bisarda, Porcile, Pullianum, Martiana, Grosiana, Penao, Castelione, Arbetum. At Fodrum, quod injuste, & non legaliter præterito in tempore dederunt, quod nefas nam erat, publicæ parti amplius hinc deinceps non dent, sed per hanc nostræ præceptalem paginam auctoritatis, volumusque pro animæ nostræ remedio præfatis Canonicis, qui nunc sunt, & pro tempore erunt prædictum Fodrum colligendo teneant, & habeant, placita quoque, & districta cum omni functione, & redditu prænominatorum castrorum, cortium, & villarum, similiter præceptali pagina nostræ auctoritatis possideant, atque detineant: necnon & ipsi, qui in civitate solici erant dare theloneum præcipiendo jubemus, ut in tempore nullo aliquis eis auferat, vel de hoc amplius molestare ipsos tentet. Præcipientes denique jubendo sancimus, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, &c. jussimus sigillare.

Signum Domini Henrici Serenissimi Imp. Augusti

Henricus Cancellarius vice Everardi Episcopi Archicancellarii recognovi.

Actum anno Dominicæ Incarnat. MXIV. Indict. XII. anno Domini Henrici Imperatoris Augusti regnantis XII. Imperii vero ejus 2. e primo.

Actum Veronæ feliciter. Amen.

Eodem anno, eodemque die idem Henricus Imp. Ildeprando Veronensi Episcopo similiter exorante, omnia privilegia, bonaque monasterio D. Zenonis, ubi ejus corpus humatum quiescit, confirmavit, Rozo Abbate suscipiente. Henricus Cancellarius vice Everardi Episcopi scripsit, & recognovit.

Aliud diploma extat in eodem Zenoniano cœnobio Henrici Imp. hujus nominis IV. in quo omnia bona, immunitatesque iterum confirmantur per manus Ugerii Hyporiensis Episcopi, & Cancellarii vice Ermani Cancellarii anno 1090. Indict. 13. regni vero ejus 34. Imp. 8. Actum 4. Idus Aprilis Veronæ feliciter.

63 JOANNES Veronensi Episcopatui præfuit anno 1028. vir sanctissimus, itemque doctissimus apud Panvin. in chronica, cujus intuitu Conradus Imp. anno 1037. quædam confirmavit bona. LXIII

A *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.*

Chouradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si dignis, &c. Quocirca omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium scilicet, ac futurorum comperiat universitas: qualiter interventu, ac petitione domni Joannis venerabilis Episcopi sanctæ sedis Veronensis Ecclesiæ, quo sanctæ Mariæ Canonicis Veronensibus præceptum confirmationis, ac corroborationis nos pro Dei amore, nostræque animæ remedio, ac patris nostri, matrisque de quadam curte, quæ nominatur vulgariter, Stute, cum cunctis suis pertinentiis, ac clusa Grandensi; necnon altera curte, quæ dicitur Badubiones posita in Tridentino comitatu, & tribus villis, una nuncupata Burgusio, altera Belveno, tertia vero Bundo cum cunctis earum pertinentiis: tertia quoque curte, quæ dicitur, Querenta, quas Notherius Episcopus pater Veronensium clericorum pro animæ suæ remedio præfatæ Veronensi Ecclesiæ obtulit. Insuper autem casalibus duobus in Leuniaco majore B *cunctisque pertinentiis suis, & piscaria una cum sylva, quæ dicitur Cologaria quos quoque vel quas præfatis Canonicis Veronensibus Vualderada Dei ancilla concessit. Quarta autem corte, quæ dicitur, Quinta, sita in comitatu Monte Siliceano, quam quidam nomine Lunzo prædictæ obtulit Ecclesiæ cum capella, seu decimationibus, ac omnibus ejus pertinentiis. Quinta vero, quæ vocatur, Titulus, ubi dicitur villa cum capella in sanctę Marię honore constructa similiter cum decimationibus, cunctisque ejus pertinentiis, quam obtulit Anzebertus clericus, qui Reginzo vocabatur in eodem posita comitatu. Insuper casalibus duobus in comitatu Veronensi jacentibus in corte regia, quæ vocatur, Zimpa, quos obtulit Andeverga, quæ Giza vocabatur cum cunctis pertinentiis, & adjacentiis ejus, quæ præscriptis locis dici aliquo modo, vel nominari possunt, concedere dignaremur. Nos quoque consilio ejus adquiescentes hujus præcepti paginam pro animæ nostræ remedio nostrorumque parentum, pro confirmatione, & corroboratione cunctorum locorum, quæ præscripta sunt fieri jussimus: eo videlicet ordine, ut ubicumque a prænominatis Canonicis, suorumve successoribus aliquando* C *possessum sit, vel in futurum possessum erit, omnium contradictione, & diminoratione violentorum exclusa, firmiter proprietario detineant jure. Hoc etiam nostra Imperiali auctoritate addimus pro remedio animæ nostræ nostrorumque parentum, & concedimus, largimur, donamus quod homines cuncti permorantes, atque residentes, sive famuli, sive liberi in castris ipsorum Canonicorum quorum castrorum nomina hæc sunt: Cereta, Biande, Poscile, Pulinum, Martiana, Gregiana, Pruno, Castelione, Acbertum, ne fodrum, quod injuste, & non leguliter præterito in tempore dederunt, quod usfas nam erat publicæ parti, amplius hinc deinceps nondent, sed per hanc nostræ præceptalem paginam auctoritatis volumus quoq; pro animæ nostræ remedio præfati canonici, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, prædictum fodrum colligendo teneant, & habeant, placita quoque & districta* D *cum omni functione, & redditu prænominatorum castrorum, cortium, & villarum similiter præceptali pagina nostræ auctoritatis possideant, atq; detineant. Necnon & ipsi, qui in civitate soliti erant dare theloneum, præcipiendo jubemus, ut in tempore nullo aliquis eis auferat, vel de hoc amplius molestare ipsos temptet. Præcipientes denique jubendo sancimus, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, &c. jussimus sigillare.*

Signum domini † Chouradi serenissimi, & invictissimi Imperatoris Augusti.

Ego. . . . Cancellarius vice Aribonis Archicancellarij, & Archiepiscopi recognovi.

Data VIII. Kal. Iun. anno Dominicæ Incarnationis MXXVII. Ind. x. anno Domini Chouradi II. regnantis III. Imperij vero primo. Actum Veronæ feliciter.

Meminit ejusdem Joannis documentum ecclesiæ S. Stephani an. 1035. apud Perettum in catalogo. Hic etiam Episcopus dono dedit ecclesias S. Thomæ ad Ripam Athesis, & S. Jacobi de Corilano monasterio S. Nazarij, eximitq; à sua jurisdictione. („ *Adfuit Joannes, dum Henricus Imperator dirimeret Veronæ lites inter Monachos S. Zenonis, & „ Rambaldum Tarvisij Comitem vertentes an.* 1021 „ *6. Decembris, ut patet ex documento apud Muratorium Antiq. Esten. tom. 1. p. 129.*)

64 VUALTERUS natione Germanus proximus post Joannem Veronensem Episcopatum suscepit ab Imperatore Conrado creatus ann. 1036. Ejus electionis anni meminit lapis in turris calce positus * Ecclesiæ S. Zenonis. LXIV

* Ex App. tom. p.

Anno Incarnationis D. N. I. Christi millesimo quadragesimo quinto Indict. decima tertia, anno septimo D. Henrici Imperatoris, nono vero anno domini Vualterij pontificis ad honorem Dei, & S. Zenonis D. Albericus Abbas anno primo suæ consecrationis hanc turrim cum fratribus suis inchoavit.

B Vualterus quidem (ex *Panvinio*) cum vir his temporibus eloquentissimus pariter esset, atq; sanctissimus, maxima omnia sibi civium studia conciliavit. Hunc Abbas Vspergensis, & à quo ipse accepit, Hermannus Contractus, qui per hæc tempora vixit, commemorat. Ipsumque Beatissimi Zenonis urbis Patroni reliquias Vlmam in Germania, unde forte ipse oriundus fuit, *transvexisse* referunt. Ejus tempore an. 1038. Toto presbyter & Præpositus una cum tota schola sacerdotum Canonicæ Veronensis Ecclesiæ dederunt libellario nomine possidendum castrum Acerada, seu Cereta, Isnardo Adelardi filio, ut scriptum est in vetusto documento ex eorum tabulario exscriptum.

In Christi nomine.

Placuit, atque convenit inter Toto presbyter atque Præposito, & Amelricus, & Alatzo diaconibus schola sacerdotum S. Mariæ mater Veronensis Ecclesiæ, nec non & inter Isnardo & Adelardo, & Alberigo pater & filij habitaturi in civitate Verona, ut in Dei C *nomine debeant sicut à præsenti dederunt ipsi prædicti Toto presbyter Pręposito & Amelrigo & Albizo diaconus eidem Isnardo & Adelardus & Alberigo pater & filiis usicto censum reddendum libellario nomine de amodo in ante usque ad annos numero viginti & novem expleti, hoc est ex integro castrum unum jurisq; pertinet de suprascripta schola canonicæ S. Mariæ Regiacensom in finibus Veronen à loco ubi nominatur Acereda ipsum prædictum castrum cum mura, & tuegim, cum fossato circumdato & omni districta sicut supra legitur, in ea vero ratione, uti ammodo ipsis Isnardo & Adelardo, seu Alberigo usque in his viginti & novem annis expletis habere, & detinere debeant, & faciant inibi quicquid fuerit opportunum sine omni contradictione eorum prædicti Toto presbyter Præposito & Amelricus diaconus & Albizo diaconus, vel eorum successores da pars prædicta canonica, & schola sacerdotum, ita ut per eis meliorentur, nam non peiorentur, & persolvere debeant exinde singulis annis per omnique missa S. Zenonis, qui venit de mense* D *Decemb. ficto censum reddendum argenti denarios bonos Veronenses libras quinque dati & consignati ipsi denarij at suprascripta schola & canonica, nos, vel ut nostros successores, vel ac nostris missi per nos ipsis Isnardo & Adelardo & Alberigo pater & filij, aut vestris hæredes, aut vestris missis alia super impositaa eis non fiat. Pœna vero inter se posuerant ut quis ex ipsis, vel eorum successores, atq; hæredes non compleverint omnia qualiter superius legitur, vel si tollere aut laxare voluerint ante expletos annos numero viginti & novem componat pars parti fidem servanti pœna in argentum denaria Veronen. libras numero decem. Unde duæ paginæ libelli uno tenore scriptæ sunt factæ in civitate Veronæ in casa habitationis prædicto Albizo diac. anno ab incarnatione D. N. Jesu Christi 1038. Chonradus gratia Dei Imperator Augustus imperii ejus Deo propitio hic in Italia anno 12. IV. die mens. Januar. Indict. VI. feliciter.*

Ego

Ego Toto presbyter atque Præpositus sanctæ Veronensis Ecclesiæ in hunc libellum à me facto m.m. subsc.

††† *Signum manibus Isembertus & Albertus & Gunzo di civitate Veron. viventes lege Romana testes.*

†† *Signum manibus Amizo & Ademario testis.*

Ego *Ardevardo not. atque judex sacri palatii rogatus, qui hanc paginam libelli scripsi & post tradita complevi.*

E*go Albizo diaconus in hoc libello à me facto m.m. subsc.*

Hocce castrum deinde an. 1042. Isnardus ad censum tradidit Bonifacio Marchioni sequenti instrumento.

In Christi nomine.

Placuit, atque convenit inter Isnardum Filio q. Adelardi de comitatu Veronensi nec non & inter Bonifacium March. & Duc. filium q. Teubaldi itemque Marchio, ut in Dei nomine debeat dare sicut & dedit ipse namque Isnardo eidem Bonifacii March & Duc. adfictum censum reddendum usque dum ipse Isnardo & suos hæredes per libellum tenuerit libellario nomino idest integrum castrum unum qui pertinet de scholu canonicæ S. Mariæ rejacentem in finibus Veronenses ad locum ubi nominatur Cereta ipsum prædictum castrum cum muro & torrine. cum fossatum circumdatum cum omni districtu, placito, pretii, fictum, & censum ipso castrum cum placitum & districta sicut supra legitur. In unu cum accessionibus, & ingressibus earum seu cum superioribus, & inferioribus earum ea ratione uti amodo faciat ipse Bonifacius Marchio & Dux & suos hæredes de prædicto castro & districta, & placito, preco & ficto, & consu quicquid voluerit usque dum ipse Isnardo & suos hæredes per libellum pertinuerit sine omni eidem Isnardi suisque heredes contradictione, & persolvere exinde debeant pro uno quoque anno fictum censum denarios bonos Veronenses solidos centum dati, & consignati ipsi denarei per se ipse Bonifacius, aut suos hæredes, vel ad eorum misso alia eorum nulla super imposita non fiat. Pena vero inter se posuerunt & sic obligaverunt, quod si quis unus ex ipsis aut eorum hæredibus non compleverit omnia qualiter supra legitur, ut si distulerit ante expletum suprascriptum tempus tunc componat pars parti fidem servanti pena argentos denarios bonos Veronensos solidos centum, & post pena soluta præsens huac libellum usque ad expletum suprascriptum tempus in suo maneat vigore, quia taliter inter eis stetit & convenit sub ista pœna & stipulatione inconvulsa cum stipulatione subnixa. Factum est hoc in comitatu Mantuanensi in loco qui dicitur Porto, Anno ab incarnatione Domini N. Jesu Christi 1042. 4 Kal. Octob. Ind. xi.

M. n. . . . . subsc. Isnardi qui hunc libellum ut supra fieri rogavi.

M. n. . . . . . Vidoni & Alberti seu Teudaldi atque Lanfranchi etiam Ugoni atque Erisoni rogati testes.

Scripsi Ego Dodo notarius & Judex sacri palatii post tradito complevi & dedi.

In nomine Domini Dei æterni.

Cum in Dei nomine Lotharius Dei gratia Romanorum Imperator & Reginza pissima Regina conjux ejus essent in loco, qui dicitur Isola Cenese, & essent cum eis Dux Chonradus, & Dux Henricus, & Archiepiscopus Madilbergensis, & Aicardus subcancellarius, & Dux de Carentana scilicet . . . . . . & cæteri nobilissimi viri, ibique Otto Diaconus, & Inglebericus acolitus Canonici S. Mariæ, & s. Georgii Majoris Veronensis Ecclesiæ missi, & legati Gilberti venerab. Archipresbiteri, & omnium aliorum Canonicorum ejusdem Ecclesiæ venerunt, & ceperunt dicere, atque deprecari, quatenus idem pissimus Imperator, atque Imperatrix darent eis possessionem de castello & de totacurte de Certta, & de curte de Englare, quæ dicitur curtis de castello veteri, & defenderent, atque custodirent supradictas curtes ad lucrum, atque commodum omnium Canonicorum suprascriptæ Majoris Veronensis Ecclesiæ, & cum ipsi Canonici taliter dixissent, tunc die sabbato, qui est sexto die mensis Novemb. in præsentia bonorum hominum, quorum nomina hæc sunt. Bertoldus Camarlengus suprascripti Imperatoris, Raffaldus de Castello, Benedictus ejus filius, Grafo, & reliqui in eorum præsentia supradicta Reginza Regina & Imperatrix ex mandato Imperatoris Lotharij mariti sui accepit duos nobiles viros, quorum nomina hæc sunt, Lampertus Marchio, & Girardus & præcepit eis ut ipsi pergerent & munirent, atque defenderent, & custodirent castellum, & totum curtem de Ceretu, & curtem de Englare, quæ vocatur curtis de Castello veteri juris ipsius canonicæ S. Mariæ, & S. Georgij Majoris Veronensis Ecclesiæ, & etiam possessionem supradictarum curtium jamdictis Canonicis darent ad lucrum atq; commodum ipsius Gilberti Archipresbyteri, ejusque fratrum, qui nunc sunt, aut pro tempore erunt, qui ita fecerunt. Factum est hoc Anno ab Incarn. D. N. J. C. 1137. suprascripto die, Indict. XV.

Ego Paltonorius notarius sacri Palatij interfui & hoc Breve scripsi.

In nomine Domini Dei æterni.

Die Dominico qui est nono Kal. Aprilis, in Vico Cereta in præsentia bonorum hominum, quorum nomina hæc sunt. Prevede filius Opizonis, Vuasco, Scurtamntus, Castellanus, Otto filius Carnaroli, Varimbertus, Girardinus fratres milites de Cereta, Leudone, Albertus filius Joannis de Tumba, Inglebertus filius Dominici de Brunn, Joannes de Grima, Zeno ejus filius, Petrus de Grima, Bracosatullus, Negrellus filius Perriboni, Tanglabasa, Zevedanus, Bigolus, Petrus filius Opizonis Ferrarij Dominicus de Marculfo, & reliqui habitatores in vico Cereta, Ibique in eorum præsentia Benedictus Bucafusca missus & legatus invictissimi Regis Conradi Romanorum, misit Bernardum, & Mainfredum Canonicos S. Mariæ, & S. Georgii Majoris Veronensis Ecclesiæ in possessione de Castello de Cereta, & etiam nomine de omni curte de Cereta, quod est juris ejusdem Ecclesiæ. Factum est hoc anno ab Incarn. D. N. Jesu Christi 1147. suprascripto die Indict. X.

Ego Palsonarius notarius sacri Palatij interfui & hoc Breve scripsi.

Anno 1047. Henricus Imp. ad favorem Canonicorum Veronensium confirmavit suo diplomate, quæ iisdem Notherius Veronensis olim Episcopus donaverat, cæteraque eorum bona sub imperiali protectione commisit, ut liquet ex sequentibus ex eorum tabulario.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Henricus Divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si dignis &c. Quocirca omnium S. Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium scilicet, ac futurorum comperiat universitas, qualiter interventu, ac petitione dilectæ contectalis nostræ Agnetis Imperatricis, quo sanctæ Mariæ Canonicis Veronensibus præceptum confirmationis, & corroborationis nos pro Dei amore nostræque animæ remedio, ac patris nostri, matrisque de quadam curte, quæ nominatur, Sgate, cum cunctis suis pertinentiis, ac clusa Grandensi, nec non altera curte, quæ dicitur, Bndabiones, posita in tridentino comitatu, & tribus villis, una nuncupatur Bergusio, altera Belveno, tertia vero Bundo, cum cunctis earum pertinentiis, placitis, ac districtionibus; tertia quoque curte, quæ dicitur Querenta, quarta autem curte in vico Mundoni, quinta in Mascaliano, sexta in Roboreto, quas Notherius Episcopus pater Veronensium clericorum cum ripatico de loco qui vocatur Fossa alta usq; ad locum qui dicitur Navene pro animæ suæ remedio præfate Veronensi Ecclesiæ obtulit. Insuper autem casalibus duobus in Leniaco majore cum cunctis pertinentiis suis, & piscaria una cum sylva, quæ dicitur Colegaria, quosquoque, vel quas præfatis Canonicis Veronensibus Vualderada Dei ancilla concessit. Septima autem curte, quæ dicitur, Quinta, sita in comitatu Silicano, quam quidam no

mine Lanzo præfatæ obtulit Ecclesiæ cum capella & decimationibus ac omnibus ejus pertinentiis. Octava vero quæ vocatur Puto sita in ipso comitatu. Nona autem, quæ vocatur titulus, ubi dicitur Villa cum capella in S. Mariæ honore constructa cum decimationibus, & omnibus suis pertinentiis, quas obtulit Anzebertus clericus, qui Regizo vocabatur in eodem posita comitatu. Decima vero curte quæ dicitur Lusia cum capella in honore S. Viti constructa cum decimationibus, & omnibus pertinentiis suis: insuper e casalibus duobus in comitatu Veronensi jacentibus in curte regia, quæ vocatur Lippa, quos obtulit Ardeverga qui Gisa vocabatur cum cunctis pertinentiis & adjacentiis ejus, quæ de omnibus præscriptis locis dici, vel nominari possunt aliquo modo concedere dignaremur. Nos itaque consilio ejus adquiescentes hujus præcepti nostri paginam pro animæ nostræ remedio nostrorumque parentum, pro confirmatione, & corroboratione cunctorum locorum, quæ præscripta sunt, sive omnium quæ aliquo adquisitionis munimine adquisiverunt, vel adquisituri sunt, sive Xenodochia, seu decimationes ejusdem civitatis, fieri jussimus. Ego videlicet ordine, ut ubicunque à prænominatis Canonicis, suorumve antecessoribus, atque præcessoribus possessum est, vel in futuro possessum erit, omnium contradictione & diminoratione violenta exclusa, firmiter proprietario detineant jure. Hoc etiam nostra imperiali auctoritate addimus pro remedio animæ nostræ, nostrorumque parentum concedimus, largimur, donamus, quod homines in cunctis his locis habitantes sive famuli, sive liberi in cunctis castris, & villis, seu territoriis, quorum nomina hæc sunt. Cereta, Biunde, Porcile, Pulliano, Marciana, Gretiana, Prune, Castellione, Arbeto, Pontefossatum, Calmasinum; at Fodrum, quod injuste, & non legaliter præterito tempore dederunt, quod nefas nam erat, publicæ parti, deinceps non dent, sed omnia in prædictorum Canonicorum ditione permaneant. Sed per hanc nostræ præceptalem paginam auctoritatis volumus, quod animæ nostræ remedio præfati Canonici, qui nunc sunt, & pro tempore erunt prædictum Fodrum colligendo teneant, & habeant placita quoque, & districta cum omni functione, & redditu prænominatorum castrorum, cortium, & villarum, & omnium locorum aliqua ratione illis pertinentium, similiter præceptali pagina nostræ auctoritatis possideant, atq; detineant; necnon & ipsi, qui in civitate soliti erant dare theloneum præcipiendo jubemus, ut in sempore nullo aliquis eis auferat, vel de hoc amplius molestare ipsos præsumat. Ita tamen jubemus, ut omnia in potestate Archipresbyteri, & Archidiaconi sint, consensu fratrum exinde faciendum quicquid voluerint ad utilitatem tantummodo prædictorum fratrum. Præcipientes denique jubendo sancimus, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, nullaque, &c. jussimus sigillari.

Signum Domini Romanorum invictissimi Imperatoris Augusti. *Henrici Secundi*

Henricus Cancellarius vice Herimanni Archicancellarij recognovi.

Data octavo Idus Maii anno Dominicæ Incarnationis millesimo quadragesimo septimo. Indictione quintadecima. Anno autem Domini Henrici II. ordinationis ejus decimo octavo a, regnantis octavo, secundi imperantis primo. Actu Feleruni in Dei nomine feliciter Amen.

Anno superiori 1046. Kadalus Parmensium Episcopus nobile cœnobium in honorem sancti Georgij ædificaverat, nostri Vualterij Episcopi consensu, invidiosisque opibus auxit, hoc addito post, ut Abbas ille canonice conferetur electus, quem pars Episcopi Veronensis, & major pars Monachorum elegisset. Fundationis, ac donationis monumentum, una cum Henrici Imperatoris confirmatione est hujusmodi, ex tabulario ejusdem cœnobii desumptum.

In Nomine Domini Dei æterni.

Anno ab Incarn. D. N. J. C. 1046. 8. Kalend. Maii Indict. XIIII. Dum unusquisque homo in hac mediamane vita statum humanæ fragilitatis precogitans sic se ipsum ottinere, & gubernare, & res suas ita ordinare, & disponere debet; ut cum Dominus noster eum de hoc seculo vocare jusserit, non de negligentiis, sed de bonis operibus indicetur ut pius. Ideo ego in Dei omnipotentis nomine Kadalus Parmensium Præsul, qui me profiteor lege vivere Romanorum, propterea dixi hæc supradicta præcogitans pro salute animæ meæ, meique patris, & matris, ac fratrum, & ab hoc qui in se omnipotens me solum facit hæredem, ideo illum meum hæredem instituo. Et unum monasterium in perpetuum sub S. Benedicti regula mansurum in honore, & nomine S. Mart. Georgii foris, & prope civitatem Veronæ juxta flumen Athesis in locum, qui dicitur pratum Dominicum, in meis propriis rebus ordinare, atque instituere videor. Eo scilicet ordine ut numerus Monachorum secundum redditum ipsius monasterii semper in eodem sit monasterio, & Abbas non de alia, sed de ipsius monasterii congregatione, illumque pars Episcopi Veronensis, & major pars Monachorum ipsius monasterii elegerit, in eodem monasterio ordinetur, & conservetur. Ideoque dono, & offero in prædicto, quod instituere videor monasterium, id sunt omnes casæ, & res tereitoriæ illæ juris mei, quæ mihi per successionem, & hæreditatem advenerunt à q. genitore, & genitrice, & fratribus meis, quæ esse videntur in comitatu Veronæ, atque in comitatu Vicentino, quod est in primis mea portio, quæ est medietatas de castro quod vocatur Palude cum omnibus suis pertinentiis, seu & in valle Veriuæ in loco, & fundo Negrario, & in valle posita in loco, & in fundo Baurago, seu, & in monte Bruzo, & in valle Longazeria, in loco, & fundo Colonia, & in eorum tereitoriis; seu & comitatu Vicentino curte, & castro, qui vocatur Sablone cum casis, & capellis, & omnibus rebus ab ipsa curte, & castro pertinentibus, seu & in loco & in fundo Colonias, & in Baldaria, seu, & in loco, & in fundo Lonicus tam in castro, quam foris ipso castro, & Brendulæ tam in castro, quam quæ & foris ipso castro, & in curte Lanzoni, & in eorum territoriis, vel ubicumque adjacentiis, & pertinentiis in prædictis comitatibus ubicumque inventum est, aut inventum fuerit de rebus terr. toriis, quod ad ipsum Dominum Kadalum Episcopum ex paterna, vel materna, seu fratrum successione advenerit integrum antepono, & in mea reservo potestate, ipsis; & omnibus rebus illis quæque Orizonem germano meo in successione advenit à quadam parte sua, qui jacet in supradicto comitatu Vicentino, & in loco, qui vocatur Vinarius, Caldonus, Magredo, & in Vello, & in civitate Vicentia tam intra civitatem, quamque, & de foris, & in Oregnano, Aufera, Tureis, Corrado per cæteris locis pro quæ quædam suprascripta per successionem parentum, seu quidam Valingo viro suo atque in successione ad eam advenit à filio suo, seu casæ, & res illæ, quæ jacent infra civitatem Veronæ, & de foris. Sed omnes terras praddinas, quæ jacent in loco, & fundo Stilingelle ubi dicitur Sagenello, seu etiam omnibus rebus illis, quæ jacent in Biunde cum omnibus casis, & rebus, quæ mihi, ut supra in jamdictis comitatibus ex paterna, vel materna, seu fraterna advenere successione, in prædicto monasterio dono, cedo, confero, præsenti die, & hora sicut hic subtus legitur. Eo videl. ordine, ut usque dum ego ipse Kadalus Episcopus advixero in mea reservo potestate usufructuario nomine faciendum ex frugibus earum rerum vel censuum, & redditum, quibus ex eisdem casis, & rebus annue Dominus dederit, quicquid melius mihi placuerit, & post meum decessum

adve

adveniat proprietas in usufructus de prædictis casis, & castris, seu capellis quibus supra legitur ad ipsum monasterium, offerens in prædicto monasterio ad proprium, excepto, quod superius anteposuit, ita ut faciat præd. ipsius monasterij de dictis omnibus rebus quod superius perlegitur una cum accessibus, & ingressibus earum, seu cum superioribus, & inferioribus suis ad usum, & sumptum, vel stipendia monacorum eunctorum, qui aliquo tempore Deo in eodem serviverint monasterio quicquid voluerimus sine omni alicujus contradictione. Et insuper ego, qui supra Kadalus Episcopus volo, & statuo, atque per hanc chartulæ meæ institutionem, & offerens confirmo, & præsentialiter post meum decessum prædictum monasterium cum omnibus casis, & castro, & capellis, & rebus, quas prædicto offersi monasterio seu cum cæteris omnibus rebus quod ex hinc in antea ad ipsum monasterium obvenire debeant, & sit in potestatem, & defensionem Episcopi Sanctæ Veronensis Ecclesiæ, ita ut prædictum monasterium ab Episcopo ipsius Episcopatus semper defendetur, & gubernetur: & abbas inibi consecretur secundum meam institutionem, & nulla potestas sit ei eundem monasterium, vel res ipsius monasterii alienare neque per libellum, neque per precariam, vel per beneficium alicui contendere, vel dare, sed per in perpetuum ipsum monasterium in unum eodemque statum sub sancti Benedicti regula permaneat, atque persistat, quia sic decrevit mea bona voluntas pro mercede animæ meæ, meique patris, & matris, ac fratrum, & si quod absit aliquis de meis agnatis, & cognatis, aut aliqua magna parvaque persona fuerit qui contra hanc meam institutionem, & offersionem ire quandoque tentaverit, aut eam per quodvis ingenium irrumpere quæsierit anathematis vinculo sit innodatus, & illam habeat maledictionem quam Juda Domini proditor, & Anania, & Saphira cæterique habuerunt malefactores. Hanc nostram chartulam institutionis, & offersionis in Prato Dom. Ambrosius notarius, & judex Sacri Palatii tradidi, ac scribere rogavi in qua suprascriptus confirmans testibus, qui obtulit ad roborandum, & per honorem Episcopatus, & sacerdotii mei, nec mihi liceat ullo tempore nole quod volui, sed quod a me semel factum est, vel scriptum est inviolabiliter observare promitta cum stipulat subnixa. Unde duæ chartulæ institutionis, & offersionis uno tempore scriptæ sunt.

Actum in dicto loco qui dicitur in Prato Dominico.

Ego Kadalus Dei gratia Parmensis Episcopus in hac institutione, & offersione a me facta scripsi.

Ego Fondisius Judex D. Imperatoris interfui.

††† Signum man. Joannes, & Brumeardus, & Martinus viventes lege Romana testes.

†† Signum man. Manols, & Erizettes Sant. Judex D. Imp. interfuit.

Ego Tendolus Judex sacri Palatii interfui.

Ego Ambrosius Notarius atque Judex Sacri Palatii rogatus, qui hanc paginam institutionis, & offersionis scripsi, & post tradita complevi.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia magnus, ac triumphator Romanorum Imperator Augustus. Si sanctarum Ecclesiarum, &c. Quapropter omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus notum fieri volumus quod nos interventu dilectæ contectalis nostræ Agnetis, scilicet Imperatricis, & Opizonis Cancellarii nostri in tutela nostræ defensionis, ac mundibardio suscepimus monasterium S. Georgii in suburbio civitatis Veronæ situm juxta fluvium Athesis in campo Dominicato, quod a Domino Kadalo Parmensi Episcopo nunc ædificatur & de suis rebus, &c. ut nullus Archiepisc. Episcopus, Dux, Marchio, comes, &c. insigniri jussimus.

Opizo Cancellarius vice Hermanni Episcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum VII. Idus Julii anno Dominicæ Incarnationis M. L. II. Ind. v. anno autem Domini Henrici Tertii Regis, secundi Imperatoris ejus ordinationis 24. a Regni XIII. b Imperii VI.

a 3 b XIV.

Actum Ratisbonæ feliciter. Amen.

Eodem anno 1046. in Synodo Episcoporum Papiæ congregata, Henrico Imperatore sedente, facta est contentio inter eos, quemnam locum Vvalterus Veronensis Episcopus in synodis tenere deberet, statutumque est juxta dexteram Aquilejensis Patriarchæ ejus sessionem fore ex jure, jussumque fuit sedile Vvalteri prope dexteram ejusdem Patriarchæ poni. Hujus facti claram memoriam in vetusto libro manu scripto pergameno decretorum Burchardi Vvormaciensis Episcopi, qui apud Card. Sirletum extabat, vidit, & legit Aloysius Card. Cornelius S. R. E. Camerarius, suaque auctoritate authenticum exemplar extractum in Veronensi tabulario collocari dignum visum est ad perpetuam facti memoriam, nobisque, ut ab omnibus legatur, hic inserendum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen.

Noverint universi, & singuli præsens publicum transumpti instrumentum visuri, lecturi, pariter & audituri, quod nos Aloysius miseratione divina tituli S. Marci presbyter Card. Cornelius S. R. E. Camerarius habuimus, vidimus, legimus, & diligenter inspeximus quendam librum antiquum decretorum Burchardi sanctæ Wormaciensis Ecclesiæ Episcopi, tabulis ligneis coopertum in pergameno manuscriptum ex studio Illustrissimi & Reverendissimi D. mei D. Guillelmi tit. Sancti Laurentii Pane & Perna Sirleti nuncupati ejusdem S. R. E. Card. Bibliothecarii Apostolici ad effectum infrascriptum habitum eidemque postea restitutum sanum siquidem, illæsum, & integrum, non vitiatum, non cancellatum nec in aliqua ejus parte suspectum, sed omni prorsus vitio carentem, cujus initium tale est. In Nomine Christi incipit præfatiuncula istius libri, ex cujus quidem libri penultimo folio columna secunda ad finem extracta fuerunt per infrascriptum nostrum, & Cameræ Apostolicæ Notarium sequentia verba; videlicet. Anno D. Incarn. M.XLVI. Indict. xv. octavo Kal. Novembris regnante Domino nostro invictissimo Rege Henrico III. præcepto ejusdem gloriosi congregata est Papiæ generalis synodus, cumque multæ res in eadem synodo juste, atq; rationabiliter in ejusdem gloriosi Regis præsentia Archiepiscoporum illius, & Episcoporum pertractarentur, intra cæterarum causarum discussiones de Episcopi Veronensis sessione, ubi deberet collocari, facta est inquisitio; ubique certissime investigatum est, & repertum, quod ejusdem Episcopi sessio juxta Aquilejensis Patriarchæ dexteram deberet ibi fore ponenda, sicque factum est. Residente namque D. Eberardo venerabili Patriarcha in jamdicta Papiensi synodo cum glorioso Episcoporum collegio, D. Vvalterii Veronen. Episcopi sedile ad jamdicti Patriarchæ dexteram decenter jussum est poni, & per victoriosi Regis Henrici præceptum, & sanctæ synodi laudatione, atque corroboratione statutum ut per synodos, & concilia urbs Verona apud Aquilegiam secundam sibi sedem vindicans possideat, & ab hinc perpetualiter secunda habeatur, appelletur pariter, & vocitetur sedes. Interfuit itaque in eadem synodo, ut jam diximus Eberardus Aquilegensis Patriarcha, interfuit etiam Vvido Archiepiscopus Mediolanensis, Adelbertus quoque Archiepiscopus Remensis, Rambaldus Archiepiscopus Arelatensis, Ugo Archiepiscopus Chrisopolitanus, Raginaldus Episcopus Papiensis, Vvido Placentinus Episcopus, Odolricus Brixiensis, Ambrosius Bergomensis, Gregorius Vercellensis, Riprandus Novariensis, Ambrosius Laudensis, Gumpertus Taurinensis, Vvibertinus Astensis, Petrus Terdonensis, Luizo Bobiensis, Erimbertus Albingaunensis, Ubaldus Cremonensis, Rolandus Ferrariensis, Sifredus Regiensis, Vvibertus Mutinensis, Cadalus Parmensis, Martianus Mantuensis, Arenulfus Isolensis, Odolricus Tridentinus, Astulfus Vicentinus, Arnaldus Patavensis, Linterus Cumanus, interfuit etiam Balduinus Salzburgensis Archiepiscopus, Gebeardus Ratisponensis, Linteras Babimbergiensis, Poppo Brixinonensis, Severus Pragensis, Ebomanus Firmensis,

Sibi-

Ssbigo Spirensis, Arnaldus Vvormaciensis, Geboardus Agsictensis, Macilinus Felsren Ruoterius Travisinensis, Adelgerus Istricensis: interfuere quoque Canonici memoratæ Veronensis Ecclesiæ, quorum nomina hæc sunt Amelricus Archidiaconus, Artuinus Præpositus, Imardus, & Adelbertus diaconi, aliique quamplures. Quibus quidem præteritis sic ut præfertur per nos visis, lectis, & diligenter inspectis, Nos Aloysius Cardinalis, & Camerarius præfatus pro parte D. Petri Francisci Catanei Clerici Veronen debita cum instantia requisiti de mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ vivæ vocis oraculo super hoc nobis facto ea auctoritate nostri Camerariatus officii illu transsum en exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi mandavimus, & fecimus. Volentes ac de eiusdem mandato, ac auctoritate decernentes, quod huic nostro transumpto publico cum dicto originali libro prædesignato diligenter ausculato, & concordato ealis, & tanta fides in judicio, & extra de cætero adhibeatur, qualis, & quantu dicto originali libro manuscripto datur, & adhibetur, daretur que, & adhiberetur, si in medium exhibitus foret vel ostensus Super quibus, & singulis præmissis, tamquam rite, & legitime gestis auctoritatem nostram ordinariam pariter, & decretum interponimus per præsentes. In quorum omnium præmissorum fidem præsene publicum instrumentum exinde fieri, & per infrascriptum nostrum, & dictæ Cameræ Notarium subscribi, sigillique nostri camerariatus officii, appensione muniri. Datum Romæ in eadem Camera Apostolica sub anno a Nativitate ejusdem Domini 1583. Indictione XI. die vero 17. mensis Junii. Pontificatus Sanctissimi D. nostri Gregorii Papæ XIII. anno 12. præsentibus ibidem D. Pontio Seva Hivens. & Augustino Camello dictæ Cameræ connotariis testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis habitis specialiter atque rogatis.

Aloys. Cor. Card. Camer.

Henricus Imperator Vvalteri Episcopi rogatu Abbatiæ S. Zenonis bona confirmavit. Extat diploma 8. Id Maji anno 1047. Indict. 15. anno ordinationis Henrici 19. a regnantis 8. secundi imperantis 1.

* XX. Anno 1050. ineunte Leo IX. ex Germania in Italiam veniens Natale Domini Veronæ celebravit Vvaltero Episcopo illum excipiente, deinde Romam profectus est. Extat in Archivo Canonicorum bulla ejusdem Leonis missa Totoni Archipresbytero, Amelrico Archidiacono, & Arduino Præposito, omnibusque Canonicis Ecclesiæ Veronensis, cujus exemplar est tale.

Leo Episcopus servus servorum Dei.

Dilectissimis in Christo filiis Totoni Archipresbytero, Amelrico Archidiacono, & Arduino Præposito, omnibusque Canonicis S. Veronensis Ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris perpetuam in Domino salutem. Convenit Apostolico moderamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, & petentium desideriis congruum impertire suffragium. Quapropter ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus S. & B. Mariæ semper Virginis beatorumque Apostolorum Petri, & Pauli, cæterorumque sanctorum quorum nomina in libro vitæ adscripta sunt; nec non ex auctoritate sanctorum canonum omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, seu cunctis, magnis, parvisque personis præcipimus, ut vestras personas, seu prædia, ac beneficia, omnemque vestram justam possessionem, & investituram beneficiorum prædictæ canonicæ, quam usque nunc tenuistis nulli liceat lædere, divestire, inquietare, vel investituram abstrahere. Similiter præcipimus, ut nullus vestrum aliquo ingenio ab Episcopo vestro beneficia, quæ soliti estis investire, requirat, vel investituram ex illius manibus accipiat. Similiter præcipimus de omnibus rebus vestræ Canonicæ tam de curtis, quamque, & de castellis, seu villis, Xenodochiis, factitis, inconsitis, libellariis, decimis, servis, & ancillis, terris, vineis, pratis, salectis, montibus, planiciis tam infra civitatem, quam extra civitatem, quæ ad fidelibus vobis sunt collatæ, vel fuerint, ut nulla magna parvaque persona, se intromittat; sed liceat vobis quieto eas tenere ordine sicut per mercedem meorum antecessorum Pontificum, seu Imperatorum, & Regum hactenus tenuistis, eo videlicet ordine qui in vestrarum chartularum paginibus continetur. Et de nulla alia Ecclesia super vos Archipresbyterum, vel Archidiaconum præferatur, vel aliquis ex clero sine electione cunctorum fratrum vestram societatem ordinetur. Quod ob hoc dico quia spero vestram Ecclesiam nunquam cariturum clericis, qui ad hos honores sint utiles. Si vero Archipresbyter, & Archidiaconus de supradictis Ecclesiæ bonis sine voluntate, & laudatione fratrum dare temptaverit omnimodo interdicimus ne scandalum in Ecclesia fiat. Si autem, quod absit, Archipresbyter, & Archidiaconus uno tempore mortui fuerint, liceat Præposito frui officio illorum de investituris, donec Archipresbyter, vel Archidiaconus ordinatus fuerit. Si enim ab aliquo aliquid inventionis scriptum repertum fuerit ad destruendam rectitudinem ordinum, aut hæreditatem vestram, vel ea quæ supra diximus, præcipimus, ut omnimodo destruatur, & numquam compareat. Si vero, quod absit, ut aliquis contra hoc nostræ auctoritatis scriptum agere temptaverit, vel vos in his quæ supra diximus offenderit si infra annum non emendaverit illius irritus fiat conatus, & illum vivum terra deglutiat sicut Dathan, & Abiron in seditione Choræ, lepra Naaman Syri super eum veniat, & maledictio, quæ fuit data in Monte Ebal, & anathema maranatha, & omnes illæ plagæ, & maledictiones, quibus Deus Pharaonem, & Ægyptum percussit, & quæ sunt scriptæ in quinque libris Moysis, & Judæ traditori sociatus, cum Anania, & Saphira pœnam luat æternam, & nostro, seu nostrorum successorum subjaceat judicio.

Dat. Non. Maij mensis per manum Petri diaconi Bibliothecarij, & Cancellarij Sanctæ Apostolicæ Sedis anno D. Leonis Papæ I. Ind. 21.

Vvalteri memoria habetur in veteri marmorea inscriptione Abbatiæ de Calavenna.

† AN. DOM. MXL. . . . .
SUMPTU VVALTERII EPISCOPI
HOC CASTELLUM
A SOLIO EREXIT.

Vltimam Vvalterij memoriam sub die 1. Decembris 1054. se vidisse testatur Perettus in monumento ecclesiæ S. Stephani, potuitque eodem anno, vel sequenti obiisse, cum statim Dioteboldum reperiamus huic præfuisse Ecclesiæ. Hic demum lectorem meum admonitum volo, ab Virgilio Hund. in catalogo Brixinensium in Baioaria Episcoporum inter Veronenses Antistites adcenseri Alduinum, vel Alcuinum Baioarium deinde Episcopum Brixinensem, Popponis illius successorem anno 1048. qui ad Petri cathedram sublevatus sub nomine Damasi II. quem etiam S. R. E. Card ab eodem creatum habet. Verum ex iis, quæ de Vvaltero narravimus supra, Hund. allucinatum fuisse oportet asserere, nec Altuinum inter Veronenses Episcopos numerandum, quemadmodum nec Popponem, qui & Damasus II. inter Patriarchas Aquilejenses, ut refert paulo supra idem Hund.

65 DIETBOLDUS, vel Dorthoboldus, quem Arnulphus in Chron. vocat Diabalth, ex favore Henrici Imper. ad hanc sedem electus est an. 1055. LXV
idem affirmat Joannes Aventinus Germanicarum historiarum lib. 5.* Et jure quidem, nam eo anno Henricus Veronæ reperiebatur, quamobrem præsulem sibi bene visum, vacante sede eligere potuit. Ibidem hoc anno confirmat privilegia Zenoniana tertio Idus Novemb. ejus ordinationis ann. XXVII. Regni 17. Imperij vero 9. Indict. 8. ut sequenti patet documento.

* Ex Ave tom. 5.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus.

Imperialem sublimitatem condecet, ut quanto cæteris dignitatibus excelsior colitur, tanto justis petitio-

ni-

nibus Domino servientium benignior, nec non clementior inveniatur. Quapropter notum esse volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque fidelibus, tam futuris, quàm præsentibus, qualiter Albericus Abbas monasterij sancti Zenonis Martyris nostram clementiam suppliciter exorando adiit, ob amorem Dei omnipotentis, beatique Zenonis martyris reverentiam, multum nos deprecans, ut bona jam dicti monasterij, quæ Bonifacius Marchio, suique servi injustè ac violenter invaserant, per præcepti nostri confirmationem eidem cœnobio recuperando corroboraremus. Nos vero justis ejus petitionibus consentientes pro remedio animæ nostræ & ob interventum dilectissimæ conjugis nostræ Imperatricis Agnetis, & propter incrementum filij nostri Heinrici IV. Regis, prædicto monasterio concedendo confirmamus silvam sancti Petri sitam in Fissara. Finis ejus Agricia, & finale, & zucuola mantuana, & ortigedulum, & piscaria, quæ vocatur dirupta usque ad pectus Ruzæ. Nec non & silvam in Villapicta, quæ nominatur Spissia, & aliam quæ vocatur Sumadalta; quæ cernit fines à silva sancti Vigilij usque in silvam sancti Salvatoris, ex uno capite noctulum, ex alio Agriciam & Sanaidam, & fontanam ramenti. Aliam vero silvam in Mauratica, quæ nominatur Nuuca. Finis ejus via Episcopalis, & sedimen album, ex uno capite Agricia, ex alio Senaida, & terra in Castellione, & in Mullinello, & in Runcho Saurello. Similiter silvam in Gave in loco qui vocatur Casaleorci, & villam quæ vocatur Aspo propè tartaro, nec non & villam, quæ vocatur Capopalliario; silvas etiam sitas in Herbeto, & Interbentiolo; itemque terram, & silvam in Ostilia, quas tenuit Albertus de Baviaria, & Richilda. Cujus fines sunt à Pado usque in caput Turnioni, & à fossa Lubia, usque ad fossam Regiam, & pollicinem juxta castrum Reveri. Damus etiam terram Cucasis in Fatuledo, & in Vaduferraria, & in Vadupigocij, quam Bonifacius Marchio per commutationem dedit Monasterio sancti Zenonis, ea videlicet ratione, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdachio, seu aliqua magna, vel parva nostri Regni persona hanc nostri præcepti constitutionem, ac largitionem prædicti Monasterij S. Zenonis aliquo modo sine legali judicio violare præsumat. Insuper etiam placuit nostræ Serenitati ob æternam remunerationem statuendo sancire, ut castrum quod dicitur Monticulum in valle Provinianensi, quod liberi homines ejusdem castri per chartulam offersionis sancto Zenoni obtulerunt cum omnibus rebus jam dictis castri pertinentes cum omni debito, districtione, àtque placito nostri, & Comitis jam dicto Monasterio sancti Zenonis ad suorum præbendam Monachorum donamus, & proprietamus elemosinam. Similiter etiam statuimus, ut districtum duodecim hominum Harmannorum, quos Vuelpho gloriosus Dux per investituram contulit sancto Zenoni quatuor, videlicet supradictorum hominum habitantes in castro Gebitus, hi sunt Roduttus, qui Mannariadus, & Zeno filius Reginzonis, & Psalliogutturasus, Halpetuns filius Pinzonis, necnon & alij quatuor habitantes in castro Ilas, hi sunt Bonaldus, & Galuttus germanus, Rabertus, & Martinus germanus, & Pizuleo similiter etiam alij quatuor habitantes in castro, qui dicitur Monte alto. Lotprando, Zeno, Aciprando, & item Zeno, qui prius ad nostrum districtum respiciebant cum omnibus rebus illorum hominum ad se pertinentibus, seu cum omni debito, districtione, atque placitu sancta Zenoni donamus, & proprietamus monasterio. Ut post hæc nec Dux, nec Comes, ullius potestatis persona habeat potestatem placitandi, aut ullo modo invadendi. Si vero quod futurum non credimus aliquis Dux, Comes, aut cujuslibet administrationis, aut privata persona contra omnia suprascripta moliri aliquid præsumpserit, seu infrangere, vel corrumpere ex parte, aut ex tota temptaverit, sciat se compositurum mille mancusos auri obrizi, medietatem cameræ nostræ, & medietatem dicto monasterio S. Zenonis, si aliqua contrarietatis violentia illata fuerit. Et ut hoc certissime credatur, & diligentius observetur manu propria roboravimus, & anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domini Henrici Tertij Regis invictissimi  *secundi Romanorum Imperatoris Augusti.*

Gunterius Cancellarius vice Herimanni Archicancellarij recognovit.

Data 3. Id. Novemb. anno Dominicæ Incarnationis 1055. Indict. 8. anno Dom. Henrici Tertij Regis, Imperat. autem secundi, ordinationis ejus 27. a Regni quidem 17. Imperij vero 9. Actum Veronæ in Dei nomine feliciter. Amen. *XXVIII.

LXVI
* Ex Append. t. 5.

66 * EZELO post Dietboldum Veronensem pontificatum consequutus est ex Peretto in suo Catal. 1056. quem profert ex monumentis SS. Nazarii & Celsi, de quo meminit, & Canobius in suis tabulis.

LXVII
* Ex App. tom 5

67 * THEUPALDUS ad Veronense Sacerdotium assumitur post Ezelonem, de quo mentio fit à Peretto ex documento quodam Ecclesiæ S. Stephani prid. Kal. Julii 1058. sub Ind. 11. de quo Præsule eodem anno tertio mensis Aprilis eadem Indict. meminit scriptura in rotulo Zenoniani tabularii; & 1061. sexta die mensis Junii Indict. 14. De eadem altera. Proferamus hunc, cum ex eo corrigatur initium Præsulatus Aldegerii, licet innumeris scateat erroribus grammaticalibus.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Breve recordat. profuturis temporibus ad memoriam retinendam. Qualiter tradavit, atque, per . . . seu offersit Amezo filius quondam Inglobertus famulo monast. sancti Zenonis, & per hac per præsentem paginam, & per una fuste, quas in manu sua tenebat de sua manu in m inu, & in persona Dominus Albericus venerab. Abbas sancto monasterio sancti Zenonis à præsenti die, & ora ad . . . & potestatem suprascripto monasterio sancti Zenonis proprietario nomine ad abendum per remedium animæ suæ, & q. Albertus Clericus, & quondam parentorum suorum, idest petia una de terra cum vites juris suæ, quas ipse habere, & possidere visus erat, qui posita est hic in finibus, & in comitatu Veronensi in valle Veriacus in vico sancti Viti, loc. ubi dicitur subter Calle, abet per longum pert. viginti, & duas lato; de uno capite pert. duas, pedes quatuor, non longe ab ipso capite pert. septem, pedes tres, de alio capite pedes sex, non longe ab ipso capite pert quinque ad pert. legitima de pedes duodecim ad entens. brachiis mensurata, qui de uno latus Dominicus abet, de alio latus, & ambobus capit. via percurrentem . . . si & sibe quealust. coherentes: quæ autem petia de terra cum vites juris eidem amezo: super dicta una accessione, & ingresso. seu cum superioribus, & inferioribus suis, qualiter super . . ab hac die in eodem monast. sancti Zenonis donavit, & offersit suprascripto Amezo jam dicta petia de terra cum vites, eo tamen ordine, ita ut ipse Abbas, qui ibidem modo est, vel qui pro temporibus ibidem ordinati fuerunt, talem & inde abeat potestatem de suprascripta terra, cum vites ad regendum & gubernandum, seu & disponendum ad eorum usus, & subtu. sicut de aliis rebus ipsius monast. facere visi sunt juxta dominium, qualiter melius prævideriut pro remedium animæ suprascripto Amezo, & jam dicto Albertus medicus, & quondam parentorum suorum mercedem. Et insuper dedit vuadia, & repromisit. set jam dictus offersor, & suos hæredes adversus Dominus Alberic. & suos successores, aut cui ipsi suprascripta petia de terra cum vites de pars suprascripto monast. dederit, si de suprascripta sua offers aliquanda tempore molestare præsumpsisset, & ab unumquemque hom defendere non potuissent, tunc

tan-

tantum, & in quantum suprascripta sua offersione cum omnia super se abeuat eo tempore in consimili loco melioratam valuerit duplare promisit, & debeat causa posuerunt fidejussore suo Transmundo, itemque famulo sancti Zenonis, qui obligavit pignora sua ad compremdeadum. Factum fuit infra emunitate suprascripto monasterio sancti Zenonis anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MLXI. sexto die mense Junius, Indict. XIV. In temp. Domn. Theopaldus Episcopus, & Cucio Cumerario, & Ato Canevacio, & quando ipsa traditio, atque offersio fuit facta ibidem erat de pares illorum famuli it. sunt Transmundo, & Venderando, & Perseualdo, & item Perseualdo, & de liberis hominibus id sunt Albericas, & Zeno, & Veginzo, & Salomon Not. & reliqui plures.

Ego Salomon Not. sacri Palatii ibi fuit, & hunc brevem scripsi, & complevi.

LX VIII. a Non ante an. 1061 post Theupoldum.

68 ALDEGERIUS, vel Aldigious proculdubio, ut habet Paovinius io Chronic. ann. 1060 a. post Dietboldum ex Imperatoris auctoritate Veronensi Ecclesiæ præfuit. Cujus io tabulis Congregatioois meotio est; pauloq; ante Sigimboldum Episcopus fuisse refertur. Illius meminit Acnulphus Moaachus in Chron. Hunc aebitrnc eundem esse cum Alduvino, sive Altovino, olim Episcopo Brixinensi in Germania, de quo Jodocus Hund. in Catalogo Episcuporum illins civitatis. Repeci etiam apud eundem Aenulphum ante annum 1075. Husumath Teutonicum Veronensem Episcopum obiisse. Quis fuerit, vel quo tempore io hac Sede fuecit, mihi incompertum est, de quo neque lucem aspexi in moounentis ejusdem Ecclesiæ; tanta est io vetustis rebus indagandis obscuritas, ut non semel cæcutiendo divioare oporteat. Cæterum sedente Aldegerio, Milo filius q. Ugonis Veronæ Comitis obtulit multa bona veoecabili monasterio S. Georgii, quod olim fundaverat Kadalus Parmensis Episcopus pro suæ animæ salute an. 1062. Donationis monumentum offero ex tabulario ejusdem monasterii desumptum.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno ab Incar. Domini nostri Jesu Christi 1062. X. die Mensis Octobris. Indictione XV. sancto, & venerabili Martyri B. Georgio foris prope civitatem Veronæ juxta flumen Athesis. Ego quidem io Dei Nomine Milo filius q. Ugonis Veronæ Comitis qui professus suum ex natione mea lege vivere Romana. *Offertor, & donator ipsi Martyri, quisquis in sanctis, ac venerabilibus locis aliquid contulerit de rebus suis juxta Salvatoris vocem centuplum in hoc seculo accipiet, & insuper quod melius est vitam æternam possidebit. Ideoque Ego quidem Milo dono, & offero eidem S. Martyri ad ejus jus, & proprietatem infrascripta. Hoc est curtem unam, quæ dicitur Horte cum castro, & munimine, & fossato circumdato, & cum capella una foris ipsius castri, in cujus honore est consecrata, cum casis, & massaritiis, sive molendinis, possessionibus, universisque omnibus rebus, territoriis, quæ ad istam curtem sive castrum, & capellam, & possessionem pertinent, mei juris omnia. & ex omnibus insuper tam casis, quam sediminibus, seu reliquis terris, campis, pratis, pascuis, vineis, sylvis, insulis, usibus, aquis, aquarumque ductibus, ac fontanis, molendinis, piscationibus, rupis, rupinis, ac paludibus, cultis, & incultis, divisis, & indivisis, una cum finibus, terminis, cessionibus accessionibus, usibus earum rerum per loca, & vocabula ad ipsas res pertinentibus, vel expedientibus, decimis, salariis, datiie, insuper ab hac die prædicto S. Martyri per dictam curtem, & castrum, sive capellam, seu cum omnibus casis, & rebus territoriis, jurisdictionibus, qualiter supra, una cum accessionibus & ingressionibus earum rerum, seu cum superioribus, & inferioribus illarum dono, cedo, confero, & per præsentem chartulam offersionis ibidem habendam, confirmo faciendam; exinde ipsius nomine, & titulo proprietatis, jure quidquid valuerit, sine omni mea, & hæredum contradictione, pro mercede, & remedio animæ meæ,*

A *& animæ Domini Cadali Episcopi Parmensis, & parentium suorum: unde mihi Dominus in vita æterna tribuat. Insuper promitto, & spondeo, seu obligo me, ego quidem Milo etiam una cum meis hæredibus contra prædictum monasterium computatam jam dictam curtem, & castrum, sive capellam cum omnibus casis, & rebus, jurisdictionibus, territoriis qualiter supra nominavi ab omni contradicente homine defensare. Et si defensare non potuerimus, aut si nobis exinde aliquid per quod vis, ingenium super habere quæsierimus: tunc in duplum suprascriptam offersionem, at his supra nominavi, vobis restituam, sicuti pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit super æstimatione in consimilibus locis. Hanc enim chartam offersionis meæ paginæ Ingebaldus notarius sacri Palatii adscribendi dedit, atque rogavit. In qua etiam sub confirmatis testibus, quod obtuli roborare volui, & nec mihi liceat unquam ullo tempore de hoc facto aliquid facere nolle, quod volui. Sed quod a me inibi semel factum, vel conscriptum est om-*
B *nia inviolabiliter conservare promitto una cum stipulatione submissa.*

Actum in Caminata juxta turrem majorem Episcopatus Parmensis feliciter.

Ego suprascriptus Milo qui hanc chartam offersionis ad omnia, ut supra fieri rogavi. Ubaldus Judex interfuit.

. . . judex sacri Palatii, & advocatus interfuit filiis Bonizoni, & Amizoni, seu Petronii, lege Romana viventes rogati testes.

Scripsi ego quidem Ingebaldus Not. sacri Palatii post tradita complevi, & dedi.

Guido notarius S. Palatii interfuit.

* Monasterium S. Georgii à Kadolo Parmensi Episcopo fundatum 1046. primò à Monachis Nigris s. Benedicti cultum, inde vero à Monialibus ejusdem Ordinis circa ann. 1070. postea a Canonicis s. Augustini 1122. qui piè sancteq; illud regentes spiritualibus incrementis firmavere; verum à spuriis Scaligerorum Principum ejusdem loci Prioribus
C Bonifacio, scilicet, Alberto & Aimonte dilapidatū. Hic postremus 1387. à Joanne Galeatio Mediolanensi Vicecomite Veronæ Domino urbe ejicitur, inde Philippo de Alenconio Gallo Aquilejensi Patriarchæ Cardinali & Ostiensi Episcopo ab Urbano VI. commendatur, ac per Commendatarios regitur usq; ad ann. 1442. quo a d. 5. Idus Junii Congregationi S. Georgii in Alga Venetiarum Canonicis ab Eugenio IV. perpetuo unitur, quod ab eisdem una cum templo fundamentis recenti, perbellaq; structura excitatum inter nobiliora, ac pulchriora hujus urbis suspicatur.

* Ex Append. t. 5.

(„ WILLELMUS *Goslariensis Canonicus, quo „ præcisè tempore hoc throno fuerit nobilitatus in„ compertum. De ejus Veronensi Episcopatu testatur „ Catalogus eorum, qui è Goslariensi Canonicorum „ Congregatione ad Episcopales Infulas evecti sunt, „ inter scriptores rerum Brunsvicensium editus à „ Leibnizio. His circiter temporibus vixisse opinatur doctissimus Maffejus in Epistola ante hanc se-* LXIX
D „ *riem edita.*)

* 69 USUARDUS Aldegerii demortui sedem est consecutus circa annum Domini 1070. de quo Veronenses historici nec verbum quidem; fortassis est Huchumat ille, de quo Arnulphus Monachus meminit in chronico, & nos sub dubio in ejusdem Aldegerii acta: ex rotulo tamen Zenoniani tabularii prospicitur Antistes iste conscriptus 14. Kal. Febr. 1071. sub Indict. 10. quo anno Ermannus erat Veronæ Vicedominus. Exaratum documentum hoc ad verbum, barbaricum licet proferemus, quo hujus Pontificis ex oblivionis tenebris eruta memoria. LXX * Ex Append. tom. 5.

In nomine Domini Dei æterni.

Breve recordationis profuturis temporibus ad memoriam retinendam, qualiter tradaverunt, atque perdonaverunt offerserunt Fillo filius q. Grimaldo, & Rozaferrum jugaliter famulo, & famula monasterii S. Zenonis habitatoris in vico sancti Viti hunc per ipsius jugale suo consensu, & per hac per præsentem

paginam offertionis, & per una fuste, quas in manu suarum tenebatur de suarum manibus in manu Laurentius Presbyter, & Monachus à parte suprascripti monasterii sancti Zenonis proprietatem ad habendam, idest una petia de terra cum vineis juris suprascriptorum jugalium, quas ipsi habere, & possidere visi erant, qui posita est in finibus Veronen. in valle Vriacas S. Viti, ubi dicitur campo sancti Pauli, habet per longum perticae vigintiquatuor, de uno capite perticam unam pedes sex, de alio capite perticae quatuor pedes tres ad perticam legitimam de pedes duodecim ad extensum brachiis mensuratam, qui de uno latus hæredes quondam Martinus abet, de alio latus via percurrentem, de uno capite Audrevertus habet, de alio capite Raynerius abet, & infra designato loco, vel ejus mensuras, & prædictas coherentias cum omnia super se abet, ipsis jam dictis jugalib. offersores, & inde ibidem nullam reservabat hunc eum ingressu communo. Et insuper dederunt vuvadia, & promiserunt se iu . . . Laurentius presbyter, & monachus ad pars supradicto monasterio sancti Zenonis, aut cui parc jam dicto monasterio dederunt, si de suprascripta suarum offersione aliquando tempore molestare præsumpsissent, & ab unoquoque homine defendere non potuissent, tunc tantum, & in quantum suprascripta suarum offersio cum omnia super se abet eo tempore in consimili loco melioratam voluerit, duplare promiserunt, & de hac causa posuerunt fidejussorem suorum Ato, itemque famulo, qui obligavit pignera sua. Factum fuit in suprascripto vico S. Viti in anno ab Incarnat. Domini nostri Jesu Christi MLXXI. XIV. Kalen. Febr. Ind. X. In tempore Domnus Usuardus Episcop. & Erman. Vicedomino, & Sichardus Camerario, & Vvaldo Kanevario, & quando ipsa offersione facta fuit ibidem erat de pares illorum famuli, id sunt supradicto Ato, & Bruno, & de liberis hominibus id sunt Roderbertus, & Aldo, & Albertus, & reliqui.

Ego Salomon Not. sacri Palatii ibi fui, & hoc Breve scripsi, & complevi.

Mihi hic Notarius videtur Anti-Salomon compatere lector, & scito, quod sanctus Vitus ubi hoc confectum fuit documentum, est castrum Veronensis agri in Valle, quæ dicitur Pulicella.

LXXI 70 BRUNO natione Germanus an. 1073. Usuardo vita functo, ab Imperatore in Veronensi sacerdotio subrogatus est, ut ex lib. gestorum anni 1. Pontif. Gregorii Papæ VII. qui in hunc annum cadit, intelligi potest; quo anno Gregorius ipse huic Brunoni recens electo epistolam hanc scripsit, qua ei usum palii, concessit. Est autem hujusmodi.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Brunoni Episcopo Veronensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Litteris fraternitatis suæ susceptis, evidenter intelleximus, quod dispensationem nobis creditam desideres, nos irreprehensibiliter gerere, & religionis tuæ preces nobis, & S. Ecclesiæ necessarias devotissimas Deo fundere. Qua in re aperto monstratur quanto amore, quantaque devotione B. Petrum veneraris, quum nos, licet indignos, obsequiis Ecclesiæ suæ deputatos tanta dilectione complecti videaris. Qui enim dominos diligit, in servos quamvis minimos dominorum delectationem transfudit, utique dilectionem tuam in hic, quæ a nobis expostulasti, id est in pallii concessione, ad præsens recompensamus, quia antecessorum nostrorum decrevit auctoritas, nisi præsenti personæ pallium non esse concedendum. Unde si fraternitas tua Apost. Sedis privilegiis munita ad nos venerit, honorem, quem Romanus Pontif. antecessoribus tuis coluerunt, nos tibi Deo concedente conferemus. Sicut enim Romanæ Ecclesiæ debitum honorem impendi a cæteris Ecclesiis, ita unicuique Ecclesiæ proprium jus servare desideramus. Volumus tamen tuæ præsentia viri ostendere, quam syncero amore regiam salutem diligamus, quantumque circa ejus honorem, & secundum Deum, & seculum desideramus, si ipse Deo debitam honorem studuerit exequi, & formam sanctorū Regum omissis puerilibus studiis sapienter immitari.

Datum Capuæ 8. kalend. Octobris Ind. 12.

In actionibus vero synodi mediæ proximæ quadragesima congregatæ Romæ refertur Gregorium Papam VII. Brunoni Episcopo Veronensium pallium cum privilegio concessisse. Ita ut ex hac epistola satis manifestum sit Episcopum Veronensem olim magnæ dignationis fuisse, cum ei pallii usus, qui solis Archiepiscopis, & Patriarchis concedi solet, etiam tributus sit à Sede Apostolica. Quomadmodum usum diu ante amisit. Sedit autem Episcopus Bruno in Episcopatu Veronensi annos plus minus decem; obiit anno Domini 1084. Hic vir cæteris virtutibus admodum illustris, non mediocrem etiam sibi laudem in interpretatione verbi Dei vindicavit, quem propterea commemorati animadverti in tabulis instrumentorum monasterii S. Zenonis Veronæ. Hæc Panvinius in chron. de Brunone. Quo Præsule, Beatrix Comitissa ad favorem Zenoniani cœnobii dedit diploma, in quo legontur: *Beatrix Comitissa, & gloriosa filia mea Mathilda pro remedio animæ nostræ, seu Gothofredi Ducis, & Bonifacii Marchionis, vel cæterorum parentum nostrorum refutamus omnia bona, quæ possidere videbamur de jure monasterii S. Zenonis Confessoris in manibus Monachorum &c. Anselmus Episcopus Lucensis huic facto interfuit. Actum est hoc in monasterio S. Zenonis in refectorio fratrum. Anno ab Incarnat. Dom. an. 1073. Indict. xi. in die Sabbati, qui est 4. Id. Aug. in festivitate S. Laurentii Martyris Christi.*

* Bruno noster Ecclesiam s. Proculi cum omni honore, & districto plena subjectione Abbati Zenoniano concessit, quam inde ratam habuit, & confirmavit Theobaldus Veron. Episcopus ejus successor, & Peregrinus, ac Gothifredus Aquilejen. Patriarchæ, quorum alter testimonio Riprandi Ecclesiæ Veronensis Archipresbyteri, indeq; ejusdem ecclesiæ Episcopi privilegium eidem monasterio concessum affirmat. Cum vero inter Abbatem Benedictum, & Archipresbyterum s. Proculi de fidelitate manuali controversia exorta fuisset, idem Theobaldus cujusdam Cardinalis sententiam olim latam approbavit, qua eidem Archipresbytero, judicatum fuerat, quod aut Ecclesiam dimitteret, aut Zenoniano Abbati obedientiam præstaret. Verum Innocentii III. pontificatu denuo hæc controversia excitata, hinc inde rationibus deductis, ab eodem Pontifice tandem statuitur, quod Archipresbyter s. Proculi, & successores, cum jus ex sententia prædicta, quæ in rem transierat judicatam, Abbati Zenoniano factum fuisset, fidelitatem, & obedientiam eidem Abbati in posterum præstaret. Quæ ex cap *Cum inter vos, de sententia, & re judicata*, clare deducuntur, in quo capite lit. B. denotat Brunonem, T. Theobaldum. R. Riprandum Veronenses Episcopos, B. vero Benedictum Zenoniani monasterii Abbatem, ut ex privilegio Urbani ad vitam Episcopi Riprandi 76. deducitur.

* Ex Arc. Mon. s.

71 SIGIMBOLDUS Brunoni sufficitur secundum Panvinium anno 1084. Perettus vero in catalogo ex quodam instrumento ecclesiæ S. Stephani habet Brunoni successisse an. 1083. electum fuisse ex Gregorii Papę VII. præscripto. Innuit idem Panvinius, quod Gregorius Conciliis aliquando Laterani habitis, Imperatorem Henricum, suosque successores jure, quod ad eum usque omnes Imperatores obtinuerant, novos Episcopos, & Abbates ordinandi, spoliaverat, eorumque electiones à Canonicorum Cathedralium Ecclesiarum Collegiis, & Monachis fieri ex Conciliorum decretis jusserat. Cæterum Episcopum Sigimboldum præter cæteras virtutes, assidua in populo erudiendo opera, atque ingentes prolixa liberalitas nobilitarunt. Quo Præsule Monachi Vallumbrosanæ familiæ Abbatiam Sanctissimæ Trinitatis Veronæ regendam acceperunt anno 1090. Hanc longo annorum curriculo eximia morum & sanctimoniæ probitate administrarunt quousque ab Apostolica Sede commendata, coacti LXXII

sunt ad locum, unde exierunt, revertere. Cessit deinde ex consensu Uberti Gambaræ Commendatarii, cum semidiruto cœnobio, mulieribus ad meliorem frugem conversis sub Paulo III. Pontifice, satagente Jo: Matthæo Giberto Episcopo Veronensi. Sigimboldus vero sedit in Episcopatu plus minus ann. 16. cujus in privilegiis Monasterio S. Zenonis concessis mentio est anno 1084. 15. Kal. Julii, quo anno Henricus IV. Imperat. Veronam venit. Item in Archiviis Congregationis anno 1098. Indict. 6. die 15. Januarii, & 1090. 5. Kal. Martii Ind. 13. Obiit Sigimboldus anno 1099. sub quo Clemens Antipapa Paulo Archipresb. Totoni Archidiacono, & Totoni Præposito, omnibusque Canonicis sub sua protectione suscepit anno 1084. in hunc modum.

Clemens Episcopus servus servorum Dei.

Dilectissimis in Christo filiis Paulo Archipresbytero, & Totoni Archidiacono, & Totoni Præposito, omnibusque Canonicis S. Veronensis Ecclesiæ tam præsentibus, quam & futuris, perpetuam in Domino salutem. Convenit Apostolico moderamini pia religione pollentibus benivola compassione incurrere, & petentium desideriis congruum impertire suffragium: quapropter ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus S. & Beatæ Mariæ semper virginis, BB. Apostolorum Petri, & Pauli, cæterorumque Sanctorum quorum nomina in libro vitę adscripta sunt: necnon ex auctoritate sanctorum canonum omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, seu cunctis magnis, parvisque personis præcipimus, ut vestras personas, seu prædia, ac beneficia omnemque vestram justam possessionem, & investituram beneficiorum prædictæ Canonicæ quam usque nunc tenuistis nulli liceat lædere, disvestire, inquietare, abstrahere. Similiter præcipimus, ut nullus vestrum aliquo ingenio ab Episcopo vestro beneficia, quæ soliti estis investire, requirat, vel investituram ex illius manibus accipiat: Similiter præcipimus de omnibus rebus vestræ Canonicæ, tam de curtis, quam de castellis, seu villis, Xenodochiis, factitiis, incensitis, libellariis, decimis, servis, & ancillis, terris, vineis, pratis, salectis, montibus, planitiis, tam infra civitatem, quam extra civitatem, quæ à fidelibus vobis sunt collata, vel fuerint, ut nulla magna, parvaque persona se intromittat: sed liceat vobis quieto eas tenere ordine, sicut per mercedem meorum antecessorum Pontificum, seu Imperatorum, & Regum hactenus tenuistis, eo videlicet ordine, qui in vestrarum chartolarum paginibus continetur: & de nulla alia ecclesia super vos Archipresbyterum, vel Archidiaconum præferatur. Quod ob hoc dico quia spero vestram Ecclesiam numquam carituram clericis, qui ad hos honores sint utiles: Si vero Archipresbyter, & Archidiaconus uno tempore mortui fuerint liceat præposito frui officio illorum de investituris donec Archipresbyter, vel Archidiaconus ordinatus fuerit. Si enim ab aliquo aliquid inventionis scriptum repertum fuerit ad destruendam rectitudinem ordinum, aut hæreditatem vestram, vel ea, quæ supra diximus, præcipimus, ut omni modo destruatur, & numquam compareat. Si vero (quod absit) ut aliquis contra hoc nostrę auctoritatis scriptum agere tentaverit, vel vos in his, quæ supra diximus offenderit, & infra annum non emendaverit illius irritus fiat conatus, & illum vivum terra deglutiat, sicut Dathan, & Abiron in seditione Chorę, lepra Naaman Syri super eum veniat, & maledictio, quæ fuit data in Monte Nebal, & anathema maranatha, & omnes illæ plagæ, & maledictiones, quibus Deus Pharaonem, & Ægyptum percussit, quæ sunt scriptæ in quinque libris Moysi, & Judæ traditori sociatus cum Anania, & Saphira pœnam luat æternam, & nostro, seu nostrorum successorum subjaceat judicio: hęc omnia justa privilegium Sanctissimi Leonis Noni Papę ita firmari, ac corroborari decrevimus.

Actum Ravennæ anno Dominicę Incarnationis MLXXXIV. Indict. VII. Datum per manum Roberti Card. Presb. anno III. Ordinat. D. Clementis III. PP. VI. Non. Mart. feliciter.

Eodem anno, & Henricus Imp. iisdem Canonicis Veronensibus sequens asseruit privilegium.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Roman. Imper. Augustus. Si dignis, &c. Quocirca omnium s. Dei Ecclesię fidelium, nostrorumq; præsentium, scilicet, ac futurorum comperiat universitas qualiter interventu, ac petitione dilectæ nostrę Bertę Imperatricis, quo S. Mariæ Canonicis Veronensibus præceptum confirmationis, & corroborationis, & hos pro Dei amore nostræque animæ remedio, ac Patris nostri, magistrique de quadam curte, quæ nominatur State cum cunctis suis pertinentiis, ac clusa Gardensi, nec non altera curte, quæ dicitur Badabiones, & posita in Tridentino comitatu, & tribus villis, & una nuncupatur Bergasio, & altera Betuerio, & tertia vero Bundo, & cunctis earum pertinentiis, & placitis, ac districtionibus, & tertia, quoque curtem, quæ dicitur Querenta. Quarta autem curte in vico Mundoni, & quinta, in Musoaltano. Sexta in Roboreto, quas Noterius Episcopus pater Veronensium clericorum, cum ripatico de loco qui vocatur Fossaalta usque ad locum, qui dicitur Navene pro animæ suæ remedio præfatæ Veronensi Ecclesiæ obtulit. Insuper autem casalibus duobus in Leniaco majore cum cunctis pertinentiis suis, & pischaria una cum silva, quæ dicitur Colegaria, quos quoque, vel quas præfatis Canonicis Veronensibus Aladerada Dei ancilla concessit. Septima autem curte quæ dicitur Quinta: sita in Comitatu monte Silicano, quam quidam nomine Lanzo præfatæ obtulit Ecclesiæ cum capella, & decimationibus, & omnibus ejus pertinentiis. Octava vero, quæ vocatur Pujanta sita in ipso comitatu. Nona autem quæ vocatur Titulus, ubi dicitur Villa cum capella in sanctæ Mariæ honore constructa, cum decimationibus, & omnibus suis pertinentiis, quam obtulit Anzelbertus Clericus, qui Regizo vocabatur, in eodem posita comitatu. Decima vero curte quæ dicitur Lusia cum capella in honore S. Viti constructa cum decimationibus, & omnibus suis pertinentiis. Insuper casalibus duobus in comitatu Veronensi jacentibus in curte Regia, quæ vocatur Zippa, quos obtulit Ardeverga, qui Giza vocabatur cum cunctis pertinentiis, & adjacentiis suis, quæ de omnibus præsumptis locis dici, vel nominari possunt aliquo modo concedere dignaremur, & quicquid beneficii, quod fuit Ecclesiæ Sanctæ Coritina de loco qui dicitur Alumpna in Græctana, & per cætera loca, in montibus, seu in planitiebus, usque ad flumen Athesis quod supradictæ Veronensi Ecclesiæ per commutationem accidit, & curtem quæ vocatur Pradella cum decimationibus, & pertinentiis ejus, & decimatione Villæ, quæ vocatur Alpo, & decimatione Villæ S. Prosdocimi, & quicquid præfatæ Veronensi Ecclesię in Brixiensi Episcopatu habere visa est. Nos itaque consilio ejus aquiescentes hujus precepti nostri paginam pro animæ nostræ remedio nostrorumque parentum pro confirmatione, & corroboratione cunctorum locorum quæ inscripta sunt, sive omnium, quę aliquo acquisitionis munimine adquisierunt, vel acquisituri sunt sive xenodochia, seu decimationes ejusdem civitatis fieri jussimus. Eo videlicet ordine, ut ubicumque a prenominatis Canonicis, suisque antecessoribus, atque successoribus, possessum est, vel in futurum possessum erit, omnium contradictione, & diminoratione violentum exclusa, firmiter proprietario detineant jure. Hoc etiam nostra imperiali auctoritate addimus pro remedio animę nostrę, nostrorumque parentum concedimus largimur donamus, quod homines in cunctis his locis habitantes sive famuli, sive servi, sive liberi in cunctis castris, & villis, seu territoriis prefatis, etiam & subscriptis quorū nomina hęc sunt. Cerreta, Biunde, Porcile, Pulitano, Marciano, Greciana, Lugo, Altenago, Colina, Arbeto, Ponteposterum, Calmensiaum, Englasse, Fagnana; at Fodra, quod injuste, & non legaliter preterito in tempore dederunt, quod nefas nam erat, publicę parti, deinceps non dent, sed omnia in prędictorum Ca-

nonicorum ditione permaneant. Sed per hanc nostræ præceptalem paginam auctoritatis volumus, quod pro animæ nostræ remedio præfatis Canonicis, qui nunc sunt, & pro tempore erunt prædictum fodrum colligendo teneant, & habeant, placita quoque, & districtum cum omni functione, & redditu prænominatorum castrorum, curtium, & villarum, & omnium locorum aliqua ratione illis pertinentium, similiter, quicquid pro animabus Archidiaconorum Arduini, seu Adelberonis prædictæ ecclesiæ devenit præceptali pagina nostræ auctoritatis omni alienæ violentia remota possideant, atque detineant, nec & non ipsi qui in civitate theloneum dare soliti erant præcipiendo jubemus, ut in tempore nullo aliquis eis auferat, vel de hoc amplius molestare ipsos præsumat, ita tamen jubemus, & omnia in potestate Archipresbyteri, & Archidiaconi sint, consensu fratrum eximde faciendum quicquid voluerint ad utilitatem prædictorum fratrum. Præcipientes denique jubendo sancimus, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Comes, Vicecomes, &c.

Signum † Domini Henrici Tertii Romanorum Imp. Aug. Burchardus Cancellarius, vice Segevini Archicancellarii recognovi.

Dat. XIV. Kal. Julii anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIV. Indict. VII. anno autem D. Henrici III. Romanorum Imp. Regni vero XXIX. Imperii I. Actum, &c.

Annis ferme duobus ante excessum Sigimboldi Episcopi, Athesis amnis ita inundavit Veronam, ut pontem lapideum prope ædem S. Stephani dirueerit, Episcopium fregerit, & ædem S. Zenonis oratorii irruperit.

LXXIII. 72 VVALFREDUS (1) anno 1099. cujus memoriam extat apud Peretum 27. Decembris an. 1100. in instrumento monasterii S. Nazarii: quo anno ecclesiam S. Mariæ de Marchisio ab Aldegerio Vicedomino constructam, & ab Episcopo Mantuano, Vualfredi Episcopi nomine, consecratam idem Episcopus ab ordinaria jurisdictione exemit 5. Kalen. Decemb. eamq; S. Nazarii monasterio possidendam tradidit; exemptionem confirmavit deinceps Adrianus IV. anno 1158. 13. Kal. Junii. Idemque Vualfredus memoratur in alio documento Ecclesiæ S. Stephani anno 1101. Sede Veronensi per obitum ejusdem vacante.

LXXIV. 73 BERTOLDUS anno 1104. in archivio Canonicorum tum ex monumentis S. Nazarii an. 1107. ex eodem Peretto.

LXXV. 74 ARNULPHUS anno 1108. apud eumdem Perettum. De his duobus posterioribus Episcopis altum silentium tenuit Panvinius in Chron. ubi habet Vualfredo Zuffettum successisse an. 1110.

LXXVI. 75 ZUFFETTUS an. 1110. tempore Comitissæ Mathildis vixit, quam investivisse per feudum de loco, qui dicitur Cereta, refertur apud Panvinium, & Alexandrum Canobium in Canossæ familiæ descriptione.

LXXVII. 76 * HUBERTUS a post Zuffetum Veronensem obtinuit pontificatum ann. 1111. ut optime Perettus in Catalogo Veronen. Antistitum ad hunc annum ex documento Ecclesiæ S. Stephani 21. Februarii. De quo Episcopo mentio fit in processu quodam de Ostilia formato ad instantiam nobilis Abbatis Zenoniani, & civitatis Veronæ ex una, & Ferrariensis Communitatis ex altera circa annum Domini 1148. tempore Theobaldi Episcopi Veronen. Inter cæteros vero qui ibi examinantur, est quidam Archipresbyter Zeno de Trevenzolo, qui hæc ipsissima verba deponit. *Ego fui in Synodo Veronæ diebus Episcopi Oberti, qui fecit me Acolythum, & vidi vocare Sacerdotem S. Romani sed nemo surrexit; vidi vocare & plebem Ostiliæ, & pleb S. Michaelis de Bragantino, & pro his duabus surgere Abbatem s. Zenonis; sed nescio quis esset Abbas; sed postea tempore Bernardi, in cujus tempore fuit discordia sedis Abbatis s. Zenonis, vidi Abbatem Ambrosium surgere pro his duabus plebibus, & ante terræmotum iham per Tartarum in Padum; & cum vidissem Eccles. s. Romani, interrogavi Marcum Diaconum, cujus esset Ecclesia illa, & ipse retulit, Episcopatus Veronensis est: & cum redirem a Bononia Ascolis, nautæ miserunt me in portum clamatorium, & dixerunt (nox enim erat) consociis meis, ite ad Ostiliam, ubi est Ecclesia s. Zenonis, & ibi poteritis bene hospitari, & venimus ad Eccles. s. Laurentii, & invenimus patrem Vitalem, qui dicebatur de Serena, & bene recepit nos: in qua Ecclesia vidi stare D. Augustinum Monachum, & Nobilem, & D. Peregrinum, & Tebaldum, & Turrisendum per s. Zenonem: & scio, quod Monachi illi mihi dicebant, quod chrisma deferebant a Verona ad Ostiliam; & semel cum puer essem fui in Synodo Ferrariæ, & neminem de Ostilia ibi vidi.* Hæc ille. Cæterum de Huberto meminit & Panv. l. 1. Antiq. Veronen. c. 22. ad ann. 1116. ex Archivio Abbatiæ SS. Firmi & Rustici Veronæ in quadam concessione ab eod. Episcopo d. Eccl. facta sic.

In nomine Dei æterni.

Anno ab Incarn. D. nostri Jesu Christi 1116. Ind. 9. S. Trinitatis benedictione incipiatur hæc nostra concessio, ejusque suffragio salva permaneat amodo, & usque in perpetuum. Nulli dubium esse credimus licentiam datam fore Episcopis, patribus solamen ferre debere pauperibus, clericis, sacerdotibus, quos necessitatem sufferre viderunt: Idcirco ego in Dei nomine Hubertus sanctæ Veronensis Ecclesiæ Præsul omnibus notum fieri volumus, quomodo Presbyteri Dei Ecclesiæ sanctorum Firmi & Rustici, quæ est fundata foris mœnia prælibatæ urbis, non longo ab alveo Athesis, & ubi corpora Beatorum Sanctorum . . . sunt recondita, nostram scilicet adierint mercedem, implorantes, ut eorum in aliquo sublevaremus necessitatem: quod nos justum, & rectum considerantes, maximeque sanctorum Patrum auctoritate permoti, una cum consilio, & assensu sacerdotum, & diaconorum nostrorum S. Matris Ecclesiæ concedimus, &c. In hac tamen concessione ibidem corrigendus est typographi error, qui pro anno MCXVI. quo Indictio IX. currebat, impresserit MXCVI. hoc enim anno Ind. IV. numerabatur Sigimbaldo Ver. Epis.

77 BRUNO * seu Brunus secundus Huberti locum suscepit anno 1117. qui in Episcopatu administrando magna semper vigilantia est usus. Siquidem parochias tum urbanas, tum rusticas sæpissime invisere solebat. Vixisse usque ad annum 1122. habetur in tabulis eccl. sedente Callisto II. an. 1022. hoc detulit diploma ad favorem Canonic. Veronensium. LXXVIII. * Ex App. tom. 5.

Callistus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Theobaldo Archipresbytero, & cæteris Veronensis Ecclesiæ Canonicis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Sicut injusta poscentibus, &c. & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus nominibus adnotanda, ecclesias videlicet S. Georgii, Sancti Joannis Baptistæ, S. Andreæ, S. Clementis, S. Ceciliæ, S. Faustini, S. Firmi cum capella, & S. Pauli: In burgo ecclesias sancti Joannis Baptistæ, S. Petri in Carnario, & S. Joannis in Quintiano. Castrum de Bruno cum capellis, & reliquis pertinentiis suis; castrum Gratiane, Martiano, & pulianum, Blunde, Poreile, & Calmasinum cum capellis, & cæteris pertinentiis eorum. Villam Quinti, & locum, qui dicitur villa cum capellis earum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat vestram Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integro conserventur, etiam pro eorum substentatione pro quibus concessa sunt usibus omnimodis, & profutura; ad hæc adjicientes censemus, ut distributionem beneficiorum canonicæ vestræ nullus impedire, inquietare, vel sibi audeat vindicare, sed sicut præteritis temporibus constituta, & prædecessorum nostrorum privilegiis roborata est, ita & in posterum, auxiliante Deo, firma, & inviolabilis perseveret. Nulli etiam vestrum facultas sit beneficiis, quæ Capitali solent largitione distribui

a Hunc Cremonensem è gente Atigona dicit [illegible] in Cremona litter. par. 1. p. 62.

(1) Hunc puto esse Veronensem illum Episcopum *Vualfrigel*, seu *Vualfrigel* appellatum in duplici diplomate ab Henrico Imperatore an. 1096. Hamburgensi Ecclesiæ concesso apud Lindenbrogium Script. Rer. German. Septentr. Quod si alter, novo erit hæc series Episcopo adaugenda, ni schismaticus fuerit, & favore Henrici in hanc Ecclesiam intrusus.

bui, de alterius manu suscipere, sed pristina in eis consuetudo futuris temporibus conservetur. Præsenti præterea decreto sancimus, ut si personæ idoneæ in Ecclesia vestra repertæ fuerint, nullus de alia ecclesia in Archipresbyt. vel Archidiaconum præferatur: quod si Archipresbyterum, vel Archidiaconum uno simul tempore obire contigerit, donec alii substituantur, eorum vices beneficiorum distributionibus per Præpositum suppleantur, quemadmodum & in collatis Ecclesiæ vestræ prædecessorum nostrorum privilegiis continetur. Si qua igitur in futurum, &c.

Ego Calistus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum in territorio Palinensi XVIII. Kal. Jul. Ind. XV. Incarn Domin. an. MCXXII. Pontificatus autem D. Callisti II. Papæ anno 3. per manum Chrysogoni Diaconi, & Cancellarii S. Apostolicæ Sedis.

Annu 1117. qui fuit primus præsulatus Brimonis, prid. Non. Junii ingens post huminum memorism terræmotus tutam Italiam quassavit, & præsertim Veronam, cujus vi magna Harenam, sive Amphitheatrum ambientis porticus exterioris, quam Alam vocant, pars magnu cum fragore ad solum usque prostrata est.

LXXIX. 78 BERNARDUS apud Brixienses præclaro genere natus an. 1123. Brimoni successit, vir eo munere dignus. Anno 1127. ecclesiam S. Georgii in Braida tam in temporalibus, quam in spiritualibus desormatam restituit, clericosque secundum regulam S. Augustini inibi Deo famulaturos ordinavit, ut in ejus documenti inscriptiune habetur, quæ est hujusmodi ab exemplari ejusdem monasterii.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Bernardus Dei gratia Episcopus. Decet omnes, quos ad Pontificalis regiminis curam divina voluit gratia promovere, Ecclesiis Dei præcipue vigilantiam intendere, & quę religionis vere propositum observant confirmando, & juvando ad meliora provehere, quæ vero ab ejus calle deviant suæ vigore auctoritatis corrigendo reducere, piis quoque votis, ac divina inspiratione conceptis desideriis libenter annuere, videlicet ut in his, quæ votum juvant affectu, & præsidio, paterno subveniunt: quæ vero impediunt auctoritatis suæ virga removere penitus provideant. Quapropter ego Bernardus licet indignus Veronensis tamen Episcopus ecclesiam Dei, & S. Georgii in Braida sitam, sed tam in spiritualibus, quam in temporalibus in ultimu destructam, ob Dei amorem, & animæ meæ redemptiunem, restaurare ac ordinare disposui, pruposuique. *Fuerat enim quondã, & prius puellarum, & postmodum Monachorum cœnobium, sed in utrisque Veneris postribulum diaboli potius quam Dei emisserat templum. Expulsis ergo exinde Dei blasphematoribus, religiosos inibi clericos ordinavi, qui Dei gratia Canonicorum cælibem ducunt vitam, & regulam observant canonicam Dei. Igitur amorem & dilecti filii nostri Peregrini venerabilis presbyteri ejusdem ecclesiæ Præpositi, omniumque fratrum Congregationis, cunctorum quoque nostrorum fidelium justam attendentes postulationem, ut liberius Deo serviant ex nostra auctoritate quicquid potestatis in hac Ecclesia in temporalibus eis, bonis habemus, totum remittimus, & eis omnibus in hac Ecclesia de cætero Deo canonice servientibus omnimodam potestatem concedimus, videlicet ut nec nobis, nec alicui successori nostro Episcopo, sive Archidiacono vel cuilibet personæ aliquid ex ea præter voluntatem clericorum ibidem servientium auferre liceat: hactenus conditione servata, ut Episcopus unaquaque S. Georgii festivitate duas libras ceræ ex ea habet. Ad hæc licentiam quoque eis concedimus, Præpositum sibi canonice eligendum, ut ad matutinum cæterasque horas juxta regulam canonicumque usum campanis pulsandi. Præterea moleudinum quondam nostri Episcopatus proprium, sed præfatæ Ecclesiæ contiguum, & admodum necessarium, & à Domino Theobaldo Episcopo prædecessore nostro sibi quondam concessum, sicut concessionibus ejus chartula comperimus eidem Ecclesiæ, nos quoque restituimus, & immutabiliter concedimus. Post hæc donamus, & offerimus eidem Ecclesię omnem decimationem terræ illius, quam in Braida ad nostrum usum in pręsentiarum habemus, vel denique acquiremus, ita scilicet, ut quicumque eam laboraverit, prædicta Ecclesia decimam habeat. Et ut hæc nostræ concessionis, vel oblationis pagina firmior, & inviolabiliter habeatur propria manu subscripsimus, & clericos S. Veronensis Ecclesiæ subscribere rogavimus, & sigillo nostro signavimus. Si quis autem hanc paginam violaverit anathemata sit.*

Ego Bernardus Dei gratia S. Veronensis Ecclesiæ humilis Episcopus hanc concessionem feci, & propria manu subscripsi.

Ego Thebaldus indignus Archipresbyter interfui, & manu mea subsc.

Ego Qui.... Diaconus cantor manu mea subsc.

Ego Bozo Diaconus m.m. subsc.

Ego Vitus Presbyter manu prop. subsc.

Ego Theodosius m.m. subsc.

Ego Henricus D.m.m. subsc.

Ego Prand.m.m. subsc.

Ego A.... Archipresbyter Congregationis m.m. subsc.

Ego Everd. Presb. m.m. subsc.

Ego Absal. Sacerdos ecclesiæ s. Petri de monast. m.m.ss.

Ego Prandus licet indignus Beatiss. Protom. Dei s. Stephani Præpositus huic concessioni m.m.ss.

Ego Joannes sacerdos, & Primicertus Congregationis huic concessioni intesfui, & m.m. subsc.

Ego Rodulphus ecclesiæ S. Sebastiani m.m. subsc.

Ego Blancus Presb. m.m. subsc.

Ego Odelricus Presb. S. Thomæ Apostoli m.m.ss.

Actum ante januas Ecclesię S. Zenonis confessoris anno Dom. Incarn. MCXXVII. Indict. 5. in præsentia testium, quorum nomina subter leguntur. D. Theobaldus Archipresb. ecclesiæ majoris. Theodosius Henricus diaconus ejusdem ecclesiæ. Adalardus Advocatus, & Zenifer Albericus de Leerderara. Gerardus de Negariola, Henricus de Bovandigo. Theobaldus de capite Pontis, & Otthofilius ejus, Henricus de Faro, & Ugo filius ejus Benzo filius ejus Armenardt Mondello de Luuigo. Aldegerius de Aupedano Basaloliæ filius, & Albericus consanguineus ejus Droguz. Henricus de Saso. Berd. Pecora.

Bernardum vero in honorem Beatissimæ Mariæ in arce Montis Aurei Ecclesiam consecrasse lapis vetustus testatur in hæc verba.

† Anno D. M . . . XVIIII. *Hæc Basilica a venerabili* Bernardo *Veronen. Episcop. in honorem . . . . . Beatiss.* Dei Genitricis *Virginis Mariæ & Sanctorum Firmi Martyr. Zenonis & Martini . . . Theodori S. Ga. Fres. Mart. & aliorum Sanctorum XV.* Kal. Decemb. *honorabili* Alber . . . . . .
ne Archip. dedicata est

† ΔΥ † ΔΥ † ΔΥ † ΔΥ † ΔΥ

Sit discedenti domus hæc pax & venienti hæc vox Pastoris jubet omnibus gent. horis Zen.

Distat Muns Aureus secundo ab urbe Verona lapide, fuitque jurisdictionis amplissimæ Crescentiæ gentis Romanæ nobilissimæ, Veronam olim traductæ; sitaque est ecclesia supradicta in medio arcis, hodieque pene diruta, cujus Parochia sub eodem tituiu translata est seculis posterioribus ad fontem argenteum prupe Squadratum in Oliveto, ex qua formatur flumicellus rivus Veronam tendens, & ut olim Naumachia, ita modo privatis inserviens commodis, dicitur Provulum civitatis ad radices Montis Aurei, bellis civilibus diruti, & fere sulo æquati, ubi paucis superstitibus turribus, nobiliumque Cottiorum villa Mirabello nuncupata ad Meridionalem plagam posita satis vetusta cernitur, de qua Pola suis inscriptioonibus abunde loquitur apud Aloysium Novarinum Opusculorum tum. pr. Anno 1130. Bernardus aram maximam in æde s. Elisabeth ad Divi Petri ad Monasterium consecravit, in qua plures sanctorum reliquias recondidit, quæ postea, in restauratione ejusdem ædis ab Alberto Valerio. Episcopo in decentiori collocatæ sunt loco, curante Cozza Cottio Archipres-

bytero Veronensi, ut proloquitur ibidem apposita inscriptio.

Mense Octobri Anno CIↃ.IↃ.C.XIV. Alberto Valerio Antistite dum hæc restauraretur ædes, quæ e regione legüatar, Reliquiæ Sacræ ex majore erata sunt ara, in qua olim conditæ Bernardo Veronensi Episcopo Anno CIↃ.C.XXX. Mense Decembri cura & pietate Cozzæ Cottii P. A. qui hujusce æditúus cellæ & Cathedralis Archipresbyter Ecclesiæ.

In ecclesia Sanctæ Crucis, quam nunc Capuccini fratres incolunt, in vetusto lapide insculpti versus leguntur. In iis fit mentio Bernardi Episcopi, & Theobaldi successoris, forte in ea ipsa Ecclesia humati.

Waldengus fuaxit feria qua corpore transit,
Et probatum ut fratres suturentur in unum.
Ia Junii Decimis transivit nempe Kalendis;
Tempore Bernardi curabat Præsulis Almi.
Rexeent hos miseros & laceros populos vos,
Et rogate deum ut benedicat eum.
† Successit Magnus vir Khristi forte Thebaldus;
Augusti Nonis in super astra poli.
Qui quo & firmavit quoi parvo tempore pavit
Hos pascat fratres per sua secla Dapes.
De propriis rebus sumpte mortis & diebus
Fratribus ut sat sit huic requies bona sit.
Transit Octobris Decimis Verona Kalendis
Hæc eadem dixit fieri Confratribus istis.

Ejusdem Bernardi Antistitis in archiviis Episcopatus Veronen. multa mentio est, & in tabulis Canonicorum, in quibus ipsum investivisse, ac infeudasse Marchionem Albertum de loco Ceretæ, prædecessoremque immediatum Theobaldi in Episcopatu fuisse asseritur.

Quarto Bernardi Præsulatus anno, Christi vero 1127. pridie Kal. Maji, obiit Veronæ S. Gualfardus civis Augustanus. Is ibidem ex honestis parentibus ortus, & ephippiorum opificum ibi optime edoctus, cum Veronam devenisset, urbem nactus exercendæ arti suæ opportunam, illam sibi sedem delegit: ibi cum ex diurno quæstu vitam degeret, præter tenuem admodum victum, & vilem vestitum, si quid supererat, id omne in egenorum usum distribuebat, cumque communis vitæ vana ludibria, latentesque insidias, ac pericula secum diligentius considerasset, relicta civitate in quandam inviam, & desertam sylvam, quæ tum *Salsuellus* vocabatur, non longe ab urbe prope Athesim sitam nemine conscio, se abdidit: in eaque per annos viginti perpetuo delituit, vigiliis, jejuniis, & orationibus assidue vacans. Verum factum est divino consilio, ut ad exemplum aliorum, talis vita diutius non lateret; siquidem navigantes per obliquum Athesis alveum quidam nautæ, ubi eum non longe à ripa conspexerunt, improviso feram, seu silvestrem aliquem hominem rati, appulsa confestim ad ipsam navicula, per condensum arboribus callem illum fugientem insecuti, ad hortulum & casulam ipsius pervenere, inventumque, atque inde extractum Veronam perduxere, ubi prope Ecclesiam, quæ dicitur S. Petri in monasterio, habitatio, eo agnito, à quibusdam civibus Augustanis assignata est, qui etiam necessaria ipsi ad victum, cultumque corporis omnia suppeditabant: de quibus tamen is non modicam partem sibimet ipsi subtrahens, in usu pauperum distribuebat. Ex eo loco vir sanctus paulo post ad S. Trinitatis ecclesiam in parte eminente extra Urbem sitam coactus est se conferre, aufugientibus cunctis ex obruta omni ferme ob fluminis inundationem civitate. Cæterum cum ibi per aliquot dies in obedientia, & dura corporis castigatione permansisset, in ecclesiam postea S. Salvatoris in Curte, sive Curia, quæ dicitur regia, ad ripam Athesis, à quibusdam viris piis, captis opinione ejus sanctitatis, summis precibus exoratus reductus est, ibique pusilla cella sibi prope Ecclesiam constructa, per annos decem, usque ad diem obitus sui se perpetuo continuit, eximia vitæ sanctimonia, plurimis virtutibus & miraculis clarus. Verum cum extremum sibi jam vitæ diem instare animadvertisset, corpus suum lignea arca conclusum, quam adhoc ipsum ipse sibi fieri curaverat, ut pote quod de se demississime sentiret, multis adhibitis precibus in via communi præ foribus Ecclesiæ humari enixe mandavit: in qua re tamen auditus non est, quod viri quidam religione præstantes, rei indignitate commoti, illud intra ipsam S. Salvatoris Ecclesiam, in quadam decenti arca condiderunt, quæ divina providentia ex Cutiano vico vallis Panthenæ cum ingenti inspectantium gaudio, interim dum ille ægrotaret, tranquillissimo cœlo fuerat advecta, cum quidem ab incolis loci, metu solitæ tempestatis, vix fuisset concessa, quod nunquam antea de loco, ubi sita erat aere tam sereno, tamque pacato asportari, aut alioqui moveri potuisset, quin subito universa illius regionis loca vi magna imbrium, ventorum, ac grandinis devastarentur. Obiit autem servus Dei, ut dictum est anno salutis MCXXVII. pridie Kal. Maji ea ipsa hora, qua arca ad eamdem Ecclesiam advecta est. Pluria porro miracula ad sanctum ejus corpus edita sunt, ubi hæc plumbea lamina extat.

Hoc jacet in tumulo beatissimus Gualfardus de civitate Augusta, qui migravit Veronæ anno ab incarnatione Domini MCXXVII. pridie Calend. Maji & ejus translatio fuit VII. Calen. Decembris MDVII. præsente Joanne de Abbatia Canonico Veronæ.

Eodem loco cilicium ejus, quod vocant, ex catenis ferreis compactum & caputium, asservata sunt, usque ad Joan. Matthæi Giberti Episcopi tempora, neque constat quid de illis exin factum fuerit. Effigies ligno sculpta, hujus generis cilicio induta, adhuc visitur. Ephippiarii illum patronum venerantur. Hujus meminit Ferrarius in Catalogo sanctorum, Raphael Bagatta in lib. de sanctis Veronensibus, Carolus Stengelius Comment. rerum Augustæ Vvindelicorum ex M.S. vita ejusdem sancti. Festus ejus celebratur in Ecclesia Veronensi eadem die 30. Aprilis. Cæterum Bernardum Episcopum apud Brixienses nobili genere natum fuisse docet Innocentii II. Papæ diploma Attoni Vallumbrosani Archicœnobii Abbati scriptum anno 1133. quo, intuitu, ac precibus Bernardi, in loco Turris Trinciniæ, Ecclesia B. Vigilii in Cremonensi Episcopatu sita, ab Oberto Brixiensi Canonico ex consensu Richelmi patris, ac Ottonis, Lanfranchi, Beltrami, & Vvillelmi fratrum suorum, Bernardi Episcopi Parentum, ad condendum ibi Cœnobium Vallumbrosani Ordinis Beato Petro oblata, sub Apostolica protectione suscipitur, ac privilegiis munitur. Diploma sic se habet ex authentico copiali Vallumbrosani tabularii exemptum.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Attoni Vall-Umbrosano Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis ab auctore rerum omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, & beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitate radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Ut ergo, divina suffragante clementia, in Ecclesia Beati Vigilii, quæ in Cremonensi Episcopatu loco, qui Turris Trintina dicitur, quam utique dilectus filius noster Obertus Brixiensis Ecclesiæ Canonicus, cum consensu patris sui Ricchelmi, & fratrum suorum Ottonis, Lanfranchi, Beltranni, & Vvillelmi, per manus nostras Beato Petro, sub annua pensione sex denariorum Mediolanensis monetæ, Lateranensi Palatio annis singulis obtulit persolvenda, secundum Beati Benedicti, & Vall-Umbrosani Monasterii regulam religio statuatur, eam cum fatis pertinentiis omnibus tibi, tuisque successoribus, & per nos vestro Monasterio, sub prædicto censu concedimus, & præsentis scripti

pagina roboramus. Tua vero in Domino fili carissime interest, ut juxta desiderium Venerabilis fratris nostri Bernardi Veronensis Episcopi, cujus nimirum voluntate, & precibus hoc ipsum factum est & præfati Oberti, ac suorum Parentum devotione in prænominata Ecclesia religionem instituas, & ut grata inibi Domino servitia impendantur totis viribus elaborare, quascunque possessiones præterea, quæcumque bona Vallumbrosanum Monasterium in præsentiarum juste & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum, & illibata permaneant. Decernimus ergo &c. usque usibus omnimodis profutura. Si qua igitur &c. usque æternæ pacis inveniant. Salva nimirum diocesani Episcopi reverentia. Cunctis &c. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
† Ego Guilelmus Prænestinus Episcopus subsc.
† Ego Vbertus Presb. Card. tit. S. Clementis ss.
† Ego Lucas Presb. Card. tit. SS. Joannis & Pauli subsc.
† Ego Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu ss.
† Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Via lata ss.

Datum Senis per manus Almerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarij 4. Non. Septembris Indictione 11. Dom. Incarn. anno 1133. Pontificatus vero Dom. Innocentij Papæ II. anno 3. a

a IV. Vixit post hæc Bernardus anois duobus, & cum duodecim fere annis Veroneosem Eeelesiam sancte, ac coosulte administrasset, vitam mortalem cum immortali commotavit anno Christiaoæ salutis 1135.

LXXX. 79 THEOBALDUS, qui tunc Ecclesiæ Veronensis Archipresbyter erat, Bernardi locum obtinuit anno 1135. Sequenti vero anno Lotharius Imperator sub sua protectione suscepit Canonicos Veronenses. Ad instar aliorum Imperatorum diploma sancivit fere iisdem verbis conceptum, quibus supra in aliis imperialibus documentis relatum est. Datum est hoc diploma an. 1136. 7. Kal. Octob. Ind. 14. apud Procelum juxta Mintiom. Idem Imperator instantibus Canonicis ipsis, & S. Georgij Majoris curtis Ceretæ, aliorumque locorum in possessionem ipsos admisit, ut ex hoc monumento, ex eorum tabulario prospicitur.

In Nomine Domini Dei æterni.

Cum in Dei nomine Lotharius Dei gratia Romanorum Imperator, & Riginza pissima Regina conjux ejus essent in loco, qui dicitur Isola Concse, & essent cum eis Dux Enricus, & Dux Conradus, & Archiepiscopus Madilburgensis, & Alcardus Subcancellarius, & Pelegrinus Patriarcha Aquilegen & Dux de Carentana, & cæteri nobilissimi viri, ibique Otto diaconus & Ingelbericus Acolitus à Canonicis sanctæ Mariæ, & S. Georgij majoris Veronensis Ecclesiæ missi, & legati Gilberti venerabilis Archipresbyteri, & omnium aliorum Canonicorum supradictæ Majoris Veronensis Ecclesiæ venerunt, & cœperunt dicere, atque deprecari, quatenus idem pissimus Imperator, atque Imperatrix darent eis possessionem de castello, & curte de Cereta, & de curte de Englare, quæ dicitur curtis de Castello veteri, & defenderent, & custodirent supradictam curtem ad lucrum, atque commodum omnium Canonicorum majoris Veronensis Ecclesiæ. Et cum ipsi Canonici taliter dixissent, tunc die Sabbato, qui est senta die m. Novemb. in præsentia bonorum hominum, quorum nomina hæc sunt Bertoldus camerlengus suprascripti Imperatoris, Rataldus de Castello, Benedictus ejus filius & reliqui, ibique in eorum præsentia supradicta Reginza Regina, & Imperatrix ex mandato Imperatoris Lotharij mariti sui accepit duos nobiles viros quorum nomina hæc sunt Lampertus Marchio, & Girardus & præcepit eis, ut ipsi pergerent, & munirent, atque defenderent, & custodirent castellum, & curtem de Cereta, & curtem de Englare, quæ vocatur curtis de Castello veteri juris ipsius canonicæ sanctæ Mariæ, & S. Georgij Majoris Veronensis Ecclesiæ, & etiam possessionem supradictarum curtium jam dictis Canonicis darent ad lucrum, atque commodum ipsius Gilberti Archipresbyteri, & omnium Canonicorum suprascriptæ Ecclesiæ, qui nunc sunt, aut pro tempore erunt, qui Lampertus Marchio & Girardus secundum mandatum sibi impositum possessionem supradictarum curtium jam dictis Canonicis dederunt. Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi MCXXXVII. suprascripto die, Ind. XV.

Ego Paltonarius Notarius sacri palatij interfui, & hoc Breve scripsi.

Interfuit Theobaldus an. 1140. consecrationi Ecclesiæ S. Georgii in Canonica, quæ & S. Helenæ dicitur, à Peregrino Aquilejensi Patriarcha habitæ. Extat adhuc lapis marmoreus veteribus litteris incisus io eadem Ecclesia S. Helenæ iojuncta Cathedrali, cujus inscriptiools exemplum sequens est.

† Anno ab Incarnatione Domini millesimo CXL. primo die Mensis Decembris Indictione iij. Peregrinus Aquilejensis Patriarcha reconsecravit hanc Ecclesiam extra & intus more prædecessorum suorum Maxentii videlicet & Andreæ Patriarcharum, & in Sacello majoris altaris sua propria manu has reliquias, quarum nomina sunt hæc, imposuit, reliquiæ S. Gregorii Martyris, S. Joannis Evangelistæ, S. Andreæ Apostoli, Ss. Martyrum Hermagoræ & Fortunati, Ss. Hilarii, & Titiani, Ss. Sebastiani, & Cæsarii, Ss. confessorum Zenonis & Eusebii, Ss. virginum Cæciliæ, Agathæ, Anastasiæ, Mariæ Magdalenæ. Erat autem cum eo Riboldus Cardinalis S. R. E. Theobaldus Veronensis Episcopus, Manfredus Mantuanus Episcopus, Bonifacius Bellunensis Episcopus, Gilbertus Feltrensis Episcopus, Dethemarus Tergestinus Episcopus, Gregorius Adriensis Episcopus, Henricus Abbas S. Benedicti in Larone, Vivianus Abb. S. M. in Organo, Ubertus Abbas S. Petri Villæ novæ, Amicus, Thomas Præpositus Civitatis, Odelricus, Joannes Canonici Aquilejensis Ecclesiæ, Gilbertus Archipresbyter Veronensis Ecclesiæ, cæterique Canonici. Annuam denique XL. dierum absolutionem, ac tertiam partem minimorum peccatorum, & fraudem pœnitentium venientibus ad sacri hujus templi revolutam dedicationem, & octo dierum spatio post fecit, atque firmiter stabilivit.

Porro quænam fuerit occasio, cur nova hæc dedicatio vetustæ Ecclesiæ à Peregrino tanta celebritate sit renovata, vetustum monumentum in Canonicorum archivo reconditum præfert, cujus exemplar cum multum ad ejus ævi mores cognoscendos faciat, hic exscribi non pigebit.

In Nomine Domini Dei æterni.

Anno ab incarnatione Domini Nostri Jesu Christi MCXL. primo die mensis Decembris Indictione III. Regnante Conrado Romanorum rege. Cum olim antiquis temporibus Ecclesia B. Georgii sita intra civitatem Veronam prope matricularem Ecclesiam & juxta flumen Athesis rogatu Rotaldi Episcopi S. Veronensis Ecclesiæ, & Pacifici Archidiaconi, & totius Cleri ejusdem Ecclesiæ à Maxentio vener. Patriarcha S. Aquilegensis Ecclesiæ consecrata esset, sicut in eorum scriptis continetur, accidit livore & dolo malo quorumdam tempore Episcopi Teobaldi S. Veronensis Ecclesiæ, quod altare ejusdem Ecclesiæ b. Georgii violatum est. Cumque hoc Gilberto Archipresbytero aliisque suis fratribus jam dictus Episcopus patefecit, tam ipse Gilbertus Archipresbyter ejusque fratres, quorum nomina hæc sunt; Reginzo, Vitus cantor, Riubardus, Rusticus sacerdotes, Ubertus, Gandulfus, Vvaldus, Joannes diaconi, Bernardus, Sancius, Zeno, Haimerus, Adam, subdiaconi, Otto, Longus, Otto, Curtus, Ingleberius, Rudulfus, Tebaldus, Spaglardus, Tbertus de massa, Raimun-

dus, & reliqui dolentes & prędictam Ecclesiam b. Georgii in suo statu & honore restituere & retinere volentes, & cupientes: miserunt Peregrino Venerabili patriarchæ s. Aquilegiensis Ecclesiæ, quatenus ipse veniens Ecclesiam suam scilicet s. Georgii reconsecrando more prædecessorum suorum in suo statu restituat, atque reformet. Ipse verò Peregrinus vener. Patriarcha vir Deum timens & timoratus ad Veronam veniens communi consensu totius Cleri & populi cum hymnis & laudibus & canticis receptus est. Cumque hoc ita factum est tunc prędicto die jam dictus Peregrinus vener. Patriarcha in præsentia Episcoporum opem, & consilium sibi præstantium, quorum nomina hæc sunt Ribaldus Cardinalis S R. E. & Legatus domini Innocentii Papæ, Manfredus Mantuanus Episcopus, Bonifacius Bellunensis Episcopus, Gilbertus Feltrensis Episcopus, Dethemarus Tergestinus Episcopus, Gregorius Adriensis Episcopus, & etiam Tebaldus Veronensis Episcopus, Enricus Abbas monasterii s. Benedicti in Layrone & in præsentia Canonicorum s. Aquilegiensis Ecclesiæ, scilicet Bertoldus presbyter, Amicus Thomas Præpositus Civitatis, Odericus, Penno Joannes subdiaconi, & in præsentia totius Cleri Veronensis. Nobilis Abbas monasterii s. Zenonis, Vvardus Abbas monasterii s. Firmi, Eivianus Abbas monasterii s. Mariæ de Organo, Otto Abbas monasterii s. Nazarii, Peregrinus præpositus s. Georgii in Brayda, Rodulfus Archipresbyter congregationis civitatis, Girardus Archipresbyter s. Joannis in Valle, Petrus Archipresbyter de Leoniaco, Conradus Archipresbyter de Gretiana, Otto presbyter de s. Quirico, Otto diaconus s. Petri in Castello, Enricus diaconus de Lazise, Girardus presbyter s. Thomæ, Aldus presbyter s. Laurentii, Girardus presbyter Ss. Apostolorum, Matthæus presbyter s. Joannis in foro, Vivianus presbyter s. Benedicti, Dominicus presbyter s. Mariæ, Zeno presbyter S. Clementis, Martinus presbyter S. Mariæ Consolatricis, Joannes presbyter s. Cęciliæ, Adam presbyter S. Firmi de Corte alta, Christianus presbyter s. Justi, Gito presbyter s. Felicitatis, Orlandus presbyter S. Faustini, Bonus presbyter s. Stefani, Andreas presbyter de sancta Maria antiqua. nec non in presentia vassalorum ejusdem vener. Patriarchæ, & aliorum bonorũ hominũ Veronensium, quorum nomina hæc sunt, Joannes Vicedominus Aquileg. Patriarchæ, Vvarnerius de Brayda, Vvalpertus de Cavas, Tito de campo s. Petri, Ermanus de Manzano, Villanus de Caniclano, Odelricus ejus filius, Vveirandus de Grogiano, Olferichus, Edupertus, Macilinus, Odelricus, Fidericus, Ermanus, Bubiclarus, Olveradus, Artuichus, Conradus, Conradus regis denesmannus, Jordanus Advocatus Canonicorum S. Veronensis Ecclesiæ, Rodulfus ejus frater, Enricus filius Adæ, Tebaldus de Porto, Ugo de Leoniaco judices, Girardus de capite pontis, Aldus Pezafuca, Garguianus ejus filius, Arientius filiusque Girardi, Tebaldus Pelizarius, Bonus Villanus, Lanfrancus, Enricus, Inglerius, Benenatus, Tebaldus filij Garzonis fratres, Ante de corte alta, Lanfrancus, Morbius, Precede pastonarius filius Folcardi, Rainaldus, Milo de Fasella, Girardus Gambn, Inglematus de castello, Otto filius Oliverij, Ugo Murazius, Montenarius filius Bonizenonis, Albertus filius Godonis advocati, Ugo sine fatiga, Botus filius Octonis, Bonifacius, Gressus de Roncho Gonterius, Vivianus, Bevaeius, Zibellus, Adam ejus filij, Orlandus, Zeno filius Ardemanni, Rodulfus Rassus, Ardemannus Gilbertus de Runco, Aicardus fratres, & reliqui: jam dictam Ecclesiam B. Georgij sitam intra civitatem Veronam prope Matricularem Ecclesiam & juxta flumen Athesis, extra, & intus reconsecravit, & etiam altare, quod dolo malo violatum fuit, reliquiis Sanctorum suis propriis manibus in Sacello ejusdem altaris impositis reconsecravit, & in pristinum statum restituit, atque reformavit. Hæc autem sunt nomina sanctorum quorum reliquiæ impositæ sunt, reliquiæ beati Georgij Martyris Christi, S Joannis Evangelistæ, S. Andreæ, S. Zenonis Confessoris, SS. Martyrum Hermachoræ, & Fortunati, S. Hilarij & Titiani, S. Sebastiani, S. Cæsarij, SS. Virginum Cæliciæ, & Agathæ, S. Mariæ Magdalenæ, S. Eusebij. Cumque hæc omnia taliter gesta essent, ut supra dictum est, tunc jam d. Peregrinus Venerabilis Patriarcha firmiter statuit, atque præcepit, & coreoboravit, ut Canonici ejusdem Ecclesiæ B. Georgij, qui nunc sunt, vel pro temporibus erunt in ipsa Canonica B. Georgij Martyris, eo modo supradictam Ecclesiam teneant & regant, & in ea libere consistant, quemadmodum à Maxentio venerabili Patriarcha, Rotaldo Episcopo sanctæ Veronensis Ecclesiæ, & Pacifico Archidiacono postulantibus & consentientibus firmiter, atque inviolabiliter olim sancitum & constitutum est, id est, ut Canonici sanctæ Veronensis Ecclesiæ sint liberi in supradicta Ecclesia, atque Canonica beati Georgij sub jure, & dominio, atque regimine Aquilejensis Patriarchæ, ita ut nullus Episcopus, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, aliquam litem, vel molestiam, aut injuriam tam in officiis, quam in beneficiis illis inferre possit. Sed si quis contra eos aliquid dicere velit, ante Patriarchalem Sedem, sub cujus tutela sunt, eos conveniat, quatenus suam habentes, & retinentes justitiam securi valeant in sancta Dei Ecclesia militare. Sed quia nunquam deest malivolis, quod male cupiant, & si efficere nequeant, tamen hoc facinus ea cautione constringimus, ut sive vocetur Episcopus, non enim erit ille, sive presbyter, sive diaconus, aut alicujus ordinis clericus, sive Dux, aut Marchio, sive Comes, aut Vicecomes, sive magna, vel parva persona, qui aut illud destruere, aut ex iis, quæ de supradicta ecclesia beati Georgii juste, & legaliter fieri decrevimus, aliquid minuere, vel detrahere quæsierint, sive tentaverint: isti tales in alia vita cum nullo sanctorum habeant partem, sed cum Dathan, & Abiron, vel cum illis, quos diluvium mersit, aut terra deglutivit, & cum Pilato, & Juda traditore, & mago Simone, & Annania quoque, & Saphira, quos Beatus Petrus pro fraudata ecclesiastica damnavit pecunia, sint que anathema maranatha, & consortes à vita perpetua nisi resipuerint, & qui molitus id destruere, sit divisus à Deo, & separatus à sanctorum collegio. Obsecro propterea successores, quicunque fuerint, meos, ut dum hoc legerint scriptum solerter, & memorialiter habeant, & teneant.

Actum est in civitate Verona in claustro Canonicorum S. Veronensis Ecclesiæ feliciter.

Ego Paltonarius notarius Sacri Palatii in his omnibus interfui, & ex mandato Domini Peregrini Venerabilis Patriarchæ, & aliorum Episcoporum hanc chartulam scripsi.

† *Ego Gilbertus s. Veronensis Ecclesię Archipresb. interfui, & subsc.*

† *Ego Ugo Causidicus interfui, & subsc.*

† *Ego Gregorius Adriensis Episcopus interfui, & subsc.*

† *Ego Gervasius Concordiensis Episcopus subsc.*

† *Ego Bonifacius Bellunensis Episc. interfui & ss.*

† *Ego Azo Cenetensis Episcopus subsc.*

† *Ego Gregorius Tarvisinus episc ss.*

† *Ego Lotharius Vicentinæ Ecclesiæ episc. ss.*

† *Ego Gisbertus epis. Feltren. interfui, & ss.*

† *Ego Peregrinus Dei gratia S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha jam dictam Ecclesiam B. Georgii extra, & intus jure prædecessorum meorum consecravi, & confirmavi, & subsc.*

Reperi ego in M. S. codice in Vaticana Bibliotheca signato numero 1322. ad calcem de altaris S. Georgii violatione in hunc modum.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1140. die Mercurii, qui fuit Id. Maji. Ego Guillelmus Archipresbyter vocatus ab Episcopo Theobaldo per Sichertum Sacerdotem in ecclesia B. Georgii, multa mihi sunt prolata ab Episcopo, tandem ad id quod intendebat, pervenit, dicendo, quod altare B. Georgii violatum esset. & hoc ipse asserebat fiae veritate, per Sichertum, & Joannem Sacerdotes, & hoc in præ-

sen-

sentia mea dicebat, & Gerardi Archipresbyteri S. Joannis in Valle, & ipsius Sicberti presbyteri, & hoc idem Sicberius affirmabat verum esse. Inter hæc verba Episcopus dixit, si tibi placet, nos omnes scilicet ego, & tu Archipresbyter Sancti Joannis in Valle, & Sicberius, & Joannes sacerdotes cum Joanne diacono modo plane possumus hoc restituere in pristinum statum, ita ut multi alii sciens præter vos.

In hac ipsa ecclesia in locello prope altare S. Helenæ aliæ in aliorum reliquiæ reconditæ fuerunt ab Andrea Aquilejensi Patriarcha circa annum Domini 828. ut literæ in lapide incisæ proloquebantur.

Reliquiæ de Ligno Crucis Domini, & de ejus sepulchro, de Sudario Domini, Reliquiæ s. Mariæ, s. Joannis Apostoli, s. Joannis Baptistæ, s. Petri Apostoli, s. Andreæ Apostoli, s. Jacobi Apostoli, dens Callisti Papæ & Mart. s. Chrysogoni Mart. s. Faustini Mart. s. Jovitæ Mart. s. Felicis Mart. s. Fortunati Mart. s. Firmi Mart. s. Rustici Mart. s. Sisinii Martyr. s. Alexandri Mart. s. Martyrii Mart. s. Epuli Mart. s. Gregorii Mart. s. Georgii Mart. s. Christophori Mart. s. Vigilii Confess. s. Proculi Confess. s. Zenonis Conf. s. Filiastri Confess. s. Augustini Confess. has Reliquias Andreas Ven. Patriarcha manu sua in Locello hujus condidit.

In Canonicorum tabulario reperitur Innocentij II. diploma ad favorem Gilberti Archipresb. cæterorumque Canonicorum Ecclesiæ Veronen. iisdem omnino verbis conceptum, quibus Callisti II. diploma supra notatum.

Datum Laterani per manum Americi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diac. Card. & Cancellarij 16. Kal. Maij Ind. 3. Incarnationis Dominicæ an. 1140. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ II. an. 11.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Conradus Sabinensis Episc.
Ego Theodovinus Episc. Portuensis, & S. Rufinæ.
Ego Anselmus presb. card. tit. S. Lauren. in Lucina.
Ego Gotifredus presb. card. tit. S. . . . . . .
Ego Grisogonus presb. card. tit. S. Praxedis.
Ego Presbyter de titulo Pastoris cardinalis presb.
Ego VV. presb. card. tit. S. Grisogoni.
Ego Gozo presb. card. tit. S. Cæciliæ.
Ego Gregorius diac. card. SS. Sergij, & Bachi.
Ego Otto diac. card. S. Georgij ad velum aureum.
Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Dominica.
Ego Thomas S. R. E. Diac. Card.

Magna post hæc inter Theobaldum Episcopum, & Gilbertum Archipresbyterum, cæterosque Canonicos Veronensis Ecclesiæ pro castro Ceretæ, ejusque districtu, & juribus non semel agitata lis fuit, quæ tandem ex Eugenij III. Papæ beneplacito per Vvidonem de Crema S. R. E. Card. & Peregrinum Aquilejensem Patriarcham sedata est ad Canonicorum favorem; cujus rei factum cum magni faciat ad statum illius Ecclesiæ agnoscendum, hic libet ex libello originali in eodem tabulario conservato transferre.

In nomine Domini Dei æterni.

Die Mercurij, qui est secunda die mensis Januarij. In civitate Verona in Sala vener. Episcopi Tebaldi s. Veronensis Ecclesiæ ante Vvidonem Cardinalem missum, & legatum D. Eugenij Papæ S. R. E. ad determinandam, atque finiendam hanc litem, nec non in præsentia clericorum, & laicorum, quorum nomina hæc sunt; Henricus Patriarcha de Grado de Venetia, Nobilis Abbas monasterij s. Zenonis, Henricus Archipresbyter ecclesiæ s. Martini de Hegraro, Rozo Presbyter de Albuciano, Henricus magister Lazise, & reliqui clerici: laici hi sunt, Vvido Busellus, Adam de Scala, Bonuszeno filius Lamberti, Joannes de Melara judices, Bertrarinus Notar. Atto Penrada, Eliezar ejus nepos, Jordanus Advocatus, Grepo Conradus de Mogero, Muaduga panis feria, Garsendonius Vvulabrimus, Arpo, Bernardus fratres, Girardus Gamba, Rainaldus de Ca-

A *stelloruptor, Ardemanus, Rodulphus, Rasso, Conradus Calzaverus, Joannes, Montecilus, Lusco, Rudolinus, Tancredus, Girardus ejus filius, Vivianus, Rovedr, Riprandus fratres, Isuardus Molinarius ejus filius, Baldoinus de Pressoaldo, Enricus Ossidobos, Muso de Visiga, Joannes Morsio, Oliverius Oluradas, Balduinus fratres, Henricus filius Viviani, Conradus filius Aicardi, Zincerla, Vuenolus, Adrianus fratres, Bonus, Zeno filius Comitis, Vbaldus Pistor, Rodulphus Gorgindo, Robertus, Girardus de Valle, Tebaldus de Vido, Vvalfredus, Carlasaris ejus filius, Marsilius de Riganzo, Odo filius Sigenfredus, Rodulphus filius Rodulphi de Ponte, Rafaldus de Curte, Tebaldus, Erzobonus mutarij, Muso filius Vvaldi, Adam filius Rodulphi, Garseadonas, Odo fratres, Opizo, Zeno fratres, & reliqui cives Veronenses; ibiq; in eorum præsentia lis, & controversia erat jam dictum Tebaldum vener. Episcopum S. Veronensis Ecclesiæ, necnon & inter Gilbertum Archipresbyterum s. Mariæ, & s. Georgij majoris Veron.* B *Eccles. de placito, & de districto, & de portis, & de multonibus & de albergariis totius curtis, & totius loci, qui vocatur Cereta, secundum quod Comes Albericus olim habuit, & tenuit ipse quippe Tebaldus Episcopus petebat possessionem totius suprascriptæ curtis de Cereta, & etiam dicebat ipsam curtem de Cereta esse juris Episcopatus his rationibus. Et quod Zufetus S. Veronensis Ecclesiæ Episcopus olim investivit per feudum Comitissam Matildam de ipso loco, qui dicitur Cereta, quod nullo modo probare potuit. Similiter dicebat, quod Bernardus Episcopus S. Veronensis Ecclesiæ olim investivit per feudum Marchionem Albertum de eodem loco Cereta, & idem petebat possessionem per interdictum unde vi, & etiam per constitutiones, quod similiter non probavit. Ibique etiam idem Episcopus Tebaldus ostendit quoddam præceptum Othonis Imp. in quo continebatur, quod idem pijssimus Imperator concessit Episcopatui Veronensi, curtem scilicet Regiam, & Corresdum, quod abique non esse perfectum dicebatur. Illud etiam præceptum* C *de Cereta nihil dicebat. Ipse vero Gilbertus Archipresbyter omni modo eidem Episcopo Tebaldo contradicebat. Dicebat enim quod suprascripta Ecclesia s. Mariæ, & s. Georgii semper olim ipsam curtem de Cereta possedit, & adhuc juste possidet. Ostendit quippe ibi chartam per manum notarii scriptam, in qua continebatur quod Canonici s. ecclesiæ s. Mariæ, & s. Georgii olim cuidam Isuardo jure locationis usque ad certum tempus, hoc est in viginti, & novem annis castellum de Cereta, cum muris, & hominibus, & placito, & districto, & preco dederunt pro accipienda pensione ab eodem Isuardo in omni anno, hoc est centum solidos denariorum Veronensium. Similiter idem Gilbertus Archipresbyter ostendit ibi aliam chartam per manum tabellionis scriptam in qua continebatur, quod idem supradictus Isuardus ipsum castrum de Cereta cum placito, & districto, & preco similiter jure locationis cuidam Marchioni, & Duci Bonifacio patri ipsius suprascriptæ Comitissæ Matildis dedit in tantum scilicet tempus, in quantum ipse Isuardus habere de-* D *bebat, & ideo suprascripta Ecclesia semper possedit, quia is possidet, cujus nomine possidetur. Et si ipsa Comitissa Matildis investituram ab Episcopo Zofeto accepisset, aut si Marchio Albericus ab Episcopo Bernardo investituram accepisset, nihil tamen suprascriptæ Ecclesiæ noceret, quia sibi causam possessionis nullo modo mutare potuerunt, & Episcopatus nullam possessionem per ipsam investituram acquisivisset, maxime cum ipsi Episcopi corporaliter ingressi non fuit in ipso loco Cereta. Ostendit etiam ipse Gilbertus Archipresbyter multa, ac plura præcepta antiquorum, & modernorum Imperatorum, scilicet Othonis I. Othonis II. & Conradi, & Henrici I. Henrici II. & Henrici III. pijssimi Imperatoris Lotharii III. in quibus continebatur, quod suprascripti Imperatores concesserunt, & dederunt S. Mariæ & s. Georgii ipsam curtem de Cereta cum placito, & districto, & cum omni publica functione, & reddita ipsius loci de Cereta. Ostendit etiam idem Gilbertus Archipresbyter chartam per manum*

tabellionis scriptam, quod supradictus piissimus Lotharius Imperator confirmavit, & dedit possessionem ejusdem curtis de Cereta suprascriptæ Ecclesię. Cumque inter se taliter viriliter, atque acriter litigarent, & dilationes multæ & plures datę essent, & utriusque partis rationibus auditis, & cognitionaliter examinatis; tunc supradictus Wido Cardinalis, & Legatus Eugenii Papæ ad cognoscendum super hoc negotio talem difinitivam sententiam dixit. Ego absolvo Gilbertum Archipresbyterum, ejusque fratres ab hac lite de Cereta, & jubeo ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & ex parte D. Eugenii Papæ, & ex mea parte, ut Episcopus Tebaldus, ejusque successores nullam litem, vel controversiam eidem Giberto Archipresbytero ejusque fratribus atque eorum successoribus de suprascriptis causis & rebus faciant, sed semper eos in perpetuum quiete habere sinant. Et cum ipse Vuido Cardinalis talem sententiam dixit, tunc ipse Tebaldus Episcopus ipsam sententiam laudavit, & corroboravit, & per omnia firmavit, & etiam idem Episcopus Tebaldus fecit finem de suprascriptis causis, & rebus per fustem quem in manu sua tenebat in manibus ipsius Gilberti Archipresbyteri, ejusque fratrum quorum nomina hæc sunt. Conradus presbyter, Puncinus, Otbolongus, Benzo, Tebaldus interveniente stipulatione sub pœna centum marcharum argenti, & soluta pœna hoc, præsens finis in perpetuum permaneat. Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo quadragesimo sexto suprascripto die, Indictione nona.

Ego Paltonarius Notarius Sacri Palatii interfui, & hoc Breve scripsi.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Gilberto Archipresbytero, cæterisque Veronensis Ecclesiæ Canonicis salutem, & Apostolicam benedictionem. Officii nostri nos hortatur auctoritas ecclesias, & ecclesiasticas personas affectione paterna diligere, & earum quieti & utilitati salubriter imposterum, auxiliante Domino providere. Dilecti in Domino filii vestris justis petitionibus gratum impertientes assensum, diffinitionem causæ, quæ inter vos, & venerabilem fratrem nostrum Tebaldum Episcopum vestrum super castro Ceretæ, ac villa, atque districta ejusdem loci agebatur à Vuidone Presb. Card. canonice factam ratam manere censemus, atque ipsum castrum cum eadem villa, & districto sicut vobis rationabiliter adjudicata sunt auctoritate Apostolica confirmamus. Si quis autē hanc nostrę confirmationis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonitus si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, atque indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus incurrat.

Datum Viterbii 14. Kal. Augusti.

In Nomine Domini Dei æterni.

Lis, & controversia erat inter Comites de Runco, scilicet Girardum, & Grassum, & Albertum Surdum, & Falconem ejus fratrem, & tutores filii Comitis Malregolati videlicet Elizarem, & Albertum Teneam, necnon, & Gilbertum Archipresbyterum ejusque fratres Canonicos s. Mariæ, & s. Georgii majoris Veronensis Ecclesiæ de placito, & districto totius curte de Cereta ante Consules civitatis Veronæ, quorum nomina hæc sunt. Henricus filius Adæ Judicis, Balduinus de Scala, Otho de Capitepontis, Ermanus de Arboreja. Ipsi quippe Comites petebant possessionem totius suprascriptæ curtis de Cereta dicentes suum feudum hæreditarium esse. Ipse vero Gilbertus Archipresbyter, ejusque fratres omnimodo eis contradicebant: dicebant enim possessionem eis non esse restituendam, quia ipsi in aliquo tempore ipsam curtem non possederunt, & nec possessionem eis absolverunt, immo etiam se juste possidere dicebant, eo quod Lotharius Imperator eis possessionem suprascriptæ curtis dedit & confirmavit, & etiam multa, ac plura præcepta Imperatorum, & multa privilegia Pontificum Sanctæ Romanę Ecclesiæ ostendebant, in quibus continebatur placita, & districta suprascriptæ curtis sibi esse data ac concessa; ostendebant etiam quasdam chartas dicentes, Canonicos suprascriptæ suæ Ecclesiæ placita, & districta suprascriptę curtis olim jure locationis usque ad certum tempus cuidam Isnardo dedisse, & ipse Isnardus similiter jure locationis Marchioni Bonifacio patri Comitissæ Matildis dedisse; dicebant etiam ipsos Comites possessionem petere non posse, quia vim faciendo jus suum amiserunt, rapiendo scilicet bona, & res ipsorum Canonicorum, & aliorum plurium, ac multorum hominum. Cumque, & inter se taliter litigarent, & discreparent, & dilationes plures, ac multæ datæ essent, tunc die Lunæ, qui est quatordecim Kal. Junii in civitate Verona in sala venerabilis Episcopi Tebaldi S. Veronensis Ecclesiæ in præsentia ejusdem Episcopi jamdictus Henricus Consul consilio aliorum Consulum talem sententiam dixit. Ego secundum illas rationes, quas audivi absolvo Canonicos ab hac lite, & ab hoc petitorio judicio possessionis scilicet de suprascripta curte Cereta; similiter Baldoinus de Scala Consul hoc idem dixit, & hanc eamdem sententiam laudavit, & firmavit. Similiter Otho de Theobaldo Consul laudavit sententiam quam antea dixerat, & addendo dixit se semper hanc sententiam in omni loco defensurum; similiter Ermanus Consul hanc sententiam audiens dixit, huic sententiæ non contradico, & nec ab ea dissentio. Factum est hoc in præsentia bonorum hominum, quorum nomina hæc sunt, Bonuszeno de Lambesto, Otho filius Eemenardi Gurigli, Bonifacius Scerpo, Calojannes de Suave, Pegorarius Mainerius, Rodulfus Rasso, Bonagente Brancabaldo, Ratse, Ogerius Rainaldus de Castelrupto, Joannes Galta, Taglada de Greciana, Joannes Parmesanus, & reliquorum. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo quadragesimo septimo, suprascripto die, Indict. decima, Conrado piissimo Romanorum Rege regnante.

Ego Paltonarius Notarius sacri Palatii interfui, & hoc Breve scripsi.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri T. Veronensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedict. Pervenit ad nos, quod quidam nobiles tuę civitatis Veronen. Ecclesiam supra quodam castro, quod ipsa Ecclesia per concessionem Imperatorum, & Romanæ Ecclesiæ confirmationem diu in pace possedit, & libere tenuit, noviter inquietant, & tu etiam cum ipsis contra fratrum tuorum voluntatem, & prohibitionem super hoc, causam ingressus es. Quia igitur ipsius Ecclesiæ possessiones, & bona cujuslibet injuria, vel negligentia amitti nolumus, per præsentia tibi scripta mandamus quatenus nullum judicium, vel pactum ipsis super hoc inias, immo eos sine dilatione districte commoneas, ut castrum ipsum, & alias possessiones quas Veron. Ecclesia hactenus quiete possedit sibi dimittant, & eam exinde inquietare de cætero non præsumant: verum si justitiam se habere confidunt in præsentia dilecti filij nostri G. presbyteri Cardinalis tecum accedant, & ibidem quod justum fuerit obtineant. Quod si facere, & ab Ecclesiæ infestatione desistere noluerint, tanquam de ecclesiasticarum rerum pervasoribus de ipsis justitiam facias. Dat. apud Montemlubricum 2. Id. Septembris.

Die Jovis, qui fuit 10. Kal. Septemb. in palatio Tebaldi Veron. Episcopi Gilbertus majoris Ecclesiæ Archipresbyter cum fratribus suis videlicet Vito, & Vuzo presbyteris, Pontio, Benzone subdiaconis, Bernardo diacono, Ottone longo, Ottone curto, Rodalpho, Tebaldo, Bernardino accolitis, Manfredo Rasuerio in quorundam sacerdotum civitatis, ac Episcopatus præsentia, scilicet Peregrini magistri Rustici, & Archipresbyteri Benedicti, & Ottonis de Calavena, ac Raymundi Archipresbyteri Saudodi, pro interdicto, & apostolica appellatione placiti Ceretæ coram nobilium multitudine facta. Quod Tebaldus Veronensis Episcopus nullam S. R. Ecclesiæ reverentiam exhibere agebat, iterum ad Sedem Apostolicam ipsum appellavit, anno Domini 1145.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri T. Veronensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte communium filiorum Veron. Canonicorum nobis significatum esse cognoscas, quod tu propter excessus civium ejusdem loci, qui bona, & possessiones eorum violenter occupant, & contra justitiam detinent, in ipsa civitate divina celebrari officia prohibueris. Nos autem idem interdictum à te canonice factam ratum habentes, per Apostolica tibi scripta præcipiendo mandamus, quatenus illud tam diu firmiter facias observari, quo usque iidem pervasores præfatis Canonicis omnia injuste ablata integre restituant, aut cum ipsis de querimonia eadem amicabiliter conveniant. Si vero aliquis sacerdotum ipsius loci contra interdictum ipsius loci divina celebrare officia præsumserit canonica censura ita eum coerceas, ut cæteri metum habeant. Præterea Eleazarum & Pil. filium ejus; Aldericum quoque, Redaldum, Conradum, Mugeti filium, Bachel, Regrigium, Gilbertum, Vbertam fratres Alberici pastoris, qui bona ipsorum Canonicorum, sicut eorum querimonia indicat, & redditus contra justitiam detinent, districte commoneas, ut eadem omnia injuste detenta restituant, & de cætero ab eorum infestatione conquiescant. Quod si post commonitionem tuam contemptores extiterint, canonicam de ipsis justitiam facias: postremo sententiam excommunicationis, quam ex mandato G. presbyteri Cardinalis tunc Apostolicæ Sedis legati in Gir. Grassum & filios ejus, Albertum quoque Surdum, & fratrem ejus, atque alios quosdam pervasores bonorum Veronen. Ecclesiæ canonice protulisti, per parrochiam tuam, quousque satisfaciant, firmiter facias observari, nec eos aliquo modo absolvas donec eosdem Canonicos ab eorum infestatione omnino expedias; illos quoque, qui castram eorum de Pruno nuper combusserunt, & homines ejusdem loci deprædati sunt districte commoneas, ut omnia ablata, & damna injuste illata cum integritate restituant, & ab ipsorum infestatione omnino desistant, quod si infra XL. dies postquam præsentia scripta susceperis, facere contempserint, in ipsos sententiam excommunicationis proferas, & quousque satisfaciant, per parrochiam tuam firmiter facias observari. Dat. Viterbij XIIII. Kal. August.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus A. Tridentino Episcopo, L. Vicent. & B. Paduano Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte filiorum nostrorum Canonicorum Veronens. querimoniam accepimus, quod Comes Od. & filius ejus Pastro, & cognati ipsius, hæredes quoque, & consanguinei, Hen. de Vico Ardri, & alij quidam parochiani vestri bona, & possessiones Veronen. Ecclesiæ violenter occupent, & injuste detineant. Quia igitur officij nostri est debitum, eis justitiam exhibere, fraternitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus infra XL. dies post quam præsentia scripta susceperitis præfatos parochianos vestros districte commoneatis, ut eadem eis bona, atque possessiones injuste ablatas cum integritate restituant, & de cætero nihil tale contra Veronen. Ecclesiam facere præsumant. Quod sic post commonitionem vestram contemptores extiterint, canonica eos censura coerceatis. Dat. Viterbij XIIII. Kal. August.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri T. Veronen Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem. Memoriter te credimus retinere, quod excommunicationem in persecutores Veronensis Ecclesiæ, & interdictum civitatis à te canonice promulgatam sedis Apostolicæ auctoritate firmavimus, & firmiter teneri præcepimus. Sed sicut accepimus ipsum interdictum, & excommunicatio nec à presbyteris de Runcho, nec à multis aliis servatur. Quia igitur parum proderit sacrilegos interdicere, vel excommunicare, si sententia observata non fuerit, per Apostolica tibi scripta mandamus, atque præcipimus quatenus illud, & illam etiam, quam in presbyteros de Runcho pro contemptu, & inobedientia canonice promulgasti, usque ad condignam satisfactionem observari firmiter facias. De aliis quoque presbyteris, qui eam observare contempserunt secundum institutionem canonum nihilhominus justitiam facias, & Odel. & Saccetum & Eleazarum ab infestatione Canonicorum cessare Ecclesiastica censura coerceas. Tu quoque eorumdem fratrum tuorum pro debita tui officij paci, & tranquillitati studiose provideas. Dat. Viterbij x. Kal. Januar.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri L. Vicentino Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Perlatus est clamor ad aures nostras, quod Archipresbyter S. Bonifacij quibusdam malefactoribus, pro damnis & injuriis Veronen. Ecclesiæ illatis excommunicatis, communicare præsumit, & uni etiam ex ipsis temerario ausu crucem imposuit, in quo quantum deliquerit fraternitati tuæ non credimus esse incognitum. Quo circa per Apostolica tibi scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus talem de ipso Archipresbytero justitiam facias, ut ipse præsumptionis suæ dignam sentiat ultionem, & alij suæ correctionis exemplo similia timeant perpetrare. Dat. Viterbij x. Kal. Jan.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri T. Veronen. Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Per alia tibi scripta sæpe mandasse meminimus, ut de invasoribus illis, qui bona, & possessiones filiorum nostrorum Canonicorum Ecclesiæ Veron. violenter & contra rationem detinent, canonicam justitiam faceres. Quod, sicut eorum repetita querimonia indicat, nondum est effectui mancipatum: unde plurimum admiramur, & valde dolemus. Divina enim officia, quæ tu ipse propter excessus quorundam parrochianorum tuorum in Veronensi civitate prohibueras celebrari, contra præceptum nostrorum, quod tibi super hoc feceramus, videlicet ut idem interdictum usque ad condignam satisfactionem firmiter faceres observari, nulla satisfactione habita reddidisti. Quia igitur præfatis Canonicis in sua justitia deesse non possumus, nec debemus, per iterata tibi scripta præcipiendo mandamus, quatenus E. & P filium ejus Ald. Recl. Ans. Reg. Odel. Saccetum districte commoneas ut bona prætaxatæ Ecclesiæ cum integritate restituant, & de cætero ab ejus infestatione desistant, quod si facere contempserint infra xxx. dies post quam præsentia scripta susceperis, canonica eos censura, remota occasione, coerceas, & à sententia, quam in ipsos canonice promulgaveris, donec satisfecerint, minime solvas.

Dat. Treveri xi. Kal. Jan.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri P. Aquilejensi Patriarchæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Officij nostri debito provocamur Ecclesiis tam vicine, quam longe positis paternæ sollicitudinis studio providere. Significatum vero nobis est quod G. C. & filium A & fratrem ejus, qui propterea excommunicationis vinculo fuerant innodati, quia filiorum nostrorum Veronensis Ecclesiç Canonicorum bona injuste jam dudum, & violenter obtinere prçsumunt non prçstita satisfactione, unde valde miramur, absolveris, quod quam grave, quantaque correctione sit dignum, tuam prudentiam non credimus ignorare, quos quamvis in eamdem sententiam de ratione revocare possemus, ad prçsens tamen tibi deferre volentes, duximus differendum. Sed quoniam prçfatam Ecclesiam sua nolumus justitia defraudari: prçsentium tibi auctoritate prçcipimus, quatenus prçnominatos milites districte commoneas, ut bona Veron. Ecclesiç, quç injuste detinent prçfatis Canonicis libere, & in pace dimittant: quod si contemptores extiterint infra triginta dies post quam prçsentia scripta susceperis, eos in eamdem sententiam revoces, nec absolvantur donec Veronensi Ecclesiç omnia ablata restituant. Datum Treveri xi. Kalendas Jan.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri P. Aquilejensi Patriarchæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Significatum no-

bis est, quod Venerabilis frater noster T. Veronensis Episcopus pro discordia, quæ inter Comites de Runcho Girardum videlicet Grassum, Albertum Surdum, & filium Maleregolati Comitis, & Veronenses Canonicos agebatur: ipsis Canonicis pro Comitibus CCC. lib. Veronensis monetæ persolvit, iidem vero Comites pro quibusdam prædis, quas Canonicis fecerunt, eisdem adhuc tenentur obnoxii. Quia igitur adhoc in sede justitiæ, disponente Domino, constituti sumus, ut cuique sua jura per nos serventur, per Apostolica tibi scripta præcipiendo mandamus, quatenus prædictis Comitibus per juramentum, quo tibi tenentur obstricti, firmiter præcipias, ut prædicto fratri nostro Veronensi Episcopo 300. lib. easolvant, & prædia Canonicis cum integritate restituant. Quod si facere contempserint, eos in eadem excommunicationis sententia, qua prius tenebantur, sine dilatione reponas. Dat. Remis.

P. Dei gratia Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Minister.

Dilectis in Christo G. Veronensis Archipresbytero & cæteris Canonicis cum dilectione salutem. De discordia illa quæ est inter vos, & Dominum Gerardum, & propinquos ejus dolemus. Unde mandamus vobis, ut Archipresbyter cum aliquibus de fratribus in Purificatione S. Mariæ ad nos veniant, quia Deo annuente causam illam secundum honorem Dei, ac vestrum terminare certo intendimus.

P. Dei gratia sanctæ Aquilejensis Ecclesię Minister.

Dilecto in Christo fratri G. venerabili Archipresbytero cæterisque ejusdem Ecclesiæ Canonicis cum syncera dilectione salutem. Super discordia, quæ inter vos, & Gerardum de Sancto Bonifacio, & ejus propinquos versatur discretionem vestram jam dudum rogavimus, sed petiones nostræ nullum erga vos obtinuerunt effectum; quia vero pro justitia Ecclesiæ vestræ vos laborare videbamus patienter tulimus. Nunc autem quoniam eum pregravari videmus, præsertim cum pignoribus se ad satisfactionem obligaverit, & super præceptis nostris, vel Veronensis Episcopi sacramentis se obediturum affirmare velit, per præsentia scripta vobis mandamus, atque præcipimus, quatenus eum causa justitiæ, & nostra absolvere faciatis.

P. sanctæ Aquilejen. Ecclesiæ Patriarcha.

Dilectis fratribus G. Archipresbytero, & cæteris Veronensibus Ecclesiæ Canonicis salutem, & benedictionem. De controversia, quæ inter vos, & Girardum, & consanguineos ejus est qualiter gerimus per præsentia scripta vobis significamus: totum negotium, omni frustratoria occasione semota, libere nobis commisit, & mandatis nostris obedire, juramento interposito, promisit. Dilectionem itaque vestram commoneates rogamus, atque præcipimus, ut eamdem litem dirimendam, & auctore Deo, vel secundum justitiam, vel secundum bonam convenientiam finiendam, in nobis ponatis, infra hoc tempus omnia in pace consistant quia quantocius poterimus vel in propria vel si forte impediti fuerimus per idoneos legatos in præsentia dilecti fratris, & amici nostri T. Episcopi vestri sicut prænotavimus causam vestram terminabimus.

P. Dei gratia sanctæ Aquilejen. Ecclesiæ Minist. G. Archipresbytero Veronensi, & cæteris ejusdem Ecclesiæ Canonicis cum syncera dilectione salutem.

Dilectus fidelis noster Dominus Gerardus ad nos veniens asseruit, se juxta mandatum Domini Papæ velle terram, quam invaserat, dimittere, & quicquid inde abstulit ex quo juramentũ fecit reddere, sed vero eum suscipere noluistis. Mandamus itaque dilectioni vestræ, ut causa nostri eum benigne tractetis, & ita quod nos gratias referre habeamus, & si nobis committere volueritis ad honorem Dei, & vestri terminabimus.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto Filio Vv. presbytero Cardinali salutem, & Apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos quod quidam nobiles viri Veron. civitatis Veronensem Ecclesiam super quodam castro, quod ipsa Ecclesia per concessionem Imperatoris, & Romanæ Ecclesiæ confirmationem diu in pace possedit, & libere tenuit, noviter inquietant, & frater noster etiam T. Episcopus cum ipsis contra fratrum suorum voluntatem, & prohibitionem super hoc causam ingressus est. Quia igitur ipsius Ecclesiæ possessiones, & bona cujuslibet injuria, vel negligentia amitti nolumus eidem Episcopo per litteras nostras mandavimus quatenus nullum judicium, vel pactum cum ipsis super hoc ineat, immo eos sine dilatione districte commoneat, ut castrum ipsum, & alias possessiones, quas Veronen. Ecclesia hactenus quiete possedit, sibi dimittant, & eam exinde inquietare de cætero non præsumant. Verum si justitiam se habere confidunt ad præsentiam tuam secum accedant, & ibidem quod justum fuerit obtineant. Tibi vero per præsentia scripta mandamus, quatenus congruo loco, & tempore tam eumdem Episcopum, Archipresbyterum quoque, & clericos, quam nobiles ante tuam evoces præsentiam, & causa ipsa ab utraque parte diligenter cognita ordine judiciario eam definias.

Dat. apud Montem Lubricum. Id. sempt.

In Nomine Domini Dei Æterni.

Die Veneris, qui est tertiodecimo Kal. septemb. in civitate Brixia in scala lapidea, quæ est juxta ecclesiam S. Mariæ, & intra curtem Canonicorum in præsentia clericorum, & laicorum, quorum nomina hæc sunt Aribertus, & Vvido, & item Vvido de Crema Cardinalis sanctæ Rom. Ecclesiæ, Peregrinus Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, Tebaldus Venerabilis Episcopus sanctæ Veron. Ecclesiæ, Bonus Zeno filius Lamberti, item Bonus Zeno, Mangrassus, & reliqui, ibique Girardus de sancto Petro in Godis ita juravit. De omnibus illis causis de quibus Dom. Papa mandavit Patriarchæ ut excommunicaret me, & alios Comites de Runcho; Ego Girardus non evitabo audire præceptum Domini Papæ, quod mihi faciet per se, aut per suum Nuntium, aut per ejus litteras, & illud præceptum observabo sine fraude & malo ingenio. Sic Deus me adjuvet, & hæc sancta Evangelia. Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi 1148. supra scripto die Indict. XI.

Ego Paltonarius notarius sacri Palatij interfui, & hoc Breve scripsi.

Consilium Mediolanensium.

Quia longe commodius est possidere, quam petere, & ideo cum sæpissime conflictus de possessione habeatur, possessionem Basilicæ confirmandam, & adversæ parti minus esse restituenda putamus, cum possessionem datam, vel confirmatam per Imperatorem reperimus, quia juste possidet, qui auctore Prætore possidet, justius igitur principe auctore, præsertim cum sine vi Comitibus illata, & vitio apprehensa possessio non fuerit. Petitorio autem judicio eos frustra experiri existimamus, cum feudi investituram minime, & ei servitium hujus rei factum esse probatur, & ut feudum consistat utriusque ejus consuetudine desideratur. Cum etiam filiorum probationem exhibuissent de hoc negotio penitus cassarent, quia quod Comitissa Matildis jure conditionis detinebat, aliis in feudum dare non potuit, quia qui in feudum dat, illius jure dare intelligitur, quod colonus facere non potuit, cum ipse id juris non habeat: suprascriptam autem Comitissam Matildam colonario jure has possessiones tenuisse instrumentis percipitur, quæ sunt potiora talibus testibus. Item quod Comites allegant, hanc controversiam debere examinari non secundum leges, sed feudi usum, ut quaquam verum fore putamus. Sive ergo possessorio, sive petitorio experiantur judicio, eos procul à limine judiciorum expellendos fore concipimus. Hoc consilium dederunt judices Mediolanenses, Obertus qui dicitur de Orto, Stephinardus, Gerardus, qui dicitur Cagapesto, Ottobonus de Concorezo, Gregorius qui dicitur Caga in arca, Marchio qui dicitur Caleagnolo. Laici vero hi sunt: Riprandus vexillifer, Ugo qui dicitur de Rodo, Albericus de Palazo, Malastreva, & alij quam plures.

Con-

Consilium Brixiensium.

Ex his quæ allata fuere firmissime credimus nullatenus probatum esse, Comitem Ubertum curtem Ceretæ albergariam sive districtum ejusdem nomine feudi possedisse. Pro Henrico autem ejus filio licet plures testes videantur producti, non tamen arbitramur sufficienter probatum ipsum sibi possedisse, & hereditario jure conditionales albergarias, vel districtum nomine feudi habuisse, maxime cum Marchio Albertus, ac ejus pater Bonifacius absque controversia Comitum, videlicet Herici ejus fratris, ac cæterorum usque ad finem vitæ inconcusse possederint atque e contrario dicatur ad Comitem Bonifacium per Comitissam Matildam, & Albertum tertium ejus socerum præfatam curtem fore delatam. Cum igitur constare videatur partem Canonicorum absque vitio post mortem Marchionis Alberti possessionem apprehendisse, & auctoritate Imperatoris usque nunc possedisse, dicimus partem Comitum frustra intendere possessorium judicium, vel jure proprio, cum Marchio tempore tanto quiete possederit, vel hæreditario, cum nullatenus doceant vel Comitissam Mathildam, vel aliquem Comitum à parte Canonicorum ullo tempore habuisse in beneficium, sed in publicis instrumentis constat jure conductionis ad Comitissam Mathildam fore delatam, unde dicimus nulla extrinsecus accedente causa possessionem sibi non potuisse mutari, vel præscriptionem ipsam vel personas ab ea venientes contra Canonicos interim acquisisse, nec post mortem ejus tantum temporis credimus effluxisse, per quod si non possidet Ecclesia, pars Comitum agentes contra Canonicos possint expellere. Omni igitur tam morali, quam legitimo dicimus partem Comitum possessorio, vel petitorio judicio intendentem modo excludendam. Hoc consilium dederunt judices Brixienses; Hermanus qui dicitur de Caradonna, Gerardus de Bornado, & alter Gerardus de porta sancti Andreæ. Laici vere hi sunt. Comes Albertus, Opizo de Poute Carario, Albertus vexillifer, Albertus de Ponte Carario, Artusius de Visano, & alii quamplures. Sententia vero lata à Vuidone Card. legato est hujusmodi.

In nomine Dei æterni.

Die Mercurii, qui est secundo die mensis Januarii in civitate Veronæ in sala Venerab. Episcopi Thebaldi S. Veronensis Ecclesiæ ante Vidonem Cardinalem missum & Legatum D. Eugenii Papæ S. Romanæ Ecclesiæ ad determinandam, atque finiendam hanc litem, nec non & in præsentia clericorum, & laicorum quorum nomina hæc sunt. Henricus Patriarcha de Grado de Venetia. Nobilis Abbas Monasterii S. Zenonis. Henricus Archipresbyter Ecclesiæ Sancti Martini de Hegraro. Rozo presb. de Albeciano. Henricus Magister S. Lazise, & reliqui clerici. Laici hi sunt. Vido Buttellis. Adam de Scala. Bonus Zeno Magrassus. Henricus; item Bonus Zenus filius Lamberti: Joannes de Meclara judices. Bertrarinus nostro. Ato Peurada. Eliazar ejus nepos: Jordanus advocatus. Grepo Cotradus de Mogerte. Manduga panis ferla. Garsendenius Vualabrimus Arpo. Bernardus fratres. Girardus Gamba. Raynaldus de Castello Rupto: Ardemanus, Rodulphus Raso. Conradus Calzaretus. Joannes Manteclus. Lusio Raldolinus. Zaneredus, Girardus ejus filius. Vivianus, Prevede, Riprardus fratres, Isnardus Molinarus ejus filius. Baldoinus de Pretraldo: Henricus Ossi de Boi. Muso de Visiga. Joannes Marsio, Oluradus Baldoinus fratres. Henricus filius Viviani. Conradus filius Aicardi. Zincerla Vuenolus Adrianus fratres, Bonus Zeno filius Comitis. Ubaldus Pistor. Rodulphus Gotgindo, Robertus, Girardus de Valle. Thebaldus de Ulda, Vualfredus Carlassaris ejus filius, Marsilius de Pignazo. Odo filius Gigenfredi: Rodulphus filius Rodulphi d. Ponte. Rafaidus d. Curte. Thebaldus, & Zeno Bonus Murarii. Muto filius Ubaldi. Adam filius Rodulphi. Garsedonus. Odo fratres. Opizo, Zeno, fratres, & reliqui cives Veronenses. ibique in eorum præsentia lis, & controversia erat inter dictum Thebaldum venerabilem Episcopum S. Veronensis Ecclesiæ, nec non & inter Gilbertum Archipresbyterum sanctæ Mariæ, & S. Georgii Majoris Veronensis Ecclesiæ de placito, & de districto, & de portis, & de multonibus, & de albergariis totius curtis, & totius loci, qui vocatur Cereta.... quod Albericus olim habuit, & tenuit, ipse quippe Thebaldus Episcopus petebat possessionem totius curtis de Cereta, & etiam dicebat ipsam curtem de Cereta esse unius Episcopatus his rationibus, & quod Zuffettus S. Veronensis Ecclesiæ Episcopus olim investivit per feudum Comitissam Matildam de ipso loco, qui dicitur Cereta, quod nullo modo probare potuit: similiter dicebat quod Bernardus Episcopus S. Veronensis Ecclesiæ olim investivit per feudum Marchionem Albertum de eodem loco Cereta, & ideo petebat possessionem per interdictum unde vi, & etiam per constitutiones, quod similiter non probavit, ibique etiam idem Episcopus Thebaldus ostendit quodam præceptum Othonis Imperatoris in quo continebatur quod idem piissimus Imperator concessit Episcopatui Veronensi, curtem scilicet Regiam, & Cerredum quod undique non esse perfectum dicebatur, illud etiam præceptum de Cereta nihil dicebat.

Ipse vero Gilbertus Archipresbyter omni modo eidem Episcopo Thebaldo contradicebat, dicebat enim quod tota ecclesia S. Mariæ, & S. Georgii semper olim ipsam curtem de Cereta possedit, & adhuc juste possidet, ostendit quippe ibi chartam per manum Notarii scriptam in qua continebatur, quod Canonici sanctæ Ecclesiæ S. Mariæ, & S. Georgii olim cuidam Isnardo jure locationis usque ad certum tempus, hoc est viginti, & novem annis, Castellum de Cereta cum muris, & munimine, & placito, & districto, & preco dederunt pro accipienda pensione ab eodem Isnardo in omni anno, hoc est centum solidos denariorum Veronensium.

Similiter idem Gilbertus Archipresbyter ostendit ibi aliam chartam per manum tabellionis scriptam in qua continebatur, quod idem supradictus Isnardus ipsum castrum de Cereta cum placito, & districto & preco: Similiter jure locationis cuidam Marchioni, & Duci Bonifacio patri ipsius supra Comitissæ Matildis dedit in tantum scilicet tempus in quantum ipse Isnardus habere debebat, & ideo supradicta Ecclesia semper possedit, qui nis possidet, cujus nomine possidetur. Etsi ipsa Comitissa Mathildis investituram ab Episcopo Zuffetto accepisset, aut si Marchio Albertus ab Episcopo Bernardo investituram accepisset nihil tamen supradictæ Ecclesiæ noceret, quia sibi causam possessionis nullo modo mutare potuerunt, & Episcopatus nullam possessionem per ipsam investituram acquisivisset, maxime cum ipsi Episcopi corporaliter ingressi non sint in ipso loco Cereta. Ostendit etiam ipse Gilbertus Archipresbyter multa præcepta antiquorum, & modernorum Imperatorum, scilicet Othonis Primi, & Othonis Secundi, & Conradi, & Henrici Primi, & Henrici Secundi, & Henrici Tertii, & piissimi Imperatoris Lotharii Tertii in quibus continebatur, quod supradicti Imperatores concesserunt, & dederunt s. Mariæ, & s. Georgii ipsam curtem de Cereta cum placito, & districto, & cum omni publica functione, & redditu ipsius loci de Cereta. Ostendit etiam idem Gilbertus Archipresbyter chartam per manum tabellionis scriptam quod supradictus piissimus Lotharius Imp confirmavit, & dedit possessionem ejusdem curtis de Cereta dictæ Ecclesiæ: Cumque inter se taliter viriliter, atque acriter litigarent, ac dilationes plures, ac multæ datæ essent, & utriusque partis rationibus auditis, & conditionaliter examinatis, tunc supradictus Vido Cardinalis, & Legatus Domini Papæ Eugenii, ad cognoscendum super hoc negotio talem definitivam sententiam dixit.

Ego absolvo Gilbertum Archipresbyterum, ejusque fratres ab hac lite de Cereta, & jubeo ex parte omnipotentis Dei Patris & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & ex parte D. Eugenii Papæ, & ex mea parte, ut Episcopus Thebaldus, ejusq. successores nullam litem, vel controversiam eidem Gilberto Archipresbytero, ejusque fratribus, at-

A que eorum successoribus de supradictis causis, & rebus
faciant, at semper eos in perpetuum quietem habere
finant. Et cum ipse Vido Cardinalis talem senten-
tiam dixit, tunc ipse Thebaldus Episcopus ipsam
sententiam laudavit, & corroboravit, & per omnia
firmavit, & etiam idem Episcopus Thebaldus fecit
finem de supradictis causis, & rebus per fustem, quem
ipse in manu sua tenebat in manibus ipsius Gilberti
Archipresb. ejusq; fratrum, quorum nomina hæc
sunt. Conradus presb. Puncjus, Otho Longus; Bon-
zo, Thebaldus, interveniente stipulatione sub pœna
centum marcharum argenti, & soluta pœna hæc,
præsens finis in perpetuum permaneat, factum est
anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi
MCXLVI. . . . die Indict. IX.

Ego Paltonarius Notarius Sacri Palatii interfui, & hoc Breve scripsi.

Suscepit Eugenius sub Apostolica protectione
Thebaldum Episcopum, suosque successores anno
1145. nobilique privilegio exornavit, in quo om-
B nia bona Episcopii sui in eo recensentur. Exemplar
est hujusmodi ex eodem tabulario.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

*Venerabili fratri Thebaldo Veronensi Episcopo,
ejusque successoribus canonice promovendis in perpe-
tuum. Piæ postulationis, &c. Eapropter venerab.
frater in Christo Thebalde Episcope tuis, justis po-
stulationibus clementer annuimus, & B. Dei Genitri-
cis semper Virginis Mariæ Veronensem Ecclesiam, cui
Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri, & nostra
protectione suscipimus, & præsentis scripti privile-
gio communimus statuentes, ut quascumque possessio-
nes, quæcumq; bona, quæ in præsentialiter juste,
& canonice possides, aut in futurum rationabilibus
modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuis-
que successoribus, & illibata permaneant, in quibus,
ea propriis duximus exprimenda vocabulis. Mona-
sterium S. Zenonis, monasterium sanctorum Firmi,
& Rustici, monasterium S. Nazarij cum omnibus eo-
rum pertinentijs, Ecclesias ipsius civitatis, arcem
C Malsinicum omni dominio, & districto, & omnibus
pertinentijs suis: plebem ejusdem arcis cum omnibus
capellis suis, jus nostrum in castro, quod dicitur Tu-
its, castrum Gardæ cum cunctis appendentijs suis,
plebem ejusdem loci cum omnibus suis capellis: ple-
bem de Caprino cum suis capellis, & decimis, & ple-
bem de Cisano cum capellis, & decimis, plebem de
Gazizi de cum capellis, & decimis; plebem de Teneri
cum capellis, et decimis: plebem de Pavenguli cum
capellis, et decimis, et castello, monasterio Vemagaza-
no cum capellis, et decimis: plebem ejusdem loci cum
decimis, et capellis suis: curtem de Lenzani cum ca-
stro; et omnibus pertinentijs suis: Rivoltellam cum
capellis, et decimis; plebem Sitinij cum capellis, et
decimis; monasterium S. Vigilij; plebem Puzolengi
cum capellis, et decimis; plebem S. Zenonis Zodel-
disco cum ecclesia sancti Michaelis sita juxta Tarta-
rum cum decimis: ecclesiam sancti Petri in Carnario
cum decimis: ecclesiam sancti Nazarii cum decimis,
& curte: ecclesiam sancti Ambrosii de Casalialto cum
D pertinentiis suis: plebem de Valegio cum capellis,
& decimis: monasterium S. Mariæ juxta mensam
quantum ad jus spectat parochiale: plebem de Poa-
io cum capellis, & decimis, & curte: plebem S. An-
dreæ cum capellis, & decimis, & curte: plebem de
Pischeria cum capellis, & decimis, & curte piscatio-
nibus, & dimidio: plebem Cartholengi cum capel-
lis, & decimis: plebem de Palazola cum decimis:
plebem Summæ Campanææ cum capellis, & deci-
mis: plebem de Gregia cum capellis, & decimis,
& curte: plebem de Vico Attici cum capellis, & de-
cimis: plebem de Trinenzola cum capellis, & decimis:
plebem de Bonefisio cum capellis, et decimis: ple-
bem de Castellari: plebem de Morasica cum capellis,
& decimis: ecclesiam S. Petri in monasterio cum deci-
mis: plebem S. Presodocimi cum capellis, & decimis,
et curte usque ad veterem alveum Tartari: ecclesiam
Gatti cum decimis: ecclesiam curtis Regiæ cum
decimis, et curte. Jus parochiale in plebem de

A Nogaria sicut per concordiam inter te, & Nonantu-
lanum Abbatem præsentia nostra factum determi-
nante, statutum est, & de scripto nostro firmatum
cum decimis, quas canonice possides in eadem villa
de Nogaria, & in altera villa quæ dicitur Aspum:
ecclesiam Casalavoni: ecclesiam Salezole: ecclesiam
Ravanuance cum decimis: ecclesiam Vanferarij cum
decimis. Plebem Ceredi cum capellis, & decimis, &
familia, & quicquid aliud ibidem juste possides: plebem
Leniacis cum capellis, & decimis, & curte, & cun-
ctis pertinentiis suis: plebem Portaerem cum capel-
lis, & decimis, & curte, & cum pertinentiis suis: cur-
tem Baasi cum capellis, & decimis: plebem S. Zenonis
cum capellis, & decimis, & curte: plebem Englarij
cum capella, & decimis, quicquid aliud ibidem juste
possides: curtem Bonamdigni cum ecclesiis, & deci-
mis: ecclesiam Lasiæ cum decimis: curtem Rupæcla-
ræ cum plebe, & capellis, decimis, familiis, cæteris-
que suis pertinentiis: plebem Cortiliani cum decimis:
plebem Boboloni cum decimis, & curte: plebem Tum-
B be cum capellis, & decimis, & curte, cæterisq; suis
pertinentiis: villa Casanove cum omni districta, &
castello veteri: plebem de Roncho cum capellis, & de-
cimis: plebem Insulæ Porcharitiæ cum capellis, & de-
cimis & curte: plebem de Opedani cum capellis, & de-
cimis: curtem Scardevariæ cum ecclesiis, & decimis:
plebem Geberti cum capellis, & decimis: plebem Aza-
nensis cum capellis, & decimis: ecclesias de Porcilli
cum capellis, & decimis: plebem de Suardio cum capel-
lis, & decimis, & quicquid ibidem juste possides, cur-
tem Galderij cum ecclesiis, & decimis, & familiis, &
quicquid juris habet in me Move quod vocatur Sarma-
tiæ, & in sylvis sitis juxta montem fortem & in Fusta-
lino cum cunctis pertinentiis ejusdem curtis: plebem
Colonione cum capellis, & decimis, & familiis, & di-
midia curte: plebem Illati cum capellis, & decimis, &
dimidia curte: curtem Calavenæ cum plebe, & capel-
lis, & decimis & familiis suis pertinentia: monaste-
rium S. Petri de Calavena: plebem de Mezano cum
capellis, & decimis, & castello, & familiis, dimidiam
C curtem Lavanij cum ecclesiis, & decimis: curtem Mon-
tis aurei cum plebe, & capellis, & decimis, & omnibus
suis pertinentiis: plebem de Cretiana cum capellis,
& decimis, & familiis: curtem Alzenagi, & dimidiam
partem Azagi: plebem Albatiani cum decimis, & ca-
pellis in districto curtæ, & familiis: plebem S. Flo-
riani cum capellis, & decimis, & familiis: plebem
de Higratio cum capellis, & decimis, et familiis, et
dimidia parte curtis: plebem S. Georgij cum capellis,
et decimis, et familiis, et dimidia curte. Decernimus
ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccle-
siam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre,
vel ablatas retinere minuere, aut aliquibus vexatio-
nibus fatigare, sed omnia integre conserventur, pro
quorum gubernatione, & substentatione concessa sunt
usibus omnimodis profutura, salva in omnibus Aposto-
licæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum, &c.*

Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
D † Ego Theod. Sanctæ Rufinæ Episcopus subsc.
† Ego G. presbyter card. tit. S. Callisti subsc.
† Ego Guido presb. card. tit. S. Grisogoni subsc.
† Ego Raneriui presb. card. tit. S. Priscæ subsc.
† Ego Thomas presb. card. tit. Vestinæ subsc.
† Ego Manfredus presb. card. tit. S. Sabinæ subsc.
† Ego Villanus presb. card. tit. s. Stephani in Cœ-
lio monte subsc.
† Ego Gregorius diac. card Ss. Sergii, & Bacchi ss.
† Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad velum au-
reum subsc.
† Ego Guido diac. card Ss. Cosmæ, & Damiani.
† Ego Petrus diac. card. s. Mariæ in Porticu subsc.
† Ego Rodulphus diac. card. S. Luciæ in septa solis
subsc.
† Ego Gregorius diac. card. S. Angeli subsc.
† Ego Jacintus diac. card. S. Mariæ in Cosmedin
subsc.
† Ego Bernardus diac. card. Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ subsc.
† Ego Petrus diac. card S. Mariæ in via lata ss.

† Ego

† *Ego Cintius diac. Card. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subsc.*

Datum Viterbii per manum Roberti S.R.E. Presb. Card. & Cancell. xvi. Kal. Jun. Indict. viii. Incarnationis Dominicæ anno M.C.XLV. Pontif. vero D. Eugenii Tertii PP. anno i.

His fere temporibus volvebant inter se de Castro Ostiliæ inexplicabilem litem Abbas S. Zenonis, & Commune Ferrariense, Salinguerra Torello civitatis domino; quam cum diu exagitassent, tandem nostri Theobaldi Episcopi consilio anno 1151. Obertus de Orto jurisconsultus celeberrimus, ille idem qui fuit feudalium consuetudinum compilator, ex contentione partium diremit, ac deinde Alexander III. eam suis litteris confirmandam præcepit Chunrado Archiepiscopo Moguntino Apostolicæ Sedis legato. Oberti definitivæ sententiæ, & Alexandri litteræ tenor sic legitur in tabulario ejusdem Monasterii.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Ego Obertus de Orto arbiter electus præstito sub utraque civitate jure jurando, quod sententiæ meæ absque dolo, & fraude parebunt, juravi ad S. Dei Evang. scilicet controversiæ hostili quæ vertebatur inter Commune Ferrariæ, & Commune Veronæ pro mea conscientia sententiam me daturum servandam rationem, & bonum ritum: visis, & auditis rationibus utriusque partis, & diligenter inspectis quæ mihi allatæ fuerunt. In omnes discretos, & sapientes viros ad quorum aures sententia infrascripta pervenerit exoro quatenus eã non calumnient, si forte visis, & diligenter inspectis omnibus privilegiis, & præceptis, aliisque publicis instrumentis hinc inde mihi ostensis, & cognitis attestationibus C. ni fallor, & LXXXX. & sex testium, quos jure jurando prius horcatos separatim, prout Dominus dedit, interrogavi calumniandam esse putaverit. Controversia vero talis erat. Dominus supradictus Salinguerra cui soli Ferrarienses omnem Reipublicę curam gubernandam mandaverant, cum de calumnia jurasset: dicebat Commune Veronæ castrum Ostilii debere destruere quia ibi vel clam, & post denunciationem contempto prætoris edicto, & quia ad æmulationem, seu seditionem alterius civitatis, & quia in comitatu, & Episcopatu Ferrariæ constructum est. Ex adverso Raymundus de Castello Englebenus Ascartnus, Albericus Pastora, Balduinus de Præsoaldo Carlaxare Advocatus Ecclesię S. Zenonis, Pecorarius Majellus, in Octo Consules Veronæ, post juramentum calumniæ præstitum dicebant, Commune Veronæ non teneri Communæ Ferrariæ ad destructionem illius castri. Ajebant enim non vi, non clam innumerabilibus hominibus scientibus palam nullius timentes, vel timere debentes, controversiam judicialem ad reædificandum castrum in Allodio S. Zenonis iverunt, quia Ferrarienses potius calumniantes, quam de suo jure confidentes ad nunciationem venerunt, quam pro remissa haberi oblata satisfactione de opere non solum facto, sed etiam faciendo suis sumptibus destruendo, si victi forent asseverabant. Item cum ad æmulationem alterius civitatis pro causa seditionis, sed pro tuendo jure, & honore S. Zenonis, & suę Reipublicæ, Commune Veronę hoc opus fecisse dicebant. Propterea plebem, & curtem Ostilii in comitatu, & Episcopatu Veronensi positum fore, & cum omni districto, & honore S. Zenonis propriam esse nec ad Commune Ferrariæ per Episcopatum, vel comitatum pertinere allegabant. His ergo, & aliis omnibus rationibus, & allegationibus hinc inde auditis, & visis per me ingenue, & juribus diligenter inspectis. Invocato Dei Omnipotentis nomine multarum legum doctus, auctoritate, & multorum privilegiorum, & præceptorum, publicorumque instrumentorum, simulque idoneorum testium fide instructus, & multorum sapientium fretus consilio: Commune Veronæ à petitione Communis Ferrariæ indubitanter absolvo: quia opus de quo agitur non clam factum esse existimo, & quia satisfactionem oblatam esse à Veronensibus multorum testium idoneorum assertione credo: nec non æmulationem alterius civitatis seditionis, causa factum esse, probatum est: Et quia curtis, districtumque ad Commune Ferrarię pertinere non cognosco.

Data 2. Kal. Jun. 1151. Ind. 14.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri C. Magunt. Archiep. Apostolicæ Sedis legato salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri G..... Potestas Veronen. & ejusdem civitatis communitas transmissis nobis litteris intimarunt. Quod cum super controversia, quæ inter monasterium Sancti Zenonis, & cives Ferrarienses de Hostilia diutius est agitata per arbitrum quendam Ubertum de Orto, quem utraque pars elegit in arbitrum, & ejus super hoc stare mandato juravit, definitiva sententia lata fuisset, & prædicto monasterio præscripta Hostilia adjudicata, controversiam ipsam niteris suscitare, & Abbati præscripti monasterii: item Ferrarienses super hoc respondere mandasti: quia vero non decet quæstionem sopitam, & eam maxime ex qua tot homicidia, & mala perpetrata noscuntur retractare, & sententiam rescindere. De qua observanda dicitur fuisse ab utraque parte juratum, præsertim cum nullus esset litium finis, si causæ, quæ decisæ sunt, in recidivæ contentionis scrupulum devenirent, & oportet nos inter civitates Lombardiæ, & eorum cives hoc tempore præcipue pacem, & concordiam ponere, & ad eorum unitatem vigili studio & meditatione intendere. Fraternitatem tuam monemus, atq; mandamus, quatenus diligenter considerans, & attendens quanta tempora nunc gravia, & periculosa existant ... præfato Abbati super prędicta Hostilia nullam moveat quæstionem, nec enim exinde aliquatenus instinctu quolibet contendas molestiis vel gravaminibus fatigare. Si enim controversia illa suscitaretur multa mala pericula, & homicidia plurima provenirent, & statum pacis, & unitatis Lombardiæ non modicum perturbarent, ad quem conservandum, te volumus toto studio, & labore eniti.

Datum Tusculani 5. Kal. Februar.

Theobaldus postea à Friderico I. nobile privilegium pro se, suisque successoribus anno 1154. dono accepit, in quo ab Imperatore Princeps, & Episcopus dilectus enunciatur. Diploma cum sit valde conspicuum, hic exscribere non pigebit ab originali in tabulario ejusdem Ecclesiæ desumptum.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina auxiliante clementia Romanorum Rex, & semper Augustus. Si dignus nostrorum &c. usq. conferamus. Igitur notum sit omnibus fidelibus nostris præsentibus scilicet, & futuris. Quod venerabilis vir Theobaldus sanctæ Veronensis Ecclesiæ Episcopus, ad nostram accedens clementiam petiit humiliter supplicans quatenus pro Dei amore, Regnique nostri stabilitate corroboratione, & confirm. nostri præcepti auctoritate concedere suæ Ecclesiæ dignaremur præcepta, & firmitates antecessorum nostrorum Romanorum videlicet, & Longobardorum, & Francorum imperatorum, & Regum, & omnia instrumenta chartarum, de quibus jam dicta sancta Veronensis Ecclesia in honorem Sanctæ Dei Genitricis Virginisq; Mariæ dicata, juste, & legaliter investita videtur. Nos ergo justam, & oportunam, ac nobis necessariam attendentes petitionem, hoc nostræ confirmationis, & concessionis ejus fieri decrevimus præceptum per quod ejusdem Ecclesiæ omnia chartarum instrumenta ita esse statuimus stabilita, ac si ea præ manibus habeantur, ut quod juste, & legaliter ab eadem Ecclesia fuerit possessum quieto denique ordine teneat absque omni contradictione occasionis, & si contentio aliqua quocumque tempore fuerit orta contra eandem Ecclesiam volumus, & jubemus, ut per bonos, & liberos homines, ita ad partem Ecclesiæ ipsius firmiter, ac si præ manibus habeantur firmitates ipsæ antecessorum quoque nostrorum Regum scilicet, ac Imperatorum Romanorum, ac Longobardorum, vel Francorum præcepta firmantes, quæ ipsi præfatæ Ecclesiæ Veronensi contulerunt de curte videlicet, quæ vocatur Ripa, jam ante temporibus anti-

quis à præfata sancta Ecclesia Veronensi possessa cum omnibus prædiis, cunctisque adjacentiis suis, rebusq; immobilibus, seque moventibus, judiciariis & districtionibus, placitis de cunctisque suis nominantur præceptis, nec non de Gardensibus curtis, ac cunctis earum pertinentiis, & integritatibus, cunctisque publicis, & regalibus functionibus, placitis, videlicet theloneo, & fodro, & nocturnis vigiliis, & omnibus publicis servitiis omnium hominum in ipsis habitantium partibus: verum etiam de loco, qui dicitur Malessicis simili modo ac de loco qui dicitur Cisano, & de loco qui vocatur Piseria, & de loco qui vocatur Disentiani cum cunctis adjacentiis, & pertinentiis suis, & de curte S. Lazari. Verum etiam de loco qui dicitur Balsemate *non longe à flumine Mintio, nec non & aliæ curtes in* Episcopatu *Brixiensi, quarum una* Orcea, *altera Barvedana vocatur cum prædiis, & possessionibus earum hoc est Geledi, Plectolæ & aliud prædium quod dicitur Mattanum non longe à flumine Mella, & Melona cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis earum in integrum, id est rebus mobilibus & immobilibus, famulis utriusque sexus, idest servis, & ancillis, aldionibus, & aldianis, capellis, montibus, planitiebus, vineis, campis, pratis, olivetis, silvis, salectis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, decimis in montibus, & planitiebus, medietatem tholonei mercati publici Brixiani, quod Curature dicitur nec non illius mercati medietatem quæ stat in nova plebe S. Mariæ, pensionibus etiam redditibus, vectigalibus, judiciariis, & omnibus ad prædicta loca, & curtes pertinentibus, sicut antiquitus, & modernis temporibus pertinuerunt, & sicut ea Andebertus quondam in beneficio habuit, nec non & locum, qui Bons nominatur juxta Piseriam supra nominatam. Locus vero, qui dicitur Valles Longazeric cum castris, quæ vocantur* Cucullo, *&* Mascemanicus, *atque Turematus cum circulis, & villulis suis, atque de loco qui vocatur Caput Alponis cum theloneis, fodro, & universis judiciariis, & districtionibus, placitis singulorum castrorum de prædictis singulis locis tam de Ferrariis, quam & Gorestariis, & de liberis hominibus, nec non & de castris quæ dicuntur* Pane, *& Mons aureus quod vulgariter Montaurei dicitur, & de omnibus excubis caussisque unde quaque jubentur præcepta & à nostris antecessoribus ipsi Ecclesiæ noscuntur concessa: Similiter vero Decaanva & Rumba, & Roveclaria, ac de Anglare, nec non Leuniaco, & porto Nauclesiola, &* Bogosio; *Verum etiam Carpi, & Rocla, atque insula Porcariciа, nec non de loco qui vocatur Scardevaria, & de locis, qui nominantur* Boclolanæ, *& Campalaria, & Coregni, & curtis sancti* Prosdocimi, *Calderius, & medietas* Colognole, *& medietas Illasii, & medietas Lavagni & Albizani, & medietas Nigiarti, & medietas S. Georgii, & castrum quod dicitur Lumane, & medietas Azagi, & castrum Avenagii, & Moneta Civitatis, &* Grezanti, *& Riparione, & castrum quod vocaturum Pesene, & commendatti de Fontanelle, & Comitatu Veronensi, & judiciaria Gardensi & Hermanni, & famuli, quos Episcopatus in passibus illis habet cum cunctis publicis, & functionibus, & actionibus, frodo, & districta, & curtis sancti Zenonis de Minervis, & totum illud quod Comes Alberto in sancto Bonifacio & in Montefarti habuit cum districtis, & placitis cunctorum prænominatorum castrorum, & locorum, villarum, & incolarum, atque hominum quibuscunque pertinentium, ac habitantium castris, seu fodro, ac iis videlicet omnibus, quæ ad regalem pertinuerunt dignitatem pro una quaque prænominata loca, & castra vicos, & villas, atque curtes, & præfati antecessores nostri per eorum præcepta, prædictæ Veronensi Ecclesiæ scilicet Dei Genetricis Mariæ semper Virginis contulerunt, ac eorum præcepta continent; nos ipsa firmantes stabilita in perpetuum tenendam, ac possidendam sancimus eo videlicet ordine, ut ubicunque sæpe nominata Ecclesia prædecessorum nostrorum concessione possessum quod aliquando fuit deinceps etiam, potestate contradicere volen-*

A *tium exclusa, tam facultatibus quam publicis redditibus, ac functionibus sine minoratione proprietatis detineat jure, qualem vero de prædictis curtibus, & castris, seu vicis, & villis, ac hominibus per singula quæque prælibata loca sæpe nominatorum antecessorum concessione, & confirmatione, præfatus Theobaldus Episcopus, suique antecessores vsuæ Ecclesiæ parte habuerunt potestatem talem eum, suisque successores nostra regali auctoritate habere sancimus, atque præcipimus ea videlicet ratione, & ordine, ut deinceps nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, aut aliqua magna, parvaque publicæ potestatis persona, aliquid de prædictorum nostrorum antecessorum concessione unquam valeat usurpare, aut vendicare vel contradicere, seu minorare, sive prædictæ Ecclesiæ ejus pontificibus aliquam violentiam, vel molestiam inferre. Hoc etiam addimus imperiali auctoritate, ut si quis Comes, Vicecomites, vel aliqua publicæ partis, seu privata persona terram præfato Episcopo, suisque successoribus, censum, & tributum, fossum, colectam, &* B *universa servitialia jura persolvente emerit, vel empta habuerit sine omni contradictione supradicto Episcopo præfata jura persolvat, & nostra regalia jura non amplius retinere præsumat, vel ipsam terram dimittat: Si quis etiam beneficia ministerialium absq; jussu Episcopi emere vel aliquo modo impedire præsumpserit totum illud irritum habeatur, & beneficia illa in jus, & potestatem Episcopi redeant; adducimus quoq; ut cuncti homines, tam nobiles, quam ignobiles, tam servi, quamque liberi, in singulis præfatis locis, castellis, & villis, & viculis, & villulis habitantes publicas functiones nostro juri debitas dilecto Principi nostro Theobaldo Veron. Episcopo, ejusque successoribus perenniter persolvant. Insuper sub obtentu nostræ gratiæ firmiter præcepimus ut nullus laicus præfati Episcopatus Clericos, Monachos, Moniales, Conversos, & Conversas aliqua occasione sumpta distringere, vel infestare, aut violentiam aliquam eis inferre præsumat, atque ecclesiarum bona nulla* C *secularis persona arripere, & violenter auferre audeat. Rivaltella quoque & Mezane, & castrum Maururi, & villa Magrani, & si qua alia sunt ad præfatum Episcopatum pertinentia hac præceptali pagina corroboramus. Contra quod nostræ confirmationis præceptum si quis aliquando insurgere temptaverit, ut ejus irritus fiat conatus, sciat se compositurum auri optimi libras ducentas, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem sæpe nominatæ sanctæ Veronensi Ecclesiæ suisque successoribus; & ut hoc verius, & firmius ab omnibus credatur, ac inviolabiliter per futura tempora observetur manu propria subter roborantes annuli nostri impressione insigniri jussimus. Salva per omnia regia justitia, & jure fodri nostri cum nos, & successores nostri ad partes Italiæ venerimus. Hujus nostræ concessionis testes sunt, Peregrinus Patriarcha Aquilejæ, Hellinus Trevirensis Archiepisc. Everardus Banbergen. Episcopus, Harmanus Costantiensis Episc. Basiliensis Episc. Marquardus Vualdensis Abbas, Vibaldus Corbejensis, at-* D *que Stabulensis Abbas, Henricus Dux Saxoniæ, Bertoldus Dux Charinthiæ, Otto Palatinus de Bavaria.*

*Signum D. Frid*e*rici Rom. Reg. invictissimi,*

Ego Arnoldus Coloniensis Archiepiscopus, & Italici Regni Archicancellarius recognovi.

Datum in campo, qui vocatur Calegnus, x. Kal. Decemb. anno Dominicæ Incarnationis M.C.L.IIII. Indictione secunda Regnante Friderico Romanorum Rege Glorios. anno vero Regni ejus 3.

Cæterum Theobaldus postquam sedisset annos

22. e vita discessit anno salutis 1157. de quo in gemina memoria, quæ ad calcem lib. M.S. Bibliothecæ Vaticanæ servatur, colligitur, Ecclesiæ sibi commissæ admodum detrimentosum fuisse, cum plura ipsius bona distraxisset, quæ hic adferre operæ pretium nobis visum est.

Hæc sunt (inquit) *quæ Episcopus Theobaldus ab Episcopatu alienavit: videlicet feudum fratris ejus, quod ab Episcopatu pro famulitate tenebat, & nummos inde accepter lib.* ccccccc. *in allodio tribui fecis, ne ejus frater alio in Episcopo succedente in aliquo impeteretur. Castrum quoque S. Zenonis Malabosi pro accepta pecunia alienavit* xc. *Roldoniam quoque & Malesinem & Bruvisionam, & Turrim, & Gardum Nepoti suo pro feudo dedit, & feudum quam maximum quod fuit Albertini de Rorieclaria valens ducentas Marchas argenti. Similiter dedit nepoti suo feudum, quod fuit Bersoldi, qui est de familia, accepta pecunia tradidit* Gadolino lx. *L.* Grozanum *quoque & Pesena* V*sachino &* Giselbereo *& ejus fratri accepta pecunia pro feudo dedit. In* Linico *VI.C.P. In Scuselo pro feudo dedit campum* 1. *vineæ pro duobus nummis dedit.* Braida *similiter de lumba pro unoquoque campo* 1. *pro accepta pecunia dedit. Domum quoque de capite pontis, quanto Episcopus Bernardus nulli concedere voluit, accepta pecunia pro feudo dedit. Duos item rusticos Arimmanos de Monte auro pro accepta pecunia alienavit. Triginta item, &* VII. *rusticos de Roveclara, unum etiam de Porto, alij omnes pro accepta pecunia, nec vadimonium de bando, nec fodrum, nec albegarias, nec collectam Episcopatui debent amplius facere. Item* Broilum *alienavit. Item* fatisias *ab Episcopatu alienavit, & pradum* 1. *alienavit pro accepta pecunia, & Braidam unam in finiaco alienavit, & a Handamentum de famulis, quod Albertus Comes Calfurcho b Marchione, & cum fidelibus omnibus fecerunt pro accepta pecunia fregit. Theobuldus Musius hoc juramentum fecere, quod certe de Porto, & Liniaco, & de Tumba debebant Episcopo* ccc.l. *&* ccc. *M. frumenti, &* ccc. *Melicæ, & triaqualia placita & Petrus Gazulo & Gunfardus, & Zeno Porcella Cerparco. Similiter juraverunt & de Placito, tam generalia juraverunt Aldo Pezatura, & Henricus en foro. Unde Teuzo juden sententiam dedit, & de duabus Albergariis F.* cccccc. la. *lib. pro manima pecunia accepta hæc omnia alienavit. Item* VII. *Episcopi in Albiciano alienavit. Item* IV. *Episcopi vineæ &* XXII. *olivæ alienavit. Item in Arce* III. *Episcopi vineæ alienavit. Item* XII. *M. de siliquine in Apedano alienavit. Item duos Campos vinearum in Clasij alienavit. Item domum pauperum pro feudo dedit. Episcopus Theobaldus Veronensis primum debet reddere Joanni Montecio* 600. 1. XI2. *lib. Veronensis pro denariis Mediola: quos præstavit.* Hactenus vetus membrana de Theobaldo. Quo sedente anno 1138. pridie Kal. Octob. dum Lotharius Imp. ex Italia in Germaniam reverteretur, in agro Veron mortuus est.

a Vorte Laudamentum.

b Cum Falcio.

LXXXI. 80 OMNIBONUS e, sive ut alij appellant, Frater Bonus electus fuit anno 1157. Familiarissimus fuit Friderico Æneobarbo Imperat quem è Germania in Italiam venientem, magna Veronensium frequentia, & honorificentia suscepit, à quo Principis Imperij titulo nobilitatus est, interfuitq; Ronchaliæ conventui, ut narrat Otto Feisingensis, ab eodem Imperatore celebrato anno 1158. ex Ravedici appendice. Constituit sacrarium in Cathedrali, restituitque Episcopale palatium anno 1172. ut marmorea tabula prodit.

e Homobonus Arisio, qui in Cremona litter. pur. 3 p. 73. Cremonensem ex familia de S. Petro eum fuisse affirmat.

A. D. M C. LXXII. Omnebonus Veronensis Episcopus hoc fecit fieri opus ad honorem
Dei & sancti Zenonis & eodem an. VII. *die*
intrante Julio combusta est Civitas Veron.

Transtulit deinde Omnebonus corpora SS. Blasij & Julianæ ex Oriente Veronam allata in Eccles. S. Nazarij an. 1174. Extat epitaphium in lapide his verbis incisum, quod erat apud arcam in capella majori, antequam ædificaretur sacellum in honorem ejusdem S. Blasij.

A *Hic martyr Blasius requiescit Episcopus almus*
Ejus & almorum duo corpora discipulorum.
Et corpus sane jacet hic sanctæ Julianæ.
Romanæ Sedi præsidebat tunc Alexander.
Et tunc Augustus regnabat Rex Federicus;
Bonum & Veronæ tunc erat Episcopus omne.
Et tunc patrono gaudet clerus Omnibono.
Cœnobii eanam Abbatem tunc fore Adam.
Hæc dum locantur anni Domini numerantur
Mille semel centum septies decem quatuorque.

In tabula alia marmorea in pariete à latere sinistro majoris aræ dictæ Ecclesiæ sunt hæc carmina incisa, post renovationem ejusdem Ecclesiæ apposita.

Mille quadringenti sex sexaginta Decembres
Errabant, martemque dies quindena trahebat,
Cum sacer hic Blasius martyr, Presulque verendus,
Et Juliana simul pueri duo marmore clausi
Hoc habuere novum divino munere templum.
Tum Regina potens, æternaque gloria mundi
B *Pontifici Paulo applaudebat Roma secundo;*
Tertius Imperii sceptrum Federicus habebat,
Hermoleosque decus Venetum, sydusque refulgens
Veronam Præsul decorabat Barbarus Urbem:
Clarus erat templi pastor Gulielmus & auctor
Cujus honos, nomenque diu, laudesque manebunt.

D. Divis Martyribus D.

In arca marmorea, ubi jacent S. Blasii, aliorumq; Martyrum corpora, in eo ipso sacello D. Blasii temporibus Hermolai Episcopi extructo, sunt hi duo versus incisi.

Hic jacet Antistes celeberrimus ille per Orbem
Blasius Urbis honos. Hunc cole corde pio.

Translata sunt horum Martyrum lipsana in hoc ipsum pridem ædificatum sacellum auctoritate Innocentii VIII. Papæ anno 1489.

Jam antea Omnibono in hac cathedra sedente Adrianus IV. Papa hoc indulserat privilegium monasterio ipso Ss. Nazarii & Celsi anno 1158. in quo C omnia ejusdem enumerantur hisce bona conceptis verbis.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Clementi Abbati monasterii Ss. Nazarii, & Celsi, ejusque fratribus tam præsentibus, quam futuris monasticam vitam professis in perpetuum. Quotiens &c. Communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei, & beati Benedicti regulam in ipso monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Propterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pont. largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis (præstante Domino) poterit adipisci: firma vobis, vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam S. Mariæ de Marcellitis cum pertinentiis, salvo censu untus bizantii, quem singulis annis pro eadem ecclesia nobis, nostrisque successoribus solvere debeatis. D *Ecclesiam S. Sebastiani cum pertinentiis. Ecclesias de Carliano. Ecclesiam S. Mariæ de Cluave cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Cassiani cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Martini de Lavago cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Sepulchri cum Hospitali cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Vitalis cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Felicitæ cum pertinentiis suis. Villam Cofilani cum omni jure suo. Terram quam habetis in Lenazzo. Terram de Nodesola. Terram de Portu. Terram de Porcile. Terram de Gepito. Terram de Lavagno cum vineis, & domibus suis. Terram de Grillana. Terram de Mizano. Terram de Monteauro cum molendinis, & valcatoribus & vineis suis. Terram de Mizols cum olivis, & vineis suis. Terram cum olivis in territorio S. Mariæ in selle. Terram, & vineas de Goliguola. Terras de Ilasi. Terram de Garda cum olivis suis. Insulam de Paquara cum pratis, & cum omnibus ad ipsam*

pertinentibus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel suorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilij secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Sane Novalium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium decimas à vobis nullus præsumat exigere. Decernimus ergo &c. Salva &c. Cunctis autem &c. Amen.

Ego Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Hubaldus presb. Card. S. Praxedis.
Ego Julius presb. Card. tit. S. Marcelli.
Ego Ottavianus presb. Card. tit. S. Cæciliæ.
Ego Astaldus presb. Card. tit. S. Priscæ.
Ego Girardus presb. Card. tit. S. Stephani.
Ego Hildebrandus presb. Card. Basilicæ XII. Apostolorum.
Ego Guido presb. Card. tit. S. Grisogoni.
Ego Gulielmus presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.
Ego Oddo diaconus Cardinalis S. Georgij ad Velum aureum.
Ego Rodulphus diaconus Card. S. Luciæ.
Ego Petrus diaconus Cardinalis S. Eustachij juxta templum Agrippæ.
Ego Raymundus diaconus Cardinal. S. Mariæ in via lata.

Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis, & Cancellarij xiii. Kal Junij Indict. sexta, Incarnationis Domini Anno M.C.LVIII. Pontificatus vero D. Adriani Papæ IV. Anno IV.

Post hęc Fridericus nobile largitus est privilegium Zenoniano cœnobio Raynaldi Archiepiscopi Coloniensis, & Hermani Vercellensis Episcopi intuitu, ac Gerardi Abbatis ejusdem cęnobij præclaris meritis, in quo fere omnia bona enumerantur, quæ supra in aliis imperatoriis diplomatibus. *Actum anno 1162. Ind. 11. Regnante D. Friderico Romanorum Imp. gloriosissimo ann. regni ejus 11. Imperij vero 8. Datum apud Modoetiam sedem regalem 8. Idus Decembris.*

Item temporibus Omniboni Alexander III. Riprando Archipresbytero, & ejus fratribus Canonicis anno 1177. per suum diploma ad instar aliorum suorum prædecessorum omnia jura & bona confirmasse legimus, quod cum sit ipsissimis verbis exscriptum cum aliis supra relatis, hic tantum delibasse sufficiat. *Datum est diploma Ferrariæ per manum Gratiani S. R. Eccles. subdiacons, & Notarij Kal. Maij indict. 10. Incarnation. Dominicæ anno 1177. Pontificatus vero* Domini Alexandri III. *Papæ anno 18.*

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus.
Ego Gualterius Albanensis Episcopus.
Ego Curradus Maguntinus Archiepiscopus, & Sabinensis Episcopus.
Ego Vuilelmus Portuensis, & S. Rufinæ Episcopus.
Ego Manfredus Prænestinus Episcopus.
Ego Ildeprandus presbyter Card. Basilicæ XII. Apostolorum.
Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasiæ.
Ego Theodinus Presb. Card S. Vitalis.
Ego Jacintus S. Mariæ Cosmedin diaconus Card.
Ego Arsidio diac. Card. S. Theodori.
Ego Cintius diac. Card. S. Adriani.

Eodem Anno 1177. idem Alexander III. Pontifex cum pro componendis discordiis, quæ inter ipsum, & Fridericum Imp. diu fuerant, Venetias venisset, dum adventum Imperatoris expectaret, Veronam petiit, ibique altare majus Ecclesiæ S. Mariæ antiquæ dedicavit: quemadmodum ex hac vetusta inscriptione, quæ ante ejus templi fores fixa est, liquet.

† *Anno Domini M.C. LXXVII. vii. Kal. Aug. Ind. x. D. Alexander Papa* III *dedicavit Altare majus Ecclesiæ S. Mariæ Antiquæ Veronæ in honorem Beatæ Mariæ Virginis, ubi interfuerunt D. Ubaldus Ostiensis, Gualterius Albanensis, Guillelmus Portuensis, Conradus Sabinensis Episcopi Cardinales, & alii xi. Cardinales, & D. Hermannus Marchio, & Dominus totius Marchiæ Veronensis, & alii multi, ubi sunt reliquiæ multæ de sanguine D.N. Jesu Christi, de Spina Coronæ, de ligno S. Crucis, de lancea Longini, de pannis quibus involutus fuit Jesus Christus, de Capillis B.M. Virginis, de vestimentis de velo suo, de mensa Christi lapidea, in qua cœnavit cum discipulis suis, de tribus Magis Gaspare, Baldassare, Melchiore, de B. Joan. Baptista, de beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Thomæ, Bartholomæi, Simonis, Thaddęi, & Barnabæ, S. Martini Episcopi, & Confessoris, & S. Martini Papæ, & Martyris reliquiæ, in qua quidem dedicatione instituit, ut semper annuatim in die Assumptionis B.M. Virginis & per totam octavam omnibus pœnitentibus, & confessis, & contritis suorum peccatorum dictam Ecclesiam devote visitantibus, & manus adjutrices porrigentibus singula die de injunctis sibi pœnitentiis centum annorum remissio esset: in aliis vero festivitatibus B.M. Virginis, in die S. Martini Episcopi, & Confessoris, & per octavam apparitionis Domini, & per totam quadragesimam Feriam ii. & iiii. & vi. pro qualibet die L. annos: eos vero, qui in mortis articulo eidem Ecclesiæ reliquerint. & specialiter pro fabrica, à pęna, & culpa absolvit.*

Memoratur item Omnibonus Episcopus in antiqua inscriptione turris Campanarum S. Zenonis Majoris sic.

An. D. Inc. MCLXXIIX. ind. xi. tempore D Alexandri Papæ III. atque D. Friderici Imperatoris & D Omniboni Veronensis Episcopi D. Gerardus D.G. Vener. Abbas monasterii S. Zenonis hoc opus fieri fecit, quo anno pax inter Ecclesiam, & Imperium est reformata, quo etiam tempore magna penuria frugum totam pene Italiam angebat, ita ut Veronæ minale milice xii. milij xviii. siliginis xx. frumenti xxii. solidis venderetur.

Temporibus ejusdem Omniboni Episcopi, Fridericus diploma dedit ad favorem Canonicorum Veronensium, quod est ejusdem tenoris cum superioribus allatis. *Datum in territorio Moguntino apud Geilehusen anno 1182. 5. Non. Martii Ind. 15. regni ejus 30. Imperii 28.* a Eidem Omnibono Episcopo, xxvii.
Lucius III. Papa anno 1184. has literas scripsit commendans Archipresb. & Canonicos suæ Ecclesiæ.

Lucius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Veronensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum dilectos filios nostros Archipresbiterum, & Canonicos Ecclesiæ tuæ specialius diligere debeas, & in jure suo attentius confovere, super hoc tanto securius nostra tibi scripta dirigimus, quanto te libentius credimus mandatis Apostolicis pariturum. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus quatenus omnes laicos, qui de illorum redditibus decimas auferre præsumpserint, vel eos super decimis ante secularem judicem convenerint, si commoniti non destiterint, omni gratia, & timore postposito, nullius appellatione obstante canonica censura procedas, quam absque satisfactione congrua non relaxes.

Dat. Veronæ 3. Id. Septemb.

Hoc eodem anno 1184. idem Lucius Papa sanctā Congregationem, ut vocant Cleri intrinseci Veronensis sub B. Petri, & sua protectione suscepit, ejusdemque bona, immunitates, ac privilegia confirma-

vit,

A vit, Sychero tunc Archipresbytero. Ille idem qui paulo ante à Friderico I. Imper. 1177. sub Imperiali gratia cum tota sua Congregatione receptus fuerat. Diplomata cum magni faciunt, hic non pigebit referre ex authentico exemplari.

Lucius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Sicberio Archipresbytero Congregationis Veronæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Quoties, &c. illibata permaneant. In quibus hæc vobis propriis duximus exprimenda vocabulis. Terram in castro Victoris, terram Roverinæ, terram Piscantinæ, terram Bondio, terram Valdesassæ, terram Casanæ, terram Averæ, terram Sans, terram Subclevæ, terram S. Mariæ in Stellis, terram Polanæ, terram Montisauri, terram Novalis, terram Illasii, terram Calegnolæ, terram Porcillis, terram Pupeclaro cum decimis suis, terram Leniaci, Maraliscam cum omni jurisdictione sua, Cavaredum cum decima sua, ecclesiam S. Georgii cum pertinentiis suis, ecclesiam omnium Sanctorum cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Marci cum pertinentiis suis, ecclesiam SS. Jacobi, & Philippi cum pertinentiis suis, terram Tumulæ, terram, quæ est ad Crucem Maraticam. B *Quia vero tam in vetere, quam nova lege justitiæ ecclesiis noscuntur esse concessæ. Sub anathematis interminatione prohibemus, ne ullus laicus a vobis decimas exigere præsumat. Inhibemus quoque ne quis in vos, vel ecclesias vestras sine manifesta, & rationabili causa excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgare audeat, etiam antiquas libertates quoque, & immunitates in ecclesiis vestris rationabiliter vobis concessas, & hactenus observatas ratas habemus, easque in futuris temporibus illibatas manere censemus. Interdicimus insuper ne aliquis novas, & indebitas exactiones vobis, vel ecclesiis vestris imponat. Decernimus ergo, &c. salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur, &c.*

Ego Lucius Catholicæ Ecclesię Episcopus subsc.

† *Ego Joannes presb card. tit. s. Marci subsc.*

† *Ego Laboraus presb. card. tit. s. Mariæ Transtiberim tit. Callisti subsc.* C

† *Ego Ubertus tit. s. Laurentii in Damaso presb. card. subsc.*

† *Ego Paudulphus presb. card. tit. Basilicæ XII. Apostolorum.*

† *Ego Albanus S. Mariæ Novæ diac. card subsc.*

† *Ego Ardicio S. Theodori diac. card. subsc.*

† *Ego Sofredus S. Mariæ in via lata diac. card. subsc.*

† *Ego Theodinus S. Ruphinæ Sedis Apostolicæ card Episcopus.*

† *Ego Henricus Albanus Episcopus ss.*

† *Ego Theobaldus Hostiensis Episcopus ss.*

† *Ego Octavianus Ss. Cosmæ, & Damiani diac. card. subsc.*

Datum Veronæ per manum Ugonis S. R. E. Notarii x. Kal. Decembris Indictione III. Incarnationis Dominicæ anno 1184. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. anno quarto.

Friderici vero privilegium est hujusmodi. D

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Dignitas, & officium, &c. æternæ retributionis. Ea propter noscent tam præsens fidelium Imperii ætas, quam successura posteritas, quod nos attendentes devotionem, & religiosam conversationem Congregationis Veronensium, invitati precibus fidelium nostrorumve Sicberi vid. Archipresbyteri ejusdem Congregationis Carbazari, Lanfranci, & Zenonis Primiceriorum, & ad instantiam eorum ipsos, & omnia ipsorum bona, homines Congregationis, mobilia, & immobilia, quæ nunc habent, & possident, vel quod in posterum justo adeptionis titulo poterunt obtinere, sub protectione majestatis nostræ suscipimus. Terram quam habent in castro Votariis, & in valle Pullicella, terram quam habent in valle Paltanæ, & in Monteaureo, terram etiam quam habent in Cruce Maratica, & Illasii, & in Cologuella, A *& in toto episcopatu, & commitatu Veronensium: nec non ecclesiam S. Georgii cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam omnium Sanctorum, & ecclesiam S. Marci, ecclesiam S. Jacobi, & nominatim villam Maraticam in Veronensi commitatu sitam cum omnibus suis pertinentiis, & adjacentiis, pratis, pascuis, paludibus, aquarum decursibus, molendinis, venationibus, districtis, placitis, arimaniis, albergariis cum omni jurisdictione, & districtu, & cum mero imperio, & mixto eis Imperiali auctoritate confirmamus, & in suis successoribus, damus, tradimus, atque largimur, & in eorum potestate transfundimus. Statuentes, & eadem auctoritate sancientes ut nullus Dux, &c. communiri. Hujus rei testes. Obizo Marchio, Gulielmus Astensis Episcopus, Comes Ucberonus Scernapanus, & ejus filius Aldericus, Araldus de Monticello, Rogerius Capellanus noster, Frater Theodoricus de Silva benedicta, & alii quam plures.*

B *Signum D. Friderici Rom. Imp. invictissimi.*

Ego Godefredus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Philippi Coloniensis Archiepiscopi Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1177. Indict. 10.

Datum Venetiis apud S. Marcum 9. Kal. Septemb. Regnante D. Friderico Rom. Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus xxva. Imperii xxiii. feliciter. Amen. xxvi.

Cæterum sanctam Veronensem Congregationem vetustissimam fuisse reperimus in testamento Joannis Episcopi Ticinensis anno 922. condito. Ubi C Sacerdotum sanctæ Veronensis Ecclesię Schola vocatur, cujus antiquitatem, præeminentiam, cæteraque scitu digna non tacuerunt ejusdem monumenta in hunc modum.

Sanctam Congregationem nostram non solum à recentioribus, verum etiam à majoribus nostris antiquis celebratam fuisse nemini dubium esse debet, at vero quid ipsa sit, si vetera ipsius sanctæ Congregationis monumenta inspiciantur, facile ignosci poterit. In his enim hæc insunt verba. Cum venerabilis, & sancta, & antiqua Congregatio Cleri intrinseci Veronensis decorata sit consortio, & sancto Collegio sanctorum Sacerdotum, & sanctarum ecclesiarum, & laudabilium clericorum, & laicorum, qui continue fundunt sacratas oblationes, & orationes ad laudem, & honorem omnipotentis Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & B. Jacobi Apostoli sit ordinata, in qua multi famuli Dei, & multæ ecclesiæ sunt annexi, & annexæ, qui laudem Deo offerunt ad medelam vivorum, & suffragium mortuorum præteritorum, præsentium, D *& futurorum dictæ Congregationis, &c.*

Quæ sane verba sanctam Congregationem hanc quoddam corpus esse ex diversis tum Ecclesiasticis, tum secularibus membris compactum, significant, & declarant. Ecclesiastica quidem, nobilioraque membra sunt Ecclesiarum, in ejus libro constitutionum inscriptarum, rectores. qui omnium ipsius S. Congregationis bonorum tam spiritualium, quam temporalium participes efficiuntur. In secularibus vero membra, omnes alii, & clerici, & utriusque sexus seculares, qui ob votum, pietatem, religionemque in ipsa s. Congregatione descripti spiritualibus bonis gaudent, connumerantur. Hæc vero S. Congregatio adeò est antiqua, ut ejus principii origo penitus ignoretur. Apud antiquiores tamen, qua tempore Gisalbertus Archipresbyteratus officio potitus est, ipsam S. Congregationem Sacerdotum scholam nuncupatam fuisse, memoriæ traditum invenitur. Cumque divino cultui tota vacaret, merito sanctæ nomen illi inditum fuit. Qua-

pro-

propter apud majores nostros Pontifices maximis jurisdictionibus, & privilegiis decoratam habuerunt, in illamque postea hujus urbis Episcopi, Imperatores *etiam, & alii Principes favorem suum maxime contulerunt.*

Diuturna vero, & antiqua, approbataque consuetudine hæc Archipresbyterum eligendi, in eumque Archipresbyteratus possessionem conferendi facultatem habet. Et licet dicti Archipresbyteratus dignitas visitandi, excommunicandi, absolvendique sibi subditos secundum propriar constitutiones potestate vigeat: nullatenus tamen institutum perpetui beneficii erigi, aut pro beneficio haberi, reputarique, seu alio quovis modo impetrari, ac de illo aliter disponi posse, à sancta Sede Apostolica cautum fuit. Imo vero dicta dignitas, tamquam officii curæ expers, cujusque beneficii est compatibilis, & absque ulla dispensatione tenere potest.

Suos insuper habet S. Congregatio officiales, Primicerios scilicet quatuor, massarium, viatorem, consiliarios duos, & unum concionatorem, omnes de gremio, scribam quoque, seu cancellarium, cursorem, sive bidellum, nec non & sigilla duo, majur, & minus. Maraticę quoque Vicariatum ipsius S. Congregationis jurisdictioni subesse liquido constat. Cum Maratica fluminis nevi Veronensis territorii ad s. Congregationem pleno jure cum continuata per plura secula usque ad hoc tempus possessione, cum plurium Imperatorum privilegiis, jusque Vicarii in ea constituendi pertinere dignoscatur. Decernimus, ut quot annis sexta feria hebdomadæ primæ mensis Decembris occultis suffragiis Maraticę Vicarius à S. Congregatione in futurum annum eligatur, & si alias electus, si visum fuerit confirmetur. Extant alia summorum Pontificum privilegia eidem sanctæ Congregationi præcipue Urbani III. concessa.

Privilegio cohonestavit Lucius III. & sub Apostolica protectione ad instar Alexandri III. suscepit monasterium Ss. Petri, & Viti de Calavena anno 1185.

Lucius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Simeoni Abbati monasterii Ss. Petri, & Viti de Calavena, ejusque fratribus, tam præsentibur, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Pia postulatio, &c. communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti Regulam in eodem monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcunque bona quæ idem monasterium in præsentiarum, juste, & canonice possides, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis: capellam sancti Faustini in castro Veronen. capellam S. Ambrosii in curia Mezzane, & cum Rivo, & molendinis, & omnibus aliis suis pertinentiir, & capellam S. Nicolai in Colonia cum omnibus pertinentiir suis: capellam S. Andreæ sitam in Illasio cum omnibus pertinentiir suis: capellam S. Vitalis sitam in Cuculo cum omnibus pertinentiis suir: curtem Coculi cum districto, & aliis pertinentiir suis. Quidquid juris, & proprietatis habetis in curte Treniaci, & Marcemici, Centuli, Casali, & Custnani: curiam Cosparini cum decimis, & aliis pertinentiis suis, & quidquid juris, & proprietatis habetis in curia Illasii, & in curia Coloniolæ, & Calderii, Porcili, Capitis Alponir, sancti Joannis Adroviæ, Mezzanę, Trezzolani, Colonię, & Cavaloni: ecclesiam S. Mariæ in Insula Veronæ; decimas Cosparini, Sorceti, & Cesolini; decimas Calderii, & decimar quindecim capitum Casalvini in Treniaco Caseri, & Cusnani; decimas Coculi, & decimas Cerredi, & deinde superius decimas totius alodii monasterii vestri. Sicut has decimas canonice possidetis, vobir, & monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus, vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat, liceatque vobis clericos, & laicos, e seculo fugientes liberos, solutos ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absq; Abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere, discedentem vero sine communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis; non pulsatir campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Decimas vero de propriis laboribus, seu etiam redditibus à vobis exigere, vel accipere clericorum nemo præsumat: compositionem quoque, quæ inter vos, & plebem de Cavalena super quibusdam decimis intercessit, sicut hinc inde recepta est, & in scripturis publicis continetur, auctoritate Apostolica confirmamus. Sepulturam præterea ipsius monasterii liberam esse decernimus ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepelire deliberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quomodolibet succrssorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo &c. salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur, &c.

Ego *Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.*

† *Ego Theodinus Portuensir, & S. Rufinæ sedis Episc.*

† *Ego Henricus Albanensir* Episc.

† *Theobaldus Hostiensis, & Velletrensis Episc.*

† *Ego Joannes presbyter card. tit. s. Marci.*

† Ego *Laborans prerb. card. s. Mariæ Transtib.*

† Ego *Pandulphus presb. card. tit. XII Apost.*

† Ego *Albinus presb. card. tit. S. Crucir in Jerusalem.*

† *Ego Melior prerb. card. St. Joannis, & Pauli tit. Pamachii.*

† Ego *Adelardus tit. S. Marcelli presb. card.*

† Ego *Ardicio diac. card. S. Theodori.*

† *Ego Soffredus S. Mariæ in via lata diac. card.*

† Ego *Rolandus S. Mariæ in Porticu diac. card.*

† *Ego Petrus S. Nicolai in carcere diac. card.*

† *Ego* Pandulphus *s. Georgii ad velum aureum diac. card.*

Datum Veronæ per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellar. Idibus Junii Indict. III. Incarnationir Dominicæ anno M. C. LXXXV. Pontif. vero D. Lucii Tertii PP. anno IV.

Hoc eodem anno qui ultimus fuit Omniboni. Veronæ congressus habitus est Papæ ejusdem Lucii, & Friderici Imperatoris, Christianæ Reipublicæ causa coeuntium, & consecrata est ecclesia S. Mariæ antiquæ Veronę per Gothifredum Patriarcham Aquilejensem: quemadmodum ex vetusta inscriptione liquet.

Anno D. M. C. LXXXV.
Indict. IIII. die Sabbati VIIII. intrante Novemb.
D. Patriarcha Gotfredus Aquilejensis dedicavit ecclesiam
S. Mariæ Antiquæ, ubi fuerant
D. Laborans, & D. Adelardus S. R. E. Cardinaler,
& D. Pepo Episcopur de Pedena, & D. Obizo Organensis Abbas,
& alii religiosi viri, ubi sunt reliquiæ
de capillis S. Mariæ, & de vestimentis ejus,
reliquiæ S. Jacobi Apostoli,
Ss. Martyrum Hermagoræ, & Fortunati,
S. Georgii, S. Cęlestini, S. Agapiti,

S. Six-

S. Sixti, S. Cassiani, S. Viti, S. Modesti,
S. Crescentiani,
& SS. Cosmæ, & Damiani,
SS. Confessorum Proculi, Lupicini,
& S. Agathæ Martyr.
in qua dedicatione omnibus, qui ibi tunc
aderant,
& pœnitentiam de suis peccatis receperint,
vel infra xv. dies pœnitentiam reciperent
& etiam his, qui ibi non aderant & infra xv.
dies pœnitentiam receperint, & jam
dictam ecclesiam visitaverint, remissionem de
omnibus vii. anni
unum indulsit, & quartam partem venialium,
& semper annuatim istam remissionem
ita instituit.
Instituit quoque, ut in die S. Martini ista
dedicatio amodo celebretur.
Inhibuit insuper, ut quicumque bona ipsius
ecclesiæ clam, vel violenter
surripuerint,
vel invaserint, vinculo excommunicationis
subjaceant.

Iisdem fere diebus, quibus obiit Omnebonus Episcopus, Veronæ discessit Lucius Papa III. Cadaver honorifice in Cathedrali ante altare majus marmoreo sepulchro conditum est. Hoc porro sepulchrum Joannes Matthæus Gilbertus Episcopus Veronensis cum Basilicæ ornatum repararet, quia impedimento videbatur esse ejus decori, in terram ante altare majus penitus abdidit, desuperque amota priore inscriptione, hanc posuit.

Ossa Lucii III. *Pont. Max. cui Roma ob invidiam pulso Verona Tutiss. ac Gratiss. Perfugium fuit, ubi Conventu Christianorum acto, dum præclara multa molitur, e vita excessit.*

In locum Lucii Urbanus III. Veronæ electus est 6. Id. Decemb. 1185. & Dominica die proxima summi Pontificatus insignia in Cathedrali suscepit.

LXXXII. 81 RIPRANDUS ex Archipresbytero Veronen. à Canonicorum Collegio creatus est Episcopus 1185. atque ab Imperatore Friderico, ut tum mos erat, confirmatus. *Qui quidem* (ut ait Panvinius in chronic.) *plebi eo nomine acceptissimus fuit, quod præter vitæ, & morum honestatem, & assiduam in pauperes misericordiam id etiam sedulo semper egerit, ut populus, quæ ad Dei cultum pertinerent magna diligentia doceretur*. Sedit in Veronensi Episcopatu annos fere quatuor. Nam anno Domini 1189. eum obiisse inveni. Hujus Episcopi mentio habetur præsertim in Episcopatus archivio, in quo hæc ejus ordinationis schedula extat sic exarata. *Die Veneris 8. exeunte Januario in præsentia D. Conradi Cardinalis, & Episcopi Sabinensis, & Archiepiscopi Maguntini. Episcopi Bonifacii Novariensis, Episcopi Anselmi Comensis, Friderici Præpositi, Presbyteri Huguccionis, Magistri Lotharii, Marchionis presbyteri Canonicorum majoris Ecclesiæ Veronensis, D. Fridericus Dei gratia Romanorum Imp. Aug. investivit D. Riprandum Veronensem Episcopum de toto honore, & districtu, quod imperium habet in Episcopatu, & Comitatu Veronæ secundum antiquum consuetum usum. Quo facto prænominatus Episcopus statim fecit ei fidelitatem sicut Principi suo Imperatori, & ejus filio Regi Henrico, tamquam suo Regi, & quod adjuvabit eum manu tenere regnum, & imperium, & coronam, & præcipue civitatis Veronæ cum toto suo comitatu, & districtu contra omnes homines, & supradictus Archiepiscopus, qui dedit fidelitatem, statim fidelitate facta dicit D. Episcopo Riprando coram D. Imperatore, & coram omnibus suprascriptis: totum quod factum est: factum est salvo ordine nostro. Actum fuit hoc Mediolani ad domum Canonicorum die S. Ambrosii anno Domini 1186. Indictione 4.* Ejus etiam in tabulis monasterii SS. Nazarii, & Celsi mentio est anno 1188. 10. Jun. & S. Zenonis majoris super portam majorem S. Pauli in Campo Martio.

Anno Millesimo centesimo septuageno
Juncto ter seno sub Aprilis Mense Sereno
Tunc præsule namque Riprando
Templum fundari, quod cernis & ædificari
Cepit presbytero super existente Raynaldo.

Anno 1185. Urbanus III. geminas contexuit literas ad favorem Canonicorum Veronensium, quorum prima omnia bona, immunitatesque ex largitione Imperatorum, vel Regum, seu aliorum Principum concessas confirmavit, altera vero litis sententiam, quæ inter ipsos, & fratres militiæ templi diu exagitata fuerat, & per Cardinales compromissarios sedata, confirmavit. Literarum vero tenor est.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Canonicis Veronen. salutem, & Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis facilem nos convenit præbere consensum, & vota quæ à rationis tramite non discordant effectu prosequente complere: ea propter vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, præsentium auctoritate statuimus, ut quæcumque vobis ex donatione Imperatorum, vel Regum, seu aliorum Principum tam in possessionibus, & dignitatibus, quam aliis rationabiliter sunt, & per devotionem concessa, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, sub interminatione anathematis prohibentes, ut nullus ea temere surripere, perturbare, vel in vestrum præjudicium detinere præsumat. Decernimus ergo, &c.

Dat. Veron. x. Kal. Aprilis.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Adrian. Archipresbytero, & Canonicis Veronensib. salutem, & Apostolicam benedictionem. Ea, quæ pro pace, & quiete Ecclesiarum de providentia Sedis Apostolicæ statuuntur, firma decet, & illibata consistere, & ne cujuscumque malitia depraventur litterarum memoriæ commendari, & scripti nostri pagina communiri. Unde quoniam post multas discrepationes, quas inter vos, & dilectos filios nostros fratres militiæ templi de parrochialibus terminis duarum ecclesiarum S. Pauli, & S. Vitalis diutius contigit agitari, placuit utrique parti dispositionem nostram eligere: nos dilectis filiis nostris Soff. S. Mariæ in Via lata, & R. S. Mariæ in Porticu Diac. Cardd. ad hujus rei cognitionem inspectoribus destinatis, designationem eorum, quam de Parochiis utriusque ecclesiæ fecisse noscuntur, ratam habemus, & præcipimus inconcusse servari, videlicet, ut totum, quod est a domo Alioti de Monte Cleda, & ipsa domus per rectam lineam usque ad domum Tridentin. & ipsa domus per rectam lineam usque ad domum Lanfranchi Manolin. & ipsa domus versus ecclesiam S. Pauli fiat de parrochia S. Pauli, & totum ab illis domibus, & terminis versum ecclesiam S. Vitalis de parrochia S. Vitalis libere, & absque contradictione qualibet censeatur. Ut autem hæc definitio perpetuis temporibus inviolata permaneat, eam sicut rationabiliter facta est auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c.

Datam Veronæ x. Kal. Octob.

Sequenti anno Urbanus Papa bis sacrum fecit, & concionati sunt Presb. Card. D. Laborans, & D. Henricus Albanus Episcopus Card. In æde S. Petri in Arce, feria 2. post Pascha, & in die festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli, cujus rei hæ duæ schedulæ in archivo ejus basilicæ inveniuntur.

In nomine Domini amen. Anno 1186. Ind. 4. die lunæ 14. Aprilis in Castro Veronæ in Ecclesia S. Petri dicti castri in præsentia D. Pauli Prænestini, D. Henrici Albanensis Episcoporum Cardinalium, Magistri Laborantis, Magistri Albini, D. Adelardi presbyterorum Cardinalium, D. Bobonis, D. Octaviani, Magistri Gratiani, Magistri Soffredi, Magistri Petri, Magistri Rolandi, Magistri Rodulphi Diaconorum Cardinalium D. Urbani Papæ III. Archiepiscoporum Ravennæ, Vasconiæ, Ungariæ, Riprandi Veronensis Episcopi, Joannis Concordiensis Episcopi, & aliorum multorum D. Papa cantavit missam ad majus altare di-

ctæ Ecclesiæ, & præcepit Magistro Laboranti, ut vice sua prædicaret, & remissionem populo faceret, qui omnia fecit, & Italis remisit annum unum & dies xx. ultramarinis vero tres annos & xxx. dies, & omni anno in die Lunæ post Pascha Resurrectionis sit ista remissio, & insuper Papa Lucius remissionem in ea Ecclesia confirmavit.

In Nomine Domini amen. Anno Domini 1186 Ind. 4. die Dominice 29. Junii die festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli in Ecclesia s. Petri in Arce in præsentia D. Henrici Albanensis, & D. Pauli Prænestini Episcoporum Cardinalium, D. Petri de Verona, Magistri Laborantis, Magistri Pandulphi, D. Adelardi, Magistri Albini, Magistri Melioris presbyterorum Cardinalium, D. Hyacinthi, D. Gratiani, D. Bobonis, D. Octaviani, Magistri Soffredi, Magistri Rolandi, Magistri Rodulphi Diaconorum Cardinalium S.R.E. Urbani Papæ III. & Riprandi Veronensis Episcopi, D. Urbanus Papa cantavit Missam ad majus altare dictæ Ecclesiæ, & præcepit D. Albanensi Episcopo Henrico, ut vice sua prædicaret, & remissionem generalem populo faceret, qui omnia fecit ut supra factum est a D. Laborante, additumque, ut per totam octavam in ea Ecclesia esset XL. dierum remissio.

Consecravit item Urbanus eodem anno ecclesiam S. Juliani de Lepida, seu Lepia in Veronensi districtu, olim cœnobium monialium Benedictini ordinis, nunc perpetuo unitam monasterio S. Nazarii, cujus consecrationis modum ex pervetusta memoria, ac schedula ita se habet.

In Christi nomine Domini Dei æterni.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi MCLXXXVI. Ind. 4. die Dominico 2. intrante Novembri. In Lepeja in præsentia D. Armani Theutonici Marchionis, & D. Atius Marchiæ, & D. Nicolai Comitis de Piano, & D. Odorici Comitis de Ovemberg, & D. Enrici Comitis de Ortemberg, D. Araldi de Montesellis, D. Bonetti de Montesilice, D. Balzanelli de Balzanellis, D. Zavolini de S. Quirico, DD. Ubertii, & Verdelli filiorum D. Adelardi, D. Radini, D. Bocchetti de Advocatis et. & aliorum ibique ex præcepto D. Urbani Papæ Tertii præsentibus, & cooperantibus Rev. Cardinalibus videlicet.

D. Petro de Bona presbytero Card. tituli S. Susannæ.

D. Laborante presbytero Card. s. Mariæ Transtiberim tt. s. Callixti.

D. Meliore Card. Ss. Joannis & Pauli tt. Pammachii.

D. Thebaldo Hostiensi, & Veliternensi Episcopo.

D. Henrico Albanensi Episcopo.

D. Adelardo tt. s. Marcelli presbytero Card.

D. Hyacintho s. Mariæ in Cosmedin diac. Card.

Mag. Rodulpho s. Georgii ad Velum aureum diac. Card.

D. Petro diac. Card. s. Nicolai in carcere Tulliano.

D. Gratiano Ss. Cosmæ & Damiani diac. Card.

D. Pandulpho presb. Card.

D. Odono Ss. Sergii, & Bacchi diac. Card.

Et præsentibus & cooperantibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis videlicet.

D. Conrado Aquileg. Patriarcha.

D. Arnoldo a Patriarcha Gradensi.

D. Gerardo Archiepiscopo Ravennat.

D. Gulprando Mandeburgen. Archiepiscopo.

D. Joanne Arelaten. Archiepisc.

D. Marino b Barensi Archiepisc.

D. Sigiredo Moguntino Archiep.

D. Lacolpho Vermontinen Episc.

D. Bernardo Florentino Episc.

D. Conrado Spirensi Episc.

D. Benedicto Messanensi Episc.

D. Francisco Reginen. Episc.

D. Nicolao Marsiliensi Episc.

D. Jonathas Concordien. Episcopus, & D. Aldemarius Xantonen. Episcopus fecerunt aquam sanctam cum aqua, & sale, & iverunt per tres vices de foris ecclesiam S. Juliani, & S. Mariæ de Epia consecrandum ipsam ecclesiam, & intraverunt in suprascriptam ecclesiam isti duo Episcopi, & fecerunt aquam benedictam cum sale, cinere, & vino, & sanctificaverunt altaria S. Mariæ Virginis, & S. Juliani Martyris cum aqua benedicta, & iverunt de intus per circuitum suprascriptæ ecclesiæ tribus vicibus, & fecerunt fieri quadrivium in prædicta ecclesia cum cinere, & scripserunt litteras in quadrivio de cinere, & unxerunt pedes prædictorum altarium, & mensas cum oleo exorcizato, & chrismate, & fecerunt duodecim cruces de intus per circuitum istius ecclesię: deinde venerunt ad pavionem ubi erant reliquiæ B. Mariæ V. & S. Juliani, & multorum aliorum sanctorum, & portaverunt prędictas reliquias cum magna reverentia in supradictam ecclesiam. Hoc facto, D. Papa consecravit, & confirmavit propriis manibus altare S. Marię, quod est intus Truina cum chrismate, & collocavit de reliquiis prædictis in altare, & confirmavit mensas altarium cum oleo & chrismate, & fecit ardere quinque grana incensi super illam mensam, & præcepit Episcopo Concordien. ut collocaret reliquias S. Juliani cum aliis reliquiis in altare, quod est foris, & consecraret illud in honore s. Juliani, qui statim fecit præceptum Domini Apostolici. Postea exivit D. PP. de supradicta ecclesia, & ascendit super pergulum, & prædicavit populo, & dixit omnibus personis, quæ hic sunt, vel ad istam ecclesiam venerint hinc ad quadragiata dies isto anno, & de suis bonis huic loco dederint, seu miserint ex parte Dei omnipotentis, & Mariæ semper Virginis, & Apostolorum Petri & Pauli, & omnium sanctorum, & Juliani Martyris in honore quorum ecclesia ista ex die consecrata est. Cum ipsa tempor. fel. record. Alexandri PP. prædecessoris nostri B. Petro in jus, protectionem S.R. Ecclesiæ sit immediate posita, & nos pariter ad exemplar supradicti prædecessoris nostri, in jus per proprietatem B. Petri immediate suscipimus, & sub protectione Romanæ Ecclesiæ prædictam ecclesiam & monasterium cum pertinentiis suis, & jurisdictionibus ponentes, auctoritate nostra concedimus omnibus ad anniversarium hujus dedicationis diem advenientibus, & volumus quod auctoritate nostra prædicti Cardinales, & Patriarchæ, & Archiepiscopi, & Episcopi habeant auctoritatem nostram in hoc facto, unum annum, & quadraginta dies omnibus vere pœnitentibus, & confessis de injuncta eis pęnitentia criminalium, & quarta parte venialium fractores votorum, ita us ad caredeane, excessus parentum, nisi fuerint enormes, pęnitentibus unum annum de feriis, de quadragesima septem dies in solemni pęnitentia advenientibus calciamenta restituimus, Mulieres, quæ nolentes parvulos oppresserunt, Ecclesiæ introitum; & tunc prædicti Domini Cardinales, & cæteri Pontifices ibi præsentes annuerunt, quilibet per se voluntati Domini Apostolici dantes, & concedentes unusquisque auctoritate Domini Papæ indulgentiam sicut suprascriptum est.

Concessit etiam perpetuo in festo S. Juliani Martyris omnibus ad prædictam ecclesiam, & per octavam advenientibus unum annum de injuncta pœnitentia dummodo manum suam porrexerit adjutricem, & quicunque aliis temporibus ipsi ecclesiæ, & monasterio de suis bonis dederint, seu miserint quadraginta dies de injuncta eis pœnitentia relaxavit. Postea prædictus D. Papa intravit prædictam ecclesiam, & celebravit missam ad altare sanctæ Mariæ, & exuis pontificalibus obtulit super altare in memoriam sui casulam in qua celebravit cum paramento sacerdotali, & mandavit D. Ghirardo Archiepiscopo Ravennaten. quod consecraret Abbatissam, & benediceret moniales, qui incontinenti omnibus præsentibus mandatum summi Pontificis adimplevit.

Acta fuerunt hæc in loco qui dicitur Epeja Diœcesis Veronensis, & in suprascriptis locis: Pontificatus D. Urbani Papæ III. anno 1.

Ego Guglielmus de Banrega civis Vicentinus Notarius D. Friderici Imperatoris Romanorum his omnibus interfui, & rogavi hoc instrumentum suprascriptum.

Consecrationi adjunxit Urbanus eidem ecclesiæ

& mo-

a Henricus Gradensibus præerat.

b Raynaldus hoc tempore Barens. præerat.

& monasterio Lepidæ privilegium juxta formam prædecessoris sui Alexandri III. qui olim Bosofo de Advocatis lapidem ad ædificandam ecclesiam in eo loco Lepidæ tribuerat, quam in jus, proprietatem, tutelamque S. Petri, & suam susceperat. *Dat. Venetiis in Rivoalto 29. Maji.*

Anno 1187. Riprando adhuc Veronæ Episcopatum gerente, Id. Septembris, Basilica civitatis major ab eodem Urbano III. Pontifice ad honorem omnipotentis Dei, & Beatissimæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, consecrata est, qui fuit dies Dominicus, astante ejus concioni maxima populorum multitudine, cujus rei ex antiquo monumento mentio habetur in archivo Canonicorum.

Die Dominico XIII. intrante Septembri in Verona ante majorem Veronæ Ecclesiam. In præsentia Dominorum Cardinalium sanctæ Romanæ Ecclesiæ scilicet, Thebaldi Ostiensis Episcopi, D. Henrici Albanensis Episcopi, D. Petri de Bona, Magistri Laborantis, D. Adelardi, & Magistri Gratiani, Magistri Petri de Placentia, & Magistri Rodulphi, D. Riprandi Veron. Episcopi, D. Episcopi de Vol. Scotensis Episcopi, D. Adriani Archipresbyteri Majoris Veron. Ecclesiæ, D. presbyteri Ugucioni, D. presbyteri Adhelardi Cantoris, D. presbyteri Viviani, D. Machesi, Magistri Presbyteri, D. Lotesii, D. Claribaldi, Andreæ Presbyt. Canonicorum hujus Veronensis Ecclesię & aliorum quamplurium clericorum, & laicorum, atque mulierum. Ibique cum maxima multitudo clericorum, & laicorum, atque mulierum esset congregata ad honorem Omnipotentis Dei, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, atque Sanctarum, ad videndam consecrationem prænominatæ Majoris Veron. Ecclesiæ, Beatissimæ semperque Virginis Mariæ, & ad audiendam prædicationem, & admonitionem Domini Urbani summi Pontificis, qui ibi in pulpito erat, & populum docebat, & admonebat, atque prædicabat. Qui etiam præfatam Ecclesiam consecrabat in fine suæ prædicationis talem remissionem peccatorum fecit, sic dicens idem Dominus Urbanus summus Pontifex, ex parte Dei omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli & nostra, omnibus hominibus, & mulieribus, qui ad istam consecrationem hujus sanctæ Veron. Ecclesiæ de hinc quadraginta dies venerint, & de suis peccatis veraciter pœnitentiam susceperint, vel suscipient, duos annos Indulgemus. Et omni anno in Anniversario hujus sacræ consecrationis, omnibus, qui infra XV. dies ad hanc prænominatam majorem Veron. Ecclesiam venerint, & de suis peccatis veraciter pœnitentiam susceperint, & de suis bonis ad fabricam ejusdem dederint, seu miserint, tam infra prædictos, XL. dies, quã omni anno, infra XV. dies anniversarii illius consecrationis, XL. dies indulgemus, atque remittimus. Insuper quoque dicimus, & hortamur, ut unusquisque subtiliter, & diligenter cogitet, & recordetur de suis peccatis, & de omnibus illis, de quibus recordari non potest pœniteat, & cum sacerdote confessionem faciat, & pœnitentiam accipiat. Oblita namque delicta de quibus recordari non poterit, & per fraudem non steterit, quin recordetur, Deus eis ea oblita dimittat, & parcat & nos dimittimus ea, & indulgemus, cum quocumque tempore ad memoriam reduxerint cum sacerdote confessionem faciant. Anno a nativitate Domini Mill. Cent. LXXX. VII. Indictione V.

Ego Marcius Hostiarius Domini Friderici Imperatoris Not. rogat. interfui & scripsi &c.

In cujus rei perpetuam memoriam publico decreto sancitum est, ut die ipsa consecrationis, & sequenti sanctæ Crucis exaltationis, quæ in Ecclesia propinqua S. Helenæ S. Georgii à Domo, atque XV. die quæ est Octava Nativitatis celebretur in cathedrali, loco assumptionis ejusdem proprii tituli, & per tres continuos dies à platea Episcopatus usque ad plateam aedium nobilium de Cortiis prope parochialem S. Mariæ Insularis sitarum, nundinæ speciosissimæ habeantur; quæ cum magna urbis ac diœcesis populi frequentia usque ad præsentem ætatem habitæ sunt, viaque illa cum lateralibus domibus, quæ inter civitatis nobiliores enumeratur, in publicis, ac privatis scripturis platea atque contrata MERCATI NOVI appellatur.

Suscepisse vero post hæc Urbanum III. Abbatem, & monasterium S. Zenonis sub Apostolica protectione docent litteræ ejusdem, quæ sequuntur.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Ugoni Abbati monasterii s. Zenonis Veronen. ejusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Effectum justa postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis, præsertim &c. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & felicis recordationis prædecessorum nostrorum Innocentii, & Lucii, Alexandri, ac Lucii Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes monasterium Beati Zenonis Veronen. in quo divino estis obsequio mancipati sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis. Siquidem &c. Ecclesiam S. Proculi cum omni honore & districtu, ut à bonæ memoriæ Brunone Veronensi Episcopo vestro monasterio canonice concessam, & ab ejusdem Episcopi successoribus, & bonæ memoriæ Peregrino, & Ven. fratri nostro Gottofredo Patriarchis Aquilejen. Sedis, vestro monasterio confirmata sunt & in ejus authenticis continetur &c. Omnia deinde bona & Eccl. describuntur cum subscriptione ejusdem Pontificis ac XII. Cardinalibus.

Datum Ferrariæ per manum Alberti sanctæ Roman. Eccl. Cardinalis, & Cancellarii III. Id. Octobris indictione 5. Incarnationis Dominicæ anno M.C. LXXXVII. Pontif. Domini Urbani Papæ III. An. II.

Eodem anno statim post consecrationem majoris Basilicæ Veronæ Urbanus Papa cum suis Cardinalibus discedens, Romam versus iter arripuit. Qui cum Ferrariam venisset, audita clade Christianorum in Syria, & captiva Hierosolyma à Saladino Turca novo Ægypti Sultano facta, dolore cordis tactus, ibidem XI. Kal. Novemb. mortuus est. Cujus cadaver in Cathedrali Ferrariensi honorifice conditum est. Haud multo post Urbanum Riprandus Episcopus supervixit: namque ipse defunctus est anno 1188. aliis 1189.





LXXXIII. 82 ADELARDUS Cattaneus *a* de Lendenaria, vel de Adelardis, ut alii volunt, apud Veronenses summo loco natus, Canonicus, ac major Præcentor Cathedralis, à Lucio III. Pontifice Vero-

a De eo Oldoini Ciaconius in Marte-

ex Collect. nova veter. Scrip. extant A. Card. Veronen. Epistolæ, quibus testatur se, cum à liminibus S. Thomæ Cantuarien. causa devotionis ad limina S. Martini Turonen. reditum fecerit, interfuisse Turonis consecrationi Jo: Dolensis Episc.

ronæ cuoptatus fuit inter Cardinales ad titulum S. Marcelli, in quo omnes fuere virtutes, quæ ab Ecclesiastico Principe optimo, & sapientissimo sperari, aut optari possunt: quibus apud Principes, summosque Pontifices eximia valuit gratia, & benevolentia. Adardus Ecclesiæ negotia primum à Lucio ascitus, deinde a Clemente III. missus legatus in Orientem est; cum Philippo Francorum, Riccardoque Britannorum Regibus, ac selecta multorum nobilium Veronensium cruce signatorum ala, expugnationi civitatis Acconæ interfuit, expiavit ecclesias ab infidelibus pollutas, dedicavitque altaria, simul cum Archiepiscopis Turonensi, Pisano, & Ariensi Episcopo, aliisque Præsulibus, ut narrat Rogerus Hovedenus in Anglicanis historiis. Hæc igitur in Oriente Adelardum agentem Veronense Capitulum post excessum Riprandi adlegit Antistitem 1188. electionem approbante Pontifice. Ipse, legatione absoluta, Veronam reversus egregie, sanctissimeque Episcopatum administravit, ut narrat Panvinius in chronic. ad quem multæ extant Innocentii III. Epistolæ, quibus, qualis vir ille fuerit, satis intelligi potest. Ecclesiam SS. Apostolorum Veronæ consecravit; fidelibus adjutrices manus in reparatione ecclesiæ SS. Firmi & Rustici porrigentibus remissionem peccatorum dies xx. criminalium, & septimam partem venialium misericorditer indulsit ann. 1197. ut in eius monumento legitur in eadem ecclesia asservato.

A. sola Divinæ pietatis dignatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Veronæ humilis Episcopus universis Christi fidelibus tam præsentibus, quam aliis per Veronensem diœcesim constitutis, ad quorum manus litteræ istæ pervenerint, in eo qui est omnium salus, salutem.

Post hujus peregrinationis exilium æternæ felicitatis, sive feriationis nos per fidem bravium expectantes, oportet missionis extremæ diem bonis operibus prævenire, ut cursus noster ad id percipiendum, Domino concedente, dirigatur; hinc est quod pro operibus pietatis, & charitatis, quæ sacris, ac venerabilibus locis seu sacrosanctis ecclesiis Divino præstantur intuitu, ipsum Patrem misericordiæ, & pietatis nobis reddimus placatum, & ad miserendum propitium, cum ipse dicat: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, & alibi, estote misericordes sicut Pater vester de cœlis misericors est, & iterum, date eleemosynam. & ecce omnia munda sunt vobis, & fiducia magna erit coram summo Domino eleemosina omnibus facientibus eam. Cum igitur pretiosorum Martyrum Firmi, & Rustici, Primi, ac Marci, Apollinaris, atque Lazari sartatecta venerabilis Ecclesiæ, in qua ipsorum corpora pretiosa in pace requiescunt in sui reparatione pariter, & substentatione vestro, & aliorum Christi fidelium auxilio plurimum indigeant, universitatem vestram rogamus attentius atque monemus, & in remissione peccatorum vobis injungimus, quatenus divino intuitu, & pro reverentia victoriosorum Martyrum Firmi, & Rustici, necnon, & aliorum, cum nuncii jamdictæ ecclesiæ ad vos eleemosynarum suffragium petituri accesserint, de bonis à Domino vobis concessis pias eleemosynas, & grata subsidia taliter conferatis ut per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante, feceritis, bonæ actionis in præsenti seculo fructum, & in futuro regnum possideatis æternum. Universi autem, qui prædicto loco de bonis sibi a Domino collatis subvenerint, & de peccatis suis dignam pœnitentiam acceperunt, vel infra octo dies accipient, ex parte Dei omnipotentis, & B. Mariæ semper Virginis, ac gloriosorum Martyrum Firmi, & Rustici, & aliorum: sanctissimi quoque Zenonis gloriosi patroni nostri meritis confisi in pœnitentia sibi injuncta xx. dies criminalium, & septimam partem venialium misericorditer indulgemus.

Datum Veronæ, in Palatio Episcopali Kal. Julii anno Dom. M.C.XCVII.

Extat appensum sigillum cereum album stuppaceis funiculis in speciem mediæ nucis magnæ, cui est impressa imago D. Zenonis cum circumjacentibus literis ADELARDUS VER. EP. aliisque verbis, quæ non intelliguntur.

Anno 1207. Adelardum Veronensem Episcopum, & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem castrum Leniaci pro castro Montisfortis cum omni jurisdictione, & districtu, omnibusque pertinentibus ad merum & mixtum Imperium permutasse cum Veronensium Communitate, auctoritate Innocentii Papæ III. docet nobile monumentum eodem anno, approbantibus Ugone Ferrariensi, & P. Adriensi Episcopis Innocentii delegatis, diligente stipulatione confectum; quod cum maxime faciat ad jura Veronensis Episcopatus, eorumque temporum mores, & hominum, qui interfuerunt claram memoriam, hic exhibebo ab originali tabularii inscriptum.

In nomine Domini Jesu Christi.

Anno ab ejusdem Nativitate MCCVII. Indict. x. tempore D. Innocentii Papæ III. Pontificatus vero anno decimo, nullo Imperatore existente in Italia: die ultima exeunte Decemb. in porticillo Episcopalis Palatii Veronæ in præsentia Magistri Girardi Prioris S. Georgii in Braida, D. Præpositi S. Georgii, D. Sautonis S. Mariæ de Camaldulis, D. Venturæ Canonicis S. Veronensis Ecclesiæ, Petri de Lendcuaria, Petri de Nogarolis, Isnardi de Gozo, Ottolini de Mainardo de Ferraria, Jacobini fil. q. D. Bizani Tavelli, Zulfredi Not. de Bonadico, & aliorum plurium testium rogatorum, &c.

D. Adelardus Dei gratia S. R. E. Cardinalis, Veronæ venerabilis Episcopus pro se, & ejus successoribus venturis Episcopis, & Episcopatu Veronæ, pro bono statu nostræ civitatis, & pro pace reformanda inter cives Veronæ, & ad sustantiam multorum sapientum virorum tam clericorum, quam laicorum fidelium Episcopatus Veronæ. Idem D. Episcopus, ut dictum est pro se, & pro suo Episcopatu Veronæ, & suis successoribus fecit finem, & refutationem in manu D. Azonis Marchionis de Este Potestatis Veronæ, jure, & nomine Communis Veronæ, recipientis pro ipso Communi Veronæ de omni jurisdictione, & districtu, & rebus omnibus ad jurisdictionem, & districtum pertinentibus, quas ipse D. Episcopus, & ejus Episcopatus, & antecessores habuerunt, & visi sunt habere in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia sive super rebus, sive super personis, & dixit prædictas res refutatas, per ipsum Marchionem possidere jure, & nomine Communis Veronæ, ita tamen quod ipse Marchio debeat prædictam jurisdictionem, & districtum disponere, & facere secundum quod ei melius videbitur expedire Episcopatui Veronæ, aut ad feudum, aut ad fictum, vel alio modo, quod voluerit ipse Marchio, & si necesse fuerit prædictam refutationem per D. Apostolicum, & Imperatorem confirmari, quod debeat fieri expensis Communis Veronæ.

Item die xii. exeunte Februario in Commune Palatio Veronæ in Consilio ejusdem civitatis, quod Consilium pulsatum erat per tintinabulum Commune sicut moris, & consuetudinis est civitatis Veronæ, D. Azo Estensis Marchio Rector Veronæ concionando in infrascripto Consilio petiit consilium super facto jurisdictionum quarundam terrarum Episcopatus Veronæ, Montisfortis qualiter pro Communi Veronæ fecerunt illos de Leniaco, & aliis terris qui deberent recipere investituram ab eo de jurisdictionibus suarum terrarū sicuram pro suis communibus, qui infrascripti consiliatores Communis Veronæ, & consilium negotiatur, dixerunt, & dederunt suam auctoritatem, consilium, licentiam, & parabolam, suprad. D. Marchioni, pro dicto Communi Veronæ ut ipse Marchio toto tempore sui præsidatus & sui successores, qui fuerint pro tempore in regimine Veronæ in perpetuum sint astricti juramento regiminis civitatis Veronæ, & faciat ipse Marchio adjungi, & poni in porta Communis Veronæ, quod omnes illas concessiones, & investituras, quas ipse Marchio faciet Communi, & hominibus Leniaci, & aliis terris comprehensis in isto facto de jurisdictione, & districtu eorum, & illas, quas faciet de Monte forte D. Adelardo ven. Episcopo Veronæ observare, & attendere pro Communi Veronæ, & non

con-

contravenire. Nomina quorum consiliariorum hæc sunt: Lavansius de Vicecomite, D. Isuardus de Carteriis, Balzanellus de Crescentiis, Comes Bonifacius, Albertus Angoscia, Barth. Cortesia de Panariis, Fulchinus de Alberto, Surdo Facinus de Dra, Molono Damascus, Henricus de Cavo de Porto, Achilles de Vicecomite, Petrus de Scalis, D. Conradinus de Marsio, Isnardus de Gatzo, Asenollus de Aldono muto, D. Joannes Spacianis procurator Communis Veronæ, Aldrighessus de Liazano ejus socius, Ventura Ceresia, Consus Ubociuus de Adelardo de Castello, Zagridus de Jacobo, Zordanius, Omnebonus Judex de Gambarino, Theobaldus de Pola, Thebaldus de Henrighetto, Nigola, Leonardus de Tebaldiuo de Noringuerra, Mussolinus de porta s. Zenonis, Marinettus Iacobinus de Pietra, Finus Manarius, Zampanesius, Odericus de Henesealco, Herinus de Vigro, Finus Cardinus de Aceri, Icerinns de Murto de castello, Guascus Can. D. Gambarinus, Gulielmus Malerba, Jacobns de Arcenisio, Proveadinus Not. Grossius, D. Jacobinus de Ripaclara, Consetta de Mercatouovo, Bonifacius Occn, Guizzardinus de Pedibus Canum, Nicolaus Calderino, Aldo de D. Addemario, Guizzardus, Henrighettus de Guidotto tunc consul negotiatorum, Adacha Bart. Pesco Tridentinus de Valeriano, Thebaldiuus de Henrico de Specia, Heverardus Barbavina, Magister Nigrellus Caus. Zenonius Mascarinus, Zeunatus Communis. Crescentinus Cavazzano, Murinettus Vermilius de Nesentiis, Bonzeno de Aldernandino, Nicolaus de Verdelino Cousules negotiatorum, Theobaldinus de Pola eorum socius, Pelliparius de Porta s. Zenonis, Aldrighettus de Crescentiis, Facetus Ottouellus de Tumba, Jacobus de Goridone de Runco, Venturn de Ribaldo, Montenarius de Szorzo, Crescentinellus de Cresceutiis, Gulielmus de D. Henrighetto de Monte Zambavo, Amerighettus de Mercatonovo.

Item die secunda eneunte mense Febr. in civitate Veronę iu communi palatio illius civitatis in presentia D. Concordini de Masio, Gambarini de Baldolano, Aldi de Admuno, Amanini de Leuiaco, Joannis de Limiaco, Petri de Clavia, Guaschi de Masio, Arminini, & Jacobi fratrum Caus. Veronę, Grisalberini de Tasso, Raymuudini, Girardi de Leniaco, Constautini Not. Vermilii de Crescentiis, Asenelli de Adono, Incisi Joannis Notaeii Zampinelli, Aldigerini de Laudetis, Conradi servientis D. Episcopo, Matthæi de Carleselli, Rabaani fil. q. Zermani, Danielis præconis Communis Veronæ, & aliorum plurium.

D. Azo Esteasis Marchio Veronæ Potestas, & Girardus de Advocatis, Joannes de Palatio, Ventura Cresca, Ruphinus de D. Lupicina Cousules Veronæ, D. Aldrighettus de Linzaro, Desideratus de Castello Procuratores Veronæ pro ipso Communi Veronæ ad honorem Romani Imperii, & pro utilitate Veronæ, Episcopatus, & Universitatis Veronæ, ac Communis Leniaci, omnium hominum in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia nunc, vel in futurum habitantium, vel possidentium tit. perpetuæ locationis investierunt Isnardum de Panesico Potestatem Leniaci, Beltramum de Alperto recipientem pro Communi, & Universitate Leniaci, & pro omnibus habitantibus, & possideutibus, habitaturis, & possessuris in Leniaco, & ejus curia, & pertinentia, & de omni jurisdictione, & omni districtu, & omnibus redditibus, & publicis functionibus, & de omni jure inhærente prædictis pro ut ad Episcopatum Veronæ pertinent, & privilegia Romanorum Principum, seu Francorum, & Longobardorum, vel Italicorum Regum in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia sive super rebus, sive super personis in terra, aqua, & pluviebus, sylvis, & nemoribus in imperando, vel decretaudo ac permittendo, seu ponendo, ita ut omnia prædicta plenissime pertineant ad Commune, & Universitatem Leniaci, sicut pertinent ad Episcopatum Veronæ, salvis jure & consuerudine civitatis Veronæ per omnia, & ex omnibus redditibus Commune, & Universitate Leniaci sex denarios Veronensis monetæ singulis annis in Kal. Jan. nuntio Episcopatus petentii in Leniaco dictos sex denarios, qui sex si non fuerint soluti, possint peti soli sine pœna, nec ab eis conductoribus, si per quantumque tempora cessatum fuerit in solutione pensionis, ita ut Commune, & Universitas Leniaci, & ejus possessores Leniaci, & eorum successores in perpetuum possint uti, & frui, & libere alienare, & pignorare omnia, & maxime circa ad se pertinentia in Leniaco, & ejus curia, & pertinentia, sine contradictione Veronen. Episcoporum in perpetuum, pro hac auctoritate, & investitura.

Nos Azo Estensis Marchio auctoritate qua fungimur per voluntatem Consulum, & procuratorum, & consiliatorum Communis Veronę decernimus castrum Montisfortis, & villam Montisfortis, & ejus possessiones, quæ sunt in Monteforte, & ejus curia, & pertinentia, prçter ecclesiam Moutisfortis, & ejus jura, ad Episcopatum Verouæ cum omni jurisdictioue, & districtu, & omnibus possessionibne pertinere, ita ut Episcopus, qui nunc est, & ejus successores in perpetuum habeant, & teneant Montemfortem, & omnes possessiones in eo, & ejus curia, & pertinentia sitas ad possessionem, & dominium Episcopale cum omnibus redditibus, & utilitatibus, & præceptionibus, quæ poterant probabiliter colligi salvo jure proprietariorum, collonorum percipiendorum in fine unius cujusque anni cetinendorum pro voluntate Episcoporum, qui fueriut pro tempore recipiendorum iu prædicto loco cum ista pensione domorum, ararum, & cum actione, quæ fuerit actualis Episcopatui, non interveniente gratia, vel pretio, seu precibus, quibus intervenientibus dicimus concessiones etiam partiariis collonis factas instantia Magistratuum Veronæ, qui fuerint pro tempore revocandas, adhoc ut omnes redditus, seu fructus, qui commendabili cura, & exacta diligentia potuerint redigi, ex Moute forte, & ejus curia, & pertinentiis sint in possessione, & potestate Episcopornm, responsum utilitatibus Episcopatus Veronæ, & Romani Imperij, pro redditibus, & fructibus, & commoditatibns omnibus, quæ obveniebant Episcopatui, & Imperio Romano, vel quæ Episcopatus Verouæ, & Romanus Imperntor habebant ex prædictis rebus locatis in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia, satisfacturis etiam pro universis servis in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia ad Episcopatum Veronæ pertinentibus, quos, & hac die libertati donantes liberos, & cives Romanos cum omni eorum periculo, pronunciamus, & sancimus. Volumus etiam & statuimus compensum commodum, & utilitatem, quam habebat Episcopatus Veronæ, & Imperium Romanum ex prædictis rebus locatis, & Monsfortis ita sit perpetuo Episcopatus Veronen ut erant prædictæ res locatæ, & ita habeant, & teneant Episcopi Veronenses iu perpetuum, qui fueriut pro tempore, ut habuerunt, & tenuerunt Episcopus qui nunc est, & ejus prædecessores prædictas res locatas in Leuiaco, & ejus curte, & pertinentia, adiicientes, ut Episcopatus Veronæ, qui nunc est & ejus successores in perpetuum non possint alienare quolibet modo, vel piguori, vel hypothecæ celebrare aliquid ex Monte forte & ejus pertinentia, nec usum fructum, vel usum ejusdem loci alicui concedere, vel assignare quovis modo supradictum est de partiariis collonis prędicto modo recipiendis, vel pouendi in eo, & si contra factum fuerit Rectores Veronę qui pro tempore fuerint sint astricti juramento regiminis revocare facta contra prædicta, vel in fraudem eorum, & Episcopatum astringere, & dare operam, ut de jure, & dominio, potestate Episcoporum Veronæ, qui fuerint pro tempoce non separetur Mons fortis, & ejus pertinentia cum omnibus suis redditibus, & commodibus, & salvent Episcopi Veronæ, qui fuerint pro tempore, cura, & provisioue Magistratum Veronæ debeant relevare Commune, & Universitatem Leniaci ab omnibus oneribus & præstationibus, quę & imminebant, vel imposterum viderentur indicenda ex prædictis rebus locatis, & eos indemnes reddere, & conservare ex redditibus Montis forti, pro rata prætiorum, quæ exolvet prædicta Universitas . . . . . ejus firmiter si prædicta locatio, quod Deus aver-

cat finiretur, & ad Episcopatum partim, res locatæ redderent, Monsfortis, & jus curia, & pertinentia debeat devenire in dominium, & potestatem Communis, & Universitatis Leniaci pro rata pretii, quæ repetitur præstita à Commune Leniaci in redemptione Montis fortis. Hoc facto prædictus D. Azo Marchio Veronæ Potestas, & prædicti Consules, & procuratores ita ut dictum est stipulatione interveniente pro Communi Veronæ, prædictis hominibus pro Commune Leniaci attendere promiserunt, loquellam intrandi tenutam supradictarum rerum locatarum eis dederunt.

Item die x. stante Martio in Communi palatio Veronæ in præsentia D. Corradini, & D. Isuardi Asenelli, Frausceti can Nigroboni, Joannis not. Petri de Scalis Jacobini de Rupeclara, Alberti de Bonadico, Leonaldi de D. Thebaldino de Nassinguerra, & aliorum plurium, D. Azo Estensis Marchio, Veronæ Potestas ad honorem Dei, & B. Zenonis pro bono pacis præcepit illis de Leniaco, qui juraverant, & promiserunt Zenino Mosecano Communis Veronæ solvere, & dare illud, quod ipse Marchio præciperet, ut solvant, & dent massario suprad. vel illis quibus delegatum fuerit solvendum in redemptionem Montis fortis, & in redemptionem jurisdictionis & districtus crimanic, & plenariæ, & cæteorum in statuto, & locatione determinatum ad Episcopatum, vel ad alios per Episcopatum pertinentium in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia XII. millia librarum denariorum Veronensium hinc ad Kalend. Madii.

Item in Dei nomine anno Dominicæ nativitatis MCCVII. ind. x. tempore D. Innocentii PP. III. & Philippi Regis dies x. inst. April. in palatio D. Ugi Ferrariensis Episcopi. Nos Ugo Ferrarien. & P. Adriensis Episcopi in mandatis a D. Innocentio PP. recipientes si contractum, & permutationem de jurisdictionibus quarumdam terrarum Episcopatus Veronæ videlicet Leniaci, & aliarum terrarum determinatarum, & compensarum in illo contractu de facto illo, hactenus pertinentibus in rebus, ad res jurisdictionis spectantibus de Castro Montisfortis, & ejus pertinentiis, & honore, & districtu inter Adelardum Episcopum Veronæ, & Azonem Marchionem Estensem Potestatem Veronæ pro Communi Veronæ celebratum, si celebratum utilitati, & commoditati Episcopatus Veronæ, & paci, & concordiæ ipsius civitatis Veronæ expedire videretur, liberam facultatem, & licentiam faciendi, & complendi prædictam permutationem utrique parti auctoritate Apostolica tribueremus: habita diligenti examinatione, cognita tamen ex instrumento præfatæ permutationis modo, & processu & celebratione compertis, tum ex confessionibus prædictis præfati Episcopi, & Gerardi Prioris S. Georgii in Braida, & Magistri Laufranchi Archipresbyteri ecclesiæ S. Petri de Castello, tum ex recepto juramento ab Isnardo causidico de Gezo, & super animam suam & super animam dicti Marchionis Potestatis Veronæ, & super animam procuratorum S. Zenonis de Spincacciis, Aldrighetti de Leniazano, & Desiderati de Castello, & super animam Consulum scil. Gerardi de Advocatis, Venturæ Judicis, Joannis de palatio Borumieni, parabola eorum habita, & postea non revocata ab eo præstito quod per dictam permutationem, & contractum, quod conditio Episcopatus Veronæ efficitur, & redditur melior, & quod pax, et concordia in Verona inde consequitur, licentiam & liberam facultatem faciendi, complendi prædictam permutationem & contractum utrique parti, scilicet præfato Episcopo, & præfato Marchioni Potestati Veronæ, pro Communi ipsius Veronæ præsente Antenisio cau. ad eam dicto Episcopo Veronæ ad hoc procuratore constituto, auctoritate Apostolica tribuimus. Ad hujus sententiæ publicationem isti fuerunt præsentes D. Jacobus Nate. Pater Joan. S. Blasii, Bart. D. Episcopi Ferrae. Gulielmus Rotuli, Jacobus Jacobi not. filius. Vitalianus ejus frater, Marchesinus F. Marchesini de Mainardo, Cyprianus Joannis de Aceta, Marchinus Pelliparii, Fabius Pectus, Ottelinus F. q. Maynardini de Maynardo, Mag. Petrus not civitatis Ferrar. Bradinatius, & alii plures.

Item die 8. exeunte Aprili in Episcopali palatio Veronæ in præsentia Petri Jacobi, Magistri Castellini Archip. Plebis Insulæ Parcaritiæ, Mag. Petri de Salezolis, Hentravarsati de Monte Lambano, Castellini can. D. Conradini de Maso, Isnardi de Gatzo, Jacobini de Ripaclara, Jacobini de Arteuesio, Zorafebi cau. Acini de Brandis, Venturæ Conradi Tridentini, & aliorum plurium. Ibique D. Adelardus Dei gratia S.R.E. Cardinalis, Veronen. Episcopus habens rata decreta & statuta facta per D. Azonem Marchionem Potestatem Veronæ de facto Montisfortis, & jurisdictionis Leniaci, & aliorum jurium locatorum Universitati, & nuntiis, sive administratoribus Leniaci promittens pro se, & per suos successores venturos Episcopos Veronen. D. Azoni Marchioni de Este Potestati Veronæ stipulanti, recipienti nomine & Communis Leniaci, & Communis Veronæ habere, & tenere . . . . . . & observare omnia, quæ ipse Marchio statuerat, & decreverat indicendo quod Monsfortis est Episcopatus Veronæ, & locandis jurisdictionibus, & aliis determinatis in ipsis locationibus secundum tenorem instrumentorum confectorum per me Omnebonum not. de Burgio, & investivit eumdem Marchionem recipientem investituram pro Universitate Leniaci, & ejus nomine de omnibus, & quibus ipse Marchio prædictam Universitatem investiverat, eisdem conditionibus, & pactis in dictis locationibus, & per ipsum Marchionem vice Communis Leniaci, & ejus nomine possidere manifestavit, & versa vice præfatus Marchio tit. permutationis fecit dictam investituram de D. Episcopo recipiente pro Episcopatu Veronæ ad proprium de Monteforte, & ejus curia, & pertinentia, & omnibus possessionibus, & territoriis sitis in pertinentia Montisfortis cum omni honore & districtu, & cum omnibus, quæ ad jurisdictionem, districtum pertinero cum venatione, et piscatione, silvis, nemoribus, aquis, molendinis, placito, & theloneo, & publicis functionibus cum terris . . . vineis, campis, pratis, pascuis, salectis, sanctionibus, rivis tam in montibus, quam in planitiebus, decimis, pensionibus, sortariis, & cum omnibus publicis obsequiis, & functionibus, & exactionibus, paludibus, alpibus, cum omnibus curtibus, ortis, areis, & terris aratoriis, & cum omnibus integraliter pertinentibus, vel jacentibus in pertinentia Montisfortis, salvis in omnibus quæcunque expressa sunt, & determinata in locationibus supradictis, & statuto, & decreto civitatis Veronæ pro supradictis negotiis promulgatis, quæ omnia vicissim prædicti Marchio, & Episcopus alter pro Episcopatu, alter pro Communio Veronæ in omnibus, & per omnia firmiter observare in perpetuum per se, & suos successores promisserunt, solvendo Episcopus, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit illud fodrum, antiquum, & usurolum, quod solvebat prædicta Universitas Imperatori cum ipse Imperator intrat Italiam, & vadit Romam ad coronam recipiendam. Quam autem permutationem, & investituram prædictus D. Azo Potestas Veronæ, & D. Joan. de Spicariis, & Aldrighettus de Liazario procuratores Veronæ pro Communi Veronæ, & Gerardus de Advocatis, Ventura Cesesia, Bonumerius Joan. de Palatio Consules majores pro supradicto Communi promiserunt defendere . . . . . . & expedire ab omni homine de districtu Veronæ.

Item die nono exeunte Junio in communi palatio Veronæ in præsentia D. Isnardi cau. Thebaldi de specia, Fizoli not. Ottonelli caus. de Tumba, & aliorum plurium. Ibique D. Armilius de Crescentiis fecit finem, & remissionem, & pactum de non petendo, & atendo in manu D. Amancisi cau. D. Potestatis Leniaci pro Communi Leniaci recipientis pro Universitate Leniaci, & habitatoribus, & consortibus ejusdem loci, qui nunc sunt, vel in perpetuum erunt in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia, ac omni jure, & omni ratione, quam habet, vel alius pro qualicunque modo, tit. in jurisdictione, & districtu fo-

dro,

dro, & arimania, & placitis, & theleneo, & redditibus, & publicis functionibus, & aliis suis cohærentibus, vel suprascriptis, aut alio earum pertinentibus ad Episcopatum Veronæ per privilegia Romanorum Principum, seu Pe[a]ncorum, aut Longobardorum, vel Italiæ Regum in Leniace, & ejus districtu, pertinentia, sive super rebus, sive supec personis in terra, & aqua, planiciebus, sylvis, & nemoribus imperande, & vetando, in permittendo, & puniendo ita ut pertineat ad Commune, & Universitatem Leniaci omne jus, & omnis ratio, quam ipse Vermilius, vel alius pro eo habuit, vel habet in prædictis; & nihil exinde remaneat in eo, vel alio pro eo, & promisit per se, & suos successores omnia supradicta observare firmiter, nec in aliquo contra facere en supradictis rebus in aliqua persona; & renunciavit possessioni, & pro ca vice; & nomine Communis Leniaci dixit possidere. Item die supradicto in communi palatio Veronę in præsentia D. Guaschi cauf. Bonacursi, Jachini, Zavaritii, & aliorum, Gabaldinus de Anglario eodem modo, & tenore refutavit, & remisit, & per omnia fecit ut superius D. Vermilius fecerat & in supradicto conteactu continetur, & dixit prout & D. Amarinus vice & nomine Communis Leniaci possidere.

Item die 8. eneunte Junio in palatio Communis Veronæ in præsentia D. Jo. de Speciariis, D. Isnardi de Garzo, Joannis de bonis . . . not. & aliorum plurimorum. Dominus O. de Vicecomite Verona Potestas præcepit per sacramentum D. Jo. de Clanica, ut pro se, & Gisalberto ejus fratre debeat refutare, & facere D. Amanino Potestati Leniaci secundum quod superius D. Vermilius per omnia fecerat, & promiserat: qui vero D. Jo. pro se, & suo fratre D. Gisalberto eefutavit, & remisit in manu dicti Amanini pro Communi Leniaci secundum quod in supradicto continetur per omnia, & promissionem fecie eidem, quod dictus frater habebit firmum, nec contravenerit.

Item die supradicto in prædicto palatio Commun. Veronæ in præsentia D. Isuardi cau. Nicolai de Capris, Bonsenioris not. Venturæ & aliorum. D. Omnebonus Judex O. Potestatis Veronæ præcepit D. Petro de Lendenaria, ut refutare debeat D. Amanino pro Commune Leniaci secundum quod tentinetur in supradicto contractu, qui D. Petrus ita refutavit & fecit in manu D. Amanini pro Communi Leniaci per omnia, secundum quod continetur, & dixit pro eo & vice Communis Leniaci possidere.

Item die 16. intrante Julio in supradicto palatio Communis Veronæ in præsentia Isnardi de Zaccaeiis, Jacobini, & aliorum. Osellus de Castello eodem modo refutavit, & finem fecit in manu D. Amanini pro dicto Communi Leniaci, ut in supradicto contractu continetur. Item eodem die, & loco, in præsentia D. Isuardi Asnelli, Alberti de Advocatis & aliorum D. Amadeus pro se refutavit in manu D. Amanini pro dicto Communi Leniaci, & ita fecit, & per omnia ut in supradicto contractu continetur. Item eodem die, & loco in præsentia Amelli Pellegrini, Henrighetti noc. & aliorum plurium Nerandinus F. Orbonis de Spilimberch eodem mode eefutavit, & fecie in manu D. Amanini pro Communi Leniaci, & ita fecit per omnia, ut in supradicto contractu continetur. Item eodem die, loco, & præsentia Amadei Aldigerini de Laudetta, Pellegrini de Leniaeo, & aliorum. Zambonus f. q. Stephani pro se, & suis featribus, eodem modo refutavit, & fecit in manu D. Amanini pro Communi Leniaci ut in supradicto contractu per omnia continetur. Thebaldinus de Magarisio fecit per omnia ut supra dictum est in præsentia Asnelli Jo. cau. Pasesicianus & Bancaminus pro se, & suis fratribus ad idem fecerunt per omnia secundum quod dictum est in manu dicti D. Amanini pro Communi supradicto, & promisit ille Bancaminus sub hypotheca rerum suarum D. Amanino pro Communi Leniaci, quod sui fratres hanc fidem firmam habebunt, & contra non venient. Ventura, & Zalfrandinus fratres q. Zabaldini de Guidone de Clerico eodem modo eefutaverunt, & fecerunt in manu D. Amanini pro dicto Communi Leniaci, ut in contractu prædicto continetur per omnia in præsentia D. Conradini, Joan. cau. Thebaldini.

Item die 9. eneunte Julio in Commun. palatio Veronæ in pub. Cons. ipsius Civitatis in præsentia D. Conradini, D. Isnardi Asnelli, Venturæ, Amanini, Zaccarii noc. Danielis procuratoris, & aliorum plurium D. O. sup. Potestas Veronæ de voluntate, & cons. procuratorum, & Consulum, & consiliatorum Communis Veronæ ita statuit, & decrevit dicens. Nos Odo Vicecomite Potestas Veronæ de voluntate, & consilio Consulum, procuratorum, & consiliatorum Communis Veronæ statutis Veronæ promulgatis pro facto Montisfortis, & jurisdictionis, & concessionis factarum Universitati Leniaci, addicimus decernentes, si ees locatæ, & concessæ prædictæ Universitati evincerentur cum eatione, prædictæ Universitati, & habitatoribus, & consortibus ipsius loci, quod Monsfortis, & ejus curia & pertinentia integraliter in omnibus & per omnia ita pertineat pro rata pretii soluti à dicta Universitate in potestatem, & dominium prædicti loci, ut est nunc in potestate, & dominio Episcopatus Veronæ, & Commune Veronæ teneatur Episcopatui eesarcire damnum quantum cantum res locatæ, & concessæ si fuerint evictæ arbitrio bonorum virorum fuerint æstimatæ.

Ego Omnibones not. D. Imp. Federici his omnibus rogatus interfui & scripsi.

Alia permutatio ab Episcopo Adelardo cum Communi Veronensi jurisdictionis erimaniæ cum aliis bonis, habetur in libro statutorum Communis Veronæ lib. 1. cap. xxix. Marchione Azone Estense Potestate Veronæ existente. *Contractum, sive contractus, celebratum, seu celebrates factum, vel factos inter D. Adelardum Veronen. Episcopum pro Episcopatu Veronæ, & D. Azonem Estensem Marchionem Potestatem Veronæ, & inter infrascriptas villas, & homines, & Communia, ac Universites infrascriptarum villarum, seu aliquos eorumdem nomine pro eis ac dictum D. Azonem, & ejus officiales pro Communi Veronæ super jurisdictione, imperio, honore, & districtu erimaniæ, fodro, & super omnibus aliis, quæ in dicto contractu continentur; D. Potestas in omnibus, & per omnia integraliter prout ibi continetur attendat, & observet, ac attendi, & observari faciat, & firma teneat, & teneri faciat, et ut hoc semper in perpetuum inviolabiliter observetur, operam det, nec patiatur, vel substineat quod aliquis de cætero exerceat aliquid en prædictis in infrascriptis locis, & eorum pertinentiis, vel personis, vel eebus ibidem nunc & in futurum existentibus, vel commorantibus, quinimmo vetet Episcopis & omnibus aliis, excepto Communi Veronæ, & exceptis Communibus earum villarum, uti ibidem aliquid ex prædictis, &c. Villæ autem sunt hæc Leniacum, Rupeclaria, Tomba, Canova, Calderium, Teruiacus, Marcenicus, Centrum, Montaurus, S. Georgius, & quæ aliæ villæ in dicto contractu, vel contractibus continentur, & hæc porta sive statutum semper remanere, & esse debeat in portis sive statutis Communis Veronæ.*

Adelardo etiam sedente Otho Imp. IV. an. 1209. ad petitionem Bonaventuræ Ecclesiæ Cathedralis Thesaurarii ad instar aliorum Imperatorum, Regumq; Canonicis Veronensibus omnia bona eorum, immunitatesq; suo diplomate confirmavit. *Datum per manum Walthi regalis aulæ prothonotarii in Castris apud lacum Benacci 14. Kal. Sept. Ind. 12. Incarnationis vere Dominicæ 1209. anno regni ejus 12.*

Anno 1211. Episcopatum Veronensem Adelardum Card adhuc administrasse clare ostendit documentum habitum in claustro Canonicæ per eumdē Adelardū Episcopū, & Norandinū, aliosq; Canonicos ad favorē cujusdā D. Castellani operis Massarii.

Die Veneris sexto exeunte mense Novemb. in claustro canonicæ in præsentia Bonensegnæ. Ibique D. Bonus senior, Gezo presbyter, D. Vivianus, D.

Norandinus, D. Villelmus, D. Albertus, D. Thedisius, & Ioannes Canonici Majoris Veronensis Ecclesiæ: Domini omnes dixerunt quod bene placebat sibi quod D. Castellanus conversus operis esset massarius, & quod ipse sit investitus illa massaria operis per Episcopatum & per massarios Canonicorum. Postea eadem die in capella Episcopatus in præsentia D. Bonsenioris, & presbyteri Gezoais, & D. Villelmi Canon. presbyteri Can. S. Georgii a Domo & D. Ottolini ejus fratris, M. Castellini, D. Thomasii, Iordanii, & Iecomini not. Musii . . . . . & aliorum ibique D. Adelardus Dei gratia S. Rom. E. Card. & Veronen. Episcopus per Episcopatum, & D. Noradinus, & D. Albertus Canonici, & tunc massarii Communis Canonicæ per Capitulum Canonicæ investivere D. Castellanum conversum operis nominatim de massaria, & prælaturn illius domus, ita tamen ut in anno inantea sit massarius, & prælatus illius domus, & in possessione pro Episcopatu & pro Capitulo Canonicæ. Actum est hoc anno 1211. Ind. 15.

Ego Philippus sac. palatii & Fed. Imp. not. interfui & instrumentum rogatus scripsi.

Cæterum post hunc annum 1211. nulla deinceps Adelardi Episcopi & Cardinalis neque in monumentis, neque apud ullum quemquam extare vidi memoriam. Clare tamen habemus eidem in Episcopatu successisse Norandinum in fine ejusdem anni ex inscriptione S. Mariæ Matris Domini extra Veronam posita, quam mox in Norandino exhibeam; ubi annum Domini 1220. incidisse asseritur in octavum annum Pontificatus Norandini, & in quodam permutationis documento inter ipsum Norandinum, hominesque Porti, confecto anno 1217. Adelardus Episcopus quondam Veronensis non semel enunciatur. Jam inde ante hunc annum Adelardus diem suum obierat. Panvinius in chronic. rerum Veronen. scribit eum e vivis excessisse anno 1209. postquam sedisset in Veronensi Cathedra annis 16. Ciaconius anno 1210. alii 1204. Libenter subscripsissem Panvinio, tamquam Ecclesiasticarum rerum, ac patriæ peritissimo, ni forte occurrisset supra relatum Adelardi documentum scriptum anno 1211. Mense Novembri, & Norandini successoris, tum marmorea tabula, tum monumentum, quod exscribam; & mea quidem sententia Adelardus vel in ipso anni 1211. exitu, vel sequentis initio Veronæ mortalitatem exolvit. Verum cum Adelardi cadaver anno 1642. e marmoreo tumulo Ecclesiæ S. Zenonis, ubi humatum per tot sæcula inglorium latitaverat mortalibus, iterum effossum apparuisset, nostra nonnihil vacillavit opinio; in sepulchro namque incisus repertus est lapis, iisque verbis inscriptus; *Anno Domini 1225. die 24. exeunte Augusto Adelardus quondam Episcopus Veronensis, & Card.* prima inquam facie videbatur Adelardum obiisse an. 1225. sed illud verbum *quondam* omnem mihi dubitationem ademit; indicat enim eo anno, ac die, eoque in tumulo novo fuisse reclusum, non tamen ipso anno obiisse Adelardum, quod certe non tacuisset inscriptio. Porro Adelardi cadaveris inventio posteris per publicum instrumentum in hunc modum demandata est.

Inventio Cadaveris olim Eminentissimi & Reverendiss. DD. Adelardi S. R. E. Cardinalis & Episcopi Veronensis.

In nomine Domini Nostri Iesu Christi Amen.

Anno Nativitatis ejusdem 1642. die Martis VIII. Kal. Aprilis Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno XIX. In mei Notarii publici, testiumque infrascriptorum adhæc specialiter vocatorum præsentiam.

Maximorum nominis gloria Virorum, qui D. O. M. honori aspiraverunt eundem corde colendo, & operibus mortalibus ad ipsum dirigendo, non permittit, aliorum instar oblivioni consignari: verum sicut immortali luce in Olympo, sic & condigno in terris, fas est, ut honore prosiciatur ut illud compleatur Davidicum. In memoria æterna erit Iustus. Id factum diebus nostris conspicitur. Cum siquidem in Majoris sanctissimi Pontificis, & Martyris Zenonis Ecclesiæ hujus Urbis Veronen. civis, & Patroni monumentum quodam marmoreum ad Septentrionem, prope gradus quibus in sacrarium tenditur a dextro majoris altaris latere existeret, in quo aliàs Missarum solemnia celebrata rumor affirmat, illudque multis ab hinc annis incuria temporum effectum sit obsoletum. Per Illustris, ac Reverendissimus D. D. Cozza Cotias I. V. D. Prothonotarius Apostolicus, Canonicus Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis Nobilis Veronensis, & Vicentinas, post Pontificalem Prima dignitas, & in Venerabili Abbatia sancti Zenonis pro Illustrissimo & Reverendissimo D. D. Victore Grimano Patritio Veneto Abbate Chersi, & Osseri, Modii & Rosacii, & prędictæ sancti Zenonis Abbatiæ perpetuo Comendatario, Generalis Commissarius de hoc prius ab Admodum R. Patre D. Cherubino Lazarono Veneto ejusdem Monasterii Priore certioratus ac specialiter requisitus, percupiens quid Area illa contineret marmorea intueri, eodem die, insigni Dominicæ Incarnationis Anniversario in prandio vigesimam circiter secundam horam una cum Reverendiss. prædictæ Cathedralis Ecclesiæ Canonicis, nec non RR. Capellanis inferius nominandis, ad dictam Basilicam accedens ante fores ei obviam fecit supradictus P. Prior, magno comitatu, ipsam ingressus, sacrum in quo Christus colitur misterium humiliter adoravit. Surgens hinc iter ad dictum carpit tumulum. Sex pedibus hujus longitudo, latitudo duobus pedibus, altitudo vero duobus pedibus continebatur: porro basium super quibus residebat altitudo erat unciarum decem. Hujus anterior pars cum iis quoque, quæ ad Boream, & ad Austrum spectant picturata calce cooperta, in medio crucem, sicut mos est, & altaria confici, quorum & forma præsefert, concernendam exhibet. Dum hęc fierent a Reverendiss. D. D. Commissario coram innumeris utriusque sexus, hisq; potissimum inferius testibus, ac a me infrascrip. Not. & Cancel. fastibus interim a quibusdam ad id vocatis operariis marmorei tumuli operculum elevatur, in quo humanum corpus, cujus pedes contra majus Altare, caput vero penes quod & lapis inscriptus contra sacrarium cernitur, extractus ille ejusdem Reverendiss. D. D. Commissarii mandato ex Arca à R. D. Ioanne Maria de Pelegrinis ex Capellanis assistentibus uno, has omnium oculis legendas notas exhibuit.

† A. D. M. C. C.
XXV. DIE XIIII.
EXE. AUGUSTO
DNS. ADELARDUS
QNDA. EPS. V.
7. CAR.

Corpus deinde quam diligentissime perquisitum staturæ proceræ potius cum pluviali, stola, chirotecis, sandaliis, baneis ornatum reperitur. Pluviale, ac stola erant operis auro intextis pretioso, chirotecæ sericæ albæ, sandalia, ac bania corrupta, horam tantummodo super integrum ossa inter se connexa, fereq; corruptis vestimentis implicita, ut membrorum Ordinem, ac situm, quam optime retinerent: quodque mirum est suaviter olerent. Obtulit idem Dominus capellanus eidem Reverendiss. D. D. Commissario chirotecas ex suis locis desumptas, intus adhuc sanis reperta sunt manuum, digitorumque ossa, & carnium, cineres in singulis ipsarum nodis dispositæ. His ab eo, aliisque in tanti viri venerationem deosculatis, necnon, & capite, cui dentes aliqui, iidemque integri inserti conspiciebantur. Cuncta denuo, denegato quoque parvo corporis fragmento Reverendiss. Canonico Rosino, licet ab eo summe efflagitato, locis suis disponantur. Frustum tamen pluvialis à Rev. D. Capellano supradicto extrahitur Reverendiss. D. D. Commissario consignatur in hujusce rei memoriam reservandum. His explicitis, exscriptus lapis suo loco reponitur, reseratur tumulus, & desuper vetustissicon, quæ prius ibi duabus stylobatis suffulta cernebatur, denuo restituitur. Gratiis denique D. O. M.

pera-

peractis, publicum hoc rogatus infrascriptis coram testibus confeci instrumentum. Actum Veronæ in supradicta D. Zenonis majoris Basilica, anno, indictione, die, mense, & Pontificatu, quibus sup. præsentibus Reverendiss. D.D. Jacobo Rosino J. V. D. Prot. Apostolicos. q. per Illustris. D. Francisci ex Abbatia in Policeni modo cive Veronæ de Ponte Petræ, ac Marco Antonio Madio q. Nob. D. Madii Patritio Veronen. de S. Petro Incarnario Canon. Cath. neq; non RR. DD. Joseph q. Sylvestri de Sylvestris, ac Joanne Maria Pelegrino Capellanis, eodemque admodum R. Patre Priore, quo supra cum aliis suis monachis testibus, &c. Et ego Carol. fil. q. D. Franc Libardi, &c.

Veritas filia temporum, sic nos de Adelardi Cardinalis obitu, ac sepulturæ loco affirmare compellit, illum obiisse an. 1211. vel initio seq. 1212. sepultum in ecclesia S. Zenonis, anno sui Præsulatus vigesimo quarto. A Lucio III. cooptatus fuerat Adelardus inter S.R.E. Cardinales ad titulum s. Marcelli, datusq; Episcopus Veronensis Ecclesiæ à Clemente III. anno 1188. defuncto Riprando, & ut mos illorum temporum erat, titulum s. Marcelli amisit, namque titulo carebant Cardinales illi, qui ad Episcopalem sedem evehebantur à Pontifice, & universalis Ecclesię Cardinales deinceps vocitabantur, qui vetustissimus mos sub Clemente V. Avenione obsolevit, titulumque Cardinalitium, & cathedrales hactenus S.R.E. Cardinales in administrationem retinuere. Memini me observavisse, Adelardum Cardinalem, antequam ad Veronensem Cathedram sublimaretur, se Adelardum tit. S. Marcelli Presb. Card. Apostolicis bullis subscripsisse; Veronensem Ecclesiam inde adeptum Cardinalem S.R.E. & Veronensem Episcopum, sine titulo obsignasse in hæc verba, *Adelardus sola divina gratia S.R.E. Cardinalis, Veronæ humilis Episcopus*. Id etiam in aliis contigisse legimus. Adelardo in titulo S. Marcelli successit quidam Fidautius Presb. Card. sub Cœlestino III. Pont. * Sub Adelardi præsulatu anno 1200. die 3. Maii Peregrinus secundus Patriarcha Aquilejensis Veronæ in Palatio Episcopali, & in sacello D. Zenonis Canonicis Veronensibus ea omnia confirmavit, quæ olim Peregrinus primus ejus antecessor, aliique Patriarchæ ante illum confirmarunt. Id etiam egit paulo post anno scilicet 1207. die 3. Martii Valterius Patriarcha Peregrini successor in eadem capella S. Zenonis vetera privilegia prædecessorum confirmando, ac præcipue illud Rotaldi Episcopi ann. 809. Et Bertoldus ejusdem Sedis Patriarcha an. 1220. 3. Martii apud S. Danielem prope locum Gardæ omnes, & singulas exemptiones, vetustaq; privilegia tam ab Episcopis Veronensibus, quam a Patriarchis, Canonicis Veronensibus indulta, & jura eorundem tam super ecclesiis, quam villis renovando solemni stipulatione confirmavit iisdem fere verbis, quæ in Peregrini Primi documento continentur. Postremo hoc ipso Adelardi anno Veronæ cœptum est ædificari cœnobium sanctimonialium S. Mariæ Magdalenæ Ordinis S. Benedicti, accedente pia Veronensium liberalitate. Lapis adhuc supra fores ejusdem Ecclesiæ proloquitur iis insculptus verbis.

* Ex Append. t. 5.

Bonifacius ex Comitibus s. Bonifacii preter Veronæ totius urbis nomine seu soli jugera ad ędificandum Cęnobium s. Mariæ Magdalenæ D.D. Fonzano Castello æditno curatore c1ↄ. cc. x1.

Hujus monasterii Moniales sub Gregorio IX. anno 1227. relicta D. Benedicti regula, Minorum institutum susceperunt, deinde accedente Capituli Veronensis assensu, ac urbis auctoritate cœnobio S. Mariæ de Campo Martio unitæ perpetuo fuerunt. Hujus rei extat testimonium bullæ Clementis VI. Papæ. Dat. Avenioni 11. Kal. Julii, Pontificatus 10. qui fuit Christi anno 1352. Huic monasterio hodie cum laude præest nobilis Aquilina Cottia Veronensis patritia.

LXXXIV. * 83 ABUNDONIUS Adelardi sedem obtinuit, quo hujus virtutis, ac sanctimoniæ splendor, illius ignorantiæ, ac pravitatis tenebris magis clarescerct; de quo Panvin. lib. 7. Antiq Veron. *Conspurcatam*, inquit, *Abundonii vitiis Pontificalem in civitate dignitatem in pristinum restituit, qui mox ei suffectus est Norandinus*. Tintus lib. 5. Veronen. nobilitatis ab Abundone DD. Georgii, & Helenæ Ecclesiam penes cathedralem sitam ditutam, ac pretiosa quæque dilapidata asserit; de quo Canobius in tabulis, ac picturis aulæ Episcopalis. Ciaconius præterea Adelardo successisse Abundonem testatur in vitis Pontificum ad annum MCLXXXV. In quibus vero circa tempus falluntur Panvinius, & Tintus, corrigendi ex monumento, quod afferebamus supra ad vitam Adelardi sexto exeuntis Novemb. MCCXI. ex quo Abundonem per aliquot tantum menses, ne sancta Veronensis sedes diu ejusdem vitiis inquinaretur, pontificatum gessisse liquet.

* Ex App. tom. 5.

84 NORANDINUS ex Canonico majoris ecclesiæ defuncto Adelardo Card. omnibus votis Episcopus suffectus est ann. 1212. ut liquet ex inscriptione monasterii S. Mariæ Matris Domini extra muros Veronæ juxta castrum S. Felicis, in qua annum 1220. fuisse Norandini Pontificatus annum octavum apparet. Inscriptio est talis. LXXXV.

Anno Domini MCCXX.
Indict. VIII.
inceptum est opus hujus monasterii in honorem
Sanctæ, & Individuæ Trinitatis,
& præcipue S. Mariæ Matris Domini,
ad cujus constructionem
D. Rodulphus Malavolta dedit DCCCC.
libras denariorum Veron.
ut in omnibus fratrum, & ipsius memoria
haberetur,
& aliorum bonorum, quæ in eodem
monasterio perpetuis temporibus fierent,
particeps fieri mereretur;
quicumque, & legerit oret pro eo.
Acta sunt hæc tempore Honorii III.
Papæ
Pont. vero sui anno IIII.
imperante Federico Secundo anno I.
Præsidente Ecclesiæ Veronæ Norandino
anno VII.
ordini fratrum Priore fratre Dominico
Hispano magistro fungente.
Regnante Domino nostro Jesu Christo cui
honor, & gloria in secula seculorum.
Fratres vero
venerunt habitare S. Anastasiam
MCCLX.

Destructum fuit hocce cœnobium S. Mariæ matris Domini ann. 1517. Jamdiu Dominicani fratres intra urbem recepti, nobile aliud monasterium apud S. Anastasium exædificarunt an. 1260. In bonum itaque omen Norandinus D. Dominici sodales benigne recepit, qui in omni vitæ sanctimonia fructus mellifluos Veronæ pro tempore attulerunt, quorum unus præ multis effulsit S. Petrus Martyr patria Veronensis, hæreticorum malleus, Veronæ decus, & ornamentum, cujus egregia facinora recensentur in ejus vita apud Surium, aliosque sanctorum vitæ scriptores.

Hoc ipso anno 1217. Norandinus cum hominibus Portus per Fulcherium de Fulcone litem cum assensu Veronensium Canonicorum ademit. Publicum monumentum, quod supra exhibendum promisimus, hic ad verbum ex Veronensis urbis tabulario lubenter damus, cum in eo plura scitu dignissima recenseantur, & non semel Adelardi Episcopi Norandini prædecessoris, jam prædefuncti mentio habeatur.

In nomine Dei vivi Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Anno Domini MCCXVII. intrante Augusto in Verona di . . . . . D. Jacobini de Ripa clara, D. Riprendini de Olderico Spar. D. Gerdi de Advocatis, D. Joannes de Leniaco, D. Bonacursii de Henuerardo, D. Bartholomęi de Broylo, D. Alberti de Porto, D. Gerrardi de Maurino, D. Henrici de Follo causidicorũ, Hen-

verardi, Bonafidei, Portoximi, Matthaei Insulani, Ubertini Gerardi, Venturae, Bonavisae, Jacobini, Bertini, Fundi, Luxiani, Montanci, Notariorum. D. Crescentini de Crescentiis, D. Boatzamilli de Crescentiis, D. Balduini de Rozone Judicis, & aliorum multorum testium rogatorum.

Coram D. Folchino Fulcino de Arco Judice, & D. Barthol. de Vicecomite aestimatoribus ordinatis, & constitutis pro Communi Veronę ad contractum de bonis ecclesiarum confirmandum tempore D. Azolini de Pertegonis de Bononia potestatis Veronae.

In nomine sanctae, & individuae Trinitatis. Amen.

Cum dilis, & controversia inter Dominum Norandinum Venerabilem Veronae Episcopum pro Veronae Episcopatu, & Matthaeum ejusdem Episcopi ac Episcopatus sindicum, actorem, procuratorem, & nuncium pro eodem Episcopo, & Episcopatu ex una parte. Et inter Commune & Universitatem Porti, & ejus sindicos, Ubertum Notarium, & Portum de Gualfrada pro Communi, & Universitate Porti ex altera forct agitata, in qualitecalis, ut inferius legitur a parte praenominati venerabilis Episcopi, & Episcopatus porrectus fuerat libellus.

Ego Matthaeus sindicus, & procurator D. Norandini Dei gratia S. Veronensis Ecclesiae, & Episcopatus pro ipso D. Episcopo Veronae conqueror de Communi, & Universitate Porti de Alberto notario, sindico, & procuratore Communis, & Universitatis pro ipsa Communi, & Universitate cum iniisset contractum cum D. Adelardo quondam Episcopo Veronae, super jurisdictione, honore, districtu, & adultura, quod vulgo plebania nuncupatur, & erimaria, & fodro porti ejusque curtis, & pertinentiae, & de jure habeat in Derota, & de jure, & jurisdictione, & districtu, & honore, & adultura, quae vulgo plebania nuncupatur, & fodro, quod qui & quae habebat M. S. Petro in Ceredo, & de fictis, & decimis, tam praesentium, quam futurorum praedictorum locorum, & rerum de vassallis, quae habebat in Porto, & ejus curia, & in sancto Petro in Cereda, & super caeteris omnibus rebus, quae continentur in instrumento scripto manu Bernardini notarii, & scripto per Bonumsignum, & Omnibonum, & Radolphinum notarios, & investituram de ipsis rebus recepisse sub praestatione centum modiorum frumenti currentium tempore initi contractus, super quo quidem contractu dicto Episcopum laesum, & deceptum, ultra dimidium justae pensionis, seu mercedis sive praestationis, unde rogo vos, ut dictum contractum nullum fuisse, & de jure non tenuisse nec tenere vestra sententia pronuncietis, & si quid est vel fuit ipsam infringatis, & vestra sententia inrritata deducatis, & rescindatis vel saltem jure singulari Episcopus, & Episcopatus laesus est in dicto contractu, ipsum Episcopatum adversus dictum contractum in integrum restituatis, & praedicto contractu reciso, irricato tunc Communi, vel singuli, vel nullo prorsus praedicta omnia pro Episcopatu, & ipsi Episcopatui restitui faciatis, & dictum Albertum pro Communi Porti, & ipsum Commune in restitutionem praedictarum rerum condemnetis, & praedicta omnia ad Episcopatum pertinere pronuncietis, proponens rei conditione utilem, & directam, & conditione certi, & conditione ex lege, & legibus, & actione praescriptis verbis, & actione in factum actione locati, & conditione . . . . & conditione sine causa, vel ex injusta causa, & ex conditione ex sacris canonibus, & re assrisoriq, & officium Judicis, & omnia jura in praedicto Episcopatu, & ipsi Episcopatui competentia salvo jure addendi, minuendi, corrigendi, &c. Dicebat enim dictus D. Episcopus, praenominatus Matthaeus pro Episcopatu Veronae jurisdictionem, & districtum, & honorem, & plebaniam, quae ad Ultrin. vulgu nuncupantur villae Porti, & ejus curiae, atque pertinentiae, sancti Petri in Cereo, & ejus curię, & pertinentiae, & Derot. & hominum in praedictis locis nunc, vel in futurum habitantium ad Veronensem Episcopatum, seu Episcopum, & per hoc ad ipsum D. Norandinum Veronae Episcopum, & ejus Episcopatum pertinere fore, asserendo praedictorum locorum homines praesentes, vel futuros, remaniam Episcopatus fodri, albergarias annexa, recepta, fictum pro castro Porti atque pro Derota debere praestare, ac bona debere componere, & emendare sine solutione. Dicebant eum Episcopatum in communibus locis villae, & universitatis, ac hominum Porti, & s. Petri in Ceredo, & Derota, & jus tenendi, & exercendi placitum generaliter, & jus in . . . . . puniendarum, & multa alia jura, necnon, & conditiones in praenominata villa Porti, & ejus curia seu pertinentia, & in sancto Petro in Cereo, & ejus curia, seu pertinentia, & in Derota, & in omnibus in praedictis locis habitantibus, seu habitaturis habere, allegando generaliter omnia jura, quae in praedictis locis, & hominibus unquam ad ipsum pertinuerint, vel pertinere possent ad dictum Episcopatum, & ad dictum Episcopum pro Episcopatu pertinere, ac spectare, & praedictum Commune, & homines de Porto, & Universitate in casum succumbere debere, & in praedictis omnibus debere condemnari, non obstante locatione de praedictis rebus ab Episcopo quondam Adelardo communi, & hominibus Porti. Quam locationem ipse D. Episcopus, & Matthaeus sindicus asserebant ipso jure non tenere, & si tenere tamen in enormis deceptionis tenere debeat irritari, vel ad nihilum reduci, vel ecclesia scilicet Episcopatus debeat in integrum jure singulari, vel saltem jure communi restitui.

Ex adverso Bortus de Gualfrido sindicus Communis, & Universitatis, ac hominum Porti pro ipso Communi, & Universitate, ac hominibus, nihil de praedictis ad Episcopatum praedictum, vel D. Episcopum pertinere confitebatur, imo praedicta omnia, ab antiquis retro temporibus, & concessionibus Communi Porti factis ad ipsum Commune Porti pertinuisse, & pertinere dicebat, & nihil de praedictis ad Episcopatum pertinuisse asserebat. Imo penitus inficiebatur allegando etiam, quod si praedictae res, seu jura, vel alia quod de praedictis ad Episcopatum pertinuit, integraliter omnia ex contractu locationis ab Episcopo quondam Adelardo Commun. Porti facta, ad praedictum Commune Porti pertinere. Quin contractum omni modo de jure tenere, nec irritandum, vel rescindendum, vel Ecclesiam, vel Episcopatum restituendum ulla ratione fore Communi Porti, & ejus sindicus firmiter allegabant.

Cum haec & alia multa pra utraque parte allegarentur, & testes post litis contestationem ab utraque parte forent producti, & causa partes nomine transactionis in D. Henricum Causidicum de Porto, & D. Balduinum Causidicum de Scalis, de praedictis omnibus eorum appendiciis, sive redditibus, & proventibus se commisissent, seu compromisissent, tandem ex praecepto, & voluntate scriptorum arbitrorum, seu arbitratorum ad hoc, ut praedicta omnia in Commune, & Universitatem, & homines Porti debeant pervenire, & apud suum Commune, & Universitatem, & homines praedictae villae Porti, perpetuo residere, hoc etiam expressim acto, & dicta nunc dictum D. Norandinum Episcopum, & D. Azolinum de Pertegonis de Bononia Potestatem Veronae, & Commune Porti, & ejus sindicum Portum de Gualfrado, quod dicta omnia debeant, & possint dari, & concedi ab eodem D. Azzolino Communi, & Universitati, & hominibus Porti, & eorum sindico secundum quod sindico Communis Porti de forma contractus placuerit, & valeat, & teneat datio, & concessio, etiamsi per D. Azzolinum solum facta fuerit, ac si per totum Commune Veronae facta foret. Praenominatus D. Norandinus Veronae Episcopus vice, & nomine Episcopatus Veronae, & pra ipso Episcopatu, praesentibus, & expressim consentientibus, & laudantibus magistro Alberto majoris Ecclesiae Veronae Archipersbytero, & D. Bonisegno, D. Erzone, D. Stephano, D. Magistro Musetto, D. Conrado presbyteris Canonicis, D. Magistro Angelino, D. Viviano, D. Fino, Domino Balzenello cantore, Domino Gulielmo, D. Henrico, D. Valeriano, D. Isnardo, D. Tudisio, D. Joanne, atque D. Constantino, scilicet Canoni-

cis ejusdem majoris Ecclesiæ, & præsentibus, & expressim consentientibus, & laudantibus. D. Riprando Abbate Monasterij S. Zenonis, D. Marchesio Abbate monasterij S. Mariæ in Organo, D. Isnordo Abbate monasterij S. Nazarij, D. Morando Præposito S. Georgij, D. Lanfranco Archipresbytero S. Petri in castello Congregationis intrinsecæ, D. Gulielmo Canonico præfato S. Laurentij, D. Armano Ar..... plebis Ridæ cluræ, D. Mauro Ar. Ecclesiæ Valegij, D. Magistro Castellino Ar. Ecclesiæ Insulæ Porcariciæ, D. Presbytero Jacobo.... ecclesiæ S. Proculi, D. Presbytero Joanne Ar. Villæfranchæ, Magistro Magnino nuncio, & procuratore ecclesiæ Gardæ, ut dicebatur, D. Bonifacio de Runco clerico, & nuncio ecclesiæ Runcti, D. Alberto ecclesiæ Porti, D. Magistro Bonino Ar. ecclesiæ Ciliani, D. Rambaldo Ar. ecclesiæ S. Floriani, D. Adelardo Ar. ecclesiæ S. Zorzi, D. Carlaxario Ar. ecclesiæ Grezzanæ, D. Magistro Pelegrino Ar. ecclesiæ Nigrarij, D. Guarnerio Ar. ecclesiæ Ceretæ, D. Presbytero Gurlamino nuncio plebis Leniaci, D. Gogione Ar. ecclesiæ Opedani, D. Guarsendico Ar. plebis Bodolini, D. Mirabelto Ar. plebis Nogariæ, Magistro Petro Ar. ecclesię Sanctorum Apostolorum, D. Bartholomæo prælato ecclesiæ de Lavagno, D. Stephano Ar. plebis Erglarij, D. presbytoro Gogo Ar. plebis S. Stephani, Magistro Benteregna nuncio plebis Insulæ, ut dicebatur, Guenigo nuntio plebis Tumbæ, ut dicebatur, D. Ottone nuncio plebis Sandrei, ut dicebatur, Presbytero Peregrino nuncio plebis Trevenzoli, ut dicebatur, D. Omnibono Ar. Bossolenghi, D. Ventura Ar. plebis Palazzoli, D. Ar. Mezzanarum, D. Adum Ar. plebis Montisaurei, D. Augustino plebis S. Joannis in Valle, D. Grezzo nuncio monasterij Maguzani, ut dicebatur, Presbytero Gosberto prælato ecclesiæ S. Quirici, D. Abraam Ar. plebis Illasij, D. Cagolo nuncio Abbatis Calavenæ pro ipso monasterio ut dicebatur, Presbytero Thebaldo prælato ecclesiæ S. Thomæ, D. Gumpo Ar. plebis Caprini. Et præsentibus, & expressim consentientibus, & laudantibus infrascriptis capellanis, videlicet Presbytero Joanne ecclesię SS. Apostolorum, Presbytero Jacobo ejusdem ecclesiæ, Alberto de Molis ejusdem ecclesiæ clerico, Morando clerico ecclesiæ S. Laurentij, Presbytero Blasid ecclesiæ S. Celilæ, Presbytero Alberto ejusdem ecclesiæ, Magistro Magnino præluto ecclesiæ S. Petri à monasterio, & Rodulphino clerico ejusdem ecclesiæ, D. Compagnone clorico ecclesiæ S. Sebastiani, Presbytero Dominico ecclesiæ collegiatę S. Joannis in valle, Gulielmo de Montebello, & Toto, clericis ejusdem ecclesiæ, D. presb. Nicolao ecclesiæ s. Simonis, presb. Ottone ecclesiæ s. Joannis ad Forum; Magistro Albrico & Grasso clericis illius ecclesiæ, presb. Nigro ecclesiæ s. Andreæ, presb. Lippoldo ecclesiæ s. Joannis ad Fontes; presb. Thebaldo ecclesiæ s. Salvatoris ad Treguanum, presb. Bonifacio ecclesiæ S. Tomasij, Magistro Jacobo de s. Justo, D. Omnibono clerico monasterij s. Zenonis protoclerico ecclesiæ s. Petri in Castello, Magistro Viviano Canonico s. Georgij, D. Visinello clerico ecclesiæ Albareti, D. Bonifacio clerico ecclesiæ s. Quirici, Magistro Marco clerico plebis Illasij, presb. Guizzamano monasterij s. Nazarij, D. Ventura clerico ejusdem monasterij, D. Maynardo clerico ecclesiæ de Casalarno, D. Vliverio clerico ecclesiæ Ceretæ.

Et præsentibus, & expressim consentientibus, & laudantibus Vasallis ipsius Episcopi, & Episcopatus videlicet D. Bartholomæo de Paule, D. Ottone de Marcio peratino F. D. Bernimi prose, & suo patre D. Guerrio Monzambano, D. Bonsigino de Sacchettis pro D. Capanonio suo fratre, D. Carnolo de Gabo Bassettu, D. Sindico Oderico de Vicecomite, D. Vbicino de D. Adelardo, D. Bonavisio de Monzambano, D. Ezelini de Alcherio, D. Gicunzetto de Crescentiis, D. Aldo de Tiagonis, D. Gualvano de Turrisendis, D. Virido de Valegio, D. Isnardino de D. Riprandino de Carcero, D. Tonticello de Lendenaria, D. Carralusilli de Gussoleno, D. Falsegnore tutore nepotis sui ut dicebatur pro Dom. Alcherio de

A Tanello, D. Pecorario de Mercato novo, D. Bartholomeo de Broylo Causidico, D. Odorico de Falconetto, D. Tanusio de Monzabavo, D. Thebaldo de Cantaforo, D. Joanne de Claviga, confitendo etiam & dicendo, & asserendo, & protestando dictus D. Episcopus & prædicti omnes Abbates & Canonici, Archipresbyteri, Prælati ecclesiæ, & ecclesiarum nuntij, atque vasalli Episcopi & Episcopatus suprascripti, quod iste contractus & omnia quæ hic formantur, augentur, & fuerint ad utilitatem & in utilitate & proficu Episc Veronæ... non ad ejus detrimentum, vel læsionem: & quod utilis est Episcopatui taliter..... de contractu remanere transigendo cum Communi, Universitate, & hominibus Porti, & cum Porto de Gualfrado sindico, actore & procuratore Communis, Universitatis, & hominum Porti, pro ipso Communi, & Universitate, & hominibus accipiendo ab ipso Communi, & Universitate & hominibus Porti, & à dicto Porto sindico, pro dicto Communi, & Universitate & hominibus magnam pecuniæ quantitatem
B videlicet quindecim millia librarum denariorum Veronensium, quam pecuniam totam dictus D. Episcopus sibi datam, & solutam Episcopatus nomine à dicta Universitate, & Communi, & hominibus & eorum sindico prædicto confessus fuit, & etiam totam in se habere dixit, & exceptioni non numeratę pecuniæ & spei futuræ numerationis, donationis renuntiæ recipiendo jus decimationis & decimæ novalia à D. Adelardo 4 quondam Veronæ Episcopo, Communi Porti concessum nomine transactionis & boni concordii refutavit, dedit, tradidit, cessit, mandavit, atque concessit, Communi Veronæ, & D. Azolino suprascripto Potestati Veronæ recipienti pro Communi Veronæ omne imperium merum, & mistum, omnem jurisdictionem, omnem districtum, omnem honorem, omnem plebaniam, sive adulterium, omnem fodrum, omnes albergarias, omnia aminea, omnia recepta, omnem eremaniam Villæ Porti, & ejus curiæ, & pertinentiæ, sive territorii, & S. Petri in Cereo, & ejus curia sive pertinentia, & territo-
C rii, nec non & Derotæ & omnium hominum nunc, vel in futurum perpetuo in suprascriptis omnibus locis habitantium omnes vassallos, qui habent feuda in Porto, & ejus curia, & pertinentia, & in sancto Petro in Cereo & ejus curia & pertinentia, & in Derota & eorum feuda, & feudorum, & vassalorum jura, & actiones, & rationes, & integraliter omnia quæ ad dictu feudu, & vassallos pertinent, exceptis & in se retentis vassallis, qui sunt vassalli pro terrautico, decima, & non in eo qui sunt vassalli pro aliqua alia re, vel aliquo alio jure, qui vassalli, sive sint territorii Porti, sive non, sive non Communis Porti esse debeant, ut omnem fictum castri porti, & Derotæ, & omne jus quod in dictis castris Derotæ & eorum fictis Episcopatus Veronæ habet, vel aliquo modo seu tempore habere posset, & omne jus Episcopi imponendi, vel inducendi, seu exigendi, & omne jus mulctandi, omne jus tenendi, & exercendi placitum, generaliter omne jus invasionum puniendarum, omnem exactionem, omnes redditus, om-
D nes publicas functiones, & exactiones, & omnes ... sive vigilias, & omnia jura prædictis coherentia, vel a prædictis descendentia, & omnes conditiones, & omnia jura, qui, & quæ Episcopatus Veronæ habet, vel aliquo modo, vel tempore habere posset, & qui, & quæ ad Episcopatum Veronæ, vel ad imperium pertinuerunt, vel pertinere potuerint, vel aliquo modo in antea tempore pertinere possent in villa, & loco Porti, & ejus curia, & pertinentia, ac territorio, & in S. Petro in Cereo & ejus curia, & pertinentia, sive territorio Aquæ derotæ, tam in terra, quam in aquis, & in homines, seu super homines in ipsis locis habitantes, vel qui pro temporibus ibi futurum habitabunt, sive per privilegia, vel concessiones, aut dationes Romanorum, seu Francorum, vel Longobardorum, vel Italicorum Regum, aut usu, vel consuetudine, vel aliquo alio jure, vel modo, sive ratione, & spe in fictum, & jus ficti centum modiorum frumenti, quod Commune & homines

Por-

Porti ex contractu locationis eisdem Communi & hominibus per dictum Adelardum quondam Veronæ Episcopum factæ annuatim pro prædictis rebus dare tenebantur.

Constituens Commune Veronæ & ipsum D. Azolinum Potestatem Veronæ pro Communi Veronæ omnium prædictarum rerum, seu rationum, vel jurium, & integraliter de omnibus, quæ superius dicta, & nominata specialiter, vel generaliter sunt, possessorem & dominum, ita quod nullum dominium vel quasi dominium, vel aliquot jus directum, vel utile in dictum dominum Episcopum, vel Episcopatum remaneat, vel remanere possit, vel debeat in prædictis omnibus Communi Veronæ refutatis, dacis, traditis, cessis, mandatis, sive concessis. Fecit etiam atque constituit dictus D. Norandinus Episcopus pro Episcopatu Veronæ dictum D. Potestatem Veronæ pro Communi Veronæ procuratorem in omnibus superius dictis tanquam in rem suam perpetuo, dans, cedens, mandans, sive concedens Communi Veronæ & D. Azoline pro eo omne jus, omnes actiones & rationes, quæ, & quas Episcopatus Veronæ in suprascriptis omnibus habet, vel aliquo tempore unquam habere posset, ita quod hanc procurationem, sive hoc mandatum, & omnia ea, quæ superius dicta sunt, ei, vel alicui successorum ejus revocare nunquam liceat & per dictum Commune Veronæ ac per dictum Potestatem nomine & vice dicti Communis idem D. Episcopus, nomine, & vice dicti Episcopatus omnia prædicta possidere, & tenere, & quasi possidere, & quasi tenere confessus, & manifestatus fuit & Domine Potestas nomine vice Communis Veronæ . . . . dicto Communi suam authoritatem, non obstante aliqua lege, vel usu ingrediendi, & intrandi, sive accipiendi possessionem, & tenutam, vel quasi possessionem, vel quasi tenutam omnium prædictorum, & licentiam, sive parabolam dedit, ita ut in omnibus, & per omnia, tam in exercitiis civilium . . . . . eorum, quam cognitionibus coerectionibus criminalium . . . . & in impositionibus pęnarum, & mulctarum, & in omnibus actionibus sæpedicterum jurium, & imperando, vetando, permittendo, seu puniendo, & generaliter in omnibus, quæ ad imperium merum, vel mixtum, jurisdictionem, districtum, & honorem in prædictis locis, & in hominibus, & vassallis pertinent, vel aliquo jure, vel modo quovis ingenio pertinere unquam possit solum Commune Veronæ, vel Commune Porti post donationem D. Azzolino ei, vel ejus sindico factam generaliter liberam, & plenissimam habeat potestatem, & dominium, non remanente ad Episcopatum, vel apud aliquam aliam personam magnam, vel parvam mero, vel mixto imperio, vel jurisdictione aliqua districtu, vel honore, seu exactione prædictorum jurium, & impositione bannorum, pœnarum, mulctarum, vel exercitie prędictorum, vel etiam aliquid de prædictir, nec etiam vassallis, salvo jure Communis Veronæ in eo quod ante dationem à D. Episcopo Communi Veronæ non remanente imperio, vel jurisdictione in aliqun persona factæ, & in homines, et super homines à Commune, ac Universitate Porti & S. Petri in Cereo & Derota habeat, vel habere consuerat. Hoc unum inter contrahentes intellecto, & dicte, quod ubi superius dictum est, quod omne imperium, vel mixtum, merum, & omne quod ipsum pertinet, vel pertinere posset, debeat esse Communis Veronæ, non remanente imperio, vel jurisdictione in aliqua persona magnam, vel parvam, intelligetur de his, quæ aliquo modo vel quovis ingenio in alium transferri, mandari . . . concedi, dari, conferri, & delegari possint. De Appellationibus autem id servari debeat, quod in aliis appellationibus Civitatis Veronæ servabitur, dummodo Dominus Episcopus præsens, vel aliquis successorum ejus . . . vel nova acquisitione, vel investitura de dictis appellationibus cognoscere per se, vel per alium non possit, debeat. Verum si aliquis à Rectore Porti se ad Imperatorem appellaverit, & Imperator per se vel alium, Episcopo excepto, vel excepto Episcopatu, de ea appellatione cognoverit, propter hoc Episcopatus in pęna non cadat, vel ad interesse, vel ad aliquid non teneatur pactum super hoc, & per stipulationem præmissam, jam dictus D. Norandinus Veronæ Episcopus pro Episcopatu Veronæ, dicto Domino Azolino Potestati Veronæ paciscenti, & stipulanti pro Communi Veronæ actori, & procuratori Communis, Universitatis & hominum Porti paciscenti, & stipulanti pro hominibus Communi, & Universitate Porti, quod nec ipse, nec aliquis successorum ejus sive postea Veronensium Episcoporum, nec Episcopatus nec aliquis nomine vel vice Episcopatus, vel sui Episcopatus concederet, aut concessionem haberet, unquam ab hac die in antea usque in perpetuum, & in æternum exercebit, vel utetur imperium, jurisdictionem, honorem, districtum, vel aliqui de prædictis in hoc contractu superius nominato in villa, & pertinentia, & territorio Porti, & in S. Petro in Cereo, & ejus curia & pertinentia, & Derota, & hominibus in prædictis locis nec, vel in futurum aliquo tempore habitantibus, vel habitaturis ratione, vel occasione alicujus juris, vel consuetudinis sive usus, aut rationis, quod Episcopatus Veronæ, vel nomine Episcopatus, vel pro Episcopatu usque nunc habet, vel habere aliquo modo posset, nec etiam ratione, vel occasione novi juris, vel novæ rationis, seu investituræ, aut acquisitionis, vel refutationis, vel dationis, qui, vel quæ, Episcopatus Veronæ vel aliquis nomine Episcopatus de cetero in futurum aliquo modo acquireret, vel acquirere posset, vel in Episcopatu, aut aliquid pro Episcopatu, vel Episcopatus nomine fieret, vel fieri posset, nec etiam ratione, vel occasione vasallorum feuda aliquo modo amittentium, vel refutantium, vel sine succedente in feudo decedentium. Nec exiges aliquid ab hominibus in prædictis locis nunc in futurum habitantibus seu habitaturis ratione, vel occasione alicujus juris suprascripti concessi, dati, refutati, traditi, mandati, sive cessi, vel etiam ratione vasallorum feuda refutantium, vel aliquo amittentium, vel decedentium sine hæredibus, hoc expressim inter partes acto, & posito, & per stipulationem firmato, quod per Episcopatum nunquam de cætero acquiratur districtum, honor, imperium, jurisdictio, vel aliquid de prædictis superius nominatis in prædictis locis, & hominibus, quod si prædictus D. Norandinus Veronæ Episcopus, vel aliquis alius Episcopus, qui de cætero in Episcopatu Veronæ unquam fuerit, vel Episcopatus Veronæ aut quivis nomine Episcopatus jurisdictionem, honorem, districtum, imperium, aut aliquid aliud de prædictis superius in contractu nominatis in suprascriptis locis, & hominibus acquireret, vel inde investituram acciperet, vel si aliquis ex vasallis feudum aliquo modo amitteret, vel refutaret, vel sine hæredibus decederet, & totum in Commune Porti deveniat, nihilque Episcopatus acquiratur, vel si Communi Porti totum aperiatur, & transferatur, ac acquiratur, & si quid ex prædictis Episcopatui quocunque tempore aperiatur, vel acquiretur, seu transferetur, vel daretur, vel refutaretur, aut in Episcopatum aliquo modo deveniret, & de Episcopis qui tempore fuerint teneatur de omni, & infra mensem ex quo ipsi, vel ei nunc, aut Vicarie per aliquem officialium Communis Porti denunciatum fuerit facere dationem, & contractum Communi, vel massario, aut Rectori, vel sindico Communis porti se se coram D. Episcopo, vel ejus nuncio, aut Vicario, infra tempora repræsentaverit, vel postea quandocunque se repræsentaverit infra mensem ac tempus repræsentationis facere teneatur, vel Potestati Communis Veronæ a electione hominum, & Communitatis Universitatis, aut massarii, vel sindici Porti secundum quod superius de aliis rebus Commune Veronæ factum habet, & in hoc solo capitulo teneatur Episcopus, & Episcopatus ad pœnam ad viginti marcarum argenti optimi si contra factum fuerit, & pœna soluta pactum in sua maneat firmitate: Ita quod uterque

in-

insimul, & separatim peti, & exigi possit, nec petitione unius, alterius petitio removeatur, & totiens pœna committatur quotiens contra factum fuerit, in cæteris quoque capitulis pœna inferius scripta locum habebit, non in his in quibus minor pœna inferior comprehensa est, & nisi in his in quibus expressim dictum est, ut pœna non committatur juxta hunc finem, refutationem & litis renunciationem, & pactum de non potendo nomine . . . . . . dictus D. Norandinus Veronæ Episcopus hominibus, & Communi, & Universitati Porti, & Porto de Gualfredo sindico eorum pro eis de omnibus prædictis generaliter, & specialiter de his quod in libello superius scripto continetur, ita ut prædictum Commune, & Universitas, & homines nunquam de cætero de prædictis à prædicto Episcopo, vel ejus successoribus omnibus, aut ab Episcopatu impediri, vel inquietari possent, & hoc etiam per stipulationem attendere, & observare promisit; promisit etiam per stipulationem, & convenit dictus D. Norandinus Veronæ Episcopus vice & nomine Episcopatus per se, & suos successores Porto Gualfredo sindico, actori, & procuratori Communis, & hominum Porti quod non refutabit, nec aliquo modo alienabit ipse vel successores ejus aliquem ex vasallis Communi Porti concessis in eo quod Communi Porti observare promisit, etiam per stipulationem, & convenit dictus D. Norandinus Veronæ Episcopus vice & nomine Episcopatus per se & suos successores Porto de Gualfrido sindico actori, & procuratori Communis & hominum Porti stipulanti vice & nomine Communis & hominum Porti concessum est aliquid de eorum feudis quos habet in Porto aliqua persona excepto Communi Porti, vel Communi Veronæ, pro ut superius dictum est. Item quod nullam factam habet de alienatione vel datam seu refutationem, nec aliqua . . in aliquam personam vel personas parvam, vel magnam de aliquo ex prędictis Communi Veronæ datis, cessis, mandatis, refutatis, concessis, nec in Communi Veronæ, & si factum reperitur pęna infrascripta emendabit, & Commune, & homines Porti indemnes conservare promisit. Conventum insuper inter contrahentes & per stipulationem inter eos firmatum fuit, quod de supradictis quindecim mille libris, mille libræ debeant poni, & collocari, & dari à dicto D. Episcopo, vel ab ejus successores, seu successoribus in acquisitionem prædictarum vel aliarum rerum immobilium, sive dannorum, vel jurium ad hos redditus, sive fructus qui commendabili cura, & exacta diligentia, vel alio modo poterint, exceptis vel acquisitis ex prædicta . . . . redigi sive fuerint redditi sint in possessione, & potestate Episcoporum responsuris utilitatibus Episcopatus Veronæ, & Romani imperii sive Regni pro redditibus & fructibus, & commoditatibus Episcopatui, & Imperio, & Regno ex rebus concessis Communi Veronæ, vel Communi, & hominibus Porti, aut ex superius omnibus specialiter, vel generaliter nominatis provenientibus, vel quod Episcopatus Veronæ, aut Imperium Romanum, vel Rex percipiebant, percipere, & habere poterant, vel solebant, vel percipere & habere de cætero nunquam possent ex prædictis rebus, & juribus, & integraliter ex omnibus superius ab Episcopo Veronæ Communi Civitatis Veronæ concessis, datis, mandatis, cessis, & refutatis, in omnibus suprascriptis locis, & hominibus, & ut Episcopus Veronæ, & qui nunc est, & ejus omnes successores futuri perpetuo non possint alienare quolibet modo, vel pignori, vel hypothecæ obligare fundos Episcopatus, vel aliqua jura empta, sive decimas, vel aliquas res immobilibus emptas ex prædicta pecunia, vel parte, sive particula rerum, vel decimarum emptarum, vel jurium emptorum ex pręd. pecunia, nec usum, usumfructum rerum prædictarum, vel fundorum, vel juris alicui concedere, vel assignare quovis modo, quovis ingenio excepto Communi & hominibus quibus perpetuo debent esse pignori pro isto contractu attendendo, & defendendo obnoxia, & obligata, quoniam sic contrahentibus placuit, & sic inter eos convenerunt, & si contrafactum fuerit Episcopus, vel Episcopatus Veronæ propter hoc Capitulum in pęnam non cadat, sed ipso jure quod contrafactum fuerit non teneat, & Rectores Civitatis Veronæ, qui fuerint pro temporibus sint astricti juramento revocare quicquid contra prædicta factum fuerit, vel in fraudem prædictorum & Episcopatui assignare, & dare operam, ut de jure, & dominio, & potestate Episcopatus Veronæ, & Episcoporum qui pro temporibus fuerint non separentur res prædictæ; vel jure, seu decimæ ex prędicta pecunia acquisitæ, vel acquisita, ita ut Episcopus qui nunc est & ejus successores in perpetuum habeant & teneant prædicta pecunia acquisita, seu acquisitas ad possessionem & dominium Episcopale cum omnibus redditibus & utilitatibus, & perceptionibus, quæ potuerint ex illis colligi, ad hoc ut Episcopi qui fuerint pro temporibus debeant relevare locum Porti & Commune, & Universitatem, & homines Porti & S. Petri in Cereo & Derota, & Commune, & homines Porti pro istis suprascriptis locis ab omnibus oneribus, & præstationibus, quæ eis aliquo modo imminebant, vel in futurum videretur indiceada, vel indiceretur ex prædis rebus & juribus, & pro omnibus specialiter, & generaliter superius nominatis, vel superius Communi Veronæ & D. Azolino pro Communi Veronæ datis, refutatis, ac cessis mandatis à sæpe dicto D. Norandino Veronæ Episcopo pro Episcopatu Veronæ, & ita dictus D. Episcopus pro Episcopatu Veronæ perpetuo per se & suos successores dictum Commune, & homines, et Universitatem Porti, et S. Petri in Cereo et Derota exonerare, et relevare, et indemnes conservare de omnibus suprascriptis sub pęna 50. marcarum optimi argenti, & totius damni à dictis Commune, & Universitate ac hominibus habiti, & stipendii facti dicto Porto sindico, & procuratori, & actori Communis Porti stipulanti prędictis hominibus, & Communi, & Universitati stipulatione præmissa, & toties pęna committatur quoties contra factum fuerit. Ita quod uterque insimul, & separatim peti, & exigi possit, nec petitione solventes unius alterius petitio removeatur, denunciatione prius à massario, vel Potestate, vel Consule, vel alio Officiali Communis Porti facere D. Episcopo, nomine Communis Porti facere D. Episcopo, vel Episcopatui si D. Episcopus non adesset, ut ab illis gravaminibus homines, & Commune, & Universitatem Porti exoneret, vel relevet, vel indemnes conservare promisit. Debent namque suprascripta duodecim mille libræ dari, poni, & collocari in emptione prædiorum, vel rerum aliarum, mobilium, sive decimarum, vel jurium scientibus, & intervenientibus nuncio, vel nunciis, vel massario tabelline Communis Porti, si Communi placuerit, ista quod in instrumentis inscribantur emptionem seu acquisitionem quoad prætium solutum sit ex pecunia à Communi Porti pro isto contractu Episcopatui, & soluta, & teneatur dictus D. Episcopus infra mensem quod eis pro nunc, vel massario Communi Porti denunciatum fuerit, instrumenta adquisitionam sive emptionum ex ista pecunia factarum nuncio, vel massario Communis Porti in palatio Episcopali concedere, ut tabellio Communis Porti alia similia, vel exempla facere possit, quæ in Communi Porti permanere debeant. Nam tabellio Communis Porti interfuit contractibus, & in concordia, nec non tabellio D. Episcopi contractus adquisitionum in breviaturis denunciare debeat congruo loco, & tempore D. Episcopus per se vel per suum nuntium ante instrumentum contractus emptionis, vel acquisitionis ex prædicta pecunia factum quoties emere, vel acquirere ex prædicta pecunia aliquid voluerit, ut nuncius Communis Porti, vel nuntii, & tabellio interfit instrumento, vel instrumentis contractus, vel contractuum, & nunciare, & dicere certam diem quo instrumentum, vel instrumenta contractas, & contractum sit faciendus vel faciendi, & ubi sit celebrandus, vel celebrandi, taliter quod nuncius, & nuncii, & tabellio Communis Porti commode eis interesse possit & debeat, aut fieri denunciationem in Porto Potestati, massario si ibi reperiantur, vel uni

eorum

ae Collec. nova veter. Scrip. extant A. Card. Veronen. Epistolæ, quibus testatur se, cum à liminibus B. Thomæ Cantuarien. causa devotionis ad limina S. Martini Turonen. rediturus fecerit, interfuisse Turonis consecrationi Joa Dolensis Episc.

ronæ cooptatus fuit inter Cardinales ad titulum S. Marcelli, in quo omnes fuere virtutes, quæ ab Ecclesiastico Principe optimo, & sapientissimo sperari, aut optari possunt: quibus apud Principes, summosque Pontifices eximia valuit gratia, & benevolentia. Ad ardua Ecclesiæ negotia primum à Lucio ascitus, deinde a Clemente III. missus legatus in Orientem est; cum Philippo Francorum, Riccardoque Britannorum Regibus, ac selecta multorum nobilium Veronensium crucesignatorum ala, expugnationi civitatis Acconæ interfuit, capiavit ecclesias ab infidelibus pollutas, dedicavitque altaria, simul cum Archiepiscopis Turonensi, Pisano, & Ariensi Episcopo, aliisque Præsulibus, ut narrat Rogerus Hovedenus in Anglicana historia. Hæc igitur in Oriente Adelardum agentem Veronense Capitulum post excessum Riprandi adlegit Antistitem 1188. electionem approbante Pontifice. Ipse, legatione absoluta, Veronam reversus egregie, sanctissimeque Episcopatum administravit, ut narrat Panvinius in chronic. ad quem multæ extant Innocentii III. Epistolæ, quibus, qualis vir ille fuerit, satis intelligi potest. Ecclesiam SS. Apostolorum Veronæ consecravit; fidelibus adjutrices manus in reparatione ecclesiæ SS. Firmi & Rustici porrigentibus remissionem peccatorum dies xx. criminalium, & septimam partem venialium misericorditer indulsit ann. 1197. ut in eius monumento legitur in eadem ecclesia asservato.

A. sola Divinæ pietatis dignatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Veronæ humilis Episcopus universis Christi fidelibus tam præsentibus, quam aliis per Veronensem diœcesim constitutis, ad quorum manus litteræ istæ pervenerint, in eo qui est omnium salus, salutem.

Post hujus peregrinationis exilium æternæ felicitatis, sive feriationis nos per fidem bravium expectantes, oportet missionis extremæ diem bonis operibus prævenire, ut cursus noster ad id percipiendum, Domino concedente, dirigatur; hinc est quod pro operibus pietatis, & charitatis, quæ sacris, ac venerabilibus locis seu sacrosanctis ecclesiis Divino præstantur intuitu, ipsum Patrem misericordiæ, & pietatis nobis reddimus placatum, & ad miserendum propitium, cum ipse dicat: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, & alibi, estote misericordes sicut Pater vester de cœlis misericors est, & iterum, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, & fiducia magna erit coram summo Domino eleemosina omnibus facientibus eam. Cum igitur pretiosorum Martyrum Firmi, & Rustici, Primi, ac Marci, Apollinaris, atque Lazari sarta tecta venerabilis Ecclesiæ, in qua ipsorum corpora pretiosa in pace requiescunt in sui reparatione pariter, & sustentatione vestro, & aliorum Christi fidelium auxilio plurimum indigeant, universitatem vestram rogamus attentius atque monemus, & in remissione peccatorum vobis injungimus, quatenus divino intuitu, & pro reverentia victoriosorum Martyrum Firmi, & Rustici, necnon, & aliorum, cum nuncii jamdictæ ecclesiæ ad vos eleemosynarum suffragium petituri accesserint, de bonis à Domino vobis concessis pias eleemosynas, & grata subsidia taliter conferatis ut per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante, feceritis, bonæ actionis in præsenti seculo fructum, & in futuro regnum possideatis æternum. Universi autem, qui prædicto loco de bonis sibi a Domino collatis subvenerint, & de peccatis suis dignam pœnitentiam acceperunt, vel infra octo dies accipient, ex parte Dei omnipotentis, & B. Mariæ semper Virginis, ac gloriosorum Martyrum Firmi, & Rustici, & aliorum: sanctissimi quoque Zenonis gloriosi patroni nostri meritis confisi in pœnitentia sibi injuncta xx. dies criminalium, & septimam partem venialium misericorditer indulgemus.

Datum Veronæ, in Palatio Episcopali Kal. Julii anno Dom. M.C.XCVII.

Extat appensum sigillum cereum album stuppaceis funiculis in speciem mediæ nucis magnæ, cui est impressa imago D. Zenonis cum circumjacentibus literis ADELARDUS VER. EP. aliisque verbis, quæ non intelliguntur.

Anno 1207. Adelardum Veronensem Episcopum, & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem castrum Leniaci pro castro Montisfortis cum omni jurisdictione, & districtu, omnibusque pertinentibus ad merum & mixtum Imperium permutasse cum Veronensium Communitate, auctoritate Innocentii Papæ III. docet nobile monumentum eodem anno, approbantibus Ugone Ferrariensi, & P. Adriensi Episcopis Innocentii delegatis, diligente stipulatione confectum, quod cum maxime faciat ad jura Veronensis Episcopatus, eorumque temporum mores, & hominum, qui interfuerunt claram memoriam, hic exhibebo ab originali tabularii inscriptum.

In nomine Domini Jesu Christi.

Anno ab ejusdem Nativitate MCCVII. Indict. x. tempore D. Innocentii Papæ III. Pontificatus vero anno decimo, nullo Imperatore existente in Italia: die ultima exeunte Decemb. in porticillo Episcopalis Palatii Veronæ in præsentia Magistri Girardi Prioris S. Georgii in Braida, D. Præpositi S. Georgii, D. Santonis S. Mariæ de Camaldulis, D. Venturæ Canonicis S. Veronensis Ecclesiæ, Petri de Lendenaria, Petri de Nogarolis, Isnardi de Gozo, Ottolini de Mainardo de Ferraria, Jacobini fil. q. D. Bizani Tavelli, Zulfredi Not. de Bonadico, & aliorum plurium testium rogatorum, &c.

D. Adelardus Dei gratia S. R. E. Cardinalis, Veronæ venerabilis Episcopus pro se, & ejus successoribus venturis Episcopis, & Episcopatu Veronæ, pro bono statu nostræ civitatis, & pro pace reformanda inter cives Veronæ, & ad instantiam multorum sapientum virorum tam clericorum, quam laicorum fidelium Episcopatus Veronæ. Idem D. Episcopus, ut dictum est pro se, & pro suo Episcopatu Veronæ, & suis successoribus fecit finem, & refutationem in manu D. Azonis Marchionis de Esto Potestatis Veronæ, jure, & nomine Communis Veronæ, recipientis pro ipso Communi Veronæ de omni jurisdictione, & districtu, & rebus omnibus ad jurisdictionem, & districtum pertinentibus, quas ipse D. Episcopus, & ejus Episcopatus, & antecessores habuerunt, & visi sunt habere in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia sive super rebus, sive super personis, & dixit prædictas res refutatas, per ipsum Marchionem possidere jure, & nomine Communis Veronæ, ita tamen quod ipse Marchio debeat prædictam jurisdictionem, & districtum disponere, & facere secundum quod ei melius videbitur expedire Episcopatui Veronæ, aut ad feudum, aut ad fictum, vel alio modo, quod voluerit ipse Marchio, & si necesse fuerit prædictam refutationem per D. Apostolicum, & Imperatorem confirmari, quod debeat fieri expensis Communis Veronæ.

Item die xii. exeunte Februario in Communi Palatio Veronæ in Consilio ejusdem civitatis, quod Consilium pulsatum erat per tintinabulum Commune sicut moris, & consuetudinis est civitatis Veronæ, D. Azo Estensis Marchio Rector Veronæ concionando infrascripto Consilio petiit consilium super facto jurisdictionum quarundam terrarum Episcopatus Veronæ, Montisfortis qualiter pro Communi Veronæ fecerunt illos de Leniaco, & aliis terris qui deberent recipere investituram ab eo de jurisdictionibus suarum terrarum sicuram pro suis communibus, qui infrascripti consiliatores Communis Veronæ, & consilium negotiatur, dixerunt, & dederunt suam auctoritatem, consilium, licentiam, & parabolam, suprad. D. Marchioni, pro dicto Communi Veronæ ut ipse Marchio toto tempore sui præsidatus & sui successores, qui fuerint pro tempore in regimine Veronæ in perpetuum sint astricti juramento regiminis civitatis Veronæ, & faciat ipse Marchio adjungi, & poni in porta Communis Veronæ, quod omnes illas concessiones, & investituras, quas ipse Marchio faciet Communi, & hominibus Leniaci, & aliis terris comprehensis in isto facto de jurisdictione, & districtu eorum, & illas, quas faciet de Monte forte D. Adelardo ven. Episcopo Veronæ observare, & attendere pro Communi Veronæ, & non

con-

contravenire. Nomina quorum consiliariorum hæc sunt: Lavansius de Vitecomite, D. Isnardus de Carteriis, Balzanellus de Crestentiis, Comes Bonifacius, Albertus Angoscia, Barth. Cortesia de Punariis, Fulchinus de Alberto, Surdo Facinus de Dru, Molono Damascus, Henricus de Cavo de Porto, Achilles de Vicecomite, Petrus de Scalis, D. Conradinus de Marsio, Isnardus de Gaizo, Asenellus de Aldono muco, D. Joannes Spacianis procurator Communis Veronæ, Aldrighessus de Liazano ejus socius, Ventura Ceresiu, Consus Ubecinus de Adelardo de Castello, Zagridus de Jacobo, Zordanius, Omnebonus Judex de Gambarino, Theobaldus de Pola, Thebaldus de Henrighetso, Nigola, Leonardus de Tebaldino de Noringuerra, Mussolinus de porta s. Zenonis, Marinettus Iacobinus de Pietra, Finus Manarius, Zampunesius, Odericus de Henesealco, Herinus de Vigro, Finus Cardinus de Aceri, Icerinus de Murto de castello, Guastus Can. D. Gambarinus, Gulielmus Malerba, Jacobus de Arcenisio, Provendinus Noc. Grossius, D. Jacobinus de Ripaclara, Consetta de Mercatonovo, Bonifacius Ocea, Guizzardinus de Pedibus Cunum, Nicolaus Calderino, Aldo de D. Addemario, Guizzardus, Henrighettus de Guidotto tunc consul negotiatorum, Adacha Bart. Pesto Tridentinus de Valeriano, Thebuldinus de Henrico de Specia, Heverardus Barbavinu, Magister Nigrellus Cans. Zenonius Mascarinus, Zeunatus Communis. Crescentinus Cavuzzano, Murinettus Vermilius de Nesentiis, Bonzeno de Aldernandino, Nicolaus de Verdelino Consules negotiatorum, Theobaldinus de Pola eorum socius, Pelliparius de Pertu s. Zenonis, Aldrighettus de Crestentiis, Facetus Ottonellus de Tumba, Jacobus de Goridone de Runco, Ventura de Ribaldo, Montenarius de Szorzo, Crescentinellus de Crescensiis, Gulielmus de D. Henrighetto de Monte Zambavo, Amerighettus de Mercatonovo.

Item die secundu eneunte mense Febr. in civitate Veronę in communi palatio illius civitatis in præsentia D. Concordini de Masio, Gamburini de Baldolano, Aldi de Admuno, Amanini de Leniaco, Joannis de Limiaco, Petri de Clavia, Guaschi de Masio, Arminini, & Jucobi fratrum Caus. Veronę, Grisalberini de Tusso, Raymundini, Girardi de Leniaco, Constantini Not. Vermilii de Cresceutiis, Asenelli de Adono, Incisi Joannis Notarii Zampinelli, Aldigerius de Laudetis, Conradi servientis D. Episcopo, Matthæi de Carlesetto, Rabaani fil q. Zermuni, Danielis præconis Communis Veronæ, & aliorum plurium.

D. Azo Estensis Marchio Veronæ Potestas, & Girardus de Advocatis, Joannes de Palatio, Ventura Cresen, Ruphinus de D. Lupicina Consules Veronæ, D. Aldrighettus de Liazaro, Desideratus de Castello Procuratores Veronæ pro ipso Communi Veronæ ad honorem Romani Imperii, & pro utilitate Veronæ, Episcopatus, & Universitatis Veronæ, ac Communis Leniaci, omnium hominum in Leniaco, & ejus curte, & pertinentiu nunc, vel in futurum habitantium, vel possidentium tit. perpetuæ locationis investierunt Isnardum de Panesico Potestatem Leniaci, Beltramum de Alperto recipientem pro Communi, & Universitate Leniaci, & pro omnibus habitantibus, & possidentibus, habituris, & possessuris in Leniaco, & ejus curiu, & pertinentia, & de omni jurisdictione, & omni districtu, & omnibus redditibus, & publicis functionibus, & de omni jure inhærente prædictis pro ut ad Episcopatum Veronæ pertinent, & privilegia Romanorum Principum, seu Francorum, & Longobardorum, vel Italicorum Regum in Leniaco, & ejus curte, & pertinentiu sive super rebus, sive super personis in terru, aqua, & pluviebus, sylvis, & nemoribus in imperando, vel decresando ac permittendo, seu ponendo, ita ut omnis prædicta plenissime pertineant ad Commune, & Universitatem Leniaci, sicut pertinent ad Episcopatum Veronæ, salvis jure & consuetudine civitatis Veronæ per omnia, & ex omnibus redditibus Commune, & Universitate Leniaci sex denarios Veronensis monetæ singulis annis in Kal. Jan. nuntio Episcopatus petenti in Leniaco dictos sex denarios, qui sen si non fuerint soluti, possint petì soli sine pœna, nec ab eis conductoribus, si per quantumque tempora cessatum fuerit in solutione pensionis, ita ut Commune, & Universitas Leniaci, & ejus possessores Leniaci, & eorum successores in perpetuum possint uti, & frui, & libere alienare, & pignorare omnia, & maxime circa ad se pertinentia in Leniaco, & ejus curia, & pertinentia, sine contradictione Veronen. Episcoporum in perpetuum, pro hac auctoritate, & investitura.

Nos Azo Estensis Marchio auctoritate qua fungimur per voluntatem Consulum, & procuratorum, & consiliatorum Communis Veronę decernimus castrum Montisfortis, & villam Montisfortis, & ejus possessiones, quæ sunt in Monteforte, & ejus curiu, & pertinentiu, prçter ecclesiam Montisfortis, & ejus jura, ad Episcopatum Veronæ cum omni jurisdictione, & districtu, & omnibus possessionibus pertinere, ita ut Episcopus, qui nunc est, & ejus successores in perpetuum habeant, & teneunt Montemfortem, & omnes possessiones in eo, & ejus curia, & pertinentia sitas ad possessionem, & dominium Episcopale cum omnibus redditibus, & utilitatibus, & præceptionibus, quæ poterant probabiliter colligi salvo jure proprietariorum, tollonerum percipiendorum in fine unius cujusque anni retinenderum pro voluntate Episcoporum, qui fuerint pro tempore recipiendorum in prædicto loco cum ista pensione domorum, ararum, & eum actione, quæ fuerit actualis Episcopatui, non interveniente gratia, vel pretio, seu precibus, quibus intervenientibus dicimus concessiones etiam partiariis collonis factus instantia Magistratuum Veronæ, qui fuerint pro tempore revocandas, adhoc ut omnes redditus, seu fructus, qui commendabili curu, & enacta diligentia potuerint redigi, en Monte ferte, & ejus curia, & pertinentia sint in possessione, & potestate Episcoporum, responsum utilitatibus Episcopatus Veronæ, & Romani Imperij, pro redditibus, & fructibus, & commoditatibus omnibus, quæ obveniebant Episcopatui, & Imperio Romano, vel quæ Episcopatus Veronæ, & Romanus Imperator habebant ex prædictis rebus locatis in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia, satisfacturis etiam pro universis servis in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia ad Episcopatum Veronæ pertinentibus, quos, & hac die libertati donantos liberos, & cives Romanos cum omni eorum periculo, pronuntiamus, & sancimus. Volumus etiam & statuimus compensum commodum, & utilitatem, quam habebat Episcopatus Veronæ, & Imperium Romanum en prædictis rebus locatis, & Monsfortis ita sit perpetuo Episcopatus Veronen ut erant prædictæ res locatæ, & ita habeant, & teneunt Episcopi Veronenses in perpetuum, qui fuerint pro tempore, ut habuerunt, & tenuerunt Episcopus qui nunc est, & ejus prædecessores prædictas res locatas in Leniaco, & ejus curte, & pertinentia, adicientes, ut Episcopatus Veronæ, qui nunc est & ejus successores in perpetuum non possint alienare quolibet modo, vel pignori, vel hypothecæ celebrare aliquid ex Monte forte & ejus pertinentiu, nec usum fructum, vel usum ejusdem loci alicui concedere, vel assignare quovis modo supradictum est de partiariis collonis prędicto modo recipiendis, vel ponendi in eo, & si contra factum fuerit Rectores Veronę qui pro tempore fuerint sint astricti juramento regiminis revocare facta contra prædicta, vel in fraudem eorum, & Episcopatum astringere, & dare operam, ut de jure, & dominio, potestate Episcoporum Veronæ, qui fuerint pro tempore non separetur Mons fortis, & ejus pertinentia tum omnibus suis redditibus, & commodibus, & salvent Episcopi Veronæ, qui fuerint pro tempore, cura, & provisione Magistratum Veronæ debeant relevare Commune, & Universitatem Leniaci ab omnibus oneribus & præstationibus, quę & imminebant, vel imposterum viderentur indicenda ex prædictis rebus locatis, & eos indemnes reddere, & conservare ex redditibus Montis forti, pro rata prætiorum, quæ exolvet prædicta Universitas. .... ejus firmiter si prædictu locatio, quod Deus aver-

dro, & arimania, & placitis, & theloneo, & redditibus, & publicis functionibus, & aliis suis cohærentibus, vel suprascriptis, aut alio earum pertinentibus ad Episcopatum Veronæ per privilegia Romanorum Principum, seu Francorum, aut Longobardorum, vel Italiæ Regum in Leniaco, & ejus districtu, pertinentia, sive super rebus, sive super personis in terra, & aqua, planiciebus, sylvis, & nemoribus imperando, & vetando, in permittendo, & puniendo ita ut pertineat ad Commune, & Universitatem Leniaci omne jus, & omnis ratio, quam ipse Vermilius, vel alius pro eo habuit, vel habet in prædictis; & nihil exinde remaneat in eo, vel alio pro eo, & promisit per se, & suos successores omnia supradicta observare firmiter, nec in aliquo contra facere ex supradictis rebus in aliqua persona; & renunciavit possessioni, & pro ea vice; & nomine Communis Leniaci dixit possidere. Item die supradicto in communi palatio Veronę in præsentia D. Guaschi caus. Bonacursi, Jachini, Zavaritii, & aliorum, Gabaldinus de Anglario eodem modo, & tenore refutavit, & remisit, & per omnia fecit ut supertus D. Vermilius fecerat & in supradicto contractu continetur, & dixit prout & D. Amarinus vice & nomine Communis Leniaci possidere.

Item die 8. exeunte Junio in palatio Communis Veronæ in præsentia D. Jo. de Specialiis, D. Isnardi de Garzo, Joannis de bonis . . . not. & aliorum plurimorum. Dominus O. de Vicecomite Veronæ Potestas præcepit per sacramentum D. Jo. de Clanica, ut pro se, & Gisalberto ejus fratre debeat refutare, & facere D. Amanino Potestati Leniaci secundum quod superius D. Vermilius per omnia fecerat, & promiserat: qui vero D. Jo. pro se, & suo fratre D. Gisalberto refutavit, & remisit in manu dicti Amanini pro Communi Leniaci secundum quod in supradicto continetur per omnia, & promissionem fecit eidem, quod dictus frates habebit firmum, nec contraveuerit.

Item die supradicto in prædicto palatio Commun. Veronæ in præsentia D. Isnardi cau. Nicolai de Capris, Bonsenioris not. Venturæ & aliorum. D. Omnebonne Juden O. Potestatis Veronæ præcepit D. Petro de Lendenaria, ut refutare debeat D. Amanino pro Commune Leniaci secundum quod continetur in supradicto contractu, qui D. Petrus ita refutavit & fecit in manu D. Amanini pro Communi Leniaci per omnia, secundum quod continetur, & dixit pro eo & vice Communis Leniaci possidere.

Item die 16. intrante Julio in supradicto palatio Communis Veronæ in præsentia Isnardi de Zaccarits, Jacobini, & aliorum. Osellus de Castello eodem modo refutavit, & finem fecit in manu D. Amanini pro dicto Communi Leniaci, ut in supradicto contractu continetur. Item eodem die, & loco, in præsentia D. Isnardi Asnelli, Alberti de Advocatis & aliorum D. Amadeus pro se refutavit in manu D. Amanini pro dicto Communi Leniaci, & ita fecit, & per omnia ut in supradicto contractu contineiur. Item eodem die, & loco in præsentia Amelli Pellegrini, Henrighetti not. & aliorum plurium Norandinus F. Othonis de Spilimberch eodem modo refutavit, & fecit in manu D. Amanini pro Communi Leniaci, & ita fecit per omnia, ut in supradicto contractu continetur. Item eodem die, loco, & præsentia Amadei Aldigerini de Landetta, Pellegrini de Leniaco, & aliorum. Zambonus f. q. Stephani pro se, & suis fratribus, eodem modo refutavit, & fecit in manu D. Amanini pro Communi Leniaci ut in supradicto contractu per omnia continetur. Thebaldinus de Magarisio fecit per omnia ut supra dictum est in præsentia Asnelli Jo. cau. Pascisicianus & Bancaminus pro se, & suis fratribus adidem fecerunt per omnia secundum quod dictum est in manu dicti D. Amanini pro Communi supradicto, & promisit ille Bancaminus sub hipothica rerum suarum D. Amanino pro Communi Leniaci, quod sui fratres hanc fidem firmam habebunt, & contra non venient. Ventura, & Zalfrandinus fratres q. Zabaldini de Guidone de Clerico eodem modo refutaverunt, & fecerunt in manu D. Amanini pro dicto Communi Leniaci, ut in contractu prædicto continetur per omnia in præsentia D. Conradini, Joan. cau. Thebaldini.

Item die 9. exeunte Julio in Commun. palatio Veronæ in pub. Cons. ipsius Civitatis in præsentia D. Conradini, D. Isnardi Asnelli, Venturæ, Amanini, Zaccarii not. Danielis procuratoris, & aliorum plurium D. O. sup. Potestas Veronæ de voluntate, & cons. procuratorum, & Consulum & consiliatorum Communis Veronæ ita statuit, & decrevit dicens. Nos Odo Vicecomite Potestas Veronæ de voluntate, & consilio Consulum, procuratorum, & consiliatorum Communis Veronæ statutis Veronæ promulgatis pro facto Montisfortis, & jurisdictionis, & concessionis factarum Universitati Leniaci, addicimus decernentes, si res locatæ, & concessæ prædictæ Universitati evincerentur cum ratione, prædictæ Universitati, & habitatoribus, & consortibus ipsius loci, quod Monsfortis, & ejus curia & pertinentia integraliter in omnibus & per omnia ita pertineat pro rata pretii soluti à dicta Universitate in potestatem, & dominium prædicti loci, ne est nunc in potestate, & dominio Episcopatus Veronæ, & Commune Veronæ teneatur Episcopatui resarcire damnum quantum tantum res locatæ, & concessæ si fuerint evictæ arbitrio bonorum virorum fuerint estimatæ.

Ego Omnibonos not. D. Imp. Federici his omnibus rogatus interfui & scripsi.

Alia permutatio ab Episcopo Adelardo cum Communi Veronensi jurisdictionis erimaniæ cum aliis bonis, habetur in libro statutorum Communis Veronæ lib. 1. cap. xxiu. Marchione Azone Estense Potestate Veronæ existente. Contractum, sive contractus, celebratum, seu celebrates factum, vel factos inter D. Adelardum Veronen. Episcopum pro Episcopatu Veronæ, & D. Azonem Estensem Marchionem Potestatem Veronæ, & inter infrascriptas villas, & homines, & Communia, ac Universitates infrascriptarum villarum, seu aliquos eorumdem nomine pro eis ac dictum D. Azonem, & ejus officiales pro Communi Veronæ super jurisdictione, imperio, honore, & districtu erimaniæ, fodro, & super omnibus aliis, quæ in dicto contractu continentur; D. Potestas in omnibus, & per omnia integraliter prout ibi continetur attendat, & observet, ac attendi, & observari faciat, & firma teneat, & teneri faciat, et ut hoc semper in perpetuum inviolabiliter observetur, operam det, nec patiatur, vel substineat quod aliquis de cætero exerceat aliquid ex prædictis in infrascriptis locis, & eorum pertinentiis, vel personis, vel rebus ibidem nunc & in futurum existentibus, vel commorantibus, quinimmo vetet Episcopis & omnibus aliis, excepto Communi Veronæ, & exceptis Communibus earum villarum, uti ibidem aliquid ex prædictis, &c. Villæ autem sunt hæc Leniacum, Rupeclaria, Tomba, Canova, Calderium, Terniacus, Marcenicus, Centrum, Montaurus, S. Georgius, & quæ aliæ villæ in dicto contractu, vel contractibus continentur, & hæc porta sive statutum semper remanere, & esse debeat in portis sive statutis Communis Veronæ.

Adelardo etiam sedente Otho Imp. IV. an. 1209. ad petitionem Bonaventuræ Ecclesiæ Cathedralis Thesaurarii ad instar aliorum Imperatorum, Regumq; Canonicis Veronensibus omnia bona eorum, immunitatesq; suo diplomate confirmavit. Datum per manum Walthi regalis aulæ prothonotarii in Castris apud lacum Benacci 14. Kal. Sept. Ind. 12. Incarnationis vero Dominicæ 1209. anno regni ejus 12.

Anno 1211. Episcopatum Veronensem Adelardum Card adhuc administrasse clare ostendit documentum habitum in claustro Canonicæ per eumdē Adelardū Episcopū, & Noraudinū, aliosq; Canonicos ad favorē cujusdā D. Castellani operis Massarii.

Die Veneris sexto exeunte mense Novemb. in claustro canonicæ in præsentia Bonensegnæ. Ibique D. Bonus senior, Gezo presbyter, D. Vivianus, D.

Norandinus, D. Vilielmus, D. Albertus, D. Thedisius, & Ioannes Canonici Majoris Veronensis Ecclesiæ: Domini omnes dixerunt quod bene placebat sibi quod D. Castellanus conversus operis esset massarius, & quod ipse sit investitus illa massaria operis per Episcopatum & per massarios Canonicorum. Postea eadem die in capella Episcopatus in præsentia D. Bonfratoris, & presbyteri Gezonis, & D. Vilielmi Canon. presbyteri Can. S. Georgii a Domo & D. Ottolini ejus fratris, M. Castellini, D. Thomasii, Iordanii, & Iecomini not. Musii . . . . . & aliorum ibique D. Adelardus Dei gratia S. Rom. E. Card. & Veronen. Episcopus per Episcopatum, & D. Norandinus, & D. Albertus Canonici, & tunc massarii Communis Canonicæ per Capitulum Canonicæ investivere D. Castellanum conversum operis nominatim de massaria, & prælatura illius domus, ita tamen ut in anno inantea sit massarius, & prælatus illius domus, & in possessione pro Episcopatu & pro Capitulo Canonicæ. Actum est hoc anno 1211. Ind. 15.

Ego Philippus sac. palatii & Fed. Imp. not. interfui & instrumentum rogatus scripsi.

Cæterum post hunc annum 1211. nulla deinceps Adelardi Episcopi & Cardinalis neque in monumentis, neque apud ullum quemquam extare vidi memoriam. Clare tamen habemus eidem in Episcopatu successisse Nnrandinum in fine ejusdem anni ex inscriptinne S. Mariæ Matris Domini extra Veronam posita, quam mox in Norandino exhibeam: ubi annum Domini 1220. incidisse asseritur in octavum annum Pontificatus Norandini, & in quodam permutationis documento inter ipsum Norandinum, hominesque Porti, confecto anno 1217. Adelardus Episcopus quondam Veronensis non semel enunciatur. Jam inde ante hunc annum Adelardus diem suum obierat. Panvinius in chronic. rerum Veronen. scribit eum e vivis excessisse anno 1209. postquam sedisset in Veronensi Cathedra annis 16. Ciaconius anno 1210. alii 1214. Libenter subscripsissem Panvinio, tamquam Ecclesiasticarum rerum, ac patriæ peritissimo, ni forte occurrisset supra relatum Adelardi documentum scriptum anno 1211. Mense Novembri, & Norandini successoris, tum marmorea tabula, tum monumentum, quod exscribam; & mea quidem sententia Adelardus vel in ipso anni 1211. exitu, vel sequentis initio Veronæ mortalitatem exuit. Verum cum Adelardi cadaver anno 1642. e marmoreo tumulo Ecclesiæ S. Zenonis, ubi humatum per tot sæcula inglorium latitaverat mortalibus, iterum effossum apparuisset, nostra nonnihil vacillavit opinio; in sepulchro namque incisus repertus est lapis, iisque verbis inscriptus; *Anno Domini 1225. die 14. exeunte Augusto Adelardus quondam Episcopus Veronensis, & Card.* prima inquam facie videbatur Adelardum obiisse an. 1225. sed illud verbum *quondam* omnem mihi dubitationem ademit; indicat enim eo anno, ac die, eoque in tumulo novo fuisse reclusum, non tamen ipso anno obiisse Adelardum, quod certe non tacuisset inscriptio. Porro Adelardi cadaveris inventio posteris per publicum instrumentum in hunc modum demandata est.

Inventio Cadaveris olim Eminentissimi & Reverendiss. DD. Adelardi S. R. E. Cardinalis & Episcopi Veronensis.

In nomine Domini Nostri Iesu Christi Amen.

Anno Nativitatis ejusdem 1642. die Martis VIII. Kal. Aprilis Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno XIX. In mei Notarii publici, testiumque infrascriptorum adhæc specialiter vocatorum præsentiam.

Maximorum nominis gloria Virorum, qui D. O. M. honori aspiraverunt eundem corde colendo, & operibus mortalibus ad ipsum dirigendo, non permittit, aliorum instar oblivioni consignari: verum sicut immortali luce in Olympo, sic & condigno in terris, fas est, ut honore prosciatur ut illud compleatur Davidicum. In memoria ejus erit Iustus. Id factum diebus nostris conspicitur. Cum siquidem in Majoris sanctissimi Pontificis, & Martyris Zenonis Ecclesiæ hujus Urbis Veronen. civis, & Patroni monumentum quoddam marmoreum ad Septentrionem, prope gradus quibus in sacrarium tenditur a dextro majoris altaris latere existeret, in quo aliàs Missarum solemnia celebrata rumor affirmat, illudque multis ab hinc annis incuria temporum effectum sit obsoletum. Per Illustris, ac Reverendissimus D. D. Cozza Cottias I. V. D. Prothonotarius Apostolicus, Canonicus Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis Nobilis Veronensis, & Vicentinus, post Pontificalem Prima dignitas, & in Venerabili Abbatia sancti Zenonis pro Illustrissimo & Reverendissimo D. D. Victore Grimano Patritio Veneto Abbate Chersi, & Osseri, Modii & Rosacii, & prædictæ sancti Zenonis Abbatiæ perpetuo Comendatario, Generalis Commissarius de hoc prius ab Admodum R. Patre D. Cherubino Lazarono Veneto ejusdem Monasterii Priore certioratus ac specialiter requisitus, percupiens quid Arca illa contineret marmorea intueri, eodem die, insigni Dominicæ Incarnationis Anniversario a prandio vigesimam circiter secundam horam una cum Reverendiss. prædictæ Cathedralis Ecclesiæ Canonicis, nec non RR. Capellanis inferius nominandis, ad dictam Basilicam accedens ante fores ei obviam fecit supradictus P. Prior, magno comitatu, ipsam ingressus, sacrum in quo Christus colitur misterium humiliter adoravit. Surgens hinc iter ad dictum carpit tumulum. Sex pedibus hujus longitudo, latitudo duobus pedibus, altitudo vero duobus pedibus continebatur: porro basium super quibus residebat altitudo erat unciarum decem. Hujus anterior pars cum iis quoque, quæ ad Boream, & ad Austrum spectant picturata calce cooperta, in medio crucem, sicut mos est, & altaria consici, quorum & forma præsefert, concernendum exhibet. Dum hæc fierent a Reverendiss. D. D. Commissario coram innumeris utriusque sexus, hisq; potissimum inferius testibus, ac a me infrascrip. Not. & Cancel. jussibus interim a quibusdam ad id vocatis operariis marmorei tumuli operculum elevatur, in quo humanum corpus, cujus pedes contra majus Altare, caput vero penes quod & lapis inscriptus contra sacrarium cernitur, extractus ille ejusdem Reverendiss. D. D. Commissarii mandato ex Arca à R. D. Ioanne Maria de Pelegrinis ex Capellanis assistentibus uno, has omnium oculis legendas notas exhibuit.

† A. D. M. C. C.
XXV. DIE XIIII.
EXE. AUGUSTO
DNS. ADELARDUS
QNDA. EPS. V.
7. CAR.

Corpus deinde quam diligentissime perquisitum staturæ proceræ potius cum pluviali, stola, chirotecis, sandaliis, baneis ornatum reperitur. Pluviale, ac stola erant operis auro intextis pretioso, chirotecæ sericæ albæ, sandalia, ac baniæ corrupta, horum tantummodo super integrum ossa inter se connexa, fereq; corruptis vestimentis implicita, ut membrorum Ordinem, ac situm, quam optime retinerent: quodque mirum est suaviter olerent. Obtulit idem Dominus capellanus eidem Reverendiss. D. D. Commissario chirotecas ex suis locis desumptas, in iis adhuc sanis reperta sunt manuum, digitorumque ossa, & carnium, cineres in singulis ipsarum nodis dispositæ. His ab eo, aliisque in tanti viri venerationem deosculatis, necnon, & capite, cui dentes aliqui, iidemque integri inserti conspiciebantur. Cuncta denuo, denegato quoque parvo corporis fragmento Reverendiss. Canonico Rosino, licet ab eo summe efflagitato, locis suis disponuntur. Frustum tamen pluvialis à Rev. D. Capellano supradicto extrahitur Reverendiss. D. D. Commissario consignatur in hujusce rei memoriam reservandum. His expliciti, exscriptus lapis suo loco reponitur, reseratur tumulus, & desuper vetustissicon, quæ prius ibi duabus stylobatis suffulta cernebatur, denuo restituitur. Gratiis denique D. O. M.

peractis, publicum hoc rogatus infrascriptis coram testibus confeci instrumentum. Actum Veronæ in supradicta D. Zenonis majoris Basilica, anno, indictione, die, mense, & Pontificatu, quibus sup. præsentibus Reverendiss. D.D. Jacobo Rosino J. V. D. Prot. Apostolico f. q. per Illustris. D. Francisci en Abbatia in Policeni modo cive Veronæ de Ponte Petræ, ac Marco Antonio Madio q. Nob. D. Madii Patricio Veronen. de S. Petro Incarnario Canon. Cath. neq; non RR. DD. Joseph q. Sylvestri de Sylvestris, ac Joanne Maria Pelegrino Capellanis, eodemque admodum R. Patre Priore, quo supra cum aliis suis monachis testibus, &c. Et ego Carol. fil. q. D. Franc. Libardi, &c.

Veritas filia temporum, sic nos de Adelardi Cardinalis obitu, ac sepulturæ loco affirmare compellit, illum obiisse an. 1211. vel initio seq. 1212. sepultum in ecclesia S. Zenonis, anno sui Præsulatus vigesimo quarto. A Lucio III. cooptatus fuerat Adelardus inter S. R. E. Cardinales ad titulum s. Marcelli, datusq; Episcopus Veronensis Ecclesiæ à Clemente III. anno 1188. defuncto Riprando, & ut mos illorum temporum erat, titulum s. Marcelli amisit, namque titulo carebant Cardinales illi, qui ad Episcopalem sedem evehebantur à Pontifice, & universalis Ecclesiæ Cardinales deinceps vocitabantur, qui vetustissimus mos sub Clemente V. Avenione obsolevit, titulumque Cardinalitium, & cathedrales hactenus S.R.E. Cardinales in administrationem retinuere. Memini me observavisse, Adelardum Cardinalem, antequam ad Veronensem Cathedram sublimaretur, se Adelardum tit. S. Marcelli Presb. Card. Apostolicis bullis subscripsisse; Veronensem Ecclesiam inde adeptum Cardinalem S.R.E. & Veronensem Episcopum, sine titulo obsignasse in hæc verba, *Adelardus sola divina gratia S.R.E. Cardinalis, Veronæ humilis Episcopus*. Id etiam in aliis contigisse legimus. Adelardo in titulo S. Marcelli successit quidam Fidantius Presb. Card. sub Cœlestino III. Pont. * Sub Adelardi præsulatu anno 1200. die 3. Maii Peregrinus secundus Patriarcha Aquilejensis Veronæ in Palatio Episcopali, & in sacello D. Zenonis Canonicis Veronensibus ea omnia confirmavit, quæ olim Peregrinus primus ejus antecessor, aliique Patriarchæ ante illum confirmarunt. Id etiam egit paulo post anno scilicet 1207. die 3. Martii Valterius Patriarcha Peregrini successor in eadem capella S. Zenonis vetera privilegia prædecessorum confirmando, ac præcipue illud Rotaldi Episcopi ann. 809. Et Bertoldus ejusdem Sedis Patriarcha 20. 1220. 3. Martii apud S. Danielem prope locum Gardæ omnes, & singulas exemptiones, vetustaq; privilegia tam ab Episcopis Veronensibus, quam a Patriarchis Canonicis Veronensibus indulta, & jura eorundem tam super ecclesiis, quam villis renovando solemni stipulatione confirmavit iisdem fere verbis, quæ in Peregrini Primi documento continentur. Postremo hoc ipso Adelardi anno Veronæ cœptum est ædificari cœnobium sanctimonialium S. Mariæ Magdalenæ Ordinis S. Benedicti, accedente pia Veronensium liberalitate. Lapis adhuc supra fores ejusdem Ecclesiæ proloquitur iis insculptus verbis.

* Ex Append. t. 5.

Bonifacius ex Comitibus s. Bonifacii preter Veronæ totius urbis nomine sex soli jugera ad edificandum Cœnobium s. Mariæ Magdalenæ D.D.
Fonzano Castello æditu curatore CIↃ.CC.XI.

Hujus monasterii Moniales sub Gregorio IX. anno 1227. relicta D. Benedicti regula, Minorum institutum susceperunt, deinde accedente Capituli Veronensis assensu, ac urbis auctoritate cœnobio S. Mariæ de Campo Martio unitæ perpetuo fuerunt. Hujus rei extat testimonium bullæ Clementis VI. Papæ. Dat. Avenioni 11. Kal. Julii, Pontificatus 10. qui fuit Christi anno 1352. Huic monasterio hodie cum laude præest nobilis Aquilina Cottia Veronensis patritia.

LXXIV. * Ex App. tom. 5.

* 83 ABUNDONIUS Adelardi sedem obtinuit, quo hujus virtutis, ac sanctimoniæ splendor, illius ignorantiæ, ac pravitatis tenebris magis clarescceret; de quo Panvin. lib. 7. Antiq. Veron. *Conspurcatam*, inquit, *Abundonii vitiis Pontificalem in civitate dignitatem in pristinum restituit, qui mox ei suffectus est Norandinus*. Tintus lib. 5. Veronen. nobilitatis ab Abundone DD. Georgii, & Helenæ Ecclesiam penes cathedralem sitam dirutam, ac pretiosa quæque dilapidata asserit; de quo Canobius in tabulis, ac pictura aulæ Episcopalis. Ciaconius præterea Adelardo successisse Abundonem testatur in vitis Pontificum ad annum MCLXXXV. In quibus vero circa tempus falluntur Panvinius, & Tinctus, corrigendi ex monumento, quod afferebamus supra ad vitam Adelardi sexto exeuntis Novemb. MCCXI. ex quo Abundonem per aliquot tantum menses, ne sancta Veronensis sedes diu ejusdem vitiis inquinaretur, pontificatum gessisse liquet.

84 NORANDINUS ex Canonico majoris ecclesiæ defuncto Adelardo Card. omnibus votis Episcopus suffectus est ann. 1212. ut liquet ex inscriptione monasterii S. Mariæ Matris Domini extra muros Veronæ juxta castrum S. Felicis, in qua annum 1220. fuisse Norandini Pontificatus annum octavum apparet. Inscriptio est talis. LXXV.

Anno Domini MCCXX.
Indict. VIII.
inceptum est opus hujus monasterii in honorem
Sanctæ, & Individuæ Trinitatis,
& præcipue S. Mariæ Matris Domini,
ad cujus constructionem
D. Rodulphus Malavolta dedit DCCCC.
libras denariorum Veron.
ut in omnibus fratrum, & ipsius memoria
haberetur,
& aliorum bonorum, quæ in eodem
monasterio perpetuis temporibus fierent,
particeps fieri mereretur;
quicumque, & legerit oret pro eo.
Acta sunt hæc tempore Honorii III.
Papæ
Pont. vero sui anno IIII.
imperante Federico Secundo anno I.
Præsidente Ecclesiæ Veronæ Norandino
anno VII.
ordini fratrum Priore fratre Dominico
Hispano magistro fungente.
Regnante Domino nostro Jesu Christo cui
honor, & gloria in secula seculorum.
Fratres vero
venerunt habitare S. Anastasiam
MCCLX.

Destructum fuit hocce cœnobium S. Mariæ matris Domini ann. 1517. Jamdiu Dominicani fratres intra urbem recepti, nobile aliud monasterium apud S. Anastasiam exædificarunt an. 1260. In bonum itaque omen Norandinus D. Dominici sodales benigne recepit, qui in omni vitæ sanctimonia fructus mellifluos Veronæ pro tempore attulerunt, quorum unus præ multis effulsit S. Petrus Martyr patria Veronensis, hæreticorum malleus, Veronæ decus, & ornamentum, cujus egregia facinora recensentur in ejus vita apud Surium, aliosque sanctorum vitæ scriptores.

Hoc ipso anno 1217. Norandinus cum hominibus Portus per Fulcherium de Fulcone litem cum assensu Veronensium Canonicorum ademit. Publicum monumentum, quod supra exhibendum promisimus, hic ad verbum ex Veronensis urbis tabulario lubenter damus, cum in eo plura scitu dignissima recenseantur, & non semel Adelardi Episcopi Norandini prædecessoris, jam prædefuncti mentio habeatur.

In nomine Dei vivi Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Anno Domini *MCCXVII. intrante Augusto in Verona di* . . . . . *D. Jacobini de Ripaclara, D. Riprendini de Olderico Spar. D. Gerdi de Advocatis, D. Joannes de Leniaco, D. Bonacursii de Hennerardo, D. Bartholomei de Broylo, D. Alberti de Porto, D. Gerrardi de Maurinio, D. Henrici de Follo causidicorū, Hen-*

perardi, Banafidei, Portoximi, Matthæi Insulani, Ubertini Gerardi, Venturæ, Bonavisæ, Jacobini, Bertini, Fundi, Luxiani, Montanci, Notariorum, D. Crescеatini de Cresceatis, D. Bonizavulli de Coescentiis, D. Balduini de Rozone Judicis, & aliorum multorum testium rogatorum.

Coram D. Folchino Fulcino de Arco Judice, & D. Barthol. de Vicecomite estimatoribus ordinatis, & constitutis pro Communi Veronę ad contractum de bonis ecclesiarum confirmandum tempore D. Azolini de Pertegonis de Bononia potestatis Veronæ.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Amen.

Cum diu lis, & controversia inter Dominum Norandinum Venerabilem Veronæ Episcopum pro Veronæ Episcopatu, & Matthæum ejusdem Episcopi ac Episcopatus sindicum, actorem, procuratorem, & nuncium procedem Episcopo, & Episcopatu ex una parte. Et inter Commune & Universitatem Porti, & ejus sindicos, Ubertum Notarium, & Portum de Gualfrado peo Communi, & Universitate Porti ex altera foret agitata, in qua lite talis, ut inferius legitur a parte prænominati venerabilis Episcopi, & Episcopatus porrectus fuerat libellus.

Ego Matthæus sindicus, & procurator D. Norandini Dei gratia S. Veronensis Ecclesiæ, & Episcopatus pro ipso D. Episcopo Veronæ conqueror de Communi, & Universitate Porti de Alberto notario, sindico, & procuratore Communis, & Universitatis pro ipso Communi, & Universitate cum iuisset contractum cum D. Adelardo quondam Episcopo Veronæ, super jurisdictione, bonore, districtu, & adulturo, quod vulgo plebania nuncupatur, & crimaria, & fodro porti ejusque curtis, & pertinentiæ, & de jure babeat in Derota, & de jure, & jurisdictione, & districtu, & honore, & adulturo, quæ vulgo plebania nuncupatur, & fodro, quod qui & quæ babebat M. S. Petro in Ceredo, & de fictis, & decimis, tam præsentium, quam futurorum prædictorum locorum, & rerum de vassallis, quæ babebat in Porto, & ejus curia, & in sancto Petro in Ceredo, & super cæteris omnibus rebus, quæ continentur in instrumento scripto manu Beraardini notarii, & scripto per Boaumsignum, & Omnibonum, & Radolphinum notarios, & investituram de ipsis rebus oecepisse sub præstatione centum modiorum frumenti currentium tempore initi contractus, super quo quidem contractu dicto Episcopum læsum, & deceptum, ultra dimidium justæ pensionis, seu mercedis sive præstationis, unde rogo vos, ut dictum contractum nullum fuisse, & de jure non tenuisse nec tenere vestra sententia pronuncietis, & si quid est vel fuit ipsam infringatis, & vestra sententia irritata deducatis, & rescindatis vel saltem jure singulari Episcopus, & Episcopatus læsus est in dicto contractu, ipsum Episcopatum adversus dictum contractum in integrum restituatis, & prædicto contractu reciso, irritato tunc Communi, vel singuli, vel nullo prorsus prędicta omnia pro Episcopatu, & ipsi Episcopatui restitui faciatis, & dictum Albertum pro Communi Porti, & ipsum Commune in restitutionem prædictarum rerum condemnetis, & prædicta omnia ad Episcopatum pertinere pronuncietis, proponens rei conditione utilem, & directam, & conditione certi, & conditione ex lege, & legibus, & actione prescriptis verbis, & actione in factum actione locati, & conditione . . . . & conditione sine causæ, vel ex injusta causa, & ex conditione ex sacris canonibus, & re assessorię, & officium Judicis, & omnia jura in prędicto Episcopatu, & ipsi Episcopatui competentia salvo jure addendi, minuendi, corrigendi, &c. Dicebat enim dictus D. Episcopus, prænominatus Matthæus pro Episcopatu Veronæ jurisdictionem, & districtum, & honorem, & plebaniam, quæ ad Ultrin. vulgu nuncupatur villæ Porti, & ejus curiæ, atque pertinentiæ, sancti Petri in Cereo, & ejus curię, & pertinentiæ, & Derot. & hominum in prędictis locis nunc, vel in futurum habitantium ad Veronensem Episcopatum, seu Episcopum, & per hoc ad ipsum D. Norandinum Veronæ Episcopum, & ejus Episcopatum pertinere fore, asserendo prædictorum locorum homines præsentes, vel futuros, remaniam Episcopatus fodri, albergarias annexa, receptа, fictum pro castro Porti atque pro Derota debere præstare, ac bona debere componere, & emendare sine solutione. Dicebant eum Episcopatum in communibus locis villæ, & universitatis, ac hominum Porti, & s. Petri in Ceredo, & Derota, & jus tenendi, & exercendi placitum generaliter, & jus in . . . . . punsendarum, & multa alia jura, necnon, & conditiones in prænominata villa Porti, & ejus curia seu pertinentia, & in sancto Petro in Cereo, & ejus curia, seu pertinentia, & in Derota, & in omnibus in prædictis locis habitantibus, seu habitaturis habere, allegando generaliter omnia jura, quæ in prædictis locis, & hominibus unquam ad ipsum pertinuerint, vel pertinere possent ad dictum Episcopatum, & ad dictum Episcopum pro Episcopatu pertinere, ac spectare, & prædictum Commune, & homines de Porto, & Universitate in casum succumbere debere, & in prædictis omnibus debere condemnari, non obstante locatione de prædictis rebus ab Episcopo quondam Adelardo communi, & hominibus Porti. Quam locationem ipse D. Episcopus, & Matthæus sindicus asserebant ipso jure non tenere, & si teneret tamen in enormis deceptionis tenere deboat irritari, vel ad nihilum reduci, vel ecclesia scilicet Episcopatus debeat in integrum jure singulari, vel saltem jure communi restitui.

Ex adverso Portus de Gualfrido sindicus Communis, & Universitatis, ac hominum Porti pro ipso Communi, & Universitate, ac hominibus, nihil de prædictis ad Episcopatum prædictum, vel D. Episcopum pertinere confitebatur, imo prædicta omnia, ab antiquis retro temporibus, & concessionibus Communi Porti factis ad ipsum Commune Porti pertinuisse, & pertinere dicebat, & nihil de prædictis ad Episcopatum pertinuisse asserebat. Imo penitus inficiebatur allegando etiam, quod si prædictæ res, seu jura, vel alia quod de prædictis ad Episcopatuum pertinuit, integraliter omnia ex contractu locationis ab Episcopo quondam Adelardo Commun. Porti facta, ad prædictum Commune Porti pertinere. Quin contractum omni modo de jure tenere, nec irritandum, vel rescindendum, vel Ecclesiam, vel Episcopatum restituendum ulla ratione fore Communi Porti, & ejus sindicus firmiter allegabant.

Cum hæc & alia multa pro utoque parte allegarentur, & testes post litis contestationem ab utraque parte forent producti, & causa partes nomine transactionis in D. Henricum Causidicum de Porto, & D. Balduinum Causidicum de Scalis, de prædictis omnibus eorum appendiciis, sive redditibus, & proventibus se commisissent, seu compromisissent, tandem ex præcepto, & voluntate scriptorum arbitrorum, seu arbitratorum ad hoc, ut prædicta omnia in Commune, & Universitatem, & homines Porti debeant pervenire, & apud suum Commune, & Universitatem, & homines prædictæ villæ Porti, perpetuo residere, hoc etiam expressim acto, & dicto nunc dictum D. Norandinum Episcopum, & D. Azolinum de Pertegonis de Bononia Potestatem Veronæ, & Commune Porti, & ejus sindicum Portum de Gualfrado, quod dicta omnia debeant, & possint dari, & concedi ab eodem D. Azzolino Communi, & Universitati, & hominibus Porti, & eorum sindico secundum quod sindico Communis Porti de forma contractus placuerit, & valeat, & teneat datio, & concessio, etiamsi per D. Azzolinum solum facta fuerit, ac si per totum Commune Veronæ facta foret. Prænominatus D. Norandinus Veronæ Episcopus vice, & nomine Episcopatus Veronæ, & pro ipso Episcopatu, præsentibus, & expressim consentientibus, & laudantibus magistro Alberto majoris Ecclesiæ Veronæ Archipresbytero, & D. Bonisegno, D. Erzone, D. Stephano, D. Magistro Musetto, D. Conrado presbyteris Canonicis, D. Magistro Angelino, D. Vsviano, D. Fino, Domino Balzenello cantore, Domino Guillelmo, D. Henrico, D. Valeriano, D. Isnardo, D. Tudisio, D. Joanne, atque D. Constantino, scilicet Canonicis,

cis ejusdem majoris Ecclesiæ, & præsentibus, & enpressim consentientibus, & laudantibus. D. Riprando Abbate Monasterij S. Zenonis, D. Marchesio Abbate monasteeij S. Mariæ in Organo, D. Isnordo Abbate monasterij S. Nazarij, D. Morando Præposito S. Georgij, D. Lanfranco Archipresbytero S. Petri in castello Congregationis intrinsecæ, D. Gulielmo Canonico præfato S. Laurentij, D. Armano Ar..... plebis Ridæ claræ, D. Mauco Ar. Ecclesiæ Valcgij, D. Magistro Castellino Ar. Ecclesiæ Insulæ Porcaricriæ, D. Presbytero Jacobo.... ecclesiæ S. Proculi, D. Presbytero Joanne Ar. Villæfranchæ, Magistro Magnino nuncio, & procuratore ecclesiæ Gardæ, ut dicebatue, D. Bonifacio de Runca clerico, & nuncio ecclesiæ Runcti, D. Alberto ecclesiæ Poeti, D. Magistro Bonino Ar. ecclesiæ Ciliani, D. Rambaldo Ar. ecclesiæ S. Floriani, D. Adelardo Ar. ecclesiæ S. Zorzi, D. Caclanario Ar. ecclesiæ Geezzanæ, D. Magisteo Pelegrino Ar. ecclesiæ Nigrarij, D. Guarnerio Ac. ecclesiæ Ceretæ, D. Presbytero Gurlamino nuncio plebis Leniaci, D. Gogione Ar. ecclesiæ Opedani, D. Guarsendico Ar. plebis Bodolini, D. Micabelto Ar. plebis Nogariæ, Magistro Petro Ar. ecclesię Sanctorum Apostolorum, D. Bartholomæo prælato ecclesiæ de Lavagno, D. Stephano Ar. plebir Erglaeti, D. presbytero Gogo Ar. plebis S. Stephani, Magistro Benteregna nuncio plebis Insulæ, ut dicebatur, Guenigo nuatio plebis Tumbæ, ut dicebotur, D. Ottone nuncio plebis Sandrei, ut dicebatur, Presbytero Peregrino nuncio plebis Trevenzoli, ut dicebatur, D. Omnibono Ar. Bossolenghi, D. Ventura Ac. plebis Palazzoli, D. Ar. Mezzanarum, D. Adam Ar. plebis Montisaurei, D. Augustiao plebis S. Joannis in Valle, D. Grezzo nuncio monasteeij Moguzani, ut dicebatur, Presbytero Gosberto prælato ecclesiæ S. Quirici, D. Abraam Ar. plebis Illatij, D. Cagolo nuncio Abbatis Calavenæ peo ipso monasterio ut dicebaeur, Presbytero Thebaldo prælato ecclesiæ S. Thomæ, D. Gumpo Ar. plebis Caprini. Et peæsentibur, & enpressim consentientibus, & laudantibus infrascriptis capellanis, videlicet Presbytero Joanne ecclesię SS. Apostolorum, Presbytero Jacobo ejusdem ecclesiæ, Alberto de Molis ejusdem ecclesiæ elerico, Morando clerico ecclesiæ S. Laurentij, Presbytero Blasid ecclesiæ S. Celilæ, Presbytero Alberto ejusdem ecclesiæ, Magistro Magnino præluto ecclesiæ S. Petri à monasterio, & Rodulphino clerico ejusdem ecclesiæ, D. Compagnone clorico ecclesiæ S. Sebastiani, Presbytero Dominico ecclesiæ collegiatę S. Joanais in valle, Gulielmo de Montebello, & Toto, clericis ejusdem ecclesiæ, D. presb. Nicolao ecclesiæ s. Simonis, presb. Ottone ecclesiæ s. Joannis ad Forum; Magistro Albrico & Grasso elericis illius ecclesiæ, peesb. Nigro ecclesiæ s. Andeeæ, presb. Lippoldo ecclesiæ s. Joannis ad Fontes; presb. Thebaldo ecclesiæ s. Salvatoris ad Teegnanum, presb. Bonifacio ecclesiæ S. Tomasij, Magisteo Jacobo de s. Justo, D. Omnibono clerico monasterij s. Zenonis protoclerico ecclesiæ s. Petri in Castello, Magistro Viviano Canonico s. Georgij, D. Visinello elerico ecclesiæ Albareti, D. Bonifacio clerico ecclesiæ s. Quirici, Magistro Mareo clerico plebis Illasij, presb. Guizzamano monasterij s. Nazarij, D. Venturu clerico ejusdem monasterij, D. Maynaedo clerico ecclesiæ de Cusularno, D. Vliverio clerico ecclesiæ Ceretæ.

Et præsentibus, & enpressim consentientibus, & laudantibus Vasollis ipsius Episcopi, & Episcopatus videlicet D. Bartholomæo de Paule, D. Ottone de Marcio peracino F. D. Beraimi pro se, & suo patee D. Guerrio Monzambano, D. Bonsigino de Saeebettis pro D. Capanonio suo fratre, D. Carnolo de Gabo Baffetta, D. Stndico Oderico de Vivecomite, D. Vbicino de D. Adelaedo, D. Bonavisio de Mouzambano, D. Ezelini de Alcherio, D. Gicanzetto de Crescentiis, D. Aldo de Tingonis, D. Gualvano de Turrisendis, D. Virido de Valegio, D. Isnacdino de D. Riprandino de Carcere, D. Toninello de Lendenuria, D. Carralafilli de Guffoleno, D. Falsegnore tutore nepotis sutui dicebatur pro Dom. Alcherio de Tanello, D. Pecorario de Mercato novo, D. Barthomeo de Broylo Causidico, D. Oderico de Falconetto, D. Tanusio de Monzabavo, D Thebaldo de Cantaforo, D. Joanne de Claviga, coasitcado etiam & dicendo, & asserendo, & protestaado dictus D. Episcopus & prædicti omner Abbates & Canonici, Archipresbyteei, Prælati ecclesiæ, & ecclesiarum nuntij, atque vasalli Episcopi & Episcopatus suprascripti, quod iste contractus & omaia quæ hic foemantur, augentur, & fuerint ad utilitatem & in utilitate & profectu Episc Veronæ... non ad eius detrimentum, vel læsionem: & quod utilis est Episcopatui taliter...... de conteactu remanere teansigendo cum Communi, Vniversitate, & hominibus Porti, & cum Porto de Gualfeado sindico, actore & procuratore Communis, Universitatis, & hominum Porti, pro ipso Communi, & Universitate, & hominibus accipiendo ab ipso Communi, & Universitate & hominibus Porti, & à dicto Porto sindico, pro dicto Communi, & Universitate & hominibus magnam pecuniæ quantitatem videlicet quindecim millia librarum denariorum Veronensium, quam pecuniam totam dictus D. Episcopus sibi datam, & solutam Episcopatus aomine à dicta Universitate, & Communi, & hominibus & eorum sindico prædicto confessus fuit, & etiam totam in se habere dixit, & exceptioni non numeeatę pecuniæ & spei futuræ numerationis, donationis renunciæ recipiendo jur decimationis & decimæ novalia à D. Adelardo 4 quondam Veronæ Episcopo, Communi Porti concessum nomine teansactionis & boni concordii refutavit, dedit, tradidit, cessit, mandavit, atque concessit, Communi Veronæ, & D. Azzolino suprascripto Potestati Veronæ recipienti pro Communi Veroaæ omne imperium merum, & mistum, omnem jurisdictionem, omnem districtum, omnem honorem, omnem plebaniam, sive udulvium, omnem fodrum, omnes ulbergarias, omnia amixeta, omnia recepta, omnem eremaniam Villæ Porti, & ejus curiæ, & pertinentiæ, sive territorii, & S. Petri in Cereo, & ejus curia sive peetinentia, & territorii, nec non & Derotæ & omnium hominum nunc, vel in futurum perpetuo in suprascripeis omnibus locis habitantium omnes vassollos, qui habent feuda in Porto, & ejus curia, & pertinentia, & in sancto Petro in Cereo & ejus curia & pertinentia, & in Deeota & eorum feuda, & feudorum, & vassalorum jura, & actiones, seu eationes, & integraliter omnia quæ ad dicta feuda, & vassallos pertinent, exceptis & in se retentis vassallir, qui sunt vassalli pro terrantico, decima, & non in eo qui sunt vassalli pro aliqua alia re, vel aliquo alio jure, qui vassalli, sive sint eereitorii Porti, sive non, sive non Communis Porti esse debeant, ut omnem fictum castri poeti, & Derotæ, & omne jus quod in dictis castris Derotæ & eorum fictis Episcopatus Veronæ habet, vel aliquo modo seu tempore habere posset, & omne jur Episcopi imponendi, vel inducendi, seu enigendi, & omne jus mulctandi, omne jus tenendi, & exercendi placitum, geneealiter omne jus invasionum puniendorum, omnem enactionem, omnes redditus, omnes publicas functiones, & enactiones, & omnes ... sive vigilias, & omnia jura prædictis coherentia, vel e prædictis descendentia, & omnes conditiones, & omnia jura, qui, & quæ Episcopatus Veronæ habet, vel aliquo modo, vel tempore habere posses, & qui, & quæ ad Episcopatum Veronæ, vel ad imperium pertinuerunt, vel peetinere potuerint, vel aliquo modo in antoa tempore pertinere possent in villa, & loco Porti, & ejus curia, & pertinentia, ac territorio, & in S. Petro in Cereo & ejus curia, & pertinentia, sive territorio Aquæ derotæ, tam in terra, quam in aquis, & in hominee, seu super homines in ipsis locis habitantes, vel qui pro temporibus ibi futurum habitabunt, sive pee privilegia, vel concessiones, aut dationes Romanorum, seu Francorum, vel Longobardorum, vel Italicorum Regum, aut usu, vel consuetudine, vel aliquo alio jure, vel modo, sive ratione, & spe in fictum, & jus ficti centum modiorum frumenti, quod Commune & homines

Por-

Porci ex contractu locationis eisdem Communi & hominibus per dictum Adelardum quondam Veronæ Episcopum factæ annuatim pro prædictis rebus dare tenebantur.

Constituens Commune Veronæ & ipsum D. Azolinum Potestatem Veronæ pro Communi Veronæ omnium prædictarum rerum, seu rationum, vel jurium, & integraliter de omnibus, quæ superius dicta, & nominata specialiter, vel generaliter sunt, possessorem & dominum, ita quod nullum dominium vel quasi dominium, vel aliquot jus directum, vel utile in dictum dominum Episcopum, vel Episcopatum remaneat, vel remanere possit, vel debeat in prædictis omnibuc Communi Veronæ refutatic, datis, traditis, cessis, mandatis, sive concessis. Fecit etiam atque constituit dictus D. Norandinus Episcopus pro Episcopatu Veronæ dictum D. Potestatem Veronæ pro Communi Veronæ procuratorem in omnibus superius dictis tanquam in rem suam perpetuo, dans, cedens, mandans, sive concedens Communi Veronæ & D. Azolino pro eo omne jus, omnes actiones & rationes, quæ, & quas Episcopatus Veronæ in suprascriptis omnibus habet, vel aliquo tempore unquam habere posset, ita quod hanc procurationem, sive hoc mandatum, & omnia ea, quæ superius dicta sunt, ei, vel alicui successorum ejus revocare nunquam liceat & per dictum Commune Veronæ ac per dictum Potestatem nomine & vice dicti Communis idem D. Episcopus, nomine, & vice dicti Episcopatus omnia prædicta possidere, & tenere, & quasi possidere, & quasi tenere confessus, & manifestatus fuit & Domine Potestas nomine vice Communis Veronæ . . . . dicto Communi suam authoritatem, non obstante aliqua lege, vel usu ingrediendi, & intrandi, sive accipiendi possessionem, & tenutam, vel quasi possessionem, vel quasi tenutam omnium prædictorum, & licentiam, sive parabolam dedit, ita ut in omnibus, & per omnia, tam in exercitiis civilium . . . . . eorum, quam cognitionibus correctionibus criminalium . . . . & in impositionibus pœnarum, & mulctarum, & in omnibus actionibus sæpedictorum jurium, & imperando, vetando, permittendo, seu puniendo, & generaliter in omnibus, quæ ad imperium merum, vel mixtum, jurisdictionem, districtum, & honorem in prædictis locis, & in hominibus, & vassallis pertinent, vel aliquo jure, vel modo quovis ingenio pertinere unquam possit solum Commune Veronæ, vel Commune Porci post donationem D. Azzolino et, vel ejus sindico factam generaliter liberam, & plenissimam habeat potestatem, & dominium, non remanente ad Episcopatum, vel apud aliquam aliam personam magnam, vel parvam mero, vel mixto imperio, vel jurisdictione aliqua districtu, vel honore, seu exactione prædictorum jurium, & impositione bannorum, pœnarum, mulctarum, vel exercitio prędictorum, vel etiam aliquid de prædictis, nec etiam vassallis, salvo jure Communis Veronæ in eo quod ante dationem à D. Episcopo Communi Veronæ non remanente imperio, vel jurisdictione in aliqua persona factæ, & in homines, et super homines à Commune, ac Universitate Porci & S. Petri in Cereo & Derota habeat, vel habere consuerat. Hoc unum inter contrahentes intellecto, & dicto, quod ubi superius dictum est, quod omne imperium, vel mixtum, merum, & omne quod ipsum pertinet, vel pertinere posset, debeat esse Communis Veronæ, non remanente imperio, vel jurisdictione in aliqua persona magnam, vel parvam, intelligetur de his, quæ aliquo modo vel quovis ingenio in alium transferri, mandari . . . concedi, dari, conferri, & delegari possint. De Appellationibus autem id servari debeat, quod in aliis appellationibus Civitatis Veronæ servabitur, dummodo Dominus Episcopus præsens, vel aliquis successorum ejus . . . vel nova acquisitione, vel investitura de dictis appellationibus cognoscere per se, vel per alium non possit, debeat. Verum si aliquis à Rectore Porti se ad Imperatorem appellaverit, & Imperator per se vel alium, Episcopo excepto, vel exempto Episcopatu, de ea appellatione cognoverit, propter hoc Episcopatus in pęna non cadat, vel ad interesse, vel ad aliquid non teneatur pactum super hoc, & per stipulationem præmissam, jam dictus D. Norandinus Veronæ Episcopus pro Episcopatu Veronæ, dicto Domino Azolino Potestati Veronæ paciscenti, & stipulanti pro Communi Veronæ actori, & procuratori Communis, Universitatis & hominum Porci paciscenti, & stipulanti pro hominibus Communi, & Universitate Porti, quod nec ipse, nec aliquis successorum ejus sive postea Veronensium Episcoporum, nec Episcopatus nec aliquis nomine vel vice Episcopatus, vel sui Episcopatus concederet, aut concessionem haberet, unquam ab hac die in antea usque in perpetuum, & in æternum exercebit, vel aletur imperium, jurisdictionem, honorem, districtum, vel aliqui de prædictis in hoc contractu superius nominato in villa, & pertinentia, & territorio Porti, & in S. Petro in Cereo, & ejus curia & pertinentia, & Derota, & hominibus in prædictis locis nec, vel in futurum aliquo tempore habitantibus, vel habitaturis ratione, vel occasione alicujus juris, vel consuetudinis sive usus, aut rationis, quod Episcopatus Veronæ, vel nomine Episcopatus, vel pro Episcopatu usque nunc habet, vel habere aliquo modo posset, nec etiam ratione, vel occasione novi juris, vel novæ rationis, seu investituræ, aut acquisitionis, vel refutationis, vel dationis, qui, vel quæ, Episcopatus Veronæ vel aliquis nomine Episcopatus de cetero in futurum aliquo modo acquireret, vel acquirere posset, vel in Episcopatu, aut aliquid pro Episcopatu, vel Episcopatus nomine fieret, vel fieri posset, nec etiam ratione, vel occasione vasallorum feuda aliquo modo amittentium, vel refutantium, vel sine succedente in feudo decedentium. Nec exiget aliquid ab hominibus in prædictis locis nunc in futurum habitantibus seu habitaturis ratione, vel occasione alicujus juris suprascripti concessi, dati, refutati, traditi, mandati, sive cessi, vel etiam ratione vasallorum feuda refutantium, vel aliquo amittentium, vel decedentium sine hæredibus, hoc expressim inter partes acto, & posito, & per stipulationem firmato, quod per Episcopatum nunquam de cætero acquiratur districtum, honor, imperium, jurisdictio, vel aliquid de prædictis superius nominatis in prædictis locis, & hominibus, quod si prædictus D. Norandinus Veronæ Episcopus, vel aliquis alius Episcopus, qui de cætero in Episcopatu Veronæ unquam fuerit, vel Episcopatus Veronæ aut quivis nomine Episcopatus jurisdictionem, honorem, districtum, imperium, aut aliquid aliud de prædictis superius in contractu nominatis in suprascriptis locis, & hominibus acquireret, vel inde investituram acciperet, vel si aliquis ex vasallis feudum aliquo modo amitteret, vel refutaret, vel sine hæredibus decederet, & totum in Commune Porti deveniat, nihilque Episcopatus acquiratur, vel si Communi Porti totum aperiatur, & transferatur, ac acquiratur, & si quid ex prædictis Episcopatui quocunque tempore aperiatur, vel acquiretur, seu transferetur, vel daretur, vel refutaretur, aut in Episcopatum aliquo modo deveniret, & de Episcopis qui tempore fuerint teneatur de omni, & infra mensem ex quo ipsi, vel ei nunc, aut Vicario per aliquem officialium Communis Porti denunciatum fuerit facere dationem, & contractum Communi, vel massario, aut Rectori, vel sindico Communis porti se se coram D. Episcopo, vel ejus nuncio, aut Vicario, infra tempora repræsentaverit, vel postea quandocunque se repræsentaverit infra mensem ac tempus repræsentationis facere teneatur, vel Potestati Communis Veronæ a electione hominum, & Communitatis Universitatis, aut massarii, vel sindici Porci secundum quod superius de aliis rebus Commune Veronæ factum habet, & in hoc solo capitulo teneatur Episcopus, & Episcopatus ad pœnam ad viginti marcarum argenti optimi si contra factum fuerit, & pœna soluta pactum in sua maneat firmitate: Ita quod uterque

In-

insimul, & separatim peti, & exigi possit, nec petitione unius, alterius petitio removeatur, & totiens pœna committatur quotiens contra factum fuerit, in cæteris quoque capitulis pœna inferius scripta locum habebit, non in his in quibus minor pœna inferior comprehensa est, & nisi in his in quibus expressim dictum est, ut pœna non committatur juxta hunc finem, refutationem & litis renunciationem, & pactum de non petendo nomine . . . . . dictas D. Norandinus Veronæ Episcopus hominibus, & Communi, & Universitati Porti, & Porto de Gualfredo sindico eorum pro eis de omnibus prædictis generaliter, & specialiter de his quod in libello superius scripto continetur, ita ut prædictum Commune, & Universitas, & homines nunquam de cætero de prædictis à prædicto Episcopo, vel ejus successoribus omnibus, aut ab Episcopatu impediri, vel inquietari possent, & hoc etiam per stipulationem attendere, & observare promittit; promittit etiam per stipulationem, & convenit dictus D. Norandinus Veronæ B Episcopus vice & nomine Episcopatus per se, & suos successores Porto Gualfredo sindico, actori, & procuratori Communis, & hominum Porti quod non refutabit, nec aliquo modo alienabit ipse vel successores ejus aliquem ex vasallis Communi Porti concessis in eo quod Communi Porti observare promisit, etiam per stipulationem, & convenit dictus D. Norandinus Veronæ Episcopus vice & nomine Episcopatus per se & suos successores Porto de Gualfrido sindico actori, & procuratori Communis & hominum Porti stipulanti vice & nomine Communis & hominum Porti concessum est aliquid de eorum feudis quos habet in Porto aliqua persona excepto Communi Porti, vel Communi Veronæ, pro ut superius dictum est. Item quod nullam factam habet de alienatione vel datam seu refutationem, nec aliqua . . in aliquam personam vel personas parvam, vel magnam de aliquo ex prędictis Communi Veronæ datis, cessis, mandatis, refutatis, concessis, nec in Communi Veronæ, & si factum reperitur pęna infrascripta emendabit, & C Commune, & homines Porti indemnes conservare promisit. Conventum insuper inter contrahentes & per stipulationem inter eos firmatum fuit, quod de supradictis quindecim mille libris, mille libræ debeant poni, & collocari, & dari à dicto D. Episcopo, vel ab ejus successores, seu successoribus in acquisitionem prædictarum vel aliarum rerum immobilium, sive dannorum, vel jurium ad hos redditus, sive fructus qui commendabili cura, & exacta diligentia, vel alio modo poterint, exceptis vel acquisitis ex prædicta . . . . redigi sive fuerint redditi sint in possessione, & potestate Episcoporum respondaris utilitatibus Episcopatus Veronæ, & Romani Imperii sive Regni pro redditibus & fructibus, & commoditatibus Episcopatui, & Imperio, & Regno ex rebus concessis Communi Veronæ, vel Communi, & hominibus Porti, aut ex superius omnibus specialiter, vel generaliter nominatis provenientibus, vel quod Episcopatus Veronæ, aut Imperium Romanum, vel Rex percipiebant, percipere, & habere poterant, vel solebant, D vel percipere & habere de cætero nunquam possent ex prædictis rebus, & juribus, & integraliter ex omnibus superius ab Episcopo Veronæ Communi Civitatis Veronæ concessis, datis, mandatis, cessis, & refutatis, in omnibus suprascriptis locis, & hominibus, & ut Episcopus Veronæ, & qui nunc est, & ejus omnes successores futuri perpetuo non possint alienare quolibet modo, vel pignori, vel hypothecæ obligare fundos Episcopatus, vel aliqua jura empta, sive decimas, vel aliquas res immobilibus emptas ex prædicta pecunia, vel parte, sive particula rerum, vel decimarum emptarum, vel jurium emptorum ex pręd. pecunia, nec usum, usumfructum rerum prædictarum, vel fundorum, vel juris alicui concedere, vel assignare quovis modo, quovis ingenio excepto Communi & hominibus quibus perpetuo debent esse pignori pro isto contractu attendendo, & defendendo obnoxia, & obligata, quoniam sic contrahentibus placuit, & sic inter eos convenerunt, & si contrafactum fuerit Epi- A scopus, vel Episcopatus Veronæ propter hoc Capitulum in pęnam non cadat, sed ipso jure quod contrafactum fuerit non teneat, & Rectores Civitatis Veronæ, qui fuerint pro temporibus sint astricti juramento revocare quicquid contra prædicta factum fuerit, vel in fraudem prædictorum & Episcopatus assignare, & dare operam, ut de jure, & dominio, & potestate Episcopatus Veronæ, & Episcoporum qui pro temporibus fuerint non separentur res prædictæ; vel jure, seu decimæ ex prędicta pecunia acquisitæ, vel acquisita, ita ut Episcopus qui nunc est & ejus successores in perpetuum habeant & teneant prædicta pecunia acquisita, seu acquisitas ad possessionem & dominium Episcopale cum omnibus redditibus & utilitatibus, & perceptionibus, quæ potuerint ex illis colligi, ad hoc ut Episcopi qui fuerint pro temporibus debeant relevare locum Porti & Commune, & Universitatem, & homines Porti & S. Petri in Cereo & Derota, & Commune, & homines Porti pro istis suprascriptis locis ab omnibus oneribus, & B præstationibus, quæ eis aliquo modo imminebant, vel in futurum videretur indicenda, vel indiceretur ex prædis rebus & juribus, & pro omnibus specialiter, & generaliter superius nominatis, vel superius Communi Veronæ & D. Azolino pro Communi Veronæ datis, refutatis, ac cessis mandatis à sæpe dicto D. Norandino Veronæ Episcopo pro Episcopatu Veronæ, & ita dictus D. Episcopus pro Episcopatu Veronæ perpetuo per se & suos successores dictum Commune, & homines, et Universitatem Porti, et S. Petri in Cereo et Derota exonerare, et relevare, et indemnes conservare de omnibus suprascriptis sub pęna 50. marcarum optimi argenti, & totius damni à dictis Commune, & Universitate ac hominibus habiti, & stipendij facti dicto Porto sindico, & procuratori, & actori Communis Porti stipulanti prędictis hominibus, & Communi, & Universitati stipulatione præmissa, & toties pęna committatur quoties contra factam fuerit. Ita quod uterque insimul, & separatim peti, & exigi possit, nec petitione solventes unius C alterius petitio removeatur, denunciatione prius à massario, vel Potestate, vel Consule, vel alio Officiali Communis Porti facere D. Episcopo, nomine Communis Porti facere D. Episcopo, vel Episcopatui si D. Episcopus non adesset, ut ab illis gravaminibus homines, & Commune, & Universitatem Porti exoneret, vel relevet, vel indemnes conservare promisit. Debent namque suprascripta duodecim mille libræ dari, poni, & collocari in emptione prædiorum, vel rerum aliarum, mobilium, sive decimarum, vel jariam scientibus, & intervenientibus nuncio, vel nunciis, vel massario tabellione Communis Porti, si Communi placuerit, ita quod in instrumentis inscribantur emptionem seu acquisitionem quoad pretium solutum sit ex pecunia à Communi Porti pro isto contractu Episcopatui, & soluta, & teneatur dictus D. Episcopus infra mensem quod eis pro nunc, vel massario Communi Porti denunciatum fuerit, instrumenta adquisitionum sive emptionum ex ista pecunia factarum nuncio, vel massario Communis Porti in D palatio Episcopali concedere, ut tabellio Communis Porti alia similia, vel exempla facere possit, quæ in Communi Porti permanere debeant. Nam tabellio Communis Porti interfuit contractibus, & in concordia, nec non tabellio D. Episcopi contractus adquisitionum in breviaturis denunciare debeat congruo loco, & tempore D. Episcopus per se vel per suam nuntium ante instrumentum contractus emptionis, vel acquisitionis ex prædicta pecunia factum quoties emere, vel acquirere ex prædicta pecunia aliquid voluerit, ut nuncius Communis Porti, vel nuntij, & tabellio intersit instrumento, vel instrumentis contractus, vel contractuum, & nunciare, & dicere certum diem quo instrumentum, vel instrumenta contractus, & contractum sit faciendus vel faciendi, & ubi sit celebrandus, vel celebrandi, taliter quod nuncius, & nuncij, & tabellio Communis Porti commode eis interesse possit & debeat, aut fieri denunciationem in Porto Potestati, massario si ibi reperiantur, vel un

A corum si alter non adesset. Sin autem fiat denunciatio palam de die in platea ante ecclesiam sancti Petri de Porto, &c... qui in hoc, & sub hoc capitulo continetur sub pœna centum marcarum optimi argenti, & pœna soluta pacto stare, & toties committatur quoties contrafactum, vel prædictis partium non fuerit. Ita quod utrumque insimul, vel separatim peti, vel exigi possit, nec electione vel petitione unius alterius, vel petitio removeatur per stipulationem dictus D. Episcopus pro Episcopatu dicto Porto sindico stipulanti pro Communi, & Universitate, & hominibus Porti, attendere, & observare, & non contravenire in aliquo promisit. Et promittit etiam prænominatus vener. Episcopus per se & suos successores, & pro Episcopatu Veronæ sub pœna centum marcharum optimi argenti, & pœna soluta iterum attendere. Ita quod utrumque insimul, & separatim peti possit, quod prædictæ duodecim mille libre denariorum Veronensium in emptione prædiorum, vel jurium, vel rerum B immobilium, aut decimarum dabit, ponet, & collocabit, prout melius, & utilius dicto D. Episcopo visum, quod arbitrium ad arbitrium boni viri intelligi, & reduci debent. Hanc autem dationem, cessionem, refutationem, concessionem, sive mandatum, aut transactionem, & contractum factum prænominatus D. Episcopus exceptis, & in se & in Episcopatu retentis sollummodo possessionibus terrarum, & terris & earum domibus, ac mobilibus, quæ, & quas D. Episcopus, & Episcopatus habet in suprascriptis locis in quibus exceptatis non intelligitur, excepta Derota, nec castrum Porti, & ejus curia, & pertinentia, & S. Petri in Cereo, & ejus curia, & pertinentia Derotæ, nec etiam intelligatur excepta regalia omnia, quæ sunt, vel esse possent in prædictis omnibus locis, & exceptis, & in se retentis vasallis, qui sunt vasalli pro terra, vel decima in eo quod sunt vasalli pro terra vel pro decima, & in eo quod sunt vasalli pro aliqua alia re, vel pro aliquo alio jure, & excepto, & in se retento jure Episcopali quod habet C in ecclesiis Porti, & ejus possessionibus, & clericis, & aliis personis ecclesiasticis, qui nunc sunt, vel pro tempore erunt, eo quod est Episcopo, non autem ab Imperatore, vel Rege, & non Imperatorem, vel Regem concesso. Et non intelligatur propter hoc excepta plebania, vel aliquid de plebania, sive de adulterio, & exceptis decimis venientibus, & novalibus præsentibus, & futuris, quas decimas dictus D. Episcopus in se, & in Episcopatu retinuit.

His itaque taliter factis sæpe nominatis D. Norandinus ven. Veronæ Episcopus nomine, & vice Episcopatus, & pro Episcopatu Veronæ per se suorumque successorum per stipulationem promisit suprascripto D. Azolino Potestati Veronæ stipulanti vice, & nomine Communis Veronæ, & Porto Gualfrido sindico, actori, & procuratori Communis, & universitatis, ac hominum Porti stipulanti vice, & nomine dicti Communis, & dictæ Universitatis hominum Porti, omnia suprascripta Communis Veronæ, & Universitatis, & hominibus Porti deffendere auctorizare, & expedire cum ratione; Ita tamen quod D nec D. Episcopus præscriptus, vel aliquis successorum ejus, nec Episcopatus pro se, vel aliquo possit allegare vel dicere hunc contractum cum ratione factum non fuisse, vel de jure non tenuisse ab omni persona contradicenti, seu impedienti; quod si facere nequiverit per stipulationem promisit dicto Porto stipulanti vice, & nomine Communis, & Universitatis, & hominum Porti restituere prædictas quindecim millia libras denariorum Veronensium, cum omnibus expensis, & damnis factis, habitis pro suprascriptis quindecim mille libris recuperandis, obligando omnia prædia, & jura, & non in mobilibus, seu decimis, quæ emeret ex suprascripta pecunia, & in omnia alia bona Episcopatus præsentia, & futura pro Communi Veronæ, & pro D. Azzolino Potestate Veronæ pro dicto Communi, & Universitate, & hominibus Porti, & pro Porto del Gualfrido vice, & nomine dictorum hominum, & Universitatis. Dictus D. Episcopus vice, & nomine Episcopatus, & pro ipso Episcopatu nomine pignoris possidere manifestavit, & confessus fuit, verum ex solo capitulo, sed si vasalli, vel omnes, vel aliquis, seu aliqui ex eis se defendere. hæc obligatur . . . . quod vasalis a victus, vel conseins in alium à Domino dari, concedi, aut alienari non possit. Tunc D. Episcopus, nec de evectione, nec ad interesse, nec etiam ad pretium restituendum, vel ad existimationem præstandam teneatur; ad hoc tamen dictus D. Episcopus, & Episcopatus teneatur perpetuo, quod nunquam aliquo tempore de cætero Episcopus, nec aliquis successorum ejus aliquem ex vasallis Communi Veronæ, vel Communi Porti concessis ad investituram recipiant, vel recipere debeant, nec aliquis ex vasallis quoquo modo, quovis ingenio investire, vel fidelitatem ab aliquo illorum recipere, nec pro vasallo habere, & tenere, vel in alios transferre, vel dare, sive concedere debeant, vel sit ausus, & si contra fecerint pro uno quoque vasallo, & pro omni investitura, & pro fidelitate decem marcas optimi argenti dictus D. Episcopus dicto Porto sindico stipulanti pro Communi, & hominibus, ac Universitate Porti dare promisit, & . . . . . . nullius sit momenti, & toties pœna committatur quoties contrafactum fuerit in prædictis, & non . . . . renunciando dictus D. Episcopus pro Episcopatu, vice, & nomine Episcopatus, quod nec ipse, nec aliquis successorum ejus unquam possit dicere, vel allegare, quod Episcopatus sit læsus ultra dimidiam . . . . vel quod in aliquo sit læsus, & quod nunquam in integrum restituetur jure Communi, vel jure singulari implorabit, vel petet implorari, vel petere promittit, & si ab aliquo petita fuerit, promittit quod pro Episcopatu ratum non habebitur, nec dicet, nec allegabit contractum ipso jure non tenere. Istis, & omnibus aliis rationibus, exceptionibus, & juribus, sive privilegiis, & legibus, quæ unquam Episcopatui aliquo modo prodesse, & Communi Veronæ, vel Communi, & Universitati Porti nocere, renunciavit, & pactum stipulatur de ejus nons. . . . . Communi Veronæ, & D. Azolino Potestati Veronæ, & Communi, & Universitati, & hominibus Porti, & dicto Porto pro ejus facere, & omnia superius dicta, & nominata integraliter pro Communi Veronæ, & pro D. Azolino Potestate Veronæ, vice, & nomine Communis Veronæ, & pro Communi Porto, & Universitate Porti, & pro dicto Porto pro ejusdem D. . . . Episcopus nomine Episcopatus, & pro Episcopatu Veronæ possidere, & quasi possidere confessus & manifestatus fuit, & dictis Communibus, Potestati, & sindico prædictis Communibus licentiam intrandi, & accipiendi possessionem, vel quasi suam auctoritatem dedit ad hoc jam dictus D. Norandinus Episcopus Veronæ; omnia superius dicta pacta, & nominata conventa vice, & nomine Episcopatus Veronæ, & pro ipso Episcopatu dicto D. Azolino Potestati Veronæ, & dicto Porto pro Communi Veronæ, & Universitate, & hominibus Porti attendere, & observare perpetuo non contravenire per stipulationem promisit, & in omnibus, & per omnia secundum quod pactum est, vel convenit, aut promisit prænominatus D. Episcopus, vel aliquis successorum ejus in integrum non observaverit, vel contra aliquod capitulum pacto, vel stipulatione, aut conventione comprehensum venire quovis modo, quovis ingenio præsumpserit, seu . . . per stipulationem per se suos successores vice, & nomine Episcopatus, & pro Episcopatu Veronæ prænominato Porto sindico, actori, & procuratori Communis, Universitatis, & hominum Porti promisit per stipulationem mille marcas argenti optimi emendare, & amplius contra pactum in aliquo non venire, hoc acto inter partes, ut toties pœna committatur, possit exigi, quoties per dictum Episcopum, vel aliqu. . . ex successoribus ejus, vel alium pro Episcopatu in aliquo pactum fuerit violatum, eo excepto, quod si pœna mille marcarum non committatur, nec locum habent si res suprascriptæ evictæ fuerint, nisi ab Episcopo,

vel

vel ab alio nuntio, vel sindico Episcopatus, evincerentur, in quo casu prædicta pœna, & omnia prædicta locum habeant. Verum si ab aliqua persona parva, vel magna evincerentur, cum ratione, ut superius dictum est, tunc id quod superius de quindecim millibus libris restituendis, & damno, & expensis dictum est locum habet pro dicta pœna omnia bona Episcopatus dictus D. Episcopus præsentia, & futura dicto Communi, & Universitati, & hominibus Porti, & Porto pro eis, & dicto Porto pro dicto Communi, & hominibus possidere, & tenere nomine pignoris confessus, & fuit hoc etiam expressim dicto, & inter partes acto, quod nullo laudo, nullaque lege, vel privilegio, vel constitutione seu statu imperiali, vel civili, nullaque restitutione jure communi, vel jure singulari indulta pro lege, vel à principe indulgenda, vel aliquo alio modo aliquid contra hunc contractum impetratum, vel statutum fuerit Communi Veronæ, aut nec Communi, & Universitati, aut hominibus Porti nocebit, sed præsentis, vel futuri copiam favet in judiciis sindico, vel massario Communis Porti, prædictis quoque omnibus, pro ut superius enarratum est, intelligitur expletis in continenti sæpe nominatus D. Azzolinus Veron. Potestas de voluntate, & consensu Consilii Veronæ ad sonum campanæ ut moris est, ut coadunati, & præsertim, & consentientibus pro dicto D. Norandino Veronæ Episcopo, & pro dictis Abbatibus, & Archipresbyteris, & clericis, & vasallis, & præsertim, & expressim consentientibus D. Alberto de Maono, D. Ottone de Rege Judice Communi Veronæ, et D. Ventura Judice de Francescbis, & D. Gualvagno de Turrisendis procuratoribus Communis Veronæ, & D. Bonifacio de Ronco & D. Mizzacavallo de Brundis, & D. Vivaldo de D. Tinaldo, D. Ottonello de Tumba judicibus, et Consulibus Veronæ, D. Joanne de Clavega, D. Græcio de Montezambano, D Redunio de Nogarole, D. Vando de Valegio, D. Michaele de Ottolino Pescetto, D. Gidone de Crescentio, D. Rordusio de D. Riprandino, atque D. Bonacursio de Faso Consulibus Communis Veronæ, et D. Fulchario de Fulchone judice de Oso, et D. Bartholomæo de Vicecomite ejusdem Communis Veronæ existimatoribus vice, et nomine Communis Veronæ, et pro Communi Veronæ refutavit, dedit, cessit, tradidit, et concessit atque mandavit Porto de Gualfredo sindice, actori, et procuratori Communis, Universitatis, et hominum Porti, et Muso de Pedello massario ejusdem Communis Porti recipientibus pro Communi Veronæ, et Universitate, et hominibus Porti omnem honorem, omnem jurisdictionem, omnem districtum, omnem arimaniam, omne fodrum, omnia bona villæ Porti, et ejus curiæ, et pertinentiæ s. Petri, in Cereo, & Derotæ, & hominum in prædictis locis habitantium vel habitaturis, & omnes vasallos, & eorum feuda, & vasallorum jura, et generaliter omnia, quæ dictus D. Norandinus Veronæ Episcopus pro Episcopatu Veronæ in eundem D. Azolinum Veronæ Potestatem pro Communi Veronæ refutavit, dedit, tradidit, cessit, concessit, atque mandavit, et superius generaliter, et specialiter nominata, vel dicta in integrum in omnibus, et per omnia secundum quod prædictus Dom. Norandinus Veronæ Episcopus pro Episcopatu Veronæ eidem Dom. Azolino pro Communi Veronæ dederat, cesserat, concesserat, tradiderat, et mandaverat, et prædictum Portum sindicum, et Mutum massarium Communis Porti vice, et nomine Communis, et Universitatis, et hominum Porti, dictus D. Azolinus pro Communi Veronæ possidere, & quasi possidere manifestavit, & eis Porto sindico, & Muto massario pro Communi, & Universitati, ac hominibus Porti sua acta, licentiam, & parabolam ingrediendi, et accipiendi tenutam, & possessionem, vel quasi, habendi, & tenendi omnia prædicta, non obstante aliqua lege, vel usu dedit, ac ipsos Portum, & Mutum pro Communi, & Universitate, & hominibus Porti, et ipsum Commune, et Universitatem, ac homines Porti procuratore tamquam in rem suam de omnibus superius dictis, vel nominatis constituit. Ita quod nec Episcopatus Veronæ, nec D. Episcopus, nec aliquis successorum ejus, nec aliquis pro Episcopatu unquam, nec aliqua alia persona aliquid de prædictis in terra, curia, et pertinentia Porti, et S. Petri in Cereo, et in Derota, et in hominibus in prædictis locis habitantibus, vel in futurum habitaturis habere, vel exercere, vel uti debeat, aut possit. . . . Commune Porti prædicta de cætero in perpetuum, & in æternum habeat, ac utatur vere. Nec D. Episcopus, nec aliquis successorum ejus, nec aliquis pro Episcopatu unquam, nec aliqua alia persona aliquid de prædictis in terra, & curia, & pertinentia Porti, & S. Petri in Cereo, & Derota, & in hominibus in prædictis locis habitantibus, & ad eum Commune pertinentibus, & pertinere debeat in totum integre pro ut Communi Veronæ D. Azolino pro Communi Veronæ à dicto D. Episcopo pro Episcopatu Veronæ data, & concessa tradita, cessa, & refutata, & mandata sunt. Ita tamen quod nec ipse Potestas, neque ipsum Commune Veronæ de evictione, vel de interesse teneatur. Salvo jure Communis Veronæ in eo quod ante dationem à D. Episcopo Norandino Communi Veronæ factam Commune Veronæ, & homines, & super homines, & Commune, ac Universitatem Porti, & S. Petri in Cereo, & Derota habebat, vel retribuere consueverat, &c.

Ego Martinus fil. q. Lamberti Sacr. Palatij Not. hoc instrumentum, & omnia prædicta scripsi, & relevavi, & in publicam formam reduxi bona fide, sine fraude ex inbreviaturis, quondam Dom. Bona fide Not. fil. olim D. Riprandi de Massis de Meliando, ut in ipsis instrumentis inveni nihil addens, vel minuens, quod sensum vel sententiam mutet, nisi forte in compositione litterarum, vel titulorum hoc autem mihi ex auctoritate concessa de dictis breviaturis per nobilem D. Fantonum de Rubeis de Florentia Potestatem Paduæ de voluntate, & concessione majoris Consilij Paduani, ut constat de concessione dictarum imbreviaturarum, scriptum per Salignum Ser Bart. de Petrosa Sac. Pal. Not. exercens ad officium sigilli pro Not. coram dicto D. Potestate consenso anno Domini MCCLXXXV. Indict. 13. die Mercurij XI. exeunte mense Junij.

Norandino sedente anno 1216. 3. Kal. Aprilis Innocentius III. confirmavit omnia privilegia Archipresb. & Canonicis Veronensibus. Idem præstitit Honorius III an. 1219. 4. Kal. Julii. Datum Reate. In diplo. Marzanæ & Pulliani decimæ ab Episcopo Veronæ iisdem concessis confirmantur. Eodem anno Norandinus ipse Episcopus libertatem Capituli Veronensis coram Ugolino Episcopo Hostiensi Apostolicæ Sedis Legato publico, quod extat, documento candide asseruit, quam olim adstante Guidone R. E. Cardinale de consensu Patriarchæ Aquilejensis, Rotaldus Episcopus concesserat an. 813. die 24. Aprilis. Documenti tenor ita se habet.

. . . . Martis In Capella S. Zenonis . . . . . . in Episcopali Palatio Veronen. in præsentia D. Jacobi de Bro. . . . . D. Ugolini de Bolonia: Orandini not. boni . . . . . . consuetum morari Venetiis. Ibique coram D. Ugolino Hostiensi, & Velletrensi Episcopo Apostolicæ sedis Legato . . . . D. Norandinus Veronensis Episcopus, & D. Mag. Albertus Veronensis Ecclesiæ Archipresbyter, D. Ercius, D. Bonisenor, D. Conradus sacerdotes, Mag. Anselmus, D. Finus diaconi, D. Berzanellus cantor, D. Vivianus subdiaconi, D. Henricus, D. Joannes, D. Alamanus, D. Isnardus omnes prædicti Canonici Veronensis Ecclesiæ constituti coram dicto legato, & ad invicem tractantes de libertate Canonicorum Veronensium quomodo essent privilegiati, & exempti a potestate Veronensis Episcopi. Ipse vero dictus D. Norandinus Episcopus confessus fuit coram dicto Legato se Canonicum Veronea. Ecclesiæ fuisse, & quod Canonicos Veronen. Ecclesiç erant privilegiati & exempti a potestate Veronensis Episcopi, & prçdicta libertate sine contradictione aliquæ permane-

re,

re, & stare vidisse. Et dixit quia vidit eorum . . . . . . libertate, ideo non curavit, nec cucabit eis aliquid dicere. Et etiam privilegia prædictæ libertatis se coafessus fuit vidisse. Qui dictas D. Archipresbyter respondit dixit prædicto Legato. Domine verum est quod D. Episcopus dicit, quod Canonici Veronen. sunt exempti à potestate Veronen. Episcopi, & etiam privilegiati a longissimis temporibus per Patriarcham Aquilejensem de consensu, & voluntate Episcopi Veron. qui tunc temporis erat, et etiam in præsentia Cardinalis Rom. Eccl. tunc Apostolicæ sedis Legati, quibus confessionibus, et responsionibus dictus Legatus acquievit etc.

Anno Domini MCCXVIIII. *Ind. septima.*

Ego Ægidius Comitis Bonifacii et sacri Palatii not. interfui rogat. scripsi.

Anno 1220. die 18. Septemb. Actum apud S. Danielem prope Lacum Gardæ; Bernardus Aquilejensis Patriarcha antiqua privilegia exemptionis Canonicorum Veronen. refert, & omnia antecessorum suorum indulta, eaque confirmat. Eodem anno idem fecit Federicus Imp. XI. Kal. Octob. apud plebem S. Martini in pertinentia Gudi ad favorem Canonicorum. Quo anno Norandinus 2. April. concessit Monialibus S. Michaelis in capunia, jurisdictionis Canonicorum Veronen. decimas territorii, & curtis Salbutri, quas postea cum aliis confirmavit. Anno 1223. die 22. Octob. Norandinus jure feudi investivit D. Constantinum majoris Ecclesiæ Canonicum de decima, ac jure decimationis omnium novalium Gazii, & Roncænovæ hoc sequenti instrumento, quod extat in archivo monasterii S. Mariæ de Organo.

Die Sabbati und. exeunte Octob in palatio Episcopatus Veronæ in præsentia D. Isnardi Canonici, D. Thomasii de S. Quirico fratris D. Laurentii, D. Bonacurtii F. D. Falbi de Ubertosuper juva D. Dolcii etc. adbibitis etc. Ibique D. Norandinus Dei gratia Veronen. Episcopus jure feudi et recti investivit D. Constantinum majoris Ecclesiæ Veronen. Canonicum F. q. D. Adelardi de capite Pontis Veronæ de decima, et de jure decimationis omnium novalium Gazii, et Roncanovæ, et ejus curiæ et pertinentiæ, et deinde quæ modo sunt, vel pro tempore erunt tali pacto, et conventione fecit præfatam investitaram, quod prædictas D. Constantinus Canonicus nominatam decimam dictarum novalium habere, et tenere jure feudi, et ficti cum fidelitate facienda . . . tamquam vassallus Domino, ab ipso D. Episcopo Veronæ, & ab ejus successoribus . . . . omni anno præstandum dicto D. Episcopo in festo Natalis Domini unam libram ceræ hoc expressim dicto, & convento inter contrahentes, ut fratres D. Constantini filii q. D. Adelardini debeant succedere, & succedans in dicto feudo, & etiam possint inter se dividere, & assignare, quemadmodum esset eorum feudum hæreditarium, & ab eorum patre, ac majoribus inventum, & qui eum possidere manifestavit, & possit ingredi renutam quacunque hora velit excepta decima pontis marmorei, quam ei dare penitus ejus Constantini voluntate recusavit, & non dedit, & hoc addito, quod non teneat ipse D. Episcopus nec Episcopatus . . . . . . de interesse. Item dedit, & cessit, atque concessit, ipse D. Episcopus ipsi D. Constantino omne jus, & actiones, quod, & quas ipse D. Episcopus habet, seu habere posset in illis rebus datis per Episcopum. Ita tamen quod possit ipse D. Constantinus sic agere, & petere, & causare, quemadmodum ipsemet D. Episcopus poterat, & suum nuntium, & procuratorem in illis omnibus petendis, & acquirendis, datis eum fecit, & constituit, & per eum possidere dixit. Item postea die Mercurii VII. exeunte Octob. In Ponticello sive Auditorio palatii Communis Veronæ in præsentia D. Joannis de Leniaco Canonici, D. Jacobini F. D. Ardizonis Camptoris, Bonacurtii F. D. Fri. de Uberto super via: Bert. F. D. Alberti de Arcubis: Bagiani: Petri . . . testibus & coram Dominis Henrico de Follo Judice, & Marchesio de Bonavisa examinatoribus pro Communi Veronæ constitutis ad contractus minorum, & ecclesiarum confirmandum, & ad venditiones de bonis debitorum cessantium in solutione facienda tempore D. Petroaii de Mercato novo Potestatis Veronæ. Ibidem præfatus quidem D. Constantinus Canonicus in tali concordio, & pactione, sive pacto, & cum D. Isnardo Canonico fratre dicti D. Norandini Episcopi, & procuratoris, & administratoris, & assessoris ipsius ut dicebatur, ibi pro eo D. Episcopo, & ejus vice, quod cum idem D. Episcopus Norandinus investivisset nominatum dictum D. Constantinum Canonicum de decima, & de jure decimationis omnium novalium, & in canone, & prout superius continetur. Quod quarta pars d. novalium pertinet ecclesiæ, & est de ecclesia, & esse debet, & aliæ tres partes d. novalium sint, & esse debeant ipsius D. Constantini, at D. Isnardus ibi pro Episcopo, & Ecclesia, & ejus vice, & nomine . . . . quod non impediet ipsum D. Episcopum, nec Ecclesiam de illa quarta parte decimæ d. novalium, & pactum de non petendo, nec inquietandum se . . . . prout esse fecerunt: iis actis dictus estimator D. Henricus viso instrumento actionis decimatione dictorum novalium, pro ut superius continetur, dixit dictum contractum in omnibus & per omnia laudo, & confirmo Communi Veronæ, meum decretum interpono, salva quarta parte dictæ decimæ novalium: nam de ecclesia est, & esse debet, quam vero noluit confirmari, nec ipsam pertinere præfatum dictam D. Constantinum esse deberet, & D. Marchesius estimator dixit, omnia laudo, & confirmo. Anno à Nat. Dom. 1223. Ind. XI.

Ego Previdesius F. D. Pellegrini de Ponte Lapidis sacri Palatii not. rogatus interfui & scripsi.

Post annum 1223. de Norandino Episcopo nulla alia reperitur memoria, qui potuit eodem anno, vel sequenti ex hac luce migrasse.

* 85 ADELARDUS hujus nominis III. post Norandinum Episcopalibus insignibus in Ecclesia Veronensi exornatur, de quo meminit Panvinius ad annum 1224. lib. 7. Antiq. Veron. sic: *Ad Ecclesiæ nostræ pontificatum, ut mortuus est Norandinus, accitus est Adelardus vir, ut doctrina, ita etiam animi magnitudine præstans.* Hujus mentionem extare animadvertit in tabulis Congregationis anno 1224. Indict. 12. & Perettus ad eundem annum ex quodam documento dictæ Congregationis in libr. signat. B. ad pag. 90. quod hic exhibemus ex tabulario ejusdem sanctæ Congregationis. LXXXVI.

* Ex Append. t. 7.

Die Sabbati 10. exeunte Septembri, juxta Ecclesiam s. Mariæ de Claviga, in præsentia D. Venturæ, Joannis, Ambrosini, & Tomasini, qui dicitur Toreadanxelli; ibique D. Mag. Peregrinus Archipresbyter intrinsecæ Congregationis Veronen. instituit Cavazzam filium Domini Thebaldi de Pitadina suum nuntium ad repræsentandum Dominum Bonafidem Priorem Ecclesiæ Omnium sanctorum D. Episc. Adelardo, ad promovendum ipsum Dom. Bonafidem ad ordines.

Anno Domini MCCXXIV. *Ind. XII.*

Ego Celestinus Calanenensis sac. Palatii Not. interfui.

Hoc eodem anno, nono exeuntis Decembris Stephanus Archipresbyter cum Canonicis concessit ecclesiam Sancti Leonardi in Monte Dominico prope Veronam Puci, & Homodeo fratribus, quibus regulam S. Augustini tradidit hoc pacto, quod electio Prioris ejusdem ecclesiæ spectet ad Patres, confirmatio vero, & visitatio, eorumque correctio ad Capitulum. En monumentum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen.

In nomine, &c. Anno à Nativit. Dom Nostri Jesu Christi MCCXXIV. Indictione XII. die Lunæ nono exeunte Decembri in claustro Canonicorum Majoris Veronæ Ecclesiæ. In præsentia presbyteri Lipoldi de ecclesia S. Joannis ad fontes, Joannis Ostiarii Ecclesiæ Veronen. & Alberti Notarii de Ganbarino Rogator. testium constitut. in præsentia Archipresb. Ste-

phani

phani dictæ Veronen. Ecclesiæ & suorum Canonicorum, videlicet presb. Musceti, Mag. Anselmi, D. Fini diaconorum, D. Viviani, D. Venturæ, & D. Balzanelli Cantoris subdiaconorum, D. Podisij, & domini Vallaciani: presb. Pace de ecclesia S. Leonardi ejusque confratre Homodeo diacono & maxima cum instantia petentibus pro se, & pro omnibus fratribus dictæ ecclesiæ S. Leonardi ut ipse D. Archipresbyter, & Canonici dignarentur ipsam ecclesiam S. Leonardi facere regularem & regulæ B. Augustini supponere eamque sibi tradere, & secundum illam ipsi & eorum confratres, & successores simul vivere deberent: ipse Archipresbyter de assensu Canonicorum suorum votis prædictorum humiliter condescendens regulam B. Augustini dedit prædictis presbytero, Paci & Homodeo pro se & vice, ac nomine dictæ ecclesiæ S. Leonardi & suorum fratrum, & successorum, qui pro temporibus fuerint ad ecclesiam ipsam, quæ quidem sita est in monte Donico, & ad canonicam pertinet supradictam, & ibidem ipsi ambo stipulanti Archipresbytero vice, & nomine canonicæ promiserunt, quod de cetero viverent secundum ipsam regulam B. Augustini, quam de manu ejusdem Archipresbyteri receperunt. Quo facto D. Archipresbyter præsentialiter constituit, & præfecit ipsum presb. Pacem Priorem in ecclesia sancti Leonardi, & clericos, & conversos ejus obedientiæ, & potestati subjecit, ita quod ipsi Priori obediant secundum regulam, & canonica instituta, & illum Priorem cum libra, & stola investivit de administratione temporalium & spiritualium ipsius ecclesiæ S. Leonardi, & postmodum ipse Prior illi Archipresbytero pro canonica, & Capitulo manualem obedientiam præstitit, & promisit. Concedente Archipresbytero de voluntate omnium prædictorum Canonicorum, & assensu pro Ecclesia Veronen. & Capitulo ipsis Priori & Homodeo prædictis nomine, & vice ipsius ecclesiæ S. Leonardi & fratrum, & conversorum suorum, qui sunt vel pro temporibus ibi fuerint, quod ipsi fratres, & conversi amodo ecclesia illa vacante Priore habeant jus eligendi Priorem, & electio libere pertineat ad Canonicos sancti Leonardi, ita quod confirmatio Prioris, & investitura temporalium, & spiritualium, & Prioris correctio ad Archipresbyterum pertineat, & Capitulum Veron. electio clericorum & conversorum in ecclesia S. Leonardi ad Priorem pertineat, & ad fratres; & Canonicorum, & conversorum correctio pertineat ad Priorem; sed si Prior corrigere non posset, vel circa correctionem negligens extiterit, tunc Archipresbyter. & Capitulum Ecclesiæ Veronen. possit, & debeat corrigere secundum quod in correctionem regula B. Augustini dictaverit. Nulla vero fœmina ad conversionem, & habitationem recipiatur ibidem; in signum quoque subjectionis qui pro tempore fuerint in ipsa ecclesia S. Leonardi reddant, & reddere debeant annuatim Archipresbytero, & Canonicis unam libram ceræ pro censu in festo Purificationis S. Virginis Mariæ. In ceteris autem ipsa ecclesia S. Leonardi, & residentes in ea sint liberi, & absoluti in capite, & in membris ab omni exactione, & conditione, quæ per Archipresbyterum & Canonicos & successores eorum posset fieri in perpetuum, cassato & in irritum deducto de communi consensu utriusque partis videlicet Archipresbyteri, & Canonicorum pro Ecclesia Veronen. & dictorum presbyteri sive Prioris Pacis, Homodei pro ecclesia sancti Leonardi contractu illo, qui inter utramque ecclesiam fuerat factus & celebratus, sicut per dominum Neronum dictum fuerat & terminatum, & de hoc videbatur per publicum instrumentum constare factum sub nomine Cavalchini Notarii in eodem quoque die, & loco in præsentia presbyteri Marsilii de ecclesia S. Georgii ad domum dicti Joannis Ostiarii, D. Venturæ, Domini Viviani & D. Fini Canonicorum prædictorum Presbyter Domelgnardus, & Bartholomeus subdiaconus dictæ ecclesiæ sancti Leonardi confratres dicto Domino Archipresbytero Veronen. dixerunt & protestati fuerunt sese assentire illi susceptioni regulæ beati Augustini, quam susceperat Dominus Pax ejusdem ecclesiæ Prior pro ipsa ecclesia, & fratribus, & sibi placebat & totus contractus integraliter prout ipse D. Archipresbyter in traditione ipsius regulæ celebraverat cum jam dicto Priore, & secundum ipsam regulam B. Augustini uterque illorum præsente dicto suo Priore D. Archipresbytero Veronen. cum stipulatione vivere promisit.

**Ego Carlanarius de Compagnono sacri palatii Notarius interfui, ac rogatus sicut supra legitur scripsi.*

* 86 VVIFREDUS ex tabulario Veronen. Canonicorum profertur à Peretto eodem ann. 1224. quem pariter exhibent picturæ Episcopalis aulæ, paucorum mensium pontificem. LXXVII. *Ex Append. tom. 5.

87 JACOBUS de Bragantiis Norandino successit anno 1225. de quo Pluvinius. *Vir fuit, qui præter innocentiæ, & egregii in Christianam Remp. studii laudem, nulla, quam quidem reperire potuerim, alia insigni virtute clarus habitus est.* Ejus memoria extat in vita S. Theodori Episcopi Veronensis, sub cujus Præsulatu ejusdem Divi cadaver inventum fuit in Cathedr. cum hac inscriptione. HOC EST CORPUS S. THEODORI EPISCOPI. Et in S. Stephani archivo vivus dicitur anno 1226. Ind. 14. Kal. Februar. Perettus in catalogo refert se invenisse instrumentum apud monasterium S. Luciæ, in quo Jacobi mentio habetur an. 1252. die 29. Januarii. Porro Pluvinius haud pervenisse ad annum 1241. affirmat. Sub ejus etiam Præsulatu, hoc est anno 1225. 8. Kal. Novemb. Honorius III. suo diplomate quatuor mansionarios, seu beneficiatos in Cathedrali Veronensi instituit de præbenda vacante per obitum Vuilelmi Canonici, ut melius divinis horis inserviretur, submisitque perpetuo Archipresbyteri obedientiæ. Datum Reate. Idem Honorius quoque confirmavit jura cœnobii S. Zenonis; & Federicus II. Imperator anno 1220. eidem cœnobio privilegia, & monumenta, à pravorum hominum iniquitate combusta, renovaverat, auxeratque hoc diplomate. LXXVIII

Federicus secundus Romanorum Imperator &c.

Cum tu Riprandus Ven. Abbas monasterii S. Zenonis extra muros civitatis Veronæ nobis humiliter supplicasses, ut privilegia præfati monasterii tui, quæ fuerunt quondam malefactorum iniquitate combusta innovare, & reficere benigne dignaremur, & pro eodem monasterio tuas preces nobis D. Papa Honorius pater noster in Christo sanctissimus, per quem eundem veritatem didicimus, transmisisset. Quia jura ejusdem monasterii nolumus deperire, preces ipsius summi Pontificis attendendo; Te præfatum Abbatem, & monasterium prædictum omnesque fratres inibi Domino famulantes, bona quoque, & possessiones ejusdem monasterii, quas ex nunc juste habet, vel in futurum Deo annuente acquirere rationabiliter poterit sub nostra Imperiali munificentia, & protectione suscipimus, &c. Cætera deinde exacte describit cum signo Imperat. & subscriptione, &c.

Ego Conradus *Dei gratia Metensis, & Spirensis Episc. Imp. aulæ Cancell. vice Domini Egiberti Colonien. Archiepiscopi, & totius Ital. Archicancellarii.*

Actum fuit hoc anno Dominicæ Incarnationis 1220. mense Januar. indict. IX. Imperii vero ejus anno primo, Regni Siciliæ anno 23.

Datum in civitate Neapoli anno, mense, indictione supradictis, quarto nonas ipsius mensis.

* D. Francisco Assisinati, sub Jacobi pontificatu, miraculorum gratia clarissimo, qui quadriennio ante ad cœlites evolarat, in suburbiis Veronensis urbis, loco qui adhuc dicitur Cittadella, Ecclesiam extruxit ann. 1230. eoq; Francisci ejusd. discipulos evocavit, qui urbem doctrina, & Angelicis exemplis illustrare, plurimumq; Apostolicum Legatum juvere in tollendo immani illo naturæ monstro Ezellino, qui Ecclesiam, ac bonos omnes inique, ac crudeliter insectabatur. Ibi adhuc penicillis ad vivum expressa ejusdem Sancti imago cernitur, habitu, quo vivens utebatur amictus. * Hanc inde Ecclesiam habuere patres isti Minores, donec ad Ss. Firmi, & Rustici translati sunt, ut ad vitam Theobaldi protulimus. *Ex Append. tom. 5.

Jacobus vero Veronensis Episcopus anno 1235. confirmat Benedicto Abbati Zenoniano jure Novalium decimarum, quæ olim Theobaldus ejus præcessor Nobili ejusdem monasterii Abbati concesserat. Ecce documentum.

Anno à Nativ. Dom. nostri Iesu Christi MCCXXXV. Indictione VIII. die lunæ XV. mensis Octobris.

In Episcopali Palatio Veronæ, præsentibus Dom. Viviano, Dom. Isnardo, Dom. Bonsado, & Dom. Episcopello canonicis Veron. D. Ugone, & D. Marsilio de sancto Zenone, Dom. Henrico capellano Dom. Jacobi Veron. Episcopi, Pamphilo quondam Godi Notarii, & Petro Papiensi Notariis, Domino Pojeso. q. d. Olderici de Enescalco rogatorum testium, & aliorum plurium. Dom. Benedictus Abbas monast. S. Zenonis prædicti petiit pro prædicto monasterio a præfato D. Episcopo Veronen. confirmationem, & investituram illius concessionis, & investituræ, quam quondam prædecessor ejus bon. memoriæ D. Episcopus Theobaldus Veronen. fecit monasterio prædicto, secundum quod continebatur in quodam publico instrumento per me publice ibi perlecto, cujus erat tenor talis. Die veneris, qui est octavo decimo Kal. Januarii; in præsentia presbyteri Christiani, Henrici de Sasso, Paltonerii, Lamprethi, Othonis, Balduini de Prenoaldo, Rustici de Genima, & aliorum hominum, D. Theobaldus Veronen. Episcopus nominativè, de Decima, de omnibus runchis omnium nemorum, sive boschorum sancti Zenonis tam de illis runchis, qui jam facti sunt, quam de illis qui adhuc in futuro fient D. Nobilum Abbatem monasterii S. Zenonis investivit, & monasterio S. Zenonis eam decimam concessit; sed tamen tali conditione, ut nulli homini, nec Abbati liceat eam decimam alienare, vel infeudare, & nominatim de illa decima etiam illorum runchorum Abbatem supradictum investivit, quos runchos Guido da Godi tenebat. Actum in casa ipsius Episcopi, millesimo centesimo trigesimo nono; die supradicto. Ind. 2. Ego Dodo Not. rogatus ibi fui, etiam ut supra legitur scripsi. Quod prædictis omnibus, quæ continebantur in ipso instrumento, ipse Abbas petiit à prædicto Dom. Jacobo Veronen. Episcopo, nomine sui monasterii investiri; & tunc ipse Dominus Episcopus eum Abbatem vice ipsius monasterii s. Zenonis de iis, quę superius dicta sunt investivit, secundum formam prædictam, quę in ipso instrumēto continetur.

Ego Pamphilus filius quond. Dom. Godonis Not. D. Friderici Regis iis omnibus interfui, & meo nomine, & signo rogatus me subscripsi.

Ego Petrus Papiensis Not. sac. palatii interfui his omnibus, ac rogatus meo nomine, & signo me subsc.

Ego Carlanarius de Compagnono sacri palatii Not. interfui, ac rogatus hoc instrumentum, sive scripturam scripsi.

Ferunt Jacobum fuisse è nobili familia comitum de Bregantia Vicentino, nuper extincto.



LXXXIX. 88 MANFREDUS Scaliger filius Joachimi, vel Jacobini, natus anno 1215. ex Canonico cathedralis electus Episcopus Veronensis secundum Panvinium in chronic. 1251. Qui quidem ex familia Scoligerorum, quæ privato tunc erat, primus hoc in urbe dignitatem per hæc tempora adeptus, ita in ea moderate vixit, ut nemo unquam in illo, quam diu Pontifex fuit, neque doctrinam, neque pietatem, innocentiam, ac cæteras omnes præclaro Antistite dignas virtutes desideraret. Decessit Manfredus ante annum 1256. Eo vero Præsule, exorta lite inter Abbatem s. Zenonis & Bonaventuram de Reghenzo civem Mantuanum super juribus ecclesiæ S. Laurentii de Hostilia Veronensis diœcesis, auctoritate Innocentii IV. Joannes Ferrariensis Episcopus eam diremit, adjudicavit ad Zenoniani cœnobii Abbatem pertinere. Porro hujusmodi documenti narratio, quæ pro iis acta fuerant, satis ostendit.

Die Lunæ quarto intrante Madio. In Mantua ante stationem novam magr. Lombardi Physici. Præsent. Benevento Not. qui Negrotinus dicitur, Antonio filio Domini Martini Judicis de Cerreta. Tealdino serviente Magistri Philippi Vicarii D. Episcopi Mant. atque Ottonelli ministri Mant. & aliis testibus: ibidem Petrus Not. Papiensis sindicus, & procurator Abbatis, & conventus S. Zenonis Veron. ex parte D. Joannis Episcopi Ferrar. repræsentavit, & dedit in manibus D. Bonaventurę nati Joannis Boni de Reghenzo civis Mant. unam litteram sigillatam sigillo cereo ipsius D. Episcopi sanam, & integram, non viciatā, nec cancellatā, nec aliqua parte sui abolitam, hujus tenoris, & formę. Joannes Dei, & Apostolicę Sedis gratia Ferrar. Episcopus D. Papę Judex delegatus. Dilecto filio Bonaventuræ nato Joannis Boni de Reghenzo civi Mant. salutem in Domino. Harum serie noveris manifesto nos à D. PP. & magistro Ubaldo suo subdiacono, & capellano tales literas recepisse. Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Ven. fratri Episcopo Ferrarien. salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum in causa quæ inter Abbatem, & conventum monasterii S. Zenonis Veronæ ex una parte, & Bonaventuram natum Joannis Boni de Reghenzo civem Mantuanum ex altera super ecclesia S. Laurentii de Hostilia Veronen. diœcesis vertitur, dilectum filium magistrum Ubaldum subdiaconum, & capellanum nostrum partibus dederimus auditorem, quia lite coram eo legitime contestata, sibi non potest apud Sedem Apostolicam de ipsius causæ meritis plene liquere; fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, quos dicti Abbas, & conventus infra duos menses post receptionem præsent. coram te super articulis ab eodem capellano, una cum interrogatoriis partis adversæ sub suo sigillo transmissis duxerint producendos prudenter recipere, ac eos secundum interrogationem ipsam diligenter examinare procures, eorum dicta in scriptis redacta, nobis, sub tuo sint inclusa sigillo, fideliter transmissurus, præfixo partibus termino peremptorio competenter, quo per idoneos procuratores cum omnibus actis, monimentis, & rationibus suis causam ipsam contingentibus, sufficienter instructos nostro se conspectui repræsentent in causa hujusmodi de jure facturi processum. Quod autem exinde feceris per tuas nobis litteras præsentiseriem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Later. 5. Kalend. Decemb. Pont. nostri anno 11. Venerab. Pat. Episcopo Ferrariæ Magister Ubaldus Domini Papæ subdiaconus, & capellanus, ac ejusdem curiæ causarum generalis auditor salutem in Domino. Cum receptionem producendorum in causa, quæ inter Abbatem, & conventum Monast. S. Zenonis ex parte una, & Bonaventuram natum Joannis Boni civem Mantuæ ex altera super ecclesia S. Laurentii de Hostilia Veronen. diœces. vertitur coram nobis, D. Papa discretioni vestræ duxerit committendum articulos dictorum Abbatis, & conventus & interrogatoria adversæ partis super quibus debent recipi dicta, etiam nobis interclusa sub nostri sigilli munimine transmittentes, prudentiam vestram duximus attente requirēdam, quatenus ad exequationem ipsius negotii juxta mandatum Apostolicum fideliter procedatur. Datum Laterani sexto id. Decemb. Pont. D. Innocentii Papę IV. anno 11. Volentes igitur mandatum Apostolicum, & ipsius auditoris exequi, ut tenemur tibi per hæc scripta auctoritate qua fungimur in hac parte præcipiendo mandamus, quatenus hinc ad xx. dies quem

ter-

terminum pro duobus edictis, & uno peremptorio, ut parcatur, partium laboribus, & expensis duximus assignandum, a præsenti receptione per te, aut per sufficientem responsalem coram nobis debeas comparere ad videndum, curare etiam partis adversæ super articulis, & interrogatoriis sigillatis, & interclusis nobis transmissis, & si festum occurrerit, die feriata sequenti, diem non feriatam tibi terminum assignamus, alioqui quantum de jure poterimus in dicto negotio procedemus.

Anno Domini MCCLIV. Indict. XII. Ego Ventura qui Lusiolus vocatur Domini Federici II. Regis Notarii interfui, & rogat. scripsi.

XC.

a De hoc Consule Historiam Placent. Petri Mariæ Campi par. 2. p. 214. 216. 217. Mendosè.

89 M. GERARDUS Cassadocha a in locum Manfredi eligitur Veronensis Episcopus, & confirmatur ab Alexandro IV. anno 1256. 2. Nonas Augusti, ex Reg. Vat. epist. 541. fol. 79. an. 2. ubi & aliam legimus epistolam ad eundem Gerardum electum, ut suam Episcopalem curiam alibi transferre curaret, cum non posset tutus in sua permanere Ecclesia. Hunc Ezellinus de Romano, simul cum Philippo Ravennatensi Archiepiscopo in Brixiensi prælio captum anno 1258. per annum in vinculis maceravit. Post mortem Ezellini liber dimissus ad suam reversus Ecclesiam, ibidem excessit è vivis an. 1262. cum paulo ante jussu Alexandri IV. Fratres Minores è monasterio S. Francisci extra Veronam commorantes, intus in veteri monasterio Ss. Firmi, & Rustici Ord. Sancti Benedicti collocandos adjudicasset. Porro Alexander his litteris suam expressit voluntatem.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio electo Veron. salutem, & Apostolicam benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem ad dilectos filios fratres Minores inter alios Religiosos specialiter, ipsorumque ordinem gerimus nos inducit, ut præcipuo eos interdum benevolentiæ, ac favoris gratia prosequamur. Cum igitur dilecti filii fratres ipsius ordinis apud Veronen. civitatem morantes minus commode, sicut ex ipsorum significatione accepimus sint in loco ubi consistunt ad præsens; Nos super tranquillitati, & consolationi ipsorum providere volentes discretionem tuam rogamus, & hortamur attente per Apostolica scripta tibi firmiter præcipiendo mandantes, quatenus monasterium, & ecclesiam S. Firmi Majoris civitatis prædictæ, in quo pauci monachi Ordinis S. Benedicti morari dicuntur, cum domibus, horto, & aliis appenditiis suis, jam dictis monachis in aliis monasteriis tuæ civitatis, & diœcesis, sui ordinis collocatis, præfatis fratribus ad opus eorum auctoritate nostra libere concedere, ac assignare procures, ipsos vel aliquem alium, eorum nomine, in corporalem ipsius possessionem inducens, & defendens inductos. Contradictores, quoslibet, & rebelles, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, compescendo. Alioqu in dilecto filio electo Ravennat. Apostolicæ Sedis Legato litteris nostris injungimus, ut ipse super hoc mandatum Apostolicum exequatur.

Dat. Lat. 5. Kal. Martii Pontif. nostri anno 3.

In eumdem modum scripsit Alexander electo Ravennatensi, deinde Tarvisino Episcopo Fratres ipsos commendans Minores, qui ad ann. usque 1312. pacificam non valuerunt possessionem adipisci, monachis pro posse adversantibus, quonsque * Clementis V. ejus Pontificatus an. 7. & Henrici VII. Imperii 4. favore, illis antiquatis, Alexandri votum adimplevera. * Duæ ibi adhue visuntur Ecclesiæ, superior, & inferior. Hæc antiquissima, quippe quæ Desiderii Longobardorum Regis, Annonis Veronensis Præsulis temporibus antiqua declametur. Ita habent acta sanctorum Firmi, & Rustici, dum de translatione eorum sacrorum corporum, quæ eodem Desidario Rege, & Annone Pontifice contigit. Memoratus Pontifex (scilicet Anno) deportata cum laudibus sanctorum corpora, non longe extra muros civitatis in Basilica, quæ à priscis temporibus in eorum honore fuerat constructa, sub omni diligentia condidit; & paulo post posuit ea in arca saxea subterranea, cujus operimentum perennavit argento, auro, & lapidibus pretiosis. Superior vero, quæ præ vetustate collabebatur, restaurata fuit à Guilleimo castro Barchensi Veronensi an. Dom. 1313. qui patriæ Veronæ Prætura functus fuerat anno 1284. usque ad annum 1289. inclusivè sub Alberto Scaligero Veronæ Principe, cujus effigies cum gentilitio stemmate adhuc cernitur læva majoris aræ extra super fornicem chori in veste rubra ad talos effluente, Magistratus, quem olim gesserat, insigne. Cæterum constans fama est, Divum Franciscum priscum, monasterium condidisse, ubi & ad vivum ejus expressa imago prostat in pariete depicta; ecclesiam vero ejus nominis dicatam Raynerium Zenum nobilem Venetum b Veronæ Prætorem exædificasse hactenus in templo hujusmodi proloquitur inscriptio.

* Ex App. Tom. 7.

a Qui postea Venetiarum Dux fuit.

ANNO DOMINI MCCXXX.
DOMINUS RANERIUS ZENO
POTESTAS VERONAE
PRO COMMUNI VERONAE FECIT
FIERI HANC ECCLESIAM
B. FRANCISCI.

Hanc hodie D. Francisci ecclesiam cum cœnobio mulieres, ab spurcitia seculi ad meliorem frugem traductæ, & puellæ peccandi periculo obnoxiæ incolunt. Eodem hoc anno, quo Gerardus mortuus est, Martinus Scaliger Veronensis, à Senatu, populoque Veronensi, Dux Reipublicæ, & Capitaneus Generalis omnium suffragiis creatus, Reipub. summo cum Imperio præfuit annos 16.

* Ex Append. t. 7.

* Dirissima Azzolini tyrannide æstuante, plures Guelphi Veronenses, præcipuè vero Canonici cum Episcopo Gerardo urbe egressi; quorum aliqui capti in carceres conjecti, alii diris affecti cruciatibus objere. Horum quidam testibus, oculisque orbatus fuit. Qui vero Veronæ permansere, quia & inviti obsequio, pecunia tyrannum adjuvere, ab Aquilejensi Patriarcha Apostolicæ sedis Legato dignitatibus Canonicalibus privati sunt. Cæterum Octaviani Ubaldini Florentini Diac. Card. S. Mariæ in Via Lata per omnem Lombardiam legationis fungentis litteris, motus Alexander IV. Pontifex, Episcopo Bononiensi mandat, ut eosdem Canonicos in pristinum restituat; quia vero excommunicatione ac irregularitate se irretitos formidabant, idem Pontifex Priori s. Leonardi Veron. committit, ut eos, quatenus opus foret absolveret, ac cũ eisdem dispensaret. Hæc autem in actis Canonic. diffusius continentur.

90 MANFREDUS II. ex familia Roberta summo loco Regii Lepidi natus, summus Orator, & egregia virtute clarus ad hanc sedem pervenit ex Alexandri IV. delectu anno 1261. qui cum præclara pro libertate Ecclesiæ, prove Romano Pontifice contra Manfredum Tarentinum principem hostem Ecclesiæ egisset facinora, tandem adversante fortuna dum Piceni Rector esset, sedente Urbano IV. in ejusdem Tarentini incidit manus, ac diu carcere maceratus, in gratiam deinde Aragoniæ Regis, Clemente IV. intercedente, liber abire jussus, ad suam rediit Ecclesiam. Ei consolatorias scripsit epistolas idem Clemens dum detineretur in vinculis, & ad Aragoniæ Regem pro ipso, prove libertate donata, quæ extant in Reg. Vatic. Dat. Assisii Non. Feb. anno 1. Manfredus vero sui Præsulatus anno primo fratribus Eremitarum S. Augustini, e veteri S. Augustini ecclesia extra portam Episcopi posita intra urbem recepit, tradiditque S. Euphemiæ cœnobium, ut docet inscriptio ad parietem ejusdem ecclesiæ posita. XCI.

Anno Dom. MCCLXII. die Dominice xvi. Septembris Pont. Urbani PP. IV. A. II. Lanfranco Mediolan. primo post unionem Priore Generali Prior F. Funius de Buris Ver. & conventus de loco S. Augustini extra por-

tam Episcopi Montem aureum versus venerunt legiptimo jure moraturi in loco Ecclesiæ vet. S. Euphemiæ prope Athesim.

Ecclesiam, & fratres idem Urbanus sub sua, Romanæque Sedis protectione suscepit, cuso hoc diplomate, quod extat in Canonicorum Veronensium tabulario.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Priori, & fratribus Heremitarum ecclesiæ S. Euphemiæ Veronen. Ordinis S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Justis petitionum desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota, quæ a rationis . . . . te non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras, & locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis præstante Domino poteritis adipisci sub B. Petri, & nostra protectione suscepimus: specialiter autem redditus, domos, possessiones, & alia bona vestra sicut ea omnia juste, ac pacifice possidetis vobis, & per vos ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c.

Datum apud Urbemveterem 6. Id. Novemb. Pontificatus nostri anno 2.

Lanfrancus, de quo mentio in supra relata Inscriptione, è nobilissima Septaliorum Mediolanensium gente ortus, Mediolani jacet in nobili marmoreo tumulo, ubi priscus Eremitarum S. Augustini spectatur habitus, humili quidem parvoque circa collum caputio induti fratres, eo modo quo nostro seculo percolunt, deferuntque Augustiniani heremitæ districtioris observantiæ, quos discalceatos vocant. Porro Lanfrancus primus fuit Generalis Prior Augustiniani Ordinis Eremitarum post unionem per Orbem Christianum cœnobiorum sub D. Augustini regula viventium, jam tum ab ipsis sancti temporibus subscepta norma. Ad decus vero Veron. civitatis Manfredum pium Præsulem Eremitas sua vetustate laborantes, intra urbem evocasse fatendum est, ut inter cives pietatem excolerent, suaque sanctimonia excitarentur fideles ad virtutes. Nec Manfredi vana fuit de Augustinianis Eremitis divinatio, cum deinceps illustre cœnobium apud Euphemianam ædem evaserit, è quo viri sanctimonia vitæ, ac scientia clarissimi prodiere, è quibus unus præ omnibus Honuphrius Panvinius urbis, & Orbis antiquarum rerum peritia, & eruditione facile princeps. Cæterum eo ipso anno Mastinus Scaliger à Senatu, Populoque Veronensi Dux, & Reipub. Generalis Capitaneus creatus est, qui Montebelium, Leonicum, & * Monticulum agri Vicentini opitulante Cottia Vitalis filio e a nobili priscave gente Cottia Vicentina ademit. Manfredus vero Episcopus pietate vitæ, & eloquentia admodum illustris decessit anno 1268.

* Ex Append. tom. 9.

XCII. 91 GUIDO Scaliger Mastini primi filius spurius, ex Archipresbytero Congregationis Cleri Veronensis, Episcopus electus est anno 1268. Quo Præsule an. 1272. die 18 Januarii * Cremonæ obiit B. Facius Veronensis aurifex miraculis clarus, ibique in Cathedrali sepultus, cujus acta nuper scripsit Leonardus Gregorius, & in ejus laudem odem cecinit Leonardus Tedeicus nobilis Canonicus Veronensis inter academicos Philarmonicos eximie eruditus; quæ incipit.

* Ex App. tom. 9.

Dive, qui primum genlale lumen
Qua rotat lymphas Athesis fugaces
Quaque Veronæ sedet arx amœnis
collibus ausit, &c.

Parum deinde supervixit Guido Episcopus, nam vitam amisit anno Domini 1275.

XCIII 92 Fr. TIMIDEUS ex Ordine Minor. ad hanc eandem sedem fuit assumptus an. 1275. Vir fuit pius, inquit Panvinius, & eloquens, atque in exponendis sacris litteris exercitatus. Hic tres annos tantum Episcopus fuit, obiit enim anno 1278. cujus in antiquo codice basilicæ S. Euphemiæ Veronæ sic mentionem fieri inveni.

Anno Domini 1275. die Dominico 7. Augusti fuit positus primus lapis ecclesiæ novæ per magistrum Bonumincontrum ecclesiæ majoris Archipresbyterum de licentia, & mandato Guillelmi Ferrariensis Episcopi tunc Apostolicæ Sedis legati, & erat illo tempore frater Timedeus electus Veronensis, & nondum confirmatus.

* Ex App. tom. 9.

*Hic Præsul anno 1276. ex Curtio lib. 9. Veronen. hist. una cum Fr. Philippo Bonaconsio hæreticæ pravitatis Inquisitore, ejusdemque urbis Prætore, Syrmionem ad Benaci lacus peninsulam progressus, ibi inquam in plurimos hæresis crimine damnatos ferro, igneque animadvertit; quibusdam vero erroribus abjuratis, clementer ignovit.

Anno 1277. paulo ante obitum Timidei Episcopi, 7. Kal Novemb. conspiratione alicujus adversæ factionis facta, Mastinus Scaliger Princeps occisus est in Foro, & apud S. Mariam antiquam sepultus, cui in principatum totius Senatus, Populique suffragiis, successit Albertus Scaliger Jacobi filius Mastini frater.

93 BARTHOLOMAEUS Monachus S. Benedicti an. 1278. Timideo successit, quem honorifico admodum apparatu, perque universo spectante Clero, & Populo Veronensi, jussu Patriarchæ Aquilejensis, Episcopi Acconensis, Heracliensis, & Athenienfis in Ecclesia urbis majori consecrarunt. Hic electus Bonincontrum Archipresbyterum, & Canonicos Veronenses una cum ecclesiis, monasteriisque ad eos pertinentibus à jurisdictione sua exemptos, necnon Aquilejensi Patriarchæ subjectos esse hoc sequenti monumento declaravit, quod ab originali ex archivio Canonicorum exscriptum hic retulimus. XCIV

Fr. Bartholomæus Ordinis S. Benedicti, Dei gratia Veronensis electus. Universis præsentes literas inspecturis salutem in omnium Salvatore. Quia de præteritis habere scripturæ testimonium valere potest causis præsentibus, & futuris, ac litium materias amputare: idcirco firmissime profitemur, dicimus, ac etiam protestamur, dilectos Fratres nostros DD. Bonincontrum Archipresbyterum, Jacobum de Englario, Albertum de Castrobarcho, Bonifacium de Vicecomitibus, Gulielmum de Rupeclaria, Marcium de Marciis, Bonifacium de Bella, Gregorium de Montelongo, Bonifacium Physicum, Justamontem de Vajero, & Antonium Rovatinum. Canonicos Ecclesiæ Veronensis, & alios Canonicos, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ præsentes, & eorum prædecessores tanto tempore, quanto memoria hominum ultra nequit habere, subjectos Patriarchæ Aquilejensi, ac exemptos omnino à Jurisdictione Episcoporum Ecclesiæ Veronensis, & nostra una cum Monasteriis, Capellis, & ecclesiis infrascriptis, & aliis ecclesiis ad eos pertinentibus, videlicet ecclesia S. Georgii a Domo, ecclesia S. Joannis ad fontes, ecclesia S. Pauli Vetuli juxta Ripam, ecclesia S. Pauli de Campo Martio, ecclesia S. Joannis in Valle, ecclesia S. Joannis de Quinzano cum Capella S. Alexandri juxta Quinzanum, ecclesia S. Clementis, ecclesia S. Blasii, ecclesia S. Cæciliæ, ecclesia S. Consolatricis, ecclesia S. Firmi de Curte, alta sive in Capella, monasterium S. Leonardi in Monte Donico, monasterium S. Michaelis in Campanea, monasterium S. Pancratii, monasterium S. Cassiani de Palsena, ecclesia S. Felicis in Arzero de Paltena, ecclesia s. Mariæ de Ornanico Veteri, ecclesia omnium Sanctorum de Marzana, ecclesia s. Mariæ de Turano, ecclesia s. Petri de Capavo ecclesia s. Pauli de Pruno, ecclesia omnium Sanctorum de Novaris, ecclesia s. Georgii in Saltu, ecclesia s. Michaelis de Calmanino, ecclesia s. Faustini de Monte Draconis, ecclesia s. Prosdocimi, ecclesia s. Ambrosii de Casali alto Brixiensis Diœcesis, ecclesia Lusiæ Adriensis Diœcesis, ecclesia S. Mariæ de Villa Paduanæ Diœcesis. In quibus, & aliis ecclesiis ad eos pertinentibus, ac ipsarum personis, scilicet Prælatis, Clericis, Con-

ver-

versis, & Sororibus earumdem, ac Mansionariis Ecclesiæ Veronensis patet nobis, & liquido protestamur, ipsum Archipresbyterum, & ejus successores in spiritualibus. & temporalibus plenam jurisdictionem obtinere. Præterea ad quamlibet ambiguitatem perpetuo removendam omnium libertatem, ac exemptionem a Jurisdictione nostra, & successorum nostrorum Episcoporum Ecclesiæ Veronensis eisdem Archipresbytero, & Capitulo Veronensi datam, ac datas hactenus a Patriarcha sanctæ Sedis Aquilejensis, & ab Episcopis Veronensibus prædecessoribus nostris, atque memoratis Archipresbytero, & Capitulo Veronensi de consuetudine, vel privilegio, ut supra asseruimus, vel alio quocumque modo, sive jure competere posset, innovamus, damus, ac concedimus, & perpetuo, ac inviolabiliter approbamus. Volentes itaque ut Archipresbyter, & Canonici prælibati, ac successores ipsorum enemptione, ac libertate a nostra, & nostrorum successorum Episcoporum Ecclesiæ Veronensis jurisdictione in suis, & suorum subditorum prædictorum personis perpetuo potiantur. Liceat eidem Archipresbytero, & suis successoribus prædicta monasteria, ecclesias, Prælatos, Clericos, & Personas ecclesiasticas, ac Mansionarios Ecclesiæ Veronensis libere, absque nostra, & successorum nostrorum Episcoporum ecclesiæ Veronensis contradictione, de cætero instituere, visitare, corrigere, & cognoscere de caussis omnibus, etiam criminalibus, quæ ejusdem personis, vel inter ipsos movebuntur, ac electiones Prælatorum, Clericorum, & personarum prædictarum confirmare, vel etiam infirmare, ac in eos, & in censuram Ecclesiasticam, & jurisdictionem perpetuam exercere, & ad Ordines etiam sacros eos quibuscumque Episcopis præsentare. In quorum testimonium, & evidentiam clariorem præsentes litteras nostro sigillo munitas eisdem Archipresbytero, & Canonicis ejusdem Eccl. Veronensis, pro se, & suis successoribus duximus, concedendas, quas manus infrascriptorum Notariorum publicas jussimus roborari, & in hanc publicam formam redigi.

Datæ fuerunt prædictæ litteræ, & concessæ prædictis Dominis Archipræsbytero, & Canonicis Veronensibus præsentibus pro se, & nomine, ac vice aliorum Canonicorum, & successorum suorum Archipresbyterorum, & Canonicorum Ecclesiæ prædictæ Veronensis per prædictum Venerabilem Patrem D. Fr. Bartholomæum Ordinis S. Benedicti Dei gratia Veronensem electum, dicentem, profitentem, protestantem, innovantem, dantem, & concedentem prędictis Dominis Archipresbytera, & Canonicis Veronensibus in omnibus, & per omnia ut superius in dictis litteris continetur.

Quibus peractis idem D. electus pro se, & successoribus suis Episcopie Veronensibus prædictum D. Bonicontrum Archipresbyterum Veronensem præsentem, & recipientem pro se, & vice, ac nomine prædictorum Canonicorum præsentium, & successorum suorum de omnibus prædictis, & singulis suprадictis, ut in prædictis litteris superius continetur per baculum ligneum, quem in suis tenebat manibus investivit.

Actum est hoc in Episcopali Palatio Veronensi Die Jovis penultimo Septembris præsentibus DD. Bernardo de Alsemano, & Ubertino de Romano Legum Doctoribus, Thomasino Judice de Ramondino, Presbytero Jacobo ecclesiæ S. Joannis ad Fontes, Domino Spera in Deo Monacho Monasterii S. Firmi Minoris, prædicti D. electi Capellano, Jolsino Mansionario Ecclesiæ Veronensis, Joanne Clerico ecclesiæ de Zerpa, Bonaventura Notario, Vassalli, Guizzardo Clerico Ecclesiastico S. Joannis in Valle, Crinimbeno Notario de Terzanis, atque Zilio Notario de Geonico testibus, & aliis.

Anno Dom. 1278. sextę Indict. Ego Guizzardus de Domino Veronensis sacri palatii Notarius prędictis omnibus interfui, & de mandato prędicti D. Veronensis electi rogatus me subscripsi, & ad majorem roboris firmitatem meum signum consuetum apposui.

Ego Crenimbenus quoadam Guidonis de Terzanis D. Federici Imper. Notario prædictis omnibus interfui, & de mandato prædicti D. Veronensis electi rogatus me subsc. Ego Debebonus de Bonomo D. Comitis Rufini de Comello auctoritate Notarius omnibus prędictis interfui, & de mandato prædicti Domini electi Veronensis rogatus scripsi.

Confirmasse Bartholomæum omnia bona cum Ecclesiis SS. Remigii & Anastasiæ olim à Manfredo prædecessore donata fratribus ord. Prædicatorum docet ejusdem Bartholomæi monumentum sic.

Religiosis viris Priori, & conventui Frat. Prędicatorum de Verona. Fr. Bartholomæus permissione divina Episcopus Veronen. salutem in Domino. Sicut ex vestra juridica relatione didicimus B. M. Manfredus Veronen. electus prædecessor noster religiositatem vestram, ac prudentiam in populo Dei multipliciter fructuosam diligenter considerans, vobis eccl. S. Remigii, & S. Anastasiæ junta se positas in Civitate Veron. cum omnibus hortis, casamentis, & aliis appendiciis, a vobis in perpetuum possidendas per suas duxit litteras, pietatis intuitu, concedendum, ac postmodum per viginti annos, & amplius res prædictas sicut nobis manifeste constat, & toti populo civitatis, pacifice possedistis; Verum quia litteras hujusmodi in igne qui inopinate domos vestras succendit casu fortuito perdidistis, ad nos pro confirmatione concessionis prædictæ recurrere voluistis. Nos vero dicti prædecessoris nostri vestigiis inhærentes prædictam concessionem, & possessionem vestram ratas, & gratas habentes & eas auctoritate ordinaria confirmantes: Vobis nihilominus ad majoris roboris firmitatem prędictas Ecclesias, & domus, & res alias supra positas, quas nunc pacifice possidetis, auctoritate præsentium, ob Dei intuitum, duximus concedendum. In cujus nostræ confirmationis, & concessionis testimonium præsentes litteras fieri fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Die 12. Maii 1281. Crescentius q. Gulielmi de Beveraria Not.

Donationem hanc Paulus V. deinceps confirmavit post trecentos viginti & amplius annos hoc diplomate.

Paulus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Vicario Ven. fratris nostri Episcopi Veron. in spiritualibus generali salutem, & Apostolicam benedictionem. In supremo Apostolicæ dignitatis culmine &c. firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Conventus S. Anastasiæ Ordinis fratrum prædicatorum Veron. nobis super exhibita petitio continebat, quod a trecentis annis & amplius B. M. Manfredus Episcopus Veron. prudentiam fratrum dicti ordinis in populo multipliciter fructuosam diligenter considerans, Ecclesiam S. Anastasiæ in civitate Veron. constructam cum omnibus hortis, casamentis, & aliis appendiciis suis prædicto ordini per eum perpetuo possidendis per suas patentes litteras concessit; & deinde cum fratres prædicti per viginti annos & amplius prædictas possedissent, & dictas litteras in igne, qui inopinate eorum domos succendit, casu fortuito perdidissent; & ad similis mem. Bartholomęum tunc etiam Episcopum Veronen. pro confirmatione dictæ concessionis recurrissent. Idem Bartholomæus Episcopus prædecessoris sui vestigiis inhærens concessionem prædictam, & possessionem Ecclesiæ, aliarumque rerum prædictarum, in qua dicti fratres tunc existebant, ratas, & gratas habuit, easque sua ordinaria auctoritate confirmavit, & nihilominus ad majoris roboris firmitatem Ecclesiam, domos, & alias res prædictas eisdem fratribus de novo concessit, prout in suis etiam patentibus desuper confectis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, ea quæ a sede Apostolica approbantur, & confirmantur firmius subsistant, & ab omnibus melius observari soleant. Quare pro parte Prioris, & fratrum prędicatorum nobis fuit humiliter supplicatum. quatenus concessiones prædictas pro eorum firmiori subsistentia, & obsevatione inviolabili approbare, & confirmare, aliisque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica di-

gnaremur. Nos igitur erga dictum ordinem illiusque fratres paterna charitate affecti Priorem, & fratres prædictos, eorumque, ac domus hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis; censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, absolutos fore censentes. Hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si ita est, concessiones & scripturas desuper confectas, prædictas, & in eis contenta quæcunque, licita tamen, & honesta cum omnibus, & singulis inde legitime sequutis, & sequendis, sine tamen alicujus præjudicio, & dummodo aliud canonicum non obstet, auctoritate nostra approbes, & confirmes, illisque perpetuæ & inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicias, nec non concessiones, & scripturas hujusmodi perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit quomodolibet in futurum perpetuo firmiter, & inviolabiliter observari debere, sicque per quoscunque judices, & commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac quicquid secus super his à quocunque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane eadem auctoritate nostra decernas. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non domus, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione ve apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicę 1616. prid. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno XII.

In monumentis Episcopatus Bartholomæi mentio extat ad annum usque 1290. quo obiisse referunt 6. Id. Nov. Cujus etiam mentio habetur in antiquo codice Monasterii S. Euphemiæ cum consecrasset cœmeterium ejusdem Ecclesiæ. *Anno Domini 1284. die Veneris 13. Martii benedictum, & consecratum fuit cœmeterium ante faciem Ecclesię, et juxta viam inter murum et Ecclesiam, ubi est sepultura D. Bernardi. Fuit autem benedictum per duos Episcopos, videlicet per D. Fr. Bartholomęum Episcopum Veronensem, et per Fr. Augustinum Ord. nostri Episcopum Civitatis Novę.*



XCV. 94 Fr. PETRUS, è gente Scaligera *a* ortus, Ord. Prædicatorum, huic Ecclesiæ præficitur in locum Bartholomæi defuncti an. 1290. Vir spectatæ integritatis, atque doctrinæ unus ex primis Dominicani Ord. alumnis. qui à Patriarcha Dominico Bononiæ ad sanctæ conversationis habitum fuerunt recepti. Hic cum esset pene capularis senex, munus sibi commissum ad quatuor tantum annos administravit, omniumque mærore mortuus est anno 1295. sub quo Raymundus Patriarcha Aquilejensis Archipresbytero, & Canonicis Veronen. an. 1292. die 9. Januarii confirmat omnia privilegia, juraque eorum, ac cætera omnia prædecessorum suorum vetusta monumenta in suo diplomate recensens, quod quidem monumentum hic exscribendum ex authentico copiam non inutile duximus, tametsi aliqua, quæ in eo recitantur, supra retulimus ex Canonicorum tabulario.

a Hujus meminit Razzius in hist. virorum illustr. Domin. p. 215. & Sixtus Senensis in Bibl. l. 4. Mandos.

Raymundus Dei gratia S. Sedis Aquilegen. Patriarcha dilectis filiis Bonincontro Archipresbytero, & Capitulo Ecclesiæ Veronen. Aquilegen. Ecclesiæ immediate subjectis salutem, & benedictionem in Domino. Dignum fore credimus, immo meritorium opinamur, si prædecessorum nostrorum Patriarcharum Aquilegen. Ecclesiæ vestigiis inhærentes ad petitionem subjectarum nobis Ecclesiasticarum personarum pro tuenda Ecclesiastica libertate provide per prædecessores eosdem, seu quoscumque alios statutum, collatum, concessum, & approbatum esse dinoscitur, favorabiliter approbamus. Lectis itaque ac diligenter inspectis quorumdam privilegiorum tam prædictorum prædecessorum nostrorum, quam bonæ memoriæ fratris Bartholomæi Episcopi, & aliorum Episcoporum Veronen. ex parte vestra coram nobis productorum tenoribus, qui seriatim inferius annotantur. Nos ad instar prædecessorum eorundem vestris devotis supplicationibus inclinati, quæ per ipsos prædecessores nostros, & Episcopos facta fore noscuntur, prout in eisdem privilegiis continetur, rata, firma, & grata habentes privilegia ipsa integraliter renovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, & ex certa scientia confirmamus, quorum quidem privilegiorum tenores de verbo ad verbum tales esse noscuntur. Bertoldus Dei gratia S. Aquilejen. Sedis Patriarcha. Dilectis in Christo filiis Alberto Archipresb. & Canonicis Veronen. Ecclesiæ cum vera dilectione salutem. Sicut ex antiquis prædecessorum nostrorum privilegiis manifeste collegimus, vos, & vestri prædecessores longinquis retro temporibus, a tempore videlicet gloriosæ recordationis Maxentii Aquilegen. quondam Patriarchæ, speciali usi fuistis prærogativa libertatis, & nobili præ cæteris circumjacentibus Ecclesiis gaudetis privilegio, a prædicto Maxentio Patriarcha precibus & interventu bonæ memoriæ Rotaldi quondam Veronen. Ecclesiæ Episcopi, & Pacifici Archidiaconi & aliorum S. Dei Ecclesiæ prælatorum concesso, & a Pellegrino felic. memoriæ quondam Aquilegen. Patriarcha renovato, & ab Oulderico ejus successore confirmato, atque a Pellegrino secundo meo prædecessore innovato, & a Vv. meo decessore renovato. Nos itaque prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes pro libertate vobis, & successoribus vestris tuenda, quod ab eisdem antecessoribus nostris statutum est, & Canonicis Ecclesiæ Veronen. collatum firmum, & ratum habere volentes, ipsum privilegium integraliter renovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Legimus namque in privilegio Maxentii Aquilejen. Patriarchæ, in quo ita continetur, ut infertur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Regnante D. Carolo in Italia anno pietatis ejus XLI. & Bernardo glorioso Rege primo sub, die XVI. Kal. Octobris Ind. VI. feliciter. Rotaldus ultimus servus servorum Dei S. autem Veronen. Ecclesiæ Episcopus. Notum omnium fidelium magnitudini præsentium scilicet, & futurorum facio qualiter ego Rotaldus S. Veronensis Ecclesiæ Episcopus concessi Pacifico Veronen. Ecclesiæ Archidiacono, ut supra suum allodium construeret Basilicam B. Georgii Martyris, eo namque tempore quando Ecclesia S. Dei Genitricis Mariæ, quam divino nutu ego Rotaldus Episcopus regere, & gubernare videor, instigante diabolo, a meo antecessore scilicet ab Aldone omnes res, quę ad ipsam sanctam Dei Ecclesiam bonorum devotorumque hominum collatæ fuerant, destructæ sunt, sed nunc ego prædictus Rotaldus Episcopus cum Pacifico Archidiacono prędicto considerando pravorum hominum cupiditates, vel iniquas machinationes, vel qualiter humana mens prona sit ad malum, convocavimus D. Maxentium Ven. Patriarcham sanctæ Aquilejen. Ecclesiæ, qui supradictam ecclesiam B. Georgii consecravit, eo vero ordinante, ut Canonici sanctæ Veronen. Ec-

clesiæ

clesiæ sint liberi in supradicta ecclesia sub jure, & dominio D. Patriarchæ: præcavens ne in futurum per decessum meum successores mei, qui Episcopalem Cathedram adepti fuerint, aliquam molestiam tam in officiis quam in beneficiis illis, qui inferre possent. Igitur adjuvante ipso, qui nos pastores esse voluit, & pascere suas oves potius, quam nos metipsos mandavit, una per consensum, voluntatemque D. Maeutij Ven. Patriarchæ, & Guidonis Cardinalis S. R. E. & Raginaldi Vicentin. Episcopi, & Lupi Tervisien. Episcopi, & Vlderici Tridentin. Episcopi, & Gregorij Mantuan. Episcopi, & Sigifredi Aquilejen. Ecclesiæ Archidiaconi, & Pacifici Veronen. Ecclesiæ Archidiaconi & omnium fratrum nostrorum disponere, & ordinare de eorum libertate volumus, sic supradictus Pacificus cum ceteris Canonicis postulan. id fieri decrevimus, id est, quod nullus ex successoribus meis amplius habeat potestatem dominandi, vel aliquid auferendi de omnibus rebus, quæ nunc à fidelibus collatæ sunt, vel in futurum collatæ fuerint supradictæ Canonicæ, sed semper sint sub tutela, & refugio Domini Patriarchæ in ecclesia B. Georgij, quatenus suam habentes justitiam secure possint in sancta Dei Ecclesia militare. Sed quia numquam deest malivolis quod male cupiant, & si efficere nequeant, hoc quod facimus ea cautione constringimus, ut sive vocetur, Episcopus non enim erit ille, sive presbyter, sive diaconus, aut alicujus ordinis, qui aut illud destruere, aut ex his, quę de supradicta ecclesia juste, & legaliter fieri decrevimus, temptaverit aliquid minuere, partem isti tales in alia vita cum nullo habeant Sanctorum, sed cum Cham, Dathan, & Abiron, vel cum illis, quos diluvium mersit, aut terra inglutivit, & cum Pilato, Anna, & Caipha, Juda Christi traditore, & Mago Simone, Ananaia quoque, ac Saphira, quos B. Petrus pro fraudata ecclesiastica damnavit pecunia, sintq; anathema maranatha; & exortes, nisi resipuerint, à vita perpetua, quod qui molitur destruere sit divisus à Deo, & separatus à Sanctorum collegio. Obsecro præterea successores, quicumque fuerint, meos, ut dum hoc legerint scriptum solertius meminerint, fili, si sapiens fueris tibimetipsi eris, nemo enim, ut beatus Augustinus veracissime dicit, non in se peius quam in alium peccat.

† Ego Rotbaldus Episcopus manu mea subsc.

† Ego Maxentius servus servorum Dei sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Antistes rogatus à Rotaldo Episcopo pro firmitate manu mea subsc.

† Ego Guido Card. S. R. E. rogatus à Rotaldo Episcopo in hac firmitate m. m. ss.

† Ego Ragimbaldus Vicentin. Ecclesię Episcopus, rogatus à Rotaldo Episc. m. m. ss.

† Ego Lupo ultimus Episcopus S. Tarvisinę Ecclesię rogatus à Rotaldo Epis. in hac firmitate m. m. ss.

† Ego Vbertus Tridentin. Ecclesię Epis. rogatus à Rotaldo Episc. in hac firmitate m. m. ss.

† Ego Gregorius Mantuanus Episc. m. m. ss.

† Ego Segefredus Archidiac. ex jussione D. Maxentij Patriarchę pro firmitate m. m. ss.

† Audan Diaconus ex jussione D. Maxentij Patriarchę m. m. ss.

† Ego Benedictus licet indignus Diaconus ex jussione D. Maxentij Patriarchę m. m. ss.

† Ursus licet indignus presbyter ex jussione D. Maxentis Patriarchæ m. m. subsc.

† Sigismundus diaconus ex jussione D. Maxentii Patriarchæ m. m. subsc.

† Ausertime de Mantua rogatus à Rotaldo Episcopo m. m. subsc.

† Turisendus rogatus à Rotaldo Episc. m. m. ss.

† Ego Landibertus rogatus à Rotaldo Episcopo m. m. subsc.

† Ego Pacificus Archidiaconus m. m. subsc.

† Ego Andualdus Archipresbyter consensi & ss.

† Ego Tondolatius presbyter, subsc. & consensi.

† Ego Arogaus presbyter m. m. subsc. & consensi.

† Ego Petrus m. m. subsc. & consensi.

† Signum Mag. Gerardi Comitis civitatis Regien. qui Rogatus à D. Rotaldo Episc. huic m. m. s.

† Sign. Mag. Reimperti comitis civitatis novæ test.

† Signum Mag. Enricobaldi vasalli D. Regis Babani qui subsc. Dom. Rotaldi test.

† Signum Mag. Berardi Macrario subsc. Rotaldi Episc. test.

† Signum Mag. de Cajo test.

† Ego Stadcbertus Cancell. S. Veronensis Ecclesiæ ex jussione D. Rotaldi Episcopi scripsi hanc paginam firmitatis atque complevi.

Legimus etiam privilegium D. Pelegrini S. Aquilejen. Ecclesiæ Patriarchæ, in quo ita continebatur.

In nomine Domini Dei æterni.

Anno ab Incarn. D. N. J. C. 1140. primo die mensis Decembris Indict. IV. regnante Conrado Romanorum Rege. Cum olim antiquis temporibus ecclesiam B. Georgii sitam intra civitatem Veronæ prope flumen Athesis, & juxta matricularem Ecclesiam, rogatu Rotaldi S. Veronen. Ecclesiæ, & Pacifici Archidiaconi totius Cleri ejusdem ecclesiæ à Maxentio venerab. Patriarcha S. Aquilejensis Ecclesiæ consecrata esset, sicut in eorum scriptis continetur, accidit livore, & dolo malo quorundam tempore Episcopi Thebaldi S. Veronen. Ecclesiæ, quod altare ejusdem ecclesiæ B. Georgii violatum est, cumque hoc Giberto Archipresbytero, aliisque suis fratribus jamdictus Episcopus patefecit, tunc ipse Gibertus Archipresbyter, ejusq; fratres quorum nomina sunt hæc; Regizo Vic. cantor, Ricardus, Rusticus sacerdotes, Gandulphus, Valdus, Joannes Diaconi, Bernardus, Petrus, Zeno, Naimensius, Adam Subdiaconi, Otto Longus, Otto Curtus, Inglebertus, Rodulphus, Thebaldus, Spaglandus, Ubertus de Missa, Raimundus, & reliqui volentes, & prædictam ecclesiam B. Georgii in suo statu, & honore restituere, & reiterare volentes, & cupientes miserunt Pelegrino vener. Patriarchæ S. Aquilejensis Ecclesiæ, quatenus ipse veniens ecclesiam suam, scilicet S. Georgii reconsecrando more prædecessorum suorum in suo statu restituat, atque reformet. Ipse vero Pelegrinus ven. Patriarcha vir Deum timens, & timoratus ad Veronam veniens communi consensu totius Cleri & populi hymnis, laudibus, & canticis receptus est. Cum hoc factum est, tam prædicto die jamdictus Pelegrinus venerab. Patriarcha in præsentia Episcoporum opem, & consilium sibi præstantium, quorum nomina sunt hæc. Ribaldus Cardinalis S. R. E. & Legatus D. Innocentii PP. Manfredus Mantuan. Episcopus, Bonifacius Bellunen. Episcopus, Gilbertus Feltren. Episcopus, Dietamar. Tergestin. Episcopus, Gregorius Adrien. Episcopus, & etiam Thebaldus Veronen. Episcopus, Henricus Abbas Monasterii S. Benedicti in Larjono, & in præsentia Canonicorum S. Aquilejensis ecclesiæ, scilicet Bertholdus presbyter, Amicus Thomas Præpositus civitatis, Odolricus, Petrus, Joannes Subdiaconi, & in præsentia totius Cleri Veronen. Nobilie Abbas Monast. S. Zenonis, Golfradus Abbas Monast. S. Firmi, Vivianus Abbas Monast. S. Mariæ Orgon. Otto Abbas Monast. S. Nazarii, Pelegrinus Præpositus S. Georgii in Braida, Rodulphus Archipresb. Congregationis civitatis, Girardus Archipresbyter S. Joannis in Valle, Petrus Archipresbyter de Leniaco, Conradus Archipresbyter de Grezana, Octo presbyter de S. Cirico, Octo diaconus S. Petri in Castello, Henricus diaconus de Lavizi, Girardus presbyter S. Thomæ, Aldus Presbyter S. Laurentii, Gerardus Presbyter Ss. Apostolorum, Matthæus presbyter S. Joannis in foro, Vivian. s. Benedicti, Dominicus presb. s. Magni, Zeno presbyter s. Clementis Marrianus presbyter s. Mariæ Consolatricis, Joannes presbyter s. Ceciliæ, Adam presbyter s. Firmi de carte alta, Christianus presbyter s. Felicitatis, Orlandus presbyter s. Faustini, Andreas presbyter s. Mariæ antiquæ, nec non in præsentia vassallorum ejusdem venerab. Patriarchæ, & aliorum bonorum hominum Veronen. quorum nomina sunt hæc: Joannes Vicedominus Aquilejen. Patriarchæ, Varnerius de Braida, Valpertus de Cavas, Tisco de Campo s. Petri, Hermanus de Manzano, Villanus de Conaglan. Odericus ejus filius, Verlandus

de

de Groman. Olferius, Egipertus, Mazilinus, Odericus, Fedeelcus, Hermannus, Bucielar, Olveradus, Artuicus, Conradus Regis denesman, Jordanus advocatus Canonicorum S. Veronen. Ecclesiæ, Rodulphus ejus frater, Henricus filius Adæ, Thebaldus de Ponto, Ugo de Liniaco judices, Gerardus de Capite pontis, Aldus Pesafarina, Gargagnanus ejus filius, Arientus filius Girardi, Thebaldus Pelipaetus, Bontulanus, Manfrancus, Henricus, Ingelericus, Bu. Not. & Thebaldus filii Garzonis fratres, Aymo de curte alta, Lanfranchus . . , preverdo, Falconaetus filius Fulcardi, Rainaldus, Milo de Fasela, Conradus Gamba, Inglemario de Castello, Otto filius Oliverii, Ugo Mutorius, Morolarius filius Bonizenonis, Albertus filius Godomnis Avocati, Hugo Sinefotiga, Bot. filius Attonis, Bonifacius Grassus de Runcho, Gontherius, Vivianus, Botherius, Zibell. Adam ejus filius, Orlandus Zeno, filius Aldemani, Rodalphus Rafsus, Ardemanus, Gilbertus de Runcho, Aicardus fratres, & eeliqui: jamdictam ecclesiam B. Georgii sitam intra civitatem Veron. prope matricularem ecclesiam, & juxta flumen Athesis entra, & intus reconsecravit, & etiam altare quod dolo malo violatum fuit, reliquiis sanctorum suorum propriis manibus in locello ejusdem altaris positis eeconsecravit, & in pristinum statum restituit, atque reformavit. Hæc autem sunt nomina sanctorum quorum reliquiæ impositæ sunt. B. Georgii Mart. Christi, S. Joannis Evangelistæ, S. Andreæ, S. Zenonis Confessoris, SS. Martyrum Hermachoræ & Fortunati, SS. Elasii, & Taciani, S. Sebastiani, S. Cesarii, SS. Virginum Cæciliæ, & Agathæ, Sanctæ Mariæ Magdalenæ S. Eusebii. Cumque hæc omnia taliter gesta essent, ut supradictum est, tunc jamdictus Pelegrinus venerab. Patriarcha firmiter statuit, atque præcepit, & corroboravit, ut Canonici ejusdem ecclesiæ B. Georgii Martyris, qui nunc sunt, vel pro temporibus erunt in ipsa canonica B. Georgii Martyris, eo modo suprascriptam ecclesiam teneant, & regant, & in ea libere consistant quemadmodum a Maxentio venerab. Patriarcha, Rotaldo Episcopo S. Veronensis Ecclesiæ, & Pacifico Archidiacono postulantibus, & consentientibus, firmiter, atque inviolabiliter olim sancitum, & constitutum, est, id est ut Canonici S. Veronen. Ecclesiæ, sint libeei in supradicta ecclesia atque canonica B. Georgii, sub jure dominio, & regimine Aquilejensis Patriarchæ. Ita ut nullus Episcopus, qui nunc est, vel pro tempore fuerit aliquam litem, vel molestiam, aut injuriam, tam in officiis, quam in beneficiis inferre possit, sed si quis contra eos aliquid dicere velit, ante Patriarchalem Sedem, sub cujus tutela sunt, eos, conveniant, quatenus suam habentes & retinentes justitiam securi valeant in sancta Dei Ecclesia militaro. Sed quia nunquam deest malivolis, quod male cupiant, & si efficere nequeant; tamen hoc facinus ea cautione constringimus, ut sive vocetur Episcopus non enim erit ille, sive presbyter, sive diaconus, aut alicujus ordinis clericus, sive Dux, aut Marchio, sive Comes, aut Viceeomes, sive magna, sive parva persono, qui aut istud destruere, aut ex iis, quæ de supradicta ecclesia B. Georgii juste, & legaliter fieri decrevimus, aliquid minuere, vel detrahere quæsierint, sive temptaverit, isti tales in alia vita cum nullo sanctorum habeant partem, sed cum Cham Dathan, & Abiron, vel cum illis quos diluvium mersit, aut terra diglutivit, & cum Pilato, & Juda traditore, & Mago Simone, Anania quoque & Saphira quos B. Petrus pro fraudata ecclesiastica damnavit pecunia, sintque anathema, marenatha, & exortes a vita perpetua nisi resipuerint, & qui molitur id destruere, sit divisus à Deo, & separatus a SS. Collegio. Obsecro preterea successores qui unquam fuerint meos ut dum hoc legerint scriptum solertius, & memorialiter habeant, & tentant. Actum est in civitote Veronen. in claustro Canonicorum sanctæ Veronensis Ecclesiæ feliciter.

Ego Paltonarius Sacri Palatii in his omnibus interfui, & de mandato D. Pelegrini venerab. Patriarchæ, & aliorum Episcoporum hanc chartulam scripsi.

Ego Gibertus *sanctæ* Veronen. Eccl. *Archipresb. interfui, & subsc.*

† Ego Ugo *Causidicus interfui, & subsc.*

† Ego *Gregorius Adrien.* Episcopus *interfui & subsc.*

† Ego *Geruvicus* Concordiensis Episcopus *subsc.*

† Ego Bonifacius *Belunen.* Episcopus *interfui, & sub.*

† Ego *Azo* Ceneten. *Episc. subsc.*

† Ego *Gregorius Tarvisinus* Episcopus *subscripsi.*

† Ego *Lotharius Vicentinus* Episcopus *subscripsi.*

† Ego *Gilbertus Episcopus Feltren. interfui, & subsc.*

Ego Pelegrinus Dei gratia Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, jamdictam ecclesiam B. Georgii extra, & intus jure prædecessorum meorum conservavi, & confirmavi, & subsc.

Legimus etiam privilegium D. *Pelegrini II. S. Aquilejen. Sedis Patriarchæ in quo continentur omnia, quæ superius scripta sunt, & addidit, quod inferius.*

Nos igitur Pelegrinus II. S. Aquilejensis sedis Patriarcha supradictorum privilegiorũ inspectis tenoribus eodem privilegia rata habentes confirmamus, eenonamus, & ut supradictum est præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut si qua persona sive sit Episcopus, *aut presbyter, aut diaconus aut alicujus ordinis clericus, aut laicus, parva, vel magna persona contra hæc indulta venire temptaverit, aut aliquid de suprascriptis infringere molitus fuerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, nec non sanctorum Martyrum Hermachoræ, ac Fortunati se noverit incursurum, & nisi citius resipuerit sit anathema marenatha, & separatus a Deo, & sanctorum collegio. Actum est hoc Veron. in capella Episcopi in Palatio, quæ est constructa in honore sancti Zenonis anno ab Incarnatione Domini* 1200.3. *Madii.*

Ego Pelegrinus secundus Dei *gratia S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriorcha feci me in hoc privilegio subscribi, & privilegium proprio sigillo meo corroboravi præcipiendo feci.*

Ego Falzerius Parentin. Ecclesiæ Episcopus *manu mea subsc.*

Legimus etiam privilegium D. Vval. S. Aquilejen. Sedis Patriarchæ, in quo continentur omnia, quæ superius scripta sunt & addidit, quod inferius.

Nos igitur Vval. S. Aquilejen. Sedis Patriarcha supradictorum privilegiorum inspectis tenoribus, eadem privilegia eata habentes, confirmamus, & renovamus, & ut supradictum est præsentis scripti patrocinio communimus statuentes, ut si qua persona sive sit Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut alicujus ordinis clericus, aut laicus parva, vel magna persona contra hæc indulta venire temptaverit, aut aliquid de supradictis infringere molitus fuerit indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus, necnon Ss. Martyrum Hermachoræ ac Fortunati, se noverit incursurum, & nisi citius resipuerit sit anathema marenatha, & separatus a Deo & sanctorum collegio. Actum est hoc Veronen. in capella Episcopi in Palatio, quæ constructa est in honorem S. Zenonis anno ab Incarn. Dom. 1207. *Indict. X. die tertio exeunte mense Martii.*

† *Ego Vv. Dei gratia S. Aquilejensis* Ecclesiæ *Patriarcha feci me in hoc privilegio subscribi, & privilegium proprio sigillo meo corroborari præcipiendo feci.*

Ego Henricus civitaten. Ecclesiæ Præpositus, & sancti Felicis in Aquilejen. *m. m. subsc.*

Testes ibi fuere D. Henricus civitaten. ecclesiæ Præpositus, & s. Felicis in Aquilejen. Guilbertus Vicen. Canonicus, Mag. Granotcste, Mag. Odolricus, Mag. Albertus Archipresbyter de Ronco, & Veronen. Canonicus, Erzo Archipresbyter de s. Bonifatio *&* Veron. *Canonicus, Ventura, & Norandinus* Veronen. *Canonici, atque Subdiaconi D. Papæ, Ballanellus Veron.*

Canoaicus, & aliis principales.

Ego Bonifacius sacri Palatii notarius, & rogatus hanc chartam confirmationis scripsi, & domini jussu Vvol. Ven. Patriarchæ me subscripsi.

Nos igitur Bertoldus S. Aquilejen. Sedis Patriarcha supra dictorum privilegiorum inspectis tenoribus, eadem privilegia rata habentes confirmamus, & renovamus, & ut supradictum, & præsentis scriptis patrocinio communimus, statuentes, ut si qua persona sive sit Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut alicujus ordinis clericus, aut laicus, parva, vel magna persona contra hæc indulta temptaverit, aut aliquid de suprascriptis infringere molitus fuerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus, necnon SS. Martyrum Hermachoræ, & Fortunati se noverit incursurum, & nisi citius resipuerit sit anathema Maranatha, & separatus à Deo, & sanctorum collegio.

Ego Bertoldus Dei gratia S. Aquilejen. Ecclesiæ Patriarcha feci me in hoc privilegio subscribi, & hoc privilegium proprio sigillo meo corroborari præcipiendo feci.

Actum est hoc apud S. Danielem prope lacum Garde sub territorio dicti D. Patriarchæ Anno à Nativitate Domini 1220. Indiction VIII. quintodecimo die exeunte Septembre præsentibus D. Gilberto Vicentin. Episcopo, Eppo Præposito de Carn. Albeeto Canonico Patavin. Villelmo de Hub. Otto de Orcob. Henetico Jacobe de sancto Martino, magistro Olderico Canonico Vicentin. Matthæo de Costa, & aliis principalibus. Ego Jacobinus sacri Palatij notarius ad hanc confirmationem interfui, & jussu dicti domini Bertoldi Ven. Patriarchæ me subsc.

Legimus etiam privilegium fratris Bartholomei Ordinis S. Benedicti Episcopi Veron. cujus tenor talis est.

Fr. Bartholomeus Ordinis S. Benedicti Dei gratia Veronen. electus. Universis præsentes literas inspecturis salutem in omnium Salvatore. Quia de prateritis habere scriptum testimonium valere potest causis præsentibus, & futuris, ac litium materias amputare, idcirco firmissime profitemur, dicimus ac etiam protestamur dilectos fratres nostros dominos Bonincontrum Archipeesbyterum, Jacobum de Englario, Albertum de Castrobarco, Bonifacium de Vicecomitibus, Guillielmum de Rupeclaria, Mareimum de Martiis, Bonifacium de Bella, Gregorium de Montelongo, Bonifacinm Phisicum junta montem de Vegero, & Antonium Rovarinum Canonicos ecclesiæ Veronen. & alios Canoaicos, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ præsentes, & eorum prædecessores tanta tempore, quanto memoria hominum ultra nequit haberi, subiectos Patriarchæ Aquilejen. ac enemptos omnino à jurisdictione Episcoporum Ecclesiæ Veronen. & nostra una cum monasteriis, & capellis, & ecclesiis infrascriptis, & aliis ecclesiis ad eos pertinentibus videlicet ecclesia S. Georgij à domo, ecclesia S. Joannis ad fontes, ecclesia s. Pauli Vecchi juxta ripam, ecclesia s. Pauli de Campo Martio, ecclesia s. Joannis in Valle, ecclesia s. Joannis de Quintiana cum capella s. Alenandri juxta Quintianum, ecclesia s. Clementis, ecclesia s. Blasij, ecclesia s. Cęciliæ, ecclesia s. Consolatricis, ecclesia s. Firmi de Curte Alta, sive in capella, monasterium s. Leonardi in Monte Donico, monasterium S Michaelis in Campanea, monasterium S. Paacratii, monasterium S. Cassiani de Paltena, S. Felicis in Algere de Paltena, ecclesia S. Mariæ de Orsenico veteri, ecclesia omnium Sanctorum de Marzaaa ecclesia S. Mariæ de Turan. ecclesia S. Petri de Cappavo, ecclesia S. Pauli de Peuno, ecclesia omnium Sanctorum de Novanis, ecclesia S. Georgii in Sat. ecclesia S. Michaelis de Calmasin. ecclesia S. Faustini de monte Dracoa. ecclesia S. Prodomi, ecclesia S. Ambrosii de Casalalto Brixien. Diœc. ecclesia Lusiæ Adrieasi Diœc. ecclesia S. Mariæ de Villa Paduan. Diœc. in quibus, & aliis ecclesiis ad ea pertinentibus, ac ipsorum personis scilicet prælatis E. clericis, conversis, & sororibus eorumdem, ac maasionariis Ecclesiæ Veroaen patet nobis, & liquido protestamur ipsum Archipresbyterum, & eius successores in spiritualibus, & temporalibus plenam jurisdictionem obtinere. Præterea ad quamlibet ambiguitatem perpetuo removendam omnem libertatem, ac exemptionem, ac jurisdictionem nostram, & successorum nostrorum Episcoporum ecclesiæ Veronen. eisdem Archipresbytero, & Capitulo Veronen. datam, ac datas hactenus a Patriarcha sanctæ Sedis Aquilejen. & ab Episcopis prædecessoribus nostris atque memoratis Archipeesbytero, & Capitulo Veronen. de consuetudine, vel privilegio, ut supra asseruimus, vel alio quocunq; modo sive jure competere posset innovamus, damus, ac concedimus, & perpetuo, ac inviolabiliter approbamus: volentes itaque ut Archipr. & Canonici prælibati, ac successores ipsorum exemptioae, & libertate nostra, & nostrorum successorum Episcoporum ecclesiæ Veronen. jurisdictione in suis, & suorum subditorum prædictorum personis perpetuo potiantur; liceat eidem Archipresbytero, & suis successoribus prædicta monasteria, ecclesias, prelatos, clericos, & personas Ecclesiasticas, ac mansionarios Ecclesiæ Veroaen. libere absque nostra, & successorum nostrorum Episcoporum Ecclesiæ Veronen. contradictione de cætero instituere, visitare, coreigere, & cognoscere de causis omnibus etiam ceiminalibus, quæ eisdem personis, vel inter ipsas movebuntur, ac electiones prelatorum, clericorum, & personarum prędictarum confirmare vel infirmare, ac in eos, & in eas censuram ecclesiasticam, & jurisdictionem perpetuam eaercere, & ad ordiaes etiam sacros eos quibuscunque Episcopis pręsentare: in quorum testimonium, & evidentiam clariorem pręsenses litteras nostro sigillo munitas eisdem Archipresbytero, & Canonicis ejusdem Ecclesię Veronen. pro se, & suis successoribus duximus concedendas, quas per manus infrascriptorum notariorum publicorum jussimus roborari, & in hanc publicam formam redigi. Datæ fuerunt prædictæ litteræ, & concessæ prædictis Dominis Archipresbytero & Canonicis Veeonen. & præsentibus pro se, nomine, ac vice aliorum Canonicorum, & successorum suorum Archipresbyterorum, & Canonicorum Ecclesiæ prædictę Veroaea. per prædictum Ven. patrem D. Fr. Bartholomæum Ordinis S. Benedicti, Dei gratia Veronen. electum dicentem, profitentem, protestantem, innovantem, dantem, & concedentem prædictis Dominis Archipresbytero, & Canoaicis Veronen. in omaibus, & per omnia, ut superius in dictis litteris continetur. Quibus peractis idem D. electus pro se, & successoribus suis Episcopis Veroaen. prædictum D. Bonincontrum Archipresbyterum Veron. præsentem, & recipientem peo se, & vice ac nomine prædictorum Canonicorum præsentium, & successorum suorum de omnibus prædictis, & singulis supeadictis, ut in prædictis litteris superius continetur, pee baculum ligneum, quem in suis tenebat manibus investivit. Actum est hoc in Episcopali palatio Veron. die Jovis penultimo Septembris præsentibus DD. Bernaedo de Altemmano, ac Ubertino de Roman. legum Doctoribus, Thomasino judice de Randino, presbytero Jacobo ecclesiæ S. Joannis ad fontes, dopmno Speredeno Monacho monasterii S Firmi majoris capellano, Tosino mansionario Ecclesiæ Veron. Joanne clerico ecclesiæ de Zerpa, Bonaventura not. D. Vassalli, Gizardo cleeico ecclesiæ S. Joannis in Valle Crisimbene not. de Terzanis, atque Zilio not. de Lonico testibus, & aliis, Anno Domini 1278. sexta indictione. Ego Guizardus de domino Veronensis sacri Palatii not. prædictis omnibus interfui, & de mandato prædicti Domini Veronen. electi me subscripsi rogatus, & ad majorem roboris firmitatem meum signum consuetum apposui. Ego Crisinbenus quondam Guidonis de Tertianis D. Federici Imperatoris not. prædictis omnibus interfui, & de mandato præd. dicti D. Verohen. electi rogatus me subscripsi. Ego Octoboaus D. Comitis Russiai de Louello auctoritate notarius omnibus prædictis interfui, & de mandato prædicti D electi Veronen. rogatus scripsi. Nos igitur Raymundus prædictæ S. sedis Aquilojen. Patriarcha supradictorum privilegiorum, literarum, ac instru-

men-

mentorum, inspectis tenoribus eadem privilegia, ac instrumenta rata, & ipsas litteras ratas habentes confirmamus, renovamus, & ut suprascriptum est præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes, ut prædicti Archipresbyter, & Canonici ecclesiæ Veronen. sint liberi sub jure, & dominio, atque regimine, & jurisdictione Aquilejen. Patriarchæ; ita ut nullus Episcopus Veronen. qui nunc est, vel pro tempore fuerit, aliquam litem, vel molestiam, ac injuriam tam in officiis quam in beneficiis, & aliis eorum rebus, & personis eis inferre possit, sive jurisdictionem in ipsos vel in aliquem ipsorum exercere, sive subditos eorumdem: sed si quis contra eos, vel aliquem ipsorum aliquid dicere voluerit, seu ipsos civiliter, vel criminaliter convenire, ante Patriarchalem Sedem, sub cujus tutela, & jurisdictione est, eos conveniat. Salva tamen ordinaria jurisdictione Archipresbyteri Veronen. in omnibus spiritualibus, & temporalibus, quam cognoscimus de jure, & consuetudine ipsum Archipresbyterum plene obtinere in Veronen. Ecclesiæ Canonicos, mansionarios, præbendarios, prælatos, clericos, fratres, & conversos, & alias ecclesiasticas personas monasteriorum supradictorum, plebium ecclesiasticarum, & capellarum supradictarum, & in suprascripta monasteria subiecta plebes, & capellas superius memoratas subiectas ipsi Archipresbytero, & Capitulo Veron. ut etiam in instrumento, sive litteris suprascriptis fratris Bartholomæi olim electi, & postmodum Episcopi Veron. plenius continetur, & si quæ persona sive sit Episcopus, aut presbyter, sive diaconus, aut alicujus ordinis clericus contra hæc indulta, & scripta venire temptaverit, seu aliquid de suprascriptis infringere molitus fuerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus nec non SS. Hermachoræ, ac Fortunati, & Georgii se noverit incursurum, & nisi citius resipuerit sit anathema maranatha, & separatus à Deo, & Sanctorum collegio. Decernentes nihilominus ex nunc irritum, & inane si secus, vel contra prædicta, seu aliquod prædictorum nostræ jurisdictionis fuerit attemptatum. Ad hujus autem rei evidentiam nos Raymundus prædictæ S. Aquilejen. Sedis Patriarcha fecimus nos in hoc privilegio subscribi, ipsum nostri sigilli pendentis munimine præcipiendo jussimus roborari. Actum est hoc Aquilejen. in camera novi palatii Patriarchalis Anno Domini 1292. quintæ Indictionis, die nono exeunte Januario præsentibus D. Martino Benigno de Mediolano castaldione dicti D. Patriarchæ in civitate, Libo Cupon. de Florentia, Rubeo de Latre magistro, Joanne de Lupico, & Gulielmo de Civitate Austria notariis dicti D. Raymundi Patriarchæ testibus ad hæc vocatis, & rogatis, & aliis, &c.

Ego Nicolaus Civitaten imperiali auctoritate publicus notarius prædictis interfui, & de mandato dicti D. R. Patriarchæ Aquilejensis præsens privilegium scripsi in formam publicam reducendo, &c.

Petri vero fere omnes Prædicatorii Ordinis historici meminere, sed tamen a veritate temporis aberrarunt, cum alii vixisse, & ad hanc dignitatem assumptum fuisse anno 1350. referant, ut Curte, alii 1279. ut Canobius, Pius Michael vero anno 1262. eumdemque confundunt cum Petro alio Scaligero, qui ex Canonico Cathedralis Episcopus Veronen. adlectus fuit anno 1350. deinde ad Laudensem Ecclesiam fuit translatus anno 1388. ut dicemus.

XCVI 95 BONINCONTRUS civis Veronensis, Balthassaris physici filius, eo tempore Archipresbyter majoris ecclesiæ, vir eximius, & pietate clarus, in locum defuncti Petri ex senatu, Clericorumque sententia patriæ Episcopus electus anno 1295. die 13 Decemb. Theobaldo Abbate SS. Firmi & Rustici oblatam sibi dignitatem recusante; cujus electionis, vel postulationis documentum in canonicorum archivo repertum. tale est ab originali.

Die Martis 13. Decemb. in choro Cathedralis Ecclesiæ Veron. Ind. 8. Vacante ecclesia Veronæ Pastore per mortem fel. mem. D. fratris Petri de la Scala Dei gratia olim Episcopi Veronæ, & per renunciationem, & ante confirmationem religiosi V. D. fratris Thebaldi Abb. monast. S. Firmi majoris de Verona electi in Episcopum Veronæ post mortem dicti Fr. Petri.

Venerabilibus viris DD. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Veronen. prælatis, ac universo Clero civitatis, ac diœcesis Veronen. qui vocem in electione Episcopi Veronen. habere noscuntur, vocatis, qui vocandi fuerunt, & præsentibus, qui voluerunt, debuerunt, aut potuerunt electioni futuri Episcopi faciendæ commode interesse ad diem statutum pro electione facienda in choro Ecclesiæ Veronen. ad Capitulum, ut moris est in talibus congregatis; præsentibus DD. fratre Nicolao præceptore Domi S. Sepulchri, fratre Bressano Priori S. Mariæ Caruptæ, & aliis Illustr. doctoribus, ac curiæ Episcopalis viatoribus. Discretus vir D. Lazarus Can. plebis S. Georgii de S. Zoro diœcesis Veron. Vic. dicti Capituli ecclesiæ Veronen. sede vacante, & nunc, & vice dicti Capituli, & discretorum virorum DD. Marchi Archipr. Cong. cleri civitatis Veronæ, & Ant. Archip. Congr. cleri diœcesani Veronen. de voluntate eorundem ibidem præsentium, &c protestatus est, quod non habentes jus in simili electione excommunicati, suspensi, & interdicti exeant e dicta Congregatione, &c. qua protestatione præmissa, &c.

D. Bonincontrus Archip. Veronen,

Alboynus de Scala.

Gregorius de Montelongo.

Arinerius de Carbonensibus.

Gulielmus de Rupeclara.

Bonifacius de Cellulis.

Bonifacius de Vicecomitibus.

Marcus de Marciis.

Mag. Albertus, & Parmesanus Canonici, pro se, & nomine suo, & vice, & nomine Capituli Ecclesiæ Veronen. &c. ejusdem ecclesiæ Veronen. &c. Electores congregati fuerunt numero 156. qui unanimiter elegerunt in compromissarios totius Cleri Veronen. &c.

D. Gregorium de Montelongo.

D. Bonifacium de Cellulis.

Canonicos pro Capitulo.

D. Veronensem Archip. S. Stephani, &

D. Omnibonum Archip. Ss. Apostolorum pro Clero Urbano scilicet Abbatibus, Archiprerb. Parochis, & clericis in totum num 72.

D. Ant. Archip. Gardensem, &

D. Avantium Archip. plebis Ronchi Veronensis diœcesis pro clero diœcesano scilicet Abbatibus, Archipresbyt. parochis, & clericis in totum n. 73.

Qui deinde concorditer elegerunt D. Gregorium de Monte longo Canonicum ad eligendum quem maluerit, & sic dictus D. Gregorius statim elegit dictum D. Bonincontrum ita dicens.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Amen. Ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis, cujus vocabulo Veronen. Ecclesia censetur, & omnium aliorum Sanctorum. Ego Gregorius de Monte longo Canonicus Veronen. elector, & compromissarius de voluntate aliorum coelectorum consociorum meorum, scilicet D. Bonifacii de Cellulis Canonici Veron. Veronensis Archipresbyteri plebis SS. Apostolorum Veronen. Ant. Archip. plebis Gardensis, & Avantii Archip. plebis Ronchi diœcesis Veronen. & de eorum mutuo consensu, Spiritus S. gratia invocata, nomine meo, & ipsorum consociorum meorum, compromissariorum eligo, & postulo, & nomino Ven. I. U. D. Bonincontrum Archipresbyterum majoris Ecclesiæ Veronen. ac totius cleri civitatis, & diœcesis Veronen. de eodem provideo eidem Ecclesiæ Veronen. in Episcopum, & pastorem eligendo, postulando, & postulando in eligendum, prout, seu postulatio melius de jure possit obtinere vigorem, & prædictam electionem, postulationem, seu provisionem, sic publico coram vobis, cui electioni, postulationi, seu provisioni, & publicationi omnes supradicti Canonici, Capitulum, Abbates, Priores, Archipresbyteri, presbyteri supradictarum ecclesia-

rum,

rum, clerici, & prælati, ac universus Clerus civitatis, & diœcesis Veronen. præsentes consenserunt, & prædicta omnia, & singula approbaverunt, ratificaverunt, ac sibi placere dixerunt. TE DEUM Laudantes solemniter altis vocibus decantantes. Quibus ita peractis dictus compromissarius constituit suos procuratores providos viros D. Avantium Archip. Ronchi, & Jo. Judicem de Salodo ad præsentandum supradictum decretum Reverendo Patri D. Raymundo S. Sedis Aquilejensis dignissimo Patriarchæ ad petendam confirmationem, seu postulationis admissionem ab eodem, & ad appellandum si opus esset in forma, &c. scribentibus, & publice stipulantibus.

Ubaldo q. D. Ubaldi Cancell. curiæ Episcopalis.
Gerardo q. D. Bonaventuræ dictæ curiæ scriba, &
Ant. de Contregrano dictæ curiæ scriba.

Quatuor fere annos Bonincontrus Veronensem rexit Ecclesiam, mortuusque est anno 1298. Ejus extat usque in hodiernum diem sepulchrum cum hoc elogio in marmore inciso prope januam majorem Cathedralis.

Iste Bonincontrus Præsul jacet ecce sepulchro
Qui decreta docens radiavit dogmate pulchro.
Obiit vero Pater D. Bonincontrus Episcopus Veronen.
Anno MCCXCVIII. XVII. Junii.

Extat testamentum, ut refert Panvinius, in quo apparet eum futuris cunctis post se Ecclesiæ Veronen. Pontificibus crucem argenteam legasse, librumque moralium; ei vero qui sibi primus successisset nominatim lectulum suum, & præter hæc multa hospitali S. Trinitatis, cœnobio Virginum D. Luciæ, cœnobio Virginum Minorum ad Campum Martium, cœnobio fratrum Augustinianorum D. Euphemiæ, ecclesiæ D. Helenæ, & ad extruendam Tridenti B. Vigilii Basilicam nonnulla. An. 1628. mense Maii cum Cathedralis ecclesiæ porta major ab Alberto Valerio Episcopo interius exornaretur, Bonincontri Episcopi marmoreum adjacens sepulchrum, quod impedimento erat, reclusum, amotumque est, cujus corpus post tot secula adhuc integrum, una cum sacerdotalibus indumentis, nulla ex parte exesis, apparuit, magna circumstantium admiratione. Promulgata per urbem adinventi antiquioris Episcopi Veronensis cadaveris fama, atque ejus sanctitatis rumor ita apud populum, falso etiam miracula disseminantem, increbuit, ut frequentissima supra quam credi posset hominum ætatum omnium turba ad sepulchrum non solum confluxerit, sed variis etiam infirmitatibus, ac à dæmone oppressos Bonincontri meritis curandos adduxerit, ejusdemque Episcopi corpus, vestes, ipsum sepulchrum pie direpta, asportataque fuissent, nisi tutissimo in loco adhibitis custodibus omnia posita essent. Cæterum quæ cito, & nullo innixa fundamento invaluit sanctitatis opinio, ita quoque cito evanuit, oblivionique tradita, pauloque post arca ipsa marmorea cum incluso Bonincontri cadavere, in terra defossa est ad lævam ejusdem portæ.

XCVII. 96 Fr. THEOBALDUS ex Ord. Heremitarum a S. Augustini Monasterii S. Euphemiæ nobilis alumnus, Abbas Ss. Firmi, & Rustici Ord. S. Bened. cum profecto eximiæ sanctitatis, & doctrinæ, ac propterea maximæ in civitate existimationis hic esset, oblatam sibi à clero Episcopatus dignitatem, post fratris Petri obitum recusavit, factumque est, ut ejus loco, eo tempore Bonincontrus eligeretur, quo defuncto ad eamdem iterum evocatus dignitatem an. 1298. totius cleri, & populi precibus victus ad gubernationem Veronensis ecclesiæ, invitus tamen, accessit. In qua quidem dignitate ita se per annos 34 tot enim in pontificatu fuit, gessisse visus est, ut factum de se bis honorificentissimum ab universo clero judicium neutiquam dedecorarit. *Hic*, inquit Panvinius, *ut ab ejus ortu initium ducam, parente natus erat homine, & sapiente, & sancto Veronæ, atque ab ineunte ætate quum divinæ contemplationi vacare desideraret, seque ab hujus mundi illecebris amoveri, auditu tum fratrum Eremitarum S. Augustini cœnobij S. Euphemiæ optima fama, in eorum cœtum adscribi desideravit, & obtinuit. Habitu vero sanctæ religionis suscepto, ita se in cæterorum fratrum sodalitiis gessit, ut unicum esset religionis, pietatis, & omnium virtutem specimen. Ob quas virtutes Abbas Divi Firmi majoris creatus, non longe post bis ad Episcopatum Veronensem vocatus est omnium suffragiis. Qui Episcopatu suscepto quamquam divinis rebus contemplandis, ac Christianæ doctrinæ studiis mirifice deditus esset, ea tamen voluptate non usque eo efferri se passus est unquam, quin opem operamque suam, quandocunque usus poposcisset, egentibus maxima cum humanitatis significatione semper impertierit, se seque in loco ad res gerendas optime accommodarit, nam & audiebat quotidie disceptantes, & assidue jus dicebat, & civitatem, ac diœcesim sæpissime perlustrabat, & reliqua egregij Pontificis munia strenue obire solebat. Mortuus est nonagenario major ex capitis destillatione anno salutis 1331. 13. Kal. Decemb. ac est in Cathedrali ante aram D. Christophoro sacram tumulum accepit. Vacavit sedes dies x. Ab hoc consecratas fuisse Basilicas Veronæ S. Mariæ Consolatricis, & S. Mariæ ad Glaream, & in agro Veronensi Villæ Francæ ecclesiæ altare majus inveni, quod etiam ex inscriptionibus liquet. Ab hoc Episcopo constitutiones editæ sunt quamplurimæ, quas fere omnes postea auctoris nomine suppresso, suo tantum nomine publicavit Petrus Scaliger Episcopus Veronensis.* Hæc ille de Theobaldo. Illum etiam laudibus extollit eximiis Pamphilus in Chron. August. ac beatitatis titulo exornat, cujus sermones ad populum asservari asserit in Canonicorum bibliotheca. Præsens fuit conventui ab Arnoldo Card. Legato Bononiæ habito anno 1309. pro Italiæ pace firmanda, interfuitque coronationi Henrici VII. anno 1311. quo anno Capitulum Canonicorum Veronensium ad sui favorem sententiam obtinuit contra eundem Episcopum Veronensem, super quæstione vertente inter Capitulum, & Fr. Joannem Episcopum Adriensem super ecclesia, seu plebe S. Viti de Lusia Adriensis diœcesis coram Jordano Vicentiæ Archipresbytero, Arnaldi S. Mariæ in Porticu Diac. Card. Apostolicæ sedis legati, judice delegato, super eo quod proponebatur pro parte Episcopi Adriensis, quod Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Veronensis non poterant facere (ita documentum) Syndacos legitimos in quæstione prædicta, absque licentia D. Episcopi Veronensis, & pro parte dictorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli negatur prædicta propositio, immo asserebatur ex parte dicti Capituli, quod Archipresbyter, Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Veronensis, & ecclesiæ ipsis subjectæ, ac ipsorum possessiones, bona, & jura exempta sunt a jurisdictione Episcopi Veronensis, & ab ipso Episcopo, & ejus jurisdictione a longis temporibus retro actis omnino separata, & quod per se agunt, & defendunt constituentes syndacos, & procuratores, & revocantes eos quando volunt pro bonis suis, & causis, sic separatis, & discretis a jurisdictione D. Episcopi Veronensis, absque aliquo consilio, & consensu, & auctoritate præfati D. Episcopi Veronen. Visis, & auditis, & diligenter examinatis allegationibus utriusque partis, & testibus, & instrumentis, & privilegiis productis à parte Capituli Veronen. Consilium mei Amadei Canonici Polen. Reverend. in Christo Patris D. Altegradi Episcopi Vicentini Vicarii generalis, cui de voluntate partium a dicto Judice delegato quæstio supradicta interlocutoria commissa, est talis. Man . . . & consulo, quod prædicti Domini Archipresb. Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Veronen. & eorum bona, & jurisdictiones, sunt discreta, & divisa, a jurisdictione Episcopi, & Episcopatu Veron. & per se libere possunt agere, & defendere, & sindacos instituere, & alia in judiciis, & extra pro ut necessarium est, & quando eis videtur, absque licentia, & auctoritate Episcopi, & Episcopatus Veronen. &

a De quo Gradulphus in dissert. hist. p. 138. Maurus.

quod assertiones exemptionis productæ ex parte D. Episcopi Adriensis in judicio contra capitulum Veronen. nullæ sunt, & nullius valoris & quod ipsis exemptionibus nullatenus obstantibus esse in causa principali legitime procedendum. Lectum fuit supradictum consilium partibus præsentibus in Ecclesia Cathedrali Vicentina die Veneris 2. Aprilis presentibus Dominis Alberico Salvatico canonico Vicentino, Guidone de Belçarano, Bosio de Figardis Mansion. Vicent. & Aycardo clerico testibus, & aliis rogatis, qui judex delegatus sedens pro tribunali secundum formam dicti consilii sententiavit in omnibus, & per omnia, ut superius continetur, & victum victori in expensis legitime factis condemnavit an. MCCCXI. Indict. IX. Nazarius Nuzerius de Luvizo. Duravit deinceps quæstio pro ecclesia prædicta Lusia ad annum usque 1322. diuque agitata est à Saliono Episcopo Adriensi contra Archipresbyterum Canonicosque Veronenses, tandem ad favorem Canonicorum cessit. Acta in publico documento scripta hactenus extant in capitulari archivio, quæ ex parte hic damus ad majorem facti notitiam.

In Christi nomine Amen.

Anno Domini MCCCXIX. Indict. 2. Causa sive quæstio, quæ vertitur inter dilectos viros D. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum Veronenses ex una parte agentes, & ven. Patrem D. Salionum de Buzacarinis de Padua Dei gratia Episcopum Adrien. & alia defendentem super Ecclesia S. Viti de Lunia diœcesi. Adrien. scripta per me Geraedum de Feerariis Not. Vicent. & in publica forma eeducta, ut infra continetur venerab. in Christo Patre D. Saliono Dei gratia Episcopo Adrien. Jordanus Archipresbyter Vicentinus per Rev. Patrem D. Arnaldum miseratione divina S. Mariæ in Porticu Diaconum Card. tunc in his partibus Apostolicæ sedis legatum, judex delegatus reverentiam debitam, & devotam: noveris vestra paternitas Reverenda, quod alias inter discretos viros DD. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum Veronen. ex una parte agentes contra venerab. Patrem D. Fr. Joannem eadem gratia Adrien. Episcopum vestrum prædecessorem ex parte altera defendentem super ecclesia S. Viti de Luxia diœcesi. Adrien. questio coram nobis extitit incboata in qua siquidem fuit libellus exhibitus litis contestatio facta, juramentum à partibus præstitum .... capitula, super quibus testes plures deposuerunt . . . . sint, vel fuerint . . . & aliis plures actus judiciales, sicut in actis ipsius causæ evidenter appaeet, verum quia per dictum capitulum, ut procederemus in ipso nobis commisso negotio fuimus noviter requesiti. Nos attendentes quod sumus in causa ipsa presentibus debitores justitiæ, quod eam postulantibus denegare non possumus, nec debemus. Paternitatem vestram tenore præsentium, auctoritate prædicta, qua in hac parte fungimur cum omni reverentia debita vos requirimus quatenus si vestra, & Ecclesiæ vestræ interesse credit is, & causam ipsam velitis defendere die veneris nono præsentis mensis Martij intimatis per vestrum procuratorem legitimum, aut idoneum responsalem, & ad causam sufficientem instruendam in ipsa causa, prout de jure procedendum fuerit cum parte altera horam tertiam Vicentiæ personaliter compareatis coram nobis in Ecclesia Cath. quem tunc vobis ad id unum pro duobus term. peremptorie, ut vestris, ac partis alteriusque propterea expectat expensis . . . . sive laboribus duximus assignandi, & presentationem quidem præsentium factam vobis eas registrari mandavimus, & registratas remitti.

Billio officiali Episcopali curiæ Vicentinæ, seu alteri nuntio nostro, & jurato publico, suæque relationi dabimus plenam fidem, alioquin absentia vestra non obstante in ipsa causa contra vos, postulata venia licet, procedemus sicut de jure conveniens est, in hoc autem testimonium præsentes litteras fieri fecimus, ac sigillo nostro solito sigillari.

Datum Vicentiæ apud Cath. Ecclesiam anno D. MCCCXIX. indict. 2. die 1. mensis Martij.

Et in medio dicti processus.

Sanctissimo in Christo Patri, ac D. præcipue metuendo D. Joanni divina providentia Sacrosanctæ R. E. dignissimo summo Pontifice, Jordanus Archipresbyter Vicentiæ ejus per omnia, & in omnibus devotus, obediens, & fidelis pedum oscula beatorum. Noverit vestra sanctitas reverenda, à Rev. in Christo Patre D. Arnaldo miseratione divina S. Mariæ in Porticu Diacono Cardinali tunc Apostolicæ sedis legato, me dudum recepisse litteras in hæc verba. Arnaldus miseratione divina S. Mariæ in Porticu Diac. Cardinal. ac S. Sedis legatus dilecto in Christo Archipresb. Vicentia. salutem in Domino. Sua vobis Archipresbyter, Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Veronen. causa quæstione monstrarunt, quod licet Ecclesia S. Viti de Lunia Adriensis diœcesis in spiritualibus, & temporalibus ipsi Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Veronen. sit pleno jure subjecta, dictique Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, & ecclesia jura spiritualia, & temporalia ejusdem plebis diu pacifice possederunt, & quiete: tamen venerab. in Christo P. Fr. Joannes Dei gratia Episc. Adrien. ipsos Canonicos, necnon Presb. Thomasium per eos in dicta ecclesia canonice institutum in possessione, vel quasi dictæ ecclesiæ & jurium pertinentiarum ipsius perturbat multipliciter, & molestat; ideo discretioni tuæ qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus partibus convocatis videas causam, & debito fine decidas, faciens... quod per censuram ecclesiast. firmiter observare, testes autem qui sunt nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint censura præmissa compellas veritati testimonium perhibere. Datum apud S. Michaelem de Busco prope Bononiam 4. mensis Augusti Pontificatus D. Clementis PP. V. anno 1. Quas autem literas post litem contestatam, & testes receptos per partem procuratorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Veron. agentium jam productos ad præfatum ven. Patrem . . . . Adrien. super producendis testibus, quos pro parte adversa producere intendebat, coram provido viro D fratre Gufredo Priore S. Laurentii prope Paduam ven. in Christo Patris D. . . . . Dei gratia Episcopi Paduan. Vicario Generali, cui super hoc alias a me remissio facta fuerat, infrascriptas dum meas literas transmittendas. Qui per procuratorem suum presbyterum Manfredum Canonicum Adrien. Ecclesiæ . . . finem prædictæ sibi dare dilationem, de qua constat in ipsis meis litteris, comparuit coram me, & factis quibusdam suis protestationibus, & exceptionibus, etiam ad sanctitatem vestram, & Apostolicæ Sedis appellationem in scriptis interposuit infrascriptam, & Apostol. instant, & instantissime postulavit.

Et in fine processus.

In Christi nomine Amen.

Anno Domini MCCCXXII. Indict. 5. die Lunæ 6. April. Vicent. in . . . . in domo habitationis infrascripti Alberti, præsentibus D. presbytero Veronen. mansionario majoris Ecclesiæ Vicentiæ, Magistro Albertino sartore, q. Joannis de . . . . & al . . . lecta fuit cedula infrascripti tenoris per me Not. infrascriptam coram infrascripto Alberto ad instantiam infrascripti Joannis de verbo ad verbum cujus tenor est talis. Vobis provido viro Alberto de Valmarana procuratore, & sindico Rev. in Christo Patris Salionis Dei gratia Episcopi Adrien. tamquam Domino litis per litis contestationem ex parte præfati D. Episcopi, ego Joannes mansionarius Ecclesiæ Veronen. procurator, & sindicus, ac nuntius specialiter DD. Canonicorum, & Capituli majoris Ecclesiæ Veron. sindicario, & procurario nomine eorumdem denuntio, & in vestram deduco notitiam, requiro, & reprotestor quod jam dicti D. Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Veron. causam appellationis interpositæ ad Apostolicam Sedem per presbyterum Manfredum Canonicum Adrien. procuratorem, & procuratorio nomine prædicti D. Episcopi Adrien. coram discreto viro D. Jordano Archipresbytero Vicent. Vic. Rev. in Christo Patris D. Arnaldi S. Mariæ in Porticu

Diac.

Diac. Card. alius in partibus istis Apostolicæ Sedis Legati judice delegato in quæstione, seucausa, quæ vertebatur, & erat inter dictos D. D. Canonicos, & Capitulum ex parte una agentes, & vos sindicum dicti D. Episcopi & ipsum D. Episcopum ex altera defendentes super ecclesia S. Viti de Lania Adrien dioces. prout super ad dictorum dominorum Canonicorum, & Capituli Veronen. deveniat notitiam, & totam ipsam causam intemptatam prosequi, & prosequi facere in Romana curia, & apud Apostolicam Sedem. Quocirca vos Albertum de Valmaraaa sindicum, & procuratorem D. Episcopi Adrien. sindico, & procuratorio nomine pro ipso D. Episcopo, & ipsum D. Episcopum requiro, & instantiam peto qua possum, quatenus per vos, vel per procuratorem ipsius D. Episcopi sufficienter constitutos ad totam causam cum mandato agendum, & defendendum, & juribus, & monumentis omnibus ad ipsam causam spectantibus accedatis, vel sufficienter, ut dictum est, mittere procuretis ad Sedem Apostolicam sic instructos, & per vos, seu procuratorem ipsius D. Episcopi vos, in Romana curia coram summo Pontifice præsentetis, vel super hoc . . . . habendi in Kal. Maii proximis ut summo Pontifice, vel cuicumque ali . . . superiori, qui de hujusmodi causa cognoscere visum fuerit expedire finito appellationis articulo, vel de partium voluntate omisso prætendi posse in negotio principali quantum de jure poterit, & debebit rogans in vestra præsentia de præsentis per Notarium infrascriptum mihi confici publicum instrumentum, ad quam protestationem dictus Albertus respondit, quod causam non acceptabat, cum jam sit revocatus sindicus dicti D. Adrien. Episcopi propter alios procuratores, sive sindicos per eum constitutos. Ego Gerardus q. Ferarii Not. s. Petro not. . . . omnibus interfui rogatus, &c.

Vetustissima fuit jurisdictio curtis Lusiæ & Ecclesiæ S. Viti, quam qnidem curtem Canonici in emphyteusim concesserunt Azoni, Ugoni, & Fulconi Marchionibus Estensibns 1079. prid. Kal. Julii Indict. a. deinde renovarunt salvis, & exceptis ecclesiis S. Viti, & S. Floriani, eorumque pertinentiis ad favorem Marchionum Estensium Oppizonis, & ejus nepotis Azzolini, Actum Veronæ die Veneris excunte Julio 1099 a [a Vorte 1189.]. Sic Nicolaus Estensis Marchio anno 1406. 19. Decemb. & Borsius Dux Mutinæ, & Regii, Rhodigii Comes anno 1456. 16. Novemb. à Capitulo fuerunt Investiti. Ex quibus colligitur Veronense Capitulum pleno jure possedisse utrumque gladium, omnimodamque jurisdictionem in curte Lusiæ, suosque feudatarios fuisse Estenses principes. Modo hocce feudum possidetur à Joanne Francisco Mauroceno Patritio, & Patriarcha Venetiarum, & Aloysio ejus germano fratre D. Marci procuratore. Porro Lusia posita est infra confines Padi, Adriæ, & Vangadiciæ Abbatiæ nobilissime. Hæc fuerunt pro Lusiæ jurisdictione Capituli Veronensis acta sub Theobaldo Episcopo, sub quo paulo ante hoc est anno 1303. in communi Canonicorum synodo Paulo Archipresbytero præsidente, idem Capitulum constitutiones eximias statuit perpetuo observandas, ediditque auctoritate ejusdem Archipresbyteri, Canonicorum Veronensium voluntate, consilio, & consensu. Harum vero initium tale est.

In honorem Dei omnipotentis, & Beatissime semper Virg. Mariæ, & gloriosi Martyris Georgii, omnium sanctorum, & sanctarum Dei, & ad utilitatem, & reformationem Canonicæ, & Capituli Ecclesiæ Veronensis, & omnium monasteriorum, ecclesiarum, & locorum subjectarum, & subjectorum Archipresbytero, & Capitulo Veronen. Nos Paulus decretorum Doctor Archipresbyter Ecclesiæ Veronensis præfatæ, infrascriptas constitutiones antiquas, & longo tempore observatas consilio, & consensu, & Canonicorum, & Capituli factas legi fecimus, & solemniter publicavimus præsentibus prædictis Canonicis Veronen. & prælatis, & clericis infradictarum ecclesiarum, monasteriorum, & locorum subjectorum, & subjectarum Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo Veronen. &c.

Sequuntur deinde constitutiones triginta quinque capitibus distinctæ, & publicatæ die 19. Aprilis à Canonicis, prælatis, cæterisque clericis Capituli Veron. subscriptæ; quarum plura adhuc in viridi sunt observantia. Hoc ipso anno inter Canonicos Veronen. eminebat Alboynus Scaligerus Alberti II. Veronensium Principis filius, Manfredi superioris Episcopi nepos, qui deinde insecuto anno relicta toga, & abdicato Canonicatu in urbis Principatu Bartholomæo germano fratri successit, duxitque uxorem Catharinam Matthæi Vicecomitis filiam, eaque defuncta, secundam habuit Beatricem de Corregio Giberti Parmæ domini filiam, genuitque ex iis Albertum Novellum sextum, & Mastinum Septimum Veronensium Duces, obiit vero anno 1311. 3. Kal. Decembris conditus ad S. Mariam antiquam in majorum tumulo, cum superiore anno Veronenses Canonicos, Ecclesiamque sub sua protectione suscepisset, hoc exscripto diplomate.

In nomine Domini. Amen.

Nos Albuinus de Scala Dominus, & Canis frater ejus penes eum Communis, & Populi Veronensis Capitaneus Generalis. Attendentes quod fel. mem. Progenitores nostri majorem Ecclesiam Veronensem constructam ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis gloriosæ, quæ est incolarum Veronensium defensatrix, prosecuti fuerunt prærogativa favoris, & gratiæ specialis, ipsamque in suis juribus, honoribus, libertatibus, & immunitatibus, illibatam, & integram sub protectione sua, suis temporibus habuerunt, & hactenus servaverunt. Ad instar eorum, ejusdem Ecclesiæ, & Canonicorum ipsius constituimus nos ipsos in temporalibus defensores, & ne defectus justitiæ temporalis, & auxilii brachii secularis, Ecclesia, & Canonici memorati patiantur in temporalibus detrimentum de nostra voluntate procedit, quod antiquis statutis ipsius Ecclesiæ in sua remanentibus firmitate, iidem Canonici faciant de novo unum in ipsa ecclesia constitutum juramento firmandum, & inviolabiliter observandum, quod de communibus redditibus, possessionibus, & bonis omnibus Canipæ prænominatæ Ecclesiæ pertinentibus, ad eandem, quæ debent dividi, & distribui tantum inter Canonicos residentes, & servientes ipsi Ecclesiæ in divinis de cætero provideri, seu provisio fieri non possit alicui alio sub quovis ingenio, titulo, vel acquisito colore. Et quia parum est jura condere, nisi sit, qui eadem tueatur, ad nos super violentiis, injuriis, immunitatibus, & cæteris impedimentis per quæ status ipsorum canonicorum, & Ecclesiæ turbaretur, tamquam protectores eorum bonorum temporalium in fiducia recurratur. Et nos ob reverentiam illius sub cujus Imperio Reges regnant, & dominantur universi Principes Orbis terrarum, & B. Mariæ Virginis memoratæ assistente eorum præsidio super omnibus antedictis ad defensionem eorum salutare remedium opponemus, & faciemus eos pari, & plena bonorum suorum libertate gaudere. In testimonium prædictorum omnium præsentes litteras fecimus fieri, & sigillum nostrum munimine roborari.

Dat. Ver. Kal. Feb. an. 1310. Indict. 8.

Fuerat Alboynus in Canonicorum collegio cooptatus ante annum 1289. & ob ejus egregias virtutes, patrisque sui Alberti gratias, & immunitates Canonicis, & Capitulo elargitas, singulari prærogativa, & favore meruit ab ipsis cohonestari; legitur enim in libro, quem catenam vocant, documentum hujuscemodi, in quo Gregorius de Montelongo tunc Canonicus recensetur, ille idem, qui deinceps anno Domini 1303. Archiepiscopus Sipontinus evasit, de quo alibi plura.

In Christi nomine die Veneris 17. intrante Martio in Corticello, quod est supra claustrum a communi Canipa majoris Ecclesiæ, præsentibus D. Mag. Alberto Mansionario ejusdem ecclesiæ, presb. Gulielmo ecclesiæ S. Georgii n Domo Veronæ, presb. Gulielmo Naximbeno ecclesiæ Consolatricis, & Bernardo clerico S. Clementis testibus, &c.

Ibiqae D. Bonincontrus Archipresb. . . . . Bonifacius de Vicecomitibus: Martius de Martiis; Bonifacius de Bella: Gullielmus de Rupeclara: Justinus de Unottis; Gregorius de Montelongo: Azo de Liuno: Artverit de Carbonensibus; Guido Montanus....Canonici ejusdem eccl. Veron....Cap. ad sonum campanæ more solito congregati pro se....Cap....Considerantes servitia grata ad sequtu....quę hactenus Vir nobil. D. Albertus de Scala Capitanneus Veronæ fecit ipsis Canonicis, Capit. & Ecclesiæ, quantaqae, & Vir nobilis, & ejus filius D. Albuynus Canonicus Ecclesiæ Veronen. proximi, & utiles valere Ecclesiæ, & Capit. Veron. . . . eidem Alboyno Veronen. Canonico non minus prædicti Patris sui meritis, quam donis . . & ipsius dicti D. Alboyni morantis in literarum studio, possit proficere, & studere, gratiam facere specialem in Ecclesia Veronen. ex mera librralitate, et sponte per solemnem stipulationem promiserunt præfat e D. Alboyno præsenti, et recipienti, concesserunt . . . . . . inde a festo . . . . proxime venturo in antea semper singulis annis, seu quolibet anno, usque quod dictus Dom. Alboynus assequatus fuerit præbendam, seu beneficium in ipsa Ecclesia Veronen. de decem novem antiquis, et distinctis præbendis ejusdem Ecclesiæ Veronen. percipere debeat. et habere viginti media framenti: duo plaustra vini. et brentam olei de communibas redditibus prædicti Capitali; quam vero gratiam concesserunt . . . . . dicti . . . . . et omnia suprascripta prædicti Archipresbyter, et Canonici pro se, et nomine suo, et dicti Capitali, & dictæ Ecclesiæ Ver . . . . stipulaati pro dicto D. Alboyno asque ad præfinitum tempus firma, rata, grata habere, tenere, & non contra facere . . . . . vel causa de jure vel de facto sub obligatione, & suorum bonorum, & dicti Capituli, & ecclesiæ Veronensis.

Anno Domini 1289. secunda Indictione.

Quantę vero dignitatis, quantęq; existimationis fuerit in albo Canonicorum Veronensium collegio poni, facile ex Pontificum, Cæsarum, Regumq; diplomatibus colligi potest, sed præcipue ex Friderici Cæsaris reiteratis litteris, & Capituli repugnantiis, pro quibus, sedente alio Episcopo, Parmitanum quemdam Canonicum Veronensem Oratorem misit ad obtinendum Canonicatum pro Jo. Veron. Physico. Friderici Epistola digna visa est ut hic exscriberetur.

Feidericus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Honorabilibus viris Archipresbytero, totique Capitulo Veronen. Ecclesiæ devotis suis gratiam suam, & omne bonum. Cum nobis ad memoriam reducitur, & in nostra præsentia ventilatur vestræ protervitæ obstinatæ elatione materia, animæ simul, & indignatione in mentis nostræ secretario commiscentes, Regiam clementiam in ulciscentem iracundiam non immerito provocarent, pro eo quod celsitudinis Regiæ immemores, jura Regia surripitis, dum debita regalia denegatis. Certe jus privatorum auferens, denegans, vel non exequens, prædoni non absone perhibetur parilis; quanto amplius peculatus crimine censeri potest notabilis Principis defraudans. Cum itaque iteratis precibus, & mandatis vobis direxerimus scripta nostra, ut honestum virum Magistrum Joannem de Verona nostrum, & illustris Leopoldi Ducis Austriæ, & Stiriæ principis, & fratris nostri charissimi Physicum domesticum, dilectum reciperetis in Canonicum, & fratrem ob precum nostrarum primitias, nostram, & sacri Imperii reverentiam, jus ad nos delatum à Divis Imperatoribus, & Romanorum Regibus servaturi, sicut a cæteris Imperii Romani prelatis, & personis ecclesiasticis observatur. Vos autem more surdæ aspidis preces nostras hujusmodi non curastis admittere in elusionem, & contemptum imperatorii culminis, nostręque regiæ dignitatis. Qua propter sine juris injuria in condescendentis comminationis strepitu in eas possemus exardescere utique per vim repulsa cum inculpatæ tutelæ moderamine, jus, quod antiqua, & approbata consuetudo ad nos detulit, illibatum penitus conservare. Verum, ut simplicitati vestræ parcere videamur tertio vobis conscribimus, scriptisque devotioni vestræ præcipimus nostræ gratiæ sub obtentu, quatenus relegato excusationis velamine, per discretum virum Parmesanum vestrum Canonicum nuper nostro proposito culmini, quod nullius fore momenti, immo veritas irritum decernimus, & inane: memoratum Magistrum Joannem, cujus legalitas non modicum sibi locum in nostra curia conquisivit, adhuc recipiatis voluntarie in Canonicum, & fratrem, de beneficio, seu plena præbenda in eadem vestra ecclesia eidem adeo liberaliter provisuri, quod devotionis, & fidei vestræ promptitudinem merito commendantes, vos, & ecclesiam vestram gratiosi semper favoris benevolentia debeamus extollere, ac condignis honoribus ampliare. Pro certo quidem credimus, & tenemus, quod in sui receptione magis providebitur ecclesiæ, quam personæ in præmissis taliter facienter, quod vos adhoc faciendum per bonorum vestrorum arrestationem, ac per alia, quæ circa prædicta expedire videbuntur arctare, & compellere non cogamur. Super eo nobis vestram rescribi nolumus excusationem in antea, vel aliqualiter demandari.

Datum in Castris apud Zingelbergh vi. Non. Septemb. Regni nostri anno primo.

Susceperat antea Theobaldus in urbe Servitos, qui S. Mariam de Scalis incolunt, & sacra lipsana SS. Benigni, & Chari an. 1314. in ecclesia S. Stephani Malsesini diœcesis Veronensis, apud Benaci lacum sita 15. M. P. ab ea urbe distante, solemni ritum incluserat, ut vetus ibidem in marmore sculpta testatur inscriptio.

Anno Domini MCCCXIV. Indict. 12. de mense Maii, tempore fratris Gregorii Archipresb. ipsius plebis inceptum fuit opus istius Truinæ, & eodem anno perfectum, & de mense Novemb. Ven. Pater D. Fr. Theobaldus, Dei gratia, Episcopus Veronen. diligenter reposuit reliquias seu corpora Ss. Eremitarum Benigni, & Chari involuta quodam pallio in quadam arca pulcherrima de petra excisa sub isto altari tempore consecrationis ejusdem. Actum fuit hoc præsentibus multis Prælatis, presbyteris, & clericis, atque omni populo astante, præsenti nobili milite, ac viro probissimo Domino Cane de la Scala in Verona, & in Vicentia sacri Imperii Vicario.

Benignus, & Charus, uterque merito clarus,
Sub hoc altari memento digne locari.
Sancti Zenonis Urbis Veronæ Patroni
Hi duo transferre reliquias commeruere
Pontifex Theobaldus hos colit, atque Rotaldus.
Rotaldus in vita, Theobaldus tumulat ita.

Floruerunt hi duo viri sancti anno 800. temporibus Rotaldi Episcopi, de quibus in Cathedralis Ecclesiæ membranis hæc habentur. *Cum Rotaldus Veronæ Episcopus, & Pipinus Caroli Magni filius, una cum universo clero, & populo Veron. S. Zenonis corpus ex sua ecclesia in oratorio in majorem ejus ecclesiam transfere tentarent, & nemo S. Viri ossa attingere auderet, quod divinum quoddam ea loco, ubi jacebant, timorem incutiens omnes propemodum enumerasset, SS. Benignus, & Charus ejus discipulus, qui in vertice præcisi montis in ora Benaci prope Malsesinum loco solitario vitam eremiticam degebant, fama sanctitatis illorum audita, Veronam ab Episcopo, & Rege (Deo inspirante) ad illud sacrum opus accersiti soli suis meritis digni habiti sunt, qui illud sanctum corpus contingerent, atque transferrent. Beati illi viri quantum miseris omnibus compaterentur, quamque duriter vel levissimum quandoque peccatum in se ipsis castigare consuescerent, hinc facile dignosci potest, nam cui diabolus eis prohibere conaretur illud opus transferendi S. Viri corporis, & ob eam rem suo maligno impulsu illis Veronam contendentibus merulam immisisse, quæ perstrepentibus alis, voce crocitantem per angustum, & præruptam callem transvolitando tamquam sinistrum omen portendens eos ab incepto revocaret, S. Benignus avem abjuravit ne ab eo loco dimoveretur, quousque Veronam redirent. Verum cum rediens eo in loco merulam jacentem vi-*

dis-

disset, ratus eum quiescere, & suum adventum præstolari accessit ut illum excitaret, & dimitteret. Sed mortuam illam conspicatus quadragiata dierum urctissimum jejunium sibi indixit, dicens, veala non morte avem dignam fuisse, quippe quæ irrationalis esset, & instinctu dæmonis deliquisset, in cujus rei memoriam merula ex ære conflata eo in loco pependit. Horum festum celebratur die 26. Julii maximo finitimorum concursu, & devotione.

An. 1327. Tarvisii mortuus est XII. Kal. Aug. Canis grandis. Veronam cadaver relatum in marmoreum sepulchrum, illatum super portam ædis S. Mariæ antiquæ, atque Epigramma hoc sepulchro additum.

Si Canis hic Grandis ingentia facta peregit,
Marchia testis adest quam sævo Marte subegit,
Scaligeram qui laude domum super astra tulisset,
Hunc Julii geminata dies undena peremit.
Jam lapsis septem quater annis mille trecentis.

Fuit Canis grandis (teste Panvinio) ut & belli & pacis artibus suo seculo clarissimus, à gestarum rerum magnitudine pro Francisco, Grandis appellatus. Hic præterquamquod Dantis, & Francisci Petrarchæ amicitia insignis fuit, eosque exules extulit, uniceque amavit, bellica gloria ita valuit, ut cum principatum unius tantum urbis adeptus esset, ipse undeviginti, quibus in imperio fuit annis, Vicentiam, Patavium, Brixiam, Tarvisium, Feltrum, Civitatem Belluni, Carniam omnem, & Forumjulii suo imperio adjunxit. Gonzagamque familiam, Passerinis antiquis Mantuæ tyrannis ejectis, eidem urbi imposuit. Unde merito Magni eo tempore cognomen invenit. Fuit præterea liberalis, doctus, magnificus, litterarum cultor, atque admirator, ingenii perspicacissimi, & omnia habuit, quæ in vero Principe requiri solent. In cujus locum fratris filii Albertus, & Mastinus junior Veronæ principatum susceperunt. * Interea plures pietatis, ac religionis Academiæ Veronæ erectę sunt Episcopo Theobaldo. Monasterium, ac Templum Virgini, ac Martyri Luciæ sacrum anno 1309. raro ac singulari miraculo primum fundatum habemus ex Curtio lib. 10. Veronen. hist. Pax quidam nomine, Joannis Draperii filius, cum ulceribus sinistrum pedem cum crure infectum haberet, maximoque angeretur dolore, Medicos advocat, qui cum morbum insanabilem cernerent, sola cruris abscissione sanandum pronunciant. Eorum consiliis tandem annuit, & invitus Pax. In crastinum abscissio protracta. Nocte media seipsum solabatur ægrotus, Domini Jesu passionem, Luciæ Virginis mortem, gladio transfixo gutture pia meditatione perpendens (maxima religione coluerat ante Martyrem Syracusanam) quare pietatis impulsu efficaciores preces ad ipsam dirigens eamdem deprecabatur, ut pro se intercedere dignaretur ad Dominum; & ubi tibi templum bellorum injuriis devastatum stabat, ibi aliud cum xenodochio erigam, ò Diva, multisque virginibus colendum curabo, & si mihi fuerit filia, eam tibi perpetuo dicabo: esto mihi sospita virgo. Fides adeo efficax Pacis extitit, ut eidem statim affuerit luce clarior Lucia, quæ infirmo Paci pacis nuncium afferens, bono corde esse jubet; quæque promiserat reipsa præstaret. Quid plura? sanus illico efficitur Pax, qui mane virginis dona in se collata prædicans, extasi omnes, Medicos præsertim, affecit. Haud distulit votum: quinimo primo vere insequentis anni 1310. Gentile Philippesio de Urbeveteri Prætore, templi, ac monasterii fundamentis jactis, brevi utrumque perfecit, proventibusque ditavit; ac Theobaldus Episcopus sacravit; ibique festivo Apostoli Andreæ die 1319 Pacis filiam Luciam nomine cum aliis duabus puellis Beatrice, ac Catharina iisdem Episcopus Deo, ac virgini, martyrique servatrici dicavit sub Magisterio Helenæ S. Joannis Baptistæ

*Ex Appen. tom. 9.

Zemolæ Patavinæ diœc. Sanctimonialis, quæ ex nobili Aleardorum civium Veronen. familia orta, ob vitæ, ac morum pietatem una cum duabus aliis India, & Thomasina, ex placito Patavini Episcopi, ob id Veronam se contulerant, ut novas plantulas in Benedictino viridario irrigarent, quo desuper spiritale incrementum reciperent. Has inde plures virgines sequutæ sub Regula sanctissimi Patris Benedicti Sanctimonialium chorus hic effectus locus Religione clarus, piè, sanctè cultus; donec & hoc rursus 1517. quo tempore Veronæ suburbia prostrabantur, everso, in urbem se receperunt; ubi nunc adhuc morantur, qui locus Pacis pariter olim munus fuit, à Monachis Benedictinis, qui inibi degebant per ipsum impetratus, Theobaldi hujus Veronen. Episcopi accedente voto.

A Theobaldo pariter Episcopo majus altare, & cœmeterium Ecclesiæ S. Thomæ Cantuariensis Episcopi martyris Ord. S. Mariæ de Monte Carmelo consecrata sunt 10. Kalend. Junias 1316. In quo idem pontifex has Sanctorum lipsanas recondidit. De veste Beatæ Mariæ Virginis, de panno tincto in sanguine S. Thomæ, de Caucurbia, de veste, & cilicio ejusdem, S. Stephani protomartyris, SS. martyrum Gervasii, & Protasii, de Sepulcbro Domini, S. Felicis Episcopi Brixiensis, S. Laurentii martyris, S. Antonii de Vienna, S. Martini, de lapide in quo lavit Christus pedes Discipulis, Sanctarum undecim millium Martyrum, & Virginum, de pulvere, & sanguine earum, Ss. Chari, & Benigni Confessorum, de costis Innocentium puerorum, S. Alberti, Angulphi, & Julittæ: hæc vero firmantur documento per Joannem Nasimbeni, qui dicebatur Bola, Not. rogato, die, & anno ut supra, Indict. quartadecima.

Præter vero Sanctorum lipsanas superius enumeratas, ibidem pariter coluntur & S. Blasii S. Nicolai de Tolentino, S. Metionis Confess. & S. Alberti Conf. Ordin. Carmelitani, ex monumentis SS. Veronensium apud Bagattam & Perettum.

Hoc eodem Præsule Franciscus Senensis Ord. Servorum S. Mariæ, qui post mortem miraculis claruit, Veronam à Petro de Tuderto ejusdem Religionis Generali directus, ibidem à Cane Francisco rerum gestarum magnitudine cognomento Grandi, Urbis Principe, perhumaniter receptus. Hic cum morbo gravi detineretur, voto Deo facto de novo delubro Mariæ construendo, illud in privatis olim familiæ suæ ædibus excitat; statimque sanitate donatur. Civitas miraculo excitata eo advolat, piaque vota largitur. Ibi & monasterium extructum eidem Patri, & sociis incolendum concessit tertio Novemb. 1324. (1) in quo Deiparæ Imago, quæ in dirutis ædibus reperiebatur in ara collocata ex Curtio lib. 10. Veronen. hist. ad cujus pedes Albertus, & Mastinus Scaligeri Canis Grandis nepotes eorum jussu genuflexi penicillis expressi cernuntur. Miraculis innumeris & ad nostra tempora claret. In hoc venerab. templum Thaddæa Carrariensis Mastini uxor, Scaligerique Principes plura semper beneficia contulere; in eoque Albertus, & Bartholomæus, ex hac gente tumulati jacent. Hinc sancta Maria à Scala & nunc appellatur, in qua Scaligera stemmata appensa visuntur, quamplurimæque tabellæ, ac vota patratorum miraculorum certissima signa; Ara maxima Virgineæ Assumptioni sacra, ibique Virginis Imago Felicis Brusasorcii pictoris celeberrimi opus, erecta à familia Sanbonifacia, olim hujus urbis Domina ex Sansovino lib. 3. suæ Chronol.

97 NICOLAUS Mediolanensis, Monachus, XCVIII.
& Abbas Villænovæ Ord. S. Benedicti 5. Kal. Decemb. ann. 1331. electus, sedit laudabiliter an. 5. mortuusque est anno 1336. qui in tanto sacerdotio, ita modeste vixit, ut nemo in eo neque gravitatem, neque pietatem, neque dignam solertis pastoris vigilantiam desideraret.

(1) Ita Ughellus, in hoc corrigendus, quod anni numerum per zyfras exprimens, 1324. scripserit ipse, vel Typotheta ejus supposuerit: cum certum sit Franciscum saltem anno 1316. obiisse. *Acta SS. Maii t. 7. pag. 791.*



XCIX 98 BARTHOLOMAEUS Scaliger Josephi filius, Mastini patruelis, Abbas s. Zennnis Ord.s. Bened. successit Nicolao an. 1336. per Capitulum ad eam dignitatem vocatus, & in ea per Patriarcham Aquilejensem confirmatus, pauloque post consecratus, cujus postulationis modus habetur in publico documento tabularii Canonicorum hujus tenoris.

M.CCCXXXVI.

Die Sabbati 20. mensis Septembris in majori ecclesia Veronæ præsentibus sapientibus, et venerabilibus viris, ac discretis D. Henrico de Mediolano Priore ecclesiæ S. Nicolai Vitcatiæ, Philippo de Cumis Doctoribus, Nerio de Urbeveteri, Joannino de Parma, Bartholomæo de Ernariis, & Simone de Aretio Canonicis Veronæ, D. Joanne de Rodengo capellano ecclesiæ S. Georgii in domo Veronæ, & Nicolao de Urbeveteri Canonico ecclesiæ S. Stephani Veronæ testibus rogatis, & aliis quam pluribus ad præmissa specialiter vocatis, &c.

Ibique sapiens, & discretus vir D. Nicolaus de Lionissa utriusque juris peritus, in hac parte nuncius juratus venerabilis in Christo Patris D. Fratris Blasii Dei gratia Episcopi Vicentini delegati, & commissarii per Reverendum in Christo Patrem, & D. D. Bertrandum Dei, & Apostolicæ Sedis gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarcham speciliater ad hæc deputatis. Constitutus in præsentia venerabilis viri D. Joannis Archipresbyteri majoris ecclesiæ Veronæ pro Communi Episcopatus Veronæ, & Vicarii Capituli, Episcopali Sede Veronæ pastore vacante, cum devotione, qua decuit præsentavit litteras præfati venerabilis Patris D. Blasii Episcopi Vicentini delegati, & commissarii prædicti apertas scriptas in charta de papiro ejusdem D. Episcopi sigillo sigillatas, quarum tenor cognoscitur esse talis.

Frater Blasius Dei Gratia Vicentiæ Eccl. Episcopus dilecto sibi Reverendo viro Joan. Archipresbytero majoris Ecclesiæ Veronæ salutem in Domino. Volumus vestræ prudentiæ præsentibus notum esse quod diebus elapsis proxime, vir providus D. Nerius de Urbeveteri Canonicus dictæ Ecclesiæ Veronensis syndicus, & procurator, ac syndicario, & procurato eio nomiae Joan. Archipresbyteri Canonicorum, & Capituli dictæ Ecclesiæ Veronæ, & aliorum clericorum, ac etiam D. Petrus clericus de.... procurator, & nuntius reverendi viri D. Fratris Bartholomei Abbatis sancti Zenonis de Verona, Veronensis electi comparuerunt, & repræsentaverunt se in judicio coeam Reverendissimo D. nostro, atque Patre Domino Bertrando miseratione divina S. Sedis Aquilejensis dignissimo Patriarcha, fidem facientes de suo syndicatu, & procuratione antedictis, & petierunt nomine, quo supra electionem per vos Canonicos, ac Capitulum prædictos, & alios electores de prædicto Rev. viro D. Fratre Bartholomeo Ordinis S. Benedicti electo Veronæ, prout asseruerunt, rite, & canonice celebratam, per ipsum seu delegatos ab ipso tanquam canonice, & rite, atque legitime factam, & omnia ex ipsa electione secuta authoritate Metropolitana confirmari, & deinde consecrari eundem secundum canonica instituta, coram eodem Reverendiss. P. & Domino. Nihilominus proponentes quod propter guerrarum discrimina, & periculosa locorum notitia, itinera, & suspecta, dictus electus se non potueeat, nec poterat absque gravi periculo, & metu mortifero coram sua præsentia comparere, & se ad prædicta petenda humiliter præsentare, & quod sæpedictus Reverendiss. P. & D. D. Bertrandus Patriarcha considerans prædictis, & aliis in suis nobis commissionis, & delegationis litteris patentibus sui noti sigilli appensione munitis plenius enarratis, confirmationem præfati electi, convocato nobiscum, circa examinationem personæ, & electionis prædictæ, viro provido Mag. Jacobo de Carraria, & consecrationem, & circa confectionem ipsam duobus Episcopis, quos eligendos duximus ad tanti executionem negotii convocandis, commisit expressius, delegans, & committens nobis in premissis totaliter vices suas prout in ipsa delegatione, & commissione seriosius continetur.

Quare Nos volentes circa præmissa quatenus supradicto Mag. Jacobo, & una cum eo, & ipse nobiscum mature, ac cum solemni, ac diligenti deliberatione procedere, ut tenemur, discretioni vestræ Authoritate, qua fungimur presentium tenore committimus, vobisque sub excommunicationis pœna, quam ex nunc prout ex tunc, nisi feceritis, quæ præcipimus canonica monitione præmissa in vos ferimus in his scriptis, districte precipiendo mandamus, quatenus statim eceptis presentibus, in ecclesia Veronensi predicta ex parte nostra moneatis publice omnes, & singulos quorum interest, qui voluerint se opponere tam cōtra dictum electum, quam contra electionem prefatam, quod infra quintum diem post presentationem presentium numerandum in civitate Veronę in loco Monasterii S. Zenonis Majoris compareant legitime coram nobis ad opponendum si, qua volunt, tam contra electum prædictum, quam contra electionem prefatum, quare prædicta electio, & omnia secuta ex ea, per nos non debeat confirmari, quem terminum pro duobus edictis, & uno perentorio eis præfigimus, tum etiam assignamus, alioqnia ad confirmationem electionis prædictæ, & alia in hujusmodi negotiis pro, ut de jure fuerit, procedemus, ipsorum citatorum absentia, seu contumacia non obstante. Diem vero receptionis, & præsentationis prædictæ, & quidquid super prædictis duxeritis faciendum remissione præsentium nobis per instrumentum publicum harum seriem contineates intimare sollicite procuretis: Et ne prætendi possit ignorantia prædictorum huic nostræ monitioni manifestæ, quas ad cautelam fecimus registrari, & de ipsorum præsentatione latori earum in hujusmodi negotio jurato nostro nuntio dabimus plenam fidem. In cujus rei testimonium præsentes fieri juss. & nostro sig. a tergo muniri.

Datum Vicentiæ die 20. mensis septembris quarta Indictione in nostro Episcopali palatio.

Commissio &c. *D. Nicolao de Lionissa familiari nostro, & jurato nuntio ad prædicta &c.*

Quas quidem litteras præfatus D. Joannes Archipresbyter cum reverentia qua decuit recepit, & illas coram omnibus ibi assistentibus tam clericis quam laicis in multitudine copiosa legi, & publicari fecit, quibus literis lectis, & publicatis statim idem Dom. Joan. Archipresbyter tanquam obedientię filius coram omnibus suprascriptis, & me Notario infrascripto in suprascripta Majori ecclesia Veronæ monuit, & precepit, & peremptorie juxta continentia dictarum litterarum si esset, vel essent aliqui qui vellent contradicere supsascriptæ electioni factę de Reveren. in Christo Patre D. Bartholomęo Dei gratia Abbate Monasterii sancti Zenonis Veronæ in Episcopum Veronensem, & contra personam ipsius, vel eligentium personas, & aliqualiter se opponere omnes qui sua credunt interesse legitime compareant, & comparere in dicto Monasterio S. Zenonis Veronæ coram ipso D. Episcopo Vicentino hinc ad quinque dies proxime futuros, alioquin transacto termino dictorum quinque dierum procedetur ad confirmationem, vel infirmationem electionis prædictæ, prout de jure fuerit procedendum, & nihilominus prædictus Dominus Archipre-

sbyter

sbyter præsente præfato D. Nicolao de Lionissa supraſcriptas litteras cum ſuis propris manibus appendit, & affixit ad majores Januas, ſive Regias dictæ majoris Eccleſię Veronenſis, ut prædicta omnia, & ſingula ſint clara, & manifeſta, & copiam videre, & habere poſſint quicumque velint: mandans nihilominus infraſcripto quod de omnibus, & ſingulis unum, & plura conficiam inſtrumenta, &c.

Ego Oliverus de Nuptiis de Cremona publicus Imperiali authoritate Notarius, & dicti Capituli Veronenſis ſcriba prædictis præſentationi, receptioni, lecturæ, publicationi, monitionibus, et præceptis, ac affixioni dictarum litterarum præſens fui, et ea omnia, et ſingula de mandato præfati D. Archipresbyteri ſcripſi, & in publicam formam redegi rogatus, & ad majorem firmitatem prædictorum ſignum meum apposui conſuetum, &c.

Confirmatio D. Bartholomei della Scala Epiſcopi Veronenſis facta per D. fratrem Blaſium Epiſcopum Vicentinum præſente, & aſſiſtente D. Jacobo de Carraria Canonico Tarviſino, authoritate D. Bertrandi Patriarchæ Aquilejenſis.

Die Veneris 17. Septembris in choro eccleſię s. Zenonis Veronæ preſentibus venerabilibus in Chriſto Patribus D.D. Petro Paulo Epiſcopo Tarviſino, Fratre Gilberto Epiſcopo Tiberiadis de Orpine Carmelitarum Fratre . . Epiſcopo . . . de Ordine Eremitarum, Don. Alberto Abbate S. Columbani de Bobio. Fratre Benedicto Abbate monaſterii s. Firmi Minoris: D. Gulielmo Canonico plebis Porti. Dominis Joanne Archipresbytero N.I.Bar.Bo.S. & Dinadano Canonicis Veronenſibus, Dominis Petro de Oclidecane Clerico, Petro de Broylo, Henrico de Mediolano, Philippo de Cumis, & Nicolao de Lioniſſa Judicibus. Joanne Bola. & Pegorario Notariis curiæ Epiſcopalis, & multis aliis prælatis, clericis, & laicis teſtibus rogatis, & aliis, &c.

Interrogationes factæ per dictum D. Epiſcopum Vicentinum aſſiſtente dicto D. Jacobo, & receptionis factæ per D. Joannem Archipresbyterum Veronæ, & poſtmodum per ſupraſcriptum D. Epiſcopum Veronæ.

Die Sabbati 20. menſis Septembris in medio eccleſiæ ſancti Zenonis Veronæ præſentibus omnibus ſupraſcriptis, & multis aliis clericis, & laicis teſtibus, &c.

Conſecratio, & Juramentum præſtitum.

Die Dominico penultimo menſis Septembris in choro dictæ eccleſiæ S. Zenonis Veronæ præſentibus dictis omnibus, & multis aliis prælatis, clericis, & laicis regularibus, & ſæcularibus, & laicis teſtibus, &c. Die Dominico ſupraſcripto in palatio Monaſterii S. Zenonis Veronæ præſentibus omnibus ſupraſcriptis teſtibus, & multis aliis clericis, & laicis teſtibus. Quædam publicatio cujuſdam inſtrumenti publicata, & lecta per me Oliverum Notarium ad mandatum Domini fratris Blaſii Epiſcopi Vicentini aſſiſtente continuo dicto Domino Jacobo de Carraria authoritate Patriarchali ſcriptum manu . . . Notarii ipſius Domini Epiſcopi Vicentini exemplatum.

Bartholomæus itaque legitime Veronæ Epiſc. conſecratus, à Maſtino, & Alberto Scaligeris fratribus, Dominiſque Veronæ omnium immunitatum, juriumque, quæ anteceſſores ſuos ab Imperatoribus, & Rom. Pontificibus ſuſceperant, pro ſe, ſuoque Epiſcopatu confirmationem recepit, retulitque hoc gratioſum diploma an. 1338.

Nos Maſtinus de la Schala una, cum Magnifico D. Alberto fratre noſtro civitatis Veronen. &c. Capitaneus, & Dominus generalis. Conſiderantes divinarum eccleſiaſticarum rerum, & bonorum tuitionem magnum donarium eſſe omnipotenti Deo, intendentes, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, in quantum de jure poſſumus, & tenemur jura, & juriſdictiones, honores, & bona Epiſcopatus Veronen. tueri, manutenere, & pro viribus ampliare tenore præſentium, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, & arbitrii quod, & quam in civitate, et diœceſi, deſtrictu Veronæ divina diſponente clementia, et

A poteſtate Commun. & populi Veronen. dignoſcimur obtinere, ac omni alio modo, & jure quibus melius poſſumus ex certa noſtra ſcientia ratificamus, & approbamus, confirmamus, & innovamus, ac etiam de novo concedimus Venerabili nobis in Chriſto Patri D. Bartholomæo de la Schala Dei gratia Epiſcopo Veron. recipienti pro ſe ipſo, & ſucceſſoribus ſuis, & Epiſcopatu Veronæ omnia, & ſingula jura, omneſq; immunitates, conceſſiones, aquiſitiones, honores, gratias, & privilegia cujuſcunq; generis, & tenoris exiſtant quos, & quas, & quæ idem Dom. Epiſcopus, & Epiſcopatus Veronę habent, & tenent, & poſſident, quaſi, ſeu habere, tenere, & poſſidere, & quaſi per ſe, vel per alium, ſeu alios conſueverunt in civitate, & burgis, & diœc. Veronæ, & maxime, in villis, curiis, & pertinentiis Bodoloni, & Montisfortis, & Palli Veron. deſtrictus, & in qualibet earumdem, & in qualibet alia villa, curia, & pertinentia, parte, ſeu loco diœc. vel deſtrictus Veronæ tam ex privilegiis, vel conceſſionibus, & gratiis quibuſcunq;
B Romanorum Pontificum, vel Imperatorum, Regum Ducum, Marchionum, vel Comitum, ſive quorumlibet prædeceſſorum noſtrorum. quam etiam quorumlibet aliorum fidelium, ſeu etiam ex conſuetudine, vel quocunque ſtatuto, vel alia quacunque ratione, jure, vel cauſa, ita quod dictis juriſdictionibus, immunitatibus, privilegiis, conceſſionibus, gratiis, & honoribus quibuſcunque, & quolibet eorumdem per ſe, & alium, ſeu alios tam in ſpecie, quam in genere communiter, & diviſim prædictus D. Epiſcopus, & ejus ſucceſſores, & Epiſcopatus Veronæ uti, & libere exercere poſſint ea, & valeant in omnibus, & per omnia, ut in prædictis privilegiis, immunitatibus, gratiis, & conceſſionibus plenius continetur: & quemadmodum ipſe, & prædeceſſores ejus Veron. Antiſtites, & Epiſcopatus Veronæ per ſe, & per alios uti, & exercere potuerunt, & exercere fecerunt, & ſunt hactenus conſueti, & prædicta, & quodlibet eorum habere, tenere, & poſſidere, & quaſi ſine alicujus perſonæ, collegij, Capituli, vel Univerſita-
C tis contradictione. Abſolventes inſuper, & eximentes, ac etiam liberantes ex certa noſtra ſcientia, & de plenitudine noſtrę poteſtatis dictarum villarum, curiarum, & pertinentiarum Bodoloni, Montisfortis, & Palli Communia, & homines, & familias, ac omnes, & ſingulos ſtantes, & habitantes in eis, & qualibet ipſarum, & in aliquibus aliis locis, & villis ſupraſcriptis, & caſis, & pertinentiis cujuslibet earumdem nunc, & in futurum ab omnibus, & ſingulis ſcuſis, daciis, & factionibus, impoſitionibus, & præſtationibus tam angariis, quam perangariis, & aliis generis cujuſcunq;, & ab oneribus realibus, perſonalibus, & mixtis, ordinariis, & extraordinariis, & aliis quibuſcunque gravaminibus ipſis, vel alicui prædictorum communiter, vel diviſim impoſitis, vel de cętero imponendis per Commune, & homines, & officiales Veronæ qualitercunque, vel quomodocumque quocunq; quæſito colore, & quod omnia eorum, & cujuslibet eorum reſidua communiter, vel diviſim de libris Communis Veronæ, ac omnium locorum ſubjectorum
D eidem, et omnium, et ſingulorum officialium, et dictorum Communis, et locorum cum effectu debeant cancellare, et pro cancellatis, et annullatis totaliter, et penitus habeantur cujuſcunque generis, et conditionis exiſtant eiſdem communibus locis, & hominibus, & cujuslibet prædictorum omnem conceſſionem, immunitatem, et gratiam circa prædicta, vel aliquid prędictorum a quibuſcunque, et ſub quacunque forma verborum hactenus datam, conceſſam, vel præſtitam præſentibus confirmantes, et innovantes, ac etiam de novo de ſpeciali gratia, et ex certa ſcientia, et plenitudine poteſtatis concedentes, eo ſcilicet quod ipſi ſaltem canipis, & de canipis Communis Veronæ ſicut hactenus conſueti ſunt accipere teneantur. Injungimus igitur, et per præſentes diſtricte præcipiendo mandamus D. Poteſtati noſtro, et Cōmunis Veronæ, Vicariis, Judicibus et cunctis aliis officialibus tam noſtris quam Communis et populi Veronæ, et omnium aliorum locorum, et eorum officiali-

bas, & rectoribus præsentibus, & fataris, ac etiam omnibus, & singulis Communibus, collegiis, & Capitulis, & Universitatibus, & quibuslibet aliis peesonis civitatis, & diœc. & districtus Veron cujuscunque sint præeminentię, conditionis, dignitatis, aut status, qai nunc sunt aut pro tempore erunt, quatenus præfatum D. Episcopam Veronæ, ejusque successoees, & Episcopatum Veronæ, & eorum nuntios, & procuratores, & sindicos, ac dicta Communia, & homines dictatum villarum Bodoloni, Montisfortis, & Palli, & aliorum omnium prædictorum locorum, & qaolibet stantes, & habitantes, in qualibet ipsarum seu inpertinentiis cujuslibet earumdem nunc, vel in futuram de predictis omnibus, & singulis, vel circa prędicta, vel aliqaod prædictorum inquietare, vel molestare quoquomodo communiter, vel divisim non aadeant, vel præsumant qualibet ratione, vel causa, nec permittant ab aliis molestari, vel inquietari quatunqae ratione, vel causa, seu qaocunque quæsito coloee in uno cujuslibet prædict., vel alicui peædictoeum obviare qaalitercunque volenti penitas debeant audientiam denegare, non obstantibus aliquibus jaribus, statutis, reformationibus Communis Veronæ, & omnium aliorum peædictorum locorum, ac peivilegiis, & rescriptis factis, & fiendis, impetratis & impetrandis in posterum sub quacuaqae forma, & cujascunque tenoris, & conditionis existant, quibus omnibus, & singulis in quantum prædictis, vel alicui prędictorum conteadiceeent, sea etiam in aliquo obviarēt ex ceeta nostra scientia, & potestate prędictis per pręsentes totaliter derogamus, et derogatum esse volumus, & mandamus perinde, ac si de qualibet ipsorum specialis, & expressa mentio, & eevocatio quo ad prędicta præsentibus facta force. Si quis autem huic nostræ saluberrimæ sanctionis, gratiæ, & concessionis edicto, quam, et quod costitutioni, et statutis prædicti Communis Veronæ volumus habere vigorem, et pro statuto precise debere ab omnibus, et singulis nostris, et Communis Veronæ subdictis, et districtualibus semper, et inviolabiliter observari, audaci spiritu, et mente sacrilega temere contraire presumpserit, noverit se indignationem omnipotentis Dei, et nostram, et nihilominus pœnam proprie temeritati condignam, nostroque arbitrio, et successorum nostrorū imponendam penitus incursarum, quicqaid autem contra prædicta, vel aliqaod prædictoram qooquomodo factum fuerit, vel etiam attentatum, ipso jure decernimus non valere, et carere penitus omnibas juribus pariter, et effectu. Prædictæ autem concessionis litteras sapeadictas, Ego Homo Bellus quondam D. Homo Bellicivis Veron. e publicus Not. et curiæ præfati D. Mastini sceiba manu scripsi, et præfati Mag. D. Mastini ad æternam rei memoriam, et testimonium prędictorum sigilli appensione munivi secundum quod mihi jussit, et mandavit providus, et discretas vir Mag. Nicolaus quondam Mag. Petri de Santo Joaane ad forum generalis scriba curiæ antedictæ.

Actam, & Datum Veeonæ in aula nostra sub anno Domini MCCCXXXVIII. die Jovis XII. mens. Martii Indict. VI.

Ego magister Nicolaus de S. Joanne ad foram de Veeona supradict. Imperiali auctoritate Not. Cancell. Mag. D. D. Mastini de Seala prædictis omnibas, dum per præfatam Mag D. D Mastinum concessa fuerunt, interfui, & ad majorem omnium, & singuloram subscriptoram firmitatem me tanqaam personam, cai per præfatum Mag. D. Mastinum prędicta comissa fuerunt subsc.

Post hæc die Jovis 27. Augusti Mastinus Scaliger, suasu Azzonis de Corrigio Parmensis, Baetholomæum nihil tale suspicantem, adacto cominus gladio ioterfecit ante januam Episcopii Veronensis hora Completorii. Pateati facinoris historiam refert Hieronymus Cuetep 2. Hist. Veron. cap. 11. alii que quamplurees. Cujus quidem tum nefarii sceleris expiationem grandis pecuniæ summa paeisci cum Ecclesia Romana tempore Benedicti Papæ XII. refert Panvinius in chroaica. Pontifex vero idem Benedictus in Episcopi vindictæ ultioaem tum primum sibi Veeoneasis Ecclesiæ Episcopi electioaem reservavit 8. Kal. Octob. deceeaens irritum, & iaanem Cleri electionem esse. En Epistola, quam Bertrando Aquilejensi Patriarchæ io executiooem soæ voluatatis mandavit.

Dilectis filiis Archipresb. Canonicis, & Capitulo majoris Ecclesiæ Veron.

Sanctæ Sedis Aquilejensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus dilectis filiis Archipeesbytero Canonicis, & Capitulo majoris Ecclesiæ Veronæ salutem, & syncæram dilectionem. Noveritis Nos recepisse noviter quasdam litteras patentes Apostolicas reservationis hac vice factæ per D. N. summum Pontificem de provisione Veronensis Ecclesiæ nunc vacantis b. m. Baet. Episcopi Veronen. quarum tenor scriptarum in hæc verba.

Benedictas Episcopas servus servorum Dei.

Venerabili fratri Patriarchæ Aquilejensi salutem, & Apostolicam benedictionem, &c. Pridem fide digna relatione peecepta, quod Ecclesia Veron. per obitum bonæ memoriæ Barth. Episcopi Veron. erat Pastoris solatio destitata. Nos intendentes eidem Ecclesiæ de persona idonea providere provisionem ejasdem Ecclesiæ ea vice dispositioni, & ordinationi nostræ duximus specialiter reservandam, districtius inhibentes dilectis filiis . . . . . Capituli ejasdem Ecclesiæ, & quibusvis aliis nec ad electionem, vel postalationem futuri Episcopi Veronen. procedere quoqaomodo præsumerent, ac decernentes ex tunc irritum, & inane si secus saper his quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Qaocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta districte peæcipiendo mandamas, quatenus contra reservationem hujusmodi nihil pee te, vel aliam supee hoc attentare præsumas.

Dat. Avenione 4. Kal. Octobr. Pont. nostri anno qaarto.

Eodem aono, ac die litteras scripsit eidem Patriarchæ Aquilejensi dolore pleaas, ac męstitia, cum ad ejus aurees indignum facinus Scaligerórum in Episc. Bartholomæum patratum perveaisset, iajuagens eidem, ut diligenti cura casum exploraret, & reos juxta Canonum sanctiones, & Concilia pœaa mulctaret. Litteras exhibemus ex Vaticano Regesto.

Benedictas, &c.

Venerabili fratri Patriarchæ Aquil. Infaustus rumor ad Apostolatus nostri deduxit auditum, quod Mastinus della Scala diabolico spiritu instigatus, in illius horrendi criminis atrocitatem prorupit, quod in proprium insargens Antistitem, ac spiritualem patrem, scelus parricidij committere non formidans, eam quibusdam suis in hac parte complicibus, bonæ memoriæ Bartholomæum Episcopum Veronensem detestando facinore propriis, funestisque manibus interemerit, contra quos tanto est gravius procedendam, quanto in detestabilis exempli peenicicem hujusmodi funesta pernities transiret damnabilius impunita. Qaocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenas contra eundem Mastinum, & quoeamcumque alios tanti reatus sacrilegos patratores, necnon adversus eos, qui super hoc culpabiles extiterint dando auxiliam, consilium, vel favorem, de quoram reatibus in nece dicti Episcopi peepetratis diligenter prius te stadeas informare, ad publicationem pœnaram, quas per Viennense Concilium, & alios sacros Canones incurrisse noscantur, & etiam inflictionem, sea executionem earum quantum ad te spectare dignoscitur, omni dilatione, & appellatione remotis, auctoritate nostra procedas, &c.

Dat. Avenione 8. Kal. Octobris, anno quarto.

Excitatus iis litteris Patriarcha cum aliis viris diligentee toto fere ipso anao elaboravit, causamque tanti facinoris ad Benedictum detulit, & Mastinus, Albuinusque Scaligeri veniam, & absolutionem patrati delicti humiliter petentes misericordiam, & veniam à Pontifice impetrarunt, iis pęnis additis ad expiatioaem, quas io litteris suis perscripsit

ad Episcopum Mantuanum, ut posteri deinde metum conciperent, ne sanctis Christi sacerdotibus manum temerariam opponerent, quos nec tangere, nec in eos malignari docet divina sapientia. Benedicti vero literæ ex Reg. Vat. sic se habent.

Benedictus, &c.

Venerabili fratri Episcopo Mantuano. Licet atrocissima sit illorum injuria, qui manus sacrilegas in necem spiritualium Patrum extendunt, ea indigeat, auxilium Ecclesiæ invocat, qui eam tam acerbiter in sublimibus ejus columnis, atque sponsis offendunt, quia ipsa tamen quod matris est exhibens, non consuevit claudere gremium, sic recipit pœnitentes, quod delinquentes pœna castiget. Cum sint culpæ quarum gravitate pensata crudeliter parcitur, & misericorditer desævitur. Sane nobiles viri Mastinus natus quondam Albuini de la Scala, & Albuinus quondam Canis Grandis de la Scala, cives Veronenses per dilectum filium Guillelmum de Pastreyo nuntium, & procuratorem eorum ad infrascripta specialiter constitutum, ac per eos adhoc ad nostram præsentiam destinatum, nobis humiliter exponere curarunt, quod dudum ad audientiam imo sicut asseritur notitiam eorum deducto, quod bonæ memoriæ Bartholomæus de la Scala Episcopus Veronensis tractabat cum Venetis, at Florentinis, tunc ejusdem Mastini capitalibus inimici, civitatem Veronensem de manibus præfati Mastini violenter eripere, ipsumque proditorie interficere; eodemque Mastino de suis certificato tam per litteras super hujusmodi tractatu habitas, & inventas, quam per relationem fidei dignarum personarum, acc non per jactationem, & collutionem verbalem, quam idem Episcopus cum multis civibus Veronensibus, & etiam forensibus de quibus credebat posse confidere faciebat, eos ad similis machinationis operam, & consensum omnibus quibus poterat persuasionibus inducendo, idem Mastinus timens propter dictorum inimicorum potentiam per tractatus, & persuasiones hujusmodi perdere statum suum, ac ex iis ad iram commotus, ejusq; calore succensus, ipse, & Albuinus præfatus in personam dicti Episcopi fecerunt insultum, ipsumq; multis sibi illatis vulneribus occiderunt. De quo siquidem reatu plurimum pœnitentes per eundem procuratorem præmissa nobis devote, & humiliter exponentes, & quod ad præsentiam nostram, propter multorum inimicorum suorum insidias, quas probabiliter formidabant, absque personarum periculo se conferre personaliter non valebant, nobis humiliter supplicarunt, ut eos de hujusmodi reatu plurimum, ut præfertur dolentes pariter, & contritos, ac ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ redire cupientes, ac super his stare parati mandatis ejusdem Ecclesiæ, atque nostris ab excommunicationis sententia, quam propterea incurrerunt absolvi de ipsius Ecclesiæ misericordia mandaremus: nos igitur eorundem Mastini, & Alboini magna contritionis inditia, nobis pro parte ipsorum exposita attendentes, ac de circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus quatenus ab eisdem Mastino, & Albuino de parendo mandatis nostris, ejusdem Ecclesiæ prius recepto corporaliter juramento, ipsos auctoritate nostra ab hujusmodi excommunicationis sententia junta Ecclesiæ formam absolvas injungens eis sub debito præstiti juramenti:, quod infra octo dies, post absolutionem hujusmodi ab introitu ejusdem civitatis Veronensis, cujus Episcopum occiderunt, pedites in tunica sine capucio, & super tunicali, ac alio quolibet cooperimento capitibus discoopertis incedant, & vadant, & ante se portari faciant centum cerea tortitia accensa quolibet ponderis sex librarum, & eorum quilibet unum accensum cereum dicti ponderis propria manu portet ad ejusdem civitatis Ecclesiam Cathedralem, & ibi in aliquo die Dominico, vel solemniori hora, qua missa major cantatur, & in dicta Ecclesia ubi major fuerit populi multitudo offerant dicta tortitia cerea, & a Canonicis dictæ Ecclesiæ veniam dicti delicti cum humilitate deposcant, & deinde infra medium annum a die absolutionis hujusmodi computandum, unam imaginem argenteam B. Mariæ ponderis triginta marcarum, & decem lampades de argento, quarumlibet ponderis trium marcharum in dicta Ecclesia offerant, inibi perpetuo remansuras, & redditus annuos perpetuo assignent pro oleo habendo ad dictas lampades necessario, & nihilominus infra dictum annum in ipsa Ecclesia sex capellanias doteat quamlibet de viginti florenis auri de Florentia annuis, & perpetui redditus per sex presbyteros, qui in dicta Ecclesia ultra illos, qui esse consueverunt, ibidem officiose perpetuo teneantur, quorum duo pro anima ejusdem Episcopi interempti, unusquisque videlicet per hebdomadam suam debeat celebrare, in die vero qua dictus Episcopus extitit interfectus quilibet eorumdem Mastini, & Albuini singulis annis habeat vestire viginti quatuor pauperes, & singulis singulas tunicas conferre, & toto tempore vitæ suæ jejunent sextas ferias, & vigilias festivitatum B. Mariæ nisi infirmitate, vel senectute fuerint impediti, & tunc pro illa die, qua propter causas prædictas non poterunt jejunare duos pauperes reficere teneantur. Et cum fiet passagium generale idem Mastinus, & Albuinus, si vivant, viginti homines in equis armatos in Terræ Sanctæ subsidium mittere teneantur ibidem per unum videlicet propriis expensis mittentium moraturos. Si vero tunc rebus non superessent humanis, ordinare dum vixerint sint astricti, quod id per successores eorum debeat adimpleri, aliam vero pœnitentiam publicam quam dicti Mastinus, & Albuinus ob prædictum reatum facere tenebantur, & pœnas alias, quas per sacros canones ipsi ipsorumque liberi, seu posteritates circa amissionem feudorum, & aliorum jurisditionum, & jurium vel alias ob prædictum facinus incurrerunt de jure ejusdem de magna ipsius Sedis misericordia superexaltante judicium auctoritate Apostolica tenore præsentium duximus remittendos eos plane restituentes ad famam de Apostolicæ plenitudine potestatis.

Dat. Avenione 5. Kalend. Octobris anno quinto.

De impia Bartholomæi cede videndus accuratus Annalium Eccles. Continuator Odericus Raynaldus tom. 16. ad annum 1339.

Cæterum Capitulum cæso Bartholomæo Præsule die secunda ab occisione, quæ fuit 29. Augusti, œconomum Episcopatus cum omnimoda potestate administrandi elegit Martinum Archipresbyterum S. Stephani, & Guillelmum Zolfinum in Vicarium generalem sede Episcopali vacante, qui etiam sub præcedentibus Episcopis Theobaldo, & Nicolao idem munus sustinuerat, qua die etiam Albertus, & Mastinus fratres Scaligeri Veronæ Principes per suos expressos nuncios, ac familiares exponi fecerunt se præstaturos eidem Capitulo omne auxilium, & favorem pro defensione, & tuitione bonorum Episcopalium sede vacante. Die vero prima Septemb. ut in schedulis notavi, idem Capitulum Petrum Speltam Papiensem Præpositum S. Mariæ de Glara sufficit in Episcopum.

Die Martis primo Septembris 1338. electus fuit frater Petrus prælatus ecclesiæ S. Mariæ à Glara Ordin. Humiliatorum regulæ S. Benedicti ab universo collegio Veronensi, ob mortem Reverendissimi D. Bartholomæi Episcopi, in Episcopum ab universo clero ex compromisso in persona Reverendi D. Joannis Archipresbyteri Cathedralis, & Rev. D. Omniboni Archipresb. Congregationis cleri, & ven. Castellani Abbatis sanctorum Viti, & Modesti de Calavena, convocato Clero de more solito pro electione Veronensis Episcopi facienda in loco majoris Cathedralis Ecclesiæ ante tertiam, ad quos de jure, & antiqua, & approbata consuetudine, & præteritione spectat convocare clerum pro electione Episcopi facienda.

Petrus vero sic electus à Capitulo, ignorans provisionem Romani Pontificis, nunquam obtinere potuit, ut sua electio rata haberetur, ita libens, volensque cessit. Quamobrem postea à Clemente VI. renunciatus est Episcopus Papiensis anno 1343. vacavitque Veronensis Ecclesia ad annum usque

1343. Scribit idem Panvinius lib. 7. Antiq. Veron. Petrum sponte infulam Veronensem ultro ei à Clero datam dimisisse, ac Benedictum Papam quendam Theobaldum suo jure Veronensem Episcopum creavisse. Quem virum facillimis moribus, ingeniique lenissimum, & religioni apprime deditum fuisse commemorat, & toto triennio, quo ille Episcopatum gessit templis instaurandis, tenuibusque mira largitate sublevandis, complectendisque totum se dedisse, cujus cadaver post ejus obitum in æde D. Mariæ antiquæ sepultum Kal. Decembris an. 1341. tempore Benedicti Papæ XII. Sed unde hæc habuerit, non prodit. Hoc unum scio, in Regestis Vaticanis haberi, Matthæum de Ribaldis Episcopum Papiensem à Clemente VI. Pontifice in occisi Bartholomæi locum, ad Veronensem Ecclesiam translatum fuisse, irritata Petri electione, tamquam vitio facta, quem eodem die, annoque in Papiensem Episcopum subrogavit. Cæterum Benedictus Papa ut sublatæ jurisdictionis eligendi Episcopum civitati aliquod conferret levamen, vel ut efferati Principum mores facilius demolirentur, vel tandem inter tot armorum illius ævi strepitus, vel litterarum quies, animique tranquillitas reviviscere videretur, veræque lucis radios in tam præclara urbe effunderet, vel denique ut priscorum Veronensium Valerii Catulli, Cornelii Nepotis, Aemilii Macri, Plinii II. & L. Vetruvii, quorum simulacra in suprema curia Fori visuntur, spiritus, & eruditissima ingenia reviviscerent, studium generale eidem urbi perpetuo perennandum, suo diplomate instituendum concessit anno insecuto à morte Episcopi Bartholomæi, cujus exemplar ab Regest. Vatic. Epist. cur. 28. an. 5. exscriptum in hunc modum legentibus prostat.

Benedictus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Dum sollicitæ considerationis indagine perscrutamur, quid sit donum sapientiæ peritorum, quamque illius desiderabilis, & gloriosa possessio per quam ignorantiæ tenebræ profugantur, ac earum funditus eliminata caligine, mortalium curiosa solertia suos actus, & opera disponit, & ordinat in lumine veritatis; magno utique desiderio ducimur, ut litterarum studia, in quibus margarita scientiæ reperitur, laudanda ubilibet incrementa suscipiant, & propensius invalescant, in illis præsertim locis; quæ ad multiplicanda doctrinæ semina, & germina salutaria producenda, idonea, & accomodata existere dignoscuntur. Cum igitur civitas Veronæ propter ipsius commoditates, & conditiones, quas plurimas, apta non modicum generali studio censetur, Nos profectibus publicis multipliciter expedire credentes, ut in civitate prædicta cultores sapientiæ inserantur, fructum uberem, largiente Domino, in tempore producturi, Apostolica auctoritate concedimus, & tenore præsentium indulgemus ut in civitate præfata sit deinceps in jure videlicet Canonico, & Civili, & in Medicina, & in Artibus perpetuum studium generale, in quo magistri doceant, & scholares libere studeant, & audiant in facultatibus prælibatis, & in eisdem facultibus magisteris titulo valeant idonei decorari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotenti Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Avenione Kal. Octob. Pontificatus nostri anno quinto.

99 MATTHÆUS de Ribaldis è Modoetia, Episcopus Papiensis, ad Veronensem Ecclesiam translatus est anno 1343. 5. Kal. Julii a Rom. Pontifice Clemente VI. electione Petri tamquam vitio facta prius irritata, ut habetur in Reg. Vat. Matthæi acta, vel nulla, vel pauca reperiuntur. Incidimus tamen in nobile monumentum, in sententiam scilicet, quam anno 1344. ad favorem Capituli Veronensis tulit Gambinus Aquilejensis Patriarchæ Vicarius, ac commissarius, contra Matthæum ipsum Episcopum, qui primo sui præsulatus anno super omnibus suæ diœcesis beneficiis, personisque ecclesiasticis, nemine excepto, collectam pro communi servitio exigendam imposuerat, quæ cum ab ejus Vicario omnibus prorsus modis ab Capitulo exempto, ejusque sibi subjectis ecclesiis, rectoribusque exigeretur, non parum odii fomitem subministraverat. Tutati sunt eorum prisca jura Canonici, Aquilejensem suum appellando Patriarcham, à quo per Gambinum, ab ipso ad lites sedandas commissarium super præmissis delectum, favorabilem retulere sententiam. Rem totam nanque documentum, quod modo dabimus, ab authentico Capitularis tabularii exceptum, ut inde discant posteri, qua vi, qua virtute antecessores sui Canonici vetustam suam à Rotaldo Episcopo traditam libertatem inconcussam, illibatamve servaverint. Sic enim se habet.

In Christi nomine. Amen.

Nos Gambinus Canonicus Aquilejensis, Vic. R. in Christo Patris, & D. D. Bernardi Dei gratia S. Sedis Aquilejensis dignissimi Patriarchæ ejus in hac parte vices, & Comiss. specialis. Cum lis, altercatio, & discordia, seu controversia esset, ac esse, & oriri posset imposterum inter Dominos Archipresb. Canonicos, & Capitulum majoris Ecclesiæ Veronæ pro se, & ecclesiis suis civitatis, & diœcesis, & districti Veron. & ipsarum ecclesiarum Rectoribus, & beneficiatis eisdem immediate subjectis ex una parte, & religiosum, & honestum virum D. fratrem Tiberium Ordinis Humiliatorum Præpositum domus S. Mariæ de Gargari Bergomensis, Vicarium, & procuratorem Vener. in Christo Patris, & D. D. Matthæi Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Veron. & suos in Vicariatus officio collegas nomine ipsius Domini Episcopi, & Episcopatus ex altera parte, ex eo, & super eo quod dicti D. Archipresb. Canonici, & Capitulum dictæ Ecclesiæ Veron. videatur habere materiam querelandi de dicto D. fratre Tiberio Vicario supradicto, & de suis in officio collegis, sicut coram nobis querimoniam detulerant de eo, quod cum ad eorumdem D. D. Vicariorum instantiam, & requisitionem quædam nuper a prædicto D. Episcopo Veronen. sub nomine communis servitii, collecta sit, & fuerit imposita universis, & singulis ecclesiis civitatis, & diœcesis Veronensis, earumque rectoribus, & prælatis, ac regularibus, & secularibus ecclesiis, personis exemptis, & non exemptis: quæ collecta videtur ascendere ad summam mille, & trium florenorum auri, iidem Vicarii non attendentes, quod prædicti D. Archip. Canonici, & Capitulum Veronen. una cum ecclesiis suis supradictis, & ipsarum rectoribus, & beneficiatis eis immediate subjectis exempti fiant, & liberi, & fuerint a longis, & longissimis retroactis temporibus a jurisdictione Episcopali D. Episcopi Veronen. & subsunt immediate supradicto R. Patri D. Ber. Patriarchæ, & ejus S. Sedi Aquilejen. conati sunt dictam collectam dictis DD. Archip. Canonicis, & Capitulo, & ipsorum subditis imponere, & pro portionibus eisdem ex dicta impositione contingentibus exigere indebite, & habere; facientes eisdem, & fieri facientes super hoc injusta præcepta, ac procedentes pro exactione hujusmodi realiter, & personaliter indebite contra eos, nec non, & faciendo eos ex hac causa pignorari, ac personaliter detineri in gravem eorum injuriam, & exemptionum, & jurium suorum enorme præjudicium, & gravamen, quæ omnia petierant a nobis dicti D. Archipresb. Canonici, & Capitulum per infrascrip. D. D. Petrum eorum sindicum per nostram sententiam irritum revocari. Ex adverso autem cum D. D. Fr. Tiberius Vicarius, & procurator supradictus pro se, & collegis suis negasset prædicta omnia, prout narrabant, vera esse, & diceret petita minime fieri debere. Nos Gambinus Vicarius Vicesgerens, & Commissarius supradictus volentes super litibus, discordiis, & controversiis hujusmodi debitum finem imponere, & super his pronuntiare, & in futuram salubriter providere, ac honores, jurisdictiones, &

jura ipſarum partium obſervare, & ipſas partes ad ſtatum concordem, & pacificum revocare. De causa hujuſmodi cognoſcentes, viſis, auditis, ac diligenter examinatis juribus, & rationibus partium prædictarum, quia coſtat nobis evidenter ſupradictos DD. Archip. Canonicos, & Capitulum dictę Eccleſiæ Veronen. una cum ſuis eccleſiis, ac rectoribus, & beneficiatis earum fore ab Epiſcopali juriſdictione D. Epiſcopi Veron. liberos, & exemptos, & eos eſſe, & ab antiquis longiſſimis temporibus fuiſſe, ac eſſe ſupradicti Reverendi Patris D. Patriarchæ, ac prædeceſſorum ſuorum, & S. Sedis Aquilejen. immediate ſubjectos, Chriſti nomine invocato, ſedentes pro tribunali dictis partibus præſentibus coram nobis, & diffinitionem cum inſtantia poſtulantibus, auctoritate nobis per ſupradictum R. Patrem D. Patriarcham Aquilejen. commiſſa, qua fungimur in hac parte, in his ſcriptis dicimus, ſententiamus, pronunciamus, & declaramus ſupradictos DD. Archipresb. Canonicos, & Capitulum dictæ Eccleſiæ Veron. ac ſubditos ſuos, ſuarum eccleſiarum clericos, rectores eſſe a juriſdictione D. Epiſcopi Veron. liberos, & exemptos, & immediate ſubjectos dicto D. Patriarchæ Aquil. ac ejus S. Sedi, & eos, exemptione prædicta obſtante, non teneri ad dictam collectam impoſitam, indebite aliqualiter perſolvendam, & quod omnes impoſitiones, & præcepta omnia ex hac de cauſa facta revocari debeant, & ex nunc in ſcriptis etiam revocamus, & quod omnia pignora eis, vel eorum alicui ex hac cauſa accepta, & quod omnis pecunia exacta per dictos Vicarios, vel eorum alterum, vel officiales eorum, vel eis quomodolibet perſoluta, libere iis, a quibus accepta, exacta, vel per quos perſoluta extitit, reſtituantur, & reſtitui debeant cum effectu per Vicarios antedictos infra ſex dierum ſpatium, quod ad facienda prædicta, eis peremptorium terminum aſſignamus, ita ac taliter, quod omnia ſint, & eſſe debeant, & reducantur ad ſtatum, in quo erant ante impoſitionem prædictam.

Inſuper volumus, & mandamus, quod partes prædictæ omnem injuriam, quam ſibi ad invicem hac de cauſa quomodolibet irrogaſſent ſic, &c. bene, &c. affectant, ſibi ad invicem remittere, & relaxare, & in bona, & quieta pace manere. Mandantes expreſſe eadem auctoritate prædictis D. fratri Tiberio, & collegis ejus Vicariis præſentibus, & qui pro temporę fuerint ſub pœna maledictionis æternæ, ac indignationis Sedis Apoſtolicæ, ac dicti D. Patriarchæ, & ſucceſſorum ſuorum ne de cætero ſupradictos Dominos . . . . . Archip. Canonicos, & Capitulum dictæ Eccleſiæ Veronen. aut eorum ſubditos, qui nunc ſunt, vel fuerint in futurum, præſumant contra eorum exemptionem prædictam inquietare, vel aliquatenus moleſtare, niſi quantum eis a jure communi permittitur. Et prædicta omnia, & ſingula auctoritate prædicta præcepimus per ipſas partes effectualiter obſervari. Salvis ſemper in omnibus aliis honoribus, juribus, & juriſdictionibus partium prædictarum.

Lata, lecta, & publicata fuit ſupradicta ſententia per dictum D. Gambinum Vicarium, & Commiſſarium ſupradictum præſentibus, conſentientibus, & expreſſe approbantibus dictam ſententiam Venerab. viris D. fratre Tiberio antedicto, & ſapiente viro D. Guilielmo Judice q. D. Jolphini Can. Plebis Porti diœc. Veronen. Vicariis pro parte dictorum D. Epiſcopi, & Epiſcopatus Veronæ, & Venerab. viris DD. Joanne Archip. Veronen. Nerio de Philippenſibus de Urbeveteri, Joannino della Fontana, Lante de Guillante de Prato; Obizzone de Bajardis, Bonanno de Saxoferrato, Petro de Equis, ac Thomaſo de Tornaquinciis Canonicis d. Eccleſiæ Veronen. & D.D. Petro de Godio habitatore Veronæ in praita mercati novi, eorum, & dicti Capituli ſindico, & ſindicario nomine pro eis, ut de dicto ſindicatu conſtat pro inſt. rogato, ſcripto manu propria mei not. infraſcript. die Jovis 2. menſis Septemb. milleſimo, & indictione infraſcript. & promulgata fuit dicta ſententia, ut ſupra continetur, die Jovis ult. menſis Septemb. in domibus Abbatis, & monaſterii S. Mariæ in Organo civitatis Veronæ, præſentibus religioſo viro D. F. Omnebono Abbate præfati monaſterii, religioſo viro D. F. Guilielmo Monacho dicti monaſterii, D. Franciſco presb. eccleſiæ S. Mariæ Rocchæ majoris de Verona, Fr. Thomaſo, qui dicitur Macchariu, Priore hoſpitalis S. Macchariì de S. Maria in Organo Veronen. Jo. notario, qui dicitur Agreſtus q. D. Bart. de S. Firmo majori, Bart. notario q. D. Nicolai de S. Vitale, & D. Jo. not. q. D. Bart. de Teſta de S. Marco teſtibus, & aliis multis.

Anno Domini 1344. indictione 12. Ego Stephanus natus q. magiſtri Gardexani grammatici de Panellis Imperiali auctoritate not. & præfati Capituli Veronen ſcriba his omnibus, & ſingulis præſens interfui, & ea omnia, ut ſuperius continentur, de mandato præfati D. Gambini Vicarii antedicti ſeripſi, & publice authenticavi, & ad majorem roboris firmitatem, & teſtimonium omnium præmiſſorum hic ſignum meum tabellionatus ſuper expoſui conſuetum.

Vixit Matthæus uſque ad annum 1348. atque ex contagio vitam amiſit menſis Maii die prima.



100. PETRUS ex nobili familia de Pinu Beneventana, Foroliviensis primum, tum Viterbienſis Epiſcopus, de quo in 2. tom. egimus, ad hanc Veronenſem ſedem translatus eſt anno 1348. 5. Kal. CI.
Julii: indeque anno 1349. 6. Kal. Auguſti tranſiit ad Petragoricenſem Eccleſiam in Galliis, in qua dignitate annum integrum, aut paulo plus exegit, & ad Beneventanam Sedem vocatus fuit, ex Reg. Vatic. & ex lib. oblig. de quo altum tenuere ſilentium Veronenſes ſcriptores.

101 JOANNES de Naſo Galeratenſis, Mediolanenſis diœceſis, doctrina, & morum ſanctitate CII
conſpicuus, ex Melphienſi Epiſcopo ſub Clemente 6. ad hanc Sedem evaſit an. 1349. 6. Kal. Aug. qui deinde ad Bononienſem tranſiit Epiſcopatum altero anno, qui fuit 1350. 3. Id. Octob. ut perſpicue colligitur ex bulla ejuſdem Clementis VI. quam retulit Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus, de quo Reg. Vatic. Vide quæ de ipſo ſcripſimus in 2. tom. Eo ipſo anno 1350. ex hac luce migravit B. Henricus, ſeu Arrigus de Bolgiano eremita, in loco S. Felicis in monte, ubi angelicam duxerat vitam, cujus corpus, dum fundamenta effoderentur, in quodam monumento parvo cum veſte, & catenis magnis ferreis, & ſcutica ferrea fuit inventum, translatumque in eccleſiam S. Joannis in fonte intra urbem Veronæ anno 1407. Cæterum præſulante Joanne 3. Nonas Junii die ſui natalis obiit Maſtinus Scaliger Veronenſium Princeps, animo, & rei militaris prudentia patruo Canigrandi non abſimilis, qui quum ejus hæres ſuſcepiſset imperium, avitæ ditioni Parmam, Regium, Lucam, pleraque alia oppida adjunxit. Erat ipſe Princeps manu ſtrenuus, liberalis, laboris patientiſſimus, & militiæ acerrimus vindex. Fuit Veronenſi in imperio annis plus minus XXII. Veronæ ſepultus ad ſanctam Mariam antiquam in avitis monumentis, cujus tumulo additum hoc elogium.

Scaliger de gente fui celebrique ferebar,
Nomine Maſtinus clarus dominabar in urbes.

Me

Me Dominum Verona suum, me Brixia vidit,
Parmaque cum Luca cum Feltro Marchia tota.
Jura dabam Populis æquo libramine nostris.
Omnibus & fidei Christi sine sorde sequator.
Occubui primo post annos mille trecentos,
Et decies quinos lux ibat tertia Junii.

Eo mortuo auctoritate publica, & consensu Alberti Scaligeri fratris, Princeps Veronæ renuntiatus est Canis Grandis junior.



CIII. 102 PETRUS ex damnato concubitu Mastini Scaligeri filius, cum esset Canonicus Cathedralis ecclesiæ, adlectus foit Episcopus Veronensis 1350. 3. Id. Octob. à Clemente VI. ex Reg. Vaticano Ep. 20 fol. 40. an. 9. Hunc Panvinius confundit cum Petro alio Scaligero seniore. Petrus vero anno sequenti à sua promotione in eumdem fere modum, ac egerat Bartholomæus antecessor, Canonicos Cathedralis ecclesiæ exemptos à jurisdictione Episcopali, suo diplomate declaravit, omniaque eorum privilegia solemni stipulatione rata habuit.

Petrus de la Scala Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Veron. Universis præsentes litteras, & scriptam inspecturis salutem in omnium Salvatore. Quia de præteritis habere scripturæ testimonium valere potest causis præsentibus, & futuris, atque litium materias amputare. Idcirco firmissime profitemur, dicimus, ac etiam ex certa scientia protestamur, dilectos fratres nostros D. Joannem *Archipresbyterum,* Dinadanum de Carboa. de Bon. *Lautem de Gallantibus de Prato,* Gubicolem, *& Azolinum Marchiones de Malespinis, Petrum de Equis, Guidonem de Bajardis de Parma, Thaddæum de Pogolotis de Florentia, Raynaldam, & Aymontem de la Scala, & Joannem de Surdis de Placentia Canonicos ecclesię Veron., & alios Canonicos, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ præsentes, & eorum prædecessores, tanto tempore, quanto memoria hominum altra neqait habere, subjectos Patriarchæ Aquilejen, ac exemptos, & ubique locorum liberos omnino a Jurisdictione Episcoporum Ecclesiæ Veron., & nostra, una cum monasteriis, capellis, & ecclesiæ infrascriptis, & aliis ecclesiis, ad eos pertineutibus acquisitis, & justis titulis acquirendis, videlicet ecclesia s. Georgii a domo, & ecclesia s. Joannis ad fontes, ecclesia s. Pauli Vetuli juxta Ripam, ecclesia s. Pauli de Campo Martio, ecclesia s. Joannis in Valle, ecclesia s. Joannis de Quinzano, cum Capella, s. Alexandri juxta Quinzanum, ecclesia s. Clementis, ecclesia s. Blasii, ecclesia s. Cæciliæ, ecclesia s. Mariæ Consolatricis, ecclesia S. Firmi in Cartalea, sive in Capella, monasterium s. Leonardi in Monteedonico, monasterium s. Michaelis in Campanea, monasterium s. Pancratii, monasterium s. Cassiani de Paltena, ecclesia s. Felicis in Arzore de Paltena, ecclesia s. Mariæ de Orsanico Veteri, ecclesia omnium Sanctorum de Marxana, ecclesia sanctæ Mariæ de Truano, ecclesia s. Petri de Cappano, ecclesia s. Pauli de Pruno, ecclrsia omniam Sanctorum de Novauis, ecclesia sancti Georgii in Salusi, ecclesia S. Michaelis de Calmaxino, ecclesia S. Faustini de monte Draconis, ecclesia S. Prosdocimi Veron. diœc. ecclesia S. Ambrosii de Casali Alto Brixien. diœcesis, ecclesia Luxiæ Adrien. diœc. ecclesia S. Mariæ de Villa Paduanæ diœc. In quibus, & aliis ecclesiis ad eos*

A *pertinentibas, & ipsarum personis, scilicet Prælatis, clericis, conversis, & sororibus earundem, ac mansionariis ecclesiæ Veron. patet nobie, & ex certa scientia liquido procestamur, ipsum Archipresbyterum, & ejus successores in spiritualibus, & temporalibus plenam Jurisdictionrm obtinere. Præterea ad omnem ambiguitatem perpetuo removendam omnem libertatem, ac exemptionem a jurisdictione nostra, & successoram nostrorum Episcoporum Ecclesiæ Veron. eisdem Archipresbytero, & Capitulo Veron. datam, ac datas hactenus a Patriarchis sanctæ Sedis Acquilejen. & ab Episcopis Veron. prædecessoribus nostris, atque memoratis Archipresbytero, & Capitulo Veronensi de consuetudine, vel privilegio, ut supra, asseruimus, vel alio quocunque modo, sive jure compctere posset, Innovamus, damus, & concedimus, & perpetao, ac inviolabiliter ex certa scientia approbamus. Volentes itaque ut Archipresbyter, & Canonici prælibati, ac successores ipsorum exemptione, ac libertate a nostra, & successo-*B *rum nostrorum Episcoporum ecclesiæ Veron. viridice in suis, & suorum subditorum prædictorum personis perpetuo ubilibet pociantur. Ita qaod nec Archipresbyter, & Canonici, nec success. suorum, nec subditi ipsorum possint coram nobis, vel successoribus nostris pro aliquo delicto, vel quasi, re, aut domicilio, contractu, sive foro, vel quacunque de causa conveniri, vel aggravari, liceat eidem, Archipresbytero, & suis successoribus prædicta monasteria, ecclesias, Prælatos, clericos, & personas ecclesiasticas, ac mansionarios ecclesiæ Veron. libere absque nostra, & successorum nostrorum Episcoporum Veron. contradictione, de cętero instituere, visitare, corrigere, & cognoscere de causis omnibus etiam criminalibus, quæ eisdem personis, vel inter ipsas quomodolibet, & ubilibet movebuntur, ac electiones Prælatorum, clericorum, & personarum prędictarum confirmare, vel etiam infirmare, ac in eos, & in eas censuram ecclesiasticam, & jurisdictionem perpetuam exercere, ac Curas, Parochię Prelatis, & Rectoribus dictarum ecclesiarum committere, & ad ordines etiam sacros eos quibuscunque* C *Episcopis presentare. Insuper, ut prædicta possint validius pro omni tempore roborata, & illibata consistere supraseripto dilectos fratres nostros* D. Joannem *Archipresbyterum, Dinadanum, Lautem, Gabrielem, Petrum, Guidonem, & Joannem Canonicos ecclesiæ Veron. præsentes, & mandatum suscipientes, & quemlibet eorum insolidum, ita, quod conditio occupantis melior non existat, tenore præsentium facimus, ordinamus, & constituimus nostros, & Episcopatus nostri Veron. ac nomine, & jure successorum nostrorum sindicos, procuratores, & nuntios speciales, & generales, cum potestate, & pleno mandato substituendi unum, & plures loco ipsorum, & sui sindicos, & procuratores ad omnia suprascripta dicenda, facienda, & complenda, ad comparendum nomine nostro, & Episcopatus nostri Veron. coram sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Antistite, & coram Acquilejen. & quibuscunque aliis ad hoc mandatum habentibus, petendum, & obtinendum ab* D *ipsis, vel altero ipsoram omnium prædictorum, & infrascriptorum confirmationem, corroborationem, & perpetaam ex certa scientia firmitatem laudantes, ratificantes, & approbantes nominibus, quibus supra ex nunc, prout ex tunc omne, quod petitum, gestum, & factum, vel obtentum fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, & infrascriptorum per prædictos nostros sindicos, sive substitutum, vel substitutos ab eis, vel altero ipsorum, ac non contravenire promittimus nominibus, quibus supra, sub obligatione bonorum omnium dicti Episcopatus nostri Veron. In quorum testimonium, & evidentiam clariorem præsentes litteras, cum sindicatu prædicto nostro sigillo munitas eisdem Archipresbytero, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ Veron. & suis successoribus duximus concedendas, quas per manus infrascriptorum notariorum publicas jussimus roborari, & in hanc publicam formam redigi. Quod si dictum nostrum sigillum rumpi contigerit, seu deprimi, vel*

obscu-

obscurari, aut devastari, nihilominus præsens instrumentum ad perpetuam memoriam permaneat semper in sui roboris firmitatem. Datæ fuerunt prædictę litteræ, & concessæ cum sindicata prædicto, prædictis D. Archipresbytero, & Canonicis Veronen. præsentibus pro se, & nomine, & vice aliorum Canonicorum, & successorum suorum Archipresbyterorum, & Canonicorum Ecclesiæ Veron. prædicta per prędictum D. Vener. Patrem D. Petrum de la Scala Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Veron. dicentem, profitentem, protestantem, & ex certa scientia innovantem, dantem, & concedentem prædictis D. Archipresbytero, & Canonicis Veron. in omnibus, & per omnia, ut superius continetur in dictis litteris, & contractu. Quibus peractis idem D. Episcopus pro se, & successoribus suis Episcopis Veron. prædictum D. Joannem Archipresbyterum Veron. præsentem, & recipientem pro se, & vice, ac nomine prædictorum Canonicorum præsentium, & absentium, & successorum suorum de omnibus prædictis, & singulis suprascriptis, ut in prædictis litteris, & contractu superius continetur, per anulum aureum, & baculum ligneum, quos in suis tenebat manibus, solemniter investivit. Actum est hoc in Episcopali Palatio Veron. die martis octavo mensis Februarij Anno a Nat. Domini nostri Jesu Christi 1351. XIV. Ind. præsentibus discretis viris D. Bartholomeo de Alta Villa diœcesi Veronensis, D. Odorico de Alta Villa filio q. D. Aquilei, & D. Nicolao de Prenana beneficiatus ecclesiæ S. Felicitatis Veron. presbyteris, & capellanis præfati D. Episcopi Veron. D. Joannino q. D. Gerardi de Seartamatis de Regio clerico ecclesiæ S. Petri ad Monasterium Veron. D. Petro Notario filio q. Dom. Antonij de Sodio Mantuanæ diæc. D. Oliverio Notario filio q. D. Nicolai Judicis de Naptiis de Cremona, qui D. Petrus, & Oliverius presbyteri notarij suprascripti se debeant inscribere his litteris, & contractui suprascriptis omnibus habitatoribus civitatis Veron. testibus vogatis, & aliis quamplurimis ad præmissa vocatis.

Et ego Petrus q. D. Antonij de Godio Mantuan. diœc. habitator civitatis Veron. in dicto mercato novo publicus Imperiali auctorit. Notarius prędictis omnibus interfui, & rogatus me subscripsi signumque meum apponens consuetum.

Ego Oliverius de Naptiis de Cremona filius q. D. Nicolai Judicis publicus Imperiali auctorit. Notarius prædictis omnibus interfui, & rogatus me subscripsi, signumque meum consuetum apponens.

Et ego Albertus filius q. D. Bonifacij de mercato novo Veron. sacratissima auctoritate Imperiali Notarius publicus prædictis omnibus interfui, & ea omnia de mandato præfati Rev. D. Episcopi Veron. scripsi, & ad instantiam dictorum Ven. D. Archipresbyteri, Canonicorum . . . & Capituli Veron. in hanc publicam formam rogatus redegi, & ad majorem firmitatem omnium suprascriptorum signum meum apposui consuetum.

Interea dum à Petro Episcopo pro bono suæ Ecclesiæ regimine hæc agerentur, vir nobilis Spinetta Marchio Malespina jam pridem ab Alberto Novello, Mastinoque Scaligeris Principibus, Veronensi civitate donatus, Malespinam familiam in ea disseminavit, ecclesium S. Joannis Baptistæ de Sacco prope Urbem in loco Campagnolę regia munificentia fundavit, ædditibusque præmultis dotuvit, Gabrielis Episcopi Lunensis Azolini fratris sui filii, cæterorumque suæ gentis successorum juris esse voluit, in eaque corpus suum recondi mandavit ultimis suæ voluntatis tabulis, quas in Foxdenovo Lunensis diœcesis die 1. Martii 1352. confecit. Xenodochium item in loco Vargulæ Bosorum condidit, ac dotuvit ad egenorum, ægrotorumque sublevandam miseriam. Item ædificari mandavit domum nobilium de Sacco, ubi viri nobiles paupertate oppreßi perpetuo alerentur; aliaque suæ pietatis edidit monumenta. Porro ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Sacco bellorum Injuria dirutæ, & ad solum redactæ, nihil præter Malespinorum super-sunt ædificia, ecclesia vero intra urbem prope monasterium S. Mariæ Magdalenæ In Campo Martio translata est curu, & diligentia eorumdem Marchionum Malespinarum, ut apposita super fores inscriptio loquitur.

Marchionum Malespinarum. Commissariorumque cura. Sancti Joannis in Sacco. Suburbano ædes antiqua. Bello diruta Nobilium. Commodo, sorte Miserorum. Et Urbis decori D. F. Mast. Proc. restituta. Mial, M D. XXX. Guber.

Obiisse autem Marchionem Spinettam eodem anno 1352. ac reliquisse ex Beatrice Malespina uxore tres filias, Novellam, quæ nupsit Lucemburgo Spinulæ Januensi, Childam Comitis Feltrani de Monte Feltro, & Isabetham Federici Comitis Malespinæ uxores: hæredes vero inscripsisse Isnardi, & Azolini fratrum suorum filios habent testumenti tabulæ. Spinettu, Joannes, uc Nicola Isnardi, Guillelmus, ac Galeottus Azolini filii Veronæ Malespinam familiam propagarunt, quorum descendentes hactenus Veronæ in summa existimatione habentur viribus, ac virtutibus pollentes, & Spinetta Marchio ætute, uc prudentia inter patritios maximus recensetur. De hac Veronensi Malespinarum familia legendus Thomas Porchaccius in opusculo Veronæ edito. Nos vero pluru de ea in nostro de Vetusta Italica nobilitate opere dabimus. Anno Domini 1353. sub Petro Episcopo inventum est in Cathedrali corpus S. Agathæ Virginis, & Martyris, quod longo temporis spatio ibi latuerat, & ab eodem Episcopo summa veneratione marmoreo sepulchro super altare eidem Divæ dicatum, clausum, iis versibus in eo ipso monumento insculptis.

Virginis hic Agathæ sunt ossa repositæ beatæ,
Præsule Scaligera sub Petro stirpe reperta.
Per quem structa sacræ surgunt hic saxa favillæ.
Mille trecentenis sub quinquaginta tribusque.

In veteri Martyrologio Cathedralis Veronensis, de hac inventione ita scriptum reperitur. *Apud Siciliam in Civitate Cathaniensium natale S. Agathæ Virginis, & Mart. quæ post alapas, & carcerem, post equlei tortiones, mamillarum abscisionem, post volutationem in testulis, & carbonibus tandem sub judice Quintiano in carcere consumata est: cujus corpus per multa tempora in præsenti ecclesia latuit. Sed divino nutu inventum fuit, & hic honorifice colitur.* Quo vero tempore, quoque modo, & à quo sacra Agathæ lipsana Veronam delata sint non constat, neque ulla aliu reperitur memoria, præter hæc, quæ retulimus. Anno 822. juxta plerosque Siculos scriptores, Divæ Agathæ, una cum S. Luciæ corporea Byzantium delata à Gregorio Maniacensi Michaelis Imp. in Sicilia Vicesgerente, & ud promerendam Imperialem gratiam dono ea Michaeli elargita fuisse scribunt. Luciæ exuvias Venetias deinde relatas pro comperto habetur. De Agatha vero, ejusque corporis Bysantio Cataniam miraculosa reversione scribit Jo: Baptista Grossus Catanensis eruditus, & doctus amicus noster in Decachordo Cataniensis Ecclesiæ.

Anno 1360. qui fuit decimus Petri Præsulatus in gratia ejusdem, Canis, & Paulus Scaligeri fratres Veronæ Domini Episcopatus bona, eosque in tutelam susceperunt, atque rata habuere quæ in privilegiis summorum Pontificum, Imperat. Regum, aliorumque Principum ad favorem Veronensis Ecclesię fuerant olim concessa. Monumentum exhibeo.

Nos Canis Signorius, & Paulus Albuinus fratres de la Scala civitatum Veronæ, Vicentiæ, &c. Domini generales, considerantes divinarum Ecclesiasticarum rerum tuitionem magnum donarium esse omnipotenti Deo, intendentes prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo quantum de jure possimus, & tenemur jura, jurisdictiones, honores, & bona Episcopatus Veronæ tueri, manutenere, & pro viribus ampliare, tenore præsentium, de nostræ plenitudine potestatis & arbitrij, quod & quam in civitate diœces.

& di-

& districtu Veronæ divina disponente clementia, & per statuta Communis, & populi Veronæ dignoscitur obtinere, & omni alio jure, modo, & forma quibus possimus, & ex certa nostra scientia ratificamus, approbamus, confirmamus, & innovamus, ac etiam de novo concedimus Rev. in Christo Patri D. Petro della Scala Dei, & Apostolicæ Sedis Episc. Veronæ recipienti pro se, & Episcopatu Veronæ, & successoribus suis omnia, & singula jura, omnesq; immunitates, & concessiones, acquisitiones, jurisdictiones, honores, gratias, & privilegia cujuscumq; conditionis generis,& tenoris existant quos, quas, & quæ idem D. Episcopus, & Episcopatus Veronæ habent, tenent, & possident, & quasi seu habere tenere, & possidere, & quasi per se, vel alium, seu alios consueverunt in civitate, & villis, burgis diœces. ac districtu Veronæ, & maxime in villis, curtis, pertinentiis Bodoloni, Montisfortis, & Pulli districtus Veronæ, & qualibet earumdem, & in qualibet alia villa, curia, & pertinentia, parte seu loco civitatis, & diœcesis, ac districtus Veronæ, tamen privilegiis, vel concessionibus, & gratiis quibuscumq; Romanorum Pontificum, vel Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, vel Comitum, sive quorumlibet prædecessorum nostrorum, quæ etiam quorumlibet aliorum fidelium, seu etiam ex consuetudine, quæ quocumq; statuto, vel alia quacumque ratione jure, vel causa, ita quod dictis juribus, jurisdictionibus, immunitatibus, privilegiis, concessionibus, gratiis, & honoribus quibuscunque, ac quolibet eorumdem per se, & alios, seu alium tam in spetie, quam in genere communiter, vel divisim prædictus D. Episcopus, & ejus successores uti, & libere exercere possint, & valleant in omnibus, & per omnia, ut in prædictis privilegiis, immunitatibus gratiis & concessionibus plenius continetur, quemadmodum ipse, & prædecessores ejus Veronæ Antistites, & Episcopatus Veronæ, per se, & per alios, uti & exercere fecerunt, & sunt hactenus consueti, & prædicta, & quoslibet eorum habere, tenere, & possidere, & quasi sine alicujus personæ Capituli, Collegij, & Universitatis contradictione, absolventes insuper, & eximentes, ac etiam liberantes ex certa nostra scientia, & de nostra plenitudine potestatis dictarum villarum, curiarum, & pertinentiarum Bodolani, Montisf. & Pulli Communia, homines, & familias, ac omnes, & singulos stantes, & habitantes in eis, & qualibet ipsarum, & in aliquibus aliis locis, & villis suprascriptis, & curiis, & pertinentiis cujuslibet earundem nunc, & in futurum, ac omnibus, & singulis scuffis, datiis, factionibus, impositionibus, & præstationibus tam angariis, quam per angariis, & aliis generis cujuscumque, & ab omnibus honeribus, realibus, & personalibus, atque mixtis ordinariis, extraordinariis, & aliis generis cujuscumque, & aliis quibuscumque gravaminibus ipsis, vel alicui prædictorum communiter, vel divisim impositis, vel de cætero imponendis per Commune, & homines, vel officiales, tam nostros, quam Communis Veronæ, qualitercumque, vel quomodocumque colore quæsito, & quod omnia eorum, & cujuslibet eorum residua, tales condemnationes, & banna communiter, vel divisim de libris tam nostris, quam Communis Veronæ, & omnium locorum subjectorum nobis, & eidem Communi Veronæ, & omnium, & singulorum nostrorum, & dictorum Communis, & locorum, cum effectus debeant cancellari, & pro cancellatis, & annullatis tota aliter, & penitus habeantur cujuscumque generis, & conditionis existant, & quod ipsa Communia, & homines de libris extimilarum villarum districtu Veronæ debeant totaliter aboleri, & cancellari, ita & totaliter, quod occasione alicujus honeris, scufe, & factionis, tam impositarum, quam de cætero imponendarum ipsa Communia, & homines nullum damnum penitus patiantur, eisdemque Communibus locis omnibus, & cuilibet prædictorum omnē concessionem, immunitatem, & gratiam circa prædicta, vel aliquod prædictorum, a quibuscumque, vel quacumque forma verborum, hactenus datam, concessam, vel præstitam præsentibus confirmantes, innovantes, ac etiam de novo de spetiali gratia, & plenitudine potestatis concedentes. Eo salvo quod ipsi salem ac canipis, & de canipis Communis Veronæ secundum, quod hactenus consueti sunt, accipere teneantur: injungimus igitur, & per præsentes destricte præcipiendo mandamus D. Potestati nostro, & Communis Veronæ Vicariis, Judicibus, & cunctis aliis officialibus tam nostris, quam Communis, & Populi Veronæ, & omnium aliorum locorum, & eorum officialibus, & rectoribus præsentibus, & futuris, ac etiam omnibus, & singulis Communibus, Collegiis, Capitulis, Universitatibus, & quibuslibet aliis personis, civitatis, & diœcesis, ac districtus Veronæ, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, aut status, qui nunc sunt, aut pro tempore erunt, quatenus præfatum D. Episc. ejusque successores, ut Episcopatum & Episc. Veronæ, & eorum nuntios, & procuratores, & sindicos, ac dicta Communia, & homines dictarum villarum Bodolonis, Montisfortis, & Pulli, & aliorum omnium prædictorum locorum, & quoslibet stantes, & habitantes in qualibet earum, seu pertinentiis, cujuslibet earundem nunc, vel in futurum de prædictis omnibus, & singulis vel circa prædicta, vel aliquod prædictorum inquietare, vel molestare, quoquomodo communiter, vel divisim non audeant, vel præsumant aliqua ratione, vel causa, nec permitant ab aliis inquietari, vel impediri, vel molestari aliqua ratione, vel causa, seu causa, seu aliquo quæsito colore, imo quibuslibet prædictis, & cuilibet prædictorum obviare qualitercumque volentibus debeant penitus audientiam denegare, non obstantibus aliquibus juribus, statutis, vel reformationibus Communis Veronæ, & omnium aliorum prædictorum locorum, ac privilegiis, & rescriptis factis vel fiendis, impetratis, & impetrandis in posterum sub quacumque forma, & cujus tenoris, & conditionis existant, quibus omnibus, & singulis in quantum prædictis vel alicui prædictorum contradicerent, seu etiam aliqualiter obviarent ex certa scientia, & de nostræ plenitudine potestatis per præsentes totaliter derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, perinde ac si de quolibet eorum specialis expressa mentio, & revocatio, quod prædicta in præsentibus facta foret. Si quis autem huic nostræ sanctionis, gratiæ, & concessionis edicto, quam, & quod constitutionis, & statuti præcisi Communis Veronæ volumus habere vigorem, & pro statuto præciso debere ab omnibus, & singulis nostris & Communis Veronæ subditis, & districtualibus semper, & inviolabiliter observari, audaci spiritu, & mente sacrilega temere præsumpserit contraire, noverit se omnipotentis Dei indignationem, & nostram, & nihilhominus pœnam proprie temeritati condignam, nostroque arbitrio, & successorum nostrorum imponendam pœnitus incursurum. Quidquid autem contra prædicta, vel aliquod prædictorum quoquomodo fuerit, vel etiam atemptatu, ipso jure, decernimus non valere, & carere penitus omnibus viribus, & effectu.

Datum in Cancellaria aulæ nostræ in civitate Veronæ sub nostri sigilli munimine, & scriptum de nostro mandato per Quirinum de Sperandeo Not & scribam nostrum sub anno Dom. 1360. XXI. Junii XIII. Ind.

Plura alia Cansignorius Scaliger Canonicis Veronensibus contulit ornamenta, ac jura: tenuit Veronæ imperium ad annum usque 1375. bellica laude clarus, hoc tamen scelesto facinore visus est suam denigrasse gloriam, cum gravi infirmitate correptus, mortique vicinus, quo spurios filios Bartholomæum, & Antonium hæredes potentiæ relinqueret, Paulum Alboynum fratrem, quem Pischariæ in carcere servabat, nefarie interfici jussisset, scriptoque testamento duos filios pari potestate Veronæ, & Vicentiæ Principes post se reliquit. Obiit Veronæ 14. Kal. Novemb. sepultus in marmoreo mausoleo, quod vivens sibi erexerat ad S. Mariam antiquam, habetque hanc inscriptionem.

Scaliger hac nitida cubo Cansignorius arca
Urbibus optatus latiis fine fine monarcha.
Ille ego sum geminæ, qui gentis sceptra tenebam,
Justitiaque meos mixta pietate regebam.

Incli-

Inclita cui virtus, cui pax tranquilla fidesque
Inconcussa dabant Fama per sæcula diesque.
MCCCLXXV. Octobris XIX.
Obiitque magnificus Cansignorius.

Iis fere diebus obiit Joannes Veronensis vir egregiis moribus, doctrina, ac vitæ sanctimonia illustris, olim Abbas celeberrimi cœnobii Aulæ Regię Ord. Cisterc. non longe ab urbe Praga conditi: hic enim pene adolescens patria relicta, Germania profectus Bohemiam petiit, allectusq; sancta illius monasterii monachorum conversatione, illic monasticum induit habitum, adeoq; profecit, ut Abbas septimus tanti cœnobii effectus sit, quod cum pene quatuordecim annos eximie rexisset, senio fessus dignitati cessit, pauloque post pie, ut vixerat, spiritum exhalavit, ibidemque sepultus. Hujus meminit Gaspar Jongelinus in notitia Abbatiarum Ordinis Cisterciensis, ac monumenta ejusdem cœnobii.

Interea Petrum Episcopum inter eo Canonicosque Cathedralis Ecclesiæ tanta, talisque orta est dissensionum tempestas de jurisdictione certantes, ut cæteris scandalum esset. Petrus enim pro Episcopali sua jurisdictione vindicanda, quam in Canonicos se habere jactabat, nullum non movit lapidem, ut eos suæ subiiceret potestati. Canonici vero tum antecessorum Episcoporum, ejusdemque Petri documentis, tum Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regumque fulti privilegiis, se omnino ab ordinaria Episcopi jurisdictione exemptos fore existimabant, ut nullum præter Aquilejensem Patriarcham, Ordinarium agnoscendum putarent; hinc lites, jurgia, odiaque exarserunt quampiurima; tandem non sine labore, ac dispendio per transactionem ad optatam pervenere concordiam anno 1376. quam quidem Marquardus Patriarcha Aquilejensis metropolitana auctoritate anno sequenti confirmavit. Pacta, conditiones, ejusdemque Marquardi actorum confirmationem, ab authentico Canonicorum tabularii exemplari exscripta hic libenter damus, cum plurimi faciant ad Episcopi, Canonicorumque jura agnoscenda. Sic enim se habet.

In Christi nomine.

Die Mercurii XIX. Maji in episcopali palatio Veronen. præsentibus Rev. in Christo Patre D. Fr. Joanne Ordinis Carmelitarum Dei *gratia Episc. Constantiensi in spiritualibus Vicario infrascripti D. Episc. Veron. & vener. viro D. sap. Bartholomęo Archipresbytero ecclesiæ, sive plebis S. Stephani de Verona, egregio milite D. Spineta Marchione q. Egregii viri* D. *Galeoti Marchionis de Malaspinis, cive, & habitatore Veronæ, Guaita S. Benedicti, nobilibus militibus D. Gullielmo filio q. nobilis militis D. Francisci Bevilaquæ de S. Maria ad frata Veronæ, & D. Francisco Leone filio q. nobilis militis D. Gulielmi de Avio vallis Lagarinæ, D. Aymonte della Scala priore seu rectore monasterii S. Georgii in Braida Veronen. sapientibus viris* D. *Barnaba Judice de Mutina habitatore civitatis Veronæ in Guaita S. Quirici, D. Leonardo Judice q. Domini Joannis de Quinto de Pigna Veronæ,* D. *Bernardo Judice filio Benoni del Bene de S. Lilio, Magistro Jacopino artis grammaticę, & notario q.* D. *Albertini de Pigna Veronæ, & Paulo Rotari q.* Domini *Gabrielis de Illaxio de Mercato novo Veronæ, qui se debent subscribere infrascriptæ transactioni. Testibus rogatis, & allegatis.*

Cum hoc esset quod lix, quæstio, scandalum, & controversia, ac malorum animorum voluntates, discordiæ, & impetus ortæ sint & fuerint, & vigeant de præsenti, ac majores possent, & dubitarentur oriri in futurum, inter Rev. Patrem, & D. *Petrum de la Scala, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Veronen. seu ejus procuratores, & sindicos, aut alios pro eo, & ejus nomine, nec non pro ipso, & ejus juribus, &* jurisdictionibus *Episcopalibus, quæ, & quas ad ejus dignitatem* Episcopalem *spectare, & pertinere asserit, & prætendit ex una parte, &* Dom. *Bartholomæum de Quintafoja Canonicum, & Archipresbyterum Canonicorum majoris* Ecclesiæ *Veronen. nec non Canonicos, & Capitulum dictæ majoris Ecclesię Veronen. & D. Bernardum de Placentia Canonicum* Veronen. *Vicarium dicti Archipresbyteri, ipsosque Canonicos infrascriptos præsentes facientes pro se, & nomine & vice aliorum Canonicorum, & absentium, & successorum suorum, & eorum Capitulum, atque* D. *Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli presbyteros capellanos, & parochianos, & alios quovis modo eisdem subditos, sive eorum, & cuilibet eorum procuratores, & sindacos, aut alias personas pro eis, & eorum quolibet, & eorum nomine intervenientes conjunctim, vel divisim ex alia parte tam in civitate Veronæ, & in ejus diœcesi, quam in Curia Rom. & Patriarchali Curia Aquilejen. coram sanctissimo D. nostro* D. Summo *Pontifice ejusque auditoribus, & judicibus datis vel dandis, & Rev. Patre* D. *Masquardo Patriarcha Aquileja. & eorum vicariis delegatis comissariis, seu eorum locumtenentibus occasione infrascriptorum, & cujuslibet eorum, nec non eisdem connexorum, & ab ipsis dependentium conjunctim, vel divisim.*

Dicebat namque D. Episcopus Veronen. *ac etiam indistincte asserebat, proponebat, & allegabat dictos* DD. *Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, ac etiam eorum subditos, & subjectos infrascriptos fore, & esse ipsius* D. *Episcopi, & fuisse ipsius, & prædecessorum suorum Episcoporum Veronensium, & jurisdictioni eorum, & Episcopatui Veronen. subditos, & subjectos, præcipue cum infrascriptis ecclesiis, capellis, monasteriis, & locis, ac etiam eorum beneficiis, bonis aliis, & juribus quibuscumque, & jurisdictionibus tam acquisitis, quam acquirendis eisdem, ac in eos, & contra eos, & eorum jura tam in spiritualibus, quam in temporalibus ipsum, & prædecessores suos jurisdictionem plenissimam, tam quoad ea, quæ spectant ad legem suæ jurisdictionis Episcopalis, quam etiam ad legem suæ jurisdictionis Diœc. vel alio quovis modo obtinuisse, & obtinere, ut sit testante* Canone *tanquam caput, & Diœcesanus in civitate, & diœces.* Veronen. *fungi valeat, et fungatur jure communi contra eos velut membra subdita, & subjecta. En adverso per dictos* DD. *Archipresbyterum ejusque Vicarium, Canonicos, & Capitulum negabantur prædicta, & quolibet prædictorum, & dicebatur, opponebatur, allegabatur, & proponebatur eosdem* DD. *Archipresbyterum, Canonicos, et Capitulum, et prædecessores eorum, ecclesiasque, capellas, monasteria, et loca infrascripta presbyterosque capellanos, et parrochiales, clericos, conversos, sorores, seu monales, et alios subjectos eorum, et dicti Capituli tam præteritos, quam præsentes, et futuros cum eorum beneficiis, bonis aliis, juribus, et jurisdictionibus quibuscunque acquisitis, et acquirendis in dictis eorum ecclesiis, capellis, monasteriis, et locis, vel alio quovis modo eorum consuetudines, jurisdictiones, personas, et jura, tam in spiritualibus, quam in temporalibus fore, et esse, et fuisse exemptos, et exempta ab omni ipsius* Dom. Episcopi *Veronen. et prædecessorum, et successorum suorum jurisdictione, tam quo ad ea quæ sive de jure, communi, sive de consuetudine spectare possent ad præfatum* Dom. Episcopum *ratione suæ dignitatis Episcopalis, quam ratione legis suæ jurisdictionis, sive suæ legis diœcesan. vel alio quovismodo tam privilegiis exemptionis ipsorum, et dicti sui Capituli, et subiectorum, et subditorum eorum sibi, et prædecessoribus suis per ipsum* Dom. *Episcopum Veronen. et prædecessores suos, quam etiam præscriptionibus legitimis temporum, et tantorum quod in contrarium memoria hominum non existit, super prædictis habitis, et obtentis, et aliis quibuscunque modis rationabilibus concessis usque hac, et quampluribus aliis rationibus, et juribus, quibus utebantur partes prædictæ pro confirmatione litigiorum, contumeliarum, et jurgium prædictorum ipsique* D. D. *Archipresbytero, et Canonicis, ac sindicis, et procuratoribus hic, et alibi semper dicentibus, et allegantibus sese eorumq; Capitulum, eorum subditos, jurisdictiones, personas, et jura, nec non etiam prædecessores eorum semper fuisse, et esse ac fore immediate*

subditos, & subjectos Sanctissimæ Sedis Aquilejen. & Reverendorum D. D. Patriarcharum Aquilejen. quorum quidem jurisdictionem, & honorem, hactenus, & nunc dictæ Ecclesiæ Aquilejen. & præfatis Dom. Patriarchis Aquilejen. contra eos competentes, ut præmittitur totaliter obtinere, & integraliter intendunt, prout, & secundum quod sui prædecessores hactenus fecerant, & observaverunt temporibus retroactis, & per tantum tempus, & tempora quod in contrarium memoria hominum non existit. Volentes itaque dictæ partes, & qualibet ipsarum per se expensas inutiles, lites, discordias, controversias, & quæstiones tam præteritas, quam præsentes, & futuras, evitare, & a se penitus admovere, & ad concordiam, pacem, & transactionem integraliter devenire, memores illius verbi quod dicitur, quod suadente diabolo intervenit, illud Spiritus sancti gratia deleatur, ad talem pacem, transactionem, concordiam, profectum cum charitate amorem dictæ partes nullo juris, vel facti errore ductæ, sed sponte, & ex certa scientia devenerunt, ut infra per ordinem continetur.

Primo videlicet ipse D. Episcopus Veronen. pro se & successoribus suis juxta, & secundum conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me Notario infrascripto inter ipsas partes conventa, et solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata omnia, et singula præcepta, mandata, jussa, edicta, et injuncta, omnesque monitiones, citationes, sententias, sententiarumque tam excommunicationis, quam alterius cujuscunque generis prolationes, nec non quascumque privationes, condemnationes, absolutiones, ac etiam omnia, et singula acta, gesta, facta, et actitata, atque omnes, et singulos processus civiliter, et criminaliter factos, publicatos, et quæcumque facta, et gesta per ipsum Dom. Episcopum, seu antecessores suos, seu alium, vel alios ejus vel antecessorum suorum, quemcumque Vicarium, seu officialem, seu ab ipso Domino Episcopo, vel antecessoribus suis, vel ejus vicariis, sive antecessorum suorum, aut officialium præcise a duobus annis citra qualitercunque emanatos, vel emanata judicialiter vel extra judicialiter conjunctim vel divisim usque ad præsentem diem cum eis annexis, et dependentibus ab eisdem contra dictos DD. Archipresbyterum vel ejus Vicarium, ac præfatos Dominos Canonicos, et Capitulum, ac etiam contra quascumque personas seculares, vel religiosas, monasteria, et ecclesias, regentes, seu in ipsis officiantes, aut in eis beneficiatas eorum, et cujuslibet eorum quovis bona conjunctim, et divisim, videlicet ecclesiam S. Georgii a Domo, ecclesiam S. Joannis ad fontes Veronæ, ecclesiam S. Pauli Veteris juxta Ripam, ecclesiam sancti Pauli de Campo Martio, ecclesiam sive plebem S. Joannis in Valle, ecclesiam S. Joannis de Quinzano, cum Capella sancti Alexandri juxta Quinzanum, ecclesiam S. Clementis, ecclesiam S. Blasii, ecclesiam S. Cæciliæ, ecclesiam S. Mariæ Consolationis, ecclesiam sancti Firmi in curtalta, sive in Capella, monasterium S. Leonardi de Montedonico, monasterium S. Michaelis in Campanea, monasterium S. Pancratii, monasterium sancti Cassiani de Palsena, ecclesiam S. Felicis in Agere de Palsena, ecclesiam S. Mariæ Orsanichoveter, ecclesiam omnium SS. de Marzana, ecclesiam sanctæ Mariæ de Cajano, ecclesiam S. Petri de Capano, ecclesiam S. Pauli de Prunis, ecclesiam omnium sanctorum de Rovaris, ecclesiam S. Georgii in Sal. ecclesiam S. Michaelis de Calmasino, ecclesiam S. Faustini de Moncedraconis, ecclesiam S. Prosdocimi diœs. Veronen. ecclesiam S. Ambrosii diœces. Brixien. ecclesiam Luxiæ Adriens. diœces. ecclesiam S. Mariæ de Villa Paduan. diœces. necnon contradictorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, et Capituli constitutiones, consuetudines, jurisdictiones, honores, et jura tam in curia Romana, quam in civitate, vel diœces. Aquilejen. coram Reverendissimo Patre, et D. D. Marquardo Patriarcha Aquilejensi, aut ejus Vicario, sive Vicariis, vel ipsius locum tenentibus, quam etiam in civitate Veronæ, et alibi ubicunq; sive ab eis fuisset appellatum, etiamsi desertæ forent appellationes, sive non fuisset appellatam pendentia, vel non pendentia ibidem, & immediate prædictis testibus, & me Notario præsentibus omnibus modo, via, forma, quibus melius potuit ex certa scientia confessus fuit, dixit, & recognovit fuisse, & esse ipso jure nullas, & nulla tamquam emanantes, & emanantia, procedentes, & procedentia a Judicibus incompetentibus, & in quantum omnia, & singula prædicta de facto processissent ipsa omnia, & singula præmissa ibidem expresse, & ex certa scientia revocavit, retractavit, annullavit, removit, irritavit, quibus omnibus mandatis, præceptis, citationibus, actis, & actitatis, processibus, & sententiis supradictis, præfatus D. Episcopus vice, & nomine sui Episcopatus, & successorum suorum ex nunc expresse renunciavit. Promittens dicto D. Bernardo Vicario, & Canonicis ibi præsentibus pro se ipsis, & Capitulo suo, & successoribus suis solemniter stipulantibus, & recipientibus, & mihi Notario infrascripto tanquam publicæ personæ stipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & singulorum quorum interest, vel quomodolibet interesse poterit in futurum. Unum, vel duos aut plures suos sindicos, vel sindicum procuratorem vel procuratores constituere, & facere, cum speciali auctoritate, seu mandato comparendi coram Sanctissimo Patre, & D. D. summo Pontifice, Reverendissimo Patre, & D. D. Patriarcha Aquilejensi, eorumque Vicariis, & commissariis, & alibi ubicumque opus fuerit ad petendum prædicta omnia, & singula pronunciari, & declarari nulla, & etiam si, & in quantum quovismodo fuissent, & essent aliqua cassari, aboleri, cancellari, & totaliter revocari præsentibus sindicis, seu procuratoribus dictorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli.

Secundo quod ipse D. Episcopus pro se, & successoribus suis juxta, & secundum conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me Notario infrascripto inter ipsas partes conventa, & solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus vallata, dictos DD. Archipresbyterum, Vicarium, Canonicos, & Capitulum, nec non præfatas ecclesias, personas, & quascunque alias, & quasvis earum, & earum bona eisdem Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo subjectas ipsorum constitutiones, jurisdictiones, consuetudines, & jura per ipsum D. Episcopum Veronen. seu antecessores suos, vel alium, vel alios ipsius antecessorum suorum nomine, mandato, vel auctoritate qualitercumq; interdictas, vel interdicta, gravatos, & gravata, molestatos, & molestata, turbatos, & turbata, impeditos, aut impedita temporibus retroactis, & maxime a duobus annis citra, usque ad hanc præsentem diem prædictis testibus, & me Notario infrascripto præsentibus in pristinum statum reduxit, & ad ipsum pristinum statum in quo erat ante omnia prædicta impedimenta, gravamina, seu molestationes, & turbationes pro se ejusque dignitate Episcopali suisque successoribus, contradictione aliqua non obstante, totaliter reintegravit, ita, & taliter, quod ipsi D. Archipresbyteri, Canonici, & Capitulum, nec non præfatæ ecclesiasticæ personæ, & quævis aliæ personæ eis subjectæ atque eorum, & earum quævis bona, jura jurisdictiones & honores sint, & etiam intelligantur in ipso pristino, & perfecto statu in quo ipsi, ipse, & ipsa, ac eorum prædecessores fuerunt, erant, & steterunt ante molestias, & turbationes, atque etiam gravamina prædicta eis per ipsum D. Episcopum, seu antecessores suos, seu alium vel alios ejus, vel antecessorum suorum mandato, vel auctoritate factas, & facta seu illatos, vel illata, & maxime ante duos annos proxime præteritos.

Tertio juxta conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, et me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, et solemni stipulatione hinc inde interveniente, vallata, præfatus D. Episcopus pro se, et successoribus suis promisit prædictis D. Bernardo Vicario, et Canonicis ibidem præsentibus pro se ipsis, et prædicto D. Archipresbytero, et aliis Canonicis absentibus, et successoribus stipu-

lan

lantibus, & recipientibus, nec non mihi notario infrascripto tnuquam publicæ personæ stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum quorum interest, vel in futurum interesse poterit de cætero publice, vel occulte per se, vel alium, seu alios ejus nomine auctoritate, vel mandato non inquietare vel molestare nullatenus, aliqualiter impedire præfatos DD. Archipresbyterum, ejusque Vicarium, Cauouicos, & Capitulum, ecclesiasticas personas, & quasvis alias, ut præmittitur eisdem subditas, & subjectas occasione præmissorum, seu alicujus eorum, aut ipsis connexorum, vel dependentium ab eisdem tum principaliter, quam accessorie, & de presenti, quam in futurum, aut occasione alicujus jurisdictionis, vel legis diæces. ad suam dignitatem Episcopalem qualitercunque spectantium, quin, & quominus præfati DD. Archipresbyter, ejusque Vicarius, Canonici, & Capitulum, ac etiam prefate ecclesiasticæ persone, & quævis aliæ, ut præfertur eisdem subditæ, & subjectæ possint, & valeant de cætero, & in futurum continue plena, & pacifica possessione vel quasi dictarum exemptionis, & libertatis ab omni jurisdictione Episcopali dicti D. Episcopi, & successorum suorum perpetuo frui, & gaudere continuo.

Quarto præfatus D. Episcopus pro se, & successoribus suis juxta, & secundum conventiones, & pacta ibidem corum dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes coutenta, & solemni stipulatione hinc inde iuterveniente vallata, fecit finem, absolutionem, liberationem, quietationem, & pactum de ulterius non petendo dictis Dominis Vicario, & Canonicis ibidem præseutibus pro se, & aliis Canonicis absentibus & Capitulo dictæ majoris Ecclesiæ, & mihi notario infrascripto tamq. publicæ personæ nominibus antedictis stipulanti, & recipienti de omnibus, & singulis damnis, expensis, & interesse litis, & entra in quæ, & in quas prædicti DD. Archipresbyter, ejusque Vicarius, Canonici, & Capitulum, & antedictæ ecclesiasticæ personæ, & quævis aliæ, ut præmittitur eisdem subditæ, & subjectæ quoquomodo incurrissent, & quæ, & quat qualitercunque solvere, vel reficere tenerentur conjunctim, vel divisim dicto D. Episcopo seu ipsius dignitati Episcopali, aut quæ, & quas ipse D. Episcopus petere posset n præfatis D. D. Archipresbytero, ejusque Vicario, Canonicis, & Capitulo, & ecclesiasticis persouis, & quibusvis aliis, ut præfertur subditis, & subiectis eorum antedictis nomine, occasione, vel causa dictarum controversiarum, quæstiouum, & causarum, ac discordiarum, aut aliquorum connexorum, vel dependentium ab eisdem, vel ab, seu occasione subsecutorum.

Quiuto præfatus D. Episcopus pro se, & suis successoribus juxta, & secuudum conveutiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto iuter ipsas partes conventa, & solemni stipulatione vallata, promisit dictis DD. Vicario, & Canonicis ibidem præsentibus, & mihi notario iufrascripto tanquam publicæ personæ uominibus antedictis stipulanti, & recipienti, eosdem DD. Archipresbyterum, Vicarium, & Canonicos tam præsentes quam futuros eorumque Capitulum prædictos nec non ipsorum subditos, & subjectos bono zelo diligere, et gratiose tractare, ipsosque sustinere, manutenere, et defendere in honoribus, et jurisdictionibus eorum, et dicti Capituli exercendis, et si, et in quantum opus fuerit si ab eo peteretur, vel requireretur per aliquem eorum, vel per eorum sindicum, vel procuratorem, aut nuncium specialem, vel simplicem teneatur, et debeat eis præstare auxilium, cousilium, et favorem, ac Episcopale brachium suum pro suis jurisdictionibus tam inter se, quam contra eorum subditos, quam etiam contra quamcunque personam secularem, vel ecclesiasticam cujuscunque conditionis existat volentem agere contra eorum aliquem, vel aliquem ipsorum subditum coram dicto D. Archipresb. vel ejus Vicario tam in civilibus, quam in criminalibus litibus, placitis, et questionibus per eos, et coutra eos, tam in eorum Capitulo, quam alibi ubicunque, et

A *quandocunque sibi placeat realiter, et personaliter exerceudis.*

Sexto antedictus D. Episcopus pro se, & suis successoribus juxta, & secuudum conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata, dictis DD. Vicario, & Canonicis ibidem præsentibus, & mihi notario iufrascripto tanquam publicæ personæ nominibus antedictis stipulanti, & recipienti promisit confirmare, & de novo renovare, sicut ibidem confirmavit, & de uovo renovavit præsentibus dictis testibus, & me notario infrascripto privilegium suum alias, & dudum per dictum D. Episcopum præfatis D. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo eorum subditis, & subjectis super prædictis exemptionibue, & libertatibus, consuetudinibus, & jurisdictionibus eorum, & tam ipsorum, quam etiam ecclesiarum, locorum, & monasteriorum, ac subdictorum eorum presbyterorum, Capellanorum, & parochialium

B *Prælatorum prædictorum in dictis eorum ecclesiis, Monasteriis, & locis, quam etiam in beneficiis quibuscunque institutis, & instituendis eis commendatis, & commendaudis, ac oblatis, & offerendis in omnibus, & per omnia, ut in dicto privilegio coutinetur. Non obstante quod dictus D. Episcopus Veroneu. alias tale privilegium revocaverit, & cassaverit in quantum in eo fuit, & licet minus juste, ac etiam teueatur, & debeat in quantum visum fuerit expedire dicto tali privilegio addere ultra ea, quæ continentur in eodem pro declaratioue, & saniori intellectu contentorum in eo, ac etiam pro majori firmitate, & coeroboratione prædictorum alias contentorum in eo.*

Septimo, & ultimo præfatus D. Episcopus pro se, & suis successoribus juxta, & secundum couventiones, & pacta coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa & solemni stipulatioue hinc inde interveuiente vallata, laudavit, ratificavit, confirmavit, & approbavit præseutibus dictis testibus, & me notario infrascripto omnia,

C *& singula acta, actitata, gesta, & facta per dictos DD. Archipresbyterum, & Cauonicos, & Capitulum, & eorum prædecessores, nec non gerenda, actitanda, & fienda in futurum, per eos, & eorum successores, sive eorum mandato, et auctoritate tam spiritualiter, quam temporaliter, tam etiam civiliter, quam crimualiter, tam coutra se, quam intra se, & etiam contra prædictas ecclesiasticas personas, & quascumque alias eis subditas, & subjectas tanquam gesta, facta, actitata. pronunciata, ordinata, declarata, & finita, per judicem, seu judices competentes. Quæ omnia, & singula fieri, observari, stipulari, & roborari debeant, cum omnibus solemnibus promissionibus penarũ additioaibus bonorum obligationibus, & juridicis, & aliis quibuscuuque clausulis de jure opportunis, ad perpetuam roborationem prædictorum.*

Ex adverso præfatus D. Bernardus Vicarius præfati DD. Archipresbyteri, nec non dicti DD. Canonici pro se ipsis, & dicto Capitulo, & successori-

D *bus suis juxta pacta, & conventiones ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto conventa, & solemni stipulatione hinc iude interveniente vallata ut supra inter dictas partes versa vice, spoate, & ex certa scientia, promiserunt præfato D. Episcopo pro successoribus suis stipulanti renunciare, & ex nuuc præsentibus dictis testibus, & me notario infrascripto renuuciaverunt, & cesserunt omnibus, & singulis appellationibus eorum, & per ipsos, seu pro parte, & nomine ipsorum, vel per sindicos, aut procuratores eorum factis, productis, & interpositis contra ipsum D. Episcopum, vel antecessores suos, seu ejus Vicarium, vel Vicarios, seu antecessores suos, aut alium, vel alios facientes, seu procedentes nomine, & vice ipsius D. Episcopi, & coram ipsis Domino Episcopo, & ejus Vicario de, & super quibuscunque præceptis, mandatis, senteutiarum prolationibus, & gravaminibus quibuscunque a præfato D. Episc. & ejus Vicariis emanantibus, vel quali-*

terumque procedentibus contra dictos D. D. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, & præfatas ecclesiasticas personas, & quaslibet alias eisdem subditas, & subjectas conjunctim, vel divisim, & quibuscunque causarum tam præsentialium, quam appellationum instantiis pro parte dictorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli, tam coram præfato Reverendo Patre, & DD. Patriarcha Aquilejen. ejusque Vicariis, quam alibi ubicunque motis, & movendis, institutis, & instituendis occasione omnium, & singulorum tantum. Quas quidem renuntiationem, & cessionem perdicti DD. Vicarius, & Canonici, pro se ipsis, & præfatis DD. Archipresbytero, & Capitulo promiserunt dicto D. Episcopo pro se, & successoribus suis stipulanti iterato facere per eorum legitimum sindicum, & procuratorem coram præfato DD. Marquardo Patriarcha Aquilejen. seu ejus Vicario in ipsius Aquilejen. Curia, & alibi ubi esse reperietur dictus D. Patriarcha, vel ejus Vicarius, præsente sindico, vel procuratore dicti D. Episcopi Veronen cum remissione, & quietatione omnium damnorum interesse, & expensarum in quibus incurrisset vel ad quæ teneretur dictus Dominus Episcopus occasione prædicta, seu in causis præmissis sumptibus, & expensis dictorum D D. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli.

Secundo juxta pacta, & conventiones ibidem coram dictis testibus, & me, notario infrascripto conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata sponte, & ex certa scientia fecerunt præfato Episcopo pro se, & successoribus suis, & suo Episcopatu recipienti finem, remissionem, quietationem, liberationem, & pactum, de ulterius non petendo omnibus modis, jure, & forma quibus potuerũt de omnibus, & singulis expensis, damnis, & interesse, in qua seu in quæ incurrisset, seu ad quas, vel quæ dictus D. Episcopus teneretur, aut quas, seu quæ præfati D. D. Archipresbyter, Canonici, & Capitulum petere possent a præfato D. Episcopo, & ejus successoribus tam occasionibus prædictis, quam etiam occasione cujuscunque contumaciæ, seu sententiarum interdicti, suspensionis, & excommunicationis, quas incurrisset præfatus D. Episcopus, sive in curia Patriarchalis Aquilejen. sive in civitate Veronæ, vel alibi ubicunque propter quascunque litteras, processus, vel mandata dicti Dom. Patriarchæ Aquilejen. seu ejus Vicariorum à quibusvis interdicti, suspensionis, & excommunicationis, sententiis præfatus D. Episcopus, ut asseruit fuit, & est sub certa conditione, auctoritate Apostolica absolutus. Quas quidem expensas, nec non damna, & interesse prædicta, prædicti D. Vicarius, & Canonici facientes pro se, & nominibus quibus supra dicto D. Episcopo pro se, & suis successoribus recipienti expresse remiserunt, & eundem a damnis, interesse, & expensis quietaverunt, & liberaverunt totaliter.

Tertio promiserunt dicti D. Bernardus Vicarius, & Canonici præfati pro se, & nominibus quibus supra dicto Domino Episcopo pro se, & successoribus suis stipulanti, & recipienti eidem D. Episcopo, & suis successoribus tanquam DD. Reverendis in dignitate Episcopali constitutis exhibere honorem, & reverentiam, salvis semper, & expresse reservatis eisdem DD. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo omnibus eorum libertatibus, exemptionibus, juribus, jurisdictionibus, consuetudinibus, & honoribus quibuscunque ad præsens, & in futurum in omnibus, & per omnia, ut supra dictum est, & pro, ut in dicto privilegio alias per ipsum D. Episcopum Veronen. eisdem D. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo concesso, & de præsenti confirmando, & renovando in omnibus, & per omnia pro, ut in eo continetur, & scriptum est. Quibus, seu prædictorum, vel prædictarum alicujus exhibitionem reverentiæ, & honoris dicto Dom. Episcopo, vel successoribus suis, ut præmittitur nunc, seu quibusvis futuris temporibus faciendam prædicti D. Archipresbyter, & Canonici, & Capitulum pro se, & successoribus suis non intendunt in aliquo quovismodo derogare, sed prædi-

A cta, & quodlibet prædictorum volunt nunc, & in futurum in sua firmitate perpetuo permanere, quibus protestationibus, & reservationibus idem D. Episcopus suo, & suorum successorum nominibus expresso consensit, de quibus privilegio constat publico Instrumento scripto per Paulum notarium infrascriptum de suprascripto milesimo, & indictione . . . & subscripto per me Ubertinum quondam magistri Danielis Phisici de sancto Firmo publicum Imperiali auctoritate notarium, & per Jacobum quondam Domini Albertini de Robatiis de Pigna publicum Imperiali auctoritate notarium.

Volentes itaque dictæ partes parere omnibus, & singulis suprascriptis pro, ut inter se convenerunt, prædictam transactionem, promissionem, conventionem, & pacta, ac etiam omnia, & singula scripta in hoc præsenti contractu de verbo ad verbum posita, contenta, descripta, & conventa per dictas partes inter se, & mutua vice a principio usque ad finem inter se ad invicem, & vicissim facta, conventa, stipulata, B & promissa solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus adimpleverunt solemniter, & promiserant inviolabiliter attendere, & observare in omnibus, & per omnia pro, ut est secundum quod in hoc præsenti contractu, & instrumento continetur, & descriptum est in ullo unquam contrafacere, vel venire de jure, vel facto modo aliquo, causa, forma, vel ingenio, pro se, vel interpositam personam à se in pœna, & sub pœna refectionis damnorum omnium interesse, & expensarum litis, & extra in omnibus, & singulis suprascriptis, & in qualibet parte ipsorum, non attenditis, & non observatis, quæ pœna toties committatur, & exigi possit cum effectu, quotiens fuerit contrafactum, & non observatum rationibus semper manentibus omnibus, & singulis suprascriptis, & infrascriptis, & dicto etiam privilegio, & contentis in eo, & in eis, & in sui præsentis roboris firmitate sub eadem pœnæ commissione, promissione, stipulatione, & exactione in prædictis, & circa prædicta ex certa scientia nullo juris, vel facti errore dictæ pro C se, & omnibus quibus supra Renunciantes dictæ partes exceptioni doli, mali in factum, actioni, conditioni indebiti sine causa, vel ex injusta causa, & non vera causa, vel quodvis metus, seu causa, & non factæ, & non celebratæ dictæ talis transactionis, & omnium, & singulorum in ea contentorum, simulationique præsentis contractus. Et generaliter omnibus, & singulis aliis suis juribus, beneficiis, & exceptionibus tam civilibus, quam canonicis, & tam feodalibus, quam Patriarchalibus, & omnibus aliis generis cujuscunque loquentibus in contrarium. Quæ omnia dictæ partes ex titulo præsentis transactionis sibi ad invicem remiserunt, & pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & plenius observandis, dictæ partes sibi ad invicem, & vicissim, & mutua vice omnia eorum bona mobilia, & immobilia præsentia, & futura, & supellectilia, videlicet dictus D. Episcopus sua, & Episcopatus Veron. bona, & dicti Vicarius, & Canonici infrascripti sua, et beneficiorum suorum, & communitatis dictæ Canonicæ bona, et D ea quæ de generali obligatione per legem tacite sunt excepta pignori obligaverunt. Quæ bona constituerunt, videlicet una pars pro altera tenere, et possidere, vel quasi usque ad integram satisfactionem, et observationem omnium prædictorum: juravit quoque dictus D. Episcopus sponte, ex certa scientia, nullo per aliquem sibi delato sacramento, sed per metipsum assumpto ad sancta Dei Evangelia posita manu sua ad pectus suum, & tactis etiam scripturis manibus videlicet uno privilegio absolutionis ipsius D. Episcopi ab excommunicatione quod tenebat in manibus, sibi transmisso a D. summo Pontifice, vel ejus commissario prædicta omnia, & singula suprascripta, & infrascripta a principio usque ad finem in omnibus & per omnia, ut supra, & infra continetur, & scriptum est, perpetuo, & inviolabiter attendere, & observare, & in nullo contrafacere vel venire vel facto. Quibus omnibus sic peractis, præfatus D. Episcopus Veron. prædictum privilegium exemptionis dictorum domino-

rum

rum Archipresbyteri, Canonicorum, de quo supra facta est mentio, confirmavit, & renovavit secundum pacta transactionis prędictæ, ut in ipso privilegio per ordinem continetur, et scriptum est. In cujus rei testimonium, et perpetuam fidem plenariam, et evidentem firmitatem idem Reverendus Pater, et D. Episcopus Veron. pro se, et suis successoribus, et Episcopatu suo Veron. presens publicam instrumentum sigilli sui jussit appensione muniri, quod si dictum sigillum rumpi, devastari, aboleri, vel auferri inde contigerit, nihilominus dictus Reverendus pater D. Episcopus Veronen. dixit, voluit, et mandavit præsens publicum instrumentum, et contenta in eo pro majori roboris firmitate ipsius ubique plenissimam habere roboris firmitatem, et eidem, præsenti instrumento, et contentis in eo ab universis perpetuam, et plenariam fidem adhiberi. Nomina autem Canonicorum tunc ibi presentium, sunt hęc. Venerabiles viri D. D. Bernardus de Placentia Canonicus, et Vicarius Archipresbyteri, Canonicorum, et Capituli dictæ ecclesiæ majoris Veronen. Jacobus de Malaspina, Blasius de Parma, Carlotus de Venetiis, et Pantaleo de Albertis Canonici. Anno Domini 1376. indictione XIV. Ego Paulus quondam Gabriellis de Manio de Mercato novo Veronen. imperiali auctoritate notarius suprascriptis omnibus interfui, & de mandato suprascripti D. Episcopi, & a suprascriptis Canonicis rogatus me subscripsi, & signum meum tabellionatus hic apposui consuetum. Ego Jacobinus quondam D. Albertini de Parma Veronen. imperiali auctoritate notarius suprascriptis omnibus interfui, & de mandato suprascripti D. Episcopi, & a suprascriptis Canonicis rogatus me subscripsi, & signum meum tabellionatus hic apposui consuetum. Ego Ubertinus quondam Mag. Danielis Phisici de Guayta s. Firmi Veronen. publicus imperiali auctoritate notarius, & prędictis omnibus, & singulis presens fui, & a suprascriptis D. Episcopo Veron. & D. Bernardo Canonico, Vicario, & Canonicis suprascriptis rogatus scripsi, & ad majorem firmitatem signum meum notariæ supra apposui consuetum.

Nos Marquardus Dei gratia S. sedis Aquilejen. Patriarcha tenore præsentium ad perpetuam hujus rei memoriam notum fore facimus universis, quod nostram accedentes præsentiam discretus Nicobasius. . . . . Notarius de terra nostra Utini tanquam procurater substitutus, ut asserebat, Vener. in Christo, & suffraganei nostri Petri della Scala Dei gratia *Veronen.* Episcopi, *nec non dilectus in Christo presbyter Comes de Parma beneficiatus in ecclesia s. Georgii a Domo de Verona, tanquam procurator, & sindicus, ut similiter asserebat, dilectorum in Christo filiorum, Archipresbyteri, Canonicor. & Capituli majoris ecclesiæ Veronen. nobis, & nostræ Aquilejen. Ecclesiæ immediate subjectorum ad hæc, ut asserebant, specialiter constituti nobis instantius, atque humilius supplicaverunt, ut cum super nonnullis controversiis, differentiis, & discordiis dudum vigentibus inter supradictum Episcopum ex una, & præfatos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum parte ex altera, præfatæ partes ad certas honestas, laudabiles, & rationabiles compositiones, transactionem, pacem, & conventiones amicabiliter, & de plano, bonorum cunctorum operante auctore, pervenerunt, prout de hujus omnibus plenius, atque seriosius superius declaratur, compositiones, pacem, & conventionem hujusmodi confirmare, & approbare benignius dignaremur. Nos quidem recto animo attendentes compositiones, pacem, transactionem, & conventiones hujusmodi post earum diligentem examinationem per nos factam fore rationi consonas, atque justas, nec nostris, & nostræ Aquilejen. Ecclesiæ antiquissimis, & consuetis honoribus, & juribus aliquatenus derogare, & propterea supplicationibus præmissis rationabiliter inclinati suprascriptas, compositiones, pacem, transactionem, & conventiones, nec non omnia, & singula in eis inserta cum matura deliberatione inde præhabita, & ex certa scientia per nos, & successores nostros, ac vice, & nomine præfatæ nostræ Ecclesiæ Aquil. auctoritate nostra Metropolitica & ordinaria, ac in omnibus jure, & forma quibus melius, & efficacius possumus tenore præsentium confirmamus, ratificamus, & in omnibus approbamus auctoritatem nostram, & præfatæ nostræ ecclesiæ in iis omnibus interponentes omnimodam pariter, & consensum, salvo semper jure nostro, & nostræ Aquilejen. Ecclesiæ prælibatę in cujus rei testimonium, & perpetuum plenum robur præmissa scribi jussimus & nostri sigilli appensione muniri. Datum in castro nostro Sophumburgi die 2. Januarii Anno Dom. Nativ. 1377. indict. XV.*

Meminit hujus concordiæ Panvinius in Chronica, retulitque Petri hujus Episcopi jussu conflatam fuisse notam illam majoris Basilicæ, quæ vulgo dicitur *scbila*; quaque statutis horis ad quotidianas preces, laudesque Deo agendas majoris Ecclesiæ Sacerdotes, & clerici convocantur. Ab ipso etiam erectum fuisse altare in ipsa Cathedrali in D. Agathæ honorem; cujus etiam diligentia fructus annui prædiorum Episcopatus, qui superiorum incuria tenuiores facti fuerant, uberiores redditi sunt, nam nihil omisisse earum rerum, quæ ad eos augendos pertinerent, & constitutiones Episcopi Theobaldi numero ad centum luculentas admodum, ac varias, quæ propemodum jam antecessorum desidiis in desuetudinem abierant, in usum revocasse, atque una cum quibusdam aliis Concilii Aquilejensis, Patriarcha Bernardo, editas, promulgasse, ex quibus apparet utrumque, & juris Pontificii peritissimum, & in obeundo munere suo nequaquam negligentem fuisse; hæc ille. Quibus addidit, Petrum jussu Antonii Scaligeri anno 1388. ab inito pontificatu 29. pugione cęsum innocentem occubuisse. Verum quam longe a veritate de Petri interitu scripserit Panvinius, & post ipsum Hieronymus Cortes, Perettus, aliique, lib. Provisionum Prælatorum Vaticani archivi clare ostendit, cum in eo recenseatur Petrus eodem anno 1388. ad Laudeosem Episcopatum translatus, quod & in monumentis Laudensibus observavimus, quæ & obitum Petri exulis etiam à sua Laudensi Ecclesia referunt accidisse Mantuæ anno 1393. Petro successit in Laudensi Ecclesia Bonifacius Butticella Papiensis ex eodem lib. Provisionum, ut in 4. tom. narravimus. Causam remotionis Petri à Veronensi nobili sua sede, suis in Diariis rerum memorabilium civitatis Veronæ, quæ ab anno 1405. usque ad 1412. acciderunt, commemorat hisce verbis Bartholomæus de Oliveto notarius Veronensis: *Anno 1406. de Mense Septembris Reverendus in Christo Pat.* D. *Angelus Barbadico de Venetiis die lunæ 20. mensis prædicti Septembris fuit creatus per summum Pontificem in Episcopum Veronensem, ut hic de ipsa creatione postea dictum fuit, fuisse factum dicta die, loco Reverendi Patris* D. *Jacobi de Rubeis de Parma qui erat, & stetit per circa 17. annos, & plus Episcopus Veronensis, factus loco Reverendi Patris* D. *Petri della Scala, remoti ab ipsa dignitate, contemplatione* D. Comitis Virtutum *Domini Veronæ, & Mediolani, cum per longa tempora stetisset Episcopus Veronæ. Quem* D. *Jacobum de Rubeis sedes Apostolica ab ipsa dignitate removit.* Asservatur hujus diarii libellus M. S. in pergameno penes Archivium Abbatiæ S. Zenonis Veronæ.

Hoc ipso anno 1388. quo Pettus ad Laudensem Ecclesiam fuit translatus Joannes Galeatius Vicecomes Dux Mediolani, expulso Antonio Scaligero, Veronensium Principatum obtinuit, atque hac ratione Scaligerorum principatus Veronę desiit anno à primi Mastini dominatu vigesimo septimo supra centesimum.

103 JACOBUS Rubeus Parmensis ex nobiliss. CIV.
& vetusta Comitum gente S. Secundi, patre Beltramo Marchione natus, liberali ingenio, ac egregia corporis forma, ope Joannis Galeatii Ducis Mediolani, amoto Petro, ac translato ad Laudensem sedem, successit anno 1388. 12. Kal. Maii, solemnique pompa possessionem iniit. Hic anno 1389. jurisdictiones omoes, feuda, ac omnia jura Vero-

nensis Episcopatus, quæ olim à suis antecessoribus, principibus Scaligeris concessa fuerant, in Jo: Galeatium Ducem, cujus erat intimus consiliarius ad grati animi propensionem, auctoritate sua ordinaria asseruit, cusoque diplomate cæteris indicavit, quod hic ex tabulario Canonicorum exscripsimus, in hunc modum.

In nomine Domini Amen.

Anno a nativitate ejusdem 1389. Ind. XII. die 18. mensis Octob. hora mane in Papia videl. in domo habitationis infrascripti D. Episcopi in quadam sala dictæ domus sita in Papia in porta Placentina in parochia S. Mariæ Incoronatæ.

Cum quondam Magnifici, & Excelsi D.D. Mastinus della Scala, Albertus della Scala, & Canis Grandis della Scala, tunc procuratores ipsorum nominibus eorum recipientes fuerint per prædecessores Episcopos Veronen. infrascripti domini Episcopi Veron. investiti in rectum, legale feudum, de certis feudis, decimis, Avogariis, fictis, & proprietatibus, juribus, & jurisdictionibus, & honoribus situatis in diœc. Veronen. & pro ut in instrumentis investiturarum feudorum factarum in prælibatos olim Dominos della Scala contineri reperiuntur. Unum quorum fuit rogatum Matthæo nato D. Orlandi de hora S. Nazarii civi Veronen. publ. imperiali auct. not. scribæ tunc Episcopi Veronen. 1356. indict. 9. Aliud fuit rogatum 1330. die 28. intrante mense Decembris Joan q Naximbeni, qui dicebatur Bolla pub. imperiali notar. Aliud vero fuit rogatum 1350 Ind. 3. die Jovis 7. Januarii, jura quorum feudorum, decimarum. fictorum, Advocariarum, proprietatum, jurium, jurisdictionum, & honorum in Rev. in Christo Patrem ac D. D. Jacobum de Rubeis Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopum Veronensem pervenerunt ad ipsum Episcopatum, sunt & fuerunt devoluta, debito jure, & canonice, ac justis & rationabilibus causis. Qui D. Episcopus cognoscens Dominium civitatis & districtus, & pertinentiarum Veronæ per infra nominatum Magnificum & Excelsum D Comitem Virtutum Dominum Mediolani fuisse acquisitum. Qui quidem Magnificus & Excelsus D. Mediolani est persona idonea ad defensionem jurisdictionis & bonorum Episcopatus Veronen. ac Ecclef. ad ipsius Episcopatum jurium augmentationem. Considerans bonam fidem, & gratiam devotionis, & fidelitatis obsequia, quæ prædictus Illustris Princeps ac Magnificus & Excelsus D. Mediolani temporibus retroactis ipsi D. Episcopo, & Episcopatui Veronensi, ac divina suffragante gratia conferre poterit in futurum. Eundem Illustrem Principem D. Comitem Virtutum Dominum Mediolani volens aliqualiter remunerare de præmissis, ut ipse ad conservationem jurium Episcopatus etiam deinceps fortius invitetur. Ea propter omnibus meliori jure, via, modo, casu, causa, & forma, quibus melius, & validius, & solemnius potuit & potest, & cum interventu omnium solemnitatum, tam juris, quam facti, quæ in similibus requiruntur, tam de jure, quã de consuetudine prout successoribus, que suis, ac Episcopatu suo, dedit, tradidit, & concessit in feudum rectum, & legale, & jure feudi recti, & legalis, Egr. & prudenti viro D. Ant. de Lucerio fil. q. D. Philippini secretorio præfati Illus. Principis, ac Mag. & Excel. DD. Comitis Virtutum ac ipsius procuratori solemniter constituto ad infra scripta investituram, & infra scripta omnia & singula recipienda, facienda, gerenda, & exercenda, ut constat publico instrumento ipsius procuratoris rogatu provid. I. V. Cavellini de Cavellis præfat. D. Secretario anno indict. & mense præsentibus, pro præfato D. Mediolani ejusque liberis, & heredibus recipienti, & stipulanti omnia feuda, decimas, Advocarias, ficta, proprietates, ac jura, dignitates, & honores de quibus q. Magnifici & Excel D.D. Mastinus della Scala, Albertus della Scala, & Canis Grandis della Scala, sive procuratores ipsorum nominibus eorum erant investiti, existen. in diœc. Veronen. & quovis districtu, ac si in præsenti investitura forent dicta, & nominata, ac declarata: Volendo, jubendo, & decernendo, ac pronunciando Pontificali auctoritate, & ex certa scientia ipsa in præsenti concessione fore dicta, nominata, & declarata, ac etiam laudando approbando, & confirmando dicta Pontificali auctoritate, & ex certa scientia omnem tenutam, & possessionem, vel quascumque de prædictis, & in infrascripto D. Mediolani habuisse, habere, & habet., sive alii pro eo habuerunt, ac etiam de infrascriptis omnibus infertus descriptis ultra prædicta omnia declarata superius.

Primo de Avogaria, sive dicti Domini Episcopi & Episcopatus Veronen. in omnibus juribus suis, & jurisdictionibus ad ipsum pertinentibus, & expectantibus. Item de certa parte decimarum jurisdictionis & perceptionis ipsius omnium frugum terrarum, peciarum terrarum, quam tenere solebant D. Belaganeus & Bonivus cum decima pollastrorum in villis curiis, & pertinentiis de Galganago, & Dilgado villis Pullerellæ diœc. Veronen.

Sequitur eodem modo descriptio omnium decimarum fere totius Diœc. Veronen. & in fine tandem ita concluditur.

Item pro recognitione quorundam feudorum vel alicujus eorum ex dictis, quæ fuerunt D. Federici della Scala, ad dictum Episcopatum Veron. ut dictus D. Episcopus dixit, & protestatus fuit, legitime devolutorum, quinquaginta vel circa minalia boni, & pulchri frumenti in festo S. Michaelis, & unam libram, septem uncias, & dimidiam boni, & pulchri piperis, & unam libram boni, & pulchri saphrani, ac unam libram boni thuris sive incensi in dicto festo Nativitatis D N. Jesu Christi, quæ feuda olim dicti D. Federici de quibus solvuntur, & solvi debent prædicta, ibidem non fuerunt propriis nominibus declarata. Et si in dictis terminis, seu infra octavam non solverint, infra alias octavas immediate sequentes debeant induplare, & si non induplaverint emendent pœnam sexaginta solidorum Veronen. parvorum, solemni stipulatione præmissa, & nihilominus attendant supradicta omnia sub eadem obligatione pœnæ, & propter hoc non intelligatur cecidisse à suo jure, eo modo, pacto, tenore, & conditione fecit, & facit dictus D. Episcopus suo nomine, & nomine Episcopatus, & successorum suorum præsentem concessionem præfato D. Antonio dicto procuratorio nomine recipienti, quod de cætero præfatus Ill. Princeps, & magnificus, & excelsus D Dominus Mediolani, & ejus hæredes masculi, & fœminæ habeant, teneant, gaudeant, possideant, & quasi prout in feudum concessa in omnibus, & singulis, quæ infra præmissa, continentur, accessibus quoque ingressibus, egressibus, et regressibus, et cum omnibus, et singulis, quæ habent supra se, infra se, vel intra se in integrum, omnique jure, actione, usu, seu requisitione præfato D. Episcopo, et Episcopatui prædicto eu ipsis, vel ipsis rebus, proprietatibus, et decimis, juribus, jurisdictionibus, et honoribus modo aliquo pertinentes. Hoc etiam pacto fecit dictus D. Episcopus investituram prædictam, quod præfatus Ill. Princeps et magnificus D.D. Joannes Galeatius Vicecomes, Comes Virtutum, ejusque hæredes possint de dictis feudis, juribus, & decimis, locationib. facere ad tempus, et in perpetuum, et de ipsis vassallos facere sicut præ-

fato D. Mediolani ejusque hæredibus, vel alicui ipsorum visum fuerit. Manifestans ipse D. Episcopus pro se, & Episcopatu Veron. prædictas decimas, & feuda, & jura prędicta prædicto D. Antonio de Lucino procuratorio nomine præfati D. Mediolani Comitis Virtutum, & pro dicto D. Comite Virtutum possidere, vel quasi donec ipse procurator, seu præfatus Illus. Princeps D. Comes Virtutum per se, vel alium de dictis decimis, feudis, & juribus tenutam, & possessionem, vel quasi ingressi fuerint corporalem, quam ingredi sua propria auctoritate quandocumque voluerit absque alicujus judicis ecclesiastici, vel secularis contradictione, præfatus D. Comes Virtutum, dicto suo procuratori pro eo licentiam dedit, & liberam potestatem, approbans, & confirmans omnem tenutam, & possessionem vel quasi, quam haberes præfatus Illust. Princeps D. Comes, vel alius pro eo de dictis feudis, juribus, & decimis, faciens, & constituens dictus D. Antonius de Lucino procuratorio nomine supradicti, & dictum Illust. Principem Dom. Joannem Galeatium Vicecomitem, Virtutum Comitem nuntios, & procuratores, ut in rem suam in prædictis decimis, feudis, & juribus, ac omnibus, & singulis prædictis, ita quod de cætero dicta feuda, & jura, & dictas decimas, & jura decimationum, & perceptionum, frug. & fructuum, & obventionum ipsarum possint habere, & percipere, & agere, & petere, & facere contra laboratores, detemptores, & possessores ipsarum, & contra illos, qui dictas decimas solvere tenerentur, & contra quascumque personas Collegium, Capitulum, & Universitatem, quemadmodum ipse D. Episcopus pro se, & Episcopatu Veronen. vel nomine Episcopatus Veronen. facere posset, & poterat: transferens in ipsum D. Jo. Galeatium, & in dictum suum procuratorem procuratorio nomine ipsius omnia jura, atque actiones reales, & personales, corporales, & incorporales, generales, & speciales, utiles, & directas, tacitas, & expressas, mixtas, & hypotecarias, & alias cujuscunque generis, ac quocumque nomine censeantur, quæ, quas, & quantas idem D. Episcopus pro Episcopatu Veronensi, vel ipse Episcopatus Veronen. haberet, vel aliquo modo, jure, vel causa habere possee in dictis feudis, & decimis, & juribus decimationum, perceptionum frug. reddituum, & obventionum ipsarum, & in frugibus, redditibus, proventibus, & obventionibus ipsarum, & cujuscumq; ipsarum, & cujuslibet ipsarum petendis, exigendis, & recuperandis, & ponendo, & substituendo præfatum Illus. Principem ac mag. & excel. D.D. Jo. Galeat. Vicecomitem, Comitem Virtutum, ac dictum ejus procuratorem procuratorio nomine ipsius D. Episcopi, & Episcopatus Veronen. jus, & locum. Insuper dictus D. Antonius de Lucino procur. nomine pref. mag. & excel. D. Mediolani dixit, & protestatus fuit, quod per hanc investituram, quod per hanc cessionem, quam a dicto D. Episcopo accipit, seu accipiet, non intendit aliquod præjudicium facere præfato Illus. Principi D. & Comiti Virtutum, nec jus aliquod fore acquisitum dicto D. Episcopo propter prædicta, & infrascripta, si dicta feuda, & decimas ad dictum D. Episcopum non pertinerent, sive etiam præfatus D. Comes Virtutum ipsa, nec aliquod ipsorum ab alio Domino recognosceret, vult, & intendit, jus suum salvum fore cuique Domino, a quo aliqua de prædictis præfatus Illus. Princeps D. Mediolani recognosceret, quam protestationem fecit, & facta esse voluit dictus D. Antonius dicto procuratorio nomine antedictam concessionem, & investituram in medio, & in fine. Offerens se dictus procurator procuratorio nomine prælibati D. Comitis D. Mediolani paratum fidelitatem jurare dicto D. Episcopo pro se, & successoribus suis, & Episcopatui Veronen. & facere, & adimplere omnia, & singula quę de jure debet, & tenetur, & in omnibus, & per omnia ut in sacramento fidelitatis plenius continetur.

Qui R.P.D. Jacobus Episcopus Veronen præfatus volens præsentem instrumentum valere, & tenore omni jure, via, & modo, casu, & causa, & forma, quibus melius potest de feudis, & decimis, ac juribus prædictis cum annulo auri qui, & per omnia, ut in sacramento fidelitatis Vassallorum plenius continetur. Et inde præfatus D. Episcopus suo nomine, ac nomine dicti ejus Episcopatus, & præfatus D. Antonius dicto procuratorio nomine, & quilibet ipsorum rogaverunt me notarium infrascriptum, ut modo superius declarato unum, & plura cujusque feudi per se si fuerit opportunum publica conficere debeam instrumenta &c. Præsentibus Ambrosio de Puteobonello fil. Joannoli, Ven. V. D. Luchino de Savellis fil. q. D. Jo. Domino Gherardo fil. q. D. Bartho. de Camparellis de Parma, Uberto de Decembrethis de Viglevano fil. q. . . . D. Fratre Petro Corigio de Burgo S. Domnini Parmen. Diœc. D. Matthæo de Fassatis de Parma Archip. Plebis S. Petri de Villa Franca Veron Diœc. D. Petro de Zangrandis de Parma Archip. de Grozano Veron. Diœc.

Interea Jacobus transactis annis duobus Jo: Galeazium exoravit, ut exemptiones quorumdam sui Episcopatus castrorum olim à Scaligeris Principibus concessas, pro sua humanitate rata, & firma deinceps haberet, quod libenti animo die 5. Septemb. anno 1392. suo decreto in hunc modum confirmavit.

Nos Dominus Mediolani, &c. Comes Virtutum Imperialis Vicarius Generalis, &c. continentiæ subsequentis. Illustri, & Excelso, dominationi vestræ humiliter supplicatur pro parte, devotæ creaturæ vestræ Jacobi de Rubeis Episcopi Veronen. quatenus ipse, seu Ecclesia, & Episcopatus sui Veronæ, habeat per statuta Communis Veronæ, & per confirmationes quondam Dominorum della Scala terras, villas cum pertinentiis, & coherentiis suis videlicet de Monte forti, Bodolini, & Pulli villarum, & terrarum ipsius Episcopatus Veronen. Diœc. exemptas, & immunes, & exemptiones prædictæ observentur hodie per officiales ejusdem Dominationis, ut hactenus tamen, ut nihil obscurum, vel dubium oriri possit dignetur eadem Dominatio ipsas exemptiones, & immunitates per privilegia, & litteras ejusdem Dominationis confirmare & roborare præfato D. Episc. Veronen. &c. quantum honeste possumus complacere volentes, videri, & diligenter examinari fecimus Reveren. expectabiles, & egregios viros de utroque nostro consilio, & etiam per magistros intratarum nostrarum supplicationem prædictam, ac privilegia, & omnia jura præfati Domini Episcopi Veronen. quorum omnium nostrorum consiliorum, magistrorum deliberatione, & relatione sentita, præsentium tenore committimus, & mandamus universis, & singulis Potestatibus, Capitaneis, Vicariis, factoribus, cæterisque aliis officialibus nostris ad quos expectat, & expectare poterit in futurum quatenus immunitates, & privilegia de quibus in dicta supplicatione fit mentio, præfato D. Episc. Veronen. aliqualiter non infringant, quinimmo illa sibi inviolabiliter observentur, & absque contradictione quacumque faciant firmiter observari; in quorum testimonio præsentes fieri jussimus, & registrari, nostrique sigilli munimine roborari. Dat. Papiæ Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo die 5. mensis Septemb. prima Indictione. Nicolaus Pallavinus.

Anno 1395. inventa fuisse refert Bagatta corpora SS. Apostolorum Symonis & Judæ in area marmorea Ecclesiæ S. Joannis in Valle. Eodemque anno 1395. in Monte Grigiano extra Urbem Veronam inventa sunt ossa, vel pars corporis S. Jacobi Majoris Apostoli, Jacobo Episcopo sedente, ac summa veneratione in ea ipsa Ecclesia ejusdem Apostoli dicata recondita sunt, cujus inventionis, & translationis historiam hic ex Bagatta transcriptam infero ad perpetuam recordationem.

S. Jacobi Apostoli corpus, sive ossa requiescunt in Ecclesia sua in Monte Grigiano extra urbem Veronam ad milliaria sex, inventa in ipso monte anno Domini 1395. die 24. sive ut quidam asserit, 22. Maji per Philippum rusticum Lavanei villæ non longe ab ipso Monte dum foderet cum aliis rusticis in turri ecclesiæ jam olim in honorem, & sub titulo S. Jacobi fundatæ,

et con-

& constructæ: sed tunc jam usque ad fundamenta dirutæ, in arca marmorea, cum opereulo pariter marmoreo clavis ferreis per quatuor angulos clausa, in qua erant literæ, Ossa S. Jacobi Apostoli esse declarantes. Cum autem plurimus populus ad visitanda ossa sancta confueret, ibique multa miracula fierent, Communitas Veronæ sanctarum reliquiarum, ac loci suscepit patrocinium: nam illas in capsa deaurata cum insignibus Communitatis loco munitissimo in arca ferrea ferris solidis munita perpetuo servandas curavit. Die autem 20. Junij ejusdem anni adstantibus Episcopis, Abbatibus multis, presbyteris, aliisque viris jacta sunt ibi fundamenta novæ ecclesiæ deputatis ab ipsa Communitate Veronæ viris, qui eidem templo per Nicolaum architectum ædificando præessent. Pilam altaris majoris consecravit suffraganeus Episcopi Veron. cognomento Episcopus Pterninus S. Teuteriæ, una cum Episcopo Clodiensi, qui propter votum factum valesudine pristina sibi restituta illuc venerat. Die vero 30. ejusdem mensis anni prædicti cum Comitissa Bernabouis Vicecomitis Mediolanensis filia, reliquias ipsius S. Jacobi visitasset clam ablato digito, sive ut quidam dicit, dente ipsius sancti, die 2. Julii summo mane reliquias ipsas secum deferens Germaniam versus iter suscepit: elapsis autem tribus diebus opera S. Jacobi digitus ille, sive dens, super altare prædictæ ecclesiæ mirabiliter repertus fuit. Die 10. decembris 1396. cum Philippus S. corporis inventor diabolica persuasione adductus Carolum, cognomento Garellum, prædictæ ecclesiæ, & oblationum custodem occidisset, ut & oblationes preciosas, & sanctum corpus inde furtum Mantuam asportaret, oblationes quidem abstulit, corpus vero minime potuit. Nam cum ejus socij sacrum corpus asportantes ad medium montem descendissent, virtute S. Apostoli amissa luce, pluvia insuper, ac grandine, mirabiliter impediti monte ipso encedere nullatenus potuerunt. Die autem 5. Aprilis Pontificatus Bonifacij IX. anno octavo, qui fuit anno Dom. 1397. vel ut alij 1398. concessum fuit jus patronatus ipsius Ecclesiæ S. Jacobi Communitati Veronę ab eodem Pontifice. Die vero 3. Junij 1400. Philippus à Zilosso Mediolanensi ob prædic. homicidium, furtum, ac sacrilegium in villa Cucha detentus, & captus die 12. ejusdem mensis Prætore ejusdem civitatis Veronę Spinetta de Spinolis, usque ad tumbam ejusdem civitatis suburbium per terram raptatus ibi, quamvis S. corporis inventor fuerit, quod ipse etiam jam moriturus verum esse confirmavit, sic tamen suis postea exigentibus meritis, laqueo suspensus fuit. Postea vero corpus S. Jacobi Communitatis Veronæ publico decreto oborti belli causa in urbem delatum est, quod post sedatum bellum ejusdem civitatis decreto ad eundem montem honorifice, & solemniter reportatum est. Illius autem tam amplissimi, et honorificentissimi templi structura bellis intermissa, tandem imperfecta remansit. Die autem 19. Febr. 1445. Ecclesia S. Jacobi prædicta à Communitate Veronæ dotata fuit. Anno vero 1451. die 10. Martij ecclesiæ hujus cura, postquam à Nicolao V. Pontif. Max proventibus monasterii monialium S. Philippi in Sacco extra muros Veronæ Ordinis S. Benedicti tunc vacantis facta unione aucta fuerat, à Communitate Veronæ, cujus erat jus patronatus, monachis Montis Oliveti, ut divinus cultus ibi perpetuo augeretur, cum omnibus redditibus, ac proventibus in perpetuum tradita est: cum prius ipsa ecclesia per alios diversorum ordinum regulares, nonnumquam vero per seculares personas gubernari consuevisset. Hæc ex saxo interso in stipite altaris majoris ipsius templi, ex tabula vetusta, ex membranis, quæ in sacrario dictæ ecclesiæ servantur, ex libro vetusto ecclesiæ SS. Apostolorum Veron. ex quatuor diversis chronicis manuscriptis apud diversos cives Veronenses repertis, ex Francisco Corna, ex libro monasterii S. Jacobi in monte Grigiano, ex actis Communitatis Veronæ in libris provisionum, incipiendo à libro signato A. ex bulla Bonifacii IX. Pont. Max. registrata in libro dictarum provisionum signato E. tenoris ut infra, & ex bulla Nicolai V. Pont. Max sub die 13. Maii 1450. registrata in libro earundem provisionum signato F.

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis populo, & Communi civitatis Veronensis salutem, & Apostolicam benedictionem. Exigit *sinceræ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam geritis Ecclesiam, ut votis vestris, illis præsertim, quæ ecclesiarum reparationem, & divini cultus augmentum respiciunt, favorabiliter annuamus. Cum itaque sicut exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat, ab olim in loco de monte Grigiano nuncupato Veron. diœcesis, quædam ecclesia in honore, & sub vocabulo S. Jacobi, pro ut fundamenta demonstrant, fundata, & constructa fuerit, ad quam, ex eo quod in ea ossa B. Jacobi Majoris, ut dicitur, noviter inventa fuerint, & Altissimus intercessionibus, & meritis ipsius B. Jacobi, ut pie creditur, multa miracula operatus est, & in dies operatur, magna ex devotione confluit populi multitudo, vosque zelo devotionis accensi cupientes terrena in cœlestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis à Deo vobis collatis pro animarum vestrarum salute, ut divinus cultus inibi augeatur, ipsam Ecclesiam honorifice reædificare, & sufficienter dotare, ac rectores, & ministros inibi in divinis perpetuo deservituros proposueritis deputare, & pro parte vestra vobis fuerit humiliter supplicatum, ut nobis præmissa faciendi, & juspatronatus ipsius ecclesiæ, ac præsentandi rectores, & administratores ad eam, concedere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos vestrum in hac parte laudabile propositum in Domino commendantes, ac volentes vos specialis prosequi prærogativa favoris hujusmodi vestris in hac parte supplicationibus inclinati vobis præmissa faciendi auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam elargimur: vobisque postquam ipsa ecclesia per vos reædificata, & dotata fuerit juspatronatus ipsius, præsentandi rectores, & administratores ad eam hac primaria vice, & quoties ipsa ecclesia in posterum ipsis carere contigerit, eadem auctoritate concedimus per præsentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum nonis Aprilis Pontificatus nostri anno octavo.*

Quod autem dicitur corpus S. Jacobi majoris translatum fuisse in Compostellam, & hic dicatur esse in monte Grigiano quomodo hoc potuit esse, vide infra post monumenta sanctorum. Hactenus ille, qui in citato loco hæc addidit. *Quoniam vero in quibusdam ex monumentis prædictis asseritur, corpus S. Gaudentii Episcopi Veron. esse quidem in ecclesia S. Stephani, sed in altare S. Mariæ a dextris altaris majoris, in aliis vero esse in altari S. Andreæ dictæ ecclesiæ. Item in quibusdam asseritur corpus S. Probi Episcopi Veron. requiescere in ecclesia S. Stephani, in aliis vero in ecclesia S. Proculi. Item corpus S. Valentis Episcopi Veron. in quibusdam asseritur requiescere in ecclesia S. Petri in Castro, in aliis vero in ecclesia S. Proculi. Sciendum quod per piam extensionem dici soles, alicubi alicujus sancti corpus haberi, quia ejus bona pars ibi habetur. Unde nec reprehendendum, nec redaguendum est, quod in monumentis prædictis dictum sit etiam corpus S. Jacobi majoris Apostoli in monte Grigiano requiescere, cum in Compostellam translatum dicatur: sic etiam de aliis Ss. corporibus, qui leguntur etiã alibi requiescere; de qua re legendus Molanus in præfat. Martyrologii in Usuardum c. 23.* Quomodo vero sacrata ossa, & quo tempore fuerint in hanc montis Grigiani ecclesiam translata, neq; Bagatta, neq; alii Veronensium rerum scriptores commemorant, sed pia tantum traditione, & supra relata sacrorum ossium inventione, pia eorum consolidatur credulitas. Cæterum Jacobus Episcopus fiduciario jure attribuit medietatem villæ, cognomento Bartholomææ mensæ Episcopalis Nicolao de Tertiis Parmensi egregio militi, quod ipsum

postea Bonifacius IX. Pontifex confirmavit anno pontificatus sui VII. Cæterum Jacobus cum summa sui nominis laude Veronensem Ecclesiam administraret, Jo: Galeatius Dux Mediolani, & Veronæ Princeps 3. Non. Septemb. 1402. Mediolani obiit, & Carthusiæ in agro Ticinensi sepultus marmoreo tumulo, cui successit Philippus Maria Vicecomes filius, secundus Mediolani Dux, & Veronæ Princeps, imperavit Veronæ an. 2. post patris obitum. Anno 1404. ut scribit Panvinius in Chronic. 2. id. Aprilis, Guillelmus Canis secundus filius Scaliger, Mediolani Ducis præsidiis Veronam occupavit Pandulpho Malatesta, Venetis, & Francisco Carrariensi suadentibus, & auxiliantibus. Qui urbem eo die ingressus cum filiis Brunoro, & Antonio per portam Campi Martii, quæ Aurelia vocabatur, Veronæ Princeps 5. idus creatus est in foro ab omni populo, imperavitque dies tantum quindecim. Nam Franciscus Carrariensis urbem paulo post cum exercitu ingressus per portam S. Antonii, Guillelmum ipsum veneno extinxit 11. Kal. Maji, filiosque ejus Brunorum, & Antonium captos in oppido Montis Silicis carcere inclusit, urbisque imperio anno uno, mensibus duobus, & diebus quatuor potitus est. Bello vero statim inter Venetos, & Franciscum Carrariensem tyrannum exorto, Marchione Gonzaga Veneti exercitus Imperatore, Franciscus ipse prælio victus, & captus est, Venetiasque cum filiis in carcerem ductus, ubi paulo post obiit. Quo capto Veronam urbem cum exercitu petiit, quam Senatus Veneti nomine, acceptis æquis conditionibus, ingressus, eam die S. Jo: Baptistæ 8. Kal. Julii 1405. obtinuit. Tunc more Venetorum rectores primi urbi impositi, Jacobus Surriano Prætor, Petrus Arimundus Præfectus, Michaele Steno Venetæ Reipublicæ Principe. Veronenses in Venetorum potestatem cum se dedissent æquo fœdere suscepti, conditiones accepere æquissimas, quibus omnia eorum vetera decreta, ordines, statuta confirmata sunt, atque in hodiernum diem magna cum rerum suarum amplificatione sub tantæ Reipublicæ umbra quiescunt. Accepta Verona à Senatu Veneto, Jacobus Episcopus in suspicionem venit, ne quid contra Rempublicam moliretur, annoque sui præsulatus decimo octavo, in gratiam ejusdem Senatus ad Lunensem Ecclesiam in Liguria ab Innocentio VII. Pontifice translatus est die 2. Septembris an. 1406. decessitque à Verona una cum Fratre Benvenuto Bononiensi Ord. Eremitarum S. Aug. Episcopo Massinensi suffraganeo. Assecutus est deinde anno 1415. Archiepiscopatum Neapolitanum: de quo in nostro 6. Tomo plura. Sed hic haud silendum puto ejusdem Jacobi nobile facinus, ac pietatis documentum, posterisque Præsulibus exemplar futurum. Erat Jacobus tunc Lunensis Episcopus, cum Ottobonus de Tertiis Parmæ, ac Regii Dominus in Castro Rubiaræ pacificis in dolo verbis ab inimicis suis circumventus inhumaniter occisus est anno 1409. cujus caput à corpore abscissum ad Jacobum, velut pretiosa margarita delatum est (fuerat enim Ottobonus Jacobi infensissimus inimicus) quo viso nobilis Præsul, misericordia motus, & incredibili dolore tentus, Cæsarem æmulatus, ingemuit, summoque honore sepeliri mandavit. Factum æterna memoria dignissimum recitat Bartholomæus de Oliveto in suo Diario, in hæc verba. *Anno 1409. die lunæ 27. Maji. Hac die D. Otthobonus de Tertiis Dominus Parmæ, & Regii, &c. ex insidiis, conspirationibus certorum inimicorum suorum in Castro Ruberiæ trucidatus fuit, ut fama, & relatio quamplurimorum die sequenti innotuit. Dominus Marchio Estensis Ferrariæ, qui cum D. Ottobono de Tertiis Parmæ, & Regii bellum, & guerram gessit, pacem cum ipso contraxit, quæ die lunæ 27. currentis publice proclamari debebat. Vocatus ergo ad convivium D. Otto ad Castrum Ruberiæ hora 17. vel 18. die lunæ prædicta illuc appulit inermis cum circa 80. sociis, inter quos Guido Torellus de Mantua armiger audax, ipsi D. Ottoni pergratissimus. Cum igitur sbarras, sive viarum angustias pene dictum Castrum intrasset, circumventus insidiis quorumdam ex gentibus præfati Marchionis, & maxime a quodam Sfortia Capitaneo armigerarum gentium ipsius Marchionis, ab eodem primo ense capite vulneratus fuit, deinde pectore transfossus est. Postmodum cum quidam Burgesius familiaris præfati Marchionis eundem ense fodisset, demum & tertio ab alio inimico suo, qui ut creditur fuit D. Ugo de Guazalottis ense etiam transfossus fuit, corpus itaque suum relicto spiritu, equo ruit, cujus in pluribus, & divisionibus laniatus, unusquisque inimicorum ejus, quas potuit lætus arripiebat. Sed de uno relatu, & memoria digno hic contentus ero. Nam caput ejus, una tantum auricula abscisa, quæ transmissa fuit Cabrino de Fondulis Domino Cremonæ, transmissum fuit Reverendo Domino D. Jacobo de Rubeis de Parma olim Episcopo Veronensi, tanquam ab ipso Ottone atrocissimis injuriis lacessito. Qui Dominus Jacobus ipso capite viso, pietate motus casu fortasse considerans tam atrocissimi viri, lacrimari cœpit. Ordinatis exequiis dictum caput fecit honorifice sepeliri, & ipsemet est secutus ad funus, caput jam dictum, & cum 18. equis coopertis funeralibus indumentis exequias honoravit. Factum laudabile multa benignitate respersum & posteris subinde & validum documentum.* Hactenus ille.

Quam vero longe à veritate de obitu Jacobi Episcopi scripserit Panvinius lib. 7. Antiquit. Veronensium, dum asserit illum excessisse anno 1405. ex iis, quæ supra ex Vaticanis, aliisque monumentis, retulimus, perspicuum est; sed & literæ Michaelis Steni Ducis Venetiarum ad Antonium Luschum nobilem Vicentinum, suum apud Innocentium VII. Pontificem Oratorem, anno 1406. die 19. mensis Junii scriptæ id ipsum ostendunt, cum in iis Luscho mandetur, ut totis viribus apud Pontificem operam daret, ut Jacobus ab Episcopatu Veronensi abdicaretur, & Angelus Barbadico patritius Venetus, Episcopus Chisamensis, eidem Veronen. præficeretur Ecclesiæ, quod á Pontifice factum deinde fuit die 2. Septembris ejusdem anni, cum Jacobum ad Ecclesiam Lunensem transtulisset, ut indicat lib. Provisionum Prælatorum. Porro literæ Ducis Steni his verbis exscriptæ repertæ sunt in tabulario Veronensi.

Circa Rubei obitū videndus Bordonus in Thes. Eccl. Parmen. c.6. p. 194. qui ait illum obiisse an. 1428. & ejusdem Epitaphiū profert. *Mandos.*

Nos Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum, &c.

Committimus tibi circumspecto, & sapienti viro Antonio de Luschis dilecto Civi, & fideli nostro, quod pro exequendo infrascripta mandata nostra, debeas ire noster Ambasciator, & te conferre ad præsentiam summi Pontificis: Cui facta humili reverentia, & devota racommandatione, (& præsentatis nostris litteris credentialibus in tui personam tibi assignatis) debeas reverenter exponere parte nostra. Quod ego meaque Communitas suæ Sanctitatis devotissimi filij in decem mensibus citra, vel circa, pluribus litteris replicatis, & vivæ vocis oraculo præsertim nostri Ambasciatoris nuper a pedibus suæ Sanctitatis ad nos reversi, supplicavimus suæ clementiæ. Ut dignaretur D. Jacobum de Rubeis removere ab Episcopatu Veronæ: Quia ipsum suspectum habemus causis, & rationibus per nos scriptis, & sepius allegatis per suprascriptum nostrum Oratorem suæ Sanctitatis. Et certe non possumus non mirari quod supplicationes nostræ prædictæ toties replicatæ, & tantum juste in conspectu suæ Beatitudinis gratiam exauditionis nondum invenerint. Exauditur enim sua clementia quælibet persona minima, non modo in rebus parvis, sed etiam in magnis quotidie, nec credimus minus altis merere apud sanctitatem suam. Ego, meaque Communitas antiqui boni, & devoti filij, & zelatores honoris, & status sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & specialiter suæ Sanctitatis, quod certe menti nostræ non modicam passionem adducit, videndo, & audiendo, quod sua summa sapientia tantum differt exaudire preces nostras in re tantum licita, & honesta. Nam sua Sanctitas plene cognoscit, quod persona fautrix inimicorum nostrorum nobis non debet esse

acce-

& districtu Veronæ divina disponente clementia, & per statuta Communis, & populi Veronæ dignoscitur obtinere, & omni alio jure, modo, & forma quibus possimus, & ex certa nostra scientia ratificamus, approbamus, confirmamus, & innovamus, ac etiam de novo concedimus Rev. in Christo Patri D. Petro della Scala Dei, & Apostolicæ Sedis Episc. Veronæ recipienti pro se, & Episcopatu Veronæ, & successoribus suis omnia, & singula jura, omnesq; immunitates, & concessiones, aquisitiones, jurisdictiones, honores, gratias, & privilegia cujuscumq; conditionis generis, & tenoris existant quos, quas, & quę idem D. Episcopus, & Episcopatus Veronæ habent, tenent, & possident, & quasi seu habere tenere, & possidere, & quasi per se, vel alium, seu alios consueverunt in civitate, & villis, burgis diœces. ac destrictu Veronæ, & maxime in villis, curtis, pertinentiis Bodoloni, Montisfortis, & Pulli districtus Veronæ, & qualibet earumdem, & in qualibet alia villa, curia, & pertinentia, parte seu loco civitatis, & diœcesis, ac destrictus Veronæ, tam ex privilegiis, vel concessionibus, & gratiis quibuscumq; Romanorum Pontificum, vel Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, vel Comitum, sive quorumlibet prædecessorum nostrorum, quæ etiam quorumlibet aliorum fidelium, seu etiam en consuetudine, quæ quocumq; statuto, vel alia quacumque ratione jure, vel causa, ita quod dictis juribus, jurisdictionibus, immunitatibus, privilegiis, concessionibus, gratiis, & honoribus quibuscunque, ac quolibet eorumdem per se, & alios, seu alium tam in spetie, quam in genere communiter, vel divisim prædictus D. Episcopus, & ejus sucerssores uti, & libere exercere possint, & valleant in omnibus, & per omnia, ut in prædictis peivilegiis, immunitatibus gratiis & concessionibus plenius continetur, quemadmodum ipse, & prædecessores ejus Veronæ Antistites, & Episcopatus Veronæ, per se, & per alios, uti & enercere fecerunt, & sunt hactenus consueti, & prædicta, & quoslibet eorum habere, tenere, & possidere, & quasi sine alicujus personæ Capituli, Collegij, & Universitatis contradictione, absolventes insuper, & enimentes, ac etiam liberantes en certa nostra scientia, & de nostra plenitudine potestatis dictarum villarum, curiarum, & pertinentiarum Bodolani, Montisf. & Pulli Communia, homines, & familias, ac omnes, & singulos stantes, & habitantes in eis, & qualibet ipsarum, & in aliquibus aliis locis, & villis suprascriptis, & curiis, & pertinentiis cujuslibet earundem nunc, & in futurum, ac omnibus, & singulis scuffis, datiis, factionibus, impositionibus, & præstationibus tam angariis, quam per angariis, & aliis generis cujuscumque, & ab omnibus honeribus, redibus, & persanalibus, atque mixtis ordinariis, enetraordinariis, & aliis generis cujuscumque, & aliis quibuscumque gravaminibus ipsis, vel alicui prædictorum communiter, vel divisim impositis, vel de cætero imponendis per Commune, & homines, vel officiales, tam nostros, quam Communis Veronæ, qualitercumque, vel quomodocumque colore quæsito, & quod omnia eorum, & cujuslibet eorum residua, tales condemnationes, & banna communiter, vel divisim de libris tam nostris, quam Communis Veronæ, & omnium locorum subjectorum nobis, & eidem Communi Veronæ, & omnium, & singulorum nostrorum, & dictorum Communis, & locorum, cum effectus debeant cancellari, & pra cancellatis, & annullatis tota aliter, & penitus abeantur cujuscumque generis, & conditionis enistant, & quod ipsa Communia, & homines de libris entimillarium villarum destrictu Veronæ debeant totaliter aboleri, & cancellari, ita & totaliter, quod occasione alicujus honeris, seufe, & facionis, tam impositarum, quam de cætero imponendarum ipsa Communia, & homines nullum damnum penitus patiantur, eisdemque Communibus locis omnibus, & cuilibet prędictorum omnē canceſsionem, immunitatem, & gratiam circa prædicta, vel aliquod prædictorum, a quibuscumque, vel quacumque forma verborum, hactenus datam, concessam, vel præstitam præsentibus confirmantes, innovantes, ac etiam de novo de speciali gratia, & plenitudine potestatis concedentes. Eo salvo quod ipsi salem a canipis, & de canipis Communis Veronæ secundum, quod hactenus consueti sunt, accipere teneantur: injungimus igitur, & per præsentes destricte præcipiendo mandamus D. Potestati nostro, & Communis Veronæ Vicariis, Judicibus, & cunctis aliis officialibus tam nostris, quam Communis, & Populi Veronæ, & omnium aliorum locorum, & eorum officialibus, & rectoribus præsentibus, & futuris, ac etiam omnibus, & singulis Communibus, Collegiis, Capitulis, Universitatibus, & quibuslibet aliis personis, civitatis, & diœcesis, ac districtus Veronæ, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, aut status, qui nunc sunt, aut pro tempore erant, quatenus præfatum D. Episc. ejusque successores, ut Episcopatum & Episc. Veronæ, & eorum nuntios, & procuratores, & sindicos, ac dicta Communia, & homines dictarum villarum Bodolonis, Montisfortis, & Pulli, & aliorum omnium prædictorum locorum, & quoslibet stantes, & habitantes in qualibet earum, seu pertinentiis, cujuslibet earundem nunc, vel in futurum de prędictis omnibus, & singulis vel circa prædicta, vel aliquod prædictorum inquietare, vel molestare, quoquomodo communiter, vel divisim non audeant, vel præsumant aliqua ratione, vel causa, nec permitant ab aliis inquietari, vel impediri, vel molestari aliqua ratione, vel causa, seu causa, seu aliqua quæsito colore, imo quibuslibet prædictis, & cuilibet prædictorum obviare qualitercumque volentibus debeant penitus audientiam denegare, non obstantibus aliquibus juribus, statutis, vel reformationibus Communis Veronæ, & omnium aliorum prædictorum locorum, ac privilegiis, & rescriptis factis vel fiendis, impetratis, & impetrandis in posterum sub quacumque forma, & cujus tenoris, & conditionis enistant, quibus omnibus, & singulis in quantum prædictis vel alicui prædictorum contradicerent, seu etiam aliqualiter obviarent ex certa scientia, & de nostræ plenitudine potestatis per præsentes totaliter derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, perinde ac si de quolibet eorum specialis expressa mentio, & revocatio, quod prædicta in præsentibus facta foret. Si quis autem huic nostræ sanctionis, gratiæ, & concessionis edicto, quam, & quod constitutiani, & statuti præcisi Communis Veronæ volumus habere vigorem, & pro statuto præciso debere ab omnibus, & singulis nostris & Communis Veronæ subditis, & destrictualibus semper, & inviolabiliter observari, audoci spiritu, & mente sacrilega temere præsumpserit contraire, noverit se omnipotentis Dei indignationem, & nostram, & nihilhominus pœnam proprie temeritati condignam, nostroque arbitrio, & successorum nostrorum imponendam pœnitus incursurum. Quidquid autem contra prædicta, vel aliquod prædictorum quoquomodo fuerit, vel etiam atemptatu, ipso jure, decernimus non valere, & carere penitus omnibus viribus, & effectu.

Datum in Cancellaria aulæ nostræ in civitate Veronæ sub nostri sigilli munimine, & scriptum de nostro mandato per Quirinum de Sperandeo Not & scribam nostrum sub anno Dom. 1360. XXI. Junii XIII. Ind.

Plura alia Cansignorius Scaliger Canonicis Veronensibus contulit ornamenta, ac jura: tenuit Veronæ imperium ad annum usque 1375. bellica laude clarus, hoc tamen scelesto facinore visus est suam denigrasse gloriam, cum gravi infirmitate correptus, mortique vicinus, quo spurios filios Bartholomæum, & Antonium hæredes potentiæ relinqueret, Paulum Alboynum fratrem, quem Pischariæ in carcere servabat, nefarie interfici jussisset, scriptoque testamento duos filios pari potestate Veronæ, & Vicentiæ Principes post se reliquit. Obiit Veronæ 14 Kal. Novemb. sepultus in marmoreo mausoleo, quod vivens sibi erexerat ad S. Mariam antiquam, habetque hanc inscriptionem.

Scaliger hac nitida cubo Cansignorius arca
Urbibus optatus latiis fins fiae monarcha.
Ille ego sum geminæ, qui gentis sceptra tenebam,
Justitiaque meos mixta pietate regebam.

Incli-

Inclita cui virtus, cui pax tranquilla fidesque
Inconcussa dabunt Fama per sæcula diesque.
MCCCLXXV. Octobris XIX.
Obiitque magnificus Cansignorius.

Iis fere diebus obiit Joaooes Veroneosis vir egregiis moribus, doctrina, ac vitæ sanctimooia illustris, olim Abbas celeberrimi cœnobii Aulæ Regię Ord. Cisterc. non longe ab urbe Praga conditi: hic eoim pene adolescens patria relicta, Germaoia profectus Bohemiam petiit, allectusq; sancta illius monasterii monachorum conversatiooe, illic monasticum induit habitum, adeoq; profecit, ut Abbas septimus taoti cœnobii effectus sit, quod cum pene quatnordecim annos eximie rexisset, senio fessus digoitati cessit, pauloque post pie, ut vixerat, spiritum exhalavit, ibidemque sepultus. Hujus meminit Gaspar Jongelinus in notitia Abbatiarum Ordiois Cisterciensis, ac monumenta ejusdem cœnobii.

Interea Petrum Episcopum iotero Canonicosque Cathedralis Ecclesiæ tanta, talisque orta est dissensiooum tempestas de jurisdictione certantes, ut cæteris scandalum esset. Petrus enim pro Episcopali sua jurisdictiooe vindicanda, quam in Canonicos se habere jactabat, oullum noo movit lapidem, ut eos suæ subiiceret potestati. Canonici vero tum antecessorum Episcoporum, ejusdemque Petri documeotis, tum Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regumque fulti privilegiis, se omnino ab ordinaria Episcopi jurisdictione exemptos fore existimabant, ut nullum præter Aquilejensem Patriarcham, Ordinarium agnoscendum putarent; hioc lites, jurgia, odiaque exarserunt quamplurima; tandem noo sine labore, ac dispeodio per traosactionem ad optatam pervenere concordiam anno 1376. quam quidem Marquardus Patriarcha Aquilejensis metropolitana auctoritate anno sequenti confirmavit. Pacta, conditiones, ejusdemque Marquardi actorum confirmationem, ab authentico Canonicorum tabularii exemplari exscripta hic libenter damus, cum plurimi faciaot ad Episcopi, Canonicorumque jura agnoscenda. Sic enim se habet.

In Christi nomine.

Die Mercurii XIX. Maji in episcopali palatio Veronen. præsentibus Rev. in Christo Patre D. Fr. Joanne Ordinis Carmelitarum Dei gratia Episc. Constantiensi in spiritualibus Vicario infrascripti D. Episc. Veron. & vener. viro D. sap. Bartholomęo Archipresbytero ecclesiæ, sive plebis S. Stephani de Verona, egregio milite D. Spineta Marchione q. Egregii viri D. Galeoti Marchionis de Malaspinis, cive, & habitatore Veronæ, Guaita S. Benedicti, nobilibus militibus D. Gulielmo filio q. nobilis militis D. Francisci Bevilaquæ de S. Maria ad frata Veronæ, & D. Francisco Leone filio q. nobilis militis D. Gulielmi de Avio vallis Lagarinæ, D. Aymonte della Scala priore seu rectore monasterii S. Georgii in Braida Veronen. sapientibus viris D. Barnaba Judice de Mutina habitatore civitatis Veronæ in Guaita S. Quirici, D. Leonardo Judice q. Domini Joannis de Quinto de Pigna Veronæ, D. Bernardo Judice filio Benoni del Bene de S. Lilio, Magistro Jacoptno artis grammaticę, & notario q. D. Albertini de Pigua Veronæ, & Paulo Rotari q. Domini Gabrielis de Ilaxio de Mercato novo Veronæ, qui se debent subscribere infrascriptæ transactioni. Testibus rogatis, & allegatis.

Cum hoc esset quod lis, quæstio, scandalum, & controversia, ac malorum animorum voluntates, discordiæ, & impetus ortæ sint & fuerint, & vigeant de præsenti, ac majores possent, & dubitarentur oriri in futurum, inter Rev. Patrem, & D. Petrum de la Scala, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Veronen. seu ejus procuratores, & sindicos, aut alios pro eo, & ejus nomine, nec non pro ipso, & ejus juribus, & jurisdictionibus Episcopalibus, quæ, & quas ad ejus dignitatem Episcopalem spectare, & pertinere asserit, & prætendit ex una parte, & Dom. Bartholomæum de Quintafoja Canonicum, & Archipresbyterum Canonicorum majoris Ecclesiæ Veronen. nec non Canonicos, & Capitulum dictæ majoris Ecclesię Veronen. & D. Bernardum de Placentia Canonicum Veronen. Vicarium dicti Archipresbyteri, ipsosque Canonicos infrascriptos præsentes facientes pro se, & nomine & vice aliorum Canonicorum, & absentium, & successorum suorum, & eorum Capitulum, atque D. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli presbyteros capellanos, & parochianos, & alios quovis modo eisdem subditos, sive eorum, & cuilibet eorum procuratores, & siudacos, aut alias personas pro eis, & eorum quolibet, & eorum nomine intervenientes conjunctim, vel divisim ex alia parte tam in civitate Veronæ, & in ejus diœcesi, quam in Curia Rom. & Patriarchali Curia Aquilejen. coram sanctissimo D. nostro D. Summo Pontifice ejusque auditoribus, & judicibus datis vel dandis, & Rev. Patre D. Masquardo Patriarcha Aquilejen. & eorum vicariis delegatis comissariis, seu eorum locumtenentibus occasione infrascriptorum, & cujuslibet eorum, nec non eisdem connexorum, & ab ipsis dependentium conjunctim, vel divisim.

Dicebat namque D. Episcopus Veronen. ac etiam indistincte asserebat, proponebat, & allegabat dictos DD. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, ac etiam eorum subditos, & subjectos infrascriptos fore, & esse ipsius D. Episcopi, & fuisse ipsius, & prædecessorum suorum Episcoporum Veronensium, & jurisdictioni eorum, & Episcopatui Veronen. subditos, & subjectos, præcipue cum infrascriptis ecclesiis, capellis, monasteriis, & locis, ac etiam eorum beneficiis, bonis aliis, & juribus quibuscumque, & jurisdictionibus tam acquisitis, quam acquirendis eisdem, ac in eos, & contra eos, & eorum jura tam in spiritualibus, quam in temporalibus ipsum, & prædecessores suos jurisdictionem plenissimam, tam quoad ea, quæ spectant ad legem suæ jurisdictionis Episcopalis, quam etiam ad legem suæ jurisdictionis Diœc. vel alio quovis modo obtinuisse, & obtinere, ut sit testante Canone tanquam caput, & Diœcesanus in civitate, & diœces. Veronen. fungi valeat, et fungatur jure communi contra eos velut membra subdita, & subjecta. Ex adverso per dictos DD. Archipresbyterum ejusque Vicarium, Canonicos, & Capitulum negabantur prædicta, & quolibet prædictorum, & dicebatur, apponebatur, allegabatur, & proponebatur eosdem DD. Archipresbyterum, Canonicos, et Capitulum, et prædecessores eorum, ecclesiasque, capellas, monasteria, et loca infrascripta presbyterosque capellanos, et parrochiales, clericos, conversos, sorores, seu monales, et alios subjectos eorum, et dicti Capituli tam præteritos, quam præsentes, et futuros cum eorum beneficiis, bonis aliis, juribus, et jurisdictionibus quibuscunque acquisitis, et acquirendis in dictis eorum ecclesiis, capellis, monasteriis, et locis, vel alio quovis modo eorum consuetudines, jurisdictiones, personas, et jura, tam in spiritualibus, quam in temporalibus fore, et esse, et fuisse exemptos, et exempta ab omni ipsius Dom. Episcopi Veronen. et prædecessorum, et successorum suorum jurisdictione, tam quo ad ea quæ sive de jure, communi, sive de consuetudine spectare possent ad præfatum Dom. Episcopum ratione suæ dignitatis Episcopalis, quam ratione legis suæ jurisdictionis, sive suæ legis diœcesan. vel alio quovismodo tam privilegiis exemptionis ipsorum, et dicti sui Capituli, et subiectorum, et subditorum eorum sibi, et prædecessoribus suis per ipsum Dom. Episcopum Veronen. et prædecessores suos, quam etiam præscriptionibus legitimis temporum, et tantorum quod in contrarium memoria hominum non existit, super prædictis habitis, et obtentis, et aliis quibuscunque modis rationabilibus concessis usque hac, et quampluribus aliis rationibus, et juribus, quibus utebantur partes prædictæ pro confirmatione litigiorum, contumeliarum, et jurgium prædictorum ipsisque D. D. Archipresbytero, et Canonicis, ac sindicis, et procuratoribus hic, et alibi semper dicentibus, et allegantibus sese eorumq; Capitulum, eorum subditos, jurisdictiones, personas, et jura, nec non etiam prædecessores eorum semper fuisse, et esse ac fore immediate

lantibus, & recipientibus, nec non mihi notario infrascripto tanquam publicæ personæ stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum quorum interest, vel in futurum interesse poterit de cætero publice, vel occulte per se, vel alium, seu alios ejus nomine auctoritate, vel mandato non inquietare vel molestare nullatenus, aliqualiter impedire præfatos DD. Archipresbyterum, ejusque Vicarium, Canonicos, & Capitulum, ecclesiasticas personas, & quasvis alias, ut præmittitur eisdem subditas, & subjectas occasione præmissorum, seu alicujus eorum, aut ipsis connexorum, vel dependentium ab eisdem tam principaliter, quam accessorie, & de presenti, quam in futurum, aut occasione alicujus jurisdictionis, vel legis diœces. ad suam dignitatem Episcopalem qualitercunque spectantium, quin, & quominus præfati DD. Archipresbyter, ejusque Vicarius, Canonici, & Capitulum, ac etiam prefate ecclesiasticæ persone, & quævis aliæ, ut præfertur eisdem subditæ, & subjectæ possint, & valeant de cætero, & in futurum continue plena, & pacifica possessione vel quasi dictarum exemptionis, & libertatis ab omni jurisdictione Episcopali dicti D. Episcopi, & successorum suorum perpetuo frui, & gaudere continuo.

Quarto præfatus D. Episcopus pro se, & successoribus suis juxta, & secundum conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes contenta, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata, fecit finem, absolutionem, liberationem, quietationem, & pactum de ulterius non petendo dictis Dominis Vicario, & Canonicis ibidem præsentibus pro se, & aliis Canonicis absentibus & Capitulo dictæ majoris Ecclesiæ, & mihi notario infrascripto tamq. publicæ personæ nominibus antedictis stipulanti, & recipienti de omnibus, & singulis damnis, expensis, & interesse litis, & extra in quæ, & in quas prædicti DD. Archipresbyter, ejusque Vicarius, Canonici, & Capitulum, & antedictæ ecclesiasticæ personæ, & quævis aliæ, ut præmittitur eisdem subditæ, & subjectæ quoquomodo incurrissent, & quæ, & quas qualitercunque solvere, vel reficere tenerentur conjunctim, vel divisim dicto D. Episcopo seu ipsius dignitati Episcopali, aut quæ, & quas ipse D. Episcopus petere posset a præfatis D. D. Archipresbytero, ejusque Vicario, Canonicis, & Capitulo, & ecclesiasticis personis, & quibusvis aliis, ut præfertur subditis, & subjectis eorum antedictis nomine, occasione, vel causa dictarum controversiarum, quæstionum, & causarum, ac discordiarum, aut aliquorum connexorum, vel dependentium ab eisdem, vel ab, seu occasione subsecutorum.

Quinto præfatus D. Episcopus pro se, & suis successoribus juxta, & secundum conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, & solemni stipulatione vallata, promisit dictis DD. Vicario, & Canonicis ibidem præsentibus, & mihi notario infrascripto tanquam publicæ personæ nominibus antedictis stipulanti, & recipienti, eosdem DD. Archipresbyterum, Vicarium, & Canonicos tam præsentes quam futuros eorumque Capitulum prædictos nec non ipsorum subditos, & subjectos bono zelo diligere, et gratiose tractare, ipsosque substinere, manutenere, et defendere in honoribus, et jurisdictionibus eorum, et dicti Capituli exercendis, et si, et in quantum opus fuerit si ab eo peteretur, vel requireretur per aliquem eorum, vel per eorum sindicum, vel procuratorem, aut nuncium specialem, vel simplicem teneatur, et debeat eis præstare auxilium, consilium, et favorem, ac Episcopale brachium suum pro suis jurisdictionibus tam inter se, quam contra eorum subditos, quam etiam contra quamcunque personam secularem, vel ecclesiasticam cujuscunque conditionis existat volentem agere contra eorum aliquem, vel aliquem ipsorum subditum coram dicto D. Archipresb. vel ejus Vicario tam in civilibus, quam in criminalibus litibus, placitis, et quæstionibus per eos, et contra eos, tam in eorum Capitulo, quam alibi ubicunque, et

A quandocunque sibi placeat realiter, et personaliter exercendis.

Sexto antedictus D. Episcopus pro se, & suis successoribus juxta, & secundum conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata, dictis DD. Vicario, & Canonicis ibidem præsentibus, & mihi notario infrascripto tanquam publicæ personæ nominibus antedictis stipulanti, & recipienti promisit confirmare, & de novo renovare, sicut ibidem confirmavit, & de novo renovavit præsentibus dictis testibus, & me notario infrascripto privilegium suum alias, & dudum per dictum D. Episcopum præfatis D. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo eorum subditis, & subjectis super prædictis exemptionibus, & libertatibus, consuetudinibus, & jurisdictionibus eorum, & tam ipsorum, quam etiam ecclesiarum, locorum, & monasteriorum, ac subditorum eorum presbyterorum, Capellanorum, & paB rochialium Prælatorum prædictorum in dictis eorum ecclesiis, Monasteriis, & locis, quam etiam in beneficiis quibuscunque institutis, & instituendis eis commendatis, & commendandis, ac oblatis, & offerendis in omnibus, & per omnia, ut in dicto privilegio continetur. Non obstante quod dictus D. Episcopus Veronen. alias tale privilegium revocaverit, & cassaverit in quantum in eo fuit, & licet minus juste, ac etiam teneatur, & debeat in quantum visum fuerit expedire dicto tali privilegio addere ultra ea, quæ continentur in eodem pro declaratione, & saniori intellectu contentorum in eo, ac etiam pro majori firmitate, & corroboratione prædictorum alias contentorum in eo.

Septimo, & ultimo præfatus D. Episcopus pro se, & suis successoribus juxta, & secundum conventiones, & pacta coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata, laudavit, ratificavit, confirmavit, & approbavit præsentiC bus dictis testibus, & me notario infrascripto omnia, & singula acta, actitata, gesta, & facta per dictos DD. Archipresbyterum, & Canonicos, & Capitulum, & eorum prædecessores, nec non gerenda, actitanda, & fienda in futurum, per eos, & eorum successores, sive eorum mandato, et auctoritate tam spiritualiter, quam temporaliter, tam etiam civiliter, quam criminaliter, tam contra se, quam intra se, & etiam contra prædictas ecclesiasticas personas, & quascumque alias eis subditas, & subjectas tanquam gesta, facta, actitata, pronunciata, ordinata, declarata, & finita, per judicem, seu judices competentes. Quæ omnia, & singula fieri, observari, stipulari, & roborari debeant, cum omnibus solemnibus promissionibus pœnarũ additionibus bonorum obligationibus, & juridicis, & aliis quibuscunque clausulis de jure opportunis, ad perpetuam roborationem prædictorum.

Ex adverso præfatus D. Bernardus Vicarius præfati DD. Archipresbyteri, nec non dicti DD. Canonici pro se ipsis, & dicto Capitulo, & successoriD bus suis juxta pacta, & conventiones ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata ut supra inter dictas partes versa vice, sponte, & ex certa scientia, promiserunt præfato D. Episcopo pro successoribus suis stipulanti renunciare, & ex nunc præsentibus dictis testibus, & me notario infrascripto renunciaverunt, & cesserunt omnibus, & singulis appellationibus eorum, & per ipsos, seu pro parte, & nomine ipsorum, vel per sindicos, aut procuratores eorum factis, productis, & interpositis contra ipsum D. Episcopum, vel antecessores suos, seu ejus Vicarium, vel Vicarios, seu antecessores suos, aut alium, vel alios facientes, seu procedentes nomine, & vice ipsius D. Episcopi, & coram ipsis Domino Episcopo, & ejus Vicario de, & super quibuscunque præceptis, mandatis, sententiarum prolationibus, & gravaminibus quibuscunque a præfato D. Episc. & ejus Vicariis emanantibus, vel quali-

tercunque procedentibus contra dictos D. D. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, & præfatas ecclesiasticas personas, & quaslibet alias eisdem subditas, & subjectas conjunctim, vel divisim, & quibuscunque causarum tam præsentialium, quam appellationum instantiis proparte dictorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli, tam coram præfato Reverendo Patre, & DD. Patriarcha Aquilejen. ejusque Vicariis, quam alibi ubicunque motis, & movendis, institutis, & instituendis occasione omnium, & singulorum tantum. Quas quidem renuntiationem, & cessionem prædicti DD. Vicarius, & Canonici, pro se ipsis, & præfatis DD. Archipresbytero, & Capitulo promiserunt dicto D. Episcopo pro se, & successoribus suis stipulanti iterato facere per eorum legitimum sindicum, & procuratorem coram præfato DD. Marquardo Patriarcha Aquilejen. seu ejus Vicario in ipsius Aquilejen. Curia, & alibi ubi esse repertetur dictus D. Patriarcha, vel ejus Vicarius, præsente sindico, vel procuratore dicti D. Episcopi Veronen cum remissione, & quietatione omnium damnorum interesse, & expensarum in quibus incurrisset vel ad quæ teneretur dictus Dominus Episcopus occasione prædicta, seu ex causis præmissis sumptibus, & expensis dictorum D D. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli.

Secundo juxta pacta, & conventiones ibidem coram dictis testibus, & me, notario infrascripto conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata sponte, & ex certa scientia fecerunt præfato Episcopo pro se, & successoribus suis, & suo Episcopatu recipienti finem, remissionem, quietationem, liberationem, & pactum, de ulterius non petendo omnibus modis, jure, & forma quibus potuerũt de omnibus, & singulis expensis, damnis, & interesse, in qua, seu in quæ incurrisset, seu ad quas, vel quæ dictus D. Episcopus teneretur, aut quas, seu quæ præfati D. D. Archipresbyter, Canonici, & Capitulum petere possent a præfato D. Episcopo, & ejus successoribus tam occasionibus prædictis, quam etiam occasione cujuscunque contumaciæ, seu sententiarum interdicti, suspensionis, & excommunicationis, quas incurrisset præfatus D. Episcopus, sive in curia Patriarchali Aquilejen. sive in civitate Veronæ, vel alibi ubicunque propter quascunque litteras, processus, vel mandata dicti Dom. Patriarchæ Aquilejen. seu ejus Vicariorum à quibusvis interdicti, suspensionis, & excommunicationis, sententiis præfatus D. Episcopus, ut asseruit fuit, & est sub certa conditione, auctoritate Apostolica absolutus. Quas quidem expensas, nec non damna, & interesse prædicta, prædicti D. Vicarius, & Canonici facientes pro se, & nominibus quibus supra dicto D. Episcopo pro se, & suis successoribus recipienti expresse remiserunt, & eundem a damnis, interesse, & expensis quietaverunt, & liberaverunt totaliter.

Tertio promiserunt dicti D. Bernardus Vicarius, & Canonici præsentes pro se, & nominibus quibus supra dicto Domino Episcopo pro se, & successoribus suis stipulanti, & recipienti eidem D. Episcopo, & suis successoribus tanquam DD. Reverendis in dignitate Episcopali constitutis exhibere honorem, & reverentiam, salvis semper, & expresse reservatis eisdem DD. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo omnibus eorum libertatibus, exemptionibus, juribus, jurisdictionibus, consuetudinibus, & honoribus quibuscunque ad præsens, & in futurum in omnibus, & per omnia, ut supra dictum est, & pro, ut in dicto privilegio alias per ipsum D. Episcopum Veronen. eisdem D. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo concesso, & de præsenti confirmando, & renovando in omnibus, & per omnia pro, ut in eo continetur, & scriptum est. Quibus, seu prædictorum, vel prædictarum alicujus exhibitionem reverentiæ, & honoris dicto Dom. Episcopo, vel successoribus suis, ut præmittitur nunc, seu quibusvis futuris temporibus faciendam prædicti D. Archipresbyter, & Canonici, & Capitulum pro se, & successoribus suis non intendunt in aliquo quovismodo derogare, sed prædicta, & quodlibet prædictorum volunt nunc, & in futurum in sua firmitate perpetuo permanere, quibus protestationibus, & reservationibus idem D. Episcopus suo, & suorum successorum nominibus expresso consensit, de quibus privilegio constat publico Instrumento scripto per Paulum notarium infrascriptum de suprascripto milesimo, & indictione . . . & subscripto per me Ubertinum quondam magistri Danielis Phisici de sancto Firmo publicum Imperiali auctoritate notarium, & per Jacobum quondam Domini Albertini de Robatiis de Pigna publicum Imperiali auctoritate notarium.

Volentes itaque dictæ partes parere omnibus, & singulis supeascriptis pro, ut inter se convenerunt, prædictam transactionem, promissionem, conventionem, & pacta, ac etiam omnia, & singula scripta in hoc præsenti contractu de verbo ad verbum posita, contenta, descripta, & conventa per dictas partes inter se, & mutua vice a principio usque ad finem inter se ad invicem, & vicissim facta, conventa, stipulata, & promissa solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus adimpleverunt solemniter, & promiserunt inviolabiliter attendere, & observare in omnibus, & per omnia pro, ut est secundum quod in hoc præsenti contractu, & instrumento continetur, & descriptum est in ullo unquam contrafacere, vel venire de jure, vel facto modo aliquo, causa, forma, vel ingenio, pro se, vel interpositam personam à se in pœna, & sub pœna refectionis damnorum omnium interesse, & expensarum litis, & extra in omnibus, & singulis suprascriptis, & in qualibet parte ipsorum, non attenditis, & non observatis, quæ pœna toties committatur, & exigi possit cum effectu, quotiens fuerit contrafactum, & non observatum rationibus semper manentibus omnibus, & singulis suprascriptis, & infrascriptis, & dicto etiam privilegio, & contentis in eo, & in eis, & in sui præsentis roboris firmitate sub eadem pœnæ commissione, promissione, stipidatione, & exactione in prædictis, & circa prædicta ex certa scientia nullo juris, vel facti errore dictæ pro se, & omnibus quibus supra. Renunciantes dictæ partes exceptione doli, mali in factum, actioni, conditioni indebiti sine causa, vel ex injusta causa, & non vera causa, vel quodvis metus, seu causa, & non factæ, & non celebratæ dictæ talis transactionis, & omnium, & singulorum in ea contentorum, simulationique præsentis contractus. Et generaliter omnibus, & singulis aliis suis juribus, beneficiis, & exceptionibus tam civilibus, quam canonicis, & tam sinodalibus, quam Patriarchalibus, & omnibus aliis generis cujuscunque loquentibus in contrarium. Quæ omnia dictæ partes ex titulo præsentis transactionis sibi ad invicem remiserunt, & pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & plenius observandis, dictæ partes sibi ad invicem, & vicissim, & mutua vice omnia eorum bona mobilia, & immobilia præsentia, & futura, & supellectilia, videlicet dictus D. Episcopus sua, & Episcopatus Veron. bona, & dicti Vicarius, & Canonici infrascripti sua, et beneficiorum suorum, & communitatis dictæ Canonicæ bona, et ea quæ de generali obligatione per legem tacite sunt excepta pignori obligaverunt. Quæ bona constituerunt, videlicet una pars pro altera tenere, et possidere, vel quasi usque ad integram satisfactionem, et observationem omnium prædictorum: juravit quoque dictus D. Episcopus sponte, ex certa scientia, nullo per aliquem sibi delato sacramento, sed per metipsum assumpto ad sancta Dei Evangelia posita manu sua ad pectus suum, & tactis etiam scripturis manibus videlicet uno privilegio absolutionis ipsius D. Episcopi ab excommunicatione quod tenebat in manibus, sibi transmisso a D. summo Pontifice, vel ejus commissario prædicta omnia, & singula suprascripta, & infrascripta a principio usque ad finem in omnibus & per omnia, ut supra, & infra continetur, & scriptum est, perpetuo, & inviolabiter attendere, & observare, & in nullo contrafacere vel venire vel facto. Quibus omnibus sic peractis, præfatus D. Episcopus Veron. prædictum privilegium exemptionis dictorum domino-

eum

rum Archipresbyteri, Canonicorum, de quo ſupra facta eſt mentio, confirmavit, & renovavit ſecundum pacta tranſactionis prędictæ, ut in ipſo privilegio per ordinem continetur, et ſcriptum eſt. In cujus rei teſtimonium, et perpetuam fidem plenariam, et evidentem firmitatem idem Reverendus Pater, et D. Epiſcopus Veron. pro ſe, et ſuis ſucceſſoribus, et Epiſeoratu ſuo Veron. preſens publicum inſtrumentam ſigilli ſui juſſit appenſione muniri, quod ſi dictum ſigillum rumpi, devaſtari, aboleri, vel auferri inde contigerit, nihilominus dictus Reverendus pater D. Epiſcopus Veronen. dinit, voluit, et mandavit præſens publicum inſtrumentum, et contenta in eo pro majori roboris firmitate ipſius ubique pleniſſimam habere roboris firmitatem, et eidem, præſenti inſtrumento, et contentis in eo ab aniverſis perpetuam, et plenariam fidem adhiberi. Nomina autem Canonicorum tunc ibi preſentium, ſunt hęc. Venerabiles viri D. D. Bernardus de Placentia Canonicus, et Vicarias Archipresbyteri, Canonicorum, et Capituli dictæ eccleſiæ majoris Veronen. Jacobus de Malaſpina, Blaſius de Parma, Carlotus de Venetiis, et Pantaleo de Albertis Canonici. Anno Domini 1376. indictione XIV. Ego Paulus quondam Gabriellis de Manio de Mercato novo Veronen. imperiali auctoritate notarius ſupraſcriptis omnibus interfui, & de mandato ſupraſcripti D. Epiſcopi, & a ſupraſcriptis Canonitis rogatus me ſubſeripſi, & ſignum meum tabellionatus hic appoſui conſuetum. Ego Jacobinus quondam D. Albertini de Parma Veronen. imperiali auctoritate notarius ſupraſcriptis omnibus interfui, & de mandato ſupraſcripti D. Epiſcopi, & a ſupraſcriptis Canonicis rogatus me ſubſcripſi, & ſignum meum tabellionatus hic appoſui conſuetum. Ego Ubertinus quondam Mag. Danielis Phiſici de Guayta s. Firmi Veronen. publicus imperiali auctoritate notarius, & prędictis omnibus, & ſingulis preſens fui, & a ſupraſcriptis D. Epiſcopo Veron. & D. Bernardo Canonico, Vicario, & Canonicis ſupraſcriptis rogatus ſcripſi, & ad majorem firmitatem ſignum meum notariæ ſupra appoſui conſuetum.

Nos Marquardus Dei gratia S. ſedis Aquilejen. Patriarcha tenore præſentium ad perpetuam hujus rei memoriam notum fore facimus univerſis, quod noſtram accedentes præſentiam diſcretus Nicobaſius . . . . Notarius de terra noſtra Utini tanquam procurator ſubſtitutus, ut aſſerebat, Vener. in Chriſto, & ſuffraganei noſtri Petri della Scala Dei gratia Veronen. Epiſcopi, necnon dilectus in Chriſto presbyter Comes de Parma beneficiatus in eccleſia s. Georgii a Domo de Verona, tanquam procurator, & ſindicus, ut ſimiliter aſſerebat, dilectorum in Chriſto filiorum, Archipresbyteri, Canonicor. & Capituli majoris eccleſiæ Veronen. nobis, & noſtræ Aquilejen. Eccleſiæ immediate ſubjectorum ad hæc, ut aſſerebant, ſpecialiter conſtituti nobis inſtantius, atque humilius ſupplicaverunt, ut cum ſuper nonnullis controverſiis, differentiis, & diſcordiis dudum vigentibus inter ſupradictum Epiſcopum ex una, & præfatos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum parte ex altera, præfatæ partes ad certas honeſtas, laudabiles, & rationabiles compoſitiones, tranſactionem, pacem, & conventiones amicabiliter, & de plano, bonorum cunctorum operante auctore, pervenerunt, prout de hujus omnibus plenius, atque ſerioſius ſuperius declaratur, compoſitiones, pacem, & conventionem hujuſmodi confirmare, & approbare benignius dignaremur. Nos quidem recto animo attendentes compoſitiones, pacem, tranſactionem, & conventiones hujuſmodi poſt earum diligentem examinationem per nos factam fore rationi conſonas, atque juſtas, nec noſtris, & noſtræ Aquilejen. Eccleſiæ antiquiſſimis, & conſuetis honoribus, & juribus aliquatenus derogare, & propterea ſupplicationibus præmiſſis rationabiliter inclinati ſupraſcriptas, compoſitiones, pacem, tranſactionem, & conventiones, nec non omnia, & ſingula in eis inſerta cum matura deliberatione inde præhabita, & ex certa ſcientia per nos, & ſucceſſores noſtros, ac vice, & nomine præfatæ noſtræ Eccleſiæ Aquil. auctoritate noſtra Metropolitica & ordinaria, ac in omnibus jure, & forma quibus melius, & efficacius poſſumus tenore præſentium confirmamus, ratificamus, & in omnibus approbamus auctoritatem noſtram, & præfatæ noſtræ eccleſiæ in iis omnibus interponentes omnimodam pariter, & conſenſum, ſalvo ſemper jure noſtro, & noſtræ Aquilejen. Eccleſiæ prælibatę in cujus rei teſtimonium, & perpetuum plenum robur præmiſſa ſcribi juſſimus & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum in caſtro noſtro Sophumburgi die a. Januarii Anno Dom. Nativ. 1377. indict. XV.

Meminit hujus concordiæ Paovinius in Chronica, retulitque Petri hujus Epiſcopi juſſu conflatam fuiſſe notam illam majoris Baſilicæ, quæ vulgo dicitur *ſchila*; quaque ſtatutis horis ad quotidianas preces, laudeſque Deo agendas majoris Eccleſiæ Sacerdotes, & clerici convocantur. Ab ipſo etiam erectum fuiſſe altare in ipſa Cathedrali in D. Agathæ honorem; cujus etiam diligentia fructus aonui prædiorum Epiſcopatus, qui ſuperiorum incuria tenuiores facti fuerant, uberiores redditi ſunt, nam nihil omiſiſſe earum rerum, quæ ad eos augendos pertinerent, & conſtitutiones Epiſcopi Theobaldi numero ad centum luculentas admodum, ac varias, quæ propemodum jam anteceſſorum deſidiis in deſuetudinem abierant, in uſum revocaſſe, atque una cum quibuſdam aliis Coocilii Aquilejenſis, Patriarcha Bernardo, editas, promulgaſſe, ex quibus apparet utrumque, & juris Pontificii peritiſſimum, & in obeundo munere ſuo nequaquam negligentem fuiſſe; hæc ille. Quibus addidit, Petrum juſſu Antonii Scaligeri anno 1388. ab inito pontificatu 29. pugione cęſum ionocentem occubuiſse. Verum quam longe a veritate de Petri interitu ſeripſerit Paoviuius, & poſt ipſum Hieronymus Curtes, Perettus, aliique, lib. Proviſionum Prælatorum Vaticani archivi clare oſtendit, cum in eo recenſeatur Petrus eodem anno 1388. ad Laudenſem Epiſcopatum translatus, quod & in monumentis Laudenſibus obſervavimus, quæ & obitum Petri exulis etiam à ſua Laudenſi Eccleſia reſerunt accidiſse Mantuæ anno 1393. Petro ſucceſſit in Laudenſi Eccleſia Boniſacius Butticella Papienſis ex eodem lib. Proviſionum, ut in 4. tom. narravimus. Cauſam remotionis Petri à Veronenſi nobili ſua ſede, ſuis in Diariis rerum memorabilium civitatis Veronæ, quæ ab anno 1405. uſque ad 141a. acciderunt, commemorat hiſce verbis Bartholomæus de Oliveto notarius Veronenſis: *Anno 1406. de Menſe Septembris Reverendus in Chriſto Pat. D. Angelus Barbadico de Venetiis die lunæ* 20. *menſis prædicti Septembris fuit creatus per ſummum Pontificem in Epiſcopum Veronenſem, at hic de ipſa creatione poſtea dictum fuit, fuiſſe factum dicta die, loco Reverendi Patris D. Jacobi de Rubeis de Parma qui erat, & ſtetit per circa 17. annos, & plus Epiſcopus Veronenſis, factus loco Reverendi Patris D. Petri della Scala, remoti ab ipſa dignitate, contemplatione D. Comitis Virtutum Domini Veronæ, & Mediolani, cum per longa tempora ſtetiſſet Epiſcopus Veronæ. Quem D. Jacobum de Rubeis ſedes Apoſtolica ab ipſa dignitate removit.* Aſſervatur hujus diarii libellus M. S. in pergameno penes Archivium Abbatiæ S. Zenonis Veronæ.

Hoc ipſo anno 1388. quo Petrus ad Laudenſem Eccleſiam fuit translatus Joannes Galeatius Vicecomes Dux Mediolani, expulſo Antonio Scaligero, Veronenſium Principatum obtinuit, atque hac ratione Scaligerorum principatus Veronę deſiit anno à primi Maſtini dominatu vigeſimo ſeptimo ſupra centeſimum.

103 JACOBUS Rubeus Parmenſis ex nobiliſs. CIV.
& vetuſta Comitum gente S. Secundi, patre Beltramo Marchione natus, liberali ingenio, ac egregia corporis forma, ope Joannis Galeatii Ducis Mediolani, amoto Petro, ac translato ad Laudenſem ſedem, ſucceſſit anno 1388. 12. Kal. Maii, ſolemnique pompa poſſeſſionem iniit. Hic anno 1389. juriſdictiones omnes, feuda, ac omnia jura Vero-

nensis Episcopatus, quæ olim à suis antecessoribus, principibus Scaligeris concessa fuerant, in Jo. Galeatium Ducem, cujus erat intimus consiliarius ad grati animi propensionem, auctoritate sua ordinaria asseruit, cujusque diplomate cæteris indicavit, quod hic ex tabularioCanonicorum exscripsimus, in hunc modum.

In nomine Domini Amen.

Anno a nativitate ejusdem 1389. Ind. xII. die 18. mensis Octob. hora mane in Papia videl. in domo habitationis infrascripti D. Episcopi in quadam sala dictæ domus sita in Papia in porta Placentina in parochia S. Mariæ Incoronatæ.

Cum quondam Magnifici, & Excelsi D. D. Mastinus della Scala, Albertus della Scala, & Canis Grandis della Scala, tunc procuratores ipsorum nominibus eorum recipientes fuerint per prædecessores Episcopos Veronen. infrascripti domini Episcopi Veron. investiti in rectum, legale feudum, de certis feudis, decimis, Avogariis, fictis, & proprietatibus, juribus, & jurisdictionibus, & honoribus situatis in diœc. Veronen. & prout in instrumentis investiturarum feudorum factarum in prælibates olim Dominos della Scala contineri reperiuntur. Unum quorum fuit rogatum Matthæo nate D. Orlandi de hora S. Nazarii civi Veronen. publ. imperiali auct. not. scribæ tunc Episcopi Veronen. 1356. indict. 9. Aliud fuit rogatum 1330. die 28. intrante mense Decembris Joan. q. Naximbeni, qui dicebatur Bolla pub. imperiali notar. Aliud vero fuit rogatum 1350 Ind. 3. die Jovis 7. Januarii, jura quorum feudorum, decimarum fictorum, Advocariarum, proprietatum, jurium, jurisdictionum, & honorum in Rev. in Christo Patrem ac D. D. Jacobum de Rubeis Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopum Veronensem pervenerunt ad ipsum Episcopatum, sunt & fuerunt devoluta, debito jure, & canonice, ac justis & rationabilibus causis. Qui D. Episcopus cognoscens Dominium civitatis & districtus, & pertinentiarum Veronę per infra nominatum Magnificum & Excelsum D. Comitem Virtutum Dominum Mediolani fuisse acquisitum. Qui quidem Magnificus & Excelsus D. Mediolani est persona idonea ad defensionem jurisdictionis & honorum Episcopatus Veronen. ac Eccles. ad ipsius Episcopatum jurium augumentacionem. Considerans bonam fidem, & gratiam devotionis, & fidelitatis obsequia, quæ prædictus Illustris Princeps ac Magnificus & Excelsus D. Mediolani temporibus retroactis ipsi D. Episcopo, & Episcopatui Veronensi, ac divina suffragante gracia conferre poterit in futurum. Eundem Illustrem Principem D. Comitem Virtutum Dominum Mediolani volens aliqualiter remunerare de pręmissis, ut ipse ad conservacionem jurium Episcopatus etiam deinceps fortius invitetur. Ea propter omnibus meliori jure, via, modo, casu, causa, & forma, quibus melius, & validius, & solēnius potuit & potest, & cum interventu omnium solemnitatum, tam juris, quam facti, quæ in similibus requiruntur, tam de jure, quā de consuetudine prout successoribus, quę suis, ac Episcopatu suo, dedit, tradidit, & concessit in feudum rectum, & legale, & jure feudi recti, & legalis, Egr. & prudenti viro D. Ant. de Lucrio fil. q. D. Philippini secretorio pręfati Illus. Principis, ac Mag. & Excel. DD. Comitis Virtutum ac ipsius procuratori solemniter constituto ad infra scripta investituram, & infra scripta omnia & singula recipienda, facienda, geronda, & exercenda, ut constat publico instrumento ipsius procuratoris rogatu provid. I. V. Cavellini de Cavellis præfac. D. Secretarie anno indict. & mense præsentibus, pro præfato D. Mediolani ejusque liberis, & heredibus recipienti, & stipulanti omnia feuda, decimas, Advocarias, ficta, proprecares, ac jura, dignitates, & honores de quibus q. Magnifici & Excel D. D. Mastinus della Scala, Albertus della Scala, & Canis Grandis della Scala, sive procuratores ipsorum nominibus earum erant investiti, existen. in diœc. Veronen. & quovis districtu, ac si in præsenti investitura forent dicta, & nominata, ac declarata: Volendo, jubendo, & decernendo, ac pronunciando Pontificali auctoritate, & ex certa scientia ipsa in præsenti concessione fore dicta, nominata, & declarata, ac etiam laudando approbando, & confirmando dicta Pontificali auctoritate, & ex certa scientia omnem tenutam, & possessionem, vel quascumque de prædictis, & in infrascripto D. Mediolani habuisset, habere, & habet., sive alii pro eo habuerunt, ac etiam de infrascriptis omnibus inferius descriptis ultra prædicta omnia declarata superius.

Primo de Avogaria, sive dicti Domini Episcopi & Episcopatus Veronen. in omnibus juribus suis, & jurisdictionibus ad ipsum pertinentibus, & expectantibus. Item de certa parte decimarum jurisdictionis & perceptionis ipsius omnium frugum terrarum, petiarum terrarum, quam tenere solebant D. Belagantus & Bonivus cum decima pollastrorum in villis cuctis, & pertinentiis de Galganago, & Dilgado villis Pullerellæ diœc. Veronen.

Sequitur eodem modo descriptio omnium decimarum fere totius Distr.c. Veronen. & in fine tandem ita concluditur.

Item pro recognitione quorundam feudorum vel alicujus eorum ex dictis, quæ fuerunt D. Federici della Scala, ad dictum Episcopatum Veron. ut dictus D. Episcopus dixit, & protestatus fuit, legitime devolutorum, quinquaginta vel circa minalia boni, & pulchri frumenti in festo S. Michaelis, & unam libram, septem uncias, & dimidiam boni, & pulchri piperis, & unam libram boni, & pulchri saphарani, ac unam libram boni thuris sive incensi in dicto festo Nativitatis D. N. Jesu Christi, quæ feuda olim dicti D. Federici de quibus solvuntur. & solvi debent prædicta, ibidem non fuerunt propriis nominibus declarata. Et si in dictis terminis, seu infra octavam non solverint, infra alias octavas immediate sequentes debeant induplare, & si non induplaverint emendent pęnam sexaginta solidorum Veronen. parvorum, solemni stipulatione præmissa, & nihilhominus attendant supradicta omnia sub eadem obligatione pœnæ, & propter hoc non intelligatur cecidisse à suo jure, eo modo, pacto, tenore, & conditione fecit, & facit dictus D. Episcopus suo nomine, & nomine Episcopatus, & successorum suorum præsentem concessionem præfato D. Antonio dicto procuratorio nomine recipienti, quod de cætero præfatus Ill. Princeps, & magnificus, & excelsus D. Dominus Mediolani, & ejus hæredes masculi, & fœminæ habeant, teneant, gaudeant, possideant, & quasi prout in feudum concessa in omnibus, & singulis, quæ infra præmissa, continentur, accessibus quoque ingressibus, egressibus, et regressibus, et cum omnibus, et singulis, quæ habent supra se, infra se, vel intra se in integrum, omnique jure, actione, usu, seu requisitione præfato D. Episcopo, et Episcopatui prædicto en ipsis, vel ipsis rebus, proprietatibus, et decimis, juribus, jurisdictionibus, et honoribus modo aliquo pertineates. Hac etiam pacto fecit dictus D. Episcopus investituram prędictam, quod præfatus Ill. Princeps, et magnificus D. D. Joannes Galeatius Vicecomes, Comes Virtutum, ejusque hæredes possint de dictis feudis, juribus, & decimis, locationib. facere ad tempus, et in perpetuum, et de ipsis vassallis facere sicut præ-

fato

fato D. Mediolani ejusque hæredibus, vel alicui ipsorum visum fuerit. Manifestans ipse D. Episcopus pro se, & Episcopatu Veron. prædictas decimas, & feuda, & jura prędicta prædicto D Antonio de Lucino procuratorio nomine præfati D. Mediolani Comitis Vtetutum, & pro dicto D. Comito Virtutum possidere, vel quasi donec ipse procurator, seu peæfatus Illus. Princeps D. Comes Virtutum per se, vel alium de dictis decimis, feudis, & juribus tenutam, & possessionem, vel quasi ingeessi fueeint corporalem, quam ingredi sua propeia auctoritate quandocumque voluerit absque alicujus judicis ecclesiastici, vel secularis contradictione, præfatus D. Comes Virtutum, dicto suo procuratori pro eo licentiam dedit, & libeeam potestatem, approbans, & confirmans omnem tenutam, & possessionem vel quasi, quam habeeet peæfatus Illust. Princeps D. Comes, vel alius pro eo de dictis feudis, jueibus, & decimis, faciens, & constituens dictus D. Antonius de Lucino peocueatorio nomine supeadicti, & dictum Illust. Peincipem Dom. Joannem Galeatium Vicecomitem, Virtutum Comitem nuntios, & procueatoees, ut in eem suam in peædictis decimis, feudis, & jueibus, ac omnibus, & singulis prædictis, ita quod de cæteeo dicta feuda, & jura, & dictas deeimas, & jura deeimationum, & pereeptionum, feug. & fructuum, & obventionum ipsarum possint habere, & pereipere, & agere, & peteee, & facere contea laboratoees, detemptores, & possessores ipsarum, & contea illos, qui dictas decimas solvere teneeentue, & contea quascumque personas Collegium, Capitulum, & Universitatem, quemadmodum ipse D. Episcopus pro se, & Episeopatu Veronen. vel nomine Episcopatus Veronen. faceee posset, & poterat: transfeeens in ipsum D. Jo. Galeatium, & in dictum suum peocuratoeem procuratorio nomine ipsius omnia jura, atque actiones eeales, & peesonales, corporales, & incorporales, generales, & speciales, utiles, & directas, tacitas, & enpeessas, mintas, & hypotecarias, & alias cujuscunque generis, ac quocumque nomine eenseantue, quæ, quas, & quantas idem D. Episcopus pro Episcopatu Veronensi, vel ipse Episcopatus Veronen. haberet, vel aliquo modo, jure, vel causa habere posset in dictis feudis, & deeimis, & juribus decimationum, perceptionum feug. eeddituum, & obventionum ipsaeum, & in frugibus, eeddit ibus, peoventibus, & obventionibus ipsarum, & cujuscumq; ipsarum, & cujuslibet ipsarum petendis, exigendis, & recuperandis, & ponendo, & substituendo præfatum Illus. Principem ac mag. & excel D.D. Jo. Galeat. Viecomitem, Comitem Vietutum, ac dictum ejus procuratoeem peocuratorio nomine ipsius D. Episeopi, & Episcopatus Veronen. jus, & locum. Insuper dictus D Antonius de Lucino procur. nomine pref. mag. & excel. D. Mediolani dixit, & protestatus fuit, quod per hanc investituram, quod per hanc cessionem, quam a dicto D. Episeopo accipit, seu accipiet, non intendit aliquod præjudicium facere præfato Illus. Principi D. & Comiti Vietutum, nec jus aliquod foee acquisitum dicto D. Episcopo proptee prædicta, & infrasceipta, si dicta feuda, & decimas ad dictum D. Episcopum non peetinereut, sive etiam peæfatus D. Comes Vietutum ipsa, nec aliquod ipsorum ab aliu Domino recognosceret, vult, & intendit, jus suum salvum fore cuique Domino, a quo aliqua de prædictis prefatus Illus. Princeps D. Mediolani recognosceret, quam protestationem feeit, & facta esse voluit dictus D. Antonius dicto peocueatorio nomine antedictam concessionem, & investituram in medio, & in fine. Offerens se dictus procueatoe peocuratorio nomine peælibati D. Comitis D. Mediolani paratum fidelitatem jurare dicto D. Episcopo pro se, & successoribus suis, & Episcopatui Veronen. & facere, & adimpleee omnia, & singula quę de jure debet, & tenetue, & in omnibus, & per omnia ut in saceamento fidelitatis plenius continetur.

Qui R.P.D. Jacobus Episcopus Veeonen peæfatus volens peæsentem insteumentum valeee, & tenere omni jure, via, & modo, casu, & causa, & forma, quibus melius potest de feudis, & deeimis, ac juribus prædictis cum anulo auri qui, & per omnia, ut in saeeamento fidelitatis Vassalloeum plenius continetue. Et inde præfatus D. Episcopus suo nomine, ac nomine dicti ejus Episeopatus, & præfatus D. Antonius dicto procuratorio nomine, & quilibet ipsorum rogaverunt me notarium infrascriptum, ut modo superius declarato unum, & plura cujusque feudi per se si fueeit opportunum publica conficere debeam insteumenta &c. Præsentibus Ambrosio de Puteobonello fil. Joanuoli, Ven. V. D. Luchino de Savellis fil. q. D. Jo. Domino Gherardo fil. q. D. Bartho. de Camparellis de Parma, Uberto de Decemhetbis de Viglevano fil. q. . . . D. Fratee Peteo Corigio de Burgo S. Domnini Paemen. Diœc. D. Matthæo de Fassatis de Parma Archip. Plebis S. Petri de Villa Franca Veron. Diœc. D. Petro de Zangeandis de Parma Aechip. de Grozano Veron. Diœc.

Interea Jacobus transactis annis duobus Jo: Galeazinm exoravit, ut exemptiones quorumdam sui Episcopatus castrorum olim à Scaligeris Principibus concessas, pro sua humanitate rata, & firma deinceps haberet, quod libenti animo die 5. Septemb. anno 1392. suo decreto in hunc modum confirmavit.

Nos Dominus Mediolani, &c. Comes Vietutum Impeeialis Vicarius Generalis, &c. continentiæ subsequentis. Illustri, & Exeelso, dominationi vestræ humiliter supplicatue peo parte, devotæ creaturæ vestræ Jacobi de Rubeis Episcopi Veronen. quatenus ipse, seu Ecclesia, & Episeopatus sui Veronæ, habeat per statuta Communis Veronæ, & pee confirmationes quondam Dominorum della Scala terras, villas cum pertinentiis, & eoherentiis suis videlicet de Monte forti, Bodolini, & Pulli villarum, & terrarum ipsius Episcopatus Veronen. Diœc. enemptas, & immunes, & exemptiones prædictæ observentur hodie pee officiales ejusdem Dominationis, ut hactenus tamen, ut nihil obseueum, vel dubium oriei possit dignetur eadem Dominatio ipsas exemptiones, & immunitates per peivilegia, & litteras ejusdem Dominationis confirmare & eoboraee peæfato D. Episc. Veronen. &c. quantum honeste possumus complacere volentes, videri, & diligentee examinari fecimus Reveeen. enpectabiles, & egregios vieos de utroque nostro consilio, & etiam pee magisteos intratarum nostearum supplicationem peædictam, ac privilegia, & omnia juea præfati Domini Episcopi Veronen. quorum omnium nostrorum consiliorum, magistrorum deliberatione, & relatione sentita, præsentium tenore committimus, & mandamus universis, & singulis Potestatibus, Capitaneis, Vicariis, factoribus, cæteeisque aliis officialibus nosteis ad quos expectat, & expectare poterit in futurum quatenus immunitates, & privilegia de quibus in dicta supplicatione fit mentio, præfato D. Episc. Veeonen. aliqualiter non infringant, quinimmo illa sibi inviolabilitee observentur, & absque conteadictione quacumque faciant firmitee observari; in quorum testimonio præsentes fieri jussimus, & eegistraei, nosteique sigilli munimine roboraei. Dat. Papiæ Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo die 5. mensis Septemb. peima Indictione. Nicolaus Pallavinus.

Anno 1395. inventa fuisse refert Bagatta corpora SS. Apostolorum Symonis & Judæ in arca marmorea Ecclesiæ S. Joannis in Valle. Eodemque anno 1395. in Monte Grigiano extra Urbem Veronam inventa sunt ossa, vel pars corporis S. Jacobi Majoris Apostoli, Jacobo Episcopo sedente, ac summa veneratione in ea ipsa Ecclesia ejusdem Apostoli dicata recondita sunt, cujus inventionis, & translationis historiam hic ex Bagatta transcriptam infero ad perpetuam recordationem.

S. Jacobi *Apostoli corpus, sive ossa requiescunt in Ecclesia sua in Monte Geigiano extra urbem Veeonam ad milliaria sex, inventa in ipso monte anno Domini 1395. die 24. sive ut quidam asserit, 22. Maji pee Philippum rusticum Lavanei villæ non longe ab ipso Monte dum foderet cum aliis rusticis in turri ecclesiæ jam olim in honoeem, & sub titulo S. Jacobi fundatæ,*

& constructæ: sed tunc jamusque ad fundamenta dirutæ in arca marmorea, cum operculo pariter marmoreo clavis ferreis per quatuor angulos clausa, in qua erant literæ, Ossa S. Jacobi Apostoli esse declarantes. Cum autem plurimus populus ad visitanda ossa sancta confluceret, ibique multa miracula fierent, Communitas Veronæ sanctarum reliquiarum, ac loci suscepit patrocinium: nam illas in capsa deaurata cum insignibus Communitatis loco munitissimo in arca ferrea ferris solidis munita perpetuo servandas curavit. Die autem 20. Junij ejusdem anni adstantibus Episcopis, Abbatibus multis, presbyteris, aliisque viris jacta sunt ibi fundamenta novæ ecclesiæ deputatis ab ipsa Communitate Veronæ viris, qui eidem templo per Nicolaum architectum ædificando præessent. Pilam altaris majoris consecravit suffraganeus Episcopi Veron. cognomento Episcopus Piceninus S. Teuteriæ, una cum Episcopo Clodiensi, qui propter votum factum valetudine pristina sibi restituta illuc venerat. Die vero 30. ejusdem mensis anni prædicti cum Comitissa Bernabonis Vicecomitis Mediolanensis filia, reliquias ipsius S. Jacobi visitasset clam ablato digito, sive ut quidam dicit, dente ipsius sancti, die 2. Julij summo mane reliquias ipsas secum defecens Germaniam versus iter suscepit: elapsis autem tribus diebus opera S. Jacobi digitus ille, sive dens, super altare prædictę ecclesiæ mirabiliter repertus fuit. Die 10. decembris 1396. cum Philippus S. corporis inventor diabolica persuasione adductus Carolum, cognomento G.rellum, prædictæ ecclesiæ, & oblationum custodem occidisset, ut & oblationes preciosas, & sanctum corpus inde furtum Mantuam asportaret, oblationes quidem abstulit, corpus vero minime potuit. Nam cum ejus socij sacrum corpus asportantes ad medium montem descendissent, virtute S. Apostoli amissa luce, pluvia insuper, ac grandine, mirabiliter impediti monte ipso excedere nullatenus potuerunt. Die autem 5. Aprilis Pontificatus Bonifacij IX. anno octavo, qui fuit anno Dom. 1397. vel ut alij 1398. concessum fuit jus patronatus ipsius Ecclesiæ S. Jacobi Communitati Veronę ab eodem Pontifice. Die vero 3. Junij 1400. Philippus à Zilioso Mediolanensi ob prædic. homicidium, furtum, ac sacrilegium in villa Cucha detentus, & captus die 12. ejusdem mensis Prætore ejusdem civitatis Veronę Spinetta de Spinolis, usque ad tumbam ejusdem civitatis subuebium per terram raptatus ibi, quamvis S. corporis inventor fuerit, quod ipse etiam jam moriturus verum esse confirmavit, sic tamen suis postea exigentibus meritis, laqueo suspensus fuit. Postea vero corpus S. Jacobi Communitatis Veronæ publico decreto oborti belli causa in urbem delatum est, quod post sedatum bellum ejusdem civitatis decreto ad eundem montem honorifice, & solemniter reportatum est. Illius autem tam amplissimi, et honorificentissimi templi structura bellis intermissa, tandem imperfecta remansit. Die autem 19. Febr. 1445. Ecclesia S. Jacobi prædicta à Communitate Veronæ dotata fuit. Anno vero 1451. die 10. Martij ecclesiæ hujus cura, postquam à Nicolao V. Pontif. Max proventibus monasterii monialium S. Philippi in Sacco extra muros Veronæ Ordinis S. Benedicti tunc vacantis facta unione aucta fuerat, à Communitate Veronæ, cujus erat juspatronatus, monachis Montis Oliveti, ut divinus cultus ibi perpetuo augeretur, cum omnibus redditibus, ac proventibus in perpetuum tradita est: cum prius ipsa ecclesia per alios diversorum ordinum regulares, nonnunquam vero per seculares personas gubernari consuevisset. Hæc ex sano interso in stipite altaris majoris ipsius templi, ex tabula vetusta, ex membranis, quæ in sacrario dictæ ecclesiæ servantur, ex libro vetusto ecclesiæ SS. Apostolorum Veron. ex quatuor diversis chronicis manuscriptis apud diversos cives Veronenses repertis, ex Francisco Corna, ex libro monasterii S. Jacobi in monte Grigiano, ex actis Communitatis Veronæ in libris provisionum, incipiendo à libro signato A. ex bulla Bonifacii IX. Pont. Max. registrata in libro dictarum provisionum signato E. tenoris ut infra, & ex bulla Nicolai V. Pont. Max sub die 13. Maii 1450. registrata in libro earundem provisionum signato F.

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis populo, & Communi civitatis Veronensis salutem, & Apostolicam benedictionem. Exigit sinceræ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam geritis Ecclesiam, ut votis vestris, illis præsertim, quæ ecclesiarum reparationem, & divini cultus augmentum respiciunt, favorabiliter annuamus. Cum itaque sicut exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat, ab olim in loco de monte Grigiano nuncupato Veron. diœcesis, quædam ecclesia in honore, & sub vocabulo S. Jacobi, pro ut fundamenta demonstrant, fundata, & constructa fuerit, ad quam, ex eo quod in ea ossa B. Jacobi Majoris, ut dicitur, noviter inventa fuerint, & Altissimus intercessionibus, & meritis ipsius B. Jacobi, ut pie creditur, multa miracula operatus est, & in dies operatur, magna ex devotione confluit populi multitudo, vosque zelo devotionis accensi cupientes terrena in cœlestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis à Deo vobis collatis pro animarum vestrarum salute, ut divinus cultus inibi augeatur, ipsam Ecclesiam honorifice reædificare, & sufficienter dotare, ac rectores, & ministros inibi in divinis perpetuo deservituros proposueritis deputare, & pro parte vestra vobis fuerit humiliter supplicatum, ut nobis præmissa faciendi, & juspatronatus ipsius ecclesiæ, ac præsentandi rectores, & administratores ad eam, concedere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos vestrum in hac parte laudabile propositum in Domino commendantes, ac volentes vos specialis prosequi prærogativa favoris hujusmodi vestris in hac parte supplicationibus inclinati vobis præmissa faciendi auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam elargimur: vobisque postquam ipsa ecclesia per vos reædificata, & dotata fuerit juspatronatus ipsius, præsentandi rectores, & administratores ad eam hac primaria vice, & quoties ipsa ecclesia in posterum ipsis carere contigerit, eadem auctoritate concedimus per præsentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum nonis Aprilis Pontificatus nostri anno octavo.

Quod autem dicitur corpus S. Jacobi majoris translatum fuisse in Compostellam, & hic dicatur esse in monte Grigiano quomodo hoc potuit esse, vide infra post monumenta sanctorum. Hactenus ille, qui in citato loco hæc addidit. *Quoniam vero in quibusdam ex monumentis prædictis asseritur, corpus S. Gaudentii Episcopi Veron. esse quidem in ecclesia S. Stephani, sed in altare S. Mariæ a dentris altaris majoris, in aliis vero esse in altari S. Andreæ dictæ ecclesiæ. Item in quibusdam asseritur corpus S. Probi Episcopi Veron. requiescere in ecclesia S. Stephani, in aliis vero in ecclesia S. Proculi. Item corpus S. Valentis Episcopi Veron. in quibusdam asseritur requiescere in ecclesia S. Petri in Castro, in aliis vero in ecclesia S. Proculi. Sciendum quod per piam extensionem dici solet, alicubi alicujus sancti corpus haberi, quia ejus bona pars ibi habetur. Unde nec reprehendendum, nec redaguendum est, quod in monumentis prædictis dictum sit etiam corpus S Jacobi majoris Apostoli in monte Grigiano requiescere, cum in Compostellam translatum dicatur: sic etiam de aliis Ss. corporibus, qui leguntur etiã alibi requiescere; de qua re legendus Molanus in præfat. Martyrologii in Usuardum c. 23.* Quomodo vero sacrata ossa, & quo tempore fuerint in hanc montis Grigiani ecclesiam translata, neq; Bagatta, neq; alii Veronensium rerum scriptores commemorant, sed pia tantum traditione, & supra relata sacrorum ossium inventione, pia eorum consolidatur credulitas. Cæterum Jacobus Episcopus fiduciario jure attribuit medietatem villæ, cognomentu Barthulomææ mensæ Episcopalis Nicolao de Tertiis Parmensi egregio militi, quod ipsum

po-

postca Bonifacius IX. Pontifex confirmavit anno pontificatus sui VII. Cæterum Jacobus cum summa sui nnminis laude Veroneusem Ecclesiam administraret, Jo: Galeatius Dux Mediolani, & Veronæ Princeps 3. Nnn. Septemb. 14n2. Mediolani obiit, & Carthusiæ in agro Ticinensi sepultus marmoreo tumuln, cui successit Philippus Maria Vicecomes filius, secundus Mediolani Dux, & Veronæ Princeps, imperavit Veronæ an. 2. post patris obitum. Anno 1404. ut scribit Panvinins in Chronic. a. id. Aprilis, Guillelmus Canis secundus filius Scaliger, Mediolani Ducis præsidiis Veronam occupavit Pandulpho Malatesta, Venetis, & Francisco Carrariensi suadentibus, & auxiliantibus. Qui urbem eo die ingressus cum filiis Brunoro, & Antonio per portam Campi Martii, quæ Aurelia vocabatur, Verrnnæ Princeps 5. idus creatus est in foro ab nmni populo, imperavitque dies tantum quindecim. Nam Franciscus Carrariensis urbem paulo post cum exercitu ingressus per portam S. Antonii, Guillelmum ipsum veneno extinxit 11. Kal. Maji, filinsque ejus Brunnrum, & Antonium captos in oppido Montis Silicis carcere inclusit, urbisque imperin anno uno, mensibus duobus, & diebus quatuor potitus est. Bello vero statim intet Venetos, & Franciscum Carrariensem tyrannum exorto, Marchionc Gonzaga Veneti exercitus Imperatore, Franciscus ipse prælio victus, & captus est, Venetiasque cum filiis in carcerem ductus, ubi paulo post obiit. Quo capto Veronam urbem cum exercitu petiit, quam Senatus Veneti nomine, acceptis æquis conditinnibus, ingressus, eam die S. Jn: Baptistæ 8. Kal. Julii 14n5. obtinuit. Tunc more Venctorum rectores primi urbi impositi, Jacobus Surriano Prætor, Petrus Arimundus Præfectus, Michaele Steno Venetæ Reipnblicæ Principe. Veronenses in Venetnrum potestatem cum se dedissent æquo fœdere suscepti, conditiones accepere æquissimas, quibus omnia eorum vetera decreta, ordines, statuta confirmata sunt, atque in hodiernum diem magna cum rerum suarum ampiificationc sub tantæ Reipublicæ umbra quiescunt. Accepta Verona à Senatu Veneto, Jacobus Episcopus in suspicionem venit, ne quid contra Rempublicam mnliretur, annoque sui præsulatus decimo octavo, in gratiam ejnsdem Senatus ad Lnnensem Ecclesiam in Liguria ab Innocentin VII. Pnnti fice translatus est die 2. Septembris an. 1406. decessitque à Vernna una cum Fratre Benvenuto Bononiensi Ord. Eremitarum S. Aug. Episcopo Massinensi suffraganeo. Assecutus est deinde anno 1415. Archiepiscopatum Neapolitanum: de quo in nostro 6. Tnmo plura. Sed hic haud silendum putn ejusdem Jacobi nobile facinus, ac pietatis documentum, posterisque Præsulibus exemplar futurnm. Erat Jacobus tunc Lnnensis Episcopns, cum Ottobonus de Tertiis Parmæ, ac Regii Dominus in Castrn Rubisræ pacificis in dolo verbis ab inimicis suis circumventus inhumaniter occisus est anno 1409. cujus caput à corpore abscissum ad Jacobum, velut pretiosa margarita delatum est (fuerat enim Ottobonus Jacobi insensissimus inimicus) quo viso nobilis Præsul, misericordia motus, & incredibili dolore tentus, Cæsarem æmulatus, ingemuit, summoque honore sepeliri mandavit. Factum æterna memnria dignissimum recitat Bartholomæus de Oliveto in sun Diario, in hæc verba. *Anno 14n9. die lunæ 27. Maji. Hac die D. Otthobonus de Tertiis Dominus Parmæ, & Regii, &c. ex insidiis, conspirationibus certorum inimicorum suorum in Castro Ruberiæ trucidatus fuit, ut fama, & relatio quam plurimorum die sequenti innotuit. Dominus Marchio Estensis Ferrariæ, qui cum D. Ottobono de Tertiis Parmæ, & Regii bellum, & guerram gessit, patem cum ipso contraxit, quæ die lunæ 27. currentis publice proclamari debebat. Vocatus ergo ad convivium D. Otto ad Castrum Ruberiæ hora 17. vel 18. die lunæ prædicta illuc appulit inermis cum circa 80. sociis, inter quos Guido Torellus de Mantua armiger audax, ipsi D. Otioni pergratissimus. Cum igitur sbarras, sive viarum angustias pene dictum Castrum intrasset, circumventus insidiis quorumdam ex gentibus præfati Marchionis, & manime a quodam Sfortia Capitaneo armigerarum gentium ipsius Marchionis, ab eodem primo ense capite vulneratus fuit, deinde pectore transfossus est. Postmodum cum quidam Burgesius familaris præfati Marchionis eundem ense fodisset, demum & tertio ab alio inimico suo, qui ut creditur fuit* D. *Ugo de Guazalottis ense etiam transfossus fuit, corpus itaque suum relicto spiritu, equo ruit, cujus in pluribus, & divisionibus laniatus, unusquisque inimicorum ejus, quas potuit lætus aripiebat. Sed de uno relatu, & memoria digno hic contentus ero. Nam caput ejus, una tantum auricula abscisa, quæ transmissa fuit Cabrino de Fondulis Domino Cremonæ, transmissum fuit Reverendo Domino D. Jacobo de Rubeis de Parma olim Episcopo Veronensi, tanquam ab ipso Ottone atrocissimis injuriis lacessito. Qui* Dominus *Jacobus ipso capite viso, pietate motus casu fortasse considerans tam atrocissimi viri, lachrimari cœpit. Ordinatis exequiis dictum caput fecit honorifice sepeliri, & ipsemet est secutus adfunus, caput jam dictum, & cum 18. equis coopertis funeralibus indumentis exequias honoravit. Factum laudabile multa benignitate respersum & posteris subinde & validum documentum.* Hactenus ille.

Quam vero longe à veritate de obitn Jacobi Episcopi scripserit Panvinius lib. 7. Antiquit. Veronensium, dum asserit illum excessisse anno 1405. ex iis, quæ supra ex Vaticanis, aliisque monumentis, retulimus, perspicunm est; sed & literæ Michaelis Steni Ducis Venetiarum ad Antnnium Luschum nobilem Vicentinum, suum apud Innocentium VII. Pontificem Oratorem, anno 1406. die 19. mensis Junii scriptæ id ipsum ostendunt, cum in iis Luscho mandetur, ut totis viribus apud Pnntificem operam daret, ut Jacobus ab Episcopatu Veronensi abdicaretur, & Angelus Barbadico patritius Venetus, Episcopus Chisamensis, eidem Veronen. præficerctur Ecclesiæ, quod à Pontifice factum deinde fuit die 2. Septembris ejusdem anni, cum Jacobum ad Ecclesiam Lunensem transtulisset, ut indicat lib. Provisionum Prælatorum. Porro literæ Dncis Steni his verbis exscriptæ repertæ sunt in tabulario Veronensi.

Circa Rubei obitũ videndus Bordonus in Thes. Eccl. Parmen. c. 6. p. 174. qui ait illum obiisse an. 1428. & ejusdem Epitaphiũ profert. Mand.

Nos Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum, &c.

Committimus tibi circumspecto, & sapienti viro Antonio de Luschis dilecto Civi, & fideli nostro, quod pro enequendo infrascripta mandata nostra, debeas ire noster Ambasciator, & te conferre ad præsentiam summi Pontificis: Cui facta humili reverentia, & devota racommandatione, (& præsentatis nostris litteris credentialibus in tui personam tibi assignatie) debeas reveronter exponere parte nostra. Quod ego meaque Communitas suæ Sanctitatis devotissimi filij a decem mensibus citra, vel circa, pluribus litteris replicatis, & vivæ vocis oraculo presertim nostri Ambasciatoris nuper a pedibus suæ Sanctitatis ad noe reversi, supplicavimus suæ clementiæ. Ut dignaretur D. Jacobum de Rubeis removere ab Episcopatu Veronæ: Quia ipsum suspectum habemus causis, & rationibus per nos scriptis, & sopius allegatis per suprascriptum nostrum Oratorem suæ Sanctitatis. Et certe non possumus non mirari quod supplicationes nostræ prædictæ toties replicatæ, & tantum justo in conspectu suæ Beatitudinis gratiam exanditionis nondum invenerint. Exauditur enim sua clementia quælibet persona minima, non modo in rebus parvis, sed etiam in magnis quotidie, nec credimus minus aliis merere apud sanctitatem suam. Ego, meaque Communitas antiqui boni, & devoti filij, & zelatores honoris, & status sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & specialiter suæ Sanctitatis, quod certo menti nostrę non modicam passionem adduxit, videndo, & audiendo, quod sua summa sapientia tantum differt enaudire preces nostras in re tantum licita, & honesta. Nam sua Sanctitas plene cognoscit, quod persona fautrix inimicorum nostrorum nobis non debet esse

nece-

accepin, nec pati debemus, quod in aliqua civitate, vel loco nostro habeant aliquem titulum, vel dignitatem præeminentiæ multis rationibus, & causis, presertim in civitate Veronæ, nuper aquisitæ, ad conservationem cujus debemus diligenter, & perspicaciter intendere, & vigilare. Ut sua summa sapientia optime considerare potest fore necesse per nos fieri debere, & propterea consideratis prædictis. Et quia pro conservatione status nostri in civitate Veronæ prædicta omnino opus est, quod Episcopatui prædicto præsit persona sapientissima, & nobis fidissima, ut est R. P. D. Angelus Barbadico Episcopus Chisamen. nobilis civis noster, Prælatus utique scientificus, licentiatus in jure canonice, moribus honestus, conspicuus, approbatæ conscientiæ, & sanctę vitę, claritate decorus, iterato deliberavimus te ad pedes Apost. destinare humillime supplicantes, ut sua clementia dignetur removere dictum D. Jacobum de Rubeis ab Episcopatu Veronæ prædicto, & de ipso providere præfato D. Angelo Barbadico Episcopo Chisamensi, quia civitas prædicta, & Ecclesia Veronæ non bene stat sine Pastore, immo non posset stare pejus, quia non est dubium, quod divinus cultus non ita sollicite solemniterque celebraretur, ut fieret, ac etiam alia spectantia ad dictum Episcopatum non regularentur, nec gubernaretur cum illo ordine debito, quæ fierent si Pastor suus interesset. Bona etiam, & redditus recipiuat detrimentum in damnum non parum Ecclesię prædictæ, non obstante, quod poni fecerimus prædictis ordinem, & regulam nobis possibilem, quia veræ nostræ intentionis est, & sic habeat pro certo sua Beatitudo, quod nunquam permitteremus, quod dictus D. Jacobus de Rubeis haberet aliquam libertatem, utilitatem, nec usufructum de Episcopatu prædicto. Qui Episcopatus, quia omnino eget reformatione præsta, & non parva. Ac etiam quia sumus sollicitati a fidelibus nostris Veronensibus, & a toto Clero dictæ civitatis, qui omnes clamant, remotionemque dicti D. Jacobi summopere appetunt, & postulant dictum D. Angelum civem nostrum. Non cessamus effundere humillimas preces nostras suæ clementiæ, quod dignetur de sua solita benignitate, & innata charitate pro bono animarum fidelium nostrorum Veronensium, & quiete animarum omnium nostrorum civium Venetiarum, & reformatione dicti Episcopatus, & pro fortificatione status nostri in civitate prædicta in nostram singularissimam clementiam, & complacentiam more pissimi Patris, sine pluri dilatione exaudire orationes, & supplicationes nostras prædictas. Unum tamen nolumus latere suam Sanctitatem Apostolicam quod nuper ad aures, & notitiam nostram est deductum utique dictus Dom. Jacobus de Rubeis, & frater tempore, quo quondam D. Franciscus de Cararia vivebat in Dominio Paduæ, miserunt ad jurandam fidelitatem Gubernatori Januæ, ut patet in continentiam unius brevis nuper perventi ad manus nostras, quod scribebat unus Ambasciator dicti quondam D. Francisci de Cararia eidem D. Francisco tunc D. Paduæ; potest itaque sua Sanctitas Apostolica existimare talem hominis qualitatem, & plene cognoscere quod non est bonus, nec utilis pro sua Sanctitate, nec pro nostro Dominio, & ut sua Beatitudo sit certa de continentia dicti brevis, debeas ei ostendere breve prædictum, quod tibi ad cautelam fecimus assignari, & si dictus D. Papa dixerit velle nobis complacere, sed velle prius invenire prælaturam condecentem dicto D. Jacobo de Rubeis. Respondere debeas quod multum miramur, quod sua Sanctitas habeat chariorem honorem dicti D. Jacobi, quam nostri dominii, & in verbis, & rationibus suprascriptis, & contentis in copiis literarum suæ Sanctitati missarum, & commissis dicto nostro Oratori tibi ad cautelam assignari, & etiam aliis rationibus, quæ tuæ prudentiæ videbuntur, debeas procurari intentionem nostram prædictam, sicut de sapientia tua plene confidimus. Et iam si obtinebis nostram intentionem, quam non debeas nos de omnibus informare, & expectare nostrum mandatum. Insuper debeas nostri parte visitare, & devote salutare R. D. Cardinales, & alios qui tibi videbuntur rogando eos, & instando, & procurando apud eos cum illis rationibus, & verbis pertinentibus, quæ tibi videbuntur, quod sint propitii, & favorabiles ad obtinendam nostram intentionem. Et ut tibi dent fidem credulitatis fecimus tibi assignare multas litteras credentiales quas prædictis poteris præsentare cuilibet suam. Insuper subito expositis præfacto D. Papæ prædictis, volumus quod tu debeas dicere suæ Sanctitati, quod sumus certissimi quod suæ Beatitudini placent personæ veridicæ, & quæ reportent, & informent tam suam Sanctitatem, quam alios recurrentes ad pedes suæ Beatitudinis, & præsertim Principes D. & Commune, sive eorum Oratores modo, & forma, quibus sua Sanctitas condigne provideat supplicantibus, & supplicantes sentiaat, & cognoscaat amœnitatem, & clementiam suæ summæ sapientiæ, & charitatis. Quæ certe fieri non possent nisi data vera, & pura informatione, immo aliter faciendo sine defectu partim in sequentur, & sequi possent de inconvenientiis non bonis, nec gratis. Cum ergo, ut plurimum importatio, & informatio similium rerum cadat, & spectet ad secretarios suæ Apostolicæ Sanctitatis, & informati fuerimus relatione primorum nostrorum Ambasciatorum, qui fuerunt primo ad pedes Apostolicos, & etiam Oratoris nostri nuperrime reversi Venetiarum a pedibus suæ Beatitudinis, quod sua Sanctitas fuit informata per Petrum de Gualfredinis Secretarium suum de multis non veris, & specialiter quod D. Franciscus Pavono, qui erat Episcopus Chironensis nunc translatus, & prolatus ad Archiepiscopatum Cretensem. Erat enim attinens, & propinquus dicti nostri Ambasciatoris, & quod ipse noster Orator procurabat, & affectabat translationem, & promotionem prædictam de conscientia, & voluntate nostra, & amore parentelæ jam dictæ. Quæ quidem quia vera nunquam fuerant, & quoniam nunquam dicto nostro Oratori aliquid injunximus de dicto D. Francisco Pavono, nec ipse D. Franciscus est attinens, nec propinquus dicti tunc nostri Ambasciatoris. Et si ipse noster Ambasciator oretenus dixit Sanctitati suæ nobis fuere displicibile & molestum, non respectu promotionis dicti D. Francisci Pavoni ad Archiepiscopatum Cretensem, quod vere nobis placet, sed respectu non veræ informationis datæ per dictum Petrum de Gualfredinis Sanctitati suæ. Et ut in futurum præcludamus viam, & materiam dicto Petro de Gualfredinis possendi dare non bonam informationem Beatitudini suæ in factis nostri dominii nostrorumque civium, supplicamus humiliter suæ Beatitudini, ut dignetur de cætero non dare fidem verbis dicti Petri de Gualfredinis in aliqua re, quæ spectet, vel pertineat prælaturis, & beneficiis nostrarum terrarum, vel quæ spectet, & pertineat, vel pertinere possit alicui factui vel rei nostri dominii, quia proposuimus non operari ipsum Petrum aliquo modo, vel forma causis suprascriptis, & aliis, quæ necesse non est exprimere in aliqua facenda, vel negotio nostri dominii, nec nostrorum civium. Potes tecum ducere tres famulos, & quatuor equos, & expendere singulo die ducatos duos in omnibus expensis quomodolibet occurrentibus non intelligendo tabula navigiorum, aut agoria equorum, de provisione vero tuæ personæ in reversione tua prout debitur secundum merita bonorum operum tuorum.

Datum in nostro ducali, die decimo nono mensis Junii Indictione XIIII. MCCCCVI.

104 ANGELUS itaque Barbadico illustri, ac nobili genere Venetiis natus, Episcopus Chimensis, assumptus est ad gubernaculum Ecclesiæ Veronensis die 2. Septembris 1406. Cujus solemnem ingressum in hanc urbem descripsit Bartholomæus de Oliveto in diariis in hæc verba. *Anno 1407. die Jovis sexta Epiphaniæ Reverendus in Christo Pater D. Angelus Barbadico de Venetiis, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Veronensis creatus, aurea veste velatus, niveo sonipede consedendo, purpureoque tegmine, quod a præstantissimis hujus urbis juvenibus ferebatur coopertus, cultui religionis vacaturus, exoptatum civium oculis sui conspectum ob-* CV.

tulit,

tulit, in cujus honorem Clerus, & populus Veronenſis, vexillis artium erectis, & entra urbem obviam occurrerunt, ipſumque Paſtorem venientem Pontificali infula, & baculo decoratum, multiſque nobilibus Venetis comitatum, & non modicis noſtris præſtantioribus civibus circumdatum, mœnia hujus civitatis inter effuſam ad officium ſpectaculum ejus turbam intrantem cum jubilo mentis aſpexerunt, & ad aram ſacratiſſimi magni Templi Veronenſis ipſius triumphalem reverentiam & paternitatem venerati ducendo, ubi ſuam benedictionem, & indulgentiæ largitionem condonavit, illariter aſſociaveeunt tamquam Angelum ſalutantem, ſibi divinæ previſionis munere deſtinatum.

Fuit Angelus vir omoino religioſus, juſti, ac æqui ſtudioſiſſimus, & eccleſiaſticæ diſciplinæ cultor eximius. Anuis fere duobus Eccleſiam Veronenſem laudabiliter rexit, & cum eſſet Gregorii XII. Pontificis ſororis filius ab ipſo vocatus, eſt ad purpuram an. 1408. ad titulum Ss. Petri, & Marcellini; hinc Veroneuſi Epiſcopatu ſe exolvit. Interfuit Conſtaotienſi Concilio, ubi Martinus V. Columna Apoſtolicam evaſit ad Sedem, & cum in Italiam una cum eodem Pontifice reverteretur, Genevæ graviori morbo oppreſſus interiit anno 1418. Kal. Septembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Quo Præſule, Veronæ Cauoolcis regularibus Congregat. Frigidianæ datum fuit ad habitandum cœnobium S. Leonardi olim Ord. S. Marci, Gregorio XII. concedente anno 1407. ut Gabriel Peuottua refert io Hiſt. Tripartita: & Lucidus de Comitibus Romanus Canonicus fuit Veroneoſis Eccleſię, qui deinde ſub Joanne XXIII. evaſit S. R. E. Cardinalis. In hoc etiam Veronenſium Canonicorum Capitulo adſcriptos aliquando fuiſſe legimus Petrum Columnam, Annibaldum de Ceccano, Laudulphum Maramaurum, Gabrielem Condulmerium, Joannem Michaelem, Bernardinumque Maphæjum Romanæ Eccleſiæ ampliſſimos Cardinales, de quibus alibi redibit ſermo.

CVI. 105 GUIDO Memus, Patritius Venetus, Polæ Epiſcopus, ab Alexandro V. Pontifice tranſlatus fuit ad hanc Veroneoſem Eccleſiam die 29. menſis Decembris 1409. præfuitque laudabiliter viginti novem annos. Ornavit ſacellum S. Nicolai, Cathedralique dono dedit cælati argenti nobiliora vaſa, ſacrarum veſtium indumenta, & viſeodum inſtrumentum Pontificale magni pretii totum ex argeoto Veneto ſolido fabrefactum ad Epiſcoporum uſum fecit. Veronæ obiit anno 1438. die 29. Octobris, ſepultus in Cathedrali in ſacello à ſe condito. Ipſe vero ut Caoonicorum Collegiom ſuæ ordinariæ juriſdictioni ſubjectum efficeret, nullum noo movit lapidem, ſudavit, & alſit, ac incaſſum laboravit; ounquam majus ab Epiſcopis, aut magiſtratibus, vel apud ſummum Pontificem, vel Principem oppugnatum Capitulum Veronenſe, minuſve expugnatum extitit, quam ſub Guidone Epiſcopo, ut ex Apoſtolicis litteris, quas hic fideliter damus, e Canonicorum tabulario, in quibus jura, liberaque eorumdem Canonicorum juriſdictio ab Epiſcopis immunis recenſetur. En literæ.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter aſſiduas curas, quæ circa quotidianam emergentiam negotiorum inſtantiam noſtrum diſtrahunt animum, hac præcipue ſolicitamue, & angimue, ut Eccleſiæ præſertim Cathedrales, nec noa monaſteria, & eccleſiaſtica loca ubilibet conſiſtentia, quorum nobis generalis cauſa divinitus commiſſa eſt, ceſſantibus litium, & diſſidium anfractibus, necnon ab eis rancorum amaritudine relegato, pacis atque tranquilitatis, libertatibus, & juribus confoveamus. Sane petitio dilectorum filiorum Coſmę de Parma Archipresbyteri, & Canonicorum modernorum, ac Capituli Eccleſiæ Veronen. nobis nuper exhibita continebat, quod licet tam ipſi Archipresbyter, & Canonici moderni, quam etiam prædeceſſores eorum Archipresbyteri, & Canonici Eccleſiæ præfatæ, qui fuerunt pro tempore, nec non Capitulum hujuſmodi una cum S. Leonardi in Montedonico, S. Michaelis in Campanea, S. Pancratii, & S. Caſſiani de Pultena, S. Benedicti, & S. Auguſtini Ordinis, monaſteriorum monialium S. Georgii a domo Veronen. S. Joannis ad fontes Veron. S. Pauli veteri juxta Ripam, S. Pauli de Campo Martio, S. Jo. in valle, S. Joannis de Quinzano cum capella, S. Alexandri juxta Quinzanum, S. Clementis, S. Blaſii, S. Ceciliæ, S. Mariæ Conſolatricis, S. I. imi in Cartalta, S. Marię Derſanico veteri, Omnium ſanctorum de Marzana, S. Mariæ de Zujano, S. Petri de Capano, S. Pauli de Prunis, Omnium ſanctorum de Novariis, & S. Georgii in Salis, S. Michaelis de Calmaſine, S. Auguſtini de Montedraconis, S. Profdocimi, S. Ambroſii de Caſaleto Luſiæ, & S. Mariæ de Villa, necnon quibuſdam aliis eccleſiis, atque capellis, & beneficiis eccleſiaſticis Veronen. Brixien. Adrien. & Paduan. diœceſ. ad ipſos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum pertinen. nec non hujuſmodi monaſteriorum eccleſiarum, capellarum, & beneficiorum perſonis videl. Prælatis, Presbyteris, Archipresbyteris, Prioribus, clericis, converſis, ſororibus, aut monialibus, & manſionariis, ejuſdem Eccleſiæ Veronen. exiſten. pro tempore, ac bonis, juribus, & juriſdictionibus, quibuſcunque acquiſitis, & acquiren. in prædictis monaſteriis, eccleſiis, capellis, & beneficiis, atque eorum, vel alio quovis modo, etiam conſuetudinibus, juriſdictionibus, ac juribus tam ſpiritualibus, quam temporalibus, etiam ab antiquiſſimis temporibus fuerint, & ſint prorſus exempti ab omni juriſdictione ordinaria Epiſcopi Veronæ exiſten. pro tempore, tum ad ea quæ ſive de jure communi, ſive de conſuetudine ſpectare poſſent ad prædictum Epiſcopum ratioueque dignitatis Epiſcopalis, quam etiam eatione legis ſuæ juriſdictionis, ſive legis diœceſanis, quam alias quovis modo cum privilegiis, exemptionis ipſorum, atque hujuſmodi Capituli, necnon ſubjectorum, & ſubditorum eorumdem ipſis Archipresbytero, Canonicis tam modernis, quam illis, qui eos præceſſerunt ipſiſque ſuccederent in eadem eccleſia Veronen. pro tempore, ac Capitulo hujuſmodi per nonnullos Epiſcopos Veronen. qui fuerunt pro tempore, quam etiam perſcriptionibus legitimis a tanto tempore cujus contrarium memoria non exiſtit ſuper præmiſſis per ipſos Archipresbyte-

rum,

A rum, Canonicos modernos, ac eorum prædecessores, ac Capitulum hactenus habitis, & obtentis, & aliis quibuscumque modis rationabilibus concessis, necnon etiam vigore amicabilis compositionis, seu concordiæ controversiæ, seu litis ductu inter bonæ memoriæ Petrum Episcopum Veronæ ex una, necnon Archipresbyterum, & Canonicos ecclesiæ Veronen. præfatæ, qui tunc erant, & hujusmodi Capitulum pro eo quod præfatus Petrus Episcopus ipsos Archipresbyterum, & Canonicos, qui tunc erant, & Capitulum, qui super exemptionibus, libertatibus, præscriptionibus, juribus, & aliis premissis, quomodolibet molestare auctoritate ordinaria nitebantur ex altera suscitaro, & quæ quidem compositio mediantibus quampluribus nobilibus, & etiam aliis magnæ auctoritatis viris, tunc expressis postea interveniis, & qua fuit ex utraque parte sponte suscepta necnon successive per bonæ rec. Marquardum Patriarcham Aquilejensem auctoritate metropolitica, cum civitas, & diœcesis Veronen. de provincia Aquilejen. existant ex certa scientia confirmata, tum etiam ad Patriarcham Aquilejen. B qui fuit, & est pro tempore in ipsos Archipresbyterum, & Canonicos, qui fuerunt, & sunt pro tempore, atque Capitulum ad eosdem Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum ulterius in monasteria, ecclesias, capellas, beneficiata presbyteros, clericos, conversos, moniales, necnon alios, eisdem Archipresbytero, Canonicis & Capitulo subditos, & subjectos hujusmodi jurisdictio ordinaria etiam ex antiquissima, legitima præscriptione sive . . .

. . . .

monasteria, ecclesias, capellas beneficia Prælatos, Archipresbyteros, clericos, conversos, sorores, sive moniales, & mansionarios hujusmodi etiam existen. protempore. . . . .

. . . .

cum autem, sicut eadem petitio subjungebat etiam inter vener. fratrem nostrum Guidonem Episcopum Veronen. ex una parte, necnon Archipresbyterum, & Canonicos modernos, ac Capitulum præfatos, pro C eo quod dictus Guido Episcopus eisdem Archipresbytero, & Canonicis modernis, atque Capitulo super eisdem privilegiis, exemptionibus, libertatibus, consuetudinibus, præscriptionibus, jurisdictione, atque juribus, & aliis præmissis multifarie veniro, illaque pro juribus infringere contendit, novæ lites, aut controversiæ ex altera fuerint suscitatæ, & adhuc in Romana curia, seu extra illam pendeant indecisæ, ipseque Guido Episcopus a nobis quodam privilegium contra Archipresbyterum, & Canonicos modernos, & Capitulum hujusmodi reportasse dicatur, per quod nedum hujusmodi privilegiis exemptionibus, libertatibus, consuetudinibus, præscriptionibus, jurisdictioni, & juribus eorumdem Archipresbytero, & Canonicis modernis, & Capitulo enormiter derogatum fuerit, sed etiam præfatus Guido . . . . successores Episcopi Veronen. qui erunt protempore in ipsos Archipresbyterum, & Canonicos modernos eorumque successores D qui erunt protempore, atque Capitulum deinceps possint omnimodam jurisdictionem ordinariam quodlibet exercere, etiam in gravem lesionem, & non modicum detrimentum, atque damnum Archipresbyteri, & Canonicorum modernorum suorum successorum, & Capituli præfatorum, & per quæ etiam Patriarchali sedi Aquilejen. quæ actu vacat per maxime fuerit derogatum, pro parte dictorum Archipresbyterorum, & Canonicorum modernorum, ac Capituli fuit nobis humiliter supplicatum, ut in præmissis eorum statui opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque omnium præmissorum status habentes præsentibus pro expressis, hujusmodi privilegium seu indultum per nos eidem Guidoni Episcopo, ut præmittitur, concessum si appareat, etiam si de illo ejusque toto tenore decreto ad verbum habere, aut fieri deberet in præsentibus mentio specialis, & etiam alia onera, & singula per eundem Guidonem Episcopum contra hujusmodi exemptiones, libertates, privilegia, necnon instrumenta, consuetudines, præscriptiones, jurisdictionem, & jura eisdem Patriarchæ existenti protempore, atque Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo quomodolibet competentia, hactenus sua ordinaria, seu prætextu dicti indulti, per eum a nobis forsan obtenti contra Archipresbyterum, & Canonicos modernos, necnon Capitulum hujusmodi quomodolibet attentata facta, & innovata auctoritate Apostolica de Apostolicæ plenitudine potestatis, & ex certa scientia revocamus, cassamus, & irritamus, ac decernimus, & esse volumus nullius roboris, vel momenti, ipsosque Archipresbyterum, Canonicos modernos, & Capitulum in integrum, nec non in illo statu in quo erant ante attentata facta, & innovata, & ante concessionem indulti præfati simili potestate, & scientia restituimus plenarie per præsentes, & volumus quod Archipresbyter, & Canonici moderni, ac successores eorum, nec non Capitulum præfatum hujusmodi privilegiis eis concessis, & exemptionibus, libertatibus, consuetudinibus, præscriptionibus, jurisdictione, & juribus, necnon aliis præmissis quibus ipsi, & eorum prædecessores, hactenus usi sunt, etiam perpetuis futuris temporibus, uti libere valeant & gaudere. Et insuper ut iidem Archipresbyter, & Canonici moderni, necnon eorum successores, & Capitulum ab eis, semota omnis turbationis materia, possint quietius famulari, omnes, & singulas lites, seu quæstiones inter Guidonem Episcopum ex una parte, necnon Archipresbyterum, & Canonicos modernos, & Capitulum prædictos communiter, vel divisim in curia prædicta, vel extra eam quolibet actu indeciso pendentes in quocumque statu existant ex simili scientia, & potestate, atque auctoritate prorsus extinguimus, ac extinctas esse decernimus, necnon hujusmodi privilegia, instrumenta, exemptiones, libertates, consuetudines, perscriptiones, jurisdictionem ordinariam, jura, & alia præmissa in favorem ipsorum Archipresbyteri, & Canonicorum existen. protempore, ac Capituli in præmissis, & circa ea Apostolica, metropolitica, & ordinaria, seu quavis alia auctoritate quomodolibet concessa, & etiam quæcumque inde secuta, rata habentes, & grata, ea etiam ex simili potestate, scientia, & auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Supplentes omnes defectus si qui forsan intervenerint in eisdem. Tenor vero ejusdem instrumenti sequens, & est talis.

In Christi nomine.

Die Mercurii 19. Maji in Episcopali palatio Veronen. præsentibus Rev. in Christo Patre D. Fr. Joanne Ord. Carmelitarum Dei gratia Episcopo Constantiensi in spiritualibus Vicario infrascripti D. Episcopi Veron. Venerab. viro D. Bartholomæo Archipresbytero ecclesiæ sive plebis S. Stephani de Verona, egregio milite D. Spineta Marchione filio q. egregii viri D. Galeotti Marchionis de Malaspena cive, & habitatore Veronæ in guaita S. Benedicti, nobilibus militibus D. Guglielmo filio q. nobilis militis D. Francisci Bevilacqua de S. Maria ad frattam Veron. & D. Francisco Leone fi.. q. nobilis militis D. Guglielmi de Aviovallis legarinæ, Domino Aimone della Scala Priore, seu rectore S. Georgii in Bracida Veronen. sapientibus viris Dominis Barnata judice de Mutina habitatore civitatis Veronæ in guaita S. Quirici, D. Leonardo judice q. D. Joannis de Quinto de pigua Veronæ, D. Bernardo judice filio D. Bononi del Bene de S. Zilio, magistro Jacopino artis grammaticæ, & notario q. D. Albertini de Pigua Veronæ, & Paulo notario q. D. Gabrielis de Blasio de mercatonovo Veronæ, qui ambo se debent subscribere infrascriptæ translationi testibus rogatis, & alleg. Cum hoc esset quod lis, quæstio, scandalum & controversia, ac malorum animorum voluntates, discordiæ, & impetus ortæ fuerint, & vigeant de præsenti, ac etiam majores possent, & dubitarentur oriri in futurum inter Rev. P. & D. Petrum de Scala Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopum Veronen. seu ejus juribus, & jurisdictionibus Episcopalibus, quæ & quas ad ejus dignitatem Episcopalem spectare, & pertinere asserit, & prætendit ex

una

una parte, & D. Bartholomæum de Quintafria Canonic. Archipresbyterum, Canonicorum majoris Ecclesiæ Veronen. necnon Canonic. & Capitulum dictæ majoris Ecclesiæ Veronen. & D. Bernardinum de Placentia Canonicum Veron. dictum Archipresbyterum ipsosque Canonicos infrascriptos presentes facientes pro se, & nomine, & jure aliorum Canonicorum etiam absentium, & successorum suorum, & eorum Capituli, ipsorumque D. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli, presbyteros, capellanos, & parochiales, & alios quovis modo eisdem subditos, & subjectos sive eorum, & cujuslibet eorum procuratores, & sindicos, aut alias personas, pro eis, & eorum quolibet, & eorum omnia intervenientes conjunctim, vel divisim en alia parte, tam in civitate Veronæ, & ejus diœcesis, quam in curia Romana, & Patriarchali curia Aquilejen. coram Sanctiss. D.N.D. Summo Pontifice, ejusque auditoribus, & judicibus datis, vel dandis, & R.P.D.D. Marquardo Patriarcha Aquilejen. & eorum Vicariis, delegatis commissariis. seu eorum locumtenen. occasione infrascriptorum, & cujuslibet eorum, necnon eisdem connexorum, & ab ipsis dependentium conjunctim, vel divisim, dicebat namque D. Episcopus Veronen. ac etiam indistincte asserebat, proponebat, & allegabat dictos DD. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, ac etiam eorum subditos, & subjectos infrascriptos fore, & esse ipsius D. Episcopi, & fuisse ipsius, & prædecessorum Episcoporum Veronen. & jurisdictione eorum, & Episcopatus Veronen. subditos, & subjectos præcipue cum infrascriptis ecclesiis, capellis, monasteriis, & locis, ac etiam eorum beneficiis, bonis aliis, & juribus quibuscunque, & jurisdictionibus, tam acquisitis, quam acquirendis eisdem, ac in eas, & eorum jura tam in spiritualibus, quam in temporalibus ipsum, & prædecessores suos jurisdictione plenissima tum quo ad ea, quæ spectabant ad legitimæ suæ jurisdictionis Episcopalis, quam etiam ad legem suę jurisdictionis diœcesis, vel alio quovis modo obtinuisse, & obtinere, ut sit testante canone tamquam caput, et diœcesanus in civitate, et diœcesi Veronen. fungi valeat et fungatur jure communi contra eos, vel ut membra subdita, et subjecta, et encus... prædictos DD. Archipresbyterum, ejusque Vicarium, Canonicos, et Capitulum negabuntur prædicta, et quolibet prædictorum et dicebatur, opponebatur, allegabatur, et proponebatur eosdem DD Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, & prædecessores eorum ecclesias, capellas, monasteria, & loca infrascripta, presbyterosque, capellanos, & parochiales, clericos, conversos, sorores, seu moniales, & alios subditos eorum, & dicti Capituli tam præteritos, quam præsentes, & futuros cum eorum beneficiis, bonis aliis, juribus, & jurisdictionibus, quibuscumque acquisitis, & acquirendis modernorum d. eorum ecclesiis, capellis, & monasteriis, & locis, vel alio quovis modo eorum consuetudines jurisdictiones, personarum, & jura, tam in spiritualibus, quam in temporalibus fore, & esse, & fuisse exemptos, & exempta ab omni ipsius D. Episcopi Veronen. & prædictorum ac successorum suorum jurisdictione tam quo ad ea quæ sive de jure communi, sive de consuetudine spectare possent, ad præfatum D. Episcopum ratione suæ dignitatis Episcopalis, quam ratione legis suæ jurisdictionis, sive legis diœcesan. vel alio quovis modo, tam privilegiis, exemptionis ipsorum, & dicti sui Capituli, & subjectorum, & subditorum eorum sibi, & prædecessoribus, sive per ipsum Episcopum Veronen. & prædecessores suos, quam etiam præscriptionibus legitimis temporum, & tantorum, quod contrarium memoria hominum non existit, super prædictis habitis, & obtentis, & aliis quibuscunque modis, rationabilibus concessis usque huc, & quampluribus aliis rationibus, & juribus quibus utebantur partes prædictæ pro confirmatione litigiorum, contumeliorum, & jurgium prædictorum ipsis DD. Archipresbytero, & Canonicis, ac sindicis, & procuratoribus hic, & alibi semper dicentibus, & allegantibus, sese eorumque Capitulum, eosumque subditas, jurisdictiones, personas, bona, & jura, necnon etiam prædecessores eorum semper fuisse, & esse ac fore immediate subjectos, & subditos sanctissimæ Sedis Aquilejen. & RR. Patriarcharum Aquilejen. quorum quidem jurisdictionem, & honorem hactenus, & nunc dictæ Ecclesiæ Aquilejen., & præfatis Dominis Patriarchis Aquilejen. contra eos competentes, ut præmittitur totaliter obtinere, & integraliter intendunt præd..... quod sui prædecessores hactenus fecerunt, & observarunt temporibus retroactis, & per tantum tempus, & tempora quod in contrarium memoria hominum non existit. Volentes itaque dictorum partes, & quælibet ipsarum per se expensas inutiles, lites, discordias, controversias, & quæstiones tam præteritas, quam præsentes, & futuras evitare, & a se penitus removere, & ad concordiam, pacem, & transactionem integraliter devenire, memores illius verbi quod dicitur. Quod suadente diabolo intervenit, illud Spiritus Sancti gratia deleatur. Ad talem pacem transactionem, concordiam perfectam, cum charitate, & amore dictæ partis nullo juris, vel facti errore ductæ, sed sponte, & ex certa scientia devenerunt, ut infra per ordinem continetur.

Primo videl. ipse D. Episcopus Veron. pro se & suis successoribus juxta, & secundum conventionem, et pacta ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata omnia, & singula præcepta, mandata, edicta, & injuncta, omnesque nominationes, citationes, sententias, sententiarumque excommunicationis, quam alterius cujuscumque generis prolationes, necnon quascunque privationes, conditiones, absolutiones, ac etiam omnia, & singula acta, gesta, facta, & actitata atque omnes, & singulos processus, civiliter, quam criminaliter factos, publicatos, et pronunciatos, prolata, declarata, sententia injusta, et qualitercunque facta, et gesta per ipsum D. Episcopum, seu antecessores suos, seu alium, vel alios ejus, vel antecessorum suorum nomine auctoritate, vel mandato, aut per ipsius, seu antecessorum quemcumque Vicarium, seu officialem, seu ab ipsis Domino Episcopo, vel antecessoribus suis ejus Vicario, seu antecessorum suorum, aut officiali præcipue a duobus annis ultra qualitercumque emanata, vel emanantia, judicialiter, vel extra judicialiter, conjunctim, vel divisim usque ad præsentem diem cum eis connexis, et dependentiis ab eisdem contradictionis, DD. Archipresbyterum, vel Vicarium, ac præfatos DD. Canonicos, et Capitulum, ac etiam contra quascunque personas seculares, vel religiosas, monasteria, et ecclesias regentes, seu in ipsis officiates, aut eis beneficiatas eorum, et cujuslibet eorum quævis bona conjunctim, vel divisim usque ecclesiam sancti Georgii a domo, ecclesiam S. Joannis ad fontes Veronæ, ecclesiam S. Pauli veteli juxta ripam, ecclesiam Paceis de Campo martio, ecclesiam sive plebs S. Jo: in valle, ecclesiam S. Jo. de Quinzano cum Capella S. Alexandri junta Quinzanum, ecclesiam S. Clementis, ecclesiam S. Blasii, ecclesiam S. Cæciliæ, S. Mariæ consolatricis, ecclesiam S. Firmi in Curta alta sive in Capella, monasterium S. Leonardi de Montedonico, monasterium S. Michaelis in Campanea, monasterium S. Pancratii, monasterium S. Cassiani de paltena, ecclesiam S. Felicis in Aggere de paltena, ecclesiam S. Mariæ de Offanico veteri, ecclesiam omnium sanctorum de Marzana, ecclesiam S. Mariæ Iviano, ecclesiam S. Petri de Campano, ecclesiam S. Pauli de prunis, ecclesiam omnium sanctorum de Novariis, ecclesiam S. Georgii in sala, ecclesiam s. Michaelis de Calmasino, ecclesiam S. Faustini de Monte draconis, ecclesiam S. Prosdocimi diœc. Veronen. ecclesiam S. Ambrosii diœc. Brinten. ecclesiam S. Mariæ de Villa Paduan. diœc. nec non contra dictorum DD. Archipresbyteri, & Capituli constitutiones, consuetudines, jurisdictiones, honores, & jura tam in curia Romana, quam in civitate, vel diœcesi Aquilejen. coram R. P. D. D. Marquardo Patriarcha Aquilejen. aut ejus Vic. sive Vicariis, vel ipsius locuten. quam etiam in civitate Veronæ, & alibi ubicunque sive ab fuisset

set appellatum, etiamsi desertæ forent appellationes, sive non fuissent appellatum, pendentia, vel non pendentia ibidem, & immediate prædictis testibus, & me notario præsentibus omnibus modo, via, forma quibus melius potuit ex certa scientia confessus fuit, dixit, & recognovit fuisse, & esse ipso jure nullus, & nulla tanquam emanantes, & emanantia procedentes, & procedentia a judicibus incompetentibus, et in quantum omnia, et singula præfata de facto processissent, ipsa omnia, et singula præmissa ibidem expressum, ex certa scientia revocavit, retractavit, annullavit, removit, et irritavit, quibus omnibus mandatis, præceptis, citationibus, actis & actitatis, processibus, et sententiis superdictis præfatus D. Episcopus vice, et nomine sui Episcopatus, et successorum suorum ex nunc exprese renunciavit, promittens dicto D. Bernardo, Vic. et Canonicis ibi præsentibus pro se ipsis, et Capitulo suo, et successoribus suis solemniter stipulante, et recipiente, et mihi notario infrascripto tanquam publicæ personæ stipulanti, et recipienti nomine, et vice omnium, et singulorum quorum interest, vel quomodolibet interesse poterit in futurum unum, vel duos plures suos sindicos, vel sindicum, procuratorem, vel procuratores constituere, et facere cum speciali auctoritate, seu mandato comparendi coram sanctissimo Patre, et D. Summo Pontifice, R. P. et D. D. Patriarcha Aquilejen. eorumque Vicariis, et commissariis, et alibi ubicunque opus fuerit ad præsentem præfata omnia, et singula pronunciari, et declarari nulla, et etiamsi, et in quantum quovis modo fuissent, et essent aliqua cassari, aboleri, cancellari, et totaliter revocari præsentibus sindicis, seu procuratoribus dictorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, et Capituli.

Secundo quod ipse D. Episcopus pro se, et successoribus suis juxta, et secundum conventiones, et pacta ibidem coram dictis testibus, et me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, et solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus vallata dictos D. D. Archipresbyterum, Vicarium, Canonicos, & Capitulum, nec non præfatas ecclesiasticas personas, & quascunque alias, & quasvis earum, & earum bona eisdem Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo subjectas, ipsorum, ipsarum constitutiones, jurisdictiones, consuetudines, & jura per ipsum D. Episcopum Veronen. seu antecessores suos, vel alium, vel alios ipsius, vel antecessorum suorum nomine, mandato vel auctoritate qualitercunque interdictus, & interdicta, gravatas, & gravata, molestatas, & molestata, turbatas, & turbata, impeditas, aut impedita temporibus retroactis, & maxime a duobus annis citra usque ad præsentem diem, præsentib. testibus, & me notario infrascripto præsentibus in pristinum statum reduxit, & ad pristinum statum in quo erant ante omnia præfata impedicta gravamina, seu molestationes, & turbationes pro se, ejusq; dignitate Episcopali, suisque successoribus, contradictione aliqua non obstante, totaliter reintegravit, ita, & taliter quod ipsi Domini Archipresbyter, & Capitulum, nec non præfatæ ecclesiasticæ personæ, & quævis aliæ personę eis subjectę atque eorum, & earum quævis bona, jura, jurisdictiones, & honores, sint, & esse intelliguntur in ipso perfecto, & pristino statu in quo ipsi, ipse, & ipsa, ac eorum prędictæ res fuerunt, & steterunt ante molestias, & turbationes, atque etiam gravamina præfata eis per ipsum D. Episcopum, seu antecessores suos, seu alium, vel alios ejus, vel antecessorum suorum mandato, vel auctoritate factas, & facta, seu illatos, & illata, & maxime ante duos annos proxime præteritos.

Tertio juxta conventiones, & pacta ibidem coram dictis testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata præfatus D. Episcopus pro se, & successoribus suis præfatis D. D. Bernardo Vic., & Canonicis ibidem præsentibus pro se ipsis, & prædicto D. Archipresbytero, & aliis Canonicis absentibus, & successoribus stipulantibus, & recipientibus, nec non me notario infrascripto tanquam publicę personæ stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum quorum interfuit vel in futurum interesse poterit de cetero publice, vel occulte per se, vel alium, seu alios ejus nostra auctoritate, vel mandato non inquietare, vel molestare aliqualiter impedire præfatos D. Archipresbyterum ejusque Vicarium, Canonicos, & Capitulum, ecclesias, personas, & quasvis alias eisdem subditas, & subjectas occasione præmissorum, vel alicujus eorum, aut ipsis connexorum, vel dependentium ab eisdem tam peculiariter, quam antecessorie, & de præsenti, quam in futurum, aut occasione alicujus consuetudinis, vel legis &c. ad suam dignitatem Episcopalem qualitercunque spectantium, qui, & quominus præfati D. Archipresbyter ejusque Vic. Canonici, & Capitulum, ac etiam præfatæ Ecclesiæ personæ, & quævis aliæ, ut præfertur, eisdem subditę, & subjectę possint, & valeant de cetero & in perpetuum continue plena, & pacifica possessione, vel quasi dd. exemptionis, & libertatis ab omni jurisdictione Episcopali DD. Episcopi, & successorum suorum perpetuo frui, & gaudere continuo.

Quarto prefatus D. Episcopus pro se & successoribus suis juxta, et secundum conventiones, et pacta ibidem coram dd. testibus, et me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, et solemni stipulatione hinc inde interveniente, vallata fecit finem, absolutionem, liberationem, quietationem, et pactum de ulterius non petendo dictis DD. Vic. & Canonicis ibidem præsentibus pro se, & aliis Canonicis absentibus antedictis stipulanti, & recipienti de omnibus, & singulis damnis, expensis, & interesse litis, & extra in quę, & in quas præsenti D. D. Archipresbytero, ejusque Vic. Canonici, & Capitulo, & antedictæ ecclesię personæ, & quævis aliæ, ut præmittitur eisdem subditæ, & subjectæ quoquomodo incurrissent, & quæ, & quas qualitercunque solvere, vel reficere tenerentur conjunctim, vel divisim dicto Episcopo, seu ipsius dignitati Episcopali, quæ, & quas ipse D. Episcopus petere possit a præfatis D. Archipresbytero ejusque Vic. Canonicis, & Capitulo, & ecclesiæ, personis, & quibusvis aliis, ut præfertur, subditis, & subjectis eorum antedictis nomine, & occasione, vel causa dd. controversiarum, & quæstionum, & causarum, & discordiarum, aut aliquorum connexorum, vel dependentium ab eisdem, vel ab, seu occasione ipsorum subsecutorum.

Quinto præfatus D. Episcopus pro se, & suis successoribus juxta, & secundum conventiones, & pacta ibidem coram dd. testibus, & me notario infrascripto inter ipsas partes conventa, & solemni stipulatione vallata promisit dd. DD. Vic. & Canonicis ibidem præsentibus, & mihi notario infrascripto tamquam publicæ personæ nominibus antedictis stipulanti, & recipienti eosdem Dominos Archipresbyterum Vic. & Canonicos præsentes quam futuros eorumque Capitulum præfatos, necnon ipsorum subditos, & subjectos bono zelo diligere, & gratiose tractare ipsosque sustinere, manutenere, & deffendere in honoribus, & jurisdictionibus eorum, & dicti Capituli exercendis, & si in quantum opus fuerit si ab eo peteretur, vel requireretur per aliquem eorum, vel per eorum sindicum, vel procuratorem, aut nuntium specialem, vel simplicem, teneatur, & debeat eis præstare auxilium, consilium, & favorem, ac Episcopale brachium suum pro suis jurisdictionibus, tum inter se, quam contra eorum subditos, quam etiam contra quamcunque personam secularem, vel ecclesiasticam cujuscunque conditionis existat volentem agere contra eorum, vel aliquem eorum subditum coram dicto D. Archipresbytero vel ejus Vic. tam in civilibus, quam in criminalibus litibus, placitis, & quæstionibus per eos & contra eos tam in eorum Capitulo, quam alibi ubicunque, & quandocunque sibi placeat realiter, & personaliter exercendis.

Sexto antedictus D. Episcopus per se, & suis successoribus juxta, & secundum partes conventa, & solemni stipulatione hinc inde interveniente vallata dd. DD. Vic. & Canonicis ibidem præsentibus, &

mihi notario tanquam publicæ perſonæ nominibus antedictis ſtipulanti, & eecipienti promiſit confirmare, & de novo revocare ſicut ibidem confirmavit, & de novo revocavit præſeatibus dd. teſtibus, & me notario infraſcripto privilegium ſuum alias, & dudum per d. D. Epiſcopum præfatis DD. Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo eorum ſubditis, & ſubjectis ſuper præſeatis exemptionibus, & libertatibus, conſuetudinibus, & juriſdictionibus eorum, & tam ipſorum quam, & etiam eccleſiaſticorum locorum, & monaſteriorum, ac ſubdictorum, & presbyterorum, capellanorum, & parochialium prælatorum prædictorum in dictis eorum eccleſiis, monaſteriis, & locis, quam etiam in beneficiis quibuſcuaque inſtitutis, & inſtituendis eis commendatis, & commendaadis, ac oblatis, & offeeendis in omnibus, & per omaia, ut in dicto privilegi incontinetur, non obſtante quod dictus D. Epiſcop. Veronæ alias tale privilegium revocaveeit, & caſſaverit inquantum ia eo fuit, & licet minus juſte, ac etiam teneatur, & debeat in quantum juſſum fuerit expedire dicto tali privilegio, adhue ultra ea quę continentur in eodem pro declaratione, & ſaniori intellectu contentorum in eo, ac etiam pru majori firmitate, & corroboratione prædictorum alias contentorum in eo.

Septimo, & ultimo præfatus D. Epiſcopus peo ſe, & ſuis ſucceſſoribus junta, & ſecundum conventiones, & pacta coram dictis teſtibus, & me notario infraſcripto inter ipſas partes conventa, et ſolemni ſtipulatioae hinc inde interveniente vallata laudavit, confirmavit, et approbavit, præſentibus dictis teſtibus, et me notario infeaſcripto omnia, et ſingula acta, actitata geſta, et facta per dictum DD. Archipresbyterum, et Canonicos, et Capitulum, et eorum prædeceſſores, nec non gerenda actitanda, et fienda in futurum per eos, et eorum ſucceſſores, ſive eorum mandato et auctoritate tam ſpiritualitatem, quam temporalitatem, tam civilitee, quam criminaliter, tam entra ſe, quam intra ſe, et etiam coatra præſtantes eccleſiaſticas perſonas, et quaſeunque alias eis ſubditas, et ſubjectas tanquam geſta facta, actitata, pronnnciata, ordinata, declarata, et ſnita per judicem ſeu judices competentes. Quæ omaia, et ſingula fieri, obſervari, ſtipulari, et eoborari debeant cum omaibus ſolemnibus promiſſionibus perſoaarum additionibus, bonorum obligationibus, ac juridicis, et aliis quibuſcunque elauſulis de jure opportunis ad perpetnam roborationem omnium prædictorum, ee examiaaado præfatus D. Bernardus Vic. præfati D. Archipresbyteri, nec aon dicti D. Canoaici pro ſe ipſis, et dicto Capitulo, & ſucceſſoribus ſuis juata pacta, conventiones ibidem coram dictis teſtibus, & me notario infraſcripto conventa, & ſolemni ſtipulatione hinc iade interveniente vallata, ut ſupea inter dictas partes verſa vice ſponte, & en eerta ſcientia præmiſerat præfatus D. Epiſcopus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis ſtipulantis, renunciare, & en nunc præſentibus dictis teſtibus, & me notario infraſcripto renunciaruat, ceſſerunt omni, & ſiagulis appellatioaibus, eorum, & per ipſos ſeu pro parte, & nomine ipſorum per ſindicos, aut procuratores eorum factis, productis, & iaterpoſitte contra ipſum D. Epiſcopum, vel anteceſſores, ſeu ejus Vic. vel Vicarios, ſeu aateceſſores ſuos, aut alium, vel alios facientes, ſeu procedentes nomine, & vice ipſius D. Epiſcopi, & coram ipſo D. Epiſcopo, & ejus Vic. de, & ſuper quibuſcunque præceptis, mandatis, ſententiarum proclamationibus, & gravaminibus quibuſcunq; a præſato D. Epiſcopo, & ejus Vicariis emaaantibus, qualitercuaque procedeatibus coatra dictos Dominos Archipresbyterum, Caaonicos, & Capitulum, & præfatas eccleſiaſticas perſonas, & quaslibet eis eiſdem ſubditas, & ſubjectas coajunctim, vel diviſim, & quibuſcunque cauſarum tam præſentialium, quam apparentium inſtantiis pro parte dictorum Archipresbyterorum, Canonici, & Capituli tam coram præfato R.P. & DD. Patriarcha Aquilej. ejuſq; Vicariis, quam alibi ubicunque motis, & movendis, inſtitutis, & inſtituendis occaſione omnium, & ſingulorum tantum. Quas quidem renunciationem, & ceſſationem prefati D. Vic. & Canonici pro ſe, & prefatis DD. Archipresbytero, & Capitulo promiſerunt dicto D. Epiſc. pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ſtipulanti iterato facere per eorum legitimum ſindicum, & procuratoeem coram prefato DD. Marquardo Patriarcha Aquilejen. ſeu ejus Vic. in ipſius Aquilejen. curia, & alibi, ubicunque eſſe reperiretur dictus D. Patriarcha, & ejus Vic. preſente ſindico, ſui procuratore dicti D. Epiſcopi Veroaen. cum eemiſſioae, & quietatione omnium dumnorum, intereſſe, & enpenſarum in quibus incurriſſee, vel ad quæ teneeetne dictus D. Epiſcopus occaſione præfata, ſeu ex cauſis præmiſſis, ſumptibus, & enpeaſis dictorum DD. Archipresbyteri, Canoaicorum & Capituli. Seeuado juxta pacta, & conventioaes ibidem coram dictis teſtibus, & me notario infraſcripto conventa, & ſolemni ſtipulatione hiac inde interveniente vallata, ſponte, & en certa ſcieatia fecerunt prædicti D. Epiſcopo pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & ſuo Epiſcopatu, recipienti, finem, remiſſionem, quietationem, liberationem, & pactum de ulterius non peteado omnibus modo, jure, & forma quibus potuerunt de omaibus, & ſiagulis enpeaſis, damnis, & iatereſſe, in quas, ſeu in quæ iacurriſſet, ſeu ad quas, vel ad quę dictus D. Epiſcopus eeneretur, aut quas. ſeu quæ præfati D. Archipresbyter, Canonici, & Capitulum petere poſſent a præfato D. Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus tam occaſionibus prędictis, quam etiam occaſione cujuſcunque contumacię, ſeu ſenteatiarum, interdicti, ſuſpenſionis, encommunicationis quas incurriſſet, & pręfatus Epiſcopus, ſive in dicta curia Patriarchali Aquilejen. ſive in civitate Veroaæ, vel alibi ubicunque propter quaſcunque litteras, proceſſus, vel maadati dicti D. Patriarchę Aquilejen. ſeu ejus Vicariorum a quibuſvis interdictis, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiis pręfatus D. Epiſcopus, ut aſſerit, & eſt ſub certa conditione, auctoritate Apoſtolica abſolutus. Quas quidem expeaſas, nec noa damna, & iatereſſe prędicta, prędicti D Vic. & Canonici facientes pro ſe, & nominibus quibus ſupra dicto D. Epiſcopo pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus recipienti expreſſe renunciarunt, & eundem a dictis damnis, iatereſſe, & enpeaſis quietarunt, & totaliter liberarunt. Tertio promiſerunt dicti DD. Beraardus Vic. & Canonici pręſentes pro ſe, nominibus quibus ſupra dicto D. Epiſcopo pro ſe, & ſucceſſaribus ſuis ſtipulanti, & recipienti eidem D. Epiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus ſtipulauti, & eecipienti eidem D. Epiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus tanquam DD. RR. in dignitate Epiſcopali conſtitutis enhibere honorem, & reverentiam ſalvis ſempre enpreſſe reſervatis eiſdem Dominis Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo omnibus eorum libertatibus, exemptionibus, juriſdictioaibus, coaſuetudinibus, & honoribus quibuſcunque ad præſens, & in futurum in omnibus, & per omnia, ut ſupradictum eſt, & pro, ut dicto privilegio alias per ipſum D. Epiſcopum Veronen. eiſdem Archipresbytero, Caaoaicis, & Capitulo conceſſo, & de præſenti confirmaado, & renovaado in omaibus, & per omnia, pro ut in eo continetur, & ſceiptum eſt, quibus ſeu prædictorum, vel prædictarum alicujus enhibitionem reverentiæ, vel honoris dicto D. Epiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis præmittitur nunc, ſeu quibuſvis futuris temporibus facieada prædicti D. D. Archipresbyter, & Canonici, & Capitulum pro ſe, & ſuceeſſoribus ſuis non intendunt in aliquovis modo derogare, ſed præſentia, & quodlibet prædictorum volunt aunc, & in futurum ia ſua firmitate perpetuo permanere, quibus proteſtatioaibus, & reſervationibus idem D. Epiſcopus ſui, & ſuorum ſuceeſſorum nominibus expreſſe conſenſit de quo privilegio conſtat publico inſtrumento ſeripto per Paulum notarium infraſcriptum in ſupradicto milleſimo, & iadictione infraſcriptis, & ſubſcripto per me Ubertinum q. magiſtris Danielis Phiſici de ſancto Firmo publicum Imperiali auct. notarium, & per Jacobinum q. D. Albertini de Robatiis de Pigna publicum Imperiali auct. notarium; volentes itaque dictis pactis pa-

parere omnibus, & singulis supradictis, prout inter se convenerunt præfatam transactionem, promissionem, conventionem, & pacta, ac etiam omnia, & singula supradicta, in hoc præsenti contractum de verbo ad verbum posita, contenta, descripta, & conventa prædictas partes inter se, & mutua vice a principio usque ad finem inter se ad invicem, & vicissim facta, conventa, & stipulata, & promissa solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus adimpleverunt solemniter, & promiserunt inviolabiliter attendere, & observare in omnibus, & per omnia præfata secundum in hoc præsenti contractu, & instrumento continetur, & descriptum est, & in ullo usque contra facere, vel venire de jure, vel de facto modo aliquo, causa, forma vel ingenio per se, vel interpositam personam à se in pœna, & sub pœna refectionis damnorum omnium, interesse, & expensarum litis, & extra in omnibus, & singulis supradictis, & in qualibet parte ipsorum non attenta, & non observatis, quæ pœna toties committatur, & exigi possit, cum effectu quotiens fuerit contrafactum, & non observatum, ratis semper manentibus omnibus, & singulis supradictis, & infrascripto, & dicto etiam privilegio, & contentis in eo, & in eis, & in suis prætensis roboris firmitate, sub eadem pœna, commissione, promissione, stipulatione, & exactione in prædictis, & circa prædicta, ex certa scientia, nullo juris, vel facti errore ducere per se, & nominibus quibus supra renunciantes dictæ partes exceptioni doli, mali, in factum actioni, conditioni, indebiti sine causa, vel ex injusta causa, & non vera causa, vel quod vi metus vesata, & non factæ, & non celebratæ die talis transactionis, & omnium, & singulorum in ea contentorum simulationique præsentis contractus, & qualiter omnibus aliis, ac singulis suis juribus beneficii, & exemptionibus tam civilibus, quam Canonicis, & tam Synodalibus quam Patriarchalibus, & omnibus, & aliis generis, cujuscunque, tam juris, quam facti generis, cujuscunque loquentibus in contrarium, quæ omnia dictæ partes ex titulo præsentis transactionis sibi ad invicem remiserunt, & pro præsentis omnibus, & singulis antecedendis, & plenius observandis, dictæ partes sibi ad invicem, & vicissim, & mutua vice, omnia eorum bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, & suppellectilia, rursus dictus D. Episcopus sua Episcopatus Veronen. bona, & dicti Vic. & Canonici infrascripti sua, & beneficiorum suorum, & communitatis dictæ Canonicæ bona, & ea quæ de generali obligatione per legem tacite sunt excepta pignori obligaverunt. Quæ bona constituerunt rursus una pars pro altera tenere, & possidere, vel quasi usque ad integram satisfactionem, & observationem prædictorum. Juravit quodque dictus D. Episcopus sponte ex certa scientia, nullo per aliquem sibi delato sacramento, sed permemet ipso assumpto ad sancta Dei Evangelia posita manu sua ad pectus suum, & tactis etiam scripturis manibus videl. uno privilegio absolutionis ipsius D. Episcopi ab excommunicatione quod tenebat in manibus sibi transmisso à D. Summo Pontifice, vel ejus commissario præfata omnia, et singula supradicta, & infrascripta a principio usque ad finem in omnibus, & per omnia ut supra, & infra continetur, & scriptum est perpetuo, & inviolabiliter attendere, & observare, & in nullo contrafacere, vel venire de jure, vel de facto. Quibus omnibus sic peractis præfatus D. Episcopus Veronen. præfatum privilegium exemptionis dictorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli, de quo supra facta est mentio, confirmavit, & renovavit secundum pacta, transactiones præfatas, ut in ipso privilegio per ordinem continetur, & scriptum est. In cujus rei testimonium, & perpetuam in fidem plenariam, & evidentem firmitatem. Idem R. P. & DD. Episcopus Veronen. pro se, & suis successoribus, & Episcopatu suo Veron. præsens publicum instrumentum sigilli sui jussit appensione muniri. Quod si dictum sigillum rumpi, devastari, aboleri, vel auferri inde contigerit, nihilominus dictus R. P. D Episcopus Veronen. dixit, voluit, & mandavit, præ-

A *sens publicum instrumentum, & contenta in eo pro majoris roboris firmitate ipsius ubiq; plenissimam habere roboris firmitatem, & eidem præsenti instrumento, & contentis in eo ab universis fidem perpetuam, & plenariam adhiberi. Nomina autem Canonicorum tunc ibi præsentium, sunt hæc, Ven. Viri D. Bernardus de Placentia Canonicus, & Vicarius, Archipresbyter Canonicorum, & Capituli dictæ majoris Ecclesiæ Veron. Jacobus de Malaspinis, Blasius de Parma, Carlottus de Venetiis & Pantaleo de Albertis Canonici: anno Domini 1376. Indict. 14. Ego Paulus D. Gabrielis Masio de Mercato novo Veronen. Imperatoria auctoritate notarius supradictis omnibus interfui, & de mandato supradicti, & ab infrascriptis Canonicis rogatus me subscripsi & signum meum tabellionatus hic consuetum apposui. Ego Jacobinus q. D. Albertini de Pigna Veronæ Imperiali auctoritate notarius supradictis omnibus interfui, & de mandato supradicti D. Episcopi & a supradictis Canonicis rogatus me subscripsi, & signum*

B *meum tabellionatus hic apposui consuetum. Ego Ubertinus q. Magistri Danielis Phisici de guaita sancti Firmi Veronæ publicus Imperiali auctoritate notarius prædictis omnibus, & singulis præsentis fui, & supradictis D. Veron. & D. Bernardo Canonico, & Vic. & Canonicis supradictis rogatus scripsi, & ad majorem firmitatem signum meum notariæ supra apposui consuetum.*

Nos Marquardus Dei gratia S. Sedis Aquilejen. Patriarcha tenore præsentium ad perpetuam hujus rei memoriam notum fore facimus universis, quod nostram accedentes præsentiam discretus Vir Nicolusius Semdeuta notarius de terra nostra Utini tanquam substitutus, ut asserebat Ven. fratris in Christo, & suffraganei nostri P. de Scala Dei gratia Veronen. Episcopi, nec non dilectus in Christo presbyter Cosmas de Parma beneficiatus in ecclesia sancti Georgii a Domo de Verona tanquam procurator, & sindicus, ut similiter asserebat dilectorum in Christo filiorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli

C *majoris Ecclesiæ Veronen. nobis, & nostræ Aquilejen. immediate subjectorum ad hæc, ut asserebant, specialiter constituti, nobis instantius, atque humilius supplicarunt, ut cum super nonnullis controversiis, differentiis, & discordiis dudum vigentibus inter supradictum Episcopum ex una, & præfatos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum parte ex altera, præfatæ partes ad certas honestas, laudabiles, & rationabiles compositiones, transactionem, pacem, & conventiones amicabiliter, & de plano, bonorum cunctorum operante authore, pervenerunt, prout de his omnibus plenius atque seriosius superius declaratur, compositiones, pacem, & conventiones hujusmodi confirmare, & approbare benignius dignaremur.*

Has quidem recte animo attendentes compositiones, pacem, transactionem, & conventiones hujusmodi post earum diligentem examinationem per nos factam fore rationi consonas, atque justas, nec nostris, & nostræ Aquilejen. ecclesiæ antiquissimis, & consuetis honoribus aliquatenus derogare, & propterea supe-

D *rioribus præmissis rationabiliter inclinati supradictas compositiones, pacem, transactionem, & conventiones, nec non omnia & singula in eis inserta cum matura deliberatione inde præhabita, & ex certa scientia per nos, & successores nostros, ac vice, & nomine præfatæ nostræ Ecclesiæ Aquilejen. auctoritate nostra Metropolitica, & ordinaria, ac omnibus jure, & forma quibus melius, & efficacius possumus, tenore præsentium confirmamus, ratificamus, & in omnibus approbamus, auctoritatem nostram, & præfatæ nostræ Ecclesiæ in his omnibus interponentes omnimodam pariter, & consuetã. Salvo semper jure nostro, & nostræ Aquilejen. Ecclesiæ prælibatæ. In cujus rei testimonium, & perpetuum plenum robur præmissa scribi jussimus & nostri sigilli appensione muniri. Datum in Castro nostro Sophumburgi, die 2. Januarii anno Dominicæ Nativitatis millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, Indictione quintadecima. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam*

ne-

nostræ revocationis, cassationis, irritationis, restitutionis, voluntatis, extinctionis, constitutionis, confirmacionis, communitionis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contrabire, siquis autem hoc attentare presumpserit indignatione omnipotentic, Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud S. Antonium extra muros Florentin. 16. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno quarto.

Joannes Episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Inter assiduas curas, quæ circa quotidianam emergentium negotiorum instantiam nostrum distrahunt animum, hac præcipue sollicitamur, & angimur, ut ecclesiæ præsertim Cathedrales, necnon monasteria, & alia ecclesiastica loca ubilibet consistentia quorum nobis generalis cura divinitus commissa est, cessantibus, litium, & dissidiorum anfractibus, necnon ab eis rancorum amaritudine relegata, pacis, atque tranquillitatis dulcedine potiantur, quod tunc potissime fieri posse confidimus, cum ea in suis antiquis libertatibus, & juribus, confovemus. Sane petitio dilectorum filiorum Cosmæ de Parma Archipresbyteri, & Canonicorum modernorum, ac Capituli Ecclesiæ Veronen. nobis nuper enhibita continebat, quod licet tam ipsi Archipresbyter, & Canonici moderni, quam etiam prædecessores eorum Archipresb. & Canonici Ecclesiæ præfatæ, qui fuerunt pro tempore, necnon Capitulum hujusmodi una cum S. Leonardi in Montedonico, S. Michaelic in Campania, S. Pancratii, & S. Cassiani de Paltena, S. Benedicti, & S. Augustini ordinum, monasteriorum monialium, S. Georgii a Domo Veronen. S. Joannis ad Fontes Veronen. S. Pauli vetuli juxta ripam, S. Pauli de Campomartio, S. Joannis in Valle, S. Joannis de Quinzano cum capellu, S. Alenandri junta Quinzanum, S. Clementis, S. Blasii, S. Ceciliæ, S. Mariæ Consolatricic, S. Firmi in Cartealta, S. Mariæ de Onauico veteri, Omnium sanctorum de Marzana, S. Mariæ de Turiano, S. Petri de Capano, S. Pauli de Prunis, Omnium sanctorum de Novariis, & S. Georgii in Salis, S. Michaelic de Calmasino, S. Augustini de Montedraconis, S. Prosdocimi, S. Ambrosii de Casaleto Lusiæ, & S. Mariæ de Villa, nec non quibusdam aliis ecclesiis, atque capellis, & beneficiis ecclesiasticis Veronen. Brinsen. & Paduan. diœces. ad ipsos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum pertinentibus, necnon hujusmodi monasteriorum, ecclesiarum, capellarum, & beneficiorum, personis, scilicet Prælatis, Presbyteric, Archipresbyteris, prioribus, clericic, conversis, sororibus, aut monialibus, mansionariis ejusdem Ecclesiæ Veronen. existentibus pro tempore, ac bonis juribus, & jurisdictionibus, quibuscumque acquisitis, & acquirendic in prædictis monasteriis, ecclesiis, capellis, & beneficiis, atque locis eorum, vel alio quovis modo, etiam cum consuetudinibus, jurisdictionibus, & juribus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, etiam ab antiquissimis temporibus fuerint, & fuit prorsus enempti ab omni jurisdictione ordinaria Episcopi Veronen. enistentis pro tempore, tum ad ea quæ sive de jure communi, sive de consuetudine spectare possent ad præfatum Episcopum ratione suæ dignitatis Episcopalic, quam etiam ratione suæ jurisdictionis, sive suę legic diœcesan. quam alias quovis modo cum privilegiis enemptionis ipsorum, atque hujusmodi Capituli, necnon subjectorum, & subdicorum eorundem ipsis Archipresb. Canonicis, tam modernis, quam illis, qui eorum præcesserunt, ipsisque succederent in eadem ecclesia Veronen. pro tempore, ac Capitulum hujusmodi per nonnullos Episcopos Veronen. qui fuerunt pro tempore, quam etiam proscriptionibus legitimis a tanto tempore cujus contrarii memoria non existit, super præmissis per ipsos Archipresbyterum, Canonicos modernos, ac eorum prædecessores, & Capitulum hactenus habitis, & obtentis, & aliis quibuscumque modis rationabilibus concessis, nec etiam vigore anicabilis compositionis, seu concordię, controversiæ, seu litis dudum inter bonæ memoriæ Petrum Episcopum Veronen. ex una parte, necnon Archipresbyterum, & Canonicos Veronen. Ecclesiæ præfatæ, qui tunc erant, & hujusmodi Capitulum pro eo quod præfatus Petrus Episcopus ipsos Archipresbyterum, & Canonicos modernos, qui tunc erant, & Capitulum super enemptionibus, libertatibus, & præscriptionibus juribus, & aliis præmissis, quomodolibet molestare auctoritate ordinaria nitebatur, en altera suscitare, & quę quidem composicio mediantibus quampluribus nobilibus, & etiam aliis magnæ auctoritatis viris tunc enpressis, postea intervenit, & quæ fuit en utraque parte sponte suscepta, necnon successisse per bonæ recordationis Marquardum Patriarcham Aquilejen. auctoritate Metropolitica cum civitas, & diœcesis Veronen. de provincia Aquilejen. enistant, en certa scientia confirman. tum etiam ad Patriarcham Aquilejen. qui fuit, & est pro tempore in ipsos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, ulterius in monasteria, ecclesias, & capellas, beneficia, presbyteros, clericos, conversos, moniales, necnon alios eisdem Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo subditos, & subjectos hujusmodi jurisdictione ordinaria, etiam en antiquissima, & legitima præscriptione sive . . . . . . existentis pro tempore . . . Archipresbyterum Canonicos, & Capitulum . . . . monasteria, ecclesiae, capellas, beneficia, personas, Prælatos, Archipresbyteros, priorec, clericos, conversos, sorores, sive moniales . . . etiam existentes pro tempore . . . . jurisdictionem plenariam hactenus consueverit, & adhuc libere valeant enercere, prout etiam in quodam Petri Episcopi, necnon Capituli, atque Marquardi Patriarchæ præfatorum sigillis communito, cujus tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus . . . . . Cum autem sicut eadem petitio subjungebat etiam inter ven. fratrem nostrum Guidonem Episcopum Veronen. ex una parte, necnon Archipresbyterum, & Canonicos modernos, ac Capitulum præfatos pro eo quod dictus Guido Episcopus eosdem Archipresbyterum, & Canonicos modernos, atque Capitulum super eisdem privilegiis, exemptionibus libertatibus, consuetudinibus, præscriptionibus, jurisdictione, atque juribus, & aliis præmissis multifarie venare, illaque pro juribus infringere contendit, novæ lites, aut controversiæ en altera fuerunt suscitatæ, & adhuc in Romana curia, seu extra illa pendeant indecisæ, ipseque Guido Episcopus a nobis quodam privilegium contra Archipresbyterum, & Canonicos modernos, & Capitulum hujusmodi reportasse dicatur, per quod ne dum hujusmodi privilegiis, exemptionibus, libertatibus, consuetudinibus, presciptionibus, jurisdictioni, & juribus eorundem Archipresbyteri, & Canonicorum modernorum, & Capituli enormiter derogatum fuerit, sed etiam præfatus Guido . . . . successores Episcopi Veronen. qui erunt pro tempore, atque Capitulum deinceps possint omnimodam jurisdictionem ordinariam quomodolibet enercere, & in gravem lesionem, & non modicum detrimentum, atque damnum Archipresbyteri, & Canonicorum modernorum, suorumque successorum, & Capituli præfatorum, & per quæ etiam Patriarchali Sedi Aquilejen. quæ actu vacat per maxime fuerit derogatum, pro parte dictorum Archipresbyteris, & Canonicorum modernorum, ac Capituli fuit nobis humiliter supplicatum, ut in præmissis eorum statui opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos itaque omnium præmissorum status habentes præsentibus pro expressis hujusmodi privilegium, seu indultum per nos eidem Guidoni Episcopo, ut præmittitur concessum, si appareat, etiamsi de illo ejusque toto tenore de verbo, ad verbum habenda esset, aut fieri deberet in præsentibus mentio specialis, & etiam alia omnia & singula, per eundem Guidonem Episcopum contra hujusmodi enemptiones, libertates, privilegia, necnon instrumenta, consuetudines, præscripsiones, jurisdictionem, & jura eisdem Patriarchæ enistenti pro tempore, atque Archipresb. Canonicis, & Capitulo quomodolibet competen-

tia hactenus sua ordinaria, seu prætentu dicti indulti per eum a nobis forsan obtenti contra Archipresbiterum, Canonicos modernos, necnon Capitulum hujusmodi quomodolibet attempata, facta, & innovata auctoritate Apostolica, de Apostolicæ plenitudine potestatis, & ex certa scientia revocamus, cassamus, & irritamus, ac decernimus, & esse volumus nullius roboris, vel momenti, ipsosque Archipresbyterum, Canonicos modernos, & Capitulum in integrum, necnon in illo statu in quo erant ante attemptata, facta, & innovata, & ante concessionem indulti præfati simili potestate, & scientia restituimus plenarie per præsentes, & volumus, quod Archipresbyter, & Canonici moderni, ac successores, necnon Capitulum præfati hujusmodi privilegiis eis concessis, exemptionibus, libertatibus, consuetudinibus, præscriptionibus, jurisdictione, & juribus, necnon aliis præmissis, quibus ipsi, & eorum prædecessores hactenus usi sunt, etiam perpetuis futuris temporibus uti libere valeant, & gaudere. Et insuper ut iisdem Archipresb. & Canonici moderni, necnon eorum successores, ac Capitulum ab eis semota omnis turbationis materia possint Domino quietius famulari, omnes, & singulas lites, seu quæstiones inter Guidonem Episcopum ex una parte, nec non Archipresbyterum, & Canonicos modernos, ac Capitulum præfatos communiter, vel divisim in curia prædicta, vel extra eam quomodolibet actu indecisæ pendentes, in quocumque statu existant, ex simili scientia, & potestate, atque auctoritate prorsus extinguimus, ac extinctas esse decernimus, necnon hujusmodi, privilegia, instrumenta, exemptiones, libertates, consuetudines, præscriptiones, jurisdictiones ordinaria jura, & alia præmissa in favorem ipsius Archipresbyteri, Canonicorum existentium pro tempore, ac Capituli tu præmissis, & circa ea Apostolica, metropolitica, & ordinaria, seu quavis alia auctoritate quomodolibet concessa, et etiam quæcumque inde secuta rata habentes, & grata, & etiam ex simili potestate, scientia, & auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes deffectus, si qui forsan intervenerint in eisdem: tenor vero ejusdem instrumenti sequitur, & est talis. In Christi nomine, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam revocationis, cassationis, irritationis, restitutionis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum apud sanctum Antonium extra muros Florentin. xvi. Kal. Aug. Pont. nostri anno 4.

Joannes Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Honestis supplicum votis, illis præsertim, per quæ Ecclesiasticarum personarum quieti, & utilitati consulitur annuimus, atque favoribus prosequimur opportunis, nuper siquidem per alias nostras literas quondam privilegium per nos venerabili fratri nostro Guidoni Episcopo Veron. concessum, in quo postea per dilectos filios Cosmam de Parma Archipresbyterum, & modernos Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Veronen. nobis inter alia expositum fuerat antiquis privilegiis, & exemptionibus, libertatibus, consuetudinibus, præscriptionibus ordinariæ jurisdictioni, & juribus eorum, ac Ecclesiæ prædictæ fuerat enormiter derogatum, & quod etiam tendebat in non modicam lesionem Patriarchalis dignitatis Aquilejen. cum ad Patriarcham Aquilejen. existentem pro tempore in ipsos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, necnon ad eosdem Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum ulterius in quædam monasteria, ecclesias, capellas, & alia beneficia ecclesiastica ipsis Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo, subdita, & subjecta cum eorum Prælatis, Archipresbyteris Prioribus, presbyteris, clericis, personis, conversis, sororibus, ac monialibus, & mansionariis ipsa ordinaria jurisdictio, etiam ex antiquissima & legitima præscriptione, sive de consuetudine vetusta pertineat, de Apostolicæ plenitudine potestatis, & ex certa scientia revocavimus, cassavimus, & irritavimus, illudque decrevimus, & esse volumus nullius roboris, vel momenti, ipsosque Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum integrum, necnon in illo statu in quo erant, ante concessionem dicti privilegii, restituimus plenarie ac etiam omnes, & singulas lites, & quæstiones inter Guidonem Episcopum ex una parte, necnon Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum prædictos communiter, vel divisim in Romana curia, vel extra eam ex altera, quomodolibet tunc indecisas pendentes in quocumque statu existerent prorsus extinguimus, & extinctas esse decrevimus, necnon omnia privilegia, instrumenta publica, exemptiones, libertates, consuetudines, præscriptiones, & eumdem jurisdictionem ordinariam ipsorum Archipresbyterorum, Canonicorum & Capituli, necnon jura, & alia in præmissis, & circa ea Apostolica, metropolitica, & ordinaria, seu quavis auctoritate ipsis Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo, quomodolibet concessa, & quæcumque inde secuta, tunc rata habentes, & grata ea auctoritate Apostolica confirmavimus. Supplentes omnes deffectus si qui forsan intervenissent in eisdem pro ut in ipsis literis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte ipsorum Cosmæ Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli petitio continebat etiam inter aliquos alios Episcopos Veronen. prædecessores dicti Guidonis Episcopi ex una parte, necnon Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum ipsius Ecclesiæ, qui tunc fuerunt, & hujusmodi Capitulum occasione dictæ jurisdictionis ordinariæ, quam prædicti prædecessores ratione dictæ dignitatis Episcopalis in eosdem Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum etiam se prætendebant habere ex altera, ortæ fuerint controversiæ, sive lites diversæ, de quibus tamen per inadvertentiam in eisdem literis non fuerit mentio facta, pro parte ipsorum Cosmæ Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc ipsis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, volumus, & eadem auctoritate Apostolica præfati Cosmæ Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo præsentium tenore concedimus, quod dictæ litteræ perinde ab earum datarum valeant, plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si in eis de præfatis aliis litibus quæ etiam olim indecisæ, ut præmittitur, pependerunt expressa mentio facta fuisset, dictasque alias lites omnes, & singulas in casu quo remanserint, aut adhuc in hujusmodi curia, vel aliis partibus pendeant indecisæ auctoritate prædicta, tenore præsentium extinguimus, & pro sopitis haberi volumus penitus, & extinctis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, concessionis, & extinctionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. apud S. Ant. extra muros Florent. 4. Non. Septembris, Pontificatus nostri anno IV.

Cæterum S. Martini de Legnago templum Veronen. diœcesis in ampliorem formam, vel redegisse, vel à fundamentis reædificasse Guidonem Episcopum, docet inscriptio marmorea prope januam ejusdem templi in Archipresbyterali xysto.


Alme pater minimum statuit prius incola templum
Tunc pauper Martine tibi quod reddidit amplum,
Et sublime tulit Veneto de sanguine vetus
Guido Memo redolens flos cleri, & gloria patrum
Urbis, & Antistes Veronæ dignus amœnæ
Mille dat undenos sol annos bisque ducentos.

Quo etiam Præsule, Veronæ monasterium Clarissarum inchoatum est ex civium facultatibus, evocatis è monasterio Mantuano Corporis Christi primis disciplinæ regularis magistris, & Fratres Jesuati fuerunt introducti anno 1429. piorumque Veronensium eleemosynis cœnobium ædificarunt apud ecclesiam S. Bartholomæi. Fratres Eremitæ Congreg. Fesulanæ paulo ante institutæ an. 1435. Guidone Episcopo consentiente, suorum coloniam Ve-

ronæ fundarunt, quibus traditæ fuerunt ecclesiæ S. Michaelis à porta, S. Zenonis in monte, alias S. Mariæ de Bethleem una cum juribus, ac pertinentiis suis. Unionem confirmavit Eugenius IV. an. 1444. Id. Septemb. in hac forma.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Ludovico de Fontana Canonico Veronen. salutem, & Apostolicam benedictionem. Regularem vitam professis sic expedit subtrahi inquietudinis, & turbationis materia, quod ea contemplationis, suavitatem quiescere valeant, & tranquillum Domino reddere famulatum: dudum siquidem pro parte dilectorum filiorum, Communitatis, & hominum civitatis Veronen. nobis exposito, quod ipsi zelo devotionis inducti pro ipsorum animarum refrigerio desiderabant, quod aliqui fratres Eremiticam vitam ducentes, & secundum regulam beati Hieronymi instituta viventes de societate Fesulanorum nuncupati, habere in dicta civitate aliquem eorum proprium locum ecclesiasticum, in quo decenter, & honeste perpetuo residere, ac devotum Altissimo possent reddere famulatum, & per nos accepto, quod dilectus filius Zeno tunc Rector ecclesiæ S. Mariæ in Bethelem alias S. Zenonis in monte Veronen. ecclesiam ipsam quam tunc obtinebat, si illa dictis fratribus pro eorum usu, & habitatione perpetuis concederetur, ac illius fructus, redditus, & proventus qui sedecim florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum, ut asserebatur non excedebant, ipsi Zenoni per eum quo adjuvaret tenendos, præcipiendos, & habendos reservarentur, sponte resignare proponeret. Nos dilecto filio Abbati monasterii sanctorum Nazarii, & Celsi Veronen. ejus proprio nomine non expresso, aliis nostris litteris dedimus in mandatis, ut ei esset ita a præfato Zenone, vel procuratore suo ad hoc ab eo specialiter constituto, resignationem hujusmodi si eam in suis manibus sponte, & libere facere vellet auctoritate nostra ea vice dumtaxat reciperet, & admitteret, eaque per eum recepta, & admissa ecclesiam prædictam, quæ sine cura, & juxta muros dictæ civitatis in quodam monte sita est, nec non ad collationem, ac omnimodam dispositionem venerabilis fratris nostri Episcopi Bethlemitani, cui etiam per rectorem ipsius ecclesiæ pro tempore existentem certus annuus census solvi consueverat pertinere dicebatur, per hujusmodi resignationem tunc vacantem cum domibus, & horto ei contiguis, aliisque juribus, & pertinentiis suis eisdem fratribus per ipsos ad hujusmodi eorum usum, & habitationem perpetuo tenendum, & possidendum concedi, deputari, & assignari, nec non hujusmodi fructus, redditus, & proventus ipsi Zenoni per eum quoad viveret, tenendos, habendos, ac percipiendos, ut prius reservare volente inter cetera, quod post dicti Zenonis obitum fructus, redditus, & proventus ecclesiæ hujusmodi per aliquam, vel aliquas personam, vel personas fide, & facultatibus idoneam, vel idoneas, quam, vel quas præfati conventus, & homines ad hoc pro tempore deputatas singulis annis levarentur, & exigerentur, ac in luminaribus, & ornatu ecclesiæ hujusmodi, necnon ejus, & domorum prædictorum reparationem, & conservationem prout expediens foret integre, & fideliter converterentur, ac perpetuis futuris temporibus exponerentur, nunc tamen mensæ Episcopalis Bethlemitan. quo ad prædictum censum, nec non parochiales ecclesiæ, & cujuscumque alterius alias in omnibus semper salvo prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Præpositi dictæ societatis, fratrum prædictorum petitio continebat, licet ex eo quod ipsi fratres præfatam ecclesiam, quam in ejus, ac domorum illius structuris, & ædificiis multipliciter Christi fidelium suffragiis mediantibus reparaverint, & augmentarunt per octo annos, & ultro tenuerunt, & possiderunt, prout tenent, & possident pacifice, & quiete, credatur, ac verisimile sit ad ipsarum litterarum executionem fuisse processum, tamen præpositus, & fratres prædicti pro eo quod de processu hujusmodi fidem aliquam facere non possunt super dicta ecclesia, seu illius occasione per aliquem imposterum molestari posse dubitent, pro parte eorundem Propositi & fratrum asserentium se post assecutionem dictæ ecclesiæ regulam S. Augustini auctoritate Apostolica professos sub illius observantia altissimo famulari nobis fuit humiliter supplicatum, ut super iis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui de præmissis certam notitiam non habemus, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus sivocatis dicto Zenone, & aliis, qui fuerunt evocandi per Præpositum, & fratres exposita prædicta repereris veritatem subniti, præfatam ecclesiam ad eosdem Fratres alias juxta dictarum literarum continentiam, & formam spectare, ac pertinere, ipsosque fratres illam legitime hactenus tenuisse, & possedisse, ac imposterum posse tenere, & possidere, in omnibus, & per omnia, ac si ecclesiæ resignatio ipsiusque resignationis receptio, & assignatio admissio nec non, & aliæ deputatio, & assignatio, ac alia omnia, & singula in dictis litteris contenta facta, & super ipsis litteris processus in forma debita habiti extiterunt, nec non de ipsis processibus legitime, & plene constaret, seu constare posset auctoritate nostra decernere pariter, & declarare, nec non si tibi expediens videbitur pro potioris cautelæ suffragio ipsam ecclesiam, cum domibus, horto, juribus, & pertinentiis supradictis alias juxta dictas continentiam, & formam pro usu, & habitatione prædictis, concedere, deputare, & assignare eadem auctoritate studeas pariter, & procures. Inducens per te, vel per alium, seu alios eosdem Præpositum, & fratres, vel sindicum suum eorum nominibus in corporalem possessionem ecclesiæ, domorum, horti, juriumque, & pertinent. prædictorum, & defendens inductum, amoto exinde quolibet illato detentore. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, jure tamen dictæ mensæ, ac Parochialis ecclesiæ, & cujuscunque alterius, alias in omnibus semper salvo. Non obstantibus præmissis, ac in omnibus illis, quæ in præfatis aliis nostris litteris volumus non obstante cæterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1444. quinto Id. Septembris, Pontificatus nostri anno 14.



CVII. 106 FRANCISCUS Condulmerius a Patricius Venetus Eugenii IV. nepos, ab eodem presbyter Card. sub tit. S. Cæciliæ creatus, Camerarius, ac Vicecancellarius S. R. E. Patriarcha Constantinopolitanus, Archiepiscopus Bisuntinus, ac demum tot dignitatum congestis titulis, etiam Veronensem adjecit anno 1438. 12. Kal. Novemb. Litteras dederat Eugenius civibus Veronensibus, in quibus volens, ac lubens semetipsum Canonicum Veronensem commemorat, ac Franciscum Card. Condulmerium nepotem in pueritia secum in Veronensi Ecclesia educatum, Ecclesiæ ipsi præficiendum in Episcopum summopere curaverat. Verum Condulmerii Card. designatio ita universam civitatem Veronensem commovit, quæ proprium regimini ecclesiæ suæ optabat Episcopum, ut cum ipso designato Episcopo, cum Eugenio Pontifici, Senatore

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 894.

Ve-

Veneto Oratores, ſupplicesſque libellos miſerit, ut nobiliſſimæ eccleſiæ conſulerent, ne commendatitia haberetur, ſi purpurato Præſuli in Romana curia degenti, gravioribuſque diſtento negotiis, committeretur. Meminerant ſiquidem Veronenſes eorum anteceſsores Epiſcopi ineluctabili propemodum labore, aſſiduaque præſentia, ac vigilantia præclariſſimam Eccleſiam ad hæc uſque tempora adminiſtraſſe. Prævaluit Cardinalis obſtinatio, ac Pontificis Eugenii in nepotem propenſio, obtentique Epiſcopatus iniit ille poſseſsionem 15. menſis Septemb. 1442. ſolemni pompa, indeque revocatus Romam, abſens hanc adminiſtravit Eccleſiam annis 15. Cæterum ne præclariſsima monumenta de Condulmerii Cardinalis deſignatione huc uſque in Veronenſi Archivio deliteſcentia amplius mortalibus obſcura permaneant, ſumma diligentia ab oblivione vindicavi, cujus exemplar hic exhibeo.

Die xxIv. oct. 1438. in Collegio quatuor de duodecim deputatis, & decem ſapientum guerræ repræſentantium eo modo quo poſſint civitatem propter peſtem, & guerram cujus cauſa cives deputati de conſilio ſunt abſentes pro Epiſcopatu vacante.

Receptis litteris D. *Antonii de Malaſpinis*, D. *Galeotti Marchionis de Malaſpinis*, & D. *Jacobi de Lavagnolis*, *reſponſum fuit ut infra videlicet.*

Item fuit ſcriptum Dominio, contra commendam D. Franciſci Cardinalis Venetienſis Epiſcopi Veronenſis deſignati ſub die xxv. Octobris, &c.

Item fuit ſcriptum D. *Jacobo de Lavagnolis*, D. *Georgio de Laziſio & Blaſio de Maphæis, Venetiis exiſtentibus de & ſuper infraſcripto uſque.*

Eadem die præfati Domini *deputati comparuerunt in* Capitulo DD. *Canonicorum Veronæ in clauſtro Canonicæ congregato, & maximam fecerunt inſtantiam, quod ipſi Canonici facere debeant electionem vel poſtulationem ſuam de novo Antiſtite, qui continuam faciat reſidentiam, & non ſit Cardinalis, &c.*

Cum autem ipſi Canonici reſpondiſſent talem electionem ad ſe ſe non pertinere rem quoque deimere eſſe integram poſtulationi, ex eo quod jam ſub Apoſtolico Brevio præfatum D. *Franciſcum Cardinalem in Epiſcopum capitulariter acceptaverant. Ipſi Domini deputati vocato* D. *Joanne de S. Cæcilia Yconomo dicti Epiſcopatus deputaverunt cum eo et penes eum infraſcriptos duos cives, qui nomine Communis adminiſtrent res & bona Epiſcopatus, & intendant ne tenuta per quemcunque uſque Antonium de Capite aſini, & Baptiſtam de Cendratis. Tenor autem literarum ad Domiaum talis eſt videlicet.*

Sereniſs. Princeps & Excellentiſs. Domine, &c.

Veniam quærit veſtra fideliſſima Communitas Veronenſis, ſi plus ſolito audacior intrat ad ſuam inclitam & benigniſſimam Dominationem, injuria enim nimis gravis & intollerabilis eam impellit ne poſſit non indignari & conqueri . . . . . .

. . . .

noſtrum talem Epiſcopatum ſuo nepoti contulit, in eoque commendam Epiſcopali titulo adumbravit, qua de re, nimia ratione . . . audemus declarare veſtræ Serenitati, quod cum reverentia Summi Pontificis, non volumus, quia non poſſumus, neque debemus pati commendatarium, neque etiam Epiſcopum tantummodo intitulatum, ſed reſidentem. Non iraſcatur ex hoc nobis & fidelitati noſtræ, clementia Celſitudinis veſtræ, quæ totiens millies pro pacifico ſtatu ejus piam ſuæ villæ non eſt dedignata intrare & obſtare donec fideles ſui, vel ruſtici habuerint, & pro voto, acceptabilem patrunculum animarum ſuarum. Non iraſcatur nobis Illuſtriſſima Dominatio veſtra, quæ nos uti filios amplectitur, & in gremio ſuæ charitatis, miſericordiæ, atque juſtitiæ ſemper fovet, ne hoc propoſitum noſtrum in partem imputet infidelitatis, & ſuperbiæ, quæ eſt nobis incognita, ſed dignetur in ſe metipſa commendare coram Deo & univerſo mundo manifeſtiſſimæ lamentationis noſtræ rationem. Ex manſuetudine & reverentia noſtra patientes tacuimus de tot aliis commendis, tot plebarum, prioratuum, Abbatiarum, & eccleſiarum noſtrarum particularem curam habentium. Majorem autem Eccleſiam univerſalis curæ in tanta civitate & diœceſi in ſimilem commendam procedere patiemur? Non profecto, quantum erit in nobis. Ea non fuit mens progenitorum noſtrorum, qui tot excellentiſſima monaſteria, & hanc eminentiſſimum ferventiſſima devotione fundarunt & propriis patrimoniis ampliſſime dotaverunt. Hanc commendatariam curam nos ſui deſcendentes non meremur, nec eſt animus tollerare, niſi dominatio veſtra cui ſumus obnoxii, ſuo imperio nos coerceat. Tunc enim ex inviolabili fidelitate & reverentia noſtra tacebimus, ſed commendatarius quiſquis ſit ægram ſemper habebit noſtram obedientiam & pacem. Ex abundantia cordis os loquitur, & palam loquitur, quia novit hanc . . . . collationem etiam veſtræ religioſiſſimæ Dominationi vehementiſſime diſplicere. Unde ſperamus, & ſupplicamus excuſari innocentes has literas noſtras & adjuvari honeſtiſſimum deſiderium noſtrum. In hoc effectu coram veſtra majeſtate perorabunt ſpectabiles viri D. *Jacobus de Lavagnolis miles, &* D. *Georgius de Laziſio legum doctor, & Blaſius de Maphæis Oratores noſtri, quorum diſertiſſimis linguis non fuit contentus abundantiſſimus animus noſter, niſi illum & ſcriptis mandaremus, & veſtra inclyta Dominatio & omnes Venetiæ ſemper intelligant hanc eſſe perpetuam & conſtantem ſui fideliſſimi populi voluntatem, nos gratiæ ejuſdem humiliter commendantes.*

Datum Veronæ die xxv. Octobris 1438.

Item die xxvIIII. *Octobris in collegio ſpectabilium proviſorum guerræ eſt aliquorum ex duodecim deputatis ad utilia communis Veronę congregatio in Lodia Zardinii palatii reſidentiæ* D. *Capitanei Veronæ.*

Præſentatio facta per egregium & ſapientem virum Joannem de Faventia oratorem præfati Reverendiſs. D. *Cardinalis Epiſcopi deſignati literarum ejuſdem infraſcripti tenoris videlicet.*

Spectatiſſimi Cives Amici Chariſſimi.

Diebus proximis cum nunciatus fuiſſet nobis obitus Reverendi olim patris Domini Veronenſis Epiſcopi, acceſſimus ad S.D.N. *inſtantiſſimeque exoravimus ut Beatitudo ſua nobis Veronenſem Eccleſiam illam veſtram in titulum concedere dignaretur; neque vero ad eam exoptandam aut ambitio aliqua nos impulit, aut majoris utilitatis ſpecie commoti ſumus, nam certe pro illa obtinenda digniora reliquimus, longeque majora, Archiepiſcopatum videlicet Biſuntinum, & alia nonnulla egregia beneficia. Sed quia in ipſa Veronenſi Eccleſia jam ante frater, & noſtri generis homines, canonicatum per continuos triginta annos obtinuerunt, & nos ipſi eadem in eccleſia, & in urbe noſtram pene omnem pueritiam exegimus: profecto eximio quodam ſemper amore, & eximia charitate perafflicti fuimus in Eccleſiam, civitatemque præfatam; quam noſtram affectionem & amorem nobis cum hi omnes, qui tunc familiariſſime vixerunt, & Canonici, & cives alii quamplures teſtari poſſunt. Igitur cum Eccleſiam prædictam ſupplicantibus nobis Sanctiſſimus* D.N. *in titulum dederit, ſtatuimus vobis rem ipſam noſtris literis indicare, propterea quia conſtanter ſperamus & credimus eandem rem apud animos veſtros fore non ingratam, & honoris, & utilitatis. Major quippe eſt honor cuilibet eccleſiæ atque reipublicæ habere in Epiſcopum prælatumque ſuum, unum Cardinalem quam inferiorem alium; præterea cum aliunde nobis multa ſuppetunt ad agendum cum dignitate ſtatum noſtrum, decrevimus animo, ſi vitam Deus, quietemque permiſerit, tot & tanta nos Eccleſiæ illi bona facturos quot, & quanta a poſt actis centum annis ad hunc ipſum diem non fecerunt cæteri paſtores ſui. Inſuper, & Capituli ipſius Eccleſiæ, & veſtræ reipublicæ, & cujuſvis particulari Canonici, & civis commoda, honores, amplitudinem, dignitatem pro viribus, omnique ſtudio procurabimus ſicuti eccleſiaſticum veſtrum patrem decet, atque paſtorem, & denique propoſitum inviolabile noſtrum eſt majorem temporis partem agere apud Eccleſiam il-*

lam cum animi nostri pace, atque quiete.

Ferrariæ xxvi. Octobris MCCCCXXXVIII.

A tergo, F. Cardinalis Venetiarum D. Papæ Camerarius, Episcopus Veronen. Nobilibus, & spectatissimis viris Dominis ad utilia depatatis pro communitate Veronæ, amicis nostris dilectissimis, &c.

Responsio eorumdem depatatorum ore, & scriptis ut infra.

Reverendissime in Christo Pater & Domine, &c.

Si quando Excelleatissimæ dignitati vestræ gratulabamur, ea nim (cum celeberrima vestra virtute conjuncta assensam, & plausam omnium exposcit) accepto hac tempestate nuncio de vestra ad Episcopatum nostrum institutione dolere cepimus propter nos, in capite vestro apicem Cardinalatus invenirl quasi rectum animi & assensus nostri impedimentum: optabamus enim, & adhuc optamus pastorem habere vestri similem, sed apud nos destitutas oves vigilantem, id est talem qualem virtuosissima persona vestra si sine pileo præferre potuisset: lectis autem benignissimis literis vestræ Reverendissimæ paternitatis, auditisque sermonibus sui disertissimi nuntii dolere adhuc magis possumus intentionem vestram perfici non posse in illam illustrem atque optabilem personam vestram, quæ nobis tantum amorem, gratiam, beneficentiam, & partem vitæ in hac nostra Ecclesia pollicetur, & quia his omnibus fidem damus comprecamur nobis a Domino Deo nostro, & Sanctissimo D. N. Papa facturum apud nos residentem Antistitem, qui ejusmodi virtutis, sufficientiæ, & propositi re & factis æque comprobetur. Itaque non persona, sed res, idest fastigium repugnat dignitatis. Nam, quis est nescius Episcopum Veronensem qui majori fulgeat dignitate, sitque Cardinalis, & de latere, & Domini Papæ Camerarius & nepos & curiæ traditus, atque obnoxius, non facile posse dissolvi & ad curam animarum & residentiam descendere & perseverare! Quis non intelligit sub hoc institutionis vestræ velamine latere commendam, & quod magis timemus, & dolemus aperta esset in omni Cardinali via plana, & sempiterna commendis, quas procidendo in facies vestras ad Apostolicos pedes, non est nobis animus in nostra Episcopali Ecclesia tollerare. Testis erit universa Italia, universa etiam Germania rationabilis, & justissimæ repugnantiæ nostræ, & speramus in misericordia Domini Dei nostri, qui est scrutator cordium, & perficit expectationes justitia Summi Pontificis Domini nostri, qui gregem suum solet sine scandalo pascere & custodire, speramus in conscientia & virtute Reverendissimæ Dominationis vestræ, quæ bonum nostrum diligere profitetur, quod pastorem habebimus inferioris gradus perpetuo residentem: Cæterum quia subditi sumus & esse volumus Illustrissimi Domini Venet. eidem propositum vestrum significabimus, sed si quando mandatis suis cedere oportebit redet in perpetuam vestræ institution. rectissimus & constantissimus animus noster, cui quæsumus non irascatur Reverendissima Dominatio vestra, qui non sibi, sed Cardinalatui, tum propter velamen, tum propter consequentiam repugnamus . . . eidem nos offerimus & commendamus.

Veronæ penultimo Octobris M. CCCCXXXVIII.

Idem die xxvi. Octobris in collegio præfatorum depatatorum guerræ in loco prædicto præsentatio facta per præfatum Joannem de Faventia literarum credentialium præfati Reverendiss. D. Cardinalis & unius Apostolici Brevis infrascripti tenoris videlicet. Eugenius Papa IV. dilecti filii, salutem & Apostolicam benedictionem. Pridem cum de vacatione Ecclesiæ Veronensis per obitum bonæ mem. Veronensis Episcopi ad nostram notitiam pervenisset, ex tunc quemadmodum ipsi Ecclesiæ de utili atque idoneo, nec non clero & populo Veronen. accepto pastore providere possemus, quantam potuimus curam & diligentiam adhibuimus. Quamvis enim ex injuncta nobis desuper pastorali sollicitudine universis orbis ecclesiis prospicere, ipsarumque commoda & salutem procurare debeamus, tamen ipsi Ecclesiæ Veronen. cujus in minoribus constituti Canonicatum habuimus, multoque tempore curam & protectionem ejus in Romana curia gessimus, speciali charitatis & benevolentiæ favore afficimur. Itaque cum essent nonnulli nobis & multa propinquitate & benevolentia conjuncti, qui ipsam ecclesiam postularent, tamen cupientes personam eligere ad eandem Ecclesiam, qua Ecclesia ipsa, seu ipsius proventibus minime egeret indigeret, & quæ ipsi potius Ecclesiæ ornamento, & commoditati foret; neminem in quo magis reperiri posset quam persona cui de ipsa providimus reperire potuimus. Licet etiam si alteri personæ nobis conjunctæ voluissemus de ipsa Ecclesia providere retinebamus in domo nostra etiam ecclesiam Besontinam, quæ & opulentior est ista, & qua ex hac ipsa provisione domus nostra carit ara est. Sed voluimus in hoc etiam vobis gerere morem, quod ex consuetudine Romanæ Ecclesiæ, raro aut nunquam observatum est. Nam cum consueverint Ecclesiæ hujusmodi Cardinalibus in commendam dari, & ipsa Veronensis Ecclesia, memoria nostra commendata fuerit bonæ mem. Cardinali Veronensi, tamen nos Cardinalem cui ipsam dedimus Episcopum verum ipsius Ecclesiæ fecimus, quod magno honori ipsius Ecclesiæ, ac vestræ devotioni procul dubio si recte pensare volueritis adscribere debetis. Quis autem jure & merito majori affecta charitatis et benevolentiæ ipsi Ecclesiæ Veronensi affici debet, quam ille ipse quem vobis Episcopum creamus, cum ipse a pueritia cum ejus germano olim ipsius ecclesiæ Canonico Veronæ pene fuerit enutritus, & quoniam de mente & intentione ipsius Cardinalis & Episcopi vestri, non putamus ignari esse, ac prout in sua circumspectione singulari in Domino fiduciam habemus, speramus per Cardinalem ipsum tot brevi tempore reformatum augmenta spiritualia & temporalia ipsi Ecclesiæ proventura, quot prædecessor ipsius multis quidem annis, quibus ipse ut talis ecclesiæ præfuit non contulisse probabitur. Sed si ecclesiæ quidem omnes, quæ per universum orbem sunt favoribus, præsidiis, prærogativis, & indulgentiis indigent Apostolicæ Sedis, per quem ipsa melius ipsi Veronensi Ecclesiæ pervenire posse speratis, quam persona ipsa, cui de ipsa providimus mediante. Itaque cum non immerito potest ecclesia, & lætari, & exultare, ipsa vero nostra devotio, & gloriari, & magno ascribere honori quod pastorem vestri & ipsius Ecclesiæ amantissimum, & ejusdem Ecclesiæ reformationis, & augmentationis, & exaltationis cupidissimum, & a quo clericis, & laicis vestræ civitatis nunquam favores & præsidia defutura sint: Hæc quidem devotioni vestræ significare voluimus quoniam intelleximus inter vos nonnullos, qui, sive mala quorundam suggestione, sive non plena rei consideratione commoti de nostra hujusmodi provisione obloquuti sint, nec ipsam ut certe deberent æquo, & libenti animo videatur accipere.

Datum Ferrariæ sub annulo nostro secreto die xi. Novembris, Pontificatus nostri anno octavo.

A. de Florentia.

Significatum & scriptum fuit Serenissimo nostro Domino sub nomine præfatorum sapientum guerræ & depatatorum ad utilia Communis Veronæ ex commissione ipsorum sapientum & quatuor deputatorum de duodecim de reliquis absentibus a civitate & districtu, videlicet ut infra.

Serenissime Princeps, & Excellentissime Domine, &c.

Super nostro Episcopatu satis pridie scripsimus vestræ Serenitati, cui & per oratores nostros abunde fecimus desiderium nostrum significari, & propositum, & intercessionem, atque opem ejusdem implorari de Episcopo vero, & residente non pileato, modo autem de novo emersit quod hic Reverendiss. D. Cardinalis Episcopus designatus ad literas nostras sibi responsivas commotus quas per copiam bene misimus vestræ Serenitati remisit ad nos cum credentialibus literis secretarium suum & hic præsentavit nobis unum Apostolicum Brevium, cujus copia est præsentibus introclusa, conatus rationibus, & persuasionibus multis

seda-

sedare repugnantiam nostram sub eo maxime, quod paternitas sua non affecuta mendaciis hunc nostrum Episcopatum diu exoptaverit, & modo impetraverit non per velatam commendam, quae similiter argui posset de Episcopo Paduano, & plerisque aliis non residentibus, sed per verum titulum Episcopalem pro pace, & quiete animi, & corporis sui, & pro tranquilla sede personae suae, ita quod bonam partem vitae suae dabit nobis ad residentiam, quam optamus, idque constanter fore nobis affirmavit, pollicendo etiam velle ad vota nostra providere illi consequentiae de perpetuis commendis quam tantopere timere videbamur. Hoc desuper addens quod si adhuc adversari voluerimus ipse qui similes Regum oppugnationes superavit, accipiet viriliter arma ecclesiae usque ad omnimodam repugnantiae nostrae contradictionem; sed animos nostros magis angit, & commovet. Secretarius iste ut est cautus, & prudens in sua peroratione, hoc in nostris auribus reliquit, quod non esset opus fidelitatis irritare suum dominum in scandalum cum Summo Pontifice, de quo certum est, quod volet esse factum, & tenere quod recte fecit, & quod nobis tandem etiam a vestro dominio imputabitur quod suum statum turbavimus ponendo zizaniam, & fovendo discordiam inter duas tales potentias ita conjunctas, cum certus sit Serenitatem vestram ob aliam causam non commoveri, quam pro complacentia nostrae fidelitatis, praeterea interposuit iste apud nos magnificum Capitaneum vestrum Gattamelatam, qui strictissimis precibus, & obtestationibus, quas ut debemus plurimum magni fecimus, nititur pro nostro consensu, unde ex praedictis omnibus mentes nostrae ita remanent agitatae, quod inviolabilis, & supereminens fidelitas, reverentia, & devotio nostra erga optatissimum statum vestri dominii ad suam clementiam confidentissime recurrere, quae dignetur suis fidelibus consulere, providere, & in hoc facto mandare prout suae sapientiae videbitur, & nobis rescribere si quid habemus Summo Pontifici, & D. Cardinali respondere, cujus gratiae, &c.

En Verona die XVIII. Novembris 1438.

Replicatum fuit dominio nostro per eosdem deputatos ut infra.

Serenissime Princeps & Excellentissime Domine.

Pridie significavimus Celsitudini vestrae quod nuncius ille Reverendiss. D. Cardinalis designati Episcopi Veronensis post praesentationem literarum suarum, & Apostolici Brevi, inter caetera minabatur nobis excommunicationem, & improperabat nobis quasi infidelitatem en discordia quam parere possit repugnantia nostra inter dominium vestrum, & Summum Pontificem, & quod ex inde evenire possit super nos indignatio vestrae Dominationis, unde in mentibus nostris agitati remisimus pro nostra sincera fidelitate omne propositum nostrum in consilio, & beneplacito vestrae Serenitatis, quae dignaretur nobis rescribere si & quid habemus respondere Summo Pontifici, & D. Cardinali, sed justissimum desiderium, & honestissimum contentamentum nostrum esset habere Episcopum residentem, & non Cardinalem, quando id fieri possit sine scandalis, quae ille comminatur, & obicit. Gratiae vestrae serenitatis nos humiliter commendamus. Veronae XVIII. Novembris 1438.

Item die 4. Decemb. 1438. *In collegio praedicto sapientum guerrae cum viri de duodecim deputatis praesentatio facta per antedictum Joannem Faventinum literarum credentialium praefati Reverendissimi D. Cardinalis, cujus ambasciata sapienter exposita, & per praefatum collegium intellecta, fuit replicatum nostro dominio per literas infrascriptis tenoris videlicet.*

Serenissime princeps Excellentissime Domine.

Iterum, & tertio ad nos est reversus secretarius Reverendis. D. *Cardinalis Venetiarum designati Episcopi Veronensis cum aliis suis credentialibus literis ad exprobandum de novo illam repugnantiam nostram, quam contra institutionem suam, tanquam contra commendam attentavimus, & replicavit nobis de vero titulo Episcopali, & de residentia illius pro bona parte vitae suae, & iterum est comminatus de excommunicatione improperando adhuc nobis quasi infidelitatem si ulterius pergeremus ad irritandum statum vestri dominii cum Summo Pontifice, & sicut praedictis diebus ipse fecerat, & nos Celsitudini vestrae significavimus, & demum instat apud nos quod amodo suis rebus finem imponamus, & specialiter respondere deliberate debeamus ad illud Apostolicum Brevium quod ipse pridie nobis praesentavit, & ad ipsas literas, & ad ambasciatam praefati D. Cardinalis quam tunc fecit in summa, an assentire, an dissentire velimus. Quia igitur Serenissime Princeps nos pro summa nostra fidelitate videre non volumus in statu nostro, neque in nobis illa scandala, quae iste comminatur, & obicit, remisimus pridie per literas nostras omne nostrum propositum in consilio, & deliberatione vestrae Serenitatis, eidem iterum supplicamus quod nobis consulere, & mandare dignetur, si & quid habemus Summo Pontifici, & D. Cardinali respondere: timemus enim imputari nobis si non responderimus vel plus tarde responderimus omnino autem consilio, & deliberationi vestrae Serenitatis statuimus pro nostra fidelitate, & reverentia requiescere.*

Veronae VI. Decembris MCDXXXIIX.

Deputatorum ad utilia IIII. praesentes, & provisores guerrae item fuit scriptum dominio in eadem materia, ut infra videlicet.

Serenissime Princeps & Excellentissime Domine.

Nuper de manu magnificorum Rectorum nostrorum recepimus alias Apostolicas literas in facto nostri Episcopatus, quas eorum etiam consilio deliberavimus mittere vestrae Serenitati, cui forte videbitur hac de re, nos esse taediosos, sed Summus Pontifex videtur nobis tantae auctoritatis, ut literas suas retinere sub silentio minime debeamus; proinde dignetur Serenitas vestra, ad cujus consilium, & deliberationem omne nostrum propositum remisimus, & remittimus, nobis mandare si, & quid a nobis respondendum sit Summo Pontifici, & D. Cardinali, verum quia in his literis est forma quaedam verborum indicantium nos in Episcopum Cardinalem consensisse, declaramus vestrae Serenitati quod quicquid sit relatum vel factum, nos aliter verbo, vel scriptis non respondisse nisi praecise id, & quemadmodum celsitudini vestrae per alias nostras significavimus cui, &c.

Datum Veronae die VIII. Decembris MCCCC XXXVIII.

Tenor autem dictarum Apostolicarum literarum bulla plumbea munitarum talis est videlicet.

Eugenius Episcopus *servus servorum Dei.*

Dilectis filiis officialibus, & universitati civitatis Veronen. salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum de provisione vestrae Ecclesiae Veronen. ex promotione dilecti filii nostri Francisci tituli sancti Clementis presb. Card. in Episcopum *Veronensem, per literas nostras significavimus vobis, in quibus affectionem, ac commodum, utilitatemque ipsius Ecclesiae pro Dei honore, & omnium vestrum consolatione, atque omnem nostri animi conceptum in ea re satis expressimus: accepimus postmodum ipsas literas nostras cum primum ad vos pervenerunt a devotione vestra plurimum grate, & reverenter fuisse susceptas, ac eandem illis perlectis benigne, ac devote respondisse, vos veluti bonos obedientiae filios hanc nostram provisionem quantum in vobis est paratos acceptare, nobisque ut Domini nostri Jesu Vicario obedire, quemadmodum a dilecto filio Joanne de Faventia a nobis ad vos reverteati intelleximus. En qua re devotiones vestras plurimum in* Domino *commendamus. Egistis quidem, ut viri sapientes omnem animi nostri motum ad ipsius Ecclesiae in spiritualibus, & temporalibus incrementa ad Dei laudem, & honorem omnium vestrum, ac totius Veronensis civitatis utilitatem, & commodum recte cupientes, egistis ut illius antiquae nostrae amicitiae, ac mutuae nostrae benevolentiae non immemores. Denique ut Christianae fidei veri culto*

res ad illam Sedis Apostolicæ, & summi throni hujus terrestris Hierarchiæ reverentiam juxta spem nostram devotionis mentibus respexistis. Nulla quippe ratione existimare poteramus nos, & ipsam Apostolicam Sedem quod a Regibus, & Principibus Christianis usque in hodiernum diem consecuti sumus, a fidelibus, & amantissimis Veronensibus non accepturos, & maxime qui rei utilitatem, & bonum intelligerent. Factum est igitur quod viros sapientissimos, atque optimos decuit. Verum est additum, ut accepimus, devotionem vestram mentem, & intentionem dilectorum filiorum dominii Venetorum libenter tueare intelligere velle, quod & nos satis laudamus existimantes indubie illud Ducale dominium ipsum, cumprimum de mente vestra ad provisionem hujusmodi acceptam habendam, cognoverit, omnia ex sua parte effectum plenissimum habitura. Superest igitur ut quod tam bene incœpistis feliciter consumantes præfato dominio hanc optimam mentem vestram semel, & iterum aperiatis junta præmissa, quod ut faciatis, sicut indubie de vobis confidimus, hortamur plurimum. Experiemini profecto nos fecisse rem utilem, & nobilitate vestra dignam, nobisque acceptissimam: cum neque rem ipsam sine magno discrimine aliter disponi posse contingeret: quam nec nos ullo modo pati, vel dissimulare possemus, &c.

Data Ferrariæ Anno Incarn. Dom. 1438. tertio Nonas Decembris, pontificatus nostri anno 8.

Nec silentio obvolvendum est quod anno 1440. qui fuit Condulmerii Episcopi aonus secundus, Eugenius IV. Acolytorum collegium Veronæ fundavit Episcopo, & Canonicis obnoxium, ut Veronensis Ecclesiæ divinus cultus summopere effloresceret. Bullam enim confecit, qua multa beneficia simplicia suppressit, eorundem Acolytorum mensæ attribuit. Quam quidem dignissimam institutionem juxta Theobaldi, ac Petri Scaligeri Veronensium Episcoporum olim sancita decreta magis proficuam fore existimabat, quam si clericis nullis sacris locis obnoxiis ea beneficia distribuerentur. Urbis Senatus tamen ad novitatem commotus per oratores Pontificem, Episcopumque Cardinalem exoravit, ut omnino Bulla illa, quam odiosum appellabant, revocaretur; moderasse deinde Eugenium priorem aliis anno 1442 ex scriptis literis, quas modo exhibebo è tabulario Canonicorum, facile colliget quisque hujus rei prudens lector, quarum tenor talis est.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

In eminenti Apostolici culminis specula licet immeritis superna dispositione vocati, curis pulsamur assiduis, ut gregis dominici nostræ vigilantiæ crediti utilitati consulamus, ut per augumentum divini cultus præsertim in ecclesiis cathedralibus, quæ reliquis inferioribus ecclesiis esse debent religionis exemplum, apud omnes excrescat devotio, per quam dignas laudes, & bonorum operum fructus omnium exhibeant Creatori, expectantes beatam spem, & adventum gloriæ, & adventum magni Dei, & Domini nostri Jesu Christi. Sane nuper dilecti filii nostri Francisci tituli S. Clementis Presb. Card. S. R. E. Vicecancellarii, & Episcopi, ac dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Veronen. . . . . quod notabilium virorum fide digna relatione percepimus, quod cum in diœces. Veronen. certa ecclesiastica beneficia clericatus nuncupata in diversis ecclesiis, sive plebibus parochialibus ad numerum 769. vel ea universaliter, ut communiter asseritur ascendentia existant, pluraque ex illis, & singulis teneantur a personis, quæ contentæ tantum fructibus, redditibus, & proventibus eorundem, hujusmodi ecclesiis, nec deserviunt, nec illas visitant condecenter, ex quo in illis cultus divinus remittitur, & datur materia laicis clericis detrahendi, in denigrationem famæ Cleri civitatis, & diœcesis Veronen. quodque si numerus beneficiorum hujusmodi ad minorem numerum reduceretur, & in majori Ecclesia Veron. præfata, quæ respectu illius magnitudinis, & excellentiæ in grammatica, & in musica majore, & doctore capellanorum, & clericorum numero noscitur indigere, unus in hujusmodi grammaticæ, & alter in musicæ artibus magistri deputarentur, capellanorumque augeretur, & certus numerus clericorum, qui artibus ipsis insisterent, ad ecclesiæ ipsius servitia instituerentur in divinis peramplius, & devotius peragenda, ac de media campanea in valle Pulicellæ, & in villa insulæ scalarum, necnon S. Joannis de Jebeto pauperum hospitalia hospitalitate carentia, & ecclesia sive cura prioratus nuncupata S. Silvestri de Nugaria ejusdem diœcesis, quæ membrum S. Silvestri de Nonantula Ordinis S. Benedicti Mutinensis diœcesis existit, nec non monast. monialium similiter SS. Philippi, & Jacobi de Sacco foris portam Veronen. in quo tres tantum moniales, & una conversa non bonæ famæ degunt, sacristiæ dictæ majoris Ecclesiæ incorporarentur, annecterentur, & unirentur, illarumque fructus in capellanorum ipsius majoris Ecclesiæ utilitatem converterentur, ac de omnium clericatuum prædictorum pro rata ipsorum cujuslibet plebis 350. pro magistrorum, & acolytorum, necnon de omnium clericatuum singulorum plebium hujusmodi, de quibus supra, fructibus pro unius, ultra alios capellanos, in illis existentes instituendi, capellani sustentatione quadraginta duc. veneti detraherentur, profecto majori Ecclesiæ, & plebibus præfatis bene consultum veniret, & clericatus ad minorem numerum reducendi fierent pinguiores, de quibus idoneis personis posset honestius provideri, & alia sequerentur, quæ ad divini cultus augumentum, existimationem, vel personarum in bonis moribus, & bonum exemplum aliarum plebium cederent, & auferretur laicis clericis materia detrahendi. Nos igitur, qui nostris præsertim temporibus in singulis Orbis ecclesiis cultum hujusmodi adaugere intentis desideriis affectamus amplitudinem civitatis in diœces. prædictarum, ac illarum populi multitudinem æqua lance librantes, ac volentes eisdem ecclesiis cultum divinum, decus, & venustatem hujusmodi accedere congruenter, matura super hoc delibratione prehabita motu proprio, non ad Cardinalis, & Capituli prædictorum, vel alicujus alterius pro eis, nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra provida ordinatione, & mera liberalitate numerum 769. beneficiorum hujusmodi, vel ea ad numerum 190. auctoritate Apostolica reducimus per præsentes, quorum in plebibus S. Georgij de Illasio, S. Mariæ de Garda, S. Zenonis de Rupeclaria xij. S. Zenonis de Cereta, S. Martini de Leniaco, & S. Floriani vallis Pulicellæ x. S. Mariæ de Ronco, S. Mariæ de Ignago quinque, S. Petri Veron. in Castello, S. Mariæ de Caprino, S. Blasij de Casalasco viij. S. Stephani de Malsisino, S. Mariæ de Cisano, S. Mariæ de Lazisio, S. Petri de Villafranca, S. Petri de Nogaria, S. Mariæ de Cologneola, S. Petri de Porto, S. Mariæ de Gussolengo sex, S. Georgij vallis Pulicellæ tria, S. Petri de Vallegio, S. Firmi de Borobovo, S. Britij de Lananco, S. Laurentij de Minerbio, S. Mariæ de Montorio, S. Michaelis de Englario, S. Petri de Jobeto, S. Laurentij de Suape quatuor, S. Zenonis de Vigasio, S. Andreæ de Sandrato tria, sancti Martini de Nigrario, sancti Petri de Insula Porcaritia duo, S. Laurentij de Nogarolis unum, beneficia dictæ Veron. diœces. ecclesiis pro totidem clericorum perpetuis beneficiatis in eisdem ex omnibus beneficiis supradictis duntaxat remanent, & remanere debeant, reliqua vero omnia beneficia supradicta salvis profuturum plebium archipresbyterorum portionibus, & aliis per eos percipi consuetis in prædictis, & aliis plebibus dictam Veronen. diœces. per cessum, vel decessum illa tenentium, vel alias quomodolibet illa dimittentium tunc vacantia, seu imposterum vacatura penitus extinguentes, & nihilominus in eorum plebium singulis de Garda, Leniaco, S. Petri Veronen. Porto, Gussolingo, Bodolono, Lavaneo, Englario, Sandrato de Nogarolis, de Jobeto, & Suape, duntaxat exceptis, singulas ultra alibi institutas perpetuas capellanias pro singulis perpetuis capellanis instituendis, crean-

dis, instituimus, & etiam ordinamus. Volumus quoque, & etiam ordinamus, quod singuli Archip. plebium, ecclesiarum, parochialium, vid. S. Ambrosii de Tomba, S. Martini de Saltzolis, S. Andreæ de Summa Campania dictæ Veronen. diœcesis habeant & percipiant de quinque partibus omnium redditum plebium ipsarum. Tres partes, reliquas vero duas habeant capellani, capellaniarum instituendarum in prædictis tribus ecclesiis, quas ex nunc instituimus, & creamus, omnes, & singulos clericatus ipsarum ex tunc supprimentes, quamprimum vacaverint. Similique modo volumus, & constituimus, quod Archip. plebis de Jobeto prædictæ habeat omnes fructus, redditus, & proventus dictæ plebis, & duos capellanos in dicta plebe, & ecclesia tenere debeat, & in perpetuum suis sumptibus eis satisfaciendo de salario competenti, qui capellani debeant residere in dicta plebe, & in divinis officiis diurnis pariterque nocturnis deservire, & ipse Archip. de Jobeto post reductionem prædictam solvere teneatur singulo clerico ipsius plebis annuatim duca. quatuor auri, Episcopo, & Capitulo Veronen. pro tempore existentibus conjunctim certam capellanorum in sacerdotio constitutorum similiterque capellaniarum aliorumque clericorum qui acolyti sint, ac similem locorum numeros pro eisdem capellanis, & clericis in dicta majore Ecclesia ordinandi, & constituendi, illosque vel eorum alterum juxta facultatum exigentiam augendi, & minuendi 350. duc. de fructibus clericatuum omnium, ut præmittitur, annis singulis detrahendi hac quoque prima vice, & deinceps capellanis in sacerdotio constitutis, quos divinis officiis diurnis pariterque nocturnis in eadem majori Ecclesia interesse, & deservire statuimus. Loca vero prædicta clericis, qui acolyti sint, & non aliis, quoties vacaverint, conferendi, & de illis etiam providendi facultatem plenam, & libertatem concedentes, ac statuentes, quod quilibet ex capellanis in plebibus hujusmodi instituendis, postquam beneficiorum prædictorum numerus reductus fuerit, & interim numquam præfatus numerus reducatur, quousque tot cessaverint clericatus, quod ex illis in quavis plebium earundem institui potuerit in ea plebe in qua capellanus institutus fuerit, ut præfertur, personaliter residere, ut divinis inibi officiis diurnis, atque nocturnis, interesse, & alia obsequia debita præstare debeant. Sacrista vero majoris Ecclesiæ unam grammaticæ, & aliam in musicæ artibus peritas ecclesiasticas personas, quæ singulis diebus & horis tamen ad id congruis per eosdem Episcopum, & Capitulum ordinandos clericos prædictos, & quoscumque alios divinis in eadem majore Ecclesia officiis inservientes pro tempore in eisdem facultatibus doceant vita, moribus, & ipsius majoris Ecclesiæ cerimoniis instruant habere, & tenere, singulisque magistris, & ecclesiis eisdem de 350. duca. detrahendis hujusmodi capellanis autem in majori Ecclesia præfata instituendis, de monasterii, hospitalium, & sine cura ecclesiæ prædictarum frugibus, redditibus, & proventibus singulas de quibus Episcopo Veron. pro tempore existentis, & Capitulo præfatis videbitur congruas portiones annis singulis, realiter ministrari teneantur, & insuper quod recedentibus, vel decedentibus sancti Petri, & S. Justi ecclesiarum Veronen. modernis rectoribus, earum in illis successores perpetuis futuris temporibus in majori Ecclesia prædicta, prout alii capellani, & beneficiati in eadem singulis horis canonicis nocturnis, atque diurnis interesse, & debita inibi obsequia præstare teneantur. Præterea abbatissalem dignitatem in monasterio prædicto harum serie supprimentes, illudque ad secularem, ac sine cura ecclesiam reducentes, ab eo dictas moniales per præfatum Cardinalem Episcopum ad aliud de quo sibi videbatur, etiam alterius ordinis monast. transferendi, necnon a singulis hospitalibus supradictis, singulos modernos eorum rectores ex nunc realiter amoventes, monasterium, & ecclesiam S. Silvestri prædicta cum omnibus juribus, & pertinentiis suis sacristiæ perpetuæ majoris Ecclesiæ pro capellanis præfatis ibidem instituendis anne-

A *ctimus, & unimus, itaque liceat sacristæ ejusdem majoris Ecclesiæ per se, vel alium, seu alios monasterii, hospitalium ex nunc, & quamprimum ecclesiæ S. Silvestri rector cesserit, vel decesserit, seu eam quomodolibet demiserit, illius juriumque, & pertinentiarum prædictarum corporalem possessionem auctoritate propria libere apprehendere, & perpetuo retinere, alicujus super hoc licentia minime requisita, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac majoris, & aliarum ecclesiarum, seu plebium prædictarum juramento confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales Apostolicæ Sedis, vel legatorum ejus litteras impetraverint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit promissum, quas quidem litteras, & processus habitos per eosdem, ad beneficia suppres-*

B *sa, ac monasterium, hospitalia, & ecclesia S. Silvestri prædicta, vel eorum aliquod nolumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, ac litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenoris existant per quæ præsentibus non expressa, nil totaliter non inserta effectus earum impediri valeant, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque toties tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Ut nunc tantum opes possit bene, & commode celerem effectum, prout optimum est, sortiri volumus, ac motu, scientia, & potestate supradictis tenore præsentium decernimus, quod omnes, & singulæ personæ, altera sex ex clericatibus prædictis insimul præsentialiter obtinentes, illas ex eis, quos ultra numerum sex, quos retinet elegerint hujusmodi, ut præfertur, obtinent ex nunc, vel saltem infra mensem a data publicationis præsentium realiter, & omnino dimit-*

C *tant, ipsosque ex nunc, prout ex tunc supprimimus per præsentes, quodq; tam dimissorum, quam aliorum suppressorum, & pro tempore vacantium beneficiorum prædictorum facultas, redditus, & proventus ad usum, & utilitatem magistrorum, & clericorum pro tempore existentium præfatarum. Quicquid autem ex ipsis redditibus post promissionem prædictorum pro tempore super infuerit, quousque ascendant ad tantum, ut juxta præmissa sufficiant capellano, in quibus illa fuerint, in reparatione plebium, & ædificiorum earum librorumque ipsorum, ornamentorum, & aliorum ad divini cultus decorem necessariorum opportunam provisionem, prout Episcopo pro tempore existenti, & Capitulo Veronen. ac ipsarum Ecclesiarum rectoribus pro tempore existentibus expedire videbitur effectualiter exponant, & etiam convertantur, proviso quod monasterium, hospitalia, & sancti Silvestri ecclesia hujusmodi ad profanos usus nullatenus remittantur, sed in sancti Silvestri, & monasterij, ac hospitalium hu-*

D *jusmodi Ecclesiis deserviantur laudabiliter, in divinis, prout quemadmodum Cardinali, Episcopo, & Capitulo præfatis videbitur expedire. Et insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoq; quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, extinctionis, unionis, institutionis, ordinationis, voluntatis, concessionis, statuti, suppressionis, ammonitionis, incorporationis, applicationis, & annexionis, unionis, & constitutionis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Florentiæ Anno incarnationis Dominicæ MCCCCXL. xvii. Kal. Junij Pontificatus nostri anno x.*

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Providentia Apostolicæ Sedis plurimum circum-

specta

specta nonnunquam ea quæ u certis suadentibus caussis statuit, & indulsit ex ultis non minus ponderundis rationibus sive caussis revocat, moderat in meliusve commutut, prout illud in Domino videt salubriter expedire. Dudum siquidem inter alia per nos accepto, quod in diœces. Veronen. certu ecclesiastica beneficia, clericatus nuncuputu, in diversis Ecclesiis, sive plebibus parochiulibus ad numerum septingentorum, & sexuginta novem, vel circa universaliter, & communiter, ut asserebatur, ascendentia existebant, pluraque ex istis a singulis tenebuntur personis, quæ contentæ tantum fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem, bujusmodi Ecclesiis nec deserviebant, nec illis visitabant condecenter. Ex quo in illis cultus divinus remittebatur, & dubutur materiu laicis clericis detrabendi in derogutionem cleri civitatis Veronen. & dictæ diœces. ex quo si numerus beneficiorum bujusmodi ad minorem numerum reduceretur: Et in majori ecclesia Veronen. unus in grammaticæ, & ulius in musicæ artibus magistri deputurentur, & certus clericorum numerus, qui artibus ipsis insisterent ad ipsius Ecclesiæ servitia in divinis principulius, & devotius perugenda instituerentur, ac de omnium clericatuum prædictorum prorata ipsorum cujuslibet plebis trecenti, & quinquuginta pro magistrorum ac acolytorum necnon de omnium clericutuum singularum plebium, tunc expressarum fructibus pru unius ultra alios Capellanos in illis existentes, instituendi Capellani sustentatione quadragintu ducati Veneti detraberentur, profecto eidem majori Ecclesię bene consultum ventret, & clericatus, vel minorem numerum reducendi fierent pinguiores, de quibus idoneis personis posset bonestius provideri, ac alia sequerentur, quæ ad argumentum divini cultus institutionem personarum in bonis moribus, & bonum exemplum aliorum plurimorum viderent, & auferretur laicis materia clericis detrabendi. Nos per alias nostras literas motu proprio numerum septingentorum, & sexaginta novem beneficiorum bujusmodi, vel circa ad numerum centum, & nonaginta reduximus, quorum, & singulis Ecclesiis, sive plebibus prædictis certum clericorum, & perpetuarum Capellaniarum numerum creavimus, instituimus, & etiam ordinavimus Episcopo pro tempore existenti, & dilectis filiis Capitulo ecclesię Veronen. conjunctim certum Capellanorum in sacerdocium constitutorum, similemq; Capellanorum, aliumque acolytorum clericorum, qui acolyti essent, & similem locorum numerum pro eisdem Capellanis, & clericis in dicta majori Ecclesia ordinandi, & constituendi illosque, vel illorum alterum juxtu facultatum exigentiam augendi, & minuendi trecentos, & quinquaginta ducatus de fructibus clericatuum omnium, ut præmittitur, annis singulis detrabendi ea quoque prima vice, & ex tunc in unteu Capellanis in sacerdotio constitutis, quos divinis officiis diurnis pariterque nocturnis in eadem majori Ecclesia interesse, & deservire statuimus, locu vero prædicta clericis, qui acolyti essent, & non aliis gratius vacarent conferendi, & de illis esses providendi facultatem plenum, & liberum, concedentes, ac volentes inter alia, & decernentes, quod omnes, & singuli ultra sex ex clericatibus prędictis jussimus tunc obtinentes illos ex eis, quos ultra numerum sex quos retinere elegissent bujusmodi, ut præfertur obtinerent ex tunc, vel saltem infra mensem Decembrem publicationis eorundem locorum realiter, & omnino dimitterent, ipsosque ex tunc suppressimus per dictas litteras ex qua tam dimissorum, quam aliorum suppressorum, & pro tempore vacãtium beneficiorum prędictorum fructus, redditus, & proventus ud usus, & utilitatem magistrorum, & clericorum pro tempore existentium præfatorum, quicquid autem ex ipsis redditibus post privilegiorum prædictorum pro tempore superesset, quousque ascenderet ad taatum, ut junta præmissu sufficerent Capellano in quibus illa forent in reparationem plebium, & ædificiorum earundem, librorum, aliorum ornamentorum, & aliorum ad divini cultus decorem necessariorum opportunam provisionem, prout Episcopo pro tempore existenti, & Capitulo Veronen. ac ipsorum Ecclesiarum rectoribus, pro tempore existentibus expedire videretur effectualiter exponerentur, & converterentur, prout in eisdem litteris plenius continetur. Et deinde sicut ad nostram audientiam nuper pervenit dilectus filius noster Franciscus tit. S. Clementis presb. Cardin. S. R. E. Camerarius, qui dictæ Ecclesiæ Veronen. præesse dignoscitur, & Capitulum præfati certum clericorum, seu acolytorum numerum in dictu majori Ecclesia auctoritate facultatis prædictæ ordinaverunt, & constituerunt, ac successive nonnullu ex beneficiis, seu clericatibus præfatis tamen voluntate nostra prædicta, quam diversis aliis modis, quæ earundem litterarum vigore suppressu censentur, & quorum annui fructus, redditus, & proventus, qui trecentos, & quinquagintu ducatos similes secundum communem æstimationem nullatenus valent, juxta litterarum ipsarum tenorem, & formam convertuntur, vacaverunt, seu verius cessaverunt: Quam autem sicut nonnullorum fide dignorum relatione percepimus, sed juxta acceptata per vos permissu dictæ litteræ a nobis provide, & salubriter emanaverunt pro eo tamen, qui quamplura ex beneficiis, seu clericatibus bujusmodi quorum ante eorundem litterarum concessionem certus numerus non erat, & quorum singulu certu de per se corpora præbendarum non babeuut, prout nec babent, sed fructuum, redditnum, & proventuum parochialium, seu plebium Ecclesiarum prædicturum portiones aliquæ, clericatus nuncupatæ, clericis inibi quorum etiam certus, & determinatus numerus non erat, & quorum loca certo modo vacare non dicebantur, sed prout Episcopo pro tempore prædicto videbatur per aggregationem, vel extinctionem, sive subtractionem augebantur, & diminuebantur, & assignari solite existebant diversis ecclesiasticis civitatis, & diœc. earundem præsertim pauperibus, & litterarum studiis insistere volentibus personis pro ipsorum personarum in bujusmodi studiis sustentatione conferri consueverunt, & ut verisimiliter creditur beneficia clericutus, seu portiones bujusmodi pro majori, & ex istis redditus babentibus aliis Ecclesiis civitatis, & diœc. prædictorum in divinis officiis servientium, necnon litterarum studiis insistentium pauperum personarum, ab antiquo inventu, seu instituta fuerunt beneficiorum, seu clericatuum reductio, & suppressio, ut certe numeri clericorum, seu acolytorum creatio, & institutio prædictæ apud cives dictæ civitatis scandali materium generare, necnon in Ecclesiarum, & personarum pauperum prædictarum præjudicium, atq; damnum tendere procuidubio dignoscantur: Nos qui unte concessionem præfatam de ipsorum beneficiorum, seu clericatuum naturu, necnon scundalo, præjudicio, & damno prædictis propter non veram nos informantium suggestionem, nequaquam eramus informuti, volentes in præmissis debito remedio providere ad omnem scandali materiam summovendam pro Ecclesiarumque, & personarum pauperum commodo, & utilitate ex nostris certa scientia, ac provida, & matura declaratione præbabita, auctoritate Apostolica tenore præsentium litteras præfutus quas de verbo ad verbum præsentibus baberi volumus pro insertis, illis tamen quoad voluntatem, & constitutionem videlicet, ut nullus ultra sex ex beneficiis, seu clericatibus bujusmodi insimul retinere posset, prædictas, ac omniu, & singulu aliu in eisdem litteris contentu perpetuo in suo robore permissuris: Renovat quoad hoc clericatuum, & beneficiorum reductionem, & suppressionem, necnon in parochialibus Ecclesiis, seu plebibus præfatis Capellanorum, Capellaniarumque creationem, & institutionem, ac illus concernentia duntaxat renovamus, & annullamus, nulliusque roboris, vel momenti fore decernimus, necnon beneficia, seu clericatus bujusmodi in eo statu in quo antequam dictæ litteræ emanarent quomodolibet erant, restituimus, reponimus, & reintegramus: Volentes inbibemus statuentes, & ordinantes ut Episcopus pro tempore, & Capitulum prædicti de illarum, in quibus nonnulla bactenus vacaverunt, seu verius cessaverũt, & suppressa sunt, ut præfertur, aut aliarum in quibus

aliqua ex beneficiis, seu clericatibus hujusmodi primo vacare, vel cessare contigerit pro vacantium, seu cessantium, & suppressorum, aut si eisdem Episcopo, & Capitulo magis utile, & expediens visum fuerit omnium, & singulorum, aut aliquarum ex parochialibus ecclesiis, seu plebibus præfatis, prout in eis per ipsum Episcopum de novo creandorum beneficiorum, seu clericatuum omnium, & singulorum rata, fructus, redditus, & proventus, portiones quot ex eis 350. ducati similes libere, & absque diminutione aliqua, percipiantur summatim personæ ad id per Episcopum, & Capitulum præfatos pro tempore deputandæ per eum magistris, & clericis, seu acolytis prædictis per singulas de quibus dicto Episcopo, & Capitulo videbitur portiones, vel partes distribuendas annis singulis realiter ministrari, aut de illis mandari facere teneantur. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon præfatæ nutricis Ecclesiæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis, quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ renovationis, cassationis, annullationis, constitutionis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis igitur hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Florentiæ An. incar. Dom. MCCCCXXXXII. pridie nonas Septembris Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Viget adhuc Eugenii Acolytorum collegium pro educandis juvenibus clericalem habitum cærulei coloris, in memoriam conditoris, induentibus, magno cum decore, ac cathedralis Ecclesiæ bono. Idem præterea Eugenius majorem Veronensem Ecclesiam ita divitiis auxit, ut & divini cultus summa in illa esset amplificatio, neque major Deo servientium copia desideraretur. Canonicorum bona jurave Apostolica auctoritate protexit. Transegisse Eugenium majorem suæ adolescentiæ partem in Veronensi Ecclesia canonicatus dignitate cohonestatum, præter ejusdem litteras, testatur etiam domi jam suæ hujusmodi inscripta memoria.

EUGENII IV. FELIX DOMICILIUM.

Suspice igitur Civitas Veronæ in albo Ecclesiæ tuæ tyrocinium agentem, qui præcellenti virtute superis, ac hominibus commendatus, ad Summi Apostolatus apicem evectum, merito Eugenius IV. appellari voluit, Eugenii III. emulaturus virtutes, ut ille Pisanam Ecclesiam, ubi lac pietatis primum susceperat, privilegiis, & gratiis cohonestaverat, ita ipse Veronensem Ecclesiam suæ adolescentiæ nutricem fovit, auxitque ad pietatem.

Canonicorum Capitulum, cujus alumnus fuerat, dilexit, ejusdemque intuitu, quæ olim ab eorum antecessoribus cum Petro Scaligero Episcopo amicabili compositione sancita fuerant, suo diplomate confirmavit talis tenoris.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad apostolicæ dignitatis apicem superna dispositione vocati curis efficere gerimus assiduis, ut inter universos nostræ vigilantiæ creditos jurgiorum, contentionumque semotis dispendiis, pacis, & quietis præsidium solidantur, illaque rursus ampliori perstringere satagimus Apostolicæ muniminis adminiculo, quæ ad ipsorum pacis, & quietis solidationem, nec non felicem ac prosperum ecclesiarum præsertim cathedralium illiusque præsidentium, & personarum earumdem votum viis ac modis acceptis invenimus processisse. Sane pro parte dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli Ecclesiæ Veronen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum olim inter ipsos ex una, nec non bonæ memoriæ Petrum Episcopum Veronen. ex altera partibus super quibusdam jurisdictionalibus, & aliis juribus atque rebus, tunc, & etiam inferius expressis, ac illorum occasione plures controversiæ, differentiæ, atque discordiæ subortæ fuissent, tandem super præmissis inter partes ipsas quædam amicabiles compositiones, transactiones, ac conventiones factæ fuerunt, & quas ad ipsarum prosecutionem partium felicis memoriæ Marquardus Patriarcha Aquilejen. auctoritate metropolitica confirmavit, & approbavit, prout in litteris authenticis in publicam formam redactis, & quas in Cancellaria Apostolica diligenter inspici, ac earum tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, latius, extensiusque prospicitur contineri. Quare pro parte dictorum Archipresbyteri, & Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut compositionibus, transactionibus, & conventionibus præfatis, necnon aliis in ipsis litteris contentis pro illarum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque prædictis supplicationibus inclinati, compositiones, transactiones, conventiones, & contenta hujusmodi, necnon quæcumque inde secuta rata, & grata habentes illa auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus, & approbamus, præsentisque scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Tenor vero litteræ hujusmodi talis est. In Christi nomine, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Bononiæ anno Incarnat. Dominicæ 1436. 7. Id. Septemb. Pontificatus nostri anno 6. Cæterum, ut earumdem litterarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, auctoritate Apostolica decernimus, ut illud robur, eandemque vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ supradictæ, & eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumque, & ubicumque, sive in judicio, sive alibi ubi fuerit exhibitus, vel ostensus, & eidem tenori firmiter stetur in omnibus sicuti eisdem litteris originalibus firmiter staretur si forent exhibitæ vel ostensæ: per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri facti decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Bononiæ anno Incarnat. Dominicæ 1443. 4. Non. Maij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Protulit item in Veronenses amor Eugenii varia beneficia, quorum præcipua fuere religiosos viros, ac regulari observantia bene excultos in ecclesias, ac cœnob. pene ex commendatariorum incuria deformata, ad pristinum monasticæ observantiæ splendorem revocandum, introducere; sic vetustissima monasteria SS. Nazarii, & Celsi congregationi S. Justinæ de Padua anno 1442. 3. Julii concessit, S. Mariæ de Organo Olivetanæ Monachorum paulo ante institutæ familiæ attribuit an. 1444. cedente Antonio Card. Corario Episc. Ostiensi commendatario: Eremitanis S. Hieronymi de Fesulis ecclesiam sanctæ Mariæ in Bethleem, alias S. Zenonis in monte dedit perpetuo excolendam, ut in diplomatibus, quæ oculis, ac manibus tractare mihi licuit, aperte colligitur, quorum exemplaria ab aliis recensentur. Anno Domini 1452. Minorib. Fratribus de observantia facultatem dedit Franciscus Episcopus Cardinalis conventum condendi Veronæ, quod ex civium facultatibus ædificatum est & D. Bernardino sacrum. Primum lapidem solemni ritu anno eodem Franciscus idem Card. posuit præsentibus clarissimis Rectoribus, & ingenti

civium

civium multitudine. Hoc totum factum est accedente Nicolai V. Papæ facultate. Insigne cœnobium est, de quo legendus doctus Vvaddingus tom. 6. Annal. Minorum. Cæterum Franciscus Cardinalis Portuensis hujusce Ecclesiæ Præsul Romæ e vivis excessit anno 1453. nonis Septembris, sepultus ad S. Petrum in Vaticano, de quo hæc habet Panvinius in chronica. *Hic lingua incontinens, fugiente ex Urbe Eugenio, à Populo Romano captus, & in Capitolio honesto carcere reservatus, demum re inter partes composita, libertatem adeptus est. Legationibus maximis sub Eugenio IV. functus Veneta, & classica contra Turcas, tum terrestribus copiis præesset, Julianus Cæsarinus Cardinalis magni animi, & spiritus vir, Franciscus vero inertissime se gerens, ut Papa Pius ait, neque fretum custodivit, neque transvectos hostes Turcas ex Asia in Europam Hungaris Christianisque aliis Ducibus, ut par erat, renuntiasset, maximæ cladis Christianorum causa fuit. Inter quos Julianus ipse Cesarinus Legatus, Ladislaus Hungariæ, ac Poloniæ Rex, Episcopi, & Prelati Hungari quamplures ceciderunt; Obiit Romæ inglorius anno 1453. Nonis Septemb. sepultus ad S. Petrum in Vaticano, Nicolao Papa V. & Friderico III. Imperatore. Cardinales ejus exequiis interesse non potuerunt, quoniam die ipso forte nuncius captę Constantinopolis Romam allatus erat.*

Francisco vero Præsule Viennæ Austriæ obiit Nicodemus de la Scala ex Veronen. Dominis Episcopus Frisingensis in Germania anno 1443. cum sedisset annos 20. Videndus Hund. in Metropolit. Salsburgeo.

In Cathedrali vero Veronensis Ecclesiæ fundatum, ac dotatum est altare, & sacellum D. Hieronymi ab Antonio Malespina Isnardi Gabrielis Marchionis filio, Gabrielis Episcopi Lunensis patruele, cive, & Canonico Veronensi, ac Apostolicę Camerę Clerico anno 1440. Sacelli patronum instituit Veronense Capitulum, præsentandi vero jus, ut vocant, in antiquiorem Malespinarum familiæ virum, ac legistarum Collegi Priorem transfudit, in ultimis ab ipso conditis tabulis. In eo sacello ad dexteram hujusmodi visitur inscriptio.

Antonius Malespina I.V. Doctor Canonicus Veronensis & Cameræ Apostolicæ Clericus divo Hieronymo Sacellum hoc fundavit ac dotavit M.CCCC.XXXX.

XCVIII. 107 HERMOLAUS (1) Barbaro, Patritius Venetus, Episcopus Tarvisinus, ad sedem hanc fuit translatus 1453 16 Kalend. Decembris. Hujus Præsulis egregiam pietatem in Deum opera, quæ cumulate prę stitit, plane ostendunt. Primum enim ad eam elegantiam, ornatumque Cathed. traduxit, quæ modo spectatur, argenteis vasibus, prædiviteque sacrarum vestium cultu in ea collatis. Palatium Episcopale instauravit, itemque ædes in Colle Nazareth, & hortos amœnissimos maximo sumptu, simulque extra urbem magnificas villas duas Montisfortis, & Budoloni: mensæ Episcopalis census adauxit, populis, quibus præerat, se utilissimum præbuit. Hujus viri qualis etiam, quantaque dili-

A gentia in munere suo obeundo fuerit, quæ hospitalium, quę Monachorum, quęve sacrarum Virginum cura, facillime ex iis monumentis, quæ adhuc in Pontificum tabulario asservantur, apparet. Hic Thesaurarium antiquissimum in Ecclesia Veronensi jam hinc a multis seculis obsoletum de novo instituit, vel potius renovavit anno 1454. illudque Canonicorum Capitulo donavit, ac jus eligendi, & præsentandi concessit, sibique, ac successoribus jure conferendi, seu substituendi reservato, cujus annui redditus ad ducatos quingentos non ascendentes pia liberalitate Natalis de Arboscellis fuerunt deinde aucti. Hujus Thesaurarii officii documentum hic ab authentico exemplari transcriptum ad perpetuam recordationem insero.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad exequendum debitum officii Pontificatus nostri Veronensis sollicitis studiis intendentes præsertim circa statum salubrem Ecclesiæ nostræ cathedralis Veronæ, & vires considerationis nostræ extendentes, B *in his quæ ad laudem Dei, & honorem divini nominis, ac cultus divini augmentum prætendere dignoscuntur, & quantum in Deo possumus efficacius, in futurum impendemus incrementa feliciora. Unde nos Hermolaus Barbaro Episcopus Veronæ considerans, quod in hac nostra Ecclesia cathedrali Veronę, quæ inter omnes Ecclesias totius Italię honoribus, ac famosa existit bonorum numero, ac nominis officiorum, & dignitatum non existat ex quibus cultus divinus augmentetur volentes huic defectui providere maturis, ac diligentibus tractatu, & examinatione prębabitis cum venerabilibus, & egregiis viris D. Archipresbytero, & Canonicis, & Capitulo Ecclesię nostrę Veronensis super erectione, creatione, & institutione novi officii infrascripti admodum necessarii in ipsa nostra Ecclesia Veronensi. Idcirco ad honorem Dei, & B. Marię Virginis sub cujus vocabulo, & honore hæc Ecclesia fundata, & constructa existit, auctoritate nostra ordinaria erigimus, & creamus, et instituimus officium thesaurerię in ipsa nostra Ecclesia Veronę de consilio,* C *et consensu omnium, et singulorum prefatorum DD. Archipresbyteri Canonicorum, et Capituli Ecclesię Veronensis. Cui officio statuimus, & ordinamus inesse incumbere regendi, & gubernandi sacristiam ipsius Ecclesię, ejusque fructus, & redditus, & proventus, ac bona mobilia, jocalia argentea, & aurea, ac omnia apparamenta de ipsis conficere inventarium, & singulo anno nobis, & successoribus nostris bonam, & idoneam reddere rationem de administratione ipsorum introituum, & expensarum. Volumus etiam, & ordinamus, quod, qui fuerit prepositus, & institutus dicto officio in choro in ipsa Ecclesia, ac processionibus Cleri sit primus post Canonicos ejusdem Ecclesię. Itaquod majoris honoris, ac præeminentiæ sit, & reputetur ultra omnes capellanos, & benefitiatos etiam mansionarios Ecclesiæ Veronensis. Volumus etiam, et statuimus quod qui pro tempore fuerit ad hoc officium deputatus, & institutus teneatur continue residere, & interesse in officiis divinis diurnis pariter ac nocturnis, ac missas duas in* D *septimana celebrare, videlicet die Dominico, & die Sabbati, & per circulum anni septimanam suam facere in cantando missam conventualem prout faciunt alii beneficiati in dicta nostra Ecclesia Veronæ, & ut dictum officium extrinsecus honorabile reputetur, & videatur, ordinamus, quod qui pro tempore fuerit institutus in dicto officio deferat, & deferre possit, tam in Ecclesia Veronæ quam in processionibus Almutiam de dorsis variorum foderatā de zendali azuro sive de scbilatis. Qui quidem thesaurarius sit tacitus dote ipsi officio consignata, & deputata, neque possit a dictis DD. Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Veronæ portionem aliquam de communibus fructibus communis Canipæ ipsorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli Veronæ tam sub nomine distributionum quotidianarum, & interessentiæ sive residentiæ, quam sub nomine provisionis, & salarii. Quamquidem do-*

(1) Possevinus in Apparatu sacro fol. 718. Augustiniani instituti professorem Hermolaum hunc pronunciat. Verum quo duce illud asserat, ignoramus. Torellus t. 7. secul. August. opinatur in juvenili ætate inter Augustinianos educatum fuisse. De eo agit Gandulfus in notitia Cardinal. Ord. Augustin. quem confundit cum alio Hermolao Barbaro Patriarcha Aquilejen. & dum uni Purpuram adscribit, neuter ad illam designatus reperitur. *Lucentius.*

dotemen nunc assignamus, videlicet portionem unam in plebe, &c.

Et has portiones Clericales volumus esse pro dote, & corpore ipsius officii perpetuis temporibus. Dicentes, & protestantes, quod intentionis nostræ est alia bona sive fructus, & proventus addere, sive adducere, ut canonice, laudabiliter, & honeste cum solutione onerum pro tempore incumbentium idem thesaurarius vivere possit secundum condecentiam sortis ipsius officii. Declarantes quod thesaurarius, qui pro tempore fuerit subsit, & obedire debeat vener. D. Archipresbytero Ecclesiæ Veronæ in his, quæ spectant, & pertinent ad officium, & cultum divinum in ipsa Ecclesia nostra Veronæ; prout subsunt, & obediunt alii capellani, beneficiati, & mansionarii ipsius Ecclesiæ.

Volumus etiam, & ordinamus quod idem thesaurarius possit præcipere, & mandare campanariis, & acolytis circa celebrationem missarum deputatis, ut bene, & diligenter exerceant, & adimpleant officia sua circa divinum cultum, præterea quia scimus, & firmiter tenemus, quod Archipresbyteri, Canonici, & capellani Ecclesiæ Veronæ pro tempore præterito, ac in præsenti in beneficiis, & capellis institutis, ac dotatis in eadem Ecclesia Veronæ de bonis suis eis à Deocollatis adeo assidui ac devot . . fuere, ut evidenter apparet, & cognoscimus non dubitantes in futurum devotius, ac studiosius erunt intenti, ac Ecclesiæ nostræ Veronæ, & cultus divini zelatores. Ideo nos volentes animare præfatos DD. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ nostre Veronæ circa perseverantiam, & perfectionem prædictorum auctoritate nostra Pontificali ordinaria, ob merita ipsorum et de mera nostra liberalitate, ac ex certa scientia, damus, concedimus, et donamus præfatis DD. Archipresbytero, Canonicis, et Capitulo Ecclesiæ nostræ Veronæ jus præsentandi ad dictum officium Thesaureriæ clericum idoneum, & sufficientem nobis, & successoribus nostris, quibus jus admittendi, confirmandi, & investiendi cum ipso officio reservavimus, & retinemus, & tenore præsentium sic facimus, ordinamus, et constituimus, in quorum omnium testimonium, & evidentiam clariorem præsentes litteras fieri jussimus sigilloque nostro muniri. Acta, et publicata sunt omnia, et singula suprascripta in Ecclesia nostra Cathedrali die quinto mensis Julii anno à Nativitate Domini 1454. Indictione &c. præsentibus, &c. & Jacobus de Burgo de Cremona notarius, & cancellarius præfati Domini Episcopi Veronæ fuit rogatus, &c.

Reformatio, & additio antescriptæ institutionis Thesaureriæ.

Sacrorum Canonum conditores, & patres licet suis temporibus ipsos descripserint, non tamen diversitatem rerum, & conditiones prævidere potuerunt, nec talis ac tanti sensus fuerunt, ut successoribus suis omnis difficultas tolleretur novas constitutiones aliquando correctivas, aliquando suppletivas, & declarativas condendi, & cum hæc fierent regulam adhibere non potuerunt: mirum namque, sive indignum judicari non debet si temporibus nostris aliqua disposita, & ordinata ad sedandum quæ oriri possunt, & oriri videntur in Ecclesia nostra Veronensi propter novam creationem officii Thesaureriæ in ipsa Ecclesia Veronensi, cujus officii Rectori instituto concessum, & indultum erat per nos, & venerabiles egregios viros D. Archipresbyterum, & Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Veronæ, ut posset deferre Almutiam de dorsis variorum suffultam de zenduli azuro sive de Schilatis, renoventur, & declarentur. Considerantes igitur, videntes, & intelligentes quod ex delatione ipsius Almutiæ de dorsis variorum hæc proveniant cum propter talem delationem Almutiæ de dorsis variorum nec non altera cognoscentes, fuerit ille Thesaurarius tentus, & reputatus Canonicus Veronæ, quod per cognoscentes reputatum fuit in diminutionem honoris Canonicorum præfatorum. Quare nos Hermolaus Barbaro Episcopus Veronensis volentes, & intendentes semper omnem honorem præfatorum Dominorum Canonicorum potius augere quam diminuere, cupientesque opere, & actu demonstrare, æquum, & rationabile fore judicamus hanc concessionem Almutiæ, ut præmittitur, limitare, & moderari ut infra de consilio, ac consensu venerabilium, & circumspectorum virorum D. Archipresbyteri, & Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Veronensis patronorum dicti officii præsente, & consentiente pro se, & successoribus suis venerando viro D. Antonio Beccaria Thesaurario instituto ad dictum officium. Dicimus deliberamus, & ordinamus, & declaramus præfatum institutum ad officium Thesaureriæ prædictæ quod de cætero non deferat, nec defferre possit Almutiam de dorsis variorum etiam fodratam de zendali azuro.

Volumus autem, & concedimus, & ordinamus quod possit defferre præfatus Thesaurarius in Ecclesia Veronensi Almutiam de schilatis in totum mansionariis Ecclesiæ nostræ illam etiam defferentibus, & non aliter, nec alio modo, sive tempore, præterea declaramus quod dictus Thesaurarius in processionibus, & alibi non incedat medius inter mansionarios indutos pivialibus, sed incedat cum aliis mansionariis, & semper incedat medius inter digniores non indutos pivialibus. Insuper statuimus, & declaramus quod præfatus Thesaurarius & institutus pro tempore debeat curam, & diligentiam habere circa tabulam missarum in sacristia Veronæ Ecclesiæ deputatam ut ordinarie ac successive sacerdotes & beneficiati missas suas celebrent in Ecclesia nostra Veronensi, quos sacerdotes repertos culpabiles per ipsum teneatur, & debeat D. Archipresbytero, sive debent illos mulctare de ejusmodi defectu denuntiare, et de scandalo sive defectu per eos sacerdotes puniantur. Insuper confirmamus, & approbamus omnia, et singula concessa, et ordinata in dicta institutione, et creatione ipsius officii Thesaurerię, revocando tantumodo quæ ordinata fuerunt de Almutia dorsorum variorum, etc. publicata 28. Aprilis 1458.

Jacobus de Burgo de Cremona Notarius et Cancellarius, etc. infrascriptus.

Infrascriptæ sunt portiones sive clericatus septemdecim assignatæ pro dote suprascriptæ Thesaureriæ.

In plebe S. Zenonis Rupeclaria portio una p. 1.
In plebe S. Blasii de Casaloano portio una p. 1.
In plebe S. Zenonis de Cereta portio una p. 1.
In plebe S. Petri de Nogaria portio una p. 1.
In plebe S. Martini de Leniaco portio una p. 1.
In plebe S. Petri de Porto portio una p. 1.
In plebe S. Mariæ de Ronco portio una p. 1.
In plebe S. Petri in Castello portio una p. 1.
In plebe I. Petri de villa fraaca portio una p. 1.
In plebe S. Stephani de Malseseno portio una p. 1.
In plebe S. Mariæ de Cisæno portio una p. 1.
In plebe S. Martini, de Nigrario portionna p. 1.
In plebe S. Georgii de Illasio portio una p. 1.
In plebe S. Petri de Lavaneo portio una p. 1.
In plebe S. Michaelis de Englario portio una p. 1.
In plebe I. Laurentii de Minerbio portio una p. 1.

Hocce Thesaurariæ officium in cathedrali Veronensi antiquissimum fuisse constat ex Cæsarum privilegiis, nam sub Frierico I. an. 1182. 3. Maii reperitur Marchesius, & sub Othooe IV. an. 1209. 17. Aug. habetur Bonaventura, quibus accensetur hic brevis catalogus eorum, qui ab Hermolai restitutione usque ad nostra tempora eo sunt functi officio, ut cum optimo institutore Episcopo apud posteros eorum perennetur memoria.

1 Parentius presbyter primus in eo officio institutus an. 1454.

2 Antonius Beccaria Veronensis an. 1458. ejus qui omnium eruditorum æque græce, quam latine facile princeps habebatur, cujus meminit Panvinius in antiquit. Veron. libro, & Joannes Ant. Pantheus Veronensis à secretis Hermolai Episcopi in tract. de balneis Calderianis.

3 Franciscus Mazzantius Veronensis per resignationem Beccariæ anno 1572.

4 Nicolaus Superantius Patritius Veoetus, post cujus obitum a Canonicis eligitur

Mat-

5. Matthæus Rufus Prælatus in æde Parochiali S. Thomæ, qui opusculum scripsit erudite de C. Plinii Secundi superioris patria, quo pulchre ostendit fuisse Veronensem, illudque inscripsit clarissimo equiti Justo Leliade Veronensium decori, ipse vero Matthęus ante adeptam possessionem Thesaurarię obiit.

6 Joannes Comes de Æmiliis Canonicus Veronensis à Matthæo Card. Sedunensi Germaniæ, & Longobardiæ legato institutus an. 151 a. Kal. Julii, sed provisio hæc nullum habuit effectum.

7 Victor Superantius Patritius Venetus ad præsentationem Joannis de Aemiliis Capituli procuratoris, instituitur à Marco Card. Cornelio Episcopo Veronensi, cujus erat nepos an. 1519. inde Episcopus Bergomensis.

8 Joannes Comes de Aemiliis, ille idem de quo supra, Victoris successor fuit. Vir erat insignis, ac Maximiliani Cæsaris intimus, nec non Papæ familiaris, Prothonotarius Apostolicus, litterarumque apostolicarum scriptor.

9 Joan. Franciscus Comes de Aemiliis Canonicus Veronensis annis natus tantum 14 patruo sufficitur an. 1533.

10 Fabius Comes de Aemiliis Canonicus Veronensis successit per resignationem, Capitulo Canonicorum assensum, & consensum præstante, post obitum Francisci patrui an. 1595.

11 Marcus Comes de Æmiliis Canonicus Veronensis, coadjutor Fabii patrui cum spe futuræ successionis de consensu Capituli ex dispensatione Apostolica 1609. 20 Julii, licet esset annorum 18. fuitq, admissus post Fabii obitum 21. Augusti 1617.

12 Marcus Antonius Rodulphus Canonicus Veronensis, defuncto Marco, à Capitulo eligitur quinto Julii 1629. qui ab Alberto Episcopo non fuit admissus, hinc appellatio interposita ad Augustinum Gradenicum Patriarcham Aquilejensem Patavii tunc commorantem, ubi & decessit 28. Septemb. 1628. re indiscussa, tandem ad præsentationem Cozzę Cottii Archipresbyteri, Capituli procuratoris investitus fuit ab Octavio Fænicio Canonico Decano, ac Vicario Capitulari, sede Patriarchali Aquil. vacante anno 1630. quo idem Marcus Antonius 11. Septemb. morbo epidemiæ decessit.

13 Marcus Antonius nobili familia de Veritate, olim Canonicus Veronen. utriusque Signaturæ Referendarius ab Urbano Octavo die 19. septembris 1629. officium Thesaurariæ obtinuit, provisio tamen nullum habuit effectum.

14 Cozza Cottius I.V.D. Archipresbyter Veronensis die 11. Septembris 1630 à Capitulo electus, & à Dominico Uguccione S. Th. Doct. pro Vicario Capitulari, sede vacante, per procuratorem, dum Venetiis commorabatur ob publica Capituli negotia, statim fuit investitus.

15 Marcus de Veritate nobilis Comes, & Archidiaconus Veronensis, M. Antonii nepos, ex permutatione aliquorum beneficiorum Cozzæ Archipresb. consignatorum, officium Thesaurariæ obtinuit an. 1634. 7. Aug.

16 Joannes Madius Canonicus Veronensis die 28. Decembris 1636. per obitum Marci à Capitulo electus, à Marco Justiniano Episcopo admissus, qui hactenus administrat, vir nobilitate sanguinis, & morum integritate illustris.

*Ex App. tom. 9 * 17 Franciscus Minius, Clericus Patavinus, 11. Februarii 1647. Thesanreriam Ecclesiæ cathedralis ex libera cessione Joannis Madii in Romana Curia obtinuit. Hic sub Innocentio X Jo. Baptistæ Lichæ Archidiaconi Veronensis coadjutor cum spe futuræ successionis assignatus, eodem defuncto Archidiaconatus possessionem iniit 15. Kal. Februarii 1651. politioris litteraturæ vir aliqua sui ingenii typis mandavit.

(„ 18 *Andreas Sbadachia, Veronen. Canonicus,* „ *J.U.D. Prothonotarius Apostolicus 1660. 13. No-* „ *vembris ex permutatione, assentiente Capitulo,* „ *Thesaurariā administrandam suscepit. Obiit 1688.*

„ 19 *Michael Sbadachia, superioris nepos, eam* „ *patruo commutavit non dissentiente Capitulo an.* „ *1679. 1. Octobris. Vivit adhuc.*)

Anno 1468. Hermolaus Episcopatus sui, suorumque ecclesiasticorum jura, auctoritate pii Christophori Mauri Venetiarum Ducis accedente, sustinuit, plerosque ad solitum Teloneum Veronensis Ecclesiæ debitum compellit solvendum. Litteræ Ducales asservantur in Prætorio Archivo Veronensi sequentis tenoris.

Christophorus Mauro D.G.D. Venetiarum nobb. & sapp. Viris Marino Maripetro de suo mandato Potest. & Dom Georgio Capitaneo Veronæ, & successor. fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Intellecta supplicatione Reverendi D. Patris Hermolai Episcopi Veronensis petentis ut cum moris, & consuetudinis sit, ita ut memoria hominum non existat in contrarium; Ecclesiam Cathedralem, monasteria, & omnia alia beneficia diœcesis Veronensis continue consuevisse de bonis, & possessionibus earum, aut decimis feudalibus, aut livellariis, dum venduntur, & alienantur per possessores suos duos solidos pro libra denariorum de dictis venditionibus, seu alienationibus recipere, & habere, quod appellatur teloneum; & ita in præsentiarum omnes Prælatos, & beneficiatos in ista civitate, & diœcesi habere, & exigere, finique nonnulli recusantes, & negligentes præfato D Episcopo teloneum prædictum solvere nulla ratione habita admonitionum, & censurarum ecclesiasticorum, dignemur de opportuno remedio providere, visaque responsione vestra, per quam asseritur eutare, tam ex libris Episcopatus, quam publica voce, & fama consuetudinem, qua semper licito, & licitum, est præfato D. Episcopo exigere teloneum prædictum de quibuscunq; feudis, livellis, & possessionibus Ecclesiæ suæ venditis. Hoc est sol. 2. per lib. seu x. pro centenario. & ita en venditionibus factis tempore nostro quorumdam feudorum, qui debitores nostri Dominii tenebant jure institutionis Episcopalis observatum fuisse, & solutum dictum teloneum D. Episcopo in propositum a ducte existimantes per honestam, justam, & convenientem petitionem præfati D. Episcopi, cujus jura, & prærogativa augere potius, quam diminuere vellemus, deliberamus, & volumus, ac vobis mandamus ut observare faciatis dictam consuetudinem, & ad omnem requisitionem dicti Reverendissimi Episcopi sæpe dicti, compellatis omnes, & singulos qui de bonis Episcopatus sui emerint, & in futurum emeat teloneum ipsum, seu sol. 2. super lib. de more solvere, & satisfacere integre R.D. Episcopo præfato, & Ecclesiæ suæ Cath. teneantur volumus quibuscumque non obstan. Has autem ubi legeritis restituetis præfato D. Episcopo, & si ei videbitur ad fut. mem. in actis vestris registrabitis.

Dat. in nostro Ducali Palatio 12. Septembris 1468. *Ind. prima.*

Ab immemorabili enim Veronensis Ecclesia ad tempora usque Alexandri de Imola, pro alienatione feudorum decem pro centenario exigebat, ut ipse testatur Consil. 5. n. 8. l 5 cum tamen de jure communi nihil solvi debeat, vel si æquiparentur feuda emphyteusi, tantum quinquagesima prætendi potest l. ult. c. de jure emphyt. Modo ex voluntaria Cleri Veronensis renunciatione, olim subsequuta die 30. Martii 1538. quatuor tantum pro centenario exiguntur; idem Venetiis servatur vigore municipalium legum quintum quinti exigendo, & dicitur, il Quintilio, quod est quatuor pro centenario. Teloneorum autem redditus per summam pietatem Matthæi Giberti Episcopi operi Cathedralis Ecclesiæ perpetuo fuerunt adjuncti.


Cæterum Hermolaus sub Paulo II. Perusinia jus dixit, aliisque ditionis ecclesiasticæ civitatibus, ut à Pontificibus jussus erat, atque in ulteriore Gallia Legatus fuit. Præfuit utilissime triginta tres annos, decessitque Veronæ die 12. mensis Martii 1471. sepultusque est in Cathedrali ante sacellum Deiparæ Virginis cum hoc epitaphio.

Hic jacet Reverendus Dominus, D. Hermo-

laus Barbarus Epiſcopus Veronę. Qui obiit die XII. Martii MCCCCLXXI.

Maotnæ ad latus portæ eccleſiæ S. Franciſci, quam ille, Pio II. ſedente, cooſecravit anno 1459. in tabula marmorea hæc de illo extat memoria cum ioſigniis eiuſdem Barbati, ac Pii Pontificis.

† Mille quadringenti anni quinquagenta novem
Menſe Decembri erat ſub Jove ſecunda.
Nobilis Antiſtes decus, atque coronaVeronæ
Hermolaus Venetis oriundus Barbara prole,
Hoc pater almo tibi templum Franciſce dicavit.
Cultum unaque Pio Papa præſente ſecundo,
Cardinalibuſque ſuis ter denis, Præſulibuſque
Pluribus, ac cœtu fidei celebrante dietam,
Perpetuo Pius hunc juſte intrantibus ædem,
Septem quadragenas, ſeptem indulxit & annos.
MCCCCLVIIII. die XXVII. Maji PP. venit Mantuam. MCCCCLX. die XIX. Januarii inde receſſit. Andreas lapicida, & Joannes ejus filius ſculpſerunt.



CIX. 108 JOANNES Michael *a* Patritios Venetus, Pauli II. nepos, ab ipſo S. Angeli Card. creatus eſt, Patriarcha Coostantinupolitanus, Patavinus, ac Veronenſis Epiſcopus anoo 1471. renunciatos. De quo, ut ait Panvinius in chron. ad Epiſcopatus poſseſſionem admittendo, acritet à civibus Veronenſibus per ſeptennium dimicatum eſt, aſsere ntibus ſe olim à Venerorum Senatu decretum obtinuiſse, quo cavebatur, ne Pontificis dignitas cuiquam deinceps daretur, qui apud ipſos in civitate noo eſset permanſurus. Verum poſt diurinam concertationem tandem ille voti compos factus, ut ad placandam populi invidiam magnificentiæ ſuæ inſigne aliquod ſpecimen datet, palatii Pontificum Januam in auguſtiorem formam erexit, ſtatuiſq; marmureis, & columnis exornavit, ubi hæc legitur inſcr.

a De eo Ciaconius & Ughel. loc. cit.

Joannis Michael. Veneti Card S. Angeli, & Veronen. Epiſcopi munificentia. Anno ſalutis MDII.

Io baſe dextra.

Deo optimo maximo.
Epiſcopio.
Et Rei P. Veronen.
Matthia Ugonio.
Brix. Vicario.
Curante,

In baſe ſiniſtra.

Prolis. Improliſque.
Par aditus. Diſpar. Exitus.

Ejus etiam diligentia, & Antonii Zenoni Saraceni clerici Veronenſis, litterarum Apoſtolicarum Abbreviatoris, qui ſex clericatus obtinebat, Archidiaconatum, ſecundam dignitatem in Veronenſi Eccleſia vetoſtiſsimam, ut Pontificum, Cæſarumque monumenta teſtantur, iterum reſtituit Sixtus IV. an. 1475. 8. Id Aprilis ſuo diplomate, in quo Veronenſem Eccleſiam ioſignem, & ſamoſam ioter cathedrales illius regionis appellat. Archidiaconi vero, qui priſcis temporibus floruerunt, tum moderni poſt Sixti renovationem ſequentes ſunt, breviori catalogo enunciati ex monumentis capitularibus.

1 Audon. an. 805.

2 Pacificus anno 809. de quo ſupra egimus, & apud omnes ob eximias ejus virtutes clarus.

3 Audo hujus nominis ſecundus, cujus memoria extat in teſtamento Bilongi Epiſcopi Veronenſis anno 847. quo tunc in vivis erat.

4 Eriprandus 922.

5 David 940.

6 Petrus 945.

7 Garimbertus 962.

8 Petrus 968.

9 Almericus 1046.

10 Iſnardus 1079.

11 Otho 1084. hic eſt poſtremus ex antiquis, de quibus extet memoria.

12 Antonius Zeno Saracenus clericus Veronenſis à Sixto 4. inſtitutus. Huic ſtallum in choro, & locum in Capitulo, necnon diſtributiones quotidianas, ut cæteris Canonicis aſſignari idem mandavit Pontifex; nihiluminus Canonici ſe gravatos ſentientes, qua decuit reverentia, ſeſe ita oppoſuerunt, ut Antonios toto biennio, quod fuit reliquum vitæ ſuæ, Archidiaconatus poſseſſiooem aſsequi non potuerit.

13 Leonardum Nogarolam Prothonotarium Apoſtolicum, ſublato e vivis Antonio, idem Sixtus Archidiaconum delegit aono 1477. ſexto id. Maii, qui eadem difficultate oppreſsus toto vitæ ſuæ tempore poſseſſione caruit, obiitq; an. 1488.

14 Daniel Sanſebaſtianus Canonicus Veronenſis litterarum apoſtolicarum ſollicitator, & Innocentiis 8. familiaris Archidiaconus eligitur, idemque Pontifex Canonicatui, & præbendæ perpetuo Archidiaconatum annectit, liberamque illius collationem Canonicis, & Capitulo relinquit; denique Archidiacono pro tempore exiſtenti proximum locum, primam obtinenti dignitatem aſſignavit. Datis litteris 13. Kal Martii 1485.

15 Angelus de Maphæis Prot. Apoſt. ſucceſſit Danieli anno 1504. obiit 1524. ſepultus in Cathedrali ante aram D. Anoonis, una cum fratribus Franciſco, & Hieronymo Canonicis cum hoc Epit.

Nobiliſs. Maphæis D. Franciſco & Herony. Canonicis ac D. Angelo Archidiac. Fratribus Be. me. Helena ſoror. Pient. po. MDXXIIII.

16 Jacubus Gottiſredus 1524. dignitatem dimiſit in manibus Clementis 7. qui unionem ab Innoceotio confectam diſſolvit.

17 Bernardinus Liſca die 5. Julii 1526. Jacobo Gottiſredo Canooico Baſilicæ S. Petri reſignanti ſucceſſit, cujus dignitatis poſseſſionem haud aſsequutus eſt uſque ad annum 1538. biennio poſtquam Hieronymus à Turre Præpoſitoram ſecundam dignitatem aſsequutus erat, quapropter deinde Archidiaconatus tertia dignitas appellata fuit. Cæterum licet à Sede Apoſtolica obtinuerit præcedentiam ſupra Præpoſitum, quemadmodum erat vetuſtis temporibus ſecunda dignitas, nihilominus irritus evaſit conatus, cum Præpoſitus ſua, atque Epiſcopi auctoritate fretus, potenter perpetuo reſtitit. Idemque Archidiacoous nimis diſpendioſis litibus ſatigatus deſtitit, ac tertium locum ipſe, ejuſque ſucceſsores pacifice conſequuti ſunt. Obiit Liſca 1541.

18 Joanoes Carolus Liſca Bernardino patruo ſucceſſit per liberam ejus reſignationem an. 1541. Canonicatum, & Archidiaconatum poſsedit per annos 50.

Jacet in Eccleſia S. Petri in Carnario in tumulo quod ſibi ſuiſque hæredibus paravetat, hoc inſculpto Epit. ad gratam Bernardini patrui memoriam.

R. D. Bernardino Liſchæ Archid. Veronæ hujuſque Eccleſiæ Rectori optimo Jo: Car. Liſca nepos, & Succeſs. ſibi ſuiſque Heredibus poſuit. M.D.LXXXII.

19 Daniel Liſca I. U D. Jo. Caroli ex fratre nepos ſucceſſit 9. Junii 1592. vir in omnium virtutum genere inſignis, Veronenſis Eccleſiæ pro Epiſcopus, ex peſte obiit die 15. Iulii 1630. prædefuncto 5. Nonas ejuſdem menſis, & anni Aloyſio Liſca ex fratre nepote coadjutore cum futura ſucceſſione in Ar-

chi-

cbidiaconatus dignitate, hoc à posteris in marmore lydio insculpto eloglo cum gentilitio stemmate.

Danieli Lisca Patritio Veronensi J.U.D.
Can. Archid. IV. quasi Hæred. donato. Andit. & pro Antist. Patriæ vigilantiss. in sua munia præstando, peste perempto. Id. Julii MDCXXX. Aet. an. LXIV. Fr. Med. & nepot. mæst. P.C.

20 Marcus comes de Veritate adlectus an. 1630. Venetiis obiit die 24. Decemb. 1636.

21 Bernardinus Lisca Danielis ex Flaminio fratre nepos, à Capitulo die 28. Decemb. adlectus, decessit anno 1644.

22 Jo. Baptista Lisca I.V.D. Proth. Apost. ex Canonico Pœnitentiario ad Archidiaconatus dignitatem ascendit 17. Kal. Octob. 1644. Urbani VIII. Pontificis diplomate. Is in omnium virtutum genere versatissimus, profundæ, ac tenacis memoriæ, cui in Mathematicis, Philosophicis, ac Theologicis facultatibus nihil occultum fuit. Annales, jutraque Capituli continuo labore disposuit, cujus virtutes alii recenseant, cum mihi sat fuerit, ejus præcellentem ingenium, & ecclesiasticarum rerum insignem pietatem, animique candorem libasse. Protulit hęc nobilissima Lisca familia, Florentia oriunda, viros & sago, & toga illustres, de qua videndus doctissimus Aloysius in opusculis.

(„ *23 Franciscus Minius ex Coadjutore successit*
„ *Liscæ an. 1651. Obiit 9. Januarii 1694.*
„ *24 Victor Giera, Feltrensis omni eruditione*
„ *conspicuus. ex Vicario generali Petri Leoni Epi-*
„ *scopi Veron. Archidiaconus electus est 15. Martii*
„ *1694. Triennio post se abdicavit in favorē sequētis.*
„ *25 Jo. Baptista à Campanea, Veronensis, ex*
„ *Canonico Archidiaconus dictus est 1697. Vir pieta-*
„ *te conspicuus. Vicarius Capitularis fuit deputatus*
„ *sede vacante per translationem ad sedem Brixien.*
„ *Illustriss. Barbadici. Sibi in Coadjutorem cum fu-*
„ *tura successione ex beneplacito Apostol. suffecit*
„ *Franciscum Suntilia Veronensem, J.U.D. ex Ca-*
„ *nonico S. Barnabæ Præbendario prout ex litteris*
„ *1715. 4. Kal. Aug. qui modo Vicarius est generalis*
„ *viventis Episcopi Grodonici.)*

Cæterum ad Cardinalem Michaelem unde digressi sumus, redeamus. Hic sub Innocentio VIII. contra Ferdinandum Neapolitanum Regem legatus dexteritate plane mirabili toti Italiæ pacem salutarem sancivit. Sed tantæ Michaelis felicitati, ingentibusque tum ex amplissimo patrimonio, tum ex ecclesiastico censu invidiosis opibus intercessit invidia, cum enim Cæsar Valentinus Dux Pontificis nothus, Joannis Cardinalis aviditate jam opes vorasset, fictis criminibus, à patre obtinuit, ut in Adrianam molem conjiceretur, quem carcere deinde detentum per Aeschinum Foroliviensem conscelera tum hominem ejus cubicularium veneno tollendum mandavit die 10. Mensis Aprilis an. 1503. qui postea sub Julio II. nefarii parricidii pœnas dedit, propudiose pendens in furca. Cardinalis vero moriens aureorum 14 millia, quæ in nominibus habebat, in ædificationem Veronensis cathedralis Ecclesiæ legavit. Corpus defuncti Cardinalis sepelierunt apud S. Marcellum, ubi Antonius Ursus Episcopus Agiensis, & sibi, & Cardinali cum statuis, inscriptioneque superbum, & plane visendum sepulchrum erexit.

Card. S. Angeli. Episcopi Aginensis. Joanni Michaelio Patritio Veneto Epis. Portuensi S. Angeli Card. ac Patriarchæ Constantinopol. Pauli II. Pont. Max. Nepoti, qui in rebus arduis Senatoriis maxime eloquentia, integritate, eminentique ingenio præstans, ab Innocentio VIII. in castris contra Ferdinan. Neapolitan. Regem legatus pacem in magnam Italiæ quietem composuit. Obiit anno MDIII. die x. Aprilis, ætatis vero suæ LVII. Antonius Ursus Venetus secretarius Apostol. Episcopus Agiensis familiaris pientiss. sicuti fide, ac singulari amore totius

A *suæ vitæ tempore astitit, ita & in morte ab hac luce gratiss. subjectione inseparatum se videri cupiens, conditorium Domino suo, seque sub illo tumulari testamento mandavit. Qui Innocent. VIII. Alex. VI. Pii III. Julii II. Pont. Referendarius summa integritate, doctrina, religione, justitia vixit annos LXXII. Decessit XXVIII. Sept. MDXI.*
Jacobus Ursus frater Benemerentibus P.

Cæterum Joan. Michaele Præsule Veronam ingressus est die 26. Junii 1488. Fridericus Romanorum Imperator incredibili pompa susceptus, in Episcopium à Clero, totoq; Senatu deductus, magnifico sumptu hospitatus est; sequenti die totius civitatis nomine erudita, doctaque oratione à Justo de Justis cive nobilissimo, jurisque consultissimo salutatus in Germaniam profectus est, cum plures ex clara nobilitate cives equestri ordine decorasset. Superiori anno, forte suggerente Michaelio Præsule pro Canonicis suis Innocentius VIII. suas dedit litteras in
B mandatis Episcopo Tarvisino, ne distributiones quotidianæ in exactione decimarum Canonicis, in magnum divini servitii detrimentum, diminuerentur. Pro hac eadem re scripsit Augustino Barbadico Venetiarum Duce, ut sua providentia, ac bonitate providere vellet, ne in posterum decimæ hujusmodi exigerentur; paruit pius Dux, statimque ad suos Veronensis civitatis Rectores scripsit in hunc modum, quem vides post litteram Innocentii.

Innocentius PP. VIII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Superioribus diebus Venerabili fratri nostro Episcopo Tarvisino Oratori nostro in mandatis dedimus, ut cum exactio decimarum pro quotidianis distributionibus a Canonicis, & Clero Veronensi sine diminutione divini cultus, & Dei offensa fieri nequeat, apud nobilitatem tuam omni studio procuraret, quod exactores decimarum ab hujusmodi exactione quotidianarum distributionum, quæ pro laborantibus, & divino cultui die, noctuque interessentibus distri-
C *bui consueverunt, se penitus abstinerent, & cessarent, cumque id summopere desideremus pro exoneratione conscientiæ, æquitateque, ac hujus sacræ Sedis honore, tibi quoque id scribendum duximus, quoniam pientissimum esse, ac bonorem ipsius Dei præcipuum noscimus. Quare nobilitatem tuam requirimus, & hortamur, ut huic desiderio nostro libenter acquiescat, & ita providere velit pro sua bonitate, & integritate, quod decimæ pro quotidianis distributionibus hujusmodi nullo pacto exigantur, neque earum debitores molestentur, in quo sua nobilitas obsequium Deo faciet acceptum, & nobis rem gratissimam.*

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 28. Decemb. 1487. Pont. nostri anno III.

Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux Venet. &c.

Nobilibus, & sapientibus viris Marino de Garzonibus, de nostro mandato Potestati, & Joanni Gabriel Capitaneo Veronæ, & successoribus suis fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Reverendissimus Dominus Nicolaus Episcopus Tarvisi-
D *nus, & legatus Pontificis ad præsentiam nostram non parum indoluit, quod nuper exactor decimarum exigere vult decimas a Canonicis, & Clero istius civitatis pro distributionibus suis quotidianis, id ipsum etiam nobis exposuit Reverendus Dominus Philippinus de Mileis Canonicus istius civitatis nomine Capituli Veronæ, & totius Cleri, de qua re non parum admirati fuimus, quoniam, ut optime scire debetis, nunquam voluimus de istis quotidianis distributionibus, quæ eleemosynæ essent, & pro animabus defunctorum institutæ sunt, ut divina officia, & missę celebrentur, accipiantur decimæ; immo in quibuscunque aliis terris, & locis nostris hoc fieri noluimus, neq; volumus. Idcirco vobis expresse, & efficaciter mandamus ut ad vos accersatis dictum exactorem, & ei mandetis quod nihil exigere debeat a Canonicis, & aliis clericis pro quotidianis distributionibus, & piis eleemosynis; & si quid per eum exactum, seu intromissum esset occasione prædicta, immediate restitui,*

&li-

& liberare debeat, quia haec est intentio, voluntas & dispositio nostra. Has autem ad futuram memoriam registrare facite, & registratas praesentanti restitui.

Datum in nostro Ducali palatio die 12. Decembris Indictione 7. MCCCCLXXXVIII.



CX. 109 MARCUS Cardinalis Cornelius a anno 1503. die 24. Novemb. Veronensis Episcopus declaratus est ab Alexandro VI. sequenti vero anno mense Novemb. solemni ritu primum ingressum fecit, cujus magnificentiae pompam describit Hieronymus Curte 2. p Hist. Veronen. Orationem habuit civitatis nomine Leonardus Cipolla spectatę virtutis vir. De Marco vero haec Panvinius in chron.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3 col. 200.

B *Hic Episcopatum nostrae urbis annos 23. & menses fere 3. obtinuit, a Julio Papa 2. Diaconiam S. Marię in via lata, priore dimissa obtinuit. Primus omnium sub Clemente 7. ex Archidiacono S. R. E. Archipresbyter tit. S. Marci, deinde Episcopus Albanus, & novissime Praenestinus factus est. Cui in Episcopatus nostrae urbis initio in adipiscenda reddituum possessione per cives Veronenses eadem, quae & Joanni Michaelio objecta difficultas est, quam prebello sustulit Georgius Cornelius pater, qui forte fortuna tum praefecturam militarem in urbe nostra gerebat. Is filio suffragari cupiens, primos civitatis senatores, eosque maxime quos obstinatius illi adversarios perspiciebat, seorsum primo singulos, tum universos comiter, blandeque appellans, ac quibus essent filii ad ecclesiastica munera natura propensi, habilesque, in certissimam eos conciliando eum illis a Marco filio opimorum sacerdotiorum spem erigens, si eum Romam sequerentur, vincente publici commodi rationem privati lucri spe, haud magno negotio cunctos induxit, ut de rejiciendo illo quod tantopere antea objectarant, senatus Veneti prorsus decreta contempserint. Ceterum hoc eo tolerabilior plerisq; visus est fuisse Georgii aestas, quod summa fide promissa omnibus exsolvit siquidem nemo fuit ex nostratibus adolescentibus, qui Romam Marcum sequuti sunt, qui non opimis sacerdotiis ditarentur. Marcus interim Episcopus relictam testamento a Michaelo pecuniam quum exegisset, ex ea fornices, postremasque columnas cathedralis Ecclesiae duas aedificavit, sacrariumque elegantissimum condidit. Ab ipsomet Pontifice instituta est mensa illa, quae de ejus nomine Cornelia hodie appellatur. Caeterum post Clementis VII. Pont. Max. creationem quum grassante maxime in urbe pestilentia propinquorum precibus Venetias evocatus esset, ex vehementi itineris agitatione febri correptus, ibidem non longe post adventum suum decessit 7. Kal. Augusti anno Domini 1524. cadaver sepultum ad S. Georgium majorem. Fuit etiam aliquando Viterbii, vel ut nunc dicitur patrimonii legatus.*

Haec ille de Marco Cornelio. Adiiciemus nos hic Cornelianae mensae erectionis nobile monumentum una cum Leonis Pontificis confirmationis ejusdem diplomate, quod ex tabulario Capituli exscriptum summa fide, mihique transmissum tenoris sequentis.

Marcus, miseratione Divina, sac. sanctę Rom. Ecclesiae S. Mariae in Porticu Diac. Card. Cornelius, Episc. Veron. & Comes.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam domum Dei nostri decet sanctitudo in longitudinem dierum, & species decoris ejus in vestitu deaurato, dum circumamicta varietate multorum filiorum ex Tribu Levi in circuitu mensae Domini, ornata consistit. Ea propter, Nos, qui paulo ante sponsam, & Ecclesiam nostram Veron. inter omnes totius Italiae Ecclesias ministrorum frequentia praecellentem, Domino disponente visitavimus, pie animadvertentes inter caetera, quod licet Ecclesia nostra, Canonicorum dignit. personatorum, mansionariorum, capellanorum, acolytorum, & clericorum, ac officialium amplissimo numero, quandoque refulgeat, & in dies Domino favente repleatur. Attamen Divini amoris frigescente fervore, pauci admodum ex tam grandi numero reperiuntur, qui Dei Spiritu ducti, Ecclesiam ipsam divinorum tempore frequentare curent, nisi aliqua temporali retributione alliciantur. Quod proh dolor, persaepe contingit, ut vix septem reperiantur, qui horis diurnis in choro dictae Ecclesiae assidue interesse, easque decantare, seu celebrare dignoscant. Cupientes igitur, quanto cum Altissimo possumus pia aliarum circumstantiam Ecclesiarum Cathedralium aemulatione excitare hanc frigescentem negligentiam aliquo deservientium subsidio temporali, & nostris temporibus pro jucundo adventu nostro memoriam aliquam specialem cum divini cultus augmento, & stabilitate perpetua relinquere. Invocato Sancti Spiritus suffragio ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & gloriosissimae semperque Virginis Mariae, sub cujus invocatione, & patrocinio Ecclesia ipsa consistit. Habito prius colloquio, ac multiplici, & maturo tractatu, consilio, consensu pariter, & assensu Capituli Ecclesiae nostrae praedictae hac inviolabili, & perpetuo valitura constitutione sancimus, quod in dicta Ecclesia nostra cathedrali amodo jam antea erigatur, erectaque esse intelligatur, & ita omni meliori modo, via, forma, & causa, quibus melius, validius, & efficacius possumus, & debemus, sub invocatione sancti Spiritus erigimus in dicta nostra Ecclesia Cathedrali Veronae, unam mensam distributivam quotidianarum comm. quam ex nunc, prout ex tunc, & e contra perpetuis futuris temporibus mensam Corneliam appellari, & ad meliorem

C *aemulationem denominari volumus. Cui quidem mensae sic, ut supra erectae de consensu pariter, & assensu dicti nostri Capituli ex nunc prout ex tunc, & e converso, applicamus, & aximas, annectimus & incorporamus omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus anniversariorum quorumcumque tam in Ecclesia nostra, quam in ecclesia S. Helenae existentium, relictorum praesentium, & futurorum. Ita ut de caetero per massarium, qui per tempora erit dictae mensae exigantur, dividantur ut infra. Hoc tamen addito pro pacto, & obligatione expressa: Quod dicta omnia, & singula anniversaria describantur, & perpetuo descripta remaneant in una notabili tabula in membranis in sacristia Ecclesię praedictae nostrae. Et quod suis diebus, & temporibus, prout occurrunt, celebrari perpetuo debeant modo, & forma, ac ordine quibus fuerunt relicta; quodque celebrantes presentes sint, & esse debeant, tam Canonici, quam mansionarii, & capellani antedicti, & qui non interfuerint punctentur, ita quod pro missa, & horis Canonicis illius diei, nihil de mensa praedicta participare possint sub poena anathematis, & maledictionis aeternae cuicumque contrafacienti, & aliquid de dicta mensa de illo manu, quo non interfuerint anniversario quicquam de dicta mensa participare possint, insuper attendentes, quod mensa acolytorum fructus non parum, Domino largiente, augumentati sunt; eamdem mensam acolytorum, seu ejus massarium pro ea teneri volumus ad dandum, & solvendum mensae Corneliae annis singulis ducatos quinquaginta perpetuis futuris temporibus, pro augmento dictae novae mensae Corneliae, quos pariter eidem mensae novae unimus, annectimus, & incorporamus.*

Et ne mensa ipsa acolytorum ex hoc detrimentum multum patiatur, volumus, & tenore praesentium statuimus, quodam modo in antea dicta mensa Corneliae duodecim capellani acolyti, qui fuerint, & sint ad nutum commovibiles, habeant, & habere debeant pro eorum salario ducatos decem, & octo tantum,

& ni-

& nihil ultra, cum ex distributionibus dictæ mensæ Corneliæ multo plus lucrari possint, quam eisdem subtrahatur. Propterea animadvertentes quod si fuerint uberiores fructus dictæ mensæ eo magis incitabitur frequentia ipsorum residentium. Eidem ergo mensæ applicamus, unimus portiones clericales triginta sex, quas ex nunc, cum sint portiones non habentes præbendas distinctas, sed in unum corpus confusas in infrascriptis plebibus diœcesis Veronen. auctoritate nostra ordinaria, hoc in nostro jucundo adventu juxta juris, & sacrum Canonum dispositionem, & ita meliorabilem, ac semper laudabilem approbatam hujus nostræ Episcopalis sedis consuetudinem, de novo creamus, & erigimus, aliisque portionibus infrascriptarum dictarum plebium accumulamus, & aggregamus cum illismet emolumentis, præeminentiis, fructibus, redditibus, & proventibus, quos, quas, & quæ aliæ antiquæ dictæ portiones habent, & habere consueverunt. Unam videlicet in plebe s. Petri in castro Veronæ, unam in s. Martini de Nigrario, unam in s. Floriano de Semente, unam in s. Georgio vallis Pulicellæ, unam in s. Maria de Montorio, unam in s. Brittii de Lavaneo, unam in s. Georgii de Illasio, unam in s. Martini de Triniaco, unam in s. Mariæ de Collignolla, unam in s. Laurentii de Suapio, unam in s. Petri de Porto, unam in s. Laurentii de Minerbio, unam in s. Joannis Baptistæ de Bonadico, unam in s. Firmi de Bodolono, unam in s. Blasii de Casalavono, unam in s. Zenonis de Cereta, unam in s. Martini de Leniaco, unam in s. Michaelis de Englario, unam in s. Zenonis de Rupeclaria, unam in s. Ambrosii de Tomba, unam in s. Petri de Iasula Porcaria, unam in s. Mariæ de Roncho, unam in s. Petri de Joberto, unam in s. Petri de Villafranca, unam in s. Laurentii de Nogarollis, unam in s. Petri de Nogaria, unam in s. Zenonis de Vigasio, unam in s. Martini de Sallezzolis, unam in s. Mariæ de Caprino, unam in s. Stephani de Malsesino, unam in s. Mariæ de Cisano, unam in s. Martini de Lazisio, unam in s. Andreæ de Summacampanea, & unam in s. Petri de Valleggio. Volumus ergo, & statuimus, ac ordinamus quodammodo in antea per omnes, & singulos Canonicos, mansionarios, & capellanos, dictæ Ecclesiæ de eadem mensa participantes, & qui imposterum modo quo infra participabunt singulis annis ultima hebdomada adventus Domini nostri Jesu Christi ad bussolos, & ballotas, & non aliter, nec alio modo eligatur unus massarius, qui non sit Canonicus, sed alius de numero participantium de dicta mensa, qui per nos, vel successores nostros, vel Vicarium generalem Episcopatus Veronæ, si repertus fuerit idoneus, confirmetur, & in ejus manibus corporaliter tactis scripturis, juret, de bene, fideliter, & diligenter exercendo officium suum, tam in exigendo, quam in solvendo, ac bonum, & legale computum tenendo, & omnem possibilem utilitatem dictæ mensæ faciendo; & qui infra tres dies tunc immediate sequentes, unum fidejussorem, fide & facultatibus idoneum præstare teneatur. Alioquin dicto triduo elapso, & ipso, sicut supra non fide jubente, talis electio, & confirmatio, cum inde secutis, nullius sint valoris, & momenti, sed alius statim abballotetur, & confirmetur, ac juret, & fidejubeat ut supra. Qui quidem massarius habeat pro salario suo exigendi, solvendi, ac bonum computum tenendi ducatos duodecim quolibet anno, & librum bonum facere teneatur, ac statim citato altero massario librum suum in rationaria Episcopatus Veronæ consignare debeat, sine tamen aliquo stipendio rationatorum Episcop. Veronæ. Eidem ergo mensæ Corneliæ applicamus, unimus, & incorporamus legatum quondam Domini Jacobi Canonici Veronen. & Domini Joannis de Abbatia ejusdem fratris. Quod quidem reliquit, & dispensari consuevit inter eos, qui interessent primæ missæ B. Virginis Mariæ, quæ in cantu in dicta Ecclesia cathedrali quotidie celebrari ad altare ejusdem Immaculatę Virginis consuevit, & quotidie in hodiernum usque celebratur. Ita tamen, quod dicta missa perpetuis futuris temporibus hora consueta ad dictum altare decantari debeat per acolytos, & quatuor ex capellanis acolytorum duos, videlicet pro quoque choro, qui per turnum eidem missæ, quatuor videlicet, & qualibet hebdomada interesse teneantur, & in fine dictæ hebdomadæ a præfato massario mensæ Corneliæ lucrari, & habere debeant ad rationem unius marchetti pro qualibet, qua interfuerunt: acolyti vero denarios quatuor pro quolibet die similiter interfuerint, lucrari debeant. Quæ pecuniæ quolibet die sabbati in vesperis, per dictum massarium realiter, & cum effectu, & sub pœna perjurij, solvi debeant, prout lucrati fuerint respective. Cæterum quia par est, quod ubi redditus augentur, servientium quoque numerus augeatur, volumus, una cum dicto nostro Capitulo, ac communi omnium consensu statuimus, & ordinamus, quodammodo in antea recedentibus, vel decedentibus rectoribus quarumcumque capellarum, commendatarum, sive officiorum dictæ nostræ Ecclesiæ, & illis præsertim, qui plures sunt, & plures capellas, sive commendas officia, vel beneficia sub eodem tecto dictæ Ecclesiæ, quod quidem contra apertam dispositionem juris, & Sac. Can. existit, contra quam dispositionem consuetudo contraria, quæ potius corruptella dicenda est a jure improbatur. Nullus de cætero, ultra unam capellam, seu unam commendam, & unum officium habere possit in dicta Ecclesia. Si quis autem contra hujus nostræ constitutionis, & Sac. Can. dispositionem, & decretum, de cætero, & post primam vacationem supradictam contrarium attentare præsumpserit indignationem nostram, & utriusque tam habiti, quam ambiti beneficij prædicti, postea quam possessionem utriusque assequutus fuerit, & per unum mensem possederit, privationem, & inhabilitatem ad beneficia alia cujuscumque ordinis, & qualitatis eo ipso incurrat, ut autem in omnibus purus, & legitimus ordo servetur, & ratio servitiorum habeatur, statuimus, & ordinamus quod de hujusmodi distributionibus mensæ Corneliæ participantes, seu participare volentes singulis quibuscumque horis Canonicis, videlicet, matutini, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, missę, vesperis, & completæ personaliter, & per se ipsos, videlicet intitulati tantum non autem substituti, vel subrogati interesse, & deservire debeant, alias autem nihil de ipsis distributionibus lucrentur, nec de eis fieri gratia, aut donari, concedi, seu quoquomodo remitti possint sub pœna anathematis cuicumque contrafacienti, tam donanti, remittenti, quam permittentibus, vel recipientibus ad restitutionem teneantur, nec fructus suos facere intelligantur, quodque a nullo, nisi plena, & integra restitutione facta absolvi possint, seu quoquomodo valeant. Et ne in futurum controversia aliqua super hujusmodi distributionibus oriri possit, volumus & præsentium tenore decernimus, quod post præsentem erectionem nominari, & describi debeant omnes Canonici dignitarij, mansionarij, capellani, officiales dictæ Ecclesiæ, seu eorum præbendæ, dignitates, canonicatus, capellaniæ, officia, vel beneficia participantium, seu participare debentium. Et licet majoris, dignioris que gradus clerici, & prælati, majoribus redditibus per honorari de jure debeant. Attamen considerantes tenuitatem dictæ mensæ Corneliæ quod DD. Canonici, & dignitarij Ecclesiæ habeant mensam distributionum Canonicalium gratia Dei, satis pinguem, & amplam, volumus, & de ipsorum Dominorum Canonicorum, Capitulum consensu, & assensu statuimus, & ordinamus, quod ipsi Domini Canonici, & dignitarii, qui sunt, & per tempora erunt de Capitulo Dominorum Canonicorum, si & in quantum interfuerint divinis officiis in ipsa Ecclesia Cathedrali diurnis pariter atque nocturnis, videlicet matutino, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, missæ, vesperis, & completorii, & non aliter, nec alio modo, lucrentur, & lucrari debeant dimidium ejus quod lucrabitur, seu lucrari debebit, unus mansionarius, sive capellanus, vel officialis dictæ nostræ Ecclesiæ de distributionibus dictæ mensæ Corneliæ, & non ultra. Ut puta si unus capellanus de dicta mensa

lucra-

lucrabitur duos marcellos quoque die, quod Canonicus, vel dignitarius unum tantummodo marcellum de dicta mensa Cornelia lucrari debeat, & quod respectu dictae mensae Corneliae non possit alicui fieri gratia, nec donari aliquod tempus de residentia, ut puta, unum vel dues menses & prout quandoque fecerunt, & facere consueverunt praefati Domini Canonici de distributionibus sais Canonicalibus, & hoc sub pœna anathematis cuicumque contrafacienti, quam eo ipso incurrat, nisi forte aliquis eis essent infirmi; quia tunc participare poterit, licet absentes, vel aliter in casibus a jure expressis, & in quibus absentes pro praesentibus reputantur. Ut autem ordo in praemissis distributionibus servetur, & ut pro mesitis unicuique quod suum est tribuatur. Statuimus, quod singulo quoque mensae duo ex mansionariis, vel capellanis dictae Ecclesiae participantibus de dicta mensa Cornelia, unus videlicet pro quoque choro per turnum eligantur & deputentur ad punctandum omnes, & singulos Canonicos, & dignitarios, mansionarios, capellanos, & officiales, qui per tempus, & tempora divinis interesit, & qui affuerit. Etiam jurare teneantur in manibus Vicarii nostri, & in manibus Domini Archipresbyteri majoris dictae Ecclesiae, quod bene diligenter, & fideliter omnes deficientes punctabuntur. Reputabuntur autem absentes omnes illi, qui post cum psalmum matutinorum, & quarumlibet horarum Canonicorum, & post omnes Kyrie eleison missae in choro cum aliis non interserint. Et ita volumus, quod pro illa hora, sive pro illis horis, aut matutino, vel missa, quibus sicut supra dicto tempore non interfuerint punctari, & pro absentibus reputari debeant, licet postea usque ad finem dictarum horarum, matutini, & missae perseverarent. Reservata tunc nobis, & dicto Capitulo nostro de communi omnium consensu nostri, & non aliter aliquid dictis sic ut supra non venientibus, & postea usque ad finem perseverantibus de dictis distributionibus largiendi. Et similiter volumus, & mandamus punctari, & pro absentibus ceputari, & haberi omnes eos, qui non persevecaverint a principio usque ad totalem finem matutini p. ter. sextae nonae, missae, vesperarum, & completorii, quacumque consuetudine, vel corruptella in contrarium non obstante. Participantes vero, seu participare intendentee de dicta M. Cor. sunt infrascripti Reverendus D. Archipresbyter, qui pro tempore fuerit, officium Thesaurariae, Mansionaria s. Augustini Man. s. Ambrosii, Mansionaria s. Hieronymi, Mansionaria s. Gregorii. Duo beneficia D. Jo. de Piscina, vid. s. Michaelis, & s. Jo: Baptistae, Beneficium D. Bartholomaei de Brospio, Beneficium D. Apollonii. Beneficium D. Boldutii. Beneficium D. Augustini de Fontana. Ben. D. Carlotti. Ben. D. Jo: de Maphaeis: quattuor benef. D. Bonifacii de Cellulis. Benef. D. Jo: de Servideis. Benef. nn. Justi. Beneficiati quinque in Collegio s. Helenae: Benef. s. Andreae: Benef. Domini Ottonis. Benef. s. Jo: ad Fontem; sex Benef. DD. della Scala. Duo benef. Domini Barth. Carthularii. Benef. Domini Gabrielis de Malaspinis. Ben. Domini Zachariae. Ben. e. Agathae. Ben. Domini Zenonis de Colonia. Ben. D. Pauli de Regio. Ben. D. Pastoris Ben. D. Catherinae. Bene. D. Vulphiber. D. Cosmae de Parma Cen. D. Cavogretti. Ben. S. M. Magdalenae Ben. D. Jo: de Grodula, Ben. s. Pauli Vebrali. Bene. D. Pugni. Bene. D. Antonii Malaspinae. Ben. s. Christophori. Ben. D. Nicolai de Regio. Duo beneficia D. Jacobi, & D. Joannie de Abbatia, officium Danistae, officium Pastoralis, officium Diaconatus, officium subdiaconatus. Bene. s. Nicolai. Ben. D. Pauli di Dionysiis. Ben. D. Barcho. di Lentaco. Ben. Dom. Philippini de Aemileis duodecim Capellani qui dicantur Acolyti, & reliqui omnes Capellani, qui de novo creabuntur in dicta ecclesia.

Datum, & Actum Veronae in nostro Episcopali palatio in Camera nostrae solitae audientiae, anno à Nativitate Domini N. J. C. 1505. Indictione octava, die Veneris 28. mensis Novembris, Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Julij di-

A

vina providentia Papae II. anno tertio, praesentibus, & astantibus ibidem R. Patre D. Francisco Mazzantho Archipresbytero dictae nostrae ecclesiae, D. Calisto Montagna, D. Hieronymo de Maphele seniores. D. Nicoldo Placentino, D. Thoma a Campanea, Dom. Georgio de Titionibus, D. Leonardo de Lazisio, D. Joanne de Abbatia, & D. Andrea Cornelio omnibus Canonicis ejusdem Ecclesiae, Capitulum ipsorum DD. Canonicorum integre repraesentantibus, praemissis omnibue, & singulis in dicta nostra pagina, & constitutione contentis, & descriptis una voce nemine eorum discrepantibus, seu contradicentibus, consentientibus, pariterque assenetentibus, nam ad hunc finem, & effectum ibi more solito convocati, & similiter congregati fuerunt. Nec non praesentibus ad haec, & praemissa omnia Reverendis in Christo Patribus D. Antonio Zio, Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopo Calamon. & in dicto Episcopatu nostro Ver. suffraganeo, & Rev D. Matthia Vgonio I. V. D. eadem gratia Episcopo Famagustano, & in

B

eodem Episcopatu Veronen. in spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali testibus adhibitis, convocatis, pariterque rogatis.

In quorum omnium praemissorum, & infrascriptorum fidem, & testimonium praesentes nostras litteras fieri jussimus, & per notarium, & secretarium nostrum infrascriptum subscribi, ac sigillo majoris nostri Cardinalatus quo in similibus utimur, fecimus appensione communiri. Ego Barthol. Merula secretarius praelibati Reverendissimi D. Cardinalis Cornelij pub. Imp. auct. not. quia praemissis omnibus, & singulis idem sic ut praefertur fierent, & agerentur una cum praenominatis testibus praesens fui, & audivi, ideo hoc praesens pub. inst manu aliena fideliter scriptum subscripsi signoque, & nomine meis solitis, & consuetis signavi in fidem, ac robur praemissorum rogatus, & requisitus.

Confirmatio Mensae Corneliae per Leonem X. Pontif. Max.

Leo Episcopus servus servorum Ad perpetuam rei memoriam.

C

Ad ea per quae ecclesiarum, presertim Cathedralium insignium, decori, & venustati, ac illius divini cultus augumento consulitur, favorabiliter intendimus; & his quae propterea provide facta dicuntur, ut firma pespetuo, & illibata persistant, libenter cum a nobis petitur, Apostolici adiicimus muniminis firmitatem. Sane dilectus filius noster sanctae Mariae in Via lata Diaconus Cardinalis, qui Ecclesie Veron. perpetuus administrator in spiritualibus, & temporalibus existit, nobis nuper exposuit, quod alias ipse cupiens divinum cultum in dicta Ecclesia, quae in partibue illis admodum insignis existit, vigere, & augeri, maturo tractatu perhabito de consensu Capituli ejusdem ecclesiae, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac ejus gloriosae Genetricis Virginis Mariae, sub cujus invocatione Ecclesia ipsa dicata existit, honorem, & reverentiam, in eadem Ecclesia unam communem mensam, Corneliam nuncupatam, distributionum quotidianarum ordinaria

D

auctoritate erexit, illique sic erectae omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus quorumcumque. anniversariorum tam in praedicta Ecclesia quam S. Helenae etiam Veron. Ecclesiis fundatorum, & fundatarum ex tunc de caetero per massarium dictae mensae pro tempore existentem, exigendos, & modo infrascripto distribuendas, nec non viginta sex portiones clericales, distinctas praebendas non habentes, sed in unum corpus confussas tu cerete, tum expressis plebibus, seu parochialibus ecclesiis Ver. dioec. per eum de novo erectas, & aliis portionibus dictarum plebium aggregatis, cum illis emolumentis, fructibus, redditibus, & proventibus, quae aliae antiquae portiones habebant, & habere consueverant, perpetuo applicavit. Ac inter alio voluit, statuit, ordinavit, & decrevit, quod omnia, & singula anniversaria praedicta, describerentur, & perpetuo descripta remanerent in una notabili tabula ex membranis in sacristia dictae Ecclesiae Ver. conservanda,

& suis

& suis diebus, prout occurrerent modo, forma, & ordine, quibus relicta forent, perpetuo celebrari, & illorum celebrationi tam Canonici, quam mansionarii, ne capellani ipsius Ecclesiæ Veron. interesse, & qui non interessent, punctari deberent, ita quod pro missa, & horis canonicis ipsius diei, nihil de mensa prædicta percipere possent. Sub pœna anathematis, & maledictionis æternæ per quemcumque contrafacientem incurrenda, nec aliquod pro illo mane, quo anniversario non interfuissent de dicta mensa percipere possent. Et quod massarii mensæ acolytorum ejusdem Ecclesiæ Veron. cujus fructus non parum, Domino largiente augumentati extunt, eidem mensæ Cor. quinquaginta ducatos annis singulis solvere perpetuo tenerentur, & ex tunc de cætero duodecim capp. accol. dictæ Ecclesiæ Veron. qui ad nutum ammovibiles fuerant, & erant, haberent, & habere deberent decem, & octo ducatos dumtaxat pro eorum salario, & nihil ultra, tum ex distributionibus de mensa Cor. nullo modo lucrari possint, quamvis subtraheretur, ne quod ex tunc per omnes, & singulos Canonicos mansio. & cap. dictæ Ecclesiæ Veron. de eadem mensa Cornelia participantes pro singulis annis ultima hebdomada Adventus Domini nostri ad bussules, & ballotas, & non aliter, nec alio modo unus mass. qui non esset Canonicus sed alius de numero participantium de dicta mensa, eligeretur, & per Episcopum Veronæ, vel ejus Vic. si repertus fuerit idoneus confirmaretur. Qui in ejus manibus corporaliter, tactis scripturis, de bene, fideliter, ac diligenter exercendo officium suum, tam exigendo, quam solvendo, & bonum computum, ac legalem tenendo, jurare, & infra tres dies immediate sequentes ex tunc unum fidejussorem, fide, & facultatibus idoneum præstare teneretur, alioquin triduo hujusmodi elapso, & ipso, ut præfertur, non fidejubente, talis electio, & confirmatio cum inde secutis nullius esset valoris, vel momenti, sed alius statim eligeretur, & confirmaretur, qui juraret, & fidejuberet ut præfertur. Ipseque massarius pro sallario suo exigendi, solvendi, & computum hujusmodi tenendi duodecim ducatos singulis annis haberet, & bonum librum facere, & in locum, ac sub modo tunc expresso consignare deberet, quodque prima missa B. M. Virginis, quæ in cantu in dicta Ecclesia quotidie ad altare ejusdem B. V. celebrari consuevit, & celebratur, ac cujus celebrationi interessentibus dispensari consueverunt legatum, per q. Jacobum Canonicum Veron. & Joannem de Abbatia ejus fratrem, factum. Quod idem Marcus Cardinalis præfatæ mensæ Cor. similiter perpetuo applicavit, & appropriavit perpetuis futuris temporibus, hora consueta ad dictum altare decantari deberet per dictos acol. & quatuor ex cap. acol. duo videlicet pro quolibet choro, qui per turnum eidem missæ, quatuor videlicet qualibet hebdomada a præfato massario mensæ Cor. qualibet die, qua interessent cap. videlicet unum marchetum, acolyti vero quatuor denarios monetæ illarum partium, perciperent, quæ pecuniæ quolibet die sabbathi in Vesperis, per dictum massarium ecaliter, & cum effectu sub pœna perjurii solvi deberent, prout respective lucrati fuerint. Et quod cedentibus, aut decedentibus tunc rectoribus quarumcumque capellarum, aut commendarum, sive officiorum dictæ Ecclesiæ illis præsertim, qui plures capellas, sive commendas, officia, vel beneficia sub eodem tecto dictæ Ecclesiæ Veron. obtinebant, nullus de cætero ultra unam Cap. sive unam commendam, & unum officium in dicta Ecclesia obtinere possit, & si quis contrarium fecisset, tam habiti, quam ambiti beneficii postquam possessionem utriusque assequutus fuerit, & per unum mensem possedisset privationem, & inhabilitatem ad beneficia alia cujuscumque ordinis, & qualitatis eo ipso incurrent. Ac quod de distributionibus M. Cor. hujusmodi participantes, seu participare volentes singulis quoque horis Canonicis, videlicet Mat. p. 3. 6. 9. missæ vesp. & completorii personaliter per se ipsos, utique intitulati tantum, & non substituti, vel surrogati, interesse, & deservire de-

A berent, alias autem de ipsis distributionibus percipere, nec de eis gratia fieri, aut illa donari, concedi, seu quoquomodo remitti possint, sub pœna anathematis per quemcumque contrafacientem, incurrenda; & tam donantes, remittentes, quam promittentes, vel recipientes ad restitutionem tenerentur. Nec fructus suos facere censerentur, neque ab aliquo, nisi plena, & integra restitutione facta, absolvi quoquomodo possent. Et ne in futurum controversia aliqua super hujusmodi distributionibus oriri non posset. Quod post præsentem erectionem nominari, & describi deberent omnes Canonici, & dignitatem obtinentes, ac mass. cap. & officiales dictæ Ecclesiæ Veron. seu præbendæ, dignitates, canonicatus, cap. officia, vel beneficia participantium, seu participare debentium, quique Canonici, & dignitates hujusmodi pro tempore obtinentes, cum mensæ distributionem satis uberem haberent, si & quando divinis officiis divinis pariter, ac nocturnis H. Mat. p. 3. 6. 9. missæ Vesp. & Completorii in ipsa ecclesia interessent,

B & non aliter, nec alio modo pertinuerent, & participare deberet unus mansio. massa. seu cap. vel officiales dictæ ecclesiæ de distributionibus dictæ M. Cor. & non ultra, ita, ut singulus cap. de dicta mensa perciperet duos marcellos monetæ illarum partium qualibet die, Canonicus, vel dignitatem obtinens, unum tantummodo marcellum similem de dicta M. Cor. percipere deberet, & quod respectu dictæ M. Cor. non possit alicui fieri gratia, vel donari aliquod tempus de residentia, ut puta, unum mensem, vel duos, aut alios prout interdum facere consueverunt præfati Canonici de distributionibus suis quotidianis, & hoc sub pœna anathematis per quemcumque contra facientem eo ipso incurrenda, nisi aliqui ex eis essent infirmi, vel alias in casibus a jure expressis, & in quibus absentes pro præsentibus reputantur, quo casu participare possent utique non absentes forent, & quod singulo mense, duo ex dictis mansionariis mass. vel cap. de dicta M. Cor. participantibus, unus utique pro quolibet

C choro, per turnum eligeretur, & deputaretur ad punctandum omnes, & singulos Canonicos dignitatem obtinentes, mansionarios cap. & officiales, qui pro tempore divinis non interessent, vel absfuissent, & in manibus Vicarij Episcopi, & Archipresbyteri majoris Ecclesiæ Veron. pro tempore existentium, qui bene, & diligenter, ac fideliter omnes deficientes punctabuntur. Ac quod omnes illi, qui postquam psalmum mat. & qualibet horarum Canonicarum, & post omnes Kyrie eleyson missæ in choro cum aliis non interfuissent absentes reputentur, & pro illa, sive pro illis horis, aut mat. vel missæ quibus, ut præfertur, non interfuissent punctari, & pro absentibus reputari deberent, etiam si postea usque ad finem dictarum horarum mat. & missæ perseverassent. Reservata tum eidem Marco Cardinali, & Capitulo præfatis de communi omnium consensu, & non aliter, nec alio modo potestate, aliquid non venientibus, & usque ad finem perseverantibus hujusmodi de dictis distributionibus largiendi, & similiter quod omnes,

D qui à principio usque ad totalem finem mat. p. 3. 6. 9. Missarum, & Vesp. ac Completorij non perseveraverint, quacumque consuetudine, vel corruptela in contrarium edictarum non obstante, punctentur, & pro absentibus habeantur, & reputentur. Illis qui de dicta M. Cor. participare deberent tunc expressis, prout in quibusdam litteris authenticis ipsius M. Cardinalis desuper confectis, dicitur plenius contineri. Quare dictus Marcus Cardinalis nobis humiliter supplicavit, ut erectioni, institutioni, applicationi, approbationi, statuto, voluntati, ordinationi, & decreto hujusmodi robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de singularum ecclesiarum præsertim Cathedralium insignium decorem, & venustatem, ac in eis divinum cultum vigere, & augere sinceris exoptamus affectibus, litterarum prædictarum tenorem, ac si de verbo ad verbum insertus esset, præsentibus

pro

proexpresse habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem, institutionem, applicationem, appropriationem, voluntatem, statutum, ordinationem, & decretum, prout illa concernunt omnia, & singula in dictis litteris contenta, & inde secuta quæcumque, dummodo licita sint, & honesta, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac illis propterea firmitatis robur adiicimus, illaque firmiter observari debere, decrevimus, supplentes omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui forte intervenerint in eisdem, & nihilominus pro majori cautella, præmissa omnia, & singula, prout per dictum Marcum Cardinalem, statuta, ordinata, & decreta fuerunt, eisdem auctoritate, & tenore, de novo statuimus, ordinavimus, & decrevimus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Tudertin. & Casert. Episcopis, ac dilecto nostro Vicario Veron. fratris nostri Episcopi Veron. in spiritualibus Generali, per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alios, seu alios, præsentes litteras, ubi, & quando, ac quoties expedierit, & quoties pro parte Marci Card. & Capituli prædictorum, ac pro tempore Episcopi Veron. requisiti fuerint solemniter publicatas, eisque in præmissis efficacis defensionis, præsidio, assistentes, faciant auctoritate nostra erectionem, institutionem, applicationem, appropriationem, voluntatem, statutum, ordinationem, & decreta prædicta inviolabiliter observari, & eosdem Marcum Cardinalem Episcopum, & Capitulum, nec non alios, quos præsentes litteras concernunt, illis pacifice gaudere. Non permittentes eos per quoscumque desupee quomodolibet indebite molestari. Contradictores vero per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ Veron. juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, statis, & consuetudinibus, contrariis quibuscumque aut si aliquid communiter, vel divisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo, ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ Approbationis, confirmationis, adiectionis, & mandatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ M.D. 14. pridie nonas Maij, Pontificatus nostri anno II.

Hactenus ordinationes istæ Cornelianæ in viridi suot observantia, divinusque cultus, ac regimen Cathed. Ecclesiæ ab iis peodet.

Sub Marco Episcopo aono 1519. die 29. Aprilis inveotæ sunt Sanctorum reliquiæ in ecclesia S. Nicolai, quorum nomina apte ibidem in base altaris S. Mariæ Magdalenæ ita describuntur.

Flecte oculos supplexque preces hic funde viator,
Nam tegit exiguus numina magna lapis.
Dimidii Andronicæ, Simeonis, Thalelcique
Et divi Asturgi pulvis & ossa jacent.
Corque carens titulo sudaria tincta cruore
Martyriique genus gravinch arta notans.
Sanguis odor crines vitreis servantur in urnis;
Hæc Magdalenæ vota fuere piæ.
Dilecti Christo associæ sunt fragmina busti,
Et cineres quorum nomina sancta latent.
Nazarius divis hanc presbyter extulit Aram
Reddidit & luci quæ latuere diu.

Natale S. Thalalei celebratur 13. Kal. Juoii. Floruit regnaote Numeriano, & in Edessa Ægæorum civitate pro Christo capite truncatus, cujus acta ex Græca lingua in Latioum conversa breviter recitat Bagatta. Eodem item præsidente Marco, Motinæ anno 1504. ad cœlum evoluvit beatus ille vir Hieronymus Vegatorius Veroneosis, Ord. Prædicatorum nobilis alumous, eximiusque verbi Dei concionator, cujus cum laude meminit Leander Albertus. Jacet Motinæ in ecclesia S. Dominici hoc ad tumulum sculpto Epitaphio.

Non est hic tumulus, sed sacellum, nam claudit cineres beatiores. Hic est ille Hieronymus viator, qui lingua potuit disertiore addictos Veneri libidinosæ, Vestæ amoribus obligari castæ. Qui pestes scelerum malignorum mira depulit arte concionum. Auxit qui Mutinam, Pater, Deusque copiæ munere beato. Quod montem Cereris probe vocavit, nam frugum cumulo pereuniore ut mons tollitur ad sereniora. Hinc solvas igitur sacros honores, nam non est tumulus, sed est sacellum.



110 JO. MATTHÆUS Gibertus a nobili Januensi stirpe, Franco Giberto Patre, Panormi natus, atque ad duodecimom usque ætatis annum ibidem educatus, excultusque literis florentissimorum scientiæ laude hominum, sensim ad magna doctrinæ incrementa adolevit, interque ætatis suæ peritissimos nomen collegit. In primis Leoni X. Pont. charus fuit, à quo conferendorum sacerdotiorum præfecturam, quam à beneficeotiæ splendore Datarium nuncupant, accepit, gessitque magna integritate, literatorum hominum rutela, ac amicitia sui seculi celeberrimus, Clementisque VII. intimus consiliarius. à quo ex Abbate Rosarii ad Veronensem Episcopatum evectus anno 1524. die 8. mensis Augusti, possessionem inivit 1527 Februario mense. Apud barbaros milites obses fuit, post memorabilem illam populationem Romanam ab impio Borbone perpetratum; multa adiit discrimina apud hostes, qui territico minarum apparatu aurum a sacerdotibus, quorum arma lachrymæ erant, emungere nitebantur, donec tam ipsum, quam alios ex pia fraude Pompei Card. Columnæ, camini gola evomit ad libertatem. Sed cum eruditum hominem in aula Romana fortuna contemnere videretur, ipse contempta fortona Veronam concessit, ut simol Musas, simulque pieratem excoleret; consuleretque sua bonitate demandatæ sibi provinciæ. A Clemente eo sacro beneficio affectus est, ut cum primum rem divinam in templo Veronensi perageret, omnibus, qui sacris operanti interfuissent, gratuitam noxarum condonationem impertiretur, de qua prærogativa extat exaratum diploma. Sed explicandæ eraot in augustiore theatro Giberti virtutes, quare Clemens in Romana curia variis obeundis muneribus iterum illum admovit, & ad aulam revocavit, & ne interea Veronensis Ecclesiæ res sacra detrimentum ullum acciperet, Joanni Petro Caraffæ olim Archiepiscopo Theatino, ille ipse qui postea Romanus Pontifex fuit, sub Pauli IV. nomine, Veronensis Episcopatus curam administrationemque demandavit, sequentique diplomate ad subeundos labores cohortatus est. CXI.

a De eo Oldoinus in Athen. Ligustico, & Justinianus, de Script. Ligur. p. 354. & Mongitorus in Bibl. Sicula. tom. 1. p. 351. Manfr.

Clemens VII. &c.

Venerabili fratri Joanni Petro Archiepiscopo Theatino sal. & Apost. bened. Quia gratus nobis evenit Venerabilis fratris Jo. Matthæi Episcopi Veron. redditus, piaque in ægritudine nostra visitatio,

inde

inde colligimus, quod eodem tempore allevati paulatim ad incolumitatem regressi fuimus, quod fraternitati tuæ libenter significamus, quippe quam credimus pro tua in nos benevolentia tam esse in nostra convalescentia, quam in infirmitate dolutam, cujus etiam precibus apud Deum adjutos esse confidimus, ut hoc ab eo salutis corporis munus impetrari mereremur. Porro nos tam affecti beneficio præter alia innumerabilia, quæ nobis ejusdem Dei clementia concessit, ut si qua in re possumus grati ei esse tenemur. In pristinas cogitationes, & curas relabimur semper animo nostro infixas, pacem inter Christianos Principes conciliandi, quod quando Nunciis, & literis parum profecimus, nos ipsis expedire nulloque aut periculo, aut labori, vel personæ nostræ propriæ parcere statuimus, ut nihil intentatum relinquamus. Qua in re cum tam personæ nobis dicti Episcopi Veronen. ministerium sit futurum, quantum tua fraternitas non ignorat, cumque suo more nobis inserviendi cupidum solum suæ Ecclesiæ deferendi rationem nihil retrahat, nos quod ejus opera in negotio tam pio, & salutari uti omnino decrevimus, gaudemus nobis opportunam tuæ fraternitatis nunc personæ præsentiarum offerri, in cujus doctrina, prudentia, & religione, plurimum spei, & fiduciæ idem Episcopus merito reponit, qui sane, ut scis, ita in auctoritate, & probitate tua conquiescit, ut longe melius in sua Ecclesia actum iri putat, si per te, quam si per ipsum regatur. Itaque nos pro nostro officio universis ecclesiis debito, nostrisque muneris existimantes, ut idem Episcopus nobis, & universali ecclesiæ inserviens non sit interim de sua sollicitus, fraternitatem tuam omni amore hortamur, Apostolica etiam auctoritate illam regendi, ut Dei in primis nostraque deinde causa, onus dicti Episcopi te præcipue colen. suscipere velis, nullibi enim aut gratius nobis præbere obsequium, aut tui amantiori, quam sit ipse Episcopus, operam dare poteris, nec dubitemus, quin quod tua sponte facere jam cœpisti, sicut audivimus, id etiam libentius prosequaris nostra hortatione accedente, qui sane cupide expectamus pergratumque ate haberi sumus, ut & tui amantissimi, & nobis carissimi hominis curam subeas Veronensis Ecclesiæ, & diœcesis habeas in salute animarum commendatarum, clerum illius regas, mores dirigas, cultui divino studeas, omnia denique sapienter, & pro tuo more gubernes verbo, & prædictarum excites salutari, quos opera exemplo adiuvas vitæ provocasti. Nos interea erga te, & tuos . . . . qui debemus, nec unquam a nobis quicquid in Domino poterimus nostram benignitatem desiderari sinemus, sicut nunc fecimus, quod ipso Episcopo pro vobis petente, quædam vobis liberalissimæ concessimus, quæ tamen vestris meritis, nostroque desiderio longe inferiora judicamus. Datum Romæ &c.

Clara, & grata adeo extitit apud Clementem VII. in rebus gerendis Giberti peritia, & prudentia, ut illum divelli à suo familiari obsequio non sit passus, adeo ut paulo ante quam ad aulam eum revocasset, singulari gratia, & beneficio sit complexus, ad ejus dum in humanis ageret gratiam Veronensem Episcopatum à Patriarchæ Aquilejensis, & Nuntii Apostolici Venetiis agentis auctoritate subduxerit, & Legati Apostolici illum suo diplomate sanxerit, quod hic exhibemus ex copiali, quod extat apud amicum nostrum, una cum quinquaginta aliis tum Clementis, tum Pauli III. brevibus ad Gibertum datis.

Clemens Papa VII.

Venerabili fratri Jo. Matthæo Episcopo Veronen. salutem, &c. Singularis devotionis, & fidei integritas, quam ad nos, & Sedem Apostolicam gerere comprobaris, non indigne merentur, ut illa tibi favorabiliter concedamus, per quæ Ecclesiæ Veronen. cujus regimini præfectus existis, in pacis, & quietis amœnitate præsidere, ac gregem tibi commissum, semotis perturbationibus universis, feliciter regere valeas, et salubriter gubernare. Hinc est quod nos motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblat. petit. instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Ecclesiam prædictam, ac civitatem, & diœcesem Veronen., necnon omnia, & singula in illis pro tempore consisten. ecclesias, monasteria, prioratus, præposituras, dignitates personatus, administratus, officia, Canonicatus, & præbendas, ceteraque bona ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & quorumvis ordinum regularium, cum omnibus, & singulis juribus, & pertinentiis suis, ac bonis mobilibus, & immobilibus quod nunc possident, ac concedente domino possidebunt, ac te qui etiam Prælatus noster domesticus existis, tuosq; Vicarios, officiales, & ministros nunc, & pro tempore existentes, necnon dilectos filios Veron. ac aliarum ecclesiarum Capitula, & prælatos, ac monasteriorum abbates, conventus, ac alia beneficia hujusmodi pro tempore obtinen. necnon universum clerum, & populum civitatis, & diœcesis prædictis ab omni jurisdictione, superioritate, dominio, potestate, visitatione, imperio, correctione, & auctoritate Venerabilis fratris nostri moderni, & pro tempore existentis Patriarchæ Aquilejen. etiam ratione cujuscumque præeminentiæ, vel dignitatis, etiam Cardinalatus honoris sibi quomodolibet concess. vel conceden. ejusque delegatorum, commissariorum, Vicariorum, officialium quorumque nomine nuncupatorum similiter nunc, & pro tempore existentium Nuntij, & cum potestate Legati de latere, & quacumque alia facultate ab eadem Sede suffultis, quandiu prædictæ Ecclesiæ Veron. præfueris dumtaxat, absq; præjudicio cujuscumque exemptionis eidem Ecclesiæ, & pro tempore existen. Episcopo Veronen. quomodolibet concessis auctoritate Apostolica eximimus, & totaliter liberamus, ac quoad omnia, & singula in quibus prædicto Patriarchæ, ejusque jurisdictioni Patriarchali hactenus subereris, & quomodolibet subesse potueris in jus, & proprietatem beati Petri, & Sedis prædictæ, ac sub ejusdem beati Petri, atque Sedis, & nostra spirituali, & immediata protectione suscipimus, nobisque, & successoribus nostris Rom. Pont. pro tempore existentibus, & eidem Sedi dumtaxat immediate subjicimus, ac exempta, libera, suscepta, & subjecta fore, & te, ne alium quam Nos, & successores nostros prædictos in superiorem recognoscere debere decernimus, ita, ut de cetero quandiu dictæ Ecclesiæ Veron. præfueris, ut præfertur, modernus, & pro tempore existens Patriarcha Aquilejen. etiam ratione cujuscumque alterius præeminentiæ, vel dignitatis, etiam Cardinalatus honoris, seu ejus delegati, commissarij, Vicarij, & officiales, aut dictæ Sedis in dominio prædicto Nuntij prædicti præsentes, & futuri, conjunctim, vel divisim, nullo in Eccles. Veronen. ejusque civitatis, & diœcesis, ut in illis nunc, & pro tempore consisten. ecclesias, monasteria, prioratus, præposituras, dignitates prædictas, administrationes, officij, Canonicatus, & præben. ac alia beneficia ecclesiastica, eorumq; jura, & bona, necnon te, aut Vicarios, officiales, vel ministros tuos, seu Capitula, prælatos, Abbates, conventus, cleros, vel populum hujusmodi, aut eorum aliqua sic exempta jurisdictionem, superioritatem dominij, potestatem, visitationem, correctionem, imperium, aut aliam quamlibet auctoritatem ipse, vel alia, seu alios, etiam ratione delictorum, aut domicilij, vel contractorum, seu rei acquisitæ ubicumq; committantur, delictum initietur, contra eos aut res ipsas, seu domicilium consistat exercere, seu excommunicationis, suspensionis, & interdicti, vel quasvis alias sententias, censuras, & pœnas promulgari valeant, sed teneamini tu ac Vicarij officiales & ministri tui coram dicta Sede dumtaxat, vel ejus legatis, aut deleg. spiritualibus, Cap vero prælati, Abbates, conventus, clerus, populus prædicti de se querelam coram te, vel tuis Vicariis, seu officialibus etiam in quavis causa, & instantia, & appellatione, in his, quæ ad ejus Patriarchæ, aut etiam, cum potestate Legati de latere, & quacumque alia facultate munit. Nuntij prædictorum pertinet. in justitia respondere, decernen. omnes, & singulos processus, sen-

tentias, censuras, & pœnas speciales, & generales, quos, & quas contra exemptionem, libertatem, susceptionem, subjectionem, & decretum prædictorum, ac præsentes litteras in sui, & aliorum exemptorum prædictorum præjuditium, seu ejus delegatos, commissarios, vicarios, officiales, aut nuntium prædictos, seu quoscumq: alios, quavis auctoritate fungen. scienter, vel ignoranter contigerit attemptari, irrita, & inania nulliusque roboris, vel momenti existere. Et insuper, ut commissum tibi d. ecclesiæ Veron. pastorale officium facilius, & efficacius exequaris, quo per nos ampliori facultate, & auctoritate suffultus fueris, ultea facultates tibi a nobis tam super jurisdictione etiam in exemptos in tuis civitatibus, & diœc. prædictis exercere, & conferen. per te tanquam nostrum, & Sanctæ Sedis Vicarius omnibus beneficiis etiam regularibus in eisdem civitate, & diœcesi consistentibus, etiam dispositionis Apostolicæ generaliter reservatis, necnon dispensationibus concedon. & alias quomodolibet per quascumque litteras tam sub plumbo, quam in forma brevis concessorum, quorum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, & quas sibi salvas, & illæsas, ac in suis robore, & efficacia plene permanere volumus, & decernimus omnes, & singulas facultates, tam gratiarum, quam justitiarum quomodolibet convenientium, moderno Nuntio in dominio prædicto ab eadem Sede, ac per nos, & super absolutionibus impenden. & dispensationibus, & aliis quomodolibet concessis, & quæ Nuntii ipsius Sedis, qui hactenus in dicto Dominio fuerunt concessæ, ac quibus Nuntii ejusdem Sedis in eodem Dominio pro tempore existentes usi fuerunt, & uti consueverunt, ac dictus modernus Nuntius utitur, quarum etiam omnium, & singularum tenores, & formas, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso inseri forent eisdem præsentibus, & haberi volumus pro expressis. Tibi ita, ut sic illis omnibus, & singulis uti libere, & licite valeas, & in omnibus, & per omnia proinde, & sine ulla differentia, ac si tibi specifice, specialiter, & expresse concessæ fuissent auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & elargimur, ac omnia, & singula facultatum earumdem vigore per te, seu Vicarium tuum, aut omnibus de mandato tuo alias rite pro tempore gesta, facta, concessa, ac inde sequuta quæcumque valida, & efficacia existere, ac plena roboris firmitate subsistere, & suos effectus sortiri, & sic ab omnibus, sublata quavis aliter interpetrandi facultate, censeri debere decernimus. Et nihilominus te in civitate, & diœcesi prædictis ejusdem Sedis Legatum nostrum de fratrum nostrorum consilio auctoritate prædicta tenore præsentium creamus, constituimus, & deputamus. Teque præter pon. qua fungeris Legati nati dignitate, præeminentia, superioritate, auctoritate, & jurisdictione, imperio, & potestate decoramus, honoramus, & insignimus, ac statuimus, & ordinamus, quod tu quamdiu dictæ Ecclesiæ Veronen. præfueris civitate, & diœcesi prædictis ejusdem Sedis Legatus natus existas, necnon in Veronen. prædictam, & alias ecclesias, ac monasteria, prioratus, præposituras, dignitates prænominatas administrationes officia, canonicatus, præben. ac beneficia prædicta, necnon Veronen. ac aliarum ecclesiarum Capitula, prælatos, monasteriorum Abbates, & conventus, necnon ben. hujusmodi obtinen. & universum clerum, & populum civitatis, & diœcesis hujusmodi superioritate, auctoritate, præeminentia, jurisdictione, imperio, dominio, & potestate quibus Legati nati infra limites eorum legationis, utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere possis, & debeas, & ecclesiæ, monasteria, prioratus, præposituræ, dignitates prænominatæ, administrationes, officia, Canonicatus, & præbendæ, beneficia, necnon Capitula, prælati, Abbates, conventus, clerus, populus prædicti ad ea omnia tibi teneantur, ad quæ ecclesiæ, monasteria, prioratus, præposituræ dignitates, personatus, administrationes, & officia, Canonicatus, & præbendæ aliaque beneficia ecclesiastica, infra limites aliarum similium legationum consistentium, ac ecclesiæ, capitula, & prælati, necnon monasteriorum Abbates, & conven-

A *tus, ac alia beneficia hujusmodi obtinen. suis Legatis natis quomodolibet teneantur de jure, vel consuetudine, districtius præcipiendo mandantes Capitulis, prælatis, abbatibus, & conventibus, clero, & populo prædictis, & eorum singulis, ut in his, quæ ad legationem hujusmodi officium, & dignitatem pertinent, tibi eorum Legato nato efficaciter pareant, & intendant; tuisque monitis, & mandatis firmiter obedire, & in concernen. legationis hujusmodi officium, jura, liberum exercitium, honores & emolumenta inviolabiliter adimplere studeant, decernentes præsentes litteras quovis prætextu, seu ex quavis causa etiam necessario exprimenda de nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari, aut quascumque communes, seu liceeae Apostolicas etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, aut etiam constitutionibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, decretis pro tempore concessis revocari, seu illis in aliquo derogari non posse, sed semper validas, & efficaces existere,*
B *ac sibi, & aliis quos ipse præsentes concernunt suffragari, & sic per quoscunque judices, & auditores sublata eis quavis alia judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac si quid secus attemptari contigerit, irritum, & inane fore. Quo circa motu proprio similiter mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per te, vel alios, seu alios præsentes literas in eis contenta quæcumque ubi, quando, quoties expedire contigerit solemniter publicare, ut tibi tuisque vicariis, officialibus, & ministris, necnon capitulis, prælatis, abbatibus, clero, & populo, & aliis prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistere faciant auctoritate rursum te ad hujusmodi legationis natæ officium, illiusque liberum exercitium, necnon ac propterea debitis prærogativis, juribus, præeminentiis, honoribus, superioritate, auctoritate, & potestate, teque ac Capitula, Prælatos, Abbates, conventus, clerum, populum, & alios supradictos, ac eorum singulos exemptione, libertate, acceptione subjectione, & decretis, ac*
C *aliis præmissis pacifice, frui, potiri, & gaudere, non permitten. seu eorum aliquem contra præsen. tenorem, per modernum, & pro tempore existentem Patriarcham Aquilejen. ejusque delegatos, commissarios, & officiales, aut dictæ Sedis etiam cum potestate Legati de latere in dicto dominio, etiam pro tempore existentem Nuntium, seu quoscumque alios, quavis auctoritate fungentem desuper quomodolibet molestari, seu impediri, contradictores in præmissis quoslibet, & rebelles cujuscunque dignitatis, gradus, status, ordinis, conditionis, existat, ac quocumque exemptionis clipeo, vel privilegio gauderi per excommunicationis, suspen. & interdicti, ac alias formidabiles res quibus eis videbitur sententias, censuras, & pœnas etiam pecuniarias eorum arbitrio moderari opportune postposita compescen. ac legitimis super his habendis sententiis, processibus, sententias, censuras, & pœnas super his prædictis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas quoties expedierit iteratis vicibus aggravando. Invocato etiam ad hoc*
D *si opus fuerit auxilium brachii sæcularis non obstantibus præmissis, ac fel. recor. Innocentii Papæ IIII. prædecessoris nostri contra exemptos, decretoque, quod incipit, Volen. necnon Lateranen. concilii novissime celebrati, & quibusvis aliis constitutionibus Apostolicis, necnon Ecclesiæ Aquilejen. & pro tempore existen Patriarchæ Aquilejen. prædicto etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis etiam derogatiuorum derogatiuis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritan. quam decretis, & etiam iteratis vicibus concessorum, & innovatis, & innovantis, quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & præcisa, non autem per clausulas generales idem importorum mentio, seu, quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robo-*

re per-

re permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si Patriarchæ, seu ejus delegatis, commissariis, nunciis, & officialibus prædictis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indultis hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentiæ generales, vel speciales cujuscumque tenoris existentes, per quam præsentibus vel expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de qua cujuscumque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c.

Maximas, diuturnasque contentiones ab initio sui regiminis cum Canonicorum Veronensium Capitulo habuit Gibertus super eorum privilegiis, & exemptionibus, ac pro erectione Præpositurae secundæ dignitatis in Cathedrali, quas tandem, sua pietate, ac prudentia Jo. Petri Caraffæ Archiepiscopi Theatini, & intercessione Andreæ Gritti Venetiarum inclyti Ducis sedavit, ac transegit Venetiis die 5. Januarii anno 1530. Hanc quidem transactionem, quam Gibertinam vocarunt, Clemens VII. in gratiam ejusdem Ducis suo diplomate firmavit, remanentibus sub vetustissimis suis institutis, ac legibus, Canonicis, summaque pace deinde per aliquod tempus ab utraque parte servata. Hujusmodi vero transactio, & Clementis confirmatio, his verbis conceptæ fuere ab exemplaribus fideliter exscriptæ.

Transatio Gibertina.

In nomine Domini. Amen. Noverint universi, ac singuli præsentis publici documenti seriem inspecturi, lecturi pariter, & audituri, quod anno nativitatis ejusdem Domini Nostri Jesu Christi 1530. Indictione tertia, die vero Mercurii 5. mensis Januarii. Cum dudum exorta, ac versa fuerit controversia (ut etiam quandoque inter Patrem, ac filios evenire solet) inter Reverendiss. in Christo Patrem D. Joannem Matthæum Giberium Episcopum Veronen. ac Reverendos Patres Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Veronen. de, & super observantia, seu circa observationem privilegiorum apostolicorum, immunitatum, & exemptionum præfati Capituli, & deinde occasione cujusdam dignitatis, seu denominatione Præpositurae erectæ in dicta Ecclesia per præfatum Reverendissimum D. Episcopum auctoritate apostolica, quæ causa tam in Romana curia, & adjutorio causarum sacri palatii apostolici, quam in partibus, & in civitate Mantuæ coram certis Commissariis Apostolicis deducta, & diversimode tractata fuit, in quæ præfatus Reverendissimus D. Episcopus in assertam contumaciam, præfatorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli reportavit contra ipsos, & in sui favorem quasdam sententias rem judicatam, & executoriales circa dicta privilegia, exemptiones, & jurisdictiones, seu circa illorum observantiam, pariterque circa controversiam dictæ Præpositurae obtinuerat quasdam litteras apostolicas in forma brevis, ac illarum prætextu procedi contra dictos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum ad nonnullas censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac pecuniarias etiam privationis, & inhabilitationis aliasque, ut in actis, causa, & causarum hujusmodi plenius dicitur contineri. Ita quod demum hujuscemodi controversia pervenerat ad aurem Serenissimi D. Ducis, & Illustrissimi Dominii nostri Venetiarum non sine displicentia sublimitatis suæ, quæ satagens pacem, & tranquillitatem in cunctos subditos suos, etiam ecclesiasticos, & ab obviandum scandalis, quæ verisimiliter succedere possent ex progressu dictæ controversiæ, benigne exhortatus fuit utramque partem ad pacem, & concordiam, & partes ipsæ pertæsæ litigiorum effectus ad obsequendum prefato Illustrissimo Dominio, ac ad ædificationem, & bonum exemplum totius civitatis Veronę intercedente etiam Reverendissimo in Christo Patre D Joanne Petro Caraffa Episcopo Theatino ad quem fuerant a præfato Illustrissimo Dominio remissæ, & qui favente divina gratia pacatis controversiis ipsos ad pacem, & charitatem compescuit, annuerunt quam libenter tranquillitati, & concordiæ ut infra. Ea propter coram præfato Illustrissimo Dominio, ac in præsentia præfati Reverendissimi D. Episcopi Theatini amicabilis compositoris personaliter constitutæ dictæ partes, scilicet Reveren. & eximius juris utriusque doctor Dominus Pamphilius Rasminus assertus procurator, & commissus, ac procuratorio nomine præfati Reverendiss. in Christo Patris D. Joannis Matthei Giberto Episcopi Veronensis, pro quo promittit, quod Dominatio sua approbabit, & ratificabit præsens instrumentum, cum contentis in eo quandocunque ex una, & Reverendiss. D. Franciscus Mazzante Archipresbyter, Antonius de Madiis, Alexander de Morandis, & Bernardinus Lisca Canonici præfatæ Cathedralis Ecclesię Veronensis habentes vocem in Capitulo, ut dixerunt, & agentes pro se ipsis propriis nominibus, ac tamquam procuratores, & sindici reliquorum DD. Canonicorum, & Capituli prædictorum ejusdem Ecclesiæ Veronensis, prout de suo mandato dixerunt apparere publico procurationis instrumento exhibendo quandocumque, & pro quibus similiter de rato promiserunt, quod approbabunt, & ratificabunt præsens instrumentum cum contentis in eo quandocunque, ac dictis modis, & nominibus ex altera parsibus, salvis tamen, ac reservatis beneplacito consensu, & confirmatione Apostolicæ Sedis ubi opus foret, ac omni meliore modo, quo potuerunt, & possunt devenerunt ad hujusmodi amicabilem compositionem, transactionem, pacta, & concordiam, ut infra videlicet. Primo quod præfatus Reverendissimus D. Episcopus Veronensis, qui tamquam bonus pastor cupit potius oves colligere, quam disperdere, debeat, & sic præfatus D. Pamphilius ejus procuratorio nomine promisit quam primum procurare facere, & effectualiter operari quod præfati D.D. Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, ac quilibet ipsorum capitulariter, & singulariter absolvantur, & absoluti sint ab excommunicationis, & aliis quibuscunque sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, & pecuniariis, privationisque, & inhabilitationis contra ipsos, aut quemlibet ipsorum occasione controversiarum, de quibus supra, tam in Romana curia, quam in partibus, & per quascumque judices, tam commissarios apostolicos, quam sacri palatii apostolici causarum, aut forsan curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditores, aut locumtenentes, & alios quoscunque quovis modo promulgatis, & quas forsan præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum in genere, vel in specie quovis modo incurrissent etiam cum dispensatione quatenus opus sit super irregularitate, quam ex præmissis dicti Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, aut quilibet ipsorum forsan incurrissent, pariterque cum opportuna habilitatione Archipresbyteratus, Canonicatuum, & præbendarum suarum respective, & aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum obtentorum, & obtinendorum etiam cum nova provisione Archipresbyteratus, Canonicatuumque, & præbendarum prædictarum respective, aliorumque obtentorum beneficiorum ecclesiasticorum, ac pensionum, & jurium quas, & quæ forsan haberent etiam cum relaxatione, seu absolutione, & remissione fructuum eorumdem interim perceptorum, & qui percipi potuissent. Renuntiando etiam, & sic præfatus D. Pamphilius, quo supra nomine renunciavit, & renunciat prædictæ liti, & causæ, sententiis, processibus, & actis, ac litteris executorialibus, & Apostolicis in omnibus, & per omnia, ac taliter quod ex illis, aut illarum prętextu præfatus Reverendissimus D. Episcopus Veronen. nullum jus acquisiverit, neque acquirere possit tam contra Capitulum quam contra particulares personas de Capitulo, etiam cum contentis in eis, ac inde secutis quomodocumque, & qualiter-

cumque. Ita, & taliter quod præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, ac quilibet ipsorum restituantur, & reintegrentur tam quoad personas honorum, & formam, quam quoad Archipresbyteratum, Canonicatus, & præbendas, ceteraque beneficia ecclesiastica, pensiones, & jura obtenta, & forsan obtinenda in, & ad suos pristinos statum, & esse in quibus erant, aut esse poterant antequam dictæ sententiæ, & censuræ, ac pœnæ adversus ipsos fuerint promulgatæ, & perinde, ac si minime emanassent. Item, ut præfati Domini Canonici, & Capitulum fruantur fructum pacis, & tranquillitatis, in quibus religiose vivere, ecclesię adesse, & cultui atque obsequiis divinis vacare possint, præfatus Reverendissimus Dominus Episcopus Veronen. tamquam ordinarius, & ordinaria auctoritate fungens pro se, ac successoribus suis scilicet præfatus Dominus Pamphilius procuratorio nomine ejusdem Reverendissimi Domini Episcopi promisit, & convenit tam per se, quam per officiales, & ministros suos observare, & observari facere inviolabiliter omnia, & singula privilegia, facultates, & indulta præfatorum Dominorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli quibus tam de jure quam de approbata consuetudine uti, frui, & potiri possunt, illisq; ullo umquam tempore non contrafacere, aut contravenire, neq; superinde præfatos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, aut aliquem ipsorum molestare, aut perturbare per se, vel alium sive alios per ullum ingenium, sive modum, permittendo quod dicti D. Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, cum successoribus suis pro tempore existentibus utantur, potiantur, & gaudeant, ac uti, potiri, & gaudere possint dictis suis privilegiis, facultatibus, & indultis in omnibus, & per omnia absque aliqua contradictione, vel exceptione: item quod præfati Domini Archip. Canon. & Capitulum cum successoribus suis pro tempore existentibus teneantur, & debeant, & sic præfati DD. Franciscus Mazzante Archipresbyter, Antonius de Madiis, Alexander Macandus, & Bernardinus Lisca Canonici modis, ac nominibus quibus supra intervenientes ad demonstrandum quantum cupiant honeste, ac laudabiliter vivere, & servire ecclesiastice cum gratia, & charitate præfati Reverendissimi Domini Episcopi Veron. promiserunt, & convenerunt pro se, ac successoribus suis eumdem Reverendissimum Dom. Episcopum, ejusque successores pro tempore existentes prosequi debitis honore, ac reverentia, citra tamen præjudicium prædictorum privilegiorum, facultatum, jurisdictionum, & indultorum ipsorum Dominorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli. Necnon perpetuis futuris temporibus observare omnes, ac singulas constitutiones dicti Capituli tam antiquas, quam recentes per ipsos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, aut suos prædecessores, vel successores respective editas, vel in melius reformandas, & edendas, pariterque suas laudabiles consuetudines, decus, & honestatem vitæ clericalis concernentes, dictasque constitutiones, & laudabiles consuetudines etiam ab aliis tam Canonicis, quam cæteris beneficiatis, clericis, monialibus, & conversis, ac quibuscumque aliis subditis suæ capitulari jurisdictioni observari facere. Et contra quoscumque tam ex Canonicis, quam reliquis subditis suis præfatis, siqui forsan ex illis forent delinquentes, inobservatores aut transgressores dictarum constitutionum præfatus Dominus Archipresbyter cum successoribus suis pro tempore existentibus, vel ejus vicegerens ad correctionem, punitionem, & castigationem procedere debeat juxta vim, & formam dictarum constitutionum, vel prout sibi visum fuerit de jure faciendum. Alioquin in eventum scilicet quod præfatus Dominus Archipresbyter, aut ejus successores pro tempore existentes, vel ejus vicegerens forent negligentes contra tales transgressores, & delinquentes, eo casu præfatus Reverendissimus Dom. Episcopus Veronen. ejusque successores pro tempore existentes in supplementum defectus, ac negligentiæ

A dicti D. Archipresbyteri, vel ejus vicegerentis possit contra ipsos transgressores, ac delinquentes procedere ad correctionem, castigationem, & punitionem, atque executionem opportunis remediis, & prout sibi visum fuerit, justitia mediante, tamquam contra suæ ordinariæ jurisdictionis subjectos: quo casu dicti transgressores, & delinquentes ea vice prædictis privilegiis minime fulciantur, sub hac tamen modificatione, & declaratione, & non aliter, nec alio modo videlicet, quod præfatus Reveren. Dom. Episcopus contra tales processurus primitus teneatur, ac debeat interpellare, ac requirere præfatum Dominum Archipresbyterum pro tempore existentem, vel ejus vicegerentem ne dum semel, bis, & ter scriptis cum intervallo dierum saltem duodecim adhibendo quatuor ex illis pro singula interpellatione, scilicet quatuor pro prima, quatuor pro secunda, & quatuor pro tertia, & ultima, & peremptoria monitione canonica, ut debeat dictos delinquentes, & transgressores castigare, & punire alioquin lapso termino interpellationum, B & requisitionum, seu monitionum prædictarum liceat præfato Reverendiss. D. Episcopo Veron. pro tempore existenti libere procedere, ut supra contra dictos transgressores, & delinquentes de quibus interpellavit præfatum Dominum Archipresbyterum, aut ejus vicegerentem, ut supra, & pro ea vice tantum. Ita tamen quod per tales, aut similes correctiones, punitiones, & executiones semel aut pluries, & contra unum, vel plures, ut supra factas præfatus Reverendissimus D. Episcopus, ut ordinarius, & quoad ordinariam jurisdictionem suam non possit neque censeatur sibi vindicare quicquam jurisdictionis, aut facultatis in præfatos D. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, aut subditos eorum, seu aliquem ipsorum, neq; contra ipsos, aut in præjudicium privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, & jurisdictionum dicti Capituli, quæ nihilominus firma, salva, & illæsa permaneant absque præjudicio, aut derogatione illorum, immo neque adversus dictosmet transgressores & delin- C quentes in reliquis, aut aliis vicibus nisi modo, & forma supradictis, qui transgressores expedita castigatione, & punitione prædicta pro ea vice, & ut supra facta in reliquis remaneant sub jurisdictione, & privilegiis Capituli sicut prius, præfatusq; Reverendissimus D. Episcopus censeatur totaliter functus officio suo, nec propterea habeat, aut habere possit ullam ordinariam jurisdictionem contra formam, & tenorem dictorum privilegiorum, neque contra præfatos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum eorumq; subditos, & tam contra dictos pœnitenciatos, quam alios quoscunq; nisi modo, & forma supradictis, & absque aliqua dilatatione suæ Episcopalis jurisdictionis, quæ stricte tantum intelligatur prout supra, & non aliter neq; alio modo. Item quod præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, seu prænominati Domini procuratores pro se, & quibus supra nominibus intervenientes tam pro augumento divini cultus in præfata Cathedrali Ecclesia, quam ut gratificentur præfato Reverendissimo D. D Episcopo consenserunt & consentiunt, atque contentantur quod prædicta dignitas Præpositura nuncupata erecta per dictum Reverendiss. D. Episcopum Veronen. in dicta Ecclesia auctoritate Apostolica stare, & remanere possit, ac debeat, sicut erecta fuerat etiam cum sua præbenda eidem præpositatui, seu dignitati Præposituræ applicata per eundem Reverendiss. D. Episcopum dicta auctoritate Apostolica per unionem quorumdam beneficiorum Ecclesiasticorum sibi pro præbenda applicatorum, aliasque ut in dicta sua erectione, sub infrascripta tamen modificatione, videlicet, quod præfatus Reverendiss. Dominus Episcopus qui pro distributionibus quotidianis Præposito exhibendis, & subministrandis univerat, & applicaverat fabricæ præfatæ Ecclesię novem beneficia ecclesiastica clericatus nuncupata, diœcesis Veronen. debeat dictos clericatus, ut præfertur unitos, & applicatos dissolvere, & dismembrare ab antedicta sua applicatione, illosque unire, & applicare mensæ

seu

seu Canipæ Capitulari DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli prædictorum, ac propterea Dominus Præpositus pro tempore existens residendo in præfata Ecclesia, & divinis interessendo possit, & debeat participare, percipere, & consequi portionem suam distributionum cotidianarum tamquam unus de Capitulo, & prout singuli ex Archipresbytero, & Canonicis præfatis residentibus, & divinis interessentibus participare possunt, ac debent juxta formã constitutionum, & privilegiorum suorum prædictorum, quodque idem Dominus Præpositus pro tempore existens possit, ac debeat gaudere, frui, & potiri privilegiis dicti Capituli: quibus, & prout præfati Domini Canonici, & Capitulum, ac quilibet ipsorum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, vel poterunt quomodolibet in futurum. Similiterque dictus Dominus Præpositus pro tempore existens tamquam unus de Capitulo sit, & intelligatur, exemptus ab ordinaria jurisdictione præfati Reverendissimi D. Episcopi Veronen. & subjectus jurisdictioni DD. Archipresbyteri, & Capituli prædictorum, teneaturque, ac debeat observare prædicta privilegia, facultates, indulta, & constitutiones Capituli, & illis subesse in omnibus, & per omnia sicut singuli ex Dominis Canonicis præfatis facere consueverunt, ac possunt, & debent: Et quamvis præfatus Reverendissimus D. Episcopus in præallegata sua erectione antedictæ Præpositure reservasset sibi collationem, provisionem, & omnimodam dispositionem dictæ Præpositure, nihilominus, ut præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum nedum benignitate, verum etiam liberalitate, ac munificentia dominationis suę demulceantur etiam quod hoc non fuerit deductum, aut tractatum in hujusmodi compositione, sed super addendo gratiose, & liberaliter contentus fuit donare, & concedere, ac legitime donari, & concedi facere, sicque præfatus D. Pamphilus donavit, & concessit antedictis Dominis Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo cum successoribus suis, & sive præfatis Dominis procuratoribus, ut supra intervenientibus, ac stipulantibus præsentationem dictæ Præpositure, & sive jus præsentandi eidem Reverendiss. D. Episcopo, aut successoribus suis pro tempore existentibus personam idoneam quam maluerint ad dictam Præposituram, dum, & quoties illam pro tempore vacare contigerit per ipsum Reverendissimum D. Episcopum, aut successores suos pro tempore existentes confirmandam, & instituendam, ita quod dictæ Præpositure, dum pro tempore illa vacare contigerit, præsentatio ad præfatos DD. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, confirmatio vero, & institutio ad præfatum Reverendiss. Dom. Episcopum Veronen. eorumque successores respective pro tempore existentes spectet, & pertineat spectareque, & pertinere debeant perinde ac si in dicta sua erectione hoc appositum, & consensum fuisset. Quæ omnia, & singula supradicta in hoc instrumento contenta prænominatæ partes contrahentes, & ut supra intervenientes promiserunt & per solemnem stipulationem utrinque intervenientem convenerunt, ac promittunt, & se obligant sibi ad invicem singula singulis congrue referendo firma, & rata, ut supra perpetuo habere, tenere, attendere, & observare, ac non contrafacere, opponere, aut contravenire per se, vel alium, sive alios modo aliquo, ratione, vel causa de jure, vel de facto in judicio, & extra, & sub pœna refectionis, & emendationis damnorum omnium expensarum, & interesse quæ, & quas altera pars pro contrafactione, vel inobservantia alterius, & e converso quovismodo pateretur in judicio, & extra: quibus refectis, vel non, rata tamen, & firma permaneant omnia supradicta secundum præsentis instrumenti formam, & tenorem, ac sub mutua obligatione omniũ bonorum suorum, quibus supra modis, ac nominibus mobilium, & immobilium, præsentium, et futurorum, ac per se, et successores ipsorum, ut supra in perpetuum. Super quibus omnibus fecierunt sibi per me notarium hujusmodi publicum confici instrumentum quoties opus fuerit relevandũ.

Actum Venetiis in Ducali Palatio Sancti Marci, et audientia Collegii præfati Illustriss. Domini præsentibus ibidem Magn. ac Generosis DD. Augustino de Mula q. Magn. Domini Pauli, et Petro Contareno q. Magnifici, et Clarissimi Equitis D. Zachariæ Patritiis Venetis, ac spectabile D. Stephano Bontempo q. D. Bartholomæi cive Venetiarum testibus vocatis, adhibitis, et rogatis eisdem anno, indictione, ac die prædicto quinto mensis Januarii. Suprascriptus Reverendiss. in Christo Pater D. Joannes Matthæus Gibertus Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Veronen. principalis audita primitus, et intellecta continentia, et tenore suprascripti instrumenti compositionis, et concordii sibi me notario perlecti sponte, et omni meliori modo quo potuit, et potest acceptavit, laudavit, et approbavit, ac ratificavit, laudatque approbat, et ratificat ipsum instrumentum compositionis, transactionis, et concordii, et suprafactum, & celebratum seque ad illius observantiam obligavit per se, ac successores suos cum contentis in eo in omnibus, & per omnia secundum illius formam, & tenorem. Et hoc tamen si, & in quantum apparuerit de legitimo procurationis mandato suprascriptorum DD. Archipresbyteri, & Canonicorum, qui intervenerunt; & ipso instrumento, ut supra partiterque dictum instrumentum etiam ex parte reliquorum Dominorum Canonicorum, & Capituli suprascriptorum fuerit legitime approbatum, & ratificatum. Et similiter si, & in quantum fuerit factum compromissum in suprascriptum Reverendissimum Dominum Episcopum Theatinum per, & inter præfatos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, ac Reverendos Dominos Simonem Michael, & Laurentium Foscareno Canonicos Ecclesiæ Veronen. de, & super controversia vertente inter ipsos Dominos Simonem, & Laurentium ex una, ac Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum præfatos occasione certæ residentiæ, ut dixit ex altera partibus prout etiam de hoc fuit tractatum coram prælibato Illustrissimo Dominio nostro Venetiarum, ut etiam præfati Domini Symon, & Laurentius, qui fuerunt obsequentissimi justitiæ, & præfato Reverendissimo Domino Episcopo suo Veronen. fruantur, ac potiantur pace, ac concordia juribus sibi debitis, &c. Actum Muriani in domo plebanatus Ecclesiæ sanctæ Mariæ alias sancti Donati de Muriano Torcellan. diœces. apud ipsam ecclesiam præsentibus ibidem hon. viris Domino presbytero Hippolito de Merlis Canonico Brugnanten. familiare ejusdem Reverendissimi Domini Episcopi Veronen. Domino presbytero Baptista de Rubeis beneficiato, et viceplebano prædictæ ecclesiæ sancti Donati, ac domino Raimondo à Turre q. Domini Hieronymi cive Veronen. testibus adhibitis, et rogatis, etc.

Die Veneris septimo suprascripti mensis Januarii M. D. XXX. suprascripti Domini Archipresbyter, & Antonius de Madiis, Bernardinus Lisca, & Alexander de Morandis Canonici Veronen. ad docendum de suo mandato produxerunt procurationis instrumentum sibi una cum duobus aliis collegis, ac pro majore parte ipsorum factum a Reverendis Dominis Leonardo Marogna, et Nicolao Ursio Canonicis Veronen. pro se, et nomine aliorum Concanonicorum scriptum, signatum, et publicatum in folio bombicino per Alexandrum de Antonellis notarium, et præfati Capituli scribam die quinto mensis Decembris proxime præteritis, cum litteris testimonialibus magistri Domini Capitanei Veronæ fidem facientibus de legalitate dicti notarii die tertio præsentis mensis cum appensione sigilli sancti Marci, et recomendatum Venetiis per capserium Cancellariæ Ducalis, et per notarium officii de Cathavere hodierna die, ut moris est, quod tamen penes se retinuerunt. Actum Venetiis ad Cancellum mei notarii in Rivo alto præsentibus Reverendis Dominis Gratiano de Gratianis Feltren. et Jacobo Regia Cencten. Ecclesiarum Canonicis testibus rogatis.

Clemens Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter fideles quoslibet præsertim ecclesiasticos pacem, & concordiam vigere, & augeri syncetis desiderantes affectibus illa, quæ propterea processisse dicuntur, ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, sed firma perpetuo, & illibata permaneant libenter cum a nobis petitur Apostolico munimine roboramus. Sane pro parte Ven. fratris Jo. Matthæi Episcopi, nec non dilectorum filiorum Archipresbyteri, Capituli, & Canonicorum Veronen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias postquam præfatus Jo: Matthæus Episcopus volens Ecclesiam Veron. cui etiam tunc præerat, ad augumentum divini cultus condignis honoribus decorare, in ea unam Præposituram, quæ inibi dignitas post Archipresbyteratum ejusdem Ecclesiæ existeret, & quam pro tempore obtinens stallum in choro, ac locum, & vocem in Capitulo dictæ Ecclesiæ, nec non processionibus quibusvis aliis actibus Capitularibus, & locis immediate post Archipresbyterum, & ante Archidiaconum, ac Canonicos dictæ Ecclesiæ haberet, & tam ipse, quam dicta Præpositura omnibus, & singulis induItis privilegiis, honoribus, & gratiis, quibus aliæ quæcumque dignitates, & Capitulares personæ ipsius Ecclesiæ tam de jure, privilegio, & consuetudine, quam aliis quomodolibet gaudebant, sine tamen præjudicio Episcopi, & sedis Episcopalis Veronen. gaudere poterant, perpetuo erexerat, & instituerat, ac octo ex tresdecim portionibus, fructuum, reddituum, & proventuum perpetuæ Cap. in Ecclesia S. Martini de Leniaco Veronen. diœc. ab eadem capellania, quam ipse Jo: Matthæus Episcopus ex concessione, seu dispensatione Apostolica in commendam obtinebat, separaverat, & dismembraverat, ac eidem Præpositure pro ejus rata perpetuo applicaverat, & appropriaverat, & cum Capitulum præfat. super hoc requisit. erectioni, & dismembrationi hujusmodi, etiam absque eorum præjudicio consentire recusent, præfatus Jo. Matthæus Episcopus, quod ipsam Præposituram pro tempore obtinentes, sicut aliæ personæ Capitulares præfatæ Ecclesiæ interessendo horis Canonicis summam per eum tunc taxatam pro qualibet horarum hujusmodi, & in certis festivitatibus, tunc expressis, pinguiores tunc expressas distributiones quotidianas ex fructibus fabricæ ejusdem ecclesiæ haberent, ordinaverat, & ne dicta fabrica occasione distributionum quotidianarum hujusmodi pateretur detrimentum in qualibet ex novem tunc expressis ecclesiis, plebibus nuncupatis dictæ diœcesis, in quibus quamplures portiones clericales bona inter se indivisa habentes, consistebant, unam aliam portionem clericalem, cum eisdemmet præminentiis, fructibus, redditibus, & proventibus, ac honoribus, quos, & quas aliæ antiquæ portiones clericales habent, & habere consueverant absq; tamen præjudicio Archipresbyterorum earundem novem ecclesiarum, de novo erexerat, & instituerat, ipsasque novem portiones clericales de novo erectas eidem fabricæ ad hoc, ut ex illis dictæ distributiones quotidianæ eidem Præposito solverentur perpetuo univerat, & incorporaverat, & quod Præpositura, & illam pro tempore obtinentes hujusmodi subessent, ac ejusdem Præpositure collatio, & omnimoda dispositio pleno jure pertineret in omnibus, & per omnia Episcopo Veronen. pro tempore existenti voluerat, ac certos desuper executores deputaverat, & nonnulla, alia tunc expressa decreverat, & ordinaverat. Nosque erectiones, institutiones, separationem, dismembrationem, applicationem, ac appropriationem, ordinationem, institutionem, incorporationem, voluntatem, & decretum præfata per quasdam approbaveramus, & confirmaveramus, supplentes omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerant in eisdem, necnon de dicta Præpositura, ab ejus prima erectione tunc vacante, dilecto filio Hieronymo a Turre clerico Veronen. per alias nostras litteras provideramus, & dictus Hieronymus provisionis hujusmodi vigore possessionem dictæ Præposituræ absque consensu præfati Capituli assecutus fuerat, & in ea per nonnullos menses loco sibi in Capitulo non assignato permanserat, ac Archipresbytero, & Capitulo præfatis præmissis consentire recusantibus, seu nolentibus, contra eos ad promulgationem certarum censurarum, & pœnarum processum emitterat, cum super iis, & etiam antea super observatione privilegiorum, exemptionum, & immunitatum Archipresbytero, & Capitulo ac Canonicis hujusmodi ab Apostolica Sede concessorum, & aliis rebus tunc expressis, lites, & controversiæ inter Jo. Matthæum Episcopum ex una, & Archipresbyterum, ac Capitulum, & Canonicos præfatos ex altera partibus, tam in curia Romana, & Rotæ auditorio, quam in partibus coram certis judicibus ex delegatione Apostolica in civitate Mantuana motæ, & introductæ fuissent. Et dictos Jo: Matthæus Episcopus certas sententias, & rem indicatam pro se, & contra ipsos Archipresbyterum, Capitulum, ec Canonicos circa observationem privilegiorum, exemptionum, & immunitatum hujusmodi reportasset litteris executorialibus desuper in forma solita decretis, & circa erectionem Præpositura hujusmodi, quasdam literas in forma brevis obtinuisset, ac illarum vigore eosdem Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, seu illorum singulares personas excommunicationis, aliasque sententias, censuras, & pœnas, & etiam privationis beneficiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda pœnas incurrisse declarari obtinuisset; Tandem partes ipsæ, seu eorum legitimi procuratores contemplatione & persuasione dilectorum filiorum Nob. V. Andreæ Gritti Ducis, & Dominii Venetiarum, ac medio Ven. fratris Jo. Petri Episcopi Teatinen. necnon aliarum personarum pro bono pacis, & evitandis scandalis, quæ verisimiliter ex processu controversiæ hujusmodi succedere poterant. Salvo nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito ad certam amicabilem transactionem, compositionem, concordiam devenerunt, per quam inter alia convenerunt.

Quod dictus Jo: Matthæus Episcopus procuraret, & procurari faceret quam primum quod Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, ac quilibet ipsorum capitulariter, & singuli ab excommunicationis, & aliis quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, & pecuniariis, necnon privationis, & inhabilitatis contra ipsos, aut ipsorum singulos occasione controversiarum in dicta Rom. curia, quam in partibus, ac per quoscumque Judices tam commiss. Apostolicos, quam Causarum Palatii Apostolici, aut forsan Curiæ causarum Cam. Apostolicæ Aud. seu locatenentes, vel alios quoscumque quoquomodo promulgatis, & quas ipsi Archipresbyter, Capitulum, & Canonici in genere, vel in specie quovismodo forsan incurrerant, absolverentur, & suos Archipresbyteratum, Canonicatus, & præbendas respective, & alia quæcumque beneficia ecclesiastica, necnon pensiones, & jura, quæ forsan habebant, cum opportunis inhabilitatione, seu absolutione, & remissione fructuum eorumdem interim perceptorum, & qui percipi potuerant, habilitarentur, ac secum super irregularitate, quam ex præmissis etiam forsan incurrerant dispensarentur. Idemque Jo: Matthæus Episcopus liti, & causæ, necnon sententiis, processibus, actis, & litteris executorialibus, etiam Apostolicis prædictis in omnibus, & per omnia, ac taliter quod ex illis, aut illorum prætextu nullum sibi jus contra Capitulum, aut particulares personas hujusmodi acquisitum esset, aut acquiri posset, cum contentis in eis, & inde secutis quomodocumque, & qualitercumque cederet, & renunciaret, ita, & taliter quod præfatus Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, ac quilibet ipsorum restituerentur, & reintegrarentur tam quo ad personas, honorem, & famam, quam quo ad Archipresbyteratum, Canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia ecclesiastica per pensiones, & jura entenus obtenta, & imposterum forsan obtinenda, in, & ad suos pristinos status, in quibus erant, aut esse poterant antequam dictæ sententiæ, censuræ, & pœnæ adversus ipsos promulgatæ essent, & perinde, ac si non

ema-

emanassent, quodque, ut Archipresbyter, Capitulum, & Canonici præfati seatirent fructum pacis, & tranquilitatis, in quibus religiose vivere, & Ecclesiæ antedictæ, ac cultui, & obsequiis divinis vacare possent, dictus Jo: Matthæus Episcopus tamquam ordinarius, & ordinaria auctoritate fungens tam per se, quam per officiales, & nuncios omnia, & singula privilegia, facultates, & indulta præfactorum Archipresbyteri, Capituli, & Canonicorum, quibus tam de jure, quam de approbata consuetudine, uti, frui, & gaudere poterant inviolabiliter observare, & observari facere, illisque nullo umquam tempore contravenire, aut contrafacere, neque super inde præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, seu aliquem eorum molestari, aut perturbari per se, vel alium, seu alio, per alium ingenium, seu modum permittere, quominus ipsi, aut successores eorum pro tempore existentes dictis suis privilegiis, facultatibus, & indultis in omnibus, & per omnia absque aliqua contradictione, vel exceptione uterentur, & gauderent, aut, uti, potiri, & gaudere possent; quodque præfati Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, & successores pro tempore existentes eumdem Episcopum, ejusque successores pro tempore existentes debitis honore, & reverentia, citra tamen præjudicium privilegiorum, facultatum, jurisdictionum, & indultorum suorum prosequi, nec non perpetuis temporibus futuris omnes, & singulas consuetudines tam antiquas, quam novas per præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, vel suos prædecessores, & successores pro tempore respective editas, vel in melius reformandas, & edendas, pariterque suas laudabiles consuetudines, etiam ab aliis tam Canonicis, quam cæteris beneficiatis, clericis, monialibus, & conversis, & quibuscumque aliis subditis suæ capitulari jurisdictioni observari facere respective tenerentur, & deberent, ac contra quoscumque tam Canonicos, quam reliquos subditos suos præfatos, si qui forsan ex illis forent delinquentes, inobservatores, aut transgressores dictarum constitutionum præfatus Archipresbyter, & successores sui pro tempore existentes, vel ejus vicesgerens ad correctionem, punitionem, & castigationem procedere deberet juxta vim, & formam dictarum constitutionum, vel prout sibi visum foret de jure faciendam, alioquin in eventum, quod præfatus Archipresbyter, & ejus successores pro tempore existentes, vel suus vicesgerens forent negligentes contra tales transgressores, & delinquentes, eo casu Jo: Matthæus Episcopus, ejusque successores pro tempore existentes in supplementum defectus, & negligentiæ dicti Archipresbyteri, vel ejus vicesgerentis possent contra ipsos transgressores, & delinquentes procedere ad correctionem, & castigationem, & privationem, ac executionem opportunis juris remediis, & prout sibi visum foret, justitia mediante, tamquam contra suæ ordinariæ jurisdictioni subjectos, quo casu dicti transgressores, & delinquentes, ea vice præfatis privilegiis minime falcirentur, sub hac tamen modificatione, & declaratione, & non aliter, nec alio modo v. g. quod Episcopus pro tempore existens contra tales processurus, primitus teneatur, & debeat interpellare, & requirere præfatum Archipresbyterum pro tempore existentem, vel ejus vicesgerentem nedum semel, sed bis, & ter in scriptis cum intervallo saltem dierum duodecim adhibendo quatuor ex illis pro singula interpellatione, scilicet quatuor pro prima, quatuor pro secunda, & reliquos quatuor dies pro tertia ultima, & peremptoria monitione canonica, ut dictos delinquentes, & transgressores castigare, & punire debeat, alioquin elapso termino interpellationis, requisitionum, seu monitionum liceret Episcopo Veronen. pro tempore existenti libere procedere contra dictos transgressores, de quibus præfatum Archipresbyterum, aut ejus vicesgerentem interpellaverit pro ea vice tantum. Ita quod per tales, aut similes correctiones, punctiones, & executiones semel, & pluries, & contra unum, vel plures (ut præfertur) factas, præfatus Episcopus pro tempore existens, ut ordinarius non possit, neque censeatur sibi quicquam vendicare jurisdictionis, aut facultatis in præfatos Archipresbyterum, & Capitulum, ac Canonicos, vel subditos eorum, seu aliquem ipsorum, neque contra illos, aut in præjudicium privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, & jurisdictionum dictarum Capituli, quæ nihilominus firma, salva, & illæsa permaneant absque præjudicio, & derogatione illorum, immo neque adversus dictosmet transgressores, & delinquentes in reliquis, aut aliis vicibus nisi modo, & forma suprascriptis, qui transgressores expeditis castigatione, & punitione præfatis pro ea vice, & ut præfertur, factis, in reliquis remaneant sub jurisdictione, & privilegio Capituli sicut prius, præfatusque Episcopus censeatur totaliter functus officio suo, nec propterea habeat, aut habere possit aliam ordinariam jurisdictionem contra formam, & tenorem dictorum privilegiorum, neque contra præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, eorumque subditos, & tam contra dictos pœnitentiatos, quam alios quoscumque nisi modo, & forma præfatis, & absque ulla dilatatione suæ Episcopalis jurisdictionis, quæ stricte tantum intelligatur, prout supra, & non alias aliter, nec alio modo: Quodque præfati Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, tam pro augumento divini cultus in præfata Ecclesia, quam, ut gratificarentur præfato Jo: Matthæo Episcopo consentient prout consenserunt, ac contenti fuerunt quod dicta Præpositura erecta per ipsum Jo: Matthæum Episcopum in dicta ecclesia stare, & remanere posset, & valeret sicut Apostolica auctoritate erecta fuerat, etiam cum præbenda eidem Præposituræ applicata per eumdem Jo: Matthæum Episcopum per unionem quorumdam beneficiorum ecclesiasticorum sibi pro præbenda applicatorum, aliasque ut in dicta erectione sub hac tamen modificatione v. g. quod præfatus Jo: Matthæus Episcopus novem portiones clericales pro distributionibus quotidianis dicto Præposito exibendis, & subministrandis fabricæ ipsius Ecclesiæ unitas hujusmodi ab eadem fabrica dissolvere, & dismembrare, ac mensæ, seu Canepæ ipsorum Archipresbyteri, Capituli, & Canonicorum unire, & applicare deberet, ac propterea ipsius Ecclesiæ Præpositus pro tempore existens residendo in præfata Ecclesia, & divinis interessendo portionem suam distributionum quotidianarum tamquam unus de Capitulo, & prout singuli ex Archipresbytero, & Canonicis præfatis residentibus, & divinis interessentibus participare possent, & debent juxta formam constitutionum, ac privilegiorum suorum præfatorum percipere, & consequi, ac privilegiis dictorum Capituli quibus, & prout dictum Capitulum, & Canonici utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, & possent quomodolibet in futurum frui, gaudere, & potiri posset, & deberet, ac tamquam unus de Capitulo ab ordinaria jurisdictione præfati Episcopi exemptum, & jurisdictioni Archipresbyteri, & Capituli præfatorum sicut cæteri Canonici subditus esset, & etiam intelligeretur, ac præfata privilegia, indulta, & constitutiones Capituli observare, & illis in omnibus, & per omnia sicut singuli ex dictis Canonicis facere consueverant, poterant, & debebant subesse teneretur, & deberet. Et insuper præfatus Jo: Matthæus Episcopus, ut præfati Archipresbyter, Capitulum, & Canonici nedum benignitate, verum etiam liberalitate, & munificentia præfati Episcopi demulcerentur, licet hoc conventum non fuisset antedictis Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis, & eorum successoribus præsentationem d. Præposituræ, & sive jus præsentandi eidem Episcopo, & successoribus pro tempore existentibus personam idoneam, quam maluerint ad d. Præposituram quotiens illam vacare contigerit, per ipsum Episcopum, aut successores suos pro tempore existentes confirmandam, & instituendam, itaque dictæ Præposituræ dum pro tempore illam vacare contigerit præsentatio ad præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, confirmatio vero & institutio ad

Epis-

lucrabitur duos marcellos quoque die, quod Canonicus, vel dignitarius unum tantummodo marcellum de dicta mensa Cornelia lucrari debeat, & quod eespectu dictæ mensæ Corneliæ non possit alicui fieri geatia, nec donari aliquod tempus de residentia, ut puea, unum vel duos menses & prout quandoque fecerunt, & facere consueverunt præfati Domini Canonici de distributioaibus suis Canonicalibus, & hoc sub pœna anathematis cuicumque coatrafacienti, quam eo ipso incurrat, nisi forte aliquis eis essent infirmi; quia tunc participare poterit, licet absentes, vel aliter in casibus a jure expeessis, & in quibus absentes pro præsentibus eeputantur. Ut autem ordo in præmissis distributionibus servetur, & ut promeritis unicuique quod suum est tribuatur. Statutmus, quod singulo quoque mensæ duo ex mansianariis, vel eapellanis dictæ Ecclesiæ participantibus de dicta mensa Cornelia, unus videlicet pro quoque choro per turnum eligantue & deputentur ad punctandum omnes, & singulos Canonicos, & dignitarios, mansionarios, capellanos, & officiales, qui per tempus, & tempora divinis intererit, & qui affuerit. Etiam jurare teneantue in manibus Vicarii nostri, & in maaibus Domini Archipresbyteri majoris dictæ Ecclesiæ, quod bene diligentee, & fideliter omnes deficientes punctabuntur. Reputabuntur autem absentes omnes illi, qui post cum psalmum matutinorum, & quarumlibet horarum Canonicorum, & post omnes Kyrie eleison missæ in choro cum aliis non intererint. Et ita volumus, quod pro illa hora, sive pro illis horis, aut matutino, vel missa, quibus sic ut supra dicto tempore noa interfuerint punctari, & pro absentibus reputari debeant, licet postea usque ad finem dictarum horarum, matutini, & missæ perseverarent. Reservata tunc nobis, & dicto Capitula nostro de communi omnium consensu nostei, & non aliter aliquid dictis sic ut supra non venientibus, & postea usque ad finem perseverantibus de dictis distributionibus largiendi. Et similiter volumus, & mandamus punctars, & pro absentibus eeputari, & haberi omnes eos, qui non perseveeaverint a principia usque ad eotalem finem matutini p. ter. sextæ nonæ, missæ, vesperarum, & completorii, quacumque consuetudine, vel corruptella ia contrarium non obstante. Participantes veeo, seu participare intendentes de dicta M. Cor. sunt infeascripti Reveeendus D. Archipresbyter, qui pro eempore fuerit, officium Thesaurariæ, Mansionaria s. Augustini Man. s. Ambrosii, Mansionaria s. Hieeonymi, Mansionaria s. Gregorii. Duo beneficia D. Jo: de Piscina, vid. s. Michaelis, & s. Jo: Baptistæ, Beneficium D. Bartholomæi de Broiplo, Beneficium D. Apollonii. Beneficium D. Bolduiii. Beneficium D. Augustini de Fontana. Ben. D. Carlotti. Ben. D. Jo: de Maphæis: quatuor benef. D. Bonifacii de Cellulis. Benef. D. Jo: de Servideis. Benef. un. Justi. Beaeficiati quinque in Collegio s. Helenæ: Benef. s. Andreæ: Benef. Domini Ottonis. Benef. s. Jo: ad Fontem; sex Benef. DD. della Seala. Duo benef. Domini Barth. Carthularii. Benef. Domini Gabrielis de Malaspinis. Ben. Domini Zachariæ. Ben. s. Agathæ. Ben. Domini Zenonis de Coloxia. Bea. D. Pauli de Regio. Ben. D. Pastoris Ben. D. Catherinæ. Bene. D. Vulphiber. D. Cosmæ de Parma Cea. D. Cavogretti. Ben. S. M. Magdalenæ Ben. D. Jo: de Grodula, Ben. s. Pauli Vebeali. Bene. D. Pugni. Bene. D. Antonii Malaspinæ. Ben. s. Christophori. Ben. D. Nicolai de Regio. Duo beneficia D. Jacobi, & D. Joannis de Abbatia, officium Danistæ, officium Pastoralis, officium Diaconatus, officium subdiaconatus. Bene. s. Nicolai. Ben. D. Pauli di Dionysiis. Ben. D. Bartho. di Lentaco. Ben. Dom. Philippini de Aemileis duodecim Capellani qui dicuntue Acolyti, & reliqui omnes Capellani, qui de novo creabuntue in dicta ecclesia.

Datum, & Actum Veronæ in nostro Episcopali palatio in Camera nostræ solitæ audientiæ, anno à Nativitate Domini N. J. C. 1505. Indictione octava, die Veneris 28. mensis Novembris, Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Julij divina providentia Papæ II. anno tertio, præsentibus, & astantibus ibidem R. Patre D. Francisco Mazzantho Archipresbytero dictæ nosteæ ecclesiæ, D. Calisto Montagna, D. Hieronymo de Maphæis seniores. D. Nicolao Placentino, D. Thoma a Campanea, Dom. Georgio de Tisionibus, D. Leonardo de Lazisio, D. Joanne de Abbatia, & D. Andrea Cornelio omnibus Canonicis ejusdem Ecclesiæ, Capitulum ipsarum DD. Canonicorum integre eepresentantibus, præmissis omnibus, & singulis in dicta nostra pagina, & constitutione coatentis, & descriptis una voce nemine eorum discrepantibus, seu contradicentibus, consentientibus, pariterque assentientibus, nam ad hunc finem, & effectum ibi moee solito convocati, & similiter congregati fuerunt. Nec non præsentibus ad hæc, & præmissa omnia Reverendis in Christo Patribus D. Antonio Zio, Dei, & Apostolicæ Sedes gratia Episcopo Calamon. & in dicto Episcopatu nostro Ver. suffraganeo, & Rev D. Matthia Vgonio I. V. D. eadem gratia Episcopo Famagustano, & in eodem Episcopatu Veronen. in spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali testibus adhibitis, convocatis, pariterque rogatis.

In quorum omnium præmissorum, & infrascriptorum fidem, & testimonium præsentes nostras litteras fieei jussimus, & per notarium, & secretarium nostrum infrascriptum subscribi, ac sigillo majoris nostri Cardinalatus quo in similibus utimur, fecimus appensione communiri. Ego Barthol. Merula secretarius prælibati Reverendissimi D. Cardinalis Cornelij pub. Imp. auct. not. quia præmissis omnibus, & singulis idem sic ut præfertur fierent, & agerentur una cum prænominatis testibus præsens fui, & audivi, ideo hoc præsens pub. inst. manu aliena fideliter scriptum subscripsi signoque, & nomine meis solitis, & consuetis signavi in fidem, ac eobur præmissoeum rogatus, & requisitus.

Confirmatio Mensæ Corneliæ pee Leonem X. Pontif. Max.

Leo Episcopus servus servorum Ad perpetuam eei memoriam.

Ad ea per quæ ecclesiarum, præsertim Cathedralium insignium, decori, & venustati, ac illius divini cultus augumento consulitur, favorabiliter intendimus; & his quæ propterea provide facta dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata persistaat, libenter cum a nobis petitur, Apostolici adjicimus muniminis firmitatem. Sane dilectus filius noster sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis, qui Ecclesię Veron. perpetuus administrator in spiritualibus, & temporalibus existit, nobis nuper exposuit, quod alias ipse cupiens divinum cultum in dicta Ecclesia, quæ in partibus illis admodum insignis existit, vigeee, & augeri, maturo tractatu perhabito de consensu Capituli ejusdem ecclesiæ, ad omaipotentis Dei laudem, & gloriam, ac ejus gloriosæ Genetricis Virginis Mariæ, sub cujus invocatione Ecclesia ipsa dicata existit, honorem, & reverentiam, in eadem Ecclesia unam communem mensam, Corneliam nuncupatam, disteibutionum quotidianarum ordinaria auctoritate eeexit, illique sic erectæ omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus quorumcumque. anniversariorum tam in prædicta Ecclesia quam S. Helenæ etiam Veron. Ecclesiis fundatorum, & fundatarum ex tunc de cætero per massarium dictæ mensæ pro tempore existentem, exigendos, & modo infrascripto distribuendas, nec non eeiginta sex portiones clericales, distinctas præbendas non habentes, sed in unum corpus confussas in certis, tum expressis plebibus, seu paeochialibus ecclesiis Ver. diœc. pee eum de novo erectas, & aliis portionibus dictarum plebium aggregatis, cum illis emolumentis, fructibus, redditibus, & proventibus, quæ aliæ antiquæ portiones habebant, & habere consueverant, perpetuo applicavit. Ac inter alio voluit, statuit, ordinavit, & decrevit, quod omnia, & singula anniversaria prædicta, describerentur, & perpetuo descripta remanerent in una notabili tabula ex membranis in sacristia dictæ Ecclesiæ Ver. conservanda,

& suis

& suis diebuc, prout occurrerent modo, forma, & ordine, quibus relictn forent, perpetuo celebrari, & illorum celebrationi tam Canonici, quam mansionarii, ac capellani ipsius Ecclesiæ Veren. interesse, & qui non interessent, punctari deberent, ita quod pro missu, & horis canonicis ipsius diei, nihil de mensu prædicta percipere possent. Sub pœna anathematis, & maledictionis æternæ per quemcumque contrafacientem incurrenda, nec aliquod pro illo mane, que anniversario non interfuissent de dicta mensa percipere possent. Et quod massarii mensæ acolytorum ejusdem Ecclesiæ Veron. cujus fructus non parum, Domino largiente augumentati encant, eidem mensæ Cor. quinquaginta ducatos annis singulis solvere perpetue tenerentur, & ex tunc de cætero duodecim capp. accol. dictæ Ecclesiæ Veron. qui ad nutum ammovibiles fuerant, & erant, haberent, & habere deberent decem, & octo ducatos dumtaxat pro eorum salario, & nihil ultra, tum ex distributionibus de mensa Cor. nullo modo lucrari possint, quam eis subtraheretur, ac quod ex tunc per omnes, & singulos Canonicos mansio. & cap. dictæ Ecclesiæ Veron. de eadem mensa Corneliu participances pro singulis annis ultima hebdomada Adventus Domini nostri ad bussules, & balloteas, & non aliter, nec alio modo unus mass. qui non esset Canonicus sed alius de numero participantium de dicta mensa, eligeretur, & per Episcopum Veronæ, vel ejus Vic. si repertus fuerit idoneus confirmaretur. Qui in ejus manibus corporaliter, cactis scripturis, de bene, fideliter, ac diligenter enercendo officium suum, tam exigendo, quam solvendo, & bonum computum, ac legalem tenendo, jurare, & infra tres dies immediate sequenses ex tunc unum fidejussorem, fide, & facultacibus idoneum præstare teneretur, alioquin triduo hujusmodi elapso, & ipso, ut præfertur, non fidejubente, talis electio, & confirmatio cum inde secutis nullius esset valoris, vel momenti, sed alius statim eligeretur, & confirmaretur, qui juraret, & fidejuberet ut præfertur. Ipseque massarius pro sallario suo exigendi, solvendi, & computum hujusmodi tenendi duodecim ducatos singulis annis haberet, & bonum librum facere, & in locum, ac sub modo tunc expresso consignare deberec, quodque prima missa B. M. Virginis, quæ in cantu in dicta Ecclesia quotidie ad altare ejusdem B. V. celebrari consuevic, & celebratur, ac cujus celebrationi interessentibus dispensari consueverunt legatum, per q. Jacobum Canonicum Veron. & Joannem de Abbacia ejus fratrem, factum. Quod idem Marcus Cardinalis præfatæ mensę Cor. similiter perpetuo applicavit, & appropriavit perpetuis futuris temporibus, hora consueta ad dictum altare decantari deberet per dictos acol. & quatuor ex cap. acol. duo videlicet pro quolibet choro, qui per turnum eidem missæ, quatuor videlicet qualibet hebdomada a præfato massario mensę Cor. qualibet die, quæ interessent cap. videlicet unum marchetum, acolyti vero quatuor denarioc monetæ illarum partium, perciperent, quæ pecuniæ quolibet die sabbathi in Vesperis, per dictum massarium realiter, & cum effectu sub pœna perjurii solvi deberent, prout respective lucrati fuerint. Et quod cedentibus, aut recedentibus tunc rectoribus quarumcumque capellarum, aut commendarum, sive officiorum dictæ Ecclesiæ illis præsertim, qui plures capellas, sive commendac, officia, vel beneficia sub eodem tecto dictæ Ecclesiæ Veron. obtinebant, nullus de cætero ultra unam Cap. sive unam commendam, & unum officium in dicta Ecclesia obtinere possit, & si quis contrarium fecisses, tam habiti, quam ambiti beneficii postquam possessionem utriusque asequutus fueris, & per unum mensem poscedisset privationem, & inhabilitatem ad beneficia alia cujuscumque ordinis, & qualitatis eo ipso incurrens. Ac quod de distributionibus M. Cor. hujusmodi participantes, seu participare volentes singulis quoque horis Canonicic, videlicet Mat. p. 3. 6. 9. missæ vesp. & completoris personaliter per se ipsos, usque incitulati cantum, & non substitui, vel surrogati, interesse, & diservire deberem, alias autem de ipsis distribucionibus percipere, nec de eis gratia fieri, aut illa donari, concedi sno quoquomodo remitti possint, sub pœna anathematis per quemcumque contrafacientem, incurrenda; & tam donantes, remittentes, quam promiccentes, vel recipientes ad restitutionem tenerentur. Nec fructus suos facere censerentur, neque ab aliquo, nisi plena, & integra restitutione facta, absolvi quoquomodo possent. Et ne in futurum controversia aliqua super hujusmodi distributionibus oriri non possec. Quod post præsentem erectionem nominari, & describi deberenc omnes Canonici, & dignitatem obtinentes, ac mass. cap. & officiales dictæ Ecclesiæ Veron. seu præbendæ, dignicates, canonicatus, cap. officia, vel beneficia participantium, seu participare debentium, quique Canonici, & dignicates hujusmodi pro tempore obtinentes, cum mensæ distributionem satis uberem haberent, si & quando divinis officiis divinis pariter, ac nocturnis H. Mat. p. 3. 6. 9. missæ Vesp. & Completorii in ipsa ecclesia interessent, & non aliter, nec alio modo pertinerenc, & participare deberet unus mansio. massa. seu cap. vel officiales dictæ ecclesiæ de distributionibus dictæ M. Cor. & non ultra, ita, ut si unus cap. de dicta mensa perciperet duos marcellos monetæ illarum partium qualibec die, Canonicus, vel dignitatem obtinens, unum cantummodo marcellum similem de dicta M. Cor. percipere deberet, & quod respectu dictæ M. Cor. non possit alicui fieri gratia, vel donari aliquod tempus de residentia, ut puta, unum mensem, vel duos, aut alios prout interdum facere consueverant præfati Canonici de distributionibus suis quotidianis, & hoc sub pœna anathematis per quemcumque contra facientem eo ipso incurrenda, nisi aliqui ex eis essent infirmi, vel alias in casibus a jure expressis, & in quibus abseates pro præsentibus reputantur, quo casu participare possent utque non absentes forenc, & quod singulo mense, duo ex dictis mansionariis mass. vel cap. de dicta M. Cor. participantibus, unus utique pro quolibec choro, per turnum eligeretur, & deputaretur ad punctandum omnes, & singulos Canonicos dignitatem obtinentec, mansionarios cap. & officiales, qui pro tempore divinis non interessent, vel absuissenc, & in manibus Vicarij Episcopi, & Archipresbyteri majoris Ecclesiæ Veron. pro tempore existeatium, qui bene, & diligenter, ac fideliter omnes deficientes punctabuntur. Ac quod omnes illi, qui postquam psalmum mat. & qualibet horarum Canonicarum, & post omnes Kyrie eleyson missæ in choro cum aliis non interfuissent absentes reputentur, & pro illa, sive pro illis horis, aut mat. vel missæ quibus, ut præfertur, non intersuissenc punctari, & pro absentibus reputari deberent, etiam si postea usque ad finem dictarum horarum mat. & missæ perseverassent. Reservata tum eidem Marco Cardinali, & Capitulo præfacts de communi omnium consensu, & non aliter, nec alio modo potestate, aliquid non venientibus, & usque ad finem perseverantibus hujusmodi de dictis distributionibus largiendi, & similiter quod omnes, qui à principio usque ad totalem finem mat. p. 3. 6. 9. Missarum, & Vesp. ac Completorij non perseveraverinc, quacumque consuetudine, vel corruptella in contrarium edictatum non obstante, punctentur, & pro absentibus habeantur, & reputentur. Illis, qui de dicta M. Cor. participare deberent tunc expressi, prout in quibusdam litteris authenticis ipsius M. Cardinalis desuper confectis, dicitur plenius contineri. Quare dictus Marcus Cardinalis nobis humiliter supplicavit, ut erectioni, institutioni, applicationi, approbationi, statuto, voluntati, ordinationi, & decreto hujusmodi robur Apostolicæ confirmationis adiicere, & alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de singularum ecclesiarum præsertim Cathedralium insignium decorem, & venustatem, ac in eis divinum cultum vigere, & augere synceris exoptamus affectibus, litterarum prædictarum tenorem, ac si de verbo ad verbum insertus esset, præsentibus

pro

inde colligimus, quod eodem tempore allevati paulatim ad incolumitatem regressi fuimus, quod fraternitati tuæ libenter significamus, quippe quam credimus pro tua in nos benevolentia eam esse in nostra convalescentia, quam in infirmitate dolutam, cujus etiam precibus apud Deum adjutos esse confidimus, ut hoc ab eo salutis corporis munus impetrari mereremur. Porro nos tam affecti beneficio præter alia innumerabilia, quæ nobis ejusdem Dei clementia concessit, ut si qua in re possumus grati ei esse tenemur. In pristinas cogitationes, & curas relabimur semper animo nostro infixas, pacem inter Christianos Principes conciliandi, quod quando Nunciis, & literis parum profecimus, nos ipsis expedire nulloque aut periculo, aut labori, vel personæ nostræ propriæ parcere statuimus, ut nihil intentatum relinquamus. Qua in rerum tam personæ nobis dicti Episcopi Veronen. ministerium sit futurum, quantum tua fraternitas non ignorat, cumque suo more nobis inserviendi cupidum solum suæ Ecclesiæ deferendi rationem nihil retrahat, nos qui ejus opera in negotio iam pio, & salutari uti omnino decrevimus, gaudemus nobis opportunam tuæ fraternitatis nunc personæ præsentiarum offerri, in cujus doctrina, prudentia, & religione, plurimum spei, & fiduciæ, idem Episcopus merito reponit, qui sane, ut scis, ita in auctoritate, & probitate tua conquiescit, ut longe melius in sua Ecclesia actum iri putat, si per te, quam si per ipsum regatur. Itaque nos pro nostro officio universis ecclesiis debito, nostrisque muneris existimantes, ut idem Episcopus nobis, & universali ecclesiæ inserviens non sit interim de sua sollicitus, fraternitatem tuam omni amore hortamur, Apostolica etiam auctoritate illam regendi, ut Dei in primis nostraque deinde causa, onus dicti Episcopi te præcipue colen. suscipere velis, nullibi enim aut gratius nobis præbere obsequium, aut tui amantiori, quam sit ipse Episcopus, operam dare poteris, nec dubitemus, quin quod tua sponte facere jam cœpisti, sicut audivimus, id etiam libentius prosequaris nostra hortatione accedente, qui sane cupide expectamus pergratumque a te haberi sumus, ut & tui amantissimi, & nobis carissimi hominis curam subeas Veronensis Ecclesiæ, & diœcesis habeas in salute animarum commendatarum, clerum illius regas, mores dirigas, cultui divino studeas, omnia denique sapienter, & pro tuo more gubernes verbo, & prædicatorum excites salutari, quos opera exemplo adjuvas vitæ provocasti. Nos interea erga te, & tuos . . . . qui debemus, nec unquam a nobis quicquid in Domino poterimus nostram benignitatem desiderari sinemus, sicut nunc ferimus, quod ipso Episcopo pro vobis petente, quædam vobis liberalissimæ concessimus, quæ tamen vestris meritis, nostroque desiderio longe inferiora judicamus. Datum Romæ &c.

Clara, & grata adeo extitit apud Clementem VII. in rebus gerendis Giberti peritia, & prudentia, ut illum divelli à suo familiari obsequio non sit passus, adeo ut paulo ante quam ad aulam eum revocasset, singulari gratia, & beneficio sit complexus, ad ejus dum in humanis ageret gratiam Veronensem Episcopatum à Patriarchæ Aquilejensis, & Nuntii Apostolici Venetiis agentis auctoritate subduxerit, & Legati Apostolici illum suo diplomate sanxerit, quod hic exhibemus ex copiali, quod extat apud amicum nostrum, una cum quinquaginta aliis tum Clementis, tum Pauli III. brevibus ad Gibertum datis.

Clemens Papa VII.

Venerabili fratri Jo. Matthæo Episcopo Veronen. salutem, &c. Singularis devotionis, & fidei integritas, quam ad nos, & Sedem Apostolicam gerere comprobaris, non indigne merentur, ut illa tibi favorabiliter concedamus, per quæ Ecclesiæ Veronen. cujus regimini præfectus existis, in pacis, & quietis amœnitate præsidere, ac gregem tibi commissum, semotis perturbationibus universis, feliciter regere valeas, et salubriter gubernare. Hinc est quod nos motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblat. petit. instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Ecclesiam prædictam, ac civitatem, & diœcesem Veronen., necnon omnia, & singula in illis pro tempore consisten. ecclesias, monasteria, prioratus, præposituras, dignitates personatus, administratus, officia, Canonicatus, & præbendas, ceteraque bona ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & quorumvis ordinum regularium, cum omnibus, & singulis juribus, & pertinentiis suis, ac bonis mobilibus, & immobilibus quod nunc possident, ac concedente domino possidebunt, ac te qui etiam Prælatus noster domesticus existis, tuosq; Vicarios, officiales, & ministros nunc, & pro tempore existentes, necnon dilectos filios Veron. ac aliarum ecclesiarum Capitula, & prælatos, ac monasteriorum abbates, conventus, ac alia beneficia hujusmodi pro tempore obtinen. necnon universum clerum, & populum civitatis, & diœcesis prædictis ab omni jurisdictione, superioritate, dominio, potestate, visitatione, imperio, correctione, & auctoritate Venerabilis fratris nostri moderni, & pro tempore existentis Patriarchæ Aquilejen. etiam ratione cujuscumque præeminentiæ, vel dignitatis, etiam Cardinalatus honoris sibi quomodolibet concess. vel conceden. ejusque delegatorum, commissariorum, Vicariorum, officialium quorumque nomine nuncupatorum similiter nunc, & pro tempore existentium Nuntij, & cum potestate Legati de latere, & quacumque alia facultate ab eadem Sede suffultis, quandiu prædictæ Ecclesiæ Veron. præfueris dumtaxat, absq; præjudicio cujuscumque exemptionis eidem Ecclesiæ, & pro tempore existen. Episcopo Veronen. quomodolibet concessis auctoritate Apostolica eximimus, & totaliter liberamus, ac quoad omnia, & singula in quibus prædicto Patriarchæ, ejusque jurisdictioni Patriarchali hactenus subereris, & quomodolibet subesse potueris in jus, & proprietatem beati Petri, & Sedis prædictæ, ac sub ejusdem beati Petri, atque Sedis, & nostra spirituali, & immediata protectione suscipimus, nobisque, & successoribus nostris Rom. Pont. pro tempore existentibus, & eidem Sedi dumtaxat immediate subiicimus, ac exempta, libera, suscepta, & subjecta fore, & te, ni alium quam Nos, & successores nostros prædictos in superiorem recognoscere debere decernimus, ita, ut de cetero quandiu dictæ Ecclesiæ Veron. præfueris, ut præfertur, modernus, & pro tempore existens Patriarcha Aquilejen. etiam ratione cujuscumque alterius præeminentiæ, vel dignitatis, etiam Cardinalatus honoris, seu ejus delegati, commissarij, Vicarij, & officiales, aut dictæ Sedis in dominio prædicto Nuntij prædicti præsentes, & futuri, conjunctim, vel divisim, nullo in Eccles. Veronen. ejusque civitatis, & diœcesis, ut in illis nunc, & pro tempore consisten. ecclesias, monasteria, prioratus, præposituras, dignitates prædictas, administrationes, officij, Canonicatus, & præben. ac alia beneficia ecclesiastica, eorumq; jura, & bona, necnon te, aut Vicarios, officiales, vel ministros tuos, seu Capitula, prælatos, Abbates, conventus, cleros, vel populum hujusmodi, aut eorum aliqua sic exempta jurisdictionem, superioritatem dominij, potestatem, visitationem, correctionem, imperium, aut aliam quamlibet auctoritatem ipse, vel alia, seu alios, etiam ratione delictorum, aut domicilij, vel contractorum, seu rei acquisitæ ubicumq; committantur, delictum initietur, contra eos aut res ipsas, seu domicilium consistat exercere, seu excommunicationis, suspensionis, & interdicti, vel quasvis alias sententias, censuras, & pœnas promulgari valeant, sed tamen tu ac Vicarij officiales & ministri tui coram dicta Sede dumtaxat, vel ejus legatis, aut deleg. spiritualibus, Cap. vero prelati, Abbates, conventus, clerus, populus prædicti de se querelam coram te, vel tuis Vicariis, seu officialibus etiam in quavis causa, & instantia, & appellatione, in his, quæ ad ejus Patriarchæ, aut etiam, cum potestate Legati de latere, & quacumque alia facultate munit. Nuntij prædictorum pertinet. in justitia respondere, decernen. omnes, & singulos processus, sen-

sentias, censuras, & pœnas speciales, & generales,
quos, & quas contra exemptionem, libertatem, su-
sceptionem, subjectionem, & decretum prædictorum,
ac præsentes litteras in sui, & aliorum exemptorum
prædictorum præjudicium, seu ejus delegatos, com-
missarios, vicarios, officiales, aut nuntium prædictos,
seu quoscumq: alios, quavis auctoritate fungen. scien-
ter, vel ignoranter contigerit atemptari, irrita, &
inania nulliusque roboris, vel momenti existere. Et in-
super, ut commissum tibi d. ecclesiæ Veron. pastorale of-
ficium facilius, & efficacius exequaris, quo per nos am-
pliori facultate, & auctoritate suffultus fueris, ultra
facultates tibi a nobis tam super jurisdictione etiam
in exemptos in tuis civitatibus, & diœc. prædictis e-
xercere, & confecen. per te tanquam nostrum, & San-
ctæ Sedis Vicarius omnibus beneficiis etiam regulari-
bus in eisdem civitate, & diœcesi consistentibus, etiam
dispositioni Apostolicæ generaliter reservatis, necnon
dispensationibus conceden. & alias quomodolibet per
quascumque litteras tam sub plumbo, quam in forma
brevis concessorum, quorum tenores præsentibus habe-
ri volumus pro expressis, & quas sibi salvas, & illæsas,
ac in suis robore, & efficacia plene permanere volu-
mus, & decernimus omnes, & singulas facultates,
tam gratiarum, quam justitiarum quomodolibet con-
venientium, moderno Nuntio in dominio prædicto ab
eadem Sede, ac per nos, & super absolutionibus im-
penden. & dispensationibus, & aliis quomodolibet
concessis, & quæ Nuntii ipsius Sedis, qui hactenus
in dicto Dominio fuerunt concessæ, ac quibus
Nuntii ejusdem Sedis in eodem Dominio pro tempore
existentes usi fuerunt, & uti consueverunt, ac dictus
modernus Nuntius utitur, quarum etiam omnium,
& singularum tenores, & formas, ac si de verbo ad
verbum nihil penitus omisso inserti forent eisdem præ-
sentibus, & haberi volumus pro expressis. Tibi ita,
ut sic illis omnibus, & singulis uti libere, & licite
valeas, & in omnibus, & per omnia proinde, &
sine ulla differentia, ac si tibi specifice, specialiter,
& expresse concessæ fuissent auctoritate, & tenore
prædictis concedimus, & elargimur, ac omnia, & sin-
gula facultatum earumdem vigore per te, seu Vica-
rium tuum, aut omnibus de mandato tuo alias rite pro
tempore gesta, facta, concessa, ac inde sequuta quæcum-
que valida, & efficacia existere, ac plena roboris fir-
mitate subsistere, & suos effectus sortiri, & sic ab om-
nibus, sublata quavis aliter interpetrandi facultate,
censeri debere decernimus. Et nihilominus te in ci-
vitate, & diœcesi prædictis ejusdem Sedis Legatum
nostrum de fratrum nostrorum consilio auctoritate præ-
dicta tenore præsentium creamus, constituimus, &
deputamus. Teque præter pon. qua fungeris Legati
nati dignitate, præeminentia, superioritate, au-
ctoritate, & jurisdictione, imperio, & potestate deco-
ramus, honoramus, & insignimus, ac statuimus, & or-
dinamus, quod tu quamdiu dictæ Ecclesiæ Veronen.
præfueris civitate, & diœcesi prædictis ejusdem Sedis
Legatus natus existas, necnon in Veronen. prædi-
ctam, & alias ecclesias, ac monasteria, prioratus, præ-
posituras, dignitates prænominatas administrationes
officia, canonicatus, præben. ac beneficia prædicta, nec-
non Veronen. ac aliarum ecclesiarum Capitula, prela-
tos, monasteriorum Abbates, & conventus, necnon ben.
hujusmodi obtinen. & universum clerum, & populum
civitatis, & diœcesis hujusmodi superioritate, au-
ctoritate, præeminentia, jurisdictione, imperio,
dominio, & potestate quibus Legati nati infra limites
eorum legationis, utuntur, potiuntur, & gaudent,
uti, potiri, & gaudere possis, & debeas, & ecclesiæ,
monasteria, prioratus, præposituræ, dignitates præno-
minatæ, administrationes, officia, Canonicatus, & præ-
bendæ, beneficia, necnon Capitula, prælati, Abbates,
conventus, clerus, populus prædicti ad ea omnia tibi
teneantur, ad quæ ecclesia, monasteria, priora-
tus, præposituræ dignitates, personatus, administra-
tiones, & officia, Canonicatus, & præbendæ aliaque
beneficia ecclesiastica, infra limites aliarum similium
legationum consistentium, ac ecclesiæ, capitula, &
prælati, necnon monasteriorum Abbates, & conven-

A tus, ac alia beneficia hujusmodi obtinen. suis Legatis
natis quomodolibet teneantur de jure, vel consuetu-
dine, districtius præcipiendo mandantes Capitulis,
prælatis, abbatibus, & conventibus, clero, & po-
pulo prædictis, & eorum singulis, ut in his, quæ ad
legationem hujusmodi officium, & dignitatem perti-
nent, tibi eorum Legato nato efficaciter pareant, &
intendant; tuisque monitis, & mandatis firmiter
obedire, & in concernen. legationis hujusmodi offi-
cium, jura, liberum exercitium, honores & emolumen-
ta inviolabiliter adimplere studeant, decernentes præ-
sentes litteras quovis prætextu, seu ex quavis causa
etiam necessario exprimenda de nullitatis vitio, seu
intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari, aut
quascumque communes, seu literas Apostolicas etiam
motu, scientia, & potestatis plenitudine, aut etiam
constitutionibus sub quibuscumque tenoribus, & for-
mis, ac cum quibusvis clausulis, decretis pro tem-
pore concessis revocari, seu illis in aliquo derogari
non posse, sed semper validas, & efficaces existere,
B ac sibi, & aliis quos ipse præsentes concernunt suf-
fragari, & sic per quoscunque judices, & auditores
sublata eis quavis alia judicandi, & interpretandi
facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere,
ac si quid secus attemptari contigerit, irritum, & ina-
ne fore. Quo circa motu proprio similiter mandamus
quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum pro te, vel alii,
seu alios præsentes litteras in eis contenta quæcumque
ubi, quando, quoties expedire contigerit solemniter
publicare, ut tibi tuisque vicariis, officialibus, & mi-
nistris, necnon capitulis, prælatis, abbatibus, clero,
& populo, & aliis prædictis in præmissis efficacis de-
fensionis præsidio assistere faciant auctoritate eursum
te ad hujusmodi legationis natæ officium, illiusque li-
berum exercitium, necnon ac propterea debitis præ-
rogativis, juribus, præeminentiis, honoribus, supe-
rioritate, auctoritate, & potestate, teque ac Capi-
tula, Prælatos, Abbates, conventus, clerum, popu-
lum, & alios supradictos, ac eorum singulos executio-
ne, libertate, acceptione subjectione, & decretis, ac
C aliis præmissis pacifice, frui, potiri, & gaudere, non
permitten. seu coram aliquem contra præsen. tenorem,
per modernum, & pro tempore existentem Patriarcham
Aquilejen. ejusque delegatos, commissarios, & officia-
les, aut dictæ Sedis etiam cum potestate Legati de
latere in dicto dominio, etiam pro tempore existentem
Nuntium, seu quoscumque alios, quavis auctorita-
te fungentem desuper quomodolibet molestari, seu
impediri, contradictores in præmissis quoslibet, &
rebelles cujuscunque dignitatis, gradus, status,
ordinis, conditionis, existat, ac quocunque exem-
ptionis clypeo, vel privilegio gauderi per excommu-
nicationis, suspen. & interdicti, ac alias formida-
biles res quibus eis videbitur sententias, censuras,
& pœnas etiam pecuniarias eorum arbitrio moderari
opportune postposita compescen. ac legitimis super his
habendis sententiis, processibus, sententias, cen-
suras, & pœnas super his prædictis processibus, sen-
tentias, censuras, & pœnas ipsas quoties expedierit
iteratis vicibus aggravando. Invocato etiam ad hoc
D si opus fuerit auxilium brachii sæcularis non obstan-
tibus præmissis, ac fel. recor. Innocentii Papæ IIII.
prædecessoris nostri contra exemptos, decretoque,
quod incipit, Volen. necnon Lateranen. concilii no-
vissime celebrati, & quibusvis aliis constitutionibus
Apostolicis, necnon Ecclesiæ Aquilejen. & pro tempore
existen. Patriarchæ Aquilejen. prædicto etiam motu,
scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum
quibusvis etiam derogativorum derogativis, aliisque
efficacioribus, & insolitis clausulis irritan. quam
decretis, & etiam iteratis vicibus concessorum, &
innovatis, & innovantis, quibus omnibus etiam si
de illis, eorumque totis tenoribus specialis, speci-
fica, individua, & præcisa, non autem per clausu-
las generales idem importantum mentio, seu, quæ-
vis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita
forma ad hoc servanda foret tenore hujusmodi, ac si
de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro
sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robo-

ce per-

re permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si Patriarchæ, seu ejus delegatis, commissariis, nuntiis, & officialibus prædictis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indultis hujusmodi mentionem, & quælibet alia dictæ Sedis indulgentiæ generales, vel speciales cujuscumque tenoris existentes, per quam præsentibus vel expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de qua cujuscumque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c.

Maximas, diuturnasque contentiones ab initio sui regiminis cum Canonicorum Veronensium Capitulo habuit Gibertus super eorum privilegiis, & exemptionibus, ac pro erectione Præposituræ secundæ dignitatis in Cathedrali, quas tandem, sua pietate, ac prudentia Jo. Petri Caraffæ Archiepiscopi Theatini, & intercessione Andreæ Gritti Venetiarum inclyti Ducis sedavit, ac transegit Venetiis die 5. Jaouarii anno 1530. Hanc quidem transactionem, quam Gibertinam vocarunt, Clemens VII. in gratiam ejusdem Ducis suo diplomate firmavit, remanentibus sub vetustissimis suis institutis, ac legibus, Canonicis, summaque pace deinde per aliquod tempus ab utraque parte servata. Hujusmodi vero transactio, & Clementis confirmatio, his verbis conceptæ fuere ab exemplaribus fideliter exscriptæ.

Transatio Gibeetina.

In nomine Domini. Amen. Noverint universi, ac singuli præsentis publici documenti seriem inspecturi, lecturi pariter, & audituri, quod anno nativitatis ejusdem Domini Nostri Jesu Christi 1530. Indictione tertia, die vero Mercurii 5. mensis Januarii. Cum dudum exorta, ac versa fuerit controversia (ut etiam quandoque inter Patrem, ac filios evenire solet) inter Reverendiss. in Christo Patrem D. Joannem Matthæum Gibertum Episcopum Veronen ac Reverendos Patres Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Veronen. de, & super observantia, seu circa observationem privilegiorum apostolicorum, immunitatum, & exemptionum præfati Capituli, & deinde occasione cujusdam dignitatis, seu denominatione Præposituræ erectæ in dicta Ecclesia per præfatum Reverendissimum D. Episcopum auctoritate apostolica, quæ causa tam in Romana curia, & adjutorio causarum sacri palatii apostolici, quam in partibus, & in civitate Mantuæ coram certis Commissariis Apostolicis deducta, & diversimode tractata fuit, in qua præfatus Reverendissimus D. Episcopus in assertam contumaciam, præfatorum DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli reportavit contra ipsos, & in sui favorem quasdam sententias rem judicatam, & executoriales circa dicta privilegia, exemptiones, & jurisdictiones, seu circa illorum observantiam, pariterque circa controversiam dictæ Præposituræ obtinuerat quasdam litteras apostolicas in forma brevis, ac illarum prætextu procedi contra dictos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum ad nonnullas censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac pecuniarias etiam privationis, & inhabilitationis aliasque, ut in actis, causa, & causarum hujusmodi plenius dicitur contineri. Itaquod demum hujuscemodi controversia pervenerat ad aurem Serenissimi D. Ducis, & Illustrissimi Domini nostri Venetiarum non sine displicentia sublimitatis suæ, quæ satagens pacem, & tranquillitatem in cunctos subditos suos, etiam ecclesiasticos, & ab obviandum scandalis, quæ verisimiliter succedere possent ex progressu dictæ controversiæ, benigne exhortatus fuit utramque partem ad pacem, & concordiam, & partes ipsæ pertæsæ litigiorum effectus ad obsequendum præfato Illustrissimo Dominio, ac ad ædificationem, & bonum exemplum totius civitatis Veronę intercedente etiam Reverendissimo in Christo Patre D. Joanne Petro Caraffa Episcopo Theatino ad quem fuerant a præfato Illustrissimo Dominio remissæ, & qui favente divina gratia pacatis controversiis ipsos ad pacem, & charitatem compescuit, annuerunt quam libenter tranquillitati, & concordiæ ut infra. Ea peeterea coram præfato Illustrissimo Dominio, ac in præsentia præfati Reverendissimi D. Episcopi Theatini amicabilis compositoris personaliter constitutæ dictæ partes, scilicet Reveren. & enimius juris utriusque doctor Dominus Pamphilius Rasminus asserens procurator, & commissus, ac procuratorio nomine præfati Reverendiss. in Christo Patris D. Joannis Matthęi Giberto Episcopi Veronensis, pro quo promittit, quod Dominatio sua approbabit, & ratificabit præsens instrumentum, cum contentis in eo quandocunque ex una, & Reverendiss. D. Franciscus Mazzante Archipresbyter, Antonius de Madiis, Alexander de Morandis, & Bernardinus Lisca Canonici præfatæ Cathedralis Ecclesię Veronensis habentes vocem in Capitulo, ut dixerunt, & agentes pro se ipsis propriis nominibus, ac tamquam procuratores, & sindici reliquorum DD. Canonicorum, & Capituli prædictorum ejusdem Ecclesiæ Veronensis, prout de suo mandato dixerunt apparere publico procurationis instrumento exibendo quandocumque, & pro quibus similiter de rato promiserunt, quod approbabunt, & ratificabunt præsens instrumentum cum contentis in eo quandocunque, ac dictis modis, & nominibus ex altera partibus, salvis tamen, ac reservatis beneplacito consensu, & confirmatione Apostolicæ Sedis ubi opus foret, ac omni meliore modo, quo potuerunt, & possunt devenerunt ad hujusmodi amicabilem compositionem, transactionem, pacta, & concordiam, ut infra videlicet. Primo quod præfatus Reverendissimus D. Episcopus Veronensis, qui tamquam bonus pastor cupit potius oves colligere, quam disperdere, debeat, & sic præfatus D. Pamphilius ejus procuratorio nomine promisit quam primum procurare facere, & effectualiter operari quod præfati D.D. Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, ac quilibet ipsorum capitulariter, & singulariter absolvantur, & absoluti sint ab excommunicationis, & aliis quibuscunque sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, & pecuniariis, privationisque, & inhabilitationis contra ipsos, aut quemlibet ipsorum occasione controversiarum, de quibus supra, tam in Romana curia, quam in partibus, & per quascumque judices, tam commissarios apostolicos, quam sacri palatii apostolici causarum, aut forsan curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditores, aut locumtenentes, & alios quoscunque quovis modo promulgatis, & quas forsan præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum in genere, vel in specie quovis modo incurrissent etiam cum dispensatione quatenus opus sit super irregularitate, quam ex præmissis dicti Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, aut quilibet ipsorum forsan incurrissent, pariterque cum opportuna habilitatione Archipresbyteratus, Canonicatuum, & præbendarum suarum respective, & aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum obtentorum, & obtinendorum etiam cum nova provisione Archipresbyteratus, Canonicatuumque, & præbendarum prædictarum respective, aliorumque obtentorum beneficiorum ecclesiasticorum, ac pensionum, & jurium quas, & quæ forsan haberent etiam cum relaxatione, seu absolutione, & remissione fructuum eorumdem interim perceptorum, & qui percipi potuissent. Renuntiando etiam, & sic præfatus D. Pamphilius, quo supra nomine renunciavit, & renunciat prædictæ liti, & causæ, sententiis, processibus, & actis, ac litteris executorialibus, & Apostolicis in omnibus, & per omnia, ac taliter quod ex illis, aut illarum prętextu præfatus Reverendissimus D. Episcopus Veronen. nullum jus acquisiverit, neque acquirere possit tam contra Capitulum quam contra particulares personas de Capitulo, etiam cum contentis in eis, ac inde secutis quomodocumque, & qualiter-

cumque. Ita, & taliter quod præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, ac quilibet ipsorum restituantur, & reintegrentur tam quoad personas bonorum, & formam, quam quoad Archipresbyteratum, Canonicatus, & præbendas, cateraque beneficia ecclesiastica, pensiones, & jura obtenta, & forsan obtinenda in, & ad suos pristinos statum, & esse in quibus erant, aut esse poterant antequam dictæ sententiæ, & censuræ, ac pœnæ adversus ipsos fuerint promulgatæ, & perinde, ac si minime emanassent. Item, ut præfati Domini Canonici, & Capitulum sentiant fructum pacis, & tranquillitatis, in quibus religiose vivere, ecclesiæ adesse, & cultui atque obsequiis divinis vacare possint, præfatus Reverendissimus Dominus Episcopus Veronen. tamquam ordinarius, & ordinaria auctoritate fungens pro se, ac successoribus suis scilicet præfatus Dominus Pamphilius procuratorio nomine ejusdem Reverendissimi Domini Episcopi promisit, & convenit tam per se, quam per officiales, & ministros suos observare, & observari facere inviolabiliter omnia, & singula privilegia, facultates, & indulta præfatorum Dominorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli quibus tam de jure quam de approbata consuetudine uti, frui, & potiri possunt, illisq; ullo umquam tempore nec contrafacere, aut contravenire, neq; superinde præfatos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, aut aliquem ipsorum molestare, aut perturbare per se, vel alium sive alios per ullum ingenium, sive modum, permittendo quod dicti D. Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, cum successoribus suis pro tempore existentibus utantur, potiantur, & gaudeant, ac uti, potiri, & gaudere possint dictis suis privilegiis, facultatibus, & indultis in omnibus, & per omnia absque aliqua contradictione, vel exceptione: item quod præfati Domini Archip. Canon. & Capitulum cum successoribus suis pro tempore existentibus teneantur, & debeant, & sic præfati DD. Franciscus Mazzante Archipresbyter, Antonius de Madiis, Alexander Morandus, & Bernardinus Lisca Canonici modis, ac nominibus quibus supra intervenientes ad demonstrandum quantum cupiant honeste, ac laudabiliter vivere, & servire ecclesiastice cum gratia, & charitate præfati Reverendissimi Domini Episcopi Veron. promiserunt, & convenerunt pro se, ac successoribus suis eumdem Reverendissimum Dom. Episcopum, ejusque successores pro tempore existentes prosequi debitis honore, ac reverentia, citra tamen præjudicium prædictorum privilegiorum, facultatum, jurisdictionum, & indultorum ipsorum Dominorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli. Necnon perpetuis futuris temporibus observare omnes, ac singulas constitutiones dicti Capituli tam antiquas, quam recentes per ipsos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, aut suos prædecessores, vel successores respective editas, vel in melius reformandas, & edendas, pariterque suas laudabiles consuetudines, decus, & honestatem vitæ clericalis concernentes, dictasque constitutiones, & laudabiles consuetudines etiam ab aliis tam Canonicis, quam cæteris beneficiatis, clericis, monialibus, & conversis, ac quibuscumque aliis subditis suæ capitulari jurisdictioni observari facere. Et contra quoscumque tam ex Canonicis, quam reliquis subditis suis præfatis, siqui forsan ex illis forent delinquentes, inobservatores aut transgressores dictarum constitutionum præfatus Dominus Archipresbyter cum successoribus suis pro tempore existentibus, vel ejus vicegerens ad correctionem, punitionem, & castigationem procedere debeat juxta via, & forma dictarum constitutionum, vel prout sibi visum fuerit de jure faciendum. Alioquin in eventum scilicet quod præfatus Dominus Archipresbyter, aut ejus successores pro tempore existentes, vel ejus vicegerens forent negligentes contra tales transgressores, & delinquentes, eo casu præfatus Reverendissimus Dom. Episcopus Veronen. ejusque successores pro tempore existentes in supplementum defectus, ac negligentiæ

A dicti D. Archipresbyteri, vel ejus vicegerentis possit contra ipsos transgressores, ac delinquentes procedere ad correctionem, castigationem, & punitionem, atque executionem opportunis remediis, & prout sibi visum fuerit, justitia mediante, tamquam contra suæ ordinariæ jurisdictionis subjectos: quo casu dicti transgressores, & delinquentes ea vice prædictis privilegiis minime fulciantur, sub hac tamen modificatione, & declaratione, & non aliter, nec alio modo videlicet, quod præfatus Reveren. Dom. Episcopus contra tales processurus primitus teneatur, ac debeat interpellare, ac requirere præfatum Dominum Archipresbyterum pro tempore existentem, vel ejus vicegerentem nedum semel, bis, & ter scriptis cum intervallo dierum saltem duodecim adhibendo quatuor ex illis pro singula interpellatione, scilicet quatuor pro prima, quatuor pro secunda, & quatuor pro tertia ultima, & peremptoria monitione canonica, ut debeat dictos delinquentes, & transgressores castigare, & punire alioquin lapso termino interpellationum, & requisitionum, seu monitionum prædictarum liceat præfato Reverendiss. D. Episcopo Veron. B pro tempore existenti libere procedere, ut supra contra dictos transgressores, & delinquentes de quibus interpellavit præfatum Dominum Archipresbyterum, aut ejus vicegerentem, ut supra, & pro ea vice tantum. Ita tamen quod per tales, aut similes correctiones, punitiones, & executiones semel aut pluries, & contra unum, vel plures, ut supra factas præfatus Reverendissimus D. Episcopus, ut ordinarius, & quoad ordinariam jurisdictionem suam non possit neque censeatur sibi vindicare quicquam jurisdictionis, aut facultatis in præfatos D. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, aut subditos eorum, seu aliquem ipsorum, neq; contra ipsos, aut in præjudicium privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, & jurisdictionum dicti Capituli, quæ nihilominus firma, salva, & illæsa permaneant absque præjudicio, aut derogatione illorum, immo neque adversus dictosmet transgressores & delinquentes in reliquis, aut aliis vicibus nisi modo, & C forma supradictis, qui transgressores expedita castigatione, & punitione prædicta pro ea vice, & ut supra facta in reliquis remaneant sub jurisdictione, & privilegiis Capituli sicut prius, præfatusq; Reverendissimus D. Episcopus censeatur totaliter functus officio suo, nec propterea habeat, aut habere possit ullam ordinariam jurisdictionem contra formam, & tenorem dictorum privilegiorum, neque contra præfatos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum eorumq; subditos, & tam contra dictos pœnitentiatos, quam alios quoscunq; nisi modo, & forma supradictis, & absque aliqua dilatatione suæ Episcopalis jurisdictionis, quæ stricte tantum intelligatur prout supra, & non aliter neq; alio modo. Item quod præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum, seu prænominati Domini procuratores pro se, & quibus supra nominibus intervenientes tam pro augmento divini cultus in præfata Cathedrali Ecclesia, quam ut gratificentur præfato Reverendissimo D. D Episcopo consenserunt & consentiunt, atque contentantur quod prædicta dignitas Præpositura nuncupata erecta per dictum Reverendiss. D. Episcopum Veronen. in dicta Ecclesia auctoritate Apostolica stare, & remanere possit, ac debeat, sicut erecta fuerat etiam cum sua præbenda eidem præpositatui, seu dignitati Præpositur æ applicata per eumdem Reverendiss. D. Episcopum dicta auctoritate Apostolica per unionem quorumdam beneficiorum Ecclesiasticorum sibi pro præbenda applicatorum, aliasque ut in dicta sua erectione, sub infrascripta tamen modificatione, videlicet, quod præfatus Reverendiss. Dominus Episcopus qui pro distributionibus quotidianis Præposito exhibendis, & subministrandis univerat, & applicaverat fabricæ præfatæ Ecclesiæ novem beneficia ecclesiastica, clericatus nuncupata, diœcesis Veronen. debeat dictos clericatus, ut præfertur unitos, & applicatos dissolvere, & dismembrare ab antedicta sua applicatione, illosque unire, & applicare mensæ

seu

seu Cnnipæ Capitulari DD. Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli prædictorum, ne propterea Dominus Præpositus pro tempore existens residendo in præfata Ecclesia, & divinis interessendo possit, & debeat participare, percipere, & consequi portionem suam distributionum cotidianarum tamquam unus de Capitulo, & prout singuli ex Archipresbytero, & Canonicis præfatis residentibus, & divinis interessentibus participare possunt, ac debent juxta formã constitutionum, & privilegiorum suorum prædictorum, quodque idem Dominus Præpositus pro tempore existens possit, ac debeat gaudere, frui, & potiri privilegiis dicti Capituli: quibus, & prout præfati Domini Canonici, & Capitulum, ac quilibet ipsorum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, vel poterunt quomodolibet in futurum. Similiterque dictus Dominus Præpositus pro tempore existens tamquam unus de Capitulo sit, & intelligatur, exemptus ab ordinaria jurisdictione præfati Reverendissimi D. Episcopi Veronen. & subjectus jurisdictioni DD. Archipresbyteri, & Capituli prædictorum, teneaturque, ac debeat observare prædicta privilegia, facultates, indulta, & constitutiones Capituli, & illis subesse in omnibus, & per omnia sicut singuli ex Dominis Canonicis præfatis facere consueverunt, ac possunt, & debent: Et quamvis præfatus Reverendissimus D. Episcopus in prælegata ejus erectione antedictæ Præpositura reservasset sibi collationem, provisionem, & omnimodam dispositionem dictæ Præpositura, nihilominus, ut præfati Domini Archipresbyter, Canonici, & Capitulum ne dum benignitate, verum etiam liberalitate, ac munificentia dominationis suæ demulceantur etiam quod hoc non fuerit deductum, aut tractatum in hujusmodi compositione, sed super addendo gratiose, & liberaliter contentus fuit donare, & concedere, ac legitime donari, & concedi facere, sicque præfatus D. Pamphilius donavit, & concessit antedictis Dominis Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo cum successoribus suis, & sive præfatis Dominis procuratoribus, ut supra intervenientibus, ac stipulantibus præsentationem dictæ Præpositura, & sive jus præsentandi eidem Reverendiss. D. Episcopo, aut successoribus suis pro tempore existentibus personam idoneam quam maluerint ad dictam Præposituram, dum, & quoties illam pro tempore vacare contigerit per ipsum Reverendissimum D. Episcopum, aut successores suos pro tempore existentes confirmandam, & instituendam, ita quod dictæ Præpositura, dum pro tempore illa vacare contigerit, præsentatio ad præfatos DD. Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, confirmatio vero, & institutio ad præfatum Reverendiss. Dom. Episcopum Veronen. eorumque successores respective pro tempore existentes spectet, & pertineat spectareque, & pertinere debeat perinde ac si in dicta sua erectione hoc appositum, & consensum fuisset. Quæ omnia, & singula supradicta in hoc instrumento contenta prænominatæ partes contrahentes, & ut supra intervenientes promiserunt & per solemnem stipulationem utrinque intervenientem convenerunt ac promittunt, & se obligant sibi ad invicem singula singulis congrue referendo firma, & rata, ut supra perpetuo habere, tenere, attendere, & observare, ac non contrafacere, opponere, aut contravenire per se, vel alium, sive alios modo aliquo, ratione, vel causa de jure, vel de facto in judicio, & extra, & sub pœna refectionis, & emendationis damnorum omnium expensarum, & interesse quæ, & quas altera pars pro contrafactione, vel inobservantia alterius, & e converso quovismodo pateretur in judicio, & extra: quibus refectis, vel non, rata tamen, & firma permaneant omnia supradicta secundum præsentis instrumenti formam, & tenorem, ac sub mutua obligatione omniũ bonorum suorum, quibus supra modis, ac nominibus mobilium, & immobilium, præsentium, et futurorum, ac per se, et successores ipsorum, ut supra in perpetuum. Super quibus omnibus fetierunt sibi per me notarium hujusmodi publicum confici instrumentum quoties opus fuerit relevandũ.

Actum Venetiis in Ducali Palatio Sancti Marci, et audientia Collegii præfati Illustriss. Domini præsentibus ibidem Magn. ac Generosis DD. Augustino de Mula q. Magn. Domini Pauli, et Petro Contareno q. Magnifici, et Clarissimi Equitis D. Zachariæ Patritiis Venetis, ac spectabile D. Stephano Bontempo q. D. Bartholomæi cive Venetiarum testibus vocatis, adhibitis, et rogatis eisdem anno, indictione, ac die prædicto quinto mensis Januarii. Suprascriptus Reverendiss. in Christo Pater D. Joannes Matthæus Gibertus Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Veronen. principalis audita primitus, et intellecta continentia, et tenore suprascripti instrumenti compositionis, et concordii sibi me notario perlecti sponte, et omni meliori modo quo potuit, et potest acceptavit, laudavit, et approbavit, ac ratificavit, laudatque approbat, et ratificat ipsum instrumentum compositionis, transactionis, et concordii, et supra factum, & celebratum seque ad illius observantiam obligavit per se, ac successores suos cum contentis in eo in omnibus, & per omnia secundum illius formam, & tenorem. Et hoc tamen si, & in quantum apparuerit de legitimo procurationis mandato suprascriptorum DD. Archipresbyteri, & Canonicorum, qui intervenerunt; & ipso instrumento, ut supra pariterque dictum instrumentum etiam ex parte reliquorum Dominorum Canonicorum, & Capituli suprascriptorum fuerit legitime approbatum, & ratificatum. Et similiter si, & in quantum fuerit factum compromissum in suprascriptum Reverendissimum Dominum Episcopum Theatinum per, & inter præfatos Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum, ac Reverendos Dominos Simonem Michael, & Laurentium Foscareno Canonicos Ecclesiæ Veronen. de, & super controversia vertente inter ipsos Dominos Simonem, & Laurentium ex una, ac Dominos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum præfatos occasione certæ residentiæ, ut dixit ex altera partibus prout etiam de hoc fuit tractatum coram prælibato Illustrissimo Dominio nostro Venetiarum, ut etiam præfati Domini Symon, & Laurentius, qui fuerunt obsequentissimi justitiæ, & præfato Reverendissimo Domino Episcopo suo Veronen. fruantur, ac potiantur pace, ac concordia juribus sibi debitis, &c. Actum Murani in domo plebanatus Ecclesiæ sanctæ Mariæ altas sancti Donati de Murano Torcellan. diœces. apud ipsam ecclesiam præsentibus ibidem hon. viris Domino presbytero Hippolito de Merlis Canonico Brugnanten. familiare ejusdem Reverendissimi Domini Episcopi Veronen. Domino presbytero Baptista de Rubeis beneficiato, et viceplebano prædictæ ecclesiæ sancti Donati, ac domino Raimondo à Turre q. Domini Hieronymi cive Veronen. testibus adhibitis, et rogatis, etc.

Die Veneris septimo suprascripti mensis Januarii M. D. XXX. suprascripti Domini Archipresbyter, & Antonius de Madiis, Bernardinus Lisca, & Alexander de Marcudis Canonici Veronen. ad docendum de suo mandato produxerunt procurationis instrumentum sibi una cum duobus aliis collegis, ac pro majore parte ipsorum factum a Reverendis Dominis Leonardo Marogna, et Nicolao Ursio Canonicis Veronen. pro se, et nomine aliorum Concanonicorum scriptum, signatum, et publicatum in folio bombicino per Alexandrum de Antonellis notarium, et præfati Capituli scribam die quinto mensis Decembris proxime præteritis, cum litteris testimonialibus magistri Domini Capitanei Veronæ fidem facientibus de legalitate dicti notarii die tertio præsentis mensis cum appensione sigilli sancti Marci, et recomendatum Venetiis per capserium Cancellariæ Ducalis, et per notarium officii de Cathavere hodierna die, ut moris est, quod tamen penes se retinuerunt. Actum Venetiis ad Cancellum mei notarii in Rivo alto præsentibus Reverendis Dominis Gratiano de Gratianis Feltren. et Jacobo Regia Ceneten. Ecclesiarum Canonicis testibus rogatis.

Clemens Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter fideles quoslibet præsertim ecclesiasticos pacem, & concordiam vigere, & augeri synceris desiderantes affectibus illa, quæ propterea processisse dicuntur, ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, sed firma perpetuo, & illibata permaneant libenter cum a nobis petitur Apostolico munimine roboramus. Sane pro parte Ven. fratris Jo. Matthæi Episcopi, nec non dilectorum filiorum Archipresbyteri, Capituli, & Canonicorum Veronen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias postquam præfatus Jo: Matthæus Episcopus volens Ecclesiam Veron. cui etiam tunc præerat, ad augumentum divini cultus condignis honoribus decorare in ea unam Præposituram, quæ inibi dignitas post Archipresbyteratum ejusdem Ecclesiæ existeret, & quam pro tempore obtinens stallum in choro, ac locum, & vocem in Capitulo dictæ Ecclesiæ, nec non processionibus quibusvis aliis actibus Capitularibus, & locis immediate post Archipresbyterum, & ante Archidiaconum, ac Canonicos dictæ Ecclesiæ haberet, & tam ipse, quam dicta Præpositura omnibus, & singulis indultis privilegiis, honoribus, & gratiis, quibus aliæ quæcumque dignitates, & Capitulares personæ ipsius Ecclesiæ tam de jure, privilegio, & consuetudine, quam aliis quomodolibet gaudebant, sine tamen præjudicio Episcopi, & sedis Episcopalis Veronen. gaudere poterant, perpetuo erexerat, & instituerat., ac octoen tresdecim portionibus. fructuum, redituum, & proventuum perpetuæ Cap. in Ecclesia S. Martini de Lentaco Veronen. diœc. ab eadem capellania, quam ipse Jo: Matthæus Episcopus ex concessione, seu dispensatione Apostolica in commendam obtinebat, separaverat, & dismembraverat, ac eidem Præposituræ pro ejus rata perpetuo applicaverat, & appropriaverat, & cum Capitulum præfat. super hoc requisit. erectioni, & dismembrationi hujusmodi, etiam absque eorum præjudicio consentire recusent, præfatus Jo. Matthæus Episcopus, quod ipsam Præposituram pro tempore obtinentes, sicut aliæ personæ Capitulares præfactæ Ecclesiæ interessendo horis Canonicis summam per eum tunc taxatam pro qualibet horarum hujusmodi, & in certis festivitatibus, tunc expressis, pinguiores tunc expressas distributiones quotidianas ex fructibus fabricæ ejusdem ecclesiæ haberent, ordinaverat, & ne dicta fabrica occasione distributionum quotidianarum hujusmodi pateretur detrimentum in qualibet ex novem tunc expressis ecclesiis, plebibus nuncupatis dictæ diœcesis, in quibus quamplures portiones clericales bona inter se indivisa habentes, consistebant, unam aliam portionem clericalem, cum eisdemmet præminentiis, fructibus, redditibus, & proventibus, ac honoribus, quos, & quas aliæ antiquæ portiones clericales habent, & habere consueverant absq; tamen præjudicio Archipresbyterorum earundem novem ecclesiarum, de novo erexerat, & instituerat, ipsasque novem portiones clericales de novo erectas eidem fabricæ ad hoc, ut ex illis dictæ distributiones quotidianæ eidem Præposito solverentur perpetuo univerat, & incorporaverat, & quod Præpositura, & illam pro tempore obtinentes hujusmodi subessent, ac ejusdem Præposituræ collatio, & omnimoda dispositio pleno jure pertinerent in omnibus, & per omnia Episcopo Veronen. pro tempore existenti voluerat, ac certos desuper executores deputaverat, & nonnulla, alia tunc expressa decreverat, & ordinaverat. Nosque erectiones, institutiones, separationem, dismembrationem, applicationem, ac appropriationem, ordinationem, institutionem, incorporationem, voluntatem, & decretum præfata per quasdam approbaveramus, & confirmaveramus, supplentes omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan interveneraat in eisdem, necnon de dicta Præpositura, ab ejus prima erectione tunc vacante, dilecto filio Hieronymo a Turre clerico Veronen. per alias nostras litteras provideramus, & dictus Hieronymus provisionis hujusmodi vigore possessionem dictæ Præposituræ absque consensu præfati Capituli assecutus fuerat, & in ea per nonnullos menses loco sibi in Capitulo non assignato permanserat, ac Archipresbytero, & Capitulo præfatis præmissis consentire recusantibus, seu nolentibus, contra eos ad promulgationem certarum censurarum, & pœnarum processum extiterat, cum super iis, & etiam antea super observatione privilegiorum, exemptionum, & immunitatum Archipresbytero, & Capitulo ac Canonicis hujusmodi ab Apostolica Sede concessorum, & aliis rebus tunc expressis, lites, & controversiæ inter Jo. Matthæum Episcopum ex una, & Archipresbyterum, ac Capitulum, & Canonicos præfatos ex altera partibus, tam in curia Romana, & Rotæ auditorio, quam in partibus coram certis judicibus ex delegatione Apostolica in civitate Mantuana motæ, & introductæ fuissent. Et dictos Jo: Matthæus Episcopus certas sententias, & rem iudicatam pro se, & contra ipsos Archipresbyterum, Capitulum, et Canonicos circa observationem privilegiarum, exemptionum, & immunitatum hujusmodi reportasset litteris executorialibus desuper in forma solita decretis, & circa erectionem Præposituræ hujusmodi, quasdam literas in forma brevis obtinuisset, ac illarum vigore eosdem Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, seu illorum singulares personas excommunicationis, aliasque sententias, censuras, & pœnas, & etiam privationis beneficiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda pœnas incurrisse declarari obtinuisset; Tandem partes ipsæ, seu eorum legitimi procuratores contemplatione & persuasione dilectorum filiorum Nob. V. Andreæ Gritti Ducis, & Dominii Venetiarum, ac medio Ven. fratris Jo. Petri Episcopi Teatinen. necnon aliarum personarum pro bono pacis, & evitandis scandalis, quæ verisimiliter ex processu controversiæ hujusmodi succedere poterant. Salvo nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito ad certam amicabilem transactionem, compositionem, concordiam devenerunt, per quam inter alia convenerunt.

Quod dictus Jo: Matthæus Episcopus procuraret, & procurari faceret quam primum quod Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, ac quilibet ipsorum capitulariter, & singuli ab excommunicationis, & aliis quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, & pecuniariis, necnon privationis, & inhabilitatis contra ipsos, aut ipsorum singulos occasione controversiarum in dicta Rom. curia, quam in partibus, ac per quoscumque Judices tam comiss. Apostolicos, quam Causarum Palatii Apostolici, aut forsan Curiæ causarum Cam. Apostolicæ Aud. seu locatenentes, vel alios quoscumque quoquomodo promulgatis, & quas ipsi Archipresbyter, Capitulum, & Canonici in genere, vel in specie quovismodo forsan incurrerant, absolverentur, & suos Archipresbyteratum, Canonicatus, & præbendas respective, & alia quæcumque beneficia ecclesiastica, necnon pensiones, & jura, quæ forsan habebant, cum opportunis inhabilitatione, seu absolutione, & remissione fructuum eorumdem interim perceptorum, & qui percipi potuerant, habilitarentur, ac secum super irregularitate, quam ex præmissis etiam forsan incurrerant dispensarentur. Idemque Jo: Matthæus Episcopus litis, & causæ, necnon sententiis, processibus, actis, & litteris executorialibus, etiam Apostolicis prædictis in omnibus, & per omnia, ac taliter quod ex illis, aut illorum prætextu nullum sibi jus contra Capitulum, aut particulares personas hujusmodi acquisitum esset, aut acquiri posset, cum contentis in eis, & inde secutis quomodocumque, & qualitercumque cederet, & renuntiaret, ita, & totaliter quod præfatus Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, ac quilibet ipsorum restituerentur, & reintegrarentur tam quo ad personas, honorem, & famam, quam quo ad Archipresbyteratum, Canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia ecclesiastica per pensiones, & jura eatenus obtenta, & imposterum forsan obtinenda, in, & ad suos pristinos status, in quibus erant, aut esse poterant antequam dictæ sententiæ, censuræ, & pœnæ adversus ipsos promulgatæ essent, & perinde ac si non

ema-

emanassent, quodque, ut Archipresbyter, Capitulum, & Canonici præfati sentirent fructum pacis, & tranquillitatis, in quibus religiose vivere, & Ecclesiæ antedictæ, ac cultui, & obsequiis divinis vacare possent, dictus Jo: Matthæus Episcopus tamquam ordinarius, & ordinaria auctoritate fungens tam per se, quam per officiales, & nuncios omnia, & singula privilegia, facultates, & indulta præfactorum Archipresbyteri, Capituli, & Canonicorum, quibus tam de jure, quam de approbata consuetudine, uti, frui, & gaudere poterunt inviolabiliter observare, & observari facere, illisque nullo umquam tempore contravenire, aut contrafacere, neque super inde præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, seu aliquem eorum molestari, aut perturbari per se, vel alium, seu alio, per ullum ingenium, seu modum permittere, quominus ipsi, aut successores eorum pro tempore existentes dictis suis privilegiis, facultatibus, & indultis in omnibus, & per omnia absque aliqua contradictione, vel exceptione uterentur, & gauderent, aut, uti, potiri, & gaudere possent; quodque præfati Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, & successores pro tempore existentes eumdem Episcopum, ejusque successores pro tempore existentes debitis honore, & reverentia, citra tamen præjudicium privilegiorum, facultatum, jurisdictionum, & indulterum suorum prosequi, nec non perpetuis temporibus futuris omnes, & singulas consuetudines tam antiquas, quam novas per præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, vel suos prædecessores, & successores pro tempore respective editas, vel in melius reformandas, & edendas, pariterque suas laudabiles consuetudines, etiam ab aliis tam Canonicis, quam cæteris beneficiatis, clericis, monialibus, & conversis, & quibuscumque aliis subditis suæ capitulari jurisdictioni observari facere respective tenerentur, & deberent, ac contra quoscumque tam Canonicos, quam reliquos subditos suos præfatos, si qui forsan ex illis forent delinquentes, inobservatores, aut transgressores dictarum constitutionum præfatus Archipresbyter, & successores sui pro tempore existentes, vel ejus vicesgerens ad correctionem, punitionem, & castigationem procedere deberet juxta vim, & formam dictarum constitutionum, vel prout sibi visum foret de jure faciendam, alioquin in eventum, quod præfatus Archipresbyter, & ejus successores pro tempore existentes, vel suus vicesgerens forent negligentes contra tales transgressores, & delinquentes, eo casu Jo: Matthæus Episcopus, ejusque successores pro tempore existentes in supplementum defectus, & negligentiæ dicti Archipresbyteri, vel ejus vicesgerentis possent contra ipsos transgressores, & delinquentes procedere ad correctionem, & castigationem, & privationem, ac executionem opportunis juris remediis, & prout sibi visum foret, justitia mediante, tamquam contra suæ ordinariæ jurisdictioni subjectos, quo casu dicti transgressores, & delinquentes, ea vice præfatis privilegiis minime fulcirentur, sub hac tamen modificatione, & declaratione, & non aliter, nec alio modo v. g. quod Episcopus pro tempore existens contra tales processurus, primitus teneatur, & debeat interpellare, & requirere præfatum Archipresbyterum pro tempore existentem, vel ejus vicesgerentem nedum semel, sed bis, & ter in scriptis cum intervallo saltem dierum duodecim adhibendo quatuor ex illis pro singula interpellatione, scilicet quatuor pro prima, quatuor pro secunda, & reliquos quatuor dies pro tertia ultima, & peremptoria monitione canonica, ut dictos delinquentes, & transgressores castigare, & punire debeat, alioquin elapso termino interpellationis, requisitionum, seu monitionum liceret Episcopo Veronen. pro tempore existenti libere procedere contra dictos transgressores, de quibus præfatum Archipresbyterum, aut ejus vicesgerentem interpellaverit pro ea vice tantum. Ita quod per tales, aut similes correctiones, punctiones, & executiones semel, & pluries, & contra unum, vel plures (ut præfertur) factas, præfatus Episcopus pro tempore existens, ut ordinarius non possit, neque censeatur sibi quicquam vendicare jurisdictionis, aut facultatis in præfatos Archipresbyterum, & Capitulum, ac Canonicos, vel subditos eorum, seu aliquem ipsorum, neque contra illos, aut in præjudicium privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, & jurisdictionum dictarum Capituli, quæ nihilominus firma, salva, & illæsa permaneant absque præjudicio, & derogatione illorum, immo neque adversus dictosmet transgressores, & delinquentes in reliquis, aut aliis vicibus nisi modo, & forma suprascriptis, qui transgressores expeditis castigatione, & punitione præfatis pro ea vice, & ut præfertur, factis, in reliquis remaneant sub jurisdictione, & privilegio Capituli sicut prius, præfatusque Episcopus censeatur totaliter functus officio suo, nec propterea habeat, aut habere possit ullam ordinariam jurisdictionem contra formam, & tenorem dictorum privilegiorum, neque contra præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, eorumque subditos, & tam contra dictos pœnitenciatos, quam alios quoscumque nisi modo, & forma præfatis, & absque ulla dilatatione suæ Episcopalis jurisdictionis, quæ stricte tantum intelligatur, prout supra, & non alias aliter, nec alio modo: Quodque præfati Archipresbyter, Capitulum, & Canonici, tum pro augumento divini cultus in præfata Ecclesia, quam, ut gratificarentur præfato Jo: Matthæo Episcopo consentient prout consenserunt, ac contenti fuerunt quod dicta Præpositura erecta per ipsum Jo: Matthæum Episcopum in dicta ecclesia stare, & remanere posset, & valeret sicut Apostolica auctoritate erecta fuerat, etiam cum præbenda eidem Præposituræ applicata per eumdem Jo: Matthæum Episcopum per unionem quorumdam beneficiorum ecclesiasticorum sibi pro præbenda applicatorum, ultasque ut in dicta erectione sub hac tamen modificatione v. g. quod præfatus Jo: Matthæus Episcopus novem portionee clericales pro distributionibus quotidianis dicto Præposito exhibendis, & subministrandis fabricæ ipsius Ecclesiæ unitas hujusmodi ab eadem fabrica dissolvere, & dismembrare, ac mensæ, seu Canepæ ipsorum Archipresbyteri, Capituli, & Canonicorum unire, & applicare deberet, ac propterea ipsius Ecclesiæ Præpositus pro tempore existens residendo in præfata Ecclesia, & divinis interessendo portionem suam distributionum quotidianarum tamquam unus de Capitulo, & prout singuli ex Archipresbytero, & Canonicis præfatis residentibus, & divinis interessentibus participare possent, & debent juxta formam constitutionum, ac privilegiorum suorum præfatorum percipere, & consequi, ac privilegiis dictorum Capituli quibus, & prout dictum Capitulum, & Canonici utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, & possent quomodolibet in futurum frui, gaudere, & potiri posset, & deberet, ac tamquam unus de Capitulo ab ordinaria jurisdictione præfati Episcopi exemptum, & jurisdictioni Archipresbyteri, & Capituli præfatorum sicut cæteri Canonici subditus esset, & etiam intelligeretur, ac præfata privilegia, indulta, & constitutiones Capituli observare, & illis in omnibus, & per omnia sicut singuli ex dictis Canonicis facere consueverant, poterant, & debebant subesse teneretur, & deberet. Et insuper præfatus Jo: Matthæus Episcopus, ut præfati Archipresbyter, Capitulum, & Canonici nedum benignitate, verum etiam liberalitate, & munificentia præfati Episcopi demulcerentur, licet hoc conventum non fuisset antedictis Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis, & eorum successoribus præsentationem d. Præposituræ, & sive jus præsentandi eidem Episcopo, & successoribus pro tempore existentibus personam idoneam, quam maluerint ad d. Præposituram quotiens illam vacare contigerit, per ipsum Episcopum, aut successores suos pro tempore existentes confirmandam, & instituendam, itaque dictæ Præposituræ dum pro tempore illam vacare contigerit præsentatio ad præfatos Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, confirmatio vero & institutio ad

Epis-

Episcopum Veronen. eorumque successores pro tempore existentes spectet, & pertineat perinde, ac si in dicta sua erectione appositum, & concessum fuisset cum promissionibus, obligationibus, & clausulis tunc expressis, donavit, & concessit, & deinde Jo. Matthæus Episcopus, & successive Archipresbyter, Capitulum, & Canonici præfati præmissa omnia approbaverunt, & emulgaverunt, ac ratificarunt prout in publicis instrumentis desuper confectis plenius dicitur contineri. Quare pro parte Jo. Matthæi Episcopi, & Archipresbyteri, Capituli, & Canonicorum nec non, qui sua interesse asserunt, ut hujusmodi concordia debitæ executioni demandetur Andreæ Ducis, & Dominii præfatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut compositioni, transactioni, concordiæ, & conventioni hujusmodi pro illarum subsistentia, & observatione firmiori robur Apostolicæ confirmationis adiicere, ac Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, ac singulares ipsius Capituli personas hujusmodi absolvere, & liberare, aliisque eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui cunctorum fidelium pacem, & quietem quantum cum Deo possumus libenter procuramus concordiæ, & instrumenti, seu instrumentorum præfatorum tenores pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati compositionem, transactionem, concordiam, & conventionem præfatas cum conditionibus, seu capitulis in eis contentis, necnon omnia alia illa concernentia in dictis instrumentis contenta, licita tamen, & honesta, & inde secuta quæcunque, Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere. Necnon in omnibus, & singulis suis capitulis plenum effectum sortiri, & inviolabiliter per utramque partem, prout unamquamque earum respective concernit, perpetuo observari debere decernimus. Supplentes omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, & nihilominus Archipresbyterum, & Canonicos, ac singulares personas hujusmodi a quibusvis excommunicationis, & aliis sententiis, censuris, & pœnis tam ecclesiasticis, quam temporalibus, seu pecuniariis, & privationis Archipresbyteratus, Canonicatus, & præbendarum, aliorumque beneficiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & imposterum obtinenda, quas propter præmissa quomodolibet incurrissent, absolvimus, & liberamus, ac pœnas hujusmodi eis remisimus, necnon interdictum, si quod forsan appositum sit, relaxamus, & partibus ipsis desuper silentium imponimus. Ac cum eisdem Archipresbytero, & Canonicis, ac singularibus personis Capituli hujusmodi super irregularitate per eos etiam sententiis, censuris, & pœnis præfatis ligatos, missas & alia divina officia celebrando, aut alias illis se immiscendo contracta quodque ad omnes, & sacros, & presbyteratus ordines promoveri & in illis, ac aliis per eos jam susceptis, & sacris, & presbyteratus ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, & quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura se invicem compatientia alias sibi Canonice conferenda recipere, & illa, ac per eos forsan obtenta beneficia ecclesiastica retinere libere, & licite valeant dispensamus: Necnon eos, & eorum quemlibet ad Archipresbyteratum, Canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia ecclesiastica, quæ tunc obtinebant, & alia in pristinum, & eum statum, in quo ante præmissa quomodolibet erant restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, necnon ab eis omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, sive notam per eos dicta occasione contractam penitus abolemus, necnon novem portiones clericales eidem fabricæ ad hoc, ut ex illis dictæ distributiones eidem Præposito solverentur unicas, & incorporatas hujusmodi ab eadem fabrica perpetuo dismembramus, & separamus, ac illas mensæ, seu Canepæ Archipresbyteri, Capituli, & Canonici hujusmodi, itaque propterea modernus, & pro tempore existens Præpositus dictæ Ecclesiæ residentia in præfata Ecclesia, & divinis interessendo, portionem suam distributionum quotidianarum tamquam unius de Capitulo, & prout singuli ex Archipresbytero, & Canonicis præfatis residentibus, & divinis interessentibus participant, participare possit, & debeat perpetuo unimus, & applicamus. Et nihilominus Ven. fratribus Patriarchæ Venetiarum, & Theatin. ac Vuigornien. Episcopis per præsentes committimus, & mandamus quatenus sibi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, ac in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte partium præfatarum, seu alicujus eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra compositionem, transactionem, & concordiam, & conventiones præfatas juxta illarum tenorem firmiter observari, ac Archipresbyterum, & Canonicos præfatos absolutione, liberatione, remissione, relaxatione, silentii impositione, dispensatione, restitutione, repositione, & plenaria reintegratione, & absolutione, ac posterioribus dismembratione, & separatione, necnon unione, & applicatione præmissis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes unam partium præfatarum per alteram, vel e contra, aut partes ipsas per quoscumque indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, & pœnas ipsas iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque, aut si partibus ipsis vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, & de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xvii. Maji MD.XXXII. Pontificatus nostri anno nono.

Interea Gibertus, cum Romæ accessisset, Clementi magno usui fuit, eoque defuncto, nec minori apud Paulum III. gratia valuit; at iterum cum ille ad suæ Ecclesiæ gubernacula anhelaret, ut graves controversias, quæ olim ipsi cum Canonicorum Veronensium Collegio intercesserant, in totum eliminaret, quippe illi Apostolicis instructi prærogativis, iterum disceptabant se Episcopi Veronensis imperiis omnino solutos, ac liberos, nec observantia, quam Episcopalis dignitas in Canonicis exigit, deferri videbatur, apud summum Pontificem questus, sequens diploma elicuit ad Veronensium Episcoporum asserendam majestatem, & ut Gibertina transactio suum haberet effectum.

Venerabili fratri Jo. Matthæo Episcopo Veronensi Paulus Papa III.

Venerabilis frater, &c. Exponi nobis nuper fecisti, quod cum Ecclesiæ Veronensi præes, & ea quam debes ipsius Ecclesiæ spectantur cura gerere, &c. apud eam ut plurimum resideas illius regimini, & administrationi, quod exacta potes diligentia intendas, cupis etiam, ut dilecti filii Capitulum ejusdem Ecclesiæ in his, quæ ad eos pertinent, tibi expedit, & quæ muneris tui sunt devote, & sedulo exequantur, & quia contingere posset, quod idem Capitulum sub prætextu quod a jurisdictione tua ordinaria Apostolica auctoritate exempti existant, tibi etiam in iis, quæ ad Dei cultum, & personæ tuæ in divinis reverentiam pertinent pariter, & cum Missam in pontificalibus celebrare proponis, te ex domo Episcopali ad Ecclesiam ipsam deducere, & ex ecclesia ad eandem Domi reducere, ac in celebratione missæ hujusmodi tibi assistere, vel Evangelium, ut Epistolam decenter decantare, seu diebus festivis duplicitatis majoribus missam solemniter in cantu celebrare, ac habitum decentem, & honestum veniendo ad eandem Ecclesiam, ac in ea stando, & ab ea recedendo, necnon in processionibus, ac aliis publicis actionibus capitu-

lari-

laribus deferen. & a discurrendo per ipsam Ecclesiam, & in illius choro insimul indebite colloquendo, & similiter, seu minus decentes gestus faciendo abstinere, aut ceremonias, & ritus ecclesiasticos debitos, & consuetos observare recusarent, nobis humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Deum ex toto corde ubique, & præsertim in ecclesiis, quæ domus Dei sunt coli, sinceris desideramus affectibus, attendentes nullum quantumvis plena, & ampla exemptione quempiam a cultu divino, nec reverentia ad obedientiam proprii Episcopi in eundem cultum concernentibus eximere, & propterea nolentes Ecclesiam tuam præfatam cujusvis exemptionis prætextu in divinis defraudari, aut debitis ceremoniis ecclesiasticis carere, fraternitati tuæ, de cujus probitate, & providentia plurimum in Domino confidimus præfatum Capitulum, & cæteros singulos ad præmissa omnia, & singula, ac alia quæcumque, quæ ad divinum in ecclesiis cultum, & personæ tuæ in divinis reverentia, necnon missarum, & aliorum divinorum officiorum celebrationem pertinent sub excommunicationis, suspensionis, interdicti, & aliis ecclesiasticis sententiis, & censuris, etiam quacumque appellatione remota, contra præmissa imittere, aut emissam per quemcumque superiorem admitti, aut alias quovis modo eis in aliquo suffragari posse nolumus, nequaquam obstan. Et si in sententiis hujusmodi insorduerint sub pecuniariis sacristia ipsius Ecclesiæ applicandis ad canonicatuum, & præbendarum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum, privationis, ac de illa ulterius obtinenda inhabilitationem, pœnis cogendi, & compellendi, necnon sententias, censuras, & pœnas hujusmodi aggravandi, & reggravandi, ac si opus fuerit super præmissis auxilium brachii secularis implorandi. Cætera, quæ in præmissis necessaria, & opportuna faciendi plenam auctoritate Apostolica per præsentes concedimus licentiam, & facultatem. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis exemptionibus, & immunitatibus, & privilegiis, indultis, & literis Apostolicis eidem Capitulo per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sede Apostolica, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illas alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter expresse derogamus, contrariis quibuscumque aut si eisdem Capitulo, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apost. sit Sede indultum quod interdici, & excommunicari non possit per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum die 8. Novemb. an. 1534. Pontif. nostri anno primo.

Anno 1536. auxit Gibertum Paulus idem III. (quod prius Clemens VII. fecerat) insigni privilegio, novæque dignitatis splendore circumfudit, quippe decreto Apostolico sanxit, ut ille, quo majori auctoritate ad continendos in pietatis officio populos floreret, Apostolici Legati è latere, ut vocant, nati in civitate, ac diœcesi Veronensi apicibus esset insignitus, cujus rei nobile hoc monumentum ad posteritatis memoriam impressum.

Paulus Papa III.

Venerabilis frater, &c. A principio nostri Pontificatus nostræ intentionis firmiter fuerit, ut in Legatum de latere in civitate, & tua diœcesi de tua persona per fel. rec. Clementem Papam VII. prædecessorem nostrum facta deputatio, omnesq; jurisdictiones, & facultates, omnia capitula, conventus, monasteria tam virorum quam mulierum, & alias personas ecclesiasticas civitatis, & diœcesis prædictæ, præsertim Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos tuæ Ecclesiæ Veronensis, quamquam olim ab Episcopo Veronensi exemptus ab auctoritate Apostolica regendi, visitandi, corrigendi, puniendi in eo, dicta dumtaxat Apostolica, & non ordinaria auctoritate, jurisdictionem habendi, & exercendi per eundem prædecessorem tibi concessa, & quique à Deo laudem hujusmodi sanctæ Sedis honorem, animarum tibi commissarum salutem semper secuti fide dignorum testimoniis percepimus laudabiliter usus es, tibi fulve, & validè removerent, quæ tamen intentio nostra hujusmodi ab illis, qui jugum Domini detrectant, & salutem animarum suarum respuunt, ut similiter accepimus in dubium revocatur. Nos inconvenientibus, quæ hic oriri possent occurrere, atque iis his, qui cura præmissa nimium curiosi fuerint satisfacere, & eos, qui salubre regimen tuum indebite accusant, ad Dei honorem, & animarum suarum salutem regere, & corrigere possis, & valeas providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia intentionem nostram talem qualem expressimus circa præmissa fuisse, & ad præsens esse, teque prætextu literis per eundem Clementem prædecessorem desuper concessis juxta illorum tenorem, quæ præsentibus pro expressis haberi volumus quibusvis constitutionibus, aut Cancellariæ Apostolicæ regulis, tam in crastinum nostræ assumptionis, quam postea emanatis non obstantibus, uti potuisse, & ad præsens, ac in futurum posse per easdem præsentes declaramus, & attestamur, sicque per quoscunque judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales sententiari, judicari, interpetrari debere, sublata eis aliter judicandi, sententiandi, diffiniendi, & interpetrandi facultate, irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilectis filiis universis, & singulis conventibus, Capitulis, tam virorum, quam mulierum, etiam exemptis, & Sedi Apostolicæ immediate subjectis, ac quibusvis personis ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus civitatis, & tuæ diœcesis Veronensis sub eisdem tibi concessis facultatibus comprahensis, & præsertim eisdem Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis tuæ Ecclesiæ Veronensis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis in eorum quemlibet, ac privationis dignitatum Canonicatuum, & præbendarum, beneficiorumque ecclesiasticorum ab eis obtentorum, & inhabilitatis ad illa obtinenda pariter ipso facto, si contraverterint, incurrendo, dicta auctoritate præcipimus, & mandamus, ut tibi tamquam sanctæ Sedis de latere Legato in omnibus, & singulis in dictis literis comprahensis juxta tenorem illarum omnino pareant, & obediant. Dilectos vero filios nobilem virum Ducem, & Dominium Venetiarum in Deo Domino exortantes, ut tibi in his benigne faveant, et assistant, pro ut eorum pietati decet, & officio convenit, nosque eos facturos speramus, non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque aliis omnibus, idem Prædecessor in sui literis voluit non obstan. cæterisque contrariis quibuscumque, aut si eidem Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis, aliisque quibuscumque ab eadem, &c. mentionem, &c. Datum Romæ ultima Januarii anno 1536. Pontif. nostri anno 2.

Eodem anno has dedit literas Paulus Pontifex Canonicis Veronensibus, ut inde intelligerent, in Giberto confirmatam Legati dignitatem, quam olim in ipsum contulerat Clemens antecessor.

Paulus Papa III.

Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Veronensis.

Ex fide dignis testimoniis non sine molestia accepimus, quod licet nos deputationem per fel. me. Clementem Papam VII. immediatum prædecessorem nostrum de persona Venerabilis fratris nostri Jo. Matthæi Episcopi Veronensis in Legatum natum Sedis Apostolicæ in ista civitate, & diœcesi Veronen. ad ejus-

dem Episcopi vitam factam, necnon omnes jurisdictiones, & facultates etiam omnia exempta Capitula, conventus, monasteria, tam virorum, quam mulierum, ac alias personas ecclesiasticas civitatis, & diœcesis prædictæ, præsertim vos auctoritate Apostolica, regendi, visitandi, corrigendi, puniendi, pleaamque in vos, & illos, dicta dumtaxat Apostolica, & non ordinaria, auctoritate jurisdictionem hujusmodi, & exercen. per eundem prædecessorem eidem Jo. Matthæo Legato concessam salvas, & validas remanere, dictum Jo. Matthæum Episcopum, & Legatum, quibusvis constitutionibus, aut Cancellariæ Apostolicæ tam in crastinum nostræ assumptionis, quam postea emanatis, non obstantibus illis uti potuisse ex tunc, ac in futurum posse per alias nostras in forma brevis literas declaraverimus. Tamen vos quia ordinationes salutares, & laudabilia jussa, honore Dei omnipotentis decorem vestræ ecclesiæ, augmentum divini cultus, morum honestatem, & animarum vestrarum salutem perven. per eum tamquam Apostolicæ Sedis Legatum, & juxta dictas facultates provide factas venir. quietemque, & pacem istius ecclesiæ, & cleri turbare sepissime alias, & nunc maxime . . . . ejusdem Episcopi quem ad nos pro servitio nostro, & universalis ecclesiæ vocavimus: hinc post ejus decessum ausi estis in contemptu Apostolicæ auctoritatis, & animarum vestrarum non sine detrimento. Ea propter attendentes in dicto Jo. Matthæo Episcopo Legato nato, & facultate ab eadem Sede, habente, nisi ei obediatur Episcopatui sedem contemni, omnium tam dicti prædecessoris quam nostrarum literarum hujusmodi tenores, & dictas pro expressis habentes motu proprio, & ex certa scientia, ac deliberatione nostra, vobis omnibus, & singulis, necnon universo clero, & congregationi presbyterorum sanctæ nuncupatæ, ejusque Archipresbytero, ac tam mensæ accolytorum, quam parochialium plebium nuncupatorum, massariis, ac eorundem plebium officialibus, necnon quorumvis ordinum monasteriorum Abbatibus, Abbatissis, prioribus, & priorissis, ac aliis personis ecclesiasticis tam regularibus, quam secularibus quibuscumque Veronen. civitatis, ac diœces. sub dicta legatione comprehensis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, & interdicti pœnis præcipimus, ut eidem Jo: Matthæo Episcopo tamquam Legato nato nostræ Sedis in omnibus, quę ad officium legationis quomodolibet spectantibus, & in quibus facultates per nostrum prædecessorem, aut nos concessas fuerint, seu quas nos ei salvas, & validas esse declaramus, præsertim regimen, & decorem ecclesiæ, augumentum divini cultus, morum honestatem, & animarum salutem concernere, obedire debeatis, & ab eodem Jo. Matthæo Episcopo tamquam Legato nato, vel per eum deputatis vos illos juxta litterarum a Sede Apostolica ei concessarum tenorem, regi, corrigi, visitari permittatis, & permittant, nec ullomodo eundem Jo. Matthæum Episcopum Legatum natum, vel ab eo deputatos in præmissis impedire, aut perturbare audeatis, vel audeant, alioquin contra vos, & illos ad pęnarum hujusmodi declarationem, & alia acriora remedia procedi faciemus, non obstantibus quibusvis exemptionibus nobis, & illis per Sedem Apostolicam concessis, & quæ in prædictis literis concessum fuit, non obstantibus ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ ann. 2.

Coaluit exinde arctissima inter Veronenses Canonicos, Præsulemque Gibertum animorum conjunctio, cum partis utriusque studia ad restituendum, augendumque ejus Ecclesiæ splendorem, divinamque propemodum gloriam vergerent. Extant non levibus impressa vestigiis ejus rei argumenta, Apostolica nempe ejusdem Pauli III. Pontificis documenta, quibus ad gratiam precesque Giberti, Canonicorum cœtui jus, auctoritatemque impertiit, ut beneficia ecclesiastica Canonicis obnoxia conferret. Subiicimus ipsum Pontificium diploma ex tabularii capitularis authographo descriptum.

Dilectis filiis Capitulo Ecclesiæ Veronensis
Paulus Papa III.

Dilectis filiis sal. & Apost. bened. Alias motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumcumque ordinum regularia in ecclesia, civitate, & diœc. Veronensis consistentia, & ad Vener. fr. Episcopi Veronen. necnon vestram, & quorumcumque aliorum collatorum, collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem communiter, vel divisim pertinentia, etiam si certis tunc expressis modis qualificata, & cujuscumque annui valoris illarum fructus existerent, quæ in antea in quibusvis mensibus, etiam nobis, & Sedi Apostolicæ, aut etiam spectantibus Apost. per constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostol. regulas reservatis per decessum illa obtinentium, seu præterquam per cessionem, vel resignationem quibusvis aliis modis, & ex quorumcumque personis, ac in quibusvis locis, etiam commendis cessantibus si commendata, aut unionis dissolutis si unita, & commendæ, ac uniones hujusmodi ex vacatione apud Sedem Apostolicam factæ forent vacare contigeret, etiam si dispositioni Apost. certis tunc expressis modis generaliter reservata existerent, nostræ, & dictæ Sedis collationi, & dispositioni per quasdam specialiter, & expresse reservavimus, cum inhibitione, suspensione, & decretis similiter tunc expressis. Et nihilominus Ven. fratrem nostrum Jo. Matthæum Episcopum Veronensem nostrum, & ejusdem Sedis Vicarium, procuratorem, & iconomum, ac nostro, seu dictæ Sedis nomine, aut nostra auctoritate omnia, & singula beneficia prædicta cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia in antea in quibusvis mensibus vacatura, aut etiam tunc vacantia, etiam si alias specialiter, vel ex quavis, de necessitate exprimenda generaliter reservata, seu affecta, & ut præfertur qualificata. Non tamen Canonicatus, aut dignitates, & præbendas, ac alia beneficia ecclesiastica ad vestram, seu ad vestram, & dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & conventus monialium S. Michaelis in Campanea Ordin. S. Benedicti Veronen. diœcesis, collationem, possessionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem, spectantia existerent, personis idoneis de quibus sibi viderentur, etiam quæcumque, quoscumque, & qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus conferendum, & de illis etiam providendum, seu alias disponendum constituimus, & deputavimus, ac postmodum litteras prædictas adversus quasdam revocationes per constitutiones nostras, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas generaliter factas per alias nostras in forma brevis litteras restituimus, reintegravimus, & revalidavimus, prout in singulis litteris prædictis quarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præfrati, pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur. Ne autem occurrente vacatione beneficiorum ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu aliam dispositionem vestram, ut præfertur, spectantia, illa aliqua detrimenta sustineri contingat, sed ne personis conferantur idoneis providere, nosque ob singularem devotionis affectum, quem erga nos, & Romanam geritis Ecclesiam, ac intuitu præfati Joannis Matthæi Episcopi, qui nuper apud nos dum in civitate nostra Bononiensi essemus, nobis super hoc efficaciter intercessit, & erga quem ob ejus erga eandem Sedem merita nos gratos reddere desideramus opportunis favoribus, & honoribus prosequi volentes, ac reservationi beneficiorum prædictorum per nos factæ hujusmodi firmiter inhęrentes, vos nostros, & ejusdem Sedis Vicarios, procuratores iconomos speciales ad nostro, & ejusdem Sedis nomine, seu auctoritate nostra, omnia, & singula beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & quorumvis ordinum regularia ad collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem vestram, ut præfertur spectantia in

antea in quibusvis mensibus vacatura, aut vacantia ad præsens cujuscunque annui valoris illarum fructus fuerint, etiamsi at præfertur, non tamen ratione vacationis illorum apud Sedem præfatam, aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, etiam juxta constitutionem per nos desuper editam, aut alicujus Cardinalis viventis, cujus consensus requirendus foret reservata, & qualificata, nec dignitates, aut Canonicatus, & præbendæ fuerint personis idoneis, quæ vobis videbuntur, etiam quæcumque, quascunque, & qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, expectantibus, conferendum, & de illis etiam providendum eisdem prorsus modis, & formis, ac cum illis facultatibus quibus præfatus Joannes Matthæus Episcopus Vicarius, & procurator noster ad beneficia hujusmodi conferendum per nos, ut præfertur, deputatus fuerit, auctoritate Apostolica constituimus, & deputamus per præsentes, decernentes irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis inhibitionibus vobis, etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, ne in collectione dictorum beneficiorum vos intromittere auderetis, per nos factis, quas per easdem præsentes revocamus, ac omnibus illis quæ in dictis litteris volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque: volumus autem quod præsentes, quas contemplatione dicti Fr. Matthæi Episcopi, ut præfertur, concedimus, quousque Episcopus præfatus noster ad premissa Vicarius, procurator, vel iconomus fuerit sint duraturæ, postmodum veroc essent, & expirent, ac nullius sint valoris, vel momenti, nec roboris in aliquo suffragentur. Dat. Romæ die 14. Decembris 1542. Pont. nostri an. 7.

Recolebat pio Gibertus animo illud Chrysologi oraculum *manus pauperis, Christi gazophylactum est*, atque adeo non modo liberalitatem ad inopiam miserorum mulcendam explicuit, verum etiam relicta à prædecessoribus vectigalia ad substentandas mulieres, quæ è cœno libidinum excitatæ ad pietatis cultum se traducerent, tum ad viduarum, orphanorumque levandam egestatem, ne ab aliquibus dilapidatoribus, helluonibusve absorberentur, curas admovit, de quibus subjectas litteras pastoralis illius solertiç insigne tropheum silentio non prœteribimus.

Universis, & singulis præsentes nostras litteras inspecturis, Hieronymus à Turre Præpositus Ecclesię Veronen. Judex & executor ad infrascripta una cum quibusdam aliis nostris in hac parte collegis, cum illa clausula quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, &c. à Sede Apostolica specialiter deputatus salutem in Domino sempiternam, & præsentibus fidem indubiam adhibere, nostrisque hujusmodi immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Litteras in forma brevis, sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Pauli divina providentia Papæ Tertii sub anulo Piscatoris more Romanæ Curiæ sigillatas, sanas siquidem, & integras, non vitiatas non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, & in eis prima facie apparebat nobis pro parte pauperum conversarum, & puellarum orfanarum in ædibus Abbatiæ Trinitatis Veronen. degentium principalium in infrascriptis litteris principaliter nuntiatarum coram notario publico, & testibus infrascriptis præsentatas, & ea qua decet reverentia recepisse noveritis, hujusmodi sub tenore.

Paulus Papa III.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex debito pastoralis officii, nobis desuper meritis licet insufficientibus commissi ad ea per quæ Christi fidelium quorumlibet circa eleemosynarum distributionem, bono, & æquitati consulatur libenter intendimus, & quæ propterea provide ordinata dicuntur, ut firma, & illibata persistant, quam a nobis petitur libenter Apostolico munimine roboramus. Sane venerab. frater Joannes Matthæus Episcopus Veronensis nobis nuper exponi fecit, quod ipse dudum considerans quod sucrescens perversorum nequitia, Episcopi, seu Prælati officium etiam excitare, & inducere debet, ut ex, quæ pia fuerunt consideratione instituta, quum in abusum vergere noscuntur, revocet, vel in melius commutet, quapropter licet tunc retroactis temporibus mensa Episcopalis Veronen. ab antiquo tempore citra singulis diebus sabbati ad valvas Palatii Episcopalis Veronen. consueverit, unum saccum panis pauperibus erogare; nihilominus evenisse, ut, hominum crescente malitia, moderno tempore pauperes ipsi, non vere pauperes ad eleemosynam hujusmodi suscipiendam, cum nullo humilitatis vestigio, nullaque gratiarum presertim omnipotenti Deo, à quo bona cuncta procedunt, actione, sed catervatim, tumultuarie, & imperiose confluebant, hincque jurgia, contentiones, & tumultus ac parvulorum a constipata turba compressorum planctus, & ejulatus exaudiebantur, & ut impudica verba, & turpes actus ex senuum sine delectu aliquo permixtione taceantur, quam plures ex eis panem sic susceptum, etiam in curia dicti Palatii, inter se ludere non verebuntur, ac propterea ne quod ad pietatem, & pauperum subventionem institutum esse dignoscebatur, ad impietatem tenderet, & noxam, providere volens. Attendens quoque ad pauperum conversorum, & puellarum orphanarum in ædibus Abbatiæ Trinitatis Veronen. ad instar observantię regularis degentium substentationem Christi fidelium suffragia fore plurimum opportuna eleemosynam sacci panis hujusmodi, quæ singulis diebus sabbati ad valvas prædictas, ut præfertur fieri consueverat, ad pauperes conversas, & puellas orphanas hujusmodi, ita ut ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus dictus saccus panis singulis diebus sabbati, per dictam mensam Episcopalem præfatis pauperibus conversis, & puellis orphanis erogaretur, sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito transtulit, & ut hæc pia, & laudabilis translatio, sine intermissione aliqua certius, et efficacius executioni mandaretur, decimam novalium nuncupatam Villæ, curiæ, & pertinentiæ Bodeloni Veron. diœcesis ad mensam Episcopalem prædictam pertinentem ad saccum panis hujusmodi, ut præmittitur erogandum absque tamen derogatione generalis obligationis bonorum mensæ Episcopalis hujusmodi specialiter destinavit, & expresse hypotecavit, voluitque, & concessit, ut in eventum cessationis erogationis hujusmodi liceret conversis, & puellis præfatis singulis annis tantum ex christianissima præscripta propria auctoritate percipere quantum eisdem pauperibus conversis, & puellis orphanis non foret erogatum, prout in instrumento publico desuper confecto, plenius dicitur contineri. Quare præfatus Joannes Matthæus Episcopus nobis humiliter supplicari fecit, ut translationi eleemosynæ hujusmodi, & aliis præmissis pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias super his opportune providere de opportunitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui singulorum Episcoporum honestis votis quantum cum Deo possumus libenter annuimus, prædicti instrumenti tenorem, ac si de verbo ad verbum insereretur præsentibus pro sufficienter expressum haberi volentes hujusmodi supplicationibus inclinati, translationem, destinationem, hypotecationem, voluntatem, & concessionem prædictas, ac prout illas concernunt omnia, & singula in prædicto instrumento contenta licita tamen, & honesta, ac sacris canonibus non contraria Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus illiusque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac illa suos plenarios effectus sortiri, & per pro tempore existentem Episcopum Veronensem, ac quoscunque alios quos quomodolibet concernunt, & concernent in futurum inviolabiliter observari, sicque per quoscunque judices, & commissarios quavis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, judicari, deffiniri, & interpretari debere, necnon quicquid secus, super iis à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigeris attentari irritum

& in-

& inane decernimus, supplentes omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsan in præmissis intervenerint. Necnon mandantes dilectis filiis St. Nazarii, & Justini, & S. Mariæ in Organis Veronen. monasteriorum Abbatibus, ac Præposito Ecclesiæ Veronen. quatenus omnes, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, aut alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte pauperum conversarum & puellarum, orphanarum, hujusmodi desuper fuerint solemniter publicatæ, eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant, auctoritate nostra præsentes litteras inviolabiliter observari, non permittentes pauperes conversas, & puellas orphanas hujusmodi desuper quomodolibet indebite molestari. Contradictores, molestatores quoscumque, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, ac quoscumque de quibus eis placuerit, censuras & pœnas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, necnon provincialibus, & synodalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiæ, seu Episcopatus Veronen. etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, ac litteris Apostolicis eisdem Ecclesiæ, & illius pro tempore existenti Episcopo sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, etiam aliis decretis, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenore præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis, alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diversim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 3. Februarii, millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octavo.

Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem, & receptionem nobis, & per nos ut præmittitur factas, fuimus pro parte pauperum conversarum, & puellarum orphanarum hujusmodi principalium in præsentibus litteris Apostolicis principaliter nominatarum debita cum instantia requisiti quatenus in, & ad executionem ipsarum litterarum, & contentorum in eis procedere dignaremur juxta earum vim, formam, & tenorem, nos igitur Hieronymus Præpositus judex, & executor intendens, & attendens requisitionem hujusmodi justam fore, & rationi consonam, volentesque mandatum Apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte præfatas litteras Apostolicas, huncque nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta, vobis omnibus, & singulis supradictis quibus præsens noster dirigitur processus, & vestrum cuilibet intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestras, & cujuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. Vosque nihilominus, & vestrum quemlibet insolidum tenore præsentium requirimus, & monemus primo secundo, & tertio, & peremptorie communiter, vel divisim, ac vobis vel vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & infrascriptis sententiarum pœnis distincte præcipiendo mandamus, ut præfatas pauperes conversas, vel puellas orphanas hujusmodi, de quibus in præsentib. litteris Apostolicis fit mentio de, & super omnibus, & singulis supradictis, vel eorum aliquo, aut alias contra præsentiarum litterarum, & præsentis nostri processus tenorem quomodolibet indebite molestetis, seu molestari faciatis, aut etiam permittatis, seu præfatas Apostolicas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter observetis, & ab aliis observari faciatis. Alioquin in vos omnes, & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in præmissis, & generaliter, in contradictores quoslibet, & rebelles, ac impedientes ipsas pauperes conversas, & puellas orphanas de & super præmissis in aliquo, necnon impedientibus ipsas, dantes auxilium, consilium, vel favorem, & publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quovis quæsito, colore cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, nisi intra sex dierum spacium, quorum primo duo pro secundo, & reliquos duo dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, a contradictione, rebellatione, impedimento, auxilio, consilio, & favore hujusmodi omnino destiteritis, seu destiterint singulariter. In singulos dicta sex dierum canonica monitione præmissa auctoritate Apostolica ex nunc prout ex tunc excommunicationis, in capella vero conventus, & collegia quæcunque in his forsan delinquentia suspensionis a divinis, & in ipsorum delinquentium ecclesias, monasteria, & capellas interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus; Cæterum quum ad executionem præmissorum ulterius faciendum nequimus, quod præsens personaliter interesse pluribus aliis legitime prepediti negociis, universis ex singulis D. D. Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, cantoribus, succentoribus, thesaurariis, scholasticis, sacristis, custodibus, tam cathedralium, quam collegiatorum, canonicis, parochialibusque ecclesiarum, rectoribus, seu locumtenentibus eorundem plebanis, viceplebanis, Archipresbyteris, vicariis perpetuis, altaristis, presbyteris, clericis, cæterisque cujusvis ecclesiasticis, in quibuscumque dignitatibus, gradibus, seu officiis constitutis, notariisque, & tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem, & diœc. Veronen. ac alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum super ulteriori executione dictorum mandatorum Apostolicorum, atque nostrorum favenda auctoritate Apostolica præfata tenore præsentium plenarie committimus vices nostras, donec eas ad nos personaliter, & expresse duxerimus revocandas; quos, & eorum quemlibet insolidum auctoritate & tenore prædictis requirimus, & monemus præcise; secundo tertio, & peremptorie communiter, & divisim, eisq; nihilominus, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in eos, & eorum quemlibet nisi fecerint quæ mandamus, fecimus in his scriptis, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dies, post præsentationem seu notificationem præsentium, & requisitionem pro parte pauperum conversarum, & puellarum orphanarum principalium hujusmodi eis, seu eorum alteri desuper factas immediate sequen. quos dies ipsius, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonica assignamus, ita tamen quod in his exequendis alter eorum alterum non expectet, nec unus pro alio, seu per alium se excuset, ad vos omnes, & singulos supradictos, personasque, & loca alia de quibus, ubi, quando, & quoties expediens fuerit personaliter accedant, seu accedat, & præfatas litteras Apostolicas, huncque nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel divisim legant, intimeat, insinuent, & fideliter publicare procuret, seu legat, intimet, insinuet, & fideliter publicare procuret, ac eisdem pauperibus, & puellis orphanis hujusmodi in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant litteras Apostolicas supradictas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter observari. Non permittentes eas super eisdem præmissis, vel earum aliquas per vos aut aliquem vestrum, seu quoscumq; alios quomodolibet indebite molestari, sed præmissa omnia, & singula quantum in eis fuerit perpetuo inviolabiliter observari faciant, seu faciat, juxta earumdem litterarum, & præsentationis processus, formam, & tenorem, non obstantibus omnibus his, quæ dictis præmisimus per nos in eisdem suis litteris voluit non obstare,

& ge-

& generaliter omnia alia, & singula nos in hac parte commissa in hac parte exequantur plenarie, prout per easdem litteras Apostolicas, & hunc nostrum processum demandatur. Ita tamen quod dicti sub delegati nostri, vel quicumque alius, seu aliquem nihil in præjudicium pauperum conversarum, & puellarum orphanarum principalium hujusmodi, seu earum procuratorum valeant attemptare, quomodolibet in præmissis, neque in processibus per Nos habitis, aut sententiis per Nos actis absolvendo, ut suspendendo aliquid immutare. In cæteris autem quæ eisdem pauperibus conversis, & puellis orphanis hujusmodi nocere possent dictis subdelegatis nostris, potestatem omnimodam denegamus, & si contingat nos super præmissis, in aliquo procedere, de quo nobis præfertur reservamus; non intendimus propterea commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem, & expressam fecerimus mentionem, & si forte aliqui, quos sæpe dictum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, antedicta omnia, & singula observare, mandatisque, & monitionibus nostris hujusmodi, immo verius Apostolicis obedire, & parere recusarent, seu illa different, vel negligerent contumaciter adimplere, Illustrissimum, & Invictissimum Principem Venetiarum, ac alios, quoscumque Principes, & Jusdicentes in quibuscumque locis, & præcipue in civitate, & diœc. Veronen. jurisdictionem temporalem, & ordinariam quomodolibet exercentes, eorumque locatenentes, & ipsorum quemlibet, tanquam religionis, & fidei Christianæ participes, & etiam deffensores ex parte prælibati Sanctissimi D. N. Papæ præsentiarum tenore requirimus, & ex nostra auctoritate rogamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet si, & prout fuerint requisiti, seu aliquis fuerit requisitus, pro parte pauperum conversarum, & puellarum orphanarum hujusmodi, vel earum procuratoris per se, vel alium seu alios, ut veri Catholici, seu in hac parte officij dexteram extendendo intra sex dies post præsentationem, seu notificationem præinsertarum litterarum, ac requisitione eis, seu eorum alteri, ut præmittitur factas, immediate sequentes quoscumque in præmissis contradictores, & rebelles, ac eorum quemlibet prout in his culpabiles fuerunt, qui sic judicium, & censuram ecclesiasticam contempserit per captionem, & distractionem bonorum suorum mobilium, & immobilium in ipsorum jurisdictione consistentium præmiss. & deinde per ipsarum personarum captionem, & quemlibet alium modum canonicum, qui eisdem DD. temporalibus, & ipsorum officialibus videbitur expedire, auctoritate, nostra, immo verius Apostolica, etiam manu forti absque tamen gravi læsione corporum eorumdem, usque ad integram satisfactionem, & partium omnium, & singulorum, in præsenti nostro processu contentorum, & alias ipsas inobedientes, & rebelles, & eorum quemlibet astringant, ipsorum potentia brachiique secularis donec ad obedientiam S. Matris Ecclesiæ devenerint, & processibus nostris antedictis paruerint, beneficium quoque absolutionis à prædictis sententiis obtinere meruerint, per processum auctoritate nostram hujusmodi nolumus, nec intendimus nostris in aliquo præjudicare collegis quatenus ipsi vel eorum alter servato tamen hoc nostro processu in hujusmodi negocio procedere valeant, prout eis, vel eorum alteri visum fuerit expedire. Præfactas quoque litteras Apostolicas huncque nostrum processum, ac omnia, & singula hujusmodi negocium tangentia, volumus penes pauperes conversas, & puellas orphanas hujusmodi, vel procuratorem suum remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum, seu quemcumque alium ipsis invitis, & contra eorum voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium vero facientes præfactis nostris sententiis, prout in his scriptis latæ sunt, dicta canonica monitione præmissa, ipso facto volumus subiacere, mandamus tamen copiam fieri, de præmissis, competentibus, & debere petentibus petentium quidem sumptibus ex excriptis, absolutionem vero omnium, & singulorum, qui præfactas nostras sententias, aut earum aliquam incurrunt, seu incurrent, quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes litteras, sive præsens pub. instrumentum hujusmodi nostrum processum in se continentes, sive continens, ex inde fieri, & per notarium pub. infrascriptum subscribi, nostrique sigilli appensione muniri mandavimus. Datum, & actum in Episcopali palatio Veronæ, sub quadam.. anno nativitatis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Indictione quintadecima, die lunę 27. Septemb. pontificatus autem præfati Sanctissimi D. N. Papę anno nono, præsentibus egr. V. Petro a Flumicello curiæ Veronen. & Bernardo Plato ostiario Ecclesiæ Veronen. testibus vocatis, adhibitis, & rogatis.

Ego Albertus fq. d. Petri Gajoni de contrata S. Benedicti Veronæ publicus Imperiali auctoritate notarius, qui suprascriptis omnibus, & singulis dum sic ut pręmittitur, fierent, & agerentur una cum pręnominatis testibus interfui, illaq; sic fieri vidi, & audivi, ideo pręsens publicum instrumentum, ex inde confeci, & subscripsi, signoque & nomine meis solitis, & consuetis signavi in fidem & testimonium omnium præmissorum rogatus, & requisitus, &c.

Atteximus his aliud ejusdem Præsulis pietatis monumentum; cum enim Ludovicus Canossa Bajocensis in Gallia Episcopus moriens testamento Veronensi Ecclesiæ ampla vectigalia reliquisset, quibus sacerdos ad rem divinam peragendam sustentaretur, dedit operam Gibertus, ut Pontificio diplomate res ad æternitatem transfundendam sanciretur.

Paulus Papa III.

Ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & convenit honestati, ut quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu litteræ desuper expeditæ non fuerint, suum debitum sortiantur effectum: Dudum siquidem fe. re. Clementis PP. VII. prædecessori nostro pro parte Ven. fratris Jo: Matthæi Episcopi Veron. & dilectorum filiorum Galeazzii de Claramonte clerici Suessan. executorum testamenti, ac Galeatii, & Bartholomæi fratrum de Canossa hæredum universalium bonæ mem. Ludovici Episcopi olim Bajocen. necnon congregationis capellanorum mensæ Corneliæ in Ecclesia Veronen. institutæ, & Sebastiani de Gregoriis iconomi, & magistri fabricæ ejusdem Ecclesiæ exposito. Quod ante ea dictus Episcopus Ludovicus tunc in humanis agens, & condens de bonis suis, in ejus ultima voluntate testamentum, pro reverentia cultus divini, ac suæ, & quondam Simonis de Canossa fratris sui animarum salute, inter cætera, voluerat, & ordinaverat. Quod ex pecuniis ipsius Ludovici Episcopi quingenti ducati in tot idoneis, & æquivalentibus fundis pro dote unius capellaniæ per Jo: Matthæum Episcopum, & Galeatium de Claramonte executores pręfactos in parochiali ecclesia Sancti Laurentii Veronen. cum ipsius Rectoris consensu eligendæ converterentur, & ad capellaniam hujusmodi sacerdos, qui inibi singulis diebus unam missam pro suæ, & dicti Simonis animarum salute celebrare teneretur, per dictos executores primo, & deinde, per eorumdem Galeattum, & Bartholomæum hæredes, ac ipsorum hæredum descendentes. Quibus jus patronatus, & præsentandi personam idoneam, ad dictam capellaniam dum illam pro tempore vacare contingeret per Episcopum Veronen. pro tempore existentem instituendam reservari voluerat, perpetuis futuris temporibus eligeret, ac eidem capellaniæ eas res quibus dictus Ludovicus Episcopus quotidie pro sua capella tam ad personam celebrantis, quam ad usum, ornamentum, & necessitatem altaris utebatur, quadam cruce tunc expressa dumtaxat excepta, legaverat, dictum Rectorem ecclesiæ præfactæ, ut legato suo hujusmodi annuere, atq; de ipso contentari, taliique ejus parochianus

pro omni sua quarta parochiali canonica si quam pro dispositis per ejus in ipso testamento quomodolibet consequi, jus petere posset, legaverat prout in instrumento super testamento hujusmodi confecto dicebatur plenius contineri, & in eadem dispositione subjuncto si omnia, & singula laudemia, telonea nuncupata pro tempore existenti Episcopo Veronen. præfacto pro investituris, seu recognitionibus super bonis feudalibus, & emphitheucis, ac livellariis mensæ Episcopalis Veronen. pro tempore factis, solvi debita, & consueta ex quibus lz. eorum fructus ad summam centum ducatorum auri de camera singulis annis ascendere possent, tamen quia Episcopi Veronen. qui pro tempore fuerant illa aliquando remisissent, & donavissent, ac aliquando exigere neglexissent retroactis temporibus modica eidem mensæ pervenerat utilitas, ab eadem mensa separarentur, & dismembrarentur, ac etiam illa quam ad effectum, ut in dicta Ecclesia Veron. illius chori sedes juxta ejusdem Ecclesiæ Veronen. qualitatem de novo fierent, & alia in eadem Ecclesia restauranda, restaurentur quingenti ducati hujusmodi fabricæ ipsius Ecclesiæ Veronen. in qua cadaver præfacti Ludovici Episcopi tumulatum erat, prout est perpetuo applicarentur, & appropriarentur. Et quam propterea pro tempore existens magister fabricæ præfactæ eidem congregationi Capellanorum summam ducatorum viginti auri singulis annis solvere, ac congregatio hujusmodi missam unam qualibet die apud altare majus dictæ Ecclesiæ Veronen. ubi cadaver prædictum reponi debet celebrare perpetuis futuris temporibus tenerentur, Apostolica auctoritate statueretur, & ordinaretur, ac Galeatio, & Bartholomæo hæredibus præfactis, & eorum descendentibus quibuscumque, ut magistros fabricæ ad solutum eorumdem viginti ducatorum eidem congregationi, necnon congregationem hujusmodi ad celebrationem missæ prædictæ, ut præmittitur, faciendas cogere, & compellere possent indulgeretur, ex hoc profecto Ecclesiæ Veronen. ornamento, & illius fabricæ, subventioni, ac necnon congregationis prædictorum commoditati consuleretur, & missa prædicta certius quotidie celebraretur, ac ac non congregatio hujusmodi propter hoc aliquod impedimentum, quod capellano, si in ecclesia S. Laurentii prædicta instituerentur facile contingere posset, ab ejusdem missæ celebratione retraherentur. Quare pro parte Jo. Matthæi Episcopi, qui etiam ejusdem fabricæ iconomus, & magister existebat, & existit, sicuti, & Galeatii de Claramonte executorum, necnon heredum, & cōgregationis, ac Sebastiani prędictis, pręfato prędecessori humiliter supplicato quatuor laudemia prędicta ab eadem mensa perpetuo separare, & dismembrare, ac tam illa quam ad effectum prędictum quingētos ducatos hujusmodi fabricę pręd. applicare, & appropriare, id quam propterea magister ejusdē fabricæ pro tempore existens congregationi hujusmodi summam viginti ducatorum auri de Camera singulis annis solvere, ac non congregatio præfati missam unam qualibet die apud altare majus prædictum celebrare perpetuis futuris temporibus teneantur, statuere, & ordinare, ac Galeatio, & Bartholomæo hæredibus præfatis, & eorum descendentibus quibuscumq; ut magistros fabricæ ad solutionem, & congregationem hujusmodi ad missæ celebrationem prædictas cogere, & compellere possent indulgere, aliasque eis in pręmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaretur, præfatus prædecessor, qui alias inter alia voluerat, qui semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interest, hujusmodi supplicationibus inclinatus Jo: Matthæi Episcopi, & Galeatii de Claromonte executorum, necnon hęred. & congregationis, ac Sebastiani prædictorum ad infrascripta omnia expręsso accedente consensu, prout nunc accedit sub datum videlicet quintodecimo Kal. Julii Pontificatus sui anno undecimo, omnia, & singula laudemia prędicta, ut prefertur solvi debita, & consueta ab eadem mensa, Apostolica auctoritate perpetuo separavit, ac dismembravit, ac tam illa, quam ad effectum, ut in dicta Ecclesia Veronen. illius chori sedes,

A *ut præfertur de novo fierent, & alia in eadem Ecclesia restauranda restaurarentur quingentos ducatos hujusmodi fabricæ dictæ Ecclesiæ Veronen. ita quod liceret illius magistris pro tempore existentibus laudemia de cætero inquirere, & exigere, & quingentos ducatos hujusmodi ab partibus prædictis petere, & consequi, ac tam de eis, dictos hæredes quam de laudemiis prædictis solventes quoslibet quietare, & liberare, necnon emolumenta laudemiorum eorumdem in dictæ fabricæ usus, & utilitatem convertere etiam perpetuo applicavit, & appropriavit. Ac quod propterea magister fabricæ pro tempore existens congregationis prædictis summam viginti ducatorum hujusmodi singulis annis solvere, ac non congregatio præfati missam unam qualibet die ad altare majus hujusmodi celebrare perpetuis futuris temporibus tenerentur, & obligati existerent: similiter perpetuo statuit, & ordinavit, ac ejusdem Galeatio, & Bartholomæo hæredib. præfatis, ac eorum descendentibus quibuscumque, ut magistros fabricæ ad solutionem eorumdem viginti ducatorum auri eisdem congregationi, necnon congregationem hujusmodi ad celebrationem missæ prædictæ, ut præmittitur faciendas coram loci ordinario, & infrascriptis executoribus, etiam per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas cogere, & compellere, necnon ubi solutio hujusmodi non fieret eos ex bonis dictæ fabricæ, & quibus summam quingentorum ducatorum hujusmodi percipi posset, ad eorum libitum alia juris solemnitate non servata Ven. & eisdem quingentis ducatis, seu redditibus ex eis acquirendis missam prædictam per eosdem congregationem, seu quemcumque mallerent presbyterum idoneum celebrari facere libere, & licite valerent indulsit. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiæ Veronen. & congregationis prædictarum juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia coboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon ipsius Ludovici ultima voluntate hujusmodi, quam quoad hoc spiritualiter, & expresse commutavit, cæterisque contrariis quibuscumque. Ne autem de separatione, dismembratione, applicatione, appropriatione, statuto, ordinatione, & indulto præmissis, pro eo quod super illis litteræ ipsius prædecessoris ejus superveniente obitu confectæ non fuerant, valeat quomodolibet hæsitari, præfatique testamenti executores, ac hæredes, necnon congregatio, & Sebastianus illorum frustrentur effectu volumus, & præfacta auctoritate Apostolica decernimus, quod separatio, dismembratio, applicatio, appropriatio, statutum, ordinatio, & indultum prædecessoris hujusmodi a dicta die quinta decima Kal. Julii suum sortiantur effectum: perinde ac si superioris ipsius prædecessoris litteræ sub ejusdem diei Datum confectæ, fuissent prout superius enarratur: quodque præsentes litteræ ad probandam plene separationem, dismembrationem, applicationem, appropriationem, statutum, ordinationem, & indultum prædicti Clementis prædecessoris nostri ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Quocirca dilectis filiis S. Mariæ in Organis, & S. Nazarii Veronen. monasteriorum Abbatibus per præsentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel alter eorum per se alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quemcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Jo: Matthæi Episcopi, & Galeatii de Claromonte, necnon hæredum, & congregationis, ac magistrorum prædictorum, vel alicujus eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra separationem, dismembrationem, applicationem, appropriationem, statutum, & ordinationem, ac indultum Clementis prædecessoris hujusmodi juxta illorum tenorem firmiter observari. Non permittentes Jo. Matthæum Episcopum, & Galeatium de Claromonte, ac hæredes, necnon congregationem, ac magistros præfactos per aliquem, seu aliquos*

ex eis, seu quoscumque alios quomodolibet indebite molestari: contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo. Ac legitimis super his gerendis servatis processibus censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus supradictis aut si Jo. Matthæo Episcopo, & Galeatio de Claromonte, ac heredibus, necnon congregationi, & magistris prædictis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die 3. Februarii 1534. Pontificatus nostri anno primo.

Ego Albertus f. q. D. Petri Gajoni de contracta S. Benedicti Veronæ pub. Imperiali auctoritate, & in Episcopali curia Not. qui retromissas literas Apostolicas ab eorum originalibus in forma brevis sub annulo Piscatoris more Roman. curiæ sigilatur, sanis siquidem, & integris, non vitiatis, non cancellatis, nec in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentibus, ut in eis prima facie apparebat fideliter transumptavi, & exemplavi, & cum Egr. Viro Ludovico Camisano notario, & dictæ Episcopalis curiæ Cancellario collationavi, & auscultavi nilque illis additum, diminutum, vel mutatum fore inveni, quod facti substantiam mutet, seu variet intellectum, ideo huic præsenti transumpto me subscripsi signoque, & nomine meis solitis signavi in fidem, & testimonium præmissorum rogatus, & requisitus, &c.

Hinc discent cæteri Episcopi, qua charitate, quove amore diligendæ sint ecclesiæ, cum is expoliavit se, ut sponsam indueret, mirumque in modum hac occasione exornavit, illustravitque Episcopale thronum, undique enim Canossarum gentilitia stemmata conspiciuntur. Cæterum inter multa egregie à Giberto Episcopo pro felici statu Veronensis Ecclesiæ, patrata summe commendantur Constitutiones ab ipso editæ, quas decem titulis, seu libris distinxit, ac promulgavit approbante Paulo III. anno 1542. die 25. Maii. Quantæ vero existimationis, dignitatisque fuerint, testes erunt verba Augustini Valerii Cardinalis Episcopi Veronensis suis in decretis, ac constitutionibus editis anno 1589. *Suadebat* (inquit) *ipsa meditatio constitutionum a sapientissimo, & optimo Episcopo Jo: Matthæo Giberto conditarum, quæ tanta prudentia excogitatæ sunt, atque scriptæ, ut non modo Episcopi aliquot ex illis tamquam in fonte constitutiones suas derivaverint, verũ etiã S. Sanct. Conc. Trid. inter sua decreta, quædam ex iisdem constitutionibus fere de verbo ad verbũ transtulerit: ac prota de statui constitutiones vobis notas recognoscere, typisque mandare, idque multas ob causas, primam quidem ut Joanni Matthæo Giberto optimo Episcopo, quem mihi semper in administratione imitandum proposui, hac ratione debitum honorem præstem, cujus memoria in Veron. Ecclesia conservare diutissime percupio: neque enim satis improbari potest mos ille prœvetus quorumdam, qui suorum prædecessorum nomen, & gloria obscurare nituntur.* Et paulo inferius. *Earum porro dignitatem reveritus, paucis quibusdã verbis levissimæ correctionis gratia detractis, integras typis mandare volui. Correctiones autem, interpretationes, & moderationes, quas addere placuit, ut ad Synodi Tridentinæ normam omnes eæ dirigerentur singulis capitibus ubi opus erat distinctis characteribus subscribi curavi.* Hæc ille.

Giberti etiam generosa pietas, prudentiaque pene admirabilis commendatur ab Andrea Gritto Venetiarum Duce suis in litteris Veronæ Rectoribus datis an. 1533. die 11. Maii, dum ille Cathedralis Ecclesiæ fabricæ omnia emolumenta, theloneum sibi, suoque Episcopatui debita assignavit, habito prius Apostolico consensu, ob divini cultus augmentum ex sua liberalitate, & amore. Familiam habuit ex suis moribus optime institutam, unde inter cæteros Joannes ille Casa Florentinus Archiepiscopus Beneventanus Giberti familiarissimus plura in suum Galatheum transferenda ad civiles innovandos mores, desumpsit. Præfuit laudatissime omnibus gratus ann. plus minus decem, & novem: moriens ex testamento, quod pridie anno 1536. die 11. Septemb. Veronæ condiderat, Veronensi Ecclesiæ legavit omnia sua pontificalia indumenta aliaque pretiosa in loco tuto constituenda pro successoribus Episcopis, sub custodia Capituli, ac Consilii civit. Veronæ, sex millium aureorũ summam pro paupertate sublevanda charitatis Mõti donavit, ad perpetuam sui amoris in pauperes testandam memoriam. Cæterum post diutinum morbum, quod summa cum patientia sustinuit, multosque exantlatos labores, in hortis Nazaretanis magno populorum mœrore, ac luctu, sanctissimis munitus sacramentis animam piissime die 30. Decembris anno 1543. efflavit, cujus cadaver in aula inferioris Episcopii expositum ab omni civium ordine lachrymoso obsequio veneratum, visumque fuit. Die vero 2. Januarii funebri pompa per urbem longo tramite totius Cleri, populique Veronensis interventu ad majorem Ecclesiam relatum, in monumento ante thronum epistolæ, quod ipse construi fecerat Ludovico Canossæ olim Episcopo Bajocensi, conditum fuit, ut quemadmodum in vita mutuo fraternitatis, & amoris vinculo obstricti fuerant, ita & in morte eorum ossa ad resurrectionem usque non essent separata. Inscriptio illius tumuli talis est.

Juncta Canossæ tuis sunt ossibus Giberti,
quem pietate gravem, & meritis prælustrib. hæcce servans omnis semper abitur ætas. Obiit anno M.D.XLIII. iii. Kal. Januarii

Parum distans Canossæ inscripio sic prostat.

Ludovico Canossæ Comit. Episc. Bajocensi viro omnium virtutum gloria præstanti, cujus singularis apud Christianos Reges & Pont. Rom. gratia, & auctoritas magnos sæpe bellorum motus sedavit, Galeatius, & Bartholomæus Fr. F. B. M. P.

Funebri, ac luculentissima oratione laudatus fuit Gibertus eadem die ab eruditissimo Adamo Fumano Canonico, quam nuper publici juris fecit doctissimus Aloysius Novarinus to. 1. opusculorum, inscripsitque præstantissimo viro nostro Cozzæ Cottio Arch. presbytero Veronensi. Marcus vero Antonius Flaminius nobilis Poeta hoc etiam epitaphium de Giberto composuit, quod inter ejus opera observavi, apud Martium Milesium Zerzanum claræ memoriæ amicum nostrum.

Giberti veneratur hic sepulchrum
Quem Ligur genuit Panormi in Urbe
Roma nutrit, & diu regendi
Orbis participem beata vidit,
Deinde Verona recepit, & magistrum
Sinceræ pietatis, & parentem
Mirata est, nihil ille quod beatam
Posset reddere civitatem omisit
Nunc cælo fruitur beatus ipse.



111 PETRUS Lippomanus, Patritius Vene- CXII.

a 18. Feb.

tus, Bergomas Episcopus, ad hanc Veronensem Ecclesiam fait transiatus 1544. die 19. a mensis Februarii, eodemque die annuente Pontifice Paulo, coadjutorem obtinuit cum spe futuræ successionis Aloysium nepotem suum, qui tunc Episcopus Motonesis erat. Veronam solemni pompa ingressus est die 26. Octobris ejusdem anni. Sedit annos 4. mens. 5. dies 18. Obiit anno 1548. 5. Id. Aug. in oppido Scotorum Adimburgi, ad quos Apostolicæ Sedis Nuncius à Paulo Pontifice missus fuerat, annos natus 52. ibique sepultus.

CXIII

b De eo Maraccius in Biblioth. Mariana par. 1. p. 45. Mondus.

112 ALOYSIUS Lippomanus b ex coadjutore, & Episcopo Motonensi Patruo successit an. 1548. Paulo III. Pontifice, sub quo legationem Lusitanam honestissime obierat. Sedit annos 11. legatione ad Imp. Carolum V. functus sub Julio III. Bergomensis deinde Ecclesia illi demandata est anno 1558. à Paulo IV. cumque in Veronensi administratione Augustinum nepotem suum coadjutorem sibi adjunxisset, eundem successorem vidit. Romæ decessit anno 1559. die 15. mensis Augusti, sepultusque est apud S. Catherinam de Funaris, ubi legitur brevis inscriptio quam supra retulimus cum de Bergomatibus Præsulibus loqueremur. Sea prægrandia volumina de vitis sanctorum scripsit per eadem tempora, quibus debacchans Lutherus, templis, arisque minabatur excidium. Plura alia sui eruditissimi ingenii trium linguarum peritissimus reliquit post se monumenta. De quo supra in Episcopis Bergomensibus plura.

CXIV

113 AUGUSTINUS Lippomanus [„ *Aloysii* „ *ex fratre nepos, Religiosas Professas Ordinis mi-* „ *litaris S. Jo: Hierosolymitani, & Præceptor domus* „ *fori Julii cum titulo Majorensis Episcopi patruo* „ *datus Coadjutor 8. Januarii 1557.*] ea coadjutore patruo successit. Primam lapidem posuit Ecclesiæ S. Mariæ extra urbis mœnia. Decessit anno 1559. mense Julio die 7. Patavii, inde Veronam translatus intra cathedralem Ecclesiam ad januam versus Meridiem. De quatuor Lippomanis Episcopis extat hujusmodi memoria in marmore.

Nicolao, Petro, Aloysio, & Augustino
Lippomanis,
Veronæ, & Bergomi Episcopis
meritiss.
in Ecclesiæ legationib. vita functis
fratres, ac fratrum filii
P.
Anno Domini M. D. LX.



CXV.

114 Fr. HIERONYMUS Trevisanus, Patritius Venetus, ex Ord. Prædicatorum insignis Theologus, probitateque morum cum nobilitate conspicuus, notusque Pio IV. Pontif. ab ipso fuit adlectus Veronensis Antistes die 15. Januarii 1561. interfuitque ex missu ejusdem Pontificis Tridentino Concilio, ubi decessit die 9 mensis Septemb. 1562. sepultus est in sacrario ecclesiæ S. Dominici, ubi legitur hæc brevis inscriptio.

Hieronymo Trevisano Ord. Præd.
Dominici filio
Episcopo Veronensi
Sacra Trid. Synodo vita functo


Augustinus, & Franciscus fratres,
sibi, & P.

Extat sub hoc Episcopo concessum diploma à Pio IV. Pont. Max. sacello Beatiss. Virginis Campanæ S. Michaelis prope, & extra urbem Veronæ, quo ex thesauro Ecclesiæ amplissimas indulgentias perpetuo omnibus utriusque sexus illud visitantibus elargitus est. Exemplar diplomatis adjungo.

Pius Episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Dum præexcelsa meritorum insignia, quibus Regina cælorum virgo, &c. Nos igitur cupientes, ut capella B. Mariæ Virginis Campanæ S. Michaelis nuncupata prope, & extra muros Veronen. quæ ut asseritur per nonnullos priores, gubernatores sub certis modo, & forma eligi solitos gubernatur a Christi fidelibus, congruis frequentetur honoribus, & in debita veneratione habeatur, ac ipsi Christi fideles eo libentius ad dictam capellam devotionis causa confluant, quo ex inde, &c. omnia, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, seu statutis ab Ecclesia temporibus confitendi propositum habentibus, qui capella prædicta in Assumptionis ejusdem gloriosissimæ Virginis Mariæ, & quarta Dominica Quadragesimæ diebus, a primis vesperis usque ad occasum Solis singulorum dierum hujusmodi inclusive annis singulis devote visitaverint, & pro pace, &c. preces fuderint plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam per modum Jubilæi, dummodo venerabilis fratris nostri Episcopi Veronæ ad hoc accedat assensus, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & elargimur quoties id fecerint, & ut Christi fideles ipsi ad capellam prædictam, pro indulgentia hujusmodi consequenda confluentes, illam Deo propitio facilius consequi valeant, ipsius capellæ priori, & gubernatoribus præfatis, ut aliquos presbyteros idoneos seculares, vel quorumvis ordinum regulares qui per octo dies ante quemlibet diem indulgentiæ plenariæ hujusmodi Christi fidelium ad eandem capellam pro indulgentiis hujusmodi consequendis accedentium confessiones audire & illis diligenter auditis ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, & delictis in quibusvis casibus, etiam dictæ Sedi reservatis, exceptis contentis in bulla in die cœnæ Domini legi consueta, absolvere, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem injungere, necnon vota quæcunque per eos emissa, ultramarina, visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & sancti Jacobi in Compostella, necnon castitatis, & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare possint de simili consensa deputandi facultate concedimus præsentibus, quas etiam, &c.

Datum Romæ apud S. Marcum Incarnationis Dominicæ MDLXII. octavo Julii, Pont. nostri anno 3.



115 BERNARDUS Navagerius e Card. Venetus hanc Ecclesiam perpetuo administrandam suscepit anno 1562. die 11. mensis Septemb. Hic nobilissimæ indolis adolescens adhuc, in studiis legum ita longe progressus est, ut reversus in patriam omnium admiratione causas peroraret, expediretque. Quamobrem ex ordine Sapientum candida- CXVI

e De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 940.

tus

tus evasit, Consultor militiæ, ac Dalmatiæ Administrator. Ad Carolum V. Reipub. nomine Legatus profectus est. Patavina deinde Prætura exornatus illius academiam rexit, & administravit. Constantinopolim deinde perrexit apud Turcam suæ patriæ causas peroraturus: decem senatorum magistratum est assecutus. Ad Paulum IV. deinde Legatus fuit, postea ad Ferdinandum Imperatorem, atque Franciscum II. Gallorum Regem, demum Judex sapientum Venetiis effectus, uxore orbatus, à Pio IV. deprecante Carolo Card. Borromæo, Ecclesiasticam senatoriam purpuram retulit anno 1561. die 26. mensis Februarii, insecutoque anno Veronensis Episcopus declaratus, missusque ad Concilium Tridentinum, ibi maxima cum laude doctrinæ, prudentiaque tantam apud illius Concilii Patres gratiam collegit, ut omnes ad Navagerium tamquam ad consiliorum Oraculum sibi recurrendum statuerunt. Absoluto Concilio, à Pio Pontifice missionem impetravit, ut sibi liceret ad ereditam Ecclesiam proficisci. Itaque profectus est, comitatusque à Venetiarum Patriarcha, atque coadjutore Aquilejensi, cum decem aliis Episcopis, videns civitatem, erupit in hanc vocem lætabundus: *Hæc requies mea, hic habitabo*. Die 9. Decemb. 1563. urbem ingressus est ingenti omnium lætitia, die vero sequenti in Cathedrali exceptus, habitaque à Francisco Morando civitatis nomine oratione, celebravit eo astante, & assistentibus Episcopis, Hieronymus Episcopus Theanensis, aliisque diebus eodem ordine peracta sunt sacra, tanta cum dignitate, ut Adamo Fumano Canonico viro eruditissimo occasionem dederit in suis monumentis, quæ extant, posteris demandare, quæ cum digna mihi videantur hic ad verbum subjungo.

Die Jovis 9. mens. Decemb. 1563.

Illustrissimus, & Reverendiss. D. Bernardus Navagerius Card. tit. S. Nicolai interim ag. & Sedis Apostolicæ ad Conc. Trid. Legatus, eo absoluto die 4. rediens, Veronam hora 22. ingressus est, & una cum eo venere infrasc. 12. Rev. Prælati. Pat. Venet. Petrus Landus Archiep. Cretensis: Ant. Justin. Chien. Archiep. Naxien. Dionysius Græcus Milopotanen. Episcopus Senior. Thomas Casella Episcopus Cavea. 2. Timotheus Justinianus Episcopus Calamonensis; Marcus Laurens Tropiensis Episcopus Campaniensis: Jacobus Surretus Græcus Episcopus Melopotanensis junior: Jacobus Naclantus Episcopus Clodiensis: Hieronymus Nichesola Episcopus Theanensis.

Die Veneris 10. m. Decemb. 1563.

Illust. & Reverendiss. D. Card. Navagerius supr. & perpetuus administ. Ecclesiæ Veron. mane ingressus est Ecclesiam Cathedralem, & en suggestu ipsius publico nomine totius civitatis habita est ad illum oratio pulcherrima ab excell. Doct. D. Franc. Morando, qua finita ingressus est chorum, & missam solemnem celebravit Reverendiss. in Christo P. Fr. Hieronymus Nichesola Episcopus Thean. præsentibus infrascriptis Reverendissimis Prælatis Daniele Barbaro Pat. electo Aquilejen. Petro Lando Archiep. Cretensi: Antonio Justiniano Chi. Ord. Prædicatorum Archiep. Naxiensi, Sigismundo Sarraceno Neapolitano Archiep. Muteranen. Dionysio Græcu Episcopo Melopotanensi seniore, Thoma Casella Ord. Præd. Episcopo Cavea. juniore, Julio Capellata Placent. Episcopo Laqaedusien. Annibale Sarraceno Episcopo Liciensi, Augustino Losca Hispano Abbate S. Benedicti de Ferraria Cong. Cassinen. Stephana Cataneo Novarien. Abb. Gravar. Placentin. diœc. Cong. Cassinen. omnibus à latere dextero. A sinistro autem Jo. Trivisano Patriarcha Venetiarum, Jo. Baptista Castaneo Romano Archiep. Rosan. (qui postea fuit Urbanus Papa VII.) Gaspare de Fosso Archiep. Rhegien. Antonio Caneu Archiep. Corcyr. Jacobo Naclanto Ord. Præd. Episc. Clodiensi. Ægidio Foscarario Bonon. Episcopo Mutinensi, Timothea Justiniano Chien. Ord. Prædicatorum Episcopo Calamonensi, Marco Lauro Torpiense Ord. Præd. Episcopo Campaniensi, Jacobo Surreto Græco Episcopo Melopotanensi juniore.

Die Sabbati 11. Decemb. 1563.

Mane orationem en suggesto Dominico habuit ad Illustrissimum, & Reverendiss. D. Cardinalem Bernardum Navagerium Legatum, & administratorem perpetuum Ecclesiæ Veronensis nomine totius Cleri Don. Vicentinus Ciconius Rector ecclesiæ parochialis S. Zenonis Oratorii, qua finita, missam celebravit ad altare majus Reverendissimus in Christo P. D. Petrus Landus Archiepiscopus Cretensis, sedente ipso D. Card. in sede sua Pontificali, a cujus dextris astabant Reverendissimi infrascripti. Daniel Barbarus Pat. Aquil. electus, P. Ant. de Capua Neap. Archiepiscopus Hydruntinus: Paulus Æmilius Verallus Romanus olim Archiepiscopus Rossanen. nunc Episcop. Caputaquen. Dionysius Græcus Ordinis Sancti Francisci Conventualium Episcopus Melopotanen. Thomas Casella Ord. Prædicatorum Episcopus Caven. 2. Jo. Antonius Facchinettus Bononien. (qui postea fuit Innocentius Papa IX.) Episcopus Nicastrensis, à sinistris vero Jo. Trivisanus Pat. Venet. Antonius Justinianus Chien. Archiep. Naxiensis: Jacobus Naclantus Flor. Episcopus Clodiensis, ambo Ord. Præd. Marcus Lauretus Episcopus Campaniensis Ord. Præd. Timotheus Justinianus de Chien. Ord. etiam ipse Prædicatorum Episcopus Calamonen. Jacobus Surretus Græcus Episcopus Melopotanensis 2. Ordinis Minor. de Obs.

Die Dom. 12. men. suprascr. missam celebravit, peracta prædicatione, Reverendissimus Patriarcha Venetus. A dextris autem Illustriss. & Rev. D. Card. astabant Patriar. Aquil. Archiepiscopus Panormitanus Ord. Franciscanorum, Episcopus Pientinus, Dionysius Græcus Episcopus Melopotanensis senior, Episcopus Campaniensis, Episcopus Grossetanus. A sinistris vero Archiepiscopus Cretensis; Archiepiscopus Naniensis, Episcopus Clodiensis; Episcopus Calamonensis; Episcopus Mellipotanensis junior; Episcopus Clusinus; Episcopus Alexanensis: Episcopus Caprulanus: Episcopus Pennensis.

Die Dominica 19. mens. sup. 1563. Illustriss. & Rev. D. Card. Navagerius perpetuus administrator Ecclesiæ Veronensis, audita prædicatione, ingressus est chorum, in quo celebravit missam Hon. D. Paulus Julianus Mansionarius Ecclesiæ, & à dextra D. Card. in sedibus canonicalibus astabant Reverendissimi D. D. Ossensis, & Ilerdensis Episcopi fratres ambo germani, & à sinistra itidem Reverendissimi Episcopi Barchinonen. & Uscllcasis.

Bernardus ergo inita possessione, diœcesanaque synodo celebrata, luculenta oratione Clerum adhortatus est ad observantiam decretorum Tridentinorum, cumque in eam curam omnes conatus intenderet, subita oculorum cæcitate pressus pauloque post gravi morbo detentus, decessit è vita 1565. cum prius maximopere fuisset lætatus, quod Augustinum Valerium in eo Episcopatu successorem exciperet. In ejus inferiis Vincentius Ciconia luculentissime peroravit. Navagerii autem vitam Augustinus Valerius enarravit, emisitque in lucem, tamquam opus Petri ipsius Augustini nepotis. In Cathedrali sepulchrum accepit cum hac brevi inscriptione.

Bernardi Navagerii Card. perpetui Ecclesiæ Veronensis administratoris Ossa.

Scripsit Bernardus latina carmina, & orationes, extatque ejusdem relatio redeuntis à legatione Constantinopolitana an. 1552. post triennium, in qua fuse, prudenter, ac libere disserit de Solimano Turcarum Imperatore, de ejus filiis, & primariis consiliariis. Meminit Bernardi eruditionis, & eloquentiæ insignis Gaddus Tom. 2. de Scriptoribus non Ecclesiasticis.

116 AUGUSTINUS Valerius a Venetus, nepos Navagerii, avunculi factus coadjutor 1565. die 18. mensis Maji, post aliquot dies eidem successit. Hic Navagerii exaggeratas virtutes visus est superasse, vel æquasse; quamobrem ex Valerii promotione Veronenses lenierunt extincti desiderium. Augustinus igitur natus Venetiis est an. 1531. sexta CX VII.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 4 col. 84.



hebdomadæ passionis feria; parentes habuit Albertum Valerium clarissimum Senatorem, Luciamque Navageriam Card. Bernardi sororem. Juvenis adhuc Patavium concessit bonis artibus illic operam daturus. Græcis, Latinisque litteris à Lazaro Bonamico excultus est, audivitque in severioribus disciplinis Basianum Lardium, ac Marc. Antonium Genovam gravissimos philosophos. Decem, & octo annos agebat cum Bonamicum præceptorem suum defunctum pro concione laudavit. Venetiis ex auctoritate Senatus Dialecticam, Philosophiamque summa cum ingenii laude professus est. Bis Sapientum Senatum implevit, ubi multoties eloquentiæ suæ articulos explevit; doctrinam probitas morum exornaverat, quamobrem Navagerio avunculo fuit unice charus, qui Cardinalis factus Augustinum secum Romam perduxit, statimque academiæ Vaticanæ, quam Carolus Borromæus instituerat, fuit adscriptus, *obedientis* in tesseram assumpto cognomine. Callebat tam Latinos, quam Græcos poetas, æque sacras, ac profanas historias; ut vero sacrarum literarum recessus omnes pervadere, easdemque facilius interpretari posset, triginta natus annos, Hebraicæ linguæ doctoribus se discipulum præbuit. Itaque in amœnioribus litteris nemo illo ornatior erat, in severioribus nullus solidior, graviorque habebatur. Cum avunculo ad Tridentinum Concilium profectus est, indeque ille revertens, ipsum jam illius adjutorem declaratum Veronam usque deduxit; cumque demortuo successisset, adeò flagranti pietatis studio Ecclesiam illam administravit, ut cum priscis sanctis illis Episcopis possit ille contendere. Populum absterrebat à vitiis, ad virtutes animabat lenitate, concionibus, fusis ad Deum precibus, consiliis, eleemosynis adeo plerumque effusis ut jam pater pauperum vocaretur. Tempore sævissimi contagii haud terga dedit ovibus relictis, quin illis pastorali cura adhærens, parvi pendebat propriam salutem, ut alienam proveheret. Dissidium inter cives pati non poterat, ita ut senex Roma digrederetur, ut Veronæ sedaret discordias. Philarmonicorum academiæ protector fuit, erexit seminarium, singulis fere annis diœcesanas synodos celebravit, ne Ecclesiastica disciplina labaret, aliquot instituit Xenodochia, piaque loca ad virginum tutelam, ac viduarum. Judæos per civitatem sparsim degentes, mixtosque Christianis intra certos cancellos compulit. Veronæ Societatis Jesu alumnis attribuit domicilium, introduxitque clericos Regulares Theatinos in ecclesiam S. Mariæ ad Glaram, olim Humiliatorum Ordinis præposituram, fratresque S. Francisci de Paula. Eam ob rem à populo Veronensi ex publico decreto ob ingentia beneficia decreta ænea statua est cum inscriptione, quæ Veronensis Populi & memorem mentem, & Augustini *Præsulis* assiduum studium promerendi mortales proloqueretur. Anno 1579. Gregorius XIII. tantus Pontifex Augustinum in Dalmatiam legavit, atque Istriam, ut illos Episcopatus ad puriores mores reformaret, nec multo post eadem Ecclesiastica censura succinctus Patavinum, Vicentinum, Clodiensem, Venetiarumque Patriarchatum lustravit. Requirebant hi Valerii catenati labores, ut Pontifex ejus dignitati rationem haberet. Illum ergo Cardinalem S. Marci creavit anno 1583. cujus electionis cum certior factus fuisset, convocato populo pro concione, Cardinalitiam dignitatem laudavit, deinde profectus Romam, ut de manu Pontificis purpureo insigniretur galero. Interim ne Veronensis Ecclesia ex sua absentia aliquid pateretur detrimentum, ex concessu Pontificis, Albertum Valerium nepotem suum cum futura spe successionis sibi adscivit coadjutorem, qui tunc erat Famaugustanus Episcopus. Purpuram adeptus, nulla fuit Romæ persona, quam suo non juverit suffragio, tantæque existimationis fuit apud omnes, ut nullus esset, qui Valerio ob singularem doctrinam, morumque probitatem summum Pontificatum non auguraretur. Eruditissimus Paleottus Augustinum virtutibus omnibus exornatum appellat, præcipuumque sacri Senatus consiliarium. Cardinalis Baronius in suis Annalibus, inque notis ad Martyrolog. Rom. hujus Cardinalis virtutes summis laudibus extollit, priscæ probitatis Episcopum illum appellans, quique possit cum antiquis prædecessoribus conferri, multisque ex recentioribus ob singularem doctrinam præferri. Obiit hic verecundæ probitatis senex Romæ anno 1606. IX. Kal. Junii anno ætatis suæ 75. Episcopatus vero 41. cum jam factus esset Episcopus Cardinalis Prænestinus. Illius corpus relatum Veronam, tumulatum fuit, lachrymantibus cunctis, in Cathedrali cum hoc brevi epitaphio.

AUGUSTINUS VALERIUS
CARD.
EPISC. VERONEN.
H. S. L.
J V. T. F. I.

Franciscus Pola vir sua ætate eruditissimorum hominum eximius jussu Bernardi Valerii V. C. & Alberti Episcopi hos fecit titulos, ut proilernerentur in majori templo Veronensi ad tumulum Navagerii Valeriique Cardinalium.

Bernardus Navagerius Cardinalis virtute spectatissimus, & sanctitate hic positus est. V. annis LIIX. m. IV. D. XIIX. ex iis Episc. Veron. II. Obiit VII. Kal. Jul. M. D. MXV Ossa Augustini Valerii Cardinalis semper memorabilis, & ubique, Roma huc transportata jacent. Vix. annis LXXV. menses I. dies XVII ex quibus XLI. in hoc Episcopatu obiit IX. Kal. Junii M.DC.VI. Albertus Valerius Episcopus urbis hujusce Navagerio Cardinali, Valerio Cardinali Proavunculo, Patruo quos Deus amavit, quos mundus coluit omnis hocce fecit monumentum meritissimis M.DC IX.

Jussu Decurionum Veronensium ad ejus semistatuam marmoream cum gentilitio stemmate apud S. Nicolai Sacellum hoc incisum prostat elogium an. 1639. positum.

Accipe viator accipe spectaculum ecce dignum ad quod tuo intentas operi recipias Augustino Valer. Cardin. Episcopo Veronensi inter quem, & Deum vereate conciliante omni summa necessitudo fuit, summa similitudo magno bono suo, & pareati splendidissimus Veronensium ordo idemque gratissimus decreto sumptuque publico P.

Alias plures inscriptiones de Valerio Card. reperies in inscriptionum libro ejusdem Polæ apud doctissimum Aloysium Novarinum tom. 2. Opusculorum. Has duas placuit hic referre, quas idem Albertus in D. Zenonis Episcopii sacello ex marmore excitavit, ut ibidem perpetua extaret memoria, ubi Maria Caroli V. filia, Maximiliani II. uxore, ac Rodulphi II. Impp. matre stante, & in Insula scalarum Margarita Austriaca Philippo III. Hispaniarum Rege desponsata, ad Clementem VIII. Pontif. Ferrariæ tunc agentem, cum Maria

matre properante, sacra fecisset, quae ita legentibus prostant.

In hoc sacello Reb. sacris interfuit Caroli V. filia Maria Austria Maximiliani II. Impp. uxor Rodulphi II. Mater Celebrante Augustino Valerio Episcopo Veronen. assistentibus Ludovico Madruccio Cardin. Maximiliano Archidiac. Austriae & quatuor Legatis Venetis Kal. Octob. M. D. LXXXI.

Altera inscriptio ex altera sacelli parte est hujusmodi.

Dum Margarita Austria Philippo III. Hispaniarum Regi desponsata ad Clementem VIII. Pontif. Max. Ferrariae tunc commorantem contenderet ut ab eo per Albertum Archiducem Austriae Procuratorem matrimonio jungeretur idem Augustinus Valerius S. R. E. Card. in Insula Scalarum adstante, Margarita Regina cum Maria matre Alberto Rodulphi Imp fratre maximaq; Principum virorumq; frequentia sacra fecit V. Id. Novemb. M.D. IIC.

Franciscus vero Pona nuper elogium scripsit, edidítque omni laude dignissimum Card. Valerii ad vivum virtutes recensens, quem pene adolescens funebri oratione laudaverat anno 1606. quam suo ro. 2. idem refert Novarinus. Valerius vero plura scripsit opuscula, & opera, quae ipsum nobilissimum ingenium decerant, quae sequuntur, & sunt. Scripsit Orationes in funere Lazari Bonamici praeceptoris sui, in funere Petri Landi, Marci Antonii Trivisani, Francisci Donari Ducum Venet. Epistolam consolatoriam ad M. Antonium Genuam: libellum inscriptum, Petrus Franciscus Contarenus Patriarcha, somnium ad Marinum Grimanum, Itinerarium libellum qua ratione in Aristotele versandum, contra Barbariem: de studiis, in quibus juvenis Venetus praecipue versari debet: de moribus, qui in Veneto laudantur: de scribendis epistolis libellum hortatorium ad Justinianum Contarenum: de ratione studiorum: de tempore: de loco: meditationes: praefationes: de recta philosophandi ratione lib. 2. de commentatiis conficiendis: de ambitione: epistolam qua laudat librum Hieronymi Oforii de Justitia; libellum, quo probat argumenta Aristotelis pro mundi aeternitate refelli posse: libellum de immortalitate: hortatorium ad Nicolaum Barbaticum, ut more majorum causas Veneriis ageret: de consolatione ad eundem in morte fratris: opus, quo juris Caesarei & Pontificii studium studiis philosophiae praefert: de consolatione opus non absolutum: de fugiendis honoribus: convivium noctium Vaticanarum: de fructu qui percipi potest ab iis, qui Romae vivunt: epistolas consolatorias ad Carolum Borromeum Card. libellum S. Basilii de virginitate latinum reddidit: de consolatione ecclesiae: sermones multos Italico sermone Veronae habitos: sermones ad populum in aede Veronensi habitos: de disciplina Acolytorum lib. 2. de legatione: quatenus cum haeteticis versandum ad Nicolaum Thomissum Polonum: vitam Cardinalis Navagerii; de Rhetorica ecclesiastica lib. 3. de ausu nefario in Cardinalem Borromeum: in eundem Card. humilias supra centum secundum ritum Ambrosianum: de Nicosia amissa: Cardinalis ad Cardin. Caraffam: quae Veronae acciderunt pestilentia sutente an. 1571. de statu custodientium virginitatem ad Sororem: de Viduis: de statu monialium: qua ratione munus Bayli pro Venetis obeundum esset Byzantii Nicolao Barbad. ad ipsum memoriale: libellum quo probat vitam religiosam senatoriae praeferendam: epistolas hortatorias ad Jacobum Foscarenum: libellum ad eundem Cretae praefectum: librum cur constitutiones non ediderit: epistolas pastorales cum esset visitaturus Dalmatiam, Istriam, Venetias, Patavium, Vicentiam: constitutiones ad Dalmatiae, alias ad Istriae usum: paraeneticum Venetarum constitutionum: historiam de rebus gestis Venetorum: de politica prudentia cum pietate Christiana jungenda: homilias 44. in Passione Domini: de Episcopis Veronensibus: de onere Cardinalatus: epistolas plures ad Cardinales, Episcopos, & alios: vitam Cardinalis S. Praxedis: homilias in Christi passione auctas: de occupationibus diacono Cardinali dignis: de consolatione Ecclesiae lib. 6. ad Ascanium Columnam Cardinalem: Quatenus honores fugiendi: de utilitate capienda ex corporis aegritudine: de cautione adhibenda in edendis libris: de investigandis remediis tentationum pastoralium; somnium de conclavi, quando creatus Urbanus VII. de utilitate capienda in conclavi: somnium de Card. S. Praxedis: Instructionem ad Albertum Veronae coadjutorem: somnium in aedibus S. Praxedis: de benedictione Agnorum Dei: Libellum consolationis ad Gregorium XIV. de ultimo sermone ejusdem Gregorii; de laetitia Christiana: Soliloquium in conclavi, in quo creatus est

B Clemens VIII. Commentarius visitationis Clem. VIII. An quid addi queat lib. Card. Paleotti: de sacri consistorii consultationibus: de senectute rereanda: Quod semper orare oportet in primis pro Romano Pontifice: de Mundi senectute: de utilitate ex duno lachrymarum: de comparanda, & ruenda boni principis existimatione: de occultis Dei beneficiis, de cautione à clericis in disputando adhibenda; Cavendum ne quis nimis sibi credat: de cauta imitatione sanctorum Episcoporum: Consolatorium ad Card. Federic. Borromaeum de matris obitu: de memorabili die 17. Septemb. Ann. 1595. ad eundem. De charitate Clementis VIII. in Galliae Regnum; Historiam Jubilei Anni 1600. Apologiam ad Veronenses, Homilias multas, & varias; de eximia humanitate Clementis VIII. erga Rempublicam Venetam: manendum in vocatione, qua quis vocatus cum animi tranquillitate: de reverentia, & obedientia erga Christi Vicarium; dialogos 19. dierum Canicularium habitos in aula

C magna S. Marci Romae.

Haec fuere Augustini Cardinalis monumenta, haec, quae retulimus, praeclara sanctimoniae ornamenta, quae tanquam in speculo quisque Christianus Antistes speculari debet. Augustini quoque studium, ac propensio in Capitulum, civesque suos non est hic silentio involvendum, nam vertentem inter eos de livellaria jurisdictione discordiam, qua prudentia, qua charitate, Gregorii XIII. Senatusque Veneti auctoritate fretus, sedavit, mutuaque benevolentia, ac pacis vinculo innodavit; quod cum in eximium Veronensis Capituli accedat ornamentum, ita ut in Italia nullum aliud simile jus habere dignoscatur, hic, & Gregorii Pontificis ad Augustinum litteras, transactionis monumentum, & ejusdem Episcopi actorum approbationem exhibenda curavimus ex tabulario Capitulari.

Gregorius Papa XIII.

D *Venerabilis fratri salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Archip. Praep. Archidiac. & Capitulum Ecclesiae Veronen. quod ipsi multi, & diversa livella frumenti, vini, olei, & pecuniarum per laicos Veronen. diaecesis eis debita possident, & in illorum exactione, & renovatione investiturarum plerumque tenentur ad actus judiciales contra debitores dictorum livellorum devenire, ipsique vigore diversorum privilegiorum per Romanos Pontifices nostros praedec. at Sedem Apostolicam variis temporibus concessorum executionem in suo foro ecclesiastico, quemadmodum antea, & a tanto tempore, quod ejus initij hominum memoria non habetur, in contrarium factum fuit, facere posse pretendunt; dilecti vero filij Communitas, & homines civitatis Veronen. dicto Capitulo hac in re se opposuerunt, allegantes causas hujusmodi cognosci, & earum executiones in eorum foro seculari fieri debere, ectaque desuper inter Capitulum ex una, & civitatem praefatam partibus ex alte-*

a materia quæstionis pro parte Communitatis, & hominum prædictorum adhortante dilecto filio Nob. Viro Nicolao de Ponte Venetiarum Duce dilectis filiis ejusdem civitatis Rectoribus nunc, & pro tempore existentibus, per literas fuit injunctum, ut civitatem præfatam, cum dicto Capitulo componerent. Cum vero negotium hujusmodi propter illius gravitatem; in quo de alteratione, & moderatione formæ antiquæ investiturarum ipsius Capituli, & maxime de caducitatibus, & aliis similibus clausulis agitur, quas Communitas, & homines præfati nimis rigorosas esse existimant, ex parte quoque ipsius Capituli personam ecclesiasticam gravitate, prudentia, & auctoritate præstantem requirere dignoscatur, idem Capitulum totum hoc negotium nullius judicio aptius, & dignius, quam tuo decidi, ac fine debito terminari sive ex bono, & æquo componi posse confidit. Pro parte igitur Archipresbyteri, Præpositi, Archidiac. & Capituli præfatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictorum livellorum qualitates, & quantitates, ac privilegiorum hujusmodi tenores præsentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuæ, de cujus ergo justitiam zelo, integritate, ac rerum usu plurimum in Domino confidimus, per præsentes mandamus, quatenus negotium, & causam hujusmodi summarie, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii auctoritate nostra audias, cognoscas, fineque debito termines, & decidas, ac partes ipsas inter se componere, & concordare studeas omni meliori modo, & commodiori via, prout tuæ prudentiæ magis expedire visum fuerit, dantes, & concedentes tibi facultatem, & auctoritatem omnia, & singula, quæ in præmissis, & contra ea necessaria duxeris, seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exequendi, tua opera, & industria quod pax, & concordia ea in civitate coalescat, quod te tua prudentia, & dexteritate effecturum non mediocriter confidimus. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris. Die 2. Septembris 1580. Pontificatus nostri anno nono.

Exoptante Serenissimo Domino nostro quod causa vertens coram S. Serenitate inter hanc magnificam civitatem, & Reverend. Capitulum DD. Canonicorum dictæ civitatis super electione judicis, & causis livellariorum dicti Capituli pro bono pacis, & amoris conservandi amicabiliter componatur, ut patet ex literis oratorum nostrorum tunc Venetiis ob datam causam commorantium, ac eorum relatione in speciali Consilio eis oretenus facta, ac demum ex literis ducalibus directis ad Clarissimos Rectores nostros diei 30. Martii 1579. & nostrum sit obtemperare paterno desiderio præfati Serenissimi Ducis, cupiamusque in quantum possumus complacere præfato Reverendo Capitulo, ut DD. Canonici ipsius quieto animo valeant incumbere ministerio Divino, habitaque relatione speciali Ecc. doctorum DD. Alegri Carterii, Joanais Baptistæ Marani, & Nicolai Lizzarii in eadem causa XII. electorum ad considerandum, & referendum modum, & formam cum quibus compositio ipsa fieri possit, & super omnibus habita matura consideratione. Et proponente magnifico equite Domino Thebaldo Lavagnolo provisore Communis tradit pars posita per duos provisores, & Cons. XII. Quod per hoc consil. concedatur præfato Reverend. Capitulo singulis annis eligendi unum Judicem de collegio spectabilium DD. Judicum advocatorum dictæ civitatis, cujus officium duret per annum incepturum Kalend. Januarii, qui vacare debeat a dicto officio saltem per annum, cujus judicis munus sit in prima instantia judicare causas livellariorum dicti Capituli de rebus livellariis pertinentibus ad præbendas, & mensam illius, erigente tum ipso Capitulo suis expensis unum tribunal in palatio juris cum suis subselliis, & cancellis sub titulo, & signo S. Georgii, qui judex singulis diebus juridicis sedere, & jus dicere teneatur super dictis causis, tum primæ causæ aut appellationum, tam secundæ, quam tertiæ instantiæ devolvantur ad ipsum Rev. Capitulum, quod tamen in secunda instantia causam committere debeat uni alteri doctori de dicto collegio ex partium confidentium concursu, qui si tulerit sententiam conformem primæ ulterius alicui partium non liceat appellari, neque de nullitate dicere, sed sententiæ ipsæ sic conformes transeant in judicatum, & omnia absque aliqua exceptione exequantur, sed si fuerint contrariæ, vel diversæ, tunc similiter eligere debeat tres doctores de dicto collegio medio confidentium concurrendos ad decidendum, & quod terminatum fuerit ab ipsis tribus, vel majori parte eorum firmum sit, & executioni mittatur. Judicare autem teneantur præfati judices tam prædictæ, quam aliarum instantiarum causas prædictas, & præcipue caducitatum, & investiturarum secundum formam statutorum vestrorum, & decretorum Ducalium cum assensu tum Reverendissimi Episcopi vestri eidem indulto per Breve Apostolicum diei 2. septemb. proxime præteriti, aliter concessum sit nullius valoris, & momenti, sed jura partium maneant illæsa, quia aliter, ne alio modo hæc civitas non fecisset hanc concessionem, & compositionem.

Dum apud Serenissimum Principem nostrum Venetiarum Capitulum jura, & privilegia sua tum Pontificia, tum Cæsarea de for. livellarios suos tractatione tueretur, & propagationem hujus judicij sustineret, contra vero magnifica civitas Veronæ eadem jura impugnare conaretur, Serenissimus Princeps non solum nutu, sed paterna monitione harum litium initia extinguenda esse significavit, atque pro summa sua erga Deum pietate, & ecclesiasticas personas propensa benevolentia non semel hortatus est de hac conciliatione, literas etiam ad Clarissimos hujus urbis Rectores suos scripsit. His autem de rebus certior factus sanctissimus Romanus Pontifex indecorum esse videns civitatem, & Canonicos lites inter se exercere, omnino a contentionibus recedendum esse decrevit, harum omnium controversiarum Reverendissimum D. Episcopum nostrum, quem in majoribus negotiis, & prudentissimum, & sapientissimum esse cognovit, moderatorem, & compositorem Apostolicis literis suis fore statuit, & mandavit. Itaque Reverendiss. Episcopi opera interposita litium disceptatione desitum est, & Magnifica civitas Reverendissimo Episcopo Apostolico delegato eam voluntatem, quæ de hac re ab ea expectabantur cumulate præstitit, nempe in magnifico Cons. suo die 29. mensis præteriti, qua de compositione Reverendissimus Domin. Episcopus fieri consueverat animo libentissimo amplexa est. Reliquum erat, & ita æquitati consentaneum, & hujus Capituli decori esse videbatur, ut nos pari studio, & voluntate Reverendissimi D. Episcopi desiderio obsequeremur. Quocirca proponitur pars.

Quod Reverendissimo D. Episcopo nostro Veronæ Apostolico delegato assensus, & consensus Capituli nostri libere præstetur, & exhibitus esse censeatur, ita ut quæ magnifica civitas in decreto, sive parte sua jam dicta hortatu, & compositione D. suæ Reverendissimæ fieri decrevit, de judicis scilicet electione a Capitulo facienda, & judicandi forma, tribunalis erectione caducitatum usu, & investiturarum renovationibus, salvo tamen decreto in re hac laudemiorum alias facto per magnificam civitatem, & Reverendissimum Capitulum, ea omnia de quibus in dicta parte pro summa sua prudentia idem Reverendiss. Dom. Episcopus auctoritate Apostolica corroborare possit, & perpetua confirmatione approbare dignaretur.

Delata ad suffragia habuit voces propitias, & unam dumtaxat adversam, capta, & publicata. His peractis posita fuit alia pars. Quod detur facultas, & auctoritas Rev. Capituli RR. DD. Ruffino a Campanea Archipresb. Adamo Fumano, & Marcello Carioto Canonicis accedendi ad Reverendiss. D. Episcopum, & ab eo uti Sanctissimi D. N. PP. delegato suppliciter nomine Capituli confirmationem Apostolicam negotij de quo in parte nuper capta impetrandi, habuit suffragia omnia propitia numero decem, & nullum adversum.

Augustinus Valerius Dei, ac S. Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Veronæ, & Comes, & in hac re, & negotio a Sanctiss. D. N. Gregorio PP. XIII. commissarius delegatus ad perpetuam rei memoriam.

In Episcopali munere nostro, & animarum nobis a Deo creditarum cura, atq; regimine nihil desiderabilius contingere solet, quam cũ ovile nostrum concordiæ, & pacis trãquillitate fruitur, & quietem cum charitate conjunctam habens ad cælestem patriam simul iter dirigere conspicitur, maximeque administrationis pastoralis nostro conducere intelligimus, si in eam causam cunctis viribus incumbamus, & invigilemus, ut apud nos fidelium nostrum in Domino pacata sint omnia. Quod si fortasse animos aliquorum fidelium nostrorum aut simultate aliqua, aut dissidio suffusos esse cognovimus, ut omnes injuriæ communis concordiæ causa voluntaria quadam oblivione conterantur summo studio curamus, atq; contendimus, quibus præsidiis, & ope spirituali sathanæ communis hostis perniciosa consilia omnia debilitata, & labefactata remaneant, quod vobis hoc tempore divino spiritu opitulante contigisse exploratum est. Cum etenim inter Magnificam civitatem Veronæ, & Reverendum Capitulum DD. Canonicorum fratrum nostrorum de fori circa livellarias Capituli jurisdictiones, & jus dicendi potestatem dissentiones, & lites essent exortæ, quandoquidem Canonici auctoritate, & jure privilegiorum tum pontificia, & ecclesiastica, tum imperatoria, sive regia seculari potestate concessorum livellarios suos ad solutionem pensionum, & livellorum, ac investiturarum renovationes ut, & facultati fori sui compellere posse profitebantur. Contra vero civitas id eis minime licere contendebat, clausulas etiam quasdam in investituris Canonicorum descriptas nimis duras, & intollerabiles esse commemorabat, illas caducitates de medio tollendas esse asserebat; hæ lites, & dissentiones in dies magis augeri videbantur, quarum agitatione, & commotione in primis Serenissimi Principis nostri animus molestia afficiebatur, quod non obscure, sed sæpe nutu, & significatione declaravit, atque mandatis ad clarissimos hujus civitatis Rectores suos testatus est, quibus harum litium, & contentionum finem, & compositionem summopere desiderare demonstravit. Interea etiam Sanctissimus D. N. Romanus Pontifex Max. Greg. XIII. de his rebus omnibus certior factus has disceptationes, & controversias extinguendas esse censuit, non decere civitatem, & Canonicos lites inter se exercere, contentionibus conflictare, dissentionibus abalienatos animos habere, dandam esse operam, ut inita concordia, controversiarumque, & simultatum seminibus sublatis, diaboli perennis hostis fractis, & debilitatis viribus, canonici rebus divinis sedate incumbere possent. Cum vero negotium hujusmodi magni ponderis esse Summus Pontifex existimaret ex quo de re ecclesiastica, & quod caput est, de privilegiorum juribus, & firmamento, moderatione, & alteratione antiquæ formæ investiturarum canonicarum, præsertimque de caducitatibus, aliisque similibus clausulis, & pactis agatur, gratissimum, atq; Sanctitatis suæ sanctissimum paternum desiderium litteris suis Apostolicis in forma Brevis ad nos datis plene explicavit, in quibus non parva abundantia charitatis, & fiduciæ suæ erga nos harum litium judicem, compositorem, & moderatorem Apostolicum constituere nos, & facere dignatus est, ut rem tantam ad concordiam, & quietem Apostolica auctoritate, & potestate perduceremus. Nos itaque Pontificia mandata qua decet reverentia uti debemus curantes, & exequentes, virisque primariis civitatis, & Canonicis ad nos vocatis, quæ Summus Pontifex mandasset, quæ cuperet initio patefecimus in sermonibus, & collocutionibus nostris communi officio ad compositionem non semel eos hortati sumus, ex litibus multa impendere mala, damna, & incommoda, ex concordia fructus uberrimos, & præstantiores capi posse. Quo circa nobis agentibus de concordia civitas, & Capitulum auctorem nos, & consiliarium ac paternum mirifica, & singulari consensione secuti sunt, unum fore sensum civitatis, & Capituli ex admonitionibus, & consiliis nostris se prætulerunt animis conjunctis declaraverunt communi voluntate, & perpetuo quodam judicio ad nos rem totam detulerunt, decretis etiam vi nostrarum scientiarum, & voluntatem a civitate, & Capitulo factis judicio, & Apostolicæ potestati nobis impertitæ rem omnem accomodaverunt. Quamobrem nos rebus omnibus circumspectis, illud animadvertendum esse existimavimus civitatem, quę propensam voluntatem, & obedientiam erga S. Sedem Apostolicam (ut par erat) cumulate præstitit, Serenissimi Principis item desiderio est obsecuta, paternas etiam nostras admonitiones, & hortationes tam libenti, & prompto animo amplexa est, dignam esse, quę aliqua benignitate, & clementia S. Sedis ejusdem frueretur pro temporum instantium conditione, & ratione rerum secum remissius, ut levius ageretur.

Nos proinde auctoritate, facultate, & potestate nobis in hac re concessa, hoc nostro decreto, judicio, & declaratione, compositione, & conciliatione fori, & judicij DD. Canonicorum normam, formamque & regulam ita fore esse censemus, statuimus, & decernimus. Quod DD. Canonici secundum legem in consilio civitatis sancitam proponente magnifico Equite Dom. Thebaldo Lavagnolo, quem voluerint ex magnificis jurisconsultis, sive advocatis Collegij Veronæ suffragiis quot annis deligant, hic electus judicium suum, quod sit annuum Kal. Januarij ineat, per annum vacet, de livellis, & fictis præbendarum, & mensę capitularis rebus ad eam pertinentibus dumtaxat cognoscat, jus autem dicat, & forum agat diebus juridicis in publico causarum civitatis auditorio, quod palatium nuncupatur, ibi pro tribunali impensis Capituli erigendo sub titulo, & signo D. Georgij sedeat, appellationum autem, tum 2. tum tertiæ instantiæ causæ devolvantur ad Rev. Capitulum, quod in secunda instantia causam contentiosam committere debeat terminandam alteri doctori de dicto collegio ex partium confidentium concursu, qui si sententiam primam judicio, & sententia confirmaverit, ac appellatione, & nullitate postposita, & partibus denegata sententię ambę sic conformes transeant in judicatum absque ulla exceptione, aut tarditate executioni mandentur, quod si ipsæ sententiæ contrariæ, aut diversæ fuerint, Capitulum utique tres alios de eodem collegio eligat doctores ex concursu confidentium, quod vero ab his tribus, vel eorum majori parte terminatum fuerit firmum sit, & executionem habeat, judicia vero exerceantur, & sententiæ omnes prædictæ, acta, & causæ a judicibus in omnibus instantiis jam dictis fiant etiam in caducitatum, & investiturarum negotiis secundum formam statutorum Magnificæ civitatis, & decretorum Ducalium, salvo semper decreto, & jure laudemiorum alias inito in Magnificam civitatem, & Reverendum Capitulum.

Hæc autem omnia, & singula suprascripta, necnon pręsentem sententiam, compositionem, concordiam, declarationem, arbitrium, & decretum Apostolica auctoritate, & facultate prædicta nobis concessa, & impertita, concedimus, confirmamus, approbamus, & corroboramus, ac perpetuæ firmitatis, & inviolabilis executionis robur, & firmamentum adiicimus.

In quorum omnium, & singulorum testimonium has nostras fieri, & per Cancellarium nostrum infrascriptum subscribi, & sigilli nostri appensione communiri mandavimus.

Dat. Veronæ in Episcopali residentia nostra præsentibus Ven. D. Angelo Rato clarissimo Rectore ecclesiæ parochialis S. Petri ad Monasterium, & D. Valerio Malagutio Regien. familiaribus nostris omnibus adhibitis, & rogatis anno Nativitatis Domini 1581. Ind. 9. die vero 13. mensis Februarij, Pontificatus autem ejusdem S. D. N. Gregorij XIII. anno 9.

Josephus Castellus Cancellarius.

In Christi nomine anno ejus nativitatis 1581. Ind. 9. die 19. mens. Febr. in Episcopatu Veron. & cubiculo

Re-

Reverendiss. D. Episcopi præsentibur Reuer. D. Nicolao del Bene Rectore J.U. D. parochialis ecclesiæ S. Mariæ in clavica Veron. & D. Hieronymo Florino Veronen. testib. adhibitis, & rogatis.

Convocatis ad se Reverend. D. Augustinus Valerius Episcopus Veronæ, & delegatus Apostolicus in hac causa RR. DD. Rufino à Campanea J.U.D. Archipresb. Adamo Fumano, & Marcello Carloto J.U.D. Canonicis Ecclesiæ Veronen. ad hoc electis, & deputatis a Reverendo Capitulo DD. Canonicorum Veronæ, existente etiam ibi Illustri Can. Marco Antonio Turriano J.U.D. Præposito Ecclesiæ prædictæ ex una, & Magnificis DD. Tebaldo Lavagnola equite, & Aurelio Prandisio Provisoribus Magnificæ civitatis Veronæ, & eam repræsentantibus, assistente Magnifico D. Bartholomæo J.U.D. equite, & Magnifici Consilii XII. capitr, & Nob. R. Federico Campanea ex altera, mandavit per me Josephum Castellum publicum not. Veronen. & ejus Cancellarium legi, & publicari decretum, sive compositionis, & terminationis instrumentum suprascriptum quod ego legi, & alta voce publicavi. Qua publicatione facta, & a partibus audita, & intellecta, iidem RR. DD. & Magnifici provisores agentes respective nomine ut supra eamdem compositionem, arbitrium, & decretum laudaverunt, approbaverunt, & in illud libere consenserunt. Rogantes, &c.

Claudat Augustini Valerii Cardinalis laudatissimi Veronensis Episcopi res gestas elogium Onuphrii Panvinii, calamo Bernardi Bruschi clarissimi viri concinnatum, qui Valerii Præsulatus tempore Panormi, maxima rei literariæ jactura, ultimum vitæ spiritum pie Creatori reddidit. Elogium est hujusmodi, hic observantiæ ergo cujusdam clarissimi viri amici nostri exscriptum.

Exornat (inquit ille) *Veronæ gloriam Onuphrius Panvinius vir omnium seculorum memoria perquamdignus: cui præstantissimi suæ virtutis præcones contigerunt, Carolus Sigonius, Paulus Manutius & Justus Lipsius, viri ter maximi; magnum antiquitatis assertorem helnonem, spectatæ juvenem industriæ, ingenio, ut probitate, præstantem; virum industrium, diligentem, cui Romanæ memoriæ debent, debebuntque, illum deprædicantes. Hoc unum non minus vere, quæ libere dixero: In Panvinio laudando, qui solum, quod scire noluit ignoravit, nihil dici tam amplum, & magnificum posse, quin plurimis omnino partibus ab ejus virtutum præstantia superetur. Quandoquidem is, generosa perantiquæ familiæ stirpe oriundus, quæ annis ab hinc quadringentis Cremona Veronam demigravit, pubes factus, pio religiosi animi decreto Eremitarum D. Augustini familiæ nomen dedit. Cumque peracri judicio, & indefesso studio secretiores doctrinarum recessus, & penetralia admirabiliter invasisset, a Hieronymo Seripando, supremo illius Ordinis Præfecto, sacraque posterius, & altissime proxima, fulgente dignitate, Romam adductus est. Ubi gentium egregium fœcundi, & maxime eruditi ingenii specimen præbuit. Historicosque omnes, quotquot undique in manus cadere possunt, accuratissime pervolutans; totum se discendis, & conscribendis historiis plausibiliter tradidit. In quibus sic excelluit, ut paucos habuerit pares, superiorem fortasse neminem. Nimirum satis constat, res Romanas priorem illum è tenebris historiarum eruisse, in ordinem digessisse, atq; in lucem eduxisse; pertinaci quidem studio, & exquisita rerum omnium indagatione. Propterea quod summo semper in pretio fuit apud viros Principes, Reges, Imperatores, Pontificesque; variis locupletatus muneribus. Magna quoque pars, & præcipua extitit gloriosæ illius Vaticanæ Academiæ, ex qua olim Principes, Reges, Cardinales, & Pontifices prodierunt, quę mihi summa, & celeberrima videretur hujusce Virt laur, si nulla alia extaret. Cum vero oculi contemptus auctores esse soleant, Panvinium nemo vidit, quin pluris, quam antea, fecerit: nemo propius, fixusque contemplatus est, quin magis suspexerit. Nihilque antiquius illi fuit, quam ut cupiditates, & motus animi a ratione abhorrentes, ratione, atque honestate, quam maxime frangeret. Adamatus est mirum in modum a Marcello Cervino Cardinali, doctrina pariter, & sanctitate præstantissimo, qui Pontifex declaratus, ad præaltas rerum maximarum spes Panvinium excitaverat, erexissetque munifice, ac liberaliter, nisi intra XXII. diem, vix dum inito Pontificatu, excessisset e vita. Acceptissimus itidem vixit in contubernio Alexandri Farnesii, Purpuratorum Patrum munificentissimi; qui nihil, nisi ingenio perfectum, industria elaboratum, virtuteque absolutum, approbare consueverat. Hunc ille dum sequitur, in Siciliam proficiscentem, lethali febre correptus XVIII. Kal. Mar.* MDLXVIII. *Panormi extinctus est, nonum, & trigesimum annum agens, Romæque in templo S. Augustini sepultura honestatur, eo apposito epitaphio quod amici, studiis, ævoque conjunctissimi, conscripserant. Quinque supra sexaginta, diffusa, erudita, laboriosaque exaravit volumina: ex quibus plura typis tum Italicis tum Germanicis incredibili omnium commendatione excusa sunt, alia male perierunt: alia vero alieno nomine falso insignita circumferuntur. Patria Historia, cujus editionem Veronensium Decurionum decreto molitur Alexander Becellus, ingenii elegantia, & erudita laude monstrabilis per Orbis ora prope diem volitabit.* Hæc ille; cui addam epitaphium ad ejus prænobile tumulum, æneumque simulacrum nuper appositum.

D. O. M.

F. Honuphrio Panvino Veronen. Eremitæ Augustiniano, Viro ad omnes, & Romanas, & Ecclesiasticas antiquitates e tenebris eruendas nato. Qui Alexandro Far. Card. Vicecanc in Siciliam persequutus alienissimo & sibi & historiæ tempore Panormi obiit XVIII. Kal. Mar. MDLXVIII. Præclaris multis & perfectis & inchoatis industriæ suæ monumentis relictis, vixit an. XXXIX. amici honoris causa posuerunt.

De Panvinio inter alia hæc scripsit eruditissimus Jacobus Gaddus in suo præclaro opere de Scriptoribus non Ecclesiast. to 2. *Non multis annis opera tot Onuphrius scripsit, ut nihil legere potuisse, tot aliena legit, ut nihil scribere potuisse videatur.*





117 ALBERTUS Valerius, Venetus, Jo. Aloysii filius, superioris Cardinalis dignissimus nepos, ex ejusdem coadiutore, Fumagustanoque Episcopo anno 1591. ad Veronensem sedem fuit promotus post Patrui excessum anno 1606. vir quidem omnium genere virtutum eximie conspicuus, qui cum nobilitate generis pietatem in pauperes, in clerum amorem, in populos sibi subditos vigilantiam, & charitatem conjunxit; memor patrui Cardinalis operis ab eo compositi, de institutione Episcopi, eoque consilio ipsi conscripti, ut illum ad pastoralem curam accuratius obeundam inflammaret. Sed nihil jucundius Veronensibus visum est accidisse ex Alberti virtutibus, quam quod in ecclesiasticorum beneficiorum collatione idoneos, dignosque Veronenses inventos, exteris præfecit juxta auream bullam Veneti Senatus tempore adepti dominii civitatis Veronæ anno 1405. 16. Julii datam. Hoc idem sanxerunt Pontifices maximi ut in cap Ne emeritis. CXVIII.

& *nullus* &c. & cap. *Obitum* dist. 16. & cap. *Metropolitano* dist. 63. & cap. *Hortamur* dist. 71. Const. Sixti V. anno 1587. edita, *in sacrosancto*. Imperatores pariter L. in *Ecclesiis de Episcopis*, & *clerici* L. ff de Carat. & L. Vult. Si plura optas vide Rebuff. in prax. Benef. p. 3. D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ad 4. Sot. de Justitia & jure q. 6 art 2. aliosque plures; quam doctrinam noster Albertus Episcopus toto sui præsulatus tempore, legemque omni laude dignissimam sequutus est. Veronensibus non solum beneficia, verum sine pensione, ut magis Ecclesiastici animarentur ad virtutem, concessit, tradiditque dignioribus. Hoc idem egit post Alberti decessum Cozza Cottius Archipresbyter, Generalisque Vicarius sede vacante quindecim mensium spatio, cum supra centum viginti parochialia beneficia contulisset, ut Franciscus Pona in descriptione pestiferæ luis expressit. Præfuit laudatissime annos 39. ex his 15. tamquam coadjutor, & suffraganeus, cujus religiosa vigilantia, pastoralis pietas, & clementia, summopere commendatur ab omnibus; nec defuit in eo hospitalitas, & liberalitas erga Ecclesiasticas personas, cæterosque viros ad illum accedentes. Fato defunctus est Albertus anno 1630. die 1. Septemb. Lusiæ (ditionis Patavinæ locus) pene sexagenario major, dum Epidemiæ morbo Veronensis civitas, totaque fere Italia grassaretur, sepultusque est in cathedrali prope patruum Cardinalem cum hoc epitaphio.

ALBERTUS VALERIUS
VERONENSIS EPISCOPUS
V. O. M.
HIC JACET.

Ejus vero effigiei hæc fuit apposita inscriptio:

Heu Hospes speciem oris Alberti Valerii Episcopi Veron. cujus vita laudatissima heu posuit arctius hominem, & Deum sibi jungere Jo. Aloysius ex Frat: nep. Veronæ Pref. incomparabili & celebratissimi Patrui memoriæ patronis benemerentissimis Jo. Franciscus Rotarius D. D. D. M. DC. XXXIX.
V. Id.

Opes immensas reliquit; pecunia, & supellex pene regia ad fratres, & nepotes pervenit, cum intestatus mortalitatem explevisset. Vacavit sedes an. 1. m. 3. Quo tempore ex voto civitatis jacta sunt fundamenta sacelli Christo Redemptori dicati in ecclesia S. Nicolai Clericorum Regularium, primoque lapidi hic titulus inscriptus.

Christo Redemptori Verona Peste liberata V. S. L. M. Laur. Fuscareno Prætore Petro Corrario Præfecto Cozza Cottio Archip. Vic. Gen. Episc. Sed. vac. Anno M. DC.
XXXI.

Inter cætera, quæ Albertus pro Veronen. sua Ecclesia egit, hic haud prætereunda videntur immunitates, & privilegia, quæ sua eximia dexteritate a Senatu Venetæ Reipublicæ paucos ante obitus sui menses obtinuit novo hoc cuso diplomate à Joanne Cornelio inclyto Venetiarum Duce, pro eo deprecante Laurentio Valerio fratre germano.

Joannes Cornelio Dei gratia Dux Venetiar. universis, & singulis Rectoribus, Magist. jusdicentibus, officialibus nostris, & præsertim Rectoribus Veronæ, & successoribus significavimus.

Come havendo li Provisori nostri sopra li feudi con l'autorità, che tengono dall' Eccellentissimo Senato, intesa l'humile, e riverente istanza fattagli dal Nob. Lorenzo Valier come procuratore espresso del Reverendissimo fidele nostro Alberto Valerio Vescovo di Verona dimandante in essecutione delle leggi nostre feudali per conservatione delle publiche raggioni di quel Vescovato la confirmatione & investitura della jurisditione mera, & misto imperio delle terre di Bogolon. Monteforte, e Pol, con l'immunità, & esentioni pacificamente sempre possesse, e che furono concesse à quel Vescovato anticamente da

A *Imperatori, & altri, che di tempo in tempo hanno havuto il dominio di quella Città & anco della Signoria nostra in tutto, e per tutto conforme il tenore delle sue antiche investiture, privilegi, e statuti di quella città, & havendo essi Revisori nostri osservato quanto si deve in tal materia, e tolte anco le convenienti informationi dalli Avvocati Fiscali, e consultori in jure con la visione delle scritture a tal effetto presentate, hanno stimata giusta l' instanza sopradetta, però col tenor delle presenti habbiamo confirmato, & in quanto facci bisogno di nuovo investito per ragion di feudo, il sopradetto Nob. Ho. Lorenzo Valiero, come procuratore espresso dell' antedetto Reverendiss. Vescovo di Verona Alberto Valiero, della jurisditione di mero, e misto imperio delle terre di Bogolon, Monteforte, Pol, poste in quel territorio con l'immunità, & esentioni di ogni, e qualunque gravezza reale, personale, e mista, ordinaria, & estraordinaria, & ogni altra fattione, ò impositione così di gabella, come anco de' datii, e con*
B *ogni altra ragione, attione, prerogativa, e preminenza, e con tutte le altre habentie, pertinentie a dette terre, & loghi spettanti, conforme le antiche investiture, privilegi, e concessioni in diversi tempi fatte à quelli Rev. Vescovi, e Vescovato come sempre sono state possesse, tenute, e godute dagli sopradetti Vescovi, salva sempre la superiorità della Signoria nostra, & ogni altra dispositione delli statuti di quella città, e perche il detto Nob. Ho. Lorenzo Valier come procuratore espresso dell' antedetto Reverendiss. Vescovo genuflesso avanti Noi, quattro Consiglieri nostri, dui capi di quaranta, e degli sopradetti provisori hà prestato il debito giuramento di fedeltà nel modo qui sotto espresso, restando anco egli tenuto a tutti quelli carichi, oblighi a' quali sono sogetti li veri vassalli secondo la natura del presente feudo; però habbiamo commandato gli sii fatto il presente documento di confirmatione, & investitura, qual sempre dicesi intendere, che siano salve le raggioni della Signoria nostra, e di cadauna altra perso-*
C *na. Mandantes de præmissis hoc publicum confici documentum, bullaque nostra plumbea pendente muniri. Quare mandamus vobis, ut suprascripta omnia in eo contenta observetis, & ab omnibus inviolabiliter observari, & in actis Cancellariæ vestræ registrari, præsentatorique restitui faciatis. Dat. in nostro Ducali palatio die 2. mensis Junii Inditione 12. 1629.*

Thomaso Priuli)
Andrea Morosini) *Prov. sopra li feudi.*
Gio. Battista Cavorta)

Illustrissimi, & Eccell. Signori.

Desiderando Monsig. Illust. Vescovo di Verona de incontrarsi con la publica volontà fece notificare al Magist. di VV. SS. Eccel. la giurisditione, che vole in quel territorio delle terre di Bogolon, Monteforte, e Pol col mero, e misto imperio, & amplissime immunità, & esentioni pacificamente sempre possesse, quali furono concesse a quel Vescovato dagl' Imperatori, & altri Signori, che in varii tempi hanno dominato quella città, & anco confirmate dalla Serenissima Re-
D *publica doppo il felicissimo acquisto di quella città, e de' quali viene fatta mentione anco nelli statuti di quella, e desiderando sua Signoria Illust. di adempire perfettamente per quello, che a lui si aspetta, le leggi dell'Eccell. Senato, però col mezzo di Lorenzo Valier suo fratello, & procuratore espresso ricerca la confirmatione, & investitura delle sopradette immunità & esentioni in tutto, e per tutto conforme il tenore delle sue antiche investiture, privilegi, e gratie, &c.*

Segue il giuramento di fedeltà.

Io Lorenzo Valier, come procuratore espresso di Monsig. Illust. e Rev. Vescovo di Verona, giuro, & affermo per li Santi Evangelii di Dio, che sarà sempre fedele a vostra Serenità, e Serenissimo Dominio, ne mai in conseglio, agiato, ò fatta sarà contra l'honore della persona sua, anzi intendendo che altri volessero esserle contra di manifestarlo, opporsi, & impedire di tutto potere, e di conservar il feu-

do,



eligitur; post cujus egregiam per quindecim, & amplius annos administrationem, tandem nutu Sanctissimi D. N. Clementis XI. ad Brixiensem Cathedram evectus est.

Lubet hic quædam de præcipuo illius zelo, vigilantia, & virtutibus prælibare. In primis enim hoc regimen die Nativitatis Domini 1698. vix suscepit, cum statim Clero ad rectam sacrorum Canonum, & Provincialium Constitutionum regulam efformando, & saluti plebis suæ procurandæ se totum addixit. Seminarium Clericorum, & Præceptorum quam maximè auxit, adeo ut dum minus aptæ tot hospitibus suscipiendis viderentur ædes, amplissimæ structuræ aliud inibi erigendum, vetusque postea satis dirutum, & incomptum evertendum statuerit, quod etiam partim præstitit quandiu huic Ecclesiæ præfuit, & præstare ad ultimum usque lapidem non destitisset, si per ætatem, & nutum Ss. regnantis Pontificis alio ipsum evocantis licuisset. Nec propterea aliorum etiam Clericorum curam summo studio agere prætermisit. Sacerdotes vero, præcipue vel Parochos, vel Confessarios tales instituit, quos sane vitæ probitas, & studiorum scientia præ cæteris commendaret. Festa B. M. V. sub titulo ejusdem Patrocinii apud PP. Servitas, vulgo S. Mariæ de Scala, & Ss. Nominis Jesu apud PP. Societatis quotannis celebranda, prout maxima populorum frequentia, & devotione celebrantur, instituit; eorumdemque Officia Clero suo quotannis statis diebus recitanda à Sacra Congregatione impetravit. Apud Clericos Regulares Theatinos in s. Nicolai primordia anni à D. O. M. luminum Patre feliciter auspicanda solemniter statuit, quam laudabilem institutionem mox in omnibus horum PP. Ecclesiis, illius exemplo, quotannis universaliter celebrandam ejusdem Religionis Decreto cautum est. Totam fere Diœcesim pastoralibus visitationibus perlustravit; inibique nedum Parochiales Ecclesias, verum & Oratoria singula. Gregi interim suo Doctrinæ Christianæ rudimentis apte informando summopere addictus, mirum quot laboribus tanto operi assidue subeundo par fuerit. Nec minus inde ad mentes, quam & voluntates in viam salutis dirigendas, & populum omnem in semitam mandatorum Dei deducendum intentus, per duos selectos viros ex PP. Societatis sacras missiones exercendas constituit, & semina Verbi Dei tum in civitate, tum in Diœcesi undequaque fundenda suis omnino sumptibus, curavit, quod & maximo cum animarum lucro feliciter obtinuit. Item ut sincera fides haberet opera suo nitore condigna, insuetum associandi solemni ritu, ac pretiosa supellectili Ss. Viaticum ad infirmos morem instituit, seque ipsum per suas Pastorales Litteras singulis Parœciis tum Civitatis, tum Diœcesis huic muneri subeundo instar exhibuit, quod & in pluribus præstitit. Quanta vero fuerit præcipua ejus religio erga sanctos suæ Urbis, & Diœcesis Patronos satis dignosci potuit ex sumptibus in eorum honorem impensis, & solemnitatibus maxima populorum frequentia celebratis; & præcipue de D. Zenone Episcopo, & martyre extat adhuc suæ pietatis, & munificentiæ egregium monumentum; hujus enim Patris Opera antea ab Augustino Cardinali Valerio Veronæ Episcopo edita, & pene deperdita, in novam lucem locupletiori forma restituit, typis Seminarii Patavini. Sed ad pientissimam ipsius devotionem erga Deiparam Virginem Sermonem convertere fas sit. Hanc enim quisque sane admirabitur, qui Volumen illud typis item Seminarii Patavini impressum perleget, cujus inscriptio: La Maestà Coronata nella solenne Coronazione di Santa Maria della Giara in Verona. Porro anno 1709. ab Illustriss. ac Reverendiss. Capitulo D. Petri in Vaticano aureis coronis ad hanc Imaginem jamdiu miraculis claram diademate ornandam, obtentis, tali pompa, sumptibus, magnifico apparatu, omnium Ordinum tum sæcularium, tum Regularium interventu, advenarum quoque maxima affluentia solemnitatem hanc habuit, ut vix ne vix quidem e supracitato volumine colligi id totum possit. At quanta non tam erga Urbis, & Diœcesis, quam peculiares suimet Patronos pietatis monumenta reliquit! Cum enim in Episcopali Palatio Cubiculum olim à D. Carolo Borromæo, & Ædes Nazarethanas juris ejusdem Episcopatus prope Castrum s. Felicis in Urbe sitas à D. Cajetano, jam tunc cum viverent, hospitio decoratas invenisset, primum pene destitutum, prisca servata forma, auro undequaque perpolitum restituit; alteras dirutas prope ac desertas elegantiori forma refectas absolvit, & utrobique imperadiosa magnificentia marmoream æternæ memoriæ structuram erexit, adjectis præterea inscriptionibus.

Ad Cubiculum in Palatio Episcopali.

Divo Carolo Borromæo S. R. E. Card. Archiep. Mediolani, quod anno MDL. XV. Cubiculum hoc sua majestate, & sanctitate complures dies, noctesque impleverit hinc Borromæum nuncupatum. Ad augendum sanctissimi Hospitis cultum locique dignitatem Jo: Franciscus Barbadicus Episcopus Veronensis prisca servata forma P. MDCCIIII.

Ad ædes vero Nazarethanas, intra Ecclesiam, supra januam.

Anagnostes Endogressus Deum colito egressus quas species ædes D. Cajetanum incoluisse scito annis CIↃ IↃ XXXI. CIↃ IↃ XL. ob tanti adventus memoriam restitutam Joanni Francisco Barbadico Veronæ Episc grates referto CIↃ IↃ CCII.


Litterarum, ac studiorum Præsul hic assiduus promotor, præter alia Clero suo erudiendo proposita, ac instituta, Ecclesiasticæ sui Episcopatus historiæ sapienter consuluit, eamque brevi methodo enucleatam typis mandari jussit. Ad rectam Episcoporum normam comis quoque fuit Præsul hic, & hospitalis. Cum enim per hanc Urbem (præter speciem, ac venustatem, quibus in sui admirationem exteros plures adducit) ad Germaniam iter fit, hoc ipsum pluribus S. R. E. Cardinalibus, & Apostolicæ Sedis Legatis hospitio suscipiendis, & honorifice tractandis ipsi aditum præbuit. Nec silendum puto Mariam ipsam Casimiram invictissimi Joannis III. Poloniæ Regis Viduam, dum per hanc Urbem Romam contenderet, in Cathedrali sua Basilica Sacro adstituram solemniter excepisse. Hujus adventus marmorea extat memoria in Sacello Palatii Episcopalis ab ipso subiado, exemplo Prædecessorum suorum in similibus, posita his verbis.

Mariæ Casimiræ Reginæ Invictissimi Joannis III. Poloniæ Regis Viduę, quam dum voto suscepto Verona Romam iter haberet, Joannes Franciscus Barbadicus Episcopus Veronensis solemni pompa in Cathedrali Basilica sacro adstituram excepit VI. Idus Januarias MDC. IC.

Fuit

„ Fuit etiam misericors in pauperes. Præter enim fere quotidianas eleemosynas ipsis distribui solitas, quasdam singulis Festis erogandas statuit omnibus iis Pauperibus, qui Doctrinæ Christianæ in Ecclesia Divæ Agnetis ad hoc specialiter electa interesse, & associari curassent. Quæ salubris institutio magno pauperum concursu, & spirituali eorum incremento viguit, & adhuc viget. Sed illud inprimis de ejus in proximum charitate nequaquam prætermittendum, quod cum anno 1702. lethalis morbus, quin potius contagionis virus in urbe milites inficeret, adeo ut plures, pluresque ad publica Nosocomia quotidie delati fato cederent, ne debitis fraudarentur Ecclesiæ subsidiis, præsto fuit ipsemet, sicque per sui holocaustum, excitavit quoque reliquos suæ Urbis Parochos ad se se victimam charitati in proximos offerendum. Moniales Capuccinas sub regula s. Francisci in Oppido Leonati anno 1699. benigne suscepit, subsidiis juvit, & eandem anno 1707. clausura munivit, atque in Episcopatus protectionem recepit. Sacerdotes etiam sub regula S. Philippi Nerii in Ecclesia, & Ædibus Ss. Firmi, & Rustici, quæ antea erant juris Illustriss. & Reverendiss. D. Francisci Fuscari, in præsenti Sacræ Rom. Rotæ Auditoris, nepote ipsius Ecclesiæ Abbatis Commendatarii, anno 1712. fundavit, obtentis prius ab Apostolica Sede, & Serenissimo Principe, ipse impetrante, necessariis concessionibus. Sicut in reliquis omnibus Episcopatus officiis, ita & in juribus Ecclesiasticis tuendis se Venerabilis Patrui sui æmulum, & sectatorem semper exhibuit: obortis enim hinc inde litibus, & dissidiis, strenue restitit, & Deo adjuvante tum in spiritualibus, tum in temperalibus, Episcopatui suo pacem solidam, stabilemque reliquit.

„ His, aliisque meritis clarus vivit adhuc in utilitatem populi Brixiensis, & augmentum orthodoxæ Religionis, hanc præcipue dilatare non desinens in procuranda quotidie Beatificatione, & Canonizatione præfati Ven. Servi Dei Gregorii Cardinalis Barbadici Patrui sui, cujus mira gesta, & prodigia recensere ad seriem Episcoporum Patavinorum nostrum fuit.



CX XIV. „ MARCUS Gradonicus, Patritius Venetus, ex Episcopo Tilopolitan. in partibus Infidelium, & Patriarchæ Aquilejensis Coadjutore cum spe futuræ successionis ad Brixiensem Ecclesiam translato Jo. Francisco Barbadico datus est successor 1. Octobris 1714. Pietatis, ac vigilantiæ laude commissas sibi oves pascit, atque ut diu in Ecclesiæ suç commodum incolumen servet, Deum optimum deprecamur.

VERONENSIUM

ARCHIPRESBYTERORUM

SERIES.

CAtalogum Veronensis Ecclesiæ Archipresbyterorum perfectum, integrumq; exhibere minime licuit, quorum vero memoria ex monumentis ejusdem Ecclesiæ erui potuit, perpetua ut ea sit, subsequetur. Est enim hæc dignitas prima à Pontificali, omnium fere Italiæ Ecclesiarum clarissima: habet iurisdictionem ab Episcopo separatam, & propriam, unaque cum Capitulo, cujus caput est, ordinarium suum agnoscit solum ex indultis Apostolicis, Cæsarumque privilegiis Aquilejensem Patriarcham, ut non semel diximus supra in Veronensium Episcoporum narratione.

1 Aregaus primus, qui occurrat, Archipresbyter Veronensis Ecclesiæ vixit anno 800. Caroli Magni temporibus.

2 Salboynus anno 802.

3 Stephanus Archipresbyter an. 807. memoratur in testamento Bilonghi Episcopi Veronensis eodem anno condito.

4 Audualdus vel Valdus anno 809.

5 Vitalis 865.

6 Martinus 890.

7 Ambrosius 945.

8 Facius 1022.

9 Totonus 1049.

10 Paulus 1079.

11 Theobaldus 1122. qui postea Veronensis evasit Episcopus an. 1135.

12 Gibertus 1136. quo anno Lotharius Imp. sub protectione sua Canonicos Veronenses suscepit hoc diplomate, quod extat in Canonicorum tabulario.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Lotharius divina favente clementia Tertius Romanorum Imp. Augustus. Si dignis nostrorum fidelium petitionibus aures exauditionis nostræ accomodaverimus, eos devotis eos devotiores nobis procul dubio reddemus. Quo circa omnium fidelium nostrorum tam futurorum, quam præsentium noverit industria, qualiter interventu dilectę nostræ Richinzæ Imperatricis, bona Canonicorum Veronensis Ecclesiæ in nostram suscepimus tuitionem. Imperiali auctoritate nostra omnia ipsis confirmantes, quæ à prædecessoribus nostris collata sunt, & confirmata, attendentes, quemadmedum ipsi fecerunt, salutem animæ nostræ, & parentum nostrorum. Sunt autem hæc, quæ sub nostræ confirmationis sententia comprehendimus. Curtis, quę cognominatur State cum cunctis pertinentiis suis, Clusa Gardensi, necnon altera, quæ dicitur Badabiones, quæ est posita in Tridentin. comitatu, & tres villę Bergusię, Belveno, Bundo, cum omnibus earum pertinentiis, & placitis, ac districtionibus. Præterea plures aliæ. Quarenta, & una villa in Vicomundoni, & una in Muscaliano, alia in Roborete, quas Notherius Episcopus Pater Veronensium clericorum, cum ripatice de loco, qui vocatur Fossa alta, usque ad lacum qui dicitur Navene pro animæ suæ remedio præfatæ Veronen. Ecclesiæ obtulit. Insuper & casalia duo in Lentaco majore cum cunctis pertinentiis suis, & piscaria una cum silva, quæ dicitur Collegaria. Quæ omnia pręfatis Canonicis Veron. Vualderada Dei ancilla concessit. Ad hæc etiam curtis sita in monte Silvano, quam quidam nomine Sanzo præfatæ obtulit Ecclesiæ, cum capella, & decimationibus, ac omnibus ejus pertinen. curtis etiam, quæ vocatur Proviesita in ipso comitatu, una etiam curtis, quæ dicitur Titulus, ubi vocatur Villa, cum capella constructa in honore S. Marię, cum decimationibus, & omnibus suis perti-

nentiis, quam obtulit Anzelbertus Clericus, qui Regiso vocabatur sita in eodem comitatu. Lusia quoque curtis cum capella in honore S. Viti constructa, cum decimationibus, & omnibus ejus pertinentiis, insuper sasalia duo in comitatu Veronea. in curte Regia, quæ vocatur Scirpa, quæ obtulit Ardeverga, quæ Giza vocabatur, cum cunctis ipsorum pertinentiis, quæ de omnibus præscriptis locis dici, vel nominari possunt, aliquo modo hæc auctoritate nostra confirmamus, & corroboramus cum his etiam comprehendimus beneficium, quod fuit ecclesiæ sanctę Christinæ de loco, qui dicitur Alupna, in Greciana, & per cetera loca in montibus, seu planitiebus, usque ad flumen Athete, quod sæpius dictę Veronen. Ecclesiæ per commutationem accessit, & curtis, quæ vocatur Bradella cum decimationibus, & pertinentiis ejus, & decimatio villæ, quæ vocatur Aspo, & decimatio villæ prodocimi, & quicquid præfata Ecclesia in Brixiensi Episcopatu habere visa est. Nos itaque petitioni præfatæ dilectæ nostrę acquiescentes, hujus præcepti nostri paginam pro animæ nostræ remedio, nostrorumque parentum, pro confirmatione, & corroboratione cunctorum locorum, quæ scripta sunt, sive omnium, quæ aliquo acquisitionis munimine acquisierunt, vel acquisituri sunt, sive xenodochia, seu decimationes ejusdem civitatis fieri jussimus eo videlicet ordine, ut ubicumque à prænominatis Canonicis, suorumve antecessoribus, atque successoribus possessum est, vel erit, omnium contradictione, & diminutione, violenti exclusa, firmiter proprietario jure detineat. Hoc etiam nostra Imperiali auctoritate addimus pro remedio animæ nostræ, nostrorumque parentum concedentes, largientes, donantes ut homines in cunctis his locis habitantes, sive famuli, sive servi, seu liberi in cunctis castris, sive villis, seu territoriis præscriptis, quorum nomina hæc sunt. Blunde, Cereta, Porcile, Pultanum, Martiana, Greciana, Prunum, Castellione, Erbetum, minus Ponte, Bosserum, Calmasinum, triginta mansus in Englare, cum omni districtu, Fagnanum, & fodeum, quod aliquando dederunt deinceps publice parti non dent, sed omnia in prædictorum Canon. arbitrio permaneant. Sed per hanc nostræ auctoritatis præceptalem paginam volumus, ut pro animæ nostræ remedio præfati Canonici, qui nunc sunt, vel erunt prædictum fodrum teneant colligendo, & habeant placita quoque, & districta cum omni functione, & redditu prænominatorum castrorum, curtium, & villarum, & omnium locorum, aliqua ratione illis pertinentium. Similiter, quicquid pro animabus Archidiaconorum Arduini, seu Adalberonis, necnon Archidiaconis prædictæ Ecclesiæ devenit præceptali pagina nostræ auctoritatis, omni violentia remota, possideant, atq; detineant, necnon, & ipsi, qui in civitate theloneum dare soliti erant præcipiendo jubemus, ut in tempore nullo aliquis eis auferat, vel de hoc amplius molestare præsumat. Ita tamen jubemus, ut omnia in potestate Archipresbyteri, & Archidiaconi sint consensu fratrum faciendum ex inde quisquid voluerint ad utilitatem tantummodo prædictorum fratrum. Præcipientes denique sancimus jubendo, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, nullaque Regni nostri magna, vel parva persona S. Veronensis Ecclesiæ Canonicos de omnibus prænominatis causis, seu de omnibus libellariis colonis ad se pertinentibus, aliisque in prędiis prædictę Ecclesiæ, aut ad eosdem Canonicos reditum residentibus molestare, disvestire, angariare, vel violenter hospitari, seu per placita fatigare sine legali judicio audeat, vel præsumat. Contra quod nostræ confirmationis, sive concessionis præceptum si quis aliquando insurgere temptaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædictis Canonicis ibidem pro tempore deservientibus. Quod ut verius credatur diligentiusque servetur ab omnibus hanc paginam propria manu corroborantes subinsigniri jussimus.

Signum Domini Lotharii Tertii Romanorum Imperatoris.

Ego Ebkeharus subcancellarius, vice Brunonis Archicancellarii recognovi.

Data anno Incarnationis Dom. 1136. 7. Kal. Octob. Ind. 14. an. vero regni Regis Lotharii 11. Imperii 4. Actum Procelum juxta Miritisum in Christi nomine feliciter. Amen.

Giberti temporibus, Ventium Veronensis Ecclesiæ Cantorem, ex consensu Canonicorum, quandam Agnetem de ecclesia S. Floriani Lusiæ, forte ad ædificandum ibidem monasterium, seu canonicam investivisse docet documentum, quod damus ex Capitulari tabulario, ubi quædam recensentur pacta ad favorem eorumdem Canonicorum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno à Nativitate Domini MCLXVII. Indictione quinta decima, die quinto lunæ exeunte Martio in præsentiâ Presbyteri Alberti de Bonadico, Thebaldoni ejusdem Ecclesiæ clerici, Albrigeti clerici ecclesię sancti Blasii, Vvidonis Ferle, Jordanis Zenonis, stirpe valsatorii, & aliorum. Ibiq; in eorum præsentia Præsbyter Vanzius cantor matricularis Ecclesię Veronen. consentientibus præsentibus istis canonicis vid. Presb. Petro, Augustino Adriano, Pontio, Ottone curtio, Vberto de Massa, atque Vgone, investierunt Agnetem filiam Rodulphi de Lusia de ecclesia S. Floriani juris ecclesiæ matricularis, cum omnibus rationibus, quæ est in loco, qui dicitur Lusia, tali pacto quod suprascripta domina Agnes debeat habere potestatem accipiendi conversos ac conversas sine consensu Canonicorum suprascriptorum, & auferendi Sacerdotes vero, & cler. non debeant adesse in Ecclesia nisi consensu suprascriptorum Canonicorum, et debeant facere obedientiam supradictis Canonicis, & interesse suo Capitulo. Actum fuit hoc in civitate Veronæ in claustro suprascripto, & testium præsentia. Ego Adhemanus Dom. Imper. Friderici notarius registravi, suprascriptis actibus interfui & ss.

13 Riprandus 1170. Fuit inde Episcopus Veronensis. In cujus gratia Alexander III. anno 1177. omnia privilegia ab antecessoribus suis Capitulo Veronensi concessa confirmavit, & suo diplomate asseruit, quod damus ex eodem tabulario.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Riprando Archipresbytero Veronensis Ecclesiæ ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris Canonicis substituendis in perpetuum. Officii nostri nos ammonet, & invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti, & utilitati salubriter auxiliante Domino providere, dignum namque & utilitati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas, & a pravorum hominum nequitiis tueamur, & beati Petri, atque Apostolicæ Sedis patrocinio muniamus. Quapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio prædecessorum nostrorum Calixti, & Innocentii Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; ecclesias scilicet S. Georgii, S. Joannis Baptistæ, S. Clementis, S. Cæciliæ, S. Faustini, S. Firmi in Capella, & S. Pauli in Burgo, ecclesiam S. Joannis Baptistæ in Valle, monasterium S. Michaelis in Campanea, S. Joannis Baptistę in Quintiano, ecclesiam S. Petri in Carnario, S. Pauli de Pruno, & omnium sanctorum de Novoriis, S. Mariæ de Turano, S. Cassiani, & omnium sanctorum de Martiana, S. Pancratii, S. Georgii in Salsis, S. Michaelis de Carmasino, S. Faustini de monte Draconis, S. Prosdocimi cum decima, S. Ambrosii de Casaltalto, villam quinti, & locum, qui dicitur Vila, & Lusiam cum ecclesiis, & decimationibus earum, castel-

la vero, & villas vestras vobis nihilominus confirmamus, videlicet Cerreta, Erbetum, Fagnanum, Pontepessernm, Pradelle cum capella, Englare dimidium. Biunde, Porcille, Tresolanum, Gretiana, Martiana, Pulianum, & medium Romagnanum, Pruno, Calmasinum, in Comitatu Trid. Bergusiam, Buado, Bulbeno, Badabianes cum capella. Silvam etiam quae dicitur Colegaria cum piscariis, & tertiam partem nemoris, quod dicitur Badaugnano, & palatium cum porta S. Zenonis, oblationem etiam dimidiam monasterii S. Zenonis in singulis festivitatibus ejusdem confessoris à diluculo usque ad horam tertiam: decimam quoque civitatis, & portae S. Zenonis, & burgi justa autem consuetudines vestras à praedecessoribus nostris vobis confirmatas concedimus illibatae auctoritate Apostolica conservari praecipimus, etiam ne quis vestrum absque communi omnium consensu, vel partis consilij sanioris bona, reddiens, vel possessiones Ecclesiae vestrae alicui personae dare praesumat. Quae autem indebite data, vel destructa sunt ad jus, & dominium vestrum libere revertantur: decimas vero de propriis laboribus vestris, seu etiam redditibus à vobis exigere, vel suscipere laicorum nemo praesumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. Secundo, tertiove comunita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, ac sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem praefatae Ecclesiae vestrae jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicae Eccl. Episcopus.
† *Ego Hubaldus Ostiensis Episcopus subsc.*
† *Ego Gualterius Albanensis Episcopus subsc.*
† *Ego Conradus Moguntin. Archiep., & Sabinensis subsc.*
† *Ego VV. Port. & S. Rufinae Episcopus ss.*
† *Ego Manfredus Praenestinus Episc. subsc.*
† *Ego Ildeprandus presbyter Card. Basilicae XII. Apostolorum subsc.*
† *Ego Joannes presbyter Card. tit. sanctae Anastasiae subsc.*
† *Ego Theodinus presbyt. Card. sancti Vitalis tit. Vestinae subsc.*
† *Ego Jacintus S. Mariae in Cosmedin diac. Card. subsc.*
† *Ego Arditio diac. Card. S. Theodori subsc.*
† *Ego Cynthius diac. Cardin. S. Adriani ss.*

Dat. Ferrariae per manum Gratiani sanctae Rom. Ecclesiae subd. & Notar. Kal. maij indictione x. Incarnationis Domin. Anno M.C.LXXII. Pontif. vero Domini Alexandri PP. III. anno xviii.

14 M. Adrianus Marchio 1189. cui scribit Clemens III. Pont. Max.

Iis temporibus Urbanus III. inter alias ecclesias dioecesis Veronensis consecravit illam S. Mariae in Stellis in valle P. Actii nuncupatam, quae hodie, corrupto vocabulo, *Paltena* dicitur. *Haec satis ampla*, ut inquit Panvinius lib. 1 antiquit. Veron. cap. 16. & *patens est, decem pagis decorata, inter quos praecipuus est Vicus S. Mariae Stellarum dictus, super omnes amoenus, in quo ob temperatam caeli clementiam, plagaeque apricitate, superba palatia duo à Comitibus Justis exaedificata sunt, viridariis, hortis, fontibus, vivariis avium, pistrinque, & caeteris id genus ornamentis instructissima.* Hanc igitur ecclesiam cum lustrasset Urbanus, perpetuam indulgentiam Christi fidelibus illam die consecrationis visitantibus liberaliter concessit, ut proloquitur inscriptio ibidem ad Septentrionalem plagam posita, literisque Longobardis incisa in hunc modum,

Solemnissima Indulgentia
Papae Urbani Tertii qui consecravit
hanc Ecclesiam quibuscumque poenitentibus
& jam confessis in anniversarium
consecrationis Ecclesiae
sanctam Mariam in Stellis, ipsam
visitaverint seque xv. dies ad diem
consecrationis annumerandos ab omnibus
peccatis oblitis a poena tam a culpa
se noverint absolutos & qui ad opera fabetila
posse tonsulerint quadraginta dies
Indulgentiae sibi noverint atiributos,
millesimo centesimo octoginta septem
die Dominica prima mensis Junii
consecrata fuit ista Ecclesia
nme.
Indulgentia Papae Urbani Tertii
attributa poenitentibus & confessis
quibuscumque ad hanc
sanctae Mariae in Stellis in festivitatibus
Gloriosae Virginis Mariae
accesserint, sive in qualibet die Sabbati
per anni circulum, & in Missis
solemnis, vel ad Vesperas interfuerint
unum annum,
& ducentum quadraginta dies
Indulgentiae habebunt.

Ante altare ejusdem Ecclesiae in stypo marmoreo, vetus haec inscriptio extat.

POMPONIAE ARISTOCLIAE
ALUMNAE.

15 Riprandus 1196.

16 Guido 1201.

17 M. Albertus anno 1207. Hic anno 1223. de consensu Capituli Ceretae oppidum una cum jurisdictione meri, & mixti imperii, hominibus, & Communi ejusdem oppidi vendidit, ac libere in perpetuum dimisit. Hujus rei documentum ex Capitulari tabulario tale est.

Die Lunae 12. intrante Junio 1223. Ind. 11 In choro Ecclesiae s. Majoris Veronensis praesentibus Riprando de Aldrigo Spacrio, Nicolao de Vernno, Bartholomaeo de Nogarolis, Pecorario de Paula, Montenacio de Montorio, Aldone quondam Adelmani causidici, Amabene de Geboret, & aliis quam pluribus testibus.

Ibidem coram D. Pecorario de Mercato magistro arbitro compromissario inter D. Albertum Archipresbyterum praedictae Majoris Veronensis ecclesiae pro ipsa Ecclesia, & Canonica, & fratres ejusdem Ecclesiae ex una parte, & D. Firmum de quondam Montonario de Ancilla, & Bartholomaeum de Muto de Cereta sindicos, & procuratores, actores ejusdem Communis, & universitatis ac hominum Ceretae, pro se, & dicto Communi, & universitate, & hominibus Ceretae, & quamplures alios homines Ceretae pro se & illo Communi ex altera.

Et D. Bardo de porta S. Zenonis causidico, & Petro Maledarae de Scala enominato estimatoribus ad contractus minorum, & ecclesiarum confirmandos electis, & constitutis. D. Pecorario praedicto existente Potestate Veronae, Dominus Albertus praedictus Archipresbyter. Canonicae S. Mariae Majoris Ecclesiae Veronensis de voluntate, & consensu suorum fratrum Canonicorum, videlicet DD. Stephani Archipresbyteri Arglario, Maseti Archipresbyteri s. Proculi, Magistri Anselmi Fini de D. Bozeta, Gulielmi de Manzambano, Viviani de D. Martio de Castello, Valeriani de Lendenaria, Balzanelli de quondam D. Henrico, Nigola Isnardi de quondam Alberto Surdo: Joannis fratris quondam magistri Dionysii causidici,



hebdomadæ paſſionis feria ; parentes habuit Albertum Valerium clariſſimum Senatorem , Luciamque Navageriam Card. Bernardi ſororem . Juvenis adhuc Patavium conceſſit bonis artibus illic operam daturus . Græcis , Latiniſque litteris à Lazaro Bonamico excultus eſt , audivitque in ſeverioribus diſciplinis Baſianum Lardinm, ac Marc. Antonium Genovam graviſſimos philoſophos . Decem , & octo annos agebat cum Bonamicum præceptorem ſuum defunctum pro concione laudavit . Venetiis ex auctoritate Senatus Dialecticam, Philoſophiamque ſumma eum ingenii laude profeſſus eſt . Bis Sapientum Senatum implevit , ubi multoties eloquentiæ ſuæ articulos explevit ; doctrinam probitas morum exornaverat , quamobrem Navagerio avunculo fuit unice charus , qui Cardinalis factus Auguſtinum ſecum Romam perduxit , ſtatimque academiæ Vaticanæ , quam Carolus Borromæus inſtituerat , fuit adſcriptus , *obedientis* in teſſeram aſſumpto cognomine . Callebat tam Latinos , quam Græcos poetas , æque ſacras , ac profanas hiſtorias ; aut vero ſacrarum literarum receſſus omnes pervadere , eaſdemque facilius interpretari poſſet , triginta natus annos , Hebraicæ linguæ doctoribus ſe diſcipulum præbuit . Itaque in amœnioribus litteris nemo illo ornatior erat , in ſeverioribus nullus ſolidior , graviorque habebatur . Cum avunculo ad Tridentinum Concilium profectus eſt , indeque ille revertens , ipſum jam illius adjutorem declaratum Veronam uſque deduxit ; cumque demortuo ſucceſſiſſet , adeò flagranti pietatis ſtudio Eccleſiam illam adminiſtravit , ut cum priſcis ſanctis illis Epiſcopis poſſit ille contendere . Populum abſterrebat à vitiis, ad virtutes animabat lenitate, concionibus, fuſis ad Deum precibus, conſiliis, eleemoſynis adeo plerumque effuſis ut jam pater pauperum vocaretur. Tempore ſæviſſimi contagii haud terga dedit ovibus relictis , quin illis paſtorali cura adhærens , parvi pendebat propriam ſalutem , ut alienam proveheret . Diſſidium inter cives pati non poterat , ita ut ſenex Roma digrederetur , ut Veronæ ſedaret diſcordias. Philarmonicorum academiæ protector fuit , erexit ſeminarium , ſingulis fere annis diœceſanas ſynodos celebravit , ne Eccleſiaſtica diſcipiina labaret , aliquot inſtituit Xenodochia , piaque loca ad virginum tutelam , ac viduarum . Judæos per civitatem ſparſim degentes , mixtoſque Chriſtianis intra certos cancellos compulit . Veronæ Societatis Jeſu alumnis attribuit domicilium , introduxitque clericos Regulares Theatinos in eccleſiam S Mariæ ad Glaram , olim Humiliatorum Ordinis præpoſituram , fratreſque S.Franciſci de Paula . Eam ob rem à populo Veronenſi ex publico decreto ob ingentia beneficia decreta ænea ſtatua eſt cum inſcriptione , quæ Veronenſis Populi & memorem mentem , & Auguſtini Præſulis aſſiduum ſtudium promerendi mortales proloqueretur . Anno 1579. Gregorius XIII. tantus Pontifex Auguſtinum in Dalmatiam legavit , atque Iſtriam , ut illos Epiſcopatus ad puriores mores reformaret , nec multo poſt eadem Eccleſiaſtica cenſura ſuccinctus Patavinum . Vicentinum , Clodienſem , Venetiarumque Patriarchatum luſtravit . Requirebant hi Valerii exantlati labores , ut Pontifex ejus dignitati rationem haberet. Illum ergo Cardinalem S. Marci creavit anno 1583. cujus electionis cum certior facta fuiſſet , convocato populo pro concione , Cardinalitiam dignitatem laudavit , deinde profectus Romam , ut de manu Pontificis purpureo inſigniretur galero . Interim ne Veronenſis Eccleſia ea ſua abſentia aliquid pateretur detrimentum , ex conceſſu Pontificis , Albertum Valerium nepotem ſuum cum futura ſpe ſucceſſionis ſibi adſcivit coadjutorem , qui tunc erat Famaguſtanus Epiſcopus . Purpuram adeptus, nulla fuit Romæ perſona , quam ſuo non juverit ſuffragio , tantæque exiſtimationis fuit apud omnes , ut nullus eſſet , qui Valerio ob ſingularem doctrinam, morumque probitatem ſummum Pontificatum non auguraretur . Eruditiſsimus Paleottus Auguſtinum virtutibus omnibus exornatum appellat , præcipuumque ſacri Senatus conſiliarium. Cardinalis Baronius in ſuis Annalibus , inque notis ad Martyrolog. Rom. hujus Cardinalis virtutes ſummis laudibus extollit , priſcæ probitatis Epiſcopum illum appellans , quique poſsit cum antiquis prædeceſſoribus conferri , multiſque ex recentioribus ob ſingularem doctrinam præferri. Obiit hic verecundæ probitatis ſenex Romæ anno 1606. ix. Kal. Junii anno ætatis ſuæ 75. Epiſcopatus vero 41. cum jam factus eſſet Epiſcopus Cardinalis Prænestinus . Illius corpus relatum Veronam , tumulatum fuit , lachrymantibus cunctis , In Cathedrali cum hoc brevi epitaphio .

AUGUSTINUS VALERIUS
CARD.
EPISC. VERONEN.
H. S. L.
V. T. F. I.

Franciſcus Pola vir ſua ætate eruditiſsimorum hominum eximius juſſu Bernardi Valerii V. C. & Alberti Epiſcopi hos fecit titulos , ut proſternerentur in majori templo Veronenſi ad tumulum Navagerii Valeriique Cardinalium .

Bernardus Navagerius Cardinalis virtute ſpectatiſſimus , & ſanctitate hic poſitus eſt . V. annis LIIX. m IV. D. XIIX. ex iis Epiſc. Veron II. Obiit VII. Kal. Jul. M. D. MXV Oſſa Auguſtini Valerii Cardinalis ſemper memorabilis , & ubique , Roma huc tranſportata jacent . Vix. annis LXXV. menſes I. dies XVII ex quibus XLI. in hoc Epiſcopatu obiit IX. Kal. Junii M.DC. VI. Albertus Valerius Epiſcopus urbis hujuſce Navagerio Cardinali , Valerio Cardinali Proavunculo , Patruo quos Deus amavit , unus mundus coluit omnis hocce fecit monumentum meritiſſimis M.DC IX.

Juſſu Decurionum Veronenſium ad ejus ſemiſtatuam marmoream cum gentilitio ſtemmate apud S. Nicolai Sacellum hoc inciſum proſtat elogium an. 1639 . poſitum .

Accipe viator accipe ſpectaculum ecce dignum ad quod tuo intentus operi recipias Auguſtino Valer. Cardin. Epiſcopo Veronenſi inter quem , & Deum virtute conciliante omni ſumma neceſſitudo fuit , ſumma ſimilitudo magno bono ſuo, & parenti ſplendidiſſimus Veronenſium ordo idemque gratiſſimus decreto ſumptuque publico P.

Alias plures inſcriptiones de Valerio Card. reperies in inſcriptionum libro ejuſdem Polæ apud doctiſsimum Aloyſium Novarinum tom. a. Opuſculorum . Has duas placuit hic referre , quas idem Albertus in D. Zenonis Epiſcopii ſacello ex marmore excitavit , ut ibidem perpetua extaret memoria, ubi Maria Caroli V. filia , Maximiliani II. uxore , ac Rodulphi II. Impp. matre aſtante , & in Inſula ſcalarum Margarita Auſtriaca Philippo III. Hiſpaniarum Rege deſponſata , ad Clementem VIII. Pontif. Ferrariæ tunc agentem , cum Maria

ma

matre properante, sacra fecisset, quæ ita legentibus prostant.

In hoc sacello Reb. sacris interfuit Caroli V. filia Maria Austria Maximiliani II. Impp. uxor Rodulphi II. Mater Celebrante Augustino Valerio Episcopo Veronen. assistentibus Ludovico Madructio Cardin. Maximiliano Archidiac. Austriæ & quatuor Legatis Venetis Kal. Octob. M. D. LXXXI.

Altera inscriptio ex altera sacelli parte est hujusmodi.

Dum Margarita Austria Philippo III. Hispaniarum Regi desponsata ad Clementem VIII. Pontif. Max. Ferrariæ tunc commorantem contenderet ut ab eo per Albertum Archiducem Austriæ Procuratorem matrimonio jungeretur idem Augustinus Valerius S. R. E. Card. in Insula Scalarum adstante, Margarita Regina cum Maria matre Alberto Rodulphi Imp fratre maximaq; Principum virorum frequentia sacra fecit V. Id. Novemb. M.D. IIC.

Franciscus vero Pona nuper elogium scripsit, ediditque omni laude dignissimum Card. Valerii ad vivum virtutes recensens, quem pene adolescens funebri oratione laudaverat anno 1606. quam suo to. 2. idem refert Novarious. Valerius vero plura scripsit opuscula, & opera, quæ ipsum nobilissimum ingenium deceant, quæ sequuntur, & sunt. Scripsit Orationes in funere Lazari Bonamici præceptoris sui, in funere Petri Landi, Marci Antonii Trivisani, Francisci Donati Ducum Venet. Epistolam consolatoriam ad M. Antonium Genuam: libellum inscriptum, Petrus Franciscus Contarenus Patriarcha, somnium ad Marinum Grimanum, Itinerarium libellum qua ratione in Aristotele versandum, contra Barbariem: de studiis, in quibus juvenis Venetus præcipue versari debet: de moribus, qui in Veneto laudantur: de scribendis epistolis libellum hortatorium ad Justinianum Contarenum: de ratione studiorum: de tempore: de ioco: meditationes: præfationes: de recta philosophandi ratione lib. 2. de commentariis conficiendis: de ambitione: epistolam qua laudat librum Hieronymi Osorii de Justitia; libellum, quo probat argumenta Aristotelis pro mundi æternitate refelli posse: libellum de immortalitate: hortatorium ad Nicolaum Barbadico, ut more majorum causas Venetiis ageret: de consolatione ad eundem in morte fratris: opus, quo juris Cæsarei & Pontificii studium studiis philosophiæ præfert: de consolatione opus non absolutum: de fugiendis honoribus: convivium noctium Vaticanarum: de fructu qui percipi potest ab iis, qui Romæ vivunt: epistolas consolatorias ad Carolum Borromæum Card. libellum S. Basilii de virginitate latinum reddidit: de consolatione ecclesiæ: sermones multos Italico sermone Veronæ habitos: sermones ad populum in æde Veronensi habitos: de disciplina Acolytorum lib. 2. de legatione: quatenus cum hæreticis versandum ad Nicolaum Thomissum Polonum: vitam Cardinalis Navagerii; de Rhetorica ecclesiastica lib. 3. de ausu nefario in Cardinalem Borromæum: in eundem Card. homilias supra centum secundum ritum Ambrosianum: de Nicosia amissa: Cardinalis ad Cardin. Caraffam: quæ Veronæ acciderunt pestilentia furente an. 1575. de statu custodientium virginitatem ad Sororem: de Viduis: de statu monialium: qua ratione munus Bayli pro Venetis obeundum esset Byzantii Nicolao Barbad. ad ipsum memoriale: libellum quo probat vitam religiosam senatoriæ præferendam: epistolas hortatorias ad Jacobum Foscarenum: libellum ad eundem Cretæ præfectum: librum cur constitutiones non ediderit: epistolas pastorales cum esset visitaturus Dalmatiam, Istriam, Venetias, Patavium, Vicentiã: constitutiones ad Dalmatiæ, alias ad Istriæ usum: paranæticum Venetarum constitutionum: historiam de rebus gestis Venetorum: de politica prudentia cum pietate Christiana jongenda: homilias 44. In Passione Domini: de Episcopis Veronensibus: de onere Cardinalatus: epistolas plures ad Cardinales, Episcopos, & alios: vitam Cardinalis S. Praxedis: homilias in Christi passione auctas: de occupationibus diacono Cardinali dignis: de consolatione Ecclesiæ lib. 6. ad Ascanium Columnam Cardinalem: Quatenus honores fugiendi: de utilitate capienda ex corporis ægritudine: de cautione adhibenda in edendis libris: de investigandis remediis tentationum pastoralium; somnium de conclavi, quando creatus Urbanus VII. de utilitate capienda in conclavi: somnium de Card. S. Praxedis: Instructionem ad Albertum Veronæ coadjutorem: somnium in ædibus S. Praxedis: de benedictione Agnorum Dei: Libellum consolationis ad Gregorium XIV. de ultimo sermone ejusdem Gregorii: de lætitia Christiana: Soliloquium in conclavi, in quo creatus est
B Clemens VIII. Commentarius visitationis Clem. VIII. An quid addi queat lib. Card. Paleotti: de sacri consistorii consultationibus: de senectute recreanda: Quod semper orare oportet in primis pro Romano Pontifice: de Mundi senectute: de utilitate ex donn lachrymarum: de comparanda, & tuenda boni principis existimatione: de occultis Dei beneficiis, de cautione à clericis in disputando adhibenda; Cavendum ne quis nimis sibi credat: de caura imitatione sanctorum Episcoporum: Consolatorium ad Card. Federic. Borromæum de matris obitu: de memorabili die 17. Septemb. Ann. 1595. ad eundem. De charitate Clementis VIII. in Galliæ Regnum; Historiam Jubilęi Anni 1600. Apologiam ad Veronenses, Homilias multas, & varias; de eximia humanitate Clementis VIII. erga Rempublicam Venetam: manendum in vocatione, qua quis vocatus cum animi tranquillitate: de reverentia, & obedientia erga Christi Vicarium; dialogos 19. dierum Canicularium habitos in aula
C magna S. Marci Romæ.

Hæc fuere Augustini Cardinalis monumenta, hæc, quæ retulimus, præclara sanctimoniæ ornamenta, quæ tanquam in speculo quisque Christianus Antistes speculari debet. Augustini quoque studium, ac propensio in Capitulum, civesque suos non est hic silentio involvendum, nam vertentem inter eos de livellaria jurisdictione discordiam, qua prudentia, qua charitate, Gregorii XIII. Senatusque Veneti auctoritate fretus, sedavit, mutuaque benevolentia, ac pacis vinculo innodavit; quod cum in eximium Veronensis Capituli accedat ornamentum, ita ut in Italia nullum aliud simile jus habere dignoscatur, hic, & Gregorii Pontificis ad Augustinum litteras, transactionis monumentum, & ejusdem Episcopi actorum approbationem jeahibenda curavimus ex tabulario Capitulari.

Gregorius Papa XIII.

Venerabili fratri salutem, & Apostolicam benedi-
D *ctionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Archip. Præp. Archidiac. & Capitulum Ecclesiæ Veronen. quod ipsi multi, & diversa livella frumenti, vini, olei, & pecuniarum per laicos Veronen. diœcesis eis debita possident, & in illorum exactione, & renovatione investiturarum plerumque cogantur ad actus judiciales contra debitores dictorum livellorum devenire, ipsique vigore diversorum privilegiorum per Romanos Pontifices nostros prædec. ac Sedem Apostolicam variis temporibus concessorum executionem in suo foro ecclesiastico, quemadmodum antea, & a tanto tempore, quod ejus initij hominum memoria non habetur, in contrarium factum fuit, facere posse pretendant; dilecti vero filij Communitas, & homines civitatis Veronen. dicto Capitulo hac in re se opposuerunt, allegantes causas hujusmodi cognosci, & earum executiones in eorum foro seculari fieri debere, ortaque desuper inter Capitulum ex una, & civitatem præfatam partibus ex alte-*

ra

Augustinus Valerius Dei, ac S. Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Veronæ, & Comes, & in hoc re, & negotio a Sanctiss. D. N. Gregorio PP. XIII. commissarius delegatus ad perpetuam rei memoriam.

In Episcopali munere nostro, & animarum nobis a Deo *creditarum cura, atq; regimine nihil desiderabilius contingere solet, quam cũ ovile nostrum concordiæ, & pacis trãquillitate fruitur, & quietem cum charitate conjunctam habens ad cælestem patriam simul iter dirigere conspicitur. maximeque administrationis pastoralis nostro conducere intelligimus, si in eam causam cunctis viribus incumbamus, & invigilemus, ut apud nos fidelium nostrum in Domino pacata sint omnia. Quod si fortasse animos aliquorum fidelium nostrorum aut simultate aliqua, aut dissidio suffusos esse cognovimus, ut omnes injuriæ communis concordiæ causa voluntaria quadam oblivione conterantur summo studio enitimur, atq; contendimus, quibus præsidiis, & ope spirituali sathanæ communis hostis perniciosa consilia omnia debilitata, & labefactata remaneant, quod vobis hoc tempore divino spiritu opitulante contigisse exploratum est. Cum etenim inter Magnificam civitatem Veronæ, & Reverendum Capitulum DD. Canonicorum fratrum nostrorum de fori circa livellarias Capituli jurisdictiones, & jus dicendi potestatem dissentiones, & lites essent exortæ, quandoquidem Canonici auctoritate, & jure privilegiorum tum pontificia, & ecclesiastica, tum imperatoria, sive regia seculari potestate concessorum livellarios suos ad solutionem pensionum, & livellorum, ac investiturarum renovationes ut, & faculeati fori sui compellere posse profitebantur. Contra vero civitas id eis minime licere contendebat, clausulas etiam quasdam in investituris Canonicorum descriptas nimis duras, & intollerabiles esse commemorabat, illas caducitates de medio tollendas esse asserebat; hæ lites, & dissensiones in dies magis augeri videbantur, quarum agitatione, & commotione in primis Serenissimi Principis nostri animus molestia afficiebatur, quod non obscure, sed sæpe nutu, & significatione declaravit, atque mandatis ad clarissimos hujus civitatis Rectores suos testatus est, quibus harum litium, & contentionum finem, & compositionem summopere desiderare demonstravit. Interea etiam Sanctissimus D. N. Romanus Pontifex Max. Greg. XIII. de his rebus omnibus certior factus has disceptationes, & controversias extinguendas esse censuit, non decere civitatem, & Canonicos lites inter se exercere, contentionibus conflictare, dissentionibus abalienatos animos habere, dandam esse operam, ne inita concordia, controversiarumque, & simultatum seminibus sublatis, diaboli perennis hostis fractis, & debilitatis viribus, canonici rebus divinis sedate incumbere possent. Cum vero negotium hujusmodi magni ponderis esse Summus Pontifex existimaret ex quo de re ecclesiastica, & quod caput est, de privilegiorum juribus, & firmamento, moderatione, & alterotione antiquæ formæ investiturarum canonicarum, præsertimque de caducitatibus, aliisque similibus clausulis, & pactis agatur, gratissimum, atq; Sanctitatis suæ sanctissimum paternum desiderium litteris suis Apostolicis in forma Brevis ad nos datis plene explicavit, in quibus non parva abundantia charitatis, & fiduciæ suæ erga nos harum litium judicem, compositorem, & moderatorem Apostolicum constituere nos, & facere dignatus est, ut rem tantam ad concordiam, & quietem Apostolica auctoritate, & potestate perduceremus. Nos itaque Pontificia mandata qua decet reverentia uti debemus curantes, & exequentes, virisque primariis civitatis, & Canonicis ad nos vocatis, quæ Summus Pontifex mandasset, quæ cuperet initio patefecimus in sermonibus, & collocutionibus nostris communi officio ad compositionem non semel eos hortati sumus, ex litibus multa impendere mala, damna, & incommoda, ex concordia fructus uberrimos, & præstantiores capi posse. Quo circa nobis agentibus de concordia civitas, & Capitulum auctorem nos, & consiliarium ac paternum mirifica, & singulari consensione secuti sunt, unum fore sensum civitatis, & Capituli ex admonitionibus, & consiliis nostris se prætalerunt animis conjunctis declaraverunt communi voluntate, & perpetuo quodam judicio ad nos rem totam detulerant, decretis etiam vi nostrarum scientiarum, & voluntatem a civitate, & Capitulo factis judicio, & Apostolicæ potestati nobis impertitæ rem omnem accomodaverunt. Quamobrem nos rebus omnibus circumspectis, illud animadvertendum esse existimavimus civitatem, quę propensam voluntatem, & obedientiam erga S. Sedem Apostolicam (ut par erat) cumulate prestitit, Serenissimi Principis item desiderio est obsecuta, paternas etiam nostras admonitiones, & hortationes tam libenti, & prompto animo amplexa est, dignam esse, quę aliqua benignitate, & clementia S. Sedis ejusdem frueretur pro temporum instantium conditione, & ratione eorum secum remissius, ut levius ageretur.*

Nos proinde auctoritate, facultate, & potestate nobis in hac re concessa, hoc nostro decreto, judicio, & declaratione, compositione, & conciliatione fori, & judicij DD. Canonicorum normam, formamque & regulam ita fore esse censemus, statuimus, & decernimus. Quod DD. Canonici secundum legem in consilio civitatis sancitam proponente magnifico Equite Dom. Thebaldo Lavagnolo, quem voluerint ex magnificis jurisconsultis, sive advocatis Collegij Veronæ suffragiis quot annis deligant, hic electus judicium suum, quod sic annuum Kal. Januarij ineat, per annum vacet, de livellis, & fictis præbendarum, & mensę capitularis rebus ad eam pertinentibus dumtaxat cognoscat, jus autem dicat, & forum agat diebus juridicis in publico causarum civitatis auditorio, quod palatium nuncupatur, ibi pro tribunali impensis Capituli erigendo sub titulo, & signo D. Georgij sedeat, appellationum autem, tum 2. tum tertiæ instantiæ causæ devolvantur ad Rev. Capitulum, quod in secunda instantia causam contentiosam committere debeat terminandam alteri doctori de dicto collegio ex partium confidentium concursu, qui si sententiam primam judicio, & sententia confirmaverit, ac appellatione, & nullitate postposita, & partibus denegata sententię ambę sic conformes transeant in judicatum absque ulla exceptione, aut tarditate executioni mandentur, quod si ipsæ sententiæ contrariæ, aut diversæ fuerint, Capitulum utique tres alios de eodem collegio eligat doctores ex concursu confidentium, quod vero ab his tribus, vel eorum majori parte terminatum fuerit firmum sit, & executionem habeat, judicia vero exerceantur, & sententiæ omnes prædictæ, acta, & causæ a judicibus in omnibus instantiis jam dictis fiant etiam in caducitatum, & investiturarum negotiis secundum formam statutorum Magnificæ civitatis, & decretorum Ducalium, salvo semper decreto, & jure laudemiorum alias inito in Magnificam civitatem, & Reverendum Capitulum.

Hæc autem omnia, & singula suprascripta, necnon presentem sententiam, compositionem, concordiam, declarationem, arbitrium, & decretum Apostolica auctoritate, & facultate prædicta nobis concessa, & impertita, concedimus, confirmamus, approbamus, & corroboramus, ac perpetuæ firmitatis, & inviolabilis executionis robur, & firmamentum adjicimus.

In quorum omnium, & singulorum testimonium has nostras fieri, & per Cancellarium nostrum infrascriptum subscribi, & sigilli nostri appensione communiri mandavimus.

Dat. Veronæ in Episcopali residentia nostra præsentibus Ven. D. Angelo Rato clarissimo Rectore ecclesiæ parochialis S. Petri ad Monasterium, & D. Valerio Malagutio Regien. familiaribus nostris omnibus adhibitis, & rogatis anno Nativitatis Domini 1581. Ind. 9. die vero 13. mensis Februarij, Pontificatus autem ejusdem S. D. N. Gregorij XIII. anno 9.

Josephus Castellus Cancellarius.

In Christi nomine anno ejus nativitatis 1581. Ind. 9. die 19. mens. Febr. in Episcopatu Veron. & cubiculo

Re-

A

& *nullus* &c. & cap. *Obitum* dist. 16. & cap. *Metropolitano* dist. 63. & cap. *Hortamur* dist. 71. Const. Sixti V. anno 1587. edita, *in sacrosancto*. Imperatores pariter L. in *Ecclesiis de Episcopis*, & *clerici* L. ff de Curat. & L. Vult. Si plura optas vide Rebuff. in prax. Benef. p. 3. D. Thom. 22. q. 63. art. u. ad 4. Sot. de Justitia & jure q. 6 art 2. aliosque plures; quam doctrinam noster Albertus Episcopus toto sui præsulatus tempore, legemque omni laude dignissimam sequutus est. Veronensibus non solum beneficia, verum sine pensione, ut magis Ecclesiastici animarentur ad virtutem, concessit, tradiditque dignioribus. Hoc idem egit post Alberti decessum Cozza Cottius Archipresbyter, Generalisque Vicarius sede vacante quindecim mensium spatio, cum supra centum viginti parochialia beneficia contulisset, ut Franciscus Pona in descriptione pestiferæ luis expressit. Præfuit laudatissime annos 39. ex his 15. tamquam coadjutor, & suffraganeus, cujus religiosa vigilantia, pastoralis pietas, & clementia, summopere commendatur ab omnibus; nec defuit

B

in eo hospitalitas, & liberalitas erga Ecclesiasticas personas, cæterosque viros ad illum accedentes. Fato defunctus est Albertus anno 1630. die 1. Septemb. Lusiæ (ditionis Patavinæ locus) pene sexagenario major, dum Epidemiæ morbo Veronensis civitas, totaque fere Italia grassaretur, sepultusque est in cathedrali prope patruum Cardinalem cum hoc epitaphio.

ALBERTUS VALERIUS
VERONENSIS EPISCOPUS
V. O. M.
HIC JACET.

Ejus vero effigiei hæc fuit apposita inscriptio:

Heu Hospes speciem oris Alberti Valerii Episcopi Veron. cujus vita laudatissima heu posuit arctius hominem, & Deum sibi jungere Jo. Aloysius ex Frat: nep. Veronæ Pref. incomparabili & celebratissimi Patrui memoriæ patronis benemerentissimis Jo. Fran-

C

ciscus Rotarius D. D. D. M. DC. XXXIX. V. Id.

Opes immensas reliquit; pecunia, & supellex pene regia ad fratres, & nepotes pervenit, cum intestatus mortalitatem explevisset. Vacavit sedes an. 1. m. 3. Quo tempore ex voto civitatis jacta sunt fundamenta sacelli Christo Redemptori dicati in ecclesia S. Nicolai Clericorum Regularium, primoque lapidi hic titulus inscriptus.

Christo Redemptori Verona Peste liberata V. S. L. M. Laur. Fuscareno Prætore Petro Corrario Præfecto Cozza Cottio Archip. Vic. Gen. Episc. Sed. vac. Anno M. DC. XXXI.

Inter cætera, quæ Albertus pro Veronen. sua Ecclesia egit, hic haud prætereunda videntur immunitates, & privilegia, quæ sua eximia dexteritate a Senatu Venetæ Reipublicæ paucos ante obitus sui menses obtinuit novo hoc cuso diplomate a Joanne Cornelio inclyto Venetiarum Duce, pro eo deprecante Laurentio Valerio fratre germano.

D

Joannes Cornelio Dei gratia Dux Venetiar. universis, & singulis Rectoribus, Magist. jusdicentibus, officialibus nostris, & præsertim Rectoribus Veronæ, & successoribus significavimus.

Come havendo li Provisori nostri sopra li feudi con l'autorità, che tengona dall' Eccellentissimo Senato, intesa l'humile, e riverente istanza fattagli dal Nob. Lorenzo Valier come procuratore espresso del Reverendissimo fidele nostro Alberto Valerio Vescovo di Verona dimandante in essecutione delle leggi nostre feudali per conservatione delle publiche raggioni di quel Vescovato la confirmatione & investitura della jurisditione mera, & misto imperio delle terre di Bogolon. Monteforte, e Pol, con l'immunità, & exentioni pacificamente sempre possesse, che furono concesse à quel Vescovato anticamente da Imperatori, & altri, che di tempo in tempo hanno havuto il dominio di quella Città & anco della Signoria nostra in tutto, e per tutto conforme il tenore delle sue antiche investiture, privilegi, e statuti di quella città, & havendo essi Revisori nostri osservato quanto si deve in tal materia, e tolte anco le convenienti informationi dalli Avvocati Fiscali, e consultori in jure con la visione delle scritture a tal effetto presentate, hanno stimata giusta l'instanza sopradetta, però col tenor delle presenti habbiamo confirmato, & in quanto facci bisogno di nuovo investito per ragion di feudo, il sopradetto Nob. Ho. Lorenzo Valiero, come procuratore espresso dell' antedetto Reverendiss. Vescovo di Verona Alberto Valiero, della jurisditione di mero, e misto imperio delle terre di Bogolon, Monteforte, Pol, poste in quel territorio con l'immunità, & esentioni di ogni, e qualunque gravezza reale, personale, e mista, ordinaria, & estraordinaria, & ogni altra fatione, ò impositione così di gabella, come anco de' datii, e con ogni altra ragione, attione, prerogativa, e preminenza, e con tutte le altre habentie, pertinentie a dette terre, & loghi spettanti, conforme le antiche investiture, privilegi, e concessioni in diversi tempi fatte à quelli Rev. Vescovi, e Vescovato come sempre sono state possesse, tenute, e godute dagli sopradetti Vescovi, salva sempre la superiorità della Signoria nostra, & ogni altra dispositione delli statuti di quella città, e perche il detto Nob. Ho. Lorenzo Valier come procuratore espresso dell' antedetto Reverendiss. Vescovo genuflesso avanti Noi, quattro Consiglieri nostri, dui capi di quaranta, e degli sopradetti provisori hà prestato il debito giuramento di fedeltà nel modo qui sotto espresso, restando anco egli tenuto a tutti quelli carichi, oblighi a' quali sono sogetti li veri vassalli secondo la natura del presente feudo; pero habbiamo commandato gli sii fatto il presente documento di confirmatione, & investitura, qual sempre dicesi intendere, che siano salve le raggioni della Signoria nostra, e di cadaun altra persona. Mandantes de præmissis hoc publicum confici documentum, bullaque nostra plumbea pendente muniri. Quare mandamus vobis, ut suprascripta omnia in eo contenta observetis, & ab omnibus inviolabiliter observari, & in actis Cancellariæ vestræ registrari, præsentatorique restitui faciatis. Dat. in nostro Ducali palatio die 2. mensis Junii Indictione 12. 1629.

Thomaso Priuli)
Andrea Morosini) Prov. *sopra li feudi.*
Gio. Battista Caotorta)

Illustrissimi, & Eccell. Signori.

Desiderando Monsig. Illust. Vescovo di Verona de incontrarsi con la publica volontà fece notificare al Magist. di VV. SS. Eccel. la giurisditione, che vole in quel territorio delle terre di Bogolon, Monteforte, e Pol col mero, e misto imperio, & amplissime immunità, & esentioni pacificamente sempre possesse, quali furono concesse a quel Vescovato dagl'Imperatori, & altri Signori, che in varii tempi hanno dominato quella città, & anco confirmate dalla Serenissima Republica doppo il felicissimo acquisto di quella città, e de' quali viene fatta mentione anco nelli statuti di quella, e desiderando sua Signoria Illust. di adempire perfettamente per quello, che a lui si aspetta, le leggi dell'Eccell. Senato, però col mezzo di Lorenzo Valier suo fratello, & procuratore espresso ricerca la confirmatione, & investitura delle sopradette immunità & esentioni in tutto, e per tutto conforme il tenore delle sue antiche investiture, privilegi, e gratie, &c.

Segue il guramento di fedeltà.

Io Lorenzo Valier, come procuratore espresso di Monsig. Illust. e Rev. Vescovo di Verona, giuro, & affermo per li Santi Evangelii di Dio, che sarà sempre fedele a vostra Serenità, e Serenissimo Dominio, ne mai in conseglio, agiuto, ò fatta sarà contra l'honore della persona sua, anzi intendendo che altri volessero esserle contra di manifestarlo, opporsi, & impedire di tutto potere, e di conservar il fen-

do,

do, beni, e ragioni feudali, mantenendoli ad honore, e bon stato di V. Serenità, e del Sereniss. Dominio, & per ricuperar le cose perdute prestarà contra ciascuno ogni agiuto, con la persona, col conseglio, e con l'havere, come anco fermamente faranno li suoi successori, e prontamente sodisfarà al debito del vassallagio prestandoli tutti quei servitii, a' quali sono tenuti li fedeli vassalli secondo la dispositione, & consuetudine feudale, & specialmente secondo le leggi, & ordine del V. Sereniss. Dominio 1586. 13. Decemb. 1587. 29. Maggio, & altre posteriori, & in occasione di aperta guerra senza aspettar di esser chiamato offrirà prontamente secondo la publica volonta, e per esecutione delle istesse leggi il debito servitio, & ossequio per l' honore, e stato di V. Serenità, e del Serenifs. Dominio con ogni ardor di spirito.

Girolimo Gratarol Secr. a' feudi.

Reg. die Lunæ 11. Junii 1629. & præsentate Illust. D. Potestati Veronæ per Sp. D. Claudium Bassettum Advocatum Fiscalem Illust. & Rev. D. Episcopi, quibus visis sua Dom. Illustr. mandavit registrari, & enequi Rel. Gastaldinis Reg. nel libro delle Ducali della Cancel. Pret. di Verona Signato C.C. a carte 188. tergo, &c.

Ego Remedius fil. q. Vicentii Battaleæ notarii de contrata S. Silvestri Veronæ publicus Veneta auctoritate, & in Cancellaria Episcopatus antedicti notarius hoc præsens transumptum fideliter, & fincere prout stat, & jacet exemplavi ab antedicto libro privilegiorum dicti Episcopatus, & hic in fidem me subscripsi, ac solito signo communivi, rog. die 10. Maii 1630.



CXIX 118 MARCUS Justinianus, Patritius Venetus, Danielis filius, ea Cenetensi Episcopo, Alberto sufficitur die 4. *a*, mensis Apr. 1631. die vero 30. Novembris urbem solemni titu ingressus, Episcopatus administrationem suscepit. Fuit Marcus vir bonitate, ac morum integritate præditus, & in Ecclesiasticis ritibus, divinisque litteris satis peritus, quas sæpe ad populum caplicabat; in politicis tamen rebus videbatur non ita eaercitatus, cum levibus personis sua commiserit consilia. A quibusdam taaatur hinc: & ob generis sui nobilitatem ac potentiam, seditiones illæ, & jurgia ioter ipsum, & Veronense Capitulum de jurisdictione eaortæ, quæ hactenus Ecclesiam Veronensem mirum io modum conturbaverant, easdem post accessom Marci Gradonici Aqnilejeosis Patriarchæ, Canonicorum Veron. Ordinarii, composuit: & coosopitis omoibus, pace summa, ac tranqoillitate, per annos 18. Veronensem reait Ecclesiam; cujns auctoritate, & permisso fratres S. Francisci districtioris observaotiæ in urbem introducti Ecclesiam, & cœnobium eaædificaveruot in loco à pia Veronensium liberalitate concesso; & Regulares Clerici, quos Somaschos vocant, domum, & ecclesiam, eadem auctoritate suffulti condere cæperunt anno 1646. Mortuus est Marcus die 23. Augusti hora 20. ætatis suæ 61. salutis vero 1649. honorifica sepultura in templo summo donatus, ante januam chori, ubi hæc pauca verba in marmore sculpta sunt.

a Die 7. Aprilis.

Marci Justiniani Veronensis Episcopi Cinerarium.

Ultimum suum condidit testamentum uno ab ejus obitu die, pluraque piis locis sua pietate legavit, perpetuamque mansionariam, ut vocant, in Cathedrale instituit, cætera Francisco, & Petro Justioiaois germaois fratribus reliquit. Statura fuit procera, & digna, tamen pronus ad iram, quam ea aoimi sui pietate compressit. Defuncto Marco, Canonicorum Senatus, Cozzam Cottium Aicbipresbyt. Capitularem Gener. Vicarium secundo, summa omnium lætitia elegit; tantæ digoitatis quippe digoissimum, qui olim post Alberti Valerii Episcopi obitum, eodem munere eximie functus fuerat, & sub Marco Justiniano pro sui Capituli libertate incertos variosque subivit labores, sudavit, & alsit. Sub ejus regimine, jussu Ionocentii X. summi Pontificis, moniales SS. Faustioi, & Jovitæ, Regulam S. Augustini susceperunt, ac perpetuam clausutam voverunt; quarum devota, & regularis vita in dies crevit ad ædificationem, & caemplum aliarum, pie vitam ducentium in religiosissima ea urbe, tot saoctimooialium cœnobiis clarissima.



119 * SEBASTIANUS ex Veoeta Patritia Pisanorum gente progeoitus 1606. 7. Id. Octobr. eadem Areopagitæ Diooysii sacra die, à quo & subnomen sortitus, patrem Franciscum Senatorem habuit, matrem Paulinam Foscaii nobilissimam; quam decimo ejus insantilis ætatis mense amisit. Novennio vix elapso clericali militiæ nomen dedit, Præpositura S. Mariæ in Atena Patavii juris patronatus Petri Foscari pattui obtenta. Postero anno 1616. Veronam erudiendus missus, ibi assiduus litterarum cultor, omnigena eruditione clarus, moribus incorruptis, Veronensium animos in sui admirationem, & venerationem, quammaaime allexit; ubi per septennium commoratus, Venetias reversus est. Patte demortuo 1627. Patavinm progressus, adeo Jotisprudentiæ operam dedit, ut 1630. utriusqne Juris clarissimus Doctor omnibus votis acclamatus fuerit. Vir trigesimum annum agens ab Urbano VIII. Cenetensis Ecclesiæ Pastor nomiuatur; verum difficillimis illis temporib. non nisi anno 1640. sexto Kalen. Januarias consecratioois muuus obtinuit. Episcopatus inita possessione via, incredibile est, quam prudenter, quam proficuè, qnam eaempIariter florentibus adhuc annis, gregem sibi commissum rexerit. In diututoo quatuordecim annotum curriculo, quibus Ecclesiæ illi præfuit, Synodum Diœcesanam habuit, proficuas edidit constitutiones, & posteris ad bene regendum satis. Quater diœcesim perlustravit. Ab ara majori cathedralis in iararium satis commodum, & elegans sacratissimum Christi corpus transferendum curavit, spiritualique saluti omnium civium applausu difficili in ejus jnrisdictione consulnit semper. Verum cum majorem, ac nobiliorem ejns virtuti periferiam assignandam fore agnosceret Inoocentius X. in amplissima Veronensi Ecclesio, Marci Justiniani prestantissimi, & æternæ memoriæ Presulis successor deligitur 1653. Cujus nomine Joseph CXX.

* Ex App. tom. 7.

Sela-

Selarius I. V. D. 5. Kal. Decemb. Episcopus lulit possessionem; quem statim Vicarium declaravit. A
Venetiis interim ipse ad clerum, & populum Veronensem litteras pastorales direxit, ex quibus ejus pietatis, charitatis, ac paternæ sollicitudinis norma, & studium in sibi creditas oves mirifice reluxerunt. Huic nulla pompa, imo eidem clero, & urbis proceribus vanitatis interdictis applausibus, hora meridiana 15. Kalen. Januarii optimus, & modestissimus Præsul ignotus Veronam appulit, insequenti vero Dominico die, solemniter cathedrale templum ingressus, gratiarum actionibus humiliter Deo Opt. Max. exhibitis, Pastorale onus suscepit. Maxima inde vigilantia, ac cura sollicitus, quæ ad optimi pastoris munus peragendum spectare visa sunt, sedulo est amplexus. Divinum cultum mirifice adauxit, Sanctimoniales enim S. Teresiæ Ord. Carmel. Strictioris Observ. Veron. excepit; insequenti anno, ac prid. Id. Quintileis primum lapidem extruendæ Ecclesiæ in ejusdem sanctæ Virginis honorem solemni ritu sacravit: B
quod quidem præstitit & postero 4. Kalen. Majas apud D. Gregorium in Brayda in sacelli erectione, eo in loco ubi S. Petrus Martyr Veron. Ord. Præd. olim ortus fuit; quo anno Synodum Diœcesanam habuit, saluberrimasque sanctiones tulit; quod idem præstitit & ann. 1657. quo Patres Societatis Jesu benigne excepit ad S. Sebastiani. Ecclesiam S. Antonio de Padua Veronensium liberalitate erectam sacravit. Amplissimam diœcesim maximo licet labore, permaximo commodo, & spirituali sibi commissarum ovium proventu perlustravit. Clerum optimis moribus, & Ecclesiasticis juribus, & doctrinis instruendum curavit; quapropter in aula propria Academiam erexit; ubi statis diebus coram se, è suggestu prius aliquo sacræ Scripturæ capite explanato, præcipua è morali Theologia, sive ex sacris Canonibus deprompta themata discutienda proponuntur. Populis cœlesti doctrinæ pabulo, maxime vero Christianæ fidei rudimentis pueris imbuendis præcipue invigilat. Beneficia dignioribus C
confert. Solemnioribus festivitatibus verbum Dei ipsemet non minus ornate, quam scite perorat. Academiæ Philarmonicæ protector; pacis studiosus, prudentia demum, vigilantia, cæterisque virtutibus ornatus jure merito Præsul optimus habetur, ac veneratur, cui Nestoreos dies precamur.

A D D I T I O.

,, *Anno 1664 (prosequitur Auctor Ordinarii Veronen. pro anno 1704.) die 9. Octob. supradictarum Sanctimonialium D. Teresiæ Clausuræ opus feliciter consummavit. Proficuas monialium constitutiones edidit. Fuit tandem hic Præsul eximiæ doctrinæ, sanctitatis, ac maximæ opinionis; verum ingravescente ætate, ac valetudine Episcopatum Veronensem in favorem Sebastiani nepotis renunciavit 4. Id. Decemb. 1668. Post Episcopatus renunciationem Archiepiscopus Thessalonicensis declaratus fuit. Eodem anno 4. Id. Novemb. suum testamentum condidit, & inter cætera missam sibi quotidianam, & perpetuam instituit.* D *Cathedrali Ecclesiæ pretiosora mobilia, ac sacra supellectilia, atque unciarum mille argenti elaborati reliquit. Anno tandem 1670. XII. Kal. Maji ætatis suæ sexto & sexagesimo in Domino obdormivit. Ejus cadaver in capsa lignea ut præceperat Veronam delatum, & in Cathedrali sepultum.*

CXXI ,, SEBASTIANUS *Pisanus, Francisci D. Marci Procuratoris filius, atque Sebastiani superioris nepos, totam pene adolescentiam impendit in perlustrandis exteris regionibus, unde Germanicum, Gallicumque idiomata funditus hausit. In Patriam reversus sapientis Ordinum munere egregie perfunctus est; inde Bellunensem Præturam prudenter, sapienterque gessit: & quamvis aditum ad majora sibi parasset, in illud præcipuè incubuit, ut Sebastianum patruum Veronæ Episcopum omni cultu demereretur; studioque, & officio coleret.* A
,, *Ille autem nepotis sui cum non mediocrem in rebus gerendis aptitudinem novisset, ad Episcopalem eum dignitatem provehere studuit, quod & præstitit 4. Id. Septemb. 1668. placito Clementis IX. Papæ. Anno vero 1669. 25. Martii Cathedralem ingressus solemni omissa pompa suæ dignitatis munus inivit. Patrui præclaras Constitutiones & regulas non tantum confirmavit, sed de Consultorum integerrimorum virorum consilio auxit. Eodem anno prima Junii D. Antonii Abbatis templum Sanctimonialium sub regula S. Benedicti solemni ritu consecravit. Felicibus sub auspiciis Patres Tertiarios S. Francisci recepit, eisque cœnobium S. Bartholomæi in monte, quod ante Jesuatis inservierat, tradidit. Clericis quoque Regularibus, quos vocant de Somascha, Monasterium S. Zenonis in monte dedit. Mulieres tandem, quæ in Monasterio Ss. Trinitatis degebant, ad aliud transtulit, quod ante detinebant sorores sub titulo S. Mariæ de Regio ad D. Faustini, & sua sub protectione suscepit.* B *Dissidiis, quæ per tot secula Veronensis Ecclesiæ quietem turbaverant, penitus sublatis, reddidit, Deo auctore, Episcopatui pacem. Bis Synodum coegit anno scilicet 1675. & 1685. in quibus non minus pia, quam prudentissima decreta promulgavit. Ab ara majori Cathedralis in sacrarium S. Nicolai satis commodum, & elegans, sacratissimum corpus Dominicum transferendum curavit. Tandem longa oppressus infirmitate vitam cum morte commutavit 5. die Augusti 1690. ejus corpus in Cathedrali Ecclesia cum Patruo tumulatum.*



,, PETRUS *Leonus, Venetus Patritius, ab Episcopatu Cenetensi ad hanc Ecclesiam transfertur 9. die Januarii 1692. ab Innocentio XII. Pontif. Max. Vir doctissimus, ac bonarum artium studiosissimus, optime cum justitia, & sanctimonia, doctrinam, & eloquentiam conjunxit. Solemnioribus festivitatibus tam in Cathedrali, quam extra ingentes ingenii sui divitias publice exhibebat, quibus Verbum Dei non minus ornate, quam fructuose exponebat. Visitationem civitatis, & diœcesis peregit, quantum ejus temporis conditio ferebat: Seminarium de S. Angelo ad Domum, & Oratorium prope D. Vitalem transtulit, illudque Clericorum, & Magistrorum frequentia augere studuit. An. 1697. D. Nicolai Templum PP. Theatinorum solemni ritu, ac pompa sacravit: eodemque anno 7. Septemb. vita decedens desiit esse Veronæ Pastor. Corpus in Cathedrali sepultum fuit in sacello D. Nicolai. Atque hactenus de tribus his Veronę Episcopis Auctor citati Ordinarii.* CXII.

,, JOANNES *Franciscus Barbadicus, antiqua Veneta nobilitate, Patre Antonio emerito D. Marci Procuratore Venetiis natus, Venerabilis Servi Dei Gregorii S. R. E. Cardinalis Episcopi prius Bergomensis, postea Patavini nepos, Reipublicæ muneribus peragendis primum addictus, sapiens Continentis efficitur, deinde ad Ludovicum XIV. Galliarum Regem Orator designatur. Inter hæc, sæculo derelicto, D. Marci Basilicæ Primicerius renunciatur anno ætatis suæ 40., vinque emortuo Petro Leono Veronæ Episcopo, ab Innocentio XII. Summo Pontifice huic Pastorali regimini successor* CXIII.



„ *eligitur; post cujus egregiam per quindecim, & amplius annos administrationem, tandem nutu Sanctissimi D. N. Clementis XI. ad Brixiensem Cathedram evectus est.*

„ *Lubet hic quædam de præcipue illius zelo, vigilantia, & virtutibus prælibare. In primis enim hoc regimen die Nativitatis Domini 1698. vix suscepit, cum statim Clero ad rectam sacrorum Canonum, & Provincialium Constitutionum regulam efformando, & saluti plebis suæ procurandæ se totum addixit. Seminarium Clericorum, & Præceptorum quam maxime auxit, adeout dum minus aptæ tot hospitibus suscipiendis viderentur ædes, amplissimæ structuræ aliud inibi erigendum, vetusque postea satis dirutum, & incomptum evertendum statuerit, quod etiam partim præstitit quandiu huic Ecclesiæ præfuit, & præstare ad ultimum usque lapidem non destitisset, si per ætatem, & nutum Ss. regnantis Pontificis alio ipsum evocantis licuisset. Nec propterea aliorum etiam Clericorum curam summo studio agere prætermisit. Sacerdotes vero, præcipue vel Parochos, vel Confessarios tales instituit, quos sane vitæ probitas, & studiorum scientia præ cæteris commendaret. Festa B. M. V. sub titulo ejusdem Patrocinii apud PP. Servitas, vulgo S. Mariæ de Scala, & Ss. Nominis Jesu apud PP. Societatis quotannis celebranda, prout maxima populorum frequentia, & devotione celebrantur, instituit; eorumdemque Officia Clero suo quotannis statis diebus recitanda à Sacra Congregatione impetravit. Apud Clericos Regulares Theatinos in s. Nicolai primordia anni à D. O. M luminum Patre feliciter auspicanda solemniter statuit, quam laudabilem institutionem mox in omnibus horum PP. Ecclesiis, ipsius exemplo, quotannis universaliter celebrandam ejusdem Religionis Decreto cautum est. Totam fere Diœcesim pastoralibus visitationibus perlustravit; inibique nedum Parochiales Ecclesias, verum & Oratoria singula. Gregi interim suo Doctrinæ Christianæ rudimentis apte informando summopere addictus, mirum quot laboribus tanto operi assidue subeundo par fuerit. Nec minus inde ad mentes, quam & voluntates in viam salutis dirigendas, & populum omnem in semitam mandatorum Dei deducendum intentus, per duos selectos viros ex PP. Societatis sacras missiones exercendas constituit, & semina Verbi Dei tum in civitate, tum in Diœcesi undequaque fundenda suis omnino sumptibus, curavit, quod & maximo cum animarum lucro feliciter obtinuit. Item ut sincera fides haberet opera suo nitore condigna, insuetum associandi solemni ritu, ac pretiosa supellectili Ss. Viaticum ad infirmos morem instituit, seque ipsum per suas Pastorales Litteras singulis Parœciis tum Civitatis, tum Diœcesis huic muneri subeundo instar exhibuit, quod & in pluribus præstitit. Quanta vero foret præcipua ejus religio erga sanctos suæ Urbis, & Diœcesis Patronos satis dignosci potuit ex sumptibus in eorum honorem impensis, & solemnitatibus maxima populorum frequentia celebratis; & præcipue de D. Zenone Episcopo, & martyre extat adhuc suæ pietatis, & munificentiæ egregium monumentum; hujus enim Patris Opera antea ab Augustino Cardinali Valerio Veronæ Episcopo edita, & pene deperdita, in novam lucem locupletiori forma restituit, typis Seminarii Patavini. Sed ad pientissimam ipsius devotionem erga Deiparam Virginem Sermonem convertere fas sit. Hanc enim quisque sane admirabitur, qui Volumen illud typis item Seminarii Patavini impressum perleget, cujus inscriptio:* La Maestà Coronata nelle solenne Coronazione di Santa Maria della Giara in Verona. *Porro anno 1709. ab Illustriss. ac Reverendiss. Capitulo D. Petri in Vaticano aureis coronis ad hanc Imaginem jamdiu miraculis claram diademate ornandam, obtentis, tali pompa, sumptibus, magnifico apparatu, omnium Ordinum tum sæcularium, tum Regularium interventu, advenarum quoque maxima affluentia solemnitatem hanc habuit, ut vix ne vix quidem e supracitato volumine colligi id totum possit. At quanta non tam erga Urbis, & Diœcesis, quam peculiares suimet Patronos pietatis monumenta reliquit! Cum enim in Episcopali Palatio Cubiculum olim à D. Carolo Borromæo, & Ædes Nazarethanas juris ejusdem Episcopatus prope Castrum s. Felicis in Urbe sitas à D. Cajetano, jam tunc cum viverent, hospitio decoratas invenisset, primum pene destitutum, prisca servata forma, auro undequaque perpolitum restituit; alteras dirutas prope ac desertas elegantiori forma refectas absolvit, & utrobique impendiosa magnificentia marmoream æternæ memoriæ structuram erexit, adjectis præterea inscriptionibus.*

Ad Cubiculum in Palatio Episcopali.

Divo Carolo Borromæo S. R. E. Card. Archiep. Mediolani, quod anno MDLXV. Cubiculum hoc sua majestate, & sanctitate complures dies, noctesque impleverit hinc Borromæum nuncupatum. Ad augendum sanctissimi Hospitis cultum locique dignitatem Jo: Franciscus Barbadicus Episcopus Veronensis prisca servata forma P. MDCCIIII.

Ad ædes vero Nazarethanas, intra Ecclesiam, supra januam.

Anagnostes Endogressus Deum colito egressus quas species ædes D. Cajetanum incoluisse scito annis CIↃ IↃ XXXI. CIↃ IↃ XL. ob tanti adventus memoriam restitutam Joanni Francisco Barbadico Veronæ Episc grates referto CIↃ IↃ CCII.

Litterarum, ac studiorum Præsul hic assiduus promoter, præter alia Clero suo erudiendo proposita, ac instituta, Ecclesiasticæ sui Episcopatus historiæ sapienter consuluit, eamque brevi methodo exaratam typis mandari jussit. Ad rectam Episcoporum normam comis quoque fuit Præsul hic, & hospitalis. Cum enim per hanc Urbem (præter speciem, ac venustatem, quibus in sui admirationem exteros plures adducit) ad Germaniam iter sit, hoc ipsum pluribus S. R. E. Cardinalibus, & Apostolicæ Sedis Legatis hospitio suscipiendis, & honorifice tractandis ipsi aditum præbuit. Nec silendum puto Mariam ipsam Casimiram invictissimi Joannis III. Poloniæ Regis Viduam, dum per hanc Urbem Romam contenderet, in Cathedrali sua Basilica Sacro adstituram solemniter excepisse. Hujus adventus marmorea extat memoria in Sacello Palatii Episcopalis ab ipso subinde, exemplo Prædecessorum suorum in similibus, posita his verbis.

Mariæ Casimiræ Reginæ invictissimi Joannis III. Poloniæ Regis Viduę, quam dum voto suscepto Verona Romam iter haberet, Joannes Franciscus Barbadicus Episcopus Veronensis solemni pompa in Cathedrali Basilica sacro adstituram excepit VI. Idus Januarias MDC. IC.

Fuit

„ *Fuit etiam misericors in pauperes. Præterenim fere quotidianas eleemosynas ipsis distribui solitas, quasdam singulis Festis erogandas statuit omnibus iis Pauperibus, qui Doctrinæ Christianæ in Ecclesia Divæ Agnetis ad hoc specialiter electa interesse, & associari curassent. Quæ salubris institatio magno pauperum concursu, & spirituali eorum incremento viguit, & adhuc viget. Sed illud inprimis de ejus in proximam charitate nequaquam prætermittendum, quod cum anno 1702. lethalis morbus, qain potius contagionis virus in urbe milites inficeret, adeo ut plures, pluresqae ad publica Nosocomia quotidie delati fato cederent, ne debitis fraudarentur Ecclesiæ subsidiis, præsto fuit ipsemet, sicque per sui holocaustum, excitavit qaoque reliquos suæ Urbis Parochos ad se se victimam charitati in proximos offerendam. Moniales Capuccinas sub regula s. Francisci in Oppido Leonati anno 1699. benigne suscepit, subsidiis juvit, & tandem anno 1707. clausura munivit, atque in Episcopatus protectionem recepit. Sacerdotes etiam sub regula S. Philippi Nerii in Ecclesia, & Ædibus Ss. Firmi, & Rustici, quæ antea erant juris Illustriss. & Reverendiss. D. Francisci Fuscari, in præsenti Sacræ Rom. Rotæ Auditoris, utpote ipsius Ecclesiç Abbatis Commendatarii, anno 1712. fundavit, obtentis prius ab Apostolica Sede, & Serenissimo Principe, ipso impetrante, necessariis concessionibus. Sicut in reliquis omnibus Episcopatus officiis, ita & in juribus Ecclesiasticis tuendis se Venerabilis Patrui sui æmulum, & sectatorem semper exhibuit: obortis enim hinc inde litibus, & dissidiis, strenue restitit, & Deo adjuvante tum in spiritualibus, tam in temporalibus, Episcopatui suo pacem solidam, stabilemque reliquit.*

„ *His, aliisque meritis clarus vivit adhuc in utilitatem populi Brixiensis, & augmentum orthodoxæ Religionis, hanc præcipue dilatare non desinens in procuranda qaotidie Beatificatione, & Canonizatione præfati Ven. Servi Dei Gregorii Cardinalis Barbadici Patrui sui, cujus mira gesta, & prodigia recensere ad seriem Episcoporum Patavinorum nostrum fuit.*



CXXIV. „ MARCUS *Gradonicus, Patritius Venetus, ex Episcopo Tilopolien. in partibus Infidelium, & Patriarchæ Aquilejensis Coadjutore cum spe futuræ successionis ad Brixiensem Ecclesiam translato Jo. Francisco Barbadico datus est successor 1. Octobris 1714. Pietatis, ac vigilantiæ laude commissas sibi oves pascitur, atque ut diu in Ecclesiæ suç commodum incolumen servet, Deum optimum deprecamur.*

VERONENSIUM

ARCHIPRESBYTERORUM

SERIES.

CAtalogum Veronensis Ecclesiæ Archipresbyterorum perfectum, integrumq; exhibere minime licuit, quorum vero memoria ex monumentis ejusdem Ecclesiæ erui potuit, perpetua ut ea sit, subsequetur. Est enim hæc dignitas prima à Pontificali, omnium fere Italiæ Ecclesiarum clarissima: habet jurisdictionem ab Episcopo separatam, & propriam, unaque cum Capitulo, cujus caput est, ordinarium suum agnoscit solum ex indultis Apostolicis, Cæsarumque privilegiis Aquilejensem Patriarcham, ut non semel diximus supra in Veronensium Episcoporum narratione.

1 Aregaus primus, qui occurrat, Archipresbyter Veronensis Ecclesiæ vixit anno 800. Caroli Magni temporibus.

2 Salboynus anno 802.

3 Stephanus Archipresbyter an. 807. memoratur in testamento Bilonghi Episcopi Veronensis eodem anno condito.

4 Audualdus vel Valdus anno 809.

5 Vitalis 865.

6 Martinus 890.

7 Ambrosius 945.

8 Facius 1022.

9 Totonus 1049.

10 Paulus 1079.

11 Theobaldus 1122. qui postea Veronensis evasit Episcopus an. 1135.

12 Gibertus 1136. quo anno Lotharius Imp. sub protectione sua Canonicos Veronenses suscepit hoc diplomate, quod extat in Canonicorum tabulario.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Lotharius divina favente clementia Tertius Romanorum Imp. Augustus. Si dignis nostrorum fidelium petitionibus aures exauditionis nostræ accomodaverimus, ex devotis eos devotiores nobis procul dubio reddemus. Qaocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum, quam præsentium noverit industria, qualiter interventu dilectç nostræ Richinzæ Imperatricis, bona Canonicoram Veronensis Ecclesiæ in nostram suscepimus tuitionem. Imperiali auctoritate nostra omnia ipsis confirmantes, quæ à prædecessoribus nostris collata sunt, & confirmata, attendentes, quemadmodum ipsi fecerunt, salutem animæ nostræ, & parentum nostrorum. Sunt autem hæc, quæ sub nostræ confirmationis sententia comprehendimus. Curtis, quç cognominatur State cum cunctis pertinentiis suis, Clusa Gardensi, necnon altera, quæ dicitur Badabiones, quæ est posita in Tridentin. comitatu, & tres villç Bergusio, Belvena, Bundo, cum omnibus earum pertinentiis, & placitis, ac districtionibus. Præterea plures aliæ. Quarenta, & una villa in Vicomundoni, & una in Musealtano, alia in Roboreto, quas Notherius Episcopus Pater Veronensium clericoram, cum ripatico de loco, qui vocatur Fossa alta, usque ad lacum qui dicitur Nevene pro animæ suæ remedio præfatæ Veronen. Ecclesiæ obtulit. Insuper & casalia duo in Leniaco majore cum cunctis pertinentiis suis, & piscaria una cum sylva, quæ dicitur Collegaria. Quæ omnia præfatis Canonicis Veron. Vvalderada Dei ancilla concessit. Ad hæc etiam curtis sita in monte Silvano, quam quidam nomine Sanzo præfatæ obtulit Ecclesiæ, cum capella, & decimationibus, ac omnibus ejus pertinen. curtis etiam, quæ vocatur Proviosita in ipso comitata, una etiam curtis, quæ dicitur Titulus, ubi vocatur Villa, cum capella constructa in honore S. Mariç, cum decimationibus, & omnibus suis perti-

nentiis, quam obtulit Anzelbertus Clericus, qui Regiso vocabatur sita in eodem comitatu. Lusia quoque curtis cum capella in honore S. Viti constructa, cum decimationibus, & omnibus ejus pertinentiis, insuper casalia duo in comitatu Veronen. in curte Regia, quæ vocatur Scirpa, quæ obtulit Ardeverga, quæ Giza vocabatur, cum cunctis ipsorum pertinentiis, quæ de omnibus præscriptis locis dici, vel nominari possunt, aliquo modo hac auctoritate nostra confirmamus, & corroboramus cum his etiam comprehendimus beneficium, quod fuit ecclesiæ sanctę Christinæ de loco, qui dicitur Alupna, in Greciana, & per cętera loca in montibus, seu planiciebus, usque ad flumen Athesis, quod sæpius dictę Veronen. Ecclesiæ per commutationem accessit, & curtis, quæ vocatur Bradella cum decimationibus, & pertinentiis ejus, & decimatio villæ, quæ vocatur Aspo, & decimatio villæ prodecimi, & quicquid præfata Ecclesia in Brixiensi Episcopatu habere visa est. Nos itaque petitioni præfatæ dilectæ nostrę acquiescentes, hujus præcepti nostri paginam pro anima nostræ remedio, nostrorumque parentum, pro confirmatione, & corroboratione cunctorum locorum, quæ scripta sunt, sive omnium, quæ aliquo acquisitionis munimine acquisierunt, vel acquisituri sunt, sive xenodochia, seu decimationes ejusdem civitatis pert jussimus eo videlicet ordine, ut ubicumque à prænominatis Canonicis, suorumve antecessoribus, atque successoribus possessum est, vel erit, omnium contradictione, & diminutione, violenti exclusa, firmiter proprietario jure detineat. Hoc etiam nostra Imperiali auctoritate addimus pro remedio animæ nostræ, nostrorumque parentum concedentes, largientes, donantes uti homines in cunctis his locis habitantes, sive famuli, sive servi, seu liberi in cunctis castris, sive villis, seu territoriis præscriptis, quorum nomina hæc sunt. Biunde, Cereta, Porcile, Pulianum, Martiana, Greciana, Prunum, Castellione, Erbetum, minus Ponte, Bosserum, Calmasinum, triginta mansus in Englare, cum omni districtu, Fagnanum, & fodrum, quod aliquando dederunt deinceps publice parti non dent, sed omnia in prædictorum Canon. arbitrio permaneant. Sed per hanc nostræ auctoritatis præceptalem paginam volumus, ut pro animæ nostræ remedio præfati Canonici, qui nunc sunt, vel erunt prædictum fodrum teneant colligendo, & habeant placita quoque, & districta cum omni functione, & redditu prænominatorum castrorum, curtium, & villarum, & omnium locorum, aliqua ratione illis pertinentium. Similiter, quicquid pro animabus Archidiaconorum Arduini, seu Adelberonis, necnon Ardictionis prædictæ Ecclesiæ devenit pręceptali pagina nostræ auctoritatis, omni violentia remota, possideant, atq; detineant, necnon, & ipsi, qui in civitate theloneum dare soliti erant præcipiendo jubemus, ut in tempore nullo aliquis eis auferat, vel de hoc amplius molestare præsumat. Ita tamen jubemus, ut omnia in potestate Archipresbyteri, & Archidiaconi sint consensu fratrum faciendum ex inde quicquid voluerint ad utilitatem tantummodo prædictorum fratrum. Præcipientes denique sancimus jubendo, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Episcopus, Comes, Vicecomes, nullaque Regni nostri magna, vel parva persona S. Veronensis Ecclesiæ Canonicos de omnibus prænominatis causis, seu de omnibus libellariis colonis ad se pertinentibus, aliisque in prędiis prædictę Ecclesiæ, aut ad eosdem Canonicos reditum residentibus molestare, disvestire, angariare, vel violenter hospitari, seu per placita fatigare sine legali judicio audeat, vel præsumat. Contra quod nostræ confirmationis, sive concessionis præceptum si quis aliquando insurgere temptaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædictis Canonicis ibidem pro tempore desservientibus. Quod ut verius credatur diligentiusque servetur ab omnibus hanc paginam propria manu corroborantes subinsigniri jussimus.

Signum Domini Lotharii Tertii Romanorum Imperatoris.

Ego EbKeharus subcancellarius, vice Brunonis Archicancellarii recognovi.

Data anno Incarnationis Dom. 1136. 7. Kal. Octob. Ind. 14. an. vero regni Regis Lotharii 11. Imperii 4. Actum Procelum juxta Miriticum in Christi nomine feliciter. Amen.

Giberti temporibus, Vantium Veronensis Ecclesiæ Cantorem, ex consensu Canonicorum, quandam Agnetem de ecclesia S. Floriani Lusiæ, forte ad ædificandum ibidem monasterium, seu canonicam investivisse docet documentum, quod damus ex Capitulari tabulario, ubi quædam recensentur pacta ad favorem eorumdem Canonicorum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno à Nativitate Domini MCLXVII. Indictione quinta decima, die quinto lunæ exeunte Martio in præsentiâ Presbyteri Alberti de Boaadico, Thebaldoni ejusdem Ecclesiæ clerici, Albrigeti clerici ecclesię sancti Blasii, Vuidonis Ferle, Jordanis Zenonis, stirpe nalcatorii, & aliorum. Ibiq; in eorum præsentia Præsbyter Vantius cantor matricularis Ecclesię Veronen. consẽtientibus præsentibus istis canonicis vid. Presb. Petro, Augustino Adriano, Pontio, Octone curtio, Vberto de Massa, atque Vgone, investierunt Agnetem filiam Rodulphi de Lusia de ecclesia S. Floriani juris ecclesiæ matricularis, cum omnibus rationibus, quæ est in loco, qui dicitur Lusia, tali pacto quod suprascripta domina Agnes debeat habere potestatem accipiendi conversos ac conversas sine consensu Canonicorum suprascriptorum, & auferendi Sacerdotes vero, & cler. non debeant adesse in Ecclesia nisi consensu suprascriptorum Canonicorum, et debeant facere obedientiam supradictis Canonicis, & interesse suo Capitulo. Actum fuit hoc in civitate Veronæ in claustro suprascripto, & testium præsentia. Ego Adhemanus Dom. Imper. Friderici notarius registravi, suprascriptis actibus interfui & ss.

13 Riprandus 1170. Fuit inde Episcopus Veronensis. In cujus gratia Alexander III. anno 1177. omnia privilegia ab antecessoribus suis Capitulo Veronensi concessa confirmavit, & suo diplomate asseruit, quod damus ex eodem tabulario.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Riprando Archipresbytero Veronensis Ecclesiæ ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris Canonicis substituendis in perpetuum. Officii nostri nos ammonet, & invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti, & utilitati salubriter auxiliante Domino providere, dignum namque & utilitati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas, & a pravorum hominum nequitiis tueamur, & beati Petri, atque Apostolicæ Sedis patrocinio muniamus. Quapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio prædecessorum nostrorum Calixti, & Innocentii Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & pręsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; ecclesias scilicet S. Georgii, S. Joannis Baptistæ, S. Clementis, S. Cæciliæ, S. Faustini, S. Firmi in Capella, & S. Pauli in Burgo, ecclesiam S. Joannis Baptistæ in Valle, monasterium S. Michaelis in Campanea, S. Joannis Baptistę in Quintiano, ecclesiam S. Petri in Carnario, S. Pauli de Pruno, & omnium sanctorum de Novariis, S. Mariæ de Turano, S. Cassiani, & omnium sanctorum de Martiana, S. Pancratii, S. Georgii in Salsis, S. Michaelis de Carmasino, S. Faustini de monte Draconis, S. Prosdocimi cum decima, S. Ambrosii de Casalalto, villam quinti, & locum, qui dicitur Vila, & Lusiam cum ecclesiis, & decimationibus earum, castel-

la vero, & villas vestras vobis nihilominus confirmamus, videlicet Cerreta, Erbetum, Fagnanum. Pontepofferum, Pradelle cum capella, Englare dimidium. Biunde, Porcile, Tresolanum, Gretiana, Martiana, Pulianum, & medium Romagnanum, Pruno, Calmasinum, in Comitatu Trid. Bergusiam, Bundo, Bulbeno, Badabiones cum capella. Silvam etiam que dicitur Colegaria cum piscariis, & tertiam partem nemoris, quod dicitur Badangnano, & palutium cum porta S. Zenonis, oblationem etiam dimidiam monasterij S. Zenonis in singulis festivitatibus ejusdem confessoris à diluculo usque ad horam tertiam; decimam quoque civitatis, & portæ S. Zenonis, & burgi justa autem consuetudines vestras à prædecessoribus nostris vobis confirmatas concedimus illibatas auctoritate Apostolica conservari præcipimus, etiam nequis vestrum absque communi omnium consensu, vel partis consilij sanioris bona, redditus, vel possessiones Ecclesiæ vestræ alicui personæ dare præsumat. Quæ autem indebite data, vel destructa sunt ad jus, & dominium vestrum libere revertantur: decimas vero de propriis laboribus vestris, seu etiam redditibus à vobis exigere, vel suscipere laicorum nemo præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. Secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, ac sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem præfatæ Ecclesiæ vestræ jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccl. Episcopus.
† *Ego Hubaldus Ostiensis Episcopus subsc.*
† *Ego Gualterius Albanensis Episcopus subsc.*
† *Ego Conradus Moguntin. Archiep., & Sabinensis subsc.*
† *Ego VV. Port. & S. Rufinæ Episcopus ss.*
† *Ego Manfredus Prænestinus Episc. subsc.*
† *Ego Ildeprandus presbyter Card. Basilicæ XII. Apostolorum subsc.*
† *Ego Joannes presbyter Card. tit. sanctæ Anastasiæ subsc.*
† *Ego Theodinus presbyt. Card. sancti Vitalis tit. Vestinæ subsc.*
† *Ego Jacintus S. Mariæ in Cosmedin diac. Card. subsc.*
† *Ego Arditio diac. Card. S. Theodori subsc.*
† *Ego Cynthius diac. Cardin. S. Adriani ss.*

Dat. Ferrariæ per manum Gratiani sanctæ Rom. Ecclesiæ subd. & Notar. Kal. maij indictione x. Incarnationis Domin. Anno M.C.LXXII. Pontif. vero Domini Alexandri PP. III. anno xviii.

14 M. Adrianus Marchio 1189. cui scribit Clemens III. Pont. Max.

Iis temporibus Urbanus III. inter alias ecclesias diœcesis Veronensis consecravit illam S. Mariæ in Stellis in valle P. Actii nuncupatam, quæ hodie, corrupto vocabulo, *Paltena* dicitur. *Hæc satis ampla*, ut inquit Panvinius lib. 1 antiquit. Veron. cap. 16. *& patens est, decem pagis decorata, inter quos præcipuus est Vicus S. Mariæ Stellarum dictus, super omnes amœnus, in quo ob temperatam cæli clementiam, plagæque apricitate, superba palatia duo à Comitibus Justis exædificata sunt, viridariis, hortis, fontibus, vivariis avium, piscium que, & ceteris id genus ornamentis instructissima.* Hanc igitur ecclesiam cum lustrasset Urbanus, perpetuam indulgentiam Christi fidelibus illam die consecrationis visitantibus liberaliter concessit, ut proloquitur inscriptio ibidem ad Septentrionalem plagam posita, literisque Longobardis incisa in hunc modum.

Solemnissima Indulgentia
Papæ Urbani Tertii qui consecravit
hanc Ecclesiam quibuscumque pœnitentibus
& jam confessis in anniversarium
consecrationis Ecclesiæ
sanctam Mariam in Stellis, ipsam
visitaverint seque xv. dies ad diem
consecrationis annumerandos ab omnibus
peccatis oblitis a pœna tam a culpa
se noverint absolutos & qui ad opera fabrilia
posse contulerint quadraginta dies
Indulgentiæ sibi noverint attributos,
millesimo centesimo octoginta septem
die Dominica prima mensis Junii
consecrata fuit ista Ecclesia
a me.
Indulgentia Papæ Urbani Tertii
attributa pœnitentibus & confessis
quibuscumque ad hanc
sanctæ Mariæ in Stellis in festivitatibus
Gloriosæ Virginis Mariæ
accesserint, sive in qualibet die Sabbati
per anni circulum, & in Missis
solemnis, vel ad Vesperas interfuerint
unum annum,
& ducentum quadraginta dies
Indulgentiæ habebunt.

Ante altare ejusdem Ecclesiæ in stypo marmoreo, vetus hæc inscriptio extat.

POMPONIAE ARISTOCLIAE
ALUMNAE.

15 Riprandus 1196.

16 Guido 1201.

17 M. Albertus anno 1207. Hic anno 1223. de consensu Capituli Ceretæ oppidum una cum jurisdictione meri, & mixti imperii, hominibus, & Communi ejusdem oppidi vendidit, ac libere in perpetuum dimisit. Hujus rei documentum ex Capitulari tabulario tale est.

Die Lunæ 12. intrante Junio 1223. Ind. 11 In choro Ecclesiæ s. Majoris Veronensis præsentibus Riprando de Aldrigo Spacrio, Nicolao de Veruno, Bartholomæo de Nogarolis, Pecorario de Paula, Montenario de Montorio, Aldone quondam Adelmani causidici, Amabene de Geboret, & aliis quam pluribus testibus.

Ibidem coram D. Pecorario de Mercato magistro arbitro compromissario inter D. Albertum Archipresbyterum prædictæ Majoris Veronensis ecclesiæ pro ipsa Ecclesia, & Canonica, & fratres ejusdem Ecclesiæ ex una parte, & D. Firmum de quondam Montenario de Ancilla, & Bartholomæum de Muto de Cereta sindicos, & procuratores, actores ejusdem Communis, & universitatis ac hominum Ceretæ, pro se, & dicto Communi, & universitate, & hominibus Ceretæ, & quam plures alios homines Ceretæ pro se & illo Communi ex altera.

Et D. Bardo de porta S. Zenonis causidico, & Petro Maledarae de Scala exnominato estimatoribus ad contractus minorum, & ecclesiarum confirmandos electis, & constitutis. D. Pecorario prædicto existente Potestate Veronæ, Dominus Albertus prædictus Archipresbyter. Canonicæ S. Mariæ Majoris Ecclesiæ Veronensis de volantate, & consensu suorum fratrum Canonicorum, videlicet DD. Stephani Archipresbyteri Arglario, Museti Archipresbyteri s. Proculi, Magistri Anselmi Fini de D. Bozeto, Gulielmi de Manzambano, Viviani de D. Martio de Castello, Valeriani de Lendenaria, Balzanelli de quondam D. Henrico, Nigole Isnardi de quondam Alberto Surdo: Joannis fratris quondam magistri Dionysii causidici,

Constantini filii quondam Domini Aleardini de Capite pontis, Thorlisii de quondam D. Guidotto ibidem præsentium vice, & nomine dictæ Ecclesiæ, & Capituli, & fratrum, pro ipsa Ecclesia, & Capitulo, & fratribus ejusdem Ecclesiæ nomine locationis, & conductionis in perpetuum investivit dictos D. sindicos, &c. & procuratores dictæ universitatis Ceretæ recipientes dictam investituram nomine dictæ universitatis de omni jurisdictione mero imperio, sive misto, & de omni honore, & de omni districtu, & placitis generalibus, & specialibus, & albergariis, & receptis, & præstationibus, & de omnibus publicis functionibus, & bannis, & bannorum jure totius villæ Ceretæ, ejusque pertinentiæ, & territorii, & hominum omnium nunc, & in futurum ibi habitantium, & de omni eo quod ad jurisdictionem, honorem, ac districtum, & ad placita generalia, & specialia, & albergarias, & recepta, & ad omnia suprascripta, & banna, & bannorum jura spectat, seu pertinere posset in Cereta, & ejus curia; & de omni conditione, quæ ad prædictam Ecclesiam majorem Veronensem pertinet contra commune Ceretæ, & contra singulares personas habitantes illius terræ, &c. & de omnibus vassallis, qui prædictis, vel aliquo prædictorum, vel pro theloneo, sive per guardia banni forent vassalli, & eorum jure, quod Ecclesia prædicta, & Capitulum habet, vel habere posset in Cereta, vel extra Ceretam ratione prædictarum terrarum, & jurium. Ita tamen quod non intelligatur propter hanc locationem, facta aliqua concessio, vel locatio, seu diminutio terrarum, & possessionum quas dicta Canonica, & Capitulum, seu fratres habent in Cereta, & ejus curia, & pertinentia, nec ad redditum, vel præstationum, & albergariarum, quæ non pro jurisdictione, districtu, & honore, & earum occasione scilicet pro dictis terris, & possessionibus dabantur, vel præstabantur, aut fiebant Canonicis, vel Capitulo, aut fratribus, seu etiam vassallorum quos pro terris ibi habent tali pacto, & conditione, & modo fecit dictam locationem, & investituram, dictus Dominus Albertus Archipresbyter, quod dicta universitas, & commune Ceretæ, prædicta omnia habeant, & teneant, & exerceant locationis nomine a dicta Ecclesia, & Capitulo, & fratribus eisdem, & ab eorum successoribus in perpetuum ad fictum omni anno dandum, & reddendum dictæ Ecclesiæ, & Canonicæ, & eorum successoribus semper in festo S. Michaelis quatuor denarios Veronenses, hoc addito, & expressim dicto quod prædicta locatio non possit infringi, sed semper in Commune, & hominibus, & universitate Ceretæ integra, & immutilata, nec in aliquo diminuta debeat remanere etiam si prædictum fictum, & pensio non fuerit soluta, &c. quatuor denariorum Veronensium pro tempore futuro de spacio ducentorum annorum, &c. concedendo eisdem sindicis, &c. Constituendi Decanos, Consules, & Potestates, juratos, & alios officiales, &c. Hoc acto, & expressim dicto inter contrahentes, quod causæ appellationis, quæ orientur in Cereta tam per Canonicam, vel per suum missum, vel aliquem habentem causam a Canonica, excepto commune Ceretæ, cognoscantur, & conterminaetur, &c. Promisit adhuc dictus dominus Archipresbyter pro suprascripta Ecclesia, & Capitulo dictis Bartholomæo, & Firmo sindicis pro Commune Ceretæ, quod faciet copiam omnium privilegiorum, & instrumentorum, quæ suprascripta Canonica habet ex isto facto, Communi Ceretæ quandocunque necesse fuerit, & per ejusdem nuncium fuerit denunciatum domino Archipresbytero, nec dicta privilegia aliis dabit volentibus contra Commune Ceretæ agere, &c. & quod ipsa Canonica non dabit privilegia, nec adjutorium, vel consilium alicui personę, nec faciet de cętero aliquam datam, cessionem, seu concessionem, refutationem, & permutationem de prędictis superius nominatis in Romanum Principem, seu Longobardorum, vel Italicorum, & Francorum Regem, seu Reges, vel aliquam aliam personam magnam, vel parvam, ecclesiasticam, secularem, seu aliquod Collegium, vel Universitatem, et si contra fecerit nihil valeat. Insuper pœna ducentarum marcarum argenti ipsa Canonica, & Capitulum solvere: communi Ceretæ teneantur, &c. pacto nihilominus intra firmitatem manente, &c.

Pro quibus omnibus dictus dominus Archipresbyter Albertus vice, & nomine dictæ Ecclesiæ, & Capituli, & fratrum confessus, & manifestatus fuit se accepisse a prędictis DD. Bartholomæo, & Firmo sindicis Communis, & Universitatis Ceretę pro ipso Communi, & Universitate id quod dicebatur per D. Pecorarium suprascriptum arbitrum, dictum & preceptum cujus domini Pecorarij arbitri fuit de octo millibus libris denariorum Veron. & renunciavit exceptioni non datę, & numeratę pecunię, & eos denarios in se habere dixit. Quam vero pecuniam promisit, & convenit dictus D. Archipresbyter suprascriptis sindicis Bartholomęo, & Firmo pro Communi, & Universitate, ac hominibus Ceretę in emptionem, vel emptiones prędiorum collocare, & ponere hinc ad annum numerandum a tempore factę solutionis, quę prędia nunquam . . . . . . dictis, & Ecclesia debeant, vel possint separari, vel alienari, sed perpetuo apud dictam Ecclesiam debeant residere . . . . pro dictis oneribus omnibusque prestabuntur debeant subjacere, & respondere Ecclesię suprascriptę renunciando dictus D. Archipresbyter, &c. Quibus ita gestis, prædictus D. Pecorarius arbiter dixit, & arbitratus fuit ac præcepit prenominatis D. Bartholomęo, ac Firmo syndicis prędictorum Communis, & Universitatis, ac hominum Ceretę pro ipso Communi, & Universitate, ac hominibus Ceretę pro se, & omnibus aliis ibidem presentibus, scilicet, &c. usq; ad numerum 172. ac Venturino massario pro se, & dicto Communi Ceretę quatenus dent, & solvant suprascripto D. Alberto Archipresbytero dictę Ecclesię pro ipsa Ecclesia, & Canonica, quatuor mille libras denariorum Veronensium inde ad Kalendas Novembris, & inde ad Kalendas Martii, alias quatuor mille libras denariorum Veronensium pro suprascriptis omnibus supra narratis ipsis hominibus pro sese, & Communi, ac Universitate, & hominibus Ceretæ datis, cessis, & concessis, &c.

Ego Jacobus Bonovillani sacri palatii notarius interfui, & rogatus scripsi.

Decessit Albertus anno 1254. cujus memoria sæpe habetur in monumentis ejusdem Ecclesiæ, ejusque etiam anniversarium celebratur quotannis in Ecclesia Veronensi.

18 Mag. Stephanus 1225. cujus anniversarium quot annis habetur in Ecclesia Veronen.

19 Adelardinus 1265.

20 Mag. Bonincontrus 1274. postea Episcopus Veronensis.

21 Gregorius de Monte Longo Ferrariensis, alterius Gregorii sub Gregorio IX. Card. forte nepos, ex Canonico factus Archipresbyter Veronensis anno 1295. Claruit, sub Bonifacio Octavo, à quo an. 1300. electus est Archiepiscopus Sypontinus, in locum Andreæ. Defunctus est anno 1301. de quo mentio in Reg. Vatic. Bonifacii. Mortuus fuerat, Bonincontro Archipresbyt. sedente, Jacobus Canonicus Veronensis anno 1286. Ille ipse, qui plura bona Canonicis reliquit, ac præbendas duas instituit, sepultusque est in ecclesia S. Helenæ; de quo in sinistro latere ostii domus ipsius ecclesiæ in lapide marmoreo litteris longobardicis hæc legitur inscriptio.

Ad excitandum ex præsentibus, & posteris
piæ immitationis affectum dignum
censitum etiam mandare literis cælibem, &
venerandam vitam bonę me.
D. Jacobi Sacerdotis, & Canonici Ecclesiæ Veronen.
Ipse namque justitiæ cultor, honestatis servator,
habitu religiosorum immitator, & victu
in affluentia divitiarum sibi parem piis locis
& miserabilibus personis
hilari, & continuata contributione
beneficium duarum sacerdotalium præbendarum
de bonis propriis institutor conferendarum

per Archipresbyterum, & Capitulum Veron.
duobus Sacerdotibus
in præfata, & in hac B. Georgii Ecclesia
de bonis ejus etiam reparata divino cultui
continue vacaturis.
Capellæ insuper S. Pauli vetuli juxta ripam
dotator ad sufficientiam unius
Sacerdotis, & Clerici alimenta dum vocaretur
a Domino.
Sic sua disposuit, ut ad refectionem pauperum
vivus non mortus videatur.
Sic vere confessus, & Ecclesiast. Sacramentis,
qui dum vitæ præsentis subductus angustiis
indubitanter in æterna credatur gloria
militare.
Reddidit vero animam Domino, corpus
Canonicorum Veronen. Ecclesiæ monumento
MCCLXXXVI. X. Kal. Febr.
cujus animæ, & animabus omnium fidelium
defunctorum misereatur Dominus,
& vitam concedat, & requiem sempiternam.
Amen.

Ibidem à dextero latere ostii ejusdem domus, alia legitur in marmore inscriptio, quam hic damus, tametsi adhuc incompertum sit tempus, quo Nicolaus de Reggio vixerit, cujus liberalitate, erectum est altare Sancti Nicolai in eadem ecclesia.

Hoc enim altare S. Nicolai cui dos
S. CXX. lib.
cuilibet anno collata, seu constituta etiam per
D. Nicolaum de Rugeriis de Reggio
de bonis ipsius, & Guidi Bolognini ejus fratris
ultra quam summam prædictam Canonici
majoris Ecclesiæ Veronen.
habere debent quolibet anno octo lib.
pro anniversario dicti Nicolai annuatim
celebrando.
qui Canonici esse debent Patroni dicti altaris,
& beneficii post mortem dicti Nicolai.
& infra unum mensem post mortem d. Nicolai
dicti Canonici eligere deboant
unum presbyterum ad dictum altare,
& beneficium pro divino offitio ibi continue
celebrando,
& si dicti Canonici dictam electionem
dicti presbyteri ad dictum terminum non
fecerint tunc Ordo,
& Prior fratrum Prædicatorum Veronæ
debeant ipsam electionem facere infra alium
mensem sequentem.
Si vero omnes prædicti recusarent
ad dictos terminos facere dictam electionem
tunc Episcopus Veronæ ipsam electionem
& confirmationem facere debeat infra alium
tertium mensem sequentem,
qui presbyter sic electus, & ad dictum altare
& beneficium constitutus teneatur
annuatim anniversarium d. q. Guidi Bolognini
ad dictum altare celebrare die 21. cujuslibet
mensis Januarii.
Instrumenta autem possessionum, & jurium
dicti beneficii cum testamento dicti
Nicolai sunt posita in Sacristia S. Georgii
juxta Ecclesiam majorem Veronæ, & una alia
consimilis, & memoria dictorum Instrum.
est penes fideicommissarios dicti Nicolai.
Ficta hujus beneficii.
Grandocius Florii, Ugolinus de Carponis
Dr. de Fumanis XV. M. Frii. Gan.
Natalinus Bartholom. Docetrem. III. M.
Fr. de Cumella Benvenutus Gerardus,
Ricardus, Fr. q. Venturę XXVIII. alter de
Doveano. Jacobinus Bonjoannis VIII. lib. I.
Galin. de Guxoleago Barthelomęus q.
Calegarius V. lio. XX. de Marano
Isanus de Bulpara P.
aliorum deb. I. Galin, & aliis fictis sunt.
civitatis Veronę & I S. Vito.

22 M. Paulus de Regio 1301. Hic anno 1303. synodum celebravit in ecclesia S. Georgii in Domo, ac die 19. Aprilis constitutiones edidit saluberrimas, astantibus Canonicis, & mansionarii, aliisque ecclesiarum rectoribus Veronensis Capituli obnoxiis, quorum nomenclaturam subiicimus ex lib. constitutionum Capitularium, in tabulario asservato.

D. Paulus Archipresbyter, & Canonicus Veronensis.

D. Matthęus Venerius de Venetiis.
M. Albertus Gundula.
D. Nerus de Philipensibus de Urbeveteri.
D. Parisanus.
D. Bonifacius de Celloliis de Verona.
} *Canonici Veronen. Eccl.*

D. Jolfinus.
D. Nicolaus.
D. Ognabertus.
D. Marchus de Guidottis.
} *Mansionarii Eccl. Ver.*

B *Ecclesia sive Monasterium S. Leonardi de Monte Domnico juxta Veronam.*
D. Bonaventura pro ipsa ecclesia, & Priori dicti loci.
D. Nicolaus.
Ecclesia S. Georgii in Domo.

D. Guizardus presb.
D. Facinus presb.
D. Polonius presb.
D. Albertus presb.
} *Beneficiati.*

Ecclesia Quintiani presb. Bonavia dictæ Ecclesiæ, Paulus clericus, D. Petrus clericus.
Ecclesia S. Consolatricis.
Presb. Petrus dictæ Ecclesiæ.
D. Amadeus clericus.
Ecclesia S. Clementis.
D. Bartholomæus presb. dictæ Ecclesiæ, Omnibonus clericus.
Ecclesia S. Cæciliæ.
D. Guillelmus presb. dictę Ecclesię, Nicolaus clericus.
C *Ecclesia S. Firmi de Curte alta.*
D. Albertinus presb. dictæ Ecclesiæ.
Ecclesia S. Pauli Vituli.
D. Veronesius presb. dictæ Ecclesiæ, Petrus clericus.
Ecclesia S. Francisci ad Fontes.
Presb. Otho dictæ ecclesiæ, M. Joannes clericus.
Ecclesia S. Joannis in Valle.
D. Calamus Archipresb. dictæ plebis, & Ecclesiæ.
D. Guido presb. & clericus, Grandalernus clericus.
Ecclesia sive monasterium S. Michaelis in Campanea.
D. Perinus syndacus dictæ Ecclesiæ & Monasterii.
Ecclesia S. Pauli de Campo Martio.
D. Ugolinus presb. dictæ Ecclesiæ.
Ecclesia S. Mariæ de Cinto.
D. Benedictus Archipresb. dictæ plebis, & ecclesiæ, Paninus clericus.
Ecclesia S. Faustini de Lazifio.
Præsentibus Petrobono presb. sive Prælato Ecclesiæ S. Sophiæ de Insula, cum aliis septem testibus fuerunt lectæ, & publicatæ & intimatæ prædictæ
D *constitutiones pro observantia, sub pœnis contentis de mandato D. Pauli Archipr. Veronensis.*

Hactenus lib. Constitutionum Capitularium.

Hæc libenter hic exhibui, ut lector animadvertat, quanta fuerit, & sit Veronensis Capituli dignitas, ut synodum celebraverit, edideritque constitutiones, & decreta, in subditos, quod nemini adhuc alii Italiæ Capitulo, quod sciverim, datum legi apud quempiam. Paulus vero Archipresbyter defunctus est anno Domini 1309 die 11. Novembris, jacet in ecclesia S. Helenæ in qua janua majori dextro latere Orientem versus, in quadam tabula marmorea, hæc legentibus prostat inscriptio.

Decet in apertæ cognitionis luce spectaculo laudabilium operum efficiantur, ut piæ imitationis exemplum, & bene agendi omnibus fiat speculum, & lucerna: sane recolendæ bonæ memorię Dominus Paulus olim decretorum Doctor & Ecclesiæ Veronensis

Ar-

Archipresbyter Justitiæ cultor, assidua eleemosinarum largitione pauperum adjutor, honestatis, & bonitatis in cunctis suæ vitæ actibus observatio mortis flagella persentiens, inter cæteros subsidii cultus suæ animæ valituros, sic sibi hac forma providit. Quod de bonis suis hoc altare S. Helenæ dotavit, ubi corpus ejus ante frontem ejusdem altaris ima jacet tellure sepultum, ex quibus uni sacerdoti in victum, & vestitum sufficient alimonia tribuatur, quod unam missam ad honorem Beatæ Mariæ Virg. & unam ob remedium animarum præfati Pauli suorumque patris, & matris ad ipsius altaris cornu teneatur omni hebdomada celebrari in perpetuo Archipresbyteri, & Capituli Veronen. Divinis horis, & officiis continue permansurus, huic uno dotationis effectum, & similis in civitatibus Regii, & Assisii præscriptus Paulus instituit observari perpetuo, Presbyteris S. Georgii Ecclesiæ Veronen. quasdam terras reliquit C. 8. V. annuatim de ficta reddentes, ut ab eis anniversarium suum celebrari peragatur omnine daturis II. Venet. Cost. Presbytero singulis Canonicis I. Venet. Mansionariis, Presbyteris, & Ostiariis I. Aquilinum si interesse placuerint anniversario prælibato. Obiit prudens D. Paulus II. Novembris MCCC IX. Indict. VII.

23 Petrus Card. Columna fuit hujus Ecclesiæ Archipresbyter anno 1320.

24 Franciscus, sive Franciscħinus de Albernotiis Parmensis anno 1329.

25 Corradus de Brunchusechis Lucensis anno 1335. Hoc ipso anno excessit è vita Bonifacius Canonicus Veronensis, cujus eximia pietas, & in Canonicos munificentiam proloquitur hæc in marmorea tabula litteris Longobardicis incisa memoria muro sinistro latere infixa, in ecclesia S. Helenæ prope majorem januam.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Laudabile Divina inspirante gratia conceptum, diutius proponitur excolendæ memoriæ Domini Bonifacii de Celolis de Verona Canonici Veronen. qui hoc jacet in sepulchro, qualiter ad concupitum adduxerit affectum, firmi optimum, feliciter continuando, principio dignum, & scriptoris oraculo tradendum, ut fidelium commoda pie, & imitatorie ad Cælestia desideria propensius animentur, & quod feliciter egit derivetur in posteros salubriter per piæ imitationis exemplum profuturum successoribus temporibus secuturis. Is enim vir venerabilis testamento suo Christi pauperibus electis hæredibus omnem suam in pauperes, & pietatis opera erogari disponens substantiam, sex sacerdotalia de facultatibus suis beneficia annuis centum libris Veronensibus pro quaque dote redditibus instituit. Quatuor namque in hac Ecclesia S. Georgii a Domo ad dispositionem, & collationem DD. Archipresbyteri, & Capituli Veronensis, & quintum in Ecclesia S. Felicitatis ad præsentationem nepotum suorum ejdem Ecclesiæ, & beneficii patronorum perpetuo permansurum. Sextum vero beneficium in hanc ordinavit formam, ut post illius in quem ejusdem beneficii usum fructum contulit obitum, in Ecclesia prædicta S. Felicitatis unum ubi voluerit dotatum instituatur beneficium, & fiat pro dictis suis nepotibus jure in eo fungentibus patronatus; pro ejus quoque anniversario designatu, & quatuor Presbyteris prædictorum, quatuor beneficiorum possessio quædam valoris in redditibus, hanc quolibet 15. libr. Veron. postea ut ipsi singulis, qui ejus interfuerint anniversario in suprascriptas distribuant portiones, scilicet D. Archipresbyt. V. Aquilinos grossos, cuilibet Canonic. tres Aquilinos, Mansionariis autem dictæ ecclesiæ S. Georgii, Capellanis duos Aquilinos, cæteris vero Caprilanis, & Ostiariis unum Aquilinum pro quoque. Reddidit spiritum Domino XX. Aprilis M. CCC. XXXV. cujus animam, & omnium fidelium defunctorum perpet. requie in cælesti gloria ille gaudere faciat, qui est benedictus Jesus Christus in secula seculor. Amen.

26 Joannes de Forolivio anno 1336. successit Conrado, & longo annorum spatio in ea dignitate vixit. Ejus temporibus Gabriel ex Marchionibus Malespinis, Azolini filius, ex Canonico Veronensi evasit Episcopus Lunensis anno 1351. Sic Spineta Isnardi filius anno 1341. Azolinus ejus frater, Jacobus Franciſchini filius, Aragonus, sive Archionus, quem in Episcopatu Lunensi intrusit Pseudopontifex Benedictus XIII. Guido Spineta Marchionis de Villa Franca, Antonius Leonardi, & alius Spineta, omnes ex hac præclara, ac nobili Malespina familia nati Veronenses fuere Canonici.

27 Joannes de Cene, seu Cenis, vel de Capitaneis factus est Archipresbyter anno 1355.

28 Joannes de Forolivio forte idem cum superiori, reperitur Archipresbyter an. 1356. mortalitatem exuit anno 1372. die 11. Martii.

29 Bartholomæus de Quintaflori anno 1372.

30 Joannes de Papio anno 1379. Eo Archipresbytero, defunctus est Jacobus Malespina Canonicus Veronensis, cujus sepulchrum spectatur in ecclesia S. Helenæ cum hac inscriptione.

Sepulchrum nobilis viri Domini Jacobi Marchionis de Malespinis Canonici Veronensis, qui diem clausit extremum ultimo Julii MCCCXXC.

31 Carlottus de Albertis Venetus hanc suscepit dignitatem anno 1384. post paucos annos libere nuncium remisit, remansitque simplex Canonicus.

32 Cosmas Donna Parmensis præficitur in locum Carlotti anno 1387. Vixit in ea dignitate ad annum usque 1425. quo etiam sedente anno 1393. obiit Thomas de Cepolis Canonicus Veronensis sepultus in æde S. Helenæ hac brevi inscriptione.

Hoc sepulchrum Domini Thomæ de Cepolis Canonici Veronensis qui obiit die XXIX. Junii M. CCC. XCIII.

33 Gubertus Nichasola nobili familia Veronæ natus fuit Archipresbyter, resignavit anno 1429.

34 Jacobus Spineta de Falcheriis Veronensis anno 1429.

35 Philippus de Furlanis in Jacobi loco sufficitur anno 1432. cujus tempore * Gubertus Nichesola Canonicus Veronensis creatus est Episcopus S. Leonis in Calabria an. 1440. de quo in nostro VIII. Tom aliqua enarrabimus, eoque anno defunctus est Augustinus de Fontana, vir insignis, Canonicus Veronensis, jacet in Canonicorum æde S. Helenæ, ubi in marmoreo in medio pavimenti, cum gentilitia insignia, crux nempe irretita, tantum scuti alveolum occupans, hæc legitur inscriptio.

Hic jacet venerabilis, & egregius juris utriusque professor Dominus Augustinus de Fontana de Placentia Canonicus Veronæ, qui obiit die iii. Jan. MCCCCXL.

* Ex Append. 14.

36 Bartholomæus de Cartulariis anno 1446.

37 Bartholomæus Callestranus Parmensis, successit Cartulario ann. 1450. exulavit ab hac mortali vita anno 1479. die 3. Septembris.

38 Franciscus de Maphæis nobilis Veronensis præficitur anno 1479.

39 Augustinus Maphæus 1495.

40 Franciscus Maphæus 1496.

41 Georgius Venerio Justinopolitanus 1497. resignavit anno 1499.

Fran-

42 Franciscus Mazantus ad hanc dignitatem vocatus anno 1499. vir eximia pietate, qui in Cathedrali dextero latere à janua majori Meridiem versus, aram Sanctæ Agathæ exornavit, ac dotavit, ut docet inscriptio.

Franciscus Mazantus
Archipresb. Veron. ære suo dotavit,
& utcernitis adornavit.

Vixit Franciscus ad an. usque 1515. quo sedente Paulus Dionysius I. V. D. nobilis Canonicus Veronensis valedixit huic mortali seculo; sepultus jacet in facello Cathedralis SS. Petri, & Pauli sacro, quod construxerat, ac dotaverat, sibique, ac posteris sepulchrum posuerat: ita inscriptio.

Paulus Dionysius Decretalium doctor, Canonicus Veronensis pro anima sua, & parentum suorum hanc ædiculam Principum Apostolorum Petro, & Paulo, erexit, & dotavit M.CCCC.XCIII.

Ibidem ad ejus tumulum ante altare, hæc leguntur.

Anno Christi MCCCCCI. die xvi. Junii
Paulus Dionysius decretalium Doctor
Canonicus Veronensis sibi, & hæredibus suis
V. F.

Francisco Archipresbytero, obiit Philippinus ex Comitibus Æmiliis juris Doctor clarissimus, & Canonicus Veronensis, sepultus in Cathedrali ante altare Transfigurationis Æmiliæ gentis obnoxium, ubi hæc inscriptio.

Clariss. Comitibus Philippino juris Antistiti Canonico Veronensi, & Marco equiti Jo. Æmilius juris interpres Canonicus quæ Patrue Fratriqae B.M.P. M.D.IIII.

43 Franchus Mazantus successit ann. 1515. resignavit anno 1534. ad favorem Ludovici.

44 Ludovicus Mazantus anno 1534. fuitque Capitularis Vicarius anno 1544. quo dignitatem resignavit Paulo Mazanto, eoque præmortuo, ratione regressus iterum eam dignitatem administravit ad mortem usque, quæ incidit die 18. Augusti 1567. Jacet in Cathedrali sub lapide, ubi hæc inscriptio pridem à Francisco Canonico, genitori Ludovico, posterisque suis posita.

D. O. M.
Ludovico Mazante civi optimo
Franciscus Mazantus Canonicus Veron.
& Fratres Patri B.M. & sibi
P.

Ludovici temporibus vixit egregius vir Adamus Fumanus Canonicus Veronensis utraque lingua disertissimus, orator insignis, ac poeticæ artis peritissimus, cujus laudes non tacuit Panvinius.

45 Ruphinus Campanea Juris Doctor, vir pietate, litteris, & eruditione longe clarissimus subrogatur Ludovico an. 1567. excessit ann. 1586. Jacet in Cathedrali ante aram B. Mariæ Virginis, hoc epitaphio à Camillo nepote, & ea in dignitate successore posito.

Ruphino Campanea Archipresbytero Camillus ex fratre nepos in dignitate successor sibi V.F. M.D.LXXXVI.

46 Camillus Campanea I. V. D. successit anno 1586. Ingens tum corporis, tum animi virtus, quæ in Camillo triginta octo sui Archipresbyteratus annis præfulsit, omnibus admirationi fuit. Nemo enim eo, vel immunitatis, vel justitiæ officia, sedulo magis impendit; nullus divini cultus, rituumque ecclesiasticorum studiosior extitit. Vir siquidem venustæ proceritatis, eximiæ prudentiæ, pari auctoritate cum amore conjuncta, apud omnes sibi conciliabat gratiam. Canonicorum porro collegium eidem plurimum se deberi oportet, cum incredibili pene ardore, vitæque suæ nonnunquam discrimine, rem, dignitatemque ipsius viriliter, ac frequenter tutatus fuerit. De Cathedrali Ecclesia optime meritum nemo est qui non noverit, cujus administros universos, singulari sua diligentia in officio continebat, sique ipse sacris astaret, vel operaretur, præclarum sese exemplar

A præbuit, unde ceremonias, ritusque Ecclesiæ rite, & perbelle agendi normam quisquis consequi posset. Obiit tantus vir anno 1624. die 24. Januarii; nec sine lachrymis in Cathedrali tumulatur.



B 47 Cozza Cottius Jurisutriusque Doctor, Prothonotarius Apostolicus, Camillo defuncto ex coadjutore successit anno 1624. Vir ad unguem factus, ingenii candoris forma, omniumque scientiarum genere, & nobilitate clarus, dignitatem Archipresbyteratus perbelle hactenus administrat. Natus est Veronæ è Cottia nobilissima gente, quæ olim apud priscos Romanos clarissima Cottias alpes tenuit, cujus proceres Cozzæ postea dicti, Vicentiam primum, dein Veronam traducti à Gherandino nobilissimo milite Cozzæ filio anno 1297. eas urbes præstantissimis omni ævo viris exornarunt. Enumerent alii Cozzæ nostri avorum inclyta facta; referant cæteri quibus opibus, qua potentia, quibusque ingenuarum familiarum affinitatibus, suum ad hæc usque tempora avitum splendorem servarunt: hic tantum ego ne ingrati animi vitio laborasse videar, ejus nonnullas virtutes libabo ut aliis exemplo sint: cujus eximiæ eruditioni, & antiquarum rerum Ecclesiasticarum peritiæ, mul-
C tum debere profiteor, quarum cognitione ille tam fervido amore captus, assiduo studio, ac labore, ita Patriæ, & Veronensis Ecclesiæ vetusta, ac pœne exesa, & in tenebris delitescentia monumenta perlustravit, ut nec minimum quidem, sive antiquum, sive recens præterierit ullum, quod propriis non usurpaverit oculis, excerpseritque, mihique Romam transmiserit ad Ecclesiæ Veronensis, ac Patriæ decus, nostrumque de hac nobilissima Ecclesia qualecumque exornandum laborem. Debebit ei Patria, cujus diligentia, & amore Veronenses antiquitates Onuphrii Panvinii hactenus sepultæ jam publici juris factæ, teruntur à doctis. Laudabit posteritas assiduam ejus, ac pene incomparabilem animi fortitudinem, qua sua, Canonicorumque Veronensium vetera iura illibata conservaverit. Extollent prudentiam, qua bis, & semel Episcopali sede vacante, cum esset Propontifex in illo diræ luis funesto tempore, egregiè demandatum sibi munus adimpleverit. Hinc
D omnium Canonicorum consensione dignus est habitus, ut Venetiarum Principi proponeretur inter quatuor summæ existimationis viros Pontifici Maximo nominandos ad locum Romanæ Rotæ oppiendum, quem Joannes Coccinus cum hujus mundi usura reliquerat. Coccino successit, ex Urbani VIII. delectu, Georgius Cornelius Federici Card. nepos: Cozza vero sortis suæ contentus pergit in dies arcana sublimium rerum inquirere, eruditorumque hominum adjuvare industriam, quorum scriptis merito laudatus, apud suos, exterosque viros magnum sibi conciliavit nomen, & gratiam, ut merito in eum luserit amicus, *Propontifex nunc Veronæ est, Pontifex Orbi foret, nascentem si pro Athesi Tiberis abluisset.*

* Cæterum Cozza annos agens septuaginta, menses octo, dies decem & septem, ex hac mortali vita discessit, 16. Kalen. Septemb. 1656. In cathedrali collachrymantibus cunctis humatus est;

* Ex Append. t.p.

Lau-

laudatus funebri oratione à Jacobo Zacchia viro clariss. Antonium Cozzam nepotem hæredem instituit, Canonicorumque Capitulo argenteam suam supellectilem legavit, suoque cœnotaphio hæc excidenda curavit.

Cozza Cozzius I. V. D. Archipresb. Veronen. & Vic. Cap. II. mortem propinquam vitam beatam expectans V. F. Anno . . .

Cujus Epicedium ab omnibus celebratum studiosis per Carolum Libardum Canonicorum Collegii Cancellarium, virum eruditum collectum, publicique juris factum. Hic vero inter cætera Octavii Ferrarii Equitis eruditissimi, Patavii humanarum litterarum professoris Primarii subter marmoreo ejus tumulo excidendum epitaphium proferimus.

H. S. E.

Cozzius cognominis Cozzi Archiprebyter atque inter pontificio iterum Proepiscopus magnitudine animi, solertia, vitaque per omnes actus, & facundia admirabili muneris majestate, tantæque gloriæ, & Avorum titulis par, nec in bocce modo atque oculis civium magnus, sed intus, domique omni litteratura, & indefesso patriæ antiquitatis studio, cultuque ingeniorum præstantior, ut septuagenarii mors acerba omnibus vita, solaque immortalitatis fide viri desiderium lenitum sit. Antonius Cozzius patruo incomparabili P. Anno MDCLVII.

48 Octavianus Peregrinus, Veronensis comes, ab Alexandro VII. Pontif. Max. Kalen. Octob. 1657. Cozzæ successor deligitur in Archipresbyteratu Ecclesiæ cathedralis, vir omni laude dignissimus, litteris clarus, morum & genere illustris.

(*Decessit Peregrinus an. 1664.*

49 Felix Sarbantus, nobilis Veronen. J. V. D. electus est die 2. Maji 1664. Obiit 1670.

50 Bartholomæus Cozza ex nepote pronepos Cozzæ superioris, I. V. D. & Prothonotarius Apostolicus, deinde successit 23. Julii 1670. defunctus mense Octobri 1674.

51 Antonius Maphæus, Veronensis Comes, ex pervetustæ nobilitatis familia, I. V. D. ad hanc dignitatem evectus est 8. Idus Februarii 1674. qui in suis ultimis tabulis capitulum opulenti legato pro residentia matutina est prosecutus. Sibi auctoritate Apostolica cum futura successione coadjutorem deputavit Co. Petrum Franciscum Clodium, I. V. D. 21. Decembris 1691. ex Theologo Præbendato. Maphæus verò die 11. Novembris 1708. viam mortalitatis adimplevit.

52 Co. Petrus Franciscus Clodius ex Coadjutore Archipresbyter evasit 11. Novembris 1708. qui pariter in Coadjutorem cum spe futuræ successionis adscivit Jo. Franciscum Muselli I. V. D. anno 1718. octavo Kal. Febr. prout in literis Apostolicis.)

VICENTINI EPISCOPI.



a Al. Florentia, Vicetia, seu

VIcentia, seu Vincetia, a mediterranea est Venetæ regionis nobilis civitas in Marchia Tarvisina, quadraginta mill. passuum intervallo à mari distans, ad radices Berici collis sita, priscis memorata scriptoribus Tacito, Plinio, Antonino, Ptolomæo, Justino ad confluentem duorum amnium Tessini, & Medoaci minoris, illum Deronem, hunc Bacchilonem indigenæ appellant, & uterque in Brentam, hoc est majorem Medoacum, evolvitur. Hanc conditores habuit Hetruscos, quam citra Apenninum unam ex duodecim civitatibus ab ipsis exædificatam dicunt. Traxit autem Vicentiæ, vel Vincetiæ nomen, vel à victoribus populis, vel ab iis, qui Vici dicebantur, cum coeuntes in unum civitatem illam instituerent; unde Galasius:

Vicenta, vulgo Vicenza.

Hæc Senones dixisse hæc nomina nostris,
Antea Vicunus fama vetusta tenet.

Gallos igitur Senones eam diu tenuisse fama est, illamque muris, aggeribusque munitam Romanis opposuisse, ut ille.

B *Hic tantum Galli victricia bella gerentes*
In veteri Vico mœnia parva locant,
Quo se reciperent: si belli adversa fuisset
Fortuna, & Latio gallica terga darent,
Hinc rem Romanam, Latiumq; lacessere temptant;
Seu mare, seu terris bella gerenda forent.
Hæcque Romanas ad mœnia vertere prædas;
Hæcque pro meritis præmia digna viris.
Post victos hostes, libertatemq; receptam
Hæc Vicentinis nomina dicta viris.
Hæc dicta sunt terræ præclare nomina nostræ.
Hinc Vicentini nomina clara tenent.

Hatruscis pulsis, & post eos Gallis, longo deinde temporum decursu eam tenuerunt Romani, quorum florentem fortunam fidelissime secuta est, usque ad barbaros, qui devastarant Italiam. Illam sævus Attila Rex potentissimus vastavit, ac depopulatus est, ut scribit Paulus Diaconus: unde plurimi Vicentini ad Venetas confugerunt insulas, insidentesque progenuerunt incolæ ipsi Venetos nobiles Grimanos, Aymos, Gradonicos. Restaurata
C paruit Ostrogothis, Longobardis, ac Germanis. Longobardicis quidem temporibus Alubim Vicentinorum Ducem fuisse, idem memorat Paulus Diaconus. Longobardis exactis, quos cum Carolus Magnus fregisset, Gallorum fasces venerata est, ac deinde Cæsarum Germanorum coacta est parere imperio: quibus civitates Italiæ lacessentibus, Tarvisini, fœdere icto cum cæteris urbibus Longobardicis, libertatem sub annuis magistratibus diu tutati sunt, & in pace Constantiæ a parte Lombardorum stetit. Verum anno Domini 1236. à Federico II. Imp. Vicentina urbs per dolum in deditionem accepta, direpta, atque incensa est. Hinc, sævissimi Ezellini à Romano, Scaligerorum Veronensium, ac Vicecomitum Mediolani Ducum tyrannici imperii pertæsi Vicentini, tandem hortatu Catharinæ Galeatii Mediolani Ducis uxoris, primi omnium Venetæ regionis populorum urbem suam Veneto Senatui regendam tradiderunt anno 1404. ut ad finitimos brevi propagato exemplo, civilibus clarissimarum urbium
D discordiis, modus tandem aliquis immortali Veneti Senatus sapientia imponeretur. Cæterum Vicentini vel hoc maxime gloriari jure possunt, quod Veneto imperio in terra Italiæ propagando viam primi aperuerunt: sub quo hoc tempore tranquillissime agunt, longaque pace cuncta refovente quiescunt. Urbs magnifice laxata, & ampliata, quam tutissimam, & pulcherrimam Veneti reddiderunt. Est scorpioni similis, longitudine multo amplior quam latitudine, ab Ortu se incurvans, sinu laxato, duo brachia pandit alterum sinistra, qua Patavium itur, alterum dextra, qua ad montem ascenditur, media inde urbe se quasi in ventrem colligit, & Occasum versus se attenuans extra portam arcis alterius ad ædem Felicianam se usque inflectendo in caudam desinit, montis & planiciei ita particeps, ut mons planiciei impedimento non sit, neque planicies montis oblectamento omnino careat. Duplici murorum corona, qua cingitur,

gitur, pluribus arcibus olim munitissima erat. Octo sunt portæ per ambitum; dividiturque in xv. regiones, in multa compita, & complures vicos. Macella publica quatuor, sex itidem sunt urbi fora; Annonæ, scilicet, boatium, olitorium, piscarium, curiæ Episcopalis, & nobilium vere magnificum, in quo domus Prætoria sita est plumbo recta, porticu, scalis, statuis ornata, sine aliquo fulcimento columnarum, tignorumve suffulta, turris sua fragilitate, & proceritate nobilis, columna marmorea, ædes pulchræ ad mutuandam pecuniam pauperibus erectæ cum facello, & divum Tutelarium signis non parum foro majestatem addunt. Palatia multa adeo sumptuosa, quæ vel magnorum Principum hospitia non indigna esse possunt. Olim inter Bergicum suburbium, & Eretenum flumen, prope domum nobilium familiæ Gualdæ, theatrum habuit Vicentia, in quo Pipino Gallorum, & Desiderio Longobardorum regibus publici ludi facti sunt. Nec procul palatium stetit imperiale, ubi Honorius Imp. tulit legem, Da *dum c. de contr. empt.* Extat Vicentiæ theatrum nobilissimum ab Academicis Olympiacis diu ædificatum, in cujus xiv. gradibus, & orchestra plus tria millia commode sedent. In eodem excipiuntur Principes, & urbis Prætores, orationesq; habentur ab Academicis, recitanturque carmina cum magno hominum concursu. In fronte scenæ talis est inscriptio.

Olympiacorum Academia theatrum hoc a fundamentis erexit anno M. D. LXXXIV.

a 30. millia.

Hominum in hac urbe plura censentur millia *a*; ingenii, morum, ritus, potentiæ, splendoris domi, forisque clarissimi demirantur Vicentini cives Nobiles familias habet Vicentia CC. quibus MDC. in censu esse fama est. Tria in ea civitate numerantur collegia, Physicorum, Jurisconsultorum, & Tabellionum. Ex more consilio LXXX virorum gubernatur. Habet & aliud Consilium D. virorum, quod ter in anno cogitur, ut Magistratus, servosque publicos sortiantur. Decem viri ex Patritiis, quos deputatos appellant, rebus publicis curandis præsunt. Consules XII. à quibus non est appellatio, pro mortis processibus formandis, causisque omnibus capitalibus judicandis creantur, quod nullæ aliæ non liberæ civitati in Italia conceditur. Præfecturis XI. quas Vicariatus vocant, potitur Vicentia, quo ad jus dicendum Primates mittuntur. Multi in hac urbe sunt judices Oppidani, præcipuus autem unus, ad quem non solum a Pedaneis judicibus, verum etiam (qua dignitate carent reliquæ in continenti omnes urbes Venetorum) à Prætoris Vicario litigantes provocare solent. Prætorem, Præfectum, & Camerarium tres nobiles Venetos pro Repub. agnovit, illisque obsequitur inviolata fide. Et hæc ex aliis de origine, nomine, progressu, ac politico hujus urbis statu dixisse sufficiat; quibus omnibus est addenda marmorea inscriptio, quam prope forum frumentarium repertam, decem viri in Prætorio palatio, ac loco conspicuo reposuerunt anno 1586.

IMP. CÆS.
M. ANTONINO
GORDIANO PIO
FEL. AUG. PP. COS. II.
PROCOS. TRIBUN.
POTEST. V. PONT.
MAXIMO
RESPUBLICA
EX LIBERALITATE
MATIDIARUM
D. D.

Cæterum quod ad institutum nostrum attinet, S. Prosdocimo prædicante sanior conjectura est, post Aquilejam, sacro fonte Vicentiam fuisse lustratam, propriumque habuisse Pastorem, etsi per multa secula Præsulum Vicentinorum nomina ob inundationem barbarorum, bellorumque discrimina interciderint. Episcopus Vicentinus Aquilejensi Patriar-

A chæ est suffraganeus jam inde à sua institutione, à Regibus Longobardis, Pontificibus, Imperatoribusq; amplissimis privilegiis, ac prærogativis suffultus, & exornatus (1), quippe qui Ducis, Principis, Marchionis, ac Comitis titulo civitatis, cum utriusque gladii potestate insigniretur. Torrigius Episcopus anno Domini 1112. urbis imperium habebat, multosque cives ei adversantes ex ea expulit, ipseque, diffidente populo, ad Brendalarum arcem exulavit. Diœcesim populo industrio frequentissimam habet, & amplam, in qua continentur Parochiales ecclesiæ præter Cathedralem 192. Virorum cœnobia diversorum Ordinum plura, & in his Abbatiæ duæ, altera S Petri de Villa nova Ord. S. Benedicti, altera SS. Felicis, & Fortunati in suburbano. Sanctimonialium septa quinque. Ejus ac Vicentini territorii latitudo est millium passuum xxx. & ab Orientis parte Bassanensibus, & Patavinis, ab Occidente Veronensibus terminatur; longitudo vero ad passuum millia Lxx. Quo ad

B Atestinos, & Mantuanenses procedit, ab Aquilonis parte montes altissimos Italiam à Germania dividentes terminos habet; sunt ab Australi colles Euganei, & ab Orientali plaga patet in planitie. Hominum in ea millia centum, & triginta censebantur. In territorio oppida florentissima, pagi populosi, viti frequentes, villæ in oppidorum modum ædificatæ, quæ omnia numero sunt 222. In eo item quatuordecim flumina, partim magna, partim parva, fluunt, in quorum ripis molæ seræ, pristina chartacea, machinæque aliæ multæ. Lacus ager ipse tenet quinque, in quibus omnibus marenarum fluatilium, tructarum, ranarum, thymalorum, mugilum, pisciumque aliorum copiosa piscatio. Verum anguillæ Ereteni amnis totius Italiæ optimæ sunt, ut testatur Aelianus. Ager hujus diœcesis ac territorii Vicentini frumenti, olei & frugum omnium ferax est, vineis etiam, & pomariis consitus, in quibus vero frequentissimis nemoribus arborum, quos mo-

C ros vocant, quorum folia sericis vermiculis alendis idonea. Unde non exiguus civibus proventus existit, quamvis non omnino sericum probetur, quod vermiculi conficiunt mori candidioris foliis nutriti, cum contra folia mori nigri magis laudentur. Vinum gignit generosissimum Vicentinus ager, cæteraque omnia ad humanum genus pernecessaria, ut proverbio jure dicatur, *Vicentiam hortum esse, ac viridarium Venetæ urbis.* His dotibus, aliisque innumeris præditus est Vicentinus ager, ac diœcesis, qui insuper calidis irrigatur fontibus, unde ægris facile reparetur. Medicas fundit herbas, succos edit, liquores alit, sapores elargitur. Habent Recubarii montes Tridentum versus argenti fodinas, & molarum lapides, præter metalla varia diversarum lapidum, pretiosique marmoris genera. In Sumano monte argenti quoque & hydrargyri venæ, æris, ferri, & plumbi metalla fodiuntur. Hæc in diœcesi. Episcopatus vero census amplissimus est cum octo, & amplius millium

D scutatorum Venetorum summam excedat, quamobrem in libris cancellariæ Apostolicæ mille floren. ejus taxa habeatur. Cathedralis Vicentina decentissima est, sub invocatione Beatissimæ Mariæ Virginis, sanctorum Martyrum Carpophori, & Leontii corporibus veneranda, quæ duabus dignitatibus fulget, Archidiaconatus scilicet, & Archipresbyteratus cum duodecim Canonicis, 34. Capellanis, alioque promiscuo clero, in quibus sunt, qui præbendis Theologali, ac Pœnitentiali potiuntur, postremo clerici seminarii alumni 40. Seminarium vero duplex est, alterum clausum, cujus alumni sexdecim; alterum apertum, ubi viginti quatuor clerici in propriis domibus alioquin manentes moribus, literis, & cantu ecclesiastico erudiuntur. In civitate præter Cathedralem, in qua animarum curam quatuor mansionarii exercent,

(1) Hodie quoque Vicentinus Episcopus in solemnis Dominicæ Resurrectionis, & Pentecostes tribus singulis festivis eorum diebus, purpura induitur more S. R. E. Cardinalium, capitis tantum excepto operimento, quo vestium genere utitur etiam in festo Nativitatis D. N. J. C.

cent, sunt Parochiales ecclesiæ tredecim, virorum cœnobia diversorum ordinum xvis. Monialium xii. a domus item mulierum pœnitentium, nec non aliæ quædam domus mulierum laicarum sub Episcopi obedientia cœnobitice viventium, quæ Dimissæ nuncupantur: Presbyterorum reformatorum iii. Xenodochia opulenta xi. Pietatis mons centum scutatorum millium sortem, & eo amplius habet. Laicorum sodalitates plures sunt. Magnum denique pietatis opus, ac in tota Italia singulare, in hac religiosissima urbe reperitur. Etenim sub D. Hieronymo tutelari sunt laici plerique mortificationi, & aliis piis exercitiis assidui in domibus propriis viventes, & liberi, quorum xii. qualibet anni hebdomada omnes infirmos, pauperes, egenos Vicentiæ vicatim, viritimque semel invisunt, verbis solantur, & cibis, & ut Christianæ religionis sacramenta recipiant, incumbunt. Nullus est mercator, civis, aut nobilis, quem ipsi non rogent, nullum aperitur ostium, ante cujus fores non sistant eleemosynam flagitantes; & hæc assidua cura Lxx. homines ad summum, amore Dei afficit. Unde nemo Vicentinorum, cum infirmitate oneratur, debet necessariorum desperatione occupari. Prope suburbium visitur templum SS. Felicis, & Fortunati Martyrum, civiumque Vicentinorum, monachorum D. Benedicti Abbatia, ubi sacrarium pulcherrimis marmoreis Græce concinnatis incrustatum mirabiliter oblectat oculos. In eadem diœcesi altera Abbatia est ejusdem ordinis ditissimi census de Villa nova. Extra portam Berici montis extat Deiparæ Virginis nobile templum in colle amenissimo positum, in cujus ascensus principio arcum extruxit ex marmore superbissimum Jacobus Bragadenus urbis Præfectus, cui Franciscus Bernardinus Saracenus Vicentinus civis, longissimas pulcherimasque scalas eodem marmore illustravit. Via reliqua ad templum usque lapidibus strata. Horum operum duobus solidis lapidibus, altero ad arcus, altero ad scalarum summitatem litteris in hanc sententiam excisis, memoria posteris prodita est.

a XIV.

Deiparæ Virgini Bericæ Montis Jacobus Bragadeno Ambros. F. Præf. religionis & urbis amantiss. D. M. D. XCV. Franciscus Bernardinus Saracenus Scalas fecit ex stipe publice privatimq. collecta & viam reliquam ad Mariæ templum usque silice promovit CIↃ. IↃC. Hospes si properas paululum sistito, urbis, collium, fluminum, agrorum, Alpium aspectu laborem levito abi. perge pius Dei Matrem Virginum salutato. Stratæ viæ commodum precibus rependito.

Sumanus mons ad xv. Vicentiæ lapidem, tribusque millibus passuum amplius in cacumen elatus patet ascensus, non minus amœnitate, quam prisca religione clarus, qua antiquitus fuit, ubi idoli cujusdam phano destructo, B. Prosdocimus Episcopus templum B. Mariæ Virginis clarum miraculis eædificavit. summa religione colitur.

Suo natali Vicentiam decorarunt viri sanctitate, literis, ac bellica arte illustres plures, quibus paucos hic recensebimus. Nati memorantur in hac urbe SS. Felix, & Fortunatus fratres, Leontius, & Carpophorus pro Christo Martyres sub Maximiano, SS Euphemia, & Innocentia Martyres, Donatus, & Solonus fratres, qui Diocletiano Imper. palmam sumpserunt martyrii, S. Florianus in eadem persecutione cum Florentio, aliisque sanctis martyrio coronatus. Vicentinus fuit B. Joannes Ord. Præd. qui verbo, & exemplo potens multas Italiæ urbes ad Christianæ vitæ imitationem revocavit. Vicentinus etiam fuit B. Isnardus ejusdem Ordinis cœnobita, cujus sanctitas in ejusdem Ordin. annalibus commendatur. Hic in æde Dominicanorum famosissima religiose asservatur, & quotannis solemniter per urbem defertur una ex spinis Coronæ summi Regis Christi, quam à sancto Ludovico Francorum Rege acceptam B. Bartholomæus civis, & Episcopus Vicentinus, ex eodem Dominicano Ordine assumptus, una cum pluviali purpureo auratis variegatum gallis, quod antea ipsius Regis amictus fuerat, adduxit. His annumerandus est B. Cajetanus Thieneus, unus ex institutoribus Patrum Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant, nuper inter Beatos relatus b. Alios viros, & plurimos sanctitate insignes, qui Vicentiam illustrarunt, recenset Franciscus Barbaranus Capuccinus in Historia Ecclesiastica hujus urbis. Vicentini fuerunt literis præstantes viri, Palemon vir doctissimus, cujus Eusebius mentionem facit, Omnibonus Rhetor celeberrimus, Gallus Poeta Augusti tempore, Antonius, & Bugamontes Lusci, Cajetanus, & Ferrantes Thienei, quorum alter philosophia, alter legibus in Gymnasio Patavino claruit. Leonardus Portus, qui pondera, & mensuras Romanas adhuc incognitas aperuit in lucem: Joannes Georgius Trissinus; Hieronymus Gualdus literis præstans humanioribus; Fracaxanus, Montius, Massaria medici; Julius Barbaranus &c. & promptuarij omnium scientiarum auctor; Palladius quoque in Architectura primarius nostri temporis, numquam priscis inferior. Vicentini armorum tractatione clari fuerunt Aulus Cecinna Germanici Cæsaris in Germania Legatus, qui Cheruscis in Germania fugatis, Marsis prælio victis, quadragesimo stipendij castrensis anno dux longe clarissimus, ob res cum Germanico gestas insignia triumphalia à Tiberio meruit, ut Tacitus scribit. Perideus, & Vestari duces Longobardi, Joannes Travertus, Joannes Clericatus, Leonardus Trissinus, Ludovicus & Octavius Thienei, Petrus Franciscus, & Hyppolitus Porti, & Joannes Thieneus olim Brutiorum proRex. De hac civitate scripsere Jacobus Marzarius, Palearinus, Castellinus, Leander Albertus, Pilonus, recentiores. Marzarius autem non modo de origine scribit, sed etiam de viris Illustribus, qui Vicentiæ in omni memoria prodiere. Illum si consulat lector, plane intelliget Vicentiam de nobilitate, sive generis, sive ingeniorum nulli alteri Italiæ civitati concedere. Urbem, agrum, ac territorium summatim, & perbelle descripsit Andreas Scotus in itinerario Italiæ, à quo pleraque, quæ supra de hac urbe retulimus, excerpsimus. Verum huc usque nullum scriptorem reperimus, qui ex professo de hujus Ecclesiæ Præsulibus Annales confecerit, quos modo compulimus in seriem, vel ex paucis monumentis hujus Ecclesiæ, quæ nobis scribentibus suppeditavit nobilis vir, & omnimoda eruditione clarus Aloysius Trissinus Cathedralis Archidiaconus, cætera sparsim vagantia expiscari sumus vel ex aliis scriptoribus, vel ex monumentis Vaticanis ex fide deprompsimus. Quamobrem haud miraberis lector, si ex tanta rerum, temporumque caligine hæc series nobilissimæ Ecclesiæ plerumque elumbis, interrupta, ac jejuna prodibit. [„ *Denique de hac urbe „ silendum non est, eam delectam jam primo fuisse „ ad illud generale Concilium celebrandum, quod „ Paulus III. meditatus fuerat, cujus nomine ad „ illud Legatus jam accedebat Card. Jacobus Simonetta cum Brundusino & Campegio, sed Tridentum translatum deinde fuit, tanquam exteris ab „ Italia nationibus commodiorem in locum.*)

b A Clemente X. inter Sanctos adscriptus.

1 S. PROSDOCIMUS primus recensetur Episcopus Vicentinus, cum eam urbem ad Christi fidem perduxisset anno Christi 48 postquam Aquilejam, Patavium, aliasque urbes Evangelij luce illustrasset. Fertur anno 77. in monte Sumano non longe à Vicentia Ecclesiam B. Mariæ Virginis ab eo extructam, ubi olim phanum Sammano Idolo sacrum Vicentini erexerant. Decessit S. Prosdocimus anno salutis 141 ætatis suæ anno decimo quarto supra centesimum, de quo alibi. I.

2 S. LEONTIUS Episcopus, & Martyr anno 141. quem Vicentini colunt die 16. Novembris, cujus Corpus Metim in Lotharingia translatum à II.

S. Theodorico anno 963. Sigibertus in chronic. scribit, de quo Petrus de Natalibus lib. 11. & Baron. tom. 10. anno 969.

III. 3. ZACCHARIAS vixit anno 167. post quem multi desiderantur Episcopi.

IV. 4. THEODORUS anno 328. quem tabulæ hujus Ecclesiæ sanctum vocant; & obiisse referunt anno 382. præsulatus sui anno 54.

V. 5. S. APOLLONIUS *a* anno 389. de quo in Martyrol. Romanum 19. Martii, non tamen exprimitur, cujus civitatis Episcopus fuerit; in tabolis Vicentinis pro Vicentino Episcopo recensetur. Alii post hunc etiam recenseot S. Leontium, de quo Martyrol. Romanum eodem die 19. Martii.

a De quo Acta ss. Martii t. 3 pag. 28.

VI. 6. HENRICUS anno 580. temporibus Eliæ Aquilejensis Patriarchæ vixit, cum quo communicare renuit, nec ad Provinciale Concilium vocatus accessit, ne particeps ejus erroris videretur.

VII. 7. HORONTIUS anno 590. apud Paulum Diac. & Petrum de Natalibus titulo beatitatis insignitur, tametsi apud Baronium inter schismaticos Episcopos Severi Patriarchæ Aquileiensis assecias adnumeretur. Ejus memoria habetur Vicentiæ die 3. Iunii.

VIII. 8. ATALDUS anno 616. quem aiunt ex Comitibus Montis belli fuisse, de quo tamen nullam in tabulis mentionem reperi.

IX. 9. ZACCHARIAS in Concil. Romano sub Agathone Papa anno 680. vocatur Episcopus Sabronensis, melius Sabloneusis, quod fuit oppidum Vicentino Episcopatui obnoxium, ut infra dicemus.

X. 10. PETRUS hujus nomiois primus anno 701.

XI. „ [REGINALDUS *interfuit anno 814. consecrationis Ecclesiæ Veronensis S. Georgii factæ per* „ *Maxentium Patriarcham Aquileiensem, at in Veronensibus dictam est.*)

XII. 11. FRANCONIUS Concilio Mantuano interfuit anno 813. (2) apud Donesmundum Hist. Mantu. par. pr.

XIII. 12. STEPHANUS anno 848.

XIV. 13. SICARDUS, vel Aicardus, sive Eicardus Vicentinis præfuit anno 875. Hunc Judicem constituit Joannes Papa VIII. cum Victore Episcopo Ferrariensi, & Egilulpho Mantuan. Joan. Bononien in ea causa, quæ perplexe vertebat inter Episcopos Veronensem Adelardum, & Tridentinum Adelehisium anno 881. de qua re Sigonios lib. 1. de Regno Italiæ.

XV. 14. * VITALIS Episcopus Vicentinus florebat anno 905 sub Berengario Rege, cujus erat Archicancellarius, & Consiliarius, quem ab oblivione vendicavit unicum Berengarii diploma concessum monasterio S. Zenonis Veronensis. Exemplar ab authographo olim mihi transmisit bon. memoriæ Cozza Cozzius Archipreshyter Veroneosis, tenoris sequentis.

* Ex Arch. tom. 7.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni.

Berengarius divina favente clementia Rex.

Quia antecessorum Imperatorum scilicet, atque Regum morem fuisse comperimus, Ecclesiarum res sua protectione tueri, atque augere, idcirco notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque præsentibus scilicet, & futuris, qualiter Vitalis venerabilis Episcopus sanctæ Vicentinæ Ecclesiæ dilectus Consiliarius noster nostram adiens clementiam petiit, quatenus pro amore Dei, sanctique Confessoris, atque pontificis Zenonis, res quasdam, & censum jam ab antecessore nostro divæ memoriæ Karolo Imperatore, & consobrino nostro sancto venerabile cœnobio ejusdem S. Zenonis concessas nostro iterum confirmaremus præcepto. Nos itaque justam, & ratam ipsius postulationem perspicientes, Eccl. sancti martyris, & Confessoris, atque Pontificis Zenonis nos præcibus, & intercessione juvari, atque

A *tueri confidentes; hoc nostræ auctoritatis præcepto res easdem, idest castellum in Lacesi, vulgo Larise cum omnib. pertinentiis suis, cum redita liberorum hominum, seu & res eidem jam dicto monasterio S. Zenonis ab Anselmo comite quondam delatas, idest bortam in civitate Veronæ cum areis suis in circuitu, & alias res tam in civitate Veronæ, quam extra singulis locis, seu & res in Runco ab Omni petro quodam presbytero supranominato cœnobio delegatas, & hortellum unum infra civitatem Veronæ à quodam Ingelfredo donatum eidem S. Zenonis monasterio ad Monachorum inibi Domino famulantium sustentationem secundum antecessoris nostri Caroli præceptum concedimus, & confirmamus, ac in perpetuum stabilisum censemus, ut nulloumquam tempore marchio, comes, aut gastaldius, vel quilibet Reipublicæ minister, sive exactor de his omnibus superatanatis in aliquo se intromittere habeat facultatem, ob hoc videlicet, ut nonsolum isti, qui modo ibi præsentialiter degunt, verum etiam qui post*
B *eos ad ipsum confluentes locum venturi sunt, libere, ac voluntariè pro longævitate, atque stabilitate Regni nostri, sempiternoque nostræ animæ remedio, seu conjugis nostræ potenti Domino preces continuas persolvant. Contra quod nostræ donationis, seu confirmationis præceptum, si quis insurgere, aut infringere, ex parte, vel ex toto voluerit, sciat se compositurum triginta libras auri obrizi, medietatem cameræ palatii nostri, & medietatem jam dicto sancto Cœnobio, si ei fuerit aliqua contrarietatis violentia, vel adversitas illata. Et ut hoc certissimè credatur, atque ab omnibus probabiliter, & inevitabiliter observetur, manu propria confirmantes anulo nostro subter jussimus sigillari.*

C *Signum Domini Berengarii*



clarissimi Regis

Tuidebertus Not. ad vicem Vitalis Episcopi Archicancellarii recognovi & signavi.

Sigilli † Locus.

Data 10. Kal. Septemb. anno Incarnationis Domini nostri Iesu Christi 901. anno vero Dom. Berengarii gloriosissimi Regis 14. Indict. 4. Actum Veronę in Dei nomine feliciter. Amen.

15 MANASSES Arelatensis Archiepiscopus hanc rexit Ecclesiam, vel administravit anno 926. XVI.

[„ GIRALDUS *Vicentinus Episcopus interfuisse dicitur consecrationi Cathedralis Parentinæ* „ *post an. 961. Vide supra in Parentinis.*] XVII.

16 RODULPHUS. Hic Cœnobium SS. Felicis, & Fortunati pene deformatum restituit, eidemque attribuit SS. Viti, & Modesti monasterium, XVIII
D ecclesiam S. Petri de Viccarolo, pluraque bona eidem dono dedit anno 975. ut insequenti documento notantur, cujus exemplar eruit ex Archivio ejusdem monasterii Cornelius Margarinus Romanus Casinensis Monachus vir eruditus, & antiquarum rerum diligens indagator.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi 975. Indictione 3. Imperante Dom. Othone II. filio quondam magni Othonis anno Imperii X. Ego in Dei omnipotentis nomine Rodulphus S. Vicentinæ Ecclesiæ Episcopus, cum legamus Apostolum post enumerationem multorum, quos pro Christo pertulit laborum, dixisse, omnia illa esse exteriora, quę perpessus est ad comparationem sollicitudinis, quā de omnibus habebat Ecclesiis. Infelicissimos, & miserrimos existere credimus, qui eandem curam habere contemnant,

(2) Verus hujus Concilii annus fuit 826. in cujus nonnullis exemplaribus Vicentinus Episcopus *Francarius* legitur. Vide Ughellum in tom. 1. in serie Mantuanorum: ubi pro 813. 826. repone.

nunt, de sibi saltem commissis Ecclesiis. Quapropter timens judicium omnipotentis Dei, & ejus elementiam considerans, qui unicuique secundum suum laborem meritum distribuit, decrevi cœnobium beatorum Martyrum Felicis, & Fortunati, Viti atque Modesti situm foris civitate Vicentiæ, quod penitus omni monastico cultu, & divino officio inveni destitutum ob negligentiam pastorum, & barbararum gentium, quę in Italia nuper irruerant, decrevi restaurare, atque redintegrare ad honorem SS. martyrum Felicis, & Fortunati, atque Modesti pro divini Othonis clementissimi Imperatoris, & ejus genitricis Adbeleitæ piissimæ Imperatricis, mea, & omnium viventium salute, atque Domini Othonis ejus genitoris magnifici Imperatoris, & omnium in Christo quiescentium requie. Præterea ad sacrum misterium quotidie peragendum electioneque cunctorum nostrorum fidelium clericorum, atque laicorum, ibidem constitui Abbatem Ioannem regulari disciplina, & omni sacro ordine edoctum, cui libenti animo, & bono voluntate, suisque successoribus per hujus decreti paginam concessi omnia, quæ ad præfatam Abbatiam pertinuisse invenire potui, & ex nostra parte quantum pro tempore potui addidi, ut omni occasione sublata, Domino fideliter deserviat cum grege sibi commisso. Quorum quidem nomina omnium in hoc decreto ascribi idcirco disposui, ne forte aliquis maligna cupiditate deceptus aliquid eorum quasi ignarum subtrahere vel subripere aliquando velit. Igitur hæc sunt confinia situs monasterii, & vocabula omnium locorum. A fluvio Rodano, & Visica exte aditur per longum usque ad Pontem Altum, per latera vero a fluvio Retrone, usque ad altum pontem qui super eundem fluvium positus ducit ad Monticellum Concessi itaque eidem sancto monasterio Abbatium S. Viti, sicut supertus diximus, sitam juxta ecclesiam S. Felicis, ubi ejus sacrum corpus requiescit, cum omnibus pertinentiis suis, atque conditionibus, famulis vero, & decimis. In Ascedocuetem unam, quæ nominatur Garzone: in Sareto casalem unum: in Truine alium: in Magrado casalem unum: in Arserio alium: in Cuculi petiam unam de vite, & campos tres: in Mutione casalem unum: in Ramna alium: in Clopaao curtem unam cum suis pertinentiis: in Cartutiano censitos S. Viti pertinentes de casale Penculi. Inter Ascledo, & S. Vitum medietatem curtis unius in loco qui dicitur Sanctus Vitulus: in Luizano curtem unam cum capella S. Viti: in Malado casalem novum in Cagango casalem novum: in Marostica curtes duas, unam in loco Pervio, cum capella S. Apollinaris; aliam vero Burgultano cum capella S. Viti de Gazo: in Angarano casales duos, & montes duos, unus qui dicitur Mons Olivarum, & alterum in Salana: curtem unam cum capella Viti: in Tuvido casales duos: in Fonzate casales duos: in Facino casales tres: in Pecloe casalem unum: in Fulinario casalem unum: in Barbutin Casalem unum: in Bubacasalem unum: in Braydo S. Viti curtes quatuor, cum plebe, & capellis, & pertinentiis suis, & decimis: in Costa longa curtem unam cum capella: juxta flumen novum curtem unam cum capella S. Viti: in Zuccone curtem unam: in Bucoae aliam: in Fontana Frigida casalem unum: in Paderno alium in Carbonaria casales duos: in Titulo unum. in Cavasilice casales quatuor: in Ara unum: in Cons terram arratoriam: in Colezeda petiam unam de vite: in Mulsano casalem unum; in Arzignano alium: in Montecleda terram aratoriam: in Monticlo similiter, & duas petias de vite: in Albertoni a massaritiam unam; in Vivario curtem unam, cum capella S. Viti extra Bonacum in loco, qui dicitur Redena, & Bragida S. Georgii: in Zainedo vites, & oliveta, Alpes quoque quatuor: duæ super Marostica, quæ vocantur Lastaria, Ba- ...ria, Longara, a sero Montes de Zuveao, & No- ... in Visigaunam. & dimidiam partem curtis S. ...ritis, cum capella, & Vanzum S. Georgii cum ... massaritias duas in Lerica, & duas in La- ..., & in Barbaruno curtem unam. & casales duos: . Ba[illegible]so curtem unam, & omnia ipsi servi Dei nunc [illegible] habituri seu adquisituri sunt quocumq. re- *cto modo, vel lege, & nostro consensu, & successorum meorum concedo eis per hujus decreti paginam cum omnibus suis pertinentiis, & conditionibus, decimis, operibus, esfatitis, pascuis, pratis, sylvis, rupinis, montibus, planis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus ad prædicta loca, atque acquirenda pertinentibus. Insuper hęc omnia concedo per omnem nostrum Episcopatum, ut sine omni contradictione exerceant, & operentur de incultu terra quantum ipsi Deo fideles laborare facere poterint, sive in montibus quamque in planitiis, seu in aquis. Offersiones etiam ad eandem ecclesiam venientes SS. Felicis, & Fortunati, Viti, atque Modesti, & libros ad ipsum pertinentes locum concedo eis. Hæc itaque omnia sub hoc prætextu nos concessisse pateat, ut in nativitate Domini, Pascha, & singulis festivitatibus supradictorum martyrum Felicis, & Fortunati, candelum unam, panem unum, ampullam plenam de vino, nobis, seu nostris successoribus debeat Abbas ejusdem loci, seu monachi annuatim deferre remota omni alia contradictione. Si quis vero quod absit, & fieri non credo, contra hoc nostrum concessionis decretum, successorum, sive successores, seu alius aliquis cujuscumque conditionis . . . vel aliquid subrepserit, & molestare voluerit illos, qui præsentes fuerint, vel successores eorum, qui pro tempore venturi sunt conveniunt, & cum bonissimo Jesu in die judicii . . . . & habeant partem cum Juda traditore, & Abiron, & sit anathema maranatha, hoc est pereat in secundo adventu Christi.*

Ego Rodulphus S. Vicentinæ Ecclesiæ Episcopus in hoc decreto antefacto manu mea subscripsi.

Ego Stephanus Archipresbyter me in hoc decreto m. m. subsc.

Romaldus Archidiaconus in hoc decreto manu mea subsc.

Joannes presbyter in hoc decreto manu mea subsc.

. . . . decreto m. m. subsc.

Petrus prebyter in hoc decreto manu mea subsc.

Atto diaconus in hoc decreto m. m. subsc.

Gerardus diaconus in hoc decreto manu mea subsc.

Arnaldus subdiaconus in hoc decreto m. m. subsc.

. . . . decreto subsc. etiam adimplevi.

Adam subdiaconus in hoc decreto manu mea subsc.

† *Signum Tisonis.*
† *Signum Ambrosii.*
† *Signum Pezonis.*
† *Signum Artriberti.*
† *Signum Lantari.*

(,, Rodulphus an. 971. sedit cum Radaldo Aquilejensi Patriarcha Veronæ in judicio, dum Ano quidam & Martinus cum Presbyteris Ecclesiæ SS. Faustini, & Jovitæ lite certarent. Retulit documentum Muratorius in Antiquitat. Esten. pag. 152. sed & anno 967. interfuerat Concilio Ravennati in causa disciplinæ habito, ut videre est apud Harduinum in noviss. Conciliorum editione.)

17 AMBROSII hujus Ecclesiæ Episcopi clara extat memoria in veteri documento in monasterio S. Georgii in Brayda Veronen. in quo habetur anno 984. Garimbertum Veronensis Ecclesiæ Archidiaconum eidem Ambrosio castrum quoddam in comitatu Vicentino in fundo Sublonæ vendidisse, hisce conceptis verbis. XIX.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi

Otho Gratia Dei Imperator Augustus. Item Otho filio ejusdem anno Imperii, & Regni eodem Domino propitio hic in Italia anni I. sub die 10. Aprilis Indictione XII. feliciter. Constat me Garimbertus Archidiaconus S. Veronensis Ecclesiæ vendidissem, & ita vendidit tradidissem, & ita tradidit tibi verus Dominus Ambrosius Civic. Episcopus S. Vicentinæ Ecclesiæ a die præsenti & hora ad tuam proprietatem, & potestatem ad habendum idest integrum Castro uno juris proprietatis, quem habere, & possidere visus sum quos mihi suprascrip.

Garimberto Archidiacono d. comparatione per chartulam venditionis pro accepto pretio da Maginardo filio q. Ruberti de civitate Placentia ante hos dies advenit, sito in dicto castro in comitatu Vicentino in loco, & fun. Sablonæ cum omnem domum culcile, cum caselis, massaritiis, & omnibus rebus ad ipso castro pertinentibus, &c. pro accepto pretio de Benedicto presbytero, & filius q. Georgio ante hos dies advenit siti sunt ipsis casis, & rebus in comitatu monte Selicano in locos, & fundas ubi Brayda de Ardemano dicitur, &c.]

Tenuit Ambrosius castrum Sabloni ad annum usque 991. (1) quo idem vendidit Iuganio Vincardi filio de Parma, Iugunii filius Cadolo, deinceps Cadolus Parmensis Episcopus, qui Pseudopontifex fuit, diuque Ecclesiam vexavit Romanam, Gregorio VII. legitimo Pont. dono dedit, tradiditque cœnobio S. Georgii prope Athesim flumen apud Veronam ædificato, ut supra in Veronen. Episcopis narravimus. Porro Ambrosij venditio in veteri documento ita legitur.

In nomine Domini Dei æterni Salvatoris nostri Iesu Christi.

Otho Dei gratia Imperator Augustus anno Imperii, & Regni ejus Deo propitio in Italia septimo 13. Kal. Februarii Indict. 14. feliciter. Constat me Ambrosio Vicentinæ Ecclesiæ Præsule vendidissem, ut ita vendimus tradidissem, & ita tradidit tibi Ingonio filius q. Vincardi à die præsenti, & hora ad . . . . proprietatem adhabendum. id est integrum castro Sablono, qui positus est intra fines Vicentinos, cum omnibus rebus ab ipso pertinentibus, quem habere, & possidere visus sum, & eam infra castro, quam qui, & de foris ibidem circumcirca, & qui inter eisdem fines fuere pro singulis locis, &c. quæ mihi de prænominatis castro legibus pertinere debere vigore legitimæ acquisitionis per me factæ pro accepto pretio a Domino Garimberto Veronensis Ecclesiæ Archidiacono, ut apparet per chartulam vendicionis manu conscripta Lucefredi Not. &c.]

XX 18. HIERONYMUS Othonis III. Imper. vixit temporibus; (a) quo anno salutis 1000. exemptiones super omnibus sui Episcopii castellis peculiari privilegio obtinuit, recepitque ab eodem vetustum theatrum ad Bergam fluvium positum perpetuo possidendum. Privilegii exemplar contulit nobis eruditus, nobilisque Sylvius Teissinus Vicentinæ Ecclesiæ Archidiaconus, quod hic exscribere non pigebit.

(a) Hujus memoria in documento an. 1001. relato à Muratorio in Antiq. Esten. p. 185

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho III. secundum voluntatem Jesu Christi Domini nostri Romanorum Imperator Augustus. Si Ecclesiarum Dei curam gerimus, easque diligenter studuerimus dilatare, nostri imperii statum augmentari minime dubitamus. Quocirca omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium præsentium scilicet, & futurorum noscat universitas, qualiter Hieronymus S. Ecclesiæ Vicentinæ Episcopus, nosterque familiaris nostram adiit clementiam, postulans, ut pro Dei amore, animæque nostræ remedio Castella sui Episcopii Vicentini, quæ usque modo fodri detrimento vastabantur, nostræ Imperialis auctoritatis largitione sibi, suisque successoribus perdonaremus, & concederemus. Cujus petitionibus annuentes, prout juste, & legaliter possumus, concedimus, & perdonamus eidem Hieronymo Episcopo, suisque successoribus, ut de omnibus castellis ad suum jam dictum Episcopatum pertinentibus, videlicet Barbarano, Silvatiano, Noventa, Albetine, Aureliano, Vicentia, Grancina, Brendulæ, Custodie, Altavilla, Crumolo, Montedigno, Corvedo, Cluse, Malado, Cucullo, Vello. Arserto, Cereedo, seu de omnibus famulis, famulabus, vel de omnibus hominibus super terram jam dicti Episcopatus habitantibus, vel residentibus non alicui homini, tam Ducibus, quam Marchionibus, Comitibus, seu alicui magnæ, parvæque personæ fodrum persolvatur, vel concedatur, sed liceat jam dicto Hieronymo Episcopo, suisque successoribus quiete, & pacifice per hanc nostri præcepti paginam prænominata Castella, eorumque habitatores, vel supra terram sui Episcopio residentes de omnibus fodris defendere, & protegere omni contradictione remota. Si vero contigerit, ut nos in eas partes veniamus, ipse jam dictus Dominus Episcopus Hieronymus, vel sui successores per se, vel eorum missos fideles fodrum colligant, nobisque servitia secundum posse præparent. Insuper concedimus jam dictæ Ecclesiæ Vicentinæ quoddam theatrum nostri Regni juris juxta fluvium, qui Retuna vocatur, situm, quod vulgo Berga dicitur, cum omni integritate, jureque, quæ ad id spectat tam foris, quam intus, ut habeat jam dictus Episcopus Hieronymus, suique successores ad utilitatem jam dictæ Ecclesię Vicentinę licentiam faciendi quicquid utile eorum animus senserit operandi, omni contradictione remota, ut nullus Dux, Patriarcha, Marchio, Comes, Vicecomes, sculdatius, gastaldio, magna, parvaque nostri regni persona inquietare, molestare, disvestire de perdonatione, & concessione fodri supradictorum castrorum, seu hominum, supra terram ejusdem Episcopii residentium, seu de prędicto theatro a nobis pręlibatę Ecclesię concesso. Sed si quis hoc nostrum pręceptum, quod non credimus, violare, vel infringere curaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras trecentas, medietatem camerę nostrę, & medietatem prędicto Episcopo Hieronymo, suisque successoribus. Quod ut demum credatur, diligenterque observetur, manu propria hanc paginam roborantes, eam sigilli nostri impressione finaliter insigniri pręcepimus.

Signum † Domini Othonis invictissimi Imp. Augusti. Id. Martii anno Dominicę Incarnationis M. Indict. 13. anno nostri Regni a 4.

(a) Regni XVII. imperii vero IV.

Actum in Scavania in civitate Gaemi, ubi corpus Beati Martyris . . . . quiescit feliciter.

Hocce privilegium Othonis confirmavit iisdem omnino verbis Henricus Imp.

In nomine sanctę, & individuę Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesiarum Dei curam gerimus, easque dilatare studuerimus, nostri regni statum augmentari minime dubitamus. Quo circa omnium S. Dei Ecclesię presentium, scilicet, & futurorum noscat universitas, qualiter Hieronymus S. Vicentinę Ecclesię Episcopus noster familiaris nostram adiit clementiam postulans, ut pro Dei amore, animęque nostrę remedio Castella sui Episcopii Vicent. qui fodri detrimento usque modo vastabantur & conculcabantur, nostrę Regię auctoritatis largitione perdonaremus, & concederemus. Cujus petitionibus annuentes, prout juste, & legaliter possumus, jam dicto Hieronymo Episcopo, suisque successoribus sicut sibi concessum est, & perdonatum à bon. me. D. Othone Cęsare Augusto, perdonamus, ut de omnibus castellis ad suum jam dictum Episcopatum pertinentibus scilicet, Barbarano, Salvatiano, Norceta, Albetine, Aureliano, Custodia, Grancona, Grumodo, Vicentia-Brendulis, Altavilla, Montedigno, Corvedo, & de Valle Coturnica, Cucullo, Vello, Arserio, & omnibus famulis super terram jam dicti Episcopatus habitantibus, vel residentibus, non alicui homini tam Ducibus, quam Marchionibus, Comitibus, seu alicui magnę, parvęque personę fodrum persolvatur, vel concedatur, sed liceat per hoc præceptum jam dicto Hieronymo Episcopo, suisque successoribus, sicut superius scriptum habetur, quiete, & pacifice omnia prænominata castella, eorumque habitatores ad jam dictum Episcopatum pertinentes, vel super terram ejus residentes, de omnibus fodris defendere, & protegere, omni contradictione remota. Si vero contigerit ut nos in eas partes veniamus, ipse jam dictus Hieronymus Episcopus, vel sui successores

(1) Notæ Chronologicæ venditionis hujus castri ab Ambrosio factæ, prout mox refertur ab Ughello, neque cum anno Christi 991. neque inter se conveniunt, siquidem anno Christi 991. mense Januario currebat annus Othonis tertii octavus, & indictio quarta: anno vero Othonis VII mense Januario currebat Indictio III. Vel igitur dicendum hanc venditionem ab Ambrosio factam an. 990. & sic pro indictione XIV. scribendum in instrumento III. vel si revera facta fuerit anno 991. bis emendanda instrumenti lectio, tum in anno Othonis, pro septimo enim reponendus est VIII. tum in indictione, quæ quarta solummodo debet censeri. Pro anno 990. stat historia quædam Vicentina Ms. quæ penes doctiss. virum Michaelem Angelum Zorzium servatur, ut ille me humaniter admonuit.

Constantini filii quondam Domini Aleardini de Capite pontis, Thorisii de quondam D. Guidotto ibidem præsentium vice, & nomine dictæ Ecclesiæ, & Capituli, & fratrum, pro ipsa Ecclesia, & Capitulo, & fratribus ejusdem Ecclesiæ nomine locationis, & conductionis in perpetuum investivit dictos D. sindicos, &c. & procuratores dictæ universitatis Ceretæ recipientes dictam investituram nomine dictæ universitatis de omni jurisdictione mero imperio, sive misto, & de omni honore, & de omni districtu, & placitis generalibus, & specialibus, & albergariis, & receptis, & præstationibus, & de omnibus publicis functionibus, & bannis, & bannorum jure totius villæ Ceretæ, ejusque pertinentiæ, & territorii, & hominum omnium nunc, & in futurum ibi habitantium, & de omni eo quod ad jurisdictionem, honorem, ac districtum, & ad placita generalia, & specialia, & albergarias, & recepta, & ad omnia suprascripta, & banna, & bannorum jura spectat, seu pertinere posset in Cereta, & ejus curia: & de omni conditione, quæ ad prædictam Ecclesiam majorem Veronensem pertinet contra commune Ceretæ, & contra singulares personas habitantes illius terræ, &c. & de omnibus vassallis, qui prædictis, vel aliquo prædictorum, vel pro theloneo, sive per guardia banni forent vassalli, & eorum jure, quod Ecclesia prædicta, & Capitulum habet, vel habere posset in Cereta, vel extra Ceretam ratione prædictarum rerum, & jurium. Ita tamen quod non intelligatur propter hanc locationem, facta aliqua concessio, vel locatio, seu diminutio terrarum, & possessionum quas dicta Canonica, & Capitulum, seu fratres habent in Cereta, & ejus curia, & pertinentia, nec ad redditunm, vel præstationum, & albergariarum, quæ non pro jurisdictione, districtu, & honore, & earum occasione scilicet pro dictis terris, & possessionibus dabantur, vel præstabantur, aut fiebant Canonicis, vel Capitulo, aut fratribus, seu etiam vassallorum quos pro terris ibi habent tali pacto, & conditione, & modo fecit dictam locationem, & investituram, dictus Dominus Albertus Archipresbyter, quod dicta universitas, & commune Ceretæ, prædicta omnia habeant, & teneant, & exerceant locationis nomine a dicta Ecclesia, & Capitulo, & fratribus eisdem, & ab eorum successoribus in perpetuum ad fictum omni anno dandum, & reddendum dictæ Ecclesiæ, & Canonicæ, & eorum successoribus semper in festo S. Michaelis quatuor denarios Veronenses, hoc addito, & expressim dicto quod prędicta locatio non possit infringi, sed semper in Commune, & hominibus, & universitate Ceretæ integra, & immutilata, nec in aliquo diminuta debeat remanere etiam si prædictum fictum, & pensio non fuerit soluta, &c. quatuor denariorum Veronensium pro tempore futuro de spacio ducentorum annorum, &c. concedendo eisdem sindicis, &c. Constituendi Decanos, Consules, & Potestates, juratos, & alios officiales, &c. Hoc acto, & expressim dicto inter contrahentes, quod causæ appellationis, quæ orientur in Cereta tam per Canonicam, vel per suum missum, vel aliquem habentem causam a Canonica, excepto commune Ceretæ, cognoscantur, & conterminetur, &c. Promisit adhuc dictus dominus Archipresbyter pro suprascripta Ecclesia, & Capitulo dictis Bartholomæo, & Firmo sindicis pro Commune Ceretæ, quod faciet copiam omnium privilegiorum, & instrumentorum, quæ suprascripta Canonica habet ex isto facto, Communi Ceretæ quandocunque necesse fuerit, & per ejusdem nuncium fuerit denunciatum domino Archipresbytero, nec dicta privilegia alius dabit volentibus contra Commune Ceretæ agere, &c. & quod ipsa Canonica non dabit privilegia, nec adjutorium, vel consilium alicui personę, nec facient de cętero aliquam datam, cessionem, seu concessionem, refutationem, & permutationem de prędictis superius nominatis in Romanum Principem, seu Longobardorum, vel Italicorum, & Francorum Regem, seu Reges, vel aliquam aliam personam magnam, vel parvam, ecclesiasticam, secularem, seu aliquod Collegium, vel Universitatem, et si contra fecerit nihil valeat. Insuper pœna ducentarum marcarum argenti ipsa Canonica, & Capitulum solvere communi Ceretæ teneantur, &c. pacto nihilominus intra firmitatem manente, &c.

Pro quibus omnibus dictus dominus Archipresbyter Albertus vice, & nomine dictæ Ecclesiæ, & Capituli, & fratrum confessus, & manifestatus fuit se accepisse a prędictis DD. Bartholomæo, & Firmo sindicis Communis, & Universitatis Ceretę pro ipso Communi, & Universitate id quod diceretur per D. Pecorarium suprascriptum arbitrum, dictum & preceptum cujus domini Pecorarij arbitri fuit de octo millibus libris denariorum Veron. & renunciavit exceptioni non datę, & numeratę pecunię, & eos denarios in se habere dixit. Quam vero pecuniam promisit, & convenit dictus D. Archipresbyter suprascriptis sindicis Bartholomęo, & Firmo pro Communi, & Universitate, ac hominibus Ceretę in emptionem, vel emptiones prędiorum collocare, & ponere hinc ad unnum numerandum a tempore factę solutionis, quę prędia nunquam, ... dictis, & Ecclesia debeant, vel possint separari, vel alienari, sed perpetuo apud dictam Ecclesiam debeant residere. . . . . pro dictis oneribus omnibusque prestabuntur debeant subjacere, & respondere Ecclesię suprascriptę renunciando dictus D. Archipresbyter, &c. Quibus ita gestis, prædictus D. Pecorarius arbiter dixit, & arbitratus fuit ac præcepit prenominatis D. Bartholomęo, ac Firmo syndicis prędictorum Communis, & Universitatis, ac hominum Ceretę pro ipso Communi, & Universitate, ac hominibus Ceretę pro se, & omnibus aliis ibidem presentibus, scilicet, &c. usq; ad numerum 172. ac Venturino massario pro se, & dicto Communi Ceretę quatenus dent, & solvant suprascripto D. Alberto Archipresbytero dictę Ecclesię pro ipsa Ecclesia, & Canonica, quatuor mille libras denariorum Veronensium inde ad Kalendas Novembris, & inde ad Kalendas Martii, alias quatuor mille libras denariorum Veronensium pro suprascriptis omnibus supra narratis ipsis hominibus pro sese, & Communi, ac Universitate, & hominibus Ceretæ datis, cessis, & concessis, &c.

Ego Jacobus Bonovillani sacri palatii notarius interfui, & rogatus scripsi.

Decessit Albertus anno 1224. cujus memoria sæpe habetur in monumentis ejusdem Ecclesiæ, ejusque etiam anniversarium celebratur quotannis in Ecclesia Veronensi.

18 Mag. Stephanus 1225. cujus anniversarium quot annis habetur in Ecclesia Veronen.

19 Adelardinus 1265.

20 Mag. Bonincontrus 1274. postea Episcopus Veronensis.

21 Gregorius de Monte Longo Ferrariensis, alterius Gregorii sub Gregorio IX. Card. forte nepos, ex Canonico factus Archipresbyter Veronensis anno 1295. Claruit, sub Bonifacio Octavo, à quo an. 1300. electus est Archiepiscopus Sypontinus, in locum Andreæ. Defunctus est anno 1301. de quo mentio in Reg. Vatic. Bonifacii. Mortuus fuerat, Bonincontro Archipresbyt. sedente, Jacobus Canonicus Veronensis anno 1286. Ille ipse, qui plura bona Canonicis reliquit, ac præbendas duas instituit, sepultusque est in ecclesia S. Helenæ; de quo in sinistro latere ostii domus ipsius ecclesiæ in lapide marmoreo litteris longobardicis hæc legitur inscriptio.

Ad excitandum in præsentibus, & posteris
piæ immitationis affectum dignum
censitum etiam mandare literis cælibem, &
venerandam vitam bonæ me.
D. Jacobi Sacerdotis, & Canonici Ecclesiæ Veronen.
Ipse namque justitiæ cultor, honestatis servator,
habitu religiosorum immitator, & victu
in afluentia divitiarum sibi parem piis locis
& miserabilibus personis
hilari, & continuata contributione
beneficium duarum sacerdotalium prebendarum
de bonis propriis institutor conferendarum

per Archipresbyterum, & Capitulum Veron.
duobus Sacerdotibus
in præfata, & in hac B. Georgii Ecclesia
de bonis ejus etiam reparata divino cultui
continue vacaturis.
Capellæ insuper S. Pauli vetuli juxta ripam
dotator ad sufficientiam unius
Sacerdotie, & Clerici alimenta dum vocaretur
a Domino.
Sic sua disposuit, ut ad refectionem pauperum
vivus non mortus videatur.
Sic vere confessus, & Ecclesiast. Sacramentis,
qui dum vitæ præsentis subductus angustiis
indubitanter in æterna credatur gloria
militare.
Reddidit vero animam Domino, corpus
Canonicorum Veronen. Ecclesiæ monumento
MCCLXXXVI. X. Kal. Febr.
cujus animæ, & animabus omnium fidelium
defunctorum misereatur Dominus,
& vitam concedat, & requiem sempiternam.
Amen.

Ibidem à dextero latere ostii ejusdem domus, alia legitur in marmore inscriptio, quam hic damus, tametsi adhuc incompertum sit tempus, quo Nicolaus de Reggin vixerit, cujus liberalitate, erectum est altare Sancti Nicolai in eadem ecclesia.

Hoc enim altare S. Nicolai cui dos
S. CXX. lib.
cuilibet anno collata, seu constituta etiam per
D. Nicolaum de Rugeriis de Reggio
de bonis ipsius, & Guidi Bologniui ejus fratris
ultra quam summam prædictam Canonici
majoris Ecclesiæ Veronen.
habere debent quolibet anno octo lib.
pro anniversario dicti Nicolai annuatim
celebrando.
qui Canonici esse debent Patroni dicti altaris,
& beneficii post mortem dicti Nicolai.
& infra unum mensem post mortem d. Nicolai
dicti Canonici eligere debeant
unum presbyterum ad dictum altare,
& beneficium pro divino officio ibi continue
celebrando,
& si dicti Canonici dictam electionem
dicti presbyteri ad dictum terminum non
fecerint tunc Ordo,
& Prior fratrum Prædicatorum Veronæ
debeant ipsam electionem facere infra alium
mensem sequentem.
Si vero omnes prædicti recusarent
ad dictos terminos facere dictam electionem
tunc Episcopus Veronæ ipsam electionem
& confirmationem facere debeat infra alium
tertium mensem sequentem,
qui presbyter sic electus, & ad dictum altare
& beneficium constitutus tenentur
annuatim anniversarium d. q. Guidi Bologuini
ad dictum altare celebrare die 21. cujuslibet
mensis Januarii.
Instrumenta autem possessionum, & jurium
dicti beneficii cum testamento dicti
Nicolai sunt posita in Sacristia S. Georgii.
juxta Ecclesiam majorem Veronæ, & una alia
consimilis, & memoria dictorum Instrum.
est penes fideicommissarios dicti Nicolai.
Ficta hujus beneficii.
Grandocius Florii, Ugolinus de Carponis
Dr. de Fumanis XV. M. Frti. Gan.
Natalinus Barthelom. Docetrem. III. M.
Fr. de Cumella Benvenutus Gerardus,
Ricardus, Fe. q. Venturę XXVIII. alter de
Doveano, Jacobinus Bonjoannis VIII. lib. I.
Galin. de Guzolengo Bartholomęus q.
Calcgarius V. lib. XX. de Marano
Isanus de Bulpara P.
aliorum deb. I. Galin, & aliis fictis sunt.
civitatis Veronę & I. S. Vito.

22 M. Paulus de Regin 1301. Hic anno 1303. synodum celebravit in ecclesia S. Georgii in Domo, ac die 19. Aprilis constitutiones edidit saluberrimas, astantibus Canonicis, & mansionarii, aliisque ecclesiarum rectoribus Veronensis Capituli obnoxiis, quorum nomenclaturam subiicimus ex lib. constitutionum Capitularium, in tabulario asservato.

A *D. Paulus Archipresbyter, & Canonicus Veronensis.*

D. Matthęus Veneeius de Venetiis. *M. Albertus Gundula.* *D. Nerus de Philipeusibus de Urbeveteri.* *D. Parisanus.* *D. Bonifacius de Celloliis de Verona.*	*Canonici Veronen. Eccl.*
D. Jolsinus. *D. Nicolaus.* *D. Ognabertus.* *D. Marchus de Guidottis.*	*Mansionarii Eccl. Ver.*

B *Ecclesia sive Monasterium S. Leonardi de Monte Dominico junta Veronam.*
D. Bonaventura pro ipsa ecclesia, & Priori dicti loci.
D. Nicolaus.
Ecclesia S. Georgii in Domo.

D. Guizardus presb. *D. Facinus presb.* *D. Polonius presb.* *D. Albertus presb.*	*Beneficiati.*

Ecclesia Quintiani presb. Bonavia dictæ Ecclesiæ, Paxius clericus, D. Petrus clericus,
Ecclesia S. Consolatricis.
Presb. Petrus dictæ Ecclesiæ.
D. Amadeus clericus.
Ecclesia S. Clementis.
D. Bartholomæus presb. dictæ Ecclesiæ, Omnibonus clericus.
Ecclesia S. Cæciliæ.
D. Guilielmus presb. dictę Ecclesię, Nicolaus clericus.
C *Ecclesia S. Firmi de Curte alta.*
D. Albertinus presb. dictæ Ecclesiæ.
Ecclesia S. Pauli Vetuli.
D. Veronesius presb. dictæ Ecclesiæ, Petrus clericus.
Ecclesia S. Francisci ad Fontes.
Presb. Otho dictæ ecclesiæ, M. Joannes clericus.
Ecclesia S. Joannis in Valle.
D. Calamus Archipresb. dictæ plebis, & Ecclesiæ.
D. Guido presb. & clericus, Grandalernus clericus.
Ecclesia sive monasterium S. Michaelis in Campanea.
D. Perinus syndacus dictæ Ecclesiæ & Monasterii.
Ecclesia S. Pauli de Campo Martio.
D. Ugolinus presb. dictæ Ecclesiæ.
Ecclesia S. Mariæ de Ciuto.
D. Benedictus Archipresb. dictæ plebis, & ecclesiæ, Paninus clericus.
Ecclesia S. Faustini de Lazisio.
Præsentibus Petrobono presb. sive Prælato Ecclesiæ S. Sophiæ de Insula, cum aliis septem testibus fuerunt lectæ, & publicatæ & intimatæ prædictæ
D *constitutiones pro observantia, sub pœnis contentis de mandato D. Pauli Archipr. Veronensis.*

Hactenus lib. Constitutionum Capitularium.

Hæc libenter hic exhibui, ut lector animadvertat, quanta fuerit, & sit Veronensis Capituli dignitas, ut synodum celebraverit, edideritque constitutiones, & decreta, in subditos, quod nemini adhuc alii Italiæ Capitulo, quod sciverim, datum legi apud quempiam. Paulus vero Archipresbyter defunctus est anno Domini 1309 die 11. Novembris, jacet in ecclesia S. Helenæ in qua janua majori dextro latere Orientem versus, in quadam tabula marmorea, hæc legentibus prostat inscriptio.

Decet in apertæ cognitionis luce spectaculo
laudabilium operum efficiantur, ut piæ imitationis exemplum, & bene agendi omnibus fiat speculum, & lucerna: sane recolendæ bonæ memorię Dominus Paulus olim
decretorum Doctor & Ecclesiæ Veronensis

Ar-

Archipresbyter Justitiæ sultor, assidua eleemosynarum largitione pauperum adjutor, honestatis, & bonitatis in cunctis suæ vitæ actibus observatio mortis flagella persentiens, inter cæteros subsidii cultus suæ animæ valituros, sic sibi hac forma providit. Quod de bonis suis hoc altare S. Helenæ dotavit, ubi corpus ejus ante frontem ejusdem altaris ima jacet telure sepultum, ex quibus uni sacerdoti in victum, & vestitum sufficiens alimonia tribuatur, quod unam missam ad honorem Beatæ Mariæ Virg. & unam ob remedium animarum præfati Pauli suorumque patris, & matris ad ipsius altaris cornu teneatur omni hebdomada celebrari in perpetuo Arshipresbyteri, & Capituli Veronen. Divinis horis, & officio continuè permansurus, huis uno dotationis effectum, & similis in civitatibus Regii, & Assisii præscriptus Paulus instituit observari perpetuo, Presbyteris S. Georgii Ecclesiæ Veronen. quasdam terras reliquit C. 8. V. annuatim de ficto reddentes, ut ab eis anniversarium suum celebrari peragatur omnino daturis II. Venet. Cost. Presbytero singulis Canonicis I. Venet. Mansionariis, Presbyteris, & Ostiariis I. Aquilinum si interesse placuerint anniversario prælibato. Obiit prudens D. Paulus II. Novembris MCCC IX. Indict. VII.

23 Petrus Card. Columna fuit hujus Ecclesiæ Archipresbyter anno 1320.

24 Franciscus, sive Francischinus de Albernotiis Parmensis anno 1329.

25 Corradus de Branchafechis Lucensis anno 1335. Hoc ipso anno excessit è vita Bonifacius Canonicus Veronensis, cujus eximia pietas, & in Canonicos munificentiam proloquitur hæc in marmorea tabula litteris Longobardicis incisa memoriæ muro sinistro latere infixa, in ecclesia S. Helenæ prope majorem januam.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Laudabile Divina inspirante gratia conceptum, diutius proponitur recolendæ memoriæ Domini Bonifacii de Celolis de Verona Canonici Veronen. qui hoc jacet in sepulchro, qualiter ad concepitum addaneeit affectum, firmi optimum, felici continuando, principio dignum, & scripturis oraculo tradendum, ut fidelium commoda pie, & imitatione ad Cælestia desideria propensius animentur, & quod feliciter egit derivetur in posteros salubriter per piæ immitationis exemplum profuturum successoribus temporibus secuturis. Is enim vir venerabilis testamento suo Christi pauperibus relictis hæredibus omnem suam in pauperes, & pietatis opera erogari disponens substantiam, seu sacerdotalia de facultatibus suis beneficia annuis centum libris Veronensibus pro quaque dote redditibus instituit. Quatuor namque in hac Ecclesia S. Georgii a Domo ad dispositionem, & collationem DD. Arshipresbyteri, & Capituli Veronensis, & quintum in Ecclesia S. Felicitatis ad præsentationem nepotum suorum eidem Ecclesiæ, & beneficii patronorum perpetuo permansurn. Sextum vero beneficium in hanc ordinavit formam, ut post illius in quem ejusdem beneficii usum fructum contulit obitum, in Ecclesia prædicta S. Felicitatis unum ubi voluerit dotatum instituatur beneficium, & fiat prodictis suis nepotibus jure in eo fongentibus patronatus; pro ejus quoque anniversario designatu, & quatuor Presbyteris prædictorum, quatuor beneficiorum possessio quædam valoris in redditibus, hanc quolibet 15. libr. Veron. postea ut ipsi singulis, qui ejus interfuerint anniversario in suprascriptas distribuant portiones, scilicet D. Archipresbyt. V. Aquilinos grossos, cuilibet Canonic. tres Aquilinos, Mansionariis autem dictæ ecclesiæ S. Georgii, Capellanis duos Aquilinos, cæteris vero Capellanis, & Ostiariis unum Aquilinum pro quoque. Reddidit spiritum Domino XX. Aprilis M. CCC. XXXV. cujus animam, & omnium fidelium defunctorum perpet. requie in cælesti gloria ille gaudere faciat, qui est benedictus Jesus Christus in secula seculor. Amen.

26 Joannes de Forolivio anno 1336. successit Conrado, & longo annorum spatio in ea dignitate vixit. Ejus temporibus Gabriel ex Marchionibus Malespinis, Azolini filius, ex Canonico Veronensi evasit Episcopus Lunensis anno 1351. Sic Spinoeta Isnardi filius anno 1341. Azolinus ejus frater, Jacobus Francischini filius, Aragonus, sive Archionus, quem in Episcopatu Lucensi intrusit Pseudopontifex Benedictus XIII. Guido Spineta Marchionis de Villa Franca, Antonius Leonacdi, & alius Spineta, omnes ex hac præclara, ac nobili Malespina familia nati Veronenses fuere Canonici.

27 Joannes de Cene, seu Cenis, vel de Capitaneis factus est Archipresbyter anno 1355.

28 Joannes de Forolivio forte idem cum superiori, reperitur Archipresbyter an. 1356. mortalitatem exuit anno 1372. die 11. Martii.

29 Bartholomæus de Quintaflori anno 1375.

30 Joannes de Papio anno 1379. Eo Archipresbytero, defunctus est Jacobus Malespina Canonicus Veronensis, cujus sepulchrum spectatur in ecclesia S Helenæ cum hac inscriptione.

Sepulchrum nobilis viri Domini Jacobi Marchionis de Malespinis Canonici Veronensis, qui diem clausit extremum ultimo Julii MCCCXXC.

31 Carlottus de Albertis Venetus hanc suscepit dignitatem anno 1384. post paucos annos libere nuncium remisit, remansitque simplex Canonicus.

32 Cosmas Donna Parmensis præficitur in locum Carlotti anno 1387. Vixit in ea dignitate ad annum usque 1425. quo etiam sedente anno 1393. obiit Thomas de Cepolis Canonicus Veronensis sepultus in æde S. Helenæ hac brevi inscriptione.

Hoc sepulchrum Domini Thomæ de Cepolis Canonici Veronensis qui obiit die XXIX. Junii M. CCC. XCIII.

33 Gubertus Nichasola nobili familia Veronæ natus fuit Archipresbyter, resignavit anno 1429.

34 Jacobus Spineta de Falcheeris Veronensis anno 1429.

35 Philippus de Fustaois in Jacobi loco sufficitur anno 1432. cujus tempore * Gubertus Nichesola Canonicus Veronensis creatus est Episcopus S. Leonis in Calabria an. 1440. de quo in nostro VIII. Tom. aliqua enarrabimus, eoque anno defunctus est Augustinus de Fontana, vir insignis, Canonicus Veronensis, jacet in Canonicorum æde S. Helenæ, ubi in marmoreo in medio pavimenti, cum gentilitiis insigniis, crux nempe itterim, tantum scuti alveolum occupans, hæc legitur inscriptio. * Ex Append. t.3.

Hic jacet venerabilis, & egregius juris utriusque professor Dominus Augustinus de Fontana de Placentia Canonicus Veronæ, qui obiit die iii. Jan. MCCCCXL.

36 Bartholomæus de Cartulariis anno 1446.

37 Bartholomæus Callestranus Parmensis, successit Cartulario ann. 1450. exulavit ab hac mortali vita anno 1479. die 3. Septembris.

38 Franciscus de Maphæis nobilis Veronensis præficitur anno 1479.

39 Augustinus Maphæus 1495.

40 Franciscus Maphæus 1496.

41 Georgius Venerio Justinopolitanus 1497. resignavit anno 1499.

42 Franciscus Mazantus ad hanc dignitatem vocatus anno 1499. vir eximia pietate, qui io Cathedrali dextero latere à janua majori Meridiem versus, eram Sanctæ Agathæ exornavit, ac dotavit, ut docet inscriptio.

Franciscus Mazantus
Archipresb. Veron. ære suo dotavit,
& ut cernitis adornavit.

Vixit Franciscus ad an. usque 1515. quo sedente Peulus Dionysins I. V. D. nobilis Canonicus Veronensis vaiedixit huic mortali seculo; sepultus jacet io sacelln Cathedralis SS. Petri, & Pauli sacro, quod cooftruxerat, ac dotaverat, sibique, ac posteris sepulchrum posuerat: ita ioscriptio.

Paulus Dionysius Decretalium doctor, Canonicus Veronensis pro anima sua, & parentum suorum hanc ædiculam Peincipum Apostolorum Petro, & Paulo, erexit, & dotavit M. CCCC. XCIII.

Ibidem ad ejus tumolum ante eitare, hæc leguntur.

Anno Christi MCCCCCI. die xvi. Janii
Paulus Dionysius decretalium Doctor
Canonicus Veronensis sibi, & hæredibus suis
V. F.

Francisco Archipresbytero, oblit Philippinus ex Comitibus Æmiliis juris Doctor eiarissimus, & Canonicus Veronensis, sepultus in Cathedrali aote altare Transfigurationis Æmiliæ gentis obnoxium, ubi hæc inscriptio.

Clariss. Comitibus Philippino juris Antistiti Canonico Veronensi, & Marco equiti Jo. Æmilius juris interpres Canonicus qua Patruo Fratrique B.M.P. M. D. IIII.

43 Franchus Mazantus successit ano. 1515. resignavit aono 1534. ad favorem Ludovici.

44 Ludovicus Mazantus anno 1534. fuitque Capitularis Vicarius anno 1544. quo dignitatem resignavit Paulo Mazanto, eoque præmortuo, ratione regressus iterum eam dignitetem admioistravit ad mortem usque, quæ incidit die 18. Augusti 1567. Jacet in Cathedrali sub lapide, ubi hæc inscriptio pridem à Francisco Canonico, genitori Ludovico, posterisque snis posita.

D. O. M.
Ludovico Mazanto civi optimo
Feanciscus Mazantus Canonicus Veron.
& Featres Patri B. M. & sibi
P.

Ludovici temporibus vixit egreglus vir Adamus Fumanus Canonicus Veronensis utraque lingua disertissimus, orator insignis, ac poeticæ artis peritissimus, cujus laudes non tacuit Panvinius.

45 Raphinus Campanea Joris Doctor, vir pietate, litteris, & eruditione longe clarissimus subrogatur Ludovico an. 1567. excessit ann. 1586. Jacet in Cathedrali ante arem B. Meriæ Virginis, hoc epitaphio à Camillo nepote, & ea in digoitate successore posito.

Raphino Campanea Archipresbytero Camillus ex fratre nepos in dignitate successor sibi V. F. M. D. LXXXVI.

46 Camiilus Campauea I. V. D. snccessit anno 1586. Iogens tum corporis, tum eoimi virtus, quæ in Camillo triginta octo sui Archipreshyteratus annis præsulsit, omnihus admirationi fnit. Nemo enim eo, vel immunitatis, vel jostitiæ officia, sedulo megis impeudit; noilus divini cultus, rituumque ecclesiesticorum studiosior extitit. Vir siquidem venustæ proceritatis, eximiæ prudentiæ, pari auctoritate cum amore conjnncta, apud omnes sibi conciliabat gratiam. Canonicorum porro collegiom eidem plurimnm se deberi oportet, cum incredibili pene ardore, vitæque suæ nonnumquam discrimine, rem, digoitatemque ipsius viriliter, ac frequenter totetus fuerit. De Cathedrali Ecclesia optime meritum oemo est qui non noverit, cujns administros ooi versos, singulari soa diligentia io officio continebat, sique ipse sacris astaret, vel operaretur, præclarum sese exempler

A præbuit, unde ceremonias, ritusque Ecclesiæ rite, & perbelle agendi oormam quisquis consequi posset. Obiit tantus vir anno 1624. die 24. Jaouarii; nec sine lachrymis in Cathedrali tumulatur.



B 47 Cozza Cottlus Juris utriusque Doctor, Prothonotarius Apostolicus, Camillo defuncto ex coadjutore successit anno 1624. Vir ed unguem factus, ingenii candoris forma, omniumque scientiarum genere, & nobilitate clarus, dignitatem Archipreshyteratus perbelle hactenus administrat. Natns est Veronæ é Cottia nobilissima gente, quæ olim apud priscos Romanos clarissima Cottias alpes tenuit, cujus proceres Cozzæ postea dicli, Viccotiam primom, deio Veronam traducti à Gherandino nobilissimo milite Cozzæ filio anno 1297. eas orbes præstentissimis omni ævo viris exornarunt. Enumerent alii Cozzæ nostri avorum inclyta facta; referant cæteri quibus opihus, qua potentia, quibusqne iogenuarum familiarum affinitatihus, suum ad hæc usque tempora avitum splendorem servarunt: hic tantum ego ne iograti eoimi vitio laborasse videar, ejus nonnullas virtutes libabo ut aliis exemplo sint: cujus eximiæ eruditioni, & antiquerum rerum Ecclesiasticarum peritiæ, mulC tum debere profiteor, quarum cognitione ille tam servido amore captus, assiduo studio, ac labore, ita Patriæ, & Veroneosis Ecclesiæ vetusta, ac pœne exesa, & in tenebris delitesceotia monomenta perlustravit, ut nec miuimum quidem, sive antiquum, sive recens prætererit ullum, quod propriis non usurpaverit oculis, excerpseritque, mihique Romam transmiserit ad Ecclesiæ Veronensis, ac Patriæ decus, nostrumque de hac nobilissima Ecclesie qualecumque exornandum laborem. Debebit ei Patria, cujus diligeotia, & amore Veroneuses antiquitates Onuphrii Panvinii hactenus sepultæ jam publici juris factæ, teruntur à doctis. Laudabit posteritas essiduam ejus, ec pene incomparahilem animi fortitudinem, qua sua, Canonicorumque Veronensium vetera iura illibata conservaverit. Extollent prudeotiam, qua bis, & semel Episcopali sede vacante, cum esset Propootifex in illo diræ luis funesto tempore, egregiè demandatum sibi munus adimpleverit. Hinc D omoium Canonicorum consensione dignus est habitus, ut Venetiarum Principi proponeretur inter quatuor summæ existimetionis viros Pontifici Maximo nominandos ad locum Romanæ Rotæ opplendum, quem Joannes Coccinus cum hujus mundi usure reliquerat. Coccino successit, ex Urbani VIII. delectu, Georgius Cornelius Federici Card. nepos: Cozza vero sortis snæ contentus pergit in dies arcena subliminm rerum inquirere, eruditorumque hominum adjuvare industriam, quorum scriptis merito laudatus, apud suos, exterosque viros megnum sibi conciliavit nomen, & gratiam, ut merito in eum luserit amicus, *Propontifex nanc Veronæ est, Pontifex Orbi foret, nascentem si pro Athesi Tiberis abluisset.*

* Cæterum Cozza annos agens septuaginta, menses octo, dies decem & septem, ex hec mortali vita discessit, 16. Kalen. Septemb. 1636. lo cathedrali collachrymantibus cunctis humatus est;

* Vz Append. t.p.

lau.

laudatus funebri oratione à Jacobo Zacchia viro clariss. Antonium Cozzam nepotem hæredem instituit, Canonicorumque Capitulo argenteam suam supellectilem legavit, suoque cœnotaphio hæc excidenda curavit.

Cozza Cozzius I. V. D. Archipresb. Veron. & Vic. Cap. II. mortem propiaquam vitam beatam expectuas V. F. Anno . . .

Cujus Epicedium ab omnibus celebratum studiosis per Carolum Libardum Canonicorum Collegii Cancellarium, virum eruditum collectum, publicique juris factum. Hic vero inter cætera Octavii Ferrarii Equitis eruditissimi, Patavii humanarum litterarum professoris Primarii subter marmoreo ejus tumulo excidendum epitaphium proferimus.

H. S. E.

Cozzius cognominis Cozzi Archiprebyter atque iater pontificio iterum Proepiscopus magnitudiae naimi, solertia, vitaque per omnes actus, & facundia admirabili muneris majestate, tantæque gloriæ, & Avorum titulis par, nec in hocce modo atque ocalis civium magnus, sed intus, domique omni litteratura, & indefesso patriæ antiquitatis studio, cultuque ingeniorum præstantior, ut septuagenarii mors acerba omnibus vita, solaque immortalitatis fide viri desideriam lenitum sit. Antonius Cozzius patruo incomparabili P. Anno MDCLVII.

48 Octavianus Peregrinus, Veronensis comes, ab Alexandro VII. Pontif. Max. Kalen. Octob. 1657. Cozzæ successor deligitur in Archipresbyteratu Ecclesiæ cathedralis, vir omni laude dignissimus, litteris clarus, morum & genere illustris.

(„ *Decessit Peregrinus an. 1664.*

„ 49 *Felix Saybantus, nobilis Veronen. J. V. D. electus est die 2. Maji 1664. Obiit 1670.*

„ 50 *Bartholomæus Cozza ex nepote pronepos Cozzæ superioris, I. V. D. & Protbonotarius Apostolicus, deinde successit 23. Julii 1670. defunctus mense Octobri 1674.*

„ 51 *Antonius Maphæus, Veronensis Comes, ex pervetustæ nobilitatis familia, I. V. D. ad hanc dignitatem evectus est 8. Idus Februarii 1674. qui in suis ultimis tabulis capitalam opulenti legato pro residentia mutuitam est prosecutus. Sibi auctoritate Apostolica cum futura successione coadjutorem deputavit Co. Petrum Franciscum Clodium, I. V. D. 21. Decembris 1691. ex Theologo Præbendario. Maphæus verò die 11. Novembris 1708. viam mortalitatis adimplevit.*

„ 52 *Co. Petrus Franciscus Clodius ex Coadjutore Archipresbyter evasit 11. Novembris 1708. qui pariter in Coadjutorem cum spe futuræ successionis adscivit Jo. Franciscum Muselli I. V. D. anno 1718. octavo Kal. Febr. prout in literis Apostolicis.)*

VICENTINI
EPISCOPI.



Vicentia, seu Vincetia, a mediterranea est Venetæ regionis nobilis civitas in Marchia Tarvisina, quadraginta mill. passuum intervallo à mari distans, ad radices Berici collis sita, priscis memorata scriptoribus Tacito, Plinio, Antonino, Ptolomæo, Justino ad confluentem duorum amnium Tessini, & Medoaci minoris, illum Deronem, hunc Bacchilonem indigenæ appellant, & uterque in Brentam, hoc est majorem Medoacum, evolvitur. Hæc conditores habuit Hetruscos, quam citra Apenainum unam ex duodecim civitatibus ab ipsis exædificatam dicunt. Traxit autem Vicentiæ, vel Vincetiæ nomen, vel à victoribus populis, vel ab iis, qui Vici dicebantur, cum coeuntes in unum civitatem illam instituerent; unde Galasius;

a Al. Vicentia, Vicetia, seu

Vicentia vulgo Vicenza.

Hæc Senones dixisse hæc nomina nostris,
Antea Vicanus fama vetusta canit.

Gallos igitur Senones eam diu tenuisse fama est, illamque muris, aggeribusque munitam Romanis opposuisse, ut ille.

Hic tantum Galli victricia bella gerentes
In veteri Vico mœnia parva locant;
Quo se reciperent: si bella adversa fuisset
Fortuna, & Latio gallica terga darent.
Hinc rem Romanam, Latiamq; lacessere temptant;
Seu mare, seu terris bella gerenda forent.
Hæcque Romanas ad mœnia vertere prædas;
Hicque promeritis præmia digna viris.
Post victos hostes, libertatemq; receptam
Hæc Vicentinis nomina dicta viris.
Hac dicta sunt terræ præclare nomina nostræ.
Hinc Vicentini nomina clara tenent.

Hetruscis pulsis, & post eos Gallis, longo deinde temporum decursu eam tenuerunt Romani, quorum florentem fortunam fidelissime secuta est, usque ad barbaros, qui devastarunt Italiam. Illam sævus Attila Rex potentissimus vastavit; ac depopulatus est, ut scribit Paulus Diaconus: unde plurimi Vicentini ad Venetas confugerunt insulas, insidentesque progenuerunt incolæ ipsi Venetos nobiles Grimanos, Aymos, Gradonicos. Restaurata paruit Ostrogothis, Longobardis, ac Germanis. Longobardicis quidem temporibus Alabim Vicentinorum Ducem fuisse, idem memorat Paulus Diaconus. Longobardis exactis, quos cum Carolus Magnus fregisset, Gallorum fasces venerata est, ac deinde Cæsarum Germanorum coacta est parere imperio: quibus civitates Italiæ lacessentibus, Tarvisini, fœdere icto cum cæteris urbibus Longobardicis, libertatem sub annuis magistratibus diu tutati sunt, & in pace Constantiæ à parte Lombardorum stetit. Verum anno Domini 1236. à Federico II. Imp. Vicentina urbs per dolum in deditionem accepta, direpta, atque incensa est. Hinc, sævissimi Ezellini à Romano, Scaligerorum Veronensium, ac Vicecomitum Mediolani Ducum tyrannici Imperii pertæsi Vicentini, tandem hortatu Catharinæ Galeatii Mediolani Ducis uxoris, primi omnium Venetæ regionis populorum urbem suam Veneto Senatui regendam tradiderunt anno 1404. ut ad finitimos brevi propagato exemplo, civilibus clarissimarum urbium discordiis, modus tandem aliquis immortalii Veneti Senatus sapientia imponeretur. Cæterum Vicentini vel hoc maxime gloriari jure possunt, quod Veneto imperio in terra Italiæ propagando viam primi aperuerunt: sub quo hoc tempore tranquillissime agunt, longaque pace cuncta refovente quiescunt. Urbs magnifice laxata, & ampliata, quam tutissimam, & pulcherrimam Veneti reddiderunt. Est scorpioni similis, longitudine multo amplior quam latitudine, ab Ortu se incurvans, sinu laxato, duo brachia pandit alterum sinistra, qua Patavium itur, alterum dextra, qua ad montem ascenditur, media inde urbe se quasi in ventrem colligit, & Occasum versus se attenuans extra portam arcis alterius ad ædem Felicianam se usque inflectendo in caudam desinit, montis & planiciei ita particeps, ut mons planiciei impedimento non sit, neque planicies montis oblectamento omnino careat. Duplici murorum corona, qua cin-

gitur,

gitus, pluribus arcibus olim munitissima erat. Octo sunt portæ per ambitum; dividiturque io xv. regiones, in multa compita, & complures vicos. Macella publica quatuor, sex itidem sunt urbi fora; Annonæ, scilicet, boarium, olitorium, piscarium, curiæ Episcopalis, & nobilium vere magnificum, in quo domus Prætoria sita est plumbo recta, portica, scalis, statuis ornata, sine aliquo fulcimento columnarum, tignorumva suffulta, turris sua fragilitate, & proceritate nobilis, columna marmorea, ædes pulchræ ad mutuandam pecuniam pauperibus erectæ cum sacello, & divum Tutelarium signis non parum foro majestatem addunt. Palatia multa adeo sumptuosa, quæ vel magnorum Principum hospitia non indigna esse possunt. Olim inter Bergicum suburbium, & Eretenum flumen, prope domum nobilium familiæ Gualdæ, theatrum habuit Vicentia, in quo Pipino Gallorum, & Desiderio Longobardorum regibus publici ludi facti sunt. Nec procul palatium stetit imperiale, ubi Honorius Imp. tulit legem, *Dadum c. de contr. empt.* Extat Vicentiæ theatrum nobilissimum ab Academicis Olympiacis diu ædificatum, in cujus xiv. gradibus, & orchestra plus tria millia commode sedent. In eodem excipiuntur Principes, & urbis Prætores, orationesq; habentur ab Academicis, recitaoturque carmina cum magno hominum concursu. In fronte scenæ talis est inscriptio.

Olympiacorum Academia theatrum hoc a fundamentis erexit anno M.D.LXXXIV.

a 70. millia. Hominum in hac orbe plora censentur millia x; ingenii, morum, ritus, potentiæ, splendoris domi, forisque clarissimi demirantur Vicentioi cives Nobiles familias habet Vicentia CC. quibus MDC. in censu esse fama est. Tria in ea civitate numerantur collegia, Physicorum, Jurisconsultorum, & Tabellionum. Ex more consilio LXXX virorum gubernatur. Habet & aliud Consilium D. virorum, quod ter in aono cogitur, ut Magistratus, servosque publicos sortiantur. Decem viri ex Patritiis, quos deputatos appellant, rebus publicis curandis præsunt. Consules xii. a quibus non est appellatio, pro mortis processibus formandis, caosisque omnibus capitalibus judicandis creaotur, quod nullæ aliæ noo liberæ civitati in Italia conceditur. Præfecturis xi. quas Vicariatus vocant, potitur Vicentia, quo ad jus dicendum Primates mittontur. Multi in hac urbe sunt judices Oppidani, præcipuus autem onus, ad quem non solum a Pedaneis judicibus, verum etiam (qua dignitate carent reliquæ in continenti omnes urbes Venetorum) à Prætoris Vicario litigantes provocare solent. Prætorem, Præfectum, & Camerarium tres nobiles Venetos pro Repub. agnovit, illisque obsequitur inviolata fide. Et hæc ex aliis de origine, nomine, progressu, ac politico hujus urbis statu dixise sufficiat; quibus omnibus est addenda marmorea inscriptio, quam prope forum frumentarium repertam, decem viri in Prætorio palatio, ac loco conspicuo reposueront anno 1586.

IMP. CÆS.
M. ANTONINO
GORDIANO PIO
FEL. AUG. PP. COS. II.
PROCOS. TRIBUN.
POTEST. V. PONT.
MAXIMO
RESPUBLICA
EX LIBERALITATE
MATIDIARUM
D. D.

Cæterum quod ad institutum nostrum attinet, S. Prosdocimo prædicante sanior conjectura est, post Aquilejam, sacro fonte Vicentiam fuisse lustratam, propriumque habuisse Pastorem, etsi per multa secula Præsulom Vicentinorum nomina ob iooundationem barbarorum, bellorumque discrimina interciderint. Episcopus Vicentinus Aquilejensi Patriarchæ est suffraganeus jam inde à sua institutiooe, à Regibus Longobardis, Pontificibus, Imperatoribusq; amplissimis privilegiis, ac prærogativis suffultus, & exornatus (1), quippe qui Ducis, Principis, Marchionis, ac Comitis titulo civitatis, cum utriusque gladii potestate insigniretur. Torrigius Episcopus anno Domini 1112. orbis imperium habebat, multosque cives ei advarsantes ex ea expulit, ipseque, dissidente populo, ad Brendalarum arcem exulavit. Diœcesim populo industrio frequentissimam habet, & amplam, in qua continentur Parochiales ecclesiæ præter Cathedralem 191. Virorum cœnobia diversorum Ordinum plura, & in his Abbatiæ duæ; altera S. Petri de Villa nova Ord. S. Benedicti, altera SS. Felicis, & Fortunati in suburbano. Sanctimonialium septa quinque. Ejus ac Vicentini territorii latitudo est millium passuum xxx. & ab Orientis parte Bassaoensibus, & Patavinis, ab Occidente Veronensibus terminatur; longitudo vero ad passuum millia Lxx. Quo ad Atestinos, & Mantuanenses procedit, ab Aquilonis parte montes altissimos Italiam à Germania dividentes terminos habet; sunt ab Australi colles Euganai, & ab Orientali plaga patet io planitie. Hominum in ea millia centum, & triginta censebantur. In territorio oppida florentissima, pagi populosi, viri frequentes, villæ in oppidorum modum ædificatæ, quæ omnia numero sunt 222. In eo item quatuordecim flumina, partim magna, partim parva, fluunt, io quorum ripis molæ feræ, pristina chartacea, machinæque aliæ multæ. Lacus ager ipse tenet quinque, in quibus omnibus marenarum fluatilium, tructarum, ranarum, thymalorum, mugilum, pisciumque aliorum copiosa piscatio. Verum anguillæ Ereteni amnis totius Italiæ optimæ sunt, ut testatur Aelianus. Ager hujus diœcesis ac territorii Vicentini frumenti, olei & frugum omnium ferax est, vineis etiam, & pomariis consitus, io quibus vero frequentissimis nemoribus arborum, quos moros vocant, quorum folia sericis vermiculis alendis idonea. Unde non exiguus civibus proventus existit, quamvis non omnino sericum probetur, quod vermiculi conficiunt mori candidioris foliis nutriti, cum contra folia mori nigri magis laudentur. Vinum gignit generosissimum Vicentinus ager, cæteraque omnia ad humanum genus pernecessaria, ut proverbio jure dicatur, *Vicentiam hortum esse, ac viridarium Venetæ urbis*. His dotibus, aliisque innumeris præditus est Vicentinus ager, ac diœcesis, qui insuper calidis irrigatur fontibus, unde ægris facile reparetur. Medicas fundit herbas, succos edit, liquores alit, sapores elargitur. Habent Recubarii montes Tridentum versus argenti fodinas, & molarum lapides, præter metalla varia diversarum lapidum, pretiosique marmoris genera. In Sumano monte argenti quoque & hydrargyri venæ, æris, ferri, & plumbi metalla fodiuntur. Hæc in diœcesi. Episcopatus vero census amplissimus est cum octo, & amplius millium scutatorum Venetorum summam excedat, quamobrem in libris cancellariæ Apostolicæ mille floren. ejus taxa habeatur. Cathedralis Vicentina decentissima est, sub invocatione Beatissimæ Mariæ Virginis, sanctorum Martyrum Carpophori, & Leontii corporibus veneranda, quæ duabus dignitatibus fulget, Archidiaconatus scilicet, & Archipresbyteratus cum duodecim Canonicis, 34. Capellanis, alioque promiscuo clero, in quibus sunt, qui præbendis Theologali, ac Pœnitantiali potiuntur, postremo clerici seminarii alumni 40. Seminarium vero duplex est, alterum clausum, cujus alumni sexdecim; alterum apertum, ubi viginti quatuor clerici in propriis domibus alioquin manentes moribus, literis, & cantu ecclesiastico erudiuntur. In civitate præter Cathedralam, in qua animarum curam quatuor mansionarii exercent,

(1) Hodie quoque Vicentinus Episcopus in solemniis Dominicæ Resurrectionis, & Pentecostes tribus singulis festivis eorum diebus, purpura induitur more S. R. E. Cardinalium, capitis tantum excepto operimento, quo vestium genere utitur etiam in festo Nativitatis D. N. J. C.

cent, sunt Parochiales ecclesiæ tredecim, virorum cœnobia diversorum ordinum XVIS. Monialium
a XIV. XISa domus item mulierum pœnitentium, nec non aliæ quædam domus mulierum laicarum sub Episcopi obedientia cœnobitice viventium, quæ Dimissæ nuncupantur: Presbyterorum reformatorum III. Xenodochia opulenta XI. Pietatis mons centum scutatorum millium sortem, & eo amplius habet. Laicorum sodalitates plures sunt. Magnum denique pietatis opus, ac in tota Italia singulare, in hac religiosissima urbe reperitur. Etenim sub D. Hieronymo tutelari sunt laici plerique mortificationi, & aliis piis exercitiis assidui in domibus propriis viventes, & liberi, quorum a I I. qualibet anni hebdomada omnes infirmos, pauperes, egenos Vicentiæ vicatim, viritimque semel invisunt, verbis solantur, & cibis, & ut Christianæ religionis sacramenta recipiant, incumbunt. Nullus est mercator, civis, aut nobilis, quem ipsi non rogent, nullum aperitur ostium, ante cujus fores non sistant eleemosynam flagitantes; & hæc assidua cura Laa. homines ad summum, amore Dei afficit. Unde nemo Vicentinorum, cum infirmitate oneratur, debet necessariorum desperatione occupari. Prope suburbium visitur templum SS. Felicis, & Fortunati Martyrum, civiumque Vicentinorum, monachorum D. Benedicti Abbatia, ubi sacrarium pulcherrimis marmoreis Græce concinnatis incrustatum mirabiliter oblectat oculos. In eadem diœcesi altera Abbatia est ejusdem ordinis ditissimi census de Villa nova. Extra portam Berici montis extat Deiparæ Virginis nobile templum in colle amenissimo positum, in cujus ascensus principio arcum extruxit ea marmore superbissimum Jacobus Bragadenus urbis Præfectus, cui Franciscus Bernardinus Saracenus Vicentinus civis, longissimas pulcherimasque scalas eodem marmore illustravit. Via reliqua ad templum usque lapidibus strata. Horum operum duobus solidis lapidibus, altero ad arcus, altero ad scalarum summitatem litteris in hanc sententiam excisis, memoria posteris prodita est.

Deiparæ Virgini Bericæ Montis Jacobus Bragadeno Ambros. F. Præf. religionis & urbis amantiss D. M. D. XCV. Franciscus Bernardinus Saracenus Scalas fecit ex stipe publice privatimq. collecta & viam reliquam ad Mariæ templum usque silicee promovit CIↃ. IↃC. Hospes si properas paululum sistito, urbis, collium, fluminum, agrorum, Alpium aspectu laborem lenito abi. perge pias Dei Matrem Virginem salutato. Stratæ viæ commodum ::s pecibus rependito.

Sumanus mons ad a v. Vicentiæ lapidem, tribusque millibus passuum amplius in cacumen elatus patet ascensus, non minus amœnitate, quam prisca religione clarus, qua antiquitus fuit, ubi Idoli cujusdam phano destructo, B. Prosdocimus Episcopus templum B. Mariæ Virginis clarum miraculis exædificavit, summa religione colitur.

Suo natali Vicentiam decorarunt viri sanctitate, literis, ac bellica arte illustres plures, quibus paucos hic recensebimus. Nati memorantur in hac urbe SS. Felix, & Fortunatus fratres, Leontius, & Carpophorus pro Christo Martyres sub Maximiano, SS Euphemia, & Innocentia Martyres, Donatus, & Solonus fratres, qui Diocletiano Imper. palmam sumpserunt martyrii, S. Florianus in eadem persecutione cum Florentio, aliisque sanctis martyrio coronatus. Vicentinus fuit B. Joannes Ord. Præd. qui verbo, & exemplo potens multas Italiæ urbes ad Christianę vitæ imitationem revocavit. Vicentinus etiam fuit B. Isnardus ejusdem Ordinis cœnobita, cujus sanctitas in ejusdem Ordin. annalibus commendatur. Hic in æde Dominicanorum famosissima religiose asservatur, & quotannis solemniter per urbem defertur una ex spinis Coronæ summi Regis Christi, quam à sancto Ludovico Francorum Rege acceptam B. Bartholomæus civis, & Episcopus Vicentinus, ex eodem Dominicano Ordine assumptus, una cum pluviali purpureo auratis variegatum gallis, quod antea ipsius Regis amictus fuerat, adduxit. His annumerandus est B. Cajetanus Thieneus, unus ex institutoribus Patrum Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant, nuper inter Beatos relatus *b*. b A Clemente X. inter Sanctos adscriptus. Alios viros, & plurimos sanctitate insignes, qui Vicentiam illustrarunt, recenset Franciscus Barbaranus Capuccinus in Historia Ecclesiastica hujus urbis. Viceotini fuerunt literis præstantes viri, Palemon vir doctissimus, cujus Eusebius mentionem facit, Omnibonus Rhetor celeberrimus, Gallus Poeta Augusti tempore, Antonius, & Bugamontes Lusci, Cajetanus, & Ferrantes Thienei, quorum alter philosophia, alter legibus in Gymnasio Patavino claruit. Leonardus Portus, qui pondera, & mensuras Romanas adhuc incognitas aperuit in lucem: Joannes Georgius Trissinus; Hieronymus Gualdus literis præstans humanioribus; Fracaxaous, Montius, Massaria medici; Julius Barbaranus I c. & promptuarij omnium scientiarum auctor; Palladius quoque in Architectura primarius nostri temporis, numquam priscis inferior. Vicentini armorum tractatione clari fuerunt Aulus Cecinna Germanici Cæsaris in Germania Legatus, qui Cheruscis in Germania fugatis, Marsis prælio victis, quadragesimo stipendij castrensis anno dux longe clarissimus, ob res cum Germanico gestas insignia triumphalia à Tiberio meruit, ut Tacitus scribit. Perideus, & Vestari duces Longobardi, Joannes Travertus, Juannes Clericatus, Leonardus Trissinus, Ludovicus & Octavius Thienei. Petrus Franciscus, & Hyppolitus Porti, & Joannes Thieneus olim Brutiorum proRex. De hac civitate scripsere Jacobus Marzarius, Palearinus, Castellinus, Leander Albertus, Pilonus, recentiores. Marzarius autem non modo de origine scribit, sed etiam de viris Illustribus, qui Vicentiæ in omni memoria prodiere. Illum si consulat lector, plane intelliget Vicentiam de nobilitate, sive generis, sive ingeniorum nulli alteri Italiæ civitati concedere. Urbem, agrum, ac territorium summatim, & perbelle descripsit Andreas Scotus in itinerario Italiæ, à quo pleraque, quæ supra de hac urbe retulimus, excerpsimus. Verum huc usque nullum scriptorem reperimus, qui ex professo de hujus Ecclesiæ Præsulibus Annales confecerit, quos modo compulimus in seriem, vel ex paucis monumentis hujus Ecclesiæ, quæ nobis scribentibus suppeditavit nobilis vir, & omnimoda eruditione clarus Aloysius Trissinus Cathedralis Archidiaconus, cætera sparsim vagantia expiscati sumus vel ex aliis scriptoribus, vel ex monumentis Vaticanis ex fide deprompsimus. Quamobrem haud miraberis lector, si ex tanta rerum, temporumque caligine hæc series nobilissimæ Ecclesiæ plerumque elumbis, interrupta, ac jejuna prodibit. [„ *Denique de hac urbe* „ *silendum non est, eam delectam jam primo fuisse* „ *ad illud generale Concilium celebrandam, quod* „ *Paulus III. meditatus fuerat, cujus nomine ad* „ *illud Legatus jam accedebat Card. Jacobus Simonetta cum Brundusino & Campegio, sed Tridentum translatum deinde fuit, tanquam exteris ab* „ *Italia nationibus commodiorem in locum.*)

I. 1 S. PROSDOCIMUS primus recensetur Episcopus Vicentinus, cum eam urbem ad Christi fidem perduxisset anno Christi 48 postquam Aquilejam, Patavium, aliasque urbes Evangelij luce illustrasset. Fertur anno 77. in monte Sumano non longe à Vicentia Ecclesiam B. Mariæ Virginis ab eo extructam, ubi olim phanum Summano Idolo sacrum Vicentini erexerant. Excessit S. Prosdocimus anno salutis 141 ætatis suæ anno decimo quarto supra centesimum, de quo alibi.

II. 2 S. LEONTIUS Episcopus, & Martyr anno 141. quem Vicentini colunt die 16. Novembris, cujus Corpus Metim in Lotharingia translatum à

A S. Theodorico anno 963. Sigibertus in chronic. scribit, de quo Petrus de Natalibus lib. 11. & Baron. tom. 10. anno 969.

III. 3. ZACCHARIAS vixit anno 167. post quem multi desiderantur Episcopi.

IV. 4. THEODORVS anno 328. quem tabulæ hujus Ecclesiæ sanctum vocant; & obiisse referunt anno 382. præsulatus sui anno 54.

V. 5. S. APOLLONIVS *a* anno 389. de quo in Martyrol. Romanum 19. Martii, non tamen exprimitur, cujus civitatis Episcopus fuerit; in tabulis Vicentinis pro Vicentino Episcopo recensetur. Alii post hunc etiam recensent S. Leontium, de quo Martyrol. Romanum eodem die 19. Martii.

a De quo Acta m. Martii t. 3. pag. 18.

VI. 6. HENRICUS anno 580. temporibus Eliæ Aquilejensis Patriarchæ vixit, cum quo communicare renuit, nec ad Provinciale Concilium vocatus accessit, ne particeps ejus erroris videretur.

VII. B 7. HORONTIVS anno 590. apud Paulum Diac. & Petrum de Natalibus titulo beatitatis insignitur, tametsi apud Baronium inter schismaticos Episcopos Severi Patriarchæ Aquileiensis asseclas adnumeretur. Ejus memoria habetur Vicentiæ die 3. Iunii.

VIII. 8. ATALDUS anno 616. quem aiunt ex Comitibus Montis belli fuisse, de quo tamen nullam in tabulis mentionem reperi.

IX. 9. ZACCHARIAS in Concil. Romano sub Agathone Papa anno 680. vocatur Episcopus Sabronensis, melius Sablonensis, quod fuit oppidum Vicentino Episcopatui obnoxium, ut infra dicemus.

X. 10. PETRUS hujus nominis primus anno 701.

XI. „ [REGINALDVS *interfuit anno 814. consecrationis Ecclesiæ Veronensis S. Georgii factæ per Maxentium Patriarcham Aquileiensem, ut in Veronensibus dictum est.*)

XII. 11. FRANCONIVS Concilio Mantuano interfuit anno 813. (1) apud Donesmundum Hist. Mantu. par. pr. C

XIII. 12. STEPHANUS anno 848.

XIV. 13. SICARDVS, vel Aicardus, sive Eicardus Vicentinis præfuit anno 872. Hunc Judicem constituit Joannes Papa VIII. cum Victore Episcopo Ferrariensi, & Egilulpho Mantuan. Joan. Bononien in ea causa, quæ perplexe vertebat inter Episcopos Veronensem Adelardum, & Tridentinum Adelehisium anno 881. de qua re Sigonius lib. 1. de Regno Italiæ.

XV. 14. * VITALIS Episcopus Vicentinus florebat anno 905 sub Berengario Rege, cujus erat Archicancellarius, & Consiliarius, quem ab oblivione vendicavit unicum Berengarii diploma concessum monasterio S. Zenonis Veronensis. Exemplar ab authographo olim mihi transmisit bon. memoriæ Cozza Cozzius Archipresbyter Veronensis, tenoris sequentis.


* Ex App. tom. 7.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni.

D *Berengarius divina favente clementia Rex.*

Quia antecessorum Imperatorum scilicet, atque Regum morem fuisse comperimus, Ecclesiarum res sua protectione tueri, atque augere, idcirco notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque præsentibus scilicet, & futuris, qualiter Vitalis venerabilis Episcopus sanctæ Vicentinæ Ecclesiæ dilectus Consiliarius noster nostram adiens clementiam petiit, quatenus pro amore Dei, sanctique Confessoris, atque pontificis Zenonis, res quasdam, & censum jam ab antecessore nostro divæ memoriæ Karolo Imperatore, & consobrino nostro sancto venerabile cœnobio ejusdem S. Zenonis concessas nostro iterum confirmaremus præcepto. Nos itaque justam, & ratam ipsius postulationem perspicientes, Eccl. sancti martyris, & Confessoris, atque Pontificis Zenonis nos præcibus, & intercessione juvari, atque

A *tueri confidentes; hoc nostræ auctoritatis præcepto res easdem, idest castellum in Lacesi, vulgo Larise cum omnib. pertinentiis suis, cum reditu liberorum hominum, seu & res eidem jam dicto monasterio S. Zenonis ab Anselmo comite quondam delatas, idest hortum in civitate Veronæ cum areis suis in circuitu, & alias res tam in civitate Veronæ, quam extra singulis locis, seu & res in Runco ab Omni petro quodam presbytero supranominato cœnobio delegatas, & hortellum unum infra civitatem Veronæ à quodam Ingelfredo donatum eidem S. Zenonis monasterio ad Monachorum inibi Domino famulantium sustentationem secundum antecessoris nostri Caroli præceptum concedimus, & confirmamus, ac in perpetuum stabilitum censemus, ut nullo umquam tempore marchio, comes, aut gastaldius, vel quilibet Reipublicæ minister, sive exactor de his omnibus suprataxatis in aliquo se intromittere habeat facultatem, ob hoc videlicet, ut non solum isti, qui modo ibi præsentialiter degunt, verum etiam qui post* B *eos ad ipsum confluentes locum venturi libere, ac voluntariè pro longævitate, atque stabilitate Regni nostri, sempiternoque nostræ animæ remedio, seu conjugis nostræ potenti Domino preces continuas persolvant. Contra quod nostræ donationis, seu confirmationis præceptum, si quis insurgere, aut infringere, ex parte, vel ex toto voluerit, sciat se compositurum triginta libras auri obrizi, medietatem cameræ palatii nostri, & medietatem jam dicto sancto Cœnobio, si ei fuerit aliqua contrarietatis violentia, vel adversitas illata. Et ut hoc certissimè credatur, atque ab omnibus probabiliter, & inevitabiliter observetur, manu propria confirmantes anulo nostro subter jussimus sigillari.*

Signum Domini  *clarissimi Regis Berengarii* C

Tuidebertus Not. ad vicem Vitalis Episcopi Archicancellarii recognovi & signavi.

Sigilli † Locus.

Data 10. Kal. Septemb. anno Incarnationis Domini nostri Iesu Christi 901. anno vero Dom. Berengarii gloriosissimi Regis 14. Indict. 4. Actum Veronæ in Dei nomine feliciter. Amen.

15 MANASSES Arelatensis Archiepiscopus hanc rexit Ecclesiam, vel administravit anno 926. XVI.

[„ GIRALDUS *Vicentinus Episcopus interfuisse dicitur consecrationi Cathedralis Parentinæ post an. 961. Vide supra in Parentinis.*] XVII.

16 RODULPHUS. Hic Cœnobium SS. Felicis, & Fortunati pene deformatum restituit, eidemque attribuit SS. Viti, & Modesti monasterium, D ecclesiam S. Petri de Viccarolo, pluraque bona eidem dono dedit anno 975. ut insequenti documento notantur, cujus exemplar eruit ex Archivio ejusdem monasterii Cornelius Margarinus Romanus Casinensis Monachus vir eruditus, & antiquarum rerum diligens indagator. XVIII

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi 975. Indictione 3. Imperante Dom. Othone II. filio quondam magni Othonis anno Imperii X. Ego in Dei omnipotentis nomine Rodulphus S. Vicentinæ Ecclesiæ Episcopus, cum legamus Apostolum post enumerationem multorum, quos pro Christo pertulit laborum, dixisse, omnia illa esse exteriora, quę perpessus est ad comparationem sollicitudinis, quā de omnibus habebat Ecclesiis, Infelicissimos, & miserrimos existere credimus, qui eandem curam habere contem-

nant,

(1) Verus hujus Concilii annus fuit 826. in cujus nonnullis exemplaribus Vicentinus Episcopus *Francarius* legitur. Vide Ughellum in tom. 1. in serie Mantuanorum: ubi pro 828. 826. repone.

Garimberto Archidiacono d. comparatione per chartulam venditionis pro accepto pretio da Maginardo filio q. Ruberti de civitate Placentia ante hos dies advenit, sito in dicto castro in comitatu Vicentino in loco, & fun. Sablonæ cum omnem domum cultile, cum caselis, massaritiis, & omnibus rebus ad ipso castro pertinentibus, &c. pro accepto pretio de Benedicto prethytera, & filius q. Georgio ante hos dies advenit siti sunt ipsis casis, & rebus in comitatu monte Selicano in locos, & fundas ubi Brayda de Ardemano dicitur, &c.]

Tenuit Ambrosius castrum Sabloni ad annum usque 991. (1) quo idem vendidit Iuganio Vincardi filio de Parma, Iunganii filius Cadolo, deinceps Cadolus Parmensis Episcopus, qui Pseudopontifex fuit, diuque Ecclesiam vexavit Romanam, Gregorio VII. legitimo Pont. dono dedit, tradiditque cœnobio S. Georgii prope Athesim flumen apud Veronam ædificato, ut supra in Veronen. Episcopis narravimus. Porro Ambrosii venditio in veteri documento ita legitur.

In nomine Domini Dei æterni Salvatoris nostri Iesu Christi.

Otho Dei gratia Imperator Augustus anno Imperii, & Regni ejus Deo propitio in Italia septimo 13. Kal. Februarii Indict. 14. feliciter. Constat me Ambrosio Vicentinæ Ecclesiæ Præsule vendidissem, ut ita vendimus tradidissem, & ita tradidit tibi Ingonio filius q. Vincardi à die præsenti, & hora ad . . . . proprietatem ad habendum. id est integrum castro Sablono, qui positus est intra fines Vicentinos, cum omnibus rebus ab ipso pertinentibus, quem habere, & possidere visus sum, & tam infra castro, quam qui, & de foris ibidem circumcirca, & qui inter eisdem fines fuere pro singulis locis, &c. quæ mihi de prænominatis castro legibus pertinere debere vigore legitimæ acquisitionis per me factæ pro accepto pretio a Domino Garimberto Veronensis Ecclesiæ Archidiacono, ut apparet per chartulam venditionis manu conscripta Lucefredi Not. &c.]

XX 18. HIERONYMUS Othonis III. Imper. vixit temporibus; a quo anno salutis 1000. exemptiones super omnibus sui Episcopii castellis peculiari privilegio obtinuit, recepitque ab eodem vetustum theatrum ad Bergam fluvium positum perpetuo possidendum. Privilegii exemplar contulit nobis eruditus, nobilisque Sylvius Trissinus Vicentinæ Ecclesiæ Archidiaconus, quod hic exscribere non pigebit.

a Hujus memoria in documento an. 1001. relato à Muratorio in Antiq. Esten. p. 125

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho III. secundum voluntatem Jesu Christi Domini nostri Romanorum Imperator Augustus. Si Ecclesiarum Dei curam gerimus, easque diligenter studuerimus dilatare, nostri imperii statum augmentari minime dubitamus. Quocirca omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium præsentium scilicet, & futurorum noscat universitas, qualiter Hieronymus S. Ecclesiæ Vicentinæ Episcopus, nosterque familiaris nostram adiit clementiam, postulans, ut pro Dei amore, animæque nostræ remedio Castella sui Episcopii Vicentini, quæ usque modo fodri detrimento vastabantur, nostræ Imperialis auctoritatis largitione sibi, suisque successoribus perdonaremus, & concederemus. Cujus petitionibus annuentes, prout juste, & legaliter possumus, concedimus, & perdonamus eidem Hieronymo Episcopo, suisque successoribus, ut de omnibus castellis ad suum jam dictum Episcopatum pertinentibus, videlicet Barbarano, Silvatiano, Noventa, Albetiae, Aureliano, Vicentia, Grancina, Brendulæ, Custodio, Altavilla, Crumolo, Montedigne, Corvedo, Cluse, Malado, Cucullo, Vello. Arserio, Cereedo, seu de omnibus famulis, famulabus, vel de omnibus hominibus super terram jam dicti Episcopatus habitantibus, vel residentibus non alicui homini, tam Ducibus, quam Marchionibus, Comitibus, seu

A *alicui magnæ, parvæque personæ fodrum persolvatur, vel concedatur, sed liceat jam dicto Hieronymo Episcopo, suisque successoribus quiete, & pacifice per hanc nostri præcepti paginam prænominata Castella, eorumque habitatores, vel supra terram sui Episcopii residentes de omnibus fodris defendere, & protegere omni contradictione remota. Si vero contigerit, ut nos in eas partes veniamus, ipse jam dictus Dominus Episcopus Hieronymus, vel sui successores per se, vel eorum missos fideles fodrum colligant, nobisque servitia secundum posse præparent. Insuper concedimus jam dictæ Ecclesiæ Vicentinæ quoddam theatrum nostri Regni juris juxta fluvium, qui Retuna vocatur, situm, quod vulgo Berga dicitur, cum omni integritate, jureque, quæ ad id spectat tam foris, quam intus, ut habeat jam dictus Episcopus Hieronymus, suique successores ad utilitatem jam dictæ Ecclesię Vicentinę licentiam faciendi quicquid utile eorum animus senserit operandi, omni contradictione remota, ut nullus Dux, Patriarcha, Marchio, Comes, Vicecomes, sculdatius, gastaldio, magna, parvaque*
B *nostri regni persona inquietare, molestare, disvestire de per donatione, & concessione fodri supradictorum castrorum, seu hominum, supra terram ejusdem Episcopii residentium, seu de predicto theatro a nobis prelibatę Ecclesię concesso. Sed si quis hoc nostrum preceptum, quod non credimus, violare, vel infringere curaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras trecentas, medietatem camerę nostrę, & medietatem predicto Episcopo Hieronymo, suisque successoribus. Quod ut demum credatur, diligenterque observetur, manu propria hanc paginam roborantes, eam sigilli nostri impressione finaliter insigniri precepimus.*

Signum † Domini Othonis invictissimi Imp. Augusti.

Id. Martii anno Dominicę Incarnationis M. Indict. 13. anno nostri Regni a 4. a Regni XVII. imperii verò IV.

Actum in Scavaaia in civitate Gaemi, ubi corpus Beati Martyris . . . . quiescit feliciter.

Hocce privilegium Othonis confirmavit iisdem omnino verbis Henricus Imp.

In nomine sanctę, & individuę Trinitatis.

C *Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesiarum Dei curam gerimus, easque dilatare studuerimus, nostri regni statum augmentari minime dubitamus. Quo circa omnium S. Dei Ecclesię presentium, scilicet, & futurorum noscat universitas, qualiter Hieronymus S. Vicentinę Ecclesię Episcopus noster familiaris nostram adiit clementiam postulans, ut pro Dei amore, animęque nostrę remedio Castella sui Episcopii Vicent. qui fodri detrimento usque modo vastabantur & conculcabantur, nostrę Regię auctoritatis largitione perdonaremus, & concederemus. Cujus petitionibus annuentes, prout juste, & legaliter possumus, jam dicto Hieronymo Episcopo, suisque successoribus sicut sibi concessum est, & perdonatum à bon. me. D. Othone Cęsare Augusto, perdonamus, ut de omnibus castellis ad suum jam dictum Episcopatum pertinentibus scilicet, Barbarano, Salvatiano, Norceta, Albetine, Aureliano, Custodia, Grancona, Grumodo, Vicentia. Brendulis, Altavilla, Montedigno, Corvedo, & de Valle Coturnica. Cucullo, Vello,*
D *Arserio, & omnibus famulis super terram jam dicti Episcopatus habitantibus, vel residentibus, non alicui homini tam Ducibus, quam Marchionibus, Comitibus, seu alicui magnę, parvęque personę fodrum persolvatur, vel concedatur, sed liceat per hoc præceptum jam dicto Hieronymo Episcopo, suisque successoribus, sicut superius scriptum habetur, quiete, & pacifice omnia prænominata castella, eorumque habitatores ad jam dictum Episcopatum pertinentes, vel super terram ejus residentes, de omnibus fodris defendere, & protegere, omni contradictione remota. Si vero contigerit ut nos in eas partes veniamus, ipse jam dictus Hieronymus Episcopus, vel sui successores*

(1) Nota Chronologica venditionis hujus castri ab Ambrosio factæ, prout non refertur ab Ughello, neque cum anno Christi 991. neque inter se conveniunt, siquidem anno Christi 991. mense Januario currebat annus Othonis tertii octavus, & indictio quarta: anno vero Othonis VII mense Januario currebat indictio III. Vel igitur dicendum hanc venditionem ab Ambrosio factam an. 990. & sic pro Indictione XIV. scribendum in instrumento III. vel si revera facta fuerit anno 991. bis emendanda instrumenti lectio, tum in anno Othonis, pro septimo enim reponendus est VIII. tum in indictione, quæ quarta solummodo debet enunciari. Pro anno 990. stat historia quædam Vicentina Ms. quæ penes doctiss. virum Michaelem Angelum Zornium servatur, ut ille me humaniter admonuit.

Disce Lector.
Apud Deum nemo victor, nisi sui.
Nec laurum meruit, qui sibi peperit.

De quo ille, qui de Eremitis sanctis scripsit.

Venit in Italiam Senonum Theobaldus ab oris,
Et Vicentinis incola mansit agris.
Mente super stellas atrii habitabat in amplis:
Sic docuit multos; sylvaque ludus erat.

Ejus vitam scripsit Petrus Abbas Vangadisiæ, cujus tempore vixit, quam recitat Surius tom. 3. Corpus Ecclesia Cathedralis Vicentina conditum habet, & ex ea alii tradunt à Petro Abbate Vangadisiam translatum, ubi summa cum veneratione jacet.

XX VIII. 26. BERNARDVS Vicentinus Episcopus, de quo nulla mentio in tabulis hujus Ecclesiæ habetur; extat tamen clara ejus memoria in vetusto monumento Ecclesiæ Aprutinæ sub Petro ejusdem Sedis Episcopo, qui vixit in ea sede ab anno 1056. ad annum usque 1065. quo tempore Bernardus una cum Othone Episcopo Novariensi Cancellario, & Emeardo Iudice Henrici Imp. in Aprutinam provinciam ejusdem Cæsaris Iudex, & Nuncius missus, litem inter Petrum Episcopum, alterumque Petrum S Salvatoris Abbatem composuit ad favorem Episcopi, de Castro Civitellæ & monasterii de Bellino; de qua re in Aprutini Episcopatus serie diximus, ubi & monumentum ipsum dedimus, cum aliis multis ad eam Ecclesiam illustrandam (1) Oportuit ergo Bernardum vixisse, ac successisse in Vicentina Ecclesia post Sindecherium, infra illud tempus, quod supra indicavimus, ab anno scilicet 1056. ad annum 1065. quo etiam tempore vixit Otho Novariensis Episcopus, ut 4. tomo in Episcoporum Novariensium serie narravimus.

XXIX 27. LVDIGERIVS II. forte idem cum Sindicherio, memoratur in tabulis an. 1076.

XXX. 28. EZZELINUS, vel Azolinus, hujus Ecclesiæ Episcopus, Henrici III. Imperat. familiaris, & fautor, plures que ab eo immunitates, & privilegia recepit, primusque fuit, qui Ducis, Comitis, Marchionisque Imperialis titulo insigniretur; merum & mixtum imperium in Vicentina civitate, eiusdemque comitatu accepit, ut Palearinus suis patriæ in historiis scriptum reliquit lib. 8. ad an. 1080. Hanc dignitatem tanquam Vicarios Imperiales tenuisse Vicentinos Præsules ad annum usque 1236. idem asserit Auctor. Quæ autem Ezzelinus ab Henrico obtinuerit an. 1083. *a* indicat vetus memoria in M. S. codice privilegiorum eiusdem Ecclesiæ in hunc modum.

1084. 3 IV.

Henricus Imperator III. a *Romanorum ad petitionem Ezzelini Præsulis Vicentinæ Ecclesiæ ipsum Imperatorem suppliciter deprecantis, ut antecessorum ipsius Imperatoris, Regum, & Imperatorum decreta super Vicentinam Ecclesiam renovare, ut sicut ipsi, ita etiam ipse Imperator eandem Ecclesiam Vicentinam in ipsius defensionis . . . dignaretur accipere, & cum omnibus appenditiis integram servare duxit in petitionis effectum. Nam recepimus prædictam Ecclesiam cum omnibus appenditiis suis in ipsias culminis . . . . custodiam, ea ratione ut de omnibus castellis ad Vicentinum Episcopatum pertinentibus juste acquisitis, vel acquirendis, & quæ nunc habet & habebat in sua proprietate eadem Ecclesia in Barbarano, Salvazano, Noventa, Albetone, Aureliano, Vincentia, Grancona, Brendulæ, Custodia, Altavilla, Grumulo, Montedigno, Cornedo, Cluse, Malado, Cuculo, Scledo, Arserio, Sercedo. de ipsis omnibus, vel de omnibus famulis, & famulabus, & omnibus hominibus supra terram iam dicti Episco-*

A *patus habitantibus, vel residentibus, non alicui homini, non Ducibus, non Marchionibus, non alicui magnæ, vel parvæ personæ fodrum persolvatur, sed liceat dicto Ezzelino Episcopo Vicentino, suisque successoribus quiete, ac pacifice per hujus decreti paginam habitatores super terram sui Episcopatus residentes de omnibus fodris defendere, & protegere, omni contradictione remota. Item concedimus & donamus, & à nostro jure, & dominio in jus, & dominium dictæ Ecclesiæ Vicentinæ, quod dicitur theatrum nostri Regni juris iuxta fluvium, qui Retrona vocatur, situm, quod vulgo Berga dicitur, cum omni integritate sua, quæ adhuc restat tam intus, quam foris transfundimus, & totum montem Bertæ, . . . quod circuit cum pertinentiis suis & adiacentiis, ac montium summitatibus, ut habeant iam dictus Episcopus Ezzelinus, suique successores ad utilitatem Vincentinæ Ecclesiæ licentiam faciendi, & quicquid eis placuerit inde operandi, omni contradictione remota, concedimus, & confirmamus dicto Episcopo, suisque suc-*

B *cessoribus thelonium, & mercatum, sicut à prædecessoribus nostris concessum est. Item, navigium de Vincentia usque in Venetias pro charitate Dei, & servitio dicti Episcopi ita liberum Ecclesiæ Vicentinæ in æternum tradendo, firmamus, & firmando tradidimus, ut nulla persona illud impedire audeat, quin idem Episcopus Ezzelinus pro utilitate Ecclesiæ quicquid voluerit faciat. Quod si quis* Patriarcha, *Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdarius, Gastaldio, magna, vel parva persona violare tentaverit, sciat se compositurum auri libris* 300. *medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædicto Episcopo.*

Datum anno Dominicæ Incarnationis 1083. (2) *Indict.* 6. *Anno* D. *Henrici* III *Imperatoris Romani Regni* 29 *Imperii primo, Kal. Iulii, Veronæ feliciter.*

Idem Henricus Imperator anno 1091. monasterio SS. Felicis & Fortunati prope Vicentinam civitatem sito hoc privilegium indulsit, reservata Vicentino Episcopo recognitione.

C *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.*

Henricus divina favente clementia III. *Romanorum Imperator Augustus. Quoniam Imperiali celsitudine nos uti legitime cognovimus, si S. Dei Ecclesiam matrem nostram debita veneratione sublimari studeamus, maximum nostri decus est Imperii, & spes nobis æternæ felicitatis perpetua, ut in eam more christianissimo, in quantum maior cæteris mortalibus potestas nobis à Deo largita est, sublimari faciamus. Monemur enim per Prophetam dicentem: honora patrem tuum & matrem, ut sis longævus super terram. Et alibi, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Licet autem hoc ad nostræ carnis primordium sane referre valeamus; tamen remsanius altiusque perscrutantes, Patrem Deum, Matrem vero sanctam Ecclesiam hic significari minime dubitamus. Æternum est itaque vitæ nostræ consilium, ut hunc Patrem Deum videlicet Creatorem nostrum affectu sinceritatis & veritatis honoremus, & Matrem nostrã sanctam inde Ecclesiam, quæ nos quotidie par-*

D *tarit ad summæ felicitatis gloriã, cũ qua sumus etiam perenniter regnaturi, magnificis muneribus hilariter exaltemus. Dicit enim Apostolus: Hilarem datorem diligit Deus. Igitur his, & aliis sanctarum scripturarum auctoritatibus eruditi propter Deum, & æternum animæ nostræ remedium, interventu Oderici Aquilegiensis Patriarchæ, & utili consilio Ogerii Hiporiensis Episcopi nostri Cancellarii, nec non et laudabili petitione Bernardi Aquilegiensis Præpositi, simulque Gumpoldi viri sanæ petitionis, atque Gotiscalci laudabili scientia præditi, aliorumq; Capellano-*

(1) Sed ibi litis compositionem, quam attribuit Petro Episcopo Aprutino Landulphi successori adscribat necesse est alteri Petro, qui post Sansonem, & Sicherium priori Petro successit. Senior Petrus Aprutinis præerat an. Christi 1000. & vivebat adhuc an. 1015. Sanson successerat jam an. 1041. & Sicherius post Sansonem Aprutina in Cathedra sedebat an. 1049. Post hunc immediate memoratur junior Petrus, quo sane Antistite prodiit documentum præfatum, & quo tempore Otho Episcopatum gerebat Novariensem electus circa an. 10,3. *Laurentius*.

(2) Anno Christi 1083. mense Junio currebat equidem Indictio VI. sed Henrici non tertii, qui jamdiu obierat, sed IV. regni annus XXVII. nondum erat elapsus (si velimus ejus regni Epocham hic desumere ab an. 1053. quo ab Henrico patre Rex designatus fuit,) neque Imperii coronam adhuc erat Henricus adeptus. Hoc solum evenit die 31. Martii anni 1084. proindeque mensis Junius anni primi Imperii Henrici IV. incidit in hunc eundem Christi annum 1084. quo currebat Indictio VII. & regni Henrici IV. an. 28. post Patris obitum, & an. saltem XXXI. postquam à Patre Rex fuerat declaratus. Hinc emendanda hujus concessionis Epocha.

rum nostrorum, & multitudo rogatu Alberti fratris Apostolici, Ardericij, Amisoais Mediolanensis, Arditionis de Castello, & aliorum multorum fidelium nostrorum, tum Teutonicorum, quam Latinoram, quorum longum est explicare nominatim. Monasterio SS. Felicis & Fortunati quicquid nunc habet, & possidet, vel habiturum est tam intra Viceutinam urbem, quam entra æterno & inviolabili jure concedimus. Nominatim videlicet Braidum ss. Viti cum plebe eius, & Capellis, earumque decimis, & universis conditionibus, & aliis omnibus ad eandem plebem iatus, & foris pertinentibus Imperiali auctoritate, quę nullatenus violanda est, prædictum monasterium perenniter tenere statuimus. Et quoniam Apostolo dicente, qui plus laborat, plus mercedis accipiet, omnia ex integro, quæ nunc servi Dei præfati monasterii & habent, & habituri sunt, acquisita vel acquirenda recto modo in omni loco Regni nostri nostro consensu, nostrorumque successorum Imperatorum, vel Regum, tam in prædictis locis, quam in omnibus aliis, cum universis eorum pertinentiis, conditionibus, venationibus, locationibus, escaticis, decimis, pascuis, pratis, sylvis, rupinis, montibus, planis, aquis aquarumque decursibus, molendinis præfatu monasterio inviolabili perennitate concedimus. Præterea vero huic addimus concessioni, ut prędicti monasterii fratribus liceat, omni remota contradictione, de incalta terra per totum Episcopatum Vicentinum quantum ipsi, & per se & per suos homines laborare poterint tam in montibus, quam in planis aperiri; eisque similiter concedimus universam oblationem ad prædictum monasterium beatorum Martyrum Felicis, & Fortunati, Viti, & Modesti omni tempore venientem, & libros ad ipsum locum pertinenter. Omnia itaque supra per ordinem memorata præfatum monasterium, & quæcunque in ejus decretis, vel mundiburdiis legantur intacta libertate nostræ vigore concessionis perenniter habeat, teneat, atque possideat, ut omni remota conditionis alicuius occasione, nihil alicui debere videatur, vel reddere, nisi candelam unam, & panem unum, & ampullam vino plenam, quæ annuatim in Nativitate, & Pascha Domini, atque singulis festivitatibus SS. martyrum Felicis, & Fortunati Vicentino Præsuli, qui pro tempore fuerit, Abbas eiusdem monasterii, vel monachi reddant. Hoc igitur monasterium, & omnia, quæ ei, secundum quod in hac præceptali pagina legitur, concessimus ob egregium Gulielmi Abbatis servitium, qui nobis hilariter servivit sub tutela nostræ Imperialis dexteræ suscepimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Episcopus, vel alia quælibet persona, quæ mori possit, vel vivere illud vel eius bona ubicumque sint inquietare, vel minuere aliqua arte audeat. Si quis autem contra hoc præsumpserit, profecto sciat se composituram mille libras auri optimi, medietatem nostræ Cameræ, & medietatem prædicti monasterii fratribus. Ut hoc semper firmius & inviolabile ab omnibus habeatur impressione nostri sigilli, qui Cæsaream repræsentet imaginem, roboratur.

Signum Domini Henrici tertii Imperatoris nostri & Augusti.



Et ego Ogerius Dei gratia Hiporegensis Episcopus & Cancellarius vice Hermani Archicanc. recognovi.

Anno Dominicæ Incarnationis 1091. Indictione XIV. Hoc actum est X Kal. Julii in Dei nomine feliciter. Regni Serenissimi D. Henrici Imperatoris XXXVIII. b Imperii autem VII.

a XXXV. ni dei... matur hæc Epocha ab an. 1053.

(„ *Vivebat adhuc Ezellinus an. 1096. quo interfuit duobus privilegiis ab Henrico Imperatore Hamburgensi Ecclesiæ concessis apud Lindenbrogium script. Rerum German. Septentr. in quorum altero Eccelo vocatur, Tecelo vero in altero.*)

29. TORINGIUS anno 1113. iurisdictione temporali, quam nimis crudeliter diu tenuerat, à populo Vicentino exutus, exul à sua Ecclesia vitam amisit. Ita referunt Vicentini historici; tamen videtur in Alexandri III. privilegio Abbatiæ SS. Felicis & Fortunati concesso, Toringium diu ante exilium sedisse. XXXI.

(„ *Anno 1116. interfuit judicato cuidam Henrici Imperatoris edito Tarvisii, cujus Exemplar est penes me, ibique Torengus dicitur.*)

30. HENRICUS anno 1124. XX XII.

31. LOTHARIUS in tabulis recensetur inter Vicentinos Episcopos anno 1134. in citato vero Alexandri III. privilegio mox exhibendo, Henrici successor Lothovicus memoratur. Porro ex hoc Alexandri diplomate manifeste apparet quanta à Rodulpho ad Lotharium hunc Vicentinorum Præsulum diversa sit series, ab ea, quæ in M.SS. circumfertur tabulis. In eo ita Rodulphi successores recitantur; Lambertus, Hieronymus, Astulphus, Litherius, Turigius, Epilinius, Henricus, Lothovicus, quorum donationes, Fortunatiano cœnobio elargitas firmavit Alexander an. 1168. In tabulis autem inter hos confusi videntur Lodigerius II. Arnaldus, Theobaldus I. Sindicherius. Theobaldus II. Hieronymus, Ambrosius, quorum aliqui gratis multiplicati apparent, vel saltem inverso ordine collocati, cum tantum in diplomate cœnobii benefactores enumerentur, eo quidem ordine, quo quis alteri successit. Danda venia scriptoribus est, qui in tanta rerum ambiguitate, temporumque vetustate, plerique divinare sunt coacti. En diploma Alexandri ab authentico exemplari exscriptum, quod extat in ejusdem cœnobii Archivio. XX XIII.

Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Arnulpho Abbati monasterii SS. Felicis, & Fortunati Vicentini, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus &c. usque infringat. Eapropter &c. usque privilegia communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones &c. usque exprimenda vocabulis. Quicquid habetis per longitudinem a fluvio Retronis, & Ursega, usque ad pontem altum Quicquid etiam habetis per latitudinem à fluvio Retronis, usque ad altum pontem, per quem posito in super eundem fluvium transitur ad Monticellum. In Seledo unam curtem, quæ nominatur Vuarzonus. In Sarecto casale unum. In Turre unum casale. In Magrado unum casale. In Arserio aliud casale. In Cuculo petiam unam de vinea, & tres campos. In Muzone casale unum. In Rauna aliud casale. In Culpano curtem unam cum suis pertinentiis. In Cartusiano censitos s. Viti pertinentes de casale Pencuit. Inter Seledum & s. Vitum medietatem unius curtis. In loco, qui dicitur sanctus Titulus in Luvizano curtem unam cum capella s. Viti. In Malado casalia novem. In Marostica curtes duas, unam in loco Provio cum capella s. Apollinaris, aliam vero in Burguliano cum capella & Gazo. In Angarano casalia duo, & montes duos, unum, qui dicitur mons Olivarum, alter qui nominatur mons castanearum. In Solania curtem unam cũ capella s. Viti. In Tivido casalia duo. In Factno casalia tria. In Pechio casale unum. In Barbutia casale unum. In Fulviano unum casale. In Rubeneto unum casale. In Secusino casale unum In Braido s Viti curtes quatuor cum plebe, & capellis, & pertinentiis suis & decimis. In Cortolonga curtem unam cum capella. Juxta flumen novum curtem unam cum capella s Viti. In Bragantia unum casale In Juvene curtem unam. In Bocone aliam curtem. In Fontana Frigida unum casale. In Paderno aliud casale. In Carbonaria duo casalia. In Titulo unum casale. In Caasele quatuor casalia. In Ara unum casale. In Coaa terram aratoriam. In Calzade petiam unam de vinea. In Zulano unum casale. In Artignano aliud casale. In monte Cleda terram arratoriam. Duas pettas vineæ in Monticello, & terram aratoriam. In Albetone massaritiam unam. In Vivarolio curtem unam cum capella s. Petri. Extra Benacum in-

cum

cum, in loco qui dicitur Randena, Braidam s. Georgii, & in Lainedo vineas, & oliveta. Alper quoq; quatuor, duas super Matrostkam, quæ vocantur Lastaria, & Bugnaria, Longera, insuper & montes de Zovenano, & Novogino. In Vvisega molendinum unum. In Altico alium molendinum. Dimidiam partem curtis s. Apollinaris, cum capella, & vantium s. Georgii, cum ecclesia, Massaritias duas in Bercia, & duas in Liseria. In Barbarano curtem unam, & casales duos. In Basicocurtem unam. Oblationes præterea ad idem monasterium venientes, & cæteraiura, & libertates, seu donationes, quas bonæ memoriæ Rodulfus, Lambertus, Hieronymus, Astulfus, Litberius, Turingius, Eccilinus, Henricus, Lothovicus quondam Vicentini Episcopi monasterio vestro tam in decimis, quam conditionibus, operibus, escaticis, pascuis, pratis, sylvis, rupinis, montibus, planis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus ad prædicta loca pertinentibus, rationabiliter concesserunt, & vos in quadraginta annis retro absque legitima interruptione possedistis, vobis, ac per vos eidem monasterio scripti nostri munimine confirmamus. Salvo quidem eo, quod ipsi Episcopi sibi pro his omnibus in prædicto monasterio reservarunt, videlicet, ut in Nativitate, & in Pascha Domini, & singulis festivitatibus supradictorum Martyrum Felicis, ac Fortunati unam candelam, unum panem, & ampullam plenam vino Abbas, vel monachi eiusdem loci Episcopo, qui pro tempore fuerit, debeat, omni alia contradictione remota, annuatim deferre. Prohibemus etiam, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem aliqua levitate sine Abbatis sui licentia fas sit de monasterio discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Statuimus præterea ut neque Comiti, neque Principi, nec alicui seculari, vel ecclesiasticæ personę liceat indebitas, & iniustas exactiones in præfato monasterio exercere. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis; sive de nutrimentis animalium nullus à vobis decimas exigere præsumat. Obeunte vero te, &c. usque providerint eligendum. Sepulturam quoque &c. usque corpora assumantur. Decernimus ergo &c. usque salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Amen, Amen, Amen.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Hubaldus presb. Card. tit. sanctæ Crucis in Ierusalem.

† Ego Boso presb. Card. S. Pudentianę tit. Pastoris.

† Ego Petrus presb. Card. S. Laurentii in Damaso.

† Ego Theodinus pr. Car. S. Vitalis tit. Vestinæ.

† Ego Iacintus S. Mariæ in Cosmedin. Diac. Car.

† Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori.

† Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum.

† Ego Hugo Diac. Car. S. Eustachii iuxta templum Agrippæ.

† Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Datum Beneventi per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi, & Notarii 2. Idus Septembris, Indict. 1 Incarnationis Dominicæ anno 1168. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ III. anno 10.

(„ Anno 1140. subscripsit Lotharius documento „ consecrationis Ecclesiæ S. Georgii Veronensis, quod „ supra in Veronen. retulit Ughellus.)

XXIV. 32. UBERTUS primus, ad cujus petitionem Fridericus I. Imperator anno 1158. Episcopis Vicentinis hocce concessit privilegium vetera Ecclesiæ Vicentinæ jura ab antecessoribus Regibus, & Impp concessa confirmans. Exemplar exscriptum est ex Albo lib. Communitatis Vicentinæ pag. 560.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator invictissimus, & semper Augustus. Quę Regum, vel Imperatorum clementia Ecclesiis Dei concessit beneficia, auctoritas nostra debet confirmare, ut quod nobis fieri cupimus a nostris successoribus, nos quoque servemus nostris antecessoribus, Regibus, seu Imperatoribus. Unde, quomodo privilegium gloriosissimi proavi nostri Henrici IV. Romanorum Imperatoris super bona Vicentinæ Ecclesiæ perspeximus, & gratiam Ezzelino ejusdem Ecclesiæ Præsuli concessam cognovimus; nos quoque pro nostro, proavique nostri salutari remedio ad petitionem etiam dilecti nostri Uberti ejusdem Ecclesiæ venerabilis Episcopi, ipsam Vicentinam Ecclesiam in nostræ defensionis mainburdium recipimus, omnia ejus appenditia integra, & libera servari summoopere volentes. Unde præcipimus, ut de omnibus castellis ad Vicentinum Episcopatum pertinentibus, juste acquisitis, vel acquirendis, & quæ nunc habet in sua potestate eadem Ecclesia, videlicet Barbarano, Salviciano, Novenia, Albitono, Aureliano, Vincentia, Grancona, Brendulæ, Custodia, Altavilla, Grumolo, Montedigno, Cornedo, Cluse, Malado, Cuculo, Velo, Arzerio, Sacerdo, Assilano, Zouvecedo de illis omnibus, & de omnib famulis, & famulab. & omnibus hominibus super terram jam dicti Episcopatus habitantibus. Non Dux, non Marchio, non Comes, non civitas scilicet Vicentia, Padua, Verona, non aliqua parva, vel magna persona fodrum, exactionem in nostris fossatis struendis, vel aliquid genus servitutis exigere præsumat. Et liceat prædicto Uberto Episcopo, & suis successoribus quiete, & pacifice per hanc nostri præcepti paginam castella, eorumque habitatores super terram sui Episcopatus residentes de omnibus fodris defendere, & protegere omni contradictione remota. Si vero contigerit, ut nos in eas partes veniamus, ipse præfatus Episcopus Ubertus, suique successores, per se, vel per eorum missos fideles fodrum colligant, nobisque debita servitia, prout melius possint, præparent. Concedimus insuper, & donamus, & in ius, & dominium iam dictæ Ecclesiæ Vicentinæ transfundimus quoddam theatrum nostri Regni iuris juxta fluvium, qui Retune vocatur, situm, quod vulgo Berga dicitur, cum omni integritate sua, quæ adhuc restat, tam foris, quam intus, ut habeat iam dictus Episcopus Vbertus, suique successores ad utilitatem Vicentinæ Ecclesię licentiam faciendi, vel quicquid eis placet inde operandi, omni contradictione remota. Teloneum quoque, & mercatum sicut à prædecessoribus nostris concessum est, concedimus, & confirmamus. Navigium etiam de Vincentia usque in Venetiam pro charitate Dei, & servitio prædicti Episcopi in liberum Ecclesiæ Vicentinæ in æternum tradendo, sub manibus firmando tradidimus, ut nulla persona ipsum impedire audeat, & idem Episcopus pro utilitate Ecclesię, quicquid voluerit faciat, idemque Episcopus, jus, & legem . . . . . relinquatur, quod si quis Patriarcha, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, scudatius, gastaldio, magna, vel parva persona hoc decretum nostrum, quod absit, infringere, vel ullomodo violare tentaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras trecentas, medietatem nostræ Cameræ, medietatem Episcopo, suisque successoribus, cujus rei testem chartam præsentem scribi jussimus, quam nostra manu, ut infra videtur, corroboramus, sigillique nostri impressione insignitam omnis generationis tam futuræ, quam præsentis notitiæ relinquimus.

Signum † Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi, & semper Augusti.

Ego Fridericus Colon. Archiepiscopus Archicancellarius recognovi Anno Dominicę Incarnationis 1158. Indictione 6. regnante D. Frederico Romanorum Imperatore invictissimo, & semper Augusto, anno regni eius 8. a Imperii vero 4. feliciter Amen.

33. ARIBERTUS anno 1164 obiit 1176. (1) XXV.

34. B. IOANNES a successit Ariberto. Is Cremonæ ex nobili genere („ scilicet de Surdis ex patre Evangelista) matre Berta natus, ex privigni Adæ cognomine, Cazinfrontes dictus, cujus deinceps posteri de Cacciafrontibus nuncupati sunt. A matre bonis moribus imbutus, ad sinum monasticæ disciplinæ confugit. Factus divi Benedicti monachus, XXVI.

a Vit.

a De eo Arisius in Cremona liter. t. 1. p. 80. & Bollandiani in Actis 20. Martii t. 2. p. 490.

(1) Aribertum ad an. 1199. præfuisse testatur Barbaranus in hist. Vicentina ex publicis documentis, illique eo anno defuncto successisse sequentem Joannem.

chus, pietatem, & ecclesiasticam disciplinam coluit, adeoque in operibus sanctis profecit, ut primo Prior Ecclesiæ S. Victoris, mox Abbas S. Laurentii anno 1155. creatus sit. Concionator insignis fuit, & ecclesiasticæ libertatis indefessus propugnator, quippe qui in illo teterrimo schismate contra Alexandrum III. à Pseudo-pontifice Octaviano, fautore Friderico I. Imperatore, excitato, partes Alexandri amplexus, pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ libertate se contra schismaticum Fridericum, ejusque fautores, quasi inexpugnabilem murum opposuit. Indefesso studio, & labore tum publicè in suggestu prædicando, tum suadendo devios concives, finitimosque populos ad unitatem reduxit Ecclesiæ; quamobrem ab eodem Pontifice, exauthorato Grathodoro Mantuano Episcopo schismatici Octaviani asseclа, defunctoque Vvidone, Mantuanus Episcopus renunciatus est, Eam Ecclesiam annis aliquot administravit, quo tempore cum Vicentinum populum ad partes Alexandri sovendas adduxisset, decedente Vicentino Præsule, ejus urbis acclamatus Episcopus anno 1176. (1) Cæterum cum inter Alexandrum, ac Fridericum Imper. pax coiisset, & Grassiodorus censuris exsolutus ad suum Mantuanum sacerdotium rediisset an. 1179. Joannes Vicentinus remansit Episcopus, quam Ecclesiam cum sanctissime rexisset, tandem pro libertate Ecclesiæ, suique jure Episcopatus tuendis, à quodam pessimo suæ Ecclesiæ vassallo, quem feudi mali juste orbaverat in campo juxta Cathedralem Ecclesiam gladio confossus, Martyr evolavit ad superos ann. 1185. *a* die 16. Martii, cum a 1185.
prius in ipso martyrii agone non semel pro interfectoribus exorasset, ac signo crucis, in pacis signum, illos bene dixisset. Eo ipso in loco ubi pius Præsul passus est, Vicentini ad futuram rei memoriam columnam erexerunt, quæ adhuc extat, corpus verò summo mœrore, summaque veneratione in sacello Beatæ Virginis Cathedralis sepelierunt, tumuloque marmoreo hæc addiderunt carmina.

Hic situs est verus Pastor Cazafronte Joannes,
Schismate qui quondam partem defendit honestam,
Patris Alexandri Papæ, cum sanctior Abbas
Cœnobium sancti Laurentii ovante Cremona
Sortitur patrium; tanto mox Præsule felix
Mantua lætatur, quo nunc Vicentia gaudet.
Orphanus, & vidua, atque miser spoliatus egenus,
Pontificis manibus alitur, vestitur, amatur.
Ecclesiæ dum jura suæ tutatur, iniquo
Vassalli gladio Cymbri securè necatur.
Post obitum claris monstrant miracula signis
Conspicuum virtute poli, meritisque beatum.
Aridus, & cæcus, surdus, febrisque, dolorque
Exulat; omnis abit sospes qui venerat æger.
Hic est translatus (2) Joannes Caza beatus.

Ejus vero lipsana sacra ex humili tumolo in splendidiorem translata sunt anno 1441. hoc addito epitaphio.

Joannes Caccafronte pietate, justitia, miraque Dei Zelo plenus Friderico Imperatori Apostolicam libertatem lacessenti primum Cremonæ restitit, deinde hujus urbis Episcopus, Ecclesiæ suæ campo confossus gladio martyrii triumpho immortalitatis gloriam, æternaque laborum præmia felici cruore mercatus est. Pia vero ejus ossa huc devote translata fuat

An. Domini MCCCCXLI. Kal. Majas.

Meminit Joannis, ejusdemque necis Greg. 9. Decret. de pœnis tit. 37. cap. 10. ad Vicentinum Episcopum scribens, prohibens, ne ipsis Joannis occisoribus, eorumque successoribus beneficia, & feuda, quæ ab Ecclesia Vicentina obtinebant, amplius restituerentur; pœna enim tanti facinoris non solum tenet auctorem, sed extenditur ad hæredes, ut ait glossa. De ejusdem Episcopi vita, & moribus plures extant Inquisitiones jussu Honorii III. tum Vicentiæ, tum Cremonæ per Homobonum Cremonensem Episcopum habitæ anno 1223. quibus qua pietate, qua sanctimonia vixerit ex oculatis testibus clare videtur. De eo pauca retulimus in Episcopis Mantuanis ex Donesmundo, sed melius clariusque monumenta Vicentina in illo obscurissimo tempore veritatem demonstrant Joannem ad Vicentinum Episcopatum translatum, per martyrii palmam vitam consummasse anno 1185. *b* relicta Mantua na Ecclesia Grassiodoro, quem ad unitatem Ecclesiæ receptum, Alexander iterum ad propria redire permiserat an. 1179. Joannis meminit Jo. Baptista Pagliarinus in Hist. Vicentinis, & M. Antonius Tienneosis in catalogo Sanctorum, ac Beatorum Vicentin. b 1185.

(„ *Extant per hæc tempora literæ Alexandri III.* „ *ad Episcopum, & Archidiaconum Vicentinum,* „ *quæ recitantur in textu: qui sint filii legitimi e.* „ *perlatum.*)

35. PISTOR Monachus, & Prior Abbatiæ Carcerum Ordinis (3) Camaldulensis, successit Joanni anno 1185. (4) Hic Henricum VI. Imper. ad utrumque Siciliæ Regnum compescendum, Vicentia transeuntem in Episcopio suscepit, regalique pompa hospitatus est. Hunc Jacobus de Bernardo Boniensi, Potestas Vicentiæ cum Ezellinn II. de Romano anno 1194. compulit in exilium, ut narrat Gerardus Maurisius Vicentinus in sua historia, additque Pistorem ipsum Episcopum prope castrum Soledi sagittis confossum in prælio cecidisse circa annum 1200. ejusque corpus Vicentiam relatum in ecclesia s. Mariæ juxta suos antecessores sepultum fuisse. Vir fuit p'ane militaris, & parum fortunatus, totoque fere sui præsulatus tempore inquiete Ecclesiam sibi creditam administravit. XX XVII.

36. UBERTUS II. quem alii Gibertum vocant, in occisi Pistoris loco collocatur anno 1203. Quo tempore Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Innocentius III. indulsit privilegium, quod hic exhibeo ab exemplari capitularis tabularii exscriptum. XX XVIII

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Nicolao Archipresbytero, Florano Archidiacono, & canonicis Vicentin. tam præsentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Quoties a nobis petitur, quod rationi, & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam s. Mariæ, in qua divino emancipati estis obsequio ad exemplar fel. rec. Urbani Papæ prædecessoris nostri, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsen-

(1) Tempus Vicentinæ sedis Joanni creditæ annum fuisse 1179. assentimur Barbarano, quippe qui contra aliorum annum vel 74. vel 75. scribentium diversos calculos provocet ad authentica, & publica Ecclesiæ Vicentinæ documenta, ex quibus in lib. 4. historiæ nedum à nobis viso (non enim in lucem editus fuit) demonstraturus sit Aribertum decessorem Joannis usque ad an. 79 vixisse. Quin etiam eidem credimus B. Joannis martyrium ad ann. 85. ejusdem seculi referenti, ut qui propius omnia scrutatus sit quam Ughellus, qui proinde ut in principio Episcopatus assignando erroris dicitur posse convinci, ita nihilo certiorem ducem secutus credi potest, cum an. 85. scripsit. *Bollandiani in Actis 16. Martii* tom. 2. p. 495. Et quod quidem ad B. Joannis martyrium attinet ante an. 1185. illud contigisse oportet, cum anno antecedenti nempe 1184. Pistorem constet jam Vicentinam sedem adeptum, ut mox dicemus.

(2) Si igitur huc fuit translatus, non ergo quod Ughello per inadvertentiam excidit, in hac area primum sepultus est cum tali epitaphio. Hæc translatio facta fortasse fuit tempore illius Honorii, qui in vitam, & mores ejus jussit inquiri: adeoque haud multo post an. 1223. *Bollandiani loco citato.*

(3) Ordinis tunc Canonicorum Portuensium sub regula D. Augustini. Ad Camaldulenses enim eadem Abbatia pervenit tantummodo an. 1407. ex concessione Gregorii II. Lucæ XII. Kal. Martii Pontificatus sui anno II.

(4) Ante annum 1185. & si Barbarano credimus anno 1181. Anno certe 1184. die 29. Octobris adfuit Pistor Vicentinus Episcopus Veronæ, dum Fredericus Imperator Marchiam Januensem, & Mediolanensem Opizoni Estensi seu, nescio jure transferiberet. Vide documentum apud Muratorium Antiquit. Esten. tom. 1 pag. 15. Anno 1189. die 27. Martii interfuit idem Pistor consecrationi Ecclesiæ Monasterii S. Mariæ de Carcere, eique *donationem fecit irrevocabilem ad habendum in perpetuum 50. libras olei, vel tot olivas, unde tantum oleum possit haberi*, ut loquitur donationis documentum apud eundem Muratorium loco cit. pag. 316.

fenitarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poteris adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est cum pertinentiis suis. Es quoque, quæ bonæ memoriæ P. Vicentinus Episcopus scripto vobis authentico confirmavit, & vos juste, & canonice possidetis præsentis scripti pagina duximus roboranda, videlicet decimam civitatis vestræ, & Berice, atque de cunctis villis ad canonicam ipsam spectantibus, scilicet de villa, quæ dicitur Bassico. Valmariana, Turmano, Arcurriano, Pola, Debalungara. Granneda. Cresule, Porcilla, Casale, Crennole, Vicocogasii, Runco mulieris, Pauleda, Cresole, Fabrica, Arquale, Vicodonarii, Scarte; concessit etiam, & firmavit beneficium, quod habuit Granselmus Archipsesbyter in prædicta insuper civitate, & Berica intus & foris, terram aratoriam s. Mariæ, vineam cultam, & incultam pertinentem ad Ecclesiam ipsam, & quicquid juste vobis est à quacunque persona relictum, ut dictum est, ipsas res cum locis, vineis cum areis suis, campis, pratis, pasculis, sylvis, stillariis, ripis, rupibus, montibus, planitiis, paludibus, molendinis, piscationibus, cultis, & incultis, una cum finibus, terminis, accessionibus, & usibus, aquarumque decursibus cum omni jure adjacenti, & ipsis rebus pertinente, simul cum prænominatis decimis in integrum jamfata canonica eo ordine habeat, ut Canonici in ea canonice viventes, ex eis canonice vivant, Dominoque obsequium devotum impendant. Confirmavit etiam vobis ecclesiam S. Eleutherii, & terram aratoriam cum vineis, & campis, & cum omnibus ad eandem ecclesiam de jure spectantibus, ecclesiam videlicet s. Laurentii de porta nova, & ecclesiam s. Marcelli, & ecclesiam s. Stephani, ecclesiam s. Marci, ecclesiam s. Viti, ecclesiam s. Faustini, ecclesiam s. Eleuterii, ecclesiam s. Pauli, ecclesiam s. Laurentii de Berica, ecclesiam s. Savini, & ecclesiam s. Salvatoris. Extra quoque civitatem ecclesiam de Ancignano, ecclesiam de Sovitto, ecclesiam de Creole, ecclesiam de Reiorgole, ecclesiam de fabrica, & ecclesias duas de Braitesina, ecclesiam de Arquignaro, ecclesiam s. Justinæ, ecclesiam s. Apollinaris, ecclesiam de costa Ruvolonis, ecclesiam de Lungara, ecclesiam s. Crucis. Item ecclesias duas de Seratico, & ecclesiam s. Desiderii. Omnes istas præscriptæ canonicæ Vicentin. Ecclesiæ cum omni jure, & pertinentiis suis duximus confirmandas cum ecclesia etiam s. Jacobi. Præterea possessiones eidem canonicæ Vicentinæ competentes confirmamus, videlicet possessiones, quas prædicta canonica habet in Vicentia, in Montebello, in Monticulo majori, in Meleto, in Drevено, in Brendula, in Arquignano, in costa Vallis fluminis, in Nanto, & Castagnedolo, & in Sorcitio, in Custodia, in Conzaude, in Cigrano, in Bulzano, in Carmignano, in sancto Petro, in Guido, nemus, quod dicitur canonica, in Liceria, in Sandrico, in Quinto, in Scledo, in Macrade, in Malado, in Campagna, in Grumolo, in Breganze, in Fara, in Caldogno, in Cresole, necnon in civitate Paduæ, & in pertinentiis suis, domos, molendina, agros, vineas, & cæteras alias ubique possessiones, libertates quoque, & immunitates antiquas, & rationabiles consuetudines Ecclesiæ vestræ concessas, & hactenus observatas ratas habemus, easque perpetuis temporibus illibatas manere cavemus. Cum autem interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis, & interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra, & illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus autem, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Petrus Portuensis, & S. Rufinæ Epis. ss.

† Ego Joannes Albanen. Episcopus subscripsi.

† Ego Nicolaus Tusculanensis Episcopus subsc.

† Ego Petrus tit. S. Cæciliæ presb. card. subsc.

† Ego Guido S. Mariæ Transtiberim tit. Calisti presb. card. subsc.

† Ego Soffredus tit. S. Praxedis presb. card. ss.

† Ego Gregorius tit. S. Vitalis presb. card. subsc.

† Ego Leo tit. S. Crucis in Hierusalem presb. card. subsc.

† Ego Gregorius S. Georgii ad velum Aureum diac. card subsc.

† Ego Ildebrandinus S. Eustachii diac. card. ss.

† Ego Guido S. Nicolai in Carcere diac. card. ss.

Datum Romæ apud S. Petrum per manum Joannis S. Mariæ in Cosmedin Diaconi Card. S. R. E. Cancellarii, 6. Idus Maii Indict. 9. Incarn. Dom. anno 1206. Pontificatus D. Innocentii ann. IX.

Suscepit Ubertus anno 1209. Camaldulenses Monachos in ecclesia s Viti, quam cum suis juribus, & pertinentiis iisdem donavit. Deinceps monachi, relicto priori loco, S. Luciæ templum coluerunt, ædificato ibidem cœnobio, ubi hactenus permansere. Sequenti anno idem Ubertus ab Othone Imp. omnium, quæ antecessores Cæsares Ecclesiæ suæ induiserant, solemni privilegio confirmationem obtinuit hisce verbis expressam.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho IV. divina favente clementia Romanorum Imperator invictissimus, & semper Augustus. Quæ Regum, vel Imperatorum clementia Dei a concessit beneficia, auctoritas nostra debet confirmare, ut quod vel fieri cupimus, à nostris successoribus Regibus, seu Imperatoribus. Unde petitione fidelis nostri Vicentinæ Ecclesiæ Præsulis Uberti in petitionis effectum ducimus suppliciter nos deprecantis, ut antecessorum nostrum Regum, vel Imperatorum decreta super Vicentina Ecclesia renovare, & sicut ipse, ita & nos eandem Ecclesiam Vicentinam in nostræ defensionis mundiburdium dignaremur recipere, & cum omnibus appenditiis integram servare. Recipimus ergo prædictam Ecclesiam cum omnibus appenditiis suis in nostri culminis mundiburdii custodiam, ea vero ratione, ut de omnibus villis, castellis, & possessionibus, ad Vicentinum Episcopatum pertinentibus juste conquisitis, vel Deo propitiante acquirendis, & quæ nunc habet in sua potestate. Videlicet Barbaranum, Salvazzanum, Noventa, Albetone. Aurelianum, Vicentina civitas, Groncons, Brendule. Acilanum, Roveredum, Custdia. Altavilla cum suo plebatu Montedigno, Valmariana; Credatium. Montevitali, Cluse, Cornedum, Maladum. Grumolo. Cuculo, Vello, Aserium, Cescedum, de his omnibus, & de omnibus famulis, famulabus, & omnibus hominibus super terram jam dicti Episcopatus habitantibus, vel residentibus, non alicui civitati, nec alicui magnæ, vel parvæ personæ fodrum persolvatur, vel concedatur, sed liceat jam dicto Uberto Episcopo, suisque successoribus, quiete, & pacifice per hanc nostri præcepti paginam loca, & castella, eorumque habitatores supra terram sui Episcopii residentes de omnibus fodris, & assequutionibus, & quibuscumque servitutis generibus defendere, ac protegere, cum omni jure, honore, comitatu, & omnibus jurisdictionibus ad comitatum spectantibus omni contradictione remota. Si vero contigerit, ut nos

a Ecclesiis.

in eas partes veniamus, ipse præfatus Episcopus, sui successores, vel per se, vel per fideles missos fodros colligant, nobisque debita servitia, prout melius possint, præparent. Concedimus insuper, & donamus, & à nostro iure, & dominio in jus, & dominium jam dictæ Ecclesiæ Vicentinæ quoddam theatrum nostri Regni juris juxta fluvium, qui Retuna vocatur, cum omni integritate sua, quæ adhuc restat tam intus, quam foris, transfundimus, ut habeat jam dictus Ubertus Episcopus, suique successores ad utilitatem Vicentinæ Ecclesiæ licentiam faciendi, vel quicquid eis placet operandi, omni contradictione remota. Teloneam quoque & mercatum, sicut à prædecessoribus nostris concessum est, cōcedimus, & confirmamus. Navigium etiam de Vicentia usque in Venetias pro charitate Dei, & servitio Episcopi prædicti in liberum Ecclesiæ Vicentinæ tradendo, sub manibus firmando tradidimus, ut nulla persona ipsum impedire audeat, & idem Episcopus pro utilitate Ecclesiæ quicquid voluerit faciat, idem ius, & legem . . . relinquatur. Quod si quis Patriarcha, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Scadaldus, Gastaldio, magna, parvaque persona hoc decretum nostrum, quod absit, infringere, vel ullo modo violare tentaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras trecentas, medietatem nostræ Cameræ, medietatem Episcopo, suisque successoribus; cujus rei testem chartam præsentem scribi jussimus, quam nostra manu, ut infra videtur, corroboravimus, sigillique nostri impressione insignitam omnis generationis tam futuræ quam præsentis notitiæ relinquimus.

Signum D. Othonis † Dei gratia Romanorum Imperatoris invictissimi & semper Augusti.

Ego Conradus Spirensis Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius vice D. Federici Coloniensis Archiepiscopi, & totius Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCCX. Indict. XIII. regnante D. Othone IV. Romanorum Imperatore glorioso, anno regnorum ejus XII. imperii vero I.

Sigillum prædicti privilegii est de cera selecta, & rotundum appensum ipsi privilegio una cum seta viridi, & rubea. In sigillo est imago quædam Regalis, quæ sedere cernitur super cathedram tenens in manu dextera crucem hujus similitudinis ⚓ & inter crucem & caput ipsius imaginis hujusmodi signum apparet ✪ litteræ vero circumsculptę in sigillo prędicto leguntur in hunc modum, & incipiunt supra caput ipsius imaginis.

† *Dei gratia Otto Romanorum Imperator, & semper Augustus.*

Ubertus hic ille Vicentinus Episcopus est, quem Cremonensis Episcopus, Apostolicus Legatus, tanquam suæ Ecclesiæ dilapidatorem, spoliavit Episcopatus honore, annuente Romano Pontifice Innocentio III. sententiamque semel latam ratam esse jubente anno 1212. Legitur etiam sequens epistola, quam idem Pontifex ad eundem transmisit Legatum, ut clericali Senatui author esset idoneum in Episcopum eligendi.

Innocentius &c.

Cremonensi Episcopo Apostolicæ Sedis Legato &c. Per tuas nobis litteras intimasti, quod cum contra Episcopum Vicentinum tam per publicam famam, quam per Canonicos ipsius Ecclesiæ multa tuis fuissent auribus inculcata, licet notorium esset in eundem Episcopum clamorem, qui de ipso ascenderat opere complevisse, ad cautelam tamen eidem terminum pręfixisti, quo se tuo conspectui præsentaret, suam super objectis, si posset, innocentiam ostensurus. Quo demum, pluribus sibi terminis assignatis, in tua comparere præsentia non curante, in eum depositionis sententiam promulgasti, Capitulo Vicentino alium eligendi liberam tribuens facultatem. Quamvis igitur ad id sine nostro speciali mandato procedere non debueris, cum hoc sit unum ex illis, quæ sibi Sedes Apostolica reservavit: quia tamen nota est ejus enormis dilapidatio, & deformis insufficientia non ignota, & antequam tuas litteras susciperemus, nos super ipsius depositione nostras fecerimus litteras jam notari: Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem facias ab Ecclesiæ Vicentinæ regimine perpetuo remanere remotum. Monens idem Capitulum diligenter, ut in nullo de cætero eidem intendens, personam idoneam, & Ecclesiæ Romanæ devotam sibi per electionem canonicam infra mensem præficiant in pastorem. Alioquin tu id auctoritate nostra, sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, exequaris. Nihilominus dictum Episcopum per censuram ecclesiasticam districtissime cogens, at pecuniam, quam de alienatis Ecclesiæ possessionibus congregavit, refundat in ejusdem Ecclesiæ debita persolvenda.

Datum Signiæ Non. Julii, Pontificatus nostri ann. 15.

(„ *Anno 1204. adfuit Ubertus testis instrumenti „ dotalis Alisiæ Raynaldi Antiochiæ principis filiæ „ Azzoni VI. Marchioni Estensi nuptui traditæ ex „ documento apud Muratorium Antiquit. Esten. t. 1. „ pag. 379.*)

37. NICOLAUS Maltraversus nobilis Vicentinus, tunc Regiensis electus, ab Innocentio III. anno 1213. Ecclesię Vicentinę administrationem suscepit, ut ex epistola 15. anni 16. regesti ejusdem Pontificis ad Cremonensem Episcopum scripta legitur. XXXIX.

Licet quondam Episcopum Ecclesię Vicentinæ suis exigentibus culpis mandaverimus amoveri penitus ab eadem: adhuc tamen, sicut accepimus, ipsam detinere non metuit occupatam, & cum dilapidatione multiplici pene penitus exhauserit bona ejus, residuum, semper proficiens in deterius, consumare non desistit. Quoniam igitur ad præsens aliud non videmus consilium superesse, nisi ut dilecto filio Regin. electo, qui prudentia, & honestate per gratiam Dei viget, & est in partibus illis potens, dicta Ecclesia committatur, eidem nostris litteris dedimus in præceptis, ut quasi navem confractam gubernaturus in fluctibus assumeret onus, & curam Ecclesiæ memoratæ ad eam reformandam in spiritualibus, & temporalibus relevandam, Reginen. nihilominus regens Ecclesiam, sic intendat proinde, ac poterit, quod eadem in utroque per suę sollicitudinis studium resurgente, ipse crescat, & nomine apud homines, & merito apud Deum, ac de die in diem gratiam nostram plenius assequatur. Idcoque fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus monens eundem efficaciter & inducens, ut laborem hujusmodi non recuset, ejusdem Ecclesiæ Vicentin. Capitulo, & Clero civitatis, ac diœces. universæ injungas, ut eidem intendant humiliter, ac devote; contradictores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Tu denique frater Episcope super te ipso, &c.

Datum Lateran. 6. Idus Aprilis, Pontif. nostri ann. 16.

Aliquot annos hanc Ecclesiam administrasse Nicolaum habent ejusdem Ecclesiæ monumenta, deinde ad propriam Regiensem reversus anno 1217. quo anno in regesto Honorii III. extat epistola sub Datum Laterani 8 Kal Julii anno Pontif. 1. fol. 115. Episcopo Patavino, ut Capitulum Vicentinum ad electionem Episcopi compellat. Decessisse Nicolaum anno 1244. supra retulimus in Regien. Episcopis tom. 2. de quo hic egimus tanquam de administratore Vicentinæ Ecclesiæ, quam ex jussu Innocentii regendam susceperat, reservata Regiensi &c. Hinc Gerardus Mauritius in hist. DD. de Romano: *Multum displicebat Nicolao Episcopo Regino, qui tunc regebat, & administrabat Episcopatum Vicentinum, quod Officiales &c.*

38. GIBERTUS primus temporibus Honorii III. anno 1223. hujus Ecclesiæ reperitur Episcopus. XL

(„ *Sed & anno jam 1220. interfuerat testis Privilegii, quo Bertholdus Aquilejen. Patriarcha Canonicis Veronensibus vetustiora Antecessorum privilegia, omniaque eorum jura confirmat, & renovat. Documentum refertur supra in Veronen.*)

XLI. 39. JACOBUS primus an. 1231. obiit anno sequenti.

XLII. 40. MANFREDUS ex nobili vetustaq; Trissinorum familia Vicentiæ natus, patriæ suæ Præsul adlectus fuit anno 1232. defuncto Jacobo, quo anno generalem Vassallorum tenuisse curiam refert Castellinus. *Anno*, inquit, 1232. 2. *exeunte Feb. Vicentiæ in Palatio Episcopatus Venerab. D. Manfredus Dei gratia Vicent. electus in generali curia Vassallorum Episcopatus Vicentiæ investivit D. Achillem de Trissino recipientem pro se & fratribus de suis feudis quæ ipsi habent, & antecessores habuerunt ab Episcopatu Vicentiæ &c.* Plures aliæ à Manfredo immunitates gentilibus suis concessæ reperiuntur in privatis ejusdem familiæ monumentis. Quo etiam Præsule Federicus II. Imperator anno 1236. amplissimum privilegium Trissinæ genti sibi addictissimæ suo diplomate concessit, cujus exemplar ex Paulo Benio Trissinæ hist. scriptore hic libenter damus in Italicarum rerum curiosorum gratiam.

Federicus divina favente clementia Rom. Imp semper Augustus, & Rex Siciliæ.

Majestatis Imperialis præcipuum est officium fideles suos privilegiis decorare, & beneficiis afficere munificentissime. Quamobrem cum nobis dilecti, & fideles, Ugutio, & Zuffreddus de Trissino, omnibus periculis contemptis, nostris litteris obedientes ad nos venerint, & egregia servitia diversis temporibus tam prædicti, quam majores sui, pro majestate Romani Imperii præliando strenue & egregie exhibuerint, eorum insignem devotionem, erga Imperialem nostram majestatem compensare convenit. Cum igitur multa privilegia coram nobis produxerint, quæ à prædecessoribus nostris Romani Regni Imperatoribus concessa fuerunt nobili familiæ de Trissino, à qua originem suam habent, & præsertim strenuo & nobili viro Nicolao de Trissino, qui quondam Vicentini oppidi cum amplissima potestate Dominorum Henrici, & Conradi Romanorum Imperatorum, prædecessorum nostrorum Vicarius fuit, illa omnia de novo confirmamus, & auctoritate nostra renovamus. Castra etiam omnia vallis, quæ dicitur de Agno ditionis Vicentinæ, quæ sub jurisdictione fuerunt strenui quondam Meliorantiæ de Trissino, in perpetuum prædicto Ugutioni, & Zuffreddo, & suis descendentibus concedimus, & donamus, præsertim Castrum Trissinum cum tota sylva adjacente, Quargnentam, Cornetum, & Arcignanum, quæ à majoribus suis constructa, & ædificata fuisse cum multis aliis ejusdem vallis de Agno, notissima res est, obligantes prædictos, & successores suos ad solvendum in anno quolibet pro feudo Imperiali Cameræ nostræ marchas viginti. Declaramus etiam prædictos Ugutionem, & Zuffreddum cum suis descendentibus Comites, & scutum armorum familiæ suæ Aquila Imperiali ornatum esse volumus; authoritatem etiam illis concedentes notarios creandi, & illegitimos ad omnes & quascunque dignitates habilitandi. Insuper fidelem prædictum Ugutionem de Trissino Capitaneum esse volumus equitum omnium, qui ad Imperialis majestatis nostræ custodiam designati sunt. Nulla igitur persona alta, vel infima, ecclesiastica, vel secularis huic nostræ concessioni contravenire, vel aliquid in contrarium attemptare præsumat sub pœna mille marcharum. Ad hujus itaque concessionis nostræ perpetuam memoriam, & roboris firmitatem præsens privilegium per manus Tomasii de Caldetio Notarii & fidelis nostri scribi, & bulla aurea typario nostro impressa jussimus communiri, Anno & Mense, & Indictione subscriptis.

Datum apud Veronam Anno Dominicæ Incarnationis 1236., IV. die mensis Aprilis, Indictione IX D. nostri Federici Dei gratia Invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Regis Siciliæ, Anno XXVI. Siciliæ XXXVIII.

Vixit Manfredus optimus Præsul ad annum usque 1254. aliis 1244. Ejus meminit Paleatinus in Annal. Franciscus Rogerius in Declamatoria adversus Trajanum Boccalinum. Manfredo Præsule, claruit Fr. Joannes Vicentinus è nobili Scledorũ familia Ordinis Prædicatorum, facundia, & auctoritate celebris.

41. PAULUS 1254. XLIII.

42. B. BARTHOLOMÆUS de Bragantiis [a] Vicentinus, ex Ord. Prædicatorum D. Dominici discipulus. Theologica facultate illustris, ac sub Gregorio IX. Sacri Palatii Apostolici Magister, ex Episcopo Nemovicensi in Cypro ab Alexandro IV. ad hanc Ecclesiam fuit translatus anno 1256. 15. Kal. Febr. ex Reg. Vatic ep. 741. f. 10. In ea administratione probos vicit exemplo, improbos, & à Catholica fide aversos fregit doctrina; hæreticorum tamen fraudibus circumventus multa passus est, tandemque ab Ezellino sævissimo pulsus est in exilium. Sed eo extincto, rediit ad sedem hanc, simulque Princeps civitatis, Ecclesiæque Antistes illam pie, sancteque administravit. Narrat Nicolaus Smeregus in sua Chronica, hunc Bartholomæum, cum esset Vicentiæ Princeps, populo potestatem fecisse sibi eligendi Prætorem anno 1259. idemque fecisse anno 1261. Sequenti anno una cum Patriarcha Aquilejensi ex delectu Rodulphi Cæsaris Italiæ Vicarius fuit, insecutisque proximis temporibus fuit in Galliis, & in Anglia Apostolicus Nuncius, cujus sanctimoniam vitæ cum exploratam haberet Ludovicus Rex Francorum, Spineæ Coronæ particulam illi dono dedit; quam, Vicentiam allatam, honorifice collocavit in Ecclesia à se constructa in honorem ejusdem Christi Coronæ. De hac sanctissima corona extat à Bartholomæo scripta narratio, quam Jacobus Marzarius retulit in suam Vicentinam historiam in hunc modum. XLIV.

[a] De quo Fontana in syllabo Magistrorum sacri palatii, p. 64. & in Theatro Domin. Mandos.

De Spina Coronæ Christi in civitatem Vicentiæ perlata 1260. Bartholomæus Episcopus servus Jesu Christi, universis fidelibus salutem. Vivis & certis constat indiciis, &c. quod sacrorum Christi Græcia Thesauraria prima fuit. Namque ea, quæ perfidia Judææ à se abjecit, hujus fides & devotio ad se traxit, & quæ illa meruit perdere, ista meruit obtinere, ibi namque Spinea Corona, ibi chlamys coccinea, ibi portio S. Crucis, quam Helena Regina Constantino filio suo Imperat. misit, de qua formatam coronam argenteam sacris ornatam reliquiis decenter composuit, & sub Cruce in fine fabricæ principalis de corona Dominica duas Spinas suis in locis sub chrystallo spectabiliter disposuit: sed & Græcia tantę gratiæ ingrata, & effecta schismatica, desolationem incurrit, eique in gratia successit Francia. Nam Balduvinus Imp. Latinus Coronam & Crucem Dominicam piissimo Ludovico Regi Franciæ donavit, non pretio, sed gratia prosequente. Post hæc Rex Christianissimus cum Regina & fere tota domo Regia christianæ religionis amore mare transiit tempore, quo nobis licet indignis Nemovicensis civitatis, quæ in Regno Cypri est, Pontificatum Apostolica Sedes contulit. Navigantes vero in Syriam, Regem, atque Reginam visitavimus, & in Joppe, atque in Sydone, & ultimo in Acone benigniss. ab eis recepti fuimus, & tanto amore dilecti, ut in Francia profecturi nos instanter rogarent, quod eos Parisiis visitare curaremus, spem nobis tribuentes, quod ibidem sacra Dei nobis communicarent. Cum igitur de Regno Angliæ, quo pro Fidei negociis profecti eramus, cum ipso Rege Angliæ pariter

& Re-

& Regina Parisios venissemne, spes nostra desideratum suscepit effectum. Nam pissimus Rex Francorum de Spinea Domini corona spinam unam excludi fecit, & nobis, Regio flexo poplite, nostris ex opposito flexis genibus, devotus obtulit, & de suis sacris Regiis manibus manus Pontificales ditavit. Quid ultra? dilectionis obsculo dato pariter & accepto, mutua recommendatione facta, hinc & inde nos abire permisit. Cum ergo anno MCCLX. perfido Eccelino mortuo ad civitatem Vicentiæ propinquaremus, Clerus, & populus universus obviam nobis venit, clamantes & dicentes, Benedictus qui venit in nomine Domini. Eratque utique in civitate locus, qui Collum dicebatur, ubi sedes fuerat Sathanę, & homines attendentes spiritibus errorum, & doctrinis dæmoniorum, in quo loco universitate civitatis favente, ad honorem Dominicæ Coronæ fundavimus Ecclesiam Ordinis Fratrum Prædicatorum, cujus alumni fuimus, ibique sacra ad collum nostrum pendentia, quæ detuleramus devote deposuimus, & alacriter contulimus. Sic igitur Vicentia civitas quondam perfidiæ civitas effecta est fidei & gratiæ, sacro ditata munere. Plaudat igitur tota Italia, exultet amplius Tarvisina Marca, sed tu magis plaude Vicentia tanti doni ditata gratia, ille vero, qui gratis tibi sua dona contulit Jesus Christus sic te gratam faciat, ut de gratia te perducat ad gloriam, in qua vivit & regnat cum Patre & Sancto Spiritu Amen. L. D. O. M.

Vixit deinde Bartholomęus omnium conspicue clarus, scripsitq; de cœlesti hierarchia, & in sacram scripturam comment. quæ M. SS. extant apud Prædicatores. Decessit ex hac mortali vita, ut alicui placet, anno 1264. vel ut tradit Nicolaus Smeregus in chronica Vicent. 1268. sepultusque est in ecclesia Coronæ Domini. Ejus corpus integrum repertum est anno 53. ab ejus obitu, exceptum marmoreo sepulchro solemni pompa, tanquam Beati cadaver, cujus vitam scripsit M. Antonius Thienæus in catalogo SS. & Beatorum Vicent. die 21. Maii. Memini me legisse in antiquo codice membranis confecto bibliothecæ cœnobii S. Salvatoris de Septimo Florentinæ diœcesis, Rodulphum quendam Vicentinum Episcopum anno 1264. die 3. mensis Octobris Ecclesiam Castrocari in Hetruria reconciliasse, cui s. Reparatæ titulus est. Non satis constat, quando Rodulphus iste ad hanc Sedem sit evectus, vel quando obierit, vel quis ille fuerit, cum nulla in monumentis Vicentinis de eo habeatur mentio, tantaque diversitas de obitus die Bartholomæi ab auctoribus referatur, ut haud facile sit dictu Rodolphum successisse, vel quoquo modo eidem Bartholomæo antecessisse. Constat tamen anno 1269. Vicentinam vacasse Sedem, ut scribit Smeregus in chronic. In quo quidem interregno non sine cæde, & sanguine imperialis pars, & Marchisana, hoc est Guelphi, Ghibellinique discissis studiis, diversos crearunt. Etenim imperialis pars Canonicorum, Bernardum Nicellum Placentinum Achidiaconum Cathedralis, Marchisana verò alia pars Garabertum Pedelegnum Patavinum Abbatem SS. Felicis & Fortunati. Hic, exæstuante lite, causa cecidit, Bernardus autem ab Aquilejensi Capitulo, Sede vacante, confirmatus, fuit subvectus ad Sedem.

XLV. 43. BERNARDUS de Nicellis Placentinus, Alberti filius, Ecclesiæ Vicentinæ Archidiaconus, exæstuanti Vicentinæ Ecclesiæ comitio, ut diximus, renunciatus Episcopus est, postq; diuturnam litē etiam cum quodam Antonio de Guarnerinis Patavino Canonico vitio electo, & à quorundam potentium virorum factione intruso, liberam tandem, absolutamque possessionem arripuit, auctoritate accedente Martini IV. Pontificis annn 1281. primo scilicet sui Pontificatus, qui datis Apostolicis litteris, Archipresbyterum Ferrariensem Vicentiam delegavit, ut illi Sedi suum Antistitem restitueret, cum oppidis, villis, pagisque, ac populis, quibus omnibus universo jure fuerat spoliatus. Pluribus à me visis monumentis, semper electus Vicentinus Episcopus enunciatur Bernardus ad annum usque 1276. quo quidem tempore die 6. Augusti Oldericum Velum nobilem Vicentinum de antiquis feudis, & juribus Castri Veli, quæ ab Episcopatu Vicentino obtinuerat, per annulum iterum investivit. Romæ decessit Episcopus Bernardus anno 1286. mense Decembri, ibidem tumulatus. De eo tradit Smeregus in chronic. *Tandem Episcopus Bernardus obtinuit quæstionem (id est Episcopatum) & rediit ad Episcopatum, & nunquam amisit aliquam bonitatem. Quare? quia non habuit, & postea obiit in Curia Romana.*



44. PETRUS de Saracenis nobilis Romanus, Episcopus antea Monopolitanus, huc translatus ab Honorio IV. anno 1287. 16. Kal. Martii ex Reg. XLVI
Vatic. ep. 239. fol. 191. ann. 2. Hic fratres habuit Petrum Jacobum, qui Romæ Proconsul fuit, & Angelum Joannis Patrem, quorum posteri Saracenam familiam Vicentiæ propagarunt. Dedit Petrus in feudum Joanni nepoti suo terram Bassani Vicentini Episcopatus obnoxiam, à Comite quodam Berardo relictam, ad cujus rei roborationem Joannes diploma obtinuit à Bonifacio VIII. anno 1295. Datum Anagniæ 16. Kal. Aug quod extat in Reg. Vat. fol. 12. epist. 266. ita inscriptum: *Joanni Saraceno Civi Romano Nepoti bo. mem. Petri Episcopi Vicentini.* Hanc rexit Ecclesiam Petrus ann 7 obiit vero anno 1294. de quo in actis Episcopii plures inveniuntur ab eo renovatæ jurisdictiones, inter quas recensentur illæ, quas Henricus, & Siginfredus germani fratres quondam Gualdinelli ex Comitibus de Bissariis iterum à Petro Episcopo in feudum recepere, Castra Castelli fabricæ, & Castelli boni cum juribus & pertinentiis suis, quam quidem renovationem plures deinceps Vicentini Præsules eidem nobilissimæ familiæ indulserunt. Porro Petri renovatio in Henricum, fratremque Siginfredum ita se habet.

In Dei nomine Amen.

Cum nobilis vir Henricus fil. q. D. Gualdinelli de Bissariis de Vincentia pro se, & Singifredo ejus fratre peteret à Reverendo in Christo Patre D. Petro permissione divina Vicentino Episcopo investituram sui recti feudi, quod olim pater suus præfatus habuit, & tenuit ab ipso D. Episcopo, & Episcopatu Vicentino, videlicet possessionem bonorum, & jurium positarum, & positorum in villa Costæ fabricæ Vicentini districtus, & suis pertinentiis, & pertinentiis Castelnovi Vicentini districtus, & cultura civitatis Vicentiæ, quos, & quæ ipse nunc, se, & dictum ejus fratrem tenere, possidere, & recognoscere, possedisse, tenuisse, & recognovisse asserit ab Ecclesia Vicentina: offerens se paratum præstare prædicto Domino Episcopo recipienti pro se, & Ecclesia Vicentina fidelitatis consuetum, & debitum juramentum.

Idem D. Episcopus visis, & examinatis juribus, & rationibus prædictorum Henrici & Singifredi ejus fratris, investitura videlicet D. Bernardi olim Episcopi Vicentini proximi prædecessoris sui facta in dictum D. Gualdinellum patrem prædictorum Henrici, & Siginfredi: scripta charta d. investituræ per Bartholomæum dictum Lupianum Notarium publicum.

Visa etiam investitura in d. D. Gualdinellum facta per ipsum D. Episcopum scripta manu Petri de Piperno Notarij. Et ut etiam d. fratres ad exhibitionem obsequiorum ipsi Domino Episcopo, successoribus suis, & Episcopatui Vicentino fortius evenerint salvo jure Episcopatus, & alterius cujuscumque. Memoratum Henricum devote recipientem pro se, & Siginfredo fratre suo prædicto cum annulo, quem habebat in manu investivit, de nominatis possessionibus, bonis, & juribus secundum quod d. D. Gualdinellus eorum pater tempore vitæ suæ habebat, & tenebat, & investitus fuerat per dictum D. Bernardum Episcopum Vicentinum prędecessorem ipsius D. Episcopi, & ipsum D. Episcopum, &c.

Datum Vicentiæ in aula Episcopali ante capellam S. Nicolai Episcopatus præsentibus religiosis & discretis viris fratre Guidone de Montebello Priore, & fratre Ubaldo de Barbarano Ordinis fratrum Prædicatorum de Vicentia, D. Matthæo de Coldogno, D. Rodulpho, D. Vitale de Pandecampo, & D. Petro Stravolto Jud. de Vicentia, & aliis sub anno a Nativ. D. 1291. Indict. V. die Lunæ XXVI. Novembris, Pontificatus D. Nicolai Papæ IV. anno quarto &c.

Et ego Martinus olim fratris Raynerij de Cesena Imperiali auctoritate, & nunc d. D. Episcopi notarius prædictis interfui, & rogatus scripsi, & publicavi, meoque signo consueto signavi &c.

Coram Magn. & R. D. Simone de Preiis honorando Vicario in Episcopatu Vicentino generali pro Illustrissimo & Reverendiss. D. Cardinali de Urbino Episcopo Vicentino ad investituras feudales faciendas, & renovandas specialiter deputato. Constituti nobb. viri Hieronymus q. nob. v. Spinellæ nomine suo, & nob. D. Franciscus, D. Petrus Paulus, & D. Odoricus fratres f. q. magn. Equitis D. Jacobi de Bissaris nobb. Vinc. omnia debita reverentia petierunt se, & quemlibet eorum investiri ad feudum, & jure feudi recti aviti, paterni, nob. & antiq; pro se, & eorum filiis & hęredibus utriusque sexus, tam masculis, quam fœminis de tota villa Costęfabricæ Vicentiæ diœcesis, & districtu, castro, comitatu, pertinentiis, jurisdictionibus dictæ villæ, & de omnibus terris, bonis, sediminibus, possessionibus, decimis, & jure decimandi, decimationibus, & jurisdictionibus, marigantia, & aliis juribus feudalibus positis in dicta villa, & pertinentiis de Costafabrica in cultura civitatis Vicentiæ in villa, & districtu de Castelnovo Vicentinę diœcesis, secundum quod omnia scripta sunt, & totum feudum per ordinem describitur in investitura feudali olim facta D. Gualdinello de Bissariis progenitori suo per olim D. Bernardum Episcopum Vicentinum scripta per Bartholomæum dictum Lupianum q. Bartholomæi notarij de Lupia in 1285. Ind. 13. die Veneris 18. Januarij, offerentes se paratos præstare dicto Domino Commissario recipienti pro prædicto Illustrissimo Domino Cardinali fidelitatis, & vassallagij consuetum, & debitum juramentum.

Qui D. Commissarius visis juribus dictorum vassallorum, & maxime investitura feudali eis facta sub q. R. D. Card. Rodulpho olim Episcopo Vicentino sub die 4. mensis Septembris 1525. ibidem producta, visa, & lecta præfatos nobiles d. V. Hieronymum, D. Franciscum, Petrum Paulum, & Odoricum de nob. familia de Bissariis coram ipso flexis genibus constitutos, & humiliter petentes, & recipientes pro se se, & nominibus antedictis, ac pro suis, & cujuslibet eorum hæredibus utriusque sexus tam masculis, quam fœminis, ita quod stantibus masculis, jus dicti feudi ad fœminas non transcendat, & masculis non extantibus, jus dicti feudi suis filiabus legitimis requiratur de tota villa prædicta de Costa fabrica, castro, comitatu, pertinentiis, jurisdictionibus dictæ villæ, omnibus bonis, terris, sediminibus, possessionibus, decimis, juris decimationum, jurisdictionibus, marigantiis, & aliis juribus feudalibus positis in dicta villa, & districtu de Castelnovo Vicentinæ diœcesis, & generaliter de omnibus aliis bonis, possessionibus, jurisdictionibus, actionibus, realibus, personalibus, utilibus, directis, tacitis, & expressis, pertinentibus, & adjacentibus dicto Episcopo, & Episcopatui Vicentino sitis, & positis in villa, & pertinentiis Costæfabricæ Vicentinæ diœcesis, & culturæ civitatis Vicentinæ in districtu de Castelnovo Vic. diœc. comitatu, marigantia, & jurisdictione villæ de Costa prædicta cum omnibus sediminibus, possessionibus, nemoribus, positis molendinorum, piscationibus, jurisdictionibus, aucupationibus, consortiis, decimis, & perceptionibus earumdem, vassallis, vassallagiis, feudis, usibus aquarum, aquæductis, & aquarum emissionibus, & omnibus aliis, & singulis proprietatibus, & juribus, ac pertinentiis in integrum sibi adjacentibus tam in montibus, quam in plano, locis cultis, incultis, rupibus, rupinis, cæsiis, fossatis, honoribus & accessibus, & ingressibus suis omnibus superioribus, & inferioribus, & quibuscumq; aliis, prout hæc omnia scripta sunt in prædicta investiturā feudali d. D. Bernardi olim Episcopi Vicentini scripta per Bartholomæum de Lupia ad feudum, & jure feudi recti, aviti, paterni, nobilis, & antiqui per annuli impositionem solemniter, & legitime investivit.

Salvo semper jure Episcopatus Vicentię, & alterius cujuscumq; personæ, & ecclesiæ baptismalis, & parochialis circa quartesia, & alia servitia consueta. Et salva semper in omnibus, & qualibet parte sui protestatione bonæ memoriæ Reverendissimi Patris, & Domini D. Bartholomæi olim Episcopi Vicentini facta in generali curia vassallorum in Calendis Maij 1260. indictione [illegible]

Tali pacto, & conditione habitis inter dictum D. Commissarium facientem, ut supra, & dd. DD. Vassallos, quod dictum feudum non possit dividi in plures partes nec vendi, vel alienari in totum, vel in partem per dictos Vassallos, nec per Commune Vicentiæ, nec auctoritate, aut mandato alicujus Prætoris contra canonica instituta pro generali, vel speciali debito dd. Vassallorum, suorum hæredum, aut majorum, nec aliquo alio modo vendi, alienari, obligari, seu distrahi, contra quæ pacta, & eorum aliquod si fieret, dd. vassalli ipso jure cadant à jure dicti feudi, quod in ipsum Dom. Episcopum, & ejus Episcopatum libere revertatur; ita quod ingredi possit dictus Dom. Episcopus per se aut suos nuntios auctoritate propria, & tenutam accipere dicti feudi, & illud habere, & tenere pacifice, & quiete sine aliqua dd. Vassallorum, aut suorum hæredum contradictione, & ex nunc in præmissis casibus, & eorum quolibet dictus D. Commissarius faciens, ut supra retinuit in se dominium, & possessionem, vel quasi dicti feudi, solam nudam, & precariam possessionem dictis vassallis concedendo.

Et dedit dictus D. Commissarius, faciens ut supra, licentiam dictis vassallis tenendi & possidendi d. feudum ab Episcopatu, & Ecclesia Vicentina, sicut hactenus tenuerunt, & possiderunt. Hisq; sic solemniter, & legitime peractis, prædicti vassalli prædicto D. Commissario recipienti pro prædicto Illustr. D. Card præstiterunt fidelitatis, & vassallagij consuetum, & debitum juramentum juxta formam sacramenti, quod vassali Ecclesiæ Vicentinę præstare consueverunt, &c.

Ego Bernardinus Guzzorottus Soledîensis publicus Imperiali auctoritate notarius, & Cancellarius in Episcopatu Vicentino prædictis omnibus, & singulis una cum prænominatis testibus præsens fui, & ea rogatus scripsi, & aliena manu fideliter, aliis occupatus negotiis, in hanc publicam formam redigi feci. Ideo in præmissorum fidem, & robur me publice subscripsi, & signo meo solito roboravi &c.

Bissariorum nobilissimam familiam unam ex antiquioribus Vicentiæ esse, omnes Vicentinorum scriptores affirmant, in eaque viri ingenio, opibus, & factione potentes fuere, qui Vicentinam Ecclesiam tamquam præcipui defensores, & Vicedomini non semel vindicarunt, quorum etiam ex vetusto speciali privilegio interest novos Episcopos solemni pompa per urbem ad Cathedralem pergentes comitari, eosdemque in Episcopij possessionem immittere, parafrenum, quo Præsul tunc equitavit, in signum Advocatiæ retinere. De qua illustri

familia legendi Pagliarinus in Annal. Vicentin. Castellinus in hist. hujus urbis, Marzarius, Leander, & alij. Pauln antequam Petrus Episcopus Bissariorum familiæ feuda, & jurisdictiones renovasset Meliorantiam juniorem Trissinum Ecclesiæ Vicentinæ feudatarium de nonnullis castris ac rectis feudis reinvestivit 1282. die 4. Sept. de qua re Castellinus eodem anno. *Cum D. Meliorantia q. D. Meliorantiæ majoris de Trissino, Vgutio, &c. petierunt investituram sui recti feudi, videlicet meditatem castri jurisdictionis Mariganti, Consortiæ, & omnium bonorum villæ de Cornedo cum indiviso, cum D. F. Antonio, & Jordano filiis q. D. Panersachi q. filij Meliorantiæ majoris, item de aliis bonis in Cornedo, Drivino, in Quargenta, & in Valdamo à R.D. Petro Episcopo Vicentino cum annulo, quem tenebat in manu ipsos de suis rectis feudis investivit, &c. Actum Vicentiæ in sala depicta Episcopalis Palatij, &c.*

Fuisse Petrum hunc Vicentinum Episcopum, Flaminiæ pro Romana Sede Rectorem, libro 6. suæ Ravennatensis historiæ commemorat Rubeus.



XLVII 45 ANDREAS de Mozzis nobilis Episcopus Florentinus ad hanc sedem fuit translatus à Bonifacio VIII. anno 1295. Id. Septembris ex Reg Vatic. Epist. 406. fol. 99. Decessit paucos post menses hoc est Februarij 1296. ejusque corpus relatum Florentiam apud S. Gregorium tumulatum fuit, Mozziæ nobilissimæ familiæ antiquum templum, marmoreo sepulchro gaudente, cum inscriptione illa, quam retulimus in Florentinis Episcopis.

XLVIII. 46 B. RAYNALDUS Concoregius Mediolanensis ad hanc sedem fuit promotus an. 1296 Bonifacio VIII. ita censente, qui electionem Capituli de persona Guidonis Prioris Fratrum Prædicatorum de Vicentia celebratam, nullam, irritamque declaravit, etiamsi à Patriarcha Aquilejensi munus consecrationis idem recepisset. Id habetur in Epist. 492. l. 116. an. 2. Reg. Vatic. Post hæc Raynaldus Patrimonij S. Petri fuit Rector, ac Vicarius Generalis. In Galliam Apostolicus Nuncius incassum laborasse legitur, dum pacem inter Reges Gallorum, & Anglorum ineundam sua industria non semel tentasset. In Italiam regressus post septimum annum suæ administrationis Ravennas Archiepiscopus evasit, de quo ibi in nostro secundo tomo.



XLIX. 47 ALTOGRADUS Cataneus de Lindinaria, nobilis Archipresbyter Patavinus, celebris Jurisconsultus, hanc sedem assecutus est anno 1304. 8. Kal. Martii ex Benedicti XI. Papæ delectu ex Reg. Vatic. Ep. 405. anno 1. ejusdem Pontificis. Is eum esset excelsi animi vir, & Atestinis Principibus intimus amicus, quingentos, & mille equites in subsidium contra Venetos Ferrariam infestantes tempestive præmisit. interfuit coronationi Henrici VII. Imp. solitumq; fidelitatis homagium veluti Sacri Romani Imperii Princeps juravit. Cum Vicentiæ communi diu exagitatam de juribus discordiam sua prudentia, delata Potestati Paduæ, communique facultate, sedavit, perpetuoque sanxit, in cujus rei memoriam in Vicentiæ turri primaria in marmore exarata hæc carmina leguntur.

Februs erat, Christique suis hyberna pruinis
Tempora transierant mille trecenta decem,
Cum sedata fuit patrii discordia luei
Hos inter cives, Altigradumque patrem.
Dalismarinu Manfredus origine clarus
Mente senex, juvenis corpore rector erat.
Dignus ad imperium tolli; cui provida turba,
Juris amans, cultrix justitiæque fuit.

Sententiatum fuit per D. Potestatem, Consiliarios, & Commune Paduæ eu arbitrio eis dato per D. Episcopum, & Episcopatum Vicentiæ de licentia D. A. Cardinalis Legati Apostolicæ Sedis, & Capituli Vicentini, & D. Othonem Manfredi Sindicum Communis Vicentiæ, super que omnibus, quæ erant inter D. Episcopum, Episcopatum, & Commune Vicentiæ occasione Montis de Plano, qui dicit in quatuor petiis, quod ipsum nemus pleno jure pertinet, & est communis Vicentiæ, & quod D. Episcopus, & Episcopatus Vicentię delatum ante habet in eo, & quę pro quolibet, idemque D. Episcopus habet in eo nemorem, licet diceret se habere Commune Vicentię emeret possessionem valoris 1705. librarum, ut certa sententię scripta per Baldum de Padua constat, & empeæ fuerunt prose, & traditæ ipsi D. Episcopo ut in chartis per Vivianum de Mag.... constat, quæ omnia acta fuerunt potestate nobili milite D. Manfredo de Dulismarinis, cooperante industria D. Marsilii de Pedeligno ejus Vicarii, & sapientum virorum Dominorum H. de Ravaxino, B. de Pontis, G. de Porcis, Bon de Collo Judicum & O. Maufredi, & B. Raveuon T. de Vicentia. Hæc inscriptio.

Patavii in Patria Altogradus excessit e vita anno 1314. sepultusque est in ecclesia sancti Augustini in sepulchro marmoreo cum hac inscriptione

Hic jacet venerabilis in Christo Pater
Altogradus Cataneus de Lendenaria
& Doctor Decretorum, & Episc. Vicentinus
qui feliciter de hoc mundo migravit
prima die Octob. MCCCXIV. Indict. XII.
cujus anima requiescat in pace,
Amen.

48 SPERAINDEO ex Abbate S. Zenonis Veronæ Ord. S. Benedicti Altogrado successit anno 1315. defunctus est 1321. L.

49 FRANCISCUS de Temprarinis Veronensis, Abbas S. Zenonis Ord. S. Benedicti, Episcopus Vicentinus delectus est 1321. quo Præsule floruit Joannes Baptista Ferretus insignis Vicentinus Poeta, qui heroico carmine Scaligerorum gesta feliciter panxit, Patriæque historiam scripsit. Obiit Franciscus Episcopus anno 1336. LI

50 PETRUS hujus nominis III. successit Francisco an. 1336. Parum vixit, aut numquam fuit, cum nulla de eo in Reg. habeatur mentio, memoratur tamen in Vicentinis indiculis. LII.

51 Fr. BLASIUS ex Ord. Minorum ad hunc thronum fuit assumptus circa ann. 1337. (1) quo 9. Julii solitum subsidium Romanæ Curiæ persolvit ex lib. Oblig. de quo mentio habetur etiam in Regesto Benedicti XII Ep. 109. anno Pontificatus 6. qui fuit LIII.

(1) Anno jam 1335. mense Septembri hic in Cathedra sedebat Blasius; ut constat ex confirmatione Bartholomæi Episcopi Veronen. electi per commissionem Aquilejen. Patriarchæ ab ipso facta, ut supra vidimus in Veronen.

fuit Christi 1340. 2. Kal. Aprilis, in qua à Pont. Max. ipsi Blasio Vicentino, & Natali civitatis novæ Episcopis commendatur Franciscus Cenetensis Episcupus; ejusdem etiam Blasii Castellinus meminit iu Annal. Vicent. ad annum 1339. 29. Martii. *In Arce*, iuquit, *de Brendulis coram R. D. Blasio Episcopo Vicentiæ comparuit Thomasius Trissinus filius q. D. Henrici de Trissino faciens pro se, & D. Jordano, &c. proponens quod nobiles viri de domo Dominorum de Trissino ex uno stipite descendentes ab eo tempore citra, cujus memoria non extat, diviserunt se in duos colonellos, quorum unus appellatus fuit Colonellus de Meliorantiis, petiit investiri de feudo in villis de Trissino, Quargenta, Cornedo, & suarum pertinentiarum*, &c. Blasius vero postquam Vicentinam Ecclesiam gubernasset plus minus annis decem translatus est ad Episcopatum Reatinum, ut in 1. tomo retulimus ex Reg. Vatic. iu quo nulla de monachatu ejus extat mentio, neque apud Vvaddingum in Annal. Minor.

LIV. 52 Fr. ÆGIDIUS Blasii de Cortona Etruscus, insignis Theologus Ordinis Eremitarum S. Augustini à Clemente VI. electus est Episcopus anno 1348. 7. Idus Januar. ex Reg. Vatic. Ep. 36. fol. 21. p. p. an. 6. Reperi in Anonymo Pisanorum rerum scriptore, hunc Vicentinum Episcopum ad Pisanos legatum fuisse Caroli IV. Imp. anno 1355.

(„ *Ægidius iste è nobili familia de Bonis, Blasii* „ *filius progenitus fuit. Nec desunt, qui opinantur* „ *ad Cardinalatus dignitatem promotum fuisse ab* „ *Innocentio VI. ad preces Caroli IV. Imper. Id asseruit Hieronymus Romanus Ord. Eremit. S. Augustini in historica Epistola, quam scripsit Gregorio* „ *Petrochino S. R. E. Cardinali, & olim sui Ordinis* „ *Generali: in ea tamen excidit, tempus electionis* „ *rejiciendo in Pontificatum Alexandri* III. *Franciscus de Baldellis nobilis Cortonensis Cardinalem fuisse constanter sustinet in additione ad tom.* „ *6. aliique rerum Cortonensium scriptores ipsi purpuram adscribunt, quos inter Jacobus Laurus Romanus. In claustro Asceterii Perusini sui ordinis* „ *antiqua visitur ejus imago Cardinalatus insignis* „ *decorata; deque eodem P. Gandulphus amicus noster diserte in notitia* de' Cardinali dell' Ordine „ Agostiniano. *Lucentius.*)

LV. 53 JOANNES de Surdis *a* Placentinus, din Veronensis Ecclesiæ Canunicus, Vicentinam Ecclesiam regendam suscepit an. *1372. dum Avenione pro Scaligeris Veronæ Dominis apud Puntif. Max. Oratoris munere fungeretur. Ecclesiam S. Jacobi à fundamentis exstruxit, ut subjecta ad parietes ibidem inscriptio proloquitur.

a De quo Campius in hist. Placent. p. 3 fol. 163. & 141. Mandos.
** Ex App. tom. 5.*

MCCCLXXII. Ind. X. die XXIIII. Julii.
Rev. in Christo Pater
Dominus Joannes de Sardis de Placentia
Dei gratia Episcopus Vicentinus
fundavit istam Ecclesiam ad honorem, & sub
titulo, & nomine
Beati Jacobi Apostoli de Galitia,
quam deputavit Ordini Fratrum gloriosæ
Mariæ Virginis de Carmelo
pro remedio animæ suæ,
ut ipsi fratres dicti Ordinis in ipsa Ecclesia
perpetuo
debeant divina officia celebrare,
& pro anima præfati Domini Episcopi
commemorationem facere.

Obiit Joannes an. 1385. Veronæ, Vicentiam delatus in Cathedrali sepultus. Ejus dies anniversarius Veronæ quotannis celebratur 10. Junii, usque in hodiernum diem.

LVI 54 NICOLAUS, patria Veronensis, Vicentinus Antistes, adlectus est an. 1385. quem lib. Oblig. Urbani VI. adhuc vocat electum an. 1387. die 9. Martii, quo anno oportuit illum obiisse, cum in libris Provisionum Antipapæ Clementis repererim, Joannem quendam Antistitem electum Vicentinum 1388. Avenioni solitum subsidium sacro collegio adpromisisse, quem haud arbitror legitimum esse Episcopum, sed intrusum quempiam ab eodem Pseudopontifice Clemente, quando constat eodem anno 1388. Petrum Philiargum hanc sedem tenuisse, ut statim videbimus.



55 Fr. PETRUS Philiargus *b*, dictus de Candia, ex ordine Minorum, successit Nicolao 1388. *c* eodemque anno translatus est ad Ecclesiam Placentinam, inde ad Novariensem, mox ad Mediolanensem, denique Cardinalis, & Pontifex Maximus sub nomine Alexandri V. evasit in Pisano Concilio anno 1409. de quo latius supra narravimus. LVII.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 752. & 771.
c Mense Aprili è Placentina ad hanc translatus.

56 GEORGIUS de Tortis Terdonensis, olim Episcopus Cenetensis, mox Cremonensis, ad hanc fuit ecclesiam translatus anno 1389. sed è vita discessit antequam ejus translationis diplomata procuderentur, ut ex lib. Provis. & Oblig. Bonifacii XI. observavimus. Hic ex incogitantia amanuensis nostri haud repositus est in nostra supra relata serie Episcoporum Cenetensium, reponendus est a 8. loco ante Martinum. LVIII



57 JOANNES Castillioneus *d* nobili genere apud Mediolanenses natus, ex Decumanis Canonicis alumnus, Vicentinus Episcopus renunciatus est anno 1390. 6. Idus Octobris designato Georgio successit, ut lib. Provis. Prælat. ex fide prodit. In humanis, divinisque litteris cultissimus fuit Joannes. Quamobrem Fulgosum, aliusque viros præstantes, & graves instituit. Galeatii Vicecomitis Ducis Mediolani consiliarius fuit, publicéque, ac diu in Patavina Academia jus prudentiam professus est; itaque Vicentinus Episcopus factus; ad exemplum suorum nihil omisit, quæ Pastorem optimum viderentur decere. Pastoralibus virtutibus bonorum titulos adjecit, Comitis scilicet, Marchionis, & Ducis Vicentini, quibus voluit insigniri. Mediolani decessit annu 1409. pustremo die se convolventis Julii, sepultusque est in Cathedrali cum hoc epitaphio. LIX.

d Laudatus à Piccinelli in Athenæo Litterator. Mediol. p. 281. Mandos.

Proh dolor! hoc ingens recubat sub marmore Præsul
Castilione satus, clara de stirpe Joannes:
Vir pius, ac justus, sancti servator honesti,
Canonis eximius sacri, legumque Monarcha
Nobile concilium, membris solamen egenis.
Præcipuum cui plura dedit, fides atque virtus
Mille novem, centumque quater sol altus agebat
Julius extremum, cum mors subiit atra, tenebat.

58 PETRUS Æmilianus nobilis Venetus, Grecæ, & Latinæ linguæ peritissimus, doctrina summis viris comparandus, ex Clerico Apostolicæ Cameræ ab Alexandro V. Episcopus Vicentinus fuit LX



adlectus 1409. die 12. mensis Aug. ex lib. Provis. Præfuit laudabiliter annos 23. defunctusque est Venetiis 1432. ubi sepultus fuit apud S. Mariam de Gloria a cum sequenti epitaphio.

a In Ecclesia Minorum Conventualium.

Qui columen patriæ fuerat, spes fida Senatus
Pontificis sacri præmia promeritus.
Emicuit Latio pariter sermone Pelasgo
Hic decus, & sanctæ religionis honos.
Occupat hoc tandem Æmilianus marmore Petrus,
Quem Vicentini congemnere Patrem.
fui P. MCCCCLXIV.

LXI. 59 FRANCISCUS Malipetrus, nobilis Venetus, ex Episcopo Castellano sive quod idem est, Veneto, ad hanc transivit Ecclesiam 4. Id. Martii 1432. Obiit anno 1451. Cujus Pontificatu fratres Jesuati in urbe fuerunt recepti, ubi ecclesiam S. Hieronymi, Episcopo juvante, ædificarunt.



LXII. 60 PETRUS Card. Barbo b, ille qui postea Pontifex factus, Paulus II. appellatus est, hanc eadem sedem obtinuit 1451. 16. Kal. Julii, qui deinde Pio II. annuente Episcopus Patavinus evasit anno 1459. Habuit sui Episcopatus locumtenentem (ut vocant) Marinum Contatenum Episcopum Cathatensem, qui iterum nobilem virum Antonium q. Nicolai de Cottiis de Montecello Vicentinum civem investivit de feudo decimæ Contratæ de Exatdis de Montebello anno 1453. die 4. Januarii. Quam quidem renovationem Bartholomeus Antonii filius deinceps à Marco Barbo novo Episcopo per Angelum Fasolum Feltrensem Episcopum, & locumtenentem recepit die 14. Aprilis 1466. & Petrus Dandulo Episcopus 1503. 4. Maii Nicolao civi Veronensi, & Antonio, & Cozzæ fratribus Bartholomæi filiis, eandem concessit juxta vetustas investituras à suis antecessoribus præscriptas. Idem fecit Card Rodulphus Vicentinus Episcopus an. 1525 die 20 Septembris nobilibus viris Cozzæ Bartholomæi filio Vicentino, ac Veronensi Patritio. Idem præstitit Matthæus Priolus Episcopus, Nicolao, & Antonio fratribus an. 1576. ultimo Aprilis, & Cozza Archipresbyter Veronensis suo nomine, fratrumque suorum Bartholomei, Julii Cæsaris equitis Hierosolymitani, Antonii filii quondam Bartholomæi, quondam Cozzæ de Cottiis civium Veronensium, & Vicentinorum feudum renovavit an. 1618. Dionysio Delphino, 1627. Friderico Cornelio 1636. Luca Stella, & anno 1642. 11. Augusti, M. Antonio Cardinali Bragadeno Episcopis. Cæterum sedente Petro in Cathedrali inventa fuerunt corpora SS. Martyrum Leontii, & Carpofori fratrum anno 455. die 10. Augusti.

b De eo Ciacconius. Oldoinus, t.2.col.943 & 1069.



LXIII 61 GREGORIUS Corrarius nobilis Venetus, Pii II. Pontificis Prothonotarius, ab eodem Sedem Vicentinam obtinuit an 1459 cujus idem Pius meminit in commentariis lib. 2. (*„Vix electus Patriar- „chu Venetiarum obiit XIII. Kalend. Decembr. „* 1464.)



LXIV 62 MARCUS Barbo a Venetus, Pauli II consobrinus, vir eruditus, prudentia, liberalitate, cæterisque virtutibus clarus, adeoque Pontifici charus, ut ab ipso Episcopus Vicentinus declaratus sit. Possessionem adeptus est solemni pompa pro ipso Angelus Fasolus Episcopus Feltrensis, Episcopatus Vicentiæ vicesgerens an 1465. 27. Aprilis, tradiditque equum album phaleratum, juxta vetustam consuetudinem, nobilibus viris Mattheo, Hieronymo, aliisque fratribus de Bissariis Vicentini Episcopatus Vicedominis, quo Episcopus primo urbem ingressus, ab iisdem nobilibus ad Cathedralem deducendus erat; de qua re publicum facere documentum coram Antonio de Fabriano Episcopo Suacensi, Marci Episcopi suffraganeo, Petro Mauroceno Vicentiæ Capitaneo, aliisque nobilibus viris, sequentis tenoris.

a De eo Ciaconius Oldoinus t.2.col.1105

In Christi nomine Amen.

Anno ab ipsius nativitate 1465. *Ind.* 13. *die Sabbati* 27. *mensis Aprilis super via publica ex opposito ecclesiæ S. Catherinæ sitæ extra, & prope portam civitatis Vicentiæ ad portum navium præsentibus magnifico, & generoso viro D. Petro Mauroceno pro Illustrissimo Duc. Dom. Venetiarum, Honorando Capitulo Vicentiæ, Reverendis Patribus D. Antonio de Fabriano Episcopo Suacensi, R.D Episcopi Vicentini suffraganeo. D. Antonio Monaldi Abbate S. Petri de Villa nova Vicentinæ diæcesis, spectabili, & generoso Dom. Antonio Baldu Cameraria Vicentiæ, spectabilibus, & generosis militibus D. Gulielmo Pajello, & D. Baptista de Trissino civibus Vicentiæ, & aliis quampluribus civibus associantibus infra dictum D. Episcopum.*

Cum nobiles de Bissariis, qui vulgo nuncupantur Bissarii della Costa, ex longa, & antiquissima consuetudine soliti sint habere, & usq; in præsens habedi. pacifice

te-

A *teneant, & possideant, vel quasi illam prærogativam jurisdictionis. Videlicet quod ipsi nobiles de Bissariis della Costa novos Episcopos Vicentinos, primum ingredientes civitatem deducunt, & soliti sunt deducere per frena equorum cum hoc quod pro insigni titulo, & præmio dictæ jurisdictionis ipsi nobiles Bissarij della Costa lucrantur equos, quibus præfati D. Episcopi insident, &c. quando faciunt ingressum ipsius civitatis.*

Cumque Reverendus in Christo Pater, & D. D. Angelus Fasolus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Feltrensis, locumtenens, & Comes, ac vicesgerens R. in Christo Patris, & DD. Marci Barbi eadem gratia Episcopi Vicentini Ducis, Comitis, Marchionis habuerit in speciali commissione ab ipso R. D. Episcopo Vicentiæ, ut ipsam laudabilem consuetudinem, & jurisdictionem inviolabiliter observare debeat, spectabili D. Matthæo de Bissariis, & filiis q. N. V. D. Jacobi de Bissariis fratribus existentibus de dicta stirpe, & collonello Bissariorum della Costa, adhoc ut ipse R. D. Episcopus Vicentiæ gradiat per multa
B *exempla prædecessorum suorum, quibus exemplis indubitata fides constat de dicta jurisdictione, & maxime subsequentes præclara vestigia sanctissimi in Christo Patris, & D. nostri D. Pauli divina favente clementia summi Pontificis, & Papæ Secundi.*

Quem tunc Cardinalem, & dignissimum Episcopum Vicentię venientem ad suum Episcopatum, prędicti D. Matthęus, & Jacobus de Bissariis fratres sub recentem memoriam deduxerunt, & per frenum equi in civitatem, & usq; ad Ecclesiam Cathedralem suam, & equum juxta morem dictę jurisdictionis adepti sunt.

Idcirco prefatus Rev. D. Episcopus Feltrensis locumtenens, vicesque gerens, ut supra constitutus in prędicto loco, ac pręsentibus testibus suprascriptis, dedit, tradidit, & consignavit vice, & nomine prefati Rev. D. Episcopi Vicentini ipsis spectatissimo D. Matthęo, ac D. Hieronymo, Bartholomęo, & Francisco fratribus, & filiis q. d. N. V. Jacobi de Bissariis.

Vnum equum leardum appomellatum sindone alba coopertum, cum freno desuper aurato secundum quod equi prædicti ornari consueverunt, ad hoc ut ipsi nobiles in prærogativa suę jurisdictionis inviolabiliter
C *servarentur.*

Quem equum sic ornatum, & taliter consignatum prædicti D. Matthæus, D. Hieronimus, Bartholomæus, & Franciscus reverenter acceptaverunt gratias agentes tam ipsi Rev. D. Episcopo Vicentiæ, quam ipsi D. locumtenenti, vicesque suas gerenti.

Et continuo dictus Bartholomæus de Bissariis ascendit equum prędictum coram præsentia ipsius R. D. Episcopi, ac magnifici D. Capitanei suprascripti, aliorumque testium, & coram frequentia, & multitudine plurimorum civium, & aliorum hominum assistentium ad tale spectaculum.

Qui D. D. de Bissariis rogaverunt me notarium infrascriptum, ut de omnibus, & singulis præmissis taliter gestis, & celebratis deberem publicum instrumentum conficere pro robore, & firmamento dictę suæ jurisdictionis, & ad perpetuam memoriam posterorum.

Marcus deinde creatus Cardinalis Episcopatu Vicentino se abdicavit 1473. habuitque Aquilejensem Patriarchatum. Hujus laudes non tacuit Gas-
D pae Veronensis lib. 4. de rebus gestis Pauli II. temporibus.

LXV 63 BAPTISTA Zeno *a* Venetus, Pauli II. ex sorore nepos, ab ipso creatus fuit Diac. Card. S. Mariæ in Porticu, ex cessione Card. Barbi Episcopus Vicentinus 1473. renunciatur. Vir plane insignis, qui decoro, & rarissimo nexu, nobilitatem generis cum sanctimonia morum conjunxerat. Fuit Archipresbyter S. Petri Perusiæ, Vmbriæque Legatus; eodem munere exornatus est ad Venetos. S. Zenonis nobilem Veronensem Abbatiam commendatam habuit, quam restauravit, & exornavit Sancto Francisco Venetiis templum erexit; legiturque reparandis, instaurandisque ecclesiis, ac piis locis ad quinquaginta millia scutorum expendisse, adeo in summa fortuna, summas opes ex animi generosi-

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 1191.



tate contemnere erat solitus. Decessit Patavij Episcopus Cardinalis Tusculanus anno 1501. ejusque corpus relatum Venetias in nobilissimo marmoreo sepulchro tumulatum fuit in sacello prope Porticum ecclesiæ S. Marci, quod sex statuæ æneæ, sex virtutum, Fidei, scilicet, Spei, Charitatis, Prudentiæ, Pietatis, & Munificentiæ exornant, argumentum futuris, Baptistam Zenum, dum viveret, virtutes illas enixissime excoluisse; superiori vero parti sepulchri statua item ænea Cardinalis spectatur imposita ex decreto publico Veneti Senatus, cui magnam signatæ pecuniæ summam dicitur legasse defunctus, cui sepulchro impar tantis virtutibus hujusmodi epitaphium apposuit.

Jo. Baptistæ Zeno
Pauli II. ex sorore nepoti
S. R. E. Cardinali meritissimo
Senatus Venetus
cum propter eximiam ejus sapientiam
& singularem pietatem,
& munificentiam in patriam,
quam amplissimo legato moriens
prosequutus est M. PP. C.
ætatis an. LXII. Obiit MDI die VIII.
Maij hora XII.

Hujus cum laude meminit Papiensis in suis Epistolis, Bembus lib. 1. hist. Venetæ, ubi de Zeni obitu narrat, ejusdemque fortunas commemorat, quarum non temnendam partem Alexander VI. voravit. Ejus meminit Garimbertus pluribus in locis, Sansovinus, & alij.

(„ *Zeno dum presulatum gereret Vicentinum,*
„ *Sixtus IV. decrevit deputationem confessarij Mo-*
„ *nialium S. Petri Civitatis Vicentinæ spectare Ab-*
„ *bati SS. Felicis & Fortunati, cujusvis alterius*
„ *super hoc minime requisita licentia, ut ex Marghe-*
„ *rino sub dat. Romæ 27. Junij 1480. Idem monaste-*
„ *riam jam antea univerrat Pius II. congregationi S.*
„ *Justinæ de Padua. Eandem unionem, idemq; jus*
„ *confessarij confirmavit Alexander VI. qui insuper*
„ *illud esse in posterum voluit exemptum à quacumq;*
„ *jurisdictione Ordinariorum, etiam Legatorum, &*
„ *Nunciorum Sedis Apostolicæ, eidemq, & ipsi inser-*
„ *vientibus personis omnia privilegia concessit præ-*
„ *fatæ Congregationis, ut apud Margherinum to. 2.*
„ *Constit. 392. omniumq; ipsius privilegiorum, &*
„ *exemptionum decretum etiam edidit Senatus Vene-*
„ *tus die 20. Septemb. 1649. Lucen.*)



64 PETRUS Dandulus, nobilis Venetus, ex LXVI

A Primicerio S. Marci post Cardinalem Zeoum ad hanc eandem sedem pervenit 1501. die 14 m. Junii. Transiit deinde ad Patavinam Ecclesiam an. 1507.

LXVII 65 GALEOTTUS Franciottus de Ruvere Card. Lucensis, Julii II. ex sorore nepos, Vicentinę Ecclesiæ adiectus administrator 1508 pauloque post diem suum obiit, de quo alibi.

LXVIII. 66 SIXTUS Gara de Rovere Savonensis, Card. S. Petri ad Vincula, hanc eandem tenuit sedem, ad eam vocatus 1508. cujus promotio magnæ discordiæ seminarium fuit inter Julium Pontificem, Senatumque Venetum: quippe qui ægre ferens opulentum Sacerdotium in extraneum admandatum, Jacobum Dandulum Patritium Venetum in hanc intrusit Ecclesiam, quam ille toto discordiæ tempore expulsit, electi titulo contentus; deinde, pace peracta, in ordinem redactus, inani titulo se abdicavit. Sixtus vero hanc cum Patavina Ecclesia commutavit anno 1509.

LXIX 67 FRANCISCUS de Ruvere ex Episcopo Militensi, ac deinceps Camerinensi, ad hanc sedem pervenit 1509. die 11. mensis Julii. Concilio Lateranensi interfuit sub Julio II. deinde sub Leone X. hanc Vicentinam cum Volaterrana in Hetruria commutavit 1514. habuitque suffraganeum in hac Vicentina Ecclesia Marcum Sanoutum Neopatensem Archiepiscopum. Denique cum plurimarum sedium titulos, opesque congessisset, tandem Archiepiscopus Beneventanus mortuus est, de quo ibi. Sub Præsulatu Francisci Vicentiæ obiit anno 1509. Lodovicus Cheregatus Vicentinus genere, ingenio, & eloquentia clarus, Archiepiscopus Antibarensis, Serviæ primas, sepultus in ecclesia S. Blasii sub lapide cum hac inscriptione,

Ladovicus Cheregatus Archiepiscopus Antibaren. Serviæ Primas moribus, & vitę integritate probatissimus hic situs est vixit ann. LXXXXI. men. II. D. V.

LXX 68 JULIANUS Soderinus, Florentinus, Pauli Antonii filius, Cardinalis Francisci Soderini nepos, cum esset Volaterranus Episcopus cum Francisco Roboreo commutavit, evasitque Vicentinus Episcopus 1514. die 13. mensis Junii. Quam ille Ecclesiam administravit usque ad an. 1522. translatusque est ad Zantonensem Episcopatum in Gallia, vir magni animi, & Galliarum Regi ita addictus, ut non semel ad regnum Italicum invadendum incitavir. Verum detecto secreto Adrianum VI. Papam compulit ad iram in Patruum Cardinalem tantæ molis conscium, quem Pontifex, Juliani interceptis epistolis, in Adriana mole conjecit in carcerem, tamquam Italiæ tranquillitatis deturbatorem. Julianus vero longe, tutoque loco positus Pontificis iram evasit. Obiit vero anno 1544. 30. Julii, sepultus in sua Cathedrali Zantonensi.

LXXI 69 FRANCISCUS Card. Soderinus Florentinus, Juliani Patruus, Ecclesia Zantonensi in Gallia relicta, Vicentinam suscepit regendam 1522. Romæ decessit Episcopus Card. Ostiensis, de quo vide superius tomo I. in Episcopis Volaterranis.

LXXII 70 NICOLAUS Cardinalis Rodulphus a Florentinus, Patriæ Archiepiscopus, aliarumque Ecclesiarum Commendator, hanc etiam Vicentinam Ecclesiam à Clemente VII. suscepit regendā 1524. 14. Martii. Sexdecim omnino annis etiam absens rexit per alios, habuitque suffraganeum Franciscum Varchionensem Episcopum Castrensem. Palatium Episcopale fere à fundamentis restauravit, ornavitque perbelle. Excessit Romæ anno 1550. ut supra in Florentinis Archiepiscopis narravimus, post cujus obitum, Vicentinum Capitulum ad retinendum suæ dignitatis antiquum jus, ad electionem futuri Episcopi processit, scissumque in partes, una Paulum Portum, alii Simonem de Portu Archidiaconum Vicentinum delegere. Cæterum Julius III. cum electionem irritam, inanemque declarasset, futilemque Capituli jam adeptam jurisdictionem fecisset, Angelo Bragadeno Vicentinam dedit Ecclesiam, ut modo dicemus.

a Laudatur à Barellio in Memoriis PP. Barnabitarum t. 1. p. 150. Mandos. De eo Ciaconius. Oldoini.

71 Fr. ANGELUS Bragadenus Patritius Venetus, Prædicatorii Ordinis nobilis alumnus, vir eximiæ litteraturæ, bonisque moribus imbutus, LXXIII.
B quem Julius III. delegit Episcopum Vicentinum die 7. Martii 1550. Nec Pontificis fefellit de eo, quam conceperat, raræ virtutis opinionem, cum per decem omnino annos hanc verbo, & exemplo Ecclesiam gubernasset. Fato functus est annos 1560.

C 72 JULIUS Cardinalis Roboreus a Vicentinam Sedem suscepit perpetuo administrandam an. 1560. 13. Septembris, quo munere post aliquot annos se abdicavit, renunciatusque est Ravennas Archiepiscopus, cui accesserunt alia opima sacerdotia. Habuit suffraganeum in Vicentina Ecclesia Ludovicum Cheregatum nobilem Vicentinum Belpetri filium, Francisci Episcopi Aprutini fratrem, Archiepiscopum Antibarensem ex Ord. S. Francisci districtioris observantiæ, ex qua prænobili familia fuere Leonellus Concordiensis, & Joannes Cataneus Episcopi. Porro de Julio Card. Roboreo vide quæ diximus in Archiepiscopis Ravennar. to. 2. LXXIV.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3 col. 790.

D 73 MATTHÆUS Priolus Patritius Venetus Æmonensis antea Episcopus, ad hanc Ecclesiam fuit translatus anno 1565. 13. Augusti per cessionem Cardinalis Roborei, ita habent Acta Consistorialia. Tridentino Concilio interfuit, Clerumque Vicentinum propemodum lapsum ex decreto ejusdem Concilii ad emendatiores mores instituit; itaque in ejus rei gratiam Seminarium erexit, plu- LXXV.

ra-

raque alia præstitit, quę pietati excolendæ viderentur aptissima. Resignavit post annum decimum quartum suæ administrationis ad favorem nepotis 1579.

LXXVI. 74 **MICHAEL** Priolos Matthęi nepos Episcopus creatus est anno 1579. die 3. Augusti. Hic Ecclesiæ sibi creditæ magno usui fuit, atque ad majorem Dei cultum, presbyterorum numerum auxit, cujus etiam consilio mendicantium Xenodochium apud ecclesiam S. Valentini erexit Vicentina pietas Ad parietem templi hæc brevis inscriptio legitur.

D. Valentino Michaelis Prioli Episcopi
Reipublicæque Vicentinę consilio, ac ope
Mendicantium curatores dicarunt
MDLXXXIV.

Michael vero defunctus est an. 1603. [,, *cum an.* ,, *1596. Concilio Provinciali Aquilejensi interfuisset.*)



LXXVII. 75 **JOANNES** Delphinus *a* Patritius Venetus pro Republica Veneta ad Clementem VIII. Legatus diu fuit, reversusque Venetias, Procurator S. Marci renunciatus est. Demortuo Priolo, Vicentinam Ecclesiam est assecutus anno 1603. die 24. Novembris, insecutoque anno, ab eodem Clemente Purpuram Cardinalitiam suscepit. Hanc Ecclesiam administravit usque ad annum 1606. Mortalitati ereptus 1622. die 15. Novembris Venetiis, ubi sepultus jacet, apud S. Michaelem de Murano, in veteri suæ gentis sepulchro, hac inscriptione exornatur.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 4 col 157.

Joanni Delphino
Venetę Romulidumque Urbis splendore rutilanti,
cujus
Virtus vivit
Memoria vivit
Gloria vivet.
Hic
ad Regem Polonię designatus Orator,
ad Reges Hispanię, & Gallię pluries,
ad Cęsarem,
ad Clementem VIII. *prerudianti nomine*
legationibus optime functus
Divi Marci procurator assumptus
Vicentię Episcopatui preficitur,
& ab eodem Pont. Max.
inter purpurati collegii cardines adscribitur. Omnes
ita laudes omnium tulit
ut ipsius sapientię fulgori nitidissimo se se
Galliæ Rex, Regnumque credere non trepidarit.
Obiit in Patria longe majora adornans
MDCXXII. æt. suæ LXXVII.
Nicolaus Delphinus nepos, & hæres
Patruo amplissimo atque opt. de se merito.
P. C.

LXXVIII. 76 **DIONYSIUS** Delphinus Venetus electus 1606. 19. Junii. Consecravit ecclesiam omnium Sanctorum monialium S. Benedicti Kal. Julii 1615. Coadjutorem sibi adscivit Joseph Delphinum Venetum cum spe futuræ successionis, quem delegit Paulus V. Pontifex Maximus Episcopum Paphensem ann. 1616. 2. Maji. Obiit vero an. 1626. prædefuncto Josepho coadjutore, sepultusque in Cathedrali ante altare S. Dionysii, in lapide ossa tegente, hæc pauca insculpta sunt verba.

D. O. M. D.
M.DC.XXVI.



LXXIX. 77 **FEDERICUS** Card. Cornelius *b* ex Bergomensi Episcopo, Vicentinus evasit Episcopus 1626. 8. Februarii, ac post duos annos suæ administrationis ad Patavinam Sedem transivit, inde ad Patriarchatum Venetiarum, de quo ibi. Cæterum dum primo hanc Vicentinam Ecclesiam inviseret, pretiosissimis Sanctorum lipsanis ditavit, quorum nomina singillatim in donationis documento recensentur, quod hic ad perpetuam eximii Cardinalis memoriam inferendum duximus.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 4 col. 546.

In nomine Domini Amen.

A nativitate ejusdem 1628 Indictione XI. die vero Jovis, quarto mensis Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. nostri Urbani divina providentia Papæ VIII. *anno ejus sexto.*

Cum Illustriss. & Reverendiss. D. D. Federicus miseratione divina tituli S. Cæciliæ S. R. E. Presbyter Cardinalis Cornelius Episcopus Vicentinus, Dux, Comes, & Marchio in adventu ad Ecclesiam suam Cathedralem, ut cunctorum mentes ad cultum Dei studiosius exhibendam, ad devotionem excitandam, ad honorem sanctis impartiendum, & ad illorum virtutes ardentius imitandas, vestigia sectanda magis inflammentur, infrascripta sanctorum corpora, & insignes reliquias detulisset, hujusmodi thesauris, per quos multa beneficia a Deo hominibus præstari sanctorum Patrum consensu approbatum, & sacrorum Conciliorum decretis confirmatum est, civitatem Vicentiæ, quam summo amore prosequitur, ditare desiderio flagret; hinc est quod præsens, & personaliter constitutus coram me notario, & testibus infrascriptis sponte, deliberata mente, & ex certa scientia dat, donat, & donatione irrevocabili concedit, perillust. DD. Æneæ Clericato J. U. D. Tullo de Garzatoribus J. U. D. Julio Scledo, Antonio Trideno, & Julio Porto filio D. Hieronymi magnificæ civitatis Vicentiæ deputatis præsentibus, acceptantibus, & recipientibus nomine civitatis prædictæ, ita ut ipsa civitas sit vera, propria, libera, & legitima Domina, & patrona, & clavis apud DD. deputatos ejus nomine in perpetuum manere debeat, sanctorum corpora, & reliquias infrascriptas in novem scutulis pictis rubei coloris cum suis inscriptionibus, in quarum una reperiuntur corpora sancti Clementis Martyris, in altera sancti Adriani Martyris, in tertia reperiuntur sex ossa sancti Alexandri Martyris, in quarta decem ossa sancti Pauli Martyris Romani, in quinta undecim ossa corporis S. Valeriani Martyris, in sexta novem ossa cum duobus dentibus corporis S. Cœlestini Martyris, in septima septem ossa S. Agnetis virginis, & Martyris, in octava quatuor ossa cum duobus dentibus S. Emerentianæ virginis, & Martyris, in nona sex ossa cum duobus dentibus S. Felicitę virginis, & Martyris, quę fuerunt ibidem supradictis DD. deputatis ostensa, dictasq; reliquias testatus est idem Illustriss. D. Cardinalis donator veras, & legitimas esse, & ex almę Urbis cœmeteriis extractas inter reliquias Ss. Martyrum Claudii, Nicostrati, Sinforiani, Castorii, & Simplicii, quatuor fratrum Coronatorum, Severi, Severiani, Carpofori, Victorini, Marii, Audifacis, Abaci, Felicissimi, Agapiti, & Hippolyti cum

decem

decem novem ejus familiæ, Aquilini, & Prisci, Arsei, Acquini, Nareissi, & Marcellini, Felicis, Simiterii, Candidæ, & Paulinæ, Anastasii, & Felicis, Festi, & Marcelli, Appollionis, & Benedicti, Venantii, & Felicis, Dioginis, & Liberalis, ac Superantii, Prudentianæ, & Benedicti. Pelicis, & Beaedicti, & de capitibus Ss. Protbi, Cæciliæ, alexandri, Sixti, & Praxedis, aliorumque sanctorum repositas in quadam scaptula coloris candidi inoriginsu papiris, quasque reliquias in eadem scaptulo asserunt babuisse dono ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Joanne Garzia olim tituli sanctorum quatuor Coranatorum Presbytero Cardinali Milino Sanctitatis S. Domini nostri Vicario, cum attestatione plenissima ex illis ipsis existere, quæ repertæ fuerunt sub altare majori ecclesiæ eorundem quatuor Coronatorum ibidem olim repositæ, ut patet ex inscriptione in marmore facta à sancta memoria Leonis IV. & receptæ à præfato Illustrissimo D Card. Milino de mandato D. nostri Papæ Urbani VIII. *ia occasione earundem reliquiarum repositionis. Item particulas octo Ss. Zeaonis, & sociorum Martyrum decerptas ex capella S. Mariæ Scalæ Cœli ad tres Fontes, seu ad Aquas Salvias, de quibus scripsit venerabilis Beda tom. 3. ad Martyrologium, dies autem martyrii est septimo Id Julii. Item particulam unam s. Maximi martyris. Item particulam unam s. Marii martyris. Item particulas quinque Ss. Martyrum, quorum nomina igaorantur, furtim à quibusdam extractas à cœmeterio Callisti, & à pœnitentiariis restitutas sanctæ mem. Gregorii XV. contentas in quadam scaptula operta papiro picto cum variis floribus, qua affirmavit in dicta scapsula sibi elargitas ab Illustriss. & Reverendiss. Dom. Ludovico Cardinali Ludovisio, & ab eodem fuisse recognitas. Verum enim vero, cum dignitati, ac excellentię tantarum reliquiarum conveniat easdem in digniori Ecclesia venerari, resque sacras, sanctas, religiosas ministerio sacrarum manuum demandatas esse clarissime constet, declaravit fore reponendas in Cathedrali Vicentię loco ab ejus Dominatione Illustrissima decernendo, sub custodia ultra primam clavem, aliarum duarum clavium, alteram ab Illustrissimis Dominis Episcopis pro tempore existentibus custodiendam, seu ab eorum Vicariis generalibus, & in sede vacanti à Vicario capitulari, alteram verò à DD. Canonicorum Capitulo conservandam, & donec in dictam Cathedralem solemniter transferantur, fuerant repositę omnes clausę in capsula magna in capella S. Nicolai Episcopatus cum tribus clavibus supradictis omnibus consignatis, cum declaratione tamen, quod propter custodiam barum duarum clavium nullum jus Illustrissimis Episcopis, & Canonicorum Capitulo acquiratur, nec circa præmissa aliquod præjudicium inferatur prędictæ civitati donatariæ; quin voluit eam omnino, & absolute dictarum reliquiarum esse veram Dominam, & Patronam, ut supra dictum est, reservans tantummodo præfatus Illustriss. D. Cardinalis donator sibi, & Episcopis successoribus, si ullo unquam tempore contigerit aliqua lis, vel controversia circa dictas reliquias (quod nequaquam fore speratur) ejusdem litis cognitionem, & decisionem diffinitive, & inappellabiliter omni meliori modo, &c.*


Et ego Jacobus à Cursu J. U D. civis Vicentiæ curiæ Episcopalis Cancellarius, & auctoritate Veneta notarius prædictis omnibus interfui, eaque rogatus rogavi, & publice scripsi, & subscripsi ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & sanctorum suorum Vicentiæ in Episcopali palatio in camera audientiæ ejusdem Illustrissimi D. Cardinalis Presbyteri: Perillust & Excell. Dom. Scipione de Teramuschis J. U. D. & equite Leonardo Arnaldo J. U. D. Christophoro Valmarana J. U. D. ac Perillust. & Ad. R. D. Paulo Mutio Canonico Bergomense, & Ad. R. D. Andrea de Rubeis Romano ambobus familiaribus prędicti Illust. & Rev. D. Card. donatoris testibus, &c.

* Federico Præsule, fratrum Capuccinorum ecclesiam D. Joanni Baptistæ sacram consecravit Julius Saracenus nobilis Vicentinus, Episcopus Polensis; ut habet marmorea ad parietes exarata inscriptio.

Templum hoc, & altare majus in honore D. *Jo. Baptistæ Illust. & Rev. D. Julius Saracenus Episcopus Poleasis ex concessione Eminentiss. D. D. Federici S. R. E. tit. S. Marci Card. Cornelii Episcopi Vicentini consecravit* XVI. *Kal. Novemb.* MDCXXVII.



78 LUCAS Stella, civis Venetus, olim Cameræ Apostolicæ Clericus, Episcopus Retimi, mox Archiepiscopus Judrensis, inde Crerensis, ad hanc sedem jussus est transire anno 1632. 8. Kal. Decemb. Inde translatus fuit ad Ecclesiam Patavinam anno 1639 De quo apud Vicentinos pia extat memoria, quod singulis hebdomadibus feria sexta pauperibus duo staria, ut vocant, tritici, singulisque mensibus piis locis eandem mensuram tritici in panem conversam erogabat, ut prædecessores sui ab immemorabili tempore liberaliter egerant. LXX X.



79 M. ANTONIUS Bragadenus, Patritius Venetus, Episcopus Cenetensis, huc translatus anno 1619. 3. Octob. insecutoque anno ab Urbano VIII. Presbyter Cardinalis creatus est. Concreditam sibi Ecclesiam summa vigilantia administrat, suaque præsentia, exemplo, & pietate pergit instituere, quem Deus ad solamen cunctorum suæ Ecclesiæ fidelium diu incolumen servet. * Vicentino Episcopatu se absolvit an. 1655. defunctusque est Romæ 28. Martii 1658. sepultus ad S. Marci titulum, quem tunc obtinebat. LXX XI.

* Ex 1. Append. 1. p.



80 Jo: BAPTISTA Brixia, Nobilis Venetus, utriusque Signaturæ Refereodarius, evasit Vicen- LXX XII.

tinus

tinus Episcopus per resignationem Card. Bragadeni die 14. Janii 1655.

A D D I T I O.

„ *(Brixiam ad majora propeeantem adhuc in viridi ætate mors importuna sustulit an. 1659. die 25. Novembris, tumulumque accepit in Cathedrali ad altare SS. Sacramenti.*



LXXIII. „ JOSEPH *Civranus, nobilis Venetus, J. U. D., & V. S. Referendarius, qui Pontificias civitates Interamnam, Æsium, Montem Altum, & Oropitum suo gubeenio prudentissime eexeeat, annum cum exegisset ætatis 30. ad Vicentinam Cathedram assumptus est 1660. 21. Junii. Undeviginti annos consulsissime huic præfuit Ecclesiæ: moetuusque est die octava Ascensionis Domini 1679. sepultus in Cathedeali ad altare majus, ubi ejus laudes proloquuntur duæ inscriptiones hujus tenoris.*

D. O. M.

Qui nusquam latuit egenos, hic latet Joseph Civranus. Compositis civium factionibus potuit ossa componere, ampliorem tamen erecturus in cœlis domum. Supremis tabulis suas opes vectigales fecit. Pietatem animi liberalem Testamenti Curatores perennant.

Ad alterum vero latus hæc leguntur.

D. O. M.

Siste lachrymas, Viator, quem mors eripuit terris Antistitem Josephum Civranum, pietas evexit ad cœlum. Quatuor Pontificiis urbibus regimine, ac prudentia illustraris, ne gregi sibi credito deesset, ad suæ probitatis exemplum illius mores exsculpsit. Obiit XVII. Maii Anno MDCLXXIX.



LXXIV. „ JO. BAPTISTA *Rubinus, nobilis Venetus, eerum agendarum peritia æquè ac pietate illustris, Vicentinis infulis redimitus est die 19 Maii 1684. Ab Alexandro VIII. cujus erat nepos, inter S. R. E. Cardinales cooptatus est die 13. m. Februarii, atque deinde Urbinatensi Legatione decoratus. Quæstrenue perfuncta ad suam eedsit Ecclesiam, atque ab ea divelli non potuit nisi Romam profecturus defuncto Innocentio XII. ad novi Pontificis electionem. Nec diu post in favorem Sebastiani sequentis Episcopatu se abdicavit 25. Martii 1702.*



B „ SEBASTIANUS *Venerius, nobilis Venetus, J. V. D. in utraque Signatura Referendarius, & Sanctissimi Prælatus Domesticus, ad Vicentinæ Ecclesiæ thronum evectus est 8. Maii 1702. Vivit laudatissimus Præsul, pergitque tam morum sanctitate, quam vigilantia, & charitate optimi Antistitis laudes promereri.)* LXXV.

LABACENSES
EPISCOPI.
Olim sub Patriarchatu Aquilejen. nunc Romanæ Sedi immediate subjecti.

C LABACUM urbs Carniolæ ad Serenis. Austriacam gentem spectat. Episcopatum ibi instituit Pius II. Pont. Max. an. 1461. subjecitque Patriarchæ Aquilejensi: sex deinde elapsis annis Paulus II. petente Federico Romanorum Imper. Romanæ Sedi immediate eum submisit anno 1468. ac monasterium Osneburgense Ord. Sancti Benedicti, suppressa abbatiali dignitate, mensæ Episcopali perpetuo univit. Seriem Episcoporum hujus Ecclesiæ, quemadmodum & alia ad ejusdem cognitionem spectantia elumbem, & pene jejunam damus, cum etiam nos non semel petentes vix nuda nomina Episcoporum, qui in ea Ecclesia vixerunt, expiscari potuerimus.

1 SIGISMUNDUS Lamberger electus anno 1468.
2 CHRISTOPHORUS Rauber.
3 FRANCISCUS Korsianer.
4 URBANUS Testorus.
5 PETRUS Sebacher.
6 CONRADUS Gusläf.
D 7 BALTASSAR Radiisio.
8 JOANNES Tautsor.
9 THOMAS Charon.
10 RAYNALDUS Scarbihio.
11 JOANNES qui nunc vivit.

A D D I T I O.

Labacum Caeniolæ Regionis Civitas ad Austriacam gentem titulo Ducatus spectans Italis Lubiana, *incolis* Laubach *nuncupata, Episcopalem sedem obtinuit à Pio II. Romano Pontifice Aquilejensi Patriarchæ suffragaturam; at à Paulo II. proximè succedente ab omni alio jure Meteopolitico exempta, instante Federico Romanorum Rege, Romanæ sedis arbitrio immediato suppositafuit. Hæc Civitas mediocris est magnitudinis mille domibus circiter constans, & septem millibus incolarum Catholicorum. Habet Cathedralem S. Nicolao Episcopo dicatam structuræ antiquæ, & parvæ: duæ existunt in ea dignitates Præpositura, & Decanatus, quatuor Canonici, duo*

Vi-

Vicarii curati, duo Levitæ, unus Sacrista ibidem Deo servientes, utraque deest Præbenda. Cæmeterium est extra Civitatem; Domus pro Episcopi habitatione contigua Ecclesiæ sufficientis magnitudinis. Nulla alia extat intra Civitatem Parochialis Ecclesia præter Cathedralem cui jacet animarum omnium cura, quæ exercetur per unum ex Canonicis, & dictis Vicariis. Numerantur ibi quinque virorum, unum Monialium Cœnobia. Hospitale, & Clericorum Seminarium; caret Monte Pietatis. Diœcesis se extendit ad duodeviginti Leucas Germanicas, complectens quatuor insigniora loca: taxatur in libris Romanæ Cancellariæ flor. 150. annuus census pro Episcopo est, deductis oneribus, florenorum illarum partium novem millium; seriem Episcop. ex actis Consistorialibus, & ex Bucellino excerpsimus p. 2. Germ. sacræ. Labacensium Episcoporum electio succedit ad Cæsaris præsentationem uti Ducis Carniolæ.

I. SIGISMUNDUS *nobilissima Comitum à Lamberg familia natus hac sede primus omnium florebat anno 1468. denatus est 1488. 18. Junii; sepelitur in sua Cathedrali.*

II. CHRISTOPHORUS *Rauber nobilis Carniolus, Seccoviensis Episcopatus Administrator, aliisque titulis clarus hac Ecclesia potitur juvenis annorum duodeviginti, ea lege, quòd ubi annum attigerit vigesimum septimum Episcopale onus cum sacra inunctione exciperet, quo ejus ætatis anno de ipso agunt acta Consistorialia die 31. Feb. 1494. Impp. Federici III. Maximiliani I., & Ferdinandi I. Consiliarius Viennæ obiit 1536.*

III FRANCISCUS *è familia Baronum Cazianer, Canonicus Passaviensis, & Præpositus in Solio electus à Paulo III. 18. April. 1537. Decessit 1544.*

IV. URBANUS *Textor Ferdinandi I. Imp. à confessionibus, Parochus in Bruck ad Muoram eodem Paulo III. annuente successit 19. Decemb. 1543 hæreticorum infensissimus hostis, quorum duritiem omni ex parte verbo, vitæque integritate cum retunderet, eorum machinationibus decidit præceps è scalis, obiitque tali occasu Tanaberit, ubi cum inoccidua sui nominis fama sepelitur 1544.*

V. PETRUS *Spacher, ut habetur in litteris Consistorialibus, Bucellino de Seepach, suffectus die 12. Octob. 1560. obiit 1568.*

VI. CONRADUS *Adamus Glusbitz proximè subsequitur; fato surripitur 1578.*

VII. BALTHASSAR *Radlizius ob mirabilem in concionibus eloquentiam Cicero Carniolanus nuncupatus ex Decano Episcopus 15. Maii 1579. at illicò morte surripitur.*

VIII. JOANNES *Zamchei, Bucellino Tautscher, Goritiæ Archidiaconus, Archiducum Consiliarius, subrogatur 20. Maii 1580 Obiit 1597.*

IX. THOMAS *Krein, seu Crons, suadente Joanne prædecessore ad hanc Infulam vocatus 1599. m. Martio. Castrum emit Gortschach, intimusque fuit Cæsaris Consiliarius. Excessit 1630.*

X. RAYNALDUS *Scherlitchius Ungarus, Episcopus Tergestinus, ubi Scalvius cognominatur ab Ughel. Thomæ successor datus 13. Novemb. 1630. Ughelli series Tergestinorum scribit translatum fuisse an. 1631. at aliter sentiunt acta consist. Dum reformandis moribus sedulo incumbit, multa ab Hæreticis passus est. Conventum erexit Franciscani Ord. arctioris Observantiæ. Obiit 1640.*

XI. OTTHO *Federicus Comes Pachelm Canonicus Saltsburgensis, & Magdeburgensis, necnon Passaviensis, Urbani VIII. Cubicularius, à quo creatur Labacensis Antistes 13 Aprilis 1641. Omnium Virtutum corona Princeps dignissimus. Decessit sui magnum faciens desiderium 1664.*

XII. *Fr.* JOSEPH *Rabatta Eques Ord. S. Joannis Hierosolymitani Goritiæ nobilissimo genere ortus, jam quadragesimum excedens suæ ætatis annum ad hunc Thronum ascendit 23. Junii 1664. mortalitatem piissimè explevit an 1683.*

XIII. SIGISMUNDUS *Christophorus Comes ab Herbestein Præpositus Resdolphæbertensis, Gretii Ortus quadragenario major, Magister in Theologia, Sacrorum Princeps in Labacensi Ecclesia delectus est 6. Decembris 1683. Proficuè præfuit usque ad ann. 1701. quo dimisit, ut tranquillius vitam duceret.*

XIV. FERDINANDUS *Comes Kiemburg nobilis in Diœcesi Aquilejensi à parte Imperii natus, utriusque juris professor, & olim Canonicus Passaviensis, deinde Salisburgensis, & illius Archiepiscopi, & Status Consiliarius, cum retentione Canonicatus ad hanc assumptus est Cathedram 18. Julii 1701.*

(„ Hactenus de Labacensi Episcopatu Lucen-
„ tius, in suæ Italiæ sacræ tom. 1. Romæ edito.)
„ *Translatus deinde fuit Ferdinandus ad Archiepi-*
„ *scopatum Pragensem die 11. Maji 1711.*

XV. „ FRANCISCUS *Carolus ex Comitibus de Kau-*
„ *nitz, presbyter Viennensis Austriæ, J.U.D. Rotæ*
„ *Romanæ Auditor, Metropolitanæ Salisburgensis,*
„ *& Passaviensis Cathedralis Canonicus, ac Colle-*
„ *giatæ de Altetinga Saltsburgen. diœcesis Præposi-*
„ *tus, assumptus ad Ecclesiam Labacensem est 1. Ju-*
„ *lii 1711. Septem circiter annos huic præfuit ovili,*
„ *e cujus cura per obitum solutus est.*

XVI. „ GUILLELMUS *de Leslie, Edimburgi in Sco-*
„ *tia natus, S. Theologiæ Magister, Tergestini Epis-*
„ *copi Coadjutor primum adscitus cum titulo Episco-*
„ *pali Ecclesiæ Aldeeitanæ, mox Vacciensis Antistes*
„ *electus, demum ad hanc sedem translatus est 6.*
„ *Aprilis 1718.*

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Cistercienfis.

PROVINCIA UNDECIMA,
SIVE
VENETORUM DOMINIUM,

Ubi de Patriarchis Gradensibus, ac Venetiarum, eorumdemque Suffraganeis accurate differitur.



VENETA gens latas quondam fedes, angustum Imperium, nnoc fedes angustas, fed peramplum obtinet imperium. Quicquid euim habet, in quatnor regiones recentior divisit ætas; Istriam scilicet, Forum Julli, Marchiam Tarvisinam, & Ducatum Venetiarum. Augustus Imperator in memorabili illa Italiæ, atque adeo Romani Orbis descriptione, unius Venetiæ, seu Veuetæ regionis nomine comprehendit, & merito id quidem. Etenim Veneti, sive Trojana (ut Cato in Origin. tradit) stirpe orti fiut, & à Paphlagonia, ubi Heneti dioebantur, ad bellum Trojanum profecti, inde cum Autenore huc cursum tenuerint, sive, ut plerique omnes, Galliæ Cisalpinæ populi sint Gallicæ originis, & ortià Venetis Oceani accolis, qui postea adversum Cæsarem expeditionem Britanicam susceperunt navalem, nunc etiam in Britannia Gallica nomen retineut Veneti. Jam inde ab initio, & ante Annibalis in Italiam adventum Romanis, trans Padum adversus Bojos, & Insubres belligerantibus, focia arma junxerunt, fidique femper, & amici Romano nomini fuerunt. Quamobrem Romano florente Imperio, duæ Venetiæ urbes Aquileja, & Patavium eo amplitudinis venerunt, ut in illa 120. hominum millia, in hac vero quingenti equestris ordinis viti censereutur. Sed Aquileja reccutior, & Romanorum ædificium fuit, Patavium vetustius, atque adeo potens, ut 120 militum millia conscripserit. Fuere & aliæ non incelebres in Venetia urbes, & Romanis frequentatæ, atque ornatæ coloniis, Altinum, Concordia, Opitergium, Tarvisium, Viceutia, Athenæ, Bellunum, Adria, in primis vero Forum Julium ab ipso Julio Cæsare constitutum, quæ omues, imperantibus Romanis, in agrorum ubertate, atque amœnitate altissima, & optima pace floruerunt. Verum ubi Venetiæ populi Attilæ Hunnorum Regis, qui, incensa Aquileja, cuncta igne, ferroque vastabat, terrore consternati, se se in intimos Adriatici maris recessus abdiderunt, posteaque irrumpentes Longobardi Venetiam in potestatem redactam per tres Præsides regere cœperunt, Duce Furojulii, & Marchionibus Tarvisio, atque Istriæ impositis, factum est, ut tota propemodam Veneta regio in tria illa, Ducatus Fori-Julii, & Marchiæ Tarvisinæ, atque Istriæ nomina concesserit, ac Venetiæ fiues, qui antea in coutinenti latissime ab Eridano, littoreque Adriatico ad amnem Athesim, atque Alpes porrigebantur, redacti sint ad littoralem oram, atqne insulas in lacunis, & æstuariis maris positas, quo nobilissimi quique, ac primarii autiquæ Venetiæ cives barbarico furori cedeutes, cum dulcissimis pignoribus profugerant; siquidem hæc dumtaxat autiquæ Venetiæ portio Venetum nomen sub Ducatus nomine retiuuit, cum Ducatus Venetiarnm vulgo, & in publicis actis nuncupetur, propterea qnod cum hæ civitates primæ omnium in societatem, & potestatem Venetæ Reipublicę venissent, Ducis Venetiarum jurisdictio, & imperium harum finibus terminabantur. Quamobrem à Marcbia Tarvisina sejunctæ fuerunt, jam inde à temporibus Longobardorum, quorum odio, nec ab ipsis quidem Aquilejensibus Patriarchis Longobardici sanguinis, & factionis viris facra petere voluerunt, sed cum Venetis fœdere perpetuo juncti Gradensi, & qui ejus nunc successionem retinet, Venetiarnm Patriarchæ se submiserunt. Hę sunt præter Venetias Episcopales civitates quatuor, Fossa Clodia, Caprulæ, Torcellum, atque Maranum. Hęc eadem aliquando regio appellata est Marina Veneta, ut constat ex epist. Joaunis Papę VIII. ad Ursum Ducem Venetiarum. Verum ut exactior regionis hujus notitia habeatur, sciendum est, æstuaria longe ampliora initio fuisse, quam postea fuerint, aut sint nostra tempestate. Nainque ab urbe Aquileja Ravennam usque paludes erant, & alibi 30. alibi 25. aut 20. aut 15. passuum millibus ab Insulis ad continentem spatii erat, & Ravenna, Aquileja, Concordia, Opitergium, Altinum, Patavium maritimæ civitates erant, quæ modo omnes fluviorum adfluentium, atque arenas in declive ex montibus ducentium adaggeratione, mediterraneæ factæ sunt, ac magis, minusve à mari pro magnitudine vicinorum amnium recesserunt. Nainque Aquileja, quæ Lisunrio amne modico alluirur, novem tantum passuum millia à mari recessit; Altinum vero, qua Sillus amnis per septem ostia in æstuaria evolvitur, decem passuum millia nunc abest. Longius vero Patavium Medoaco amne grandiori interfuso abscessit, a quo ad æstuaria 22. milliaria numerantur, quod eo tempore, quo Dux Lacedæmoniorum Cleomenes huc appulit, 14. tantum passuum millia a mari absuisse Livius scribit; longius hoc Concordia 25. pass. millibus à mari distat, quippe Tiliaventi majoris amnis geminis ramis adfluentibus; longissime omnium Opitergium triginta duo passuum millia a mari dissitum duobus areuigeris fluminibus, Plavi, & Liquen-

tia inde in æstuaria decurrentibus. Sic igitur hisce, atque aliis fluviis novas in dies arenas ad maris litus convectantibus æstuaria ipsa terris oppleta sensim decrescunt, & quod mari spatii adimitur, terræ additur, & in hoc duorum elementorum terræ, & aquæ certamine, vincente terra piscariæ palus in culta camporum, & vivaria piscium in cultus hortorum commutantur, proque piscibus olera, pro gammaris rhaphani leguntur. Aestuaria vero ipsa, quæ olim ducentorum quinquaginta millium ambitum continebant, eo redacta jam sunt, ut nonaginta tantum, aut centum ad summum ambitum habeant. Est autem regionis hujus forma arcui assimilis, cujus curvitates littoralis ora facit à Laureto Pago, & Ostio Padi, quod Fornaces appellant, ad Gradum Insulam; chordam vero arcus efficit longissimæ terræ linea in mediis aquis à prædicto Fornacum ostio ad Plavis amnis ostia 35. millium longitudine protenta, latitudine varia, saltem ad jactum sagittæ, aut ad summum duorum milliariorum. Hanc ipsam terræ lineam indigenæ litus appellant, interfluentibus maris aquis sex in locis intercisam. In medio autem spatio inter arcum cordamque contento plurimæ sunt insulæ, nullo olim habitatore cultæ, ac tantum post Attilæ, & Hunnorum, ac Longobardorum irruptionem cœptæ habitari; quo in numero sunt Murianum, Burianum, Torcellum, Majurbium, Constantiacum, Amnianum, Filistina, Methamaucum, Clugia, Caprulæ, Gradus, Ripalta, seu Rivus Altus cum septuaginta adjacentibus Insulis, queis florentissima insidet urbs Venetiarum, adeo ut tota hæc regio insularis sit, & littoralis. Atque his olim finibus se tenuit Venetorum fortuna, Hunnicis, Longobardicisque armis ex ea terra, quam bellica virtute prisci Veneti suam multis antea ætatibus fecerant, depulsa. Hæc felix illa est ora, in qua, Romano labente Imperio, suum ultro fortuna condidit caput, quæ hodie terra, marique omnibus gentibus frequenti cultu celebratur, cujus imperium modicis, ut cætera, principiis ortum ab Abdua ad Cretam, & Ægeum usque pelagum propagatum videmus. Sed ut hæc Venetæ urbis elogio reserventur, nunc de suburbana, ac littorali ora, seu regione aliquid subjiciamus. Admirabilis namque omnino est Veneti litoris, atque oræ situs, & natura, quippe hic perpetuum salsis aquis certamen adversus dulces, & utrisque adversus terram veluti communem utriusque hostem; siquidem hinc a continenti amnes fere viginti in æstuaria effunduntur, inde vero marini fluctus æstu pelagi in vada adacti per illas abrupti litoris scissiones fluviis occursant. In medio autem terra, atque ipsa inclyta Venetorum urbs, sedet quasi spectatrix, aut arbiter, nunc fluvialibus, nunc marinis aquis, modo undis obruentibus, modo terris emergentibus palmam adjudicans. Nec vero minus admirabilis in hac regione est, terrarum aquarumque fœcunditas, quam amœnitas. Nam Insulæ & ora hæc, omnes injurias maris arcente litore objecto, ubique coluntur. Quo fit alibi vineta, horti alibi, alibi templa, turres, & privata, publicaque ædificia spectantur; accedunt multa piscium amplaque vivaria, in quibus æstatis temporibus piscationes fiunt, & marinarum aucupia avium, atque hinc insuper itur in continentem, ubi aves terrestres, & feræ capiuntur, colles inde assurgunt vitiferi amœnissimi, inde agri panduntur fertilissimi, & prata virentia. Denique subeunt piscatoria vivaria, & maris lata planities adeo ut omnes hic passim terræ, marisque deliciæ habeantur. Urbes regionis fuerunt quas superius enumeravimus, Burianum, Murianum, Majurbium, Torcellum, Methamaucum, Clodia, Gradus, Heraclea, Civitas nova, Caprulæ, Equilium, quarum aliæ desertæ, ex quo urbs Venetiarum caput erexit, civesque inde quasi magnes ad se traxit; aliæ cum ipsa Principe urbe contendentes armis deletæ, non secus ac Latinæ urbes Romanæ cesserunt; aliæ Genuensi bello habitari desierunt, ut Philistina, Albiola, Pastium, Corregium, & Pipilia, quæ nunc vulgo *Poveggia* appellatur.

Imperium regionis ab origine usque in hodiernum diem penes Venetos ipsos perpetuo fuit, ex quo etenim tempore hasce insulas petiverunt, liberi semper, & immunes ab externo principatu perseverarunt, frustraque illas Franci sub Pipino, & Hungari, atque Aquilejenses Patriarchæ oppugnaverunt; Pipinus enim ab æstu desertus, abscedere coactus; Hungari vero anno 903. Civitate nova, Equilio, Clodia, & Capite aggeris incensis à Petro Duce repulsi, Albiolam, Methamaucum, & Rivoaltum intacta reliquerunt. Poppo Patriarcha Aquilejensis Gradum aliquando occupavit, sed mox relinquere coactus est. Ulricus vero Aquilejensis item Patriarcha, Gradum bello adortus, à Venetis captus est, & quotannis duodecim porcos, & duodecim panes dare Duci adactus: Illud solum quoad politicum statum immutatum invenio, quod Principis sedes initio Heraclea fuit constituta a Deusdedit Duce Ursi filio, circa annum Domini 740. inde vero Methamaucum per Fortunatum, & Obelerium; ac postremo anno 810. post Pipini Caroli Magni filii invasionem ad Rivumaltum translata, ubi adhuc 850. prope jam annum perseverat.

Jurisdictio Venetiis quidem est penes Senatum, & Magistratus urbanos, reliqua oppida suum quæque Juridicum Prætorem habent, atque ipsum etiam Murianum, quod Venetæ urbi tam vicinum est, ut ejus regionibus annumerandum videatur, non secus, ac civitas Leonina, quæ dicitur Burgi S. Petri, à reliqua urbe Roma solo Tiberi interfluente disjuncta suum peculiarem Juridicum Prætorem habet.

Quod attinet ad religionem, singulare hoc est Veneto Ducatui, ut non transierit ab Idolorum cultu ad religionem Christianam, sicut cæteræ regiones, sed ab origine ipsa religionem hanc perpetuo servarit; siquidem Paganorum tempore nulla hic erat habitatio, & qui primi huc concesserunt, Christiani fuere, declinantes furorem paganorum, Hunnorum, & Longobardorum, cum primum Venetiam, & Italiam invaserunt.

Episcopatuum vero mira hic est facta commutatio. Antiquissimus omnium hujus regionis Episcopatuum Gradensis fuit anno 580. constitutus, & Patriarchali in Veneta ora, Istriæque Ecclesiis jure decoratus. Accessere deinde Episcopatus sex Caprulen. Equilien. Torcellen. Methamauci, Heraclien. seu Civitatis novæ, ac postremum etiam Clodien. Extat in Regesto Joannis VIII. Papæ epistola ipsius ad Deltum Episcopum, in qua enumerans Episcopos Venetiarum hoc est Gradensi Metropoli subjectos, ponit Equiliensem, Olivolensem, Caprulensem, Methamaucensem, quos quidem in alia epist. ad Ursum Ducem Venetiæ conscripta, appellat Episcopos marinæ Venetiæ. Ex quo apparet regionem hanc marinam Venetiam per ea tempora nuncupatam fuisse. Sed harum civitatum plerisque aut sponte desertis, aut principis urbis armis, & virtute expugnatis, Episcopatus quatuor deleti sunt cum Patriarchatu ipso Gradensi, in Principem urbem transportato, prout jam narrabimus.

GRADENSES PATRIARCHÆ.

A GRADUS (vulgo *Grao*) Insula est oræ, seu Ducatus Veneti confinium, ab Aquilejensibus, dum Longobardorum injurias timetent, habitari cœpta, postea vero à Patriarchis Aquilejensibus oppugnata, quousque tandem translata Venetias Patriarchali sede, Gradensis civitas ad exiguum redacta est vicum.

Patriarchatus autem Gradensis hoc habuit initium. Nam cum anno Domini 565. Longobardi gentiles Venetam ingressi regionem, Aquilejam versus infesto agmine Albuino Duce properarent, ac Venetię populi Hunnicæ immanitatis, quam superiore seculo experti fuerant, haud immemores, idem à Longobardia timentes, passim omnes patriis civitatibus relictis defugissent, Paulinus Patriarcha Aquilejensis ad tristem hujus irruptionis nuncium, ipse etiam trepidus fugam arripuit, atque omni Ecclesiæ thesauro sublato in insulam Gradum, continenti proximam, se recepit, eamque sedem B Ecclesiæ constituit. Huic vero Probinus, & Probino Helias successit, qui cum Gradum, prædecessorum suorum exemplo, incoleret, anno 580. decreto à Pelagio Pontifice elicuit, ut Patriarchalis sedes, & titulus ex Aquileja Gradum transferretur, atque Episcopis suis in æde S. Euphemiæ ad conventum vocatis, decretum recitavit, ex eorumque sententia Aquilejensi Ecclesiæ expedire constituit, ut relicta immanitati Longobardorum Aquileja, sedes Patriarchæ in Grado, ut securiore ab eorum immanitate loco statueretur, & post hoc, Gradensis Ecclesia Venetæ oræ, Istriæque Ecclesiarum caput, & mater appellaretur. Helię inde Severus successit, quo mortuo, Gisulfus Longobardorum Dux Foro-Juliensis, Christiana religione suscepta, ad majestatem Longobardici Regni pertinere arbitratus, ut Patriarchica sedes non alieno in solo, sed in ipsa esset Aquileja, quæ Longobardicæ ditionis facta erat, per Clerum Aquilejensis civitatis, Aquilejensem Patriarcham Joan- C nem, novo exemplo creavit, Clerus vero Gradensis Candianum in Grado constituit, quem Bonifacius Romanus Pontifex approbavit, pallioque exornavit an. 605. Ita duo Patriarchæ facti, Aquilejensis, & Gradensis; neque tamen eo secius Gisulfus suum Patriarcham retinuit, unde ipsarum Ecclesiarum divisio consecuta. Aquilejensi omnes Episcopi paruerunt, qui in continenti Venetia, quæ Longobardorum ditionis erat, sedes habebant; Gradensi ii, qui æstuaria, & Istriam, Orientis Augusto subjectam, tenebant. Inde summa inter eos contentio nata, dum Aquilejensem Longobardi, Gradensem Veneti defenderent; Pontifices vero modo in hanc, modo in illam partem, sed plerique in Gradensem inclinarent; nam usque ad annum 759 pallium Aquilejensibus denegatum fuit, quo tempore Gregorius II. Pontifex Sereno Patriarchæ Aquilejensi pallium, Luitprandi Regis rogatu, indulsit, admonito tamen prius, ne Gradensis Ecclesiæ jura invaderet. Post autem cum accepisset, eum præce- D pta sua despexisse, iterum ut possessionibus se contineret, quæ in Regno Longobardorum essent, edixit. Rursus vero anno 830. Maxentius Patriarcha Aquilejensis, Lotharii Regis favore suffultus, Episcopos Istriæ Gradensi Ecclesiæ subtrahere conatus, nec Gregorii quidem Pontificis interdicto quievit. Quocirca Sergius Pontifex litem, quæ inter Aquilejensem, & Gradensem Patriarchas propter Istriæ Ecclesias oborta erat, sedare cupiens, litteras ad Patriarchas Venetum Gradensem, & Andream Aquilejensem scripsit, eosque nihil ultra contendere, sed Concilio adesse, quod ipse pręsente

A Imperatore habiturus erat, edixit. Anno vero 967. Joannes XIII. in Concilio Romæ habito, Othone Magno præsente, Venetis legatis petentibus, statuit Ecclesiam Gradensem Venetiæ totius Metropolim esse: eidemque Otho potestatem dedit exercendi juris, quod Romana haberet Ecclesia, idest ut omnes servos, colonos, advenas, cæterosque qui in agris suis versarentur, coercere, & judicare posset, multasque ipsis Venetiæ Ecclesiis indulsit immunitates. Consimiliter Otho successor septimo post anno Vitali Patriarchæ Gradensi privilegia Ecclesiæ confirmavit; inde anno 992. Tribunus Memus Dux Venetiarum Gradensis urbis mœnia, templa, & prætorium refecit. Anno vero 1009. Sergius Pontifex Vitali Patriarchæ Gradensi privilegium de præstantia Ecclesiæ renovavit, & Venetiæ atque Istriæ Episcopos diplomate dato indulsit. Anno vero 1024. Poppo Patriarcha Aquilejensis cum intellexisset Patriarcham Gradensem cum fratre, qui Dux erat Venetiarum, seditione à ci- B vibus pulsum, in Italiam concessisse, Gradum adiit, atque urbem sibi tradi præcepit; civibus autem se daturos esse negantibus, Sacramento suorum interposito affirmavit, se urbem custodiendi gratia postulare. Ea vero in deditionem accepta, contra fidem Basilicam, ac monasteria diruit, sacras Virgines violavit, thesauros avertit, & urbe immunita relicta, missis ad Joannem Pontificem nunciis, Gradensis subjectionem Ecclesiæ impetravit. Verum eo sine confessione, & viatico extincto, Veneti anno 1043. omnia recuperarunt, Benedicto Pontifice Popponis acta damnante, & privilegia infirmante, cujus successor Leo IX. anno 1049. in Lateranensi Conventu pallium, & crucem Patriarchæ Gradensi concessit, Episcopis Venetiæ, atque Istrię mandans, ut ei tamquam primario suo obedientiam, ac reverentiam exhiberent. Extant adhuc litterę ejus ad omnes Episcopos Venetiæ, & Istriæ, in quibus Gradensem Ecclesiam novam Aquilejam appellat, & totius Venetiæ, & Istriæ caput, & Me- C tropolim, juxta veterum Pontificum privilegia esse, tota sancta Synodo probante, declarat, Forojuliensem vero Antistitem tantummodo finibus Longobardorum esse contentum, intelligens scilicet Patriarcham Aquilejensem. Quod postea confirmatum est. Dominico Patriarcha Gradensi, eique Principatus Venetæ Ecclesiæ adjudicatus ab Alexandro II. in Conventu anno 1064. apud Mantuam habito. Extant etiam literæ Greg. VII. datæ ann. 1075. ad Dominicum Ducem, & populum Venetiæ, quibus hortatur, ut Patriarchæ nimia egestate oppresso, quæ sunt necessaria ad vitam tuendam pro decentia tantæ dignitatis suppeditent. *Scitis enim* (inquit) *quoniam præ multis terrarum partibus divina dispositio terram vestram Patriarchatus honore sublimavit, cujus dignitatis eminentiæ ex ipsa sui nominis, & officii prærogativa adeo angusta, & rara est, ut non amplius quam quatuor in toto mundo reperiantur. Quod cum ita sit, apud vos tamen hoc tantum decus, & tam excelsi gloria sa-* D *cerdotii ex inopia rerum temporalium, & diminutione potestatis suæ adeo vilescit, & a competenti statu honoris penitus corruit, ut tanta tenuitas rerum nec simplicem Episcopatus sedem condecere, aut ejus necessitatibus sufficere posse videatur; Unde vos tanti beneficii divinæ munificentiæ ingratos & immemores esse deprehendimus, timentes ne quasi degeneres filii divitias, & hæreditatem nobilissimę matris vestrę videlicet Gradensis Ecclesię dissipantes, inde obscuriores efficiamini, unde post Apostolicā Sedem omnibus, quę sunt in Occidēte gētibus, clariores extitistis.* Hęc ibi Greg. qui & in alia Epist. ad Michae-

lem Imperatorem Constantinopolitanum data, Dominicum hunc Patriarcham Venetiæ appellat. Sed non propterea quievere Patriarchæ Aquilejenses, quousque Ulricus Patriarcha Gradum bello adortus, fœde, ut supra diximus, a Venetis mulctatus est, porcorum & panum imposito tributo. Ex quo tempore Gradensis Ecclesia quieta perseveravit usque ad annum 1450. cum Patriarchatus Gradensis Venetias translatus est, & Gradensis Ecclesia ad Plebanicam redacta est ædem, nihil ut hoc tempore veteris supersit majestatis, nisi religio adhuc aliqua ob ædem in ea Virgini sacram, quæ in diœcesi Veneta censetur. Duravit itaque Patriarchatus Gradensis annos 870.

Cæterum antiqui Episcopatus, qui Gradensi Patriarchæ suberant, hi recensentur. Methamaucus, seu Methamaucum, utroque enim modo scriptum reperitur apud Sabellicum, & Sigonium (vulgo *Malamacco*) oppidum fuit in æstuariis Venetorum, tam frequenter olim cultum, ut Ducalis illic sedes aliquando fuerit, sed civilibus primum bellis, postea incendiis, altero a Joanne Duce Venetorum anno 830. hostiliter illato, altero casu excitato, quo etiam viginti Venetæ urbis Parochiæ circa an. 1100. incensæ asseruntur, demum etiam maris alluvione deletum est, atque ejus loco aliud ejusdem nominis oppidum haud procul excitatum, undique aquis, & opere munitum, cum annuo Magistratu. Nomen autem huic oppido fuit impositum a fluvio Medoaco (*Brenta* is nunc dicitur) in Alpibus orto, qui & Patavium interfluit, & leni cursu in æstuaria illapsus portum efficit Medoacum, seu Methamaucum, naufragiis celebrem. Episcopalis hic sedes primum constituta est anno Domini 638. a cum Paulus Episcopus Patavinus, accepto nuncio de clade Romanorum, ad Scultennam Mutinæ fluvium, à Rothari Longobardorum Rege editis, Methamaucum fugit, hucque sedem suam Episcopalem traduxit, Severino Pontifice Maximo probante. Extat Epistola Joannis Papæ VIII. qua Felici Methamaucensi Episcopo sacris interdicit ob non exhibitum Gradensi Patriarchæ obsequium. Petrus Methamaucensis Episcopus Synodo Ravennatensi interfuit an. 967. subscripsitque litteris Joannis VIII. Papæ in causa excæcationis Herolfi Archiepiscopi Salzburgensis. Dominicus item Presbyter Olivolensis Ecclesiæ Episcopus Methamaucensis postulatur anno 1046. Defecit autem hic Episcopatus anno 1105. cum Methamauca insula vi terræmotus, fluctibusque maris submersa, sedes Episcopi Clodiam est translata. Duravit itaque Episcopatus Methamauci annos 467. Extat alia Epistola Joannis VIII. ad Felicem Episcopum Methamaucensem, quamvis ibi perperam legatur Mandanaucensem, qua eum jubet cum Aquilejensi Episcopo Romam accedere.

a Sed jam ante annos ducentos hæc confecta [illegible] Pauli antecessoris, ut refert idem Ughellius in Patavinis.

Equilium oppidum fuit in æstuariis Venetorum conditum anno 638. ab agrestibus Opiterginis, qui cum familiis, ac pecoribus secuti primores Opiterginorum, Rotharis Longobardorum Regis arma fugientes, cum Heracleæ ab iis æstuariis conditæ civitatis muris ob nimiam frequentiam recipi non possent, alium sibi locum ulterius munierunt, eumque Equilium appellarunt. Auctum postea est id oppidum anno 665. a reliquis Opiterginorum, qui Opitergio a Grimoaldo Longobardorum Rege deleto, huc se receperunt. Postea Pipini Caroli Magni Regis filii metu, centum Equiliensium, atque Heracliensium Venetias profugerunt, ex civitate donati sunt. Extremam vero Equilio, atque Heracleæ cladem Berengarii I. temporibus intulerunt, ut scribit Sabellicus lib. 4 primæ decad. Ejus nunc ruinæ ingentes, & grandia ædificiorum vestigia visuntur Adriam navigantibus ad eum locum, quem Jesulum nunc vocant, nisi forte veprium, & hederarum complexu latitantia aspectum fugiant.

Episcopatus hic cœpit anno 667. cum Opitergii excidio superstites cives Equilium, ante annos 29. ab agrestibus suis ædificatum, se receperunt, auctoque oppido, a Romano Pontifice Episcopum iterum petierunt, & obtinuerunt anno 959. Extat Epistola Joannis VIII. Papæ, qua Petro Episcopo Equilin. sacris interdicit ob non exhibitam Gradensi Archiepiscopo obedientiam. Bonus Blancanonici filius ex Episcopo Equilino Gradensis Patriarcha creatus pallium a Joanne Pontifice accepit. In libro Fisci Apostolici, Equiliensis Episcopatus in Provincia Gradensi annotatur. Ex eodem i. libro patet error Leandri Alberti Equiliensem Episcopatum cum Heracliensi, sive Civitatis novæ Episcopatu confundentis, cum revera distinctæ semper fuerint civitates, & sedes Episcopales, & loco, & nomine. Idemque etiam patet ex litteris Innocentii III. ad Patriarcham Gradensem; quorum initium est. Cum dilecti in quibus Episcopos Equilin. & Civitatis novæ nominatim exprimit. Hanc illustravit sedem Petrus de Natalibus sanctorum historiarum per anni curriculum scriptor. Heraclia, seu Heraclea, civitas fuit in æstuariis Venetis ad Plavis amnis ostia condita anno 688. à primoribus Opiterginorum, qui, deleta à Rothari Longobardorum Rege patria, antiquos Venetos imitati, & ipsi se ad æstuaria contulerunt, urbemque hanc ex Magni Episcopi sui authoritate sibi condiderunt, quam ab Imperatoris Heraclii, tum viventis nomine Heracliam nominarunt. Hæc anno Domini 805. ab Obelerio, & Tribuno in Joannis, & Mauritii adversæ factionis civium, qui inde originem trahebant, contemptum, funditus eversa, cives Rivumaltum commigrarunt. Instaurata postea mutato nomine, Civitas nova appellata, rursus ab Hungaris anno 903. incensa fuit, hodie nè vestigia quidem ulla, præterquam sacræ unius ædis extant. Episcopalem hic sedem fuisse ab Opitergio transportatam, historiæ Venetæ authores omnes affirmant, atque in Romano etiam codice Civitatis novæ Episcopatus in Gradensi Provincia enumeratur. Extant etiam litteræ Innocentii III. ad Patriarcham Gradensem, in quibus mentio fit Episcopi Civitatis novæ. Hæc sunt Episcopales sedes olim Gradensi Patriarchæ suffraganeæ, quæ non extant, *b* aliæ fuerunt ejusdem suffraganeæ. Castellana (quæ & Olivolensis) Torcellana, & Clodiensis, de quibus infra. Porro Patriarchæ Gradensis hi fuere ex variis auctoribus, & monumentis recensiti, ut saltem tantæ dignitatis Præsules ad posteros eorum perennaret memoria.

b De quibus fusius in X. tomo.

I.

1. HELIAS Patriarcha Aquilejensis, natione Græcus, primo hæreticus, *c* deinde catholicus, ut antiqui Annales produnt, metu Longobardorum, auctoritate Pelagii Papæ, Patriarchalem Ecclesiam primo statuit in Insula Gradi anno Domini 580. *d* Rem narrant Andreas Dandulus in chronicis, & Anonymus auctor, in vetusta chronics de singulis Patriarchis novæ Aquilejæ, quæ Gradensis Ecclesia vocatur a tempore Domini Heliæ, usq. ad Ursum, qui sedere cœpit an. 1012. quæ M.S. in hædino codice pervetusto asservatur in refertissimis, cæterarumque Romanæ Urbis nobilissima bibliotheca Francisci Cardinalis Barberini, numero 247. *Temporibus* (inquit) *Tiberii Constantini Aug. Helias Patriarcha Aquilejensis in Gradensi castro ecclesiam S. Euphemiæ fabricari præcepit, ibique Synodum congregavit. In qua Synodo quicquid de Chalcedonensi Concilio dubitabatur, pulsa dubitatione confirmatum est. Ibique statuit Ecclesiam Gradensem caput, & metropolim totius Provinciæ Histriensium, & Venetiarum. Cujus Venetiæ terminos à Pannonia usque ad Adam fluvium protendebatur, epistolamq; pro his statutis accepit à Beatissimo Papa Pelagio consentientibus universis Episcopis jam dictarum provinciarum. Paulus siquidem prædecessor ejus hostile periculum non ferens, Longobardis advenientibus cum omni thesauro Ecclesiæ Gradum se contulerat, afferens secum corpora SS. Martyrum Hilarii, & Tatiani, & reliquorum. Defuncto vero Paulo, & in Ecclesia Gradensi humato, cujus sepulchrum usque modo ibi*

c Vide supra in Aquilejensibus.

d 579.

ma-

manet, Probinus Gradensium, idest, novæ Aquilejæ rexit Ecclesiam, cui succedens memoratus Helias Patriarcha hæc, quæ suprascripta sunt, ordinavit, & jam dicta corpora Sanctorum in miro ordine locavit, domumque sibi à fundamentis fabricari præcepit, asserens in Synode supra statuta charissimis fratribus intervenientibus malis nostris cotidie hostile perpetimur flagellum. Et jampridem ab Attila Unnerum Rege Aquileja civitas nostra funditus destructa est, & præterea Gothorum incensu, & cæterorum barbarorum cassata, vix aspirans scilicet, & nunc Longobardorum nefandæ gentis flagella sustinere non potest. Quapropter dignum duxit mansuetudo nostra, si vestræ placet sanctitati, in hoc castro Gradensi nostram confirmarem Metropolim. Quo dicto, omnibus placuit Episcopis, & facto libello statutæ suæ demonstrata Chalcedonensi Synodo, & de hoc ipsa sede subter manibus suis conscripserunt, idest primus Helias Patriarcha, deinde Marcianus Episcopus S. Ecclesiæ Opiterginæ, Leonianus Episcopus Tiburtiensis, Petrus Episcopus Altinatis, Vindemius Episcopus Cenensis, Bergullus Episcopus Patavinæ Ecclesiæ, Joannes Episcopus Celejanæ, Clarissimus Episcopus Concordiensis, Petrus Episcopus Emonensis, Adrianus Episcopus Polensis, Maxentius Episcopus Veliensis, Severus Episcopus Ingestinus, Solacius Episcopus Veronensis, Joannes Episcopus Parentinæ Ecclesiæ, Aron Episcopus Avoricensis, Ingenuus Episcopus Secundæ Retiæ, Agnellus Episcopus Tridentinus, Vigilius Episcopus Caravasiensis, Fontejus Episcopus Feltrensis, Marcianus Episcopus Petenensis, Laurentius Presbyter, & Martinus Presbyter, atque Emerius Presbyter, Provinciales, & Presbyteri cæteri, tam Metropolitani, quam & Plebani, omnes isti subscripti consenserunt, & omnia in eodem loco confirmaverunt. His omnibus suprascriptis pactis in ipsa sede Metropolitana Gradensi defunctus est supradictus Helias Patriarcha, qui annos Pontificatus tenuit xiv. & menses x. dies xxi. & sepultus est in ecclesia beatæ Euphemiæ. Hactenus codex, de quo vide, quæ de ipso supra scripsimus in Aquilejensis Eccl. Patriarchis.

II. 2 SEVERUS in Heliæ locum, cunctis clero, & populo suffragantibus novæ Aquilejæ creatus est Patriarcha anno 589. tempore Gelasii I. Papæ, Natus fuerat ex Ravenna Civitate. *Hunc Smaragdus Patritius* (refert Dandulus in chronic.) *veniens de Ravenna Gradum de Basilica traxit, & secum duxit cum aliis tribus Episcopis ex Istria, videlicet, Jo. Parentino, Severo Tergestino, & Vindemio Cesen. atque Antonio jam sene Ecclesiæ defensore, quibus comminans exilia, atque violentiam inferens, communicare compulit Joanni Ravennati trium Capitulorum damnatori, qui tempore Vigilii Papæ à Romanæ Ecclesiæ desciverat societate. Elapso autẽ anno de Ravenna in Gradum reversi sunt, quibus nec plebs communicare voluit, nec cæteri Episcopi eos receperunt. Smaragdus autẽ Patritius a dæmonio non injuste correptus Constantinopolim rediit, cui Romanus successit, & illi Gallicinus. Post hæc facta est Synodus decem Episcoporũ in Marano, ubi receperunt hunc Patriarcham dantẽ libellum repudii erroris sui. Nomina vero Episcoporum, qui se ab hoc schismate cohibuerunt sunt hæc, Petrus Altinas, Clarissimus, Ingenuinus Sabionensis, Agnellus Tridentinus, Junior Veronensis, Horontius Vicentinus, Rusticus Tarvisinus, Joannes Felerinus, Angelus de Asilio, Laurentius Bellunensis, Maxentius Juliensis, & Adrianus Polensis. Gregorius Magnus Põt. huic Severo Patriarchæ scribens, novæ Aquilejæ sedem per privilegium confirmavit.*

Sedit ab an. 587. ad 610. Sedisse autem Severum in Gradu an. 21. idem refert Dandulus, & chronica novæ Aquilejæ idem asserit, addens dies triginta post vigesimum primum anuum: oportet illum successisse Heliæ anno 584. cujus obitus dies memoratur a Baronio in anno 605. Dandulus anno 607. ejus mortem recenset. De quo ita chronica Barberinæ bibliothecæ. *Heliæ successit Severus Patriarcha ad regendam Ecclesiam. Qui omnes suas res, quas de parentum jure habuit, in jam dicta Ecclesia S. Euphemiæ reliquit per testamenta jam voce commendans sacerdotibus ipsius Metropolis Gradensis, ut ipsi superstites post eorum pro his rebus specialiter omni die sabbate pro ipso Missas celebrent, atque oblationes offerant, mensamque pauperum instituant. Cujus & testamenti chartula apud Ecclesiam Gradensem manet, & res, quas ibi reliquit, ipsa possidet Ecclesia. Defuncto vero ipso beatissimo viro apud Gradensem Metropolim Ecclesiam sepultus est in Basilica s. Euphemiæ, qui Pontificatum tenuit annis numero 21. dies 31.* Alii habent sedisse ann. 18. & melius, cum ille obiisset ann. 605.

3 MARTIANUS (1) novæ Aquilejæ Patriarcha ordinatus est, defuncto Severo, anno 607. juxta Danduli chronicam, cui consentit alia supra citata chronica. Hic ex Pirano Istriæ oppido ortus, & ab Helia Patriarcha doctus, Presbyterque consecratus est, in Synodo Gradensi translationem sedis cum cæteris approbavit: posteaque sub Severo gradatim ascendit, atque illo defuncto, Patriarcha unanimiter est electus: sedit ann. 3. mens. 1. dies 5. Excessit apud Gradum, & sepultus apud ecclesiam S. Euphemiæ.

4 CANDIANUS vel Candidianus Ariminensis ex vico Caudiano à comprovincialibus Episcopis, Clero, & populo in Gradu electus, & confirmatus est Patriarcha anno secundum Dandulum 610. de quo relata chronica. *Marciano successit Candidianus Patriarcha in ipsa suprascripta Metropoli Gradensi. Sub cujus tempore per consensum Agilulfi Regis Longobardorum, Gisulphus Dux per vim Episcopum in Foro-Julii ordinavit Joannem Abbatem. In quo tres Episcopi consenserunt, Deo sibi contrario, & eum consecraverunt. Jam propterea per epistolam D. Bonifacii Papæ Urbis Romæ, sub eandem Metropolim Gradensem se subjugaverunt. Sedit an. 5.* & mœrore confectus in Gradu expiravit, & in ecclesia S. Euphemiæ humatus est. III

„ (*Candianus igitur Severo suffectus est, præpositusque Gradensi gregi, quandoquidem alter Præsul Aquilejæ veteri datus fuerat.* Consentit *Baronius ex actis Concilii Mantuani ad ann. 605. Hunc Candianum apud hæreticos malè olentem, à Schismaticis hæreticum sæpius appellatum comperimus ex Baronio loco cit. Romanæ tamen Ecclesiæ communicantem vocat Paulus Diaconus, quem Romanus Pontifex pallio exornavit hoc Aquilejensibus diutius denegato post hanc divisionem, & suæ provinciæ S. R. E. fidelissimæ cum Patriarchatus titulo præesse voluit.* Lucentius.)

5 EPIPHANIUS ordinatus est Patriarcha anno salutis 615. successitque Candidiano. Præfuit hic utilissime, ac religiosissime an. 1. mens. 3. dies 11. moriensque suam Ecclesiam hæredem instituit, & in ea sepulchrum accepit. De quo Dandulus. *Hic natione Istriæ de Oppido Hamagi, vir catholicus, & scripturis divinis satis eruditus,* Presbyter *& notarius hujus sedis ab Helia Patriarcha factus in Concilio Gradensi officium sibi commissum sufficienter exercuit, & à Severo Patriarcha postea Primicerius notariorum constitutus est, nunc vero ab Episcopis, Clero & Populo, qui in devotione Romanorum existebant, Patriarcha in Grado electus, & consecratus est, & propterea Gradensis deinde appellatus est.* IV.

6 CYPRIANUS de Pola Istriæ civitate, vitæ sanctimonia, & morum candore vir venerabilis, unanimi consensu Clericalis Senatus provectus est ad Gradensem Sedẽ an. 616. qui cum fere per quindecim prope annos suo munere fideliter, ac sanctissime functus esset, optimis comprobandus Pontifex, ac Beatiss. Virginis Mariæ præcipuus cultor in pace quievit, & in ecclesia S. Euphemiæ sepultus. V.

(1) Severo, ut in Aquilejensibus diximus, successit Joannes in sede Aquilejensi, in Gradensi Candianus. Martianus deinde successit Joanni, rejiciendus propterea ex hac Gradensium serie. Neque post Candidianum hanc sedem obtinuisse dicendum est ex justa, immediataque successione Epiphanii, & Cypriani: neque consendum tunc temporis Exarchum, & Romanum Pontificem, Cæsaris, & Catholicæ unitatis infensissimum hostem Gradensi in solio insidentem videre voluisse, qui impensissimè curarunt ibi fidelem habere pastorem, facta insuper rescissione Gradensis ovilis ab Aquileja veteri.

a Pseudo-Episcopus.

b Ut ex Honorii Epist. apud Baron. ad an. 630.

7 FORTUNATUS a hæreticus Arrianus, defuncto Cypriano viro sanctissimo, Longobardorum favore, & audacia Gradensem invasit Ecclesiam anno 630. ab Honorio I. Papa exauctoratus, b cujus historiam hic ex supra citata chronica exscribemus. *Fortunatus quidam hæreticus Pontificatum arripuit, qui quintam Synodum minime credens, ob sui erroris piaculum pavens, totam Ecclesiam Gradensem Metropolitanam denudans in auro, & vestibus, vel ornamento, similiter & ecclesias baptismales provinciæ Istriç, & Xenodochia, quæ ad eandem Ecclesiam Gradensem pertinere videbantur, fugam in Longobardiam petiit, apud Castrum Cormones super civitatem Aquilejam milliario xv. Contra cujus nequitiam, & hæresim Episcopi Venetiarum, & Istriensium, & Clerici Aquilejenses, qui etiam Gradensis Ecclesiæ, scripta sua ad Honorium Papam direnerunt. Idem autem Papa providens utilitati sanctæ dictæ Ecclesiæ, Primogenium Diaconum, & Regionarium Sedis Apostolicæ ad eandem Metropolim regendam direxit, dans & Epistolam auctoritatis Apostolicæ innodantem memorati Fortunati hæresim.* Hactenus chronica de Fortunato invasore, ac raptore Ecclesiæ Gradensis.

VI. 8 PRIMOGENIUS, natione Tuscus, patria Aretinus, ex Apocrisario Romanæ Ecclesiæ, vita & moribus probatus, & talis, ut, dejecto Fortunato hujus Gradensis Ecclesiæ Pontifex renunciatus sit ab Honorio Papa ann. 630. Extat Epistola ejusdem Honorij his verbis conscripta apud Dandulum, quam etiam recitat Baronius ad hunc annum.

Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Venetiam, & Istriam constitutis. Suademus, & decretales apices fraternitati vestrç dirigimus, per quos expetimus, ut loco Judæ alius vitæ probabilis ad regendum gregem Dominicum promoveatur. Et non immerito is, qui dejectus est, & Judç actibus comparatur, & moribus. Nam quod ille in capite, hoc iste videtur exercuisse in corpore. Primogenium itaque Subdiaconum, & Regionarium nostrç Sedis, Gradensi Ecclesiæ Episcopali ordine cum pallij benedictione direximus consecrandum. Oportebit ergo fraternitatem vestram juxta legem ecclesiasticam cuncta disponere, capitique vestro syncerum obedientiam exhibere. Nos enim dirigentes homines nostros ad excellentissimum Longobardorum Regem injunximus, ut eundem Fortunatum, utì relicta ab eo Republica, ad gentesque prolapsum, & abnegata concordiæ unitate, Deo rebellem, & perfidum, necnon res quascumque secum aufugiens abstulisse monstratur, expetere, & repetere non moretur, ut & hi, à quibus repetuntur, à partibus Christianissimæ Reipublicç parem justitiam consequantur.

Sequitur idem Baronius. *Hæc Honorius, qui dignissimo titulo, & merito quidem Venetam Rempublicam Christianissimam nominat: ut pote quæ, relictis schismaticis, Romanæ Eccl. adhæsisset: & ne implicaretur eorumdem schismaticorum laqueis, à Romana Ecclesia petere soleret Episcopum; quo amplissimo titulo gloriosa, potensque longe, lateque terra, mariq; dominium feliciter propagavit. Ne quid autem minus haberet Gradensis Ecclesia ab Aquilejensi, ipsi Romani Pontifices eandem Ecclesiam pallij insignibus, & Patriarchæ nomine illustrarunt, nam (ut superius dictum est) ipse etiam Gradensis Episcopus Patriarcha invenitur sçpius nominatus. Unde & factum est, ut immortalis inter utrumque creverit æmulatio, & excitatæ perennes discordiç fuerint, perpetuaque odia coaluerint, quæ nutrita sunt opera secularium Principum, studentibus Longobardis Patriarchæ Aquilejensi (qui & securitatis gratia Forum-Julij sedem transtulit, ob idque, & Foro-Juliensis Patriarcha est appellatus) Favente vero Gradensi Patriarchæ Ravennate Exarcho post Romanam Pontificem. Porro sicut Exarchus numquam destitit ipsam Aquilejam infestare, ita Longobardi Grados, sive Gradus. Nam audi quç dicat Paulus Diac. lib. 5. c. 7. de Duce Foro Juliensi, Lupo nomine. Hic Lupus in Grados insulam, quæ non longe ab Aquileja est, cum equestri exercitu, per stratam, quç antiquitus per mare facta fuerat, introivit, & deprædata ipsa civitate, Aquilejensis Ecclesiæ thesauros exinde auferens deportavit. Hæc ipse, qui & superius tradit, à Paulo (quem alij Paulinum dicunt) Aquilejensi Patriarcha translatos fuisse Ecclesiæ Aquilejensis thesauros ad Grados, dum fugeret Longobardos in Italiam irruentes. Accidit præterea, ut inter Longobardos, & Venetos implacabile diu viguerit bellum, quemadmodum inter utramque Ecclesiam Aquilejensem, & Gradensem immortales extiterunt contentiones, quæ licet sæpe fuerint sedatæ à Romanis Pontificibus, rursus pullularant. Verum pro Ecclesia Gradensi semper insurrexisse ipsos Romanos Pontifices, litterç Gregorij II. & Gregorij III. Romanorum Pontificum docent; ex quibus apparet, eos ab invadentibus Aquilejensibus Patriarchis nitentibus viribus Longobardorum semper tutos esse. Sic videre est, Gradensem Ecclesiam Romanorum Pontificum auctoritate erectam, firmatam, stabilitam, atque defensam, Venetorumq; Rempublicam Gradensis Ecclesiæ occasione a Romana Ecclesia hausisse plurimum adjamenti: cujus res ipsa optime conscia, ad nutum Romani Pontificis parata semper fuit in Longobardos insurgere. Docent id Litteræ Gregorij II. Romani Pontificis ad Ursum Venetiarum Ducem, cui ei præcipit inhærere Exarcho ad expellendos Longobardos, cum occupavere Ravennam: quod & feliciter gestum est. Sed de his omnibus fusius inferius suis locis dicendum erit.* Hæc Baronius.

Cæterum Primogenius licet auctores sobrie de eo scribant, insignem tamen fuisse virum pauca, quæ recensentur de illo in citata chronica, persuadent; verbo enim, & opere vitæ plurimum Gradensi profuit Ecclesiæ. *Hic per visionem admonitus* (habet chronica) *corpora Beati Hermacorç Martyris atque Pont. & S. Felicis, & Fortunati sita milliario hic in Gradensem civitatem adduxit, ibique diligenti cura deposuit, & usque hodie Pontifex civitatis Gradensis pallii benedictionem à summa Sede Apostolica promeruit. Ut vero supramemoratus Patriarcha Primogenius Apocrisiarium suum dirigens in Regiam urbem ad virum piissimum Heraclium August. hujus retundagandç causa, qualiter ipsç baptismales Ecclesiç denudatç* (scilicet à Fortunato) *fuissent, quod & Longobardi suos Episcopos à diœcesi ejus subtrahere voluissent, & ipsũ thesaurũ apud se ipsi retinuissẽt. Tunc demum ipse piissimus Imperator aurum, & argentum plus remisit, quam perdiderant, & insuper sedem beatissimi Marci Evangelistç dirigens, quam ab Alexandria Heraclius Augustus in Regiam urbem adduxerat. Mortuo vero beatissimo viro Primogenio, qui ann. numero xx. m. iii. d. vii. rexit Pontificatum, sepultus est juxta corpus antecessoris sui beatissimi Cypriani in Basilica S. Euphemiæ.*

Incidit ejus mors anno 650 c tempore Martini I. Papæ. Extat apud Dandulum fragmentum epistolæ Theodori Papæ ad Primogenium hunc scriptæ, in qua monetur, ut promissa Exarcho Ravennati studeret ad effectum perducere. c An. 648. vel 649.

VII. 9 MAXIMUS, Dalmata, anno Domini 650. (r) ad gubernaculum Gradensis Ecclesiæ admotus est, vir justus, & pius fundator monasterii S. Mariæ de Barbano apud Tergestinos, quod redditibus plurimis, & amplissimis dotavit. Seditque laudabiliter annis 20. & mortem obiit anno 670. sepultusque est in S. Euphemiæ Basilica juxta prædecessores suos.

VIII. 10 STEPHANUS hujus nominis II. (s) patria Parentinus, unanimi consensu Cleri Patriarcha Gradensis renunciatus est anno Domini 670. Præfuit annis 5. defunctus anno 675. in Euphemianæ Basilicæ, & sacello S. Joannis conditus est.

IX. 11 AGATHO Justinopolitanus successit Stephano anno 675. Sedit annis decem. A morte bonus

(r) Anno saltem 649. quo titulo Aquilejensis Antistitis sedit in Synodo Romæ habita à Martino I. Pontifice. Vide quæ de eo adnotavimus ad Felicem Aquilejen. Patriarcham supra col. 31.

(s) Secundus hujus nominis adnotatur ab Ughello hic Stephanus, cum in hac sede nec primum habuerit, nec alterum, unicus ipse hujus nominis. Præcessorem Stephanus, sed in veteri Aquileja an. 525. *Laurentius.*

bonus Patriarcha supernis spiritibus sociatus est anno salutis 685. („ *Hic ille Agatho Aquilejensis Præsul, scilicet Gradi, novæ Aquilejæ dictæ, qui an. 680. Concilio Romano ab Agathone Pontifice celebrato interfuit.*)

X. 12 CHRISTOPHORUS è Pola Istriæ civitate, Gradensis Patriarcha renunciatus est anno 685. Vir in pauperes pius, & in rebus ecclesiasticis studiosissimus. Cum sedisset laudabiliter annis 32. excessit an. 717. & in ecclesia S. Joannis Evangelistę sepulchrum accepit.

XI. 13 DONATUS („ *natione Placentinus*) ex honesto, & probo sacerdote constituitur Patriarcha Gradensis anno 717. Gregorio II. Pontifice, apud quem ejusdem Donati contigerunt justæ querelæ adversus Serenum Foro-Juliensem Antistitem: cujus rei causa reperiuntur à Gregorio scriptæ epistolæ in chronica Andreæ Danduli, quæ etiam à Baronio recitantur in hunc modum.

Gregorius servus servorum Dei dilecto fratri Sereno. Tanto munere quisque ditatur, quantum in sublimitate positus de se, & ex mandato Domini Redemptoris humiliter sentit. Etenim pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur. Spernendos quippe Apostolica lectio arguit elatos. Quid habes quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Nam dum ad cumulum tui honoris, precibus eximii filii nostri Regis flexi plurimum a Ecclesia (Locus depravatus.) *pro rectitudine fidei, per quam te, tuamque Ecclesiam amplecti cognovimus, provocati, pallium tibi direximus interdicentes, & inter cætera prohibentes, ne unquam aliena jura invaderes, aut temeritatis ausu usurpares jurisdictionem cujuspiam, sed his esses contentus, quæ usque hactenus possedisti. Nunc vero (ut cognovimus) Gradensis Patriarchæ niteris invadere jura: atque ex iis, quæ possedit, omne usque usurpare. Ne ergo in quoquam existas temerator, ex auctoritate Apostolica præcipimus, ne ullo modo terminos ab eo possessos accedas, sed de his habeto, quæ modo usque possedisti; nec amplius quam in finibus gentis Longobardorum existentibus gressum tendere præsumas, ut non injuste suscepisse te gratiam collatam pallii ex præsumptione ostendas: & de Apostolici vigore consilii si inobediens fueris comprobatus, altiene dignus judiceris.* Hucusque epistola Gregorii ad Serenum. Idem vero ad Gradensem Patriarcham, & alios Episcopos sub eodem constitutos, atque Ducem, aliosque ista tunc scripsit.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Donato Patriarchæ, *Episcopis, atque Marcello* Duci, *& Plebi Venetię, & Istriæ. Quamquam ex ministerio, quod ex miseratione divina gerimus, quicquid provide delibetatum, peragere absque obstaculo conveniat; verum ne frustra judicium egisse videremur, illa cupimus prosequi, quæ non ad læsionem cujusquam, sed potius ad immunitatem respiciant: illa satagere, unde non, ex potestate divinitus concessa, supplicia, sed præmia sperentur. Convenit enim, ut cum alterius votis paremus, alterius jura non fraudentur. Quia igitur missa relatione ad nos, a* Deo *salvata Communitas vestra petiit contra Foro Juliensem Antistitem agentes, quod cupiebat invadere ditionem Gradensis Patriarchæ & ut numquam excedere terminum, vel jura invadere aliena, sed in ea quę hactenus possedit, se esse contentum; cui, ut Ecclesiam in præsenti non attentet, ex auctoritate Apostolica interdiximus; eique consensum ad hunc esse conditionem dilectissimi sciatis: cui deniq; ne præsumat excedere præcipimus. Ne ergo injuria quadam, aut dissidio locum gens eorum insidiando (ut assolet) invadat, pervigiles cavete, potius solliciti de vestra post divinum præsidium cogitare salute; quia illud non occasione agitur, sed ubi possunt,* Deo eis *non resistente virtute obtemperare nitantur, optantes de reliquo in amore Domini nostri Jesu Christi pollere, & ab omni immunes adversitate manere.* Bene valete.)

Sedit Donatus in Gradensi Ecclesia an. 7. sepultusque est in Basilica S. Euphemiæ. Post cujus obitum, qui incidit in annum Domini 724. Petrus Polensis Episcopus contra Canonum statuta invasit, & à Gregorio Papa utraque Sede indignus adjudicatus ejicitur, qui postea ab eodem Pontifice ad Cleri, populique Venetiarum, & Istriæ preces Polensi primæ suæ Sedi restitutus est, teste Dandulo. („ *hac eisdem conscripta anno 725. Epistola, quam ex Ms. Trivisaneo Codice desumptam hic proferimus.*

„ Gregorius servus servorum Dei Universis dilectissimis nobis Episcopis, & cuncto à Deo servato populo Venetiæ seu Istriæ. Creditæ speculationis ministerium ita favente Domino studeo modigerare, ut nunquam me negligentiæ quis condemnet sive indulgendo illicita, vel tolerando incongrua: cum scriptum sit: terminos patrum tuorum ne trangressus fueris. Quia vero institutione divina quotidie imploramus, ut debita dimittat nostra Dominus, sicut nos pollicentes debitoribus dimittere dicimus nostris, delinquentibus ut pœniteat culpas relaxamus vigore servato sanctorum canonum prorsus ut gemitus lachrymarum speciali antidoto quasi vulnus, quod excrescit in membris, possit salvari. Dudum namque factus superbiæ præludium rogatus Petrus Polensis Antistes canonica despiciens statuta ab hac luce subtracto fratre nostro Donato Gradensi Præsule suam deserens ad Ecclesiam transiit secundam contemnens regulas patrum, atque Ecclesiastica statuta: quare merito ab Episcopali collegio esset definitione patrum extorris, & sacerdotali officio nudatus, nisi eum Apostolica prævenirer compassio. Quod quia instruimur severitatem legum bonitatis indulgentia temperare, & delinquentibus portum indulgere salutis, ad imitationem Domini nostri Jesu Christi si quis offenderit manum porrigere non denegamus, ab ea, in quam incidit, foveam relevantes illa interpositione ut semper curet flendo diluere commissa, & doleat tentasse Apostolica violare statuta, ut pœnitentiæ medela cicatricis possit in corde suo vestigia relinquere. Eumdem itaque Petrum Episcopum ad pristinam redire sedem B. Petri Apostolorum principis, cujus meritis impares vices tamen dignatione superna gerimus, auctoritate præcipimus plurimum vestris faventes votis, ea dumtaxat, sicut præmissum est, interpositione, ut sibi indulta non ex licentia credat, sed semper retineat memoria nimia compassione fuisse concessa, & commissum anterioris perpetrati posteritas obumbret modestiæ actionis. Quamvis enim ei aditum ad suam remeandi sedem tribuamus, ut vivens semper doleat offendisse volumus, quatenus compunctionis stimulo sese adlacerans ab ruinosa hac vita ad perpetuam non dubitet pertingere gloriam. Omnes itaque vos admoneo dilectissimi fratres, vel filii, ut concordes pro amore Dei absque elationis fuco eligere in Gradensi Ecclesia prǽsulem debeatis, qui moribus actibusque polleat, & ad exorandum Christum pro populo sit meritis dignus, ut suavitatis suæ vel charitatis decoretur testimoniis: postque sui consecrationem ab hac summa sancta Dei Ecclesia pallium, idest benedictionis cumulum . . . personam; ut sic Ecclesię Christi ornatæ sacerdotibus maneant Christi Domini protectione inconcussæ, subque eorum regimine Christi plebs in ejus amore perficiat. Bene valete. Data Kalendis Martiis Imperante Dom. nostro piissimo Augusto Leone secundo coronato Magno Imperatore anno nono, pacis ejus anno nono, sed & Constantino majore Imperatore ejus filio anno sexto, Indictione VIII.)

14 ANTONIUS ex monacho, & Abbate monasterii S. Trinitatis de Brondulo Ord. S. Benedicti in æstuariis Clugiensibus, vir pietate, & in rebus agendis clarissimus, à Greg. II. Gradensis Patriarcha destinatus, & dignus tanto munere an. Domini XII.

724. (1) consecratus est. *Hic* (ut habet Dandulus) *rectam fidem tenens, & hæreticis, & erroribus suo tempore imminentibus, Ecclesiam suam immaculatam servavit, & Romanæ semper adhæsit, moriensque Ecclesiam suam immaculatam sponsam in bonis suis patrimonialibus hæredem instituit, & in ecclesia S. Euphemiæ sepultus est.* In chronica vero sæpe citata hæc de Antonio leguntur. *B. Gregorius* (Secundus scilicet Papa) *defunctus est Romæ, cui successit beatissimus Gregorius Papa III. qui per obitum Donati Gradensis Patriarchæ epistolam suam direxit universis Venetiens. seu Istriæ, & cuncto populo, & electionẽ in Gradensem Patriarchã facerent. a Qui* [a Hæc referenda sunt ad Gregorium II.] *præcepto ejusdem Papæ Gregorii elegerant Antonium virum perbeatissimum in nova sancta Aquilejensi Eccles. Patriarcham, qui a B. Gregorio Papa III. juxta decessorum suorum exemplar privilegium cum benedictione pallii consecutus est. Hic Antonius Patriarcha ammonitus est a prædicto Gregorio Papa Romam ad synodum ocentrere, ad quam synodum Joannes Archiepiscopus Ravennas vocatus est propter imagines, quas in regia urbe deponere jubebant Leo atque Costantinus Augusti, & illicita conjugia, quæ per diversa loca fiebant. Propter hanc vocationem Antonius Patriarcha cum suis suffraganeis Romam ad synodum perrexit. In qua synodo definitive divisio facta est inter Antonium Gradensem Patriarcham, & Serenum Foro-Juliensem Antistitem, juxta edictum B. Gregorii II. confirmante tota synodo, & sententiam anathematis in hujus confirmationis violatores dictante.* Hactenus chronica. Cum vero Antonius ad suam rediisset Ecclesiam, cum Callisto Patriarcha veteris Aquilejæ, seu Foro-Juliensi lites habuit, quas componere studuit Gregorius idem III. Pontifex, hasque litteras scripsit ad Callistum, quas recitat Baronius ex Dandulo.

Gregorius servus servorum Dei.

Callisto, &c. Jam triennium evolutum prædecessoris nostri tempore, & infra. *Cognovimus enim quod aviditate devictus ausu illicito pervaseris possessiones, quæ Centenaria, & mansiones nuncupantur, pertinentes monasterio sanctæ* Dei *Genitricis sito in insula Barbiana, quod prisco, & longo tempore sancta jure possidet Gradensis Ecclesia, & ejus hactenus fuerat ditionis. Quod, quia aliena nulli licet invadere præcipue sacerdotibus, quia contra Deum est; præcipimus beati Petri Apostolorum Principis auctoritate, cui à* Domino, *& Salvatore nostro ligandi, & solvendi in cælo, terraque potestas concessa est, ut ea, quæ pervadere contra legem ausus es, in præsenti cum omnibus ejus pertinentibus Gradensi Patriarchæ restituere debeas, cujus ditioni pertinere videntur. Scias enim si enititeris temerator, & reddere distuleris aliena, Apostolicæ sententiæ canonicæ te subjacere correctioni, atque pœnitentiæ, dum justa fueris condemnatus sententia.* Hæc Gregorius.

Callistus vero, receptis Papæ admonitionibus ad cor rediens, invasas insulas, & res Ecclesiæ Gradensis restituit, & Antonius Gradensis Patriarcha bene cum rexisset Ecclesiam suam annis xxv. m. x. d. xx. mortuus est in senectute bona, & in Basilica Euphemiana juxta suos prædecessores humatus est. Porro cœnobium de Brondulo, cujus Antonius monachus, & Abbas fuerat, Ordini Cisterciensi per Romanos Pontifices traditum, per aliquot secula summa cum laude floruit, quod deinceps commendatum secularibus clericis adeo exaruit, ut ne quidem lapis super lapidem remanserit, eorum Commendatariorum incuria; & præter nudam Ecclesiam, nulla de eo extat memoria.

(„ *Extant in sæpe laudato Trivisaneo Codice duæ*
„ *Gregorii* III. *Epistolæ ad Antoninum (sic enim illis*
„ *appellatur) Gradensem Patriarcham, quibus eum*
„ *cum suffraganeis invitat ad Synodum. Unam hic*
„ *exhibemus datam, ut arbitror, anno 731. hujus*
„ *tenoris.*

„ Gregorius tertius Pont. dilectissimo fratri Antonino Gradensi Archiepiscopo, seù dilectissimis nobis Episcopis ejusdem ordinationi, seù concilio pertinentibus.

„ Inter diversas continuationum ærumnas, quæ nos hinc inde in seculo positos circumstant & obruunt, orta est vana, & perniciosa calamitas, quæ graviter semper Ecclesiam quasi quibusdam ventosis procellis conturbat inaniter attemptata. Est enim infelix impietas apud regiam urbem, ut credimus, notum habetis, & per diversas Provincias, ita ut quod lugentes dicimus, & voce prominus lachrymosa, sanctorum imagines ab ipsius Domini, & Redemptoris nostri Jesu Christi omnibus proiiciantur Ecclesiis, dilacereotur, atque ipsius Dei Ecclesiæ, quod fatale malum est, & intolerabile exitium, habitationes hominum, viliumque efficiantur armentorum, ut in istis nulla debeat laus deo cantari. Unde cum Propheta lamentabili voce dicendum est: Quis dabit capiti meo aquas, aut oculis meis lachrymarum fontes, ut tantum defleamus exitium? Proinde charissime frater, atque dilectissimi nobis Ecclesiarum Dei rectores hortamur dilectionem vestram, ut pro Domini nostri Jesu Christi nomine juxta Apostolicam vocem cunctas subjectas vobis Ecclesias commonere, atque instruere magnopere debeatis: Attendite, inquam dilectissimi fratres, vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, ut juxta traditionem SS. Patrum, & ven. antiquitatis omnes veram fidem defendant, & Sancta, si contigerit, corpora ponant, & sanguinem fundant: quia ecce venit dies acceptabilis, ecce nunc dies salutis. Nostis charissimi, quod sancti per fidem vicere regna. Hæc vestra sit, fratres, ad omnem populum Christi commonitio, ut ipsi propriæ saluti regem Christianum defendantes possint constantia fidei prodesse. Vos vero charissimi omnes, qui domos Domini diligenter regitis, ad defendendam, & confirmandam veritatem Kalendas Novembris succedentis quintædecimæ Indictioni apud hanc Apostolicam sedem convenite omnes sepolita negligentia, ut communi conventu, atque tractato auctoritate B. Petri Apostolorum principis super tale capitulum sententia promulgetur, atque statuatur, qualiter rabiem adversantium præveniamus, & nostrarum procuremus animarum, vel subjectorum salutem; consortes quoque mereamur pio intuitu sanctorum fieri præcessorum, & quorum clara nos post Christi præsidium fovet doctrina. Deus vos incolumes custodiat dilectissimi nobis.)

15 AEMILIANUS ex Provincia Æmiliæ, cum esset Archidiaconus Gradensis Ecclesiæ, mansue- XIII.
tudine, ac pietate polleret, Patriarcha electus est anno 749. & cum annis VIII. dieb. 6. optime præfuisset, inter mortales esse desiit; prope suos prædecessores, in Euphemiana Basilica terræ mandatus est anno 757.

16 VITELLIANUS Lucensis, fuit religiosis- XIV.
simi Aemiliani diaconus, & Prothonotarius, eidemque in Patriarchatu successit anno 757. seditq; annis IX. Chronica citata habet, Vitellianum Patriarchatum tenuisse an. XII. m XI. d. XI. qui à foro in sua Ecclesia repositus est anno Domini 766.

17 JOANNES Tergestinus, ex grammaticæ XV.
præceptore anno 766. in Patriarcham assumptus, vir pius, & catholicus, omniumque scientiarum, ac virtutum eximie cultus, Ecclesiæ suæ jura summa cum animi fortitudine adversus Longobardorum Regem, aliquosque Episcopos suæ dignitati subjectos, tutatus est, favore, & auctoritate Stephani IV. Papæ, a quo rescriptum recepit, quod ex Dandolo hic recitabimus.

Fratri Joanni Coepiscopo Stephanus servus servorum Dei Episcopus. Suscopiis itaque conspicuis sanctitatis vestræ apicibus, eisque eelectis, magna te Re-

(1) N omnisi anno insequenti; nam Kal. Martii an. 725. adhuc Gradensis Cathedra vacabat, ut constat ex superrelata Gregorii Epistola.

Reverendissime frater angustia mœroreque fore attritam cognovimus à perfidis, & malignis æmulis vestreæ Istriarum provinciæ. Pro quo, & noster protinus animus eadem lugubria attritus est, sed tamen fas nequaquam permittit, nostras, vestrasque mentes hoc nocumento, odio affici, & mœrore, quoniam certo confidimus, quod jam prope est Dominus, ut arrogantiam feritatem dejiciat, & humilium lacrymas, & gemitum ærumnosis consoletur fletibus. Quippe nos charissime frater Deo propitio, totis viribus inhianter satagimus decertandum; sicut prædecessor noster sanctæ recordationis Dominus Stephanus Papa, ut vestra sit redemptio, atque salus, & immensa securitas, quemadmodum nostra, opitulante divina misericordia proficiant. Quoniam in nostro pacto generali, quod inter Romanos, Francos, & Longobardos dignoscitur provenire, & ipsa vestra Istriarum Provincia constat esse confirmata, atque annexa, simulque Venetiarum Provincia. Ideo confidat in Domino immutabili sanctitas tua, quæ ita fideles B. Petri studuerant ad serviendum jurejurando beato Petro Apostolorum Principi, & ejus omnibus Vicariis, qui in Sede ipsius Apostolica usque in finem seculi seculi erunt in scriptis contulerant promissionem, ut sicut hanc nostram Romanam Provinciam, & Exarchatum Ravennatem, & ipsa quoque vestra Provincia pari modo ab inimicorum oppressionibus semper defendere procuret. Et iterum inferius. *Petisti etiam sanctissime frater, corripi Episcopos Istriæ, ut à tanta, & iniqua resipiscant temeritate: Quod quidem tuis annuentes votis, nostra Apostolica scripta eisdem contumacibus Episcopis direximus tam illos, qui eamdem illicitam perpetrare ausi sunt consecrationem, quam eos, qui ab ipsis enormiter ordinati sunt, obligantes eos validis interdictionibus, atque à sacrosacerdotali officio, & proprij honoris dignitate, sicut contemptores privare studuimus.*) Hactenus Stephanus Papa. (,, *Epistola, quam Joannes Patriarcha de Longobardorum pressione, atque Istriensium Episcoporum contumacia conquerens Stephano Papæ* III. *dedit, legitur descripta in toties laudato Trivisaneo Ms. Codice, eamque plurimis licet mendis deformem, corruptamque, ne omninò aliquando pereat, hic libenter subjicio.*

,, Domino Sanctissimo, ac ter beatissimo Apostolico, atque Coangelico patri D. Stephano Universali Papæ Johannes servorum Dei servus, humillimus Episcopus. Si omnes capilli capitis nostri . . . . omnisque virtus nostra odore farciatur suavitatis, nec sic digne laudes, & gratias referre valeremus effectibus Apostolici nostræ dominationis de tot agonibus, quos dignati estis pro totius populi consolatione, nostraque salute impendere, de quibus digne, & merito vestræ coangelicæ coronæ deficitus est sermo: quoniam pastor bonus animam suam pro errantibus ovibus, & in perditione succumbentibus posuit redempturus. Ob inde omnium Sacerdotalium pastorum summe pastor & Domine, qui Apostolorum principis Petri beati satis digne sustines fidem, & vicem, seu omnium Apostolorum . . . . effectus es consors . . . præsentialiter Coangelicis vestigiis prostratus humo Apostolatus, atque ter beatissimi sanctissimi Domini exiguitatem atque fragilitatem meam cum his qui commissi sunt vestro pastorali regimini salubriter dispensando committo, ut & ego, qui licet valde dissimilis animarum tamen dispensationem suscepi institutionibus doctrinisque de spiritali matre omnium Apostolica sede percepi annius . . . . . . deinde perferre præstoler, & tamquam in fundamentum firmissimi ædificii speciali constructione ad gloriam obsecrationibus Apostolici nostri sanctissimi Domini solidatum possit surgere; per vestram enim Apostolicam sedem utpote per luminare magnum inextinguibili fulgore splendificus Dei filius, qui sol est justitiæ, omnium hominum corda lustravit, cunctaque Catholicæ ejus Ecclesiæ membra per totum orbem diffusa in fidei Christianæ rectitudine sub uno grege unoque pastore perseverare disposuit, ne in alicuius erroris caligine labefacta succumbant, sed in fide capiant rectitudinem animi, & per cultum pastoralem grex dispersa reducatur ad caulam salutis. Ergo Pastor Pastorum, & omnium sacerdotalium caput, & benignissime Domine, spes insuadibilis claritatis, & redemptio sperandorum jamdudum Apostolicis pro nostris humillimis syllabis precabimur almis obtutibus de tam crudeli & importabili ingente malitia, quod gens perfida Longobardorum S. nostræ Ecclesiæ invaserunt hæreditatem, insuper & fidem pastoralem rectitudinis in ipsa Istriensi provincia abdicarunt, & . . . . . . usque ordinationes ecclesiasticas non distollunt perficere. Nunc quidem opportunum nobis fuit, & valde cum lamentatione cordis atque iterum omnia non solum postulare pro nostra redemptione Apostolicis obtutibus nostri Domini, verum etiam declarare, quidquid nobis ipsi sævissimi Longobardi per jussionem regis sui exercent; quia dum vestra coangelica jussio & auctoritas fuit apud regem nobis & Ecclesiæ nostræ omni in re contradicere de . . . ut mos erat antiquus, factum est, sed qualiter humiliter suggeramus de eorum illusione, penitus ignoramus. Imprimis . . . . . . quod est . . . . . qualiter ipsi . . . . relaxare nec permittunt pastores S. Ecclesiæ nostræ ex nostra præceptione aliquid ibidem cives exhibere, sed ipsi protervi prævaricatores Episcopi magis magisque contumaces consistunt, & contraria gerunt. Unde die noctuque proclamantes, terra prostrati ac si præsentialiter ante Apostolici nostri Domini obtutibus erimus propter redemptionem omnium nostrum. Unde noster pius egregius solertissimus Dominus agone præcepti suæ auctoritatis sibi a beato concessæ Petro jam . . . . ut sæviente mercenarii morsu . . . . . os, & dispersus grex innocens Istriensis provinciæ per . . . . . apicibus vestris Apostolicis certaminibus merita revocetur ad caulas salutis, ut sicut à priscis temporibus sub uno pastorali gubernaculo fuit grex . . . . . ovili precamur de manibus gentis eripiatur Longobardorum, ut vigor, & dignitas beati Petri, & vestra pullulet latis, ut jam amplius ab ipsis perfidis Longobardis sanctorum Patrum non prævaricetur canonica norma, nec sanctarum Ecclesiarum Dei obscurentur luminaria, nec pauperes populi, qui magnam vim sub eorumdem horribili jugo assidue sustentant, amplius jam dilanientur eorum oppressionibus, sed redempti à Domino, & à Beato Petro per magni, & benigni Pastoris agonem pro vita & incolumitate nostri Apostolici Domini incessanter Christi Dei nostri misericordiam ingemiscentes valeamus exorare; Quia & ut certum sit potestati vestræ plenissime sicuti qui sitiens in ardore ad fontem vivum velocius concurrit, ita & populus Istriæ provinciæ redemptionem, & protectionem a Deo & beato Petro per vestram Apostolicam dispositionem desiderant & expectant, cognoscentes magnam & ineffabilem Dei nostri misericordiam, quam erga Ravennatium civitatem, ejusque pertinentibus oppidis & finibus per vestram Apostolicam auctoritatem & defensionem ostendere dignatus est. Quia jam non sufferunt pauperes illi quotidianis diebus collectas faciendo Longobardorum milites quamque famuli omnium Ecclesiarum, necnon & quæ prima est Dominica nostra sancta Romana Ecclesia sine reverentia, & de ejus servientibus sicut & de nostra & aliis Ecclesiis æquales collectas ex tritico, & singula animalia assiduam consuetudinem faciunt. Quod nunquam auditum est in provincia illa, quamque nec potest quispiam duobus servire Dominis: nostra autem parvitas proxime manens, & hæc omnia veraciter . . . . clamore pauperum, quibus

sub-

,, ſubvenire nequeo, veſtris mitiſſimis auribus intimare præſumo, confidentes in magna miſericordia omnipotentis Dei noſtri pro b. Petri interceſſionibus dignis, quod veſter Apoſtolicus apex hæc cuncta ſuperius adſcripta confeſtim & citius valebit eicere, & perpetua ſecuritare condonare. Ab his enim omnibus ſuperius inſertis capitulis cunctarum omnium noſtrarum importabilem tribulationem, & nimia oppreſſione coacti abſolvere feſtinavimus una cum conſenſu ſanctorum Dei, filio Mauricio Conſuli, & Imperiali Duci hujus Venetiarum provinciæ præſentes viros humillimos veſtros Magno presbytero & Scrinario noſtro, ſed & Anaſtaſio tribuno gerulis noſtris: quos quaſi præſentialiter Domini noſtri oſculantes veſtigia quæſo commendatos habere, ad quorum & noſtræ injunctionis eloquium meus Apoſtolicus Dominus dignas jubeat inclinare aures tam verbotenus quamque & per capitulare deſignato pleniſſima eorum adſit Apoſtolicæ veſtræ poteſtatis credulitas, commendantes noſtram fragilitatem veſtris Apoſtolicis, atque Coangelicis obtutibus nunc & ſemper.

,, *His acceptis litteris non diſtulit Pontifex Iſtrienſes Epiſcopos graviter redarguere, ac jubere, ut Metropolitæ ſui Gradenſis Patriarchæ juri ſe reſtituerent, & ab ejus arbitrio canonicam de perpetratis reatibus ſententiam præſtolarentur. Stephani mandata nobis exhibet præfatus Codex in hunc modum.*

,, Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Epiſcopis per univerſam provinciam Iſtriam conſtitutis. Quiſquis Sacerdotali præditus non dicam honore ſed onere exiſtit, neceſſe eſt, ut canonicas SS. Patrum traditiones tantum ſe obſervandas tota mentis integritate exhibeat, quantum nimirum conſtat tranſgreſſoribus dignæ ultionis & in hac vita de propriis reatus exceſſibus vindictam inferri, & venturo in ſeculo ante tribunal dei condemnationis atq; cruciatus pœnam irrogari. Unde neceſſe eſt omnibus huic ſacro deditis officio in hujuſcemodi canonicæ ſanctionis norma diutiſſime permanere, ut nulla penitus ratione à recto itineris tramite quibuslibet ſecularibus perſuaſi, & frivolis præſidiis deviare præſumant, nec tanti ponderis ſibi regimen conſertum detrimentum potius, quam lucri ſtipendia patiatur. Itaque pervenit ad nos nuncio procurrente, quod vos omnes Epiſcopi ipſius Iſtriæ provinciæ conſtituti, qui canonica traditione à priſcis temporibus ſub juriſdictione, ac conſecratione S. Gradenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatus eſſe videmini, nunc, quod cum magno cordis dolore dicimus, ſecularibus convolantes auxiliis ab eadem Epiſcopatus ſede protervo ſpiritu inflati recedere præſumpſiſtis; & inter vos, quod nunquam auditum eſt, unus alterutrum voſmet ipſos conſecratis. Unde commiſſa nos paſtoralis cura compulit Apoſtolicæ correptionis apicibus vos argui, ut talis prava, & inaudita temeritas canonicæ correptionis framea abſcindatur. Quamobrem & auctoritate Domini noſtri, & B. Petri Apoſtolorum principis, cujus licet immeriti Deo tamen dignante vices gerimus, hujus noſtræ relationis ſeriem interdicimus ſub anathematis interpoſitionibus vobis omnibus contumacibus, ac transgreſſoribus canonicæ trangreſſionis ipſius Iſtriæ provinciæ Epiſcopis ablegantes vos atque privantes a ſacerdotali honore veſtro, itaut & vos, qui ipſos enormiter conſecrare præſumpſiſtis Epiſcopos, & ſi qui a vobis illicite conſecrati ſunt, a proprio ſacerdotali honore, atque a ſacro officio, quo fungere videmini, recedere debeatis, veſtroque vos Archiepiſcopo cum magna humilitate, & cordis lamentatione nequiter vos degiſſe deflentes ſubjicere ſtudeatis, in ejus vos judicii arbitrio, & canonica de hujuſcemodi prælatæ tranſgreſſionis reatu ſententia ſubmittentes. Nam ſi, quod non credimus, & iſtius noſtræ Apoſtolicæ interdictionis obligationem tranſgredi præſumpſeritis, ſciatis auctoritate Apoſtolorum principis B. Petri cœlorum regni clavigeri, & cui a Domino Deo in cœlo ac terra ligandi ſolvendique conceſſa eſt poteſtas, anathematis vinculo eſſe innodati, & a regno Dei alienati, atque cum diabolo, & ejus atrociſſimis pompis ſicut tranſgreſſores Ss. Patrum canonicæ traditionis deputati: quoniam ſcriptum eſt: Terminos patrum noſtrum nulla auctoritate inlicitæ temeritatis transgredi præſumitur: & idcirco opportunitatis exigit ratio protervos, & tranſgreſſores Canonicæ inſtitutionis correptionis fræno conſtringi, & dignæ emendationis vindicta percelli.)

Proſequitur Dandulus. *Epiſcopi Iſtriæ receptis Papalibus admonitionibus ſeculari contagione polluti, reſipiſcere noluerant.* Interea Joannes cum bene ſuam adminiſtraret Eccleſiam, in odium incidit Jo. Ducis Venetiarum, eo quia Chriſtophorum, Græcum hominem, Olivolenſem Epiſcopum Joannis Ducis favore, ac Nicephori Imperatoris auctoritate conſtitutum, conſecrare noluiſſet, quinimo etiam à piorum communione ſemoviſſet. Quo facto Joannes Dux uſque adeo exarſit ira, ut Mauritio filio Duce aſſumpto, claſſem Gradum adduxerit, atque oppido primo adventu capto, Joannem ipſum Patriarcham arreptum ex celſiſſima turri præcipitavit anno ſalutis 802. *Cujus ſanguis* (inquit Dandulus) *in teſtimonium mortis ſuæ in petris perſonaliter apparet; ſepultuſque fuit in S. Marci capella poſt SS. Martyrum mauſolea.* Sedit Joannes in Gradenſi Eccleſia annis 36.

18 FORTUNATUS, natione Tergeſtinus, ſtudio Tribunorum, in necati Joannis Patriarchæ XVI.
locum, cujus erat conſanguineus, ſubſtitutus eſt anno Domini 803. cui etiam Leo Papa III. pallium conceſſiſſe reperitur eodem anno Indictione XI. 12. Kal. Aprilis in hunc modum apud Dandulum.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Reverendiſſimo, & ſanctiſſimo confratri Fortunato Patriarchæ Gradenſis Eccleſiæ. Vitæ tuæ tantummodo officium ſacerdotis aſſumere, ſi interiori vigilantia perpendamus, plus eſt oneris, quam honoris; quippe qui propria curare non ſufficit, niſi & ſalubriter gesſerit aliena. Nam ad hoc paſtoralis regiminis curam aggreditur, ut aliorum in ſe ſollicitudinem pia proviſione ſuſcipiat, & in eorum ſe ſe cuſtodia vigilanter diſponat, ut lupus inſidians poſſibilitatem in eo irrumpendi non habeat, nec læſionem ovibus inferat. Sic qui animarum curam ſuſcepimus, aſſiduam debemus ſollicitudinem gerere, ut callido antiquo humani generis inimico aditum præcludamus, & totis contra ejus voracitatem viribus obſiſtamus, ne noſtra forte deſidia, cubida, quod abſit, quemquam fauce deglutiat, & ejus ad noſtram non immerito applicetur pœnam perditio, qui commiſſos ſollicita cuſtodire cautela negligimus. Exhibeamus ergo quod dicimus, & quibus divini diſpenſatione conſilii præeſſe contigit, prodeſſe quantum poſſumus feſtinemus, ut dum creditor rationem nobiſcum poſiturus advenerit, lucrum nos feciſſe reperiat, & ſua ſicut promiſit remuneratione lætificet. Hoc itaque frater chariſſime conſidera, & locum quem adeptus es non ad requiem, ſed ad laborem te ſuſcepiſſe cognoſce. Adhortationis ope fidelium corda corrobora: in fidelium vero ſummo opere converte. Quod ut facilius aſſequi valeas, prædicationem tuam vita commendes, ipſa ſis inſtructio, ipſa magiſtra ſit, ad deſideriam æternæ vitæ docente ſuſpirent tuo viventes exemplo, & perveniant, temporalia deſpiciant, & quæ tranſitoria ſunt contemnentes, ad ea quæ ſemper durant, quæ nullo fine clauduntur, deſideriis anhelent. In his igitur ſtudium adhibe, in hac tota mentis intentione perſiſte, quatenus dum tua prædicatione, atque imitatione hæc fuerint conſecuti, tanto majora à Deo noſtro recipias, quanto congrua ſollicitudine lucrandis eis animabus officii tui exercere operam minime

de-

destitisti. Pallium præterea juxta antiquam consuetudinem fraternitati tuæ dedimus, quo ita uti memineris, sicuti prædecessores nostri tuis prædecessoribus concessere, privilegiorum suorum scil. integritate servata. Fidem autem fraternitati tuæ quamvis in epistola tua, quam direxisti, subtiliter debuisses exponere, verumtamen lætamur in Domino, quia eam rectam esse, & solemni synodali confessione didicimus. Oramus autem omnipotentem Dominum, ut sua te munitione circumtegat, & sacerdotii susceptum officium operibus implere concedat. Scriptum per manum Benedicti notarii, & scrinarii S. R. E. in mense Martio Indict. 11. Benevalete.

Datum 12. Kal. April. per manum Eustachii Primicerii Sanctæ Sedis Apostolicę Imperante nostro Domino Carolo piissimo Augusto à Deo coronato magno, & pacifico Imperatore anno tertio Ind. 11.

Post hæc Fortunatus de prædecessoris sui occisione graviter dolens, patefacta conspiratione, quam adversus iniquitatis duces excitaverat, exulare jussus, accito Obelerio Methemaucensi Tribuno, consilium in Franciam adeundi cepit, ut Carolum Magnum adversus Duces incenderet, res Nicephori Constantinopolitani Imperatoris majore, quam par esset, studio complectentes. Quo excepto consilio, Duces subito classem Gradum iterum promoverunt, ac Fortunatum, & Obelerium inde excedere coegerunt. Ii cum se Tarvisium contulissent, Obelerius à Venetis exulibus Dux est declaratus, Fortunatus in Franciam, ut constituerat, properavit, Carolum de cæde prædecessoris sui a Ducibus illata edocuit, atque animum eorum ad Orientale Imperium inclinantem aperuit, & exinde ab eo cuitus tale rescriptum elicuit.

Carolus Serenissimus Augustus à Deo coronatus, magnus, & pacificus Imperator Rom. gubernans Imperium, & per misericordiam Dei Rex Francorum, & Longobardorum.

Maximum Regni nostri in hoc agere credimus immunitatum, si petitionibus sacerdotum, vel servorum Dei, quę nostris auribus fuerint prolatę, libenter annuamus, & eas in Dei nomine ad effectum perducamus. Igitur notum sit omnibus fidelibus nostris præsentibus, & futuris, qualiter vir venerabilis Fortunatus Gradensis Patriarcha, Sedis S. Marci Evangelistæ, & S. Hermacoræ Episcopus serenitati nostrę petiit, ut tale beneficium circa dictam memoratam sanctam Ecclesiam ex nostra indulgentia concedere, & confirmare debeamus, quatenus sub immunitatis nomine, tam ipse, quam sacerdotes, & reliqui, necnon servi, coloni, qui in terris suis commanent in Istria, Romandiola, seu in Longabardia, vel ubique quieto tramite vivere, & residere debeant. Cujus petitionem, ejus servitio, & meritis compellentibus, denegare noluimus, sed pro mercedis nostræ augmento in Dei nomine ita concessisse, & in omnibus confirmasse cognoscite, tam Episcopia, & Xenodochia, ecclesias baptismales. Præcipientes ergo jubemus, ut in vicis, vel villis, seu rebus, vel reliquis quibuslibet possessionibus undecumque præsenti tempore memoratus Patriarcha juste, & rationabiliter vestitus esse dignoscitur, nullus Judex publicus injuste ad causas audiendum, vel feuda exigendum, nec mansiones, seu paratas faciendum, nec ullas redibitiones injustas requirendum se ingerere, aut exactare præsumat. Sed dum prædictus Fortunatus Patriarcha advixerit, sub immunitatis nomine, tam ipse, quam ejus successores, & coloni, ac servi, qui super terras suas commanent, vel reliqui homines sic valeant ex nostra indulgentia quieto tramite vivere, ac residere, ita ut melius eis delectetur pro nobis, vel pro stabilitate Regni nostri jugiter Domini misericordiam exorare. Et ut hæc auctoritas firmiter habeatur, vel per tempora melius conservetur, manu propria subtus firmavimus, & de anulo nostro sigillari jussimus.

Signum Caroli  *gloriosissimi Imperatoris.*

Hedingus ad vicem . . . & Combaldo.

Datas Id. Aug. in sacro Palatio nostro anno tertio Christo propitio Imperii nostri.

Fortunatus Caroli Imperatoris gratiam consequutus ex Francia reversus sedem suam repetere instituit, sed (ut ait Dandulus) non audens Venetias intrare, in S. Cypriani ecclesia plebe Torcellanæ Sedis degere cœpit, & Joannem Episcopatus invasorem incaute pergentem captivavit; qui postea fuga liberatus, Ducibus, quæ passus fuerat, enarrans, eos contra Patriarcham vehementer animavit. Post hæc Niceta Patritius cum exercitu ad tuenda loca Dalmatiæ venit, & succursum bellicum à Venetis requisitum obtinuit, quem postea Venetias accedentem Fortunatus Patriarcha præstolare non audens, in Franciam properavit; & Joannes Diaconus, qui Episcopatum invaserat, in Patriarchali Sede subrogatus est. Hic ante SS. Martyrum corpora; & S. Marci capellam choros marmoreos composuit, & columnis etiam decoravit, & in altari S. Mariæ ciborium fecit. Fortunatus tandem, Venetorum mitigato furore, ad Ecclesiam suam rediit, & eo consulente. Christophorus Episcopus (scilicet Olivolensis) in Sede sua restitutus est, Joanne invasore in proprium domum redeunte. Prosequitur Dandulus. *Joannes siquidem, qui Patriarchatum invaserat, synodali censura depositus est. Tenuit quoque Sedem annis quatuor. Fortunatus autem, favente Duce, in patriam reversus est, postmodum contra voluntatem Venetorum in Franciam remeavit, in cujus Sede Joannes Abbas S. Servuli intrusus est.* Fortunatus autem anno Domini 818. veteris privilegii sui confirmatione à Ludovico Pio Imp. recepta, & reconciliata cum Venetis gratia, Ecclesiam Gradensem suam repetiit, ac Joannem Abbatem, qui illum invaserat, ad monasterium suum redire coegit. Ejusdem etiam Fortunati gratia Lodovicus Imp. Istriensi populo concessit, ut Rectores, Gubernatores, Episcopos, Abbates, seu Tribunos, & reliquos ordines licentiam haberent eligendi, & decretum Caroli patris constitutum renovavit. Anno vero 821. ut Eginhardus de gestis Ludovici Pii Imp. refert, Fortunatus eum à quodam presbytero suo, nomine Tiberio apud Imperatorem fuisset accusatus, quod Liudevitum Pannoniæ Regem ad perseverandum in perfidia, qua cœperat, hortaretur, eumque ad castella sua munienda artifices, & murarios mittendo juvaret, & ob hoc ad palatium ire juberetur, primo velut jussionem impleturus in Istriam, profectus est, inde simulato reditu ad Gradum civitatem, nullo suorum, præter eos cum quibus hoc tractaverat, suspicante nactus occasionem, clam navigavit, veniensque Jaderam Dalmatiæ civitatem, Joanni Præfecto Provinciæ illius fugæ suæ causas aperuit, qui eum statim navi impositum Constantinopolim misit.

Permansit Fortunatus Constantinopoli fere annis tribus, & cum Legatis Michaelis in Galliam regressus, ad Ludovici præsentiam ivit anno 824. Ludovicus Fortunatum de causa fugæ ipsius percunctatus, Romam ire jussit, ut à Pontifice examinaretur: haud diu post in Francia defunctus legitur apud Dandulum, atque Sigonium, cum reliquisset Ecclesiæ suæ, & cæteris piis locis multa ecclesiastica ornamenta, quæ vivens ipse acquisierat. Sedisse tradit Dandulus, & sæpe citata chronica in Gradensi Ecclesia annis XXVII. a quod si verum est, illum obiisse oportet asserere anno salutis a Parte XXII.

830.

a Sed ante an. 820. obiisse infra dicemus.

A 830. a Hic, teste eodem Dandulo, ecclesiam S. Agathæ, quam impetus maris destruxerat, reædificavit, & in sacello S. Vitalis corpora quadraginta Martyrum deposuit, ecclesiamque S. Peregrini, quam Gradenses propter metum Francorum destruxerant, renovavit, atque altaria Gradensis urbis laminis argenteis decoravit. Fuisse vero Fortunatum infracti animi virum, & eximia virtute præditum asserit chronica, dum refert, Carolum Magnum illum compatrem habere optavisse, in cujus gratiam tot privilegia Gradensi Ecclesiæ libenter donasse. („ *Dum Fortunatus exul in Francia degeret, Carolus Magnus à Leone Papa an. 806. impetravit, ut, donec Ecclesiæ Gradensi restitueretur, Fortunatus Polanam interpontificio tunc laborantem administraret. Extat hac de re Leonis ad Carolum Epistola tom. 7. Concil. ordine xi. in cujus embolo de prædicto Fortunato addit Leo ;* Et hoc vestræ serenitati intimare curavimus de præfato Fortunato, ut sicut semper pro illius honore temporali laboratis, ita & de anima ejus curam **B** ponatis, ut per vestrum pavorem suum ministerium melius expleat: quia non audivimus de eo sicut decet de Archiepiscopo, neque de partibus Franciæ ubi eum beneficiastis. Tamen gratias agimus Deo, quia omnia vobis incognita non erunt. Interrogate quidem fideles vestros, & omnia vobis nota fient, eo quod illi, qui vobis eum collaudant, hoc per munera, & calciaria faciunt, &c. *Adfuit autem Fortunatus celebri totius Histriæ conventui à Missis Caroli Magni coacto, in quo etiam actum est de Patriarchæ Gradensis jurisdictione in Episcopos, & populum Istriæ. Nobile documentum ex Trivisanæo. Ms. Codice desumptum operæ pretium est hic adnectere.*

„ In nomine Patris, & filii & Spiritus Sancti Amen. Cum per jussionem piissimi, atque Excellentissimi D. Caroli Magni Imperatoris, & Pipini Regis filii ejus in Istria nos servi eorum directi fuissemus, idest Izzo presbyter, atque Cadolao, & Ajo Comites pro causis sanctarum Dei **C** Ecclesiarum Dominorum nostrorum, seu & de violentia populi, pauperum, orphanorum, & viduarum, primis omnium venientibus nobis in Territorio Caprense loco, qui dicitur Riziano, ibique adunatis vener. viro Fortunato Patriarcha, atque Theodoro, Leone, Stauratio, Stephano, Laurentio Episcopis, & reliquis primatibus, vel populo provinciæ Istriensium, tunc eligimus de singulis civitatibus, seu castellis homines Capitaneos numero centum septuaginta & duos; fecimus eos jurare ad S. quatuor Dei Evangelia, & pignora Sanctorum ut omnia quicquid scirent, de quo nos eos interrogaverimus, dicent veritatem: inprimis de rebus sanctarum Dei Ecclesiarum: deinde de justitia Dominorum nostrorum, seu & de violentia, vel consuetudine populi terræ ipsius Orfanorum & Viduarum, quod absque ullius hominis timore nobis dicerent veritatem. Et ipsi detulerunt nobis breves per **D** singulas civitates vel Castella, quod tempore Constantini, seu Basilii Magistri militum fecerunt, continentes quod a parte Ecclesiarum non haberent adjutorium, nec suas consuetudines. Fortunatus Patriarcha dedit responsum dicens: Ego nescio, si super me aliquid dicere vultis: verumtamen vos scitis omnes consuetudines, quas à vestris partibus S. Ecclesia mea ab antiquo tempore usque nunc dedit. Vos mihi eas perdonastis: propterquod ego ubicunque potui, in vestrum fui adjutorio, & nunc esse volo, & vos scitis, quod multas dationes, vel missos in servitium D. Imperatoris propter vos direxi: nunc autem qualiter vobis placet, ita fiat. Omnis populus unanimiter dixerunt, quod antea tunc & nunc & plura tempora per nostro *largido* ita fit, quia multa … bona parte habuimus, & habere credimus excepto quod nulli Dominorum nostrorum venerint antiqua consuetudine vestra familia faciat. Tunc

A Fortunatus Patriarcha dixit: Rogo vos, filii, nobis dicite veritatem, qualem consuetudinem S. Ecclesia mea Metropolitana in territorium Istrianse inter vos habuit. Primus omnium primas Polensis dixit: Quando Patriarcha in nostram civitatem veniebat, & si opportunum erat propter missos Dominorum nostrorum, aut aliquo placito cum Magistro militum Græcorum habere, exibat Episcopus civitatis nostræ cum sacerdotibus, & Clero vestiti planetas cum cruce cereo stados & incenso psallendo, sicuti summo Pontifici, & judices una cum populo veniebant cum signa, & cum magno eum recipiebant honore. Ingrediente autem ipso pontifice in domum S. Ecclesiæ nostræ accipiebat statim ipse Episcopus claves de sua domo, & ponebat eas ad pedes Patriarchæ: ipse autem Patriarcha dabat eas suo majori, & ipse judicabat, & disponebat usque in die tertia; quarta autem die ambulabat in suum Rezzorio. Deinde interrogavimus judi**B**ces de aliis civitates sive castella, si veritas fuisset ita: omnes dixerunt; sic est veritas, & sic adimplere cupimus. Nos vere amplius super Patriarcha dicere non possumus. Peculia autem vestra domnica ubicumque nostra pabulant, ibique & vestra pascant absque omni datione: volumus ut in antea ita permaneat. Nam vero super Episcopos multa habemus quod dicere. I. Capitulo. Ad missos Imperii, sive in quacumque datione, aut collecta medietatem dabat Ecclesia, & medietatem populus. II. Capitulo. Quando missi Imperii veniebant, in Episcopio habebant collocationem, & dum interim reverti deberent ad suam dominationem, ibique habebant mansionem. III. Capitulo. Quæcumque chartulæ emphiteosens, aut libellario jure, vel non dolosas commutationes nunquam ab antiquum tempus corruptæ fuerunt, ita & nunc fiant. IIII. Capitulo. De Herbatico, vel glandatico numquam aliquis vim tulit inter *vicoru* nisi secundum consuetudi**C**nem parentum nostrorum. V. Capitulo. De Vineas nunquam tertio ordine tulerunt, sicut nunc faciunt nisi tantum quarto. VI. Cap. Familia Ecclesię numquam scandala committere adversus liberum hominem, aut cædere eum fustibus, & in . . . . eos ausi fuerunt: nunc autem cum fustibus nos cædunt, & cum gladiis sequuntur nos: nos vero propter timorem Domini nostri non sumus ausi resistere, ne pejora accrescat. VII. Quis terras Ecclesiæ fenerabat usque ad tertiam reprehensionem, numquam eos foras ejiciebat. VIII. Mari vero publica, ubi omnis populus communiter piscabant, modo ausi non sumus piscari, quia cum fustibus nos cædunt, & retia nostra conciduut. IX. Capit. Unde nos interrogasti de justitiis Dominorum nostrorum, quas Græci ad suas tenuerunt manus usque ab illo die, quo ad illum diem quo ad manus Dominorum nostrorum pervenimus, ut scimus, dicimus veritatem. De civitate Polensi solidi Mancosi sexaginta & sex: **D** de Ruvingio solidi mancosi 40. de Parentio mancosos sexaginta & sex. Numerus Tergestinus mancosos sexaginta, de Albona mancosos 30. de Pedena mancosos XX. de Montanna mancosos 30. de Pinguento mancosos 20. Cancellarius Civitatis novæ mancosos XII. qui faciunt insimul mancosos 344. Isti solidi tempore Græcorum in palatio eos portabat. Postquam Joannes devenit in ducatu ad suum opus istos solidos habuit, & non dixit, justitia palatii fuisset. Item habet casale Orcionis cum olivetis multis: item portionem de Casale Petriolo cum vineis, terris, olivetis, & casa sua. Item possessionem Stephani magistri militum: item casam Zerotinam eum omni possessione sua, & possessionem Mauritii Ypati, seu Basilii Magistri militum instar & de Theodoro Ypato: item possessionem, quam tenet in Pojacello cum terris vineis & olivetis, & plura alia loca. In nova civitate babet fisco pu-

blico, ubi commanet intus & foras civitati amplius duos centum colonos, per bonum tempus reddunt oleo amplius quam centum modia, vino magis quam amphoras duocentum, alnona seù castaneas sufficienter; piscationes verò habet, unde illi veniunt per annum amplius quam 30. solidi mancosi absque sua mensa ad satietatem. Omnia ista Dux ad suam tenet manum, exceptis illis 344. solidis sicut supra scriptum est, quod in palatio debent ambulare. De forcia unde nos interrogastis; quas Joannes Dux nobis fecit, quod scimus, dicimus veritatem. I. Cap. Tulit nostras silvas, unde nostri parentes herbatico, & glandatico tollebant; item tulit nobis Casale inferiore, unde parentes nostri, ut supra diximus, similiter tollebant. Modo contradicit nobis Joannes. Insuper sclavos super terras nostras posuit; ipsi arant nostras terras, & nostras runcoras, segant nostras gradas, pascunt nostra pascua, & de ipsas nostras terras reddunt pensionem Joanni. Insuper non remanent nobis boves, neque Caballi; si aliquid dicimus, interimere nos dicunt. Abstulit nostros casinos, quos nostri parentes secundum antiquam consuetudinem ordinabant. II. Cap. Ab antiquo tempore dum fuimus sub potestate Græcorum imperii habuerunt parentes nostri consuetudinem habendi actus Tribunati domesticos seu vicarios necnon Loco servator, & per ipsos honores ambulabant ad communionē, & sedebant in consensu unusquisq; pro suo honore: & qui volebat meliorem honorē habere de Tribuno ambulabat ad Imperiū, quod ordinabat illum Ypato. Tunc ille, qui Imperialis erat hypatus, in omni loco secundum illum magistrum militum procedebat. Modo autem dux noster Joannes constituit nobis Centarchos, divisit populum inter filios & filias vel generum suum, & cum ipsos pauperes ædificant sibi palatia, Tribunatos nobis abstulit, liberos homines non nos habere permittit, sed tantum cum nostros servos facit nos in hoste ambulare, libertos nostros abstulit . . . . Advenas homines ponimus, casa vel ortora nostra nec ipsos potestatem habemus. Græcorum tempore omnis Tribunus habebat scusatos quinque & amplius & ipsos nobis abstulit. Fodere numquam dedimus, in curte numquam laboravimus, vineas numquam laboravimus, calcarias numquam fecimus, casas numquam ædificavimus, inegorias numquam fecimus, canes numquam pavimus, collectas numquam fecimus, sicut nunc facimus, pro unoquoque bove unum modium damus, collectas de ovibus numquam fecimus, quomodo nunc facimus, unoquoque anno damus pecora & agnos: ambulamus navigio in Venetias, Ravennam, Dalmatiam, & per flumina quod numquam fecimus. Non solum Joanni hoc facimus sed etiam ad filios, & filias, seu generum suum. Quando ille venerit in servitium Domini Imperatoris ambulare, aut suos dirigere homines, tollet nostros Caballos, & nostros filios cum forcia secum ducit, & facit eos sibi trahere sarcinas..... procul fere 30. & amplius millia tollit omnia eis quisquis habeat, solum ipsa persona ad pede remeare facit in propria. Nostros autem Caballos aut in Francia eos dimittit, aut per suos homines illos donat. Dicit in populo: Colligamus eximia ad D. Imperatorem sicut tempore Grǽcorum faciebamus, & veniat Missus de populo una mecum, & offerat ipsos Xenio ad D. Imperatorem: nos vero cum magno gaudio collegimus: quandoque venit ad ambulare; dicit: non vobis oportet venire: ego ero pro vobis intercessor ad D. Imperatorem; ille autem cum nostris donis vadit ad D. Imperatorem, placitat sibi vel filiis suis honorem, & nos sumus in grandi oppressione & dolore. Tempore Græcorum colligebamus semel in anno, si necesse erat, propter missos Imperiales. De centum capita ovium, quæ habebat unum; modo autem quam ultimum tres habet, unum exinde tollit, & nescimus intueri per annum sui auctores exinde prendunt ista omnia, ad suum opus habet dux noster Joannes. quod numquam habuit magister militum Græcorum, sed semper ille Tribunus dispensabat ad missos Imperiales, & ad Legatarios euntes, & redeuntes. Et ipsas collectas facimus, & omni anno volendo nolendo quotidie collectas facimus. Per tres vero annos illas decimas, quas ad S Ecclesia dare debuimus, ad paganos Scavoseas dedimus, quando eos super Ecclesiarum, & populorum terras nos transmisit in sua peccata & nostra perditione. Omnes istas angarias, & superpostas, quæ prædictæ sunt, violenter facimus, quod parentes nostri numquam fecerunt, unde omnes devenimus in paupertatem, & ..... nostros parentes & convicini nostri Venetias, & Dalmatias, etiam Grǽci sub cujus antea fuimus potestate. Si nobis succurrit D. Carolus Imperator, possumus evadere: sin autem, melius est nobis mori, quam vivere. Tunc Joannes Dux dixit. Istas silvas, & pascua, quæ vos dicitis, ego credidi, quod ex parte D. Imperatoris in publico esse deberent: nunc autem si vos jurati hoc dicitis, ego vobis contradicam. De collectis ovium in antea non faciam, nisi ut antea vestra fuit consuetudo: similiter & de Xenio D. Imperatoris: de opere, vel navigatione, seu pluribus angariis, si vobis durum videtur, non amplius fiat. libertos vestros reddam vobis secundum legem parentum vestrorum, liberos homines habere vos permittam, ut vestram habeant commendationem, sicut in omnem potestatem Domini nostri faciunt. Advenas homines, qui in vestro resederint, in vestra sint potestate. De Sclavis autem unde dicitis accedamus super ipsas terras, ubi resedunt, & videamus, ubi sine vestra damnietate valeant residere, resideant: ubi vero aliquam damnietatem faciunt sive de agris, sive de silvis vel roncora, aut ubicumque, nos eos ejiciamus foras. Si vobis placet, ut eos mittamus in talia deserta loca, ubi sine vestro damno valeant commanere, faciant utilitatem in publico sicut & cæteros populos. Tunc prævidimus nos missi D. Imperatoris, ut Joannes Dux dedisset vadia, ut per omnia prælata superposita glandatico herbaticooperas & collectiones de Sclavis, & de angarias vel navigationes emendandum: & ipsas vadias recuperet Damianus, Honoratus, & Gregorius: sed & ipse populus ipsas concessit Calcinias in tali vero tenore, ut amplius talia non perpetrasset. Et si amplius istas oppressionet ille, aut sui hæredes, vel auctores fecerint, nostra statuta componant. De aliis vero causis stetit inter Fortunatum Patriarcham, seu suprascriptos Episcopos, sive Joannem Ducem, vel reliquos primates, & populum, ut quidquid jurati concordarent & dicerent secundum suum sacramentum, & ipsos breves, omnia adimplerent, & quod adimplere noluerint, de illorum parte componat coactus in sacro palatio auro mancosos lib. novem.

Hæc dijudicatus, & convenientia facta est in præsentia missi D. Imperatoris Izone presbytero, Cadolao, & Ajoni & propriis manibus subscripserunt in nostra præsentia. Fortunatus misericordia Dei Patriarcha in hac repromissionis cartula à me facta mn. ss.

† Joannes Dux in hac repromissionis chartula mn. ss.

† Stauratius Episcopus in hac repr. ch. mm. ss.

† Theodorus Episcopus.

† Stephanus Episcopus.

† Leo Episcopus.

† Laurentius Episcopus.

† Petrus peccator diaconus S. Aquilejensis Metropolitanæ Ecclesiæ hanc repromissionem ex jussione D mei Fortunati sanctissimi Patriarchę,

seu

seu Joannis gloriosi Ducis, vel suprascript. Episcoporum, & primatum populi Istriæ provinciæ scripsi, & post roborationem testium cartulam roboravi.

Quinque, ut vides, Histrienses Episcopi præter Fortunatum huic conventui interfuere, iique omnes Ughello ignoti, si Severum forte excipias, cujus mentio habetur inter Parentinos. Cuinam vero quisque sedi sit adjudicandus, incertum; sicuti etiam incompertus est annus, quo celebratus fuerit hic Conventus. Sed cum missi dicantur profecti per jussionem Caroli Magni Imperatoris, id oportuit evenisse ante ejus obitum, ac proinde ante an. Christi 814. *Neque verò hic prætereundum alterum æque præclarum documentum, quod in eodem Trivisaneo Codice descriptum legitur, ubi Fortunatus in Franciam secunda vice, ut puto, migraturus enarrenset, quæ in Ecclesiæ suæ utilitatem, & commodum hactenus præstiterat. Illud porrò hujus est tenoris.*

Quæ legavit, & fecit Fortunatus Patriarcha Ecclesiæ suæ.

Inprimis altare S. Euphemiæ cum auro, & argento, & desuper duos Damaschinos, & unam purpuram, & unum fundalum, & unum liloriale cum istoria de episania, lineas duas cortinas histo riales, quæ circundant tota sedilia, unde misi..... velo majore ante reges, que emi de Christophoro Episcopo Mancosos viginti, & al.uno Venedo majore misi tabulatum in ambas scolas de Ecclesia S. Euphemie, duas coronas argenteas majores, in una ardet cesendelli centum, in alia Ecclesia feci tales coronas, quales hodie in Italia non sunt, Turres majores duas patenas quales in ipsa Ecclesia multe fuere, corunas aureas..... habuimus turribulo parvo de auro..... solid. auri mancosos xaa. & t r. feci majore similiter de argento pergula ante altare majore. Item omnia vasa deaurata, & deargentata fronte que mihi.... dedir valentia R. 70. Cortinam quam mihi donavit socera Passibo, quam ego volui comparare de illu l. 40. tamen non minus illi merui ad sedem S. Marci peciam unam, quæ fuit comparata l. xv. Cortinas lineas duas una de cubitis L. & V. aliam de 30. illas tulit dericiator in sua mercede; fecit ex inde camisias & bragas ad suos clericos, duas cortinas.... choro paratas cum brandeo velu idest ante cancellos de secretorio. Ad corpora beatissimorum martyrum fabricavi altaria de auro, & de argento in longitudine pedes a v. & in latitudine pedes tres & semisse, & post ipsum altare alium parietem deauratum, & deargentatum similiter longitudine pedum xv. & in altitudine pedes 4. & super ipso pariete arcus volutiles de argento, & super ipsos arcus imagines de auro, & de argento, & super ipsa corpora peccias 8. quod ego misi.... & de ipsa fecimus: & in circuitu per cancellos ad ipsa corpora velo majore unum istoriale ante regias S. Quirini, & dedi Mauriano magistro argentum ad facere Templos nescio aut tres aut quatuor.... & feci ibi altare unum. Tulit ipsos templos Clericus ad ordin.... Mauriano, & destruxit ipsum altare, & fecit exinde illos templos de S Quirino & medium parietem in longitudine de illu altari, quod tulit de Ecclesia S. Pantaleonis de nova civitate, & super ipsa corpora misi pecias tres ante regias S. Marci velum 1. in circuitu altaris quadrabulum 1. super altare similiter capia quo venit comparata de Constantinopoli lib. a. & altare, & super altare & in circuitu altaris pecciam unam: in oratorio ante corpora S. Quirini tria edificavi altaria unum in honorem S. Michaelis, aliud S. Pauli, tertium S. Benedicti, & ipsa in circuitu & desuper honorifice copetui: in S. Laurentio blata 1. & desuper Macioda una: ad S. Paulum in circuitu altaris quadrabulum t. & desuper similiter: ad fontes S. Joannis in circuitu quadrabulum unum, & desuper fund. . . . in circuitu fontis velum lineum unum. In Ecclesia S. Mariæ.... altare & in circuitu fundato majore t. & unum damaschinum, & unum frodatum album, & de . . . . vandum jam libras XII. & si Deo placuerit adimplere cupio, & credo in Deo, & vos nolite dubitare quod dico, Deo jubente sic facio; & coperii ipsam Ecclesiam de plumbo de dono sancti Imperii, & de meo certamine, & stravi ipsam porticum cum lapide usque in plateam publicam. In S. Zenone in circuitu altare, & desuper palchum unum. . . ad S. Pancratium similiter. . . Ecclesia S. Agatæ ubi requiescunt 40. & duo martyres. . . erat in ruinis polita, & quando impetus maris veniebat, usque ad ipsa corpora ambulabat, sed tanta erat Dei misericordia, quod ipsa aqua feriebat parietes longe de ipsa corpora pedes 5. quod plures nostri Sacerdotes viderunt. Ego autem cum Dei misericordia reedificavi eam a fundamentis in altitudinem & longitudinem ubi jam impetus maris accedere nunquam potest, & super ipsa corpora feci arcus volutiles, & super ipsos alios arcus volutiles, & feci ibi altare in honorem S. Felicis & Fortunati paratum cum auro & argento, & ante ipsa corpora subtus. . . . similiter altare paratum cum auro & argento, & desuper capsam quæ empta fuit in Constantinopoli lib. xv. & super ipso arcu volutili, qui est super altare S. Felicis & Fortunati edificavi altaria i v. S. Cæciliæ, S. Eugeniæ, S. Agneti, & S. Felicitati: & post corpora beatissimorum martyrum in illa absida edificavi altare S. Luciæ; laus Deo omnipotenti, illa altaria de palliis & linteaminibus honorifice cooperta sunt, & dedi ibi patenas & calices de argento, & unum casale in Pencircus cum vineis, & terris, & olivetis que ego emi de filiis Badaario: Et non recordo aut unum, aut duos casales, qui pertinent de jure S. Ecclesiæ nostræ: & dedi ibi argentum lib. x. in manum Agno Corepiscopo, & omnem consuetudinem de S Ecclesia sic prendat, sicut archipresbyter, aut Archidiaconus: & dedi ibi unam casam, prope ipsa Ecclesia quam emi de hominibus de Bevaziano. Ecclesiam autem S. Peregrini, quam Gradisiani in illorum peccato fundamenta everterunt pro timore Franchorum, nos Deo jubente à fundamentis reedificavimus, & scolas, mansiones, & porticus in honore edificavimus. Ecclesia autem S. Joannis major tota erat vasta, & scola in ruinis posita, quare & ego, nec alii introire. . . . ante habuit traves 18. ego autem feci venire magistros de Francia, misi ibi traves.

Desunt hic multa.

Monasterio S. Dei genitricis Mariæ in insula Barbinio dedi argenti lib. 30. navem cum omni armatura sua, grani modia centum, misimus ibi presbyteros & clericos, qui ibi Deum cæli quotidie laudant. Monasterium S. Juliani in insula, quod in ruinis positum erat, edificavimus, misimus ibi presbyteros, & dedi illi argenti lib. 2. ut ibi diu noctuque officium faciant. In sancta Ecclesia majori dedi per Sacerdotes inter. . . . & sericas planetas XVI. credo & amplius, Dalmaticas VIIII. septem sunt: & de una fecit sibi Diaconus Venerius tunicam, & de alia Mauricius, qui in perditione ambulavit, tunicas sericas octo de bono linteamine ad omne subdiacono & Acolytos de alio linteamine per sanctas Ecclesias intus & foras credo quod intuere non possum: dimisi per illas insulas cavallos XII. Deus scit, meliores fuere de quinquagenos vel seaagenos mancosos, arma, lino, lana, canabe, corla, filtros, strumas, Ursinas. scrineas ferro amplius valente quam, cento L. vino amphoras amplius quam ducento sine alias causas quod ego

non

„ non possum recordate xvIII. Caldarias majores comparavi de illos missos, qui illos ramede casa .... magillro militetulerar. Breve .... in domo S. Hermagotæ inveni: in primis grano modia xv. vino amphoras 9. anro facto pesante mancosos xxx. & III. argento facto de mesa lib. 72. Ego inde habeo hic ad me bo. lib. 21. Sic perpensi quod in domo remansit; si plus invenit inrer isto quod ego habeo & illo, runc sciaris quod dempto de meo certamine est, & si minns invenit, si Deo placuerit, ego illo habeo restaurare de roto isto per viventē in secula non volo me habere, sed omnia revertar in sancta Ecclesia laudo ego Deo de meo habeo complera missa, quod ad me habeam, thesanrus S. Ecclesiæ omnis salvus est, qnod ibi inveni certo fuit unus calix parvulus & non benefactus, per vivenrem in secula non pensavit amplius L. r14. ad augen. L. manchosos transmisi in Franciam. & bonas gemmas adamantinas & jagnntos ut faceret meliore, & majore si sanus est & vivus Ludovicus. Ego credo quod S. Ecclesia illum non perdere habet, & si aliquid...venit confido in Deo, non vado de ista luce anteaquā ego restaurare credite, nec profecta sum, nec filius Profetę, nam promissa à Deo, sic erir quod in magno honore, & gratia S. Imperii in S. mea reverso Ecclesia in pace & tranquillitate vobiscum diebns vitæ meæ gaudebo.

„ *Cætrrum ante an. 826. obiisse Fortunatam, ex mox dicendis ad sequaretm Vrnrrium satis apparebit.*)

XVII 19 VENERIUS, in Rivoalto natus, ex patte Boethio Transmundo, sive Scornato, in defnncti Forrunati locum, primus ex Veneta gente, Patriarcha constimtus an. 830. a Ecclesias mulras anrea vi bellorum dirutas restituit, cujus tempore Maxentius Aquilejensis Patriarcha, Lotharii Imp. suffulrus favore, Episcopos Istriæ Gradensi Ecclesię subtrahere conarus, nec Gregorii quidem IV. Pontificis interdictoqnievit. Pallii enim, & omninm jurium, & privilegiorum antea à prædecessoribus Gregorii Gradensi Ecclesiæ concessorum confirmationem acceperat Venerins, id etiam à Ludovico, & Lothario impetraverat. Venerio scripsir Sergius Papa, ac Andreæ Aquilejensi, ne vicissim aliquid attentarent, sed ad Concilinm, quod adunare proposuerat, assistente Imperatore, personaliter convenirenr, ut lites, & odia aliquandiu terminarenrur, sed morte præventus, opus bonnm, quod menre conceperat, ad optatum finem perducere non valuit. Præfuir b Venerius prudenrer, & utilissime ann. xxIv. m. vIII. & sepultus est in Basilica Euphemiana juxta corpus S. Quirini Marryris

a 824. vel 825.

b Ad an. circiter 848.

[„ *Venerius, ut primùm Gradensem Cathedram conscendit, à Ludovico, & Lothario Imperatoribus privilegiorum Ecclesiæ suæ jampridem concessorum confirmationem obtinere curavit, atque at mensæ suæ restituerentur prædia, & possessiones, quas ejus prædecessor Fortunatus Dominico nepoti suo fuerat dilargitus, eorumdem etiam Imperatorum rogatu à summo Pontifice pallium impetrare satrgit. Id totum præstitisse profitentur Imperatores datis ad Venerium literis, quas ex Trivisanto Codice hic apponimus, sequatis traoris.*

„ In nomine Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Hlodovicus, & Hlotarius divina ordinante providentia Impp. Augnsti Venerio Ven. Patriarchæ æternam in Domino salntem. Suscepimns literas sanctitaris tuæ, qnas nobis per Petrum Diaconum direxisti, easque coram nobis relegi fecimns, in qus referimus, quod nobis suggessisti, ut præceprum, quod piæ recordationis D. genitor no"er rogante D Joanne antecessore ruo Ecclesiæ Gradensi conscribere jussir, nostræ auctoriratis oraculo confirmaremus. Quod pro reverentia atque honore bearissimorum marryrum Marci & Hermagoræ statim ita fieri præcipimns, necnon & cætera Capitula, quæ idem Diaconus ore proprio proferendo nobis intimavit, proprer honorem & venerationem memoratorum SS. Martyrum, quibus vestra sancta devotio deservire dinoscitnr, & libenter audivimus, & ut ad effectum pervenirent, epistolas nostras, quas vos vel idem Diaconus indicaverat, conscribere jussimus, videl. ad Dominum Apostolicum propter usum pallii propter set vos Ecclesiæ tuæ, qui in ministerio ipsius sunt, constringendos, & possessiones ad eamdem Ecclesiam in Istria pertinentes defendendas; nec non & ad Bosonem comitem missum nostrum de rebus Ecclesiæ ruæ, quas antecessor tuus Forrunatus Dominico nepoti suo dederat, ut inquisitionem idem faceret, & secundnm hoc, qnod justum esse invenitet, ex nostra jussione eidem Dominico præciperet. Tu vero nobis significasti pro nobis & coniuge, & proie & domo nostra otando intercedere, nt nos Deus omniporens & hic & in fururo seculo conservare & custodire dignetur. Optamus sanctitatem tuam bene valere, & semper nostri meminisse.

„ *Maxentius interea, qui veteri Aquilejæ præerat, omnia jura adimere conabatur Venerio Gradensi, atque intentata literis Imperatorum jussu Apostolicę sedi delata est cognoscenda. Paruit Venerius, atque statuto tempore Romam profectus est, coram summo Pontifice cum Maxentio disceptaturus; sed cum Maxentius causæ suæ non satis fidens ad condictam diem neglexisset comparere, Venerius infecta re ad propria remeavit, & scriptis literis Imperatores fecit certiores. Quo cognito decreverunt iterum Imperatores, ut hæc contentio coram Romano Pontifice congruo tempore agitaretur, definiretur que, ut ex sequentibus ad Venerium ab iisdem datis colligitur literis.*

„ In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Hlodovicus, & Hlotarius divina ordinante providenria Imperatores Augusti Venerio venerab. Patriarchæ in Domino salutem. In litteris sanctitatis tuæ, quas nobis per missum tuum Tiberium misisti, scriptum reperimus, qnod tu secundum nostram jussionem propter contentionem tuam & Maxentii Patriarchæ firmandam Romam venisti: sed quia Maxentius eodem tempore illuc non venit, & propter ejus absentiam Dominns Apostolicus nihil inde definire potuit, tu in fecto negotio domum reversus es. Sed nobis non videtur esse conveniens, ut ista causa sic remaneat: ideoque decernimus, ut iterum tempore congruo Romam ad præsentiam Domini Apostolici, quam & in eorumdem missorum nostrorum contentio vestra juste & canonice definiatnr, ut in postmodum nullam inter vos de hac causa altercationem habere sit necesse.

„ *Judicium tamen Romanæ sedis declinabat Maxentius, ac Lotharii munitus favore impetravit, ut controversia in Mantuano Concilio decideretur. Coacta est synodus anno 826. Eugenio II. Pontifice non dissentiente. Adfuit & Venerius, cum nondum advenisset Maxentius: cumque illius synodi Patres sibi parum æquos præsensisset, noluit eorumdē præstolari judicium, sed ostensa Lothario ejusmet Epistola, per quam jam antea præceperat, ut apud sanctam Apostolicam sedem quæstioni finis poneretur, contestatus est se nolle nisi à Romano Pontifice causæ hujus decisionem expectare. Hoc tamen non obstante ventilata est lis in Concilio, & Aquilejensis favorabilem sententiam tulit cum decreto, quod Gradensis Ecclesia Aquilejensi adjungeretur, ejus titulo suppresso. Hæc tamen sententia nunquam ad rem perducta est, reclamante & in suo robore semper perseverante Gradensi Præsule. En Epistola, qua Venerius à Gregorio Pontifice Eugenii successore contra synodi Decretum Apostolicum implorat auxilium. Digna quidem est, ut hic inseratur, cum facti seriem exponat. Eam describimus ex Trivisanto Codice, hisce verbis enarratam.*

„ Domino Sancto, ac beatissimo in Christo Patri Gregorio summo Pontifici & universali Papæ Venerius servus servorum Dei Episcopus plurimam Apostolatus vestri prosperitatem & perenne gaudium a Christo Domino feliciter imploro. Quoniam quidem post Dominum nullum habet parvitas nostra confugium, nisi ad majestatem Apostolici culminis, cujus deo auctore vicem geritis, ac per hoc cogimur crebris supplicationibus nostram justitiam, nostramq; concussionem, quam indesinenter æmulus noster exercere non desinit, intimare, jam audacter fisus de effectu paternæ clementiæ vestræ ut more nati, qui cuncta parentum auribus ducit intimanda, & ab his pio subsidio oblata universa adipiscere nititur, præsumamus. Igitur comperiat, oramus, vestra solers & pia prudentia, beatissime Domine Papa, quia jam tot vicibus ex injuncto imperialis auctoritatis ad vestra sacra Apostolica vestigia cum Maxentio conjungi debuimus difinienda scil. causa nostrarum Ecclesiarum, quam contra Deum, & Canonum instituta inretire uisus est; sed quia minime à vestra saluberrima pietate judicari maluit, Mantuæ quoque sugessit causa finienda. Nos verò ad Imperialia vestigia venientes ipsum paratū non invenimus, expectare enim eum nos Augustas mouuit, cui nos suam Epistolam ostendimus, per quam dudum præceperat, ut apud sanctam Apostolicam sedem rei finis poneretur. Nam & vocem fecimus, ut utrum ille veniret, an non, nullatenus de his alicui responsum daremus, nisi coram Vicario beatissimi Apostolorum principis Petri, in cujus sorte vobis à dicto Domino nostro ligandi solvendique potestas incumbit. Verum si Comprovinciales & suffraganei ejus causam determinassent, impletur in his illud Apostoli dictum, quod ait: Omnes quærunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi. Justum namque est, ut qui omnibus præest, omnes judicet: nullum enim jam dictus per plura curricula Ecclesiæ suæ sanctæ tam honestum, quamque sobrium pudicumque, ac justi moderaminis æquum largire dignatus est, quam te beatissime præsul, quem nullus à recto tramite deviare potest, non Principum favures, non subditurum variæ suggestiones; Petri namque solium tenens in mente virilitatem gestas, & digne tempore quo magna instabat causa finienda, magnanimum pontificem, & justum eligeret universorum. Nam in ipsis mundi principiis nec præsumentes neque volentes usque hactenus ista contingere, sed tuo sacro reservare judicio, quamvis quorumdam subditorum oculos munera obscurassent, qui hanc argumentatur & contra rationem vincere moliuntur. Nunc autem sicut cognovimus, gloriatur se idem Maxentius palam per præceptum D. Imperatoris diœcesim Istriensium habere, & ipsi electi post octavas paschæ præparant se ad ordinationem; & hoc qualiter absque judicio factum fuerit, ignoramus; maxime cum voce clamoris, quia in vos omnem spem reclinatam habemus, & credimus, quia non confundimur quam videlicet nostra imminentia dignum duximus per hos apices ad vestram ferre celsitudinem postulantes, nimiumque obsecrantes, ut tutor, & defensor noster propter Deum, & eum, in cujus vicem curas Ecclesiarum Dei solvitis, esse digneris, & nostrum audias clamorem, ne spes nostra confundatur, & Ecclesia usque hactenus illuminata suo decore maledicorum insultatione fuscetur. Quapropter studuimus mittere ad vestra pia vestigia fidelem missum nostrum Dominicum presbyterum, ut verba ejus clementer audire jubeas; expletis humillimis suggestionibus nostris oramus remuneratorum bonorum Christum vestram Apostolicam gloriam per multa ævi curricula gubernet illæsa. Amen.

„ *Ex dictis satis clare colligitur diutius ante annum 830. præpositum fuisse Gradensi ovili Venerium. Sansovinus in Chronico an. 821. electum scribit. Verumcum Fortunatus ejus prædecessor defunctus fuerit in Gallia an. ad summum 824. hoc, vel sequenti eidem successisse Venerium existimo. Nec dissentit Dandulus in Chronico, qui Venerii ad Gradensem thronum ascensum locat diu ante Angeli Particiaci Ducis obitum, quem an. 827. affigit. Cæterum haud minus Venerio negotium facessivit Andreas Maxentii successor: unde Sergius II Pontifex inter eos vigentem cupiens sedare discordiam utrique literas scripsit, eos admonens, ne vicissim aliquid attentarent, sed Concilio, quod cogere proposuerat, adesse deberent, ut dictæ lites debito fine terminarentur. Hoc autem Sergii morte perfici haudquaquam potuit. Quod verò scribitur in Aquilejensibus ab Ughello de Andrea n. 38. ex Candido eum assecutum fuisse in Synodo 47. Episcoporum à Leone IV. celebrata plebis Gradensis restitutionem, mihi non liquet, nec quidquam in Concilio Leoniano 67. Episcoporum habito an. 853. de his Ecclesiis pronunciatum legitur. Quinimo cum Victor Gradensis Patriarcha anno 852. à Leone pallio sit exornatus, gratis videtur enunciatum a Candido, & Ughello eumdem Leonem ex synodali consensu Patriarchatum Gradensem antiquasse, eumque Aquilejensi restituisse, quem è contra collabantem reparatum semper, & confirmatum agnoscimus à Romanis Pontificibus*)

20 VICTOR, natione Venetus, patre Bello Ancitiaco, sive Berenteno natus, assumptus est ad gubernaculum Gradensis Ecclesiæ annu 854. *a* & ipse pallium a summo Pontifice cum gratia omnium privilegiorum a suis prædecessoribus concessorum, recepit. XVIII *a Anno circiter 854.*

(„ *Legitur Pontificium diploma in Codice Trivisaneo*, scriptum per manum Theodori notarii, & Scriniarii S.R.E. in mense Martio Indict. XV. Dat. Kal. April per manum Tiberii Primicerii S. Sedis Apostolicæ imperante D. piissimo perpetuo Augusto Hlotario à Deo coronato magno Imperatore an. 35. & pacis ejusdem an. 35. sed & Hludovico novo Imperature ejus filio anno 2. Indict. XV. *hoc est, anno Christi 852.*)

Annis sex m. tribus d. quatuor Ecclesiam suam laudabiliter rexit. Excessit vero anno 860. *b* jacet in ecclesia S. Euphemiæ. *b Anno circiter 854.*

21 VITALIS Participatius, Venetus, parentem habuit Joannem Canum; successit Victori anno 860. *c* palliumque suscepit a Romano Pontifice; seditque in ea dignitate annis *xix.* m. I. d. VI. sepultus in ecclesia S. Agathæ in Grado, cum adfuisset Concilio Rom. sub Nicolao I. Papa coacto. XIX *c Anno circiter 854.*

(„ *In Trivisaneo Codice extat Benedicti Pontificis privilegium, quo Vitali pallii usum dilargitur*, scriptum per manus Soffronii notarii regionarii, & scriniarii S.R.E. in mense Martio Indict. VI. Dat. 3. Kal. April. per manum Theophilacti secundicerii S. sedis Apostolicæ imperante D. piissimo perpetuo Augusto Hludovico à Deo coronato magno pacifico Imperatore anno nono & post consulatum ejus an. 9. indict. VI. *idest anno Christi 858. paucis diebus antequam è vivis excederet Benedictus. Visitur præterea ad eundem Vitalem Nicolai Pontificis data Epistola, quæ ad synodum 3. Kal. Novembris Romæ celebrandam eum, ejusque suffraganeos invitat in hunc modum.*

„ Nicolaus Episcopus servus servorum Dei Reverendissimo & Sanctissimo confratri nostro Vitali Patriarchæ, Notum fieri religioni tuæ, & summopere necessarium judicavimus, quia pro diversis utilitatibus Sanctæ Dei Ecclesiæ nostram Synodum vel Concilium una cum cæteris sanctissimis confratribus nostris tertio Kalendarum Novembrium in S. Romana sede celebrare dispositum habemus. Quapropter Apostolica auctoritate, & pastorali persuasione tuam monemus fraternitatem, ut ad condictam Synodum præsens adesse tua Sanctitas omnibus modis

stu-

A ,, studeat, quatenus cum tua pariter, cæterorumque Sanctorum Episcoporum industria de his, quæ sanctæ Dei Ecclesię valde pertinentia & necessaria satisque habentur utilia, auxiliante divina clementia, canonice ac legitime liberare secundum Deum, imo juxta illius voluntatem definire valeamus. Si autem, quod minime optamus, tua ipsa præsentia nullo modo potuerit per semetipsam præsens adesse, omnimodis decernat sanctitas tua ex suffraganeis Episcopis tuis strenuos cum presbytero pariter & Diacono, qui vicem tuæ fraternitatis auctoritate tua succincti vigilanter expleant, & cum quibus de his, quæ nostro vestroque pertinent ministerio, saluberrime, atque canonice instruere, vel difinire, Deo præstante, possimus. Optamus fraternitatem tuam in Christo bene valere.)

XX. 22 PETRUS Venetus, Joannis Marturii filius, invitus vocatur ad Sedem Gradensem anno 880. (1) *Hic* (ait Dandulus) *vir sanctitate præcipuus, scientia decoratus, dum diaconus esset priusquam eligeretur, tanti honoris se indignum judicans in Longobardiam fugit, sed tamen precibus reductus, invitus Patriarchalem accepit Sedem. Qui cum Duce maximam habuit altercationem, renuens confirmare Episcopum Torcellanum. Hic etiam synodo septuaginta Episcoporum Ravennę celebratę interfuit cum Joanno Papa, & demum cum Duce reconciliatur. Apud ecclesiam suam S. Juliani in Rivoalto decessit, translatusque in Gradum in ecclesiæ S. Euphemiæ atrio sepultus est. Sedit ann. IV. m. VI. d. VIII.* Memoratur à Ioanne Papa VIII. epist. 17. ad Ursum Ducem Venetiarum ann. 878 B

XXI 23 VICTOR Junior Venetus Ursonis Participatii filius, per mortem Vitalis *a* ex presbytero S. Sylvestri electus Patriarcha anno 884. *b Qui licet invitus* (teste Dandulo) *ut Duci promiserat, tempore suæ electionis Dominicum electum Episcopum Torcellanum consecravit, redarguens eum quod contra statuta canonum dignitatem Episcopalem accipiebat. Hic ab Adriano* III. *Papa obtinuit pallium utendum diebus contentis in privilegiis prædecessoribus suis concessis. Sedit ann. XVII. m. XI. d. XIII. sepultusque est ante ecclesiam S. Euphemiæ.* C

a Petri.
b Anno circiter 878.

XXII. 24 GEORGIUS, patria Venetus, Gregorii Andreadi filius, frater uterinus Victoris sui prædecessoris, successit in Gradensi Ecclesia anno 902. *c* Præfuit ann. I. m. VI. d. XXII. sepultusque est in Gradu ante ecclesiam S. Euphemiæ (,, *Pallio donatus a Bonifacio Papa*)

c Anno circiter 896.

XXIII 25 VITALIS Junior Venetus, Jo. Ceni Participatii dicti Porreta filius, legitimis suffragiis electus est Patriarcha 903. *d* Sedit annis III. d. XIV. obiit in Gradu, & sepultus est in ecclesia S. Euphemiæ juxta corpora SS. Hermacoræ, & Fortunati.

d Anno circiter 897.

XXIV 26 DOMINICUS Tribunus Petri Ducis Venetiarum XVI. filius, consentiente Clero, post Vitalis obitum in Patriarcham assumptus est anno Domini 906. a Præfuit annis VII. *e* m. XI. *f* d. III. * juxta aliquorum sententiam; sed juxta veriorem computum sedisse oportet annum unum, (2) & menses aliquot. Post Dominicum anno 907. aliqui scribunt, Patriarcham electum fuisse quendam Joannem Gradonicum Venetum, eamque Ecclesiam administrasse ad annum usque 910. Sed cum hic non reperiatur in veteri chronica Gradensis Ecclesiæ, neque apud Dandulum, ab hac nostra serie exulari volumus. D

e Anno 900.
f M e ex Dandulo.
** Ex Aliis. sum 5.*

XXV. 27 LAURENTIUS Ven. ex patre Petro Mastalitio, seu Mostarico, in defuncti Dominici locum statim subrogatus est anno 907*g*. Sedit an. XII. m. IX. d. XXIV. tumulatusque est in Gradu in atrio S. Euphemiæ. (,, *Hic ab Anastasio Papa pallium suscepit.*)

g Vel potius 908.

XXVI 28 MARINUS ex nobili Contarena familia, patre Theodosio natus, successit; unanimi Cleri consensu creatus anno Domini 919. *b* præfuit laudabiliter, ac summa omnium consensione annis XXXIV. m. III. die VII. (,, *Hic fœdera pacis junxit inter Venetos, & Winterium Istriæ Marchionem an.* 933. *ut constat ex tabulis supra relatis in Æmonien. c.* 229. *Adfuit præterea mediator dissidiorum, quæ inter Petrum Candianum ducem, & Lupum Aquilejensem Patriarcham vertebant, legiturque conventionis charta in Trivisaneo codice acta regnante* D. N. rege Ugone an. XX. & filio ejus Lothario an. XIV. Ind. 2. mensis Martii die 13. feliciter. *Anno videl. Christi* 944. *Pallium accepit à Joanne X.*)

b An. circiter 921.

XXVII. 29 BONUS Venetus, Georgii Banchanici filius, anno 953. *i* electus est in Patriarcham. (,, *ex Episcopo Equilino, cui deinde Joannes XII. pallium concessit.*) qui Ecclesiam optime rexit an. IX.

i An. circiter 955.

XXVIII. 30 VITALIS Barbulanus Venetus, Leonis filius eligitur 962. *K* sedit an. I. m. V. (,, *Hic pallium obtinuit à Joanne Papa* XII. *utendum diebus contentis in privilegiis Ecclesiæ suæ.*)

K An. 965.

XXIX 31 VITALIS Candianus, Petri Ducis Venetiarum filius, in gratiam genitoris, cum esset vir omni virtute eximie instructus, Patriarcha creatus est anno Domini 963 *l*. qui sedit, tanto honore dignus annis fere quinquaginta. *Primo Vitalis anno* (3) [teste Dandulo] *Venetiarũ Dux cum Patriarcha, Episcopis, Clero, & populo Venetiarum legatos misit Joannem Contareno, & Joannem Dentam Diaconum, Joanni Papæ, & Othoni Imperatori Romæ existenti in synodo ibi congregata, ubi visis, & discussis privilegiis Gradensis Ecclesiæ diffinitione synodi terminatum est; Dictam Ecclesiam esse Patriarchalem, & metropolim totius Venetiæ, cui, & Episcopis, & Ecclesiis sibi subjectis concessit Otho privilegium in acquirendis justitiis, sicut universalis, & sancta Romana habet Ecclesia in annos legales, ita ut liceat eis omnia suorum mancipia, colonos, advenas, servos, & reliquos, qui supra terras Ecclesiarum ipsarum manent, omni jure, & ordine judicandi, & distringendi singulariter potestatem habere, & alias exemptiones, & immunitates Ecclesiis Venetiarum contulit in Regno*

l an. circiter 967.

(1) Circa finem anni 877. vel initio sequentis 878. Atque hoc quidem anno in Concilio Ravennensi definita fuit controversia hujus Petri cum Venetiarum Duce. Nolebat enim Petrus Dominicum Abbatem Altinensis cœnobii electum Torcellanum consecrare, eo quod, ut castius viveret, neqaiter sibi virilia succidisset. Hinc dissidia inter Petrum & Ducem, cujus favore Dominicus electus fuerat; quæ denique in præfato Concilio composita sunt, ut testatur Rubeus in hist. Raven. l. 5. Cæterum majus Petro negotium fuit cum sibi subjectis Episcopis, quos cum pervicaces sentiret, eorumque nimiis gravaretur molestiis, Romam pergere decrevit, & à Pontifice opem implorare. Patriarchæ patrocinium suscepit Joannes VIII. & sacris interdixit Felicem Methamaucenem, & Petrum Equilensem ob non exhibitum ipsi Petro obsequium, eisque, & cæteris tum litteris, tum Venetiarum Episcopis præcepit, ut coram se sisterent: Deito Episcopo, quem propterea Apostolicum Missum Venetias ire jusserat, & Urso Venetiarum Duci, ut eos compellant, scripsit. Extant hæc de re in Joannis VIII. regesto epistolæ VI. VII. VIII. IX. X. XI. XIV. & XV. editæ in novissima Harduini Conciliorum editione tom. 6. Interfuit præterea Petrus Concilio Ravennati an. 877. ejusque litteris subscripsit, quibus possessio Flaviniaci Monasterii, & Tiliniaci villæ Adalgario Æduensi Episcopo, ejusque Ecclesiæ confirmata fuit.

(2) Juxta veriorem computum oportet sedisse Dominicum non annum unum, sed septem, adeout ab an. 900. ad 907. vel 908. pervenerit. Anni non hujus Dominici, sed Fortunati, ut supra fecimus, sunt minuendi, ut optime procedat calculus, & uniusque Patriarchæ tempus veteribus cohæreat monumentis. Hic Dominicus, ut notat Dandulus, à Theodoro Papa pallium obtinuit. Erat igitur an. 901 Gradensis Patriarcha.

(3) *Nono quoque sui anno*, inquit Dandulus loquens de Petro Candiano Duce: qui cum ad thronum evectus sit an. 959. annus ejus ducatus nonus revera incidit in partem nonnullam primi Vitalis Patriarchatus. Hæc legatio ad Othonem Imperatorem, & Joannem Pontificem missa est declinante anno 967. Privilegium verò ab Othone Gradensi Ecclesiæ concessum fuit an. 968. die 2. Januarii Othonis Imper. 6. Indict. XI.

Italico. Idem fecisse Othonem II. Imper. post decessum Patris Orhonis Magni refert idem ipse Dandulus. Inrerfecto deinde Patre Duce, Vitalis ex quorundam Venetorum consilio in Saxoniam properavit ad Imperatorem, de occisione Patris querelam exposuit, remedium imploravit, quem Imperaror devota suscipiens cōdoluit, secumq; remanere rogavit. Exulavit, tamdiu Vitalis apud Verosses, quamdiu Vitalis Candianus patruus Venetiarum Dux acclamatus est, à quo in Germaniam missus, ut pacem inter Imperatorem, Venerosque componeret, quam cum sua prudentia firmasset, cum gaudio ad propria remeavit. Quo etiam Præsule, Petrus Urseolus Dux Venetiarum Gradensem urbem antiquitate cousumptam usqoe ad propugnaculorum summitatem muro vallavit, & juxta Occidentalem turrim Palatium sibi constituit, & ecclesias devotissime reparavit; & in crypta S. Marci corpora sanctorum in quatuor capsis recondita occultissime cum inscriptis titulis collocavit. In prima corpora extant Fortunati, & Felicis; in secunda Hermacoræ, & Fortunati: in tertia Dionysii, & Largi; in quarta Hermogenis, & Fortunati; & eodem tempore hic Dux apud Heracliam palatium, & ecclesiam de novo constituit. Idem Vitalis Joannem Ducem, præeunte plebe, & Clero, in Gradu solemni pompa recepit, & digna sui Principis obsequia exhibuit; cujus quoque dexteram victriei S. Hermacoræ signo condecoravit anno 997. Vitale supplicante à Sylvestro II. Papa renovatum privilegium, & confirmatum est de juribus Gradensis Sedis super Episcopos Istriæ, atque Venetiæ provinciaroni. Idem ipsum fecit in Vitalis gratiam Sergius Papa IV. Hæc ex Dandulo. Vitale Patriarcha consentiente fundatum est cœnobium S. Georgii majoris anno 982. ut in documento donationis Tribuni Venetiarum Ducis notatur, quod infra in Episcopis Olivolensibus dabimus. Mortalitatem vero explevit Vitalis circa annum Dom. 1012. *a*

a 1012. XXX 32 URSUS Urseolus, filius Petri Venetiarum Ducis, ex Episcopo Torcellano, toto consentiente Clero, in Patriarcham eligitur circa ann. Domini 1012. *b* vir magnanimus, animo excelsus, & tanto honore dignus. Sedit annis circiter 32. Alii scribunt annis 37. *c* m. 1. d. 15. sed non cohæret cum iis, quæ de Vitali, deque Dominico successore scriptum invenimus.

b 1018.

c Dandulus habet 37. Vixerit propterea ad an. 1045.

Hic pene in exordio sui Pontificatus cum Patriarchis Aquilejensibus infracto animo lites pro tuendis Ecclesiæ suæ juribus exercuit, adeo ut potentia Popponis Patriarchæ iussus aliquando exulare coactus sit. Anno 1032. *d* per aliquod tempus Ducatus Venetiarum habenas sustinuit, cum Veneti novo odio incitati, Othonem Urseolum Ducem ejus fratrem corripuissent, atque attonsum Constantinopolim, ut monasticam vitam ageret, misissent, vices ejus Urso Patriarchæ commisissent, mox placatis animis reconciliati Veneti, Vitalem Torcellanum Episcopum, Ursi fratrem ad Othonem revocandum Constantinopolim destinassent, & cum mortuum illum cognovissent, Dominicum Urseolum subrogarunt. Ursus ad Ecclesiam suam gubernandam dimissus est. Unde versus ad ejus depictum simulacrum in Reipublicæ palatio prostant legentibus.

d Vel potius 1024.

Othonem fratrem supplet Patriarcha Gradensis,
Donec ab exilio defunctum comperit esse.

Ursus deinde anno 1040. assistenta, & favente Dominico Flabanico Duce, Venetiis in ecclesia S. Marci Concilium Provinciale celebravit, ubi adsuerunt Dominicus Gradonicus Olivolensis, Vitalis Urseolus Torcellanus, Leo Equilinus Episcopi, & cæteri, in quo plura ad ecclesiasticam disciplinam statuta sunt, ac præcipue juxta decreta sanctorum Patrum, ut consecrationes presbyterorum ante trigesimum annum, Diaconorum 25. non fiant, absque congruenti necessitate, & cum consensu tamen Metropolitani; & monialium consecrationes non fiant nisi in Albis Paschalibus; Epiphania, & in festis Apostolorum. Item ut Chrisma, Corpus Domini, vasa sacra, & paramenta sub clave in ecclesia conserventur. Item ut vela altaris, amictus, casula à personis idoneis in cella laventur, & veterata comburantur. Calix vero, & patena, non nisi à ministris in sacrariis abluantur. Item ut moniales vasa sacra non tangant, nec altare velent, nec incensum fundant. Anno 1044. Duce Dominico Contareno, Poppo Patriarcha Aquilejensis iterum Gradensem Ecclesiam vexare cœpit, fultus privilegiis, quæ olim à Joanne XIX. Pontifice elicuerat, & Gradum furtim ingressus, urbem cum templis incendit, aras dejecit, sacros thesauros asportavit, reliquiis sanctorum exceptis quas invenire non potuit. Quibus de rebus Dux, & Ursus Patriarcha missis nunciis Benedicto Abbate S. Trinitatis de Brundulo, Joanne Storlato, & Gregorio clerico, cum Pontifice Maximo Benedicto IX. conquesti sunt. Verum antequam ille rescriberet, Poppo sine confessione, & viatico mortem turpissimam oppetiit. Quod ut illi audiverunt, rursus legatis missis, petierunt, ut privilegium infirmaretur, bona restituerentur, ac Sedes in pristinum statum redigeretur: idque impetrarunt. Urbs Gradus cum templis a Duce, & Urso Patriarcha reparata est. Post hæc Ursus haud diu supervixit. Hucusque chronica novæ Aquilejæ Ecclesiæ, cujus auctor habet Ursonem sedisse annis 37. m. 1. d. 15.

(,, *Sed de Popponem inter & Ursum agitatis dissidiis clariora proferamus. Vix enim Aquilejensem*
,, *Cathedram conscenderat Poppo, cum Gradensem*
,, *Ecclesiam sibi subiiciendi iniit consilium. Imperia-*
,, *li propterea fultus favore Legatos suos ad Benedi-*
,, *ctum Papam misit de Insula, & Gradensi Eccle-*
,, *sia justitiam requirens, & ut Ursus Patriarcha,*
,, *quem deceptorem nominabat, citaretur exposcens,*
,, *paratis interea insidiis, quibus Ursus Romam pro-*
,, *fecturus in itinere caperetur. His cognitis Ursus*
,, *dum jam iter suscepisset, properè viam relegens*
,, *nuncios Papæ misit, & causas absentiæ suæ*
,, *prætendit Imperialis videlicet timoris, structa-*
,, *rumque insidiarum, quas Papa justas cernens Ur-*
,, *sum absolvit à citatione, & res jacuit indecisa.*
,, *Hæc utique contigere anno Christi 1023. non diu*
,, *ante Benedicti Papæ mortem. Accidit deinde,*
,, *ut gravi inter Venetos orta discordia, Dux, & fra-*
,, *ter ejus Ursus Patriarcha relictis propriis sedibus*
,, *in Histria exulare cogerentur. Qua arrepta occa-*
,, *sione Poppo Gradum invadit, & quasi loco, absen-*
,, *te Urso, præsidio esse vellet, occupat, spoliatum*
,, *que satis munitum relinquit. Hinc, missis Legatis,*
,, *à Joanne XIX. Pontifice privilegium subripuit,*
,, *quo Insula, & Ecclesia Gradensis eidem declara-*
,, *retur subjecta. Privilegium relatum est ab Ughello*
,, *supra in Aquilejen. col. 49. Redutes interea Dux,*
,, *& Patriarcha admoto exercitu Gradum recipiunt,*
,, *missisque ad Pontificem nunciis, ut abrogaretur*
,, *privilegium à Poppone narrata falsitate impetra-*
,, *tum, exposcunt. Atque hæc evenere anno 1026.*
,, *Quid deinde actum sit, nos docet præstantissimum*
,, *documentum, quo à Joanne Pontifice, & synodo*
,, *ibi congregata privilegium Popponi concessum re-*
,, *scinditur, & Gradensis Ecclesia Venetiæ, ac Histriæ*
,, *Metropolis confirmatur. Illud descripsimus ex Co-*
,, *dice Trivisanco, dignum quidem ut Conciliorum*
,, *collectionibus inseratur. Sic autem prosequi-*
,, *tur.*
,, Joannes Episcopus servus servorum Dei. Si
,, mortalibus inevitabiliter non imminetet acci-
,, dens ex prothoplasti parentis vitio deficere, nul-
,, la penitus ratio cogeret acta eorumdem servanda
,, futuris seculis bona ad exemplum, vel improba
,, ad cautelam stilo inextricabili commendare, il-
,, la minus idoneum foret auctores præsentes inspi-
,, cere, & acta exequi exarata. Sed quia, ut præ-
. missum est, primi parentis piaculo instantia ce-

ce-

,, terorum deficere cœpit, provide eorum invenit A
,, humanitas, ne secum deperirent gesta propria
,, ad informationem sequentium seculorum, vel ad
,, evitationem, si obscura fuerint, debere adnota-
,, ri, ut ipsa adnotario immemores ætates superans
,, significaret, quid utile, quidve gestum fuisset
,, inutile, & lucida indagatione verum à falso in
,, rempore opportuno secerneret. Quod si est in
,, secularibus negotiis id servari sancitum, cautius,
,, & diligentius in Ecclesiasticis est observandum,
,, qui tanto tempestatem seculi horrent, quanto
,, quiete perpetua ardent, tanto inquietudinem
,, refugiunt mortalium, quanto soli viventi Deo in
,, secula seculorum placere desideraur. Cujus rei
,, gratia omnibus S. Dei Ecclesiæ filiis notum esse
,, volumus, quod inter Ursonem Patriarcham Gra-
,, densem, & Popponem Forojuliensem Patriar-
,, cham, proh dolor! nostris temporibus zabulo ven-
,, tilante commotum est, & ad quod usque perdu-
,, ctum. Conspirante namque Veneticorum popu-
,, lo contra Dominum suum Ducem, & præliba- B
,, tum Patriarcham fratrem suum, uterque post-
,, habitis dignitatibus & curia, quæ ad se pertine-
,, bant, aliàs se receptarunt, donec sopitis secula-
,, ribus insolentiis ad sua repedare quivissent, sicu-
,, ti postea rei probavit eventus. Interea verò anti-
,, quo zelo accensus hostis Forojuliensis Patriarcha
,, Poppo Gradensem civitatem adit, petens se re-
,, cipi à civibus adjutorem confratris sui Patriar-
,, chæ Gradensis, & amici sui Ducis. Cui cum
,, nollent acquiescere per Deum & octo suorum sa-
,, cramenta firmavit, sicut referente Ursone Pa-
,, triarcha, & quampiurimis Veneticorum nobi-
,, libus, ac rum provincialium Episcopis didicimus,
,, quod ad salvam faciendam Duci & fratri suo Pa-
,, triarchæ civitatem intraret. Ubi postquam in-
,, tratum est, oblitus sacramentorum, Gentilium
,, more, ut de secularibus audivimus, quicquid in
,, ecclesia inventum est, unca manu deprædatum
,, est, duorum monasteriorum Sanctimoniales stu-
,, pratæ, ac violatæ à suis sunt, neque Monachis C
,, pepercit. Quin etiam defunctorum corpora quie-
,, tem desiderantia è propriis tumulis auferens ad
,, civitatem suam inhonorata transtulit, reliquias
,, minus tamen quam desiderabat similiter secum
,, devexit, altaria confregit, thesauros abstulit, civi-
,, tatem aliquibus patronis Gradensem licet desti-
,, tutam munitam suis reliquit. Cui non sufficiens
,, hoc apposuit iniquitates super iniquitates; nos
,, suis legatis petiit poscens confirmationem o-
,, mnium locorum suorum à nobis, & nominatim
,, Gradensis Insulæ: quibus cû responderem non si-
,, bi juste, & Canonicè, ac per antiqua privilegia
,, pertinere; dixerunt: non aliter ea petit Domi-
,, nus noster sibi confirmari, nisi quemadmodum
,, per privilegia vestrorum antecessorum suis ante-
,, cessoribus & ecclesiæ suæ confirmata est: & sibi
,, juste & canonice pertinere videtur, ac ipse pro-
,, bare potest, & promittit. Hia auditis nec arbi-
,, trantes eum audere illudere Apostolicæ sedi, &
,, magis quia novimus pro hac ratione Ursonem D
,, Patriarcham à bo. memoriæ Domno Benedicto
,, Papa Romam vocatum fassum se venire non
,, posse sub excusatione imperialis timoris, licet le-
,, gatos suos mitteret petitionibus suis condescen-
,, dentes privilegium sibi dare filio nostro Petro
,, Diacono & Cancellario præcepimus. Sed & de
,, Insula Gradensi inseri jussimus, sicut audietis.
,, Præterea confirmamus vobis Insulam Graden-
,, sem cum pertinentiis, sicut juste, & canonice
,, per antiqua privilegia vobis & ecclesiæ vestræ
,, pertinere dinoscitur: & sicut tu ipse juste probare
,, omni tempore potes, & promittis, ita ut secun-
,, dum Deum tibi eam ordinare liceat. Quod totum
,, in contrarium accidit, quia nec juste sibi perti-
,, nere convictum est: qui vocatus ad satisfacien-
,, dum de hoc Gradensi Patriarchæ sicut promisit,
,, venire distulit, nec secundum Deum dictam or-
,, dinavit insulam, neque antiqua per privilegia
,, eam sibi pertinere, ut promiserat, ostendit. Pri-
,, vilegium, quod scriptum est sub præfata condi-
,, tione manu nostra corroboratum, per suos remis-
,, sum est nuncios. Post eorum reversionem non-
,, dum expleto triduo nuncius Patriarchæ Graden-
,, sis supervenit flebilem nobis repræsentans Epi-
,, stolam, quam cum legissemus, magno mærore
,, affecti sumus; sed recuperata spe ex eo, quod pro-
,, bare omni tempore justitiam se habere pro-
,, misit, nuncium nostrum Gregorium fide proba-
,, tum, & omni eloquentia insignem ad utrum-
,, que misimus cum Epistolis paterne vocantibus
,, eos ad nostram Synodum. Sed Poppo visis literis
,, commotus . . . . . sicut Gregorius retulit, quod
,, nec etiam caput inclinaret, sed potius tenorem
,, privilegii denegaret: Et quia perditam Graden-
,, sem insulam haberet, querebatur, nec posse se ve-
,, nire ad nostram synodum nulla ratione inter-
,, veniente profitebatur; sed de tenore privilegii in
,, eodem loco victus est mendacem esse quia exem-
,, plar demonstratum est à Gregorio: cui reverten-
,, ti junxit se Urso Patriarcha nos vocatus adiens.
,, Quod cum cognovisset Poppo Forojuliensis Pa-
,, triarcha Monachum quemdam legatum ad nos
,, misit, nulla probabili ratione, nec justa defen-
,, sione, ut promiserat, munitum. Quem cum re-
,, tinere audito adventu Ursonis Patriarchæ vo-
,, luissem, fugam arripuit. Veniens autem ante
,, nos Patriarcha Gradensis triduo flebiliter questus
,, est. Postea verò congregata Synodo in ecclesia
,, B. Sylvestri infra nostrum palatium residentibus
,, nobiscum Venerabilibus Episcopis Petro Piper-
,, nensi, Benedicto Portuensi, Dominico Lavi-
,, canensis, Bosone Tiburtinensi, Reginerio Ne-
,, phiensi, Benedicto Cerensi, Dodone Nuce-
,, rensi, Petro Prænestinensi, Joanne Bledeo-
,, si, Joanne Ortensi, Azo, Amato, seu Be-
,, nedicto Episcopis, ac Diaconibus Benedicto
,, Archidiacono, Crescentio Diacono, Petro
,, Diacono Archicancellario, Crescentio, &
,, Rainerio Diaconibus, & Cardinalibus, Ste-
,, phano, Petro, Joanne, & alio Joanne, seu cæ-
,, teris tam Episcopis, quam presbyteris, necnon
,, Diaconibus, quorum subtus manus ascriptæ es-
,, se subcernuntur; omnes res per ordinem relatæ
,, sunt, atq; privilegia antecessorum nostr. scil. San-
,, ctissimi Pelagii, Gregorii, & Honorii, Stepha-
,, ni, & Gregorii, Leonis, Sergii, & Leonis,
,, Benedicti, Adriani, Bonifacii, Romani, Theo-
,, dori, Anastasii, Joannis, Sylvestri, & Sergii
,, ostensa, quorum imitantes quam plurima de ea-
,, dem Gradensi sede instituta, talem definitionem
,, promeruit, ut privilegium confirmationis judi-
,, cio nostrorum Episcoporum sibi, suisque succes-
,, soribus de ejusdem sedis stabilitate perpetuali-
,, ter faceremus. Quod & fecimus, statuentes A-
,, postolica censura sub divini judicii obrestatio-
,, ne, ut nulli unquam in tempore prædictum
,, Ursonem Patriarcham, ac successores ejus de
,, prædicto Patriarchatu Gradensi, sive de re-
,, bus, ac possessionibus ejus inquietare, aut mo-
,, lestare præsumat; sed potius sæpius nomi-
,, natum Patriarcham Gradensem cum sua in-
,, tegritate quietum remota omni contradi-
,, ctione ipse, suique successores perpetuis
,, possideant temporibus, ita etiam ut absque suo
,, suorumque successorum voluntario consensu nul-
,, li electionem suorum suffraganeorum facere li-
,, ceat. Et quidquid ab eis juxta normam canoni-
,, cam pro commissæ sibi Ecclesiæ cura prolatum
,, fuerit, tam a suffraganeis sibi Episcopis, quam
,, a clero & populo custodiri præcipimus. Qui ve-
,, ro hæc, quæ à nobis pio intuitu promulgata sunt,
,, infringere, aut in aliquo transgredi præsumpse-
,, rit, omnipotentis Dei incurrat, & nostro ana-
,, themate confossus pereat, sed & cum Diabolo
,, perpetuo damnatus gemat. Qui autem custos,
,, & observator hujus nostri Apostolici privilegii
,, extiterit, gratiam mereatur SS. Trinitatis, &

nostra benedictione fruatur, ac in secula seculorum lætetur.

„ Scriptum per manus Georgii scriniarii S. R. E. io mense Decembri Indictione VIII. † Bene valete.

Ego Benedictus Episcopus Portuensis interfui & ss.
Ego Bosus Episcopus S. Tiburtinæ Ecclesiæ ss.
Ego Petrus Episcopus Hostiensis ss.
Ego Dominicus Episcopus Lavicanensis Eccl. ss.
Ego Benedictus S. Cerensis Eccl. Episcopus ss.
Ego Joannes Episcopus S. Ortanæ Ecclesiæ ss.
Ego Raynerius S. Nepesinæ Ecclesiæ Episcopus ss.
Ego Petrus Episcopus S. Pipernensis Ecclesiæ ss.
Ego Benedictus Episcopus de Portalatina ss.
Ego Dodo Episcopus Nocerensis ss.
Ego Azo Episcopus Camerinensis ss.
Ego Joannes Episcopus S. Bledanæ Ecclesiæ ss.
Ego Almatius . . . ss.
Ego Leo S. Ficoclensis Ecclesiæ Episc. ss.
Ego Monaldus Episcopus Ariminensis ex jussione D. Jo. Papæ ss.
Ego Berardus S. Fulgillensis Ecclesiæ Episc. ex jussione D. Jo Papæ ss.
Ego Benedictus Archidiaconus, & vicedominus ss.
Ego Petrus Diaconus S. R. E. & cancellarius sacri palatii ss.
Ego Crescentius diaconus ss.
Ego Riginetius diaconus ss.
Ego Stephanus Cardinalis interfui.
Ego Joannes Cardinalis tit. S. Marcelli interfui.
Ego Joannes Cardinalis S. Marci interfui.

„ *Datum videtur ex Indictione VIII. hoc synodale decretum anno Christi 1024. Verum in præscripta Indictione mendum inesse oportet, siquidem privilegium Popponi concessum est Indictione decima, seu mavis, undecima, ut vult Pagius. Fortasse pro* VIII. *reponenda est Indictio* XIII. *adeout coacta fit synodus, ac emanarit sententia labente jam anno 1029. Non destitit tamen Poppo ubi accepto, & anno 1044 tam Apostolica sedes gravi turbine quassaretur, novum de subjectione Gradensis Ecclesiæ privilegium (forte à Sylvestro III.) obtinere curavit, & Gradum furtive ingrediens, longe majori clade quam antea urbem affecit. Pro tanto igitur repetito scelere Dux Venetus, & Patriarcha Gradensis Benedicto Pontifici litteras mittunt, non etiam legatos, quorum precibus convocata synodo & Gradensis Antistitis auctoritas incolumis servata est, & Popponis exinanitum privilegium. Ea synodalis censura, ex eodem Codice desumpta, & inter Conciliares Collectiones aliquando recensenda, e quatuor & prælaudato Joannis decreto addendi erant suis locis a nonnullis Episcopi in tomis jam editis prætermissi, & aliorum ætas protrahenda.*

„ Benedictus Episcopus servus servorum Dei Ursoni Gradensi Patriarchæ perpetuam in Domino Jesu Christo salutem. Sicut plurimum gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, si sancta Ecclesia per bona opera crescit magnifice, & dilatatur amplissime, ita nimium affligimur, & tribulamur de ejus oppressione, super quam crebrior lamentationum sermo perlatus est. Non oportuerat quidem ab illis, quibus sustentari, atque honorari debuerat, tantis eam oppressionibus concuti, ideoque necessarium est, ut remotis talium tergiversationibus, quibus venenosa malitia revelari, & obscurari bonitas & veritas solet, adminiculum non modicum lamentantibus juste impendatur, atque ab Apostolica sede suffragetur, quos per divinam gratiam Christi auxilio dignum est adjuvari, neve totius Ecclesiæ perturbatione imputdens præcedat intentio, & ea quæ a sanctis prædecessoribus nostris, & reliquis sanctis dudum fuerant prohibita, denuo reviviscant. Sedis namque nostræ consideratione compellimur ea, quæ ad notionem nostram emendanda pervenerunt, propter Deum non relinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si secularibus officiis ordo suus, & tradita à majoribus disciplina servanda est, quis ferat Ecclesiasticos ordines temerari, ac præsumptione confundi? aut ita negligere, & emendanda non opem ferendo postponere? Quapropter omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis notum esse volumus, quod detestabile nefas tempore nostri decessoris Joannis Papæ a Poppone Forojuliensi Præsule diabolo suadente actum est adversus Ursonem Gradensis Ecclesiæ novæ Aquilejæ Patriarcham; prædictus quidem Poppo Gradensem Civitatem adiens fraudolenter eam invasit, invasamq; Gentilium more depopulavit, Ecclesias violavit, altaria fregit, thesauros abstulit, monasteria destruxit, & de tantis non erubescens flagitiis insuper hanc Apostolicam sedem suis petiit simulationibus, poscens ab ea per suos nuncios sibi privilegium fieri nominatim de Gradensi Insula, quam promiserat juste, & canonice, ac per antiqua privilegia ostendere ad se pertinere, unde privilegium sub tali consecutus est tenore. Ut si quando de ea aliqua oriretur quæstio, sic juste absque ulla occasione ad se pertinere comprobaret, quemadmodum promiserat. Quod totum in contrarium accidit, quia cum Urso Gradensis Ecclesiæ Patriarcha primum per suos nuncios, deinde per semetipsum hanc Apostolicam peteret sedem ad cōquerendum de suæ sedis invasione, idem Poppo vocatus ad satisfaciendum sicut promisit, non solum venire distulit, verum etiam prædictam insulam per antiqua privilegia juste, ac secundum Deum sibi pertinere, ut promiserat, ostendere minime potuit; quin etiam tenorem privilegii negavit. Et quoniam ex his, quæ promisit, nihil ostendere valuit, privilegium quod sub præfata conditione consecutus est, suo tenore juste evacuatum, ac regulariter ad nihilum est redactum. Pro hac siquidem re idem noster decessor Joannes Papa congregavit S. synodum in Ecclesia B. Sylvestri, ante cujus præsentiam veniens Urso Gradensis Ecclesiæ Patriarcha de statu suæ Metropolitanæ Ecclesiæ, ejusque pertinentiis quamplurima ostendit privilegia à nostris antecessoribus suæ sedi concessa, scil. à sanctissimo Pelagio, Gregorio, Honorio, Stefano, item Gregorio, Leone, Sergio, item Leone, Benedicto, Adriano, Bonifacio, Romano, Theodoro, Anastasio, Joanne, Sylvestro, & Sergio. Quæ omnia noster antecessor studiose considerans firmando vetera per synodalem censuram sub divini judicii obtestatione tale novum construit privilegium, ut nullus unquam in tempore prædictum Ursonem Patriarcham, ac successores suos de prædicto Patriarchatu Graden. sicut de rebus, ac possessionibus ejus inquietare, aut molestare præsumat, sed potius cum sua integritate quietus remota omnium contradictione ipse, suique successores eamdem Patriarchalem sedem cum omnibus suis pertinentiis perpetuis possideant temporibus. Popponi verò Epistolam direxit, ut cuncta ablata sub trium personarum sacramento Gradensi Patriarchæ restitueret. Quod non solum non adimplevit, sed etiam contra divinum jus, & sanctorum Patrum sancita quibusdam inhoneste sibi suffragantibus privilegium fraudolenter impetravit de stabilitate suæ Ecclesiæ, & Gradensis Patriarchatus subjectione. Qui ad cumulum suæ damnationis addens quoque iniquitatem super iniquitatem, nostro etiam tempore iterum Gradensem civitatem furtim ingrediens cunctis abominabile in ea commisit flagitium, totam videl. civitatem cum ecclesiis incendit, altaria confregit, thesauros abstulit, & quicquid ab igne remansit, paganorum ritu secum detulit. Pro tanto denique repetito sacrilegio Gradensis Patriarcha apud Apostolicam sedem,

co-

eodem mittente invasore, per suas litteras lamentatus est. Sed antequam à nobis de tanto coerceretur ausu divino judicio sine confessione, & viatico ab hac luce subtractus est. Tandem Urso Gradensis Patriarcha una cum Dominico Contareno dilecto filio nostro Duce Veneticorum sive Dalmaticorum, & populo Venetiæ nobis per suos supplicavit Legatos, videl. Benedictum vener. Abbatem Ss. Trinitatis & S. Michaelis Archangeli de Brundulo, Joannem Stornatum, Gregorium Clericum, quatenus omnia sibi, suæque sedi subjecta nostra restituerentur auctoritate, & privilegium, quod Poppo de Gradensis Ecclesiæ subjectione contra divinam auctoritatem acquisivit, evacuaremus: quin etiam privilegia nostrorum decessorum palam ostensa de statu suæ Ecclesiæ renovaremus, atque confirmaremus, sive de rebus, atque possessionibus sui Patriarchatus, quatenus quæ infra Venetiæ, vel Italici regni ditionem, seù in Comitatu Histriensi consistere noscuntur, videl. ut omnia quæ in Rivoalto, in Methamauco, in Equilio, in Pineto, in Civitate nova, in confinio suæ jam dictæ Civitatis Gradensis, seù Ursiano, vel Gajazzo, in Zemulis, partim in territorio Aquilejæ, & in marino termino, in Istria, in Tergeste, Justinopoli, Pirano, item in Civitate nova, Parentio. . . . . : Pola, atque in Castello S. Georgii, & in reliquis locis tam infra, quam extra seu in Bononia, vel Romania, Ravenna, Arimino, Pensauro, sive in quibuscumque locis Italici regni, seu Venetiæ habere, ac possidere sui antecessores visi sunt, ipse, suique successores absque cujusquam contrarietate, seu refragatione retinere, & possidere quivissent. Quorum petitionibus zelo domus Dei calefacti libenter annuentes, & justum esse decernentes in Romana Ecclesia S. Synodum congregavimus, residentibus nobiscum venerabilibus Episcopis, presbyteris, Diaconibus, Cardinalibus, subdiaconibus nostris, Abbatibus, & quorum aliquorum nomina hæc sunt.

Joannes Lavicanensis nepos noster Episcopus.
Tedaldus Albanensis Episcopus.
Joannes Portuensis Episcopus.
Joannes Prænestinensis Episcopus.
Benedictus Ostiensis Episcopus.
Amatus Vellitrensis Episcopus.
Bonizo Taschanensis Episcopus.
Honestus Foropopiliensis Episcopus.
Adam Forosempronensis Episcopus.
Crescentius S. Ruffinæ Ecclesiæ Episcopus.
Vido Humanensis Episcopus,
Andreas Perusinus Episcopus.
Ubertus Sasenates Eccles. Episc.
Arduinus Feretranus Episc.
Teudaldus S. Mariani Episcopus.
Joannes S Sabinensis Eccl. Episc,
Theudericus Urbinensis.
Theudaldus.
Ubertus,
Benedictus Archidiaconus S. R. E. & Vicedominus.
Ugo.
Petrus Cancellarius noster,
Leo.)
Romanus.) Diacones
Crescentius.) nostri
Petrus qui & Mancio dicitur)
Joannes Archicanonicus & Archipresb. Canonicæ S. Jo. ante Portam Latinam.
Joannes Cardinalis presb. tit. S. Cæciliæ.
Joannes Card. tit. S. Martioi.
Jo. Card. tit. S. Damasi.
Ubertus Card. tit. S. Anastasiæ.
Martinus Card. tit. S. Savinæ.
Teudaldus Primicerius.
Benedictus Oblationarius S. R E.
Benedictus presb. & Card. tit. S. Sylvestri.
Petrus Card. tit. S. Grisogoni.

Subdiacones autem.

Joannes.
Adelmarius.
Etrozo.
Sico.
Benedictus Abbas Monasterii S. Gregorii, quod dicitur clivus Scauri.
Bartholomæus Ven. Abbas S. Mariæ Grotta Ferrata.
Benedictus Abbas Monasterii S. Mariæ, quæ vocatur S. Petri ad Vincula.
Leo Abbas S. Pauli Apostoli.
Georgius Abbas S. Laurentii foris murum.
Joannes Abbas S. Sabæ.
Petrus Abbas S. Mariæ in Aventino.
Joannes Abbas S. Rosilli Foropupilensis.
Bonizzo Abbas Monasterii S. Petri Perusii.
Felix Abbas S. Blasii.
Simeon Abbas S. Mariæ in Pallara.

Et cæteri nobiscum residentes in gremio S. R. E. quorum deliberatione hoc Apostolatus nostri privilegium fieri decrevimus tibi fratri nostro venerab. Urso S. Gradensis Ecclesiæ Patriarchæ, ad quem nunc nostrum convertimus sermonem præcipue ob justitiam, quam te, tuamque Ecclesiã petere evidenter novimus, per quod Apostolorum principis Petri, & nostra, cujus vicem gerimus, auctoritate antecessorum nostrorum privilegia imitando prædictam Gradensem Ecclesiam perpetua stabilitate Patriarcharum esse sancimus, tibique illic præsidenti, tuisque successoribus totum Metropolitæ, atque Patriarchæ officium libere peragendum concedimus, & de omnibus vestris possessionibus præcipiendo interdicimus, ut nullus Patriarcha, Archiepiscopus, Præpositus, Decanus, Vicedominus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut exactor alicujus rei, nec ullus judex publicus, vel quilibet ex judiciali potestate vim aliquam, vel invasionem inferre præsumat, aut aliquo modo molestiam ingerere tibi Ursoni Patriarchæ, tuisque successoribus, sive in Ecclesiis, & plebibus, seu Monasteriis tuæ Ecclesiæ pertinentibus, seu in familiis, in colonis, servis, vel mancipiis, ac reliquis, quæ super ejusdem Ecclesiæ terria manent. Sed omni jure, & tenore S. Gradensis Ecclesiæ à Patriarchis nunc & semper ibidem præsidentibus libere, quæ prælibavimus, absque ullius infestatione retineantur, ac perpetuo jure possideantur. Privilegium verò, quod Poppo Forojuliensis Præsul de subjectione Gradensis Patriarchatus fraudolenter ab hac sede consecutus est, quia nulla illud canonica munitum auctoritate decernimus, residentium nobiscum venerabilium fratrum auctorali censura corrumpendo penitus omninò corrumpimus, & evacuamus. Si quis ergo nostrorum successorum, vel aliorum aliquorum hominum contra hujus nostræ concessionis, ac confirmationis privilegium agere præsumpserit, aut præsumentibus consenserit, vel fautor extiterit, & non potius observare in integre studuerit, sciat se auctoritate beati Petri Apostolorum principis, & cœlorum regni clavigeri, nostroque anathematis vinculo esse innodatum, & a regno Dei alienatum, atque cum Diabolo veluti trangressor sanctorum Patrum sine fine damnatum. Qui vero custos, & observator hujus nostri privilegii extiterit, benedictionem, & gratiam à justo judice Domino nostro Jesu Christo hic & in æternum consequi mereatur.

Scriptum per manus Sergii scriniarii, & notarii sacri nostri Lateranensis palatii mense Aprili Indict. XII. Benevalete.

Ego Joannes S. Lavicanensis Eccl. Episc. interfui & subsc.
Ego Tedaldus Albanensis Eccl. Episc. interfui & subscripsi.
Egu Joannes S. Portuensis Eccl. Epi. interf. & ss.

Ego

„ Ego Joãnes Prænestinensis Eccl. Ep. intersf. & ss.
„ Ego Benedictus Ostiensis Episc. intersf. & ss.
„ Ego Amatus Vellitrensis Episc. intersf. & ss.
„ Ego Bonizo Tuscanensis Episc. intersf. & ss.
„ Ego Honestus Foropopiliensis Epis. intersf. & ss.
„ Ego Adam Forosempronien. Episc. intersf. & ss.
„ Ego Crescentius S. Ruffinæ Ecclesiæ Episc. intersf. & ss.
„ Ego Vido Homanensis Episc. intersf. & ss.
„ Ego Andreas Perusinus Episc. intersf. & ss.
„ Ego Ubertus Sasenates Ecclesiæ Episc. interfui & ss.
„ Ego Arduinus Feretranus Episc. interfui & ss.
„ Ego Theudaldus S. Marinm Episc. intersf. & ss.
„ Ego Joannes S. Sabinen. Ecclesiæ Episc. interfui, & ss.
„ Ego Theudericus Urbinensis Episc. intersf. & ss.
„ Ego Benedictus Archidiaconus S. Rom. E. & Vicedominus interfui, & ss..
„ Ego Joannes Archicanonicus, & Archipresb. interfui & ss.

„ *Hæc videntur acta à Benedicto, cum expulso Sylvestro III. Apostolicam repetiit Cathedram. Nec diu post supervixit Ursus, qui Gradensem Ecclesiam 27. annorum spatio, ut supputat Dandalus, magnis semper agitatus curis administravit. Naturæ debitum persolvit anno* 1045.)

XXXI. 33 DOMINICUS Balcanus, Venetus, ex Capellano S. Marci, post Ursonem Gradensis Patriarcha ordinatus fuit *a* : vix septem diebus fuit Pontifex, relictoque magno sui desiderio, mortalitatem explevit, ut refert Dandulus in chronica.

a An. 1045.

XX XII. 34 DOMINICUS Marengus, Venetus, Balcano successit *b*. Interfuit Vercellensi Concilio à Leone IX. celebrato anno 1050. contra Berengarium, in quo ab eodem Pontifice pallium accepit, & privilegium, ut Crucem deferret (1). Patriarchalem Sedem ibidem Leo approbavit, & Episcopis Venetiæ, & Istriæ scripsit, ut Dominico tamquam primati suo obedirent, eundemque revererentur. Hæc omnia approbata deinde fuerunt ab Alexandro II. in Mantuano Concilio, sicque plene translatus fuit Patriarchatus Gradensis in Venetum, qui hactenus titulo Gradensis Sedis potitus erat. Subscripsit item Dominicus Synodo à Nicolao II. Romæ celebratæ anno 1059. Cum deinde maxima inopia laborasset, plenus dierum sub Alexandro II. mortalitatem explevit. Ejus meminit Leo IX. ep. 2. tom. 3. Epist. Rom. Pontificum.

b Eodem an. 1045.

(„ *Eidem scribit Alexander II. de Presbytero Diacono, & subdiacono caste non viventibus. Extat fragmentum Epistolæ apud Hard. Conc. tom. 6. p. 1113.*)

XX XIII. 35 DOMINICUS Cerbonus, Venetus, initio Pontificatus Gregorii VII. Gradensis Patriarcha factus est; cujus sæpe mentio extat in epistolis ejusdem Gregorii, eundem modo Venetiæ, modo Gradensem Patriarcham appellat, de quo audi ipsum ad Ducem ita scribentem, dum redarguit, quod sineret eorum Patriarcham nimia inopia laborare, atque ea de causa tantum apud eos sordescere dignitatem.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Dominico Duci, & Populo Venetiæ sal. & Apost. benedict.

Notum esse credimus, non solum his, qui nobiscum morati sunt, sed etiam plerisque vestrum, quod jam ab ineunte ætate terram vestram & libertatem hujus gentis valde dileximus, atque ob id a nonnullorum Principum, & nobilium personarum inimicitias sustinuimus. Postquam vero Apostolici regiminis onus, & officium licet indigni suscepimus, tanto ferventius in dilectione vestra noster exarsit affectus, quanto per generalis curæ debitum in administrationem vestræ salutis sollicitius astricti sumus. Quapropter litteras ad vos direximus, ut nobilitatem vestram ad respiciendum decus, & sublimitatem antiquæ dignitatis suæ excitare possimus, ac ex longa (quod absit) negligentia dilapsum honorem gemat, quem adhuc stantem, dum potest, colere, & servare non laborat. Scitis enim quoniam præ multis terrarum partibus divina dispensatio terram vestram Patriarchatus honore sublimavit, cujus dignitatis eminentia ex suis ipsius nominis & officii prærogativa adeo augusta, & rara est, ut non amplius quam quatuor in toto mundo reperiantur. Quod cum ita sit, apud vos tamen tantum decus, & tam excelsi gloria sacerdotii, ex inopia rerum temporalium, & diminutione potestatis suæ adeo vilescit, ut à competenti statu honoris sui penitus corruerit, & tanta tenuitas rerum nec simplicem Episcopatus sedem condecere, aut ejus necessitatibus sufficere posse videatur. Unde vos tanti beneficii divinæ munificentiæ ingratos, & immemores esse deprehendimus, timentes ne quasi degeneres filii divitias, & hæreditatem nobilissimæ matris vestræ, videlicet Gradensis Ecclesiæ, dissipantes, inde obscuriores efficiamini, unde post Apostolicam sedem omnibus, quæ sunt in Occidente, gentibus clariores extitistis. Nos equidem meminimus Dominicum Patriarcham beatæ memoriæ antecessorem hujus propter nimiam egestatem locum deserere voluisse, & hic quidem pari necessitate dicit se circumventum esse. Quapropter sicut charissimos filios vos admonemus, ut memores pristinæ nobilitatis, & gloriæ, collatum vobis honorem, & Apostolicæ Sedis erga vos benevolentiam ulterius non negligatis; sed convenientes in unum, qualiter antesignati Patriarchatus dignitatem debita cum veneratione, & rerum temporalium amplificatione sustentetis, & cum Dei adjutorio ad culmen suæ celsitudinis relevetis, communi consilio pertractetis. Indicavit quidem nobis hic frater noster Patriarcha, te Duce, plerosque vestrum, quam optimam super hac re habere voluntatem, propter quod, & fiducialius ad explorandum opus boni propositi vestram exhortari incipimus dilectionem. Quicquid igitur inter vos consultum, & constitutum fuerit, nobis per litteras, aut certo nuncio quantocyus renunciate, quoniam si pro gloria, & nobilitate tam vestri, quam præf. loci, & sacerdotii aliquid statuetis (ut æquum est) pro me ritis vestris gratulabimur; sin vero aliqua minus bone sta vos occasio retraxerit; proculdubio tanti ministerii nomen inter vos vilescere, & debito honore privari non patiemur. Dat. Romæ pridie Kal. Januarii Indict. 13.

Hactenus Epistola Gregorii scripta anno 1074. quam & Baronius refert. Vixit deinde Dominicus ad annum usque 1094. & pene capularis senex, cum optime administrasset Ecclesiam, excessit.

(„ *Ad hunc eumdem Dominicum extant litteræ Gregorii VII. quibus ei gratias agit de ejus observantia erga Romanam Ecclesiam: & ostendit ideo Teutonicos, & Longobardos contra se insurgere Episcopos, quia eorum criminibus obviam iret. Deque Sypontino Episcopo eidem scribit. Alteram*

item

(1) Ughellus hic secutus Dandulum in Chronico, & Baronium in Annalibus ait in hoc Concilio Romano ad eunem Dominico pallium concessisse, & Episcopis Venetiæ provinciæ, & Istriæ scripsisse, ut huic tanquam Primati suo obedirent. Verum facta hæc in alia synodo Romana an. 1053. congregata, ut manifeste liquet ex Epistola ad Episcopos Venetiæ, & Istriæ data Indictione VI. in novissima Harduini Conciliorum coll. tom. 6.

A „ *item Epistolam eidem, ejusque suffraganeis dat,*
„ *qua significat se Legatum mittere pro Ecclesiasticis*
„ *caussis tractandis Dominicum S. R. E. diaconum,*
„ *cui, ut obediant, præcipit. Ex regest. Epist. l.*
„ *4. Epist. 14. & 16. Ab eodem Gregorio Constanti-*
„ *nopolim missus est Legatus ad Michaelem Impera-*
„ *torem, ut si fieri posset ablato schismate Græca La-*
„ *tinæ uniretur Ecclesiæ. Dominici Epistolam ad*
„ *Petrum Antiochenum Patriarcham, atque hujus*
„ *ad illum responsum, edidit Cotelerius in monu-*
„ *mentis Ecclesiæ Græcæ tom. 2. p. 118. & 112.)*

XXXIV. 36 JOANNES Saponarius eodem anno 1094. eligitur in Patriarcham, pauloque post, teste Dandulo, apud Constantinopolim vitæ cessit.



XXXV. 37 PETRUS Baduarius, Natalis filius, summo apud Venetos sanguine natus, constitutus est Patriarcha anno 1094. Obiit vero an. 1102. a („ *Sub-*
„ *scripsit Bullæ pro monasterio S. Ægidii, confirma-*
„ *tæ in Concilio Placentino an. 1095. apud Balu-*
„ *zium Miscell. tom. 6. p. 384*)

a 1102.



XXXVI. 38 JOANNES Joannis Gradonici filius, ob eximiam ejus virtutem, & generis claritudinem ad Patriarchalem dignitatem sublimatus anno 1102. b ex Episcopo Equilino, ab Ordelafo Falerio investitus. Sedit annos 28. & cum in schismate Bordini, ejusdem partibus adhæsisset, ab Honorio II. una cum Aquilejensi Patriarcha depositus est c. De quo Dandulus in chronica. („ *Interfuit*
„ *Concilio Lateranensi an. IIII. & prius Guastallen-*
„ *si an. 1106. in cujus Concilii fragmentis relatis à*
„ *PP. Benedictinis Martene, & Durand. in tom. 4.*
„ *novi Thesauri Anecd. p. 127. memoratur.*)

b 1104.

c an. 1130.

XXXVII. 39 HENRICUS Dandolus, Dominici filius, ætate juvenis, nobilitate generis, moribus, scientia, & præclarissimarum rerum feliciter peractarum clarissimus ad Patriarchalem Sedem admotus est an. 1130. d cujus electionem Innocentius II. ratam habuit, ab eoque ad Concilium celebrandum evocatus accessit, & Patriarchalis Sedis in Gradu, usus Pallii, & delationis Crucis ante se confirmationem obtinuit; cujus privilegii authenticum exemplar, ex archivio Patriarchali Venetiarum exscriptum nobis transmisit, una cum aliis pretiosis Ecclesiæ Gradensis monumentis, amicus noster eruditus Jo. Baptista Verus, permittente pro sua be-

d Anno circiter 1114.



nignitate Joanne Mauroceno Venetiarum dignissimo Patriarcha. Porro Innocentii diploma ita se ha-
B bet.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Henrico Patriarchæ Gradensi, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Tunc Apostolicæ Sedi, & Romanis Pontificibus honor integer conservatur, si universis Ecclesiis collata dignitas custodiatur. Et quemadmodum nulli debemus ultra quam meretur favente gratia impertiri, ita nemini, quod sui juris est, stimulante ambitu, convenit derogare. Quanto ergo majori prærogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut in corrigendis subditis plus possit apud te ratio, quam potestas, & te boni dulcem, & mali pium sentiant correctorem. Personas diligas, vitia persequaris, ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas quod emendare desideras; sicque vulnus debes abscindere, ut non possis ulcerare quod sanum est, ne si plusquam res exigit, ferrum impresseris, noceat cui prodesse festinas. Sed sic alterum condia-
C *tur ex altero, quatenus, & boni habeant amando, quod caveant, & mali metuendo, quod diligant. Quapropter venerabilis frater Henrice Patriarcha tuis postulationibus clementer annuimus, & Gradensem Ecclesiam, cui, auctore Deo, præesse dignosceris, præsentis scripti patrocinio communimus. Igitur prædecessorum nostrorum Pelagii, Alexandri, & Urbani II. auctoritatem sequentes, illius præcipue constitutionis tenorem servantes, quam prædecessor noster Leo IX. sanctissimus, & synodali judicio, & privilegii pagina confirmavit, tibi, tuisque successoribus canonice substituendis, & Patriarchalem concedimus dignitatem, & magisterium Graden. Ecclesiæ gerendum, in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos prædecessores eidem noscuntur Ecclesiæ constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Romæ fueris, aut in præsentia, & comitatu Romani Pontificis; pallium etiam fraternitati tuæ plenitudinem pontificalis officii ex Apostolicę Sedis liberalitate largimur,*
D *quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus prædecess. tuos usos fuisse non ambigimus, ut in Nativit. Domini, Epiphania, tribus festivitatibus S. Mariæ, cœna Domini, Sabbato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalitio S. Joannis Baptistæ, & omnium Apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, Prothomartyris Stephani, S. Laurentii, S. Maximi, in solemnitate omnium Sanctorum, & principalibus Ecclesiæ tuæ festis, necnon in Ecclesiarum, Episcoporum, & cæterorum clericorum consecrationibus, & anniversario consecrationis tuæ die. Statuimus etiam, ut quæcumque bona, quascumque possessiones Graden. Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum justis modis poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus & illibata permaneant. Porro Ecclesias à religiosis viris eidem Ecclesiæ Graden. oblatas, per parochias ejusdem provinciæ constitutas, tibi, tuis-*

que

que successoribus libere confirmamus, ita ut nulli Episcopo absque tuo assensu liceat in eis consecrationes celebrare, aut sacerdotibus in eisdem Domino servientibus donec in locis ipsis fuerint, divina officia prohibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino, &c. Si qua igitur in futurum, &c. Cunctis autem, &c. Amen. Amen. Amen.

† *Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episc. ss.*
† *Ego Guillelmus Prænestinus Episc. ss.*
† *Ego Gerardus Presb. Card. tt. S. Crucis in Hierusalem ss.*
† *Ego Anselmus Presb. Card. tt. S. Laurentii in Lucina ss.*
† *Ego Lucas Presb. Card. tt. SS. Jo. & Pauli ss.*
† *Ego Guido indignus sacerdos ss.*
† *Ego Azo Presb. Card. tt S. Anastasiæ ss.*
† *Ego Gregorius Diaconus Card. Ss. Sergii & Bacchi ss.*
† *Ego Guido Card. diac. S. Adriani ss.*
† *Ego Hubaldus diac. Card. S. Mariæ in via Lata ss.*
† *Ego Grisogonus diac. Card. S. Mariæ in Porticu ss.*

Datum Pisis per manum Almerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii 2. Id. Junii indict. 14. (1) Anno Dominicæ Incarnationis 1136. Pontificatus autem D. Innocentii papæ II. anno 7.

(„ Eodem modo Henricus à Lucio II. simile privilegium an. 1144. impetravit, in quo præterea eidem confirmantur Ecclesiæ, & possessiones, quibus Gradensis Patriarchatus Constantinopoli, in Histria, & Venetiis potiebatur. En diploma ex regesto Patriarchali descriptum.

„ *Lucius Episcopus servus servorum Dei. Ven. Fratri Henrico Patriarchæ Graden. ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ex commisso nobis à Deo Apostolatus officio fratribus nostris tam vicinis, quam longe positis paterna nos convenit provisione consulere, & ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut quemadmodum disponente Domino patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Hujus rei gratia ven. frater Henrice Patriarcha tuis postulationibus clementer annuimus, & Gradensem Ecclesiam, cui auctore Deo præesse dignosceris, sub B. Petri, & nostra protectione suscepimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Igitur prædecessorum nostrorum Pelagii, Alexandri, Urbani, & Innocentii auctoritatem sequentes, illius præcipue constitutionis tenorem servantes, quam prædecessor noster Leo IX. Papa sancivit, & Synodali judicio, & privilegii pagina confirmavit, tibi, tuisque successoribus canonice substituendis Patriarchalem concedimus dignitatem, & magisterium Gradensis Ecclesiæ gerendum in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos prædecessores nostros eidem noscuntur Ecclesiæ constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Romæ fueris, aut in præsentia, vel comitatu Romani Pontificis: pallium etiam fraternitati tuæ plenitudinem videlicet Pontificalis officii ex Apostolicæ sedis liberalitate largimur, quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus prædecessores tuos usos fuisse non ambigimus, videl. in Nativitate Domini, Epiphania, Ypopanton, tribus festivitatibus S. Mariæ, Cœna Domini, Sabbato Sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalitio S. Jo: Baptistæ, & omnium Apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, S. Prothomartyris Stephani, S. Laurentii, S. Martini, in solemnitate omnium Sanctorum, & principalibus Ecclesiæ tuæ festis, nec non in Ecclesiarum, Episcoporum, & cæterorum clericorum consecrationibus, & anniversario consecrationis tuæ die. Statuimus etiam ut quæcumque bona, quæcumque possessiones Gradensis Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum justis modis poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. Redditus autem, qui in Constantinopoli, sive in Histria, seu in Venetia ab Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Judicibus, & populo Venetiæ prædecessoribus tuis Dominico videl. & Joanni Gradonico, eorumque successoribus & Gradensi Ecclesiæ juste concessos sicut eorum scriptis continentur. Ecclesias quoque à religiosis viris eidem Ecclesiæ Graden. oblatas per Parochias ejusdem provinciæ constitutas cum omnibus quæ in eisdem ecclesiis tui juris esse noscuntur, tibi, tuisque successoribus libere confirmamus. Quanto itaque dilecte in Christo frater majori prærogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut in corrigendis subditis plus apud te possit ratio, quam potestas; atque te boni dulcem, & mali pium sentiant correctorem; personas diligas, vitia persequaris, ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas quos emendare desideras; sicque vulnus debes abscindere, ut non possit ulcerare quod sanum est, ne si plus quam res exigit, ferrum impresseris, noceat cui prodesse festinat, & sic alterum condiatur ex altero, quatenus & boni habeant amando quod caveant, & mali metuendo quod diligant. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones, seu redditus auferre, minuere, aut aliquibus vexationibus, seu infestationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.
Ego Conradus Sabinensis Episcopus ss.
Ego Theodewinus S. Rufinæ Episcopus ss.
Ego Albericus Ostiensis Episcopus ss.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus ss.
Ego Petrus Albanen. Episcopus ss.
Ego Guido Presb. Card. tit. S. Grisogoni ss.
Ego Petrus Presb. Card. tit. Pastoris ss.
Ego Thomas Presb. Card. tit. Vestinæ ss.
Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis ss.
Ego Rainerius Presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio Monte ss.
Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Savinæ ss.
Ego Geraldus Diac. Card. S. Mariæ in Domnica ss.
Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus ss.
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu ss.
Ego Gr. indignus S. R. E. Diaconus ss.
Ego Joannes Diac. Card. S. Mariæ Novæ ss.
Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi ss.
Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad velum Aureum ss.
Ego Guido Diac. Card SS. Cosmæ & Damiani ss.
Ego Hugo Rom. Ecclesiæ Diaconus in S. Lucia in Horphea ss.
Ego Astaldus Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ ss.

Da-

(1) In Patriarchali regesto, in quo descriptum legitur hoc Innocentii privilegium, habetur datum Indictione XIII. anno Papæ Innocentii VI. ac proinde corrigendus erit annus Christi 1136. & reponendus 1135.

" *Datum Laterani per manum Barotis Capellani & Scriptoris 2. Kal. Aprilis Indict. VII. Incarn.*
" *Dom. an. 1144. Pontificatus vero D. Lucii Papæ*
" *II. an. 1.]*

Interea cum Jadertina civitas, Insulaque jam diu Venetæ Reipub. juris facta fuisset, instante Duce, & ad augendam Gradensis Patriarchæ dignitatem, Jadertinum Archiepiscopum, ejusque suffraganeos Episcopos Adrianus IV. Papa ann. 1157. a Patriarchæ Gradensi subjecit in perpetuum, eundemque Henricum, ac successores Primatem in ea Provincia instituit, cujus hoc diplomate, quod extat Venetiis in Patriarchali tabulario: cujus etiam facti meminit Dandulus in chronica.

a 1155.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Henrico Graden. Patriarchæ ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Ne passim, & indiscrete sibi omnes Ecclesiæ omnia vindicarent, consulta satis, ac itaque sanctorum Patrum deliberatione sanxit auctoritas, ut aliæ aliis prærogativa dignitatis excellerent, & eis tam judicandi auctoritate, quam potestate corrigendi præessent. Super omnes autem ex superni dispositione consilii sacrosancta est Romana Ecclesia constituta, ad cujus examen universarum Ecclesiarum negotia referrentur, & cujus statuta universa multitudo fidelium sequeretur. Hæc nimirum ex indulto a prima fundatione Ecclesiæ in B. Petro Apostolorum Principe privilegio status omnium Ecclesiarum provida consideratione disposuit, & quoties expedire cognovit, alias aliis ad ampliorem curam earum habendarum statuit præminere. Inde est, quod nos honestatem, ac prudentiam tuam, & devotionis syncaeritatem, quam erga sacrosanctam Romanam Ecclesiam semper habuisse dignosceris, attendentes, & ne commissa regimini, & dispositioni tuæ Graden. Ecclesia, quæ de benignitate Apostolicæ Sedis prærogativa gaudet honoris, ex brevitate Patriarchatuum inferius, & abjectius valeat apud simpliciores haberi, ad ampliandam dignitatem ipsius, Primatum et super Jadertinum Archiepiscopatum, & Episcopatus ipsius Apostolica auctoritate concedimus, & tam te, quam successores tuos Jadertino Archiepiscopo & Episcopis ejus, qui pro tempore fuerint, dignitate primatus præsidere statuimus, & consecrationis munus eidem Archiepiscopo impartiri, Romano quidem Pontifici traditione pallii reservata. Ut igitur hæc nostra constitutio firma in perpetuum, & inconcussa permaneat, eam scripti nostri pagina communimus, & auctoritate Apostolica confirmamus. Decernimus, ut nulli unquam hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, & confirmationis infringere, vel ei modis quibuslibet contraire, salva in omnibus Apostol. Sedis auctoritate. Si quis autem id attentare præsumpserit, secundo, tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

" *Ego* b *Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.*
" *Ego Gregorius Sabinen. Episc. ss.*
" *Ego Guido Presb. Card. tt. S. Grisogoni ss.*
" *Ego Hubaldus Presb. Card. tt. S. Praxedis. ss.*
" *Ego Manfredus Presb. Card. tt. S. Savinæ ss.*
" *Ego Aribertus Presb. Card. tt. S. Anastasiæ ss.*
" *Ego Julius Presb. Card. tt. S. Marcelli ss.*
" *Ego Guido Presb. Card. tt. Pastoris ss.*
" *Ego Astaldus Presb. Card. tt. S. Priscæ ss.*
" *Ego Girardus Presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlio*
" *Monte ss.*
" *Ego Henricus Presb. Card. tt. SS. Nerei & Achil-*
" *lei ss.*
" *Ego Joannes Presb. Card. tt. SS. Sylvestri & Mar-*
" *tini ss.*
" *Ego Guido Dia. Card. S. Mariæ in Porticu ss.*
" *Ego Jo: Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi ss.*
" *Ego Girardus Diac. Card. S. Mariæ in via la-*
" *ta ss.*
" *Ego Odo Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Jul-*
" *liano ss.*
" *Datum Romæ apud S. Petrum per manum Rolan-*
" *di S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii 8. Kal.*
" *Martii Indict. III. Incarn. Dom. an. MCLIV.* c
" *Pontificatus vero D. Adriani Papæ IV. an. 1.)*

c MCLV.

b Supplevimus hoc privilegii ex Patriarchali tabulario.

Ad Jadertinum vero Archiepiscopum ita scripsit Adrianus, certioremque eum fecit de iis, quæ disposuerat, ut Gradensem Patriarcham suum Primatem agnosceret.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri L. Jadertino Archiepiscopo, ejusque suffraganeis Episcopis salutem, & Apostolicam benedict. Quoniam sacrosancta Romana Ecclesia universarum Ecclesiarum caput, & mater est, vel remotione obsistente terrarum, vel multiplicitate impediente negotiorum quarundam Ecclesiarum necessitatibus, non tam facile potest, ut oportet aliquando consulere; ideo aliarum Ecclesiarum, quæ ampliorem curam illis impenderent, super eas institutos, & discretos tum providos viros in partem suæ consuevit sollicitudinis evocare. Hujus itaque rei nos consideratione inducti cum quia dignitatem Graden. Ecclesiæ dignum duximus ampliare, tum quia utile vobis, & temporaliter, & spiritualiter esse prospeximus habere prope vos, a quo & in dubiis magisterium, & in necessitatibus solatium recipere valeatis: venerabilem fratrem nostrum Henricum Gradensem Patriarcham, Primatem vestrum duximus statuendum, & Graden. Ecclesiæ dignitatem Primatus Ecclesiis vestris declaravimus de cætero præsidere. Ea propter per præsentia vobis scripta mandamus, quatenus eundem Patriarcham amodo Primatem vestrum humiliter habeatis, & sicuti Primati vestro exhibeatis ei obedientiam, & honorem. Ad magnum quidem profectum vestrum annuente Domino, pertinebit, si doctrinam ejus devoto animo receperitis, & quod salubriter ipse præceperit, prosecutione operis studueritis adimplere.

Datum Romæ apud S. Petrum octavo Kal. Martii Pont. nostri anno primo.

In eodem tabulario aliud diploma paulo post concessum ab eodem Adriano Pontifice reperitur insigne, in quo Henrico Patriarchæ concessa privilegia affirmat, & subjectionem Jadertini Archiepiscopi iterum renovat, & singularem illam amorem, quo Henricum, & Gradensem Ecclesiam complectebatur, insinuat. Cujus tenor talis est.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Henrico Graden. Patriarchæ, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Apostolicæ officium dignitatis creditæ nobis, & dispensationis debitum utiliter exequi comprobamur, cum collatam unicuique Ecclesiæ dignitatem provida sollicitudine custodimus, & singulis Ecclesiis jura sua illibata studemus, & integra conservare; sicut etiam nulli, ultra quam mereatur, aliquid est a Sede Apostolica favore gratiæ concedendum. Quanto itaque majoris prærogativa supernæ respectu gratiæ sublimatus, tanto solertius tibi est attendendum, ut in corrigendis subditis, plus apud te possit, ratio, quam potestas; atque te boni dulcem, mali vero pium sentiant correctorem; personas diligas, & subjectorum vitia persequaris; ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas quos desideras emendare: sicque vulnus debeas abscindere, ut non possis, quod sanctum est, ulcerare; ne, si ferrum plusquam res exigit, imprimatur, noceat, cui prodesse festinas; sed alterum condiatur ex altero; quod & boni habeant amando, quod caveant, & mali metuendo, quod diligant. Ea propter venerabilis in Christo frater Henrice Patriarcha tuis postulationibus grato concurrentes assensu, Gradensem Ecclesiam, cui, auctore Deo, præesse dignosceris, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Igitur prædecessorum nostrorum fel. mem. Pelagii, Alexandri, & Urbani II. vestigiis inhærentes, illius præcipue constitutionis

te-

tenorem servantes, quam prædecessor noster Leo IX. Papa sanctissimus, & synodali judicio, & privilegii pagina confirmavit; tibi, tuisque successoribus canonice substituendis Patriarchalem concedimus dignitatem, & magisterium Gradensis Ecclesiæ gerendi in iis tamen finibus confirmamus, qui per supradictos prædecessores nostros eidem noscuntur Ecclesiæ constituti. Crucem quoque ante te ferendam etiam concedimus, nisi cum Romæ fueris, aut in præsentia Romani Pontificis, vel comitatu. Pallium etiam fraternitati tuæ, plenitudinem videlicet Pontificalis officii, ex Apostolicæ Sedis liberalitate largimur, quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus prædecessores tuos non ambigimus usos fuisse; videlicet in nativitate Domini, Epiphania, tribus festivitatibus s. Mariæ, cœna Domini, Sabbato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, & Pentecoste, in natalitio S Joannis Baptistæ, & omnium Apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, S. Prothomartyris Stephani, S. Laurentii, S. Martini, in solemnitate omnium Sanctorum, & principalibus Ecclesiæ tuæ festivitatibus, necnon in Ecclesiarum, Episcoporum, & cæterorum Clericorum consecrationibus, & anniversario consecrationis tuæ diœcesis. Præterea, ne commissa regimini, & dispositioni tuæ præfata Gradensis Ecclesia, quæ de benignitate Apostolicæ Sedis prærogativa gaudet honoris ex brevitate Patriarchatus inferior, & abiectior valeat apud simpliciores haberi, & ad ampliandam dignitatem ipsius Primatum ei super Jadertinum Archiepiscopatum, & Episcopatus ipsius Apostolica auctoritate concedimus: & tam te, quam successores tuos Jadertino Archiepiscopo, & Episcopis ejus, qui pro tempore fuerint, dignitate Primatus præsidem statuimus, & consecrationis munus eidem Archiepiscopo impertiri, Romano quidem Pontifici traditione pallii reservata, Statuimus etiam ut quæcumque bona, quascumque possessiones, quæ eadem Grad. Ecclesia juste; & canonice possidet, aut in futurum justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus & illibata permaneant. Porro Ecclesias religiosis Episcopis Gradensis Ecclesiæ oblatas per Patriarchatum tuum constitutas, tibi tuisq; successoribus libere confirmamus, ita ut nulli Episcopo liceat absque tuo assensu in eis consecrationes celebrare, aut sacerdotibus in eisdem Domino servientibus, donec in locis ipsis fuerint, divina officia prohibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & substentatione cōcessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Dom. N. Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(1) *Ego Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.*
† *Ego Imarus Tusculanus Episcopus.*
† *Ego Cintius Portuensis, & S. Rufinæ Episc.*
† *Ego Guido presb. Card. tit. S. Chrysogoni.*
† *Ego Ubaldus presb. Card. tit. S Pancdis.*
† *Ego Manfredus presb. Card. tit. S Sab.*
† *Ego Julius presb. Card. tit. S. Marcelli.*
† *Ego Ubaldus presbyt. Cardin. tit. S. Crucis in Hierus.*
† *Ego Octavianus presb. Card. tit. S. Cæciliæ.*
† *Ego Joannes presb. Card. SS. Joan. & Pauli tit. Pamachii.*
† *Ego Joannes presb. Card. tit. S. Silvestri, & Martini.*
† *Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.*
† *Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.*
† *Ego Hiacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin.*

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Card. & Cancellarii Idib Junii, Indict. 5. Incarnationis Dominicæ anno 1157. Pontificatus vero Dom. Adriani Papæ IV. anno 3.

Cæterum *Jadertini*, inqoit Dandulos, *subjectionem sui Archiepiscopatus Patriarchæ Gradensi molestam habentes, tunc forte rebelles Duci effecti, Dominicum Maurocenum defuncti Ducis natum eorum Comitem expulerunt, & Regis vexilla erigentes se ejus dominio tradiderunt. Dux illico cum triginta galeis armatis Jadram properans, quam Ungaris munitam inveniens dum obtinere nequit, Venetias remeavit.* Deinde paulo infra subdidit. *Dux itaque* (Venetiarum) *anno 15. ingentem paratum exercitum cum Dominico Mauroceno Capitaneo denuo Jadram mittit, quos ex Ungarorum præsidio in errore tenaces, appositis scalis, & gattis, diris, & variis insultibus idem capitaneus impugnare non desinit. Ungari ob hoc territi, relictis tentoriis, fuga salvati sunt. Cives tunc desolati, de solita Venetorum gratia confidentes, Jadrensem civitatem Capitaneo libere tradiderunt; qui eandem muniens 200. de nobilibus Jadræ secum assumptis, Venetias redit. Jadrenses igitur qui advenerant, jus Primatus super eorum Archiepiscopum Patriarchæ Gradensi concessum profitentes, diruptis muris, & datis obsidibus obtenta a Duce venia, in urbe sua restituti sunt. Et Dominicus Mauroceno, qui Comes primo, & postea in acquisitione civitatis capitaneus fuerat, in comitatu reintegratus est.* Hactenus Dandulus de subjectione Jadrensis Archiepiscopi sub Primatu Gradensi.

Post Jadrensis Archiepiscopi subjectionem, sequenti anno (teste Danduio) Epidaurus in partibus Dalmatiæ ad Adriaticum mare civitas ex opposito Italiæ, volgo *Ragusa*, per Venetorum Ducem expugnata, Tiberius Michael Ragusinorum Archiepiscopus, consentiente Clero, & populo, se submisit Henrico Patriarchæ Gradensi, ejusqoe successoribus, hac tamen addita conditione, si hoc Summo, Romanoque Pontifici visum fuisset. An vero id a Pontifice assecuti fuerint, non constat: constat tamen Ragusinorum Archiepiscopatum Romano Pontifici immediate subesse.

Eodem anno, eodemque die, quibus Adrianus Primatum super Jadertinum Archiepiscopatum Henrico contulerat, eidem, Gradensique Ecclesiæ novum adjecit ornamentum, & decus, nempe ut in Costantinopolitana urbe, atque Imperio, ubi Veneti plures obtinebant Ecclesias, Episcopos ordinaret, munusque consecrationis impenderet: id enim in Henrici gratiam fecisse pollicetur Adrianus in diplomate sequenti, quod extat in sæpe citato tabolario.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Henrico Graden. Patriarchæ salutem, & Apostolicam bened.

Inter omnia cœli sydera, quæ ad decorem mundi, & usus hominum in principio Sapientia divina forma-

(1) Subscriptiones hujus diplomatis aliter quam hic Ughellus, sic lego in Patriarchali regesto.
Ego Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episc. ss.
Ego Gregorius Sabinen. Episc. ss.
Ego Manfredus Presb. Card. tit. s. Savinæ ss.
Ego Julius Presb. Card. tit. s. Marcelli ss.
Ego Hubaldus Presb. Card. tit. s. Crucis in Hierusalem ss.
Ego Gerardus Presb. Card. tit. s. Stephani in Cælio Monte ss.
Ego Jo. Presb. Card. ss. Jo. & Pauli tit. Pamachii ss.
Ego Henricus Presb. Card. tit. ss. Nerei & Achillei ss.
Ego Jo. presb. Card. tit. ss. Sylvestri, & Martini ss.
Ego Ildebrandus Presb. Card. Basilicæ XII. Apostol. ss.
Ego Boso Diac. Card. ss. Cosmæ, & Damiani ss.
Ego Albertus Diac. Card. s. Adriani ss.
Ego Odo Diac. Card. s. Georgii ad velum aureum ss.
Ego Odo Diac. Card. s. Nicolai in Carcere Tulliano ss.
Ego Bonadies Diac. Card. s. Angeli ss.
Datum &c.

mavit, solem voluit claritate luminis præminere, cujus ortus & diem terris infunderet, & noctis tenebras propulsaret. Conveniens namque fuerat, quod eo prestantior cæteris syderibus haberetur, quo specialius in ipso formationis exordio, ut singulariter præesset diei, de superni munere conditoris accepit. Sic nimirum Redemptor noster cum Ecclesias velati micantes stellas in diversa mundi climata latius propagasset, Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus B. Petrus Apostolorum Princeps extitit gubernator, tanquam splendidum solem omnibus superesse, & singulas ei Ecclesias, ut patet, membra suo capiti statuit subjacere. Quod en illis verbis manifestius declaratur, quibus eundem Petrum est Dominus allocutus; si diligis me, pasce oves meas; & alibi: tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra vero, supra quam legitur esse fundata, nullas scissuras recipit, nullas patitur sectiones; hoc idem rursus demonstratur, cum dicitur: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Ipse quoque & sufficientiam propriæ, & confirmationem suscepit fidei alienæ, quando a magistro audire meruit. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Istis atique, & aliis rationibus Sancta, & Apostolica Ecclesia, quæ cœlesti privilegio inter omnes alias obtinet principatum, tantam ab ipso capite Domino Jesu Christo prærogativam accepit, ut auctoritatem habeat singularem universis per orbem terrarum Ecclesiis providendi, & discreta in eis consideratione statuere, quæ cognoscit statuenda. Nobis igitur, qui licet insufficientibus meritis vices Apostolorum Principis in Sancta Ecclesia suscepimus exequendas, providendum imminet attentius, & agendum, ut secundum uniuscujusque dignitatem, & statum Ecclesiæ honor ei debitus impendatur, & cum salute populi fratribus nostris provida sollicitudine deferatur. Hac siquidem consideratione Venerabilis in Christo frater Henrice Patriarcha, inclinati justis postulationibus tuis gratum impartimur assensum; & tam devotioni tuæ, quam honori, & utilitati Graden. Ecclesiæ, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, deferre volentes, tibi & successoribus tuis auctoritate Apostolica duximus concedendum, ut in Constantinopolitana urbe, & in aliis civitatibus, in Constantinopolitano dumtaxat imperio, constitutis, in quibus Veneti plures habent ecclesias, ubi videlicet eorum multitudo consuevit assidue convenire, liceat vobis Episcopum ordinare, & absque alicujus contradictione munus ei consecrationis impendere. Ut igitur hæc nostra concessio perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, eam auctoritatis nostræ præsidio coboramus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & confirmationis infringere, &c. Si quis igitur, &c. Cunctis autem servantibus, &c. Amen. Amen. Amen.

(1) Ego Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcop. ss.
† Ego Imarus Tusculanus Episcopus.
† Ego Cinthius Portuensis, & S. Rufinæ Episc.
† Ego Guido presb. Card. tit. S. Grisogoni.
† Ego Ubaldus presb. Card. tit. S. Praxedis.
† Ego Manfredus presb. Card. S. Sabinæ.
† Ego Julius presb. Card. tit. S. Marcelli.
† Ego Ubaldus presb. Card. tit S. Crucis in Hierus.
† Ego Octavianus presb. Card. tit. S. Cæciliæ.
† Ego Joannes presb. Card. SS. Jo: & Pauli tit. Pammachii.
† Ego Joannes presb. Card. tit. SS. Sylvestri, & Martini.
† Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aur.
† Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.
† Ego Hyacinthus Dia. Car. S. Mariæ in Cosmedin.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Pres. Card. & Cancellarii Idib. Junii Ind. 5. Incarn. Domin. anno 1157. Pontif. vero D. Adriani Papæ 4. anno III.

Tandem Adrianus Henricum Patriarcham iis suffultum privilegiis ad propria remisit, commendavitque Duci Venetiarum, ac Episcopis ejus suffraganeis sequenti epistola eodem anno, & die scripta.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus Episcopis, & dilectis filiis, majestati Ducis, & universo populo Venetiarum salutem, & Apostol. bened. Venerabilem fratrem nostrum Hen. Gradensem Patriarcham, sicut eum, quem vera in Domino affectione diligimus, & synceræ charitatis brachiis amplectimur, ad sedem Apostolicam venientem ea, qua decuit benignitate excepimus, & honorem ei debitum impendentes, ipsum in postulationibus suis, tum pro sua honestate, ac probitate personæ, & pro commisso sibi dignitatis officio, tum pro eo, quod vos, & civitatem vestram, sicut nobilem, & famosam diligimus, & intendimus honorare quibus modis secundum Deum potuimus, curavimus exaudire. Quem ad vos, tamquam ad speciales, & devotos filios, cum Apostolicæ Sedis benedictione, & nostræ gratiæ plenitudine principaliter remittentes, universitati vestræ ipsum attentius commendamus, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eum honorifice recipiatis, honeste tractetis, & ei tanquam spirituali Principi, & animarum vestrarum rectori debitam in omnibus obedientiam, & reverentiam impendatis. Ad hæc discretioni vestræ præsentium significatione volumus innotescat, quod frater noster Jadrensis Archiepiscopus in nostra, & fratrum nostrorum præsentia, memorato fratri nostro Patriarchæ, ejusque successoribus, obedientiam, tamquã Primati suo spontanea voluntate promisit, & nos promissionem ipsam in publicũ fecimus redigi instrumentum. Vos autem sicut viri strenui, & famosi ad dilatandos terminos, Gradensis Ecclesiæ matris vestræ omnibus modis laboretis, atque ad ejus augmentum efficaciter studeatis. Nos enim temporis opportunitate accepta, eandem Ecclesiam, quibus modis cum Deo poterimus, curavimus honorare, atque exaltationi, & utilitati ipsius attentius providere. Datum Lat. Idib. Junii anno 3.

Hoc fere tempore Henricus, tantis honoribus ab Adriano exornatus, ecclesiam S. Georgii in littore Pincto in ipsa urbe Venetiarum, Gradensi Ecclesiæ subjectam divitiis auxit, quam antea Cisterciensibus Monachis ad construendum cœnobium elargitus fuerat, constituto ibidem Abbate Daniele Molina vitæ sanctimonia, ac prudentia viro nobili: in cujus honorem, & memoriam ecclesiæ S. Danielis posteri nomen fecere. Joannes Polanus Episcopus Castellanus, Danieli ob similitudinem morum amicus, multa bona, ac prædia eidem monasterio dono dedit, approbante Innocentio II. Papa. Diu Cistercienses Monachi cœnobium, & ecclesiam coluere, deinde exactis Monachis, Monialibus Ord. S. Benedicti cœnobium incolendum traditum fuit, ubi hactenus Deo famulantur. Nil prætererea prætermisit Henricus ad Ecclesiæ suæ dignitatem, & ornamentum servandum, non semel cum Duce Venetiarum lites habuit, & aliquando ad ea servanda jura, quæ mordicus illabata servaverat, exulavit, donec deturbatis dissidiis, pax & concordia laureata rediret: & ut erat vir summæ prudentiæ, non parum laboravit in exturbando schismate, & in pace firmanda inter Alexandrum III. Summum Pontificem, & Fridericum Imperatorem. Interfuit sub eodem Alexandro Generali Concilio Lateranensi anno 1179. in quo se subscripsit, cum suffraganeis suis Episcopis. Anno postero cum adhuc Romæ esset, diuturnas lites, quas cum Aquilejen. Patriarch. de variis juribus, nonullisq ecclesiis, locisve habebat, concordiæ cupidus, composuit. Rem enim pluribus & probatæ prudentiæ Cardinalibus dirimendam permisit. Ii vero re mature deliberata, ac partis utriusque discusso jure, sententiam protulere, ex qua insignis prosequuta est transactio, ac finalis concordia, quæ cum ma-

(1) Subscriptiones hujus diplomatis in Patriarchali regesto eædem omninò sunt ac supra descriptæ in notis ad proxime relatum Adriani privilegium anni 1157. nisi quod in illis post Henricum Cardin. SS. Nerei & Achillei omittitur Joannes presb. Card. SS. Sylvestri & Martini.

maximam hujus Ecclesiæ lucem afferat, hic exscribendum duximus ex ipso Patriarchali tabulario.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen.

Anno Dominicæ Incarn. MCLXXX. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ Tertii anno xxi. Indict. xiii. mensis Julii die xxiv. Ego Henricus Gradensis Ecclesiæ Patriarcha hac præsenti die in presentia D. Alexandri, & duorum Cardinalium Ubaldi videl. Ostiensis, & Theodini Portuensis, & S. Rufinæ episcop. Joannis tit. Ss. Joannis, & Pauli presb. Card. Viviani tit. S. Stephani in Cælio Monte Presb. Card. Arduini tit. S. Crucis in Hierusalem Presb. Card. Matthæi tit. S. Marcelli Presb. Car. Pauli tit. S. Potentianæ presb. Card. Gratiani SS. Cosmæ, & Damiani Diac. Card. Joannis S. Angeli Diac. Card. renuntio omni juri acquisito, & acquirendo, & omnibus actionibus, tam in rem, quam in personam acquisitis, & acquirendis, quos, & quas habeo nomine meo, & Gradensis Ecclesiæ, vel habere possum ego, vel successores mei in futurum adversum Uldericum Aquilejensem Patriarcham, & ejus Ecclesiam super Episcopatibus Istriæ, & super thesauris, quos Poppo Aquilejensis Patriarcha de Grado asportavit, & super possessionibus, quas Gradensis Ecclesia habuit in Mursiano, & in territorio Aquilejen. in Ceneten. & in Mariano, & in præfatis Episcopatibus; & hanc renunciationem facio vobis Domino Joanni Vicentino Episcopo, & Romulo Aquilejen. Ecclesiæ magistro scholarum, procuratoribus V. Aquilejensis Patriarchæ constitutis ad transigendum, & paciscendum super controversiis, quas ego nomine Gradén. Eccl. movebam coram D. Alexandro Papa III Ecclesiæ Aquilejen. ecclesias per vos ipsi V. Aquilejen. Patriarchæ, ac ejus Ecclesiæ. Et cedo vobis procuratoribus, & per vos ipsi V. Aquilejen. Patriarchæ, & ejus Ecclesiæ omne jus acquisitum, & acquirendum, & omnes actiones tam in rem, quam in personam acquisitas, & acquirendas, quos, & quas habeo nomine meo, & Gradensis Ecclesiæ, vel habere possem ego, vel successores mei in futurum in prædictis, & pro prædictis omnibus, servato mihi, & Ecclesiæ Gradensi jure vini, quod annuatim recipere soleo de Capite Istriæ, & salvis stationibus, & aliis, si quæ in præsentiarum ibidem possideo, & speciali jure, si quod habet Ecclesia Graden. adversum aliquem Episcoporum, vel clericorum, vel parochianorum Istriæ super aliis rebus, si quas detinent: & renuncio vobis procuratoribus, & per vos V. Aquilejen. Patriarchæ, ac ejus Ecclesiæ, quod nec ego, nec mei successores nomine Graden. Ecclesiæ amplius movebimus controversiam adversus Aquilejen. Eccl. de Metropolitico jure super iis Eccl. Aquilejen. diœc. quas nunc possidet, & Cumano, Mantuano, Veronensi, Vicentino, Paduano, Tervisino, Tridentino, Bellunensi, Feltren. Ceneten. Concordien. Tergestin. Justinopolitan. Parentino, Polen. Petenea. & Æmonen. Episcopatibus, & aliis, quas in præsentiarum ipsa Aquilejen. Ecclesia possidet, salva datione, & compositione duarum plebium, videlicet della Tisana, & de S. Floro, salvo etiam speciali jure, si quod habeo in possessionibus rerum immobilium ad .... vel alios in aliis locis, quas in prædictis locis, & rebus cessi, & renunciavi. Nos igitur prænominati procuratores, constituti ad transigendum, & paciscendum super controversiis, quas vos D. Graden. Patriarcha nomine Graden. Ecclesiæ movebatis contra Aquilejen. Eccles. pro præfata renunciatione, & cessione omnium prædictorum nomine transactionis, ac pactionis vice Domini V. Aquilejen. Patriarchæ, ejusque Ecclesiæ damus, ac tradimus vobis D. Henrico Graden. Patriarchæ, vestræque Ecclesiæ in perpetuum duas plebes, videlicet illam de la Tisana, & alteram de S. Floro, cum earum capellis omnibus cum quartesis, & omni parochiali, & diœcesano jure, habito, & acquirendo, necnon & placito christianitatis, quod est jus sinodandi, cum earũ libris, paramentis, & omnibus earum ornamentis cum cimiteriis, domibus, prædiis, & famulis si quos habent, & cum omni earum honore, ac omnibus ipsarum pertinen. excepto jure trium partium decimarum illarum plebium, & capellarum, quas tres partes Aquilejen. Eccl. in integrum reservamus: sane illi qui prædictas tres partes decimarum, vel aliquid illarum trium partium pro Aquilejen. .... tenent, vel modo aliquo tenebant, si in territorio earundem plebium, vel capellarum terram laborare inventi fuerint, Aquil. Eccl. de tribus partibus decimarum, vobis vero Grad. Patr. in cujus parochia ipsarum agricultura erit de quartesis, sive quarta parte decimarum ... agriculturę obedient, & respondebunt, prædictas autem plebes, & capellas vobis, & Ecclesię vestrę ita tradimus, & donamus, quod vos, & vestri successores de redditibus earũdem plebium, & capellarum singulis annis possitis percipere valorem 70. librarum vestræ monetæ, deductis eis, quæ presbyteri, & clerici in eisdem plebibus, & capellis divina officia celebrantes hodie per plebanos nomine beneficii habere videntur. Quæ utique beneficia per vos, & Ecclesiam vestram amodo tenebunt. Si vero præfatæ plebes, & capellæ tantas facultates habere inventę fuerint, quod ultra valorem 70. librarum monetæ, & ultra ea, quæ presbyteri seu clerici hodie ibidem per plebanos tenent nomine beneficii, aliquid superabundaverit, liceat Aquilejen. Patriarchæ illud totum detrahere, & Aquilejen. Ecclesiæ reservare; si autem dictæ plebes, & capellæ, exceptis beneficiis prædictis clericorum in suis facultatibus etiam redditibus valor. 70 librarum non habeant, Aquilejen. Eccles. usque ad eandem summam in ipsis finibus risdem plebibus supplebit. Banna quæ de placito christianitatis, vel alio placito spirituali provenire solent, in summam prædictarũ 70. librarum vobis non extimabuntur; prædictas quidem plebes, & earum capellas, & alia jura ecclesiastica pro Episcopatibus, & aliis ecclesiasticis juribus damus; possessiones autem & redditus earundem plebium, & capellarum, & reliqua in transactione posita pro prefatis possessionibus, & thesauris damus. Promittimus insuper vobis, & vestris successoribus per stipulationem sub pęna dupli, vice Aquilejen. Patriarchæ suprascriptas plebes cum prædictis earum redditibus, ab omni homine jure defensare. Promittimus etiam per stipulationẽ subnixam vobis, & vestris successoribus nomine Dom. V. Aquilejen. Patriarchæ, & ejus Ecclesiæ, quod nullo tempore veniet cõtra ipse, vel ejus successores prædictam transactionem, pactionem, & dationem per se, vel per submissam personam. Quod si hanc promissionem non observaverit ipse, vel ejus successores nomine pœnæ dare teneantur Eccl. vestræ alias duas plebes, videlicet illam de S. Paulo, & illam de Fabrocum simili ..... & tanto redditu sicut prænominatæ traditæ sunt, nisi commoniti per Graden. Ecclesiam infra duos menses post commonitionem satisfecerint, prædicta transactione, pactione, & datione in sua firmitate in perpetuum manente. Et ego supradictus Graden. Patriarcha nomine Ecclesiæ meæ promitto per stipulationem subnixam vobis prædictis procuratoribus, & per vos D. V. Aquilejen. Patriarchæ, & ejus Ecclesiæ, quod nullo tempore veniam ego, vel mei successores contra prædictam transactionem, pactionem, renovationem, & cessionem, per nos, vel submissam personam. Quod si hanc promissionem non observavero ego, & mei successores, nomine pœnæ ac jure prædictarum plebium cadamus, & ipsas Aquilejen. Ecclesiæ restituere teneamur nisi commoniti per Aquilejen. Eccles. infra duos menses post commonitionem satisfecerimus, præfata transactione, pactione, ac cessione in sua firmitate in perpetuum permanẽte, & insuper nos suprascripti procuratores vice D. V. Aquilejen. Patriarchæ promittimus vobis præfato Patriarchæ Graden. & vestris successoribus per stipulationem subnixam nomine pœnæ lib. L. Veronensium, ita quod si aliquis de jurisdictione V. Aquilejen. Patriarchæ, & ejus Ecclesiæ Graden. Ecclesiam in prædictis sibi concessis offenderit, & Aquilej. Patriarcha à Graden Patriarcha commonitus, si infra duos menses ipse malefactor non satisfecerit, ex tunc si eum non excommunicaverit, aut excommunicatum ante satisfactionem absolverit, supradicta pœna L. librarum committatur, & ego suprascriptus Graden. Patr.

pro-

promitto vobis supradictis procuratoribus, & per vos ipsi Aquilejen. Patriarchæ, & ejus Ecclesiæ per stipulationem subnixam nomine pœnæ L. libras Veronensium, ita quod si aliquis de jurisdictione mea, & Graden. Ecclesiæ, Aquilejen. Ecclesiam in prædictis sibi concessis, & renunciatis offenderit, & ego, vel mei successores ab Aquilejen. Patriarcha admoniti si infra duos menses ipse malefactor non satisfecerit, & tunc si ego vel mei successores eum non excommunicaverimus, aut ante satisfactionem absolverimus, supradicta pœna committatur. Actum est in præsentia Papæ Alexandri, & supradictorum Cardinalium, & subscriptorum testium in anno, die, & indictione supradicta. Signa manuum supradictorum D. Henrici Graden. Patriarchæ, & D. Joannis Vicentini Episcopi, & Romuli Aquilejen. Ecclesiæ Magistri scholarum præfati Aquilejen. Patriarchæ procuratorum (a) hujus cartæ rogatorum. Petrus Polen-

a Sequentia ex Patriarchali regesto supplevimus.

,, *sis Ecclesiæ Episcopus testis electus. Joannes Fe-*
,, *lix D. Papæ subdiac. testis. Magister presb. dc. Cre-*
,, *monensis Ecclesiæ Canonicus testis. Marcus Gra-*
,, *den. Ecclesiæ Canonicus & Primicerius testis. Jo.*
,, *Polen. Ecclesiæ Canonicus testis.*
,, *Philippus s. Lucæ de Venetia pleb. testis. Magi-*
,, *ster Robertus Pisanus causidicus testis.*
,, *Vivianus presb. Graden. Ecclesiæ ss.*
,, † Ego *Gerardus Paduanus Episcopus ss.*
,, † Ego *Otto Bellunensis Episcopus ss.*
,, † Ego *Joannes Vicentinus Episc. ss.*
,, † Ego *Conradus Tarvisinus Episc. ss.*
,, † Ego *Jonathas Concordien. Episc. ss.*
,, Ego *Joannes Nicolai Philippi S.R.E. Scr. in præ-*
,, *sentia D. Alexandri Papæ III. & supradictorum*
,, *Cardinalium, & prædictorum testium rogatus*
,, *à D. Henrico Patriarcha, & supradictis D.*
,, *Aquilejem procuratoribus scripsi hæc.*)

Eidem Henrico Patriarchæ etiam Lucius Tertius ann. 1182. omnia, quæ ab aliis Pontificibus concessa fuerant, ac Jadertini Archiepiscopatus subjectionem asseruit. Diploma cum sit iisdem verbis conceptum, quibus exscripsit supra Adrianus IV. hic non enarrabimus, sed tantum subscriptiones, ac tempus dati diplomatis. *Datum Vellitri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presb. Card & Cancellarii* (b) *vi. Kal. Maii, Indict. xv Incarnationis Dominicæ 1182. Pontificatus vero D. Lucii Papæ Tertii anno I.*

b XVIII. ex regest. Patr.

Ego *Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.*
† Ego *Petrus Tusculanensis Episcopus.*
† Ego *Vivianus presb. card. tit. s. Stephani in Cœlio monte.*
† Ego *Cintius presb. card. tit. S. Cæciliæ.*
† Ego *Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem.*
† Ego *Laborans presb. card. S. Mariæ Transtyberim tit. Callisti.*
† Ego *Rainerius diac. card. S. Georgii ad velum aureum.*
† Ego *Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani diac. car.*
† Ego *Ardicius S. Theodori diaconus card.*

Eodem anno 1182. (c) Henricus gravi ætate pressus, cum quinquaginta annis Gradensem Ecclesiam optime rexisset, defunctus est.

c Non ante an. 1186

,, [*Vivebat adhuc Henricus anno 1186. mense*
,, *Majo, quo ab Urbano III. privilegiorum à præde-*
,, *cessoribus Pontificibus Gradensi Ecclesiæ conces-*
,, *sorum confirmationem obtinuit, sequenti diplo-*
,, *mate.*
,, Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei
,, Ven. Fratri Henrico Graden. Patriarchæ, ejus-
,, que successoribus canonicè substituendis in per
,, petuum. Apostolicæ officium dignitatis, & cre-
,, ditæ nobis dispensationis debitum utiliter exequi
,, comprobamur, cum collatam unicuique digni-
,, tatem Ecclesiæ provida sollicitudine custodimus,
,, & singulis ecclesiis jura sua illibata studemus, &
,, integra conservare. Sicut enim non est conce-
,, deodum alieni, quod injuste requirit, ita nemi
,, ni quod sui juris est, à nobis convenit denegari.
,, Eapropter Ven. in Christo Frater Henrice Pa-
,, triarcha tuis justis postulationibus grato concur-
,, rentes assensu, Gradensem Ecclesiam, cui au-
,, ctore Deo præesse dignosceris, sub B. Petri, & no-
,, strà protectione suscipimus, & præsentis scripti
,, privilegio communimus. Igitur prædecessorum
,, nostrorum felicis memoriæ Pelagii, Alexandri,
,, Urbani II. Adriani, & Alexandri III. & Lucii
,, vestigiis inhærentes, illius præcipuè constitu-
,, tionis tenorem servantes, quam prædecessor no-
,, ster Leo IX. Papa sancivit, & synodali judicio,
,, & privilegii pagina confirmavit, tibi, tuisque
,, successoribus canonice substituendis Patriarcha-
,, lem concedimus dignitatem, & Magisterium
,, Graden. Ecclesiæ gereodum in his tantum fini-
,, bus confirmamus, qui per supradictos prædeces-
,, sores nostros eidem noscuntur ecclesiæ constituti.
,, Crucem quoque ante te ferendam esse concedi-
,, mus, nisi cum Romæ fueris, aut in præsentia,
,, vel comitatu Romani Pontificis. Pallium etiam,
,, plenitudinem videl. pontificalis officii fraterni-
,, tati tuæ ex Apostolicæ sedis liberalitate largi-
,, mur, quo intra ecclesiam tuam ad missarum sol-
,, lemnia celebranda uti memineris, eis diebus qui-
,, bus prædecessores tuos usos fuisse cognoscis, vid.
,, in Nativitate Domini, Epiphania, Ypopanti,
,, tribus festivitatibus S. Mariæ, Cœna Domini,
,, Sabbato Sancto, Resurrectione Domini, Ascen-
,, sione, Pentecostes, in natalitio S. Jo: Baptistæ,
,, & omnium Apostolorum, in festivitatibus quo-
,, que S. Marci, S. Prothomartyris Stephani, S.
,, Laurentii, S. Martini, in solemnitate omniom
,, Sanctorum, & principalibus Ecclesiæ tuæ festi-
,, vitatibus, nec non Ecclesiarum, Episcoporum,
,, & cæterorum Clericorum consecrationibus, &
,, anniversario consecrationis tuæ die. Cujus uti-
,, que dignitatem in bonis per omnia te volumus
,, vendicare, ut vid. in corrigendis subditis plus
,, apud te possit ratio, quam potestas, atque te bo-
,, ni dulcem, mali vero pium sentiant correctorem,
,, personas diligas, & subjectorum vitia persequa-
,, ris, ne si aliter agere forte volueris, transeat in
,, crudelitatem correctio, & perdas quos desideras
,, emendare: sicque vulnus debes abscindere, ut
,, non possis quod sanum est ulcerare, ne si ferrum
,, plusquam res exigit, imprimatur, noceat cui
,, prodesse festinas; sed sic alterum condiatur ex al-
,, tero, quatenus & boni habeant amando quod ca-
,, veant, & mali metuendo quod diligant. Præte-
,, rea oe commissa regimini & dispensationi tuæ
,, præfata Graden. Ecclesia, quæ de benignitata
,, Apostolicæ sedis prærogativa gaudet honoris, ex
,, brevitate Patriarchatus inferior, & abjectior va-
,, leat apud simpliciores haberi, ad ampliandam
,, dignitatem ipsius, Prioratum ei super Jaderti-
,, num Archiepiscopatum, & Episcopatus ejus
,, Apostolica auctoritate concedimus, & tam te,
,, quam successores tuos Jadertino Archiepiscopo,
,, & Episcopis ejus, qui pro tempore fuerint, di-
,, gnitate primatus statuimus præsidens, & conse-
,, crationis munus eidem Archiepiscopo impartiri,
,, Romano quidem Pontifici traditione pallii re-
,, servata. Statuimus etiam ut quæcunque bona,
,, quascunque possessiones eadem Graden. Ecclesia
,, in præsentiarum juste, ac canonice possidet, aut
,, in futurum justis modis deo propitio poterit adi-
,, pisci, firma tibi, tuisque successoribus & illiba-
,, ta permaneant. Porro Ecclesias à religiosis vi-
,, ris ipsi Graden. Ecclesiæ oblatas per Episcopa-
,, tum tuum constitutas, tibi, tuisque successori-
,, bus libere confirmamus, itaut nulli Episcopo
,, absque tuo assensu in eis liceat consecrationes ce-
,, lebrare, aut sacerdotibus in eisdem Domino ser-
,, vientibus, donec in locis ipsis fueris, divina of-
,, ficia prohibere. Decernimus ergo ut nulli &c. Si
,, qua &c. Cunctis autem &c.
,, Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episc. ss.
,, Ego Henricus Albanen. Episc. ss.
,, Ego Paulus Prænestinus Episc. ss.

Ego Theobaldus Ostien. & Velletren. Episc. ss. A
Ego Jo: Presb. Card. tit. S. Marci ss.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Savinæ ss.
Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Trantyberim tit. Calisti ss.
Ego Pandulfus Presb. Card. tit. XII. Apostolorum ss.
Ego Melior Presb. Card. SS. Jo: & Pauli tit. Pamachii ss.
Ego Adelardus tit. S. Marcelli Presb. Card. ss.
Ego Jacobus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin ss.
Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani Diac. Card. ss.
Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi Diac. Card. ss.
Ego Sofredus S. Mariæ in via lata Diac. Card. ss.
Ego Rolandus S. Mariæ in portica Diac. Card. ss.
Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. ss. B
Ego Radulfus S. Georgii ad velum aureum Diac. Card. ss.

Datum Veronæ per manum Moysis vicem agentis Cancellarii, II. Kalen. Junii, Indict. IV. Incarn. Dom. an. 1186 Pontificatus vero D. Urbani Papæ III. anno I.

Huic scribit Alexander III. in causa electionis Torcellani Episcopi c. 25. de appellat. & c. 5. de sortilegiis eidem præcipit, ut per annum ab altaris ministerio presbyterum quemdam suspendat, ex eo quod per Astrolabii inspectionem furtum de bonis ecclesiæ inquisiverit, licet hoc simpliciter fecerit. Item Innocentius III. Graden. Patriarchæ c. 16. de verborum significat. Extat etiam apud Harduinum in Concil. tom. 6. par. 2. col. 1542. Alexandri III. Epistola ad Henricum Gradensem Patriarcham, & Episcopos Marchiæ, qua illis significat se Romæ optime exceptum esse, ibique Pontificium munus exercere, eosque hortatur, ut sint constantes adversus Schismaticos.] C

XX XVIII 40 JOANNES Sigonale a suffectus est anno 1182. b cui Clemens III. omnia jura, ac privilegia confirmavit. Et Cœlestinus III. eidem concessit decimas ecclesiæ S. Archidani in urbe Constantinopolitana his ad ipsum datis litteris.

a Sigonius, vel Signolo.
b Non ante an. 1186

Cœlestinus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Graden. Patriarchæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Si quando à fratribus, & coepiscopis nostris à nobis requiritur quod à tramite rationis non deviet, eorum postulationi facile nos convenit præbere consensum, ut eo fortius circa injunctum sibi officium intendere valeant, & in nostra devotione persistere, quo se à nobis benignius, ac celerius senserint exauditos. Inde est, quod cum ecclesia s. Archidani apud Constantinopolim te habere proponas, quidam suffraganeorum tuorum decimas à Parochianis ejusdem ecclesiæ, qui de suis partibus ad earumdem parochiam sæpe domicilia transferunt, ea occasione instanter requirunt, quia patres eorum, avi, sive proavi decimas ipsius aliquando persolverunt & ad ipsas decimas extorquendas . . . . suos vicarios transmittere non formidant, non attendentes, quod licet ipsi Parochiani, eorum aliquando fuerint, ex quo, se ad alienam Parochiam transtulerint, manum non liceat cuiquam in messem mittere alienam. Ideoque nos indemnitati tuæ sollicite providere volentes, fraternitati tuæ præsentium auctoritate concedimus, ut liceat tibi à Parochianis præscriptæ ecclesiæ tuæ B. Archidiani, non obstante quod eorum antecessores prædictis suffraganeis tuis, dum in ipsorum Parochia permanebant, decimas persolverunt, libere decimas percipere, & tenere. Nihilominus etiam jus conventuale, quod in capellis ecclesiæ prænominatæ tibi de jure competit, sine contradictione cujuslibet de auctoritate nostra, valeas exercere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud s. Petrum 3. Id. Februarii Pontificatus nostri anno 1.

Anno 1200. ab Innocentio III. diploma accepit Joannes Patriarcha super institutionem quarundam ecclesiarum, & decimas exigendas à parochianis earumdem ecclesiarum, cujus tenor talis est ex eodem tabulario.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Joanni Graden. Patriarchæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facile præbere consensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter Venerab. in Christo frater tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesias S. Sylvestri, S. Jacobi de Luprio, S. Martini in Geminis, s. Matthæi, Ss. Cantiani, & Cantianillæ, s. Mariæ de Cruciariis, s. Clementis in Venetia, ecclesiam etiam s. Archidani baptismalem in Constantinopoli, cum omni jure institutionis, & destitutionis earum, & decimis burgensium parochianorum suorum, qui in prædicta ecclesia S. Archidani ecclesiastica percipiunt sacramenta, ac justitiis, quas habet in capellis monasteriorum s. Nicolai, s. Felicis, & s. Georgii, & omnibus aliis pertinentiis earumdem sicut eas juste possides, & quiete tibi, & pro te Graden. Eccl. auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino, &c. Si quis autem, &c. se noverit incursurum.

Dat. Laterani 3. Id. Maii, Pontificatus nostri anno 3.

C Paulo ante quam Innocentius hoc insigniret privilegio Joannem Patriarcham, aliud cudit documentum in favorem ejusdem, ut nomen ipsius, nomini Ducis Venetiarum in benedictione cerei, juxta antiquam consuetudinem, ac dignitatem Gradensis Patriarchæ, præferretur, in hunc modum.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Plebanis, & universo Clero Castellanensis Episcopatus salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad conquisitionem venerabilis fratris nostri Patriarchæ Graden. qui se querebatur in hoc a vestro Episcopo prægravari, quod contra consuetudinem antiquam, quam etiam ipse hactenus observaverat, nomen Patriarchæ nolebat in benedictione Cerei nomini Ducis præferre, sibi recolimus Apostolicas literas destinasse, ut Matris suæ Gradensis Ecclesiæ, aliorumque Coepiscoporum suorum vestigiis inhærendo, ipsi Patriarchæ honorem debitum non negaret. Quocirca universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vos ipsi quemadmodum consuevistis hactenus, & in aliis Gradensis Patriarchatus ecclesiis observatur, Patriarchæ D *nomen pronuncietis antiquo more, ne hominem videamini Deo præferre, cujus idem Patriarcha minister existit. Attentius provisuri, ut super his, quæ permisimus, non referatis ulterius quæstionem, alioquin quantumcumque præfato Duci, prout cum Deo possumus, deferre velimus, quem syncera diligimus in Domino charitate, quam grave sit superiorum nolle obedire præceptis, sequentia vos docerent.*

Datum Laterani 11. Kalend. Maii, Pontif. nostri anno 3.

Excessit Joannes c sub eodem Innocentio III. de quo Dandulus in chronica.

c Anno circiter 1200.

41. BENEDICTUS Falerius ex Primicerio s. Marci toto consentiente Clero Gradensis Patriarcha electus est, d & ab Innocentio pallium, & benedictionem accepit post annum 1201. extremisque XX XIX.

d Anno circiter 1201.

au-





annis ejusdem Pontificis excessit *a* è vivis. Fuitque vir nobilitate generis, ac pietate eximia præditus.

a Obiit an. circiter 1210.





XL

43 ANGELUS Barocclus Venetus, Plebanus S. Joannis de Rivoalto, ac S. Marci capellanus, electus est Patriarcha, *b* successitque Benedicto. Pallium accepit, ac confirmationem omnium privilegiorum ab Innocentio III. sub quo Lateranensi Concilio interfuit.

b Anno 1212.

(„ *Cuso diplomate, quod cum sit iisdem omnino*
„ *conceptum verbis, ac supra allatum Urbani* III.
„ *hic referre prætermittimus. Ejus vero subscri-*
„ *ptiones, & Datum sunt.*
„ Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episc. ss.
„ Ego Pelagius Albanen. Episc. ss.
„ Ego Cinthius tit. S. Laurentii in Luc. Pr. Car. ss.
„ Ego Centius SS. Io. & Pauli Presb. Card. tit.
„ Pamachii ss.
„ Ego Leo tit. S. Crucis in Hierus. Presb. Card. ss.
„ Ego Petrus S. Pudentianæ tit. Pastoris presb.
„ Card. ss.
„ Ego Guala S. Martini presb. Card. tit. Equi-
„ tii ss.
„ Ego Oct. SS. Sergii & Bacchi Diac. Card. ss.
„ Ego Jo. Ss. Cosmæ & Damiani diac. card. ss.
„ Ego Angelus s. Adriani Diac. card. ss.
„ Ego Petrus s. Mariæ in Aquiro Diac. card. ss.
„ Datum Signiæ per manum Raynaldi Acolythi
„ & Capellani D. Innocentii Papæ III. 3. Non.
„ Augusti Indict. prima Incarn. Dom. anno 1213.
„ Pontificatus vero ejusdem D. Innocentii Papæ
„ III. anno XVI.)

In Angeli gratia, inquit Dandulus, *Matthæus Constantinopolitanus Patriarcha declaravit, ut Venetorum Ecclesiæ per totum Imperium Romaniæ a jurisdictione sua intelligerentur exemptæ, ut fuerunt tempore Græcorum.* Anno 1221. à Nativitate, Angelus ab Honorio III. Papa, quicquid superiores Pontifices Patriarchis Gradensis Ecclesiæ super nonnullis ecclesiis indulserant, liberaliter habuit affirmationem, hoc diplomate cuso, quod extat in Regest. Vatic.

Honorius, &c.

Venerabili fratri Graden. Patriarchæ salutem & Apostolicam benedict. Justis petentium desideriis, &c. Ea propter in Christo frater eius justis postulationibus grato concurrentes assensu ad exemplar felicis recordationis Innocentii Papæ prædecessoris nostri ecclesias S. Sylvestri, S. Jacobi de Lupino, *c S. Martini de* Geminis, *S. Matthæi, SS. Cantiani, & Cancianillæ, S. Mariæ de Cruciariis, S. Clementis in Venetia, ecclesiam etiam S. Akidani Baptismalem in Constantinopoli cum omni jure institutionis eorum, & decimis burgensium parochianorum suorum, qui prædicta ecclesiæ S. Akidani ecclesiastica percipiunt sacramenta, & Justitiis, quas habet in capellis monasteriorum S. Nicolai, S. Felicis, & S. Georgii, & omnibus aliis pertinentiis earundem, sicut eas juste possides, & quiete tibi per te Graden. Ecclesiæ authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, &c.*

c De Lupio.

Datum Laterani 6. Kal. Feb. Pont. nostri anno 4.

Inter hunc vero Angelum Patriarcham, & Marcum Castellanum Episcopum, quarundam jurisdictionum occasione oborta est implicita lis, quæ cum coram delegatis Gregorii IX. Papæ diu exagitata fuisset, tandem per judices ipsos anno 1230. terminata est, & ab ipso Gregorio confirmata anno Pontificatus sexto. Documentum dabimus, dum de Marco Castellano Episcopo infra aliqua narrabimus. Fuit Angelus apud eundem Gregorium mirum gratiosus, à quo in favorem, & munimentum suæ dignitatis hujusmodi retulit rescriptum anno 1234. nimirum ut campanæ pulsarentur in ejusdem reditu de Gradensi Ecclesia, ac in Castellana diœcesi in benedictione Paschalis cerei, debeat nominari. Documenti exemplar habuimus ex eodem Patriarchali tabulario.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Episcopo Vicentino, & dilectis filiis Archipresbytero Paduano, & R. Archidiacono Ceneten. salutem, & Apostolicam benedictionem. Exposita nobis venerabilis fratris nostri Graden. Patriarchæ petitio continebat, quod cum de antiqua consuetudine hactenus approbata obtinuerit, ut in reditu suo de Grado, campanæ pulsentur, & idem in benedictione Paschalis cerei in Castellana diœcesi debeat nominari. Venerabilis frater noster Castellan. Episcopus hoc fieri in sua diœcesi de novo inhibere præsumpsit, in ejusdem Patriarchæ præjudicium, & gravamen. Et licet dudum Episcopo supradicto direximus scripta, ut ne inter ipsum, & Patriarcham, eundem occasione hujusmodi materia scandali oriretur, faceret ipsi Patriarchæ exhiberi sine difficultate qualibet supradicta; vobis dantes nihilominus in mandatis, & ut si dictus Episcopus mandatum nostrũ negligeret adimplere, vos inquisita super præmissis diligentius veritate, causam ipsam ad nos remitteretis sufficienter instructam, præfigentes partibus terminum competentem, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui præsentarent, justam dante domino sententiam recepturi; Vos sicut eodem Patriarcha significante, nobis innotuit, præscripto Episcopo, quod mandavimus, efficere neglexistis, detinentes jam dictum negotium per octo mensium spatium, & amplius in suspenso, in ipso juxta traditam vobis formam hactenus motu proprio procedere neglexistis, ab eodem Patriarcha pluries requisiti, propter quod ipse suam nondum potuit justitiam obtinere. Volentes igitur, ut finis litibus imponatur, discretioni vestræ per iterata scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus si est ita, in negotio supradicto, infra quatuor mensium spatium post susceptionem præsentium juxta priorum continentiam litterarum, omni occasione, & excusatione cessantibus, ratione prævia procedatis. Alioquin noveritis dilectis filiis . . . . . Decano, & Henrico dicto Plebano Tarvisino, & Thomæ Francisc. S. Marci de Venetiis Canonicis nostras dedisse litteras in mandatis, ut ipsi extunc in negotio sæpefato juxta traditam vobis formam, sublato cujuslibet appellationis, & contradictionis impedimento prævia ratione procedant.

Datum Reatæ 3. Non. Augusti Pontif. nostri an. 8.

Pervenit Angelus ad annum 1238 quo, teste Dandulo, mortem appetiit, Duce Jacobo Theupolo, anno ejusdem nono. (,, *Gradensi Patriarchæ scribit Gregorius IX. tabibens ei, ne juramentum à Cupellano Episcopo exigat ultra formam statutam à* ,, *Canone Cap. dilecti filii de Maj. & Obed.*)

XLI. 43 LEONARDUS Quirinus nobilis Venetus ex Primicerio S. Marci eandem Gradensem sedem ascendit anno 1238. Extrema claosit sub Innocentio IV. (,, *Anno scilicet 1244.*)

XLII. *a An. 1244.* 44 LAVRENTIUS post Leonardum Gradensis Patriarcha dictus est *a*, de quo nulla alia extat memoria, præter oudam nomen apud Dandalam, quem aliqui Ordinis Prædicatorum fuisse cucullatum scribunt. Vixit *b* usque ad extrema Innocentii IV. tempora. (,, *De hoc tractat Bordonus in Thesauro Ecclesiæ Parmen. cap. 6. p. 215.* Man dosias.]

b ad 1255.

XLIII. 45 Fr. ANGELVS Maitraversus, Venetus, ex Ord. Prædicatorum Archiepiscopus Cretensis, ab Alexandro IV. ad hanc Patriarchalem Sedem translatus est aono 1255. & Capitulo Gradensi per epistolam commendatus, quæ extat in Regest. Vat. num. 438. fol. 67. Datum Neapoli 5. Kal. Ianii anno I. Fuit Angelus homo doctus, sagax, ac in rebus humanis tractandis prudentia mirabilis, quippe qui ab adolescentia D. Dominici disciplinam amplexus, litteris excultus, excellens Theologus, Philosophusque evasit, & apud Romanos Pontifices virtute, & auctoritate polluit, variaque negotia, & implicita adversus Federicum II. Imperatorem Ecclesiæ hostem amplexus, perbelle complevit, & Innocentii IV. gratiam promeruit, à quo primum Ferrariensi Episcopatu donatus est, mox Cretensis Archiepiscopus fuit, & Graden. Patriarchatu cohonestatus ab Alexandro IV. successore. Ipse vero omnem conatum adhibuit, ut deperdita jura ad Gradensem Ecclesiam suam redirent, ac donata privilegia iterum affirmarentur ab eodem Alexandro anno sui Pontificatus 2. Diploma ipsam nos ipsi vidimus in Regesto Vaticano pagina 183. ejusdem anni, quod iisdem fere verbis conceptam legimus, quibus ab Adriano IV. exscriptum fuerat. [,, *Extat in Patriarchali regesto, ubique hi leguntur subscripti.*

,, Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episc. ss.
,, Ego Odo Tusculanus Episc. ss.
,, Ego Stephanus Prænestinus Episc. ss.
,, Ego Fr. Io. tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. ss.
,, Ego Fr. Ugo tit. S. Sabinæ Presb. Card. ss.
,, Ego Riccardus S. Angeli Diac. Card. ss.
,, Ego Octavianus S. Mariæ in via lata Diac. Card. ss.
,, Ego Petrus S. Georgii ad velum aoreum Diac. Card. ss.
,, Ego Ottobonus S. Adriani Diac. Card. ss.
,, Ego Jo. S. Nicolai in carcere Tolliano Diac. Card. ss.
,, Datum Anagniæ per manus magistri Rolandi S.R.E. Vicecancellarii 2. Idus Julii Indict. XIV. Incarn. Dom. an. 1256. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ IV. anno secundo.)

A Eodem anno, qui fuit salutis 1256. idem Alexander in favorem Angeli hujusmodi teoria scripsit epistolam ad S. Felicis cæterosque Gradensis Patriarchatus Abbates, quam hic exscribimus ex citato Patriarchali Tabulario.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis S. Felicis Abbati, & universis Abbatibus Patriarchatus Gradensis salutem, & Apostolicam benedictionem. Etsi ex injuncto nobis Apostolatus officio, jura teneamur defendere singulorum, illis tamen, qui Pontificali sunt prædits dignitate, in eorum justitiis confovendis, tanto libentius assistere volumus & debemus, quanto à Romana Ecclesia in partem ejus sollicitudinis evocati, Apostolicum patrocinium meruerunt specialius, & favorem. Cum igitur sicut ex narratione Venerabilis fratris nostri Graden. Patriarchæ nobis innotuit, quandoque eum oporteat inevitabili exigente necessitate Gradum accedere, & in ejus transitu à vobis consueverit processionaliter recipi, & ei procuratio debita exhiberi; licet id hactenus fuerit irrefragabiliter servatum, quidam tamen vestrum in supercilium elationis erecti, ab exhibitione tam consueti honoris, quam debitæ procurationis se subtrahere voluntatis propriæ motu attentant, & debitam reverentiam dicto Patriarchæ subtrahunt. Volentes itaque prædicti Patriarchæ jura conservari penitus illibata, universitati vestræ ad instar felicis recordationis Innocentii Papæ prædecessoris nostri per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus tam processionis honorem, quam debitæ procurationis obsequium dicto Patriarchæ, cum per vos transitum habere contigerit, sicut debetis, & hucusque fecistis, omni contradictione, etiam Apostolica cessante, exhibere minime postponatis; alioquin sententiam quam ipse in contumaces, & rebelles canonice tulerit, ad exemplar prædecessoris ejusdem ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, inviolabiliter observari.

Datum Anagniæ 6. Id. Iulii Pontif. nostri anno 2.

C Eodem aono, dieque in favorem ejusdem Patriarchæ Abbatibus, & Prioribus Gradensis Patriarchatus aliam scripsit epistolam Alexander, piam consuetudinem confirmans, qua novis Patriarchis singuli singulos lectos exhibere soliti erant.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Prælatis in Patriarchatu Gradensi constitutis salutem, & Apostolicam benedictionem. Sicut venerabilis frater noster Graden. Patriarcha sua nobis insinuatione monstravit, cum quis in Graden. Patriarcham assumitur, vos ei de consuetudine approbata apud vos solemni lectos singulos exhibere. Quocirca universitatem vestram, ad instar felicis recordationis Innocentii Papæ prædecessoris nostri, rogandam duximus, & monendam per Apostolica scripta vobis mandantes, quatenus eidem Patriarchæ lectos ipsos prout consuevistis hactenus sine difficultate qualibet exhibere curetis, alioquin sententiam, quam idem propter hoc rationabiliter tulerit
D *in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.*

Datum *Anagniæ 6. Id. Iulii, Pont. nostri anno 2.*

Angelus deinde cum per sexdecim annos maxima, cum pietatis, & prudentiæ laude Gradensem rexisset Ecclesiam lethalis morbi vi consumptus decessit anno 1271.

46. JOANNES patria Anconitanus, Episcopus Monovacensis, vir eximius, & Gregorio X. Pontifici in paucis charus, ad Gradensem Sedem translatus est ab eodem Gregorio 5. Id. Septemb. anno 1272. cujus memoria extat in Reg. Vatic. ep. 183. f. 21. Defunctusque est, postquam laudabiliter sedisset annis fere octo, iisdem privilegiis exornatus, quæ aliquando Pontifices Gradensibus Patriarchis asseruere. XLIV.

47. GUIDO, Ordinis Eremitarum s. Augustini, doctrina, & in rebus agendis illustris, Capellanus XLV.

Pe-

Petri Diac. Cardinalis S. Georgii à Nicolao III. 8. Kal. Junii anno 1279. Gradensis Patriarcha electus: verum fato functus est anno 1288. de quo in Reg. Vatic. ep. 116. f. 32. (*& apud Michael. Justinian. in Historia Episcoporum & Gubernatorum Tiburtinorum p. 47. & 244.*)

XLVI 48. LAURENTIUS post Guidonem Patriarcha Gradensis renunciatus a Nicolao IV. Pontifice 8. Kal. Januarii anno salutis 1289. pontificatus 2. (1) postquam quidam Fr. Bonifacius Ord. Prædicatorum à Capitulo postulatus, suo juri libens, nolensque nuncium remisisset. Hujus nulla alia memoria exstat, nisi ea, quæ diximus in Regest. Vatic. epist. 720. fol. 272. Obiit Laurentius anno 1295.

XLVII 49. Fr. AEGIDIUS, Ferrariensis a Ordinis Prædicatorum insignis alumnus, ad hanc sedem Gradensem assumptus est à Bonifacio VIII. anno 1295. 14. Kal. Junii. Is an. 1308. à Clemente V. Papa una cum fratribus Lupo Ord. Præd. & Athanasio Or. Minorum Legatus missus est ad Regem Russiæ Urosium, de quo legendus Odericus Raynaldus t. 15. Translatus deinde est Ægidius à Clemente V. ad Alexandrinum Patriarchatum anno 1310. ut in Reg. Vatic. habetur, de quo forte alia in libello nostro Orientalium Patriarcharum plura.

a De eo Augustinus Superbus in opusculo virorum illust. Ferrarien. par. 1. p. 11. Manuscr.

(*Initio sui regiminis Provinciale Concilium celebravit Ægidius, in quo plura fuerant saluberrime sancita tum ad disciplinam Ecclesiasticam, tum ad divinorum officiorum ritus, Clerive mores pertinentia. Ea invenimus in tabulario Collegiatæ Ecclesiæ s. Mariæ, & S. Donati de Muriano enarata in vetusta membrana, situ, ac antiquitate corrupta, & quatenus potuerunt describi, hic diligenter apponi curavimus, cum adhuc ex his nonnulla inter nos vigeant, observenturque.*

Airon Dei, & Apostolica gratia Episcopus Torcellanus dilectis in Christo filiis plebano S. Mariæ, ejusque collegio, seu capitulo, plebano S. Stephani, & collegio, plebano S. Salvatoris Vicario, seu rectori, suoque Capitulo, necnon plebano Vicario, seu rectori S. Martini, & ipsius Capitulo Ecclesiarum de Muriano diœcesis Torcellanæ nostræ ditioni subjectis salutem in Domino Jesu Christo. Vestra novit dilecta charitas præsenter quod nuper videlicet de mense Julio proxime præterito in crastinum festi Beatorum martyrum Hermacoræ, & Fortunati currente anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto Indictione nona die Veneris tertiodecimo intrante mense præscripto, convocato provinciali Concilio apud Gradum per venerabilem Patrem D. Fratrem Ægidium Dei, & Apostolica gratia Patriarcham Gradensem, Dalmatiæque Primatem inter cætera, quæ ad utilitatem animarum, & bonum statum clericorum, & Ecclesiarum, seu Monasteriorum provinciarum Gradensis, & Jadrensis ordinata, stabilita, & servari mandata fuerunt, quæ omnia, & singula vobis curavimus publicare, & exponere, convocato per nostras literas speciales toto clero nostræ civitatis, & diœcesis Torcellanæ ad hoc specialiter in nostra Cathedrali Ecclesia Torcellana anno Domini suprascripto die Lunæ XII. exeunte Augusto, stabilita, ordinata, & mandata specialiter fuerunt quædam, quæ vos, vestras Ecclesias, seu plebes, & alios nostræ civitatis, & diœcesis Torcellanæ clericos seculares tangere specialiter dignoscuntur: quæ quidem mandavimus, & mandamus distincte per vos, & alios aliarum Ecclesiarum prædictæ nostræ civitatis, & diœcesis clericos, & prælatos hinc ad proximum festum Beati Michaelis nunc venturum in scriptis, & sub nostro haberi sigillo; & eadem inviolabiliter observari una cum nostris constitutionibus synodalibus, & aliis per nos alias diversis locis, & temporibus publicatis, quas etiam per hæc scripta innovamus, approbamus, & ratificamus. Constitutionum autem dicti Concilii vos, vestras Ecclesias, & alios tum prælatos, & subjectos tangentium tenor dignoscitur esse talis.

Multis undique natura novitatibus utens, sic dictum est in legibus jam hoc sæpè proœmium, dicitur autem & iterum, donec illa, quæ sua sunt, operatur, ad opus multarum nos pertrahit legum. Nostræ itaque intentionis sollicitudo remediis invigilans subjectorum non cessat inquirere, si quid sit in nostra jurisdictione corrigendum. Et ob id nos Frater Ægidius Dei, & Apostolica gratia S. Gradensis Ecclesiæ Patriarcha Dalmatiæque Primas una cum venerabilibus fratribus, & suffraganeis nostris, videlicet Dominis A. civitatis novæ, N. Caprulano, A. Torcellano, H. Clugiensi, B. Castellano eadem dei gratia Episcopis. M. Abbate S. Mariæ de Barbanno Gradensis diœcesis, Petro Nicolao Clerico de Vicentia procuratore Ven. patris D. fratris J. Jadrensis Archiepiscopi, & Vicario Episcopi Abserensis, & Marino Piloso plebano S. Stephani de Jadra procuratore Capitulorum Jadrensis, & Abserensis, & Petro Archidiacono Veglenti, & Vicario Episcopi Veglensis, presbytero de Segna plebano S. Thomæ de Arbo procuratore D. Episcopi Arbensis, & totius Capituli, & Ecclesiarum Arbensium, & Petro Bonsemblante S. Sylvestri de Venetiis procuratore D. Episcopi Equilini ad hoc specialiter convocatis, reformationibus, informationibus, & correctionibus tam clericorum, quam religiosorum, & aliarum sæcularium personarum provinciarum Gradensis, & Jadrensis in provinciali Concilio apud Gradum in nostra Metropolitana Ecclesia congregato salubriter intendentes, prædecessorum nostrorum statuta jussimus recitari, ex quibus pluribus confirmatis, revocatis aliquibus, & quibusdam in melius reformatis nonnulla auctoritate Concilii duximus adjungenda.

I Sancimus, ut Sacerdos, qui corporali impedimento cessante, vel sui officii . . . . . . matutinis non interfuerit in Ecclesia celebrandis, missam non celebret ea die. Sed & si tali fuerit impedimento detentus, missam dicere non præsumat, nisi saltem per se dixerit Matutinas. Transgressores autem hujus constitutionis quilibet de Ecclesia, vel unus aliorum nomine teneatur Episcopo propalare ut modo culpæ debitè puniantur. Ab hoc vero plebanos excipimus, quibus propter prælaturam duximus deferendum, ut non teneantur matutinis quotidie interesse, qui tamen propter curam animarum ratione prælaturæ ad servitium Dei magis se noverint obligatos.

II. In Choro omnes Clerici silentium teneant, maxime cum psalmi dicuntur, aut missæ officium celebratur, nisi propter necessitatem eos loqui oporteat, vel utilitatem. Transgressor verò à suo Prælato corripiatur, & sicut justum fuerit, puniatur.

III. Laici autem tam mares, quam fœminæ admoniti à Prælato, et Ecclesiarum presbyteris similiter silentium teneant. Transgressores autem inprimis à sacerdotibus acerrimè corripiantur. Pueri, qui divinum officium suo tumultu, & rumore impediunt, & perturbant, à parentibus, vel eorum magistris, ut taceant, castigentur. Negligentes verò parentes, & magistri in correctione, & pœnitentiis à suis confessoribus puniantur.

IV. Statuimus, ut in ferialibus diebus, quando plures missæ cantantur, simul tantum una

missa

(1) Laurentius iste, natione Italus, patria Parmensis fuit, & ordinis Dominicani alumnus, ut scribit Fontana in Theatro Domin. Mortuus sepulturæ traditus est in Ecclesia sui Ordinis SS. Joannis, & Pauli. Hujus regulare institutum reticuit Ughellus, nec asseruit de priore Laurentio supra memorato, ut ipsi velut erranti adscribit allegatus Fontana, qui dum Bonifacio capitularis electionis confirmationem factam fuisse dicit à Nicolao IV. 6. Kal. Januarii ejus anni 1288. ab eodem Pontifice attributam hanc sedem consensit Laurentio 8. Kalend. ejusdem Januarii ita secum pugnans. Bene igitur Ughellus rejecta postulatione Bonifacii scripsit de Laurentio ex regest. Vatic. cui demortuo capitulum delegit in successorem Fr. Florium Ord. Prædic. Veneti conventus . . . . . qui tantum onus recusavit subire, de quo Fontana. *Laurentius*.

missa in Ecclesia alta voce cantetur. Aliæ vero sic dimissa voce cantentur, quod nullus sonus non sit, vel modice audiatur. Et nemo Sacerdos ante evangelium communis missæ celebrare præsumat. In festivis autem diebus antequam sanctus dicatur in missa solemni nullus sacerdos derelinquat chorum pro missa cantanda; & qui serio, & studiose contraiverit in prædictis pęna sex denariorum mulctetur in fabrica Ecclesiæ convertenda.

V. Quia in toto Patriarchatu nostro Regem alium, vel Principem non habemus, pro cujus incolumitate, ac felici prosperitate, quod est nostræ patriæ, ad Dominum pias preces fundere valeamus, nisi inclitum Ducem nostrum Venetiarum, statuimus ut in loco Canonis missæ in secreta, ubi dicitur, *Una cum Papa nostro, & Episcopo nostro &c.* immediate jungatur, *& Duce nostro*, expresso nomine, *& pro bono statu Venetiarum &c.* quæ ibidem sequuntur.

VI. Nullus in ambone, seu pulpito in lectorio, aut ante altare, sive sacerdos fuerit, sive cujuscumque alterius ordinis clericus legere, vel cantare capite velatu præsumat, neque in choro dicendo orationes, vel antiphonas, aut versum responsorii in eo offitio inchoando. Zupellos quoque, cum ante altare legit, vel cantat, omninò deponat; qui vero contrafecerent, a suis prælatis inferioribus corripiantur; & si fuerint incorrigibiles, à suis Episcopis puniantur.

VII. Ne melodiæ, seu cantilinæ in Epistolis, Evangeliis, & præfationibus, dum cantantur, intellectum audientium impediant, vel perturbent, & propter hoc in mentibus fidelium devotio minuatur, auctoritate sacri Concilii duximus statuendum, ut Epistolæ, & Evangelia, & præfationes in missis exceptis, Liber generationis, & factum est autem, & primis Evangeliis Diaconorum cum melodiis præter Episcopi licentiam nullatenus decantentur: transgressores autem per septimanam ab officio, & beneficio sint suspensi. Eadem pœna duximus puniendos Sacerdotes, qui publice in exequiis mortuorum de cætero dixerint absolutionem Iliam, quæ incipit: *In ea potestate &c.* cum solum ad Episcopos pertinere noscatur.

VIII. Ordinamus, atque statuimus ad honorem BB. Martyrum Hermacoræ, & Fortunati, ut de ipsis fiat memoria in ferialibus diebus tam in matutinis, quam in Vesperis, & idem fiat de B. Marco.

IX. Statuit præsens Concilium, ut omnes Sacerdotes alicujus Ecclesiæ sive sani fuerint, sive infirmi, vel senio confecti in beneficio votivarum missarum societatem habeant.

X. Absentes extra civitatem sive cum licentia, sive sine de obligationibus votivarum missarum suum ..... percipiant, sicut plebani ..... sacerdotibus voluerint ordinare. Clerici translati de una Ecclesia ad aliam sive in decimis, quæ ceciderint, sive in obligationibus aliis nihil commune habeant cum priori salvo qui plebanatum alicujus Ecclesiæ, & Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, aut S. Marci de Venetiis potest interveniente canonica dispensatione simul recipere, & tenere. Illos, qui translati sunt sine Prælatorum suorum licentia, vel deinceps transferentur ad partes alias ibidem beneficia consequentes, si non redierint infra annum in toto nostro Patriarchatu cum beneficio Ecclesiastico privamus, sive prælaturam habeant, sive non. In tasagio exillentes nullum beneficium percipiant, & de decimis illorum, qui moriuntur, si tempore solutionis præsentes fuerint, in quocumque ordine recipiant partem suam, sive antea mortui fuerint, sive post. Hoc autem intelligimus generaliter de omnibus Clericis, ut tempore solutionis in quocumque ordine inveniantur, sive in parte, sive in toto decimæ persolvantur, sive securitates de toto, vel de parte factæ fuerint, sive non, recipiant partem suam.

XI. Volentes animarum periculum obviare rationabili providentia duximus statuendum, ut ad solutionem decimarum prædialium omnes universaliter teneantur, sive clerici sint, sive laici, aut monachi, aut etiam Regulares, nisi compositione legitima muniti fuerint, vel privilegio speciali, quoniam ipsas sibi Dominus in signum universalis dominii reservavit; & hoc tantum obtineat, ubi solvantur decimæ prædiales. Mixtas etiam, quæ loco prædialium, & realium alicubi successerunt, solvi præcipimus, cum de jure, & approbata consuetudine fuerint solvendæ. Omnes autem, qui prædictas decimas prædiales, aut mixtas admoniti non persolverint, aut fraudem scienter commiserint in solvendo, sacro approbante Concilio, excommunicationis vinculo innodamus.

XII. Ne propter locorum distantiam Ecclesiæ debitis clericorum ministeriis defraudentur, statutum est, & in præsenti Concilio approbatum, ut omnes clerici in sacris ordinibus constituti, atque custodes, quorum Ecclesiæ domos habent commodas, clericis deputatas, exceptis cellis dominicalibus plebanorum, in eis cellis debeant de nocte dormite, nisi infirmitate, vel alio impedimento legitimo sint detenti, quæ domus inter eos rationabiliter dividantur.

XIII. Plebanis autem omnibus distinctè duximus inhibendum, ne cellæ dominicales personis laicis maxime conjugatis sine Episcoporum suorum licentia concedere audeant, vel locare, & si in scolla fuerint, aut plures habuerint plebanias . . . ne liceat Clericis, aut personis literatis, aut etiam laicis absolutis, dummodo ibi mulieres non habitent, concedere, vel locare pro suæ libito voluntatis. Qui secus fecerint, a suis Episcopis acrius puniantur. Eis autem, qui ante præsens Concilium personis hic prohibitis locare, & eas juxta formam prædictam expediri faciant, duorum mensium spatium assignamus.

XIV. Liceat autem illis, quorum ecclesiæ proprias domos non habent, in suis, vel conductis domibus habitare cum matribus, neptibus, vel cognatis.

XV. Quia Presbyterorum mores, & actus in quantum possumus, cum Dei adjutorio cupimus in melius reformare, auctoritate præsentis Concilii salubriter duximus statuendum tam de Sacerdotibus plebanis, & cæteris habitantibus, quam de quibuslibet in sacris ordinationibus constitutis . . . Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, ne eis liceat in proptiis domibus, vel conductis, mercenarias, vel ancillas suspectas filias, aut filios cum uxoribus, & amicis, quæ tum processerunt in diebus, seu etiam quaslibet concubinas publice secum in domo, vel alibi publice retinere. Quas etiam concubinas notorias si post tertiam admonitionem brevissime sibi factam à se non dimiserint, & ab earum communione se non adverterint, excommunicationis vinculo innodamus..... si post mensem eas a se non dimiserint, auctoritate præsentis Concilii quousque.....ab omni offitio, & beneficio........ suspensi præsumpserint celebrare per annum irremediabiliter ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico sint privati.

XVI. . . . . & ab omnibus observentur, præcipimus, & mandamus omnibus habentibus personatum, plebanis, Canonicis, & aliis in sacris ordinibus constitutis, ut honesta, & clausa desuper deferant indumenta nimia brevitate, vel longitudine non notanda . . . . . sericis viridibus exterius, & glaucis interius, & exterius non utantur. Zupellos mora . . . . vel allos . . . manicas consub. . . annulos, botonos de quacunque materia ex .

. . . vel de quocumque metallo, laicales mantellos . . . . insulas, vel almutias in publico portari penitus prohibemus . . . . publice, ad choreas mulierum publice assistere sibi prohibemus. Transgressores autem si se non correxerint ad arbitrium Prælatorum acrius puniantur.

XVIII. Statuimus etiam, & mandamus, ut clerici omnes, maxime qui sunt in sacris, tonsuram, & coronam deferant congruentem secundum formam a suo Episcopo sibi dandam, & templsnis non utantur. Transgressores autem a suis Episcopis graviter puniantur.

XIX. Ne per quorumdam Clericorum insolentiam cleri decor, & honestas ecclesiæ infametur, auctoritate sacri concilii prohibemus clericis publice ludere ad taxillos, & causa ludendi, vel bibendi tabernas intrare, seu circa tabernas in publico bibere, nisi forsitan extra suam civitatem sint in itinere constituti. Transgressorum autem pervicacia taliter à suis Episcopis compescatur, ut transeat aliis in exemplum.

XX. Malitiis hominum, atque lascivis, præsertim ex quibus scandalum, atque periculum solet oriri, obviare volentes, omnes clericos, & personas ecclesiasticas absque sui Episcopi licentia arma portantes, nisi sint in itinere constitoti, aut per conspirationem, vel societatem aliquam in detrimentum, & præjudicium alicujus juramento, vel qaacumque alis firmitate se ad invicem colligantes, auctoritate sacri Concilii excommunicationis vinculo innodamus.

XXI. Præsentis auctoritate Concilii sancimus, ut si aliquis Clericus contra laicum extraxerit gladiom, aut ipsom quocumqoe modo percosserit, vel aliàs intulerit ei atroces injuriaa, ea pœna pecuniaria a suo molectetur Episcopo, qua laicus contra Clericum committens similia a sæculari judice puniretur; ut si certa fuerit, & statuta apud Laicos parva, vel magna, similis in ecclesiastico foro servetur; si arbitraria, & incerta, hoc idem Episcopi arbitriu relinquatur. Si verò inter Clericum, & Clericum prædicta, vel similia committantur, ab Episcopo arbitrarie puniatur, qui utrobique pro qualitate delicti puniantur delinquenres.

XXII. Universaliter omnibus Clericis prohibemus, ne publica, & per se negotiationes exercere presumant. Transgressores autem à suis Episcopis pœna Canonum puniautur.

XXIII. Ad hæc pro salute animarum omnibus conjugatis tam maribus, quam fœminis sub anathemate prohibemus, ne prætextu captandi, vel observandi amoris quæcunque malehcia facere præsumant. Generaliter autem omnes sortilegos, & herbarios, ac maleficos excommunicamus, & qui prædicta maleficia fieri faciunt, seu qui ad eos accedunt. Eos etiam, qui cum chartis paccatis alios fraudolenter piscitant, eadem excommunicationis sententia duximus innodandos. Et ne per vitium falsitatis innocentes contra justitiam opprimantur, falsa instrumenta publica componentes, & consulentes, seu fieri facientes, vel ipsis instrumentis falsis in judicium scienrer otentes, aot aliena instrumenta ad se non pertinentia in fraudem vendentes, vel ementes, aut penes se dolose retinentes, & eos, qui in læsionem proximi falsum testificantur testimonium coram Judice Ecclesiastico vel civili, & alios inducunt, vel instruunt ad falsum testimoniom proferendum.

XXIV. Viros etiam omnes, qui relinquunt oxores legitimas temeritate propria aliis superductis de facto; vel è converso mulieres, quæ derelinquunt viros legitimos de facto cū aliis contrahentes, seu qui scienter contrahunt in gradibus prohibitis contra canonica statuta: Executores insuper testamentorum, qoi relicta ad pias causas in totum, vel in partem proot melius possunt usque ad annum neglignot, & recusant exequi: Laicos etiam, qui temeritate propria ecclesias tenent clausas, clericos de ipsis ecclesiis expellentes: Illos etiam clericos, vel laicos, qui vacantibus Ecclesiis Cathedralibus bona Ecclesiæ, & prælati defuncti ad ecclesiam pertinentia distrahere, vel invadere præsumpserunt, aut per modum aliquem in fraudem, vel detrimentum ecclesiæ occupant, nisi secundom tenorem constitutionis editæ super hæc sacro approbante concilio excommunicationis vinculo innodamus; *cum secundum sacrorum canonum* . . . . . totas ad cathedrales ecclesias.

XXV. Quoniam laicis quamvis religiosis de rebus ecclesiasticis disponendis oolla legitur attributa facultas, sub anathemate tam laicis, quam clericis prohibemus, ne vacantibus ecclesiis pastore juramenta, vel pacta faciant de eligendo pastore. Sub anathemate etiam inhibemus, ne laicis, exceptis Procuratoribus S. Marci, procurationes super bonis ecclesiarum administrandis ullatenus iotromittant, nisi super recipienda, & disponenda qoarta decimæ fabricæ deputata, aut oblationes votorum, vel legatorum nominatim per fabricam dimissorum, & utensilibus, reformatione domorum ecclesiarum, atque thesauris ecclesiarum, & vestibus conservandis, quæ pro sæculari custodia consueverunt laicis assignari. Sed hæc ad Carhedrales Ecclesias extendi nolumus, nisi quantum de Prælatorum processerit voluntate. Dispensatio autem, & administratio promissa fiat cum omni consilio Prælati, & majoris partis Capituli. Quod si dissensio orta fuerit inter Prælatum, & Clericos, vel inter Prælatos, aut Clericum ex una parte, & procuratores ex altera, ad Episcopum recurratur. Teneantur autem procuratores hujusmodi, & qui bona Monasteriorum quomodolibet administrant annis singulis de perceptis, & expensatis Prælatis, & capitulo reddere rationem. Quod si non fecerint post lapsum prædicti temporis infra mensem excommunicationi subjaceant, & procurationis officio de cætero non utantur.

XXVI. Speciali decreto stabilimus, ne in Dalmatiæ partibus . . . . hæc totaliter ad ecclesias, & monasteria, quæ possessiones habent, vel illis partibus Dalmatiæ . . . . .

XXVII. Firmiter inhibemus, quod nullus Clericus de quæstione personali, vel criminali debeat coram sæculari judice respondere: sed nec io reali, etiamsi consuetudo, imo corruptela verius super hoc allegetur.

XXVIII. Laici autem, qui temeritate propria detinent, vel invadunt possessiones, & redditus ad Ecclesias, Capellas, & Monasteria pertinentes, seu jurisdictiones earum, & privilegia sibi concessa diminuunt. Illi etiam, qui destruunt vineas illarum, partes, vel totaliter destruendo, aut segetes fraudolenter, oves, boves, equos, & cætera animalia magna interficiunt, vel lethaliter vulnerant, sive lædunt tamquam sacrilegi, & invasores bonorum Ecclesiasticorum, excommunicationis vinculo sint subjecti.

XXIX. Volentes pravorum fraudolentiæ quantum possumus obviare, statuimus, ut nullus forinsecus, & ignotus ad partes nostras accedens uxorem accipiat, nisi habuerit literas sui Episcopi testimonium perhibentis, quod sint soluti, aut saltem denunciatio trina ad arbitrium Episcopi io ecclesiis publice permittatur, ut infra datum terminum qui volnerit, & valuerit, legitimum matrimonium opponat, & ipsi presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obsistat. Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendus contractus contradicatur expresse, donec quod fieri debeat, super eo manifestis constiterit

do-

„ documentis. Alias autem missa nuptialis a Sacerdotibus non cantetur, nisi annulus benedicatur. Si quis autem Sacerdotum secus fecerit, per mensem ab ingressu ecclesiæ suspendatur.

„ XXX. Quia in celebrandis nuptiis, & conviviis nuptialibus, atque traducendis sponsis in diebus prohibitis à sanctis Patribus, præcipuè à die Dominico Adventus Domini inclusive usque post Epiphaniam, & à die Dominico septuagesimæ inclusive usque ad octavam Resurrectionis Domini contra Dei legem, à qua pluribus subjectorum nostrorum delinquebatur aliquando, sub interminatione anathematis prohibemus, ne de cætero diebus prædictis benedicantur annuli nuptiales, Missa specialis novitiæ celebretur, aut sponsa etiam traducatur. Transgressores autem à suis Episcopis, vel Prælatis graviter puniantur.

„ XXXI. Statuentes præcipimus, ut in cœna Domini una Missa tantum illius diei propria clerici sint contenti. In Parasceve vero, & sabbato Sancto exceptis religiosis, & Ecclesiis Cathedralibus, & Baptismalibus, & Ecclesia S. Joannis de Rivoalto, quæ super hoc privilegium obtinet speciale, nullus sacerdos Missam votivam, vel aliam celebrare præsumat. Transgressor autem si quis fuerit usque ad octavam Paschæ illius tantum anni ab officio, & beneficio suspendatur, aut aliàs arbitrio sui Episcopi gravius puniatur. Et si contingat, quod illis diebus aliquod funus sepeliendum ad ecclesiam, vel monasterium deferatur, fiat exequiarum officium consuetum absque missa submissa voce legendo potius quam cantando, & sine pulsatione campanarum, pœna simili transgressoribus imponenda.

„ XXXII. Postremo providendo statuimus, ut omnes pecuniariæ pœnæ pro clericorum excessibus exigendæ per Episcopos, aut alios de ipsorum speciali mandato à delinquentibus exigantur, & pro ipsorum arbitrio dispensentur, quibus etiam Episcopis absolutiones incidentium in spirituales pœnas, & qui hactenus inciderint, & relaxationes earum præsenti auctoritate reservantur.

„ XXXIII. Antiquatis igitur omnibus, quæ à prædecessoribus nostris diversis sunt statuta temporibus, prædicta, quomodo sanctum ordinavit Concilium, & mandavit, præcipimus inviolabiliter observari.

„ Actum est hoc apud Gradum in majori Ecclesia Gradensi anno MCCXCVI. in die nona die Veneris XIII. intrante mense Julio, præsentibus discretis viris Adam, & Adamero Canonicis Gradensibus, Jot Archidiacono, & Marco Cornelia Panonico Castellano, Matthæo procuratore Capituli Castellani, Facio Canonico Clugiensi, Jacobo Morango Canonico Caprulano, & aliis testibus rogatis. In cujus rei testimonium, fidem, & evidentiam pleniorem præfatus D. Patriarcha huic præsenti Concilio, sive publico instrumento jussit suum sigillum in appensione apponi. Et ego Vambolinus Parmensis publicus Imperiali auctoritate notarius, & vice prædicti D. Patriarchæ scriba, prædictis statutis, & constitutionibus universis omnibus præsens interfui, & ea omnia de mandato dicti D. Patriarchæ, & dictorum suorum suffraganeorum. . . . .

„ Publicatæ, & expositæ fuerunt suprascriptæ constitutiones dicti Gradensis Concilii celebrari in provinciali Concilio Gradensi in suprascripto Patriarchatu per venerabiles Patres Dominos Dei gratia Patriarcham Gradensem, & ejus suffraganeos apud Gradum per vener. patrem D. Aironem Dei, & Apostolica gratia Episcopum Torcellanum suprascriptum anno domini suprascripto, & Indictione in dicta Cathedrali Ecclesia Torcelliana die vero XII. exeuntis Augusti . . . . . . præsentibus discretis viris Rev. patre D. . . . . Bisontio Dei gratia Abbate Monasterii S. Thomæ de Torcello Cistercien. ordinis, & Rinaldo ejusdem Monasterii Monacho, discretis viris presbytero . . . . & presb. Dominico Grauso de Torcello . . . . . convocato, ut supra scriptum est de hoc specialiter in dicta ecclesia Torcelli, Universis Clericis civitatis, & diœcesis Torcellanæ per ejusdem domini Episcopi literas speciales. In cujus rei testimonium, idem D. Episcopus præsentibus suis sigillum apponi jussit, & appendi.

„ Ego Stephanus Novellus filius Vecelotl Novelli. . . . de Torcello Imperiali auctoritate Notarius & prædicti domini Episcopi Torcellani Notarius præsentes constitutiones. . . . .]

50. ANGELUS [a] Episcopus Motonen. successit Ægidio ann. 1310. Id. Octobris, brevisque Pontifex fuit, decessitque anno 1313. ut in Regest. Vatic. XLVIII.

[a] De hoc pariter superius mox citatus. Mandosi.



51. Fr. PAULUS de Pilastris, Florentinus, Ord. Prædicatorum, Cœnobii S. Mariæ Novellæ nobilis alumnus, Theologus illustris, & in declamando pro suggestu mirabilis, Nicolai Pratensia Cardinalis Episcopi Ostiensis præcipue charus, a Clemente V. anno 1313. 5. Aprilis Gradensis Patriarcha delectus est, & pallio donatus, cumque ad Ecclesiam suam appulisset, decimo quinto die, non sine suorum lacrhymis moritur, ibique tumulatur. Scripsit, teste Gianio lib. de Viris Illustribus Florentinis, in Aristotelem Philosophicum commentarium, & notas ad novum Testamentum, de quo etiam Razzius de Vitis Illust. Ord. Prædicatorum. Cujus etiam mentio, & electio ad Gradensem Patriarchatum habetur in Regest. Vatic. Clementis V. ep. 147. fol. 61. anni 9. XLIX.

52. MARCUS de Vinea, Venetus, post obitum Pauli per viam compromissi à Capitulo Gradensi electus, & postulatus in Patriarcham, confirmationem accepit deinde à Joanne XXII. anno 1316. 8. Kal. Decemb. Mortalitatem explevit anno 1317. Ex Reg. Vat. L.

53. DOMINICUS, Episcopus Torcellanus, ad hanc Gradensem Ecclesiam translatus est à Joanne XXII. 17. Kal. Februarii anno 1318. suo juri cedente Juliano Monacho, & Priore S. Georgii majoris Venetiarum; idem ille, qui postea fuit Episcopus Torcellanus. Excessit Dominicus anno 1332. De quo mentio in Reg. Vatic. ejusdem Joannis XXII. f. „ *à quo ann. 1326. Mensæ Patriarchali Gradensi impetravit unionem Ecclesiæ S. Bartholomæi de Venetiis quæ deinde cum ipso Patriarchatu in jus transiit Castellanæ sedis. Litteræ, ut ajunt executoriales hujus annexionis ex regesto Patriarchali hujusmodi fuere.* LI.

„ Joannes Episcopus servus serv. Dei Ven. fratri Episcopo Bononien. & dilectis filiis s. Thomæ Torcellanæ, ac S. Georgii Majoris de Venetiis Castellanæ diœcesis Monasteriorum Abbatibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad hæc dispositione divina universali gregi Dominico præsidemus, ut opportunum singulis pro-

vi-

A ,, visionis auxilia fidelis servitutis iniunctæ pru-
,, dentia pro tempore dispensantes eorum præser-
,, tim necessitatibus consulamus, qui in parte sol
,, licitudinis præem nentiæ pastoralis assumpti de-
,, fectu rerum temporalium opprimuntur, cum
,, tanto notabiliora in eis paupertatis cernantur In-
,, commoda, quanto præcelsioris suot dignitatis
,, titulo insigniti. Attendentes igitur, quod Ec-
,, clesia Gradensis, licet adeo sit magnum, & hono-
,, rabile membrum universalis Ecclesiæ, ut Pa-
,, triarchatus honore, & titulo meruerit insigniri,
,, tamen redditus, & proventus sufficientes noo
,, habet, nec facultates tantæ dignitatis culmini
,, competentes, quodque ex prædictis redditibus,
,, & proventibus Veo. frater noster Dominicus
,, Patriarcha Graden. nequit juxta sui status de-
,, centia commode sustentari, nosque propter hoc
,, circa eamdem Ecclesiam, & personam ipsius
,, Dominici piæ gerentes charitatis affectum, di-
,, gneque volentes, ut ejusdem Patriarchatus ino-
B ,, pia per Apostolici favoris auxilium relevetur
,, ne, quod absit, tam insignem Ecclesiam neces-
,, sariorum defectus notabilis inhonoret, plebem,
,, seu Ecclesiam S. Bartholomæi de Venetiis Ca-
,, stellanç Diœcesis in dicto Patriarchatu Graden.
,, constitutam cum omnibus juribus, & pertinen-
,, tiis suis Patriarchali mensæ dicti Dominici Pa-
,, triarchæ, & successorum suorum Patriarcha-
,, rum Graden. qui essent pro tempore, ac Eccle-
,, siæ Graden. de fratrum nostrorum consilio au-
,, ctoritate Apostolica in perpetuum connexiimus,
,, & univimus, Voluimus tamen, quod per conne-
,, xionem, & unionem hujusmodi dilecto filio
,, plebano ejusdem plebis, seu Ecclesiæ, qui nuoc
,, est, quoad integram perceptionem omnium fru-
,, ctuum, redditum, & proventuum ad eum ra-
,, tione plebanatus dictæ plebis, seu Ecclesiæ spe-
,, ctantium, quamdiu eidem plebi seu Ecclesiæ
,, præesset, nec non Clericis, seu Canonicis di-
,, ctæ plebis, seu Ecclesiæ præsentibus, & poste-
C ,, ris, quorum clericorum, seu Canonicorum
,, consueto numero per dictam plebem, seu Eccle-
,, siam noluimus defraudari, nullum præjudicium
,, generetur: Cedente vero, vel decedente dicto
,, plebano liceret dicto Dominico Patriarchæ, vel
,, successoribus suis Patriarchis Graden. qui forent
,, pro tempore, corporalem possessionem plebis,
,, seu Ecclesiæ prædictæ, ac jurium, & pertinen-
,, tiarum ipsius ad dictum plebanatum spectan-
,, tium per ipsos, vel procuratores eorum aucto-
,, ritate propria ingredi, apprehendere, & tene-
,, re fructus, redditus, & proventus ipsius qui con-
,, sueverunt ad plebanum dictæ plebis, seu Eccle-
,, siæ, qui esset pro tempore, pertinere, in ejus-
,, dem mensæ usus proprios convertendo, eisdem
,, clericis, seu Canonicis, & aliis servitoribus di-
,, ctæ plebis, seu Ecclesiæ, quibus, & eorum poste-
,, ris per hoc nullum præjudicium fieri voluimus,
,, sed in loco deficientium voluimus, præcepimus,
,, ac decrevimus semper fore futuris temporibus
D ,, alios subrogandos consuetis eorum fructibus,
,, redditibus, ac proventibus integraliter reserva-
,, tis. Et quia dignum existit, ut dicta plebes, seu
,, Ecclesia, cum eam dicto plebano cedente, vel e-
,, tiam decedente per connexionem, & unionem
,, hujusmodi dictæ mensç contingeret applicari E-
,, piscopo, qui esset pro tempore, & Capitulo, ac
,, Ecclesiæ Castellanç minime esset subjecta, eam-
,, dem plebem, seu Ecclesiam, ac clericos, seu
,, Canonicos, & cæteros Ministros, ac Parochia
,, nos ipsius de fratrum consilio prædictorum au-
,, ctoritate prædicta ab eo tempore, quo per cessio-
,, nem, vel decessum plebani prædicti eidem men-
,, sæ fuerit applicata, ab omni jurisdictione, pote-
,, state, & dominio dictorum Episcopi, Capituli,
,, & Ecclesiæ Castellanæ, & quorumlibet alio-
,, rum Ordinariorum suffraganeorum ipsius Pa-
,, triarchæ Graden. in perpetuum prorsus exemi-
,, mus, & totaliter liberavimus, ita ut nullam in

,, ea & Canonicis, seu Ecclesiis, & Ministris, ac
,, parochianis visitationem, correctionem, vel
,, aliam jurisdictionem quamcomque ordinariam,
,, vel extraordinariam quomodolibet valeant per
,, se, vel alium, seu alios exercere, sed dicto Domi-
,, nico Patriarchæ, suisque successoribus Patriar-
,, chis Graden. qui essent pro tempore, dicta plebes,
,, seu Ecclesia, ac Canonici, seu Clerici, & mini-
,, stri, ac parochiani ipsius quoad visitationem, &
,, correctionem hujusmodi, necnon institutionem,
,, & destitutionem personarum ipsius, & quamli-
,, bet aliam jurisdictionem spiritualem, & quælibet
,, alia jura quocumque modo spectantia ad dictos
,, ordinarios in eisdem immediate, & plenarie sint
,, subjecti. Voluimus etiam, & auctoritate præ-
,, dicta decrevimus, quod ex Clericis, seu
,, Canonicis, ejusdem, seu alterius plebis vel
,, ecclesiæ una persona idonea per dictum Do-
,, minicum Patriarcham, seu successores prædictos,
,, qui essent pro tempore, in dicta plebe, seu Eccle-
,, sia perpetuus Vicarius ordinaretur, cui per Pa-
,, triarcham Graden. qui foret pro tempore, de pro-
,, ventibus ad plebanum prædictum spectantibus
,, sufficiens portio assignaretur, ex qua valeret
,, congrue sustentari, & incumbentia sibi onera sup-
,, portare, qui tam clericorum, seu Canonicorum,
,, & aliorum servitorum, quam Parochianorum
,, prædictorum ejusdem plebis, seu Ecclesiæ curam
,, gereret, ut solitus cultus divinus in ipsa non pe-
,, reat, & animarum cura in ea nullatenus negliga-
,, tur, non obstantibus pactis, arbitriis, renuncia-
,, tionibus, compositionibus, vel sententiis quibus-
,, cumque, & quibuslibet causis habitis, seu pro-
,, latis inter prædecessores ipsius Dominici Pa-
,, triarchas Graden. ex parte una, & Episcopos qui
,, fuerunt pro tempore, & Capitulum Castellan. seu
,, quoscumque alios ex altera, & quibuscumque
,, ejusdem plebis, seu Ecclesiæ statutis, & consue-
,, tudinibus contrariis, juramento, confirmatione
,, Apostolica, vel quacumque firmitate alia robora-
,, tis, seu jure, quod dictus Dominicus Patriarcha
,, Graden. in certis Ecclesiis, atque locis ejusdem
,, Castell. diœcesis noscitur obtinere: aut si aliquis
,, super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus,
,, personatibus, plebanatibus, vel officiis in eadem
,, Castellan. diœcesi speciales, vel de ecclesiis, seu
,, plebibus, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis
,, partibus generales sedis Apostolicæ, vel Legato-
,, rum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad
,, inhibitionem, reservationem, & decretum, vel
,, alias quomodolibet sit processum, quas litteras,
,, & processus habitos per easdem ad dictum pleba-
,, natum voluimus non extendi, sed nullum per
,, hoc eis quoad assecutionem dignitatum, persona-
,, tuum, plebanatuum, vel officiorum, seu Eccle-
,, siarum, vel beneficiorum aliquod præjudicium
,, generari, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia
,, generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat,
,, per quam nostris literis non expressam, vel tota-
,, liter non insertam effectus earum impediri valeat
,, quomodolibet vel differri, & de qua, cujusque
,, toto tenore habenda sit in eisdem nostris literis
,, mentio specialis. Quocirca discretioni vestræ
,, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos,
,, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel per alium,
,, seu alios eumdem Patriarcham, vel successores
,, ipsius Patriarchas Graden. qui erunt pro tempo-
,, re, seu procuratores suos ipsorum nomine in cor-
,, poralem possessionem dictæ plebis, seu Ecclesiæ,
,, ac jurium, & pertinentiarum ipsius, cum eam per
,, cessionem, vel decessum plebani ipsius, qui nunc
,, est, vacare contigerit, si ejusdem plebis, seu Ec-
,, clesiæ corporalem possessionem apprehendere
,, nequeant per se ipsos, inducatis auctoritate no-
,, stra, & defendatis inductos amoto ab ea quolibet
,, detentore facientes sibi tam de ipsius plebis, seu
,, ecclesiæ fructibus, redditibus, & proventibus,
,, juribus, & obventionibus universis ad plebanum
,, dictæ plebis, seu Ecclesiæ, quam aliis juribus,

& ob-

„ & obventionibus universis ad dictum Patriarcham, seu successores suos prædictos ratione unionis, & exemptionis hujusmodi quocumque modo spectantibus integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis, seu si eidem Episcopo & Capitulo, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sede indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.
„ Datum Avenioni Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno X]

LII. 54 DINUS Etruscus, ex Comitibus Radicosani, ex Præposito Ecclesiæ Januensis à Joanne XXII. anno 1332. Gradensis Patriarcha electus est. Hanc administravit Ecclesiam ad annum usq; 1337. quo translatus est ad Januensem Ecclesiam, inde ad Pisanam, obiitque 1342. ut supra retulimus tom. 3. in Pisanis, & in 4. in Januensibus Archiepiscopis: de quo etiam in Reg. Vatic. Ioannis XXII. & Benedicti XII. habetur mentio. Cæterum Dinus cum esset excelsi animi vir, & tractandarum rerum peritia clarus à Benedicto XII. Pontifice Apostolicus Nuncius, una cum Petro Theatino Episcopo missus fuit in Galliam, ut Oddonem Burgundiæ Ducem, & Joannem Cabilonensem, ac Henricum de Monte Falcone, inter se se bella gerentes, conciliarent. Perbelle eam provinciam administrarunt, & ex summa Dini Patriarchæ dexteritate, ad votum Pontificis dissidentes reconciliarunt. Porro literæ, quibus iis hoc munus demandatum est, in Reg. Vat. sunt hujusmodi tenoris.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabilibus fratribus Dino Patriarchæ Gradensi, & Petro Episcopo Theatino, &c. Etsi ad pacis tranquillitatem propagandam in omnes, & singulos pro juribus procurandam nostra suspiret intentio, & potentes, & magnates eo infusius ac concordes, & unanimes cupimus quo peculiarem eorum furere discordiam pluribus cunctam dispendiis, ac pluries invalescere contemplamur, illinc ejusdem occurrat considerationis nostræ conspectui quave dissidia, quod pacis hostis invidus charitatis, inter dil. fil. nobiles viros Oddonem Ducem Burgundiæ ex parte una, & Joan. de Cabilone de Aslato, & Henricum de Montefalcone dominos milites, ac gentes, & valitores eorum ex altera suscitavit, quod animarum pericula, strages corporum, rerumque damna non levia, sicut percepimus, hucusque produxit, & pejora in futurum producere, nisi ei celeriter obvietur, verisimiliter formidantur, nostri cordis intima stimulat, & ad obviandum tantis discriminibus per opportuna remedia nostrum affectum interpellat. Quia igitur ad nos, qui licet immeriti vices Regis pacifici gerimus, & plenitudine fungimur potestatis Apostolorum Principis, suisque successoribus ex alto concessæ singulariter pertinet in universali Ecclesia, cunctave congregatione fidelium pacem quærere, & ipsam facere diligentius observari, pro tractanda, & reformanda concordia introducere, & milites supradictos, ac gentes, & valitores eorum, vos de quorum fidei probatæ constantia, & industria circumspectionis expertæ plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad partes illas providimus personaliter destinandos, vobis, & vestrum cujuslibet in solidum, tractetur, & reformationem pacis hujusmodi, easque tangentia de fratrum nostrorum consilio tenore præsentium committentes. Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad partes illas personaliter conferentes præfatos duos nobiles, ac milites, quibus super hoc speciales nostras literas destinamus, nec non gentes, ac valitores eorum ad pacem, & concordiam, juxta datam vobis, ex alto prudentiam salutis monitis, & efficacibus persuasionibus inducatis, ut eo auxiliante qui pacis ac dilectionis est auctor, vestraque cooperante solertia, inter eos tam utilis, tamque optanda concordia possit celeriter provenire; ut autem in hoc impedimenti, vel obstaculi, seu turbationis cujuslibet tollatur occasio dissolvendi, vacuandi, & revocandi omnes pactiones, obligationes, confederationes, & colligationes inter dictum Ducem, & quoscumque nobiles & valitores suos ex parte una, & præfatos dominum de Montefalcone, & Ioannem de Cabilone, & quoscumque nobiles, & valitores eorum, ex altera quomodolibet irritas juramento, vel qualibet alia firmitate vallatas, aut non relaxandi hujusmodi, & alia quælibet juramenta a quibuscumque præstita, per quæ nutriri discordia, & pacis bonum posset quomodolibet impediri, prout ea secundum Deum videritis dissolvendi, vacuandi, irritandi, seu etiam relaxandi, ac insuper ubi quod ipsæ partes ad pacem, & concordiam reducere non possetis, indicendi treguas inter eos, eorumque subditos adhærentes, & valitores eorum usque ad tempus de quo videtis expedire, ac indictas per vos, vel per alium seu alios eisdem partibus, & aliis de quibus expediens fuerit notificandi, ac ubicumque vobis utile provisum fuerit solenniter publicandi, & infringentes, aut quomodolibet non servantes easdem, excommunicationis, & in eorum terras interdicti sententiam promulgandi, & alia faciendi quæ circa id fuerint opportuna, non obstantibus si eis, & eorum aliquibus, vel alicui sub quacunque forma verborum à Sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi, & interdici non possit per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, & de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, vobis, & vestrum cuilibet auctoritate Apostolica tenore præsenti concedimus facultatem.

Datum *Avenioni 6. Kal. Julii anno 2.*

55 ANDREAS Patavinus, e Dotta nobili gente, antea Episcopus Clodiensis in locum translati Dini, Patriarcha Gradensis à Benedicto XII. factus anno 1337. 3. Non. Decembris. Sedit laudabiliter annis 13. obiit anno 1351. de quo infra in Episcopis Clugiensibus fortasse plura. LIII.

56 Fr. FORTUNERIUS *a* Vasellus Gallus, Ord. Minorum olim Generalis Minister, Archiepiscopus Ravennas, Patriarcha Gradensis effectus est anno 1351. 3. Kal. Junii, eademque die à Clemente VI. constituitur Ecclesiæ Ravennatensis Administrator. Hanc ecclesiam rexit usque ad annum 1355. & ab Innocentio VI. purpura Senatoria decoratus anno 1362. de quo supra in Archiepiscopis Ravennatensibus. LIV.

a De quo videndus Baluzius in Vitis Papar. Avenion. t. 1. p. 952.

57 URSUS Venetus ex Archiepiscopo Cretensi ad hanc Gradensem Ecclesiam translatus est anno 1355. Jussus est à Pontifice an. 1356. anathemate desigere Russis schismaticis opem ferentes. Obiit ann. 1367. *(1)* de quo mentio in Reg. Vatic. LV.

57 FRANCISCUS Quirinus nobilis Venetus Archiepiscopus Cretensis successit Urso, ad hanc Ecclesiam translatus 11. Kal. Junii anno 1367. ab Urbano V. ut in Regest. Vat. Excessit circa annum Domini 1372. LVI

Fr.

(1) Erat Ursus è nobili familia Veneta Delphina, obiitque *Idibus Decembris*, ut habemus ex Necrolog. veteri Ecclesiæ S. Gregorii Venetiarum; igitur non anno 1367. sed 1366. si revera 11. Kalend. Junii 1367. sequens Franciscus eidem successor datus est.

LVII. 59 Fr. THOMAS a de Frignano, Mutinensis, Ord. Min. Gen. eximius Theologus, omnium scientiarum genere illustris, Gradensis Patriarcha evasit anno 1372. Venetorum, ac Patavinorum pacis conciliator apud Andreæ Danduli chron. in Appendice. Eodemque anno Nuntius missus ad nascentem discordiam inter Jannenses, & Venetos componendam. Ab Urbano VI. in numerum Cardinalium cooptatus anno 1378. ad titulum SS. Nerei, & Achillei. Romæ obiit anno 1381. sepultusque est in Æde Capitulina Aræ Cœli ante sacellum Beatæ Virginis, lapide cum ejus insignibus, & inscriptione, quæ fere exolevit, cadaveri superposito, inscriptionis ultimi versus ejusmodi vix legi possunt. A

a De eo Oldoinus in Ciaconium t. 2. p. 591.

Mille currentibus annis

Trecentis quater vicenis unoque juncto.

De eo S. Antoninus, Ciaconius, & noster doctissimus Lucas Vvaddingus to. 4. Annal. Min. de quo etiam Odericus in Annal. Eccl. to. 16.

LVIII 60 URBANUS, cujus tantum mentio habetur anno 1383. B

LIX. („ PETRUS *Amelii de Bronaco Gallus, Monasterii Limosi Narbonensis filius, Sacrista, Confessarius, & Pontificius Bibliothecarius*, Episcopus „ *Senogalliensis, & Archiepiscopus primò Hydrantinus, & post annum Tarentinus, deinque Patriarcha Gradensis evasit. Quo relicto Patriarchatu Patriarcha Alexandrinus, & Administrator Ecclesiæ Aquensis in Vasconia institutus fuit. De hoc nullam facit mentionem Ughellus. At, ut observarunt ex ejus libro, cui titulus*, Ordo Romanus, *sapientissimi Abbus Mabillon, & socius Germain in tom. 2. Italici Itin. p. 443. in cap. 158. ait* se Gradensem „ Patriarcham una cum Patriarcha CP. processus „ in criminosos Feria V. in Cœna Domini pronunciasse an. 1393. *Imo de ejus Patriarchatu Gradensi testantur etiam Ordinis Augustiniani regesta ad an. 1389. 16. Augusti, & 1392. 11. Januarii, quibus in locis Patriarcha Gradensis, & Papæ Confessor appellatur*. Gandulfus dissert. de 200. „ Scripp. Augustinianis.) C

LX 61 PETRUS b Chanche successit Urbano anno 1400. 25. Septembris: recognovit Sacrum Collegium pro suo prædecessore, ut in lib. Provisionum, & Oblig. Prælatorum habetur pag. 149. De quo nil aliud inveni apud quempiam. Decessit vero anno 1406. (1)

b Forte idem cum superiori.

LXI. 62 JOANNES de Zambottis de Murano, defuncto Petro, Gradensis Patriarcha eligitur ab Innocentio VII. anno 1406. brevis Pontifex fuit. Ex eodem lib. Provisionum sub Innocentio.



LXII. 63 FRANCISCUS Landus c Venetus, præcipua nobilitate, ac rerum experientia clarus, Gradensi Patriarchatu auctus est anno 1408. qua dignitate exornatus interfuit Concilio Pisano anno 1409. deinde ab Alexandro V. translatus est ad Constantinopolitanam Ecclesiam eodem anno, & a Joanne XXIII. Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem creatus, Concilio Constantiensi assedit. Romæ defunctus est anno 1417. d Episcopus Cardinalis Sabinensis, de quo vide, quæ de ipso diximus in 1. nostro tom. in Episcopis Sabinen.

c De quo Ciaconius Oldoinus t. 2. pag. 797.

d 1417.



64 LEONARDUS Delfinus, nobilis Venetus, Patriarchatum Gradensem est assecutus an. 1409. Longo tempore eam administravit Ecclesiam, functusque est anno 1427. LXIII



65 BLASIUS Molina, nobilis Venetus, Episcopus antea Polensis, mox Jadrensis Archiepiscopus, in Patriarchatu Gradensi successit Leonardo anno 1427. die vero 16. Kal. Novemb. Hic cum esset Apostolicæ Cancellariæ Regens, ab Eugenio IV. Pontifice an. 1433. litteras olim Joannis XXII. vetustate pene excisa, quibus Dominico Patriarchæ, suisque successoribus in perpetuum ecclesia S. Bartholomæi de Rivoalto, Venetiis posita, cum juribus, & pertinentiis suis, mensæ Gradensis Ecclesiæ unita asserebatur, innovari, easque Apostolica auctoritate iterum muniri obtinuit. Quod ut firmius consisteret, in hunc modum Eugenius sequens scripsit diploma, cujus exemplar extat in libris Reipublicæ Venetorum. LXIV

Eugenius Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii, quo universis Orbis astringimur Ecclesiis, debitum jugiter mentem nostram excitat, & inducit, ut ea, quæ ad Christ. relig. augmentum, ac ecclesiarum venustatem tendere, prospicimus, etiam innovationis illorum, quæ desuper emerserunt, ministerio in Apostolicæ clementiæ dexteram gratiosius amplectamur. Hinc est quod nos ad instantiam venerab. fratris nostri Blasii Patriarchæ Graden. Cancellariam Apostolicam de mandato nostro Regentis quasdam felicis recordationis Joannis Papæ XII. prædecessoris nostri litteras in ipsa Cancellaria inspici, examinarique diligenter, & earum, tum incipiant vetustate consumi, tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, qui talis est. Joannes Episcopus servus servorum Dei. Vener. fratri Dominico Patriarchæ Graden. salutem, & Apost. benedict. Ad hoc dispositione divina universali gregi Dominico præsidemus, & opportuna singulis provisionis auxilia fidelis injunctæ servitutis prudentias pro tempore dispensantes, eorum præsertim necessitatibus consulamus, qui in parte sollicitudinis præeminentiæ pastoralis assumpti, defectu rerum temporalium opprimantur, cum tanto notabiliora in eis paupertatis reruntur incommoda, quanto præcelsioris sunt digni- D

(1) Panvinius Conradum illum Caracciolum, quem Ciaconius opus Cardinalem renunciatum afferit an. 1405. Gradensem Patriarcham pronunciat, ut apud Ciaconium, & Auctarios. Verum cum de eo nihil constet in tabulario hujus Ecclesiæ, neque in Vaticanis regestis, nobis satis sit effatum judicasse Panvinii. *Lucenthus*.

A *tatis titulo insigniri. Attendentes igitur, quod Ecclesia Gradensis licet adeo sit magnum, & honorabile membrum universalis Ecclesiæ, ut Patriarchatus honore, & titulo meruerit insigniri, tamen redditus, & proventus sufficientes non habet, nec facultates tanto culmini competentes; quodque in prædictis redditibus, & proventibus nequit juxta sui status decentiam commode sustentari. Nosque propter hoc circa eandem Ecclesiam, & personam tuam piæ gerentes charitatis affectum, digneque volentes, ut ejusdem Patriarchatus inopia per Apostolici favoris auxilium relevetur, ne quod absit, tam insignem Ecclesiam necessariorum defectus notabilis inhonoret; plebem, seu ecclesiam S. Bartholomæi de Venetiis Castellanæ diœcesis, in dicto Patriarchatu Graden. constitutam cum omnibus juribus, & pertinentiis suis Patriarchali mensæ tuæ, & successorum tuorum Patriarcharum Graden. qui erunt pro tempore, ac Ecclesiæ Graden. de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica in perpetuum concedimus, & unimus. Volumus tamen,*

B *quod per connexionem, & unionem hujusmodi, dilecto filio Plebano ejusdem plebis, seu ecclesiæ, qui nunc est quoad integrum perceptionem omnium proventuum, & redditu um ad eum ratione plebanatus plebis, seu ecclesiæ ejusdem spectantium, quam diu eidem plebi, seu ecclesiæ præfuerit, nec non clericis, seu Canonicis plebis, seu ejusdem ecclesiæ præsentibus, & posteris, quorum clericorum, seu Canonicorum consueto numero prædictam plebem, seu ecclesiam nolumus defraudari, nullum præjudicium generetur. Cedente vero, vel decedente dicto plebano, liceat tibi, vel successoribus tuis Patriar. Grad qui erunt pro tempore, corporalem possessionem plebis, seu ecclesiæ prædictæ, ac jurium, & pertinentiarum ipsius ad dictam plebaniam spectantium, per vos, vel per procuratores vestros auctoritate propria, ingredi, apprehendere, & tenere fructus, redditus, & proventus ipsius, qui consueverunt ad Plebanum dictæ Eccl. seu plebis, qui est pro tempore, pertinere, in ejusdem mensæ usus proprios convertendo, eisdem clericis, seu Canonicis, & aliis ser-*

C *vitoribus dictæ plebis, seu ecclesiæ, quibus, & eorum posteris, per hoc nullum præjudicium fieri volumus, sed in locum deficientium volumus, præcipimus, & decernimus fore semper futuris, temporibus alios subrogandos, consuetis eorum fructibus, redditibus, & proventibus integraliter reservatis. Et quia dignum existit, ut dicta plebs, seu ecclesia, cum eam, dicto plebano cedente, vel decedente, per connexionem, & unionem hujusmodi dictæ mensæ contigerit applicari, Episcopo, qui erit pro tempore, & Capitulo, & Ecclesiæ Castellanæ minime sit subjecta, eandem plebem, seu ecclesiam, ac clericos, seu Canonicos, & cæteros ministros, ac parochianos ipsius de fratrum consilio prædictorum auctoritate prædicta ab eo tempore, quo per cessionem, vel decessum Plebani prædicti, eidem mensæ fuerit applicata, ab omni jurisdictione, potestate, & dominio dictorum Episcopi, Capituli, & Ecclesiæ Castellanæ, & quorumlibet aliorum ordinariorum, suffraganeorum tuorum in perpetuum prorsus eximimus, & actualiter*

D *liberamus, ita ut nullam in ea, & Canonicis, seu clericis, & ministris, ac parochianis ipsius visitationem, correctionem, vel aliam jurisdictionem quamcumque ordinariam, vel extraordinariam quomodolibet valeant per se, vel per alium, seu alios exercere, sed tibi, tuisque successoribus Patriarchis Graden. qui erunt pro tempore, dicta plebs, seu ecclesia, ac Canonici, seu clerici, & ministri, ac parochiani ipsius, quo ad visitationem, & correctionem ejusmodi, nec non institutionem, & destitutionem personarum ipsius, & quamlibet aliam jurisdictionem spiritualem, & quælibet alia jura quocumque modo spectantia ad dictos ordinarios in eisdem immediate, & plenarie sint subjecti. Volumus etiam, & auctoritate prædicta decernimus, quod ex clericis, seu Canonicis ejusdem, seu alterius plebis, vel ecclesiæ, una persona idonea per te, seu successores tuos, qui erunt pro tempore, in dicta plebe, seu ecclesia perpetuus*

A *Vicarius ordinetur, cui per Patriarcham Graden. qui erit pro tempore de proventibus ad Plebanum prædictum spectantibus, sufficiens pensio assignetur, ex quo valeat congrue sustentari, & incumbentia sibi onera supportare, qui tam clericorum, seu Canonicorum, & aliorum servitorum, quam parochianorum ejusdem plebis curam gerat, ut solitus cultus divinus in ipsa non pereat, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, non obstantibus pactis, arbitriis, renunciationibus, compositionibus, vel sententiis quibuscumque, quibuslibet causis habitis, vel prolatis in prædecessores tuos Patriarchas Graden. ex parte una, & Episcopos, qui fuerunt pro tempore, & Capitulum Castellan. seu quascumque alias, ex altera, & quibuscumque ejusdem plebis, seu Ecclesiæ statutis, & consuetudinibus contrariis juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, seu jure, quod in dictis ecclesiis, atque locis ejusdem Castellanæ diœcesis nosceris obtinere, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de di-*

B *gnitatibus, personatibus, plebanatibus, vel officiis in eadem Castellan. diœces. speciales, vel de ecclesiis, seu plebibus, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiam si ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas literas, & processus habitos per easdem ad dictum plebanatum volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem dignitatum, personatuum, plebanatuum, vel officiorum, seu ecclesiarum, & beneficiorum aliorum præjudicium generari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat; per quam præsentibus non expressam, vel specialiter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ connexionis, unionis, voluntatis, præcepti, constitutionis, liberationis, exemptionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-*

C *tare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno decimo. Nos itaque ipsius Patriarchæ supplicationibus inclinati, litteras, & tenores hujusmodi auctoritate præfata præsentium serie innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, per hoc autem nullum jus cuique de novo acquiri volumus, sed antiquum, si quod sit, tantummodo conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis, communitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1433. Kalend. Octob. Pont. nostri anno 3.

Blasius vero cum præfuisset Gradensi Ecclesiæ utilissime annis fere 12. mortuus est anno gratiæ E-

D vangelicæ 1439.

66 MARCUS Condulmerius, nobilis Venetus, Eugenii IV. propior affinis, vir doctrina, & prudentia clarissimus, ab eodem anno 1439 eligitur Patriarcha Gradensis, cujus tempore unita fuit Ecclesia Civitatis Novæ Gradensi Patriarchatui, pro qua commune servitium solvit sacro Collegio anno 1440. ut notatur in lib. Obligat. Eugenii. Interfuit Florentino Concilio a. Anno vero 1445. translatus est ad Patriarchalem Sedem Alexandrinam 6. Id. Janu. De quo in Alexand. Patriarchis. LXV.

a 1438.

67 DOMINICUS Michael, nobilis Venetus, vir bonus, & doctus, ab Eugenio IV. constitutus est Patriarcha Graden. an. 1445. 6 Id. Januarii, cum annis fere sex bene hanc rexisset Ecclesiam. Venetiis momentaneæ vitæ valedixit anno 1451. Quo mortuo, Patriarchatus Gradensis post multa secula à sua institutione à Nicolao V. Pontifice Venetias transfertur, ac digniori loco collocatur. LXVI



ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Cifterciensis.



PROVINCIA DUODECIMA,

Ubi de Patriarcha Venetiarum, ejusdemque Suffraganeis accurate differitur.



HAUD modo nobis consilii eft in hanc duodecimam Provinciam, quam exordimur, potentiffimi Veneti dominii omnes epifcopales Sedes conferre, fed tantum de Veneto Patriarchatu, ejufdemque fuffraganeis accurate tractare. Siquidem cum omnis Venetus Principatus tribus amplis Provinciis contineatur in Italia, Marchia fcilicet Tarvifina, Foro-Julii, Iftriaque cum parte Infubriæ, de quarum nobiliffimis Epifcopatibus partim in defcriptione Patriarchatus Aquilejenfis, Bononienfis, Ravennatis, Mediolanique Archiepifcopatuum locuti fimus: unum tan-

A tum Patriarchatum Venetum, qui Gradenfi fucceffit, cum fuis fuffraganeis modo complectemur fermone. Nec expectes lector, ut prolixius de hujus inclyti Populi originibus loquamur, cum apud plerofq; alios hoc ipfum abunde poffis haurire. Quorum plerique, ut narrabimus, verofimilius effe affirmant hos incolas ab Venetis Galliæ populis ad Oceanum primam fuam duxiffe originem, vel ab Henetis, qui poft Trojanum incendium fub Antenoris aufpiciis, ejectis Euganeis, illuc commigrarunt, & ftabilem ibidem fedem fixerunt, pofteaque Henetorum nomen, in Venetum tranfiiffe cognomen, demumque ab iis Venetam civitatem fuiffe fubftructam, tot hodie provinciarum, Regnorumque Principem, ac Dominam, potentia, opibufque celebrem, Adriatici maris miraculum, decus, ac ornamentum Italiæ.

consensione, & concordia civium sapientia Senatorum, ordine Magistratuum, æquitate judicum, reverentia legum, gravitate patrum, obsequio populorum, eloquentia senum, modestia juvenum, bellicis, ac domesticis artibus, moribus institutis, rebus domi, forisque sapienter, ac fortiter gestis, & quod caput est, Catholicæ religionis, in qua & nata primum, ad tantam postea amplitudinem adulta, ac corroborata est, cultu perpetuo nulli florentissimarum Orbis terræ Urbium secunda, ac Roma velut altera, imo Roma ipsa felicior, si felicitatem imperantium urbium non imperii amplitudine, sed diuturnitatem metiaris. Namquemadmodum è metallis aurum, e lapidibus adamantem preciosissimum reputamus, non quod mole præstent, sed quod incorruptibili, & constanti adversus temporis injurias natura constent, sic civitatum, atque Rerum publicarum ea demum præstantissima videri debet, quæ & si non latissime, diutissime tamen imperet: quæ laus si cui unquam Reipublicæ tributa, Venetiæ profecto tribuenda est, quæ inter potentissimos circumfrementes Reges, ac tyrannos pristinæ libertatis decus intactum servat. Verum incredibile dictu est, quanta fuerit inter utramque Rempublicam similitudo. Romanam urbem Trojanorum reliquiæ excitaverunt, Venetam vero Romanorum reliquiæ fundarunt. Venetæ namque regionis populi, post Trojanum excidium sub Antenore profecti, Romanos eodem genere ortos fratrum loco jam inde ab initio habuerunt, & Romano sub Imperio non hostiliter, sed amice tractati, atque habiti, Romanorum hospites fuerunt, siquidem Patavium, & Aquileja plenæ civium Romanorum erant. Romam pastores condiderunt, sic Venetæ urbis conditores, utpote patria, fortunisque omnibus orbatos piscatores fuisse credendum est. Roma, Asylo in ea constituto, incrementum cepit, Venetorum urbs Asylum quoddam, & civitas refugii fuit, non prædonibus, ut Roma, sed nobilissimis, atque optimis civibus, qui contra omnia divina, atque humana jura patria expulsi, atque extorres facti, barbaricæ immanitatis metu se in has insulas receperant. Romani, cum ad propagandam sobolem mulieres deessent, Sabinas, ludorum specie in novam urbem illectas, impetu facto rapuerunt; sic Veneti Narentanas (1) virgines pari arte rapuerunt. Itaque ut Romæ Sabinarum raptus memoria anniversario quondam festo celebrari solebat, sic nunc Venetiis Narentanarum raptus quotannis celebrant diem. Romani Reges initio habuerunt, postea eorum tyrannidis pertæsi, creatis Consulibus, ac Tribunis patriam in libertatem vindicarunt: horum vero potestatem cum prope Regia videretur, magis, ac magis imminuere studuerunt; sic ergo Veneti Tribunos primum, more Romanorum, habuere, postea Duces constituerunt, quorum auctoritatem, quæ regiæ, ac tyrannicæ prope par videbatur, semper magis, ac magis extenuarunt, ut qui olim bella maxima administrabant, fratres aut filios classibus præficiebant, cum Cęsaribus, & Regibus affinitatem jungebànt, & filios, aut propinquos ad sceptri successionem facile perducebant, nunc in Palatio abditi, vix nudum, & umbratile nomen Principis retineant. Utraque etiam res Romana pariter, ac Veneta Gallicis initio armis ad extremum laboravit; illa in Capitolio, hæc in Rivoalto fortunas condens, atque servans suas. Illa cum Carthaginensi populo, hæc cum Genuensi internicina diutissime bella gessit; illa ferocissimarum conspiratione nationum, clade ab Annibale ad Cannas accepta, Italiæ Imperium amisit, hæc potentissimorum Regum in Cameracensi fœdere junctis armis oppugnata, & clade ingenti ad Abduam accepta Galliæ Cisalpinæ imperio cessit. Romani agricolationi, Venetici navigationi dediti fuerunt; Romani longum tempus terrestribus se tantum bellis exercuere, nec nisi post multa secula ab Urbe condita res maritimas attigere. Veneti contra utpote Insulani maritima tantum bella diu administrarunt, nec nisi post annum ab origine urbis suæ octingentesimum terrestria prælia, & mediterraneum imperium tentaverunt. Quod feliciter illis tandem præter hominum opinionem cessit, sicut res maritima Romanis, qui ante id tempus nunquam mare attigerant. Jam quemadmodum Romani à devictis civitatibus, ac nationibus sacra, Deosque illarum tutelares in urbem comportabant, sic Veneti meliore, ac multo feliciore eventu, id curarunt, ut à remotissimis regionibus, sive quas barbari occupassent, sive quas ipsi in suam potestatem redigissent, sacrosancta Divorum spolia, ac reliquias colligerent, ac in patriam inferrent. Hoc uno maxime discrepare à Romana Veneta videtur Respublica, quod Romanis majus propagandi imperii studium fuit, quam conservandi, Veneti contra non tam de propaganda, quam servanda libertate, ac potentia laborant. At imperiorum conservatio domesticæ prudentiæ, & pacis artibus, propagatio audacia, & fortuna constat. Hinc prona Romanis in exitium via, quia illi ipsi summi viri, per quos latissime Imperium creverat, in summam auctoritatem, ac potentiam elati Rempublicam oppresserunt. Venetorum tuta, ac perennis libertas, qui civium neminem aureæ mediocritatis fines superare patiuntur. Nam veluti athletæ (ut Galenus est auctor) vires quidam illi ingentes parant, sed brevi duraturas, contra alii tenuiore victus ratione internos corporis humores in æquabili quodam temperamento diutissime servant, & tuentur incolumnes, sic liberæ civitates diutius servãtur moderatione civium, atque jurium, quam exercitatione, opumque affluentia, atque potentia. Sed facile intelliges quantum Veneta urbs Romanæ præstet, si terris undas, si castam Virginem corruptæ mulieri, si navale Capitolio compararis, memineris que hanc non in solo, ut reliquas, fundatam, sed in undis esse suspensam, & cum non frugifero cingatur agro, sed undoso pelago nihil progignente, rerum tamen omnium esse fœcundam. Jacobus Sanazarus latinorum superioris seculi poetarum princeps admirabilem Venetæ urbis situm hac poetica fictione commendavit.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toto ponere jura mari.
Nunc mihi Tarpeias quantumvis Iupiter Arces
Objice, & illa tui mœnia Martis, ait:
Si Pelago Tyberim præfers, Urbem aspice utramque:
Illam homines dices, hanc posuisse Deos.

Nos vero ad eam celebrandam urbem minime novis poeticis figmentis opus esse ducimus, sed historicam fidem oculato nostro, & fidelissimo philosophiæ dogmatum testimonio innixam ad rem hanc patefaciendam interponemus. Nam primum quoad cœlestem pertinet hujus urbis situm, nec temperatiorem, nec salubriorem sedem eligi potuisse sentio. Est enim Veneta urbs ab ortu primo libera, & Christiana in 34. longitudinis, & 45. latitudinis cęlestis gradu sita, qua in latitudine est Byzantium, hoc est in medio inter maximum, & minimum parallelorum, interque Aequatorem, & Polum Borealem loco, ac proinde in medio inter gelidissimam & calidissimam terræ plagam, inter Zonam torridam, & gelidam, inque ipso Zonæ temperatæ meditullio, ubi clementissima cœli plaga, & humano generi saluberrima est habitatio, quippe in medio extremorum posita temperamento cum 45. gradibus ab Aequinoctiali circulo, totidemque à Polo Artico sit remota. Cœlum quidem Venetum, & si paulo frigidius aquarum vaporatione hyemali tempore reddatur, tamen clementissimum, ac saluberrimum esse Venetorum sinum, multa, & veneranda canities fateri cogit, quod etiam illorum frugalitas effi-

(1) Id hucusque inauditum. Tergestini è converso Venetas Virgines, dum nuptiales earum solemnitates in Cathedrali celebrarentur, rapuere: quibus è prædonum manibus excussis, solemnis deinde ille dies urbi extitit.

effecit, à qua sensim in inaam degenerantes paucio res hoc tempore consenescunt.

Quod vero ad terrestrem, & maritimum situm attinet, urbs Venetiarum est in parte Italiæ non minus amœnissima, quam tutissima, ad pacis otium, & ad belli usum commodissime sita. Nam si quæras artes pacis, quas inter præcipua mercatura est, nihil hac urbe fieri potest aptius, quia hinc ad Orientem per portum Venetiarum, ut Methamauci omnigenas Italiæ, Illyrici, & Occidentis opes, inde vero per æstuaria à Germanis, Pannoniis, atque adeo cunctis plagis Borealibus merces recipit, ac vicissim transmittit. Sunt præterea æstuaria hæc, ut diximus, receptacula omnium xx. fluminum, quæ mercibus in mediterranea subvehendis magnam afferunt commoditatem. Quæ vero sit amœnitas littoralis, ac suburbanæ regionis superius ostendimus. At quia brevia sunt otia, & solatia pacis apud eos populos, qui fœcundam, & amœnam, sed immunitam, & hostilibus injuriis obnoxiam regionem incolunt, ne hoc quidem ad Venetæ urbis felicitatem cumulandam defuit, quemadmodum ad amœnitatem urbis, sic ad munitionem, & tutelam maris, ac terræ elementa muro faventis naturæ beneficio conspirarunt; non enim Venetiarum urbs in littora continentis excitata est ut Carthago, ut Syracusæ, ut Constantinopolis, aut Corinthus, non insula continenti proxima, ut antiqua Tyrus, non in aliquo lacu posita est ea civitas habens vias, quibus ex continenti adiri possit, ut Mexicus, quam Temisticanum nostrates vocant, quæ causæ fuere, ut hæ omnes urbes libertatem amiserint; non in faucibus sinus alicujus inest, ut Demum in sinu Arabico, & Ormatium in Persico, sed divinitus in intimo sinus Adriatici recessu sita, velut se se ipsum colligit, ut nec aliis inferat, nec ab aliis patiatur injurias; à continenti discreta, ne terrestri oppugnatione obnoxia sit, discreta à mari, & ab ejus impetu vehementiori secura per tenuem aggerem utili naturæ artificio prætextum. Tuta etiam est ab hostilium classium injuriis; Etenim quemadmodum in terrestribus præliis locorum angustiæ paucos multis superiores reddunt, sic in æstuariis, & maris angustiis parva navigia, quorum multitudine Venetiarum urbs completa est, grandiora, ac triremes validissimas lacessere, ac superare facile possunt. Igitur cum lacunæ circa Venetiarum urbem 40. milliaria ambiant, fit, ut ea urbs ab externis viribus neque terrestribus, neque maritimis occupari possit. Nec vero eo à proprio cive in servitutem redigi potest ob frequentes euripos, seu canales, qui eam urbem totam sexcentis in locis intersecant, impedientes ne unum in locum, aut forum cogi ad res novas multitudo possit, quod & Aristotelis testimonio confirmari potest, locum docentis urbem unum munitum habentem aptam esse tyrannidi, eam vero, quæ plurima habet munita loca, esse multorum regimini aptissimam. Igitur urbs non muris, non turribus, non propugnaculis validis munita, sed aquis tantum diffusissime circumstantibus, quarum rivi rivos ejus in insulas dividunt, & universa, & quoad singulas partes maris fluctibus exposita naturæ, & situs beneficio fit munitissima. Alterum quod in quavis urbe desideratur, est, ut rerum ad vitam civilem substinendam copiam suppetat. Quocirca Dinocrates Architectus jure ab Alexandro Magno reprehensus est, quod urbem forma alioquin admiranda monte Atho exciso condere cogitasset, cum alimenta civibus parari nulla ratione posse viderentur, siquidem nec vicinum agrum, cujus fœcunditate frueretur, habebat, nec facile in montem comportari è longinquo necessaria poterant. Itaque cives rerum omnium inopia perpetuo laborare necesse erat. Atqui ab eo periculo procul Venetiarum est civitas, quæ velut Regina mari Adriatico præsidet, ut ad eam ex circumfusis littoribus, regionibus, oppidis omnia ad humanum victum necessaria veluti tributa convehantur, partim amnibus, partim æstuariis, quæ omnes excipiunt, præsertim hac tempestate cum vicinis urbibus circumquaque imperent. Nec vero uno tantum est portu ornata, ut diximus, sed multiplicibus; siquidem ager ille urbi prætensus, ostiis quinis interruptus, marinis aquis in æstuaria aditum præbet, ac portus efficit, quorum opportunitate fit, ut res omnes cum ad hominum usum, necessitatemque non ad delitias, & voluptates utiles invehantur, in qua nihil prope gignitur, in ea (dictu mirabile) omnium rerum maxima, & incredibilis exuberet copia. Ita urbs beatissima maris simul commoditate, pulchritudine, ac delitiis gaudet, simul etiam terrarum frugibus, atque opibus fruitur, iis præsertim, quas vicini, & fœcundissimi Tarvisinæ regionis campi suppeditant. Ac sane videtur ipsa velut brachia porrigere, ac se se tamquam sinum expandere ad maris, terræque bona cumulanda quibus abunde suppeditandis terra ac mare certare inter se quodammodo videntur; ea vero quasi parens optima, ac benignissima ad filios suos in summa omnium bonorum affluentia latius, ac beatius alendos, conservandosque cœlum, terras, maria occupavit, ut non immerito Leonis alati terram, undasque calcantis insignia præferat, cœlo per alas designato, terra, marique sub ejus pedibus expressis: ut jure Jason J.C. in lib. si intul. de verb. obligat. paradisum deliciarum eam appellaverit. Quæ cum ita se habeant, apparet Venetiarum urbem nullam habere æmulam, sed solam sibi ipsi similem esse. Sed jam tempus est urbis ipsius formam, & interiorem faciam inspicere. Sunt igitur Venetiæ in mediis aquis sitæ, ut undique à continenti per duo fere millia passuum distent. Nam mare Orientalem plagam per duo castella, & Methamauci portum ingrediens euripus, quem *Canalem grandem* appellant, mediam per urbem excurrit, & idem duo sunt alii magni canales, quorum alter ad Septentrionem versus Marianum, alter ad Meridiem per Judaicam urbis regionem fluit. Facies vero civitatis, quæ per euripum majorem sumi debet, flexuosa est, & ad Venetorum Principi insulæ similitudinem conformata; etsi Sabellicus urbis hujus formam rotundæ molæ propiorem esse ait. Ipse namque euripus major, ut diximus, ingreditur ad Ortum Solis, inde per Meridiem ad Occidentem deflectens desinit in Septentrionem. Longum esset, imo supervacaneum singulas urbis partes enumerare, ne dum describere, marmorea Ducis, ac monetæ palatia, S. Marci aureum templum augustissimum, forum mercatorum ad Rivum altum, amplissimum, & omni apparatu refertissimum navale. Nam hæc, & alia urbis Venetæ miracula conscriptis libris alii uberius explicarunt. Illud vero maxime admirandum est quod urbis fundamenta posita sunt in aquosa tellure, quæ duodecim tantum pedibus supra aquas eminent, & tamen amplissimis, atque editissimis, sacris, prophanisque ædibus passim hæc urbs, si qua usquam alia, decoratur; ac dum unda salsa ubique perfluens, frequentissima aquarum divortia facit, terra pariter, marique per totam civitatem itur; namque terrestria itinera pontibus lapideis, ac ligneis ubique junguntur, qui ad quadringentos fere numerantur. Et quia alioquin magnus euripus unum tantum pontem habet ad Rivum altum recentis ac mirificæ structuræ, uno tantum constantem arcu, frequentibus locis plurimæ cymbæ portoriæ suppetunt; ut si cymbarum omnium exacta computatio fiat, Venetiis sunt plures, quam equi, & muli Romæ, siquidem compertæ sunt octo mille. Urbis ambitus est fere septem millium passuum. Aquis interfluentibus divisa est in insulas septuaginta duas, à politico magistratu in sex regiones, ab ecclesiastico in parochias septuaginta duas. Universa vero in duas partes divisa est, quarum hæc ad Meridiem, & Occasum vergit, hæc ad Septentrionem, & Ortum. Harum rursus utraque in tres est distincta regiones, quarum prima, quæ *Durum Dorsum* dicitur, triremis formam pene exprimens,

utpote otrinque extremis frontibus quasi in puppim, & proram extenuata, continebat ante annos centum quinquagiata, Insulas viginti, templa viginti sea. Secunda regio, *Paulina* dicta, insulas continet tredecim, ac totidem templa. Regio tertia S *Crucis* Insulas habet undecim, ac totidem templa. Quarta *Canaregium* insulia ferme viginti habitatur. Quinta *Olivolensis*, quæ & Castellum, insulæ in ea fere viginti, sacræ ædes multo plures, & in his ædes Patriarchalis. Sexta regio est *Divi Marci* continens insulas quatuordecim, templa decem, & octo, & in his aureum D. Marci templum.

Quod si clarissimæ quæque ædificia numeranda sint, non elogium, sed librum conficere oportebit. Cæterum ea his quædam delibata satia fuerit. Igitur statuæ equestres quidem duæ sunt præcipuæ, altera Bartholomæi Bergomatis in foro Paulino, altera Pauli Sabelli in fronte ædis maximæ Deiparæ Virginis. Equi ænei præter hos, quatuor spectantur in vestibulo templi Divi Marci. Columnæ magnitudine insignes duæ sunt in foro D. Marci.

Quid memorem tot emporis, tot tabernas, tot officinas, tot mercium conditoria, atque publicorum vectigalium, ut quod *Duanam* vulgo appellant, & quicquid mari subvehitur, publicanorum oculis subiicitur, ne quid vectigalibus fraus fiat. Item vectigalia vini, tabernas oleatias, conclavia mercium peregrinarum, emporium farinarium, horrea publica, vicum amphorarum, vicum investorium fullonia, aream singulorum, porticus venalis ferri, seu ripam ferrariam, vicum annularium ab officinis annulariis, vicum argentarium ab eo distinctum, & ab utroque diversum, vicum aurificum, itemque vicum ærarium; sagittarium, atque spatharium. Præterea vicus in regione D. Marci positus, ubi opifices aureæ, sericæ, & purpureæ teaturæ frequentissimi sunt, & Germanicum emporium ad Rivum altum, ubi Germani mercatores plurimi negotiantur; inde post Rivi alti pontem via urbis frequentissima omnifariam officinis fervens, ubi venalium mercium incredibilis exposita est copia, mercantiam vocant, jucundissimum exteris spectaculum, die præsertim Ascensionis Domini dicato. Ut sileamus fora Olitorium, Piscarium, Cæparium, Lignarium, vicumque salarium, ac macellum.

Sed longe clarissimum est forum maximum D. Jacobi, in quo omnia urbis, imo Orbis negotia transiguntur, incredibili ex quavis gente, natione, aut secta mortalium concursu, ac mira quiete, & sine contentione, nullus ut strepitus audiatur, nullæ altercationes, nulla jurgia.

Ornatissimum est forum D. Marci, quippe templo, prætorio, ac monetæ palatiis septum, quorum hoc recentis sculpturæ absolutissimam faciem aahibet, illud vetustate, ac magnitudine præstat. Hujus Septentrionale latus, auteæ D. Marci ædi accabat, Australe, & Occiduum crassioribus subniaum columnis, longissimas porticus explicat, easque duplices. Orientale novo est opere restitutum. In hoc palatio est curia, ubi Senatus, & Comitium habetur, magistratus creantur, causæ civiles, atque criminales agitantur, estque in eo etiam publicus carcer, ac domicilium Principis, bibliotheca publica, publicumque armamentarium. In ædibus monetæ nummariæ sunt officinæ plurimæ, ubi assidue vis ingens auri, & argenti cuditur, opificumque numerus ingens.

Est etiam intra ambitum orbis navale admirandum, *Arsenale* appellant, locus mœnibus undique munitus, de quo mox uberius cum Venetæ Reipublicæ vires patefaciemus. Sunt & duo armamentaria, alterum in navali pro militibus classariis, alterum in palatio D. Marci pro patritiis armandis, si qua forte popularis vis, aut expeditio ingruat.

In universum autem tota orbs quacumque pedibus peragratur, vias habet angustas illas quidem, sed nitidas, ac lateribus stratas. Ædificia publica pariter, ac privata defossis palis imposita, ita excelsa sunt, ut aquarum rivi ea sublimi aliqua turri dispicientis urbem oculos lateant, totaque urbs unum prope ædificium esse videatur. Privatæ ædes domesticatim puteos habent, & parietem quadrato saxo, Dalmatici, Istricique lapidis structas crepidines. Atria item porticus ejusdem marmoris subniaa columnis conspiciuntur. Privatorum consimiliter pavimenta ædium eo sunt nitore, ut speculorum instar ambulantium facies repræsentent, contignationes, ac tecta abiete, ac terebinto egregie perpolito, ac levigato nitent, iamque auratis cubiculis, ac tectoriis orasndæ fuerant, nisi cohibita legibus fuisset libido ædificantium, quod & mulieribus curatum pompis sumptuario promulgato edicto, ne aurum in vestibus, aut mundo muliebri adhiberetur. Ergo auro adempto, mulieres in gemmarum, & unionum ostentationem totæ incubuerunt, quæ tanta est, ut in publicum prodeuntes unionibus, ac margaritis regio cultu splendeant, nudum pectus, nudas mammas ostentantes; nondum satis compertum habeo probem ne, an improbem. Virorum cultus in urbe civili constat toga, quam patria egressi statim exuunt, nisi magistratum, aut legationem obeant. Toga ipsa ad pedes demissa à teneris annis usurpatur colore nigro, violaceus color, & purpureus à quibusdam honoris ergo adhibetur. Patritiorum studia aut in Republica administranda, aut in negotiatione sita: philosophiam nonnulli attingunt; quidam etiam eloquentiam felici in omnibus liberalibus artibus plerumque progressu. Medius ordo mercaturæ, & opificiis vacat; vulgus remigia explet. Victus omnibus magis nitidus, quam sumptuosus. Cæterum quæ ad corpus attinent, capillus, vulgo flavus, ac flaccidus, ita ut adhuc juvenes plerique calvi fiant, color candidus, statura magis procera, quam brevis, tacitus incessus, & curiosus, sermo gravis, & demissus, & qui plus gratiæ sibi vindicet, si aliqua sit ea parte adulteratus. Hæc fere ex Sabellico, qui accuratius omnia descripsit.

Quæ fuerint prima hujus inclytæ urbis initia, gravissimorum Scriptorum variæ, dissidentesque sententiæ memorantur. Sed si aliqua in nostro hac in re judicio locus sit; ego ita sentio. quatuor externas, & hostiles nationes Gothos, Hunnos, Longobardos, Francos, quarum tres priores barbaræ, & immanes, ac Christianæ pietatis expertes erant, variis temporibus, infensis armis regionem Venetam irrumpentes, cunctaque igni, ac ferro vastantes, occasionem populis dedisse, ut in maris æstuaria se reciperent, urbemque conderent, Italici nominis ornamentum, libertatisque præsidium difficillimis temporibus futuram, fortiterque sævissimum Aquilonarium, ac Orientalium hostium impetum excepturam. Nam primi Gothi Radagasi Regis ductu circa annum Domini 405. in Venetam regionem cum ducentis armatorum millibus penetrarunt, primumque his populis utpote barbarorum injuriæ expositis terrorem intulerunt, quo adducti Veneti de relinquendis mediterraneis urbibus, & sedibus in mari collocandis, consilia inire cum primum cœperunt. Sed nihil tunc actum, quia Radagasio paulo post cum suis apud Fesulas à Stilicone Honorii Duce fuso omnis illa Gothorum tempestas facile discussa videbatur. Post Gothos quinquagesimo fere anno post, hoc est, anno Christi 452. Hunni Duce Attila, cui ab sævitia, impietate, sitique inexhausta humani sanguinis, flagellum Dei, cognomentum fuit, in Venetam regionem truculento, ac feroci exercitu irrupere, cujus tempore Italiæ populi majori, quam unquam alia, formidine, ac trepidatione concussi sunt. Itaque omnibus ad ipsum Attilæ nomen horrentibus, Venetæ regionis populi videntes primam tam immanis, ac tetri hostis impressionem se excepturos, quod sub Gothorum adventum animo tantum agitaverant, exequi re ipsa cœperunt, patrias suas in continenti sitas reliquerunt, ac familias cum supellectile ad Insulas transportarunt, ea spe ducti, Attilam,

aut inopia lintrium eo non pervasurum, aut si copia suppeteret, has insulas intento Romam itinere neglecturum. Ergo Aquilejenses Gradum, Concordienses Caprulas, Altinates Torcellum, & Murianum, Opitergini Equilium, Atestini, & Montilicenses Philistinam, Methamaucum, & Clodiam, Patavini Rivum altum ab altitudine ripæ sic appellatum petierunt, non eo consilio ut mansuram urbem, sedesque ponerent, sed ut temporariis in tuguriis latitarent, dum Hunnica rabies desæviret. At ubi acceperunt Aquilejam, quæ ad id usque temporis clausorium Italiæ adversus irruptiones barbarorum firmissimum, & semper invictum extiterat, pertinaci Attilæ obsidione captam, & immanitate deletam fuisse, tum vero ejus exempli fœditate deterriti, tamquam crebris, ac sævis barbarorum impressionibus consternati, qui in insulas fugerant, cum patrias sedes suas crematas, agrosque vastatos viderent, domicilia in insulis sibi perpetua statuerunt, ac communicatis consiliis non solum rationem inierunt, qua se adversus immanem incursantium hostium libidinem tractanda re maritima tegerent, sed etiam creatis magistratibus, quos Tribunos (Cassiodoro teste) vocarunt, certam inter se Rempublicam instituerunt. Igitur Venetæ condendæ urbis consilia Gothorum metu agitata primum, Hunnorum deinde terrore fundamenta jacta circa ann. 452. Non ignobilem autem, nec obscuram prorsus fuisse civitatem per ea tempora argumento sunt templa S. Theodori, ac Geminiani à Maximo Altinate, & Narsete Justiniano Duce hic excitata. Anno deinde 568. Longobardis in Italiam venientibus, reliquorum mediterraneæ Venetiæ populorum plurimi hasce insulas petiverunt, sicuti prioribus annis Gothicis, Hunnicisque temporibus factum fuerat. Quamobrem magis, ac magis civium, ædificiorumque multitudine frequentari insulæ cœperunt, sed gentis caput, & summi sedes magistratus Heracleæ primum, ac Methamauci postea fuit. Heracleam unde Joannes, & Mauritius Duces originem trahebant, Obelerius, qui paulo post, ante iis exactis, Ducalem coronam Methamauci acceperat, in eorum contemptum invasit, funditus evertit anno Christi 805. Itaque Heracleani, quæ major erat nobilitas Venetæ partis, quod ea per aliquot annos sedes imperii fuerat, alii Methamaucum, alii Torcellum, sed plerique Rivoaltum petierunt. Tandem anno Christi 810. cum Veneti a Pipini Caroli Magni Francorum Regis filii armis peterentur, Methamaucenses cum Duce conjuges, liberos, omnemque pretiosiorem supellectilem in lembos raptim imposuerunt, atque in Rivumaltum, & Olivolam cum Beato ipso Duce se receperunt, rati eas insulas ab hostili impressione magno intercedente Canali fore securiores; quorum exemplo secuti alii quoque ex aliis insulis Tribuni populi ipsi suos ad communem tuendam libertatem eo continuo traduxerunt. Cumque postea Pipinus has insulas frustra, & improspere tentatas, ab æstu desertus, cum suorum clade reliquisset, & Methamaucum à civibus desertum incendisset, visum est Beato Duci, & Tribunis, ac primoribus omnibus minime deserendam Rivoalti, & Olivolæ sedem tam felicibus auspiciis cœptam. Itaque Beato mox vita functo, sub Angelo Particiaco Duce, res ad exitum perducta, & regia Rivoaltum traducta, primaque Ducalis Prætorii fundamenta, quo nunc est loco, jacta, ac ut Rivoaltum Duci, sic Olivola Episcopo destinata; urbs autem tota Rivoaltum, & Olivolam ac vicinas illius Insulas continens, uno post Venetiarum nomine appellata, quod plures populos contineret. Hæc præcipua fuere urbis Venetæ, quæ bellis, pacisque studiis pro temporum ratione colendis ad eam opum amplitudinem crevit, ut jam cum potentissimo quoque Rege æquo marte terra, marique armis confligere non solum possit, sed etiam ausit. Ut consilia de his sedibus occupandis agitarentur, Gothi, ut habitari inciperent, Hunni, ut frequentarentur ædificiis, Longobardi, ut gentis totius caput, & metropolis essent, Franci effecere. Ita exterarum nationum metu condita ad hoc fastigium perducta fuit urbs, quæ concordi suorum virtute munita omnem externi hostis metum procul arceret.

Primus Venetorum Magistratus Consules Tribuni fuere, apud quos annis 230. summa rerum fuit usque ad annum Domini 700. Inde Duces creati, potestate quidem minore quam Tribuni, sed successione longiore, si quidem Paulino Primo 101. annis ferme nongentis quinquaginta recensentur. Ex his porro nonnulli Heracleæ, quidam Methamauci, ac deinde omnes Venetiis sedem habuerunt; quibusdam etiam Tribuni militum interjecti. Ex hac vero successione duo sanctitate vitæ, & miraculis claruerunt Petrus Urseolus Ducum XXII qui cum præfuisset circa annum 976. in Aquitaniam pergens Monachus, & miraculis clarus confessor migravit, & Aureus Maripertus Ducum XXXIX. qui bello sacro perlegatus gesto, & Salladino superato xv. anno magistratu se abdicans, reliquum vitæ tempus persancte monachus exegit. A civibus interfecti propter dominationem affectatam perplules, quorum fuit primus Ursus Ducum tertius. Multi dejecti magistratu, & oculis orbati, aut in monasterium trusi, nonnulli etiam postea restituti. Sponte etiam abdicarunt multi, ut Joannes Participatius Ducum XV. qui restitutus iterum abdicavit. Nonnulli etiam in bello interfecti, quorum primus fuit Petrus Candianus Ducum XVI. cum Illyricis ad Muranum manus apponeret. Diuturnitate Principatus insignes fuere Mauritius Heracliensis Ducum VII. qui præfuit felicissime annis 33. & Franciscus Foscarus Ducum LXIV. qui præfuit annis 34. ob senectutem abdicare coactus Nonnulli socium sibi in Principatu asciverunt, ita ut duo simul Duces essent. Brevitate Principatus Dominicus Urseolus Ducum XXVII. insignis fuit Patriarchæ Gradensis frater; assumptum Principatum tertio post die amisit. Propagatione imperii clari qui fuerint, inferius mostrabimus. Bellis, & victoriis pro religione feliciter gestis celebrantur Ursus Ducum III. qui Gregorii Pont. Max. rogatu Exarchum Ravennæ, à Luitprando Longobardorum Christianæ fidei tunc temporis hostium Rege depulsum suæ sedi restituit. Petrus Gradonicus Ducum XIII. quo naves sexaginta contra Sarracenos Hetruriæ oram populantes transmisit; necnon Ursus Participatius Ducum XIV. qui Sarracenos Dalmatiam populantes, quique etiam Anconam occupaverant, expulit. Vitalis Michael Ducum XXXII. qui summo Pontifice adhortante centum navium classem in expeditionem Hierosolymitanam misit circa annum Domini 1096. nec non Dominicus Michael, qui decimo anno post, Paschale II. Pontifice auctore, Balduinum Hierosolymitanorum Regem cum classe ducentarum navium profectus à Turcarum obsidione liberum fecit, Cyprumque recepit. Sic Henricus Dandulus Ducum XL. classem subsidiorum Præsule Ravennate Præfecto creato in expeditionem Hierosolymitanam misit; sic & Franciscus Dandulus Ducum LI. Joanne XXII. Pontifice auctore, classem contra Turcas Andronico Palæologo Cæsari Orientis infestos. Sic Andreas Dandulus Ducum LIII. Clementis Pontificis rogatu triginta triremes contra Sarracenos Hispaniam vastantes armavit; sic Antonius Venerius Ducum LVI. Turcas classe ingenti superavit. Christophorus Morus Ducum LXVI. sacro fœdere cum Pio II. se conjunxit.

Sed longe omnium Venetorum Ducum felicissimus fuit Petrus Urseolus, qui Dalmatia patrio Imperio adjuncta, primus Dalmatiæ Ducis titulo nobilitatus est, tametsi id alii Vitali Faledrio decus tribuunt. Cæterum Petrus post plurimas victorias filium, ac nepotem solii successores vidit. At modestis singularis enituit in Andrea Contareno, qui oblatum Principatum non ante accepit, quam exilii pœna proposita recusanti esset. Severitate autem

insignis maxime Michsel Maurocenus, qui filium ob stupratam virginem in carcere mori coegit, in terfecturus nisi à Patribus inhibitus fuisset. Hæc de rebus gestis Venetæ Reipub. per Principes ita perstrinaimus, non quod retum gestarum momenta ab ipsis Principibus pendeant, sed morem in ea receptum secuti sumus. Nam quemadmodum gesta Romanorum, & tempora pet Consules annuos notabaotur, sic apud Venetos publica acta, & tempora per Principes annotantur.

Constat Veneta civitas triplici personarum ordine, nobilium patritii sanguinis, civium, sive popularium, atque artificum. Sed srtifices nullam Reipublicæ psrtem attingunt, populares id solum habent, ut sint scribæ publici, quod munus in Romana Republica libertini exercebant, ut propterea cives, juxta Aristotelis dogmata dici non possiot, siquidem soli Patritii publica munera, & honores gerunt, remque omnem publicam domi, forisque administrant, cujus regimen ad tria fere Consili a refertur. Primum est magnum Consilium, in quo omnes nobiles vigesimo quinto ætatis anno majores sdmittuntur, & præter hos nonnulli minoris ætstis semel io anno sanctæ virginis Barbaræ festo die sorte adlecti, ut in legendis magistratibus suffragiom ferant. Nam magui Consilii ea potissimum cura est magistratus creandi, & gravissima quæque decetnendi. Alterum est Consilium Rogatorum olim institutum, ut dum alii privatis rebus incumbereot, & in magnum Consilium venire recusarent, hi publice togati, ac selecti publicas res curareot. In hoc Consilio legationes, & quæ belli, & pacis sunt, decernuntur. Tertium est Consiliom Decemvirum, in quo gtaviores causæ capitales, & perduellionis, & aliæ ejusmodi definiuntur. Ex his facile iotelligitur, quæ sit forma Venetæ Reipublicæ; ea namque ut periti seotiunt, oon mixtionibus constat, sed pura est, & simplex Aristocratica, sive regimen Optimatum; nihil autem in ea est, quod mjxtam ex Regia, aut Democratica, sive populari reddere posit; populares enim ad Comitia nullatenus admittuotur; sed taotum ex eorum ordine scribæ, nobilium tamen suffragiis, creantur. Dux Principis nomen, & speciem obtinet, cæterum privato cive oihilo soperior. Itaque io omnibus Comitiis unum tantum ad instar cæterorum suffragium habet: quo omnibus consiliis, & determinationibus publicis adesse potest. Mille aureos menstruos pro domestico sumptu de publico exigit. Senatus ex universa Venetorum nobilitate coactus summam obtinet fereodarum legum, magistratuum creandorum, belli indicendi, sanciendæ pacis, & vitæ, necisque potestatem. Etsi autem Veneta nobilitas admodum numerosa est, adeo ut nobilium supra fere duo millia in Senatum veniant, aot veoire possint, nou tamen propterea popularis illa Respublica nec in totum, nec ex parte dici potest. Arist. 3. Polit. csp. 5. Plato lib. de Regno, quia ot præclare idem Arist. lib. 3. de Rep. adversus Platonem ostendit, nou à onmero, sed à conditione, & fine regentium distinctio rerum publicarom petenda est. At qui nobiles Veneti, & si multi sint, tamen cum omnes sint nobiles, imo etiam æqoe nobiles, non tamen magis nobiles illi habeantur, qui oumeroso comitatu ad Comitia, sive commune Consilium conveniunt, quam tenniores, cumque uous sit omnium finis, nec iu hunc oomerum venire possuot, nisi qui ea familiis in nobilium album adscriptis orti probantur, perspicuum est Remp. hanc plane Optimatum esse.

Fulget etiam in ea splendor Regiæ dignitatis in Duce, qui Principis nomen, & Insignia ad speciem, & majestatem tantum habet. Ejus namque unius nomine nummi signantur, ejus item nomine literæ, & diplomata publica inscribuntur, obsignantur, mittuntur illi nomioe teous legati Principum, imo & ipsi etiam cives, ac magistratus obsequium præstant. Quin & novum Ducem cum uxore ad iostar Regum solemni pompa inaugurati mos est, legatiooes gratulatioois causa, & a Veneti Domioii urbibus, & ab eateris Principibus mitti petinde, ac si Regis imperium, & potestatem obtioeret. Venetotum Ducis etiam illa insignia suot caput aurato, & pretiosissimo diademate tegio ornato, quod à similitudioe cornu appellant. Hunc Ducalem pileum veteris præfecturæ infulæ imaginem referre putat Lazius Reip. lib. 2. cap. 3. Induitur chlamyde, seu potius lato clavo, auro intexta, & zibelliuis pretiosissimis pellibus intus. Illa etiam prærogativa gaudet, ut plumbea bulla ejus litteræ obsigoentur, idque ea Romani Pontificis (t) concessione. Porro Venetiarum Ducis tituli sunt, *Dux Venetiarum, Dalmatiæ, &c.* Primus se Dalmatiæ Ducem dixit Petrus Urseolus ea regione io potestatem redacta. Eatra Ducale Palatium publico habitu procedit, nam privato videri per urbem, aut contra leges est, aut contra motem, tali fere pompa. Præferuntur Vexilla octo colorum, duo punicea, duo candida, reliqua purpurea, necnon sella aurata, tubæ sex argenteæ, umbella aurea, atque ensis, ac cereus albus, & hæc ex concessione Alexandri III. qui Sebastianum Zenum per id tempus Ducem hujusmodi iosignibus Anconæ, & Venetiis decoravit primus. Dux porro tam subtili sortitione eligitur, oullus ut ambitiosus in tantam se dignitatem iotrudere queat, cum nullus sit ambitui, aut largitioni locus.

Proximus huic magistratus est Procuratorum S. Matci, qui circa ano. Domiui 1315. Jacobo Superantio Duce sex numero ad seditiosorum quorundam tumultum sedandum constituti sunt, ut Rempublicam procurarent, & ærario præessent. Tertius Magistratus Decemvitum, qui majestatis reos, sodomitas, monetarios judicant, & triremes in armamentario, & tormenta cum proprio signo habent hujusmodi, CX. Hoc est consilii Decemvirum. Hi quindecim aliis, & Duce ipso, ac sea præterea coosiliariis aliquoties pluribus, aut paucioribus additis, maaimarum deliberationum potestatem habent, quæ à nollo alio Consilio revocari posit. Quartus est trium Advocatorum Communis, qoi curaot observari leges, reos apud quadragiota vitos videlicet criminales absolvendi, puniendi, emptores litium, causas, & processus delictorum nocturnorum cognoscendi. Quiutus Sapientum magnorum; hi res pacis, & belli procurant, & ad Priocipes scribuot. Sexto loco suot Sapieotes Terræ firmæ, qui res militum admiuistrant. Septimo sunt Consiliarii, qui tes incidentes iu magno Consilio proponunt. Octavo sunt Consiliarii inferiores, qoi Duci assident, & ioter quadragiota viros criminalium causarum judicio præsident. Nono est Collegium, ubi leguntur literæ ab exteris Principibus scriptæ. Decimo est Consilium Rogatorum, in qno res belli, pacisq; decernuntur. Est præterea curia civilis, quæ hsbet magistratoum clasfes, seu ordines XXIV. At in Rivoaito sunt Magistratuum classes viginti quinque, quorum nomina, & officia nihil attinet recensere: propterea quod non Rempublicam geruut, sed tantum publica vectigalia, & inferiora quædam munia exetcent, nec de publicis rebus nisi levioribus decernunt, & privata fere dumtaxst judicia eaetcent. Io judicaudo autem Veneti, non Romanis legibus, sed propriis utuntur. Etenim in divisione Romani Imperii Occidentalis, & Orientalis inter Carolum Magnum, & Constantinum Irenes filium Orientis Augustom, Veoeti in medio immunes, ac liberi relicti, ut Romanis legibus minime tenerentur. Solent sutem nobilium Venetorum plerique Romanam jurisprudentiam Patavii condiscere ad majorem in judicando prudentiam comparandam. Atque hi quidem sunt Venetæ Reip. Magistratus, hæc forma regiminis, quam si quis inspiciat, fateatur profecto necesse est, licet

(t) Dandulus in Chronico lib. 10. cap. 1. testatur se Legatorum, quos Veneti ad Emmanuelem Constantinop. Imperatorem miserant, commissiones Bulla Ducali plumbea munitas vidisse, & legisse: inde subdit. *Quod quandam asserentium Alexandrum Papam, cum Venetiis, foret Duci primo hanc attribuisse authoritatem excludit.*

Naxium, Paron, Andrum, & alias in mari Ægeo insulas, Tyrum in Syria, Smyrnam in Asia, Callipolim Theatiræ, Thessalonicam in Macedonia, Corinthum, Spartam, Methonem, Coronamque in Peloponneso, Ragusiam in Dalmatia, Tergestum, Cremonam, Ferrariam, Ravennam, Fanum, Hydruntum, atque alias nobiles Italiæ urbes occuparunt, & Cyprum, quam Nicolaus Thronus Dux LXVII. Corinthum Joannes Mocenicus LXXI adjecit. Finitimi Veneto Dominio sex fere sunt. Nam mare Adriaticum, quod Venetorum fidei Romani Pontificis auctoritate concreditum diximus, à Meridie, & Occasu Regno Neapolitano, ditione Pontificia, & Urbini Ducatu clauditur. In Mediterraneis Italiæ Occidentale ejus latus Mantuæ. & Mediolani Ducatus terminant. Septentrionale latus ad extremos Fori-Julii, & Istriæ fines Serenissimæ Austriæ Domus ditione finitur. Ad Orientem mediterraneis omnibus, & maritimis oris, & insulis Turca infidus sive amicus sive hostis imminet. Ad Dominium hoc omnibus hostilibus injuriis servandum vim habent Veneti. Adversus exteros, & intestinos hostes variis arcibus munitum est imperium Venetum, quæ 35. numerantur, singulari artificio, & opere instructæ arces, & omni genere tormentorum copiose instructæ, ac vigilantissime custoditæ. Ex his quatuor sunt in Creta, quæ non tantum arx, sed Colonia Venetorum est, *Candia*, *Canea*, nunc à Turcis occupata, & hæ duæ firmissimæ, & Rethimum, ac Scytha. In Archipelago tres, Cerigo, Tinæ, Michone. In ditione Orientis quatuor Zacynthi, Cephaleniæ, Corcyræ, quæ una celeberrima est cum ob munitionem, tum etiam ob utilitatem, cum, modica fabricata classe, facile hujus arcis opportunitate, ac præsidio Adriatici maris ingressus intercludi hostibus possit. Quarta est Castrum Paraga in mediterraneis Epiri a 5. a mari, 60. à Corcyra milliario. In Dalmatia arces novem numerantur *Velta*, *Castellomaschio*, *Novigrado*, *Zara*, *S. Nicolao* prope Sebenicum, *Trau*, *Strangrado* prope Almisam, *Lesina*, & *Cataro*. Etsi Dalmatia munimentis arcium haud magnopere indiget, cum ea præcingatur perpetuo dorso montium, qui adeo angustos aditus habent, ut currus, tormenta bellica, & exercitus transvehi non possint, quo fit ut Dalmatiæ urbes ab oppugnatione terrestri tutæ, incursionibus dumtaxat ager sit obnoxius.

In Terra firma Italiæ sunt arces quatuordecim, quarum una in Istria, nempe Justinopolis, tres in Forojulii. Maranum ad mare in æstuariis positum, quod continenti parvo isthmo cingitur. Castrum Osopi in arduo monte locatum, quod aditum ex Germania in Italiam præbet, per quem tantum justi exercitus cum tormentis, & curribus duci possunt, cum reliqui aditus ob angustiam minus id fieri permittant. Tertia est Palma novissime saluberrimo providentissimi Senatus decreto extructa, optimeque communita, ut quemadmodum olim Aquileja, sic ea nunc barbaros ab Italiæ aditu arceat. In Marchia Tarvisina, & Lombardia sex urbes munitissimæ Bergomum, Brixia, Verona, Crema, Tarvisium, Patavium; Vicentia enim quod in centro Dominii posita sit, munitione non indiget. Ex his porro urbibus Verona, Bergomum, Brixiaque præter quamquod mœnibus cinctæ sunt; firmissimas habent Arces, quæ captis urbibus adhuc substentari possint. Sunt & quatuor oppida munita, Orci nomine ad fines ducatus Mediolani, Asola Brixiani agri oppidum, Peschara, & Lignago, quæ vicinum tractum Rhodigii (vulgo il *Polesine di Rovigo*) facile tuentur. Ex his rursus tres aqua muniuntur, quæ vix, aut ne vix quidem auferri possit, ut Tarvisium, Crema, Lignago, duæ circumjectam planiciem omni cultu vacuam ad usus bellicos habent, quod munimenti genus nostrates apellant (*le spianate*) nec facile ob pomœrii magnitudinem obsideri, nisi ab ingentibus copiis possunt. Harum arcium conservationi, ac munitioni sedulo invigilat sapientissimus Senatus crebro viros militaris rei peritos transmittens, hoc politico axiomate: *Qui vult pacem, ante præparet bellum*.

Vires terrestres Venetorum extra Italiam non admodum amplæ sunt. Orientis ditio habet viros ad arma tractanda idoneos fere quindecim mille. In Dalmatia, & insulis illi objectis numerantur bellatores 13068. Ergo extra Italiam Dalmatia, & Oriens 28. millia bellatorum habet. In Terra firma Italiæ in Lombardia ex singularum urbium agris selecti ex juventute milites ad numerum 25. millium, qui crebro in tractandis armis exercentur, præter eos, qui belli tempore ex civitatibus elici possunt. Annua etiam pensio Helvetiorum pagis quibusdam à Venetis solvitur, ita ut horum auxilio Veneti peditum 35. millia producere in Asiam possint. Equitatus constat cataphractis equitibus sexcentis, qui ex nobilitate ditionis Terræfirmæ singuli saltem habent binos equos. Mille præteres equites brevis armaturæ tempore pacis alebant, qui ex albo deleti sunt, ad sumptum minus necessarium minuendum, cum tria millia equitum haud magno negotio ex Lombardiæ civitatibus conscribi possint. Habant etiam Dalmatas, & Illyricos milites expeditissimos, & ad hostilem aciem perturbandam, & suam restituendam promptissimos, celerrimosque, quorum ad tria millia educi ad bellicos usus possent; hi a nostratibus *Stradiotti*, & *Capeleti* nominantur.

Terrestrium copiarum Duces, Veneti, utpote in mediis undis positi, de suis legunt nunquam, sed exteros semper evocant. His vero duos è Patritiis addunt, quos provisores appellant, quorum sine consilio nihil Dux audeat, sive in castris, sive in acie decernere. Vires maritimas Veneti, utpote in mari nati, ac nutriti, ac proinde navalibus præliis, quam terrestribus magis exercitati, non modo ampliores, ac promptiores suis terrestribus viribus habent, sed reliquis omnibus cujusuis Principis classibus aut numero, aut certe virtute superiores: quæ vel solæ, vel præcipuæ Venetorum nomen ad tantam amplitudinem, & celebritatem extulerunt. Verum quo facilius magnitudo earum possit æstimari, ab ipsomet fonte earum cognitionem hauriemus. Ad fabricandas triremes duo sunt Venetis navalia, sive armamentaria, alterum in Creta, alterum Venetiis, quod numero, & peritia artificum, & omni classico apparatu ita instructum est, ut tale nullum toto terrarum Orbe spectetur. Hoc latus civitatis sic attingit, ut in parte ipsius censeri possit; ejus mœnia procul venientibus vaste se produnt, immensum opus, ac ita longe lateque excurrens, ut viginti circiter stadia circuitu pateat. Cinctum enim est muro præalto sine terrenis substitutionibus, ut quod oppugnari, & verberari hostilibus tormentis non potest; parietem circumquaque corpus maris circunfluit, & insulam efficit. In hac asservantur materia, & armamenta omnis generis nautica, & bellica, ut si quis omnia collustret, haud facile expediat navale ne, an armamentarium potius sit dicendum; siquidem præter ingentem triremium numerum in pontibus stantium ad omnem occasionem paratarum, præter alia navigia, & multa, & varia, si quis vim tormentorum, maximam arcuum, sagittarum, telorum omnis generis, quorum amplissima sunt conclavia referta, si quis anchorarum, velorum, funium, remorum, omnesque nauticæ rei stupendum inspexerit apparatum, fateatur necesse est nullum esse tam arduum bellum, nullum tam diuturnum, sive terrestre, sive maritimum, ad quod instruendum, id navale, non abunde esset arma suffecturum. Hic triremes ducentæ asservantur, præter alia squadraginta, quæ mare sulcant. Harum vero viginti sunt crassiores, quas si tenuioribus compares, quas subtiles appellant, perinde est, ac si cataphractos levis armaturæ equitibus compares; nam non adeo celeri cursu ferunt, ut illæ, sed graviore ictu feriunt. Itaque affirmant

non-

nonnulli triremes istas crassas vicenis, vel cantenis subtilibus opponi posse; multo enim expeditiores sunt, quam naves, quæ remis utuntur. Hic armamentorum omnis generis copia, tormentorum majorum, & minorum, armorumque & ad inferendam, & ad propulsandam injuriam fabricatorum, gladiorum, galearum, thoracum, & loricarum, ut non ad instruendas solum classes, sed vel ad terrestres exercitus armandos sufficiant. Armorum copiam Brixia una facile suppeditat, quæ in iis fabricandis longe omnes Italiæ urbes superat. Materiam ad fabricandas naves Veneti summo studio parant, tum è vicinis mari sylvis, tum vero ex provinciis continentis Tarvisinæ Marchiæ, & Lombardiæ, ubi robur, quercus, & aliæ proceres arbores non nisi publico usui excisæ per fluminum alveos, in mare, & Venetias invehuntur; minores arbores imposita pena, ante justam proceritatem præcidi vetantur. Artifices peritissimi fere trecenti in hac maritima officina perpetuo laborant tanta celeritate, ut decem dierum spatium triremes fabricare, & si opus sit in aquam mittere omni apparatu instructas ad bellum possint, ex quo intelligi potest quanta celeritate justa classis parari queat. Occupantur omnes in fabricandis triremibus, & liburnicis, quas fustes appellant. Naves idcirco non fabricant, quod si quando iis Respublica opus habeat, privatorum civium naves adsint, quorum nonnullis binas, ternas, quaternas, aut senas ad mercaturæ usum possident.

Sumptus annui ordinarii, quos in armamantario illo Veneti faciunt, 260. millium ducatorum summam quotannis efficiunt. Etenim singulis hebdomadis quinque millia ducatorum absumuntur. Nautica multitudo ex maritimis Illyricis, & Italiæ oris, & ex ipsa Venetiarum urbe commoda conscribitur. Milites Classiianos Veneti, ex delectibus terræ firmæ assumunt, nautis etiam facile abundant Veneti cum tot maritima loca possideant. Singulis triremibus Duces, & quos supra Comites vocant, ex Veneta nobilitate imponunt. His duos rursus Nobiles juvenes adjungunt, qui maritimæ disciplinæ tyrocinium agunt; nonnumquam etiam sed perraro nobilium Dalmatarum, aut Cretensium aliquis singulari triremi Dux constituitur; at summus classis Præfectus ex nobilitate Veneta perpetuo creatur.

Sunt & Venetiis annonariæ domus hordei, frumenti, & variarum frugum copia refertæ, & penuariæ ad commeatus militibus suppeditandum instructæ. Pacis tempore habent Veneti perpetuo paratam & constructam ad maris Adriatici custodiam quadraginta fere triremium classem, cujus Præfectus *Il Capitano di Golfo* vulgo nuncupatur. Hauriunt ex publico singulæ triremes annuos ducatos quinque mille, ac proinde tota classis ducator. fere ducenta millia. Sed magno cum fœnore à Venetis ea pecunia impenditur, sic enim, & maritima disciplina servatur, & à nobili juventute perpetuo exercitio imbibitur, & plurimum confert ea res ad maritimæ potentiæ Venetorum existimationem, & famam conservandam, & ad Italiæ litora ab injuriis barbarorum vindicandam. Sed quoniam minora navigia mercatorum, quæ litoralem oram legunt, classe altum petente, tuta præstari non possunt, & crebro ab Iscochis latronibus Illyrici infestantur, & diripiuntur (Hi ad Signam, & Flumeo Austriacæ ditionis oppida se se recipiunt) idcirco præter classem triremium, quinque liburnicæ, quas fustes vocant, optime instructæ Veneti Patritii ductu per ora Illyrica discurrunt. At belli tempore ducentarum triremium classem parari à Venetis posse exploratissimum est. Hæc est navalis amplitudo Venetorum, hic ingens triremium, & navium apparatus, hæc instrumentorum omnium copia, tormentorum, machinarum, munitionum, & armorum omnis generis thesaurus, plurimorum artificum series, ordo, facilis usus, promptaque ad omnes necessitates expeditio. Unde ob maximam rerum copiam, ordinemque mirabilem uno oculi ictu quicquid ad instruendam classem opus est, facillime educi potest, vela, remos, funes, anchoras, tormenta, machinas, organaq; omnia unico nutu in eductas triremes imposita videns. Hæc maritimæ vires, quæ ad tantum hisce instrumentis culmen evecta est, ut Domina maris, & Regina ea civitas habeatur, plurima, ac maxima cum hostibus bella terra, marique gesserit, quibus etiam Venetam regionem, Forum Julium, Istriam, & maritimam Croatiæ, Liburniæ, & Dalmatiæ oram, Corcyram, Eubœam, Cretam, Cyclades Insulas, Cyprum, in Adriatico, Jonio, Ægæo, & Pamphilio pelago occupavit. Costantinopolim Orientalis Imperii sedem tributariam fecit, & Imperatoris eligendi potestas penes Venetos fuit. Adriatici maris imperium jam pridem sine contentione obtinet. Publicæ opes quantæ sint, hinc licet æstimare. Solæ Venetæ urbis vectigalia septingentorum millium aureorum summam superare feruntur, cum unum vini vectigal censum triginta millia aureorum efficiat. Ex civitatibus Lombardiæ supra octingenta millia Veneti percipiunt: certe Brixia, & Bergomum trecenta, & amplius aureorum millia Venetis pendunt. Vectigal salis solius Istriæ quindecim triremium sumptibus sufficit. Sed si quis ordinariis vectigalibus, & tributis metiri potentiam Venetorum velit, is meo judicio vehementer errat. Verissime enim apud Venetos illud circumfertur, Remp. Venetam publicis opibus haud magnopere indigere, quandoquidem privatæ opes publicæ censeri possunt. Et vero ut thesaurum S. Marci toto Orbe celebratum taceamus, in quo, & auri, & gemmarum inæstimabilis vis existit, Respublica Veneta extraordinariis paranda pecuniæ modis non indiget, qui ad tres fere revocari possunt. Primus modus est cum prædialia tributa, seu decimæ augentur, & biennii, aut trienii census simul penditur a civibus, qui bona stabilia possident; pari etiam ratione mercatores taxatam pro mercium quantitate pecuniam duplicatam, aut triplicatam conferunt; sic etiam artium singularum collegia paranti bellum Reipublicæ certam pecuniam pro stipendiis certo militum numero solvendis conferunt. Id vero facillime fit, dum singuli libentissime privatas opes pro patriæ defensione effundunt. Quod si id non sufficiat, alteram rationem ineunt; & nobiles, quique gratis, & sine stipendio magistratus onera sustinent, quin & magistratus ipsi, & officia publica, gratis alioquin dati solita, venalia fiunt; nec vero indignis, & plus offerentibus, sed & utilitatis, & dignitatis Reipublicę ratione habita dignis, certam tamen pecuniam persolventibus, civibus demandantur, præclaro sane publicæ & utilitatis, & dignitatis temperamento. Ex hac officiorum venditione Veneti anno 1509. Cameracensi fœdere in summum discrimen adducti quingenta aureorum millia uno tempore collegarunt. Solent etiam minores ante legitimam ætatem pretio persoluto in Senatum admitti. Nonnunquam etiam Respublica à privatis civibus mutuam pecuniam accipit, quæ nisi parata sit, certa pars bonorum stabiliam privatorum venditur, & pecunia in usus bellicos insumitur. Interim Respublica singulis annis duo, aut tria, pace parta, se reddituram repromittit, atque ita spatio annorum plus minus triginta ære alieno liberatur. Quod si civium quisquam ultro mutuare pecuniam recuset, vi extorquetur, neque enim ullus tumultus, aut seditionis periculum est in eo, quod publici boni causa geritur. Solent etiam accipi à privatis aurum, & argentum ad nummum signandum octonis aureis annuis pro unoquoque centenario persolutis, aut certe datis annuis aureis quatuordecim, spatio decem, & octo annorum sequentium, quo tempore elapso pecuniæ datæ proprietas amittitur. Quin etiam res pretiosæ aliquando sortitione venditæ, & pecunia inde congesta bellicis usibus dicata. Hactenus de origine, incremento, ac politico statu urbis, & Reipublicæ Venetiarum dictum sit; qui vero majorem cognitionem haurire desiderat,

Venetos alioquin præclaros historicos adeat: nunc vero de ecclesiastico statu, ejusdemque urbis Episcopatu, ac patriarchatu juxta nostrum morem instituendus est sermo.

Veneta sedes, quæ nunc in omnes Veneti Ducatus, & Dalmatiæ Ecclesias Primarum tenet, obscuris, & exiguis ab initiis tantum ecclesiasticæ dignitatis, & sacræ prærogativæ culmen cum ipsis civitatis, & Reipublicæ Venetæ incrementis sensim ascendit. Etenim Venetæ urbis conditores, ut in priscis Annalibus proditum est, cum in insulas illas, marisq; æstuaria populariter convenissent, à viciniore Episcopo, qui post incensum Patavium Methamauci ad æstuaria sedem fixerat ad Longobardici Regni exitium, sacra accipere consueverunt. Primus Adrianus Pontifex Maximus, Carolo Magno Imperatore, novum Venetis insulanis Episcopum dedit Obelerium civem, qui in insula, tunc Olivola, nunc Castellum nuncupata, apud ædem Apostolorum Principi Petro sacram, in cathedralem tunc erectam sedem habuit, eique cohærentes, proximæque insulæ Gemini, Rivoalti, Luprii, ac Dorsi suppositæ sunt. Quo etiam factum est, ut Obelerius, à Clero, & populo postulatus, ab Adriano Papa confirmatus, à Duce Mauritio investitus, & a Patriarcha vero Gradensi sit consecratus.

Porro Episcopatus hic triplici nomine de causa nuncupatus fuerit. Primum Olivolensis ab olivis in hac insula olim consitis, postea Castellanus, & Ecclesia S. Petri in Castello a loci munitione, postremo Venetiarum ab Episcopi jurisdictione, ac domicilio Venetæ gentis in hac, & vicinis insulis constituto. At Olivolensis quidem Episcopatus mentionem fieri animadverti in Regesto Joannis Papæ VIII. cujus extat Epistola ad Dominicum Episcopum Olivolensem, qua eum hortatur, ut vicinarum quarundam Ecclesiarum curam suscipiat absentibus Episcopis. Et alibi Olivolensem Episcopum idem Pontifex numerat inter suffraganeos Patriarchæ Graden. Castellani vero, seu Venetiarum Episcopatus mentio celeberrima est in tabulariis Pontificum recentiorum, & in ipso libro Fisci Apostolici, ac Provinciale Romano, ubi sub Gradensi Patriarcha recensetur Episcopatus Castellanus. In Patriarchatum, & Primatiam erecta hæc Sedes fuit à Nicolao V. Pontif. Max. anno Domini 1450. Gradensis Patriarchatus juribus huc translatis. Primusque Venetiarum Patriarcha, & Dalmatiæ Primas appellatus est B. Laurentius Justinianus Patritius Venetus, qui octodecim jam annos Ecclesiam hanc simplici Episcopi Castellani nomine eximia pietate gubernaverat. Jam universa Venetorum Præsulum, ut infra narrabimus, successio constat Præsulibus sexaginta novem, quorum unus, & quinquaginta fuere Episcopi, viginti Patriarchæ. Ex his vero longe omnium sanctitate, & doctrina clarissimus fuit supramemoratus Laurentius Justinianus, Canonicorum secularium S. Georgii in Alga institutor. Horum rursus si patriam quæras, paucis exceptis, omnes Veneti fuere, ex monasteriis fere diversorum Regularium Ord. asciti; sex Cardinalitia purpura; unus Pontificia thiara insignis, Angelus Corrarius Venetorum Præsulum quadragesimus quartus, qui summo adepto Pontif. Gregorii XII. nomen induit. Mensæ Patriarchalis annuus census satis nunc magnus, & amplus est; postea enim quam, Joanne Trevisano Patriarcha supplicante, Abbatia S. Cypriani de Murano Apostolica auctoritate mensæ Patriarchali attributa est, redditus annui attingunt fere ducatorum 12. mil. Taxatur vero in lib. Cam. Apostolicæ ad florenos 128e. Patriarchalis Basilica titulo S. Petri Principis Apostolorum in extrema urbis Venetiarum parte Orientem versus, quæ Castellum dicitur, sita est ampla, recenti, nobilique structura, sed rerum apparatu longe nobilior: herbidus campus ad rivum procurrens, turrisque in eo candidi lapidis annis ab hinc centum, & quinquaginta ad fastigium perducta. Sacris in hac nobili Basilica ministrant Canonici duodecim, e quibus tres dignitate eminent, Archidiaconus, qui primam post Patriarchalem sedem habet, Archipresbyter, & Primicerius; è reliquis Canonicis unus est pœnitentiarius, ex præscripto Concilii, necnon Subdiaconi sex, atque alii clerici. Canonicos autem omnes, præter primam dignitatem Capitulum eligit ex concessione Eugenii IV. postremo clerici seminarii alumni 40.

(*Sacris in hac Basilica ministrant Canonici tredecim, e quibus tres dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter, cui cum sit à Capitulo addenda animarum cura, fuit etiam adjunctum à Jo. Theupolo fel. record. onus Pœnitentiarii ex præscripto Concilii, & tandem Primicerius. E reliquis Canonicis unus est Theologus, qui legit statis diebus ad normam ejusdem Concilii, & alter dicitur supranumerarius, estque novissimus omnium habens distinctos à massa communi proventus beneficio præfati illustriss. Patriarchæ. Præter Canonicos inserviunt sex Subcanonici, tres Sacristæ, quatuor Acolythi, aliique clerici plurimi ultra eos, qui aluntur in Seminario ad num. supra 40. Eligit Capitulum ex numero Subcanonicorum Canonicos omnes præter primam dignitatem, cujus electio spectat ad summum Pontificem, & Canonicum Theologum, quem eligit D. Patriarcha: Præterea Subdiaconos omnes, sacristas, qui etiam curati dicuntur, & semel à capitulo electi annis singulis confirmantur, atque etiam Acolythos; hos tamen cumulative cum Antiquiore ex Canonicis residentibus, nec non & seniore de familia Contarena ex institutione Antonii Contareni Patriarchæ fundatoris hujusmodi Acolythorum. Eligit quoque alios 12. Canonicos de numero Plebanorum Ecclesiarum Collegiatarum insignium hujus civitatis ex privilegio Alexandri VI. qui festis solemnioribus inserviant præsentia sua ornatui Ecclesiæ, gaudentque specialibus prærogativis*)

In civitate Venetiarum præter Patriarchalem Basilicam, in qua animarum ferme quindecim millium curam Archipresbyter duobus clericis a adjuvantibus exercet, Parochiales ecclesiæ numero LXXI. structura, & ornatu insignes, sacrisq; vestibus, & ornamentis ecclesiasticis instar Cathedralium instructissimæ habentur; etiam certos redditus pro fabrica habent, & harum 5 Sanctimonialium ecclesiis conjunctæ sacra suppellectili, una vero Canonicis Regularibus S. Salvatoris credita est, reliqua sexaginta quinque Clerum habent ita numerosum, ut collegiatis merito conferri possint. Nam præter plebanum, qui ecclesiæ, & Capituli caput est, quique animarum curam gerit, sunt in singulis alii presbyteri, diaconi, subdiaconi, titulati nuncupati, obtinentes præbendas, & beneficia, quæ tituli presbyterales, seu diaconales, aut subdiaconales dicuntur, atque infimi ordinis titulati à Capitulo cujusque ecclesiæ eliguntur, ad superiores autem gradus per optionem gradatim ascendunt; plebani vero à populo parochiæ præsentantur, & hi quidem à Legato Apostolico, illi vero à Patriarcha diploma accipiunt. Jam præter titulares sunt in singulis parochiis mansionarii permulti, qui varias ecclesiasticas functiones prout pia legantium voluntas vult, exercere solent, quemadmodum tituli sunt jurispatronatus clericorum, sic mansionariæ sunt de jure patronatus laicorum. Clerus autem secularis universus, ex Plebanis, & titulatis, presbyteris, clericisque constitutus, in novem sacerdotum congregationes, ad similitudinem Angelorum triumphantis Ecclesiæ ordinum, distributus est. Singulæ porro congregationes, quæ constant viris ecclesiasticis circiter quinquaginta b, suum eligunt Archipresbyterum, & officiales, & propriam crucem, ac vexillum in publicis supplicationibus, ac funeribus subsequuntur, habentque etiam certos redditus, qui inter sacros confratres pro sacerdotii gradibus distribuuntur. Extant etiam quædam clericorum confraternitates, in quibus qui adscripti sunt sacerdotes, aut clerici variis piis operibus, exercentur, utpote in sacerdotibus aut clericis sepe-

a Tribus supramem. familiis.

b 40.

liendis, eorumque animabus precibus, & sacrificiis juvandis, ægris aut pauperibus sustentandis. Et quoniam religiosissima urbs in sex regiones, quas sexteria vocant, ut supra diximus, distribuitur, in singulis propria est schola pro clericis instruendis, cujus moderator à Patriarcha præficitur, & à Clero illius regionis stipendium accipit.

Nec vero prætereunda silentio est Inclyta, & toto Orbe celeberrima Ducalis S. Marci Ecclesia, glorioso S. Evangelistæ Venetiarum Protectoris, ac Patroni corpore decorata, quæ primum à Joanne Participatio XI. Venetiarum Duce exædificata, postea à Petro Urseolo Duce XXII. circa annum Domini 976. instaurata, ac subinde variis temporibus pia Senatus liberalitate magnificentius aucta atque ornata, inter admirabiles Italiæ, atque Europæ structuras vere, ac merito numeratur. Templum hoc formam Crucis referens patet in longitudine pedes 300 in latitudine 130. pavimentum discoloribus lapillis tessellatum, & musivis picturis effigiatum est, quarum nonnullæ Joachimi Abbatis jussu, ut ferunt, inductæ, materiam scrutandi futura superstitiose curiosis præbent. Inter lapides pavimenti hujus, quod jure mireris, semipedales spectantur Chalcedonii. Facies templi ad dimidium fere tabulis compacta est marmoreis, quicquid inde ad fastigium tollitur purissimo fulget auro. Vestibulum cum exteriore facie eodem opere, & materia præditum, sed eo superbiore aspectu, quo marmoreæ columnæ multiplici serie, & à fronte, & à lateribus omnia convallant. In vestibuli hujus supercilio quatuor ænei equi alacri statu prominent, Byzantio advecti. In ipsis laterum fastigiis, crebrisque pinnaculis marmoreæ sanctorum statuæ ordine impositæ: tectum in quinque distinctum naves, sex & triginta marmoreis columnis sustentatur. Totius porro tecti extima superficies plumbeis operta est. tegulis, interiores vero testudines altissimæ vermiculato, ac græcanico opere picta habent Divorum simulacra, quæ eorum præsentia horrorem spectantibus incutiunt. Ad aram maximam columnæ duæ alabastrini lapidis, & preciosi marmoris complures, tabulæque ex lapide porphyrite, & Laconico erectæ. Ad eandem aram gemmata tabula inter publicos spectatur thesauros. D. Marci corpus occultiore conditum est sacrario. Thesaurus item maximus in sacrario est, ex quo audacissimus fur Cretensis ante annos fere 180. abstulit aurum, & gemmas vicies centenis aureorum coronatorum millibus æstimatas. Extant in eo gemmata diademata duodecim, thoraces aurei & gemmati, omnis generis multitudo ingens, ac vasa aurea gemmata perplura, plura alia preciosa instrumenta. Nec minus visenda ob miram altitudinem vicina sacra turris, quam ante an. 500 Dominicus Maurocenus Dux excitavit, cujus summus apex adeo sublimis, ut fulgor auri, quo illitus est, ad ducenta stadia ex alto navigantibus, velut saluberrimum quoddam sydus conspiciatur. Ex ejus vero fastigio amplissimus quaqua urbis, & & littoram prospectus patet. Clerum habet hæc nobilissima ecclesia numerosissimum, in quo principem locum obtinet Primicerius, sub quo canonici nu. 24. mansionarii multi, & clerici seminarii, quod Gregorianum nuncupant, alumni 24.

Omnium ecclesiarum vetustissima est D. Jacobi in Rivoalto à Patavinis hac excitata causa. Cum enim sæviente Attila, cum finitimis populis ad Rivumaltum refugissent, ibidem excitatum à barbaria civitatum exules excepturi, novumque ac tutius paraturi domicilium. Quod dum continentibus operibus moliuntur paratas casas adeo pertinax, non sine numine, invasit incendium, ut non prius extingui potuit, quam Divo Jacobo Apostolo ædificandum templum vovissent. Quod primum fuisse narratur hoc in Rivoalto, ut legitur in quadam tabula marmorea, cujus ipsissima verba hic exscribenda curavimus.

Fundamenta hujusce templi
D. Jacobo Apostolo ex voto erecti jacta
A *fuere Christianæ salutis an. CCCCXX.*
die xxv. Martii.
Zozimo Romano Pontifice,
Honorio Imperatore dedicatio celebrata est
sequenti anno
eodem die per quatuor Episcopos,
Severinum Patavinum, Hilarium Altinatem,
Jocundum Tarvisinum, & Epodium
Opiterginum.
Cum vero Felici sacerdoti primo relegata
hæc vetustate fere abolita comperta sunt
industria Natalis Regia Canonici
Cenetensis qui electus plebanus, & dicto
templo in splendidiorem ecclesiam
instaurato,
ut ædificationis, consecrationis, instaurationis,
& electionis monumentum posteritati
relinqueret, hæc in marmore notanda curavit;
quæ omnia, & temporis,
& loci injuria corrosa, ac pene consumpta,
B *Hieronymus ab Aqua de Muriano*
Canonicus D. Marci, atque hujus Ecclesiæ
Plebanus
hoc marmore restaurari jussit;
Anno Domini M. DC. die XXV.
Martii.

Regularis autem Clerus Venetiarum triginta, & amplius Venetiis, & in adjacentibus insulis cœnobia obtinet, viris religiosis, ac doctis referta, qui secularem clerum in ministerio verbi, concionibus audiendis, aliis sacris ministeriis adjuvant. Ex quibus duodecim Abbatiæ, & Prioratus titulum obtinent. Abbatiarum autem opulentissimæ sunt S. Spiritus, S. Georgii majoris, ac S. Nicolai in littore Ord. S. Benedicti. Sed omnium pulcherrima S. Georgii Congregationi Casinensi unita, quæ nullæ amplitudine, & pulchritudine secunda videtur. Sanctimonialium septa viginti novem in hac urbe extant, quibus adde domum mulierum pœnitentium fere 300. Nec desunt in religiosissima urbe aliæ piæ
C domus frequentissimæ, qualis in Insula Iudaica, quæ puellas continet à matronis nobilioribus ad servandam pudicitiam inclusas, qualis domus pietatis, ubi pauperes infantes magno numero perpetuo aluntur, qualis domus de Succursu nuncupata, qua mulieres honestæ paupertate oppressæ, & malæ nuptæ recipiuntur, qualis tandem cathecumenorum, ubi ad fidem conversi catechizantur, & pane corporali, ac spirituali reficiuntur.

Post auream D. Marci ædem omnibus, quæ in hac urbe sunt opere, & materia præferendum Sabellicus censuit templum S. Mariæ miraculorum, cujus exterior facies à summo ad imum Ligustico lapide, Istrico, & Benacensi interjectis est, ceu tabulis contecta, a fronte Porphyrites, Spartanusq; lapis. Sunt & alia perplura in hac urbe templa, veteris, ac recentis structuræ, materia, opere, ornatuque insignia. Sed ut de iis aliquid in universum dicamus omnium sacrorum ædium, quæ Venetiis tum aut quadrato lapide, aut tessellato opere, tabulis-
D que marmoreis substructa sunt pavimenta, omnes circa aram maximam, & in vestibulis peregrini habent lapidis columnas, pleræque aureas testudines. Plebaniæ ædes, quæ singulæ singulis sunt insulis sitæ, præter insulam Luprium, in qua una tres Plebaniæ numerantur, suum quælibet Antistitem habet, & famulantem clerum, à quo canonico ritu ad organorum cantum sacra peraguntur.

Sunt & Hospitalia numero 23. in quibus tria a ob magnitudinem magna vulgo nuncupantur; primum hospitale pietatis, quo infantes utriusque sexus excipiuntur, & educantur tanto numero, ut solæ puellæ sint supra 400. Alterum hospitale magnum est Ss. Joannis, & Pauli, ubi ægroti omnis generis curantur, & puellæ supra 400. pie educantur, quousque vel humanas, vel cœlestes nuptias celebrent. Tertium est incurabilium, ubi præter ingentem turbam eorum, qui variis, & diuturnis morbis afflicti decumbunt, puellæ etiam supra 400. pie educantur.

a Quatuor.

tur. [„ *Quartum denique est S. Lazari Mendicantium, in quo octingenti ferme pauperes aluntur.*) Est etiam hospitale SS. Petri, & Pauli pro vulneratis curandis erectum.

Laicorum etiam sodalitia in hac religiosissima urbe plurima sunt usque ad numerum centenarium. Nam præter Confraternitates 72. in singulis Ecclesiis parochialibus ad Augustissimi Eucharistiæ sacramenti cultum, & venerationem conservandã, & augendam institutas. sunt præterea collegia, ut confraternitates artificum sub diversis sanctorum nominibus congregatorum. Sed quæ res magnam Venetiarum urbi magnitudinem dicant, sunt sex confraternitates, quas scholas magnas nuncupant, quibus innumerabilis laicorum multitudo adscripta est, habentes ecclesias insignes, sacrisque vasibus, indumentis, & supellectili argentea, ac pretiosa instructissimas, attributis etiam amplissimis annnis redditibus, qui omnes in pauperibus adjuvandis, aliisque pietatis operibus impenduntur. His adde Confraternitatem quorundam nobilium, quorum institutum est, ut pauperes verecundos, quos modestia tegit, & pudor mendicare vetat, eleemosynis adjuvent, infirmis vero medicinas, & dulciora tribuant, coempta ad hunc usum aromataria officina. Sed ut omnia breviter perstringam, sunt in hac felici urbe Ecclesia Patriarchalis una, parochiales 72. tituli, & mansionariæ sine numero, Abbatiæ, & prioratus duodecim, virorum cœnobia diversorum ordinum triginta, sanctimonialium viginti novem, Xenodochia 23. ex quibus tria longe maxima, congregationes clericorum novem, seminaria clericorum duo, Patriarchale, & Gregorianum, scholæ publicæ clericorum sex, sodalitia laicorum supra centum, & in his sex majora. Fidelium animæ in civitate degentium numerus nobis quidem incompertus, sed tamen qui ex hoc facile æstimari possit, quod cum tota urbs in septuaginta duas ampiissimas parochias distributa sit in ea, quæ annexa est Patriarchali ecclesiæ censentur animarum quindecim millia, in aliis vero plus decem, aut duodecim numerantur. Leander familias Venetiis ad viginti millia censeri scribit, quæ animas trecenta millia efficiunt, sed hac tempestate urbs est frequentior. Populus urbanus totus, divina clementia, est Catholicus & pius, licet ex omni natione homines in hanc urbem confluant, quin etiam in ecclesias, & in pietatis opera liberalis, siquidem in operibus piis præter annuos census supra ducenta aureorum millia in annos elargiri: qua in re non minorem fœmineus sexus, quam virilis promeretur laudem.

Corpora sanctorum, & reliquiæ sacræ omnis generis plurimæ in hac urbe habentur, prorsus ut nulla ex Italicis urbibus, si Romam excipias, Venetiis hac in re conferri possint. Nam quæ tandem in Ecclesia triumphanti est Beatorum acies, aut classis, ex qua non aliquis inclytam Venetorum urbem exornet. Nam sive Evangelistas numeres, sive Prophetas, sive Martyres, sive Patriarchas, & Doctores, sive Confessores, aut Eremitas, aut virgines, omnium ecce trophæa se se tibi in hac urbe spectanda exhibent. Evangelistam quidem Marcum sub Joanne Participatio circa annum Domini 831. Alexandria huc vectum. Sacra ejus nomini ecclesia sub confessione aræ maximæ conditum habet, cujus translationis in Rom. Martyrologio memoria agitur ultima Januarii; Prophetas vero tres Jonam ad S. Apollinaris, Zachariam magni Præcursoris dignissimum parentem, & Simeonem in sacris ecclesiis eorum constat, quorum hic postremus Constantinopoli est transportatus. His succeduut clarissimi Martyres Pancratius ad S. Zachariæ, S. Theodorus ad S. Salvatoris templa Constantinopoli advectus. Hunc tutelarem, ac patronum habuit Veneta civitas, ante quam D. Marci importaretur, ob eamque rem in ipso D. Marci foro è duobus illis columnis altera Leonis Divum Marcum referentis, altera S. Theodori intenta hasta Draconi incubantis simulacra sustinet. Grisogonus ad SS. Gervasii & Prothasii sacra hic advectus, Cosmas, & Damianus, & Paulus Dux Constantinopolis ad S. Georgii majoris, ubi & Stephani Prothomartyris corpus repertum autumant. Secundus ab ecclesia ejus nomini sacra huc translatus. Sergius, & Bacchus, atque Isidorus Chio huc translatus in Basilica Patriarchali, Joannes Alexandriæ Dux ad S. Danielis, Lizerius ad S. Zachariæ; Ligorius, & Barbarus ad S Laurentii, Gordianus, & Epimachus ad S. Paterniani, Florianus ad S. Juliani; Nicetus ad S. Nicolai de Mendiculis, Ursus ad S. Albani ex Armenia advectus; Paulus Episcopus, & Mart. Constantinopoli advectus ad s. Laurentii; Maximus Episcopus, & Martyr ad S. Cantiani; Gordianus Episcopus, & Martyr natione Venetus ad S. Mariæ de Murano, Albanus Episcopus, & Martyr ex Armenia advectus ad Ecclesiam Burani ejus nomini consecratam; Hermolaus Presbyter, & Martyr Nicomedia advectus ad S. Simeonis majoris. Ac demum is, quem Græci Melagomartyrem, hoc est magnum Martyrem appellant, S. Georgius in æde S. Viti, cujus aram quotannis stato die Princeps cum bona patre Patrum, quasi Divo gratulaturus, ob civitatem periculosa conjuratione servatam, structo ad tempus supra rivum maximum ponte invisit. Hic in æde S. Eustachii ejus & uxoris, & liberorum. His adjungit Sabellicus corpus S. Joannis Martyris Byzantio translatum, ac in æde S. Danielis conditum. Patriarchæ, & Doctores Arianus Alexandriæ Marci discipulus, & successor ad S. Clementis, Athanasius magnus Patriarcha Constantinopolitanus inde advectus, ut ferunt, ad S. Zachariæ a, Joannes eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus ad S. Joannis Bragora, Magnus Episcopus Altini primus Venetæ Ecclesiæ Conditor ad S. Hieremiæ, Costantinus, seu Constantius Confessor Ancona translatus ad S. Basilii, magnus Nicolaus Myrensis, ut ferunt ad S. Nicolai de Lio, una cum corpore Patrui sui Nicolai Archiepiscopi, à quo presbyter, & Abbas fuerat ordinatus, necnon Theodorus Archiepiscopus Myra hunc translati. Leo Episcopus Metona advectus ad S. Servuli, Donatus Episcopus ad S. Mariæ de Murano, Cosmus pariter Confessor ad s Georgii majoris, s. Paulus primus Eremita ad s. Juliani, s. Dominicus Eremita, & Confessor ad s. Albani de Burano ex Armenia advectus, Anastasius Monachus ad Sanctissimæ Trinitatis, Thomas Eremita ex Thracia advectus ad s Zachariæ cum Theodoro confessore ex Samo insula transportato, Rocchus Confessor in æde ejus nomini sacra, Sabba Abbas Nicomedia advectus ad S. Raphaelis. Quid virgines memorem, & virginitatis candida, & purpurea martyrii corona nitentes.

a Ad S. Crucis.

Hic nimirum sua habet spolia illa Sicularum gloria Virginum Lucia, quæ Syracusis Constantinopolim, postea Venetias honorificè perducta condita in Ecclesia suo nomini sacra; hic ad S. Mariæ Cruciferorum sancta, & celeberrima quievit Barbara; in æde S. Cassiani, caput Romanæ Virg. Cæciliæ; ac ne omnem carnificis pertulisse sævitiam existimes, hic in Ecclesia suo nomini sacra jacet corpus memorabilis Virginis, & miraculis longe præclarissimæ Virginis Marinæ ex Græcia advectum, cujus translationis memoria agitur in Martyrologio Rom. XVII. Julii. Quo circa sunt in tota urbe corpora Sanctorum, & Sanctarum quadraginta novem, unum Evangelistæ, tria Prophetarum, Martyrum viginti quatuor, Confessorum decem, & septem, Virginum, & Sanctarum mulierum quatuor. Ad extremum in templo Deiparæ Virginis, quod domum maximam vulgo ab ædificii magnitudine vocat, augustissima reliquiarum omnium, ipse nempe sanguis Christi summi Regis cernitur, & colitur. Itemque in S. Evangelistæ templo Dominicæ Crucis lignum plurimis miraculis insigne, & clavus unus ex iis, quibus Christus gloriæ Rex Cruci fuit affixus, visitur in æde Virginum s. Claræ. Missas facio reliquas, quæ fragmẽ-

ra suut, quale est caput Mariæ Cleophæ in æde Servorum, dextera Joannis Baptistæ in templo S. Hermagoræ, quæ una omnium reliquiarum, quæ in hac urbe, in publica ceremoniarum pompa sub um bella circumfertur; quale femur S. Christophori in æde S. Barbaræ, atque aliæ innumeræ. Nec vero in tantis è longinquo illaris Sanctorum thesauris desuut Venetæ urbi suorum civium sanctitatis illustria monumenta. Namque ex urbe Veneta B. Petrus Acotantius, cujus corpus est in æde D. Basilii, ut Sabellicus scribit, consimiliter B. Antonius Pizamanus Episcopus Feltrensis vir doctissimus, & sanctissimus, migravit Venetiis anno Domini 151 a. sepultus in æde Patriarchali S Petri in Castello, cujus corpus octavo anno post integrum repertum quasi pridie tumulatum esset, & multis prodigiis illustratum, B etiam Joannes Plebanus S. Joannis decollati ad S. Sebastiani.

Fuere & nonnulli Regularium Ordinum, & institutorum, aut novorum fundatores, aut veterum instauratores, & reformatores, qualis fuit Antonius Corrarius Patritius Venetus Gregorii XII. Rom. Pontificis fratris filius, institutor Ord. Canonicorum S. Georgii in Alga, quem mox mirifice illustravit, & amplificavit B. Laurentius Justinianus primus Venetiarum Patriarcha: qualis Ludovicus Balbus patritius Venetus, & ipse qui clarissimam Congregationem Monachorum nigrorum S. Benedicti apud S. Justinam Patavii primus instituit circa annum Domini 1410. Nec silenda Congregatio Canonicorum Regularium S. Spiritus apud Venetias, licet non à cive Veneto instituta anno Domini 1415. Nam in fœmineo etiam sexu plurima in Urbe Veneta lumina fulserunt, sed nos eas tantum, quæ ad nostram notitiam pervenerunt, recensebimus, in queis una fuit B. Maria Augustiniani Ordinis alumna. Et magna quidem hæc Venetæ pietatis documenta, quod patriam illi suam, non tam hostium spoliis, quam Sanctorum trophæis, ac monumentis summo studio toto ex Orbe conquisitis ornarunt. Verum illud prope duxerim singulare, quod duo è Principibus inter Sanctos numerent Urium Baduarium XVIII. in ordine, qui eum primus omnium aureum nummum signasset, sunt multa edita miracula; ad S Felicis in Arriano sepultus est, & Petrum Urseolum Ducem XXII. qui post instauratum augustissimum S. Marci templum abdicato Principatu, clarus miraculis apud Vascones migravit Confessor. Nec illud silendum felix, faustumq; Patriarchalis dignitatis apud Venetos initium, siquidem qui primus Patriarcha Venetiarũ appellatus est Laurentius Justinianus sanctitatis titulum, atq; honorem præfert.

His igitur quasi propugnaculis munita, & circumvallata est Venetiarum urbs, his præsidiis nititur Veneta libertas; horum ope, ac virtute fulta urbs religiosissima non metuit cœli iniurias, pelagive procellas, non intestinos, externosque inclyta motus, quo magis vestram, ò Beati cœlites gloriam suspicit, ac veneratur Senatus Populusque Venetus, sed & Italia. ac Christianus Orbis universus, quod civitatem, ac Rempublicam hanc ab jam inde incunabulis Christianam in sua veteri, atque avita libertate, ac religione annum jam trecentesimum millesimum non minus constanter, quam feliciter servatam videt. Hoc vero singulare, atque immortale beneficium vobis potissimum grata civitas acceptum refert. Vestris hoc precibus, vestris hoc suffragiis tribuit, quod si jam Venetum nomen terra marique gratum Christi fidelibus, & formidabile fieri hostibus perseverat, vobis suam civitas salutem commendat, vobis suam libertatem tuendam tradit. A vobis præsens omni tempore auxilium, ac subsidium sperat, quorum sacratissima suo sinu fovet pignora, debitis vicissim aris, ac sepulchris det, honoret, & colat.

Cæterum Patriarchatus Venetiarum extra civitatem complectitur insulam cum civitate Gradensi Patriarchali per annos fere nongentos illustrem, unde ea dignitas Venetias translata est. Sunt etiam in diœcesi foraneæ Venetiarum Plebaniæ quædam in continenti, nempe S. Joannis Baptistæ Terræ-latissanæ in provincia Forojuliensi, & in finibus diœcesis Concordiensis posita, nec non Plebania S. Floris cum aliis quinque parochialibus ecclesiis inter fines diœcesis Cenetensis inclusa, postremo Parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ Gambaranorum ad Medoacum amnem, quas omnes Patriarcha per Vicarios foraneos administrat.

Provincia Patriarchalis Venetiarum, tres immediatos suffraganeos Episcopatus complectitur in vicinis insulis constitutos Torcellanum, Caprulensem, & Clodiensem, nec non in Dalmatia jure Primatus subiectum habet Metropolitanum Jadrensem cum tribus ejus suffraganeis Auserensi, Arbensi, & Veglensi. Ad Patriarchalem vero Venetam dignitatem nemo ascendit, nisi quem Veneti, tamquam ex indulto Pontificio Domini, prius suis suffragiis ad id oneris designaverint. Provectus ad sedem amplissimam, ut diximus, jurisdictionem exercet, quæ tametsi unius Venetæ civitatis limite contineri contigisset, ea tamen Pastorem suum totius Europæ Patriarchis potuisset æquare. Illustria ingenia de hac præclarissima civitate commemorarunt multi, in quibus eximie eminuerunt Petrus, atque Bernardus Justiniani, Petrus Cardinalis Bembus, Laurentius Gambara, Flavius Blondus, Sabellicus, Volaterranus, Petrus Marcellus, Franciscus Lucius, Donatus Giannotus, Cardinalis Contarenus, Marinus Sanutus, Andreas Dandulus, Musatus, Gobellinus lib. 3. comm. Pii II. Leander Albertus in præcipua ejusdem Civitatis descriptione, Merula, Dolionus, Paruta, Stephanus Pighius in Hercule Prodicio, Joannes Henricus Italicus hospiti fidus, Andrea Scottus, Jodocus Hundius in descriptione Italiæ, Franciscus Sansovinus in sua Veneta Urbe, cujus non modo narrat exordia, res bello paceque præclare gestas, virosque illustres, sed etiam incomparabili diligentia templa illustria, omnia Oratoria, piaq; loca describit. Venetorum vero res gestas aureo commentario illustravit omnigenæ historiæ peritissimus, & eruditus amicus noster Jo. Baptista Verus. Porro Episcopi, & Patriarchæ, qui in Veneta sede usque ad nostra tempora floruerunt, sunt qui sequuntur, quos ex diversis monumentis scriptoribusque ex fide deprompsimus.



1. OBEALTUS, sive Obelaltus Marinus filius Enogini Mathemauci Tribuni ab Adriano I. Pontifice Olivolensis Episcopus approbatus est circa annum Domini 773. inauguratusque fuit a Patriarcha Gradensi, atque à Veneto Duce quam plurimis suffultus privilegiis. S. Isaiæ consecratum templum extruxit, postque suæ administrationis ann. 18. prospera probitatis fama concessit ad Superos *a*, Illius meminit Andreas Dandulus in chronic. qui habet illum Episcopatum tenuisse ann. 23. Sub Obelalto Episcopo condita fuit ecclesia S. Joannis Evangelistæ a familia Baduaria anno 790. quorum sepulchra ibidem spectantur. I.

a An. 79[illegible]

(„ *Obealtus, à nonnullis etiam* Obelerius & O-
„ bellatus *appellatur, ejusque pater* Enegrus *etiam,*
„ *vel* Evagrius *dicitur, primus Episcopus Venetis*
„ *Insulanis, qui ad hæc tempora Mathemaucensi*

Epi-

Episcopo paruerant, datus est ab Adriano I. clero, & populo postulante circa an. 773. seu 774. ut Sansovino placet, qui hunc Obeletum Manimum *vocat* Eneogiri *filium. Hunc Joannes Gradensis Patriarcha Spiritus Sancti unctione linivit, & Mauritius Galbajus VII. Venetorum Dux plurimis suffulsit privilegiis. Vixit in hac sede juxta Danduli Chronicon, quod omnino sequendum ducimus, annos 23 & decessit circa an. 797. De eo hæc scribit* Angelus *Maria Venetus Canonicus Regularis* S. *Salvatoris in suis* Collectaneis *de Episcopis &* Patriarchis *Venetis, quorum authographum ms. extat in* Bibliotheca S. *Mariæ Angelorum Florentiæ, & ex eo desumptum exemplum nobis perhumaniter communicavit eruditissimus Pater Petrus Cannetus Camaldulensis Abbas.*

Obelengerius primus Episcopus Venetus ex patre Eneaglino Tribuno Mathemaucensi, matre Ursula ex Insula Rivoaltina ortus, quibus quidem natales clarissimos fuisse, huicque ortum felicissimum in oppido Jesulo constat: ibique habitabant ingenui parentes: a quibus optime educatus, ac benigno matris hortatu divinis rebus animum dedit. Qui cum præ omnibus fratribus, quos habuit, Prosdocimo, Liberale, & Marco, religiosis parentum jussis pareret, futuræ dignitatis omen in clericum agens quartum decimum ætatis annum eligit, Mathemaucique suopte ingenio temperatum animum facillimis moribus humanitatis, rhetoricesque studiis sub haud pœnitendo magistro Guarino Parisiensi instruendum tradidit: ubi multum profecit: deinde ut sacræ Theologiæ, divinique juris Pontificii nec languescens vigiliis, & lucubrationibus scientiam consequeretur, Patavinum studium, quod tunc primum clarere cœperat, adiit; ubi tã studii, quam sanctitatis gratia ab omni cibi suavitate, & potionis sese abstinens corpus Spiritui servire cogebat; quotidie subcesivis horis orationibus vacans pudicitiam perpetuo illibatam servavit. Inde ab Archidiacono Patavino judex in causa Ecclesiæ illius per breve Apostolicum eligitur, qui litem ambasque partes quamprimum sedavit. Quamobrem non multo post ab ipso Patavinæ urbis Antistite in ejus fungenda vice est accitus; quod munus humiliter obiit, & sacræ Theologiæ lectionibus in dies lectitandis haud intersistebat. Pollebat is adeo ingenita pietate ut egenis & qualibet miseria oppressis non sine igniculo charitatis suppetias ferret. Justitiam summopere observabat; ita puniebat ut eum damnati diligerent, ac observarent; ita absolvebat, ut qui injuriam passi fuerant, satisfactum sibi abunde putarent; discordes benigno eloquio reconciliando inter se adjuvabat. Diu munere antistitis perfunctus, ac potioris vitæ desiderio accensus curam vicariam resignavit, atq; Mathemaucum commigravit ad ædem D. Hilarii, seque religioni obnoxium dedit, quam semper constantissime colebat. Adeo mundum contempsit, ut nobilia vestimenta omnino respueret, quæ primum juxta rationem suæ dignitatis gestare solebat, misertimis vellibus contentus, donec contererentur. Haud aliter in omnibus vitam ducebat, ac si Monachus esset. Cilicio carnem domabat. dies jejunii ab Ecclesia indictos pane, & aqua solvebat; cæteris vero diebus corpus abstinentia macerabat, orationi, & contemplationi pro majori temporis parte operam ferventius dabat. Sæpius integram hebdomadam divinis intentus parvo cibo transigebat suo in cubiculo. Tunc vespertinis horis, ut vires animi reficerentur, aliquantulum cibi sumebat. Et tamen in publicum prodeunti nullus pallor, nulla macies, nullus mæror inerat. Verum sacerdos factus licet invitus, singulis diebus, ni aliquo esset morbo implicitus, sacris operabatur. De ejus moribus, animique dotibus ad Venetos fama perlata erat, qui simul unanimes Mathemaucum commigrarunt, ipsumque Obelengerium Antistitem uno ore elegerunt, ea tempestate qua Joannes Patriarchatum Gradensem gereret. Tunc Rotarith rex opimo regno Longobardiæ potiebatur: qui pietate, & justitia palam erat insignis, Arrianorum tamen clam sequebatur errorem; ita ut quibus urbibus ipse imperaret, duos Antistites præesse oporteret, quorum alter Catholicus, alter vero Arrianorum deceptionis æmulus. At Floscus Patavinæ urbis Antistes a contumacia abhorrens nocte quadam cum quibusdam familiaribus aufugit, & Insulam Mathemaucensem adiit, ubi jussu Joannis tertii Pontificis maximi, necnon & totius populi voluntate, potissimumque consensu ipsius Gradensis Antistitis, ob illius morum ingenuitatem, facillimum ingenium, cum ob diutinum amicitiæ vinculum, tum ob mutuam benevolentiam, quum illum Patavii in fungenda vice atrii præsidem instituisset, firmam sedem locare permissum est. Et hujus Obelengerii ditionis ante sui Episcopatus consecrationem Rivoaltina, & Olivolensis Insulæ factæ sunt: earumque Insularum incolis longe acceptissimus fuit, supra quam dici possit. Florebat tunc temporis S. Hilarii Monasterium mira pietate, religione, fide. In quo quidem Monasterio Patavinus Episcopus habitum Monachalem humiliter assumpsit; ubi non multo post naturæ satisfecit, ibique ejus sepulchrum extat. Sed cum res Veneta coalescere jam cœpisset, usque ad Ducatum Venetorum, quo ut fama fert, Mauritius primus potitus est, in Insulas Venetæ urbis tunc multi nobiles viri totius Italiæ studio habitandi convenere, qui sub tantummodo Mathemaucensis Antistitis ditione pridẽ fuerant. Tunc sanior pars Cleri, & totus populus pietate religionis accensi unanimes catervatim convenere, & consilium emigrandi ex illis locis cœperunt. Sublatis itaque rebus omnibus discedere hinc in regionem Olivolensem statuere; voluerunt hic cathedralem sedem collocare. Quæ omnia jussu Adriani Papæ rata fuerunt. Quatuor etiam aliæ insulæ se supposuerunt, quas Geminianam, Rivoaltinam, Luprianam, & Dorsum durum appellabant. Adiiciam illud scriptoris nobilissimi Andreæ Danduli, in Annalibus suis, cujus hæc verba sunt: *Papia itaque pestilentia gravata portas*, inquit, *illa Carolo aperuit: & Desiderio capto, & in Franciam ducto, Regnum Longobardorum finem habuit. Filius tamen Desiderii Aldegisius nomine per mare Constantinopolim transfretas bella multa commovit, postea usque ad hæc tempora Insulæ omnes Venetæ in quibus primo Patavini cives incolatum habuerunt, sub uno tantum Episcopo, videlicet Mathemaucense, persliterunt. Nunc vero parte subtracta Cleri, & populi pari collaudatione in castro Olivolensi insula vetustissima cathedralis sedes ibidem esse instituta, eidemque insulas coadhærentes, videlicet Geminiani, Rivoalti, Luprii, & Dorsoduri subposuerunt. Quæ Adriani privilegio præmissa suffulta fuerunt. Inditum est autem huic loco nomen videlicet Olivolensi, ut volunt plerique, eo quod in ipsa insula olim magna Olivarum fuerit copia. Vocatur etiam Castellum ab illo primo Castro erecto apud Litus maris, eo quod ipsa insula Castellana fuerit illi castro propius, & magis propinqua quam loca cætera illo tempore fabricata.* Hæc ille. Sed diverso Auctores me trahunt: nam a plerisque huic Obelengerio Obeliebato, a nonnullis vero Obalibato nomen inditum. Plures tamen invenio, qui Obelengerium nomen edidere. Hos ut sequar, inclinat animus. Patriarcha Primogenius *a* una cum duobus Episcopis in festo S. Marci *b*, & in templo ei dicato Obelengerium in Episcopum sacravit. Eodem quoque die anno secundo sui ducatus inthronizatur hic optimus Dei servus innumeris virtutum insignibus, ac animi nobilitate imbutus & beni-

a Joannes.

b S. Martini.

„ gne, & comiter ab ipso Duce. Beatam Virginem summa religione ab adolescentia veneratus est. Ipsa Deipara fulgentissima, Angelorum comitatu se nocte quadam illi supplicanti in æde Cathedrali obviam dedit, quæ statim sanctos Angelos est percunctata, quisnam esset aptus solemnibus celebrandis? Omnes Obelengerium pleno ore dixerunt; cui imperitatum est sacra rite ab ipso peragi debere; licet se his sacris indignum humillime censeret: qui tamen a cœlesti choro sacris vestibus indutus, rubore perfusus, ac venerabundus recte cœpit sacra celebrare. Coram Beata Virgine sacrificium se fecisse liquido testabatur. Verum dum divina vellet assumere sacramenta, ab oculis sublata est visio. Tunc demum ad se reversus Obelengerius ingemiscens lachrymabatur. Hujus rei miraculum paulo post suo cuidam intimo, ac familiarissimo prodidit, sæpissime illud Psalmographi dicere solitus: Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Erat sibi profecto parcus, aliis vero largus: rerum temporalium nulla sibi unquam cura, aut studium fuit. Egenis petentibus quidquid poterat, liberali manu erogabat. Superba, ac elata ædificia numquam voluit erigere. Exempla sanctorum Patrum adducebat in medium Antonius, Paulus, Macarius, & Hilarion plurimi illi erant in ore. Erat mitissimus, hilaris, jucundus tam re, quam verbo, & benignissimas omnibus aures præbebat. Mediocris erat staturæ, vultu pallidus, in cæteris optime compositus. Duos divi Hilarii Monachos ab ejus latere, quamdiu vixit, nunquam discedere voluit. Decem ad summum servos atrienses habuit. Divinis horis semper interarat, nisi accitus, aut aliquo morbo implicitus, aut curis districtus fuisset. Jura summo studio dabat: auri vulgi minime delectabatur. Omnia caduca, adversa, secunda infra se posita censebat. Suæ effrænatæ libini morem gerere damnationis signum esse asserebat. Itaque vitam cum morte commutare optabat. Ex proventu autem Episcopatus victum sibi tantum, ac familiaribus habebat, reliquum pauperibus erogabat. Cum sexagesimum secundum annum ageret, & ad extremum vitæ finem pervenisset, febre querquera calens Sacerdotes suos accivit: quos pavore consternatos aspiciens, coram illis talem orationem habuit. Fratres dilectissimi, unde hæ tam efficaces lachrymæ? Gaudete potius, quoniam inter dies meæ ætatis hodiernam jucundiorem mihi fore perspicio. Idcirco vos satis superque obtestor, ut a vobis mœror, luctus, pavor omnis procul abjiciatur. Nam anima evolare tanquam è custodia, vinculisque corporis ad Deum migrare cupit. Tum hæc dicenti Beata Virgo occurrit: quare surrexit, ac flexis genibus ait: En mater Christi: Quæso, fratres, congratulamini mihi, eamque summa observantia veneramini: nam sæpius his meis extremis diebus sese mihi obviam dedit. Porro cum sacerdos sacrum Eucharistiæ viaticum afferens accessisset, humi stratus, eam cum lachrymis sumpsit, postremaque omnia sacra à Deo optimo max. indicta sibi dari jussit. Tandem erectis oculis ad cœlum ait; Nunc piissime Jesu, reditum ad te, quem jam diu optavi, mihi patere video. His peractis, rebus excessit humanis. Sepulchrum ejus extat in meditullio ædis Olivolensis. Claruit in Episcopatu Veneto an XXIII. mens VII. Obiit die xv. Augusti anno salutis DCCIIII.

„ *Unde eruerit, quæ narrat de Obealto, seu Obelengerio, ac de sequentib duobus Episcopis, Angelus Maria affirmare non ausim. Pleraq; tamen fabulis propiora existimo, & ex aliqua populari chronica ex vulgi rumoribus consarcinata fortasse desumpta. Nonnulla certe temporum intervallo dissita veluti synchrona inepte componit Auctor, in assignando præterea hujus, & aliorum omnium prope Episcoporum ævo ferè semper devius. Eum tamen libenter proferimus, cum solus repertus sit, qui de nostris Præsulibus aliquid scripserit.)*



(1)

II. a CHRISTOPHORUS, natione Græcus, per 12. annos, ut inquit Dandulus, eadem sede nobilitatus est anno 792. a seditque egregie, & cum Veneti Joannem Ducem deturbavere de sede, Christophorus item Episcopus, ejusdem familiaris, exul voluntarius abiit. In cujus sede Joannes Diaconus collaudatione publicæ concionis intrusus est. Hic præter cæteras Christianas virtutes erga pauperes egregie præfuit, quibus se exhibuit tanquam parentem. Quo Præsule templum D. Moysi conditum fuit à Scopara familia anno 796. Creditam sibi Ecclesiam in totum administravit Christophorus ann. 17. obiitque postremum diem.

„ [*Christophorus, quem aliqui Damianum appellant, natione Græcus, 16. annorum ætatis existens, Joannis VIII. Veneti ducis potentia, Olivolensis Episcopus electus est an. 797. Quem tamen constantissime renuit consecrare Joannes Gradensis Patriarcha, quinimo etiam à piorum communione semovit. Hinc excandescens Joannes Dux misit Mauritium filium, & muneris collegam, qui capto Grado è turri præcipitem Patriarcham dejectum occidit an. circiter 801. Perstitit & Fortunatus Joannis in Gradensi solio successor in eadem repulsa, & vindex innoxii sanguinis diutius clamavit. Donec Tarvisii electo novo Duce Obelerio an. 804. expulsisque Joanne, & Mauritio, Christophorus quoque exulum Ducum familiaris Obelerii adventum reformidans fugam arripuit. Denique post exilia, jurgia, diraque multa rebus compositis, passus est Fortunatus, deturbato jam Joanne Diacono sedis invasore, in hac Cathedra Christophorum quiescere. Christophorus itaque Olivolensi restitutus sedi Beatum Obelerii fratrem Constantinopolim proficiscentem comitatus est. Præfuit omninò à prima sui electione an. 12. Obiit igitur anno circiter 810. sed audiamus Angelum Mariam de eo disserentem.*

„ Christophorus secundus Episcopus natione Græcus fuit, cujus pater Epiphanius, mater vero Sophia, soror parvula re, & nomine Candida. Adhuc ætate puerulus, moribus grandævus in sanctæ conversationis regula sese fortiter perstringebat, adeout jejunando invicem cum sorore Candida contenderet, dum alter alterum superare conabatur. Cum autem ambo totam fere quadragesimam jejunassent, & pervenissent ad majorem hebdomadam, tunc Christophorus in pane, & aqua, sorore inscia, a feria II. usque ad IV. feriam jejunando transigeret. Accidit autem dum divino sacrificio adesset, ut inter memoriam Dominicæ Passionis ob nimiam stomachi debilitatem tanquam exanimis deficeret. Is quamprimum ad propria defertur, hujusmodi acci-

(1) Hanc Christophori, & aliorum antiquiorum hujus Ecclesiæ Præsulum parmulas gentilitias ex citatis Angeli Mariæ Collectaneis de'umpsimus, haud nescii quanam fidem mereantur. Ex his saltem comperiet Lector stemmata, quæ horum Episcoporum familiis affingit posterior ætas, vel quæ eorum nepotes aliquando assumpserint.

cidentis occasio a parentibus exquiritur; demum ab eo intelligitur. Dantur illatim invito ova sorbilia, in se quam citissime revertitur. Hoc ipse sæpius commemoraverat factum. Verum mortuo Epiphanio patre, soror Candida Monasterium Monialium ingreditur: moritur & mater post filiæ ingressum. Venditis verò rebus, ubi largum habebat patrimonium, Christophorus suo Petri avunculi cura relictus non cum illo Venetias perrexit. Annum XV. tunc is erat ingressus. Ab annis puerilibus, scientiis liberalibus, videlicet grammaticalibus, & rhetoricis imbutus fuerat, inceptis etiam dialecticis græcis, pariterque Latinis, optimo usus præceptore, Venetiis deinde excultus cœpit bonæ indolis puer ætate, & prudentia adolescere. Erat tunc avunculus Duci Veneto Joanni Partitiatio maximo amicitiæ adstrinctus vinculo, adeo ut ab eo vice fratris amore prosequeretur, ob negotia prius Constantinopoli acta. Is quotidie una cum nepote Christophoro ad mensam Ducis edebat, & in Ducali morabatur palatio. Verum evenit ut morte subita avunculus è vivis decederet. Sed à Duce Christophorus non secus quam ab avunculo amabatur, qui eum sibi in filium adoptaverat (cum nullus illi filius esset) tum ejus virtute, & egregiis moribus, tum faciei ejus venustate, & amore Petri defuncti allectus. Id enim in vultu Christophorus præferebat, quod animo decus inerat: & quod rarum est, Virgo semper permansit. Totum sese in amorem Beatæ Virginis humiliter dicaverat, & in ejus honorem carminum dictamina confecerat. Perveniens autem ad ætatem duo de viginti annorum non solum quidem omnium liberalium disciplinarum doctrina insignis, sed omni præclarus bonitate, & sanctimonia supra omnes adolescentulos emicuit. In ea quidem ætate se ad quendam animi sui cultum transtulisse videbatur. Tunc non secus Deo in palatio Ducali secreto servire videbatur, quam si in aliquo degeret cœnobio, nunquam a bonis operibus visus desistere aut studendo, aut orando, aut quotidie meditando. Cum autem recreandi animi gratia viseret ipse aliquem Nobilem Venetum, aut ipse ab aliquo eorum viseretur, semper de Dei laudibus, de caritate, de injuriarum tolerantia accendebat. De pace sæpius loquebatur, deque cæteris virtutibus. Accidit interim ut Obelengerius primus Episcopus jam mori inciperet. Agitur inter Venetos Nobiles, quem loco illius debeant eligere. Tunc puerulus quidam, qui adhuc elinguis erat, aperto ore proclamare cœpit: Eligatur Christophorus Græcus. Tandem mortuo Obelengerio, ille in Episcopum Venetum eligitur. Pars tamen ipsorum eligentium videbatur electioni nolle assensum præbere, eo quod Dux nimis eidem faviilet. Hunc Beatus frater, cum regnare cœpisset, videretque Episcopum maximi animi virum, & in eum pronam in dies civium Venetorum benevolentiam, ne aliquando in regno sibi adversari posset, ex urbe depulit in exilium. Pro qua quidem re statim ad Regem Franciæ conquesturus concessit Episcopus, ubi in gratiam illius evasit. Propterea demum ipse Senatus summo cum amoris affectu in locum pristinum restituit, tanquam patrem eum habere cœpit, & ecclesiæ Olivolensis favoribus plurimum evexit, ac in rebus arduis exercuit in quibus nunquam frustratum senatum spe dereliquit. Sæpissime legatione publica pro Senatu functus est omni virtute, & gloria insignis. Tanquam alter Job, amissis omnibus, extorris una cum nonnullis suis Canonicis, & Clericis Ecclesiæ Castellanæ fidelissimis filiis ad regem Gallorum iterum confugit; tunc enim tanta rabies aliquorum civium in Episcopum animos incenderat, ut dummodo iræ satisfacerent, non vererentur omnes partes vires in discrimen, ac belli aleam inducere. Tandem a Venetis suis perbenigne cum magno honore, & stupendo dilectionis exceptus est. Hic vir profectò bonus, mitissimus, atque perhumanus propter pium Ecclesiæ Olivolensis cultum, & justum populi sui regimen, paternamque in suos subditos clementiam fere innatam maximum omnium in se contraxit benevolentiam. Non post multos annos in Episcopatu moritur sanctissime. Vixit in eodem annis 22. mensibus, sex diebus 9. sepultusque est in Olivolensi Ecclesia magno cum honore, positus in terra apud parietem a latere templi ejusdem dextero refertur. Dicitur quod ipse post mortem quadam nocte Canonicis & Clericis in choro, ut mos est, matutinum celebrantibus apparuisse vultu terribili, eoque oppido reprehendisse, quod tam indevote, & irreverenter divinas persolverent laudes, ac monuisse ne illicis sine superpelliceis assisterent, & nullo modo Christophori II. Episcopi vestigia & mores prosequerentur. Quibusdam etiam prædixit examussim illius futurum exitium, & demoniacam vexationem in ecclesia S. Theodori. *Hactenus Angelus Maria.*

Hujus Episcopi tempore ab Artigeslis, & Scoparis proceribus Venetis perfecta est Ecclesia S. Moysis Prophetæ, vineaque, & prædiis dotata pro salute animarum suarum. Hæc hodie inter nobiliores, & ditiores hujus urbis habetur, cui inserviunt Plebanus, tres presbyteri, unus Diaconus, unus subdiaconus, qui sea Capitulum, seu Collegium constituunt, duo Acolythi, & triginta fermè sacerdotes, & Clerici, quos inter ego indignus licet adnumeror. Pinguis est ejus redditus: & computatis, ut ajunt, incertis, percipit Plebanus in singulos annos 1000. fere Veneta Ducata, 300. singuli Presbyteri, 250. Diaconus, 125. Subdiaconus, & 40. singuli Acolythi. Qui huic Ecclesiæ præfuerunt, ex veteribus monumentis in ejus chartulario adservatis, aliisque, horum ad nos pervenit memoria. I. Christophorus primus hujus Ecclesiæ fuit plebanus, ut narrat Dandulus: neque enim audiendus Angelus Maria, qui in suis Collectaneis, ubi de hoc Christophoro, Joannem quemdam, ante Christophorum inducit. Anno 810. ad Olivolensem Cathedrã Christophorus evectus est. Per ducentos deinde & amplius annos horum plebanorum deperditur memoria.

2 *Joannes Marzanus* 1038.
3 *Petrus Marianus* 1100.
4 *Bonifacius* 1115.
5 *Raphael* 1144.
6 *Joannes Ursiolus*. 1158.
7 *Gregorius*. 1173.
8 *Georgius; aliis Gregorius Cavalcalupo* 1192. *forte idem cum superiori.*
9 *Nicolaus Girardo*. 1218. *Venetus Notarius, & Ducalis aulæ Cancellarius.*
10 *Dominicus Franco*. 1230.
11 *Nicolaus* 1242. *Hic omittitur in regesto hujus Ecclesiæ. Clara tamen ejus memoria habetur in documento, quod infra, ubi de Petro Pino Episcopo, referemus.*
12 *Matthæus Vercius.*
13 *Marinus Dandulus* 1263.
14 *Angelus Beacqua* 1279.
15 *Daniel*. 1290.
16 *Marcus Lombardo*. 1293.
17 *Albinus*. 1300.
18 *Celestinus Restogo*. 1308.
19 *Petrus Georgius* 1312.
20 *Marcus Sardella* 1319. *obiit* 1321.
21 *Amizus*. 1321. *Fuit notarius; cujus registrum codex servatur in Cancellaria inferiori. Anno* 1357. *infirmus condidit testamentum ex eadem Cancell.*
22 *Guido de Bernardo*. 1357.
23 *Joannes Benvenuti*. 1363.
24 *Joannes dal collo peloso ante an.* 1374. *Ejus memoria habetur in documento existenti in tabula-*

rio Ecclesiæ parochialis S. Geminiani, in quo testes deponunt eum agnovisse & tenuisse quasdas domos &c. Vocaturque in eo Joseph, diciturque illi successisse sequens Alberegnus.

25 Fantinus Alberegnus 1374. decessit 1400.

26 Gabriel ab Equis. 1400.

27 Bartholomæus Dotto ex plebano S. Samuelis 1412. Fuit Notarius, ejusque Rogitorum codex in Cancellaria inferiori visitur. Obiit 1449.

28 Fantinus Saraco. 1449. Ejusdem infirmi testamentum conditum an. 1484. 23. Augusti legitur in Cancellaria inferiori.

29 Lazarus Boza 1484.

30. Christophorus Rizo, Notarius, Aulæ Ducalis Cancellarius, Canonicus S. Marci, & Archipresbyter Congregationis S. Mariæ Matris Domini. 1496. Hujus codex Rogitorum in Cancell. inferiori, in quo ab an. 1474. ad 1475. presbyter S. Agnetis dicitur, ab an 1476. 3. Septemb. ad 1479. 2. Maii plebanus S. Stephani Confessoris, ab an. 1480. ad 1436. 2 Maii, plebanus S. Jo. Baptistæ in Bragora: postea plebanus S. Moysis ad an. 1516.

31 Victor de Avantio 1522.

32 Joannes Petrus de Manentis, dictus Manteus 1514.

33 Hieronymus Murena. 1524. obiit die 15. sept. 1551.

34 Balthassar Martini 1551. obiit 28. Maii 1572.

35 Antonius Stella cum esset plebanus S. Fantini electus fuit S. Moysis 17. Junii 1572. Obiit 7. Sept. 1573. Fuit vir eruditus, pluraque typis edidit.

36 Jacobus Rusca 29. Sept. 1573.

37 Paulus Plessi 6. Jan. 1582. mortuus est 7. Decemb. 1600. Fuit Canonicus Patriarchalis, postea S. Marci.

38 Paulus Stella 26. Decemb. 1600. Fuit Archipresbyter Congregationis s. Sylvestri, & D. Marci Canonicus.

39 Antonius Auramus, Prothonotarius Apostolicus electus 10. Febr. 1629. fuit Archipresbyter Congregationis S. Sylvestri, Canonicus Patriarchalis, tum D. Marci, & Laurentii Prioli Cardin. Venetiarum Patriarchæ magister Domus, totiusque Patriarchatus Gubernator generalis. Obiit 21. Decemb. 1641.

40 Petrus Pomelli 6. Jan. 1642. Fuit Archipresbyter Congregationis S. Angeli. Vitam cum morte commutavit 1669. 13. Kal. Jan.

41 Paulus Brini 23. Decemb 1669. Archipresbyter Congregationis S. Sylvestri. Decessit 7. Maii 1690.

42 Andreas Tremignonus 12. Maii 1690. Vivit capularis senex annorum, meritorumque plenus, & S. Sylvestri Congregationis Archipresbyter.)



III. 810. 18. Moysis.

3 CHRISTOPHORUS successit Christophoro, natione Græcus anno 809. a Sede anois 12. Hic, ut loquit Dandolus, Plebanus Ecclesiæ S. Magni, fuit, suaque hypocrisi decipiens populum, factus est Episcopus, qui, dum in Ecclesia S. Theodori

A missarum solemnia celebraret, à dæmonio vexatus est, indignusque Episcopatu judicatus, ejectus est. Hujus Episcopi temporibus corpus S. Zachariæ Prophetæ magni Præcursoris Domini parentis à Leone Imperatore Constantinopolitano, una cum parte ligni S. Crucis, ac aliis pretiosis reliquiis dono datum Angelo, & Justiniano Participatiis Ducibus, Venetias relatum est, ac solemni pompa in ecclesia S. Zachariæ non longe ab eorum palatio deponitur. Ibidem hi piissimi Duces monasterium sacrarum Virginum Ord. S. Benedicti magnifice extruxerunt, ac divitiis, & privilegiis exornarunt. Longe enim hodie omnibus cœnobiis hujusce civitatis pulchritudine, antiquitate, & nobilitate præstat; quam ecclesiam anno ab urbe condita 407 S. Magnus Heracleæ ex divina revelatione condiderat, cujus meminit Andreas Dandulus in chronic. Anno vero 819. ab iisdem piissimis Ducibus Angelo, & Justiniano, adhuc Christophoro Olivolensem Ecclesiam moderante, fundatum

B est cœnobium Monachorum S. Benedicti apud ecclesiam S. Hilarii de Rivoalto, monachis una cum Abbate Joanne, e monasterio S. Servuli deductis, quod inde post multa secula in Monialium cœnobium ejusdem Ordinis reformatum fuit. Porro prima institutio, ac immunitates recensentur ab eodem Dandulo in chronic. & nos ex eodem hic verbatim recitabimus. Conditum est hoc monumentum anno salutis 819.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen.

Mense Maii Indict. 12. Rivoalti. Sanctarum ecclesiarum semper vigili cura oportet satagere, maxime illis, quorum potestas emiuet, de omnibus est providere consultum. Quoniam quidem Joannes venerabilis Abbas monasterii S. Servuli, de caterva sui cœnobii postulavit nostra suffragia, eo quod in loco angusto constituti, & infra paludes manentes Deo Christo deservirent, possessionibus carentes, unde victui necessaria subministrarent; postulantes, ut ob Christi, & Sanctorum amorem eisdem subsidium, & juvamen de hoc impertiremur.

C *Atque ideo nos quidem Angelus, & Justinianus per divinam gratiam Venetæ provinciæ Duces una cum Reverendissimo D. Fortunato S. Gradensis, & Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, seu Christophoro venerab. Episcopo S. Olivolensis Ecclesiæ, atque universis Venetiarum populis habitantibus plebe Christo dilecta, atque precioso sanguine acquisita. Quapropter nos pro divino amore, & nostræ animæ, sive parentum nostrorum salute, pari, ac salutari consilio tractantes, cogitantes cogitavimus, qualiter eundem Dei servum Joannem nomine, fratrem, & monachum, atque Abbatem cum suis fratribus de prædicta ecclesia B. Christi Martyris Servuli transferentes, quo loco transmutare deberemus, vel quo ordine vivendi pacifice perpetualiter ponere possemus, ad nostram devenit memoriam, ut capellam quamdam in honorem B. Hilarii confessoris Christi super fluvium Himæ ad jura proprietatis nostræ cum suo territorio constructam sibi concedentes quieto possent vivere tramite, eo ordine*

D *quo docet B. Benedicti Regula. Ita tamen ut ipsa supradicta ecclesia B. Christi Martyris Servuli in sua, & suorum successorum perpetualiter remaneat potestate, & custodia, suosque Monachos, sive Clericos ibi constituat ad diurnum, sive nocturnum peragendum officium; & quicquid ad suorum usum necesse habuerit, ipsis, vel successoribus eorum subministrent & ipsis eis perpetualiter respondeant. Concessa igitur prædicta capella S. Hilarii Confessoris Christi cum suis territoriis, finibus & terminis, cum omnibus appenditiis, vel adjacentiis suis, quæ est super totam circumdatis lateribus: idest à flumine, quod dicitur Clarino percurrente usque in canalem, qui dicitur Gambarana, & inde in fossa quæ dicitur Rugas ac deinde in canale de Luna percurrente in Serabo, & usque in paludibus aquis salsis; similiter à prædicto flumine Clarino descendente ad locum, ubi dicitur Aurilia, & finalibus descendente per canalem, qui dicitur Avisa perexiente in dicto flumine.*

Hi-

Himæ, & deinde percurrente usque in paludibus similiter tribus millibus aquis salsis. Hæc autem nostra decrevit voluntas pro remedio animæ nostræ, ac parentum nostrorum salute, ut præfata capella B. Hilarii confessoris Christi cum suis supradictis territoriis, & terminis perpetualiter maneat ad usum, & substentationem Monachorum, qui nunc modo in præsenti, vel imposterum futuris temporibus perpetualiter ordinandi sunt, & sub successorum suorum in perpetuum maneat potestate, ordinandi, & disponendi absque omni nostra, vel hæredum nostrorum contrarietate aliqua. Et placuit nobis, & omni potentatui, nostrisque fidelibus, ut omnis pertinentia eorum sit quieta, & libera, & ab omni functione publica, tam de nostris molendinariis, quam de piscatoribus, sive colonis ubique residentibus, ita ut nullus de publicis nostris gastaldis, vel aliqui de nostro palatio missi supradictos nostros audeat inquietare, vel molestare, aut in angariam mittere, aut exenia ab eis aliqua exigere, sed absque omni molestia vobis servire concedat. Iterum ergo placuit nobis interdicere nostræ Gradensis Sedis Patriarchæ, sive nostris Rivoaltensis Sedis Episcopis, ut nullum ex vobis invitis ad Concilium trahere audeant, nec ullam angariam, vel prandia, aut exenia à vobis requirere liceat aliqua, sed absque omni molestia, vel quæstione liceat vobis regulari lege vivere. Contradicimus etiam illis, ut de omnibus existentibus sub potestate vestri regiminis Monachis, aut Clericis, aut confamiliaribus, quos vos mittere visi fueritis, suscipere vel defendere non præsumant. Unde & adjuramus, & obtestamur per terribile nomen Dei omnipotentis omnes successores nostros, ut quod amore cœlestis Patris, & exemplum boni operis, & augmentum tantæ congregationis devota mente concessimus, nullus unquam audeat violare. Quem privilegii textum scribere præcepimus Dimitrium Tribunum notarium, nostræ capellæ Primicerium, ubi & manibus nostris subtus confirmavimus Mense, & Indictione supradictis feliciter.]

a An. 809. Sub eodem Episcopo Christophoro anno 809. a conditum fuit Templum S. Joannis Baptistæ in Bragula à Joanne Talonico.

„ (*Christophorus alter Tancredus Damiato successit an. 810. quem Sansovinus adnumerat in Chronico, præterit autem Patriarchalis aulæ Pictura. Plebanus antea is erat nostræ Ecclesiæ S. Moysis, eamque præfuerit an. 12. dignitate exutus fuit an. circiter 823. De Christophoro hæc scribit Angelus Maria.*

„ Christophorus tertius Venetiarum Episcopus natione Græcus, cujus pater Demetrius, mater vero Formosa nuncupabatur. Hic sub cura parentum adeo fuit laute, & delitiose educatus, & enutritus, ut per omnia videretur effœminatus. Fertur etiam idem in adolescentia, cum non posset fieri voti compos, & assequi apud parentes, quod optaret, se immundo spiritui tradidisse; ita quod sæpius ab eodem spiritu sit vexatus; & cum tempus aliquod apud Exorcistas consumpsisset gravem incurrisse ægritudinem, adeout de eo desperaretur. Fertur etiam de eo quod, dum esset infantulus jacens in lecto materno, obstetrix infidelis, quæ putabatur fidelis, pro baptismo eum proprio lotio absque verborum prolatione persuderit, nec reliqua in eo, quæ baptismum subsequi solent, solemniter adimpleta sint, nec signaculo chrismatis perunctus sit. Unde nec spiritum sanctum unquam ex parentum incuria potuerit promereri. Verum successu temporis factus ingenuus adolescens, & utrisque orbatus parentibus, nulla spe amplius timoris, aut regiminis parentum adjutus, non secus ac equus effrænis, aut navis remis, & gubernatore destituta hinc inde impulsus voto proprio in omnem turpitudinis labem cœpit prorumpere; adeout demum cuidam illius temporis notissimo homini piratæ pro servo adhæserit: quam quidem artem per septennium exercuit. Tunc is quot interfecerit viros vix habetur numerus. Factum est autem ut navis, in qua erat Christophorus, à quodam Genuensium præclarissimo Duce caperetur, qui cæteros, qui erant in navi, omnes jussit occidi, sed solus remansit Christophorus. Cujus indolem ingenuam, & animi vim Dux perpendens Genuam eum perduxit, & cum natis careret, in filium suscepit, & adoptavit. Præceptori eruditissimo deinde traditus in virum eruditum parvo evasit tempore. Is multa de Venetorum nobilitate audiverat, secumque decreverat eam omninò urbem videre. Pater eundi Venetias facultatem postulanti concessit, sed revertendi terminum imposuit. Porro Genuensis hic Dux nobilis Plebano S. Moysis Venetiarum juvenem per literas commendat: comitantur eum servi duo. Interim Genuensis nobilis apoplexia moritur: & Christophorus omnium bonorum suorum hæres ab eo relinquitur. Hic itaque tantis præditus divitiis Venetias revertitur, & apud Plebanum S. Moysis se ad hospitandum recepit, qui dehinc occulte, & simulate honores cœpit ambire Ecclesiasticos, miramque in incessu, habitu, & sermone simulare sanctitatem. Sed Lupina infectione animas simplicium clam subvertebat; & in tantum vitæ exterioris merito, & ostensæ fidei virtute profecit, ut ipse postea Plebano S. Moysis, & in Episcopatu primo Christophoro dehinc successor extiterit.

„ Hic quidem tantæ hypocrisis, & iniquitatis vir erat, ut in omne scelus non abhorreret incidere. Omnem in habitu religionem mentiebatur, Dominicæ orationis coronam semper fere in manibus deferebat; unde adeo in Venetarum matronarum gratiam brevi evaserat, ut quemque alium religiosum cujuscumque ordinis, præter Christophorum, nollent audire, atque consulere; sed si fas esset, vestigia quidem ejus, ut leves, & animi inopes adorassent. Quid tandem? Is hac perversa, ficta, & ambitiosa religione ita animos Veneti populi, & præsertim matronarum allexerat, & ad sui admirationem, & devotionem attraxerat, ut pro sancto ab omnibus haberetur. Dehinc factum est, ut defuncto Joanne Plebano, apud quem Christophorus permanserat, ipse in ejus locum suffragiis omnibus plebanus eligeretur. Ad hoc regiminis onus electus hypocrisim magnopere auxit, & submissius, & abjectius vivere cœpit: adeoque fama sanctitatis ejus in dies apud omnes increbuit, ut ab ipsis Venetis Matronis quotidie viseretur. At ipse non salutis monita, sed mulcere, adulari, ac futura prædicere affectabat. Fitque brevi temporis curriculo, ut mortuo Damiato Christophoro Veneto secundo Episcopo iste Christophorus Tancredo, ejusdem nominis, sed non ejusdem animi, ac vitæ, & integritatis, vocibus, & suffragiis omnibus in tertium Venetum Episcopum designaretur. Qui licet initio sui Episcopatus religiosius videbatur vivere, nihilominus illaudabilem, & turpissimam vitam per cuncta flagitia ducere, ut prius, non verebatur.

„ Hoc itaque pacto judicio Dei fraus ejus animi fuit detecta. Sciendum est autem quod antequam B. Marcus Evangelista pro Veneto Protectore, & Patrono haberetur, Veneti in patronum singularissimum, & Civitatis intercessorem B. Theodorum equitem & martyrem antea tenuerant, cui etiam, ubi nunc est Ecclesia s. Marci, ibi sita erat, & dedicata Ecclesia. In solemnitate ejus ad eandem Ecclesiam Senatus, Dux, & populus confluere erat solitus, Olivolensisque Episcopus missam celebrabat. In celebritate igitur tanti martyris Christophorus Tancredo Episcopus an. XII. sui Episcopatus in ea Ecclesia divina faciens dum in Canone attentius, & suspensius persistere cerneretur, a malo dæmone mox capitur, & pessime vexatur. Factum est, ut in terram collisus, & prostratus spumam ex labiis a-

bunde

„ bunde etiam perfunderet, stupendaque per os ejus Diabolus loqueretur. Abhorrent aures talia de Episcopo Græcano audire. Tune non deerant parvuli clariores habentes oculos, qui dicerent sæpissime per os ejus ingredi, & regredi Satan vidisse. Eatenus miser ille discerpebatur, ut ore etiam proprio fateretur quamplurima se in vita sua perpetrasse, facinoraque nefanda de se, & aliis circumstantibus loqueretur. Quam rem Nobiles Veneti ad Leonem III. Pontificem per literas referunt, illius depositionem ardenter deposcentes. Quibus libenter annuens Pontifex licentiam substituendi alium ejus loco etiam concessit. Nos hæc scripta reperimus in Annalibus Venetis vetustissimis: visumque fuit rei seriem enodare. Itaque necesse fuit hunc Deo, & mandatis ejus resistentem, neque recte, sed ficte eum Deo ambulantem, nec veræ fidei acquiescentem deiici, & abiici de Veneto Episcopatu; alium vero pro ipso Ecclesiæ Olivolensi constitui in Episcopum. Provisum fuit demum per Dei optimi misericordiam, & sedis Apostolicæ gratiam Ursum filium præclarissimi q. Petri Partitiatii huic Ecclesiæ Olivolensi inculpabiliter præesse, virum quidem omnibus bonis ornatum, & præditum, qui loco ejus substituitur, & ab ipso Leone III. confirmatur, & à Duce, & Senatu in sede venerabiliter collocatur. Sed Christophorus ad Ecclesiam Mosianam iterum revertitur, cujus nec ipsi cura mandatur, sed alteri cuidam probo sacerdoti. Huic tamen victus, ædesque familiares ut haberet quamdiu ipse vixit, satis abunde à Senatu consultum fuit. Hoc accidit anno Dom. 814. Duce Veneto Joanne Partitiatio, die nono Novembris, tempore Leonis Pp. III. *Hactenus Angelus Maria.*]



IV. 4 URSUS de Rivoalto, cognomento Baduarius, filius Angeli, & Joannis Participatii Principis Venetiarum frater, Venetum gessit pontifica-
a An. 813. tum ann. 821. *a* seditque annis 32. Hujus parentes viri devoti, inquit Dandulus, ecclesias S. Severi Episcopi, & S. Laurentii Martyris sibi contiguas in Geminis construxere, in quibus hic Episcopus succedens ecclesiam S. Laurentii in virginum monasterium ad suum obitum commutari disposuit, eidemque sororem virginem lectissimam Abbatissam præfecit. Hic Olivolensis Cathedralem Ecclesiam sub S. Petri Apostoli nomine inchoavit, quam post quinque annos completam 3. Kal. Junii consecravit, & reliquias SS. Sergii, & Bacchi in ea deposuit. Boni autem Bragadeni progenitores ecclesiam S. Danielis Prophetæ non longe ab Episcopatu similiter construxerunt, quæ sub Petro Polano Duce in monasterium Monachorum S. Benedicti conversa est. Urso item in Olivolensi cathedra sedente, quod faustum, felixque fuit, Duce Justiniano Partici-
b An. 818. patio anno 831. *b* corpus S. Marci Evangelistæ ex Alexandria Venetias advectum fuisse hisce verbis narrat Dandulus. *Secundo Ducis* (scilicet Justiniani) *anno corpus sanctissimi Marci de Alexandria translatum est Venetias. Ait enim Petrus Damianus: Marcus Evangelista de Alexandria translatus est* (*Deo disponente*) *Venetias, at qui totum Orientem velut aureus Lucifer, illustraverat, nunc per plagas occidas climatis præsentiæ suæ radiis enitescat: per Ægyptum quippe sibi dedicat ortum, per Venetias tenet occasum: illic Alexandriæ sortitus est Ecclesiæ sollum, hic renascentis Aquilejæ novum statuit Principatum. Sigibertus, & Vincentius dicunt: quod Sarracenis incuesantibus Ægyptum, negotiatores Veneti corpus B. Marci Evangelistæ ab Alexandria abstulerunt Venetias. Sicardus, Jacobus de Voragine, & Paulinus Episcopus, & communiter cæteri historiographi hanc translationem approbant: licet sub æquivocatione imperialis nominis eorum aliqui in tempore errare dignoscantur, quæ quidem translatio taliter facta est. Rex Sarracenorum apud Babylonem sibi palatium construere volens mandavit, ab ecclesiis Christianorum, & aliis vulgaribus locis accipi lapides, ut scilicet splendidam sibi faceret domum. Accedentes autem ad ecclesiam S. Marci, more solito Bonus tribunus Methamaucensis, & Rusticus Torcellensis, qui antea Venetorum edicto, cum decem navibus mercibus oneratis, impellente vento Alexandriam iverant, videntesque Stauratium monachum & Theodorum sacerdotem, ecclesiæ custodes admodum tristes* (*erant autem Græci*) *quærunt igitur causam tristitiæ, & audiunt, quia impio Rex edictu devastationem ecclesiæ imperat. Rogant illi, corpus sanctum sibi dari, ut Venetias deferant, promittentes, eos apud Ducem Venetiarum magnis extolli honoribus. Custodes Ecclesiæ petitionem exhorrent cum increpatione, dicentes. Numquid non audistis, qualiter B. Marcus Evangelista, quod Petro dictante conscripsit, ipso jubente prædicavit in his partibus, hominesque contradæ hujus filios in Christo baptizando habuerit: si propterea hoc fideles cognoverint, mortis periculum nequaquam possemus evadere. Ad hæc illi respondent: Si de prædicatione ipsius agitur, nos primogeniti filii ejus sumus, cum in partibus Venetiæ, & Aquilegiæ prædicaverit primum. De mortis autem periculis monet Christus: si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam; quod ipse Evangelista Marcus servavit, cum persecutionis terrore de Alexandria secesserit in Pentapolim. Tunc custodes ajunt: non est tanta persecutio, ut pagani personalem inferant ultionem. Interim autem pretiosiorem ecclesiæ lapidem quidam confregit, ne tolleretur, propter quod durissime flagellatus fuit. Videntes autem custodes ecclesiæ devastationem, & in personis imminere periculum votis petentium condescendunt, & diem statuunt, quo corpus sanctum accipiant. Jacebat autem in chlamyde de serico involutum & clausum in eodem à capite usque pedes multis sigillis. Portant itaque B. Claudiæ corpus, & mantellum a tergo scindunt, indeque corpore B. Marci extracto B. Claudiæ corpus imponunt, sigillis intactis manentibus. Tunta autem civitatem implevit odoris fragrantia subito, ut cuncti stuperent miraculum: nonnulli quoque dubitarunt corpus Evangelistæ fore sublatum; currentes proinde ad ecclesiam, capsam aperiunt, chlamydem sigillatam inveniunt, sed delusi ad propria redeunt. Ad navem autem portantes, suppositis herbis, & carnibus porcinis, quærentibus quid portarent, ostendunt. At Sarraceni horrentes, Gandie, Gandir clamaverunt: In navi quoque reduxerunt in velo donec recederent propter Sarracenos naves perscrutantes. Cum vero Venetias portaretur, inter cætera, quæ egit miracula, navem, in qua deferebatur cum pluribus aliis naufragiis periculo liberavit. Cum enim naves tempestuosa nocte velocissime impellerentur a vento, & jam non multum distarent à morte, B. Marcus Dominico monacho Climacen. apparuit, ut nautas moneret cito vela deponere, quod cum fecissent apparente aurora, viderunt se juxta insulam, quæ Stroalta dicitur: denique Humagum applicant, & de contemptione Ducalis dicti obtenta venia ad portum veniunt Olivolen. Dux, Clerus, & populus occurrunt, & cum laudibus in Capella Ducis corpus ponunt.* Hactenus ille. Incidisse vero ejus translationem in annum 831. sub Justiniano Participatio Duce, docet Baronius in adnotationibus ad Mart. Rom. 31. Januarii, qua dies translationis ce-

le-

lebratur. Longe enim ait à veritatis scopo ab errare omnes, qui eam ante quingentesimum, vel sexcentesimum Christi aunum referunt, cum oumquam illis temporibus, Alexandrina civitas fuerit sub Sarracenorum dominio, quando eam accidisse omnes fatentur. Unde juxta meliorem computum Andreas Dandulus refert in annum secundi Justiniani Ducis, qui fuit aunus 831. *a* Idem Dandulus habet sub Joanoe Duce Justiniani fratre ecclesiam S. Marci ioitium sumpsisse. *His diebus*, ait, *ecclesia sub vocabulo S. Marci, in angulo Ducalis Palatii condita est, & in ea gloriosum corpus suum depositum fuit, ordinatique sunt capellani ad diurnum, nocturnumque officium peragendum, & Primicerius unus, qui dictam ecclesiam, quæ Ducum capella esse perpetuo instituta est, regat, & gubernet, sicut sibi per Ducem injunctum fuerit, & ordinaverit.* Rector aliquando Ursus cum aliis præstantioribus viris Venetam Urbem frænavit, quoad usque Joannes Dux ab exilio revocaretur, cujus etiam tempore ecclesia S. Juliani Martyris non longe à Ducali palatio, aliaque S. Pauli fuerunt constructæ. Demum senectute gravatus optimus Præsul, & de omnibus benemeritus non sine lachrymis adpositus est ad patres suos, sepultusque in cathedrali Ecclesia Olivolensi an. 853. *b* quo ipse suum condiderat testamentũ.

a 831.
b 853.

„ [*Ursus de Rivoalto, cognomento Baduarius, Jo-*
„ *annis Venetiarum Ducis filius ex Dandulo, hunc*
„ *pontificatum suscepit regendum aun. 823. Sanso-*
„ *vinus in Chronico post Christophorum Tancredam*
„ *Ursum Urseolam memorat an. 841. post quem sta-*
„ *tim enumerat an. 842. ejusdem sedis Antistitem*
„ *Joannem Sannutam, seu Patritiam. Sed is hoc*
„ *minimè audiendus, cum novn frequenter dicat,*
„ *nihil probet. Potior mihi est Danduli auctoritas,*
„ *qui asserit Ursum 32. ann. vixisse in Episcopatu,*
„ *unde ad an. 855. pervenisse oportet: Joannem au-*
„ *tem Sannutam & nos cum Dandulo ex hac serie ex-*
„ *pungimus, nihil deferentes aulæ Patriarchalis pi-*
„ *cturis singulos Venetos Præsules repræsentanti-*
„ *bus, vel Angeli Mariæ Collectaneis, qui similiter*
„ *hunc Joannem intrudit, cum ea multò recentiora*
„ *sint Danduli Chronico. Quod verò ad tempus*
„ *translationis corporis S. Marci spectat, rem discus-*
„ *sit Ughellus hic, & Baronius in notis ad Martyrolo-*
„ *gium. Sansovinus hanc reiicit in an. 828. qui fuit*
„ *secundus, & postremus principatus Justiniani Par-*
„ *ticipatii, & rectè. Cum enim apud cordatos omnes*
„ *ea sententia sit, quod Duce Justiniano Participa-*
„ *tio tam ingens thesaurus Venetias ditaverit, eo*
„ *anno oportet contigisse, cum tantum duos annos*
„ *imperii habenas sustinuerit Justinianus, qui eas ar-*
„ *ripuerat an 827. De Urso sic loquitur Angelus Maria.*
„ Ursus Partiriatius seu Baduarius quartus Epi-
„ scopus Venetus, ex patre Jo: Particiatio, matre
„ vero Petronilla ortus, cujus pater diu in civitate
„ Eraclea, seu in civitate nova habitavit. Hic Ursus
„ fuit saue religiosissimus progenitorum optimus-
„ que imitator, qui quidem in Rivoalto natus est.
„ Sedit in Episcopatu annis XXXII. Hic tam largus
„ & prodigus in exhibendis eleemosynis pauperibus
„ fuit, ut vix dici amplius potest. Hic quum pri-
„ mum ad Episcopatum pervenisset, ad Ecclesiam
„ Castellanam construendam animum applicuit.
„ Sed cum res posceret Ecclesiam construi non
„ acquievit, donec perficeret quod intenderat. In
„ eo enim loco ubi nunc est Ecclesia Castellana,
„ erat templum ligneum, angustum, tabulatum,
„ & mediocre. Post novæ Olivolensis Cathedralis
„ Ecclesiæ constructionem VIII. anois decurrenti-
„ bus eam III. Kal. Junii consecravit, & reliquias
„ Sergii & Bacchi Martyrum, & Apuleii in ea de-
„ posuit. Hujus tempore cum Siciliam Insulam Sar-
„ raceni invasissent, auxiliares naves, Justiniano
„ Imperatore petente, a Michaele Duce, & a Ve-
„ netis Coostantinopolim missæ sunt, quæ cum
„ ibidem hostes non invenissent, Venetias versus
„ iterum devenerunt. Cum autem ab eisdem Sarra-
„ cenis Insula Siciliæ iterum infestaretur, coactus
„ est Imperator iterum a Venetis auxilium implo-
„ rare; ac tunc S. Petri Cathedram, in qua An-
„ tiochiæ sederat B. Petrus Apostolus ipsi Princip
„ dono tradidit; qui princeps ipsi Episcopo postea
„ liberaliter ipsam exhibuit, ac dono dedit, hoc
„ tamen pacto ut in Cathedrali Ecclesia perpetuo
„ maneret honorabiliter. Hæc itaque justa prin-
„ cipis sententiam usque in hodiernum diem post
„ altare majus in Cathedrali Ecclesia collocata
„ persistit. Cum autem senio esset confectus, ac
„ nimium ætate gravaretur, Ecclesiam S. Laureo-
„ tii, quæ ab aliis progenitoribus constructa fuerat,
„ Monialium Monasterium fieri jussit, cui Roma-
„ na soror Abbatissa instituitur. Plures quoque elee-
„ mosynas ante obitum suum ordinavit, atque con-
„ stituit, Petro Duce Gradonico existente. Hujus
„ parentes homines apprime religiosissimi, S. Seve-
„ ri Episcopi, ac S. Laurentii Martyris contigua,
„ & admodum propinqua templa pariter constru-
„ xerunt.)



5 MAURITIUS, quem Maurum vocat Dandulus, natione Venetus, successit Urso anno 853. *c* Vixit in ea dignitate ann. 10. Ecclesiam S. Margaritæ à Germano *d* patre constructa dedicavit. Benedictum III. Papam, insidiantium aliquorum versuria eligentem Venetias, una cum Duce incredibili humanitate suscepit. Benedictus vero cum monasterium S. Zachariæ visitasset requisitus ab Agnete Maurocena sanctissima Abbatissa, & monialibus, quæ tunc vitam religiosissimam ducebant, Romam reversus corpora SS. Pancratii Martyris, atq; Sabinæ virginis dono misit, quæ Venetias advecta in præfato monasterio cum honore, & reverentia collocata sunt, ut refert Dandulus. Obiit Mauritius anno 862. *e*

c 855.
d Geniaco.
e 866.

(„ *Mauritius, seu Maurus ex patre Geniaco Bu-*
„ *sinaco ex Dandulo Olivolensem thronum conscen-*
„ *dit an. 855. cumque sedisset annis decem, morta-*
„ *litatem explevit an. circiter 866. De eo sic Ange-*
„ *lus Maria.*
„ Maurus Episcopus sextus (*computato scilicet*
„ *Joanne à nobis exploso*) Venetus natione natus
„ in Rivoalto ex Patre Vincentio Patavino sedit
„ in Episcopatu an. X. cum dimidio. Cujus pater
„ Ecclesiam S. Margaritæ devote construxit. Ali-
„ qui tamen tenent, quod ipse Ecclesiam prædictam
„ ædificaverit, non ejus Pater. Fuit omnino piis-
„ simus, atque sanctissimus.)



6 DOMINICUS Baduarius, Joannis filius, VI.

no-

a Urso. nobili gente procreatus, Duce Joanne *a*, cujus erat agnatus, procurante, ac propria virtute notus, hanceandem sedem cœpit administrare anno
b 866. 862. *b* ad quem scribit Joannes VIII. Papa Epistola 16. Indict. 10. mense Decembri. Eximie hanc rexit Ecclesiam annis decem, mortuusque est an-
c 877. no 872. *e*

(„ Domioicus, natione Venetus, ex patre Joan„ne Apollo sedit an. X. Hic suasione Ducis factus „est Episcopus, quia erat ex cognatione sua. „*Hactenus Dandulus. Dux tunc erat Ursus Par„tiaticus, atque hoc procurante, non Joanne, ut „vult Ughellus, (excesserant enim 30. anni, ex quo „Joannes assumpta Monachali cuculla principatum „amiserat) vel si mavis, Joanni Ursi Ducis filio; „qui postea patri collega datus eidem defuncto quo„que successit, ad Olivolensem Cathedram evasit „Dominicus. Ad hunc scripsit Joannes VIII. et signi„ficans se quosdam ad Concilium vocatos renuen„tes venire excommunicasse, nisi ad præstitutam „diem venerint epist. 6. apud Harduinum Concil. „tom. 6. col. 5. quæ cum data fuerit Kalendis De„cembris Indict. X. patet scriptam fuisse circa fi„nem anni 876. atque adeo adhuc tum superstitem „fuisse Dominicum. Profecto hinc arguitur error „Ughelli, qui supputando antecessorum Episcopo„rum tempora, integros tantum eorum annos à „Dandulo illis attributos enumerat, non attentis „mensibus, & diebus, quibus ultra vixisse censen„di sint, neque computato interstitio, quod ab obi„tu unius ad alterius electionem debuit intercedere. „Et licet memoriæ nequaquam proditum sit, quot „præterea quisque menses, atque dies egerit ultra „completos sedis annos, nec quotum quælibet vaca„tio tempus insumpserit, ita tamen ex citata Joan„nis VIII. Epistola constat ordinandos esse hucusque „relatorum Præsulum annos, ut Dominici emor„tualis in an. saltem 877. incidat: quod quidem „commode fiet, si sex, vel septem circiter menses „seu vitæ, seu vacantis sedis integris uniuscujus„que annis superaddantur. Ceterum Dominico „Præsule Ecclesia s. Mariæ Formosæ, quæ ve„tustate pene consumpta erat, a filiis Marini Pa„tritii restaurata est.*]

7 CRASSUS (1) Fatius hanc eandem sedem obtinuit apud pleroique an. 873. hujus non meminit Dandulus.



VII. 8 JOANNES Sannutus nobilis Venetus anno
d 877. 889. *d* de quo etiam altum silentium tenuit Dandulus.

[„ *De hoc Ioanne diserte hæc scribit Dandulus* „*lib. 8. cap. 5.* Joannes Episcopus natione Vene„tus ex Patre Marino Patritio sedit an. . . . „. . . Hic erat Archidiaconus Olivolensis Ec„clesiæ, qui nunc electus Episcopus una cum Leo„ne Episcopo Methamaucensi, & Joanne Civi„tatis novæ à Petro Patriaccha consecrati sunt. „*Hæc narrat Dandulus, postquam ea, quæ anno* „*876. evenerant Duce Urso Participatio, recensuis„set, proindeque constat ipsum etiam Joannis ele„ctionem in an. 877. rejecisse. Quamdiu autem Jo„annes sederit, Danduli exemplar accuratissimum „quo utor, non indicat. (Auctorine, an potius „Amanuensi attribuenda sit hæc omissio, non liquet) „Satis autem colligitur non diu hanc rexisse Eccle„siam, neque Urso Duci, qui jam anno 881. Joan„nem Partitiacum successorem exceperat, super„fuisse, cum vivente adhuc Urso Joanni demortuo „sequens Laurentius suffectus fuerit, ut narrat „idem Dandulus. Proindo tres ad summum anni „Joannis Pontificatui possunt assignari, nec ultra „annum 880 ejus obitus differri.*)

9 JOANNES (2) deinde Aventuratius Aquilejensis Joanni successit anno 891. de eo etiam nil habet Dandulus.



10 LAURENTIUS Timens Deum Barbatau- VIII.
relli filius, Monachus S Benedicti, hujus sedis
fuit Antistes anno 918*e*. Quem sedisse affirmat Dan- e 880.
dulus ann. 29. alii vero ann. 18.

(Laurentius Episcopus, natione Venetus, & „patre Barbataurello, sedit an. 29. *Hæc Dandu„lus. Vixit igitur in Pontificatu ab an. circiter* „880. *ad an circiter* 909. *De eo sic Angelus Maria.* „Laureotius Episcopus ex patre Barba Tautel„lo. Majores sui fuerunt de Taurino. Habitavit „in Mathemauco. Iste fuit interfectus a populo, „quia vi decimas exigere satagebat. Sedit in Epi„scopatu an. xx. Petro Tribuno Duce Veneti„rum. *Laurentio Præsule, cum D. Raphaelis Ar„changeli Ecclesia fortuito incendio deflagrasset an.* „*899. ab Arianis, & Caudianis reædificata est.*)



11 DOMINICUS, natione Methamaucensis pa- IX.
tre Barbaro Mauro natus, annitente Duce, ob ejus
eximiam virtutem à Clero, & populo electus est E-
piscopus ann 936. *f* & à Patriarcha Gradensi, cæ- f 909.
terisque Episcopis coacte consecratus est. Sedit
summa cum sui nominis gloria an. octo.

(„ *Hunc præfuisse annum unicum, & menses VI.* „*testatur Dandulus. Cum autem conscenderit Oli„volensem Cathedram adnitente Petro Tribuno Du-*

ce

(1) Crassi hujus mentionem ad an. 872. facit Sansovinus in Chronico, à quo Ughellus; habeturque depictus inter ceteros Venetos Præsules in aula Patriarchalis palatii. Verum citata Joannis Epistola jam satis demonstrat occupatam fuisse à Dominico hanc Cathedram usque ad an 877 ut hinc facillime colligere possit Lector, quænam fides prælatis picturis, & Sansovino præstanda sit. Omittitur à Dandulo, & nos proinde illum ex Venetorum Episcoporum albo merito expungimus. De eo hæc scribit Angelus Maria in Collectaneis. *Crassus Zagus, cujus majores Gradenses fuerunt, habitavit in Rivoalto. Ejus pater fuit Cancellarius Dominii & Ducis. Vixit an. 16. m 7.*

(2) Gratia hic quoque recensetur à Sansovino, depictusque visitur in aula Patriarchali. Nos illum à Dandulo edocti præterimus.

„ ce an. 909. decesserit oportet anno circiter 911. De eo „ hæc narrat Angelus Maria.

„ Dominicus Episcopus Olivolensis x 1 1. natio„ ne Mathemaucensis patre Mauro Vilinico sedit „ duobus annis, & mensibus sex. Hic stabat in „ Ecclesia S. Mauri diœcesis Torcellanensis, & „ noluerat eligi, aut accedere, vel acceptare E„ piscopatum: & D. Patriarcha Gradensis eum „ tandem precibus devicit, & consecravit in Epis„ copum: nam erat illi affinis. Qua de re Dux Ve„ netus noluit eum Episcopum acceptare.)



X. 12 DOMINICUS II. cognomento David, Petri Ortianisci filius, etsi uxorem, & filios haberet, cum esset vir in divinis scripturis eruditus, & pietate, cæterisque Christianis virtutibus clarus, à Clero, & populo Episcopus expetitus, abscissa barba, invitus Episcopatum accepit anno 946. *a* cum quo uxor, & filii in Episcopio manentes, perpetuam castitatem servarunt, præceptaque divina humilitate præcipua custodierunt. Verum post annum 15. aliis 25. cum sibi creditam optime cum fama virtutis administrasset Eccl. divina peregrinatione incensus, Episcopatu se abdicavit, ac ad sancta Hierosolymæ loca peregrinatus, vitam ibidem eremiticam ducens amisit. De quo Dandulus. — *a* 911.

(„ Sedisse hunc Dominicum affirmat Dandulus „ annos 18. mens. 7. Electus igitur initio anni 911. „ nuncium remisit sub finem anni 929. Quo Præsule „ Ecclesia S. Angeli, antea S. Mauri, deinde S. Mi„ chaelis nuncupata constructa fuit à gente Lupanica, & Maurocena an. 920. & jam antea anno sci„ licet 917. eam S. Viti, illamque S. Thomæ ædifica„ runt familiæ Magna, & Æmiliana.)



XI. 13 PETRUS, natione Venetus, ex patre Petro Tribuno Duce, evectus est ad sedem anno 971. *b* Hic corpora Ss. Saturnini, & Nicomedis Presbyt. cum capite S. Romani Monachi Venetias translata, in ecclesia S. Mariæ Formosæ, quam sui progenitores extruxerant, collocavit. Præfuisse dicunt annis octo, alii decem. Hujus meminit Scardeonius lib. 2. de Viris Illust. Patavinis, affirmatque ex Maisacta familia Patavinum fuisse. Dandulus refert, quæ supra retulimus. — *b* 929.

(„ Petrus Dominico successor datus est eneunte „ anno 929. cumque Olivolensem Ecclesiam frenas„ set annos octo ex Dandulo, e vivis eripitur an. „ 838. Ejus gesta alto silentio premuntur a scriptori„ bus: neque novum aliquid refert Angelus Ma„ ria de eo sicut neque de aliis Episcopis, de quibus „ ejus verba hic non annectemus.)



14 URSUS Venetus, ex patre Magaditio, ecclesiæ s. Cassiani Vicarius, vir omni bonitate, & sapientia repletus, cujus progenitores etiam Darbores sunt cognominati, successit Petro anno 981. *c* Decessit anno 992 *d*. [*„ Ursus vixit ex Dandulo „ annos septem; proinde ab an. 938. quo hac infu„ la decoratus est, ad an. 945. pervenit, quo fato „ functus est. Ab hoc Præsule, cum juniores sponsę „ convenissent de more hujus civitatis in Ecclesia S. „ Petri, ut benedictionem acciperent, illud acci„ dit, quod Tergestini clam & subdole accurrentes „ fœminas, earumque pretiosa quæque simul arri„ puerint. Unde excitati ad arma Veneti cum Ter„ gestinis pugnarunt acerrime; hostibusque devi„ ctis cuncta redemerunt, institutumque festum S. „ Mariæ Formosæ, illudque speciosissimum, vulgo „ nuncupatum* delle Marie. *His quoque tempori„ bus templum S. Mariæ de Misericordia substruxit „ familia Julia. Cæterum quod ait Ughellus, Urso „ Episcopo conditum fuisse cœnobium Monachorum „ S. Georgii Majoris, veritati minime consentaneum „ est; siquidem Ursus jamdiu antea devixerat. Id „ evenit, dum hanc Ecclesiam regeret Marinus, „ ut infra dicemus, testaturque relatum ab Ughello „ documentum, cui ipse Marinus ex Episcopis pri„ mus reperitur subscriptus.*] — XII. — *c* 918. *d* 945.

Quo sedente anno 982. initium habuit nobile, ac celebre cœnobium S. Georgii Majoris à Joanne Mauroceno nobilissimo cive, qui una cum Petro Urseolo Duce in Galliam profectus monasticum induerat habitum, patriamq; reversus monasticam disciplinam in ea Insula propagavit. Ab Urso Episcopo, ac Tribuno Memmo Venetiarum Duce in tutelam susceptus, ibidem Abbatis officio functus, excessit è vivis. Insulam vero, & capellam S. Georgii ad condendum cœnobium dono dedit idem Tribunus Dux, assentiente Senatu, ut libet perspicere in nobili donationis documento ab ipso originali exscripto, quod nobis transmisit Reverendissimus Aloysius Squadronus, ejusdem monasterii dignissimus Abbas.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno ab Incarnatione ejusdem Redemptoris nostri D.CCCC.LXXXII *Imperantibus Dominis Vasilio, & Constantino fratribus populo Romano magnis, & pacificis Imperatoribus, anno autem Imperii eorum post obitum Joannis Zimiski* XI. *f mensis* Decembris *die* XX. *Indictione* XI. *Rivoalto. Quia tu Joannes Mauroceno monachus religione Christi traditus; locum tibi aptum, & cæteris secutoribus Christi diu considerans, petisti tibi, & posteris Christo servituris monachis dari, hoc est ecclesiam B. Georgii Martyris, quę semper fuit Capellæ B. Marci titulus; jus scilicet nostri Palatii. Ideoq; nos Tribunus Divina gratia* Dux Venetię *motus tuis precibus, hortantibus, & cōsentientibus nobis videl.* D *Vitale egregio* Patriar*cha insimul cum* Episcopis *nostris, & cunctis primatibus, seu & populo* Venetiæ, *quorum manus optimorū* — *f* VII.

partim ob firmitatis indicia subter adscriptę sunt, assensum petitioni tuæ, cum successoribus nostris damus eandem ecclesiam perpetualiter fieri monasterium ad laudem Omnipotentis Dei, & nostræ patrię tuitionem, Ita ut tu omnibus diebus vitæ tuæ monastico more vivens, catervam Christo famulaturam, juxta discretionem à Deo tibi traditam ibi potestativè ordinare debeas, sine nostra, vel successorum nostrorum, aut cuiuslibet hominis contrarietate; cum toto ædificio, libris, thesauro, & vinea ibi conjuncta, & paludibus, rebusq; mobilibus ad eam pertinentibus; quia æquum est Cristo famulari desiderantibus libera in omnibus illis serviendi tribuatur facultas. Quicquid autem tu ibi dederis de tuis facultatibus, aut si in eam melioraveris, nullus in vita, vel post transitum tuum inde aliquid requirere præsumat; sed in dominio ejusdem ecclesiæ, quam deinceps monasterium perpetualiter manendi ordinamus semper maneat ad succedentium Fratrum subsidium. Verum minus molestias, aut contrarietates nobis, aut successoribus nostris tibi inferentibus, præfatum monasterium relinquere non debeas, sed illud possidere, tenere, meliorare, & ad cultum Divinum producere juxta regulam Beati Benedicti debeas sine nostra, aut successorum nostrorum, vel aliorum hominum contrarietate, ut dictum est. Post tuum vero transitum potestatem inde damus, cum successoribus nostris, Abbati, qui ibi per tempora fuerit, & cæteris fratribus, ut eorum sit monasterium per successionem, & consuetudinem, seu regulam cæterorum monasteriorum Dei. Verum, quia ecclesia fuerat pertinens ad dominium Basilicæ S. Marci, quæ est capella nostri palatii, & libera à servitute Sanctæ matris Ecclesiæ, volumus ut eadem libertate semper consistat, ut nullus Episcopus servitutis usum requirere, aut prædia præsumat; nisi tantum ut provisorem detet, rectitudinem illos tenere doceat, & pabulum vitæ æternæ ministret. Si quis hoc decretum, quod hortatione, & consensu prædictorum Principum, & fidelium nostrorum ob sanctæ monachalis vitę regulam dilatandam corrumpere voluerit, anathematis pœna mulctetur. Et insuper componat auri obrizi libras viginti, medietatem in camera nostri Palatii, & medietatem in præfato Dei monasterio. Et hoc decretum, & firmitas nostræ chartæ omnibus profuturis temporibus maneat in sua firmitate. Concedimus, atque offerimus Deo Omnipotenti, & in isto monasterio S. Georgii per communem omnium voluntatem, illum locum lacum tunctum juxta vineam, quam tu dedisti in præfato monasterio, quæ fuit Dominici fratris tui, ubi antea fuit molinus ius nostri palatii, cum totis petris, quę ibi retacere videntur ubi tu aquimolum debeas facere sicut antea fuit, ad opus de vostro monasterio perpetualiter manendum. Ità ut nullum publicum servitium molenariis habitantibus, eam in ipso, quam in duobus aliis aquimolis positis in rivo Businiaco, quos tu dedisti in jam dicto monasterio, aliquando facere debeat, nisi santum vigilias per vices suas ad nostrum palatium secundum eorum consuetudinem. Quod si aliquis eàdem aquam, quam communi voluntate donavimus in jam dicto Monasterio tollere voluerit, aut aliquas cõtrarietates facere præsumpserit: tunc suprascripto prostimo persolvat. Et quod donavimus, sive offerimus per hoc vinculum nostræ confirmationis, ibi firmiter semper permaneat, quam scribere jussimus Vitalem presbyterum & notarium nostrum. Signum manu M. Tribuni Ducis, qui hoc decretum fieri jussit, & firmavit: Signum manus presenti;

Istud ese exemplum de alio decreto, nec ampliavi, nec minui. Signum man. Baduarii Bragadino cons. Signum man. Vitalis Greco cons. Signum Ioannis Bembo cons.

† Ego Marinus Episcopus m. m. † Ego Dominicus Gratia Dei Episcopus m. m.

† Ego Ioannes Episcopus m. m. † Ego Ioannes Mastalinus m. m. † Ego Stephanus Coloprino m. m. † Ego Dominicus Mauroceno m. m. † Ego Dominicus Contareno m. m. † Ego Dominicus Ursiolo m. m. † Ego Ioannes Ursiolo m. m. † Ego Stephanus Sternato m. m. † Ego Petrus Grausoni m. m. Ego

A Leo Bragadino m. m. † Signum Joannes Baduario. † Ego Joannes Streno m. m. † Ego Dominicus Mataduri m. m. † Signum manus Joannis Centrincio cons. † Zenon de Castello cons. † Ego Joannes Aurio cons. † Signum manus Dominici Hellaro cons. † Ego Joannes Addoaldo m. m. † Signum manus Leonis filii Joannis. † Ego Aurio man. m. Ego Joannes Bonoaldo m. m. † Ego Albinus m. m. † Signum manus Dominici Silvo cons. † Ego Joannes Vasilio m. m. † Signum manus Antolini cons. Mauricii. † Ego Joannes Albino m. m. Joannes Entio cons † Signum manus Dominici Fiolatio cons. † Signum manus Dominici filii Vitalis de Castello cons. † Signum manus Petri Bastini cons. Signum manus Petri Bartholani cons. † Ego Petrus Filorentius man. inscripsi. † Joannes vario de Spinale cons. † Ego Joannes Vasello manu mea scripsi. Joannes Marino Cirino cons. Signum manus Baduarii cons. † Ego Joannes Bonoaldo m. m. † Ego Petrus Andradi m. m Signum manus Vitalis Dandulo cons. Signum manus Dominici Stobo cons. † Ego Dominicus

B Florentio m. m. † Ego Petrus Gradonico m. m. Ego Stephanus Maurocenus filius Petri Maurocent. Signum manus Joannis Cerbani cons. Signum Dominici Brachio Curtulo cons. Ego Dominicus Marcello cons. Signum manus Ursonis Petri Longo cõs. Signum manus Leonis Petri Longo cons. Signum Dominici Sternato consuetum. Joannes Nicius m. m. † Ego Petrus Ursiolo m. m. Signum manus Dominici Magistri cons. † Ego Felix manu mea scripsi. † Ego Petrus Vitrinicus cons. Ego Urso Baduario m. m. Signum de Talar. cons. † Ego Dominicus Mauro m. m. Signum manus Dominici Matri cons. Signum manus Petri Albani cons. Ego Petrus Patricius m. m. Ego Joannes Ursu manu mea scripsi. Signum manus Honoregini cons. † Ego Joannes presbyter primicerius ecclesiæ Beati Marci Evangelistæ manu mea scripsi. † Ego Joannes Mauroceni m. m. Joannes Iolo cons. Signum manus Vigilioni Joannis cons. † Ego Dominicus Diaconus m. m. Signum manus Ioannis Flabiano cons. † Ego Dominicus Bradarci manu mea scripsi. Manus Petri Ra-

C pedello cons. Signum manus Ioannis Tino cons. Ego Dominicus voluntariè, & sponte manu scripsi. Ego Urso Vitrianico m. m. Signum Tribuni Vitrianico cõs. Ego Urso Ursiolo m. m. Ego Joanne presbyter Barbaro m. m. Signum manus Joannis de Sugugullo cons. Signum manus Joannis Flabiana cons. Ego Petrus Mauroceni filius Petri Mauroceni cons. Ego Martinus presbyter, & Grammaticus m. m. Signum manus Joannis Armato, qui hunc cons. Ego Urso Vitrianicu m. m. Signum manus Joanni Agrisi cons. Ego Martinus presbyter Fundacino manu mea. Vitalis Sternato conscripsi. Signum manus Joannis cons. Signum manus Dominici Barbain cons. Ego Dominicus Bono Marsculi m. m. Ego Petrus Diaconus man. cons. Signum manus Domin. de Novalo cons. Ego Demetrio m. sea. Ego Dominicus Bonoaldo de Madamauco cons. Ego Dominicus presbyter Tanolico manu cons. Ego Storlato cons. Signum manus Petri Enzio cons. Signum manus Dominici de Suengullo cons. Signum manus Petri Buzario cons. Signum manus

D Joannis de Barino cons. Signum manus Joannis Trodoio cons Signum manus Dominici Magno cons. Signum manus Ioannis Autecario cons †. Ego Petrus Magno cons. Ego Dimitrio m. m. †. Ego Dominicus Bonaldo de Madamauco m. m. Signum manus Noelii filii, item Noelii cons. Signum manus Petri Iustiniano cons. Signum manus Martini Caucali cons. Signum manus Martini Buesello cons. Signum manus Vitalis Contareni cons. Signum manus filii Fuscareni Micanii cons. Signum manus Petri Caustoloco cons. Signum manus Fratris ejus cons. † Ego Georgius Longomanu cons. de Torcello. Signum manus Filii ejus cons. Signum manus Petri Marcello cons. Signum manus Aadscæ Sesennullo cons. Signum manus Stephani Zeno cons. Signum manus Joannis Caratia Canapæ cons. Signum manus Leonis Capello cons. Signum manus Martini Capello cons. Signum manus Cypriani filii Martini Cypriano cons. Signum manus Fundoni cons. Signum manus Dominici Mauro cons.

Signum manus Dominici Fundone conf. † *Ego Dominicus Magno manum. Signum manus Dominici Vitalis conf.* † *Signum manus Dominici Conubulo. Ego Hieremias presbyter, & Notarius complevi, & roboravi.*

In hujus Abbatiæ pulcherrima ecclesia inter cæteros viros clarissimos jacent Dominicus Michael XXXIV. & Sebastianus Zianus XXXVIII. una cum Petro filio, Venetiarum Duces. Plura etiam sanctorum corpora in ea venerabiliter requiescunt, & plurium aliorum SS. venerantur reliquię. Porro hujus venerabilis cœnobii, qui præfuerunt, Abbates hic digni visi sunt, ut memoriæ mandentur; eorum saltem, qui perpetui Antistites fuerunt, quousque eliminatis Commendatariis, congregationi Casinensi incolendum traditum fuit nobile monasterium, ac juxta morem ejusdem annuales, vel triennales deinde fuerunt Abbates.

1 B. Joannes Maurocenus, summo loco natus Venetiis, abdicato sæculo, Monachus Benedictinos factus in Galliis, in patriam reversus ex donatione Tribuni Memi monasterium condidit, primusque Abbas effectus est circa ann. Christi 982. Sanctimonia vitæ conspicuus migravit ad Dominum anno salutis 1012. sub quo Tribunus Memus Dux insulæ, & ecclesiæ donator in eodem cœnobio, relicto Ducatu, Monasticum induit habitum anno 991. alii referunt monachum induisse in cœnobio S. Zachariæ ejusdem Ordinis S. Benedicti. Tribuno Monachi nuper memoriam excitarunt in ea ipsa ecclesia S. Georgii.

2 Guillelmus successit Joanni an. 1012.

3 S. Gerardus Sagredus Venetus, ex Priore ad Abbatialem dignitatem invitus trahitur anno 1015. Septem omnino annos summa cum pietatis laude eam sustinuit, ac deinde nolens volens libere dimisit, profectusque in Palæstinam ibidem in Domino quievit. Hujus sanctissimi viri ossis frustulum eidem ecclesiæ, ac monachis donavit Antonius Grimanus Episc. Torcelli, mox Patriarcha Aquilejensis.

4 Joannes Gradonico nobilis Venetus post S Gerardum hanc cepit regendam Abbatiam; sedit ann. sex, ac vixisse reperitur anno salutis 1030.

5 Dominicus hujus nominis I. successit Joanni anno 1036. excessit anno 1051.

6 Justus præficitur anno 1051. de quo mentio ad annum usque 1079 Eo Abbate, ex Creta insula allatum fuit corpus S. Cosmæ anno 1058. die 20. Aprilis, & in ecclesia S. Georgii honorifice reconditum, ubi jacet sub altare D. Benedicto sacro. Translationis historiam descripsit eruditus Fortunatus Ulmus.

7 Ursus præerat anno 1063.

8 Justus II. præfuit anno 1074.

9 Placidus reperitur hujus cœnobii Abbas ab anno 1079. ad annum usque 1088.

10 Carimanus, cui Vitalis Falerius Dux Venetiarum anno 1090. plura bona stabilia in Constantinopolitana urbe dono dedit, quemadmodum Gerardus Episcopus Bononiensis ecclesiam S. Stephani prope Bononiam attribuit ann. 1089. cujus donationis documentum non pigebit hic referre ex originali, quod etiam facit ad asserendum annum Gerardi in serie Bononiensium Præsulum in 2. nostro tomo concinnata, & est hujusmodi,

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1089. Indictione 12. die 8. mensis Novemb. Si ad cœlestia regna pervenire desideramus, non pigro studio laborare debemus, ut ecclesiasticam exaltationem sublevare possimus; quam Ecclesiam Dominus noster Christus proprio redemit sanguine. Quapropter ego Gerardus Dei gratia Bononiensis Episcopus ob timorem Dei, & omnium sanctorum, cujus vice indigne fungimur, concedimus tibi Carimano gratia Dei Abbati monasterii S. Georgii majoris de Venetiis, quod est situm in partibus Venetiæ, in loco qui dicitur Laguna, atque tuis successoribus, cunctisque fratribus in perpetuum, jus ecclesiæ S. Stephani de Turre, in quantum nobis pertinet in omnibus; ac non damus, atque concedimus decimas, primitias, & quicquid deinceps juste, & rationabiliter infra nostrum Episcopatum acquisieritis, atque datum, & largitum, oblatumque à timentibus Domini fuerit, ut deinceps in antea omnia, quæ acquisieritis, habeatis, teneatis sine omni molestatione, vel perturbatione, tam à nobis, quam à nostris successoribus, vel ab aliqua mortali persona. Statuentes enim divino auxilio præcipimus, atque ex parte Dei omnipotentis, & B. Petri Principis Apostolorum, & omnium sanctorum, interdicimus, & ut nullus mortalis homo præsumat bona prædictæ ecclesiæ, quæ fuerint acquisita ab Abbate intra nostrum Episcopatum sita, vi auferri, aut deprædari, aut furari, vel insultum facere in suis locis, aut contra suos familiares, sine maxima, & invitabili ratione. Si quis hoc nostrum præceptum violare præsumpserit, & in omnibus, sicut prædiximus non observaverit, postquam hoc præceptum ei notum fuerit, post triginta dies non emendaverit, sciat se auctoritate Dei, sanctique Petri, & omnium sanctorum, & nostra vinculo excommunicationis innodatum, & fiat maledictus sicut Dathan, & Abiron. Qui autem hujus nostri præcepti in omnibus observator, & custos fuerit, vel extiterit, benedictionem, & gratiam ab omnipotenti Deo, & B. Petro Apostolo percipere mereatur. Præterea ego Gerardus Dei Gratia Episcopus Bononiensis tibi domino Carimano Abbati promitto dictam ecclesiam defensare, auctorizare, atque tuis successoribus, & fratribus omni tempore ab omni mortali persona tam pro me, quam peo meis successoribus: alioquin ego prænominatus Gerardus tibi Abbati Carimano cum meis successoribus componere, & dare libram unam auri optimi, & post hujus pœnę solutionem hoc nostrum præceptum, sicut supra diximus in perpetuum duraturum promitto.

Ego Gerardus Episcopus m.m. scripsi.

Ego Daldus Archidiaconus.

Ego Albertus Diaconus.

Ego Bernardus m m. scripsi.

Ego Joannes notarius Sanctę Bononiensis Ecclesiæ hoc instrumentum, & hoc præceptum supradictum scripsi, firmavi, atque absolvi.

Obiit Carimanus unoo 1103.

11 Ambrosius post Carimanum annum unum in ea dignitate vixit.

12 Tribunus Memus præcipua nobilitate clarus successit Ambrosio. Felix Abbas, qui, ut fertur, meruit sacra ossa Prothomartyris Stephani, a Petro monacho hujus monasterii Constantinopoli Venetias delata anno 1110. Translationis historiam scripsit idem Fortunatus Ulmus Monachi vero memoriam Petri renovarunt in choro ejusdem ecclesiæ hoc modo in marmore.

Ossa Petri Veneti Monachi qui
Corpus Prothomartyris Byzantio huc adduxit M. C. X.

Tribuno item nonnulla bona donavit cum Ecclesia sanctorum Martyrum in Civitate Tergestina Hortacius ejusdem civitatis Episcopus anno 1114. In ea donatione fit mentio ejusdem Santi Prothomartyris. *Concedo*, inquit, *tibi Tribuno nobilissimo Abbati monasterii S. Georgii, & S. Stephani Protomartyris, &c.* Alia item bona donasse eidem Hortacium Episcopum ann. 1118. legitur in alia donatione. Ab Henrico V. Imp. tunc Venetiis commorante retulit Tribunus omnium bonorum sui cœnobii confirmationem die 11. Martii 1116. & a Callisto Papa II. sequens assecutus est immunitatum privilegium anno 1123.

Callistus Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Tribuno Abbati monasterii S. Georgii, quod in Venetiæ partibus situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Piæ postulatio voluntatis affectu debet prosequente compleri, quatenus & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua Reverendissime in Christo fili Tribune Abbas ad Apostolicæ Sedis por-

rum confugiens ejus tuitionem humilitate debita requisivit, nos supplicationibus suis clementi benignitate impartimur assensum, & B. Georgii monasterium, cui auctore Deo præsides, Romanæ Ecclesiæ patrocinio communimus. Per præsentem enim privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut locus idem sub B. Petri tutela, & protectione liber in perpetuum conservetur. Nec Patriarcha, nec Episcopus, nec persona qualibet ecclesiastica, secularisve præsumat te, vel successores tuos ad concilium cogere, aut in vos, vel monachos vestros excommunicationis, seu etiam interdicti sententiam promulgare, in monasterio ipso quicquam præter vestram voluntatem statuere, aut monachos vestros excommunicatos, sive electos, vel fugitivos absolvere, aut suscipere, vel sine tuo, tuorumque successorum consensu ad ordines promovere. Porro universa quælibet, quæ aut in præsenti legitime possidetis, aut in futurum largiente Deo, juste, atque canonice poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Nulli ergo omnium hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive Basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, à diœcesano accipietis Episcopo, si quidem gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habuerit, etiam si ea gratis, ac sine pravitate voluerit exhibere, alioquin pro eorundem sacramentorum susceptione Catholicum quem malueritis Antistitem adeatis, qui Apostolicæ Sedis fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc ejus loci Abbate, vel eorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Ad indicium aut perceptæ hujus à Romana Ecclesia libertatis, aureos duos quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si quis igitur in futurum Patriarcha, Archiepiscopus, vel Episcopus, aut ecclesiastica qualibet, secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisve sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata cognoscat iniquitate, & à sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus; sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Callistus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diac. Card. & Cancell. 8. Idus Maii, Indict. i. Incarn. Dom. Anno M. C. XXIII. Pontificatus autem D. Callisti II PP. Anno 5.

Mortuus tandem est Tribunus Abbas anno 1139.

13 Otho successit Tribuno eodem anno 1139. extrema clausit anno 1149.

14 Paschalis electus an. 1150. præfuit annis sex. Quo tempore, hoc est anno 1154. in hanc ecclesiam relata sunt corpora Ss. Cosmæ, & Damiani.

15 Leonardus præficitur anno 1156. Huic dono dedit Ugo Abbas S. Mariæ Adrianopolitanæ civitatis, anno 1157 monasterium cum ecclesia in Rodocto; & anno 1177. Alexander Papa III. & Fridericus I. Imperator Leonardum, suumq; cœnobium sub Apostolica, & Imperiali protectione susceperunt, iis scriptis diplomatibus, quæ extant in archivio ejusdem cœnobii.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Leonardo Abbati, & Fratribus S. Georgii salutem, & Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facile præbere consensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequutione complenda. Eapropter dilecti in Domino filii vestris postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam SS. Martyrum, quemadmodum eam vobis Narviccus q. Tergestinus Episcopus, cum assensu Canonicorum suorum, & P. q. Aquileiensis Patriarchæ rationabiliter contulit; & tam ipse, quam successor ejus Bernardus, nunc ejusdem loci Episcopus, scripto authentico roborarunt, vobis, & per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripturæ patrocinio communimus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis igitur hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Tusculani 5. Kalendas Novembris.

In nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Ad æternæ vitæ meritum, & temporalis Imperii gubernaculum apud Regem Regum credimus nobis proficere si prius ecclesiis boni status augmentum de nostra clementia studeamus apponere. Cum igitur tuitionem gloriosi prædecessoris nostri Divæ memoriæ Henrici Quinti Imperatoris, ex ipsius scriptis cognovissemus collatam ecclesiæ Sancti Georgii, quæ est in Venetiis: super omnibus possessionibus, quas eadem Ecclesia in Romano tenet imperio: Dignati sumus tam commendabilia præfati Principis imitari vestigia. Hinc est itaque, quod dum essemus apud Venetias, hortatu amici nostri Sebastiani Ziani Illustris Ducis Venetiæ, & petitione Leonardi venerabilis Abbatis de Sancto Georgio: eandem ecclesiam Sancti Georgii, & Sancti Stephani, pro reverentia, & amore eorumdem Sanctorum in nostræ Imperialis tuitionis speciale patrocinium, circa omnia bona, & quælibet jura, quæ eidem ecclesiæ in nostro spectant Imperio, adeo clementer suscepimus, ut ei per omnes ejus pertinentias pacis, & quietis usum, per omne Romanum Imperium mandato nostro stabiliamus, & ipsum quietis, & pacis usum diligenti defensionis opere providere intendamus. Confirmamus ergo præfato Monasterio omnes possessiones, & universa bona, & res mobiles, sive immobiles, & omnia jura, quæ prædicta ecclesia in toto Romano Imperio nunc juste possidet, & tenet; vel de cætero rationabiliter Deo annuente adipisci poterit. Ac Imperialis nostræ auctoritatis edicto, sancimus firmissimeque præcipimus, ut nullus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Advocatus, Vicedominus, Gastaldus, Villicus, Decanus; & nulla prorsus magna, vel parva persona ecclesiastica, vel secularis, per albergariæ, vel telonei, vel fodri occasionem, nec pro guerræ alicujus eventus; nec per aliquod cu actionis, alteriusve gravaminis ingenium prænominatum monasterium, ac ejus Abbatem, suosque successores inquietare, seu molestare, aut disvestire præsumat. Præterea ex nostræ Imperialis auctoritatis vigore præcipimus, ut homines præfati monasterii, qui resident, vel pro tempore resederint in præfatis possessionibus, nullo modo distringantur per prænominatas personas, nisi in generali placito, & ita demum, ut vel per Abbatem, vel per suum missum causa dirimatur sine ullo banni gravamine. Si quis autem contra hæc nostræ Imperatoriæ præceptionis statuta, & jussa aliquatenus venire, & aliqua ex his infringere, aut violare attemptaverit, pœna centū librarū auri purissimi noverit se condemnatum: quarum medietas Imperiali fisco, residua prædictæ ecclesiæ, Abbati, suisque successoribus persolvatur. Ut hæc vero præfato S. Georgii monasterio rata deinceps, & inconvulsa permaneant, & in oblivionem non cadant, præsentem paginam fecimus inde conscribi, & majestatis nostræ sigillo roborari, testes quoq; placuit annotari b. Ulricus Aquilejensis Archiepiscopus Patriarcha, Henricus Gradensis Patriarcha, Christianus Maguntinus Archiepiscopus, Philippus Colon. Archiepiscopus, Ar

Margin notes: a qui ipsius. b al. Olricus.

noldus

noldus Trevirensis Archiepiscopus, a Conradus Salzburg. Archiepiscopus, Vitalis Castellanus Episcopus, Marinus Clodiensis Episcopus, Leonardus Torcellensis Episcopus, Sebastianus Ziani Dux Venetiæ. b Florentius Comes Hollandiæ, Conradus Marchio Montisferrati Theodoricus Marchio de Saxonia, Conradus Marchio Anconitanus, Joannes Entius prædictæ ecclesiæ advocatus, Leonardus Comes Absarensis, Dominicus Comes Jadriæ, & alii quamplures.

a Al. Conradus.

b Al. Henricus.

Signum Domini Friderici Rom. Imperat. Invictissimi.

Ego Gofridus c Cancellarius vice Philippi Colon. Archiepiscopi, & Italici Regni Archicancellarii, recognovi.

c Godefridus.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXVII. Indictione decima, regnante Domino Friderico Romano Imperatore Glorioso. Anno Regni ejus 26. Imperii autem 23. d

d al. XXIV.

Datum Venetiæ in Palatio Ducis 16. Kal. Septembris fæliciter Amen.

Feruot sub Abbate Leonardo Sebastianum Zianum Ducem Venetiarum habitum monasticum induisse. Mortuus est Leonardus anno 1193.

16 Marcus Georgius nobilis Venetus eligitur anno 1193. præfuit laudabiliter usque ad annum 1220.

17 Paulus Venerius Patritius Venetus cedenti Marco subrogatur an. 1220. ex Priore in monasterio Constantinopolitano. Cujus tempore è Constantinopoli Venetias delatum, & repositum in hac ecclesia S. Georgii anno 1222. fuit corpus S. Pauli Martyris, qui sub Constantino Copronimo Imp. palmam sumpsit martyrii anno 766. ejus translationis historiam edidit idem Furtunatus Ulmus. Longas exercuit lites Paulus cum Patriarcha Gradensi, Castellanoque Episcopo, ob quas idem Patriarcha, & Episcopus coram Honorio II. Pontifice conventi, monasterium ipsum S. Georgii sub protectione, ac immediata subjectione Apostolicæ Sedis idem Pontifex suscepit, & nihilominus iisdem mandavit, ut volentes ad mortuorum funera accedere haud impedimento fore. Honorii diplomata hic inserimus ex eodem Archivio.

Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati S. Cypriani Torcellanæ diœcesis, & S. Mariæ Novæ de Venetiis, & S. Mariæ de Avantiæ Paduanis prioribus, salutem, & Apostolicam benedictionem. In causa, quæ inter venerabiles fratres nostros Patriarcham Gradensem, & Episcopum Castellanum ex parte una, & Abbatem, & Conventum monasterii S. Georgii de Venetiis, super subjectione ipsius monasterii ex altera vertebatur, invenimus pro Patriarcha probatum, quod recipiebatur in ipso monasterio processionaliter cum incenso, aqua benedicta, & ycona, & quando revertebatur à Gradu pulsabantur ibi Campanæ, sicut in aliis ecclesiis civitatis, & quod Abbas quandoque ivit ad synodum Patriarchæ quinquaginta solidos Venetorum minorum, & per plures annos exsolvens. Probatum vero pro Episcopo invenitur, quod ejusdem monasterii confirmavit Abbates, qui ei obedientiam, & reverentiam impenderunt; Abbates etiam ejusdem monasterii ad synodos veniebant Episcopi, & idem ad exequias invitatus, recipiebatur processionaliter cum solemnitate prædicta, ac similiter invitatus in festo Beati Georgii procurationes ibidem, quem in barcha sua in festo Purificationis Beatæ Virginis conducebant. Cum autem in his primo possessorio egerint Patriarcha, & Episcopus memorati, nos eos ad possessionem, vel quasi restituimus prædictorum. Verum quia hinc inde petitorio nihilominus actum fuit, & utraque pars totum suum jus videtur in judicium deduxisse. Nos visis prædecessorum nostrorum privilegiis, monasterium ipsum de fratrum nostrorum consilio liberum esse decernimus, & immediate ad Romanam Ecclesiam pertinere: illud in præmissis, & aliis, quæ jurisdictionem, & subjectionem respiciunt, ab impetitione dictorum Patriarchæ, ac Episcopi absolventes, non obstante possessione circa prædicta probata: cum non docuerint se tanto tempore talia percepisse, quod per hoc libertatis fuerit privilegiis derogatum. Reservamus autem Episcopo prædicto, quæ sibi circa crisma, oleum sanctum, ordinationes clericorum, & quædam alia in eisdem privilegiis specialiter reservantur. Ad hæc cum de præmissis quinquaginta soldis ad subjectionis indicium à Patriarcha sit actum, per sententiam hujusmodi non adimimus, si alio jure de Episcopis expetiri voluerit, potestatem. Ideoq; discretioni vestræ per scripta Apostolica mandamus; Quatenus, quod à nobis super hoc est sententialiter diffinitum, faciatis, appellatione postposita, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum nihilominus exequantur.

Dat. Lateran. Non. Maii, Pontificatus Nostri Anno VIII.

Honorius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili Fratri Patriarchæ Graden. & dilectis filiis Capitulo Castellano salutem, & Apostolicam benedictionem. Debetis loca religiosa diligere, & ea maximè, quæ ad Romanam Ecclesiam noscuntur specialiter pertinere. Conquerentibus sanè dilectis filiis Abbate, & conventu monasterii S. Georgii Majoris de Venetiis, nobis innotuit, quod cum vos usque ad tempus, quo declaratum fuit, prædictum monasterium Ecclesiæ Romanæ immediatè fore subiectum consueveritis ad illud accedere, ad exequias morientium invitati postmodum quasi ex declaratione hujusmodi rancorem conceperitis erga eos, videl. præfatum monasterium deterioris conditionis esse debeat pro eo, quod est Sedis Apostolicæ speciale, neque vos illuc pro exequiis defunctorum accedatis, nec ire alios sustinetis contra consuetudinem antiquam, & observatam hactenus, pro vestro arbitrio veniendo in non modicam injuriam, & grave dispendium monasterii memorati. Cum autem nostra intersit ipsius monasterii dispendiis, & injuriis obviare, Universitatem vestram monemus per Apostolica scripta mandantes: Quatenus juxta eandem consuetudinem, & vos accedatis invitati propter hoc ad monasterium supradictum; & alios illuc liberè accedere permittatis; itaque non videamini revocasse ad animum, quod in monasterio jus fuit matris nostræ Romanæ Ecclesiæ declaratum, & dicti Abbas, & conventus non cogantur super hoc iterare querelam Alioquin cum id non possitis præsumere sine nostra, & Apostolicæ Sedis offensu, præsumptuosis conatibus obviare curabimus, ne effectum habeant in ejusdem monasterii præjudicium, & gravamen.

Dat. Lateran. 13. Kal. Junii, Pontificatus Nostri Anno X.

Defunctus est Paulus anno 1236. eoque Abbate, Petrus Zianus Sebastiani filius, Dux Venetiarum, factus est Monachus anno 1229. pauloque post è vivis excessit, sepultus in parentis tumulo.

18 Benincasa successit Paulo anno 1236. Obiit. 1238.

19 Petrus Quirinus nobilis Venetus electus Abbas anno 1239. Hic corpus S. Eutichii Constantinopolitani Patriarchæ anno 1246. reclusit in sua ecclesia: defecisse videtur circa annum Domini 1249.

20 Petrus Bon anno 1250.

21 Marcus Boisous nobilis Venetus, electus anno 1258. Excessit anno 1294.

22 Saladinus Dandulo nobilis Venetus sufficitur Marco anno 1294. Mortuus est anno 1318.

23 Philippus Tagliapetra nobilis Venetus electus Abbas an. 1318. die 8. Octobris. Obiit 1322.

24 Morandus, seu Morandinus successit anno 1322. rexit Abbatiam usque ad annum 1337.

25 Jordanus Patavinus eo anno 1337. factus est Abbas.

26 Gerardus Ponte, ex Abbate S. Nicolai de Lido, huc translatus anno 1359. Obiit 1362. (" *Huic* A
" *mandat Innocentius VI. ut Ss. Hermagoræ, &*
" *Fortunati corpora Gradum transferre curet. Vide*
a *in Aquilejen.*)

27 Petrus rexit Abbatiam ad annum usque 1368.

28 Bonincontrus de Boateriis Bononiensis, tunc Abbas S. Cypriani de Murano, factus est hujus monasterii Antistes anno 1371. vitam amisit ann. 1380. Jacet ibidem cum hac inscriptione:

Hic Jacet venerabilis D. Bonincontrus de Boateriis de Bononia Abbas S. Georgii Majoris de Venetiis, egregius decretorum doctor, qui obiit prima Augusti sub ann. Domini M.CCC.LXXX. Orate pro eo.

29 Paulus de Treviso successor Bonincontri.

30 Carolus vixit ann. 1403.

31 Joannes Michael Venetus Patritius, hujus monasterii Abbas Commendatarius anno 1409. Hic omnibus viribus reformari cupiens monasterium, idem uniendum curavit congregationi S. Justinæ de B
Padua sub Martino V. anno 1429. pauloque post extrema clausit.

32 Gabriel Cardinalis Condulmerius factus est Abbas Commendatarius an. 1430. mox cum ad summum Pontificatus apicem sub nomine Eugenii IV. assumptus fuisset, iterum hanc Abbatiam perpetuo eidem S. Justinæ congregationi univit, retento Abbatis titulo usque ad ann. 1441. quem libere dimisit, factusque est Abbas, juxta morem ejusdem congregationis temporaneus Gregorius Januensis. Post hunc plurimi religiosissimi fuerunt Abbates: nunc Abbas est Aloysius Squadronus Venetus, vir omni laude dignissimus.

Cæterum redeamus ad Venetos Præsules, unde digressi sumus.



XIII. 15 DOMINICUS itaque Venetus, ex patre Joanne Talonico, S. Marci Capellanus, Ducisque
a 945. Cancellarius, huic sedi præficitur anno 992 a. Hic, teste Dandulo, de provincia vocata Bragula (1) reliquias S. Joannis Baptistæ advexit, & in ecclesia, quam sui progenitores eidem Divo substruxerant, cum devotione deposuit. Decem omnino annos Dominicum Olivolensem rexisse Ecclesiam D
idem habet Dandulus, sed omnino discrepat à cæteris in annis, quibus Dominicus Olivolensi Ecclesiæ præsedit.

(" *Dominicus Urso suffectus est an. 945. cumque 10.*
" *annis præfuisset, obiit an. 955. Hujus Episcopi*
" *temporibus Jubanici, & Barbadici sacratissimæ*
" *Virginis Mariæ Ecclesiam, quam adhuc hodie*
" Zebenigo *vulgus appellat, posuere. De Dominic.*
" *en hæc profert Angelus Maria.*
" Episcopus XVI. vocabatur Dominicus, qui
" erat natione Veglias, ex patre Ricio, Barbaro-
" manas. Sedit an. x. Hic fuit Capellanus S. Mar-
" ci, & Ducis Cancellarius. Qui cum ex provin-
" cia, quæ appellatur Bragilla, reliquias S. Jo. Ba-
" ptistæ transferri fecerit, seu deduxerit ipse, &
" in Ecclesia, quam sui progenitores sub sancti vo-
" cabulo fabricaverant, cum maxima tamen de- A
" votione deposuit ibidem, quæ hac de causa usque
" in hodiernum diem vocatur Ecclesia S. Jo. in Bra-
" gulla, l mutata in u, quam D. Patriarcha Gra-
" densis consecravit, quem Dux Venetus postea
" acceptare. . . . Hac de causa affines hujus
" Episcopi Ducem Venetum interfecerunt, dum
" iret ad Ecclesiam S. Zachariæ an. . . .)



16 PETRUS Marturius de Quintavalle, Venetus, Theodori Marturii filius, ad hanc sedem sub- XIV.
vectus est anno 1002 b. Hic D. Augustino posuit b An. 955.
templum, quod ex testamento subjectum censuit sibi, suisque Olivolensis Ecclesiæ successoribus. Sedit annis octo.

(" Petrus Episcopus, natione Venetus, ex pa-
" tre Theodosio Marturio, sedit annos 8. *ex Dan-*
" *dulo ab an. videlicet 955. ad an 964. Subscripsit an.*
" *960. decreto, quod Petrus Candianus Dux edidit*
" *de mancipiis Christianis, & delatione Epistola-*
" *rum, quæ ab Italis, seu Alemannis mitterentur*
" *Græcis, vel eorum Imperatoribus. Extat docu-*
" *mentum, quod tamen Dandulus, exscriptum in*
" *sæpe laudato Trivisaneo Codice, mendose quidem,*
C " *& corrupte in hunc modum.*
" In nomine Domini Amen. Imperante D. Ro-
" mano gloriosissimo Imperatore, anno autem Im-
" perii ejus quartodecimo mense Junio Indictione
" tertia Rivoalto in curte palatii.
" Cum præcedentibus temporibus in hac nostra
" Provincia mancipiorum captivitas fieret, & no-
" stris ob hoc peccatum multæ tribulationes fie-
" rent, & nobis evenirent, D. Ursus Bonus Dux
" una cum Ioanne filio suo hanc malitiam dilue-
" runt, & statuerunt, itaut nullus ex nobis man-
" cipia venderet, sed. . . . ita malignus &
" invidus hostis, constitutio corrupta est & tran-
" gressa. Tunc quadam die residente nobis quidem
" Petro Deo auxiliante Venetiæ duce & D. Petro
" duce Candiano una cum D. Bono egregioque Pa-
" triarcha, & cum venerabilibus Episcopis, & pri-
" matibus nostris in publico placito definivimus,
" atque statuimus hanc optimam constitutionem,
" quæ à prædictis nostris antecessoribus facta est,
D " nunquam aliquando corrumpendam. Supradictus
" Bonus divino munere Patriarcha cum cæteris E-
" piscopis hoc in conventum nostrum S. Gradensis
" Ecclesiæ pro sacrorum Canonum auctoritate re-
" perimus, ut quicumque hominem aut in captivi-
" tatem duxerit, ipse in captivitatem ire disponā-
" tur. Unde omnes pariter statuentes statuimus, &
" firmiter confirmamus, ut nullus major aut minor
" mancipia ad venumdandum emere debeat, nec
" aliquis precium ad suos emptores dare debeat
" propter mancipia comparanda, aut venumdan-
" da, quia gravissimum malum est . . . , quia
" Deus omnipotens misericordia plenus est, & si
" emendaverimus, dimittet nobis peccata nostra;
" itaque præcipimus, ut quicumque in navibus
" nostris naucleram fecerit, nulla tamen debeat in
" navi sua levare mancipia, neque de Venecia, ne-
que

(1) Aut potius Civitate Provinciæ Thraciæ, Βεγάλη Ptolomeo, Cedreno Βεγγύλη, Bergule Antonino. Papebrochius in Actis Ss. Junii t. 4. p. 774.

,, que de Istria, neque de Dalmatia, neque de nullis aliis locis per nullum ingenium, nec etiam aliquis homo negotiatorem vel Iudæum in oavi sua levare debeat; itaque statuentes statuimus, ut vel nullus Veneticus pecuniam suam ad quemlibet Græcum hominem dare debear, unde mancipia emant, & nullus Veneticus audeat ultra Pollam maneipia transportare, neque in terra Græcorum, neque in nullis locis. . . . . . excepto si accideret, ut de sua captivitate se redimere debeat, aut pro tali causa inde guadagnum accrescat in patria, aut pro causa palatii. Similiter autem statueutes statuimus, ut nullus Veoeticus ad quemlibet Græcum hominem, vel de nostra . . . . aut de aliis locis precium tollere præsumat propter mancipis inde illac portando, aliter autem hoc malum, & inusitatum vitium in nostra excrevit patria, quia nostri homines accipiebant Epistolas de homines de infra regno Italico, & de Bajovaria, similiter & de Saxonia, & de aliis partibus, & eas ad Constantinopolim ad Imperatorem deferebant, unde magna vituperatio erat in nobis, & in nostra patria & dishonore in nostras cartulas, quas ad Imperatorem pro salvatione nostra istine consueveramus transmitrere ad magnam utilitatem erant recepte & pro oihilo eas habebant. Nunc autem omnes pariter hoc malum emendare decrevimus, & statuentes statuimus, ut nullus Veneticus Epistola de Longobardia, nec de Bajoaria, nec de Saxonia, nec de nullis aliis locis in ultra Constaotinopolim portare præsumat, nec ad Imperatorem, nec ad ullum alium Græcum hominem nisi tantum illas, quæ consuetudo est, de nostro palatio. Si quis autem hanc nostram Constitutionem corrumpere voluerit, aut io talibus supradictis factis se implicare præsumpserit, super quem culpa declarata fuerir, componat in palatio nostro auri obrizi libras quinque, & si non habuerit quę componar, amittat vitam, aut membra, & omnia sua in publico redigantur Et insuper nos Bonus Patriarcha cum nostris fratribus, & Episcopis ita staruimus, quia homo ille, qui hoc fecerit, aut consensum faciendo præbuerit excepto palatii causa, erit anathematizatus, & alienus à corpore, & sanguine Domini, & ab ingressu Ecclesia separatus, necnon & cum ipsissimo Juda traditore D. nostri Iesu Christi æternum incendium concrematur, & suam nunquam sit meritus adimplere voluntatem.

,, Ego Perrus Dux m.m ss.
,, Ego Bonus immeritus S. Graden. Eccl. Patria.
,, Ego Petrus indignus Episcopus S. Olivolensis Ecclesiæ.
,, Ego Io. Torcellensis Ecclesiæ Episcopus.
,, Ego Petrus gratia Dei Episcopus. a

a Hic erat Methamaucen. Episcopus.

,, Ego Laureotius Caloprinus. Signum manus Stephani filii boni D. Petri Candiani Ducis. s.m. Jo. Scutarii. s. m. Jo. Longo. s. m. Leonis Petri longi. Ego Ursus Bragadino. Ego Stephanus Candianus. Ego Jo. Gradonicus. s. m. Valentini Sgaudacio. Ego Jo. Mauroceno. Ego Aurius. Ego Petrus Mauroceno. s. m. Dominici Carimani. Ego Bonus Sgaudacio. Ego Dominicus Mauroceno. Ego Petrus Atticani. Ego Petrus Bragadenus. Ego Dominicus Calpinomo. Ego Laurentius. Ego Jo. Albani. Ego Martinus Theodosius. s. m. Stephani Mauroceni. Ego Ursus. Ego Stephanus Caloprino. Ego Vitalis Candiano: s. m. Dominici Flabiani. Ego Petrus Urseolo. Ego Jo. Flabiano. Ego Petrus Memo. s. m. Fricii. Ego Dominicus Petrolongo. Ego Petrus Baduario. Ego Jo. Contareno. s. m. Martini Raprall. & Jo. de Dulci. Leonis Bonaldo, & Dominici Turalesso, Leonis de Saccogallo, & Lei Sgaudacii, & Jo. Longo . . . . . Petri Gaussoni, Io. Calbi, Fuschari Bonaldo, Dominici Terenduli, & Marini Cospatii, Vitalis Capello, Turno Pigianico, Io. Bassaui, Bono Deusdato, Georgii de Succagallo, Ioañveñi Neliadi, Io. da Molino, Io. de Dulcio, Dominici Taralessi, Leonis Gaudacio, Io. Anzolini, Petri Bassoni, qui hoc fieri rogaverunt. Ego Dominicus Casiolo. Ego Dominicus Gradonico. Ego Dominicus Zopulo. Ego Marinus Barbadico. Ego Stephanus Zopolo. Ego Dominicus presbyter & Cancellarius ex jussione D. Petri ducis senioris nostri complevi, & roboravi.

,, *Mendum inesse oportet vel in annis Imperii Romani, vel in Indictione in documento descriptis, cum non conveniant. Si tertiæ indictionis nota peccato careat, pro anno imperii Romani junioris XIV. reponendus erit annus XIII. itaut hoc decretum editum fuerit an. 960. quo currebat Indictio III. Petri vero Candiani Ducis secundus, Boni Patriarchæ quintus, & nostri Petri quintus item, vel sextus. Quo Præsule Briotta familia S. Simeonis Magni, gens autem Capella S. Mariæ Matris Domini Ecclesias condidere.)*



17 **GREGORIUS** Georgius, nobilis Venetus, patre Andrea Tribuno de Equilio, Olivolensis Episcopus delectus est anno 1010. a sedit ann. 1. mens. 6. die 8. fueratque prius Ducis Sacellanus in Ecclesia Divi Marci. Ex hujus genere prodierunt Marinus Dux Venetiarum, aliique Episcopi virtute clarissimi, de quibus alibi. XV.

b 981.

(,, *Sedit Gregorius ex Dandulo ann. 1. mens. 6. diebus XV. Electus ergo an. 964. fato cessit circa finem anni sequentis 965.)*



18 **MARINUS** Venetus, ex patre Cassianio, successit Gregorio b, vir Catholicus, & omni bonitate ornatus. Sedit ann. 20. m. 2. ut refert Dandulus. XVI.

c An. 985.

(,, Marinus (*ex Dandulo*) natione Venetus, Episcopus, ex patre Casianico sedit an. 20. mens. 2, *qui cum Gregorio successor datus fuerit exeunte an. 965. pervenisset ad initium anni 986. Verum in numero annorum, quibus sedit Marinus, ab exscriptoribus erratum esse censeo. Siquidem Dandulus electionem Dominici successoris factam asserit, Rempublicam gubernante Petro Urseolo II. qui jam illius frænum acceperat an. 991. Reponendum igitur censeo 26. pro 20. adeo ut Marinus attigerit annum* 992. Anno vero Ducis (*Petri Candiani IV.*) XIII. *prosequitur Dandulus*, idem cum Vitale Patriarcha filio suo, & Marino Episcopo Olivo-

len-

lensi, & cæteris Episcopis statuit, ne quis subditus, vel fidelis Venetiarum audeat mittere, vel deferre ad loca Sarracenorum arma, ferrum, lignamina, vel alia quibus impugnari possint Christiani, vel ab eis se defendere sub pœna &c. *En decretum, quale reperimus descriptum inter antiquas Scripturas, quas ab interitu vindicat toties laudatus Trivisaneus Codex.*

In Nomine Dei, & Salvatoris Nostri Jesu Christi. Imperante D. Joanne Magno Imperatore, anno autem imperii ejus secundo mense Julio Indictione quartadecima Rivoalto. Cum denique per hanc predictam Indictionem Imperiales Missi ab Jo: Vassilio & Constantino Sanctiss. Imperatoribus ad nos fuissent directi inquirentes de lignamine, vel armis, quæ nostre navea in Saracenorum terras portabant, & terribiliter minantes per gloriosissimi Imperatoris Verbum, ut si de tali lignamine barbaris adjutorium preberent . . . ad dignitatem Imperii & Christianum populum fuissent, naves cum hominibus & sum . . quod invenirent, igne cremare facerent; tunc quadam die residente D. Petro eminentissimo Duce seniore nostro una cum Vitali Sanctissimo Patriarcha filio suo, nec non & Marino Reverendissimo Olivolensia Ecclesiæ Episcopo, & cum reliquis suæ provinciæ Episcopis adstante in eorum presentia magna parta populi majores videl. mediocres, & minores cœperat consilium agere, qualiter vel quomodo deinceps iram Imperatoris placare potuissent, & ab hac civitate mala consuetudo peccandi recederet, & quia magnum certissime esse peccatum scimus tale adjutorium paganæ genti præbere, quia cum eo vel superare vel nocere valeat Christianos, tunc divina misericordia inspirante omnes pariter pertractavimus, & confirmavimus, atque per hoc vinculum promissionis promittimus cum nostris hæredibus vobis D. Petro eminentissimo Duci seniori nostro, & vestris successoribus, ut amodo in antea nullus audeat arma in Saracenorum terras, ad venumdandum vel donandum portare, aut lignamen ad naves faciendum quæ ad detrimentatem possent esse populo Christiano, non loricas, non clipeos, non spatas, vel lanceas, neque alia arma unquam percutere possit Christianos nisi tantum portent arma, cum quibus se defendere possint ab inimicis, & illa nullo modo vendere barbaris, nec donari. De lignamine autem promittimus, ut portare non debeamus ulmos, asserea, spatulas, remoras, astas, nec aliud lignamen, quæ ad nocumentum sint Christianis, nisi tantum portare debeamus insubli de fraxino, qui sint longi pedes quinque, & lati uno semisse tantum non amplius, & conditos catinos, & napos & asses de albaro similiter longos pedes quinque & semisse: & de nullis locis postquam de porta vestro Venetiæ exierimus, lignamen sumere non debeamus, quod ad utilitatem navium esse possit, quæ venumdari barbaris valeamus per aliquam occasionem. Quod si ullo unquam tempore contra præsentem promissionem ire tentaverimus, & arma, vel lignamen in Saracenorum terra portare presumpserimus aliter nisi tantum, sicut supra dictum est, qui hoc facere presumpserit, & fuerit claresactum, componat vobis D. Petro Duci seniori nostro, & successoribus vestris auri obrizi lib. 100. & si eas ad componendum non habuerit, capitalem subire debeat sententiam; & hæc promissionis charta perpetualiter in sua plenissima permaneat firmitate. Et notum siquidem facimus, quia hoc tempore antequam missus Sancti Imperii ad nos venisset, erant compactæ trea navea ad ambulandum, duæ ad Magadin, & una ad Tripolim; considerantes itaque paupertatem illorum hominum licentiam eis tribuimus portandi insuglos & asses, & conditos, atque scutellas & cætera minutalia, aliud autem lignamen, quod superius legitur, minimè eis concedimus ad portandum. In antea vero nullus præsumat aliud lignamen in terras Saracenorum portare, nisi tale quale in ista permissionis carta legitur. Si quis aliter facere presumpserit suprascriptæ sententiæ subjaceat.

Ego Vitalis Patriarcha m m. ss.

Ego Marinus Episc. m m. ss.

Ego Dominicus Mauroceno, Ego Stephanus Caloprino, Ego Dominicus Ursεolo, Ego Petrus Urseolo, Ego Petrus Bragadeno, Ego Jo: Andreadi, Ego Dominicus Rosso, Ego Albinus, Ego Petrus Perloretio, Ego Joannes, Ego Petrus, Ego Joannes, Ego Dominicus Perloretins, Ego Jo: Faletro, Ego Pantaleo, Signum manus Jo: Bajo qui hoc fieri rogavit, s.m. Dominici Barbadici q.h.f.r. s.m. Jo: Cavalio q.h.f.r. s.m. Dominici Marignoni q. h. f. r. s.m. Jo: Cussolo q. h. f. r. s. m. Jo. Mauro q. h. f. r. s. m. Dominici Sturuladi q.h.f.r. s.m Lei Sturuladi, s.m. Lei Magiscoli q. h. f. r. s.m. Petri Zeni &c. s.m. Dominici Natalis, s.m. Dominici Joanaceni, s.m. Petri filii Petri Magistri q.h.f.r. s.m. Bonoteodami, s.m. Jo: Fumania, s.m. Nellobarino q.h.f.r. s.m. Leo Torcellensis, s.m. Dominici Occonico, s.m. Jo: Fratris ejus, s. m. Martini Vitaliani, s.m. Dominici Navigioso, s.m Joannacii Partegado, s.m. Dominici Barbani, s.m. Mauro Minio, s. m. Justi Marignoni, s.m Leonis Rosso, s.m. Dominici Stornato, s. m. Martini filii Jo: Martini, s m. Erillarii, s.m. Jo: filii Jo: Marani, s.m. Tinosantorii, s. m. Dominici de Succacnllo, s.m. Ju: Victorii, s. m. Jo: Spesso, s.m Jo: Tarrisano, s m. Petri filii Bombadini, s.m. Ursi Barbadici, s.m. Jo: Dasigario, s m. Vitalis Marineschi, s. m. Jo: Marini, s.m. Dominici Lnbiani, s.m. Vitalis Tentoressi, s.m. Luparis filii Jo. Luparini, s. m. Viti filii Jo: Peppo, s.m. Dominici Feolo, s.m Petri Fumani, s.m. Dominici Marnescho, s.m. Jo: Plaseghi, s.m. Tardo Matalardo, s.m. Justiniani de Castello, s.m. Lei Caspari, s.m. Vitalia Partegosi, s.m. Dominici Fuschelli q.h.f.r. s m. Jo: da Molino, s.m. Marini Memnoni, s.m. Lei Aliberto, s.m. Dominici Maliani in cucho, s. m. Marini Moiani, s.m. Nelli Vigilii, s.m. Jo: filii Dominici Pauli de Dorso Duro, s.m Dominici Pauli q.h.f.r. s m. Dominici Justi, s m. Marci Raganani. Ego Jo: de S. Paulo mm. ss. Ego Marinus Diaconus & notarius complevi, & roboravi.

Ex notis Chronologicis decreto affixis patet illud editum fuisse anno Christi 971. cui optime conveniunt indictio XIV. & annus imperii Joannis Tzimiscæ secundus, Petri vero Candiani IV. Ducis XII. hicque erat nostri Marini sextus Pontificatus annus. Atque de hoc Marino dicenda sunt, quæ supra n. 14. Urso perperam affigit Ughellus circa initia celebris Monasterii S. Georgii Majoris. Marino enim Præsule evenit, ut reverso in Patriam Joanne Mauroceno, qui cum Petro Ursεolo Venetiarum duce in Galliam profectus Monasticum induerat habitum, a Tribuno duce insula, & Capella S. Georgii ad condendum cœnobium donaretur an. 982. & revera nobilis talis donationis documento, quod profert idem met Ughellus, post Ducem, & Consiliarios primus subscripsit ipse Marinus in hunc modum: Ego Marinus Episcopus m. m. *Præterea dum Marinus huic Ecclesiæ præesset familia Gallina S. Felicis Ecclesiam condendam curavit, & Petrus Urseolus Dux, ille idem, qui paulo post Monachus evasit, in platea S. Marci Xenodochium excitavit dictum vulgo* lo Spedaleto *quod novissime ad extruendas Procuratorum ædes dejectum non longe in campum, quem* Rusolo *appellant, translatum est. Cæterum Marinum* natione Austriæ, & de genere Imperatoris ex patre Petro Pipino *extitisse asserit Angelus Maria in Collectaneis.*

DO-



XVII. 19 DOMINICUS Gradonicus, nobilis Venetus, filius Dominici, eandem sedem assecutus est, à Gradensi Patriarcha consecratus, & à Venetiarum Duce inthronizatus a. Sedit annis 34. m. 2.

20 ???. (,, *Dominicum sedisse an. 24. mens. 2. habemus ex Danduli chronico, quamvis; alii Codices pro 24. legunt 34 quæ lectio indubie est retinenda. Nam cum per hujus Dominici obitum electus fuerit sequens alter Dominicus, & noviter electum Episcopum investire recusaverit Otho Ursus Dux, hinc facta aliquot potentiorum Episcopo adhærentium conspiratione Ursus throno spoliatus est, Id evenit an. 1025. seu 1026. quo Petrus Barbolanus Othoni suffectus est. Propterea hinc non longius statuenda est unius Dominici mors, & alterius electio: siquidem à turbarum origine ad ipsum tumultum non diutina temporis intercapedo intercessisse videatur. Vixit igitur Dominicus in hac sede ab an. 992. ad an. 1025. seu 1026. proindeque 34. annis præfuit. Anno sexto ejus pontificatus, qui erat septimus Petri Urseoli II. Ducis, & Christi 998. in Ascensionis Dominicæ festo in Cathedrali excepit Petrum ipsum Ducem ad Dalmaticum bellum proficiscentem, cui post missarum solemnia bene precatus triumphale contulit vexillum. Eodem Præsule familia Boldu templum statuit s. Samueli, alterumque S. Sophiæ Gens Grausona, seu Gussona: ditataque est urbs sacratissimis lipsanis, corpore scilicet S. Barbaræ à Joanne Petri Urseoli II. ducis filio Constantinopoli devecto, quod in ducali Capella prius depositum, Torcellum deinde in Ecclesiam Monialium S. Joannis translatum est, & corpore S. Tharasii confessoris, cujus translationis historiam sic enarrat Dandulus.*

,, Hoc tempore S. Tarasii corpus taliter Venetias translatum est XVII. Kal. Octob. Quidam namque mercatores Veneti ad promontorium quoddam pervenerunt, cui nomen Kilendro, & dum moram ibi contraherent, quidam sacerdos Methamaucensis Ecclesiæ cum duobus sociis Petro, & Joanne ad Ecclesiam, quam prope sitam audiverat, orationis causa profectus est, Et cum illuc appropinquassent, Monasterium cernunt, sed in eo neminem reperiunt. Cumque Sacerdos Ecclesiam intrare vellet, inspirante intelligit sibi dici: Tolle hoc corpus sanctum, & defer tecum. Cum autem corpus ibi esse ignoraret, utpote qui nunquam affuerat, super Ecclesiæ pavimentum se stravit, & lachrymabiliter precabatur divinam clementiam, ut si divina fuerit commonitio, sibi plenius referetur. Surgit autem post orationem, & ei suggerebatur, ut tolleret corpus sanctum. Cœpit ergo per Ecclesiam omniqua que respicere, & tandem ad altare accedens videt superius sancti imaginem, cujus subscriptio erat; *Sanctus Tarasius*; videtque in pariete pannum affixum; quo elevato per fenestram intra speluncam quandam aspexit; ibi enim sanctum jacebat corpus, serico panno velatum, quatuor lampadibus ardentibus ante eum. Casu autem quodam Sacerdos manu læsus erat, eamque ad

A collum pendentem tenebat. Ut vero fenestræ eam apposuit, continuo sanitatem recepit. Lætus igitur, & animosior factus securus manum imposuit, ut probaret, si corpus movere posset. Quum igitur sinistra ejus manu apprehendisset, tanta corporis agilitate sublevatum est, ut vivens videretur ipse consurgere, & dicere: *Tolle me quia tecum venire præsto sum*. Sublatum igitur corpus ad navem, quæ tribus milliaribus aberat, celeriter portant, cujus Dominus, & patronus erat vir nobilis, & devotus Dominicus Dandulo, qui læto animo corpus sanctum cum reverentia suscepit: à quo degradando duo Duces videlicet Henricus Dandulo, & nos Andreas, qui loquimur, originem duximus. Non multo autem post sequuntur Monachi cum lachrymis ululantes, atque proclamantes; *Reddite nobis patrem nostrum crudeles homines: hinc exire non b potestis, nisi reddatis: en una aliâ vice quædam exteræ nationes unum ipsius dentem furatæ sunt, & donec redderent, nequaquam exire potuerunt*. Veneti autem se ad reditum parant, eorum verba contemnunt: Et quum aliæ naves procellarum violentia jactarentur, illa, in qua erat pretiosus thesaurus, quasi ansera natare super undas maris videbatur. Cum reverentia igitur multa deducitur; & devotione incomparabili ab Episcopo, Clero, & populo Venetiis suscipitur, potissime à sanctis Monialibus S. Zachariæ: ubi tunc ducentarum ancillarum Christi collegium manebat; ibique sacrum corpus depositum est. Paruit autem incontanter tam ex loco quam ex habitu, quod heremiticam duxerit vitam; nam post tergum cujusdam feræ pellem pro pallio habere videbatur.

b Al Potestis.

B

,, *Cæterum quæ refert Ughellus de constructione Cœnobii S. Nicolai in litore, Dominici Olivolensis presb. in Methamaucensem Episcopum consecratione, & receptione Olivolensis Episcopi sub Apostolica protectione, privilegioque eidem concesso, perperam huic attribuit* Dominico, *quæ* Dominico *Contareno ejus mediato successori erant assignanda, ut mox dicemus.*)

C

Hic Dominicus simul cum Dominico Contareno Duce, alioque Dominico Gradensi Patriarcha in litore Olivolensis insulæ cœnobium S. Nicolai ædificare studuit ad Divi Benedicti normam anno 1043. multa bona, & latifundia dilargitus est, ut sequens donationis diploma prodit, erutum ex originali ejusdem monasterii.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Nos Dominicus Contareno Dei gratia Venetiarum Dux, & Dominicus Dei omnipotentia s. Gradensis Ecclesiæ Patriarcha, & Dominicus miseratione Divina Episcopus Olivolensis ad omnipotentis Dei laudem, & B. Nicolai terra, marique gloriosi honorem, animarumque nostrarum remedium, in Olivolensis portus litore communibus impensis monasterium construximus in ejusdem sancti honorem, quod de communi consilio ob summam devotionem, quam habemus erga monasterium Ord. s. Benedicti, ob ejus sanctam famam, & conversationem tradimus, damus, in perpetuum concedimus, donamus, & consignamus prædicto Ordini, tibique Sergio Dei servo ejusdem loci Abbati, & Monachis tuis, & successoribus tuis Abbatibus, & monachis prædictum monasterium perpetuo possidendum, cum omnibus & singulis possessionibus, quæ nostri juris esse censentur, tam in eodem litore, quam in civitate, & districtu Clugiæ, quæ sint pro sustentatione Monachorum Deo ibi servientium.

D

Datum in ecclesia dicti monasterii anno Domini nostri Jesu Christi 1043. die 3. Martii.

Dominicus Venetiarum Dux.

Dominicus Gradensis Patriarcha.

Dominicus Episcopus Olivolensis.

Testes: Joannes Episcopus Caprulanus testis. Hermacora Archipresbyter Olivolensis Ecclesiæ testis. Hermolaus Mauro de confinio S. Moysis testis,

Actum

Actum per manus Fortunati Archidiaconi S. Gradensis Ecclesiæ. A

Anno 1046. Methamaucensis Clerus, populusque quendam Dominicum Olivolensis Ecclesiæ presbyterum suum postularunt Episcopum, cumque, ut eis concederetur per Gradensem Patriarcham, Dominicum Episcopum exorassent, ille benigne petitioni annuit, scripsitque Patriarchæ, ut illum tamen suæ Ecclesiæ clericum, si placeret, ordinaret Episcopum. Documentum satis pulchrum visum est ut hic referatur, quod olim observavit, exscripsitque ex vetustissimo codice MS. operum S. Petri Damiani in fine, mihique scribenti communicavit bonæ memoriæ Abbas Constantinus Cajetanus.

In nomine Π. *& Filii* Υ.

Sanctissimo Patriarchæ Dominicus Olivolensis Episcopus debitæ venerationis obsequium.

Celsitudinem vestram nulla volumus titubatione replere; quin vehementer promptissimus vobis B *favere in omnibus, ut possibilitas subministrat, & ecclesiasticus mos manendo confirmat. Ideoq; S. Ecclesiæ vestræ concedimus Dominicum nostri Episcopii Presbyterum; ita ut ea lege vestro subdatur dominatui, qua nostro supponi noscebatur, quoniam omnis sanctæ Methamaucensis Ecclesiæ cœtus tam clericorum, quam laicorum eundem toto desiderio pastorem, & gubernatorem optat & ambit habere, sic vobis liceat eum promovere, veluti si vestræ haberet tonsuram ecclesiæ. Hanc denique consensionem, quam sacri canones formatam appellant secundum sanctorum instituta patrum, ita ordinare studuimus, ut in principio prima elementa de nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti poneremus, in sequentibus etiam numeris Petri Apostoli primam litteram* Π. *mei qui scribo primum* Δ *vestri ad quem scribo secundam P. nominis autem illius pro quo scribitur, tertiam M. castri, vel civitatis, de qua scribitur, quarta B. posuimus, quia* Υ. *apud Græcos minime habetur indictionis præsentis anni primam C. quarum litterarum numeros hujus in fine annotandos esse censuimus, quo concessionis nulla remaneret dubietas* Π. C *LXXX.* Υ. *CCCC. A. I.* Π. *LXXX.* Δ. *IIII. P. C. M. LX. B. I. C. cc. ponentes insuper Hebraicum* אמן, *Græcis litteris scriptum* ΑΜΗΝ. *A. I. M. LX. H. VIII. N. L.* Collectis igitur omnibus, hic numerus invenitur mille quadraginta sex.

Anno Domini 1053. Leo IX. Pontifex Maximus cum sub Apostolica protectione Dominicum Episcopum, suosque successores benigne suscepisset, hoc subjectum privilegium eidem indulsit, quod habetur in tabulario ejusdem Ecclesiæ.

Leo Episcopus servus servorum Dei.

Olivolensi Ecclesiæ, & per eam Dominico Episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Convenit Apostolico moderamine pia religione pollentibus locis congruæ defensionis impertiri suffragium, eisque benevola compassione succurrere, ut nobis a Domino possit merces provenire, cum ad meliorem statum fuerint nostro studio perducta, vel con- D *firmata. Quapropter sub Apostolica, & canonica auctoritate confirmamus præfatæ Olivolensi Ecclesiæ, atque præfato Dominico Episcopo, suisque legitime successoribus in perpetuum, quicquid hactenus juste acquisivit, & deinceps nihilominus juste acquirere poterit, ita ut Imperator nullus, Dux nullus, seu Comes, aut alia qualibet major, minorve persona, quidquam inde alienare, vel usurpare præsumat. Interdicimus quoque Apostolicæ auctoritatis privilegio, ut nullus Patriarcha, seu Comprovincialis, vel quilibet alius Episc. in ipsa diœcesi sine consensu Episcopi ipsius, confirmationes, consecrationes ecclesiarũ, aut clericorum, sive sanctimonialium, vel excommunicationes, seu absolutiones, seu synodum, nisi forte provincialem facere audeat, nec clericos ipsius, tam ab eo, quam à quocunque ordinatos quisquam judicare, aut defendere contra eundem Episcopum canonice eos tractare volentem præsumat. Et si quis* A *hujus nostri privilegii audacter temerator extiterit, donec resipiscat, anathema ei à Deo, & S. Petro, & à nobis fiat. Porro qui pietatis respectu obedienter observator fuerit, benedictionis, & vitæ æternæ particeps sit. Amen.*

Datum 3. Idus Martii per manus Friderici Diac. S. Apostolicæ Sedis Bibliothecarii, & Cancellarii, vice Domini Herimanni Archicancellarii & Coloniensis Archiepiscopi anno Domini Leonis IX. Papæ 5. Ind. 6.

Vixit deinde Dominicus summæ existimationis Præsul ad annum usque 1065 *a*. fatoque functus est. a 1065.



20 DOMINICUS Gradonicus, Dominici superioris fratris filius, cum esset ætatis suæ annorum 18. à Clero in defuncti patrui locum, & memoriam, Episcopus electus est anno 1065 *b*. quem Dux Venetiarum investire recusavit. Præfuit nihilominus annis quinque *c*, mortuusque est magnæ indolis juvenis, & in Cathedrali ecclesia humatus. XVIII b 1065. c an. 19.

(„ *Tempus, quo Pontifex sederit hic Dominicus,*
„ *non assignat Dandulus. Verum, cum ejus mortem*
„ *rejiciat post enarrata, quæ evenerunt anno se-*
„ *cundo Ducatus Dominici Contareni, qui fuit an-*
„ *nus Christi 1044. ad hunc saltem annum pervenis-*
„ *se satis liquet, ideoque sedisse annis saltem XIX.* C
„ *Atque hic fuit ille Dominicus Olivolensis Episco-*
„ *pus, qui Provinciali Concilio ab Urso Gradensi Pa-*
„ *triarcha in Ecclesia D. Marci an. 1040. coacto in-*
„ *terfuit, cujus quidem decreta concilii ad Ecclesia-*
„ *sticam disciplinam spectantia si lubet inspicere,*
„ *consule, quæ supra scripsit Ughellus in Gradensi-*
„ *bus, ubi de Urso Patriarcha sermonem habet. Hæc*
„ *interim Venetorum pietas plures Ecclesias funda-*
„ *vit, seu reparavit: nam an. 1028. Familiæ Bar-*
„ *badica, & Caravella S. Gervasii templum restau-*
„ *rarunt; an. 1034. Gens Scævola S. Apollinaris, &*
„ *Bassa S. Secundi delubra condidere*. His pariter
„ diebus, *ait Dandulus*, dum ex seditionibus Nor-
„ mannorum, Græcorum, & Sarracenorum A-
„ pulia plurimis afflictionibus torqueretur, Marcus
„ Tosellus, & Bartholomæus ejus filius cum suis
„ Navibus in Apuliam navigantes à quibusdam
„ Calogeris de Benevento, pretio & precibus, bra-
„ chium S. Bartholomæi obtinuerunt; qui Vene-
„ tias redeuntes in Ecclesiam S. Hieremiæ prophe- D
„ tæ, de qua fuerant principales fundatores, digne
„ deposuerunt.)




21 DOMINICUS Contarenus Dominici Du- XIX.

cis consanguineus, eodem sacerdotio exornatus est anno 1070. a Per aliquot annos laudabiliter Olivolensem Ecclesiam rexit, excessitque cum fama virtutis ante annum 1078. Ex hac nobilissima gente plures Venetiarum Principes, togatique clarissimi prodierunt, in quibus maxime enituit cum probitate morum, tum nobilium disciplinarum scientia, Gaspar S.R.E. Cardinalis amplissimus.

a An. 1044. seu 1045.

(„ *Defuncto igitur, ut supra diximus, an. 1044. Dominico Gradonico II. eodem anno, vel sequenti 1045. suffectus est Dominicus Contarenus; ille idem qui simul cum Dominico Contareno Duce ejus consanguineo, & Dominico Gradensi Patriarcha in littore Olivolensis portus cœnobium ædificare studuit ad D. Benedicti normam in honorem S. Nicolai Myrensis, cui multa bona, & latifundia dilargitus est. Retulit supra Ughellus ejusdem cœnobii donationem Sergio Abbati, & Monachis S. Benedicti factam anno 1043. die 3. Martii, ut ibi loquitur documentum, in quo tamen Amanuensis error facile deprehendi potest, cum tunc temporis Urso, non Dominicus Gradensis Ecclesiæ curam gereret, & Dominicus Contarenus vel nondum, vel vix pervenerat ad Reipublicæ administrandas habenas. Donationis originale, quod extat in archivo ejusdem cœnobii, consulere non licuit, veteres membranas, quas ad posterorum notitiam conscripsere majores, tineis, & blattis religiose servantibus eruditis Monachis, neque facilem accessum ad Monasterii abditiora, ut putant, perscrutanda non initiatis præbentibus. Fortasse pro 1043. reponendum 1053. Hic etiam ille est Dominicus, qui an. 1046. concessit Gradensi Patriarchæ, ut Dominicum suæ Olivolensis Ecclesiæ Presbyterum, si placeret, ordinaret Episcopum Methamaucensem, cujus rei documentum supra retulit Ughellus. Hic denique an. 1053. à Leone X. cum suis successoribus exceptus est sub Apostolica protectione, juxta privilegium ab Ughello nostro supra descriptum. Quamdiu vero in hac sede vixerit, non asserit Dandulus, sed cum enarret defunctum esse Dominicum Reipublicæ habenas regente Dominico Silvo, qui anno 1071. Ducatus iniit possessionem, & postquam Petri Cathedram conscenderit Gregorius VII. quod evenit an. 1073. ad an. saltem 1074 pervenisse dicendum est. Quo Præsule an. 1052. S. Blasii Ecclesia condita fuit, a Boncila familia: & fortasse Dominico adhuc vivente an. 1075. a Paula Barbetta s. Mariæ Formosæ templum fuit instauratum.*)



XX aa HENRICUS Contarenus, Dominici Ducis prædefuncti filius, Dominico omnium ordinum consensione in Olivolensi Ecclesia successit, cujus prima mentio occurrit nobis anno 1078. in veteri chronica monasterii S. Salvatoris Venetiarum, quæ M. S. prostat in Vaticana Bibliotheca numero 1085. Hic primus fuit, qui Olivolensi titulo suppresso, Castellanus Episcopus appellatus est. Felix Episcopus, de quo in dubio est apud scriptores, an sanguinis claritudine, rebusque gestis clarior fuerit, an reliquis Episcopis felicior, & fortunatior, quod per ejus tempora, & Pontificatum D. Marci Evangelistæ corpus, ignoto loco reconditum, non sine divinæ virtutis miraculo inventum anno 1094. & S. Nicolai Magni Myrensis Episcopi sacra lipsana ab ea insula, una cum aliis duobus Sanctorum corporibus, alterius inquam Nicolai Magni avunculi, & Theodori Martyris, Venetias deducta sint anno 1100. De inventione corporis S. Evangelistæ hæc narrat Dandulus in chronica. *Eodem anno videlicet Ducis* (Vitalis Faledri) *anno* 10. qui fuit salutis 94. nam Faledrus Dux Venetiarum XXXI. electus est anno 1084. *dum gloriosissimi Marci Evangelistæ corpus intra quandam columnam de lapidibus marmoreis factam, Duce, & quibusdam consciis esset repositum, ut ibi cautius servaretur, contigit, ut occiso Petro Candiano Duce cum filio, Ecclesiaq; cum palatio igne consumpta, & cæteris, quibus hæc patuerant, ex transcursu temporum sublatis, nemo, ubinam sanctus esset thesaurus, jam renovata Ecclesia posset recognoscere, nec aliquibus indiciis invenire. Fit ex hoc planctus in clericis, desolatio ingens in laicis, mæror imminet universis. Formidabat siquidem plebs devota, ne patronus tam inclytus furtive fuisset sublatus. Ideoque jejunium solemne indicitur, processio solemnissima ordinatur: & ecce videntibus cunctis, & stupentibus, lapides ex columna prosiliunt, & arcam, ubi corpus latebat, cunctis videntibus ostendunt. Mox devotas laudes agunt Creatori omnium, qui suum eis est dedignatus revelare patronum. Sicque dies illa videlicet sexta exeunte Junio illustrata tanti prodigii gloria annis decurrentibus posteris fuit festiva, & generalis processio in memoriam devotissime renovatur. Die itaque octava Octobris sequentis Deo dicata ecclesia, consciisque Duce, Primicerio, & Procuratore, reverendum corpus in secreto collocatur. Locus igitur omnibus usque in hodiernum diem, præter eorum successoribus extat incognitus. Nec propterea nescientium fides vacillet, cum ego, qui loquor, primo Procuratoris gerens officium, nunc Christi gratia Dux effectus, possum dicere verba Joannis cap. 9. Et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus, & ille scit, quia vera dicit, ut & vos credatis: et ut credentes ejus meritis vitam habeatis. Dies enim illa singulis anni celebratur.* Hactenus ille.

Anno deinde sexto ab inventione corporis D. Marci eodem Præsule, ac Duce Contareno, Venetias delata est maxima pars ossium S. Nicolai Myrensis Episcopi, de qua translatione Fortunatus Ulmus, vir clarissimus libellum edidit, validisque rationibus affirmavit, sacrorum ossium partem Magni Nicolai vere Venetias ab Henrico Contareno Episcopo fuisse translatam, nec Barensium ejusdem Sancti aliam ossium partem anno 1087. in eorum civitatem deductionem improbavit. Fultus quidem auctoritate vetustissimi codicis Anonymi auctoris, ejusdem translationis synchroni, qui M S. extat in Littorensi cœnobio, ex quo Dandulus, Petrus de Natalibus, Venetique omnes scriptores, exterique quamplurimi, qui de hac translatione inde exscripsere. Hunc infirmare conati sunt Barenses scriptores, nuperque bonæ memoriæ amicus noster Antonius Beatillus Societatis Jesu eruditus vir in vita ejusdem S. Nicolai; sed aliorum peritorum virorum judicio, Ulmi rationes ex vetustis monumentis, Pontificum, sacrorumve Antistitum testimoniis, inscriptionibus, synceræque fidei auctoribus, vel non infirmasse, vel clariores fecisse visus est. Ego vero tantorum utriusque partium scriptorum, nec abnuo, nec astruo; non tamen impossibile mihi videtur, imo veritati valde consonum, utramque translationem Barensem, Venetamque veram censendam fore, si ex utriusque partis testimoniis syncere perlectis veritas nullo exagitationis dolo perpensa candide à scriptoribus producatur. Hinc visum est nobis ejusdem Anonymi Littorensis historiam hic ex authographo exscribere, quæ non leviter delibanda erat, sed verbatim repetenda, ut nobilissimum etiam pietatis trophæum Contareni Episcopi, ce-

te-

terorumque clarissimorum virorum, qui non ex Oriente gemmas, vel fulvas terræ fæces, aut dura marmora, sed sacros Sanctorum cineres in patriam ad eam ornandam transvexisse statuamus. Porro Anonymi historia de translatione ossium Magni Nicolai, sic humili, incultoque stylo scripta legitur.

Ab Incarnatione D. N. Salvatoris anno M. XCVI.

Urbano Papa Catholico in Apostolica Sede residente, Alexio Glorioso Græciæ feliciter imperante, nec non Petro Patriarcha Aquileiæ novæ Ecclesiam gubernante. Vitale Michaele Venetiæ Principante, remque publicam suorum magnatum providentia, sapienter, & utiliter disponente, Spiritus sanctus Occidentalium mentibus inspiravit, quatenus cum armis spiritualibus, simulque materialibus Hierosolymam peterent. Ea scilicet ratione, ut civitatem sanctam, Sancta Sanctorum, à cultura demoniorum, & ab immundis ritibus Paganorum emundarent. Cujus honesti consilii, militiæque salutaris conscii, & participes cum Gallorum Principibus, Venetorum proceres extiterunt, sicuti postea rei evidentia efficaciter ostenderunt. Occidentales igitur viri divinitus inspirati alii ferro candenti carni propriæ signum Crucis imprimentes, alii exterius in vestibus designantes unanimiter, & alacriter viam Dei, sanctamque militiam arripuerunt, civitates inimicorum debellantes & hostes Dei, suosque devincentes tertio anno ab incœpto itinere Deo cooperante, civitatem, ac sepulchrum Domini, *de potestate Gentilium bellica virtute liberarunt. Venetici vero, quia situ loci per æquora navibus utuntur, navali prælio super omnes populos antiquitus exercitati, semper victoriam obtinuere; quasi naturaliter assueti apparatu grandi, studioque diligenti, copiosam navium multitudinem ad servitium viæ Dei paraverunt, eamque viris, & rebus bellicis sufficienter impleverunt. Sed quia modum plenariè constitutum, & classem regere necesse erat, per quæ præesse exercitui deberent, ecclesiam Evangelistæ Marci unanimiter omnes, communique voce Clerus, ac populus petunt: Henricum Castellanum Episcopum, rectorem, ac præceptorem deposcunt, Joannemque filium præfati* Ducis *exercitus, classique* Ducem *præficiunt.*

Henricus igitur Castellani Episcopus (quamvis invitus) obediencia tandem Patriarchæ, & Ducis *imperio, precibusque Cleri, ac populi superatus in signum viæ Dei crucem suscepit, cujus opus, ac servitium postea devotior cunctis adimplevit. Ex cruce suscepta pluribus exemplum præbuit, & doctrinam secum pergentibus ora nadi studio non ad pugnam. Paratis itaque cunctis, & onerata classe, incunctanter carinas perluunt, portumque littoris in exitu Rivoalti alacriter omnes petunt, ibique more solito de ratibus descendentes sanctissimi Nicolai Basilicam adeunt. Et audita Patriarchæ, aliorumque Episcoporum salutifera prædicatione confirmatisque cunctis singulorum sacrosancta benedictione subito de portu navibus emissis, per æquora late vela turgescunt. Tunc Castellanus Pontifex taliter votis tacitam orationem meditatus est. Præsul sanctæ Dei caput hujus materiei, perfice servorumque ut poscunt vota tuorum. Spero enim (neque mea me fallit spes ut credo) quia locus sancto nomini tuo dicatus, quem tui fideles Venetici in veneratione maxima semper habuerunt, & ubi modo devotis mentibus licentiam acceperunt, quandoque reverentius, & frequentius, ac devotione nominis, & præsentia tui corporis consecratus, non solum Veneticis, verum etiam cunctis Occidentalibus erit venerandus.* Discedentes *igitur naves Veneticorum tensis velis æquora tundunt. Venetiæ vero Clerus, & Monachi puppes precibus impellunt, sicque veloci cursu, & aspera Dalmatiæ littora carpentes, Jadesam applicuerunt. Quæ autem ibi de suo regno tractaverunt, vel ordinaverunt, & multa alia de itinere præposito, historiographi luculentæ narrationi referventus, & ad ea, quæ nostræ mentis intentio, & sanctissimi Confessoris Nicolai devotio exigit, ipso opitulante, & stylum, & studium applicemus. Egressi tandem de Dalmatia, velis vento commissis Sclavoniæ, Bulgariæ, & Achajæ regna deferentes, claram Rhodon usque pervenerunt, ubi consilio Joannis Ducis, atque Henrici Episcopi, aliorumque stoli sapientum propter portus securitatem, & loci positionem, necnon & temporis multimodam opportunitatem, de oneratis navibus, & in terram pluribus extractis hyemaverunt. Inde legatos cum litteris Patriarchæ* Hierosolymi *Regi* Godefrido, *Comiti Raymundo, aliisque Principibus transmiserunt, ibique legatos eorum, & litteras priusquam discederent, receperunt. Interea Constantinopolitanus Imperator eos (ut fert) impedire ab incœpto itinere satagebat eisque minis, & muneribus, ut desisterent, suggerebat. Sed Dei Pontifex zelo divino repletus, crucisque vexillo, plusquam lorica, vel clypeo confisus, nec minas hominum timens, nec blanditiis animum flectens, sociorum animos in Dei servitio solidabat, asserendo quod, non incipiens coronatur, sed qui in fine perseverat.* Dicebat *itaque: certè filii mei carissimi, quando Christus crucem suam tollere jussit, non solum tollere jussit, verumetiam sequi se præcepit. Quod si rebus transitoriis, aut hominibus plusquam Deo obediamus, & nisi votum cœptæ viæ fideliter impleamus, abnegamus plane illum, cujus signum bajulamus. Sed absit hoc à nobis, quod pro timore aliquo, vel temporali commodo propositum nostrum immutemus, unde iram* Dei, *& infamiam hominum incurramus.* Hæc, *& his similia* Episcopo *prælibante, major pars bonorum, qui satis in proposito firmi erant, firmioresque effecti, & minores ad eorum unitatem sunt redacti. Omnibus ergo compunctis, & in servitio Dei confirmatis nuntiatum est Pisanorum classem adesse contra eos armatam, & præparatam in prælium, qui in tantum superbiæ fastum ascenderant, quod naves imperiales, & signa imperialia sibi fecerant, & se ipsos totum mundum devincentes appellabant. Venetici vero oculo discretionis vigilantes cum consilio (ne post factum pœniteat) cuncta facientes, legatos eis, satis humiliter rogando, miserunt, ut à damnis, & opprobriis, quæ, & Græcis, & Veneticis inferebant, cessarent, atque ut boni Christiani, & peregrini pacificè transmearent. Illi autem hoc audire dedignantes, dixerunt, se sicut Dominos terræ, quocunque vellent ad eorum dedecus ituros, & in portum, ubi hyemabant, ipsis nolentibus, etiam intraturos. Quorum præsumptione audita Venetici subito de terra classem in æquora trahunt, & demissis in portu reliquis, cum 30. tantum armatis navibus contra 50. obviam illis imperialia signa usurpantibus procedunt. Quid plura? inito certamine, prius illi adeo minaces procedentibus tantum quatuor Veneticorum navibus superati, ferocitatem, & impetus usurpationem amiserunt, in tantum, quod de 50. navibus eorum 22. vix (nocte superveniente) liberatæ, & aliis omnibus fine sanguine captis, evaserunt. Resænata tandem eorum contumacia, cum in portum fuissent tripudianter subducti,* Ducique *exercitus, &* Episcopo *triumphaliter præsentati, quid excusationis, quid satisfactionis, quid obligationis obtulerunt, differere, tediosã narrationem series quærit. Videntes vero Imperatoris ministri, quid illi præerant regioni, suos infestissimos hostes, & imperii fasces mentientes, in civitate sua captos detinere modis omnibus elaborant, ut Imperatori reddant, & ei præsentati, sicut damnatii, capite truncantur. Sed Victores in Dominum timorati, se vere cruciferos, imo crucifixos, exemplum patientiæ demostrarunt, cum nec Imperatori, nec alicui mortali, sed soli Deo triumphum, quem dederat, ascribere voluerunt. Pietatis itaque visceribus affluentes, fermè quatuor millia viri cum navibus suis, & armis, omnibusque sibi restitutis absolute dimiserunt. Nec à captis aliam obligationem receperunt, nisi quã liberi Pisis se facturos Venetiam in hæc verba mandaverunt, se nunquam scilicet deinceps, Romaniam jam mercimonii causa intraturos, nisi forte*

ve-

venerabilis sepulchri devotione transituros Deliberatie ergo Pisanis, & quocunque vellent ire permissis, triginta sex viros majoris authoritatis non coactos, sed spontaneos ex illis retinuerunt, partim pro testimonio veritatis, partim si illi qui de prælio evaserant aliquos suorum cepissent per istos facilius recuperare suos possent.

Rhodo tandem insula discedentes, & stationem a festivitate Apostolorum Simeonis, & Judæ usque in octavam Pentecostes ibi peractam deserentes, Hyerosolymam accedere properabant, nec declinare quoque deinceps intendebant; Jamq; fere Smirneorum Metropolim a sinistra præteribant, & secundo flante vento cœptum iter insistebant, cum Episcopus, cui devotionis propriæ, totiusq; Occidentis cura salutaris, & utilis evigilabat, contra Myream sua vela retorsit, sicq; Dei nutu tota classis reflexa, pluribus invitis ad littora sancta trahuntur. Ubi cum de qualitate loci inquirerent, dictumque illis fuisset plusquam quingentos Turcas haud procul regionem illam circuire, & jam plurima loca sub tributum redegisse, exploratores callidos ad urbem miserunt, qui de singulis providerent, si res esset idonea ad faciendum, quod parabant, & adimplendum, quod desiderabant. Euntes autem, qui missi fuerant, sex milliaribus per terram (tantum enim civitas distabat à littore, ubi classis erat) urbem, & ecclesiam ingrediuntur, in qua thesaurus desiderabilis jacebat absconditus. Quo tunc forte congregatio Canonicorum tota cum veneratione convenerat, plus forsan oblationis, quam devotione religionis. Erat enim civitas à Paganis destructa, ibique nec alii homines, nec clerici stabant, sed in castro, quod ab urbe distabat, quasi duobus milliaribus habitabant. Neque omnes omni die ad officium descendebant, sed quaternis suas vices hebdomadis adimplebant. Inquisitis itaque legatis, ac denotatis, quæ volunt, eademque hora redeuntes, cuncta prospera, & opportuna exercitui retulerunt. Quo audito populi multitudo, non Ducis imperium, non Episcopi documentum præstolantes, non præconis vocem, non tubæ sonitum attendentes certatim arma capiunt, ac civitati catervatim irruunt. Ubi vero beatissimi Confessoris ad ecclesiam pervenerunt per gradum sistunt, arma ponunt, & hoc modo cum lachrymis orationem fuderunt. Deus æterne, qui cuncta priusquam fierent ordinasti, & B. Nicolaum in utero matris sanctificasti, qui nos ejus interventu de tot periculis liberasti, concede piæ petitioni, comple in bonum desiderium nostrum, quatenus illum mereamur corporaliter habere præsentem, quem ubique miramur miraculis non absentem. Alme Pater Nicolae tuorum precibus annue famulorum, dignare propriam tibi semper dedicatam visitare; sancte Pater Venetia filia tua te invitat, te videre desiderat, tibi locum ubi te recipiat, præparavit, & ut ibi deceat te tantum præconem habitare meliorabit. Scimus quidem nos indignos, ut te lascivis oculis videamus, & ut ossa sãcta tua pollutis manibus teneamus; fides, non meritũ obtinebit, quod Dei gratia adimplebit.

Oratione completa, cum armis murum civitati circumquaque muniunt, alii cum ferramentis, alii cum instrumentis ad fodiendum ibi remanentes sese præparaverunt, Quatuor ecclesiæ custodes de clericis, aliisque fugientibus, retinuerunt, quos prius blanditiis, & promissis alliciunt, consolatione liniunt, potentes, & divites eos fore promittunt, si locum ostenderint, ubi jaceat, quem requirunt. Illi vero dissimulantes, vel antiquitate forsitan ignorantes rem, arcam in capite fractam merco adhærentem illis ostenderunt. Hæc est, inquiunt, arca, unde Barenses partem reliquiarum abstulerunt, partemque reliquerunt. Si vultis illas tollite, nosque dimissos facite. Ex quibus illi, hactenus vobiscum verbis mollibus, & blandimentis usi sumus, sed nisi dixeritis, quod quærimus, atrocissimè verberibus, & tormentis in vos animadvertemus. Ad hæc custodes, si nos, & flammis uratis, vel capite truncatis, quam à nobis rei veritatem exculpere poteritis, quę ab omnibus ignoratur à tempore Basilii Imp. Arcam enim unde Basilius Imp. eum abstulit, cum Constantinopolim asportare quondam voluit, A *videre potestis, sed ubi, vel quam reposuerit, cum ipsum transferre nequiverit, nullus indicare mortalium potest vobis. Currentes itaque monstratam à custodibus arcam fregerunt, & inquirentes intrinsecus præter aquam, & oleum nihil aliud invenerunt. Frementes igitur, & ira commoti mercum ecclesię perforant, pavimentum frangunt, aras diruunt, neque sacrariis, neque sacris aditis parcunt. Itaque diei pręcedentis partem, totamq; ferè noctem incassum laborando consumpserant, cum quidam ex custodibus crudeli pœna, ac intolerabili tormento perterritus, ad naves ire pro Episcopo rogavit, pollicens se veritatem indicaturum, nec aliquid, quod novisset venienti celaturum. Adsunt illico juvenes parati, qui properanter Episcopo verba custodis annunciant, & laborem seriatim, quem invanum expenderant. Eadem hora Dux exercitus Joannes, & Episcopus Henricus, stipati bellatorum copiis urbem adeunt. Dux cum militibus loricatis procedebat, Episcopus cum clericis nudis pedibus incedebat. Dux suos milites ad bel-* B *landum ordinabat. Episcopus suum Clerum ad psallendum commonebat. Cumque in ecclesiam introissent, Episcopus cum lachrymis in terram se prosternens talia proferebat, ab imo pectore suspiria trahens. Deus Pater misericordiarum, cognitor secretorum, dator bonorum, remissor peccatorum, qui me famulum tuum peccatorem, & indignum ecclesiæ sanctæ tuæ præesse voluisti, quamquam mihi scilicet indigno tuas oves ad regendum commisisti, exaudi propitius humilitatis meæ preces, & respice fidelem devotionem populi tui, Domine misericors, & miserator, & fons vitæ Deus, qui discipulis tuis promisisti quicquid petieritis in nomine meo fiet vobis, da nobis, quod in nomine tuo petimus, qui discipuli tui sumus, qui crucem tuam tollimus, qui te sequimur, ut valemus; Sanctè paraclyte spiritus, qui pro nobis gemitibus postulas inenarrabiliter tuam sanctam consolationem nostris infunde mentibus, ut quod fideliter imploramus, efficaciter obtinere valeamus, Deus Pater, Deus filius, Spiritus Sanctus Deus; sicuti ego* C *corde credo, & ore confiteor, quod hæ tres personæ, una est substantia, & unus Deus, sic concede nobis invenire quod quærimus, videre quod volumus, perficere quod optamus. Sanctissime Præsul Nicolae votis fidelium acquiesce, dignare tuam Venetiam, & Occidentem visitare, sufficiat Orienti, & Græcis, quod te Pontificem, & doctorem habuerunt, & quod te post excessum fere septingentis annis retinuerunt; gaudeat tantum Occidens, & Latini tui corporis præsentia visitari, miraculis illustrari, tuisque precibus, & meritis ad cœlestia sublevari, præstante, & cooperante sancta, & individua Trinitate, cui est honor, & gloria nunc, & semper, & ante omnia secula seculorum Amen.*

Erectus autem Dei Pontifex ab oratione, custodem, qui eum accersiverat, alloquitur tali ratione; fili benedicte, cum tuam certe largitionem suscepi, quamvis infirmitate gravi detinerer, spe sublevatus, huc adveni, scio enim quod non sine causa pro me mandasti; si quid habens veritatis mihi nunciaveris; sis D *securus de mercede vera cum pertuleris. Cui custos, sancte Pater, & vere Dei cultor, hujus rei, quam scire desideras, Deo teste, nullum occasionis vestigium agnosco, sed pœnas iminentes evitare cupiens, ut per te liberer, pro te mandavi. Audiens hæc Episcopus in abditam Ecclesiæ partem lachrymando secessit. Populus vero se delusum comperiens custodem pœnis afficit exquisitis: quas ille non diutius sustinere prævalens Episcopum advocavit, qui accurrens tortoribus graviter iratus, eum de manibus eorum eripuit. Tunc ille paulo post spiritu resumpto, Pontifici talia dixit: Serve Dei omnipotentis, cur me sic affligi permittis; sine causa (Deus novit) hæc tormenta patior, quod requiris, numquam scies à me, vel ab aliquo, sed invitus, & coactus tibi, quoddam jam revelabo: quod quidem græcis erit inutile, semperque lachrymabile damnum: Veneticis vero utile, & memoriale sempiternum.*

In hac arca (quam vides) duo sancti Præsules ma-

gat Nicolai prædecessores, vel in altari principali ad honorem S. Ioannis Baptistæ consecrato sine dubio requiescunt. Quo audito illi de tali servitio satis studiosi arcam antiquam rumpunt, altare prosternunt. In altari tres capsellas, & in arca duos Pontifices cum suis epitaphiis separatis in avellis cypressinis collocatos, mirisque odoramentis conditos invenerunt. Quorum alter est Theodorus, pretiosus Martyr: alter vero Nicolaus Magni Nicolai avunculus, ambo magni meritis, & ejus Ecclesiæ Metropolitani.

Mentio autem S. Theodori hoc modo recitatur in miraculis S. Nicolai. Quidam cæcus ad virum Dei venit, oleo de Theodori lampadis unxit, sanctoque signaculo crucis, qui cæcus venerat, videns rediit. De patruo vero ipsius ita legitur ibi; Eadem die, qua Magnus puer Nicolaus natus fuit, cum balnearetur, dimidia fere hora, nullo substentante rectus in pedibus suis stetit. Christus ei benedixit, & ad Deum cum lacbrymis pro puero orationem fudit, de sacro fonte eum suscepit, eique nomen suum imposuit, & sacris litteris eum erudivit.

Nos tales, tamque gloriosos patronos cum debita veneratione sublevantes, & eos in ipsis arcellis Episcopus suis cum ecclesiam deferentes, congregata multitudine cum hymnis, & laudibus Episcopus, & clerici cum tubis, & vexillis Dux, & laici ad classem suam cum tripudio remeabant, sed quidam eorum divinitus inspirati in ecclesia retardantes, & locum ubi sanctissimi Confessoris altare destruxerant, diligentius perscrutantes, inopinatam, & insuetam odoris suavitatem naribus odorantes, ibi magnam sanctitatem latitare non dubitabant. Quidam etiam qui illum locum frequentaverunt ad memoriā reduxerunt, in præcipuis solemnitatibus Archiepiscopus non ad altare S. Nicolai missam solemnem celebrabat, sed in loco plano super corpus tripodem ponebat, ibique divina misteria peragebat. Cernentes quoque imaginem S. Nicolai superius recta linea super locum esse depictam conjecturam facientes dixerunt intra se, si locus magnum quid sanctitatis non haberet, Archiepiscopus eum in tanta veneratione non teneret. Currentes igitur post exercitum, qui ad naves cum gaudio properabant, odorem quem senserant, & quæ conjecturant, ex ordine narraverunt. Ex audita veritatis conjectura, Consilii ad ecclesiam redeunt primis successibus satis læti, de sancto lætiores efficiendi. Ascendentes autem ad locum, quē illi designaverant, odorem sentientes, & imaginem superius contemplantes ad invicem dixerunt, Eia boni juvenes, iterum in Christi nomine laboremus, poterit esse verum, quod isti Spiritu Sancto revelante, prophetaverint. Resumptis igitur diversi generis instrumentis opus beatum in testamentum sibi repetunt, remotaque prius congerie lapidum, & terra, quam antea laborantes huc, & illuc projecerant, ad pavimentum usque pervenerunt: quod etiam rumpentes, & violenter penetrantes, sublevatis magnæ molis lapidibus, vitream massam ad frangendam gravem, ad penetrandam difficilem invenerunt. Tunc vero juventus Venetica suas vires exercuit. Alii cuneos ferreos supponunt, alii desuper malleis percutiunt, alii laborantibus subveniunt perfatigatis, recentes laborem subeunt, alii locum mundant, alii perfractis ferramentis integra subministrant. Confracta denique laborioso studio massa vitri, post ipsam non minus laboriosam de bitumine repererunt. In qua similiter penetrando plurimum laboris, & sudoris exhauserunt. Illa quoque diminuta, & de loco deportata, tertia restabat massa fortior duabus ad solvendum, quæque supra mausoleo cum bitumine glomerata ossa sanctissima glutinabat; illi ergo in opere proposito persistentes, evidentibus signis non fraudari jam sperantes, supram mausoleum simul cum bitumine confringentes, summoque desiderio ad pretiosam gemmam Pontificum, quam expectabant, penetrarunt, ubi tandem thesaurus multiplici labore reseratus apparuit. Odor inde tantæ suavitatis exivit, quod dubitari non potuit affuisse ibi cum divinis odoribus collegium Angelorum. Tunc accedens venerabilis Episcopus cum summa

A devotione perfusus ora lacbrymis, & pectus, sanctissima membra collegit, & in suam capsam episcopalem collecta reverenter accepit. Mirabile dictu, mirabilisque Deus in sanctis suis, palma, quam de Hierosolymis vir Deo plenus asportaverat, in sepulchro subter, & circa eum virides ramos pullularat: unum collegerunt multi, & in testimonium veritatis ad propria portaverunt, in sepulchro autem illo Græcis litteris scriptus erat: Hic requiescit magnus Episcopus Nicolaus, terra, marique miraculis gloriosus. Sed si quis forte scire voluerit, qua ratione sanctus Nicolaus ita fortiter sigillatus, & absconsus erat, quæ sequitur causa fuit.

In gestis Græcorum legitur, & in ejus miraculis apud eos reperitur, quod Basilius Constantinopolitanus Imperator ad imperii arcem eum portare voluerit, & quod eum in manticis membratim collocaverit: sed cum ad januas ecclesiæ pervenisset, cumque nullis precibus nullisque votis ulterius afferre potuisset, iratus nimium dixisse talia, & implevisse fertur. B Nicolae quando quidem civitas gloriosa, & imperialis habere te non poterit, ergo te ita collocabo, & abscondam, quod nullus alius te inveniet, nec habebit. Benedictus Deus, & benedictum nomen majestatis ejus, qui talia fieri noluit in occulto, sed coram omni fere gentium natione sanctum suum mirificavit, & sub testimonio plurimorum amicorum, & inimicorum vota fidelium suorum adimplevit; ibi namque præsentes aderant, Græci, Ungari, Theutonici, Daci, Anglici, Gallici, Italici, Barenses, & Pisani. O felicem populum, qui tam pretiosum thesaurum meruit invenire. O Beatum Pontificem, qui tale onus meruit sustinere. O vere beata, bisque beata Venetia, quæ fulges geminis hodie subnixa columnis; habes utique Leonem, qui te victoriosam facit in prælio; habes nauclerum, qui non timet tempestatem in pelago. Leonem ingenioso furto de Alexandria rapuisti, nauclerum de Græcia manifestis viribus abstulisti. In altero ergo furtum, & in altero rapinam criminaliter commisisti. Absit, quia non C causa violandi locum, nec causa malignitatis, sed devotionis, & pietatis studio hæc egisti.

Collectis ergo sanctis reliquiis, collectisque frustis bituminis adhærentibus ipsis, properanter ad littora convolarunt, qui statim ad naves suas pervenerunt, Pisanos obsides, quos in Rhodo, aliis dimissis, retinuerant, pro charitate S. Nicolai misericordiam implorantes, absolutos dimiserunt, eisque navim, victumque, arma, chartamque securitatis tribuerunt. Quantum vero habuerunt gaudium, quantasque Deo laudes, & gratias retulerunt, quot lacbrymas compunctionis emiserunt, digne describere non valemus. Audiens itaque civitatis Archiepiscopus, quod factum fuerat, gravi tristitia vulneratus cum omni clero suo, & populo de supradicto castro ubi habitabat, illis jam abeuntibus, in civitatem descendit. Ubi vero ecclesiam ingressus, quam nollet, veritatem comperit, canos, barbamque suam prolixam divellens cum lacbrymis, & singultu talia proferebat: Sanctissime pater Nicolae cur propriam tuam dereliD nquis? Cur oves desolatas tuas, te pastore deseris? Cur ab istis violenter te portare permittis, aut tuam certe virtutem solitam amisisti, aut Veneticos fideliores aliis tibi cognovisti. O crudeles Venetici, quare nobis hoc fecistis? quare locum istum destruxistis, altaria confregistis, ecclesiæ patronos, & patrocinia collegistis? quamvis Turci civitatem istam destruxerunt, magnam spem salutis adhuc nobis dimiserunt: sed vos qui Christiani estis, nos & totam Græciam mortificastis. Dumque lacbrymabiliter sic conqueritur, & illis absentibus, hæc improperando loquitur, pre nimio dolore, & tristitia confectus ad naves ire non potuit, sed ducem illius civitatis, ac canonicos rogando misericorditer illuc misit, quatenus Dei honore, & sancti imperii honore, aut tres simul aut unum de tribus sibi redderent. Quod si neutrum facere vellent sanctuarium saltim, quod de altari populi detulerant, non negarent: quia criminosum, & abominabile multum esset, si locus tantæ authoritatis, & antiquitatis

fiat

fine patrocinio aliquo remanerent. Audita legatione, Veneticis unam capsellam, quam invenerant in altari eis tantūmodo reddiderunt, & misericordia commoti centum aureos Byzantios pro restauratione loci addiderunt: quam illi merendo suscipientes, & pro nihilo ad ea, quæ perdiderant, computantes ad ecclesiam redierunt in tristitia remanentes: populi vera finitimi, fama volante, commoti concurrebant ad eum videndum, & salutandum, quasi filii patrem in longinquam regionem abiturum, qui cum eum videre non potuerunt, navi ubi positus erat inclinantes tristitia consumpti, oculisque fletu turbatis ad sua loca remearunt.

At Venetici, quo Græci tristabantur, magis læti honore condigno pro tempore, & loco sanctos Præsules tractaverunt: alii pallia, alii byzantios, vel denarios offerentes, unusquisque pro desiderio, vel posse suo. In triremi quoque simul positis habitaculum de novis assibus construxerunt in modum ecclesiolę, illudque cortinis interius, & palliis honorifice paraverunt, ubi numquam olet lumen, & cerei deerant, ubi Pontifex die, noctuque præsens aderat, ubi clericorum cœtus assidue, aut vigilias cantabat, aut lytanias, aut aliquid divinum psallebat. Illi vero qui de ossibus S. Nicolai, de pulvere pro devotione, vel ecclesiarum suarum veneratione, aliquid à toto diviserant, vel infirmitate varia vexati, vel duris verberibus cæsi, vel in nocte verberibus, dico, terroribus agitati, Pontifici, quæ passi fuerant, indicantes, suaque peccata confitentes, velut tunuitur ad integrum omnia satisfaciendo retulerunt. Quibus itaque pactis legatos inde cum litteris remiserunt Venetiam indicantes de singulis seriatim, quæ & qualia peregerant. Constitutis igitur omnibus, & ordinatis quæ ad præsens negotium opus erant completoque pro desiderio, quod volebant, à littore funibus solutis, anchorisque gravibus de profundo sublevatis cum magna alacritate via Dei arripitur, expansisque carbasis præter cœlum, & vela nihil aliud videbatur. Erant enim fere naves ducentæ, omnes victu, armis, & hominibus bellicosis oneratæ. Nunc vero de classibus aliquantulum sileamus, eamque Deo regendam committamus, atque Venetiam cum legatis consolandam narrationis passim redeamus. Illi itaque cum Venetiam & cum scriptis, & signis veritatem ostendissent, repente tota civitas Rivalti ingenti gaudio sublevata palatium requirit, ibique litteris per propinquos, & amicos per signa receptis jam nullius dubietatis scrupulus, jam nullius tristitię nodus in eorū cordibus remansit. Totum enim illius anni fere transierat spatium, quo de ipsis, id quod erat certum non audierant, sed pro vero fictaque fama personuerat satis. Ubi vero rei veritas manifeste claruit, qualem scilicet quantamque misericordiam, & de sanctis, & de Pisanis Deus omnipotens suis fidelibus contulerit, o quantum pro amicorum salute gaudebant, quantoque tripudio pro inventione sanctorum exultabant. Adfuerant clerici statim, & monachi in omnibus devotiores, in eleemosynis laici largiores: fit rumor in populo; diversi diversa conjiciunt. Alii enim dicebant, quia juxta s. Marcum s. Nicolaus locabitur: alii non, sed in campo ipsius ecclesia sibi construetur, tertia pars neutrum hoc laudat, sed in casa majori melius esse confirmat, ut sicut Dux ad S. Marcum, ita Patriarcha sedeat ad S. Nicolaum; item omnes suam sententiam mutant. Nihil horum, inquiunt, forsan quod speramus erit; sed Episcopus, qui cum eo est, ad eum habendum laborabit, eumque in suo Episcopatu collocabit. Ita mentes hominum varie sentiebant, sed Deus, qui in cunabulis eum mirificavit, sine humano arbitrio, ad dissidionem sedandam, & ubi eum collocari vellet, indubitanter providit.

Erat eo tempore Vitalis Abbas S. Nicolai de Littore vir simplex, & castus, & à seculi vanitate penitus alienus, qui cum audisset S. Nicolaum dominum suum ab incolis suis inventum fuisse, quod in vita sua compleri semper exoptabat, & divina pietate complendum expectabat. O quam studiosus fuit ad eum acquirendum, Ducem, qui satis amicus erat monasterio, & Principes requirendo, suggerendo, cohortando; asserebat etiam ipse, totaque monasterii congregatio, quod nisi exercitus eum rediret, eum ibi collocarent, assumpto loci thesauro, simulque familia tota dominum suum sequeretur, quocumque eum deferrent. Sed ubi auxilio, & consilio Ducis, aliorumque bonorum illi loco devotorum certificati fuerunt navium velocissimam, & armatam cum nuntiis, & exercitui obviam legaverunt ad Ducem stoli, & Episcopum, aliosque discretiores de servitio liberali conveniendos. Qui cum Sclavoniam attigissent, timore hostium, & periculo hyemali ab itinere demorati in Jaderam, monacho, qui cum ipsa navi ex parte Abbatis iverat classis eventum expectante; cæteri, in dubio ee pendente, Venetiam remearunt. De his igitur, quæ Venetiæ fiebant ad præsens, satis dictum putamus; nunc in pelago classe cum dimissa stilo navigantes Hierosolymam adeamus.

Euntes nautæ felici Nicolao securi naviganies Cyprum insulam attingentes, comitique S. Egidii Raymundo redeunti de Hierosolymis, euntique Constantinopolim obviantes, interrogatis de more successibus, & recitatis, utrimque cum osculo pacis divisi, cœptum iter tenuerunt utrique.

Cumque navium multitudo Terræ promissionis accessisset, & Joppen urbem antiquam & desertam advenisset, regem sanctę civitatis Godefridum, & Patriarcham cum toto exercitu suo, pecunia quidem tenui, & nummo satis parvo obviam habuerunt. Qui hilariter eos suscipientes, ac singulorum indigentiam, unde, & Hierosolymis indicantes terram, & civitatem se velle deserere profitebantur, nisi consilio Veneticorum, & auxilio sublevarentur. Ubi vero Venetici pro consilio, & auxilio Christianorum ad honorem Dei se venisse dixerunt, eisque victum, potumque, quibus plurimum indigebant, partim dono, partim pretio copiosè ministraverunt, Francigenæ se facturos omnia pro eorum arbitrio, promiserunt. Constitutum est igitur inter eos fœdus in reditu jure juranda confirmandum, & privilegio firmitatis sanciendum, quod Venetici cum eis à festivitate Joannis Baptistæ, usque assumptionem B. Marię ratione sequenti debeant in Dei servitio laborare. Quotquot enim, vel juxta mare, vel infra in terram Francigenæ ceperant, vel capturi erant civitates in singulis ecclesias singulas cum plateis convenientibus ad forum Veneticis concesserunt, eisque libertatem, & immunitatem ab omnibus, quæ mercatorum usus principibus terræ reddere solet in perpetuum laudaverunt. Earum vero civitatum, quas simul caperent prædarte inter se divideretur, quatenus Venetici tertiam, & Francigenæ duas partes haberent, eo quod pecuniosi non erant, & plus, & diutius in Dei servitio desudaverant. Tripolim autem tota præda quidem civitatis per medium inter se si caperetur divisa, sine ullo debito, & servitio S. Marcus possideret, nisi tantummodo singulis annis pro recognitionis memoria, sanctique loci reverentia Hierosolymam aliquid honestatis insigne transmitterent: & si fortè Veneticorum navis periclitetur, ubi Gallorum aliquis dominatur, nullus ei quicquam auferat, nec alicui aliquid naucleritis, nisi suis adiutoribus pro mercede laboris attribuat.

Quibus ita collandatis Dux stoli, & Episcopus simul cum exercitus medietate Hierosolymam petierunt: alii vera ad classim custodiendam, & corpora SS. in portu Joppen illis redeuntibus, ituri remanserunt, qui in die Nativitatis B. Joannis Baptistę circa sextam nudis pedibus, & jejuni cum summa reverentia ingressi sanctam urbem, atq; à clero, & populo communiter honestatis, pariter & humanitatis obsequia sunt recepti. Sequenti vero sole Henricus venerabilis Episcopus à Rege S. civitatis, & Patriarcha rogatus humiliter, & invitatus in ecclesia S. Sepulchri missarum solemnia cum lachrymosa compunctione celebravit: ubi post evangelicam lectionem ad innumerabiles populos conversus ore sacro talem edidit collocutionem.

Hodie dilectissimi fratres, & filii charissimi completum est in nobis peccatoribus, quod Spiritus S. longe ante per os David Regis, & prophetæ, & de nobis, &

de aliis fidelibus futurum esse prædixit. Hodie vero introivimus in tabernaculum sanctum Domini: hodie adoravimus in loco, ubi steterunt pedes D. N. Jesu Christi, hodie in sancta civitate sumus, quæ toties à prophetis est annuntiata, in scripturis recitata, lege prius illustrata, Christi sanguine consecrata. O quale gaudium est hodie fratres de nostra vera confessione, mentisq; compunctione cœlestium agminibus Angelorum. O qualis inde mœror, & confusio est hodie principibus tenebrarum. Sed quid prodest in terrenam Hierusalem, & in templum Domini manu factum introisse, si forte contingat à consortio Hierusalem cœlestis, & à templi non manufacti unitate nos deesse? Elaboramus igitur in bonis operibus cum Dei auxilio, vigilemus, ne tantum laborem, & dispendium, redeuntes ad vomitum, amittamus: cœlestis namque Paterfamilias denarium diurnum, quem Francigenis prius laborantibus dedit, nobis modo venientibus non negabit: neque minus sunt victoriosi, qui viriliter in extremo pugnant agmine, quam qui prima feriunt in acie. Nihil enim profuit, immo multum obfuit, si locus iste sanctus ab inimicis Dei liberatus, iterum ab eisdem occupetur. Quia non jam amplius eum retinere niteatur: sed omnino destruere, si semel invaserint, & annichilare minantur. Quapropter sicut Christi milites, & athletæ fortes, ac recentes existimini, quatenus fratribus nostris longo labore militiæ fatigatis, & assiduitate bellorum attenuatis succurrendo, beatorum ascribi numero Machabæorum mereamini; pro certo filii mei carissimi sciatis, & sine dubio credatis, quia totam hodie Venetiam præ oculis habeo, omniumque mentionem in præsenti sacrificio, & in aliis orationibus meis facio. Cunctis etiam classem nostram custodientibus, vel Venetiam habitantibus, eamdemque, quam nobis præsentibus absolutionem, nostræq; peregrinationis, laboris, orationis, omniumq; bonorum operum nostrorum participationem concedo. Plura dicere vobis ad præsens, & viæ labor imminens, & diei æstus fervens nos prohibet, sed viri sapientes, & discreti paucis plurima colligere possunt, nec indigent multis verbis, qui Deum timent, & in veritate diligunt. Ipse vero, cujus morte redempti estis, cujus signum Crucis portatis, cujus sepulchrum gloriosum requisitis, Beatæ Mariæ suæ Genitricis meritis, & precibus, aliorumq; Sanctorum omnium, de præteritis peccatis det vobis remissionem, & indulgentiam, de præsentibus absolutionem, & veniam: de futuris gratiæ suæ custodiam, qui cum Deo Patre, & S. S. Paraclito vivit, & regnat, & nunc, & ante omnia secula seculorum. Amen.

Cumque Dei Sacerdos pabulo divini verbi suas oves, & Eucharistia nostræ salutis refecisset, omnia loca sancta, quæ peregrini quærere soleant, & debent, & intra civitatem, & extra cum summa devotione, ac lacbrymabili compunctione visitaverunt, eaque largis muneribus, & honestis donaverunt: unde laudabat eos Gallorum Clerus in Ecclesiarum beneficiis esse largos, religione conspicuos. Milites vero de cultu vestium, & probitate armorum, eos super omnes alios extollebant. Peracta satis, siquidem digne, satisque religiose peregrinatione Dominica, Rege Godefrido Hierosolymis jam infirmante, ad portum cum Patriarcha redierunt, sociis vero qui remanserant, ad adorandum Hierosolymam ascenderunt. Qui sanctis locis similiter peragratis, aliis operibus pietatis adimpletis cum gaudio spirituali ad suos Principes remearunt. Cumque Joppen, & Venetici similiter, & Francigenæ convenissent, pactumq; supradictum, & sacramento, & privilegio utrimque confirmaverunt. Qui similiter associati, ac fraterna charitate unanimiter conventi se ituros Accaron collaudaverunt obsidendam: Francigenæ vero, quia plures eorum pedites erant, & Veneti eorum naves velocius ire poterant trium dierum itinere per terras Veneticos processerunt. In quo spatio Veneticis iter suum preparantibus nuntiatum est, Godofridum Regem ensiferum militem, & egregium morti debitum persolvisse: unde nimium tristes effecti, & quidnam actum esset dubietate suspensi, cum tribus navibus viros discretos Patriarchæ, & Tancredo militiæ Principi legaverunt, qui quod contigerat eis, nuntiaretur; & de singulis, quicquid agere vellent, certitudinem reportarent. Quo nuntio tam lacbrymabili, tamq; damnoso Francigenis tristibus, atque turbatis inter ceteros Tancredus consilio providus, belloque strenuus talia Veneticis respondisse fertur. De damno siquidem talis personæ tam sapientis, tam metuendæ humanum est ut condoleamus: sed pro morte unius hominis ignaviæ ascribetur, si a proposito nostro desistamus. Consilium est etiam utile nobis ad præsens civitatem Accaron declinare, & Cayphamtotius paganismi caput, & superbiam obsidere. Quocirca non præcepto terreni Domini, nec timore, sed desiderio cœlestis regni, & amore militamus Regi seculorum immortali, libentius, & securius, quam terreno Principi serviremur, & salutaris militiæ laborem studiosius, atque devotius impleamus,

His auditis legati citissime redierunt, atq; suos statim sequi Francigenas monuerunt. Qui subito navigantes, Gallorum exercitum super Caypham in montanis residentem eminus aspexerunt. Erat enim ista civitas in plano loco satis ad radicem montis Carmeli super mare constituta, quæ usum Dei plus impediebat, & Accaron ita vicina erat, quod inde manifesto visu comprehendi poterat; & quia tota fiducia, totaque Paganismi superbia partim pro loco, & inexpugnabili munitione, partimque procivium inexpugnabili munitione in illa civitate pendebat,

Fit consultum inter eos istam ante alias expugnare, qua superata, cæteros terrore concussos facilius subjugarent. Accedentes igitur alii per terram, atq; alii per aquam ad urbem Caypham, nunquam antea superatam, tam prius more hostium obsederunt. Dictus statim Pontifex sepe præfatus, quia cuncta secundum discretionem, & authoritatem agere voluit, communi suorum decreto superbis civibus mandavit, ut fidem, & baptismum Christi susciperent, sicque suas facultates, & omnia Christiana facultate possiderent; nulli Christicolarum Principi servitium aliquod exhiberent, nisi pecuniam, quam paganis Principibus redhibebant annis singulis expugnatoribus Christianis adimpleturum: vel si fidem Christi suscipere nollent, civitatem tamen eis redderent, & amissis facultatibus suis in lege sua viventes, aut Christianis servirent aut licitum esset eis discedere, quoquo vellent. Illi vero duritia cordis excæcati, spiritu elationis inflati, suis viribus, & munitionibus confisi, fallaciis assueti inducias tantæ rei subdole postulabant, & interim defensionis, & munitionis instrumenta præparabant. Videntes autem Christi milites inducias postulando, ab hostibus sese deludi, moras belli diutius non ferunt, jamq; rem desiuit virtute, quam placito magis volunt.

Bellum igitur incipientes Venetici perfidorum civium aliquos interfecerunt, eorumq; naves plurimas combusserunt. At pagani quadam nocte se vindicantes unam navim Veneticis inter altas uncis ferreis extraxerunt, quã cum quatuordecim hominibus, aliis liberatis submerserunt. Nunc vero quia longum est de singulis rebus gestis per ordinem enarrare, & quia nobis propositum est corpora SS. Venetiam asportare Christi præconia prædicantes, & diaboli superbiam conculcantes, sic multiloquium excludamus, ut cæptum breviter expleamus. Milites ergo Christi victoriæ cupidi cum omni genere instrumentorum de navibus constructorum diabolicam urbem viriliter expugnabant. Hostes vero Dei pro salute ferro, flamma, saxis se se fortiter defendebant; nomenque Christianorum die, noctuq; clamosis vocibus bolatrabant; Crucifixus vester, inquientes, in quem creditis, nunquam urbem istam est ingressus, nec ipsius disciplina, sed vos tam virtute capietis stultissimi homines, & ignavi, quam Soldanus Præses, vel Admiratus Babiloniæ cum innumerabili multotics manu obsidentem nunquam vincere potuit: vos numero pauci, & à nostræ legis ritibus alieni, aliquando convincetis? vos nec vestri, nec etiam noster suæ legi potuit unquam subjugare.

Nos neque Deum quem alii colunt colimus, nec terreno Principi obedimus, neque legem nostram voluntariam observamus. Hæc, & alia cives perditissimi

jacti.

jactitantes deuudatis ensibus de turribus christicolis minabantur, quod si modo vana præsumptione cessarent, peæsentes gladii suis cervicibus imminerent. Ad hæc incantationes plurimas, & maleficia pertractabant, & à suis dæmonibus, & incertis oracula postulabant. Sed Deus superbiæ conculcator, & humilium consolator suorum fidelium humilitatem cælo tenus exaltavit, & adversariorum contumaciam humo tenus inclinavit. De navibus ergo Veneticorum castro, cunctis turribus civitatis illius eminentiore constructo, Cruciferi urbem acrius impetebant, nec inimici Cruci obstinatis animis se se minus acriter defendebant. Videntes itaque fortes agonistæ suos hostes diutium gloriari, & urbis expugnationem per mensem ferè continuum perlongari, & major insit audacia Veneticis cum Francigenis, fide, ac sacramentis sibi colligatis castrum ligneum ascenderant, & per hostes nequissimos etiam ferro pandentes unam turrim civitatis intraverunt, quod cernentes alii, qui turres cæterar observabant, de vita desperantes Episcopo sępe prænominato de suis majoribus, ac sapientioribus unam citissimę transmiserant, eisque se ipsos tradendos ubi crucem poneret, permiserunt. At Pontifex satis ingeniosas de talibus eorum fraudes intelligens ad inferiorem partē civitatis cum cruce declinavit, eamq; gentibus ostendendam legati manibus commendavit. Pagani autem cruce conspecta turres deserunt ad Episcopum confugientes confluunt: Christiani vero a tergo instantes ense feriunt, nec ulli penitus ætati, nec sexui parcant. Ubi tandem Christi virtute, & ingenio virorum superata civitas antedicta Christianis patuit in omnibus viis, & plateis urbis, vel à cruore, vel à cadavere paganorum nullus pedem transferre potuit. Caypha igitur semel urbe capta, modoq; primum Christi imperio subjugata, prædaq; civitatis tota Francigenis condonata, aliquot diebus ibi peractis hominibus victis, & navibus dimissis, aliisq; sapienter ordinatis, Francis vale dantes, & pacis osculum imprimentes gemina palma peregrinationis, & victoriæ triumphantes ad propriam pacis semper amicam remeabant.

Jam enim hyems navibus imminebat, eisq; sanctos Venetiam asportandi desiderium incumbebat: cumq; victoriosissimi milites maris locum, qui Esina vocatur, attigissent, Spiritus sancti artificio conspirati, S. Nicolaum cum sociis suis, quos portabant, in monasterio de littore Rivalti ejus nomini consecrato se posituros, & ad permanendum ibi collocaturos super sanctum Evangelium unanimiter omnes, & uno ore juraverunt. Deinde vero prosperè navigantes cursu citissimo, & secundo, in ipsius diei festivitatis miraculosi Pręsulis, quem gestabant, ipso gubernante, portam Rivalti circa horam diei primam feliciter intraverant. Visa eminus ornata classe Venetiæ clerus, & populus de suorum reditu, & SS. adventu exultantes, & læti, sonantibus ubique pro gaudio campanis, comitante Duce cum Patriarcha, nec non simul coepiscopi suis triumphatoribus eorum votum adhuc ignorantes obviam processerant. Ubi vero Dux Vitalis Michael, eorum votum, & jusjurandum agnovit, nequaquam quod fecerant sibi displicuit, sed laudavit pariter, & modis omnibus confirmavit. Videns autem Abbas monasterii, totaq; congregatio suum desiderium appropinquans præ nimia pietate lachrymantes, crucibus, & venillis cum textibus, & thuribulis obviam exeuntes solemniter adornati dominum suum honorifice receperunt. Assumptis igitur de navi tribus arcellis Dux, & Episcopus Castellanus cum coepiscopis sanctos Præsules in monasterium, sicut juratum erat cum hymnis, & laudibus portaverunt, eosque super altare ipsius sanctissimi Confessoris devotis mentibus obtulerunt. Tunc Dei Pontifex palmam peregrinationis manu gestans ecclesiam, quia parva erat, egressus totius rei gestæ seriem, tam Veneticis, quam aliis, multis qui convenerant, cum aliis salutaribus monitis satis breviter, & luculenter enarravit. Tanta tam propter festum, tum propter classis, & SS. adventum multitudo convenerat, quod vix aquæ naves, vix terræ spatium capiebant.

Solemnitate celebrata, ac multitudine attenuata, minores arcellæ, in quibus venerant, intra majores reponuntur, & ut ab omnibus SS. reliquiæ videantur, sic ad planum in medio choro collocantur: Ibi itaque Sanctis requiescentibus ad resurrectionem usque Dominicam per ordinem constitutum, tota Venetia quotidie vigilias celebrat, clerici cunctis rebus ecclesiasticis suffulti, juvenes venillis, tabis, armatisq; navibus muniti, senes cum pueris, matronæ cum puellis, luminaribus accensis, & odoriferis incensis in servicio Dei, SS. Præsulum devotissimè pernoctabant. Sancti vero sine numero miracula faciebant, dæmones scilicet effugabant, cæcos illuminabant, surdis auditum, claudis gressum, mutis locutionem, paraliticis membrorum connexionem, febricitantibus refrigerationem, variisque languoribus sanitatem restituere, medicando cælitus non cessabant.

Interea quia adhuc plurimi ab aliorum confirmatione, & etiam sapientes de tanto thesauro, vel vim, vel fraudem, vel rumorem fieri dubitabant: ut omnis occasio excluderetur, & omnis invidentia obstrueretur, fortissima turris, ac munitissima construitur, in quam Sancti honorificè transferuntur, dum eis, & ecclesia major, & munitio præparetur, ubi monachorum vigiliæ, & armatorum excubiæ non deerant, ubi Sancti spiritualiter morbosis, ac corporaliter medicando præsentes aderant, horum autem Sanctorum Pontificum gloriosa inventio 3. Kal. Junii: victoriosissima vero translatio de Smyrna in Venetiam 8. Idus Decembris ipso videlicet die natalitio S. Confessoris Nicolai celebratur. Regnante D. N. Jesu Christo cui est honor, gloria, potestas, & imperium cum Deo Patre, & sancto Spiritu nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hodierna die dilectissimi fratres lætemur, & exultemus non tantum lætitia temporali, quantum gaudio spirituali, quia hodie sanctissimus Dei Confessor Nicolaus de terris sublimatus est ad cælos, de consortio hominum exemptus, Angelorum collegio est admissus, de mærore in gaudium, de labore in requiem, de hujus mundi tenebris in lucem, de nocte in diem, de morte in vitam, felici commercio transmutatus. Gaudeamus, inquit, & iterum dico gaudeamus, quia hodie in cælo B. Nicolaus specialiter inter choros SS. est collocatus; hodie Spiritibus sanctis, & Angelis est coniunctus: hodie Dei misericordia concedente Venetiæ corporaliter est collocatus: hodie corpore Venetiam est ingressus. Celebremus igitur devotis mentibus ipsius solemnitatem geminatam, de transitu scilicet cum omnibus Græcis, & Latinis communes facientes, & de corporis adventu misericordiam propriam recolentes, geminatam celebrare solemnitatem, an multiplicatam debemus? Sed ut rationabiliter, & venerabilius faciamus, & geminatam, & multiplicatam celebremus: geminatam, ut diximus, pro mirifico Nicolao, multiplicatam iterum pro altero Nicolao Confessore magno, similiter & ejus avunculo, & pro Martyre Theodoro: cum præsertim ita familiari societate sint coniuncti, quod ejusdem civitatis Archiepiscopi fuerunt, simul etiam inventi in una nave venerunt simul: hodie Venetiam intraverunt, unam communem mansionem habere voluerunt. Et idcirco non debent esse divisi à solemnitate, cum in his omnibus separati non fuerint à societate; nec debent à laudibus tantæ solemnitatis excludi, quos eadē dignitas, eadē sanctitas, & tam familiaris societas, & etiā propinquitas generis connexit: & quorum venerabilis inventio, gloriosa translatio, occidentalis peregrinatio, vel visitatio, corporalis collocatio simul extat, eorumq; laudes, & præconia pura devotio non disjungat. In hac ergo celebritate veneranda referamus laudes, quas valemus, effundamus preces cum lachrymis, & dicamus.

Sanctissimi Confessores Dei Nicolae nepos pariter, & avuncule, & tu quoq; Theodore Martyr Domini pretiose, præsentem catervam ad vestrum hodie honorem congregatam ab omnibus adversis protegite, vestrisque precibus, intercessionibus, & meritis ab infernalibus pœnis liberate: gubernate ecclesiam, defendite propriam, sanctificate Pastores, Episcopos, &

Abbates, justificate Duces, & judices, orate pro divitibus, subvenite pauperibus, dirigite clerum, conservate populum: & me quoque peccatorem & indignum, qui vestras laudes recitare præsumo ab immunditiis peccatorum emundate, ut Dei laus, & vestra in ore meo fiat speciosa, & mea vox à fructu boni operis, & æternæ remunerationis non remaneat otiosa. Gloria tibi Deus rex æterne, dator, & conservator bonorum, qui non nostris meritis, nec nostra probitate, sed sua misericordia, tuaq; gratuitate, bonitate, qui tantos, ac tales patronos, & Pontifices, nos indignos famulos tuos, & patriam istam dignatus es visitare: quidnam dignum egimus, vel agere valeamus: quo tantum beneficium, vel tantum sanctuarium habere mereamur? Sed Dei pietas sine humano consilio sua providentia, quod voluit fecit, qui non indiget servo, sed servus indiget eo: talibus ergo, tantisq; beneficiis à Deo collatis Venetia ditata gratiis, & visitata non in se ipsa, sed in domino glorietur, nec extollatur divino munere, sed potius humilietur. Rependat Deo grates, & gratiarum actiones, qui eam incomparabili thesauro ditavit, cum et Græcorum patronum, & Latinorum Evangelistam donavit. O felix Venetia, & ò beata Venetia, quæ beatum Marcum Evangelistam utpote Leonem in bellis habes defensorem, & Nicolaum Patronum Græcorum in navibus gubernatorem. In bello fortem Leonem habes signiferum, in tempestate maris Græcum sapientem Naucleorum. Cum tali Leone metuendos hostium cuneos invadis, cum tali Nauclero secura per undas pelagi vadis; est quidem magnum quid utilitatis in exterioribus, quod de his patronis provenire dicimus, sed majus bonum animabus profuturum inde procedere credimus: sicut enim S. Marcus suum populum in prælio temporali juvat, ita sibi devotos in certamine spirituali juvat, contra vitia sustentat: & sicut S. Nicolaus regit naves per undas tempestatis, sic gubernat hominum mentes per fluctus pravæ suggestionis; rogamus ergo vos gloriosi sanctissimi Venetiæ protectores Evangelista Marce, & Confessor Nicolae, & vos quoque sanctissimi Pontifices Martyr Theodore, & alter Confessor Nicolae, quatenus divina gratia procedente, nostroque suffragio subsequente, qui festa vestra temporalia veneramur, festis Angelorum vobiscum interesse mereamur. Hactenus Historia.

Interea mirabilia, quæ, dum sacra Episcoporum corpora deferrentur, in mari intercesserunt, tum deinde postquam in Littorensi ecclesia recondita fuerunt, ac deinceps in eodem codice multa & præclara recensentur, quæ brevitatis causa omittimus, cum ea etiam breviter Ulmus delibaverit, aliique scriptores enarraverint, à quibus si velit, hauriet quisque curiosus. In eadem ecclesia duo extant marmorei lapides, quibus posteri edocentur, intra sepulchrum ibidem Magni Nicolai ossa servari. Anno enim 1282. reserato sanctorum tumulo expositisque, ac statim reconditis sacris reliquiis, hæc iis temporibus verba, quæ adhuc extant expressa fuere.

Anno Domini MCCLXXXII. mensis Madii die vi. In tempore D. Joannis Dandulo Ducis, & Dom. *Bartholomæi Quirini Episcopi. &* D. *Petri Abbatis fuerunt inquisita, & inventa corpora sanctorum Nicolai Magni Confessoris, & Nicolai Avunculi ejus, & Theodori Martyris inter duo altaria. Scilicet corpus s. Nicolai Magni in medio, & ad pedes ejus s. Nicolai Avunculi, & ad caput ejus r. Theodori Martyris, & in MCC. LXXXVIII mensis Madii viiii. in tempore ejusdem D Joannis Dandulo, & ejusdem* D *Bartholomæi Quirini* Episcopi, & D. *Francisci Abbatis ejusdem loci prædicta corpora fuerunt in eodem loco devotissime collocata.*

Anno deinceps 1343. sacrum eundem Episcopum, urbem Venetam ab imminenti eluvione una cum S. Marco Evangelista Patrono, ac Georgio Martyre misericorditer liberasse scribunt. Anno deinde 1347. sepulchrum idem quoque patuit. Quo

A tempore Andreas Dandulus Venet. Reipub Princeps ad sacra corpora veneranda una cum quadraginta viris consiliariis, advocatoribus Marcianæ Ecclesiæ procuratoribus, ac nobilibus plurimis Littorense templum adierant. Inter hos Marcus Gradonicus adfuit, & oculatus testis hæc posteris mandavit. *Maior*, inquit, *capsella accepta fuit extra, in qua erant ossa gloriosissimi Confessoris Nicolai terra, marique miraculis gloriosi. Ossa vero Clarissimi Nicolai miraculis gloriosi erant alba velut lac, sed confracta, & rupta: quæ quidem credo, & non dubito, esse sua, videlicet magni Nicolai Confessoris. Ossa vero Avunculi erant magis integra, &c.* Sane albedinem ob calcem, intra quam ad triginta supra ducentos annos templi centro Myræ abdita sunt, contraxisse credendum est. An. 1399. sepulchrum idem tertio apertum est, ut inscriptio incisa ad parietes ibidem in hunc modum perhibet.

MCCCLXXXXVIIII. Aug. XI. die Tempore D Antonii Venerio Ducis Venetiarum,

B *Leonardi Delphino Episcopi, Donati Contareno Abbatis, hoc sacro tumulo aperto, visa sunt corpora S. Nicolai Magni, Nicolai Avunculi, & Theodori Episcopi, & Martyris: astantibus prædictis corpus Nicolai Magni in medio: in pedes ejus Nicolai Avunculi, ad ejus caput S. Theodori. Et per custodes Ducalis dominii, & monachos hujus loci, & seniores hujus littoris fuerunt supra dictæ reliquiæ custoditæ, & visitatæ plures ab ipso Dominio, universaque plebe tam urbis Venetiarum, quam locorum circumstantium. Ubi suavis odor continue redolebat, & in dicto millesimo die xii. Septembris dictæ sanctæ reliquiæ fuerunt in eodem loco cum vase pleno manna ibidem reperto, collocatæ ut supra.*

Deinceps, ut narrat Ulmus ex Bartholomæo Vesonensi oculato teste, suavis liquor miraculo è sepulchro emanavit anno 1443. miro gentium concursu, quod per sexennium duravit. C Anno postea 1449. sanctorum eorundem tumulus quarto patuit. Ita cœlestibus Præsulibus, qui ibi quiescebant, collibuit, quatenus à B. Laurentio è Justiniana familia Venetorum Episcopo gratissime viderentur. Sanitates quoque variæ tunc secutæ sunt spectante Laurentio, Fantinoque Dandulo Patavino Episcopo. Lapis tunc inscriptus repertus est, qui subtus Magni Nicolai caput supponebatur: ubi Græcis characteribus incisæ in hunc modum litteræ extabant.

Ο' ἅγιος Νικόλαος, ο [illegible]
Τα' λείψανα τα' μυροβλύτα.

Quæ latino idiomate sic exprimuntur.

Sancti Nicolai Mansueti
Reliquiæ liquorem emanantes.

Et hæc satis de translatione reliquiarum S. Nicolai, aliorumque Sanctorum sint dicta.

Tempore quoque hujus Episcopi Ordelafos Falerius Dux Venetiarum ecclesiam S. Cypriani in littore D Methamaucensi in loco nominato Vinea, Ducali capellæ immediate subiectam pro monasterio condendo, Abbati S. Benedicti de Padovetulo concessit, prove ædificiis, & monachorum alimentis, bona multa, & possessiones donavit. Quod deinceps monasterium, ex maris impetu dirutum, translatum est, assentiente Duce, in insulam Murani in fundo nobilissimæ Gradonicæ familiæ, quod adhuc extat *a* sub congregatione Camaldulensium Monachorum, ubi Delphinæ familiæ spectantur sepulchra.

Cæterum Henricus actorum gloria clarus animam expiravit anno Michaelis *b* Ducis sexto, qui fuit salutis 1108. sepultusque est in sua Cathedrali. Fuere in Henrico omnes virtutes, quæ ab Episcopo optimo, & sapientissimo sperari, aut optari possent, nobilitati conjunctæ summa pietas, humanitas, patientia, modestia, ingens munificentia, & castimonia, eximiaque in omnes gratia, & benevolentia.

a Unitum Mensæ Patriarchali, quum ibi alit seminarii Clericos.
b Ordelaffi Faledrij.

Quo

(*Quo anno Dominico prædefuncto successerit Henricus, incertum; ante annum quidem 1078. quo Henrici memoria habetur in Veteri Chronico Monasterii S. Salvatoris Venetiarum Ms. quam in Vaticana Bibliotheca consuluit noster Ughellus. Certior est annus, & dies ejus obitus: siquidem cum affirmet Dandulus Henricum è vivis ereptum Ordelaffi Phaledri Ducis anno sexto, qui regere cœpit an. 1102. satis constat Henrici mortem evenisse an. 1108. eamque VII. Kalend. Decembris, ut habetur ex Ms. Necrologio olim S. Hilarii, tum S. Gregorii Venetiarum, nunc clar. viri Apostoli Zeni. Porrò non omittendum videtur insigne miraculum, quod præsente Henrico, totoque Clero, & populo Civitatis contigit, dum sanctissimi Evangelistæ sacrum corpus, omnium Ordinum supplicatione exoratum, sese conspiciendum præbuit. Illud ita legebatur descriptum in quadam vetustissima tabella, quæ olim servabatur in ædibus Delphinorum S. Pauli. Hodie nuspiam apparet. Hoc exemplum desumpsimus ex altero mendoso Copiali exarato in Danduli Chronico, quo utor.*

Translato igitur Beatissimi Marci gloriosissimo Corpore ab Alexandria Venetias, feliciterque deposito in basilicam ad ejus honorem constructam pulcro etiam in oculis omnium lemata auro, & marmoribus pretiosissime redimitam contigit, ut post aliqua tempora, ubi ejusdem pretiosissimum corpus quiesceret, nesciretur. Cumque post diligentissimam inquisitionem nemo hujus rei conscius potuerit inveniri, toti Ven. jejunium triduanum indictum est. Post quod io cordis contritione ab omnibus observatum unanimiter quarta die ad dictam ejus basilicam Clerus, & populus Venet. convenerunt, in qua letaniis perfectis, processione disposita, multiplicibus suspiriis, orationibus ad Deum effusis, profluentibus lachrymis diutius Dei misericordiam implorarunt, ut eis, ubi corpus B. Marci lateret, ostendere dignaretur. Fidelis autem Deus, qui dixerat: *Petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis*: & item: *De omni re quacumque petieritis fiet vobis à Patre meo, prope existens omnibus invocantibus eum in veritate*, preces eorum benignus exaudivit, & locum, in quo Sanctissimum corpus latuerat, gloriosissime declaravit. Nam scissis marmoribus columnæ circum positis arcæ, qua intus claudebatur corpus, ipsa quoque decludens erupit, & in conspectu omnium per semet ipsam magnificentius exilivit. Et hora eadem hujus tanti miraculi subsequutum est aliud, quod prætermittendum nullatenus dignum foret; quanto enim Sanctorum magis illustramur miraculis, tanto plus devotio exaugetur in nobis, & auctor eorum preces devotius altissimi commendatur. Nam Evangelista B. Marco sic mirifice apparente, à multis annulum aureum tribus capitibus sculptum scemate Clericali in manu habere. Repertus est, sicut Deo placuit, coram eo vir Nobilis aidem Evangelistæ devotus Dominicus Delfino de la Cha grande, Venetus sedula oratione detemptus ioibi etiam præsentibus prælatis, Clero, Nobilibus, & multitudine populari, qui Dominicus ex magna sui devotione compulsus ipsum annulum à B. Marco requirere suppliciter, & cum lachrymis attemptaverit. B. vero Marco ei annulum non tradente, ut per suspitionem more in dilecto sibi magis devotius meritum pulularit, & prælatis ipsis nobilibus, & aliis quampluribus ipsum annulum miratione dignum affectantibus habere, & de manu ejus conantibus eripere, B. Evangelista intra columnam manum cum anulo mire retraxit. Sed devotio præfati nobilis grandis, & immensa sub spei clypeo roborata, iterato ipsum annulum ad imitandum ab eo petere devotissime non expavit, adiciens, & implorans sq. concupitur spiritualiter subsequentis effectus. Quicunque fidelis quæcunque infirmitate gravatus cum fide, & devotione à Deo postulaverit liberari B. Marci auxilio mediante, & habens super se ipsum annulum seu quolibet a vadat. Qua petitione finita Evangelista Beatus eidem Dominico Delfino devotissimo suo tantum donum suscipere promerenti, annulum ipsum cum immensa devotione petitum cunctis admirantibus manifeste tradidit, ac Dei clementiam laudes effundentibus Evangelistæ Beato suo, qui suis sanctis reliquiis, & tanti coruscatione miraculi, suum dignatus est populum visitare. Postmodum autem quotquot mares & feminæ ex gravissimis ægritudinibus variis, & de partu habentes super se eumdem annulum commodatum, & etiam ipsius tactu, sint mirabiliter liberati, & quamplures etiam in instanti scribere non expedit, neque potest, cum notorium sit in civitate Venetiarum de virtute mirabili, quam Deo benignitas meritis Evangelistæ sui jugiter ostendit in annulo prælibato. Felix regio, quæ tantum digna fuit habere Patronum, ad cujus nutum lapides scinduntur, marmora latenti virtute franguntur, insensibilia Spiritu Sancto intrinsecus operante prosiluit corpus exanime opera viventis exercat, gestierunt. Amen.

Cæterum dum Henricus ad sacram expeditionem properaret, ne ex Pastoris absentia detrimentum aliquod pateretur sibi commissus grex, Coadjutorem impetravit Joannem Bombiciam, Venetum Patritium, cui in Orientem proficiscens ovilis sui custodiam demandavit. Ejus quoque ætate anno scilicet 1105 Methamaucensis Insula vorticibus maris absorpta fuit, atque fortuito incendio Venetiarum pars magna conflagravit.)



23 VITALIS Michael, è nobilissima Michaelia familia, quæ plures, si ulla alia, Venetiarum XXI
Duces, virosque illustres abunde effudit, defuncto Henrico omnium suffragio, & Ordelaphi Falerii Ducis auctoritate, & beneficio suffectus ast anno Domini 1108. Cujus assensu anno sequenti Baduarius ecclesiæ S. Leonis vicarius, Deo, & Abbati s. Mariæ de Charitate Ord. Cluniacensis, ecclesiam s. Crucis in Luprio ad cœnobium eam ædificandum concessit. Abbatissæ vero s. Leonis Ordinis s. Benedicti traditum est monasterium s. Servuli ab Abbate S. Hilarii, assentiente Vitala Episcopo. Eoque sedente anno 111n. è Constantinopoli asserunt, translatum fuisse Venetias corpus Prothomartyris Stephani, de quo hæc Dandulus refert. *Anno Ducis* (scilicet Ordelaphi Falerii) *VIII. corpus beatissimi Stephani Prothomartyris à* Hierusalem *sub Constantino Augusto Constantinopolim delatum Venetias transfertur. Quia dum elapsis octo annis Petrus Prior S. Georgii de Venetia ex jussione Tribuni Abbatis in Constantinopoli cuidam ecclesiæ ipsi subjectæ præsideret, divina revelatione scrutari cœpit, qualiter corpus in Basilica, quam sæpius visitabat, repertum posset auferre, & oratione profusa, Calogero custodienti cum timore secretum cordis aperuit; quo denique consentiente, ad altare sancti procedant, & arcam lapideam, effusa odoris fragrantia nimia, cum labore frangunt, & capsam, in qua corpus jacebat, inveniunt, & quam absque one-*

re

Actum per manus Fortunati Archidjaconi S. Gradensis Ecclesiæ. A

Annn 1046. Methamaucensis Clerus, populusque quendam Dominicum Olivolensis Ecclesiæ presbyterum suum postularunt Episcopum, cumque, ut eis concederetur per Gradensem Patriarcham, Dominicum Episcopum exorassent, ille benigne petitioni annuit, scripsitque Patriarchæ, ut illum tamen suæ Ecclesiæ clericum, si placeret, ordinaret Episcopum. Documentum satis pulchrum visum est ut hic referatur, quod olim observavit, exscripsitque ex vetustissimo codice MS. operum S. Petri Damiani in fine, mihique scribenti communicavit bonæ memoriæ Abbas Coustantinus Cajetanus.

In nomine Π. *& Filii* V.
Sanctissimo Patriarchæ Dominicus Olivolensis Episcopus debitæ venerationis obsequium,

Celsitudinem vestram nulla volumus titubatione replere; quin vehementer promptissimus vobis favere in omnibus, ut possibilitas subministrat, & ecclesiasticus mos manendo confirmat. Ideoq; S. Ecclesiæ vestræ concedimus Dominicum nostri Episcopii Presbyterum; itaut ea lege vestro subdatur dominatui, qua nostro supponi noscebatur, quoniam omnis sanctæ Methamaucensis Ecclesiæ cœtus tam clericorum, quam laicorum eundem toto desiderio pastorem, & gubernatorem optat & ambit habere, sic vobis liceat eum promovere, veluti si vestræ haberet tonsuram ecclesiæ. Hanc denique consensionem, quam sacri canones formatam appellant secundum sanctorum instituta patrum, ita ordinare studuimus, ut in principio prima elementa de nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti poneremus, in sequentibus etiam numeris Petri Apostoli primum literam Π. *mei qui scribo primum* Δ *vestri ad quem scribo secundam* P. *nominis autem illius pro quo scribitur, tertiam* M. *castri, vel civitatis, de qua scribitur, quarta* B. *posuimus, quia* Y. *apud Græcos minime habetur indictionis præsentis anni primam* C. *quarum litterarum numeros hujus in fine annotandos esse censuimus, quo concessionis nulla remaneret dubietas* Π. *LXXX. Y. CCCC. A. I.* Π. *LXXX.* Δ. IIII. *P. C. M. LX. B.* s. *C.* cc. *ponentes insuper Hebraicum* אמן, *Græcis litteris scriptum* ἀμήν. *A. I. M. LX. H. VIII. N. L.* Collectis igitur omnibus, hic numerus invenitur mille quadraginta sex. C

Anno Domini 1053. Leo IX. Pontifex Maximus cum sub Apostolica protectione Dominicum Episcopum, suosque successores benigne suscepisset, hoc subjectum privilegium eidem indulsit, quod habetur in tabulario ejusdem Ecclesiæ.

Leo Episcopus servus servorum Dei.

Olivolensi Ecclesiæ, & per eam Dominico Episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Convenit Apostolico moderamine pia religione pollentibus locis congruæ defensionis impertiri suffragium, eisque benevola compassione succurrere, ut nobis a Domino possit merces provenire, cum ad meliorem statum fuerint nostro studio perducta, vel confirmata. Quapropter sub Apostolica, & canonica auctoritate confirmamus præfatæ Olivolensi Ecclesiæ, atque præfato Dominico Episcopo, suisque legitime successoribus in perpetuum, quicquid hactenus juste acquisivit, & deinceps nihilominus juste acquirere poterit, itaut Imperator nullus, Dux nullus, seu Comes, aut alia qualibet major, minorve persona, quidquam inde alienare, vel usurpare præsumat. Interdicimus quoque Apostolicæ auctoritatis privilegio, ut nullus Patriarcha, seu Comprovincialis, vel quilibet alius Episc. in ipsa diœcesi sine consensu Episcopi ipsius, confirmationes, consecrationes ecclesiarii, aut clericorum, sive sanctimonialium, vel excommunicationes, seu absolutiones, seu synodum, nisi forte provincialem facere audeat, nec clericos ipsius, tam ab eo, quam à quocunque ordinatos quisquam judicare, aut defendere contra eundem Episcopum canonice eos tractare volentem præsumat. Et si quis D

A *hujus nostri privilegii audacter temerator extiterit, donec resipiscat, anathema ei à Deo, & S. Petro, & à nobis fiat. Porro qui pietatis respectu obedienter observator fuerit, benedictionis, & vitæ æternæ particeps sit. Amen.*

Datum 3. Idus Martii per manus Friderici Diac. S. Apostolicæ Sedis Bibliothecarii, & Cancellarii, vice Domini Hermanni Archicancellarii & Coloniensis Archiepiscopi anno Domini Leonis IX. Papæ 5. Ind. 6.


Vixit deinde Dominicus summæ existimationis Præsul ad annum usque 1065 *a*. fatoque functus est. *a* 1065.



B

20 DOMINICUS Gradonicus, Dominici superioris fratris filius, cum esset ætatis suæ annorum 18. à Clero in defuncti patrui locum, & memoriam, Episcopus electus est anno 1065 *b*. quem Dux Venetiarum investire recusavit. Præfuit nihilominus annis quinque *c*, mortuusque est magnæ indolis juvenis, & in Cathedrali ecclesia humatus. XVIII *b* 1065. *c* an. 19.

(„ *Tempus, quo Pontifex sederit hic Dominicus, non assignat Dandulus. Verum, cum ejus mortem reticeat post enarrata, quæ evenerunt anno secundo Ducatus Dominici Contareni, qui fuit annus Christi 1044. ad hunc saltem annum pervenisse satis liquet, ideoque sedisse annis saltem XIX. Atque hic fuit ille Dominicus Olivolensis Episcopus, qui Provinciali Concilio ab Urso Gradensi Patriarcha in Ecclesia D. Marci an. 1040. coacto interfuit, cujus quidem decreta concilii ad Ecclesiasticam disciplinam spectantia si lubet inspicere, consule, quæ suprascripsit Ughellus in Gradensibus, ubi de Urso Patriarcha sermonem habet. Hæc interim Venetorum pietas plures Ecclesias fundavit, seu reparavit: nam an. 1028. Familia Barbadica, & Caravella S. Gervasii templum restaurarunt; an. 1034. Gens Scævola S. Apollinaris, & Bassa S. Secundi delubra condidere.* His pariter diebus, *ait Dandulus*, dum ex seditionibus Normannorum, Græcorum, & Sarracenorum Apulia plurimis afflictionibus torqueretur, Marcus Tofellus, & Bartholomæus ejus filius cum suis Navibus in Apuliam navigantes à quibusdam Calogeris de Benevento, pretio & precibus, brachium S. Bartholomæi obtinuerunt; qui Venetias redeuntes in Ecclesiam S. Hieremiæ prophetæ, de qua fuerant principales fundatores, digne deposuerunt.) C D




21 DOMINICUS Contarenus Dominici Du- XIX.

cis

cis consanguineus, eodem sacerdotio exornatus est anno 1070. a Per aliquot annos laudabiliter Olivolensem Ecclesiam rexit, excessitque cum fama virtutis ante annum 1078. Ex hac nobilissima gente plures Venetiarum Principes, togatique clarissimi prodierunt, in quibus maxime enituit cum probitate morum, tum nobilium disciplinarum scientia, Gaspar S.R.E. Cardinalis amplissimus.

a An. 1044. seu 1045.

(„ *Defuncto igitur, ut supra diximus, an. 1044.* „ *Dominico Gradonico II. eodem anno, vel sequenti* „ *1045. suffectus est Dominicus Contarenus; ille idem* „ *qui simul cum Dominico Contareno Duce ejus con-* „ *sanguineo, & Dominico Gradensi Patriarcha in* „ *littore Olivolensis portus cœnobium ædificare stu-* „ *duit ad D. Benedicti normam in honorem S. Nico-* „ *lai Myrensis, cui multa bona, & latifundia dilar-* „ *gitus est. Retulit supra Ughellus ejusdem cœnobii* „ *donationem Sergio Abbati, & Monachis S. Bene-* „ *dicti factum anno 1043. die 3. Martii, ut ibi loqui-* „ *tur documentum, in quo tamen Amanuensis error* „ *facile deprehendi potest, cum tunc temporis Urso,* „ *non Dominicus Gradensis Ecclesiæ curam gereret,* „ *& Dominicus Contarenus vel nondum, vel vix* „ *pervenerat ad Reipublicæ administrandas habe-* „ *nas. Donationis originale, quod extat in archivo* „ *ejusdem cœnobii, consulere non licuit, veteres* „ *membranas, quas ad posterorum notitiam conscri-* „ *psere majores, tineis, & blattis religiose servan-* „ *tibus eruditis Monachis, neque facilem accessum* „ *ad Monasterii abditiora, ut putant, perscrutanda* „ *non initiatis præbentibus. Fortasse pro 1043. re-* „ *ponendum 1053. Hic etiam ille est Dominicus, qui* „ *an. 1046. concessit Gradensi Patriarchæ, ut Domi-* „ *nicum suæ Olivolensis Ecclesiæ Presbyterum, si pla-* „ *ceret, ordinaret Episcopum Methamaucensem,* „ *cujus rei documentum supra retulit Ughellus. Hic* „ *deinque an. 1053. à Leone X. cum suis successoribus* „ *exceptus est sub Apostolica protectione, juxta pri-* „ *vilegium ab Ughello nostro supra descriptum.* „ *Quamdiu vero in hac sede vixerit, non asserit* „ *Dandulus, sed cum enarret defunctum esse Domi-* „ *nicum Reipublicæ habenas regente Dominico Sil-* „ *vo, qui anno 1071. Ducatus iniit possessionem, &* „ *postquam Petri Cathedram conscenderit Gregorius* „ *VII. quod evenit an. 1073. ad an. saltem 1074 per-* „ *venisse dicendum est. Quo Præsule an. 1052. S. Blasii* „ *Ecclesia condita fuit, a Boncila familia: & fortas-* „ *se Dominico adhuc vivente an. 1075. a Paulo* „ *Barbetta s. Mariæ Formosæ templum fuit institu-* „ *tutum.*)



XX 22 HENRICUS Contarenus, Dominici Ducis prædefuncti filius, Dominico omnium ordinum consensione in Olivolensi Ecclesia successit, cujus prima mentio occurrit nobis anno 1078. in veteri chronica monasterii S. Salvatoris Venetiarum, quæ M.S. prostat in Vaticana Bibliotheca numero 1085. Hic primus fuit, qui Olivolensi titulo suppresso, Castellanus Episcopus appellatus est. Felix Episcopus, de quo in dubio est apud scriptores, an sanguinis claritudine, rebusque gestis clarior fuerit, an reliquis Episcopis felicior, & fortunatior, quod per ejus tempora, & Pontificatum D. Marci Evan-

A gelistæ corpus, ignoto loco reconditum, non sine divinæ virtutis miraculo inventum anno 1094. & S. Nicolai Magni Myrensis Episcopi sacra lipsana ab ea insula, una cum aliis duobus Sanctorum corporibus, alterius inquam Nicolai Magni avunculi, & Theodori Martyris, Venetias deducta sint anno 1100. De inventione corporis S. Evangelistæ hæc narrat Dandulus in chronica. *Eodem anno videlicet Ducis* (Vitalis Faledri) *anno* 10. qui fuit salutis 194. nam Faledrus Dux Venetiarum XXXI. electus est anno 1084. *dum gloriosissimi Marci Evangelistæ corpus intra quandam columnam de lapidibus marmoreis factam, Duce, & quibusdam consciis esset repositum, ut ibi cautius servaretur, contigit, ut occiso Petro Candiano Duce cum filio, Ecclesiaq; cum palatio igne consumpta, & cæteris, quibus hæc patuerunt, ex transcursu temporum sublatis, nemo, ubinam sanctus esset thesaurus, jam renovata Ecclesia posset recognoscere, nec aliquibus indiciis invenire. Fit ex hoc planctus in clericis, desolatio ingens in*

B *laicis, mæror imminet universis. Formidabat siquidem plebs devota, ne patronus tam inclytus furtive fuisset sublatus. Ideoque jejunium solemne indicitur, processio solemnissima ordinatur: & ecce videntibus cunctis, & stupentibus, lapides ex columna prosiliunt, & arcam, ubi corpus latebat, cunctis videntibus ostendunt. Mox devotas laudes agunt Creatori omnium, qui suum eis est dedignatus revelare patronum. Sicque dies illa videlicet sexta exeunte Junio illustrata tanti prodigii gloria annis decurrentibus posteris fuit festiva, & generalis processio in memoriam devotissime renovatur. Die itaque octava Octobris sequentis Deo dicata ecclesia, consciisque Duce, Primicerio, & Procuratore, reverendum corpus in secreto collocatur. Locus igitur omnibus usque in hodiernum diem, præter eorum successoribus extat incognitus. Nec propterea nescientium fides vacillet, cum ego, qui loquor, primo Procuratoris gerens officium, nunc Christi gratia Dux effectus, possum dicere verba Joannis cap. 9. Et qui vidit testimonium*

C *perhibuit, & verum est testimonium ejus, & ille scit, quia vera dicit, ut & vos credatis: et ut credentes ejus meritis vitam habeatis. Dies enim illa singulis anni celebratur.* Hactenus ille.

Anno deinde sexto ab inventione corporis D. Marci eodem Præsule, ac Duce Contareno, Venetias delata est maxima pars ossium S. Nicolai Myrensis Episcopi, de qua translatione Fortunatus Ulmus, vir clarissimus libellum edidit, validisque rationibus affirmavit, sacrorum ossium partem Magni Nicolai vere Venetias ab Henrico Contareno Episcopo fuisse translatam, nec Barensium ejusdem Sancti aliam ossium partem anno 1087. in eorum civitatem deductionem improbavit. Fultus quidem auctoritate vetustissimi codicis Anonymi auctoris, ejusdem translationis synchroni, qui M S. extat in Littorensi cœnobio, ex quo Dandulus, Petrus de Natalibus, Venetique omnes scriptores, exterique quamplurimi, qui de hac translatione inde exscripsere. Hunc infirmare co-

D nati sunt Barenses scriptores, nuperque bonæ memoriæ amicus noster Antonius Beatillus Societatis Jesu eruditus vir in vita ejusdem S. Nicolai; sed aliorum peritorum virorum judicio, Ulmi rationes ex vetustis monumentis, Pontificum, sacrorumve Antistitum testimoniis, Inscriptionibus, synceræque fidei auctoribus, vel non infirmasse, vel clariores fecisse visus est. Ego vero tantorum utriusque partium scriptorum, nec abnuo, nec astruo; non tamen impossibile mihi videtur, imo veritati valde consonum, utramque translationem Barensem, Veneramque veram censendam fore, si ex utriusque partis testimoniis syncere perlectis veritas nullo exagitationis dolo perpensa candide à scriptoribus producatur. Hinc visum est nobis ejusdem Anonymi Littorensis historiam hic ex authographo exscribere, quæ non leviter delibanda erat, sed verbatim repetenda, ut nobilissimum etiam pietatis trophæum Contareni Episcopi, cæ-

te-

venerabilis sepulchri devotione transituros Deliberatis ergo Pisanis, & quocunque vellent ire permissis, triginta sen viros majoris authoritatis non coactos, sed spontaneos ex illis retinuerunt, partim pro testimonio veritatis, partim si illi qui de prælio evaserant aliquos suorum cepissent per istos facilius recuperare suos possent.

Rhodo tandem insula discedentes, & stationem a festivitate Apostolorum Simeonis, & Judæ usque in octavam Pentecostes ibi peractam deserentes, Hyerosolymam accedere properabant, nec declinare quoque deinceps intendebant; Jamq; fere Smirneorum Metropolim à sinistra præteribant, & secundo flante vento cœptum iter insistebant, cum Episcopus, cui devotionis propriæ, totiusq; Occidentis cura salutaris, & utilis evigilabat, contra Myream sua vela retorsit, sicq; Dei nutu tota classis ecficna, pluribus invitis ad littora sancta trahuntur. Ubi cum de qualitate loci inquirerent, dictumque illis fuisset plusquam quingentos Turcas haud procul regionem illam circuire, & jam plurima loca sub tributum redegisse, exploratores callidos ad urbem miserunt, qui de singulis providerent, si res esset idonea ad faciendum, quod parabant, & adimplendum, quod desiderabant. Euntes autem, qui missi fuerant, sex milliaribus per terram (tantum enim civitas distabat à littore, ubi classis erat) urbem, & ecclesiam ingrediuntur, in qua thesaurus desiderabilis jacebat absconditus. Quo tunc forte congregatio Canonicorum tota cum veneratione convenerat, plus forsan oblationis, quam devotione religionis. Erat enim civitas à Paganis destructa, ibique nec alii homines, nec clerici stabant, sed in castro, quod ab urbe distabat, quasi duobus milliaribus habitabant. Neque omnes omni die ad officium descendebant, sed quaternis suas vices hebdomadis adimplebant. Inquisitis itaque legatis, ac denotatis, quæ volunt, eademque hora redeuntes, cuncta prospera, & opportuna exercitui retulerunt. Quo audito populi multitudo, non Ducis imperium, non Episcopi documentum præstolantes, non præconis vocem, non tubæ sonitum attendentes certatim arma capiunt, ac civitati catervatim irruunt. Ubi vero beatissimi Confessoris ad ecclesiam pervenerunt per gradum sistunt, arma ponunt, & hoc modo cum lacbrymis orationem fuderunt. Deus æterne, qui cuncta priusquam fierent ordinasti, & B. Nicolaum in utero matris sanctificasti, qui nos ejus interventu de tot periculis liberasti, concede piæ petitioni, comple in bonum desiderium nostrum, quatenus illum mereamur corporaliter habere præsentem, quem ubique miramur miraculis non absentem. Alme Pater Nicolae tuorum precibus annue famulorum, dignare propriam tibi semper dedicatam visitare; sancte Pater Venetia filia tua te invitat, te videre desiderat, tibi locum ubi te recipiat, præparavit, & ut ibi deceat te tantum præconem habitare meliorabit. Scimus quidem nos indignos, ut te lascivis oculis videamus, & ut ossa sancta tua pollutis manibus teneamus; fides, non meritū obtinebit, quod Dei gratia adimplebit.

Oratione completa, cum armis murum civitati circumquaque muniunt, alii cum ferramentis, alii cum instrumentis ad fodiendum ibi remanentes sese præparaverunt. Quatuor ecclesiæ custodes de clericis, aliisque fugientibus, retinuerunt, quos prius blanditiis, & promissis alliciunt, consolatione liniunt, potentes, & divites eos fore promittunt, si locum ostenderint, ubi jaceat, quem requirunt. Illi vero dissimulantes, vel antiquitate forsitan ignorantes rem, arcam in capite fractam merco adherentem illis ostenderunt. Hæc est, inquiunt, arca, unde Borenses partem reliquiarum abstulerunt, partemque reliquerunt. Si vultis illas tollite, nosque dimissos facite. En quibus illi, hactenus vobiscum verbis mollibus, & blandimentis usi sumus, sed nisi dixeritis, quod quærimus, atrocissimè verberibus, & tormentis in vos animadvertemus. Ad hæc custodes, si nos, & flammis uratis, vel capite truncatis, quam à nobis rei veritatem exculpere poteritis, quæ ab omnibus ignoratur à tempore Basilii Imp. Arcam enim unde Basilius Imp. eum abstulit, cum Constantinopolim asportare quondam voluit, videre potestis, sed ubi, vel quam reposuerit, cum ipsum transferre nequiverit, nullus indicare mortalium potest vobis. Currentes itaque monstratam à custodibus arcam fregerunt, & inquirentes intrinsecus præter aquam, & oleum nihil aliud invenerunt. Frementes igitur, & ira commoti mercum ecclesiæ perforant, pavimentum frangunt, aras diruunt, neque sacrariis, neque sacris aditis parcunt. Itaque diei præcedentis partem, totamq; ferè noctem incassum laborando consumpserant, cum quidam ex custodibus crudeli pœna, ac intolerabili tormento perterritus, ad naves ire pro Episcopo rogavit, pollicens se veritatem indicaturum, nec aliquid, quod novisset venienti celaturum. Adsunt illico juvenes parati, qui properanter Episcopo verba custodis annunciant, & laborem seriatim, quem inanum expenderant. Eadem hora Dux exercitus Joannes, & Episcopus Henricus, stipati bellatorum copiis urbem adeunt. Dux cum militibus loricatis procedebat, Episcopus cum clericis nudis pedibus incedebat. Dux suos milites ad bellandum ordinabat. Episcopus suum Clerum ad psallendum commonebat. Cumque in ecclesiam introissent, Episcopus cum lacbrymis in terram se prosternens talia proferebat, ab imo pectore suspiria trahens. Deus Pater misericordiarum, cognitor secretorum, dator bonorum, remissor peccatorum, qui me famulum tuum peccatorem, & indignum ecclesiæ sanctæ tuæ præesse voluisti, quamquam mihi scilicet indigno tuas oves ad regendum commisisti, exaudi propitius humilitatis meæ preces, & respice fidelem devotionem populi tui, Domine misericors, & miserator, & fons vitæ Deus, qui discipulis tuis promisisti quicquid petieritis in nomine meo fiet vobis, da nobis, quod in nomine tuo petimus, qui discipuli tui sumus, qui crucem tuam tollimus, qui te sequimur, ut valemus; Sancte paraclyte spiritus, qui pro nobis gemitibus postulas inenorrabiliter tuam sanctam consolationem nostris infunde mentibus, ut quod fideliter imploramus, efficaciter obtinere valeamus, Deus Pater, Deus filius, Spiritus Sanctus Deus; sicuti ego corde credo, & ore confiteor, quod hæ tres personæ, una est substantia, & unus Deus, sic concede nobis invenire quod quærimus, videre quod volumus, perficere quod optamus. Sanctissime Præsul Nicolae votis fidelium acquiesce, dignare tuam Venetiam, & Occidentem visitare, sufficiat Orienti, & Græcis, quod te Pontificem, & doctorem habuerunt, & quod te post excessum fere septingentis annis retinuerunt; gaudeat tantum Occidens, & Latini tui corporis præsentia visitari, miraculis illustrari, tuisque precibus, & meritis ad cœlestia sublevari, præstante, & cooperante sancta, & individua Trinitate, cui est honor, & gloria nunc, & semper, & ante omnia secula seculorum Amen.

Erectus autem Dei Pontifex ab oratione, custodem, qui eum accersiverat, alloquitur tali ratione; fili benedicte, cum tuam certe largitionem suscepi, quamvis infirmitate gravi detinerer, spe sublevatus, huc adveni; scio enim quod non sine causa pro me mandasti; si quid habeas veritatis mihi nunciaveris; sis securus de mercede vera cum pertuleris. Cui custos, sancte Pater, & vere Deicultor, hujus rei, quam scire desideras, Deo teste, nullum occasionis vestigium agnosco, sed pœnas imminentes evitare cupiens, ut per te liberer, pro te mandavi. Audiens hæc Episcopus in abditam Ecclesiæ partem lacbrymando secessit. Populus vero se delusum comperiens custodem pœnis afficit exquisitis: quas ille non diutius sustinere prævalens Episcopum advocavit, qui accurrens tortoribus graviter iratus, eum de manibus eorum eripuit. Tunc ille paulo post spiritu resumpto, Pontifici talia dixit: Serve Dei omnipotentis, cur me sic affligi permittis; sine causa (Deus novit) hæc tormenta patior, quod requiris, numquam scies à me, vel ab aliquo, sed invitus, & coactus tibi, quoddam jam revelabo: quod quidem græcis erit inutile, semperque lacbrymabile damnum: Veneticis vero utile, & memoriale sempiternum.

In hac arca (quam vides) duo sancti Præsules ma-

gui Nicolai prædecessores, vel in altari principali ad honorem S. Joannis Baptistæ consecrato sine dubio requiescunt. Quo audito illi de tali servitio satis studiosi arcam antiquam rumpunt, altare prosternunt. Invisari tres capsellas, & in arca duos Pontifices cum suis epitaphiis separatis in avellis cypressinis collocatos, mirisque odoramentis conditos invenerunt. Quorum alter est Theodorus, pretiosus Martyr: alter vero Nicolaus Magni Nicolai avunculus, ambo magni meritis, & ejus Ecclesiæ Metropolitani.

Mentio autem S. Theodori hoc modo recitatur in miraculis S. Nicolai. Quidam cæcus ad virum Dei venit, oleo de Theodori lampadis unxit, functoque signaculo crucis, qui cæcus venerat, videns redit. De patruo vero ipsius ita legitur ibi; Eadem die, qua Magnus puer Nicolaus natus fuit, cum balnearetur, dimidia fere hora, nullo substentante rectus in pedibus suis stetit. Christus et benedixit, & ad Deum tum lachrymis pro puero orationem fudit, de sacro fonte eum suscepit, eique nomen suum imposuit, & sacris litteris eum erudivit.

Nos tales, tamque gloriosos patronos cum debita veneratione sublevantes, & eos in ipsis arcellis Episcopus suis tum ecclesiam deferentes, coagregata multitudine cum hymnis, & laudibus Episcopus, & clerici cum tubis, & vexillis Dux, & laici ad classem suam tum tripudio remeabant, sed quidam eorum divinitus inspirati in ecclesia retardantes, & locum ubi sanctissimi Confessoris altare destruxerant, diligentius perscrutantes, inopinatam, & insuetam odoris suavitatem naribus odorantes, ibi magnam sanctitatem latitare non dubitabant. Quidam etiam qui illum locum frequentaverunt ad memoriã reduxerunt, in præcipuis solemnitatibus Archiepiscopus non ad altare S. Nicolai missam solemnem celebrabat, sed in loco plano super corpus tripodem ponebat, ibique divina misteria peragebat. Cernentes quoque imaginem S. Nicolai superius recta linea super locum esse depictam conjecturam facientes dixerunt inter se. Si locus magnum quid sanctitatis non haberet, Archiepiscopus eum in tanta veneratione non teneret. Currentes igitur post evertitum, qui ad naves cum gaudio properabant, odorem quem senserant, & quæ conjecturant, ex ordine narraverunt. Ex audita veritatis conjectura, Consilii ad ecclesiam redeunt primis successibus satis læti, de sancto lætiores efficiendi. Ascendentes autem ad locum, quẽ illi designaverant, odorem sentientes, & imaginem superius contemplantes ad invicem dixerunt, Eia boni juvenes, iterum in Christi nomine laboremus, poterit esse verum, quod isti Spiritu Sancto revelante, prophetaverint. Resumptis igitur diversi generis instrumentis opus bentum in testamentum sibi repetunt, remotaque prius congerie lapidum, & terra, quam antea laborantes huc, & illuc projecerant, ad pavimentum usque pervenerunt: quod etiam rumpentes, & violenter penetrantes, sublevatis magnæ molis lapidibus, vitream massam ad frangendam gravem, ad penetrandam difficilem invenerunt. Tunc vero juventus Venetica suas vires exercuit. Alii cuneos ferreos supponunt, alii desuper malleis percutiunt, alii laborantibus subveniunt perfatigatis, recentes laborem subeunt, alii locum mundant, alii perfractis ferramentis integra subministrant. Confracta denique laborioso studio massa vitri, post ipsam non minus laboriosam de bitumine repererunt. In qua similiter penetrando plurimum laboris, & sudoris exhauserunt. Illa quoque diminuta, & de loco deperdita, tertia restabat massa fortior duabus ad solvendum, quæque cupro mausoleo cum bitumine glomerata ossa sanctissima glutinabat; illi ergo in opere proposito persistentes, evidentibus signis non fraudari jam sperantes, cuprum mausoleum simul cum bitumine confringentes, summoque desiderio ad pretiosam gemmam Pontificum, quam expectabant, penetrarunt, ubi tandem thesaurus multiplici labore reserratus apparuit. Odor inde tantæ suavitatis exivit, quod dubitari non potuit affuisse ibi cum divinis odoribus collegium Angelorum. Tunc accedens venerabilis Episcopus cum summa devotione perfusus ora lachrymis, & pictus, sanctissima membra collegit, & in suam capsam episcopalem collecta reverenter accepit. Mirabile dictu, mirabilisque Deus in sanctis suis, palma, quam de Hierosolymis vir Deo plenus asportaverat, in sepulchro subter, & circa eum virides ramos pullularat: unum collegerunt multi, & in testimonium veritatis ad propria portaverunt, in sepulchro autem illo Græcis litteris scriptus erat: Hic requiescit magnus Episcopus Nicolaus, terra, marique miraculis gloriosus. Sed si quis forte scire voluerit, qua ratione sanctus Nicolaus ita fortiter sigillatus, & absconsus erat, quę sequitur causa fuit.

In gestis Græcorum legitur, & in ejus miraculis apud eos reperitur, quod Basilius Constantinopolitanus Imperator ad imperii arcem eum portare voluerit, & quod eum in manticis membratim collocaverit: sed cum ad januas ecclesiæ pervenisset, eumque nullis precibus nullisque votis ulterius afferre potuisset, iratus nimium dixisse talia, & implevisse fertur. Nicolae quando quidem civitas gloriosa, & imperialis habere te non poterit, ergo te ita collocabo, & abscondam, quod nullus alius te inveniet, nec habebit. Benedictus Deus, & benedictum nomen majestatis ejus, qui talia fieri noluit in occulto, sed coram omni fere gentium natione sanctum suum mirificavit, & sub testimonio plurimorum amicorum, & inimicorum vota fidelium suorum adimplevit; ibi namque præsentes aderant, Græci, Ungari, Theutonici, Daci, Anglici, Gallici, Italici, Barenses, & Pisani. O felicem populum, qui tam pretiosum thesaurum meruit invenire. O Beatum Pontificem, qui tale onus meruit sustinere. O vere beata, bisque beata Venetia, quæ fulges geminis hodie subnixa columnis; habes utiq; Leonem, qui te victoriosam facit in prælio; habes naucleRum, qui non timet tempestatem in pelago. Leonem ingenioso furto de Alexandria rapuisti, naucleRum de Græcia manifestis viribus abstulisti. In altero ergo furtum, & in altero rapinam criminaliter commisisti. Absit, quia non causa violandi locum, nec causa malignitatis, sed devotionis, & pietatis studio hæc egisti.

Collectis ergo sanctis reliquiis, collectisque frustis bituminis adhærentibus ipsis, properanter ad littora convolarunt, qui statim ad naves suas pervenerunt, Pisanos obsides, quos in Rhodo, alii dimissis, retinuerant, pro charitate S. Nicolai misericordiam implorantes, absolutos dimiserunt, eisque navim, victumque, arma, chartamque securitatis tribuerunt. Quantum vero habuerunt gaudium, quantasque Deo laudes, & gratias retulerunt, quot lachrymas compunctionis emiserunt, digne describere non valemus. Audiens itaque civitatis Archiepiscopus, quod factum fuerat, gravi tristitia vulneratus cum omni clero suo, & populo de supradicto castro ubi habitabat, illis jam abeuntibus, in civitatem descendit. Ubi vero ecclesiam ingressus, quam nollet, veritatem comperit, canos, barbamque suam prolixam divellens cum lachrymis, & singultu talia proferebat: Sanctissime pater Nicolae cur propriam tuam derelinquis? Cur oves desolatas tuas, te pastore deseris? Cur ab istis violenter te portare permittis, aut tuam certe virtutem solitam amisisti, aut Veneticos fideliores aliis tibi cognovisti. O crudeles Venetici, quare nobis hoc fecistis? quare locum istum destruxistis, altarin confregistis, ecclesiæ patronos, & patrocinia collegistis? quamvis Turci civitatem istam destruxerunt, magnam spem salutis adhuc nobis dimiserunt: sed vos qui Christiani estis, nos & totam Græciam mortificastis. Dumque lachrymabiliter sic conqueritur, & illis absentibus, hæc improperando loquitur, prænimio dolore, & tristitia confectus ad naves ire non potuit, sed ducem illius civitatis, ac canonicos rogando misericorditer illuc misit, quatenus Dei honore, & sancti imperii honore, aut tres simul aut unum de tribus sibi redderent. Quod si utrum facere vellent sanctuarium saltim, quod de altari populi detulerant, non negarent: quia criminosum, & abominabile multum esset, si locus tantæ authoritatis, & antiquitatis

fine patrocinio aliquo remaneeent. Audita legatione, Venetici unam capsellam, quam invenerant in altari eis tantùmodo reddiderunt, & misericordia commoti centum aureos Byzantios pro restauratione loci addiderunt: quam illi mœrendo suscipientes, & pro nihilo ad ea, quæ perdiderant, computantes ad ecclesiam redierunt in tristitia remanentes: populi vero fluitimi, fama volante, commoti concurrebant ad eum videndum, & salutandum, quasi filii patrem in longinquam regionem abiturum, qui cum eum videee non potuerunt, navi ubi positus erat inclinantes tristitia consumpti, oculisque fletu turbatis ad sua loca remearunt.

At Venetici, quo Græci tristabantur, magis læti honore condigno pro tempore, & loco sanctos Præsules tractaverunt: alii pallia, alii byzantios, vel denarios offerentes, unusquisque pro desideeio, vel posse suo. In triremi quoque simul positis habitaculum de novis assibus construxerunt in modum ecclesiolę, illudque cortinis interius, & palliis honorifice paraverunt, ubi numquam olei lumen, & ceeei deerant, ubi Pontifex die, noctuque præsens aderat, ubi clericorum cœtus assidue, aut vigilias cantabat, aut lytanias, aut aliquid divinum psallebat. Illi vero qui de ossibus S. Nicolai, de pulvere pro devotione, vel ecclesiarum suarum veneratione, aliquid à toto diviserant, vel infirmitate varia vexati, vel duris verberibus cæsi, vel in nocte verberibus, dico, terroribus agitati, Pontifici, quæ passi fuerant, indicantes, suaque peccata confitentes, velut innuitur ad integrum omnia satisfaciendo retuleeunt. Quibus itaque pactis legatos inde cum litteris remiserunt Venetiam indicantes de singulis seriatim, quæ & qualia peeegerant. Constitutis igitur omnibus, & ordinatis quæ ad præsens negotium opus erant completoque pro desiderio, quod volebant, à littoee funibus solutis, anchorisque gravibue de peofundo sublevatis cum magna alacritate via Dei arripitue, expansisque carbasis præter cœlum, & vela nihil aliud videbatur. Erant enim fere naves ducentæ, omnes victu, armis, & hominibus bellicosis oneratæ. Nunc vero de classibus aliquantulum sileamus, eamque Deo regendam committamus, atque Venetiam cum legatis consolandam narrationis passim redeamus. Illi itaque cum Venetiam & cum scriptis, & signis veritatem ostendissent, repente tota civitas Rivalti ingenti gaudio sublevata palatium requirit, ibique litteris per propinquos, & amicos per signa receptis jam nullius dubietatis scrupulus, jam nullius tristitię nodus in eorū cordibus remansit. Totum enim illius anni fere transierat spatium, quo de ipsis, id quod erat certum non audierant, sed pro vero fictaque fama personuerat satis. Ubi vero rei veritas manifeste claruit, qualem scilicet quantamque misericordiam, & de sanctis, & de Pisanis Deus omnipotens suis fidelibus contulerit, o quantum pro amicorum salute gaudebant, quantoque tripudio pro inventione sanctorum exultabant. Adfuerant clerici statim, & monachi in omnibus devotiores, in eleemosynis laici largiores: fit rumor in populo; diversi diversa conjiciunt. Alii enim dicebant, quia juxta s. Marcum s. Nicolaus locabitur: alii non, sed in campo ipsius ecclesia sibi construetur, tertia pars neutrum hoc laudat, sed in casa majori melius esse confirmat, ut sicut Dux ad S. Marcum, ita Patriarcha sedeat ad S. Nicolaum; item omnes suam sententiam mutant. Nihil horum, inquiunt, forsan quod speramus erit; sed Episcopus, qui cum eo est, ad eum habendum laborabit, eumque in suo Episcopatu collocabit. Ita mentes hominum varie sentiebant, sed Deus, qui in cunabulis eum mirificavit, sive humano arbitrio, ad dissidionem sedandam, & ubi eum collocari vellet, indubitanter providit.

Erat eo tempore Vitalis Abbas S. Nicolai de Littoee vir simplex, & castus, & à seculi vanitate penitus alienus, qui cum audisset S. Nicolaum dominum suum ab incolis suis inventum fuisse, quod in vita sua compleri semper exoptabat, & divina pietate complendum expectabat. O quam studiosus fuit ad eum acquirendum, Ducem, qui satis amicus erat monasterio, & Principes requireudo, suggerendo, cohortando; asserebat etiam ipse, totaque monasterii congregatio, quod nisi exercitus cum rediret, eum ibi collocarent, assumpto loci thesauro, simulque familia tota dominum suum sequeretur, quocumque eum deferrent. Sed ubi auxilio, & consilio Ducis, aliorumque bonorum illi loco devotorum certificati fuerunt navium velocissimam, & armatam cum nuntiis, & exercitui obviam legaverunt ad Ducem stoli, & Episcopum, aliosque discretiores de servitio liberali conveniendos. Qui cum Sclavoniam attigissent, timore hostium, & periculo hyemali ab itinere demorati in Jaderam, monacho, qui cum ipsa navi ex parte Abbatis iverat classis eventum expectante; cæteri, in dubio re pendente, Venetiam remearunt. De his igitur, quæ Venetiæ fiebant ad præsens, satis dictum putamus; nunc in pelago classe cum dimissa stilo navigantes Hierosolymam adeamus.

Euntes nautæ felici Nicolao securi navigantes Cyprum insulam attingentes, comitique S. Egidii Raymundo eedeunti de Hierosolymis, euntique Constantinopolim obviantes, interrogatis de more successibus, & recitatis, utrimque cum osculo pacis divisi, cœptum iter tenuerunt utrique.

Cumque navium multitudo Terræ promissionis accessisset, & Joppen urbem antiquam & desertam advenisset, regem sanctę civitatis Godefridum, & Patriarcham cum toto exercitu suo, pecunia quidem tenui, & nummo satis parvo obviam habuerunt. Qui hilariter eos suscipientes, ac singulorum indigentiam, unde, & Hierosolymis indicantes terram, & civitatem se velle deserere profitebantur, nisi consilio Veneticorum, & auxilio sublevarentur. Ubi vero Venetici pro consilio, & auxilio Christianorum ad honorem Dei se venisse dixerunt, eisque victum, potumque, quibus plurimum indigebant, partim dono, partim pretio copiosè ministraverunt, Francigenæ se facturos omnia pro eorum arbitrio, promiserunt. Constitutum est igitur inter eos fœdus in reditu jure jurando confirmandum, & privilegio firmitatis sanciendum, quod Venetici cum eis à festivitate Joannis Baptistæ, usque assumptionem B. Marię ratione sequenti debeant in Dei servitio laboeare. Quotquot enim, vel juxta mare, vel infra in terram Francigenæ ceperant, vel capturi erant civitates in singulis ecclesias singulas cum plateis convenientibus ad forum Veneticis concesserunt, eisque libertatem, & immunitatem ab omnibus, quæ mercatorum usus principibus teeræ eeddere solet in perpetuum laudaverunt. Earum vero civitatum, quas simul caperent prædarię inter se divideretur, quatenus Venetici tertiam, & Francigenæ duas paetes haberent, eo quod pecuniosi non erant, & plus, & diutius in Dei servitio desudaverant. Tripolim autem tota præda quidem civitatis per medium inter se si caperetur divisa, sine ullo debito, & servitio S. Marcus possideree, nisi tantummodo singulis annis pro recognitionis memoria, sanctique loci reverentia Hierosolymam aliquid honestatis insigne transmitterent: & si fortè Veneticorum navis periclitetur, ubi Gallorum aliquis dominatur, nullus ei quicquam auferat, nec alicui aliquid naucleriis, nisi suis adiutoeibus pro mercede laboris atteibuat.

Quibus ita collaudatis Dux stoli, & Episcopus simul cum exercitus medietate Hierosolymam petierunt: alii vero ad classim custodiendam, & corpora SS. in portu Joppen illis redeuntibus, ituri eemanserunt, qui in die Nativitatis B. Joannis Baptistę circa sextam nudis pedibus, & jejuni cum summa reverentia ingressi sanctam urbem, atq; à clero, & populo communiter honestatis, pariter & humanitatis obsequio sunt recepti. Sequenti vero sole Henricus venerabilis Episcopus à Rege S. civitatis, & Patriarcha rogatus humiliter, & invitatus in ecclesia S. Sepulchri missarum solemnia cum lacbrymosa compunctione celebravit: ubi post evangelicam lectionem ad innumerabiles populos conversus ore sacro talem edidit collocutionem.

Hodie dilectissimi fratres, & filii charissimi completum est in nobis peccatoribus, quod Spiritus S. longe ante per os David Regis, & prophetæ, & de nobis, &

de aliis fidelibus futurum esse prædixit. Hodie vero introivimus in tabernaculum sanctum Domini: hodie adoravimus in loco, ubi steterunt pedes D. N. Jesu Christi, hodie in sancta civitate sumus, quæ toties à prophetis est annuntiata, in scripturis recitata, lege prius illustrata, Christi sanguine consecrata. O quale gaudium est hodie fratres de nostra vera confessione, mentisq; compunctione cœlestium agminibus Angelorum. O qualis inde mœror, & confusio est hodie principibus tenebrarum. Sed quid prodest in terrenam Hierusalem, & in templum Domini manufactum introisse, si fortè contingat à consortio Hierusalem cœlestis, & à templi non manufacti unitate nos deesse? Elaboremus igitur in bonis operibus cum Dei auxilio, vigilemus, ne tantum laborem, & dispendium, redeuntes ad vomitum, amittamus: cœlestis namque Paterfamilias denarium diurnum, quem Francigenis prius laborantibus dedit, nobis modo venientibus non negabit: neque minus sunt victoriosi, qui virilit er in extremo pugnant agmine, quam qui prima feriunt in acie. Nihil enim profuit, immo multum obfuit, si locus iste sanctus ab inimicis Dei liberatus, iterum ab eisdem occupetur. Quia non jam amplius eum retinere nitentur: sed omnino destruere, si semel invaserint, & annichilare minantur. Quapropter sicut Christi milites, & athletæ fortes, ac recentes existimini, quatenus fratribus nostris longo labore militiæ fatigatis, & assiduitate bellorum attenuatis succurrendo, beatorum ascribi numero Machabæorum mereamini; pro certo filii mei carissimi sciatis, & sine dubio credatis, quia totam hodie Venetiam præ oculis habeo, omniumque mentionem in præsenti sacrificio, & in aliis orationibus meis facio. Cunctis etiam classem nostram custodientibus, vel Venetiam habitantibus, eamdemque, quam nobis præsentibus absolutionem, nostræq; peregrinationis, laboris, orationis, omniumq; bonorum operum nostrorum participationem concedo. Plura dicere vobis ad præsens, & viæ labor imminens, & dies æstus fervens nos prohibet, sed viri sapientes, & discreti paucis plurima colligere possunt, nec indigent multis verbis, qui Deum timent, & in veritate diligunt. Ipse vero, cujus morte redempti estis, cujus signum Crucis portatis, cujus sepulchrum gloriosum requiritis, Beatæ Mariæ suæ Genitricis meritis, & precibus, aliorumq; Sanctorum omnium, de præteritis peccatis det vobis remissionem, & indulgentiam, de præsentibus absolutionem, & veniam: de futuris gratiæ suæ custodiam, qui cum Deo Patre, & S. S. Paraclito vivit, & regnat & nunc, & ante omnia secula seculorum. Amen.

Cumque Dei Sacerdos pabulo divini verbi suas oves, & Eucharistia nostræ salutis refecisset, omnia loca sancta, quæ peregrini quærere solent, & debent, & intra civitatem, & extra cum summa devotione, ac lachrymabili compunctione visitaverunt, eaque largis muneribus, & honestis donaverunt: unde laudabat eos Gallorum Clerus in Ecclesiarum beneficiis esse largos, religione conspicuos. Milites vero de cultu vestium, & probitate armorum, eos super omnes alios extollebant. Peracta satis, siquidem dignè, satisque religiosè peregrinatione Dominica, Rege Godefrido Hierosolymis jam infirmante, ad portum cum Patriarcha redierunt, socii vero qui remanserant, ad adorandum Hierosolymam ascenderunt. Qui sanctis locis similiter peragratis, aliis operibus pietatis adimpletis cum gaudio spirituali ad suos Principes remearunt. Cumque Joppen, & Venetici similiter, & Francigenæ convenissent, pactumq; supradictum, & sacramento, & privilegio utrimque confirmaverunt. Qui similiter associati, ac fraterna charitate unanimiter convenit se ituros Accaron collaudaverunt obsidendam: Francigenæ vero, quia plures eorum pedites erant, & Venetici eorum naves velocius ire poterant trium dierum itinere per terras Veneticos processerunt. In quo spatio Veneticis iter suum preparantibus nuntiatum est, Godofridum Regem eassiferum militem, & egregium morti debitum persolvisse: unde nimium tristes effecti, & quidnam actum esset dubietate suspensi, cum tribus navibus viros discretos Patriarchæ, & Tancredo militiæ Principi legaverunt, qui quod contigerat eis, nuntiarentur; & de singulis, quicquid agere vellent, certitudinem reportarent. Quo nuntio tam lachrymabili, tamq; damnoso Francigenis tristibus, atque turbatis inter ceteros Tancredus consilio providus, belloque strenuus talia Veneticis respondisse fertur. De damno siquidem talis personæ tam sapientis, tam metuendæ humanum est ut condoleamus: sed pro morte unius hominis ignaviæ ascribetur, si a proposito nostro desistamus. Consilium est etiam utile nobis ad præsens civitatem Accaron declinare, & Cayphamtotius paganismi caput, & superbiam obsidere. Quo circa non præcepto terreni Domini, nec timore, sed desiderio cœlestis regni, & amore militamus Regi seculorum immortali, libentius, & securius, quam terreno Principi serviretur, & salutaris militiæ laborem studiosius, atque devotius impleamus.

His auditis legati citissimè redierunt, atq; suos sintim sequi Francigenas monuerunt. Qui subito navigantes, Gallorum exercitum super Caypham in montanis residentem eminus aspexerunt. Erat enim ista civitas in plano loco satis ad radicem montis Carmeli super mare constituta, quæ usum Dei plus impediebat, & Accaron ita vicina erat, quod inde manifesto visu comprehendi poterat; & quia tota fiducia, totaque Paganismi superbia partim pro loco, & inexpugnabili munitione, partimque pro civium inexpugnabili munitione ex illa civitate pendebat.

Fit consultum inter eos istam ante alias expugnare, qua superata, cæteros terrore concussos facilius subjugarent. Accedentes igitur alii per terram, atq; alii per aquam ad urbem Caypham, nunquam antea superatam, eam prius more hostium obsederunt. Dictus statim Pontifex sæpe præfatus, quia cuncta secundum discretionem, & authoritatem agere voluit, communi suorum decreto superbis civibus mandavit, ut fidem, & baptismum Christi susciperent, sicque suas facultates, & omnia Christiana facultate possiderent: nulli Christicolarum Principi servitium aliquod exhiberent, nisi precnium, quam paganis Principibus exolvebant annis singulis expugnatoribus Christianis adimpletum: vel si fidem Christi suscipere nollent, civitatem tamen eis redderent, & amissis facultatibus suis in lege sua viventes, aut Christianis servirent aut licitum esset eis discedere, quoquo vellent. Illi vero duritia cordis excæcati, spiritu elationis inflati, suis viribus, & munitionibus confisi, fallaciis assueti inducias tantæ rei subdolè postulabant, & interim defensionis, & munitionis instrumenta præparabant. Videntes autem Christi milites inducias postulando, ab hostibus se se deludi, moras belli diutius non ferunt, jamq; rem definire virtute, quam placito magis volunt.

Bellum igitur incipientes Venetici perfidorum civium aliquos interfecerunt, eorumq; naves plurimas combusserunt. At pagani quadam nocte se vindicantes unam navim Veneticis inter alias uncis ferreis extraxerunt, quã cum quatuordecim hominibus, aliis liberatis submerserunt. Nunc vero quia longum est de singulis rebus gestis per ordinem enarrare, & quia nobis propositum est corpora SS. Venetiam asportare Christi præconia prædicantes, & diaboli superbiam conculcantes, sic multiloquium excludamus, ut cœptum breviter expleamus. Milites ergo Christi victoriæ cupidi cum omni genere instrumentorum de navibus constructorum diabolicam urbem viriliter expugnabant. Hostes vero Dei pro salute ferro, flamma, saxis se se fortiter defendebant; nomenque Christiano die, noctuq; clamosis vocibus violabant; Crucifixus vester, inquientes, in quem creditis, nunquam urbem istam est ingressus, nec ipsius disciplina, sed vos tam virtute capietis stultissimi homines, & ignavi, quam Soldanus Præses, vel admiratus Babiloniæ cum innumerabili multotiens manu obsidentem nunquam vincere potuit: vos numero pauci, & à nostræ legis ritibus alieni, aliquando eam vinceetis? vos nec vestri, nec etiam nostræ suæ lege potuit unquam subjugare.

Nos utque Deum quem alii colunt colimus, nec terreno Principi obedimus, neque legem nostram voluntariam observamus. Hæc, & alia cives perditissimi

jacti-

jactitantes denudatis ensibus de turribus christicolis minabantur, quod si modo vana præsumptione cessarent, præsentes gladii suis cervicibus imminerent. Ad hæc incantationes plurimas, & maleficia pertractabant, & à suis dæmonibus, & incertis oracula postulabant. Sed Deus superbiæ conculcator, & humilium consolator suorum fidelium humilitatem cælo tenus exaltavit, & adversariorum contumaciam humo tenus inclinavit. De navibus ergo Veneticorum castro, cunctis turribus civitatis illius eminentiore constructo, Cruciferi urbem acrius impetebant, nec inimici Cruci obstinatis animis se se minus acriter defendebant. Videntes itaque fortes agonistæ suos hostes diutium gloriari, & urbis expugnationem per mensem ferè continuum perlongari, & major insit audacia Veneticis cum Francigenis, fide, ac sacramentis sibi colligatis castrum ligneum ascenderant, & per hostes nequissimos etiam ferro pandentes unam turrim civitatis intraverunt, quod cernentes alii, qui turres cæteras observabant, de vita desperantes Episcopo sępe pręnominato de suis majoribus, ac sapientioribus unam citissimę transmiserunt, eisque se ipsos tradendos ubi crucem poneret, permiserunt. At Pontifex satis ingeniosus de talibus eorum fraudes intelligens ad inferiorem partē civitatis cum cruce declinavit, camq; gentibus ostendendam legati manibus commendavit. Pagani autem cruce conspecta turres deserunt ad Episcopum confugientes constanter: Christiani vero a tergo instantes ense feriunt, nec ulli penitus ætati, nec sexui parcunt. Ubi tandem Christi virtute, & ingenio virorum superata civitas antedicta Christianis patuit in omnibus viis, & plateis urbis, vel à cruore, vel à cadavere paganorum nullus pedem transferre potuit. Caypha igitur semel urbe capta, modoq; primum Christi imperio subjugata, prædaq; civitatis tota Francigenis condonata, aliquot diebus ibi peractis hominibus victis, & navibus dimissis, aliisq; sapienter ordinatis, Franciæ vale dantes, & pacis osculum imprimentes gemina palma peregrinationis, & victoria triumphantes ad propriam patiæ semper amicam remeabant.

Jam enim hyems navibus imminebat, eisq; sanctos Venetiam asportandi desiderium incumbebat: cumq. victoriosissimi milites maris locum, qui Esina vocatur, attigissent, Spiritus sancti artificio conspirati, S. Nicolaum cum sociis suis, quos portabant, in monasterio de littore Rivalti ejus nomini consecrato se posituros, & ad permanendam ibi collocaturos super sanctum Evangelium unanimiter omnes, & uno ore juraverant. Deinde vero prosperè navigantes cursu citissimo, & secundo, in ipsius die festivitatis miraculosi Pręsulis, quem gestabant, ipso gubernante, portum Rivalti circa horam diei primam feliciter intraverunt. Visa eminus cornuta classe Venetiæ clerus, & populus de suorum reditu, & SS. adventu exultantes, & læti, sonantibus ubique pro gaudio campanis, comitante Duce cum Patriarcha, nec non simul coepiscopi suis triumphatoribus eorum votum adhuc ignorantes obviam processerunt. Ubi vero Dux Vitalis Michael, eorum votum, & jusjurandum agnovit, nequaquam quod fecerant sibi displicuit, sed laudavit pariter, & modis omnibus confirmavit. Videns autem Abbas monasterii, totaq; congregatio suum desiderium appropinquans præ nimia pietate lachrymantes, crucibus, & vexillis cum testibus, & thuribulis obviam exeuntes solemniter adornati dominum suum honorificè receperunt. Assumptis igitur de navi tribus arcellis Dux, & Episcopus Castellanus cum coepiscopis sanctos Præsules in monasterium, sicut juratum erat cum hymnis, & laudibus portaverunt, eosque super altare ipsius sanctissimi Confessoris devotis mentibus obtulerunt. Tunc Dei Pontifex palmam peregrinationis manu gestans ecclesiam, quia parva erat, egressus totius rei gestæ seriem, tam Veneticis, quam aliis, multis qui convenerant, cum aliis salutaribus monitis satis breviter, & luculenter enarravit. Tanta tum propter festum, tum propter classis, & SS. adventum multitudo convenerat, quod vix aqua naves, vix terra spatium capiebant.

Solemnitate celebrata, ac multitudine attenuata, minores arcellæ, in quibus venerant, intra maiores reponuntur, & ut ab omnibus SS. reliquiæ videantur, sic ad planum in medio choro collocantur: Ibi itaque Sanctis requiescentibus ad resurrectionem usque Dominicam per ordinem constitutum, tota Venetia quotidie vigilias celebrat, clerici cunctis rebus ecclesiasticis suffulti, juvenes vexillis, tubis, armisq; navibus muniti, senes cum pueris, matronæ cum puellis luminaribus accensis, & odoriferis incensis in servicio Dei, SS. Præsulum devotissimè pernoctabant. Sancti vero sine numero miracula faciebant, dæmones scilicet effugabant, cæcos illuminabant, surdis auditum, claudis gressum, mutis locutionem, paralyticis membrorum connexionem, febricitantibus refrigerationem, variisque languoribus sanitatem restituere, medicando cælitus non cessabant.

Interea quia adhuc plurimi ab aliorum confirmatione, & etiam sapientes de tanto thesauro, vel vim, vel fraudem, vel rumorem fieri dubitabant: ut omnis occasio excluderetur, & omnis invidentia obstrueretur, fortissima turris, ac munitissima construitur, in quam Sancti honorificè transferuntur, dum eis, & ecclesia maior, & munitio præparetur, ubi monachorum vigiliæ, & armatorum excubiæ non deerant, ubi Sancti spiritualiter morbosis, ac corporaliter medicando præsentes aderant, horam autem Sanctorum Pontificum gloriosa inventio 3. Kal. Junii: victoriosissima vero translatio de Smyrna in Venetiam 8. Idus Decembris ipso videlicet die natalitio S. Confessoris Nicolai celebratur. Regnante D. N. Iesu Christo cui est honor, gloria, potestas, & imperium cum Deo Patre, & sancto Spiritu nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hodierna die dilectissimi fratres lætemur, & exultemus non tantum lætitia temporali, quantum gaudio spirituali, quia hodie sanctissimus Dei Confessor Nicolaus de terris sublimatus est ad cælos, de consortio hominum exemptus. Angelorum collegio est admissus, de mœrore in gaudium, de labore in requiem, de hujus mundi tenebris in lucem, de nocte in diem, de morte in vitam, felici commercio transmutatus. Gaudeamus, inquā, & iterum dico gaudeamus, quia hodie in cælo B. Nicolaus specialiter inter choros SS. est collocatus: hodie Spiritibus sanctis, & Angelis est coniunctus: hodie Dei misericordia concedente Venetię corporaliter est collocatus: hodie corpore Venetiam est ingressus. Celebremus igitur devotis mentibus ipsius solemnitatem geminatam, de transitu scilicet cum omnibus Græcis, & Latinis communes facientes, & de corporis adventu misericordiam propriam recolentes, geminatam celebrare solemnitatem, an multiplicatam debemus? Sed ut rationabiliter, & venerabilius faciamus, & geminatam, & multiplicatam celebremus: geminatam, ut diximus, pro mirifico Nicolao, multiplicatam iterum pro altero Nicolao Confessore magno, similiter & ejus avunculo, & pro Martyre Theodoro: tum præsertim ita familiari societate sint coniuncti, quod ejusdem civitatis Archiepiscopi fuerunt, simul etiam inventi in una nave venerunt simul: hodie Venetiam intraverunt, unam communem mansionem habere voluerunt. Et idcirco non debent esse divisi à solemnitate, cum in his omnibus separati non fuerint à societate, nec debent à laudibus tantæ solemnitatis excludi, quos eadē dignitas, eadē sanctitas, & tam familiaris societas, & etiā propinquitas generis connivit: & quorum venerabilis inventio, gloriosa translatio, occidentalis peregrinatio, vel visitatio, corporalis collocatio simul extat, eorumq; laudes, & præconia pura devotio non disjungat. In hac ergo celebritate veneranda referamus laudes, quas valemus, effundamus preces cum lachrymis, & dicamus.

Sanctissimi Confessores Dei Nicolae nepos pariter, & avuncule, & tu quoq; Theodore Martyr Domini pretiose, præsentem catervam ad vestrum hodie honorem congregatam ab omnibus adversis protegite, vestrisque precibus, intercessionibus, & meritis ab infernalibus pœnis liberate: gubernate ecclesiam, defendite propriam, sanctificate Pastores, Episcopos, &

Abbates, justificate Duces, & judices, orate pro divitibus, subvenite pauperibus, dirigite clerum, conservate populum: & me quoque peccatorem, & indignum, qui vestras laudes cecistare præsumo ab immunditiis peccatorum emundate, ut Dei laus, & vestra in ore meo fiat speciosa, & mea vox à fenctu boni operis, & æternæ remunerationis non remaneat otiosa. Gloria tibi Deus cen æterne, dator, & conservator bonorum, qui non nostris meritis, nec nostra probitate, sed tua misericordia, tuaq; gratuitate, bonitate, qui tantos, ac tales patronos, & Pontifices, nos indignos famulos tuos, & patriam istam dignatus es visitare: quidnam dignum egimus, vel agere valeamus: quo tantum beneficium, vel tantum sanctuarium habere mereamur? Sed Dei pietas sine humano consilio sua providentia, quod voluit fecit, qui non indiget servo, sed servus indiget eo: talibus ergo, tantisq; beneficiis à Deo collatis Venetia ditata gratis, & visitata non in se ipsa, sed in domino glorietur, nec extollatur divino munere, sed potius humilietur. Rependat Deo grates, & gratiarum actiones, qui eam incomparabili thesauro ditavit, cum ei Græcorum patronum, & Latinorum Evangelistam donavit. O felix Venetia, & ò beata Venetia, quæ beatum Marcum Evangelistam utpote Leonem in bellis habes defensorem, & Nicolaum Patronum Græcorum in navibus gubernatorem. In bello fortem Leonem habes signiferum, in tempestate maris Græcum sapientem Nauclerum. Cum tali Leone metuendos hostium cuneos invadis, cum tali Nauclero secura per undas pelagi vadis; est quidem magnum quid utilitatis in exterioribus, quod de his patronis provenire dicimus, sed majus bonum animabus profuturum inde procedere credimus: sicut enim S. Marcus suum populum in prælio temporali juvat, ita sibi devotos in certamine spirituali juvat, contra vitia sustentat; & sicut S. Nicolaus regit naves per undas tempestatis, sic gubernat hominum mentes per fluctus pravæ suggestionis; rogamus ergo vos gloriosi sanctissimi Venetiæ protectores Evangelista Marce, & Confessor Nicolae, & vos quoque sanctissimi Pontifices Martyr Theodore, & alter Confessor Nicolae, quatenus divina gratia precedente, nostroque suffragio subsequente, qui festa vestra temporalia veneramus, festis Angelorum vobiscum interesse mereamur. Hactenus Historia.

Interea mirabilia, quæ, dum sacra Episcoporum corpora deferrentur, in mari intercesserunt, tum deinde postquam in Littorensi ecclesia recondita fuerunt, ac deinceps in eodem codice multa & præclara recensentur, quæ brevitatis causa omittimus, cum ea etiam breviter Ulmus delibaverit, aliique scriptores enarraverint, à quibus si velit, hauriet quisque curiosus. In eadem ecclesia duo extant marmorei lapides, quibus posteri edocentur, intra sepulchrum ibidem Magni Nicolai ossa servari. Anno enim 1282. reserato sanctorum tumulo expositisque, ac statim reconditis sacris reliquiis, hæc iis temporibus verba, quæ adhuc extant expressa fuere.

Anno Domini MCCLXXXII. mensis Madii die vi. In tempore D. Joannis Dandulo Ducis, & Dom. Bartholomæi Quirini Episcopi, & D. Petri Abbatis fuerunt inquisita, & inventa corpora sanctorum Nicolai Magni Confessoris, & Nicolai Avunculi ejus, & Theodori Martyris inter duo altaria. Scilicet corpus s. Nicolai Magni in media, & ad pedes ejus s. Nicolai Avunculi, & ad caput ejus s. Theodori Martyris, & in MCC. LXXXVIII mensis Madii viiii. in tempore ejusdem D Joannis Dandulo, & ejusdem D Bartholomæi Quirini Episcopi, & D. Francisci Abbatis ejusdem loci prædicta corpora fuerunt in eodem loco devotissime collocata.

Anno deinceps 1343. sacrum eundem Episcopum, urbem Venetam ab imminenti eluvione una cum S. Marco Evangelista Patrono, ac Georgio Martyre misericorditer liberasse scribunt. Anno deinde 1347. sepulchrum idem quoque patuit. Quo tempore Andreas Dandulus Venet. Reipub. Princeps ad sacra corpora veneranda una cum quadraginta viris consiliariis, advocatoribus Marcianæ Ecclesiæ procuratoribus, ac nobilibus plurimis Littorense templum adierant. Inter hos Marcus Gradonicus adfuit, & oculatus testis hæc posteris mandavit. *Maior*, inquit, *capsella accepta fuit extra, in qua erant ossa gloriosissimi Confessoris Nicolai terra, marique miraculis gloriosi. Ossa vero Clarifici Nicolai miraculis gloriosi erant alba velut lac, sed confracta, & rupta: quæ quidem credo, & non dubito, esse sua, videlicet magni Nicolai Confessoris. Ossa vero Avunculi erant magis integra, &c.* Sane albedinem ob calcem, intra quam ad triginta supra ducentos annos templi centro Myræ abdita sunt, contraxisse credendum est. An. 1399. sepulchrum idem tertio apertum est, ut inscriptio incisa ad parietes ibidem in hunc modum perhibet.

MCCCLXXXXVIIII. Aug. XI. die Tempore D Antonii Venerio Ducis Venetiarum, Leonardi Dolphino Episcopi, Donati Contareno Abbatis, hoc sacro tumulo aperto visa sunt corpora S. Nicolai Magni, Nicolai Avunculi, & Theodori Episcopi, & Martyris: astantibus prædictis corpus Nicolai Magni in medio: in pedes ejus Nicolai Avunculi, ad ejus caput S. Theodori. Et per custodes Ducalis dominii, & monachos hujus loci, & seniores hujus littoris fuerunt supra dictæ reliquiæ custoditæ, & visitatæ pluries ab ipso Dominio, universaque plebe tam urbis Venetiarum, quam locorum circumstantium. Ubi suavis odor continuo redolebat, & in dicto millesimo die xx. Septembris dictæ sanctæ reliquiæ fuerunt in eodem loco cum vase pleno manna ibidem reperto, collocatæ ut supra.

Deinceps, ut narrat Ulmus ex Bartholomæo Vesonensi oculato teste, suavis liquor miraculo è sepulchro emanavit anno 1443. miro gentium concursu, quod per sexennium duravit. Anno postea 1449. sanctorum eorundem tumulus quarto patuit. Ita cœlestibus Præsulibus, qui ibi quiescebant, collibuit, quatenus à B. Laurentio è Justiniana familia Venetorum Episcopo gratissime viderentur. Sanitates quoque variæ tunc secutæ sunt spectante Laurentio, Fantinoque Dandulo Patavino Episcopo. Lapis tunc inscriptus repertus est, qui subtus Magni Nicolai caput supponebatur: ubi Græcis characteribus incisæ in hunc modum litteræ extabant.

Ο' ἅγιος Νικόλαος, ὁ ...
Τὰ λείψανα τὰ μυροβλύτα.

Quæ latino idiomate sic exprimuntur.

Sancti Nicolai Mansueti
Reliquiæ liquorem emanantes.

Et hæc satis de translatione reliquiarum S. Nicolai, aliorumque Sanctorum sint dicta.

Tempore quoque hujus Episcopi Ordelafus Falerius Dux Venetiarum ecclesiam S. Cypriani in littore Methamancensi in loco nominato Vinea, Ducali capellæ immediate subiectam pro monasterio condendo, Abbati S. Benedicti de Padovetulo concessit, prove ædificiis, & monachorum alimentis, bona multa, & possessiones donavit. Quod deinceps monasterium, ex maris impetu dirutum, translatum est, assentiente Duce, in insulam Murani in fundo nobilissimæ Gradonicæ familiæ, quod adhuc extat [a] sub congregatione Camaldulensium Monachorum, ubi Delphinæ familiæ spectantur sepulchra.

Cæterum Henricus actorum gloria clarus animam expiravit anno Michaelis [b] Ducis sexto, qui fuit salutis 1108. sepultusque est in sua Cathedrali. Fuere in Henrico omnes virtutes, quæ ab Episcopo optimo, & sapientissimo sperari, aut optari possent, nobilitati conjunctæ summa pietas, humanitas, patientia, modestia, ingens munificentia, & castimonia, eximiaque in omnes gratia, & benevolentia.

[a] Unitum Mensæ Patriarchali, quum ibi alit sepulti Clerici.
[b] Ordelaffi Faledri.

Quo

(*Quo anno Dominico prædefuncto successerit Henricus, incertum; ante annum quidem 1078. qua Henrici memoria habetur in Veteri Chronica Monasterii S. Salvatoris Venetiarum Ms. quam in Vaticana* Bibliotheca *consuluit noster Ughellus. Certior est annus, & dies ejus obitus: siquidem cum affirmet Dandulus* Henricum *è vivis erepeum Ordelaffi Phaledri Ducis anno sexto, qui regere cœpit an. 1102. satis constat Henrici mortem evenisse an. 1108. eamque VII. Kalend. Decembris, ut habetur en Ms. Necrologio olim S. Hilarii, tum S. Gregorii Venetiarum, nunc clar. viri Apostoli Zeni. Porrò non omittendum videtur insigne miraculum, quod præsente Henrico, totoque Clero, & populo Civitatis contigit, dum sanctissimi Evangelistæ sacrum corpus, omnium Ordinum supplicatione enoratum, sese conspiciendum præbuit. Illud ita legebatur descriptum in quadam vetustissima tabella, quæ olim servabatur in ædibus Delphinorum S. Pauli.* Hodie *nusquam apparet. Hoc exemplum desumpsimus en altero mendoso Copiali enarato in Danduli Chronico, quo utor.*

Translato igitur Beatissimi Marci gloriosissimo Corpore ab Alexandria Venetias, feliciterque deposito in basilicam ad ejus honorem constructam pulcro atiam io oculis omnium semate auro, & marmoribus pretiosissime redimitam contigit, ot post aliqua tempora, obi ejusdem pretiosissimum corpus quiesceret, oesciretur. Cumque post diligentissimam inquisitionem nemo hujus rei conscius potuerit ioveniri, toti Veo. jejunium triduaoum indictum est. Post quod io cordis cootritione sb omnibus observatum unanimiter quarta die ad dictam ejus basilicam Clerus, & populus Venet. convenerunt, in qua letaniis perfectis, processione disposita, multiplicibus suspiriis, orationibus ad Deum effusis, profluentibus lachrymis diutius Dei misericordiam implorarunt, ut eis, ubi corpus B. Marci lateret, ostendere dignaretur. Fidelis autem Deus, qui dixerat: *Pesite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis*: & item: *De omni re quacumque petieritis fiet vobis à Patre meo, prope existens omnibus invocantibus eum in veritate*, preces eorum benignus exaudivit, & locum, in quo Sanctissimum corpus latuerat, gloriosissime declaravit. Nam scissis marmoribus columnæ circum positis arcæ, qua intus claudebatur corpus, ipsa quoque decludens erupit, & io conspectu omnium per semet ipsam magnificentius exilivit. Et hora eadem hujus tanti miraculi subsequutum est aliud, quod prætermittendum nullatanus dignum foret; quanto enim Sanctorum magis illustramur miraculis, tanto plus devotio exaugetur in nobis, & auctor eorum preces devotius altissimi commendatur. Nam Evangelista B. Marco sic mirifice apparente, à multis aonulum aureum tribus capitibus sculptum scemate Clericali in manu habere. Repertus est, sicut Deo placuit, coram eo vir Nobilis eidem Evangelistæ devotus Dominicus Delfino de la Cha grande, Venetus sedula oratione detemptus inibi etiam præsentibus prælatis, Clero, Nobilibus, & multitudine populari, qui Dominicus ex magna sui devotione compulsus ipsom annulum à B. Marco requirere suppliciter, & cum lachrymis attemptaverit. B. vero Marco ei annulum non tradente, ut per suspitionem more in dilecto sibi magis devotius meritum pulolarit, & prælatis ipsis nobilibus, & aliis quampluribus ipsum aonulum miratione dignum affectantibus habere, & de manu ejus conantibus eripere, B. Evangelista intra columnam maoum cum annolo mire retraxit. Sed devotio prefati nobilis grandis, & immensa sub spei clypeo roborata, iterato ipsum aonolum ad imitandum ab eo petere devotissime non expavit, adiiciens, & imploransq. concupitur spiritualiter subsequentis effectus. Quicunque fidelis quacuoque infirmitate gravatus cum fide, & devotione à Deo postula verit liberari B. Marci auxilio mediaote, & habens super se ipsum aonnlum seu qoolibet evadat. Qua petitione finita Evangelista Beatus eidem Dominico Delfino devotissimo suo tantum donum suscipere prometeuti, annolum ipium cum immeosa devotione petitum cunctis admiraotibus manifeste tradidit, ac Dei clementiam laudes effundeotibus Evangelistæ Beato suo, qui suis sanctis reliquiis, & tanti coruscatione miraculi, suum dignatus est populum visitare. Postmodum autem quotquo: mares & semioæ ex gravissimis ægritudinibos variis, & de partu habentes super se eumdem annolum commodatum, & etiam ipsius tactu, siot mirabiliter liberati, & quamplures etiam io instanti scribere noo expedit, neque potest, cum notorium sit in civitate Venetiarum de virtute mirabili, quam Deo benigoitas meritis Evangelistæ sui jugiter ostendit in anoulo prælibato. Felix regio, quæ tantum digna fuit habere Patronum, ad cujus nutum lapides scinduntur, marmora latenti virtute franguntur, insensibilia Spiritu Sancto intriosecus operante prosiluit corpus exaoime opera viventis exercet, gestierunt. Amen.

Cæterum dum Henricus ad sacram expeditionem properaret, ne ex Pastoris absentia detrimentum aliquod pateretur sibi commissus gren, Coadjutorem impetravit Joannem Bombicium, Venetum Patritium, cui in Orientem proficiscens ovilis sui custodiam demandavit. Ejus quoque ætate anno scilicet 1105. Methamaucensis Insula vorticibus maris absorpta fuit, atque fortuito incendio Venetiarum pars magna conflagravit.)



23 VITALIS Michael, è nobilissima Michaelia familia, quæ plures, si ulla alia, Venetiarum XXI
Duces, virosque illustres abunde effudit, defuncto Henrico omnium suffragio, & Ordelaphi Falerii Ducis auctoritate, & beneficio suffectus est anno Domini 1108. Cujus assensu anno sequenti Baduarius ecclesiæ S. Leonis vicarius, Deo, & Abbati s. Mariæ de Charitate Ord. Cluniacensis, ecclesiam s. Crucis in Luprio ad cœnobium exædificandum concessit. Abbatissæ vero s. Leonis Ordinis s. Benedicti traditum est monasterium s. Servnili ab Abbate S. Hilarii, assentiente Vitale Episcopo. Eoque sedente anno 1110. è Constantinopoli asserunt, translatum fuisse Venetias corpus Prothomartyris Stephani, de quo hæc Dandulus refert. *Anno Ducis* (scilicet Ordelaphi Falerii) *VIII. corpus beatissimi Stephani Prothomartyris à Hierusalem sub Constantino Augusto Constantinopolim delatum Venetias transfertur. Quia dum elapsis octo annis Petrus Prior S. Georgii de Venetia ex jussione Tribuni Abbatis in Constantinopoli cuidam ecclesiæ ipsi subjectæ præsideret, divina revelatione scrutari cœpit, qualiter corpus in Basilica, quam sæpius visitabat, repertum posset auferre, & oratione profusa, Calogero custodienti cum timore secretum cordis aperuit; quo denique consentiente, ad altare sancti procedunt, & arcam lapideam, effusa odoris fragrantia eximia, cum labore frangunt, & capsam, in qua corpus jacebat, inveniunt, & quam absque one-*

rt auferens ad suam deportavit ecclesiam. Nec terrore Græcorum flebiliter murmurantium tautum thesaurum Venetias demandare ausus fuit tunc, sed pacificato tumultu in quadam navi multis nobilibus sociata Venetias redeunte, thesaurum oneravit; quę dum in periculo forct, & voce divinitus emissa navigantibus propalatur apud Malcum. Illi autem corpori reverentiam cum supplicationibus enhibentes, à periculo evaserunt. Dum igitur Venetias applicassent, de collocando corpore sedatis discordiis, in monasterio S. Georgii en generali collaudatione corpus devotissime collocarunt, sub cujus vocabulo innumeri cives scholam celeberrimam perfecerunt, appellatumque de cætero fuit sanctorum Georgii, & Stephani Martyrum, & pro celebriori devotione, perpetuis temporibus augenda decretum entitit, ut Dun invitatus cum insigniis ducalibus, vesperi, missæ, festivitati ejusdem debeat interesse. Et cum ibi affuerit Abbas, & monachi honorificentius realiter, & personaliter ei debeant enhibere, quæ tanto Domino, & Patrono convenire videantur, & celebratis vesperis regaliam Ducissæ mittere non omittant. Quæ omnia en miraculis demonstratis, & Grecorum codicum assertione vera esse demonstrantur. Cujus sancti veneranda translatio octavo Kalendas Junii devotissime celebratur. Hæc ille. Extat apud nos historia ejusdem translationis ex veteri codice ejusdem monasterii exscripta, tum documenta translationis ejusdem Prothomartyris de veteri in novam ecclesiam anno Domini 1581. die 15. Augusti, auctoritate Gregorii XIII. Papæ factæ, Duce Nicolao de Ponte, Venetiarum vero Patriarcha Joanne Trevisano, quæ brevitatis causa omitto. Fuerunt deinde sacra lipsana, cum aliis sanctorum reliquiis, capsulis plumbeis inclusa, & suis in altaribus venerabilites collocata anno 1593. die 6 Aprilis, ut ex alio publico instrumento patet. Ex iis omnibus veram fuisse Prothomartyris è Constantinopoli Venetias translationem Veneti affirmant, ac summa pietate sacras eauvias venerantur, & colunt. Interea anno 1112. Vitalis Michael sanctarum reliquiarum eximie cultor, anxius cœpit inquirere S. Ioannis Baptistæ Præcursoris Domini manum, aliasque cineres ex Oriente olim à Venetis advectas, repositasque in ecclesia eidem Divo sacra, inventasque honorificentius collocavit. Rem narrat Dandulus. *Vitalis (ait) Michael Castellanus Episcopus cum electis clericis reliquias Pręcursoris caute inquirere disposuit en altari dicti sancti, ne forte prolixitate temporis tantarum reliquiarum subtraheretur memoria, vel de eis entaret dubietas. Constat enim, eas à Philippo Hierosolymitano Episcopo, Athanasio Alexandrino Episcopo transmissas litteras, teste Hieronymo, ubi postea fuit mirabilis ecclesia ædificata, en qua post longa tempora à Venetis circa talia sollicitis Venetias delatæ sunt, & in ecclesia S. Hermacoræ de novo ædificata reconditæ. Clausis igitur ecclesiæ januis, secretum altaris aperiunt, vas preciosum honeste cælatum reperiunt, in quo Baptistę manus cum aliis de corpore reliquiis, & aliquibus fragmentis lapideæ arcę erant, quam in Sebaste habuerant. Unde convenientibus populis nonnulla miracula patrata sunt, postea cunctis adstantibus denuo collocatæ.* Anno 1119. qui fuit ultimus Vitalis Episcopi constructum fuit monasterium S. Mariæ de charitate à Marco Iuliano viro clarissimo, ibidemque collocati fuere Canonici Regulares sub Innocentio II. ut ex epistola illius habetur à Dandulo recitata.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Joannis Priori, & fratribus S. Mariæ in Portu salutem, & Apostolicam benedictionem. Filius noster Marcus Julianus Venetus à tempore prædecessoris nostri bonæ memoriæ Papæ Callisti, vovit ecclesiam in honorem B. Mariæ construere, & Canonicos ibi Regulares statuere, cujus videlicet magisterium est vobis concessum. Verum vos ejus tardantes votum nondum tam regere cœpistis. Ne igitur ejus evacuetur propositum, mandamus vobis, ut si commodum visum fuerit, absque dilatione prædicti loci regimen assumatis, aut ut alios ibidem possitis substituere Canonicos libere refutetis.

Datum Pisis 10. kal. Julii.

Porro antea idem Callistus Papa Marco fundatori literas direxerat, quibus devotionem, & oblationem ad novam ecclesiam construendam collaudaverat, approbaveratque in hunc tenorem.

Callistus Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Marco clerico salutem, & Apostolicam benedictionem Clarissimus, & venerabilis frater, & legatus noster P. Portuensis Episcopus missis litteris significavit nobis, te possessiones tuas per manus suas Beato Petro, ejusque Romanæ Ecclesiæ obtulisse, sub censu annuo unius Byzantii. Ubi videlicet Ecclesiam ædificare desideras, in qua sub jure, ac dominio B. Petri Regulares Canonici conversentur. Et nos ergo devotionem tuam, & desiderium approbantes, oblationem ipsam suscipimus, & pro te Omnipotenti Domino supplicamus, ut bonum, quod cœpisti opus, ad honorem suum, & salutem tuam te faciat consumare. Propterea lapidem, quem in fundamento illius ecclesiæ ponere debeas, mittimus in eo tibi nostrum consensum, & gratiam indulgentes.

Datum Aversæ 8. Kal. Augusti.

Ritum Romanorum Pontificum primi mittendi lapidis ad novas construendas ecclesias alibi legimus, cum maxime sub protectione B. Petri, & Romanæ Sedis submitterentur. Cæterum eosdem Canonicos Portuenses Ravennatæ diœcesis ipsius regimen ecclesiæ suscepisse, Canonicorumque collegium statuisse ex donatione Joannis Polani affirmat Pennottus Tripartitæ historiæ lib. 2 cap. 24. Hanc ecclesiam consecrasse Alexandrum III Papam, ac indulgentiis exornasse docet ejusdem Pontificis diploma Dat. Venetiis in Rivoalto 5. Kal. Junii, quod extat apud Sansovinum lib. 6. in urbis hujus inscriptione. Jacent in hac ecclesia Marcus Barbadicus, & Nicolaus à Ponte quondam Duces Venetiarum, & Augustinus Barbadicus Marci frater, vir clarissimus.

Vitalis Episcopus ea inde postquam Castellanam Ecclesiam plus minus rexisset annis 12. mortuus est anno sal. 1120. mense Decembris, Dominici Michaelis Venetiarum Ducis, suique consanguinei, anno tertio, sepultusque est in Cathedrali. Sedeque vacante die Veneris 14 *a* Decembris, ipsa Cathedralis Ecclesia cum adjacentibus ædificiis miserabilites, teste Dandulo, cremata est. *a* Die 16.

(„ *Vitalis Michael Henrico subrogatur circa finem „ anni 1108. Obiit anno 1120. mense Decembri, cu„ jus die Veneris XVI. non XV. (corrigendus siquidem Amanuensis error in Danduli Chronico, cum „ revera dies 16 mensis Decembris eo anno in feriam „ sextam inciderit) cum defuncto Episcopo (Henricum perperam vocat Sansovinus in Chronico) „ plurimis accensis cereis Civitas parentaret, pompę „ funebris igne Ecclesiam arripiente, Cathedralis „ ipsa, ejusque contermina ædificia omninò conflagrarunt. Eo Præsule an. 1110. sedes Cathedralis „ Methamaucensis, insula jam à maris undis deleta, Clodiam translata est; & anno 1117. S. Hermagoræ templum furente igne dissolutum, remanente in eo penitus intacta manu S. Jo. Baptistæ, „ quæ Incarnati verbi divini caput lymphis lavare „ meruit.*)

24 BONIFACIUS Faledrus, Venetus, anno XXII.
1120. die Sabbati 16 *b*. Decembris ordinatus presbyter, & die Dominico immediate sequenti Episcopus Castellanus electus asseritur à Dandulo in chron. unde nescio ubi, vel à quo hauserit Sansovinus, in sua chron. qui post Vitalem alterum ejusdem nominis, & cognominis, quem secundum Vitalem Michaelem appellat, statuit successisse primo an. 1125. Magna. & insigni in hallucinatione versatus, cum post Vitalem, Bonifacius Faledrus ipse nobili genere, sed virtute nobilior, ex Eremita Augustiniani Ordinis, compellente, & præ gaudio gestiente populo invitus presbyter, mox Epis-

b Die 17. qui an 1120. in Sabbatum

co-



copus sit ordinatus anoo 1130. ut diximus; probatisque moribus, ac summa moderatione hanc administravit Ecclesiam tredecim fere aonos; excessitque, teste Dandulo, aono III. Petri Polaui Ducis, qoi fuit salutis 1133. Neque aliud, quod repererim eo Præsule, magni momenti gestum, nisi quod anno 1125. e Chio Insula corpus S. Isidori Martyris Venetias delatum est à quodam Cerbono clerico, lo cujus honorem e regione S. Marci sacellum ædificarunt, thesaurumque sacrum collocarunt. Dandulus hæc hisce verbis recensuit; dum expeditionem Dominici Michaelis Ducis in Orieotem enarrasset. *Iude*, Inqoit, *Chium obtinuit, & eu hyeme resedit. Interea Cerbonus Clericus de Venetiis iu Chio sollicitus de corpore Isidori mirifici Martyris, qui in camino conflagrationē inter cætera tormenta passus est, procuratis sibi a quibusdam sociis compatriotis Eccles. post orationem devotissime intravit, & aperto non sine labore tumulo trium sanctorum corpora respiciunt, & quartum quasi pueri S. Hilariæ, S. Afræ, & Ris cum filio. Deinde locum attentius perscrutantes quandam rimulam inspiciune incompatabilem sentientes odoris fragantiam, & perquirentes corpus B. Isidori cum epitaphio argenteo simul cum imagine reperiunt. Cum igitur illo applicuisset, & de navi, ubi reliquiæ servabantur, sumeret, Duci super hoc querela delata est, qui majorum, & prudentum consilio, quod factum est, laudat, & decernit, quatenus Venetiis e regione templi S. Marci corpore ipsius interjacente, sancto Martyri ecclesia construatur, ibi statuit lapidem, quem acceperant locari, ut sicut eodem tempore Venetias deferunt, ita in eodem loco eis debita reverentia impendatur. Reliqua vero corpora civibus reddidere, ne abundantiori tristitia absorberentur.* Beati Martyris corpus sie Venetias delatum in ecclesia S. Marci jacuit occulte usque ad annum 1348 quo ab Andrea Dandulo Duce sacellum permagnificum eidem Martyri in nova ædificatione templi S. Marei extructum est, ibique deinde in oobili marmoreo tomulo ioclusum, ubi hæc prostat inscriptio.

Corpus Beati Isidori præsenti arcæ clauditur, Venetias delatum à Chio per D. Dominicum Michaelem iuclytum Venetiarum Ducem anno Domini MCXXV. quod occulte iu Ecclesia S. Marci permansit usque ad inceptionem ædificationis bujus capellæ, suo nomini ædificatæ, inceptæ ducante Andrea Daudulo inclyto Venetiarum Duce, & tempore nobilium virorum DD. Marci Lauredano, & Joannis Delphino Procuratorum Ecclesiæ S. Marci, & completæ ducante D. Joanne Gradonico inclyto Venetiarum Duce, & tempore nobilium virorum D.D. Marci Lauredano, Nicolai Lion, & Ioannis Delphino Procuratorum Ecclesiæ S. Marci iu MCCCLV. mense Iulii die X.

(*Boni*facius Faledrus, Presbyter ordinatus, „ die Sabbati quatuor Temporum Decembris anno „ 1220. qui fuit mensis dies 17. non 16. ut perperam „ Vghellus errorem Amanuensis Danduli secutus as„ serit, die Dominico sequenti, mensis 18. (eo enim „ anno bissextili litteræ Dominicales fuerunt CB.) in „ Episcopum Castellanum electus est. Decessit Du„ catus Petri Polani anno tertio, qui incidit in an„ num Christi 1133. quo eodem anno familia Bocca „ S. Marciliani Ecclesiam ædificavit.)*



25 JOANNES Polanus, Petri Ducis Venetiarum filius, subrogatus est Bonifacio anno 1133. XXIII
Coluit hic ex pietatis desiderio B. Danielem Molinam Ordinis Cisterciensis Abbatem, cui plora obtulit bona, & latifundia ad ædificandum monasteriom prope ecclesiam S. Danielis Prophetæ, cui postea ex S. Abbatis etiam nomine fecere cognomen. Ejus etiam auctoritate, & assensu Boofilius Michael Vicarius ecclesiæ S. Salvatoris cum suis clericis secularibus, regularem vitam amplexus sub D. Augustioi regula, quod factum approbavit Innocentius II. Pontifex. Hanc ecclesiam deinceps consecravit Alexander III. ac privilegiis aoxit. Et Ursus Baduarius in æstuariis inter Muranum, & Majurbium Xenodochium coodidit, ac dotavit in D. Jacobi Apostoli honorem, quod postea in monasterium Sanctimooialium Ordinis Cisterciensis conversum est, quod adhuc extat. Cletus item Gutani alteram ecclesiam, & hospitale S. Mariæ in propiio fundo erexit, ac dotavit, obtulitque Ordini Crociferorum anno 1152. Sequenti vero, Ioannes ab Eugenio III. in favorem mooasterii S. Salvatoris hanc suscepit epistolam, quam perenoavit chronicæ ejosdem cœnobii auctor.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Castellano Episcopo sal. & Apost. bened. Quod decimarum quatuor fieri debeant portiones, notitiæ tuæ incognitum esse non debet. Sicut enim Sanctorum Patrum sanxit auctoritas, una pars Episcopo, alia Clero, tertia pauperibus, quarta vero ecclesiæ sartistectis deputata esse dignoscitur. Quo circa fraternitati tuæ per præsentia scripta mandamus, quatenus fratribus S. Salvatoris decimarum partem, quæ illis de jure contigit, facias assignari. Datum Laterani 14. kal Aprilis.

Cui privilegio, & mandato Ioannes paruit, & privilegio suo indulsit tenoris hujusmodi.

Joannes Polanus Divina clementia Castellanus Episcopus venerabili fratri G. Domini Salvatoris Priori, suisque successoribus in perpetuum. Quoniam sacrosancta scripsura nos admonet, sacrique canones per omnia nos sanctis Romanæ Ecclesiæ Patribus obedire edocent. Dignum itaque prænominate frater, duximus, quod de decimis jam dicti convicinii D. Salvatoris per D. Innocentii bonæ memoriæ Apostolici privilegium sancitum est, & præsenti D. mei Eugenii auctoritate firmatum tibi, tuisque successoribus per me, & successores meos firmum, & stabile perpetuo existat tempore Ut autem deinceps nullum super hoc scandalum oriri queat, & super SS. prædict. Patrum mandata nulla ulterius sit controversia, partem decimarum jam dicti convicinii tam pro clericis, quam pro Ecclesiæ restauratione tibi, tuisque successoribus perpetuo tempore concedimus Datum per manus Nicolai Diaconi, & Castellanæ ecclesiæ Primicerii Anno 1153. Mensis Aprilis Indict. I. in Rivoalto.

An-

Ante hoc tempus, decem omnino effluxerant anni, cum Lucius II. Pontifex Max. intuitu meritorum Joannis Episcopi, in Sedis Apostolicæ tutelam Castellanam Ecclesiam, ipsum Episcopum, successoresque ejus in perpetuum sequenti privilegio susceperat, cujus authographum reconditum servatur in Patriarchali tabulario hujusmodi tenoris.

Lucius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Jo. Olivolensis, seu Castellanæ Ecclesiæ Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Æquum, & rationabile est, ut sancta Romana Ecclesia, quæ ecclesiarum omnium caput est, & magistra à Domino constituta, tanquam pia mater, curam, & sollicitudinem habeat, & eas à pravorum hominum molestiis provida circumspectione custodiat. Proinde nos, qui licet indigni loco B. Petri Apostolorum Principis disponente Domino residemus, fratres nostros Episcopos debita benignitate diligere, & ecclesiis sibi commissis sua debemus ex injuncto nobis à Deo Apostolatus officio jura servare. Hoc nimirum charitatis intuitu venerabilis frater Io. Episcope tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, & Olivolensem Ecclesiam, cui Deo auctore præsides, Apostolicæ Sedis privilegio duximus muniendam. Sanctorum quippe Pontificum decretis constat esse statutum, ut nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianos judicare, aut excommunicare præsumat, ut nullus Primas, nullus Metropolitanus, nullus nuquam celiquorum Episcoporum alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochiæ, super cuiquam dispositione, nisi vocatur ab eo, cujus juris esse noscitur, ut quicquam ibi disponat, vel ordinet, aut dijudicet. Ea propter per præsentis scripti paginam prohibemus, & prohibentes statuimus, ut in Olivolensi, quæ & Castellana dicitur Ecclesia, vel in ejus diœcesi nullus Patriarcha, nullus comprovincialis Episcopus sine licentia tua, vel successorum tuorum, ecclesiarum, aut clericorum, vel sanctimonialium consecrationes, seu benedictiones agere præsumat. Nec potestatem habeat inibi Chrisma conficere, pueros chrismate confirmare, nec excommunicationes, aut absolutiones facere. Illud etiam adjicimus, ut in eadem parochia sine voluntate vestra passim Episcoporum convocatio fiat, nisi comprovincialis concilii Graden. quod & ipsum cum vestræ charitatis conscientia disponant, nec ibidem nisi pro graviore necessitate immorentur ultra terminos à Canonibus constitutos. Præterea nullus eorum sine licentia vestra audeat ecclesiæ vestræ clericos, aut illic, aut alibi ordinare, vel retinere, nec parochianos quoslibet judicare, neque suos in vestra ecclesia clericos constituere, neque de publicis criminibus penitentias indicere; porro tam B. Marci ecclesia, quam ceteræ ecclesiæ, vel ecclesiarum clerici inter eandem parochiam sub vestra obedientia, & dispositione consistant. Inobedientes vero juxta sanct. Canonum sanctiones tuæ potestatis coerceantur arbitrio. Sanè de monasteriis SS. Hilarii, Georgii, Nicolai, S. Crucis, S. Zachariæ, S. Laurentii, S. Erasmi, s. Servuli, eandem vobis obedientiam permanere sancimus, quam prædecessores vestri obtinuisse noscuntur. Porro Abbates in vestra parochia consistenti publicas missas in ecclesiis non suis minime celebrare præsumant. Sancimus etiam, ut illi, qui in vestra parochia assiduè commorantur, & quibus tam ipsis, quam eorum familiis spiritualia administratis, decimas vobis absque alicujus contradictione persolvant. Probibemus autem, ut nullus Episc. nullus Abbas, eis tam sanis, quam infirmis publicè penitentiã injungere vobis inconsultis, nisi fortè urgente mortis articulo audeat. Ad hæc adjicientes decernimus, ut quascunq; possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè ac legitimè possidet, aut in futurum canonice, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus in perpetuum, & intemerata permaneant. Si quis igitur in posterum huic nostræ constitutioni temerè contraire tentaverit, secundo, tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ sua jura servantibus sit pax D. N. Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episc. &c.
† *Ego Conradus Sabinensis Episc. &c.*
† *Ego Albericus Ostiensis Episc. &c.*
† *Ego Imarus Tusculanus Episc. &c.*
† *Ego SS. presb. Card. tit. Callisti, &c.*
† *Ego Gilibertus presb. Card. tit. S. Marci.*
† *Ego Rainerius presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte.*
† *Ego Manfredus presb. Card tit. S. Sabinæ.*
† *Ego Gregorius diac. Card. Ss. Sergii, & Bacchi.*
† *Ego Guido diac. Card. Ss. Cosmæ, & Damiani.*
† *Ego Gerardus diac. Card. s. Mariæ in Domnica.*
† *Ego Gregorius s. Romanæ Ecclesiæ indignus diac. scripsi.*
† *Rodulphus diac. Card. s. Luciæ in Septasolis.*

Dat. Lat. per manum Baronis Capellani, & scriptoris XII. Kal. Aprilis, Indict. 7. Incarnat. Dominicæ, Anno M.C.XLIIII. Pontificatus verò D. Lucii II. PP. Anno I.

In eundem modum, iisdemque conceptis verbis eidem Ioanni Episcopo, ac successoribus Adrianus IV. Pontifex renovavit privilegium. *Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii 4. Id. Febr. Indict. 3. Incarnationis Dominicæ anno 1155. Pontific. vero Dom. Adriani Papæ IV. anno 2.*

Excessit Ioannes circa annum Domini 1164.

[,, *Joannes Polanus deinde successor adscitus est*
,, *an. 1133. Hic Manfredo Fructuariensi Abbati Ec-*
,, *clesiam S. Danielis cum terris eidem adhærenti-*
,, *bus ad condendum cœnobium benigne concessit an-*
,, *no 1138. die 8. mensis Iunii. Largitionis hujus*
,, *exemplum ex tabulario Monialium, quæ in eodem*
,, *loco Monachis abeuntibus successere, descriptum*
,, *sic proloquitur.*
,, In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Je-
,, su Christi. Anno ab Incarnatione ejusdem Re-
,, demptoris nostri millesimo centesimo tricentesi-
,, mo octavo mense Junii Indict. prima Rivoalti.
,, Quidquid mutuo inter partes convenit, oportet
,, scripturæ vinculo memoriæ confirmare, ne de
,, currentibus temporibus, quod inde statutum est,
,, oblivioni tradatur, & jurgia generentur. Qua-
,, propter ego quidem Johannes Polanus Dei gra-
,, tia Castellanus Episcopus cum nostris successori-
,, bus ab hodierna die in antea concedimus vobis
,, D. Manfredo venerabili Abbati Fructuariensi,
,, vestrisque successoribus ejusdem Congregationis
,, in perpetuum; hoc est Ecclesiam S. Danielis po-
,, sitam in Castello ex altera ripa nostri Episcopa-
,, tus, ut amodo in antea ipsam suprascriptam Dei
,, Ecclesiam S Danielis cum omnibus suis habentiis,
,, ac pertinentiis ab intus ac foris quæ modo habet,
,, vel in antea pro Dei misericordia acquisita fue-
,, runt, secundum vestrum posse cum omnibus
,, suis ædificiis tam in tectis, quam in muris, & in
,, parietibus, atque ripis, & in cæteris locis, ubi
,, necesse fuerit, incolomem retinere debeatis. Et
,, insuper concedimus vobis potestatem ibi ordi-
,, nandi atque deordinandi, & disponendi, atque
,, meliorandi tam mobilia quam immobilia ad su-
,, prascriptam Dei Ecclesiã pertinentiam, quæ mo-
,, do habet, vel in antea habitura est: nec non &
,, officia diurnalia, & nocturnalia ad honorem Dei,
,, & S. Benedicti secundum ordinem vestri mona-
,, sterii ibi faciatis. Nec non promittimus, ut de
,, omnibus, quæ supra diximus, vos minime expel-

lere, aut de jure illius Ecclesiæ aliquid minnere debeamus per ullum ingenium: Sed licear vobis in supradicta Ecclesia, & omnibus suis abentiis, & pertinentiis plenissimam potestatem habere nullo vobis homine contradicente. Item promittimus, quod nallum hominem supra vos, aut sub vos, aut parem vobis in suprascripta Ecclesia, vel eins pertinentiis contra voluntatem vestram ordinare præsumam. Tradidimus etiam vobis monumenta, quæ modo ibi sunt, vel in antea fuerint, ut in vestra porestate sinr. Hæc omnia supra dicta cum nostris successoribus vobis, & vestris successoribus adimplere promittimus: quod si non observaverimus omnia sicut superius legitur, tunc componere promirtimus cum nostris successoribus vobis, & vestris successoribus auri libras quinque, & hæc concessionis chartula maneat in perpetuum in sua firmitate.

Ego Johannes Polanus Dei gratia Castel. Episcop. m.m.ss.

Ego Johannes Faletrus Castell. Archid. mm.ss.

Ego Agapetus Maurus presb. & Primicerius m.m.ss.

Ego Nicolaus Castellanæ Eccl. Cleric. mm.ss.

Ego Johannes presbyter & Not. complevi, & roboravi.

Solemnior erat iis temporibus festus dies Purificationis B.M. Virginis, quo magnifico apparatu, augustiorique cultu publica fiebat ad S. Mariæ Formosæ supplitatio, quam DELLE MARIE *appellabant. Orto subinde an. 1143. inter cives gravissimo dissidio, visrndum supplicantium agmen huc illac pertrahere conantes, veterem procrdendi morem collaudarunt Dux atque Episcopus hac edita functione; quam eò lubentius proferimus, quò longius à nostra ætate hæc pompa celebris exolevit.*

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno 1143. 2. mens. Febr. Indict. VI. Rivoalti. Si ea, quæ antiquitus, præsertim pro nostre patrie honore, & utilitate a prædecessoribus nostris provida, ac diligenti consideratione statuta sunt, in sue dispositionis culmine conservant, ac retinenr, inter cetera que inde proveniunt, honor patrie conservatur, & augetur, dissidium omne vitatur, ac nobis ipsis non modica quies confertur. Sane predecessores nostri viri religiosi Clerus videlicet ac populus pia cum devotione disposuerunt, & statuerunr, ur in unoquolibet anno in Purificationis S. Marie festo ad honorem, & laudem Dei, seu & B. Mariæ semper Virginis Dei genitricis processio scholarum fierer, que ab ipsis quorum exercirio aptantur eorumdem cura ipse schole Purificationis S. Marie die usque ad Ducis Venet. palatium deberent duci, ibique benedictione accepta, que a Domino Duce pro dignitate palatii datur, deberent duci, ac provehi ad S. Perrum Castellanum Episcopatum, ibique debent represenrari, & cantata missa ipsa scholarum processio debet proficisci usque ad ripam S. Marci de brolio, & ibi representari. Pontifex vero Castellane Ecclesie pontificalibus indutus vestibus una cum altaris ministris, videlicet Sacerdote, & Archidiacono, necnon & subdiacono sacris indutis vestibus, & Abbatibus, & aliis Clericis, devote in laude ejus gloria omnipotenris, & B. M. Virginis, ceterorumque sanctorum canendo processionem scholarum sequi debenr usque ad ripam palatii. Deinde Pontifex una cum ceteris predictis Ecclesiasticis ac sacris indutis vestibus debent ascendere in palatium, & inde cum Domino Duce & Capellanis cum cetera nobilium virorum turba descendere cum processione debent, & intrare in Ecclesiam B. Marci, & ibi devotione, & timore Domini benedictis candelis, vel cereis, verum processio debet incipi ab Ecclesia, & ire usque ad ripam, & exinde scholarum processionem sequendo per Canalem. Cum autem ad rivum SS. Apostolorum perveniret, si aqua esset plena, vel grandis, ur vulgo dicitur, debent per ipsum rivum intrare, & ire ad representandum Ecclesie S. Marie Formose, & si aqua plena, vel grandis non inveniretur, tunc recta via debent ire sursum per Canalem. Ceterum quia quidam suo temerario ausu conati sunr ipsam scholarum processionem violenter ducere sursum per Canalem, cum aqua plena, & grandis esset, & predictus rivus non denegaret ire ad representandum predicte Ecclesie S. Marie, maximum dissidium nostris in remporibus videtur accrevisse. Cumque nos Petrus Polanus gratia Dei Venetiarum, Dalmarie, atque Croatie Dux, & Joannes Polanus eadem gratia Castellanus Episcopus hujusmodi dissidium conspiceremus, ne deinceps amplius fieret, operam dedimus. Congregatis igitur nobis in nostro palatio una cum nostris judicibus, & ipsis viris Sapientibus, qui preerant Consilio, quod hoc in tempore pro honore, & urilitate, seu & salvatione nostre parrie habebarur: quorum consilio Venetie populus obedire sacramento est adstrictus, ipsique honorem, & profectum, & salvationem, ac quietem nostre parrie diligenrer consideranres unanimiter dixerunt, & collaudaverunt, & nos prænominati Petrus Polanus gratia Dei Venet. Dux, & Jo. Polanus eadem gratia Castellanus Episcopus confirmavimus Clero, & populo Venetiarum collaudante, quod amodo in antea usque in perpetuum, si aqua rivi Ss. Apostolorum plena, vel grandis fuerit, cum processio scholarum illuc pervenerit in Purificarionis S. Marie festo, quod schole in ipsum rivum intrent, & eant ad representandum predicte Ecclesie S. Marie Formose; Quod si aqua ipsius predicti rivi tunc plena & grandis non fuerit, tunc processio scholarum eat recta via sursum per Canalem. Si quis igitur contra hanc nostre constitutionis & collaudationis, ac confirmationis chartam ire temptaverit, aut corrumpere, vel frangere presumpserit, nos prefatus Joannes Polanus Castellanus Episcopus una cum tota nostra Ecclesia illum maledicimus, & excommunicamus, & à liminibus S. Ecclesie sequestramus, & cum Iuda traditore in inferno damnamus, quousque non peniruerit, & ad dignam satisfactionem non redierit; & nos prenominatus Petrus Polanus gratia Dei Venetiarum Dux una cum judicibus, & Venet. populo laudantes unanimiter confirmamus, quod omnis illius substanria in nostrum Domucale venire debeat, & super persona ejus à Venet. expelli censemus: itaque in Venet. non redeat nisi Ducis precepto, & communi consilio. Et hoc presens nostre constiturionis, & collaudarionis, ac confirmationis charta eo ordine, ut superius legitur, in sua permaneat firmitate.

Ego Petrus Polanus Dei graria Dux mm. ss.

Ego Joannes Polanus Dei gratia Castellanus Episcopus mm.ss.

Ego Joannes Falettus Castellanus Archidiaconus mm.ss.

Ego Jo. Aurio judex mm.ss.

Ego Stephanus Sanudo judex mm.ss.

Ego Petrus Baduarius mm.ss.

Ego Petrus Gradonicus plebanus S. Jo. de Rivoalto mm.ss.

Ego Dominicus Maurocenus plebanus s. Bartholomæi mm.ss.

Ego Bonusfilius Michael plebanus S. Salvatoris mm.ss.

Ego Raphael presb. plebanus S. Moysis mm. ss.

Ego Raymundus presb. & notarius, & S. Geminiani plebanus mm.ss.

Ego Celsus presb. & plebanus s. Jo. mm.ss.

Ego Michael Maruño presb. plebanus S. Marie Jubanici mm. ss.

Ego Natalis Marzangulo presb. plebanus S. Felicis mm.ss.

Vi-

,, *Vixit deinde Joannes ad an. circiter 1164. at que eo sedente an. 1141. Vir religiosus (verba sunt Danduli)* Petrus Gatolesso in ripa Canalis Orphani Ecclesiam, & hospitale in honorem S. Clementis Papæ sub protectione Patriarchæ Gradensis construi fecit, & dotavit. *Anno vero 1154. Cletus Gausoni Ecclesiam & hospitale, quod sub S. Mariæ vocabulo in proprio fundo construxerat, Ordini Cruciferorum concessit, quos exinde tectis & aquis adhærentibus Bonusbaver Gausoni ejus hæres dotavit.* Anno *pariter* 1155. Leonardus Cornario obtulit Deo, & Henrico Patriarchæ fundum, in quo subsequentee ipse, & cæteri convicini Ecclesiam in honorem S. Matthæi Apostoli devotissime construxerunt. *Privilegium, quod Joanni Episcopo, ac successoribus renovatum ab Adriano IV. Pontifice scripsit Ughellus, en Patriarchali regesto corrige.* Datum Beneventi per manum Rolandi S. R. E. Card. Presb. & Cancellarii VIII. Kal. Februarii Indictione IIII. Incarnationis Domin. an. MCLV. *(scribe 1156.)* Pontificatus vero D. Adriani Papæ IV. anno II. *Polanum ex S. Bartholomæi plebano creatum Episcopum testatur Angelus Marin in Collectaneis.)*



XXIV 26 VITALIS Michael, Venetus, hujus nominis, cognominisque secundus, Vitale Michaelio Duce Venetiarum, Castellanus Episcopus renunciatus est eodem anno, quo Ioannes Polanus excesserat 1164. Felix visus est hic Episcopus, qui sui regiminis tempore, diu Christiani Orbis deturbatam pacem meruerit laurentam videre, cum Venetiis ab Alexandro III. Pontifice, Feiderieoque I. Imperatore fœdus pacis inter su, Ecclesiamque & Imperium, & præ gaudio Christianissima Repub. gestiente, perpetuo sancitum est, jugulatumque detertimum schisma. Cæterum Vitalis cum Alexandri gratiam meruisset, ab eo confirmationem accepit sententiæ latæ ab Equilino, & Torcellano Episcopis in Abbatem, & monachos Littorenses qui Vitali denegabant io die Ascensionis Domini susceptionem, & reverentiam.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri V. Castellan. Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Ea, quæ judicio statuuntur, in sua debent firmitate consistere, & Apostolico robore communiri, ne alicujus valeant malignitate, vel præsumptione turbari. Intelleximus siquidem, quod cum venerabiles fratres nostri Equilen. & Torcellan. Episcopi causam, quæ vertebatur inter te, & Abbatem, & monachos S. Nicolai super susceptione tua ab ipso Abbate, & fratribus in die Ascensionis Domini in missa majori, ad processionem, & ad refectionem tibi cum tuis præstandam de mandato nostro appellatione remota, suscepissent desiniendam. Tandem super susceptionem ipsam, processionem, & refectionem rationibus auditis plenius intellectis, & veritate rei per confessionem Abbatis, & Monachorum ejusdem monasterii sufficienter cognita sententiam pro te diffinitivam tulerunt, quam utique ratam, & firmam habentes auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Venetiarum in Rivo Alto II. kal. Junii.

Præfuit Vitalis pacifice, ac quiete ad annum Christi 1181. a quo, teste Dandulo, hac mortali vita exemptus est. 1181.

(,, *Vitalis Michael an. circiter 1164. huic sedi præficitur: & anno IV. Ducis Aurei Mastropetro, ut testatur Dandulus die XIIII. Kalend. Febr. ut habet Necrologium vetus S. Gregorii Venetiarum, vitæ cessit, utique anno Christi 1182. siquidem Aureus Mastropetro Sebastiano Ziani successor datus est mense Aprili anni 1178. & proinde dies* XIV. *Kal.* Februarii, *anni quarti ejusdem Ducis incidit in annum Christi præfatum 1182. Erexit propriis expensis piissimus hic Antistes Hospitale S. Helenæ in Episcopii fundo, & plenæ Castellani Præsulis jurisdictioni subjecit, ut constat ex sequenti documento en* Patriarchali *regesto descripto.*

,, In nomine Domini nostri Iesu Christi anno Domini millesimo centesimo septuagesimo, quarto mensis Februarii indict. 8. Rivoalti Profitemur nos omnes, qui sumus in hospitali S. Helenæ, quorum manu scripte esse videntur, quod hospitale est de jure, & pertinentia B. Petri Castellane Ecclesie, & super ejus tereitorium fundatum. Vobis namque Domino nostro Vitali Michael Dei gratia ejusdem Ecclesie Castellane Episcopo, qui ipsum hospitale divina providentia vos propriis vestris expensis fundastis, & edificium omne vestris dispendiis intuitu pietatis super edificastis. Ideoque nos omnes cum successoribus nostris, quorum manu scripte esse videntur cum omni devotione profitentes promittimus vobis predicto D. nostro Episcopo, & vestris successoribus nos, & nostros successores dominos & Priores tenere & habere, & omnia quæ ad ipsum hospitale pertinent tam mobilia quam immobilia in vestra potestate & successorum vestrorum debeant ad plenum perpetuis temporibus permanere, & de eis facere sicuti vobis placuerit. Et promittimus quod nullum Priorem, vel aliquam aliam personam quam vos & vestri successores ibi posueritis, & nullam electionem in Priorem facere, neque aliquam personam nobis præeligere, quam vestra, & successorum vestrorum debeat esse electio, & institutio, & quem Priorem vultis & quando vultis nobis dare, ipsum recipere debemus, & quandocumque vultis Priorem mutare, & alium substituere, vel non substituere, hoc totum in vestra, & successorum vestrorum permaneat potestatu perpetuis temporibus. Et insuper omnem obedientiam vobis, & vestris successoribus promittimus cum nostris successoribus. Si autem in iis, quæ prædicta sunt, in aliquo inventi fuerimus rebelles, tunc vobis, & vestris successoribus sit plena potestas eiiciendi nos de prædicto hospitali nullam de cetero spem restitutionis de jure habentes.

Signum ser Guidonis predicti loci confratris, qui hec fieri rogavit.

Ego Vivianus presb. S. Pauli notarius rogatus hec complevi & roboravi.

,, *Dicitur hoc documentum scriptum an. 1170. sed non concordat Indictio, quæ eo anno non octava, sed tertia currebat. Suspicor igitur descriptoris incuria quinarium numerum ab annis Christi excidisse: ideoque legendum esse anno* Dom. 1175.)

PHI-



XXV. 27 PHILIPPUS Casiolus, Venetus, successit Vitali anno 1181 *a.* præfuit plus minus annis tribus, mortuusque est anno 1184.

(„ *Philippus Casiolo, electus Castellanus Episcopus an. 1182. brevis Pontifex fuit: nam anno Ducis Aurei Mastropetro VI. jam defunctus successorem exceperat Marcum Nicolai. Biennium igitur in Episcopatu minime compleverit, obieritque an. 1183. vel ad summum ineunte anno 1184.*)



XXVI. 28 MARCUS Nicolai, Venetus, aliis Nicola, ex S. Sylvestri Plebano, & inculpatæ vitæ vir in defuncti Philippi loco substituitur anno 1184. cujus plura privilegia plumbo signata vidisse affirmat Dandulus. Tamen qua auctoritate id illum fecisse ignorat, cum nec antecessorer suor, nec successores ulli non plumbo, sed cera, sua diplomata signasent. Plumbo vero sua diplomata alios Episcopos obsignasse observavimus, quorum aliqua apud nos extant, ut Georgii Episcopi Acconensis, Alberti Patriarchæ Hierosolymitani, qui hoc ævo, quo vixit Marcus, in vivis erant, ac Constantini Episcopi Minorensis in Regno Neapolitano anno 1139. de quibus suis in locis. Cæterum Marcus in Littorenses Monachos, & Abbatem insurrexit, quorum studium fuerat, sententiam, quam Torcellanus Caprulanusq; Episcopi in favorem Vitalis antecessoris sui tulerant, destruere. Hæc eum iterum ab iisdem asserta fuisset, eam curavit a Clemẽte III. Pontifice iterum confirmari. Diploma Clementis, *Dat. Later. 11. kal. Novembr. anno I.* qui fuit sal. 1188. Incipit: *Clemens Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Marco Episcopo Castellano sal. & Apost. bened.* cętera ut in supra relato Alexandri III. documento. Ex quo patet Marcum saltem hoc anno 1188. Castellanum fuisse Episcopum, cum non desint, qui scribant ad hanc sedem vocatum anno 1202. Cujus etiam tempore datum puto Urbani III. diploma, & privilegium Monachis Littorensibus anno 1186. ubi bona, & jura, tum & qua reverentia excipere debuissent Castellanum Episcopum in die S. Nicolai præscribuntur, quod hic ex originali transcribo.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Mattheo Abbati monasterii S. Nicolai, quod in Rivoaltensis portus litore situm est, ejusque fratribus, tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum. Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter innotescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus & præfatum monasterium S. Nicolai, quod bonæ memoriæ Dominicus Contarenus Venetiarum Dux, una cum Dominico Gradensi Patriarcha, & Dominico Olivolensi Episcopo, & cuncto clero, & populo Venetiito in prædio sui juris in litore Rivoaltensis Portus ædificari concessit, atque in loco ipso monastici ordinis fratres in posterum manere decrevit: ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriæ Callisti, Alexandri, & Lucii Rom. Pontificum, sub Beati Petri, & nostra devotione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus statuentes, ut possessiones, & bona, ac jura, quæ ab eodem Duce, aut ab aliis fidelibus in Imperio Constantinopolitano, Corrintho, Dyrrachio, Rhodo, Almiro, Hierosolyma, B *Acrarone, in Regno Italico, in Bononia, in Padua, Histria Marchæ, atque infra Provinciam Venetiæ, vel in quibuslibet locis eidem loco oblata sunt, rationabiliter, & quæcunque alia in possessionibus vel in aliis de liberalitate Regum, vel Principum, seu oblatione fidelium de jure præscriptum monasterium poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illabata permaneant. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam prævideriut eligendum. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura: salva Apostolicæ Sedis auctoritate, & Olivolensis Episcopi debi-* C *ta justitia in Abbatum duntaxat consecratione, & in prandio indicto vestro monasterio in Nativitate S. Nicolai annis singulis persolvendo. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo, & tertio commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Paulus Prænestinus Episc. subsc.

† Ego Petrus de bono presb. Card. tit. S. Susannæ subscr.

D † Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ in Transtyberim subscr.

† Ego Pandulphus presb. Card. tit. XII. Apostolorum subscr.

† Ego Adelardus tit. s. Marcelli presb. Cardin. subscr.

† Ego Jocintus S. Mariæ in Cosmedin Diacon. Card. subscr.

† Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani Diac. Card. subscr.

† Ego Bobo S. Angeli Diac. Card. subsc.

† Ego Gofredus s. Mariæ in Via lata Diac. Car. subsc.

† Ego Rolandus s. Mariæ in Porticu Diac. Card. subscr

† Ego Rodulphus S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. subsc.

Datum Veronæ per manum Moysis Later. Canonici vicem agentis Cancel. octavo Idus Januar. Indict

4. Incarnationis Dominicæ anno 1186. Pontificatus vero Domini Urbani Papæ III. anno II.

Marco vero Castellano Episcopo privilegium, à Lucio II. Ecclesiæ Castellanæ indultum, Cœlestinus III. anno 1192. eisdem omnino verbis comprobavit. *Datum Laterani per manum Aegidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. 3. Id. Novemb. Indict. 11. Incarnationis Dominicæ 1192. Pontificatus vero D. Cœlestini Papæ III. anno 2.* Anno vero 1199. die 2. Iunii, indict. 15. Marcus auctoritate sua ordinaria investivit Gregorium Priorem S. Salvatoris de Rivoalto de ecclesia S. Bartholomæi cum omnibus suis juribus, ac pertinentiis, ut narrat Franciscus de Gratia in chronic. monast. S. Salvatoris. Eoq; Præsule anno 1200. Latini, virtute ac præcipua potentia Venetæ Reipub. Duce Henrico Dandulo, Constantinopolitanum Imperium Græcis ademerunt, ac Balduinum Flandriæ Comitem virum strenuum Imperatorem primum, Thomam quoque Maurocenum virum nobilitate generis, ac moribus probatissimis clarum, primum Latinorum Patriarcham elegerunt, quam inde electionem probavit Innocentius III. Papa. Veneti vero sacris thesauris intenti, urbem suam pluribus Sanctorum reliquiis, Venetasque ditarunt ecclesias. *Devoti* (inquit Dandulus) *etiam Principes occultas reliquias tandē invenerunt. Quorum Dux obtinuit mirificam crucem auro inclusam, quam post inventionem matris Constantinus in bellis secum detulerat: & ampullam sanguinis miraculosi Iesu Christi: & brachium S. Georgii Martyris, cum parte capitis S. Ioannis Baptistę. Quas Dux mittens Venetias, in sua capella collocari jussit. Imperator autem Coronam Christi apud se retinens, de eodem sanguine in Flandriam destinavit, & alias preciosas reliquias Regi Francorum, quas ecclesiæ S. Dionysii obtulit. Inventis similiter corporibus SS. Agathæ, & Lucię Virginum, quę Basilius, & Constantinus Augusti de Sicilia deferri Constantinopolim fecerant, Dux obtentum corpus S. Luciæ, Venetias in monasterio S. Georgii mandavit, quod in ecclesia ejus nomini dedicata repositum est. Corpus vero B. Agathæ quibusdam Siculis peregrinis concessum est. Plebei etiam Veneti, nomine Andreas Balduino, & Angelus Druuco de Oratorio S. Marię adhærente ecclesię S. Sophię, corpus S. Simeonis Prophetæ cum labore auferunt, quod Venetias delatum in ecclesia antiquitus sub Sancti vocabulo fabricata reponunt.* Prosequitur deinde Dandulus de Petro Ziano Duce loquens. *Octavo Ducis anno S. Helenæ corpus, Ascardus Regularis Canonicus de Constantinopoli ex monasterio sui nominis dicato subtiliter abstulit, quod Venetias translatum in suo recondidit monasterio.* Anno vero 1221. *Paulus Abbas S. Georgii de Venetiis de monasterio Pantepostis de Constantinopoli sibi à Duce concesso, corpus S. Pauli, qui sub Constantino Copronymo per martyrium passus est, cum favore Marini Storlato pro Venetis Potestatis inibi, Venetias in suo transtulit monasterio.* Sed ne quisquam iis quæ memoravimus de S. Pauli Martyris translatione, fidem detrectet, visum est hic apponere translationis historiam ab ejus loci monacho, simplici quidem stylo, sed veraci conscriptam, quæ extat in sacrario ejusdem monasterii S. Georgii.

Gloriosus Martyr Paulus, fratres mei dilectissimi, justum esse credidi, qualiter è Constantinopoli Venetias venerit, & tempore, stylo scribere, ut beata memoria vobis, & posteris perpetuo conservetur. Græcorum gens, quæ imperium Constantinopolitanum regebat, fere omnes, quæ in mundo erant gentes, tam in secularibus, quam in spiritualibus despiciebat, & abominabatur. Venit, sicut æstimo, eorum superbia, & despectus in memoriam justi Dei, & occasione sanctæ terræ gens nobilissima, & Deo devota Veneticorum cum aliquibus Comitibus ultramontanis paraverunt exercitum, ut Saracenos, & Barbaros devastarent. Sed Deus omnipotens magis voluit Græcorum superbiam, & despectum per memoratos nobiles punire, quam etiam Saracenorum, & Barbarorum injuriam vindicare. Cumque esset Dux bonæ memoriæ Henricus Dandulus, vir valde famosissimus, & sapientia ornatus, apud Jaderam venit filius Chersachi (melius Isaac) cujus excussis Pater oculis à suo patruo, imperium perdiderat, & rogavit Ducem, & Comites, qui cum eo fuerant, ut amore Dei, cui se devoverat servitutum, eum de tanta injustitia vindicarent; & sibi imperium quod ejus pater male perdiderat, per misericordiam restituerent. Qui condolentes, & eum secum deducentes, dederunt ei imperium, Græci vero habentes eum dominum occiderunt, & qui eum deduxerant, incendere laboraverunt cum suis navibus. Et ecce unde crevit occasio, ut qui omnes despiciunt, super omnes omnipotentis Dei potentia despectui traderentur. Nos hæc diximus, fratres mei dilectissimi, ut nemo superbire audeat, vel aliquem habere despectui, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Græcorum Imperium ex tunc in antea factum est Latinorum, & in Constantinopolitana Ecclesia, quæ diu restiterat Romanæ Ecclesiæ, ordinatus est nobilis quidam Venetiæ, Thomas Maurocenus nomine, eruditissimus Patriarcha. Tunc & Monasterium S. Georgii cœpit possidere Constantinopolitanum monasterium, nomine Pantepostis, in quo beatissimus, & sanctissimus Paulus Martyr gloriose venerabatur, & in quo multa signa per eum Dominus fecerat, & miracula, multasque ægritudines ab ægris corporibus per ejus merita expellebat. Eodem tempore præerat in monasterio B. Georgii vir nobilis genere Dominus Marcus; qui de congregatione sua misit miræ sanctitatis virum, moribus ornatum, Dominum Paulum, qui assiduis jejuniis, & in castitate cum humilitate, & patientia Deo serviens, beatum exitum vitæ præsentis pro desiderio æternę beatitudinis, incertus, & nesciens, quando fieret, expectabat. Misit etiam cum eo duos alios monachos, ut monasterium Pantepostis cum eo pariter, & imo sub eo divinis officiis honorarent veneratione, qua merebatur.

Assumpto igitur regimine præfati monasterii, inter cætera invenit corpus gloriosissimum Beati Pauli, de quo tanta exultatione gavisus est, quanta nemo posset de acquisitione immensi thesauri, amplius gratulari; & merito: nam thesauros omnes hujus seculi præcellebat, templum Dei extiterat, & Spiritus Sancti fuerat habitatio, & pro nomine Domini mortuus jacebat in corpore, vivus in anima in cœlesti patria lætus, & victor regnabat cum Christo.

Spiritus Sancti cooperante gratia idem Dominus Paulus Constantinopoli redit, ac non post multum temporis Dominus Marcus senectute gravatus, Abbatiam S. Georgii, quam tenebat, refutavit, & ipse, ut erat omni honestate famosus, est Abbas effectus. Tanti vero thesauri non immemor, qui eo tempore monasterium Pantepostis, assensu, & voluntate ipsius Abbatis S. Georgii regebat, Dominum Marcum nomine, monachum, & sacerdotem S. Georgii, ut idem sanctissimum corpus, prout posset, abscondite sibi mitteret, ne tanti thesauri violentiam pateretur. Necesse habuit Prior idem præceptis Abbatis sui obedire, ut tenebatur de jure.

Per id tempus Constantinopoli super partem, quæ venerat Veneticis, principabatur vir illustris Marinus Storlatus, scilicet super ejusdem civitatis medietatem. Qui Dominus Marinus pro eo quod illius parentes ex antiqua apud monasterium S. Georgii tumulantur, & ipse credit tumulari, diligit monasterium, & confratres. Ad quem cum Prior profectus accessisset, & secreta sui cordis aperuisset, cum ingenti amore in deducendo Martyris S. Pauli corpus, consilium & auxilium dedit. Habebat Prior memoratus amicum fidelem Jacobum Grimaldum nomine. Hunc rogavit, ut pretiosam gemmam suo Abbati deferret, quæ non solum monasterium, sed & totam Venetiam sua præsentia decoraret. Nam sicut B. Marcum pene de universis partibus visitare veniunt innumerabiles viri ac fœminæ: ita B. Paulum facta est gloriosa consuetudo, videndi. Præterea paravit Prior capsellam optimam, in qua totum integrum, ut erat, deposuit corpus. Postea rogavit Prior memoratum

Prin-

Principem, ut rogaret Petrum Ingosum de Constantinopoli, ut in suo assirio capsam cum corpore susciperet; sed quod intus esses, et nullo modo aperuir, & ut præciperet, ut in talr loco poneretur, quod non posset aliquis desuper ambularo. Audivit illo preces Prioris, audivit & quod rogaverat, corpus scilicet deferre. Fecit etiam nauclerus, quod rogavit Potestas. Parati nautæ venire ad navem, capsam funibus strictam duxerunt, & sicut dictum fuerat posita est in loco, quo nemo habebat accessum. Mirabantur nautæ de capsa, quæ erat circum ligata, & interrogabant portitorem, quod intus haberet. At ille timore coactus, vitrea opera auro depicta inesse dicebur. Et ut vere vitrea opera capsa gestabat, figura dico, non naturn. Hoc enim de puritato vitri est, quod dicere possumus, ut quæ intrinsecus manent clausa, entrinsecus agnoscamus, & sanctas vir Paulus Christi Martys sanctitatem, quam habuit in voce confessionis, servavit in opere passionis. Nihil in se habuit duplicitatis, nec feaudis opera, sicut scriptura de quibusdam loquitur dicens: Sunt qui nequiter humiliant se, & interiora eorum plena sunt dolo, & fallacia. Aurofuceant depicta, id est virtutibus ornatus, his nempe prudentia, temperantia, fortitudine, & justitia, vel quia scriptura dicit, sapientiam sicut aurum. Ideo sapientia etiam eum dicimus ornatum. Nam sapientia terrena animali, & diabolica, neque secundum Apostolum Paulum sapientia in misterio abscondita, quam præparavit Deus in gloriam ipsius. Hanc ipsam commendans Jacobus dicit: quæ de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione. Cœperunt nautæ navigare, & venerunt aura secunda, usque in partibus Cephaloniæ. Et quia lux in tenebris latere non potest, paravit Dominus ventum validum, & nimiam tempestatem maris, ita ut assirium fluctibus mergeretur. Tunc perdiderunt temonem, arborem inciderunt, de se penitus desperantes, vivere amplius non credebant; plangebant etiam de peccatis suis nimium formidantes, ne sicut aquis corpora, sic animæ æternæ supplicio traderentur. Interea sicut placuit Creatori, in mentem naucleri venit capsella, in qua latitabat Beatus Paulus Christi Martyr, & quod Potestas sibi dixerat, ut in tali loco poneretur, ut ab aliquo non conculcaretur, cœpitque suspicari, sanctum aliquem intrinsecus latitare, & propterea pati naufragium. Verum hoc esse & nos credimus, quia, cum de cæco nato interrogatus fuisset Dominus, si is peccasset, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur, respondit, neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Sic isti ad glorificationem Martyris Beati Pauli passi sunt non naufragium, sed maris, ventique intolerabile supplicium: sicut ad glorificationem unigeniti summi Dei cæcus passus est, quam diximus, cæcitatem. O mira, & stupenda, qui glorificavit caput, non desinit quotidie glorificare & membra; qui glorificavit filium suum Jesum, glorificavit & Martyrem suum Paulum.

Vocatis omnibus nautis, narravit eis per ordinem, quomodo Potestas eum rogaverat suscipere capsam, & ut in tali loco poneretur, quod ab hominibus non conculcaretur. Et quia alicujus sancti corpus esse in capsa credideeat, petitus est Jacobus Grimaldus, ut aperiat capsellam, qualiter possent agnoscere veritatem. Respondit hoc se facere nullo modo posse. Nam quidam clericus, Dominicus Clarevalius nomine, qui est Canonicus SS. Apostolorum ecclesiæ, & Diaconus, in alia navi clavem haberet, ne aliquam diminutionem aliquis faceret de corpore sancto. O ecca inventio, è dispensatio sancta corpus sui Martyris, quod Dominus ad laudem sui nominis per tot annorum curricula servaverat integrum, sicut hucusque, posuit in corde mittentis, ne in navi illa mitteret clavem capsellæ, in qua prædicti deposuerat corpus sanctissimi gemmam. Inde enim quod est servata ejus integritas, nostris meritis non esse credimus, sed Domini gratia. Omnia vere cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Sic & beato, de quo loquimur, Paulo, ad suam glorificationem, ei est servata eadem, quam vidimus membrorum integritas, propter illius nimiam sanctitatem. O nautæ cur timebitis perire? Portabatis portantem, & nesciebatis: habebatis salutem, & ignorabatis, & ideo timebatis perire. Sed Christus Jesus lucernam suam, idest Martyrem suum Paulum, quem multis pertransacta tempora illustraverat miraculis, extinctam non esse aperuit: neque sub modio positam oblivionis, cujus nomen scriptum est in libro vitæ. Est etiam posita super candelabrum, regnans cum Christo, pro quo sumpsit mortis supplicium, ut luceat omnibus illum fideliter colentibus.

Revelato itaque corpore inter eos, lis crevit. Alii volebant eum in mare mittere, sicut quondam nautæ fecerunt Jonam: alii dicebant, nequaquam, sed deprecemur Deum, ut à periculo mortis liberemur sancta intercessione ipsius. Non enim a facie Domini sicut Jonas fugeras beatus Martyr Paulus: sed sicut consors nominis, & gentium magister beatus Apostolus Paulus Cæsarem appellaverat, sciens per spiritum, se Romæ in fide Christi multis profuturum; ita beatus iste Martyr deduci se sinebat Venetias, & si non prædicatione miraculis similia multis facturus. Juxta Dei placitum prævaluit bona voluntas in omnibus, & cœperunt sanctum venerari, quem stulte aliqui cogitabant submergere. In continenti nempe die, vel hora, tanta facta est tranquillitas maris & venti, quanta nemo mortalium melius cogitare posset. Viso tanto miraculo nunquid dicere poterunt, quis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Erat profecto membrum de corpore, cujus Christus in sempiternum esse non desinit caput, Christus, qui per suum fidelem Martyrem Paulum juvamen salutis diu optatum dedit ducentibus illum. Læti itaque nautæ pervenerunt Otrectum, & ibi accipiente sibi, & assisio quæ deerant necessaria, stanteque aura secunda, pervenerunt usque Venetias. Iterum quia diximus, quod Dominicus Caravellus dispositione divina, sicut credimus, in alia navi clavem haberet thesauri incomparabilis, ipse prior venit cum clave, & denunciavit gaudium affuturum, quod non solum suscipientes lætificaret, sed etiam multa exteras gentes, quæ ad eum venturæ erant ipsum adorare, ut cernimus. Postea vero nunciatum fuit domino Abbati, & Monachis, quod venerant, qui detulerant sanctum corpus beatissimi Martyris Pauli. At illi gavisi, & alacres cum magna lætitia, & exultatione paraverunt navem, posueruntque intus venilla non modica, & campanis pulsantibus, cum honore dignissimo, dignissimum corpus, margaritam, ut ita dicam, pretiosam, immo margaritis omnibus pretiosiorem, sanctitate, mundicia, & miraculorum virtute, perduxerunt ad monasterii ripam anno Domini M.CC.XXII. Ornatus D. Abbas sacerdotalibus indumentis, & mitratus cum suis monachis, & monachabus omnibus, ipsemet accepit capsam cum corpore propriis ulnis, fratribus illum juvantibus, & dignis laudibus, voce & mente canendo, letus in Ecclesiam s. Georgii Martyris, sicut optabat, Deo annuente perduxit. Potest, sicut credimus, de tali mansione gaudere, ubi consociatus est beatissimis Stephano Prothomartyri dignissimo, Cosmæ, atq; Damiano Martyribus, nec non etiam Cosmæ confessori sanctissimo. Sunt etiam, sicut monstratur in eodem loco, divina dispositione gemmarum omnium preciosissime gemmulæ pretiosiores; ut est crucis ligni particula, spongia, quæ sacratissimo Domino fuit apposita, sicut & Apostolorum Philippi, & Jacobi, & Thomæ confessoris, quantitas Martyrum, & Virginum, de quibus loqui longum esset per singula.

Cognoscentes viri, & feminæ civitatis Venetiæ, gavisi, & letabundi venerunt videre sanctissimum corpus beati Pauli, & ejus suffragia postulare. Multi denique ægrotantes ipsius meritis, Domino opitulante, in ejus adventum recepisse salutem cognovimus. Et quia de omnibus nimis laboriosum esset dicere, de aliquibus in ædificationem fidelium, sicut a relato-

ribus audivimus, dicemus. Sed quia præsens opusculum nondum peregimus, illius miracula in posterum dicere reservamus. Ipse dominus Abbas capsam, in qua corpus beatæ memoriæ S. Pauli Martyris jacebat, pro merito fideli, & devotione ipsius, foliorum cooperire auri, & depingi fecit, & in arcella optime depicta dignissime collocavit. Lampadem cum oleo ante eum, in signum reverentiæ, dependere jussit. Fratres vero ipsum diem adventus ejus, sicut hactenus, die scilicet XI. exeuntis mensis Madii, unanimes pari exultatione cum suo patre celebrarunt festivum. Uno etiam voto omni die, omnique nocte pene per totius anni curriculum, non desistant ejus suffragia postulare, & quibus possunt excolere laudibus. Ad laudem, & gloriam unigeniti summi Patris, qui vivit, & regnat Deus per infinita secula, Amen. Hactenus narrationis historia de translatione Pauli Martyris. De qua etiam præter Dandulum Maurolycus in Martyrol. Pollinus, Petrus Equilinus in suo Sanctorum Catalogo lib. 6. c. 69. dum breviter eiusdem Martyris passionem perstringit, translationis meminerunt. In veteri ipsius Sancti Martyris tumba inventa est hujusmodi M. S. vetusta nota. *Corpus beatissimi Pauli Martyris, qui in Constantinopolitana urbe ob sacrarum imaginum defensionem ab impiissimo Constantino Copronymo variis tormentis affectus octavo Idus Iulias martyrii palmam percepit. Deinde cum centum, ac viginti duobus annis prædictum Martyris corpus humatum sub terra mansisset, imperante christianissimo Imperatore Basilio Macedone, facta angelica revelatione Antonio venerabili olim Abbati monasterii Caleos, tunc vero Patriarchæ Constantinopolitano, inventum fuit in monasterio Chaima, tanta suavitate redolens, adeoq; recens, pulchrū & integrum, ac tunc reconditum adhuc spirans videretur. Anno postmodum Incarnationis dominicæ 1222 translatū fuit Venetias ad hoc venerabile monasterium S. Georgii Majoris die 22. Iulii.* Hactenus chirographum illud. De eo agit Martyrol. Rom. die 17. Martii. Passus reperitur, ut notat Baronius in notis ex Menologio Grecorū circa annū Domini 800.

Anno 1205. Vualterus Aquilejensis Patriarcha, omnia privilegia, & immunitates à prædecessoribus suis monasterio, & ecclesiæ S. Nicolai de littore liberaliter affirmavit, hoc condito monumento, quod extat in eodem cœnobii Archivo, ubi ex ordine quatuor recensentur eiusdem Vualteri prædecessores Patriarchæ.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Regis sempiterni, Amen.

Quoniam ille summus Pater familias nos vineæ suæ cultores gratuita solummodo bonitate disposuit, omnis ratio videtur exigere, ut conservos nostros in eadem vinea desudantes consilio foveamus, & auxilio sublevemur. Unde quidem nos Vuolskerus Dei gratia sanctæ Aquileiensis sedis Patriarcha stabilimus, atque inviolabiliter confirmamus pro ut ex instrumento prædecessorum nostrorum Pellegrini, Vadalrici, Gottefredi, & secundi Pellegrini bonæ memoriæ concessam esse didicimus. Hoc videlicet ut homines monasterii S. Nicolai de Venetiis, terras nostras, saltus, portas, urbes, villas, & fora secure adeant, habentes securam, & liberam facultatem dandi, accipiendi, vendendi, emendi, commutandi, ut eis visum fuerit. Stabilimus etiam, & confirmamus eidem monasterio tres stationes, quas antecessores nostri Peregrinus, Vualdonius, Gottefredus, & Pelegrinus secundus concesserunt, scilicet in foro Aquilegiensi super ipsam ripam fluvii Natisę juxta Veneticorum stationes. Unde neque Advocato, neque Vicedomino, neque Gastaldioni, neque ripario, neque alicui personæ magnæ, sive parvæ, aliquod obsequium quovis ingenio, vel debeant, vel impendant, sed libere habeant, libere in perpetuum teneant absque omni servitio. nisi tantum in Assumptione Sanctæ Mariæ libram incensi singulis annis altari Aquilegiensis Ecclesiæ persolvant. Ut autem hujus nostræ confirmationis donum firmum, & inviolabile permaneat, præsentem paginā inde conscribi, & sigillo nostro communiri, & corroborari fecimus. Præterea canonicas donationes monasterii de Carso, quas prædecessores nostri superius dicti contulerunt, auctoritate sanctæ Aquilegiensis sedis confirmamus, ita ut exinde duas libras incensi in Assumptione Beatæ Marię super altare Aquilegiensis Ecclesiæ fratres s. Nicolai annuatim persolvant. Eidem quoque monasterio confirmamus per hanc paginam omnes pertinentias ejus scilicet molendina de Arno, & Pinvento cum pascuis, pratis, campis arativis, sylvis, piscationibus, venationibus, & cum adiacentibus cultis, & incultis ad jus, & potestatem s. Nicolai, salvo jure, & reverentia Aquilegiensis Ecclesię. Jus quoque advocatiæ, quod a Comite Meinardo Aquilejensis Ecclesiæ advocato prædicto S. Nicolai cœnobio ex instrumento antecessorum nostrorum collatum esse didicimus, auctoritate Aquilegiensis Ecclesię, ac nostra ei corroboramur. Actum est hoc apud Venetias in domo hospitis nostri Bernhardi Teuthonici anno ab Incarnatione Domini M.CC.V. Indict. VIII. præsentibus Vuoldrico Concordiensi, Tarrolino Bellunensi Feltrensi, & Dominico Caprulano Episcopis, Pelegrino Aquilegien. Canonico, & Philippo suo concanonico. Laicis quoque scilicet Petro, Justiniano, Angelo, & prædicto Bernhardo cum multis aliis. Ego Gernodus de mandato Domini mei Vuolfkeri Patriarchæ hanc chartam scripsi, sigillavi, & dedi.

Interim fundatum est cœnobium Venetiis Minoritarum anno 1220. Marcus vero cum vidisset tot Sāctorum sacris thesauris Venetas ditatas ecclesias, jamq; senio gravaretur, & adversa laboraret valetudine, ut sibi liceret coadjutorem assumere ad Episcopalia exercenda munia, Honorium III. Pontificem exoravit, qui cum libenter Marci postulationi assensum præbuisset, Patriarchæ Gradensi, & Episcopo Torcellano scripsit, ut Coadiutorem, tanto munere dignum Marco designarent. Epistola extat in regest. Vatic num. 103. f. 95. Datum Kal. Novembr. an. 10. Pont. Honorii, qui fuit salutis 1225. At dum Patriarcha, Episcopusq; Torcellanus de eligendo Coadiutore inter se consulerent, Marcus morbo gravatus, eodem anno 1225. Ducis vero Petri Ziani 20. teste Dandulo, mortalitatem explevit, in summo templo honorifice tumulatus.

(„ *Marcus Nicolai, Venetus, S. Sylvestri plebanus, Castellanæ sedi præficitur an. 1183. Hic an.*
„ *1199. duas tumbas [sic appellabant majores quas-*
„ *dam nostrarum lacunarum insulas, seu eminen-*
„ *tiores paludes, quæ à circumfluo maris æstu allu-*
„ *untur quidem, sed non inundantur] concessit Do-*
„ *minico Franco, ut inibi Ecclesiam D. Andreæ sa-*
„ *cram cœnobiumque ędificaret. Erat Dominicus*
„ *piissimus Ecclesiæ S. Sophiæ Sacerdos, & jam non*
„ *diu antea divino illustratus spiritu in Ecclesia S.*
„ *Andreæ de Amanis Torcellanæ diœcesis, regula-*
„ *rem vitam vovens, arctissimæ observantiæ regu-*
„ *lam sibi, & commilitonibus suis ediderat, quam*
„ *etiam eodem deprecante Urbanus III. Papa inte-*
„ *graliter approbaverat. Nunc vero sacram Cano-*
„ *nicorum coloniam translaturus à Nicolao locum*
„ *impetravit, quem hodie Carthusiani incolunt.*
„ *Concessionis instrumentum ex Patriarchali regesto*
„ *desumptum sic loquitur.*
„ In Nomine Domini Dei, & Salvatoris Nostri
„ Jesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo
„ nonagesimo nono mensis Decembris Indictione
„ tertia Rivoalti. Com transitiva transituri possi-
„ deamus, ex ipsis jure Dei Ecclesiis offerre, un-
„ de perpetuitatem vitæ adipisci mereamur, debe-
„ mus. Quapropter nos quidem Marcus Dei gra-
„ tia Castellanus Episcopus cum nostris successori-
„ bus ab hodie in antea in Dei, & Christi Nomine
„ damus, concedimus, atque translatamus tibi
„ nanque Dominico Franco olim presbytero Ec-
„ clesiæ S. Andreæ de Amian. & tuis successoribus
„ in perpetuum duas tumbas de terra nostri litoris
„ minoris post ecclesiam jam dicti nostri Episcopa-
„ tus positi, secundum quod extenduntur ab uno
„ suo capite versus orientem usque in rivo Baybe,
„ quem quidem rivum Baybe alii rivum caparium

vocant,

„ vocant, & habent in sua longitudine passus . . . . . . & tantum superius à capite prædictarum tumbarum versus Porticellos quantum determinatum videtur. Unum ipsarum latus versus meridiem firmat juxta acquam, quæ discurrit inter ipsum litus, & canalem S. Nicolai. Aliud vero suum latus versus Septemtrionem firmat in paludem. Quæ quidem prædictæ tumbæ habent per suam latitudinem a capite versus Orientem passus . . . . a capite vero versus Occidentem juxta prædictum rivum habent per ipsam latitudinem passus . . . . In quibus prænominatis, & designatis tumbis tuas omnes, & fratrum, qui tibi adhærebunt, voluntates facere debeas. Ubi etiam ecclesiam in honorem Dei, & B. Andreæ Apostoli nobis de more crucem ponentibus ædificare debes. Has autem cunctas, & super totas illas, & prædesignatas tumbas de terra jam dicti nostri litoris cum omni longitudine, & latitudine sua cum capitibus, & lateribus suis, cum callibus quoque, & viis suis, cum accessu, & gressu suo per terram, & per acquam & cum omnibus suis habentiis, & pertinentiis, ac universis adjacentiis iotus, & foris, quæ tam subtus terram, quam supra terram ibidem adesse noscuntur, & sicut ab auctoribus, & proauctoribus nostris, & à nobis usque modo possesæ, & retentæ atque dominatæ extiterunt, ita eas in tuam damus, concedimus, atque transactamus plenissimam potestatem amodo in antea omnes tuas, & successorum tuorum voluntates, & jam dictam ecclesiam B. Andreæ Apostoli, ut supra dictum est, in eis faciendi, atque ædificandi, nullo tibi homine contradicente. Cujus quidem ecclesiæ, & altarium ipsius consecratio, & presbyterorum, atque Clericorum, necnon & aliurum ibidem Domino ministrantium ordinatio ad nos, & successores nostros pertinere dabet. Prior illius loci cum fuerit electus à fratribus, electio ipsius nobis præsentabitur, & si fuerit idonea, per nos, vel per successores nostros confirmabitur, & ipsum de Prioratu investiemus. Tu vero, & successores tui nobis, nostrisque successoribus singulis annis in signum subjectionis, & reverentiæ octo diebus ante festum S. Andreæ Apostoli duas ampullas boni vini, & duas libras olei dabitis. Hæc nobis, vel successoribus nostris ullo unquam tempore aliud pro debito à te, vel successoribus tuis liceat exigere, nec tibi, vel successoribus tuis potestas erit ipsum locum, & ecclesiam de subjectione Episcopatus Castellani tollere, & eam sub alterius Ecclesiæ Magisterio ponere. Si igitur contra hanc præsentem concessionis cartulam ire tentaverimus, tunc emendare debeamus cum nostris successoribus tibi, & tuis successoribus auri libras quinque, & hæc concessionis carta in sua firmitate permaneat.

„ † Ego Marcus Nicola Dei gratia Castellanus Episcopus m. m. ss.
„ † Ego Petrus Vitturi divina gratia Castelli Archid. m. m. ss.
„ † Ego Leonardus Castell. Primicerius mm. ss.
„ † Ego Joannes Russo presb. Castell. Ecclesiæ, ac Canonicus mm ss.
„ † Ego Matthæus Jorzani Diaconus Castell. Eccl. mm. ss.
„ † Ego Jacobus Diaconus Castel. Eccl. mm. ss.
„ † Ego Marcus Subdiac. Castel. Eccl. mm. ss.
„ † Ego Balduinus presb Cast. Eccl. Can. mm. ss.
„ † Ego Bartholomæus Donno mm. ss.
„ † Ego Joannes Martinatio mm. ss.
„ † Ego Marcus Jorzani mm. ss.
„ Signum Notarii. Ego Dominicus Suavis Diaconus, & Notarius complevi, & roboravi.

„ *Anno deinde 1220. Alberto Priori, & Monachis cœnobii S. Danielis lacum quemdam, & molendinum duo liberaliter indulsit, ut ex sequenti constat documento, cujus exemplar in Canonicorum Patriarchalium archivo invenimus hujus tenoris.*

„ In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi: anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo mensis Aprilis die undecimo intrante Indictione octava Rivoalti. Quidquid datur, vel conceditur, indignum non reputatur, si scripturæ vinculo confirmetur, ne per decurrentia tempora aliqua inde oriatur discordia, vel replicatio. Igitur nos Marcus Nicola, Dei gratia Castellanus Episcopus pro eo quod nobis, et Ecclesiæ Castellanæ obedientes, & devoti prout debuistis, extitistis, & per multa servitia à vobis, & antecessoribus vestris nobis, & dictæ nostræ Castellanæ Ecclesiæ impensa, & facta, & quia vitam secundum Deum, & B. Benedicti regulam ducitis laudabilem, & honestam, & quod aliorum bonorum ad miseram hujus mundi vitam sustentandam indigetis auxilio, per hujus publici instrumenti seriem fieri volumus, ac esse manifestum, quia de consensu, & voluntate fratrum nostrorum Canonicorum Castellanæ Ecclesiæ, quorum nomina subscribuntur cum nostris successoribus perpetuo damus & concedimus vobis D. Alberto Priori, & fratribus Monasterii S. Danielis nostræ diœcesis nomine ejusdem vestri monasterii, & vestris successoribus, totum ipsum lacum in confinio S. Petri de Castello positum cum suo aggere, & terra illa, & fundamenta tota, super quam una nostra domus lignea, & molendina duo erant ædificata: dictus autem lacus, firmat uno suo capite partim in terra dicti vestri Monasterii, & partim de quibusdam proprietatibus quorundam Parochianorum Castellanæ Ecclesiæ; & alio suo capite firmat partim in Arsenà, & partim de quibusdam proprietatibus quorundam parochianorum Ecclesiæ S. Martini, & partim in quibusdam proprietatibus de quibusdam parochianis Ecclesiæ S. Blasii. Unum ejus latus firmat in palude, & aliud partim in quibusdam proprietatibus quorundam parochianorum Ecclesiæ S. Blasii, & partim cum dicta terra, & fundamento in rivo de Castello, & partim in quibusdam proprietatibus de quibusdam parochianis Ecclesiæ Castellanæ. Qui dictus, & designatus lacus cum dicto suo aggere, & terra, & fundamenta tota sunt de jure, & pertinentia dictæ Castellanæ Ecclesiæ nostri Episcopatus. Hæc itaque omnia prædicta, & designata cum omni longitudine, & latitudine sua, cum capitibus, & lateribus, cum callibus quoque, & viis suis cum accessu, & egressu suo per terram, & per acquam, atque cum omnibus habentiis, & pertinentiis, ac universis adjacentiis suis ab intus, & foris, quæ tam subtus terram, quam super terram ibidem adesse noscuntur vobis, & vestris successoribus nomine dicti vestri Monasterii perpetuò damus, & concedimus amodo intromittendi, habendi, tenendi, & ipso lacu piscandi, atque molendina ibidem ad dicti vestri Monasterii utilitatem reædificandi, vel fieri faciendi, vel aliàs ad piscandum in ipso lacu, aut ad habitandum in ipsis molendinis concedendi, & quæcumque alia ædificia vobis placuerit, in ipso lacu, & super dicta terra ædificandi, vel quidquid de prædictis, & designatis omnibus vobis placuerit faciendum cum omnibus Cartulis novis, & veteribus, & illarum vigore, & robore ad hæc omnia præscripta: & designata pertinentibus nullo vobis homine contradicente. Ita tamen quod per vos, & successores vestros, & per dictum vestrum Monasterium agger ibi debet fieri, & teneri, & possideri, ubi olim fuit, & nunc apparet amodo ut quondam per antecessores nostros, & nos fuit retentus. Vos verò, & successores vestri, vel per vestrum missum nobis, & successoribus nostris, aut nostro misso dare debetis annuatim octo dies ante festum Ss. Apostolorum Petri, & Pauli, vel octo post unum metrum boni olei pro pen-

fione fupradicti laci. Et fi tempore aliquo lacus prædictus eam fuo aggere, & cum aliis fibi pertinentibus ad venumdandum, vel ad alienandum venerit, quod non debeat vendi, nec alienari, nifi nobis, & noftris fucceſſoribus, & fupradictæ Caftellanæ Ecclefiæ pro tanto pretio, quanto à bonis hominibus appretiatus fuerit, & valuerit, & tanto minus quanto portat ufus hujus terræ, vel fi à vobis, & fucceſſoribus, & à dicto veftro Monafterio fuerit ipfe lacus penitus derelictus, tamen nobis, & fucceſſoribus noftris, & dictæ Caftellanæ Ecclefiæ venire, & permanere debeat, & vos, neque fucceſſores veftri, & dictum veftrum Monafterium ex tunc in antea de fupradicto cenfu minime teneatur. Si autem ipfum comparare noluerimus, tunc liceat vobis, & fucceſſoribus veftris eum vendere, & alienare cui cumque volueritis fine noftra, & fucceſſorum noftrorum contradictione, falvo tamen nobis, & fucceſſoribus noftris & dictæ noftræ Caftellanæ Ecclefiæ dicto cenfu, & quintello perpetuis temporibus. Si igitur contra hanc manifeftationis, & conceſſionis chartam ire tentaverimus, vobis, & fucceſſoribus veftris, nobis, & fucceſſoribus noftris, quæ dicta funt fuperius fervantibus tunc emendare debeamus cum noftris fucceſſoribus vobis, & veftris fucceſſoribus auri libras quinque; & hæc manifeftationis, & conceſſionis charta in fua firmitate permaneat.

Ego Marcus Nicola Dei gratia Caftellanus Epifcopus mm. ff.
Ego Jacobus Maximiano Primicerius Caftellanus mm. ff.
Ego Petrus presbyter, & Caftellanus Canonicus mm. ff.
Ego Vitalis Diaconus Caftellanus Canonicus mm. ff.
Ego Viccielinus presb. Canonicus Caftellanus mm. ff.
Ego Petrus presb. mm. ff.
Ego Ugolinus Diaconus, & Canonicus Caftellanæ Ecclefiæ mm. ff.
Ego Thomas Subdiaconus mm. ff.
Ego Pergius Subdiaconus mm. ff.
Ego Marinus Subdiaconus mm. ff.
Ego Petrus Acolytus mm. ff.
Ego Petrus Dedi tt. ff.
Ego Johannes Martinaccio mm. ff.
Ego Petrus Jufto tt. ff.
Ego Marcus Semitecuio Diaconus, & Notarius complevi, & roboravi.

Plenus denique meritis, & ætate deceffit Marcus anno 1225. Hujus Epifcopi temporibus Venetias appulit B. Joachim ex Ordine Cifterciensi Abbas Florenfis, qui in celeberrimo D. Marci templo exceptus, fibi aliquamdiu angufta, remotaque obtenta cellula fub afpera vita, divinarumque rerum contemplatione fubftitiffe dicitur, & divino percitus Spiritu opere mufivo propria manu defignaffe SS. Patriarcharum Dominici & Francifci imagines eo habitu, ac veftitu regulari, quem poftea affumpturi, fuifque difcipulis præfcripturi erant, vulgo fertur. Nec diu poft Rodoaldus Prior S. Danielis de Venetiis pro vifitatione Eccl. fibi commiffæ Conftantinopolim pergens de Græcorũ Eccl. Theoretos appellata corpus S. Joannis, qui apud Cæfaream fub Diocletiano paffus fuerat, abftulit, & rediens in fuo Monafterio collocavit. Id eveniffe narrat Sanfovinus an. 1112. fed perperam: cum revera id acciderit, ut ex Dandulo colligimus anno 1216. Non longe verò à præfato s. Danielis cœnobio Petrus Zianius Dux an. 1224. nobile facrarum Virginum feptum ædificavit, quod s. Mariæ in Hierufalem five de Virginibus nomenclationem accepit; camque bonis, prædiifque largiter ab eodem dotatum fuiffet, ipfe Dux cum fucceſſoribus fuis patronus effectus eft, plenamque in illud & hodie jurifdictionem exercet. Adfuit etiam ad augendam horum temporum Ecclefiafticam felicitatem S. Francifcus, qui aliquamdiu in Infula prope litus, quam & hodie S. Francefco del Deferto vulgus appellat, commoratus ibidem ordinis fui in his locis primordia pofuit anno Petri Ziani Ducis XVIII. ideft Chrifti 1223. & antepenultimo Marci noftri præfulatus.



29 MARCUS Michael, Venetus, dignus habitus eft, ut Marco Nicolæ fubrogaretur fumma Cleri confenfione anno 1225. Ejus Præfulatus tempore e Conftantinopoli S. Marinæ Virginis corpus devectum eft Venetias, & in ecclefia S. Liberalis reconditum. Celebre item cœnobium S. Mariæ de Cæleftia Monialium Ordinis Cifterciensis inchoatum eft a à quibufdam Monialibus S. Franchæ Placentinæ alumnis, ac Abbati Claravallis Columbæ correctioni fubiicitur. Litem aliquando exercuit, Marcus ad fua tuenda jura cum Primicerio S. Marci, tum cum Patriarcha Gradenfi, quæ tandem ex arbitrio delegatorum Gregorii IX. Pontificis fedata eft, & ab eodem Pontifice fuo diplomate cum infertione actorum, confirmata in hunc modum ex originali, quod extat in Patriarchali tabulario. XXVII.

a Id poftea evenit Petro Pino Epifcopo.

Gregorius Epifcopus fervus fervorum Dei.

Venerabili fratri Epifcopo Caftellano falutem, & Apoftolicam benedictionem. Longinquitate fæpe fit temporis, quod res clara præfentibus, redditur obfcura futuris. Sed in his memoriæ attulit fcriptura fuffragium, dum modernis præfentat præterita, & præfentia protrahit ad futuros. Hinc eft, quod judiciariis fcriptorum folemnitas incipit, factorum ferenitas memoriam, & nubem oblivionis excludens. Sanè orta inter te, & ven. fratrem noftrum Patriarcham Gradenfem fuper diverfis articulis quæftione, tandem poft longos circuitus in dilectum filium Jordanum Priorem S. Benedicti Paduan. & fuos conjudices à fede Apoftolica delegatos, fuit à partibus compromiffum; quod auditis propofitis eorum ipfi incertum inter partes arbitrium protulerunt. Verum quia nonnunquam dum folvitur anfa, nodus incurritur, ac interdum lites ex litibus oriuntur, ad moderamen Sedis Apoftolicæ litigantium contentio arbitrium protulit fupradictum. Nos autem auditis & intellectis per fidelem relationem dilecti filii noftri C. tit. S. Marci presbyteri Cardinalis, quem tuo, & partis alterius procuratoribus dedimus auditorem hinc inde propofitis, quædam in ipfo arbitrio duximus moftranda, remotis, quæ tollenda videmus, & adjunctis, quæ decernimus adjungenda. Ne igitur fopita quæftio renafcatur, arbitrium fic correctum de verbo ad verbum in præfentibus juffimus annotari, & auctoritate Sedis Apoftolicæ robur impartientes eadem authoritate præfentium tibi mandamus partis ad arbitrium inviolabiliter obfervare procures.

Tenor autem arbitrii talis eft.

In nomine Domini æterni, Amen.

Anno ejufdem Nativitatis 1231. Indict. IV. die fexto intrante Decembris, apud ecclefiam S. Leonis deblucta furis. Præfente magiftro Patavino Canonico Paduan. Dominis Goraldo de Guanfe, Alberto de Pifci & Fugeto notario da Salco, Johanne Tentore, qui ftat fuper campum S. Benedicti, Tavtro Bratefollo de Pegimo not. Paduan, & aliis multis, &c.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Nos Johannes S. Benedicti Paduan. & Albertus S. Iohannis de Montesilice Priores, ac magister Bernardus Vastus Decretalium doctor, Quibus Dominus Papa causam, sive quæstionem, quæ vertebatur super quibusquam ecclesiis, rebusque aliis inter Dominos T. Dei gratia Patriarcham Gradensem, ex una parte, & M. eadem gratia Castellanum Episcopum ex altera, sub certa forma commisit & sic mandavit, ut ad componendum inter partes daremus operam efficacem, in quos prædicti Patriarcha nomine suo, & ecclesiæ Graden. & verbo, & consensu Capituli Graden. & Episcopus Castellanus nomine suo, & ecclesiæ Castellanæ verbo, & consensu Capituli Castellani de quæstionibus, quas habebant ad invicem, vel videbantur habere, sponte, & amicabiliter compromiserunt. Causæ lites, seu quæstiones, quæ inter eos videbantur verti, tales erant. Super C. solidis pro censu annuatim solvendis, ut dicebatur. Super Cathedratico quinque solid. Super duabus procurationibus exhibendis Patriarchæ quolibet anno in eundo, & redeundo Gradum. Super visitationem personaliter semel in anno per Episcopum fiendam ad Graden. ecclesiam in festivitate beatorum Martyrum Hermacoræ, & Fortunati. Super appellationibus ab Episcopo Castellano ad Patriarcham faciendis. Super perdonantiis, sive indulgentiis, & publicis pœnitentiis, & excommunicationibus, & absolutionibus generalibus, & spiritualibus, quæ dicebantur fieri in ecclesia Castellana per Patriarcham Graden. Super consecrationibus ecclesiarum, Episcoporum, & benedictionibus Abbatum, & ordinationibus Clericorum, & chrismandis pueris, quæ dicebantur fieri per Patriarcham in diœc. memorata. Item super exequiis mortuorum, an Patriarcha interesse debeat. Item super Chrismate non conficiendo per Patr. in diœc. Castellan. Item de Episcopis alienæ Provinciæ, Patriarcha invito, de licentia Episcopi Castellani possent, vel non, episcopalia exercere. De fidelitate præstita ab Episcopo Patriarchæ. Item de absolutione facta per Dominum Papam, quod non teneatur Episcopus personaliter ire ad Gradum. Item de statutis Patriarchæ in Synodo Provinciali factis servandis. Item super quinque ecclesias, videlicet, s. Sylvestri, s. Iacobi de Luprio, s. Matthæi, s. Martini, & s. Canciani. Item super jurisdictionibus, pertinentiis, ad jurisdictionem Episcopalem, quam Patriarcha Graden. dicebatur sibi usurpare. Et generaliter super omnibus quæstionibus, quas habeat, vel possint habere; tam super quibus fuerit processum in Curia Romana, quam super aliis, habita diligenti deliberatione super quæstionibus prædictorum pro bono pacis, ac statu totius terræ Venetiarum, ac salutis animarum tam clericorum, quam laicorum, in concordia dicimus, laudamus, pronunciamus, arbitramus, & diffinimus, quod Patriarcha Graden. qui est, & qui de cætero pro tempore fuerit, possit consecrationem Episcoporum, benedictionem Abbatum, ordinationem Clericorum suorum facere in Capella domus Patriarchatus, & in ecclesia s. Sylvestri Castellanæ diœc. Item possit chrismare infantes. Item in Capella sui Patriarchatus celebret, solemniter, si sibi placuerit. Pro hospitalibus, & aliis pauperibus, locis, & personis miserabilibus faciat cum sibi videbitur in diœcesi Castellana Indulgentias generales, Ecclesias vero in diœc. Castellana Patriarcha non consecret, nec chrisma conficiat in eadem. Appellationes, quæ fient de cætero ab Episcopo Castellano, Patriarcha non approbet, nisi cum causæ cognitione. Statuta canonica, quæ ibidem facta fuerint in diœc. Castell. observentur. Episcopus Castellanus in festo beatorum Hermacoræ, & Fortunati Graden. ecclesiam visitet quolibet anno semel per nuncium; de triennio in triennium per se ipsum, si præsens ibi fuerit Patriarcha, nisi forsan Episcopus canonice fuerit præpeditus, qui sequenti suppleat anno, quod ommissum fuerat præcedenti. Ad visitationem hujusmodi Castellanus non teneatur Episcopus juramento, nisi alii suffraganei Patriarchæ consueverunt de visitando jurare. Duas procurationes, quas dicebat Patriarcha sibi eundo, & redeundo Gradum, ac C. solidos pro censu, & quinque solid. pro cathedratico, de cætero Patriarcha ab Episcopo non exigat, nec super hoc ipsum molestet: nec in juramento fidelitatis ab Episcopis Castellanis, qui pro tempore fuerint Patriarchæ Graden. præstando Patriarcha exigat, quod jurent ad duas dictas procurationes C. solid. pro censu, & quinque solid. pro cathedratico, nec ipsi teneantur jurare. Et non exigat de cætero Patriarcha juramentum fidelitatis ab Episcopis Castellan. præstando personaliter annuatim semel in anno, & ad Gradum redeundo, & pro C. solid. quos annuatim à Castellano percipiebat Episcopo. Idem Episcopus tenetur emere terram precio ducentarum librarum, ubi Patriarcha voluerit usque ad Kal. Martii proximi, & terra illa debeat liberè dari, & assignari per ipsum Episcopum, vel ejus nuncium Patriarchæ pro ecclesia Gradensi, qui recipiat pro Eccl. quæ terra non possit alienari per Patriarcham, nec per Ecclesiam Graden. & ipsius fructus perpetuo sint Patriarchæ. In ecclesiis S. Sylvestri, S. Jacobi de Luprio, S. Matthæi, S. Martini, ac S. Canciani diœc. Castellanæ Patriarcha habeat institutionem, vel destitutionem clericorum, & correctionem eorumdem clericorum, & quantum ad hæc sint, & spectent dictæ ecclesiæ ad Patriarcham: Parochiani vero dictarum ecclesiarum sint, & spectent ad jurisdictionem Episcopi Castellani. In decimis, in causis matrimonii, & in correctione excessuum eorumdem, & sint subditi ipsius sicut alii subditi aliarum ecclesiarum diœc. Castellanæ. Verumtamen Episcopus in parochiis dictarum ecclesiarum quinque, ecclesiam per se, vel per alium non ædificet, nec consecret, nec populo, seu parochianis earumdem interdicat, quod non possint ibi audire divina officia, & recipere ecclesiastica Sacramenta, ac ministris consueta beneficia exhibere, nisi esset generale interdictum; vel aliquis, seu aliqui de parochianis prædictis essent nominatim excommunicati, vel interdicti. In prædictis quinque ecclesiis interdicta generalia Episcopi, & sententia excommunicationis, & suspensionis observentur. Sicut in aliis ecclesiis diœc. Castel. ac excommunicatos, & interdictos ab Episcopo clerici quinque supradictarum ecclesiarum vitent, & faciant ab aliis evitari, & eis denuncient, si eis injunctum fuerit, & ad prædicta facienda, & observanda, Episcopus Castellan. possit eos compellere, & punire per censuram ecclesiasticam, si fuerint contumaces. Clerici dictarum quinque ecclesiarum habeant curam, & regimen animarum in parochiis earumdem, sicut hactenus habuerunt. Et si parochiani de quarta parte decimarum sibi debita eis injuriose extiterent, Episcopo conquerantur. Qui si reddenda justitia super hoc negligens fuerit, Patriarchæ conquerantur, qui parochianos puniat, & compellat ad quartam partem decimarum eis debitam persolvendam. In aliis autem ecclesiis diœc. Castellanæ, item in alios laicos, vel clericos diœc. Castel. jurisdictionem, vel potestatem non habeat Patriarcha, nec exerceat aliquid, quod ad episcopalem jurisdictionem spectet, vel officium, nisi in casibus, in quibus expressum est in verorum, vel arbitrio nostro, quod ipse possit jurisdictionem, vel potestatem habere in subditis diœc. Castellanæ, non obstante aliqua consuetudine, si qua super hoc hactenus fuerit observata. Patriarcha Graden. excommunicationes, absolutiones generales, & privatas non faciat, publicas pœnitentias non injungat. Item si clerici dictarum ecclesiarum quinque, sive parochiani earumdem volent stare, vel non, laudum, & diffinitionem nostram Patriarcha, & Episcopus inter se nomine suo, & ecclesiarum suarum firmiter observent, nec aliquis eorum in eis ultra sibi usurpet, quam per nos superius est diffinitum, nec præstet eis consilium, auxilium, vel favorem; differentiam ipsam positam in primo facto compromisso Paduæ in nos per Patriarcham, & Episcopum Castellan. scilicet excepto animo fidelitatis interpretamur, & intelligimus de illo Capitulo. Verum Episcopus juramento tenetur ire

Gradum semel in anno, & illud Capitulum solummodo fuit exceptum, ab aliis vero omnibus quæstionibus, quas Patriarcha, & Episcopus ad invicem videbantur habere utrum, quod per arbitrium, & laudum, & diffinitionem nostram absolvimus, & inter eos finem, & pacem arbitramur esse. Volumus, & jubemus sub pœna 10. *millium librarum, quam nobis, & inter se promiserunt, quod aute arbitrium latum fuit, laudum, & diffinitionem præsentibus Dominis Patriarcha Graden. & Episcopo Castellano sæpedictis, ac Capitulis Ecclesiæ utriusque excepto presbytero Matthæo de Capitulo Castellano, de his, qui compromisso consenserunt. Idem Domini Patriarcha, & Episcopus laudantes, & sibi placere dicentes omnia supradicta vivis vocibus firmaverunt, & nullus alius contradixit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, ac Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

Dat. *Anagniæ tertio non. Februarii, Pontificatus nostri anno sexto.*

Anno 1228. Templum Divi Georgii in Insula Veneti sinus, quam in Alga dicunt, ubi nobile cœnobium olim pro Monachis Benedictinis constructum fuerat, postea D. Augustini sectatoribus dicatum, quod Canonicis inde Regularibus cessit, quos vulgo de Alga appellat, Marcum Michaelem Episcopum consecrasse ostendit marmor in porticu.

Nos Marcus Michael Dei gratia Castellanensis Episcopus associante nobis Raynaldo venerabile Episcopo featre nostro, auctoritate Dei omnipotentis Ecclesiam istam in honorem ejus Beatissimi Martyris Georgii consecravimus, firmiter statuentes, ut quicumque amodo annuatim Ecclesiam istam triduo ante solemnitatem hujus dedicationis, vel triduo post festum pie visitaverint quadraginta dies de criminalibus peccatis, & tertiam partem venialium in Christo indulgemus. Acta sunt anno Domini percurrente MCCXXVIII. mensis Aprilis die secunda exeunte.

Marci Michaelis item tempore Dominicani constituuntur Venetiis anno 1234. constructa æde SS. Joannis, & Pauli à Jacobo Theupolo Duce XLII. postea ibi sepulto; in eoque pulcherrimo quidem templo sexdecim Venetiarum Duces, aliique clarissimi viri sepulti jacent, & plures ex eo cœnobio viri dignitate, scientia, ac sanctimonia præclari prodiere. Marcus vero sequenti anno 1235. exemptus est è vivis tumulatusque est apud Cathedralem S. Petri, cum hujusmodi epitaphio, quod male à Sansovino Marco Nicolæ attribuitur.

Hic, ò Marce pie, pastor bonus, arca sophiæ,
Vivir per merita virtutum docte polita:
Cum careas stella, qua fulgebas, lachrymari
Debes Ecclesia, dehinc caritura pari.
Non modicum flere debes, modicumque dolere,
Amisisse bonum cum Præsule patre patronum.
Hic pugnando tua pro libertate putrescit,
Cujus laus, & honos manifestus in orbe nitescit.
Cleri præsidium, via pacis, cujus honori,
Et laudi vivit nescia fama mori.
Vos qui transitis omnes hinc, atque reditis,
Dicite, quæ Christi pietas sit promptior isti.
Anno Domini MCCXXXV. Mensis Martii
Obiit in Aurora in Christo.

(,, Marcus Michael, quem Sansovinus, pariterque Catalogus Præsulum ex aula Patriarchali transcriptus Vitalem nominat, asseriturque tertius usque nunc in hac serie Episcopus ex Michaelia progenie, Marcus tamen dicendus, ut plura documenta docent (potuit forsan in majorum obsequium gentis hujus Vitalis nuncupari, & utroque nomine insigniri) hanc sedem assecutus est an. 1225. Juravit fidelitatem ut suffraganeus D. Angelo Baroccio Patriarchæ Gradensi an. 1229. & an. 1233. Dimitrio Priori S. Helenæ redintegravit concessionem ejusdem loci jam pridem à Vitali ejus antecessoribus factam, edito instrumento, cujus exemplar legitur in Patriarchali regesto hoc modo descriptum.

,, In nomine Domini æterni, & Salvatoris Nostri Jesu Christi Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio mensis Septembris die nono exeunte Indict. VII. Rivoalti. Cum transitura transituri possideamus, ex ipsis omni ratione & jure Dei Ecclesiis, & religiosis conferre debemus personis, unde perpetuitatem vitæ precibus eorumdem adipisci mereamur. Quapropter nos quidem Marcus miseratione divina Episcopus Castellanus cum nostris successoribus in Dei nomine ab hodie in antea damus tibi Dimitrio priori S. Helenæ nostræ diœcesis, & tuis successoribus in perpetuum prædictum locum, sive monasterium S. Helenæ prædictæ, quod est de jure, & pertinentia nostri Episcopatus, & est positum in capite Canalis de Castello, & supra Canale, qui discurrit ad S. Nicolaum de Litore. Qui quidem locus, sive monasterium est de jure, & pertinentia nostri Episcopatus cum omni longitudine sua cum capitibus, & lateribus suis, cum callibus quoque & viis suis, cum accessu, & egressu suo per terram, & per aquam, & cum omnibus suis habentiis, & pertinentiis, ac universis adiacentiis suis intus, & foris, quæ tam subtus terram, quam supra terram ibidem adesse noscuntur, concedimus, & in tua plenissima potestate translatamus amodo in antea intromittendi, habendi, tenendi, gubernandi, regendi, Fratres aggregandi, & in perpetuum possidendi damus, & concedimus tibi, & successoribus tuis plenissimam potestatem tantum levandi versus Orientem de palude prope suprascriptum monasterium posita, quæ est de jure & pertinentiis nostri Episcopatus quantum extenditur usque ad rivum Baybe, qui quidem rivus Baybe & alii rivum Capayra vocant, & versus Occidentem quantum extenditur usque ad suprascriptum canale, qui discurrit ad Ecclesiam Castellanam, & versus Meridiem usque ad prædictum canale, qui discurrit ad S. Nicolaum de Litore, & versus Ecclesiam Castellanam tam à prædicto capite rivi Baybe, quam etiam à capite prædicti canalis, qui discurrit ad Ecclesiam Castellanam circumquaque per latitudinem usque ad passus ducentos, & levato tam tu, quam succes. & fratres qui ibi pro tempore aderunt in prædictu monasterio sive loco facere debeas omnes tuas, & ipsorum utilitates, hoc salvo, vel excepto, quod Priores, qui ibi fuerint electi à Fratribus, electionem ipsorum nobis, & successoribus nostris præsentabuntur. Et si fuerint canonice, & de personis idoneis celebrate per nos, & successores nostros confirmabuntur, vel cassabuntur secundum quod de jure fuerit faciendum. Tu vero, & successores tui nobis, & successoribus nostris in signum subjectionis, & reverentiæ singulis annis octo diebus ante festum S. Helenæ duas ampullas vini boni dabis, & de termino in terminum nos, & successores nostros ad festum S. Helenæ invitabis, & tunc nobis, & successoribus nostris facies procurationem. In omnibus aliis tu, ac ipsum monasterium, & successores tui, & fratres qui ibi pro tempore aderunt nobis, & successoribus nostris, ac Ecclesiæ Castellanæ in omnibus subjecti eritis, ac plenariè respondebitis secundum canonicam sanctionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

,, Exemplum manu Bartholomæi Ss. Apostolorum presbyteri & notarii ex actis presbyteri Angeli S. Nicolai & notarii in millesimo ducentesimo trigesimo sexto mensis Octobris Indictione X. Rivoalti.

Hoc eodem anno, ut narrat Angelus Mariu in Collectaneis, composita fuit controversia, quæ inter eumdem Marcum, & Rempublicam Venetam erat enorta. Volebant enim Patres, quod Clericorum causæ, exceptis criminalibus, & mere spiritualibus, ante seculares judices agitarentur, ut antiquam eorum statuta diatim observata seriosè dictabant. Renuebat Episcopus, qui prætereu in sua jura Capellam S. Marci pertrahere conabatar. Verum Jacobi Theupoli Ducis, ac Patriarchæ Gradensis consilio, nec dissentiente Episcopo correctis statutis decretum fuit, ut solu immobilium judicia curiæ seculari in dominii signum remanerent, & S. Marci Basilica in primigenia persisteret immunitate. Biennio deinde superstes fuit Marcus, defunctusque est an. 1235. mense Martio. Eo Præsule anno 1231. ingens illud accidit miraculum, quod igne fortuito conflagrante D. Marci Sanctuario, atque omnino combustis, quæ in eo servabantur, Ducalibus privilegiis, compluribus sanctorum reliquiis, cæterisque pretiosis ornamentis, inter cineres repertæ fuerant penitus illæsæ, Crux quædam de ligno Dominico, ampulla Chrystallina cum vero sanguine Christi, & B. Jo. Baptistæ vertex. Mirabilis eventus domesticis diu detentus finibus, qui latius orbi toti iuclaresceret, post 30. circiter annos ut solemniter comprobaretur, ac summo nunciaretur Pontifici, religiosas decrevit Senatus, ut ex sequentibus literis suis in urbe existentibus legatis conscriptis licet intueri.

Rayner lus Geno Deì gratia Venetiarum, Dalmatiæ, & Chroatio Dux, Dominus quarte partis, & dimidie totius Imperii Romanie M. Gradonico. F. Iustio. P. Dandulo, & Nicolao Quirino, de suo mandato Ambax. ad D. Papam fidelibus suis dilectis salutem, & dilectionis affectum. Ecce vestre prudentie duximus presentibus declarandum, quod dum noviter in festo B. Ascensionis Domini sacre reliquie, vid. lignum S. Crucis, Ampulla de vero sanguine Christi, & vertex B. Io. Baptistæ more solito populo fuissent ostense, dicto per Fratres Prædicatores, quos ad hoc clamari fecimus, qualiter dicte sancte reliquie de Hierusalem per opera S. Helene in Constantinop. fuerant deportata, & qualiter D. noster Iesus Christus ipsas in civitate Venetiarum cum corpore B. Marci Evangelistæ sui voluit collocari, necnon ingenti miraculo, quod ostendere voluit per ipsas reliquias, cum ab igne evaserunt intacte per ordinem recitato. Dictum fuit postmodum per Fratres, & alios, quod vere mirandum erat, qualiter Dux, & homines Veneti clausis oculis sic transibant, quod hoc tam grande, & tam gloriosum miraculum, quod ad tantam roborationem fidei noscebatur, summo Pontifici, & Ecclesie Romane minime revelabatur, ad hoc ut veritate cognita, & per mundi partea solemniter, & de sua licentia divulgato, in multam animarum ædificationem indulgentia preberetur. Quibus verbis auditis, & a nobis, ac nostro Consilio intellectis omnibus placuit, quod in hoc facto deberet procedi. Unde convocatis per vener. patrem T. Episc. Castellanum Episcopis Patriarchatus, Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, ac aliis Clericis idoneis ad hoc processerunt ad Inquisitionem de tanto miraculo solemniter faciendam. In quorum presentia per quamplures vid. tam nobiles Ven. quam alios, quam operarios Ecclesie, quam Clericos, & alios est testificatum aperte, quod tempore Dom. Iacobi Theupulo Ducis, & nobilium virorum Iacobi Barbo, & Petri Dandolo Procuratorum S. Marci die sequenti post Epiphaniam circa 30. annos elapsos in volta quadam Ecclesie, ubi ipse S. reliquie, & alia multa ornamenta, & divitie aderant, quæ de lignis magnis de subtus & de supra, & circumquaque per totum erat cooperta, ignis accensus exivit, qui circa primum somnum in hora noctis visus fuit; & elevato rumore cucurrerant homines, & cum claves volte essent penes Procuratores, nec possent haberi, ignis mirabiliter accensus fuit, itaque apertis postea duabus januis volte tertia jam combusta viderunt ignem ad modum fornacis accensum; ita quod nullus intrare potuit, potius nitentes desuper cum aqua aranis, & scoreis balneatis extinguere, nihil facere potuerunt; unde clausis januis steterunt usque in mane, donec quæ intus aderant lignamen, ferrum, aurum, argentum, & lapides pretiosi, ac alia consumpta fuerunt, ita quod mane facto apertis januis volte licet propter aquam, quam projecerant, & rerum consumationem forti de ignis remansisset, omnia conversa invenerunt in cineres, & carbones, & querendo per carbones aurum & argentum & separando carbones ab eis, inter carbones ipsos invenerunt Crucem sanctissimam de ligno Domini cum parvo ornamento illesam penitus ab igne, & procedens ampullam christallinam, ubi erat de vero sanguine Domini cum cartulina ligata in collo, ubi scriptum erat sanguinis Christi, & alia plura christallina ibidem invenissent in cineres fore conversas, qui nihilominus procedentes, inter ipsos carbones invenerunt insuper copiam ligneam, in qua erat de vertice B. Jo: Baptiste, que capsa erat combusta quasi per totum, excepto in tantum quantum vertex ille tangebatur cendato Greco, cum quo cooperta erat desuper integro existente. Que tam pretiosa, & tam sacratissima populo cum gaudio & processione multa per Patres tunc fuerant ostensa; super quibus omnibus ordinatum est Fratres Prædicatores & Minores ad curiam destinare cum testificationibus supradictis. Unde si acciderit vos tunc esse in curia, super ipso facto Fratribus favorem vestrum, & auxilium, sicut utilius fieri poterit, impendetis. Sed quia audivimus per literas vestras vos in via separationis adesse, prudentie vestre per nos & nostrum consilium precipiendo mandamus rogantes attente quatenus in separatione vestra predicta Domino Pape & Cardinalibus exponatis, sicut vestre discretioni utilis apparebit, supplicantes eidem, quod in adventu Fratrum sue S. & benignitatis favorem & gratiam sic dignetur concedere in predictis, quod nos, & totam Venet. ad omnia placida sibi habeat perpetuo promptiores, dicentes in hoc & circa hoc, quecunque vestre discretioni pro facto utilius videbuntur. Præterea cum pro factis Venet. nobis & consilio nostro placeat, quod Rustichinus in curia ad presens debeat remanere. Rogamus vos, ut in recessu vestro eidem Solidos X. grossor. dari facere debeatis.]

30 MARCUS (1) Maurocenus, nobilis Venetus, Marco Michaelio suffectus est anno 1235. pretermissus à Dandulo; imo, ipso auctore, repo-

(1) Unde Marcum hunc Maurocenum Castellanæ Ecclesiæ præfuisse desumpserit Auctor picturarum Patriarchalis palatii, ex quibus errandi ansam Sansovinus, & Ughellus arripuere, mihi omnino incompertum. De eo nullæ tabulæ, nulli Auctores meminere: idemque illud cum Dandulo jure ex albo Castellanorum Episcoporum expungimus cum ab anno 1235. ad an. 1255 hujus Ecclesiæ regimen obtinuerit Petrus Pinus, ut mox dicemus.

a Pinus. *b Pinus.*

ponendus videbatur Petrus Pierius, *a* sed cum electionem, tempusque Petri sub finem vitæ Innocentii IV. reperissemus in regestis Vatic. Dandulum errasse fatendum est, ac Marco Mauroceno post Marcum Michaelem locum tribuendum putemus, de quo præter nudum nomen, & nobilissimæ familiæ cognomen apud aliquos auctores nihil repertum fateor. Tamen hanc Ecclesiam administrasse plus minus viginti annis opus est asserere, cum Petrus Pierius *b.* successor ad hanc Ecclesiam è Tarvisina translatus asseratur in regest. Vatic. an. 1255. In quibus regestis unam Innocentii epistolam offendimus, Episcopo Castellano scriptam, qui olim infirmitate gravatus, nec onera episcopalis dignitatis sustinere posset, in manu ejusdem Pontificis Episcopatui se abdicavit. Sed cum inde valuisset, & ad preces Prælatorum, & Clericorum Castellanæ diœcesis, iterum ad gubernacula suæ Ecclesiæ redire vellet, illum Innocentius restituit anno Pontificatus sui octavo, qui salutis numeratur 1251. En epistola, quæ in ordine 88.

Episcopo Castellano.

Corporis olim infirmitate gravatus, per quam ad ferenda Pontificalis sollicitudinis onera inutilis videbaris, petita per litteras, ac nuntios tuos, & obtenta cedendi licentia, Episcopatum Ecclesiæ Castellanæ libere in nostris manibus resignasti, nosque resignatione tua recepta, postmodum cum ab infirmitate convaluisses eadem, Episcopatum ipsum tibi ad petitionem dilectorum filiorum Prælatorum, & Clericorum civitatis, & diœcesis Castellanæ ad nostræ beneplacitum voluntatis retinendum. Nunc autem cum personam tuam Divina miseratio ad illum statum reduxit sanitatis, ut consueta Pontificalis officii onera valeas reparatis viribus supportare. Nos tutius arbitrantes, quod prædicta Ecclesia, quamdiu præesse utiliter poteris, sub tuo gubernetur regimine, quam personæ committatur incongruæ gubernanda, tuis, & multorum nobilium supplicationibus inclinati te auctoritate præsentium Ecclesiæ restituimus memoratæ, fraternitati tuæ auctoritate præsentium concedentes, ut resignatione non obstante prædicta, curam ejus geras, sicut hactenus utiliter, & prudenter, ita quod ecclesia ipsa te sibi gaudeat restituto, nosque inde refici valeamus gaudio salutari. Datum Vigintimil. Nonis Maii anno octavo.

Anno 13. Merci præsulatus, qui fuit salutis 1248. Gregorius IX. Pontifex ob devotionem, & reverentiam, quam Veneti erga Romanam Ecclesiam habuerant, ab ipso meruerunt Apostolicæ Sedis protectionem sub diplomatis forma, hanc Duci, ac civitati scripsit epistolam, quæ habetur in regest. Vatic. epist. 325. anni 12.

Gregorius, &c.

Sacrosancta Romana Ecclesia, quæ piæ matris affectu in charitatis visceribus Christi fideles amplectitur universos, prærogativa gratiæ specialis confovere debet, ac defensare devotos vid. ut ii synceritatis suæ digna præmia consequantur, & alii eorum exemplo ad devotionem Sedis Apostolicę provocentur. Cum igitur civitas Venetiarum erga Romanam Ecclesiam matrem suam, sicut certo rerum experimento probatur, reverentiam, devotionem, & fidem semper habuerit, & habeat specialem, nos tuis supplicationibus, quas libenter admittimus, inclinati personam tuam, & civitatem eandem in devotione Sedis Apostolicæ persistentes sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostræ protectionis, &c. Si quis, &c.

Datum Laterani Nonis Decembris anno XII.

XX VIII. 31 PETRUS Pierius, Venetus, Episcopus Tarvisinus, Marco Mauroceno successit anno 1255. Ejus translatio confirmatur ab Alexandro IV. anno primo sui Pontificatus. Datum Neap. 6. Id. Febr. ita in reg. Vatic. epist. 313. fol. 14. Cui idem Alexandar indulsit per epistolam eodem anno scriptam 6. Id. Aprilis, ne ab Apostolico legato posset molestari. Hic episcopale substruxit Palatium, in



cujus facti memoriam, hæc duo carmina in eodem apposita fuere.

Pina domus Petro fulget insignis alumno.
Urbs Venetum hoc gaudes Præsule clara pio.

Post Petrum Pierium, qui ex hoc sæculo migravit circa annum Domini 1260. Sansovinus, & alii, nescio quem Gualterium AgnusDei statuunt Castellanum Episcopum, cum satis constet Petro successisse Thomam Arimundum, de quo mox dicemus. Hunc igitur Gualterium ab hac serie expunximus.

(„ *Petrus Pinus Marco Michaeli immediate successit anno 1235. Hunc Pierium vocat Ughellus, „ cumque Episcopum Tarvisinum asserit ad Castellanam sedem translatum anno tantum 1255. ex perperam lectis regestis Vaticanis. De Petri Tarvisino Præsulatu altum silentium in ejus Ecclesiæ monumentis, nec ulla alicubi memoria: Pinum vero „ familia extitisse, quotquot hujus temporis vidi documenta constanter affirmant. Castellanam denique rexisse Ecclesiam ab anno 1235. ad finem 1254. „ pręter Danduli Chronicon complura edocent ejus „ ævi instrumenta. Extat in chartulario parochialis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Formosæ „ alienationis cujusdam archetypum, quo Joannes „ Longo ejusdem Ecclesiæ plebanus an. 1236. mense „ Septembris concedit Danieli Gamba in collo fundum quendam, annuente Petro Pino Episcopo Castellano. Aliud exhibet documentum nostræ Ecclesiæ S. Moysis tabularium, quo an. 1242. Petrus Pinus Episcopus Castellanus veluti judex ordinarius, atque arbitrarius dirimit lites, quæ super „ jure parochiali quarumdam domorum in utrarumq; „ parochiarum confinio existentium inter S. Moysis, „ & S. Paterniani presbyteros vertebantur. Libet „ hic proferre chartam, non tantum ad comprobandam Petri ætatem, sed etiam ad roboranda Ecclesiæ nostræ jura, quæ nuperrime ab iisdem S. Paterniani presbyteris impetita, hoc præsertim clypeo propugnata sunt. Ea est hujus tenoris.*

„ In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri „ Iesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo mense Decembri „ die quintodecimo intrante Rivoalto. Præsentibus magistro Patavino, & Petro Canonicis Paduanis, Leonardo presbytero Primicerio Castellano, Marco da Molino, Marco Barbamazolo, „ Marino da Molino, & aliis multis tam clericis, „ quam Laicis D. Petrus Pino divina gratia Episcopus Castellanus termino partibus ad diffinitivam sententiam proferendam locato, talem in „ scriptis protulit sententiam. In nomine Domini „ æterni Amen. Nos Petrus Dei gratia Episcopus Castellanus, cognoscentes tam ordinaria jurisdictione, quam arbitraria de causa, seu causis „ juris parochialis, quæ vertuntur inter Dominicum presbyterum S. Paterniani syndicum, & „ procuratorem plebani, clericorum, & Ecclesiæ „ ejusdem S. Paterniani ex una parte, & Nicolaum „ plebanum syndicum, & procuratorem clericorum Ecclesiæ S. Moysis ex altera, super eo quod

syn-

A ,, syndicus plebani, clericorum, & Ecclesiæ S.
,, Paterniani conquerebatur in hunc modum. Ego
,, Dominicus presbyter Ecclesiæ S. Paterniani syn
,, dicus, & procurator plebani, & Clericorum di-
,, ctæ Ecclesiæ nomine meo, & nomine ipsorum,
,, sive Ecclesiæ antedictæ de plebano, & clericis S.
,, Moysis, qui contra Deum, & justitiam nos, &
,, Ecclesiam nostram molestant, seu inquietant su-
,, per jure parochiali omnium domorum tam majo-
,, rum, quam minorum, quæ fuerunt quondam
,, Protasii Venero, & nunc sunt Leonardi filii ejus
,, spectanre ad nos, ac ad Ecclesiam antedicti S.
,, Paterniani: atque super jure parochiali omnium
,, domorum da ca Polani. Quare peto, ut dicta
,, jura parochialia nobis, & Ecclesiæ nostræ tam
,, auctoritate ordinaria, quam arbitraria pertine-
,, re pleno jure adjudicetis, dictis plebano, & Cle
,, ricis dicti S. Moysis super hoc perpetuum silen-
,, tium imponendo; condepnantes etiam eosdem
,, nobis & Ecclesiæ nostræ pro usurpatione benefi-
B ,, ciorum, quæ hactenus habuerunt, seu percepe-
,, runt tam vivorum, quam mortuorum de prædi-
,, ctis domibus, & expensis factis, & faciendis
,, propter hoc in ducentis libris denariorum Vene-
,, torum parvorum, salvo jure addendi, vel mi-
,, nuendi. Et ex adverso super eo quod Nicolaus
,, plebanus syndicus Clericorum, & Ecclesiæ S.
,, Moysis conquerebatur etiam in hunc modum.
,, Vobis Domine P. Dei gratia Castellane Episco-
,, pe. Ego Nicolaus presbyter, & plebanus Ec-
,, clesiæ S. Moysis, syndicus, & procurator cle-
,, ricorum dictæ Ecclesiæ nomine meo, & dictæ
,, meæ Ecclesiæ, ac clericorum ejusdem conque-
,, ror de plebano, & clericis Ecclesiæ S. Paternia-
,, ni, ac de ipsorum procuratore, quia me, & Ec-
,, clesiam meam, ac clericos ejusdem contra Deum,
,, & justitiam molestare, & aggravare nituntur
,, super jure parochiali ipsorum parochianorum,
,, videlicet de domo magna, & his quæ a segenti-
,, bus sunt, quæ fuerunt Protasii Venero, & nunc
C ,, sunt filii ejus, & de domibus Polanorum, atque
,, de domibus Silvorum: unde petimus a vobis jus
,, parochiale prædictorum omnium nobis adjudi-
,, cari, & eis super hoc perpetuum silentium im-
,, poni, & de damnis, & injuriis nobis ab eis
,, super hoc illatis petimus a vobis ipsos nobis con-
,, depnari in libris trecentis; & hoc salvo jure ad-
,, dendi, vel minuendi. Super his omnibus lite
,, hinc inde legitime contestata, factis postmodum
,, positionibus, & responsionibus ab utraque par-
,, te, testibus etiam receptis, examinatis, publi-
,, catis, & diligenter inspectis, visis etiam qui-
,, busdam instrumentis, habito quamplurium sa-
,, pientum consilio, termino peremptorio ad fe-
,, rendam sententiam, seu arbitrium hodie locato,
,, & habita a partibus parabola pronunciandi, ju-
,, dicamus, pronunciamus, arbitramur, lauda-
,, mus, & sententialiter diffinimus domos de segen-
,, tibus tam inferius, quam superius quondam Pro-
,, tasii Venero, quæ nunc sunt Leonardi Venero
D ,, filii ejus, a rivo pontis per quem itur ad S. Pater-
,, nianum, habentes per longitudinem versus cal-
,, lem, qui discurrit ad S. Marcum, pedes sexa-
,, ginta quinque, per latitudinem vero pedes vi-
,, ginti duos tam ab uno capite, quam ab alio secun-
,, dum quod eas fecimus mensurari, pleno jure pa-
,, rochiali pertinere ad plebanum, Clericos &
,, Ecclesiam S. Paterniani, absolventes eosdem
,, plebanum, clericos, & Ecclesiam S. Paternia-
,, ni ab impetitione Nicolai plebani syndici Cleri
,, corum, & Ecclesiæ dicti S. Moysis, & ei perpe-
,, tuum silentium ponentes super domibus prædi
,, ctis. Omnes vero reliquas domos de Segentibus,
,, quæ fuerunt prædicti Protasii Venero, & nunc
,, sunt Leonardi Venero filii ejus, & majorem
,, domum in qua habitat dictus Leonardus Venero
,, cum tota curia ibidem posita, arbitramur,
,, laudamus, & sententialiter diffinimus, & ad
,, judicamus pleno jure parochiali perpetuo per-

A ,, tinere ad plebanum, Clericos, & Ecclesiam S.
,, Moysis, absolventes syndicum memoratum,
,, Clericos, & Ecclesiam S. Moysis ab impeticio-
,, ne præfati Dominici presbyteri Syndici plebani,
,, Clericorum, & Ecclesiæ S. Paterniani, & eis
,, perpetuum super domibus, & cur a prædictis si-
,, lentium imponentes; exceptis domibus prædi-
,, ctis de segentibus adjudicatis dictis plebano, Cle-
,, ricis, & Ecclesiæ S. Paterniani. Ad hæc quo-
,, que arbitramur, laudamus, & sententialiter
,, absolvimus Dominicum presbyterum syndicum
,, plebani, Clericorum, & Ecclesiæ S. Paternia-
,, ni ab impeticione Nicolai plebani syndici Cleri-
,, corum, & Ecclesiæ S. Moysis super jure paro-
,, chiali domorum de Silvis eidem syndico nomine
,, prædictorum super hoc perpetuum silentium im-
,, ponendo, & e converso Nicolaum plebanum
,, syndicum Clericorum, & Ecclesiæ s. Moysi, &
,, ipsam Ecclesiam s. Moysis sententialiter simili-
,, ter duximus absolvendam ab impetitione Domi-
B ,, nici presbyteri syndici plebani, Clericorum, &
,, Ecclesiæ S. Paterniani super jure parochiali do-
,, morum de Pollanis, eidem presbytero Domini-
,, co syndico nomine prædictorum super his perpe-
,, tuum silentium imponendo: precipientes sub
,, pena que continetur in compromisso, & sub pe-
,, na excommunicationis utrique parti, quatenus
,, hanc sententiam, laudum, sive arbitrium de-
,, beant perpetuo observare, & non contravenire.
,, Condepmnantes nichilominus partem inobe-
,, dientem parti obedienti in penis predictis. A-
,, ctum est hoc in Castello in Palatio Episcopali.
,, Ego Marcus Guilione presbyter & Notarius
,, omnibus prædictis interfui, & de mandato jam
,, dicti D. Petri Episcopi Castellani scripsi, com-
,, plevi, & roboravi.
,, *Ultimum, quod mihi occurrerit Pini documen-*
,, *tum, est syngrapha acceptæ pecuniæ pro decima cu-*
,, *jusdam Jacobinæ defunctæ, qua ejus sorori Ma-*
,, *riæ Malaca cavet an.* 1253. *mense Septembris die*
C ,, 4. *exeunte Indict.* XII. *Ea servatur in archivo*
,, *Monialium S. Jo. Evangelistæ de Torsello. De Pi-*
,, *no hæc refert Angelus Maria.* Petrus Pinus, Mar-
,, co Michaele mortuo, statim substituitur, qui
,, palatium renovavit Episcopatus, Raynerio Ze-
,, no Duce. Subjecit jurisdictioni Ecclesiam S.
,, Mariæ de Nazareth diœcesis Castellanæ; obtinuit
,, quasdam tenutas Episcopatui. Habuit Vicarium
,, D. presb. Benedictum S. Pauli. De consensu om-
,, nium plebanorum, & consilio Canonicorum
,, suæ Ecclesiæ Episcopalis Castellanæ fecit ordi-
,, narium quoad officium divinum, & ad cæremo-
,, nias totius anni, quo nunc Ecclesia Castellana
,, utitur, ut videtur in principio. Vixit usque ad
,, an. 1252. (*fallitur, scribere debuisset ad an.* 1254.)
,, in mense Decembri obiit die 30. *Ex quibus omni-*
,, *bus manifeste colligitur deceptum omnino fuisse*
,, *Ughellum nostrum in legendis regestis Vaticanis,*
,, *quæ cum assererent per mortem Petri Pini, an.*
,, 1255. *ad Castellanam sedem è Tarvisina transla-*
D ,, *tum fuisse Gualterium, huic ille Pleriam quem-*
,, *dam hucusque ignotum, annorum & personarum*
,, *ordine confuso, supposuit, & Gualterium ipsum*
,, *ex hoc Castellanorum Episcoporum albo injuste*
,, *eliminavit. Petro Pino Præsule an.* 1239. *fun-*
,, *datum est illustre sacrarum Virginum septum S.*
,, *Mariæ* della Celestia *à quibusdam monialibus cœ-*
,, *nobii* de Columba *diœcesis Placentinæ: & an.*
,, 1241. *s. Pauli primi Heremitæ corpus Constanti-*
,, *nopoli Venetias à Jacobo Lanzolo translatum in*
,, *s. Iuliani Ecclesia depositum fuit.*
,, VVALTERIUS, *seu Gualterius Agnus Dei,* XXIX
,, *Ordinis Prædicatorum, Episcopus Tarvisinus,*
,, *defuncto Petro Pino, à Canonicis Ecclesiæ Ca-*
,, *stellanæ postulatus, ab Alexandro Papa IV. sub-*
,, *rogatus est* 6. *Id. Februarii* 1255. *solitum Gra-*
,, *densi Patriarchæ juramentum præstitit hoc eo-*
,, *dem anno die* 9. *Aprilis Indict.* XIII. *Triennio cir-*
,, *citer hanc rexit Ecclesiam, & an.* 1258. *mortem*



„ oppetiit. Gualterii Epitaphium legitur in choro „ Fratrum Prædicatorum Ss. Io. & Pauli, ubi sepultus est, hisce conceptum verbis.

„ Sepulchrum Reverendissimi D. Fr.
B „ Gualterii Ordinis Prædicatorum Epi-
„ scopi Castellani.

„ *Notat Angelus Maria hunc Gualterium cum „ Castellano Clugiensem etiam Episcopatum habuisse, ac tenuisse usque ad obitum.*)



C

XXX. 32 THOMAS Arimandus, nobilis Venetus, Petro subrogatus est circa annum Domini 1260 n. Cujus tempore corpus S. Theodori Martyris Venetias e Constantinopoli delatum est, & in ecclesia S. Salvatoris collocatum honorificentissime, ille idem, qui sub Licinio Augusto pro fide decollatus est. Raynerius vero Zeno Dux divinæ gratiæ non immemor, qua ingentem victoriam contra Januenses obtinuerat, Templum sanctissimæ Trinitatis ædificavit, ac templariis militibus multis bonis, & juribus ditatum contulit. Mortuusq est Thomas Arimandus eodē quo fuerat anno ad sedem sublimatus.

(„ *Thomas non Arimandus, sed Arimundus successit Gualterio an. 1258. de quo Sansovinus ad an. „ 1272. non hujus tantum, sed & Antecessorum, & „ successorum Episcoporum tempora enormiter pervertens. Biennio vixit in Episcopatu, interiitque „ an. 1260.*) .

D



XXXI. 33 THOMAS Francus, Venetus, successit Arimundo anno eodem 1260. Obiit temporibus Clementis IV. Quo defuncto una pars Capituli Ec-

A clesiæ Castellanæ Petrum Corrarium Primicerium S. Marci, altera Bartholomæum Quirinum Cathedralis Ecclesiæ Canonicum, & Papæ Capellanum postularunt Episcopos. Post longam tandem utriusque partis altereationem Gregorius X. repudiata Corrarii tamquam vitio facta electione, Bartholomæum evexit ad sedem, ut habetur in epistola reg. Vat. anno 4. nu. 33. pag. 226.

(„ *Thomas Francus, Archidiaconus Castellanus, ad hunc thronum evectus est eodem anno „ 1260. D. Francisci asseclam fuisse asserit Vvadingus in Annal. Minorum ad an. 1272. Sed quidquid sit de ejus instituto, cujus nullum vestigium „ alicubi inveni, certum est diu ante an. 1272. è vivis abiisse. Anno siquidem 1268. die 4. mensis Aprilis vacabat Ecclesia Castellana, ut colligitur „ ex instrumento existenti in chartulario s. Mariæ „ Formosæ, quo Petrus Bono fatetur se a Bartholomæo Quirino plebano ejusdem Ecclesiæ accepisse „ quemdam fundum cum domo ligneu &c. alienationi consentiente D. Simeone Mauro Vicario generali*

B *„ Ecclesiæ Castellanæ. Simili modo idem Simeon „ Maurus Vicarius generalis Ecclesiæ Castellanæ robur addidit alteri venditioni eodem Quirino factæ an. 1273. mense Julio die 13. exeunte, cum „ adhuc sedes Antistite vacua esset. Documentum adservatur in eodem archivo s. Mariæ Formosæ. „ Verum cum in veteris S. Gregorii Necrologio hæc „ legantur.* Nonis Augusti. Obiit Thomas Franco Episcopus Castellanus: *& en Epistola Raynerii Zeno de reliquiarum ab igne non consumptarum miraculo supra, ubi de Marco Michaele disseruimus, relata habeamus Thomam eo tempore „ inter mortales adfuisse, eius obitus nec ante Augustum anni 1265. quo data est Epistola, statui potest, nec differri post Augustum anni 1267. cum sequentis anni Augusto Cathedra iam vacaret. Tam „ longi verò interpontificii causam expressit Vghellus, altercationem scilicet eligentium, electorumque.*)

C



34 BARTHOLOMÆUS Quirinus, Romei filius, nobilis Venetus, a Gregorio X. Pontifice electus, & renunciatus est legitimus Castellanus E- XXXII.
D piscopus anno 1274. Nonis Aprilis, ut habetur in regesto Vaticano. Scribunt Sansovinus, & alii hunc Bartholomæum Quirinum Castellanam administrasse Ecclesiam ad annum usque 1282. eidemque successisse Simeonem Morum, vel Mauroceunum, huic Rampertum Polum anno 1292. Ramperto Jacobum Contarenum 1302. sed cum ego reperérim in iisdem Vaticanis regestis eumdem Bartholomæum Quirinum Castellanum Episcopum ad Novariensem Ecclesiam translatum fuisse an. 1303. 10. Kal Maii, dieque 31. mensis Octobris ejusdem anni è Novariensi ad Tridentinam Sedem transiisse, ibidemque fato cessisse anno 1310. neque hoc temporis spatio in eodem regesto quempiam alium ad hanc sedem evectum viderim, imo post Bartholomæi translationem, Rampertum Polum Castellanæ Ecclesiæ adlectum fuisse Episcopum, toto cœlo aberrasse Sansovinum, aliosque video, ideoque ab hac nostra serie Simeonem Morum, Jacobumq;

Con-

Contarenum exulare jussimus. Rodolphus Tossinianus in Seraphica historia narrat, hunc Bartholomæum Quirinum fuisse ex Ordine Minorum, Thomæque ejusdem Ordinis successisse, cujus rei fides apud ipsum esto, cum in reg. Vatic. ut diximus, asseratur Bartholomæus ex Canonico Cathedralis Ecclesiæ ad insulam fuisse evocatus.

„ *Bartholomæus Quirinus tandem post diutinam concertationem evicit, ut repudiata adversæ partis electione ipse confirmaretur Castellanus Episcopus à Gregorio X. an. 1274. Nonis Aprilis. Obvia frequenter habetur ejus memoria in veteribus membranis, quas vidimus, ad an. 1290. die 15. intrante mensis Februarii Indict. IV. qua die ultimam suam scripsit voluntatem notario Leonardo plebano S. Eustachii. Hæc legitur descripta in Protocollo primo pag. 193. Procuratorum, quos vocant, de Citra, quosque Commissarios reliquit: & en ea Bartholomæi non spernendas opes, ac insignem pietatem licet arguere. Paucæ siquidem, vel in urbe, vel in æstuariis Ecclesiæ, pauca Religiosorum, seu sacrarum Virginum cœnobia, vel xenodochia tunc temporis aderant, quæ benefici Antistitis liberalitatem non fuerint experta. Hospitale cum Ecclesia D. Bartholomæo sacra condendum decrevit, illudque annuis redditibus locupletavit. Sex Mansionarios in Cathedrali statuit, qui quotidie sacrum peragerent, divinisque officiis interessent, eisque domos ad incolatum assignavit, prædia verò ad victum attribuit: octo pariter Canonicos veteribus addidit statis proventibus luculenter instructos. Non parvam denique pecuniæ vim in pauperes erogandam, atque in alios pios usus dereliquit, adeout minimum sit, quod parentibus suis legaverit. Cum verò dicitur hoc testamentum a Bartholomæo exaratum an. 1290. 15. Febr. intellige juxta morem computandi patrium, anni scilicet exordium à Kalendis Martiis desumendo; alias juxta communiorem usum tunc labebatur annus Christi 1291. ut etiam clarissimè evincit Indictio IV. cæteris notis chronicis superaddita. Parum deinde superstes fuit Bartholomæus defunctus hoc eodem anno 1291. Kalendis Martiis. Diem ejus obitus habemus ex veteri s. Gregorii Necrologio aliàs citato, in quo sic legitur.* Kalendis Martii obiit D. Bartholomæus Quirinus Episcopus Venetiarum. *Cæterum quod narrant Tossinianus, & Vvaddingus Quirinum nostrum Minoritarum institutum fuisse amplexum, id mihi omninò suspectum, cum in tot Bartholomæi monumentis à me lectis nullum hujus rei indicium deprehenderim: & observaverit Ughellus in regestis Vaticanis asseri e Canonico Cathedralis Ecclesiæ ad insulam fuisse evocatum. In ejus testamento animadverti ipsum legasse Fr. Jordano Capellano suo l. 10. & sol. 10. grossorum Fr. Jacobo Converso Ordinis Carmelitarum, qui cum eo morabantur: ex quo Carmelitis potius Bartholomæum adjudicarem, si alicui Religiosorum cœtui adscriptum fuisse aliunde constaret; cum solemne esset Episcopis ex aliqua sacra sodalitate desumptis nonnullos ex eadem familia in suum contubernium, ac famulitium advocare.*

XXIII „ SIMEON *Maurus, Nobilis Venetus, quem ex horum Episcoporum albo immeritò expungit Ughellus, Castellanæ Ecclesiæ præfectus est anno eodem 1291. Vir fuit doctrina, rerumque agendarum peritia insignis. Plebanus primo Collegiatæ Ecclesiæ s. Barnabæ dictus fuit, e qua, cum per Gothofredi obitum Torcellana Episcopalis sedes vacaret, ad hanc à Capitulo postulatus est an. 1254. licet electioni annuere recusaverit Innocentius IV. Vicarius deinde Capitularis Ecclesiæ Castellanæ ob mortem Thomæ Franco pastore destitutæ electus per septennium illam administravit: hinc ad parochialem s. Pantaleonis Ecclesiam regendam transitum fecit. Anno vero circiter 1286. à Bartholomæo Quirino Castellano Episcopo Commissario Apostolico ad Clugiensem cathedram evectus, ac ab Honorio Pontifice confirmatus, illam conscendere renuit. Nec diu post, videlicet an. 1287. D. Marci Primicerius creatus est: qua constitutus in dignitate Cæremoniale rituum Ecclesiasticorum prædictæ D. Marci Basilicæ conscripsit, ad cujus præscriptum divina officia in illa celebranda dirigerentur. Defuncto denique Bartholomæo Quirino Castellano Episcopo anno, ut diximus, 1291. Kalendis Martiis, eidem statim suffectus est Simeon Maurus, cujus duo documenta offendi in Patriarchali Archivo, alterum scilicet, quo anno 1292. 15. Martii ab Omnibono molendinario domum quamdam ligneam in juris Episcopalis fundo extructam coemit: alterum vero, quo eodem anno 1292. die 6. exeunte Julio aliquot agros Paulo q. Antonii locat. Brevis Pontifex fuit, nec secundum in hac dignitate annum complevit. De ejus decessu hæc leguntur in citato S. Gregorii Ms Necrologio.* IIII. Id. Dec. obiit Symeon Maurus Episcopus Castellanus. *Hoc utique eodem anno 1292.*






„ BARTHOLOMÆUS *Quirinus, Bartholomæi superioris ex fratre nepos, ex D. Marci Primicerio exeunte anno 1292. vel ineunte anno 1293. Veneto gregi pastor est attributus. Fidelitatis juramentum præstitit Laurentio Patriarchæ Gradens. an. 1293. Indict. 6. die Dominico 10. Junii intrante. Non infrequēs ejus memoria occurrit in antiquis membranis ab hoc an. 1293 ad 1302. quas inter in regesto Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis S. Simeonis Prophetæ decretum inveni a presbyteris ejusdem Ecclesiæ de creando subdiacono an. 1299. conditum, & ab Episcopo confirmatum, in quo semel, & iterum hic Bartholomæus Quirinus SECUNDUS appellatur. Anno 1296. interfuit Concilio Provinciali Gradensi ab Aegidio Patriarcha celebrato, quod supra in Gradensibus retulimus. Demum anno non 1302. ut scribit Ughellus corrigendus in Novariensibus, sed 1303. 10. Kal. Maii ad Novariensem Ecclesiam fuit translatus: & ex hac deinde ad Tridentinam non die 31. Octobris an. 1303. sed 4. Id. Januarii an. 1304. ut in Tridentinis asseritur.*] XXIV.

35 RAMPERTUS, sive Albertus, & Rambertus Polus, patria Bononiensis, Ord. Prædicatorum alumnus, omnium scientiarum genere vir XXV.



longe clarissimus à Bonifacio VIII. 1303. 10. Kal. Martii in locum translati Bartholomæi, Castellanus Episcopus renunciatus est, ut habetur in regest. Vatic. ejusdem Pontificis ep. 23. fol. 305. Cujus meminit Antonius Senensis in Bibliotheca, tametsi illum appellet Lambertum de Primaticiis. Præfuit Episcupatui annis fere octo optime, ac utilissime, & huic lugubri valedixit vitæ anno 1311.

(„ *Rampertus, quod alii* Lambertum, *seu Albertum appellant, Bononiensis, Ordinis Prædicatorum, à Bonifacio* VIII. *huic ovili præficitur eo die, qua ad Novariensem translatus est Quirinus. Diu ante annum 1311. oportet vel obiisse, vel Ecclesiam hanc dimisisse: nam an. 1309. die Veneris quartodecimo Februarii Indict. VII. sedes vacabat, ut apparet ex charta quadam in tabulario Ecclesiæ nostræ S. Moysis existente, qua Franciscus de Barberino Vicarius Castellanus sede vacante frivolam & inanem appellationem à sententia quadam à se lata ad Gradensem Patriarcham ab Albertino S. Moysis presbytero interpositam reputat, eique proinde deferre non intendit. Anno pariter 1310. Jacobus S. Fantini plebanus, Vicariusque Capitularis Ecclesiæ Castellanæ nonnullos Bajamontanæ conjurationis conscios Canonicos, plebanos, & Clericos exilio mulctavit ad placitum futuri Episcopi Castellani, ut narrat Caroldus in suis Annalibus Mss. His temporibus cœnobium S. Joannis in Judaica conditum est, atque Camaldulensibus Monachis traditum.*)



XXXVI. 36 GALASSUS Subdiaconus Apostolicus, electus Castellanus Episcopus à Clemente V an. 1311. 2. Kal. Junii. Obiit Avenione ante consecrationem, ut in regest. Vatic. Cujus familiæ, vel patriæ ille fuerit, non exprimitur in regest. tamen tulisse Galassum ex Comitibus Albertis Etruscum, Jacobi successuris germanum fratrem, ex notis ejusdem familiæ habemus.

XXXVII. 37 JACOBUM Alberti filium de Albertinis, ex Comitibus Albertis originem ducentibus, Thuscum ex oppido Prati, Nicolai Cardinalis Pratensis nepotem, ex plebano Burgi S. Laurentii diœcesis Florentinæ Clemens V. ad Castellanam sublimavit sedem defunctum Galasso electum anno 1311. 15.

A



Kal. Julii ex regesto Vaticano epist. 581. f. 144. Hic ille est Jacobus Ludovici Bavari assecla, & fautor, qui à Joanne XXII. Episcopatu antea mulctatus a Nicolao V. Corbario Pseudo Pontifice anno 1327.
B Pseudo Cardinalis creatus, & in Germaniam legatus missus, misere vitam liquit. Certantibus enim de Pontificio, Cæsareoque jure Joanne XXII. ac Ludovico Bavaro, Italiamque ferro, flammaque, clientumque imperii pectora contrariis studiis partientibus, Jacobus Episcopus amplioris fortunæ lenocinio delinitus ad asserendas partes Cæsareas se traduxit, in qua non modo ingrati animi labem suscepit, improbamque Romanæ Ecclesiæ, à qua amplitudinem acceperat, gratiam repo[n]suit, verum fallacis spei augendæ dignitatis præstigiis illusus eandem passus est calamitatem, quam illi subeunt, qui nocte intempesta volitantis alicujus flammulæ splendore perstricti, in præcipitia horrida, vel in stagnantes lacus se conjiciunt. Imperialis enim majestatis tuendæ fulgore perculsus in hæresim, & schisma infeliciter præcipitem se dedit, at pro vero Præsulatus honore, quo ob flagitia sua exutus erat, Anticardinalatus, & pseudo legationis à Ni-
C colao V. Pseudo Pontifice adumbratus honores eblanditus est, & his se miscuit sordibus, ut fulgeret: suere illi pudenda præmia præsumpti male muneris in liniendo imperiali unctione Ludovico, cum id officium ex veteribus institutis ad Romanum Pontificem, vel decretos ab eo legatos tantum spectaret; sed cum Ludovicus contenderet à Pontifice contra fas oppugnari Cæsaream in ipso majestatem; potuisse eum quem vellet Præsulem ad ipsum sacro balsamo ungendum deligere discepiavit: præterea iterum se ingessit Jacobus indigne, à quo gradu Episcopali pulsus fuerat, unctionem expeteret, & quidem ab eodem Jacobo, non à Corbario augustali auctoritate delibutus est, ut Joannes ipse Pontifex, Bohemiæ Regi Joanni scribens his verbis testatur ex reg. Vatic. *Inunctus fuit, seu verius execratus à Jacobo dudum Episcopo Castellano, tunc suis demeritis exigentibus deposito, excommunicato, & ut hæreticorum fautore condemnato. Coronatus autem de facto extitit, cum de jure posset à nemine coronari, cum privatus fuisset*
D *omni jure, si quod sibi competerat ex electione in discordia celebrata de ipso à quibusdam Romanis, ad quos non pertinebat Imperatoris coronatio, &c.* His malis artibus partam dignitatem Jacobus simul cum Episcopatu amisit; nam damnato postea æterno carceri Corbario, confusi omnes ejus Pseudo Cardinales purpuram exuerunt, atque inter hos Jacobus ipse in Germania latibula quærere coactus est, ubi infeliciter, ut diximus, periit; dignus quidem tali fine, qui ambitione orbatus, verum Pontificem de sede sua propellere conatus fuerat. Cæterum Jacobo Præsule Venetiis Fratres Servorum S. Mariæ recipiuntur anno 1316. Cœnobium condidit quidam Joannes Avanzus civis Venetus, ut proloquitur marmorea tabula in claustro posita. Jacent in ea ecclesia Andreas Vendramenus, ac Franciscus Donatus Venetiarum Duces, aliique viri clarissimi.

„ (*Ab anno 1302. ad annum 1325. Castellano*

ovili præfuisse Jacobum quemdam Contarenum scribit Sansovinus in Chronico aulæ Patriarchalis picturas secutus, ut puto. De eodem Jacobo hæc pauca refert Angelus Maria in Collectaneis. Jacobus Contarenus Episcopus Castellanus vixit usque ad an. 1357. Semper Romæ stetit. *Verum ex Patriarchalis archivi monumentis satis constat an. 1302. die 3. Octobris intrante adhuc Castellanam sedem occupasse Bartholomæum Quirinum secundum, eidemque ad Novariensem, ut diximus, Ecclesiam translato successisse Rambertum, qui an. 1303. 7. Julii Dominico portitori fundum quemdam locavit. Igitur nonnisi anno 1311. ut advertit Ughellus, ad hanc Cathedram evectus est Jacobus, qui anno 1321. S. Agnetis Ecclesiam consecravit, ut testatur inscriptio ejusdem Ecclesiæ parieti affixa. Anno 1326., cum S. Danielis Monachi lacum, quem olim ab Episcopo Castellano acceperant annui census onere imposito, in Ducem, & Commune Venetiarum permutationis titulo transtulissent, conventionem ratam habuit Jacobus, hoc, quod sequitur, documento ex ejusdem cœnobii tabulario fideliter transcripto.*

In Christi nomine Amen. Anno Incarnationis Domini 1326. Indictione IX. die 26. Mensis Aprilis actum Venetiis in camera subscripti Domini Episcopi sita in Episcopali palatio Castellanensi, præsentibus sapientibus, & discretis viris D. Bonacursio Præposito Pistoriensi socio, D. Andrea filio Lippi de Prato Canonici juris perito, Copo filio olim D. Copi de Bollinghis de Prato, Malo filio cujusdam Ranieri de Camerino ambobus Domicillis ejusdem subscripti D. Episcopi, & aliis testibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis: ubi vener. in Christo pater D. Jacobus Dei, & Apostolica gratia Episcopus Castellanus de consilio, & consensu Canonicorum, & Capitularium Castellanensium ad Capitulum more solito convocatorum, & congregatorum, ut patet per publicum instrumentum scriptum manu D. Philippi de monte Margano publici Notarii plebani Ecclesiæ S. Mariæ Formosæ à me Notario infrascripto visum, & lectum; ibidem constitutus religiosus vir D. Frater Bonifacius Prior S. Danielis prope Castelium, præsente quoque discreto viro Nicolao filio Joannis Marchesini Ducalis aulæ scriba, ac Dominorum Joannis Superantio Ducis illustris, & Communis Venetiarum nuncio, ut dixit: idem Prior reverenter exposuit, quod lacum, quem prope dictum locum ipse locus S. Danielis habuit, possedit, & tenuit, in dictos dominos Ducem, & Commune Venetiarum permutationis titulo dedit, & transtulit recipiendo ab eodem communi Venetiarum tantam imprestitorum quantitatem, ex qua singulis annis redditum quinque librarum denariorum Venetorum prædictus locus S. Danielis perpetuo recipere possit, & debeat, hoc acto inter Priorem, & commune prædictum, quod per ipsum commune ipsi D. Episcopo quintellum de bursa ipsius communis solvatur; pro censu vero unius metri olei debito Ecclesiæ Castellanensi ipse locus S. Danielis perpetuo maneat obligatus. Quare petebant tam idem Prior, quam dictus Dominorum Ducis, & Communis Venetiarum nuncius, ut dicitur, quo tempore D. Episcopus de consensu, & consilio prædictorum Canonicorum, & sui Capituli Castellanensis, dictam permutationem, translationem, & prædictas appositas actiones confirmare, & ratificare dignaretur, & vellet. Prædictus autem D. Episcopus de consilio, & consensu ipsius sui Capituli prædicti benigne dictum Priorem, & D. Ducis, & Communis nuncium exaudire volens, plenam de juribus omnibus, quæ in dicto lacu ei, & dictæ Ecclesiæ Castellanæ competunt, notitiam, & cognitionem habens, sponte, ac libere, ac ex certa scientia dictam permutationem, & translationem, & tenores prædictos ratificavit, approbavit, ac omni jure, modo, & forma, quibus melius potuit, confirmavit asserens, & confitens de Quintello ei, & dictæ suæ Ecclesiæ Castellanæ prope Commune contractum debito plenariè satisfactum; pro censu verò unius metri olei præstando dictæ Ecclesiæ Castellanæ contentus fuit præfatus D. Episcopus habere Priorem, Fratres, & locum S. Danielis prædicti obligatos ad possessionem, pecuniam, seu imprestita permutata. Et pro tali censu personas loci S. Danielis prędicti, & obligationes earum requirētes voluit, & consensit, quod à dicto censu dictus lacus omninò perpetuò sit immunis, nec ipse D. Dux, & Commune Venetiarum prorsus aliquid de dicto censu, vel pro ipso censu pręstare teneantur: remittens dominis Duci, & Communi Venetiarum prædictis omne jus, quod ipsis D. Episcopo, & Ecclesiæ Castellanensi prædictæ competeret in præmissis. Hæc omnia & singula præfatus D. Episcopus de consensu dicti sui Capituli attendere, & conservare perpetuò promisit, & nunquam contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa, sub obligatione omnium suorum bonorum, & dictæ Ecclesiæ Castellanæ in pœna 500. librarum, quæ toties . . . quoties contrafaceret, ratis semper manentibus omnibus, & singulis suprascriptis.

Acta fuerunt omnia suprascripta præsente prædicto D. Nicolao Ducalis aulæ scriba, & DD. Ducis & Communis Venet. Nuncio, ut dixit, ad hæc specialiter destinato; & omnia, & singula suprascripta nomine ipsorum DD. Ducis, & Communis Venetiarum acceptante, & solemniter cum promissione dicti D. Episcopi de consilio, & consensu prædicti Capituli Castellani subsecuta stipulatione.

Ego Joannes filius Cambini de Prato Imperialis &c.

Ex hoc documento aperte liquet & Jacobum post annum 1325. hanc Ecclesiam tenuisse, & non semper Romæ stetisse: imo etiam, quandoquidem ex alio veteri documento hujus Jacobi familiam deprehendere mihi non liceat, non levem, ex eo desumi posse conjecturam opinor, fuisse non Venetum è Contarena gente, ut nostri affirmant toties in horum Episcoporum serie concinnanda, & in hujus ipsius Jacobi ævo statuendo devii, sed de Albertinis ex Oppido Prati Etruscum, siquidem & ejus familiares in allato documento recensiti ejusdem regionis asseruntur. Idem planè testantur regesta Vaticana, Villanius hist. Florent. l. 1. c. 56. Raynaldus in Annal. ad an. 1328. Ciaconius, *cæterique scriptores omnes, qui Albertini meminere. Fere semper absens administravit hanc Ecclesiam (quod quidem esse in causa existimo, cur obvia non sint hujus Episcopi documenta) modo Avenioni in aula Pontificia degens, postmodum Ludovicum Bavarum secutus.* A Joanne XXII. *Episcopali mulctatum dignitate adhuc tamen se pro Episcopo gessisse constat, & an. 1328. una cum Gerardo Episcopo Aleriensi Bavarum, ejusque uxorem sacro Chrismate nefarie inunxisse. Ludovicum deinde in Germaniam secutus miserè disperiit, & successori sedem Castellanam dereliquit.*

XXXVIII. ANGELUS *Delphinus, e nobili, vetustaq; Veneta familia, videtur Albertino immediate successisse anno circiter 1329. cujus prima mentio mihi occurrit in instrumento an. 1330. Ind. XIII. die 9. mensis Novemb. rogato, & in regesto Parochialis, & Collegiatæ Ecclesiæ s. Margaritæ pag. 171. a tergo descripto. Anno 1331. Ind. XIV. die Veneris 22. mensis Februarii lites composuit inter Constantinum Lauretanum D. Marci Primicerium, & Petrum Scutarium S. Geminiani plebanum super decimas quasdam vertentes, ut ex documento, quod in regesto præfatę s. Geminiani Ecclesiæ legitur. Anno 1332. suæ Cathedralis Canonicis medietatem decimarum eorum, qui extra urbem diem*



,, *clauderent extremum, liberaliter concessit hoc in-*
,, *strumento, quod ex Patriarchali regesto proferimus.*
,, In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Na-
,, tivitatis MCCCXXXII. Indict. XV. die XXV.
,, mensis Augusti Venetiis in Episcopali palatio
,, Castellan. in anticamera R. Patris D. Castellani
,, Episcopi infrascripti, præsentibus venerabilibus
,, viris Dominis Francisco de Bitifal decretorum
,, doctore præposito Ravennat. & D. Thadæo de
,, Frabaldis de Padua Canonico Veronen. ambo-
,, bus Vicariis Episcopi infrascripti, Bonaventu
,, ra de Frabaldis de Padua notario, & scriba Epi-
,, scopalis curiæ Castellan. F. Michaele Salamone
,, de contracta Canaregli de Venetiis, Benedict.
,, Diacono S. Apollinaris testibus ad hæc habitis,
,, & rogatis, & aliis citatis, & requisitis speciali-
,, ter ad infrascripta Archipresbytero, Primice-
,, rio, cæterisque Canonicis tam residentibus,
,, quam non residentibus in civitate tamen, & diœ-
,, cesi Castellana moram trahentibus qui ad capitu-
,, lum die & hora præsenti deberent in Episcopali
,, palatio congregari, & expectatis itaque eisdem
,, usque ad horam debitam, qui præsentes reperti
,, sunt, ad capitulum convenerunt. In quo qui-
,, dem capitulo interfuerunt R. in Christo pater, &
,, D. D. Angelus Dei gratia Episcopus Castellan.
,, Domini Petrus Bachari Primicerius, Nicolaus
,, de Fabris, Franciscus Michael, Bertoccius Qui-
,, rino, Bertuccius Nani, & Franciscus Delphino
,, Canonici Ecclesiæ Castellan. qui omnes faciunt,
,, & constituunt totum Capitulum Ecclesiæ Castel-
,, lan. occasione certæ partis decimarum, quæ Pa-
,, rochiali Ecclesiæ debetur, cum defunctus mori-
,, tur. Super qua multæ quæstiones sunt ortæ per
,, tempora retroacta inter Capitolum Ecclesiæ Ca-
,, stellan. & alias parochiales Ecclesias, quarum
,, domicilia defunctus videtur, seu dicitur dimisis-
,, se ante mortis eventum, prætendentes dictum
,, capitulum dictam partem cum moritur defunctus
,, extra civitatem Venet & diœces. Castell. nullum
,, habens domicilium in eisdem ex consuetudine si-
,, bi deberi, petierunt prædicti Capitulum & Cano-
,, nici jus dictæ partis eisdem & dicto capitulo con-
,, ferri, & largiri, & in melius reformari, & con-
,, siderata maxime indigentia, & paupertate dictæ
,, suæ Ecclesiæ Cathedralis, & Canonicorum præ-
,, dictorum secundum quod eidem patri visum fue-
,, rit convenire, & expediens fuerit. Qui Reve
,, rendus Pater post plures tractatus, & collationes
,, habitas cum prædictis participato quoq; consilio
,, sapientum, & deliberatione solemni præmissa
,, considerans fidelitatem. & laborem prædictorum
,, Canonicorum, & Capituli, qui submissis hu-
,, meris assistendo eidem patri divinis officiis tam
,, diurnis, quam nocturnis insistunt quotidie; Con-
,, siderata insuper paupertate allegata per eos, &
,, tenuitate redditauum ipsorum Canonicorum debi-

A ,, tum esse conspexerit, ut ipsi per gratiarum lar-
,, gitionem propensius de bono in melius inducan-
,, tur; attendens igitur dictus D. Episcopus, quod
,, aliquæ decimæ, de quibus supra per eos extitit sup-
,, plicatum extra limites, seu confines certarum
,, parochiarum tamen in diœcesi Castellan ut quum
,, cives oriundi, aut incolæ civitatis ejusdem Ve-
,, net. domiciliis vel habitationibus solitis, seu an-
,, tiquis, aut suorum majorum meando, aut pere-
,, grinando, vel alias evagando per mundum extra
,, dictam civitatem & diœces. diem claudunt ex-
,, tremum, aut alio quocumque modo, quæ alias
,, nulli alii parochiali Ecclesiæ debentur, persol-
,, vendæ occurrunt, quæ de jure in ordinatione,
,, & dispositione totali ejus D. D. Episcopi consi-
,, stere dignoscuntur, quas ad usum suum posse
,, etiam retinere, de speciali munificentia ex cau-
,, sa præmissa eidem capitulo, & canonicis resi-
,, dentibus ad supportandum espensarum onera,
,, quæ jugiter oportet eos pro ipsorum necessitate
B ,, subire, quibus decenter non sufficiunt ejusdem
,, Ecclesiæ beneficia, donavit, concessit, & dedit
,, medietatem dictarum decimarum, & jus quod-
,, libet percipiendi easdem cum plena, libera, &
,, generali administratione ipsarum sine contradi-
,, ctione ejusdem D. Episcopi, & successorum suo-
,, rum, & cujuslibet alterius retenta omni pro se
,, & ad usum suum, & successorum suorum alia me
,, dietate omnium decimarum prædictarum, sicut
,, hactenus consuevit percipere, & habere idem D.
,, Episcopus, & prædecessores sui; & ponens di-
,, ctum capitulum in possessione dictæ medietatis
,, decimæ, & jurium ipsius sic concessorum & do-
,, natorum ipsum in locum suum procuratorem
,, constituit, ut in rem suam, ut possit agere, ex-
,, periri, & defendere, excipere quodlibet jus, pro-
,, sequi, consequi, & exigere, prædicta & omnia,
,, facere cartam etiam securitatis, & quietatis jux-
,, ta morem, sicut & quemadmodum ipsemet D.
,, Episcopus facere posset modo tamen, & forma
C ,, infrascripta, scilicet quod dictum capitulum, &
,, ipsi Canonici tenaantur, & debeant totam deci-
,, mam integram tam in judicio, quam extra suis
,, sumptibus, & expensis petere, & exigere, nec
,, ad aliquid aliud idem D. Episcopus teneatur, ni-
,, si ad constituendum procuratorem pro sua me-
,, dietate simul cum dictis Canonicis, vel separa-
,, tim sicut utilius fuerit pro eisdem.
,, Ego Jacobus Venet. providi viri D. Antonii
,, publicus Imperiali auctoritate, & patriarchalis
,, curiæ Venet. notarius suprascriptam copiam ex
,, authentico originali librorum curiæ Patriarcha-
,, lis fideliter sumpsi, & exemplavi, & in fidem me
,, subscripsi cum signo, & nomine meo consuetis.
,, *Hoc eodem anno 1332. SS. Hermacoræ, & For-*
,, *tunati Ecclesiam solemniter consecravit, pluries-*
,, *que deinde memoratus invenitur in antiquis docu-*
,, *mentis ad annum 1335. Obiit, ut puto, an. 1336.*
,, *quem ejus electioni perperam attribuunt aliæ Pa-*
,, *triarchalis picturæ, & Sansovinus.)*

D 38 BARTHOLOMAEUS Quirinus hujus nominis, & cognominis secundus, deposito Jacobo Albertino, eandem sedem assequutus est an. 1322. (1) Joanne XXII. Papa. Sedit annis decem, fatoque sublatus est anno 1332. ac tumulatus apud Cathedralem S. Petri cum hoc epitaphio.

Ecclesiæ Rector constans certamine Præsul
Dux juris, factis indefessus sic venerandus.
Inclytus, & grandis virtutum Plebis amator
Bartholomæus adest, Venetorum semper & urbis
Quirinus genere magnorum sator, & alto
Hic jacet, hic tegitur, cubat hic, silet, astra meretur,
Anno Domini MCCCXXXII.

MI-

(1) Bartholomæus Quirinus, hujus nominis, atque cognominis secundus, [illegible], ut supra diximus, ab anno 1299. ad an. 1303. Tertius hic esset Bartholomæus Quirinus Castellanus Episcopus, si [illegible] hanc cathedram occupasset, quam Jacobum Albertinum tenuisse ad an. 1328. [illegible] an. 1325 ex [illegible] documentis [illegible]. Epitaphium, quod à Sansovino desumptum hic profert Ughellus, renovata Cathedrali evanuit. Bartholomæi Quirini primi illud fuisse [illegible], & pro MCCLXXXXI. litteris forte antiquitate corruptis, [illegible] Sansovinum legisse MCCCXXXII. [illegible] hunc [illegible] tempore, quo Bartholomæus hic obierit, sed quo D. Marci Procurato[illegible] [illegible] posuerit monumentum.



39 MICHAEL (1) Calergus nobilis Venetus Quirino subrogatus est, ex Ordine Erem. S. Augustini, ut refert Leander Albertus, ad hunc gradum honoris assumptus anno 1332. de quo nil reperi in Vaticanis regestis quod viderim.



XXXIX. 40 NICOLAUS Maurocenus, nobilis Venetus, Autistes fuit anno 1338. vir doctrina, prudentiaque longe clarissimus, cui Clemens VI. Pontifex ad pacem iniendam inter Ducem Andream Dandulum, & Commune Venetiarum, & Joannem è Valetaro Januensis Reip. moderatorem, & Commune ipsorum, litteras exhortatorias misit anno 1351. quas hic exprimendas duximus, cum iis Nicolai prudentia, virtus, & in rebus agendis dexteritus recenseatur.

Clemens Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Episcopo Castellano salutem, & Apostolicam benedictionem. Amara nobis est discordia gravis, quam inter dilectos filios nobilem virum Andream Dandulum Ducem, & Commune Venetiarum, necnon dilectos filios, nobilem virum Joannem e Valetaro Gubernatorem Januensium, & civitatis eorundem commune, pacis æmulus suscitavit, in ea namque particularia nostra, & illorum incommoda, & damna deflemus, in ea communia fidei Christianæ dispendia, & pericula, quæ non tam verisimiliter, quam palpabiliter imminere sentimus, pro dolor! deploramus, quibus more patris, usu artis, quem non prætereunt filiorum incommoda ob jura salubriter cupientes apud eos, & illos pro hujusmodi, præstante Deo, supputanda discordia, & concordia reformanda desudavimus. Iteratis sæpe vicibus accersitis etiam utriusque partis coram nobis propterea nunciis, nunc verbo, nunc litteris, nunc etiam adhibitis nunciis diligenter, & quamvis eodem pacis æmulo satagente, instantia nostra, in prosequutione tam salubris, & utilis negocii obtinere nequiverit desiderii nostri votum: sperantes tamen de nostri gratia Redemptoris, quod ipse potentiæ suæ virtute, machinamenta, & dolos hominis inimici prorsus annihilans, artemque fallens, & tam gravibus ejusdem fidei obvians detrimentis in hujusmodi supputatione discordiæ, ac pacis sibi gratæ, ut credimus, & mundo perutilis, sicut scimus communibus nostris, & fidelium Christi votis condescendet: fra-

ternitati tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus sub spe illius, qui concordiam in sublimibus suis parat, & ad ejus nutum stat spiritus procellarum, præfatum Ducem, & Commune Venetiarum studeas salubribus monitis, & salutaribus inductionibus tuis, junta datam tibi à Domino gratiam, & virtutem ad concordiam cum præfato gubernatore, revocare, quod eo, qui pacis, & salutis actor, & auctor est, ..nte, imminentibus finis imponatur omnino malis, atque periculis, & futuris, quæ Deus avertat, salubriter obvietur, & ex ea unitate, & concordia Christianus populus partium Orientis, quem ex supradicta dissensione opportunitate captata immanius persequitur, & affligit furor durus paganicæ servitutis, lætati respirent, & in eorum opportunitatibus ac necessitatibus nullis præsidia solita sentientes persequentium dolos, & machinamenta confutent.

Datum apud Villam Novum Avinionen. diœcesis 9. Kal. Nov an. 10.

Anno deinde 1354. obtinuit Nicolaus ab Innocentio VI. confirmationem antiquæ, approbatæ consuetudinis, decimarum divisionum, quæ inter Episcopos Castellanos, plebanosque, civitatis, aliosque pari pietate distribuebantur unicuique, prout consuetudo dictabat, quam perpetuo valituram in hoc diplomate, deprecante Nicolao, asseruit Pontifex ex reg. Vatic.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exhibita nobis, pro parte venerabilis fratris nostri Nicolai Episcopi Castellani petitio continebat, quod in loco de Venetiis Castellanæ diœcesis, de antiqua consuetudine à tempore, cujus contraria memoria non existit hominum, obtentum est, & etiam observatum, quod Episcopus Castellanus, qui est etiam pro tempore, suo ac Rectorum seu Plebanorum, & aliorum Prælatorum, qui sunt pro tempore, & capitulorum, & fabricatorum ecclesiarum, & pauperum loci prædicti nominibus per se, & alios per ipsum Episcopum ad hoc deputatos, exigit, & recipit decimas pecuniarum omnium, & mercimoniorum, & aliorum bonorum mobilium civium, & habitatorum loci prædicti pro tempore decedentium, cujuscumque sexus, vel ætatis existant, illis pecuniarum summis dumtaxat exceptis, quæ per decedentes eosdem communi dicti loci Venetiarum mutuatæ fuissent, quæ imprestita vulgariter nuncupantur, ipsasque decimas in quatuor dividit æquales portiones, quarum una ipsius Episcopi, alia vero dilectorum filiorum Rectoris, & Plebani, aut alterius Prælati, & Capituli parochialis ecclesiæ, cujus idem defunctus parochianus fuit, alia quoque fabricæ ipsius ecclesiæ parochialis existunt, ita tamen quod de dicta quarta portione, quæ fabricæ debetur, idem Episcopus detrahit quartam partem, quam in utilitatem fabricæ Ecclesiæ Castellanæ convertit, & de alia quarta portione prædicta, quæ debetur pauperibus, demit etiam quartam partem, quam inter alios pauperes loci distribuit supradicti. Quare pro parte ipsius Nicolai Episcopi nobis extitit humiliter supplicatum, ut quod ipse Nicolaus, & successores sui Episcopi Castellani, qui pro tempore fuerint, etiam ex commissione Apostolica facere valeant in futurum, eis concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi precibus annuentes, Nicolao, & ejus successoribus supradictis Episcopis, ut dictas decimas, ut præfertur, exigere, & accipere, illasque dividere, & distribuere junta consuetudinem supradictam libere, & licite valeant, auctoritate Apostolica concedimus .... parochialis ecclesiæ S. Bartholomæi loci, & diœcesis prædictorum competit in præmissis, nullum volumus præjudicium generari. Nulli ergo, &c.

Datum apud Villam Novam Avenionen. Diœcesis non. Aug. Pont. nostri an. 3.

Confirmatum postea est idem privilegium ad

 Pauli

(1) Hunc quoque Michaelem Calergum, monumentis veteribus ignotum, non patitur hæc Cathedra, qua per hæc tempora Angelus Delphinus potiebatur.

Pauli Episcopi Nicolai successoris preces à Gregorio XI. dato diplomate 6. Kalend. Februarii anno 9. Nicolaus interea cum bene hanc rexisset Ecclesiam fere triginta annos ultro se abdicavit, tandem in senectute bona mortem appetiit anno 1379. die 24. Novembris, cujus in veteri Cathedrali spectabatur sepulchrum cum sequentibus carminibus.

Doctor opus decreta legeas egi, eligor Urbe
Hac Præsul, Papæ jam Prothonotator, acerbi
Dum belli ad finem penes hostes oro superbos,
Evocor ad superos, cum fastibus ossa reliuqaeas.
Bisdecima, & quarta Nicolaus luce Novembris
Mauroceno auras liquit, tunc mille trecentis
Atque novem, septem decies labentibus annis.

Hujus etiam Præsulis memoria extat in perantiquo lapide apud ecclesiam S. Antonii Viennensis Ordinis, cujus primum lapidem cum Andrea Dandulo Duce posuit anno 1346. Hanc condidit ædem Franciscus a de Abbatibus Florentinus, primus ejusdem loci Prior.

(,, *Nicolaus Maurocenus Castellanus Episcopus electus est à Veneto Senatu die 27. Augusti 1336. cujus anni die 6. Octobris à Guidone Concordiensi Episcopo consecratus post Missarum solemnia Patriarchæ Gradensi juravit fidelitatem, ut testatur documentum in Patriarchali archivo adservatum. Ajunt Cortusii de Novitatibus Paduæ lib. 7. c. 14. Benedicti Pontificis mandato Nicolaum Patavinos ab interdicto exemisse an. 1338. die 17. Septembris. Anno 1346. facultatem concessit Zoto de Abbatibus hospitale, & Ecclesiam S. Antonio de Vienna dicatam construendi, cujus etiam primum lapidem una cum Andrea* Dandulo *Duce solemniter posuit. Concessionis documentum ex Patriarchali regesto transcriptum tale est.*

,, In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis MCCCXLVI. Ind xiv. die ultimo mensis Octobris Venetiis in Episcopali Palatio Castellano, & in camera infrascripti D. Vicarii Castellani, præsente R. in Christo patre D. Fratre Stephano Dei gratia Episcopo Tirien insulæ Sctcereni, D Jacobo de Fugaciis de Bononia, Decretorum Doctore Vicario R. in Christo Patris, & D D. Nicolai Dei gratia Episcopi Castellani, D. Ioanne de Parmarinis decretorum Doctore plebano Ecclesiæ s. Mariæ Formosæ de Venetiis, D Presb. Jo: Grido Ecclesiæ s. Samuelis de Venetiis, & aliis testibus rogatis, R. in Christo Pater, & D. D. Nicolaus Dei gratia Episcopus Castellanus audita, & intellecta supplicatione Ven. viri D. Fratris Zoti de Abbatibus de Florentia Prioris, seu præceptoris cujusdam domus de lignamine coopertæ de cupis nuper ædificatæ ad ejus instantiam ad honorem, & reverentiam B. Antonii Viennensis super terreno novo elevato in velmis, & acquis communis Venet. à pauco tempore circa super puncta S. Helenæ Castellan. diœcesis supra, seu juxta Canale Magnum, quod discurrit à dicto Monasterio s. Helenæ versus s. Marcum de Venetiis, & à s. Marco versus Monasterium s. Helenæ dictæ diœcesis nulli alii terreno conjuncto, sed aquis ab omnibus partibus circumdato infra Castellan. diœcesim, inter cætera continentur, quatenus dignaretur licentiam concedere super dicto territorio, & in dicta domo sibi dicto nomine Prioratus spectante Ecclesiam, & hospitale construendi, & elevandi ad honorem B. Antonii Viennen. ubi etiam cæmeterium esse possit, quæ omnia per Priores, seu præceptores, & Fratres dicti loci ad prædicta deputatos per superiores suos debeant gubernari, justis petitionibus annuens, & cupiens divinum cultum augeri, dicto præceptori, sive Priori suo nomine, & successorum suorum licentiam concessit, & liberam facultatem super sæpedicto terreno, & domo erigendi, & construendi ecclesiam, & hospitale, quæ sint unum corpus sub nomine, & vocabulo s. Antonii de Vienna, ubi possint esse altare, & altaria, campanile cum campanis, & Fratres, qui missas celebrent, & dicant die, noctuque divina officia: possint etiam præceptores, seu priores dicti loci, seu locum eorum tenentes facere ibidem celebrare per presbyteros seculares à D. Episcopo prædicto, vel a successoribus petita, & obtenta licentia, & cæmeterium ordinandi, & faciendi, in quo quilibet fidelis possit sibi eligere sepulturam, & admitti, & domos & ædificia facere necessaria pro habitantibus ibidem præsentialiter, & in futurum auctoritate ordinaria causa cognita omni modo, quibus melius potuit, concessit potestatem plenariam, & indulsit non intendens Ecclesiam prædictam parochialem facere, sed sibi, & successoribus suis. . . . . . potestatem parochiam super toto dicto terreno novo elevato, & quod continue actualiter elevatur, disponendi, & Parochialem Ecclesiam ordinandi, quando Domino dante erit elevatum, & habitatum, & multiplicatum in personis, & domibus; ita tamen quod Fratres sacerdotes dicti loci possint sibi invicem, & familiaribus propriis, & infirmis in hospitali ministrare omnia Ecclesiastica sacramenta. Et in signum, & recognitionem auctoritatis Episcopalis teneantur ipse Præceptor, sive Prior, & successores singulis annis in perpetuum in festo S. Antonii de Vienna dare, & præsentare ipsi D. Episcopo, vel successoribus suis unam libram ceræ, & annunciationem festivitatis prædictæ octava die ante festum prædictum scil. duas anglastarias boni vini ipsi D. Episcopo, vel ejus successoribus facere præsentare, & dimittere annis singulis perpetuo juxta morem festivitatum Ecclesiarum civitatis Venetæ & diœces. Castel. retinens ipse Dominus sibi, & successoribus suis omnimodam potestatem declarandi, & dilucidandi, corrigendi semel & pluries omnia gesta dubia, ambiguitates, obscuritates, si qua, vel si quæ occurrent in prædictis, seu aliquo prædictorum quaque ratione, vel causa, seu quovis tempore proximo, vel longinquo.

,, Ego Bonaventura de Frabaldis imperiali auctoritate notarius publicus, & Curiæ Castellanæ scriba suprascriptis omnibus & singulis interfui, & rogatus scribere scripsi.

,, *Triginta omnino annos hanc rexit Ecclesiam Nicolaus, cujus memoria in antiquis hujus temporis chartis creberrime perennatur. Vale dixit huic sæculo die 27. Februarii 1367. De eo hæc pauca Angelus Maria.* Nicolaus Maurocenus, Protonotarius Apostolicus, & Archidiaconus Castellanus, Decretorum Doctor, deinde Castellanus Episcopus fuit Avenioni cum sanctissimo Papa nostro Innocentio VI. & instituit Vicarium suum generalem Plebanum s. Leonis. Tempore hujus Episcopi lis maxima versabatur inter ipsum, & episcopum Patavinum super quarumdam decimarum perceptione. Sepultus est in Ecclesia Castellana in Capella s Martini. Obiit die penultimo Februarii 1367. *Epitaphium, quod ex Sansovino refert Ughellus alterius est Nicolai Mauroceni, de quo infra.*)


41 PAULUS Foscarus, nobilis Venetus, ex Episcopo Coronensi translatus fuit ad Castellanam Ecclesiam anno 1367. Nonis Aprilis, successitque immediate Nicolao, ut habet Vatic. reg. cui in Episcopatu Coronensi subrogatus est Petrus Cornarus, seu Cornelius Venetus Ord. Minorum eodem anno 18. Kal. Maii. Hinc haud scio, unde in historia Seraphica hauserit Rodulphus Tossignanus, quendam Joannem Barbum (1) Ordinis Minorum hujus Ecclesiæ Præsulem fuisse anno 1349 Cum luce clarius sit, Paulum successisse Nicolao, ut dixi- XL

(1) De hoc Joanne Barbo, quem solo Patriarchalis picturæ ad an. 1349. Sansovinus in Chronico ad an. 1349. Castellanis Episcopis inserunt, nihil prorsus inveni. Cum autem huic Ecclesiæ Nicolaus Maurocenus ab an. 1336. ad 1360. præfuisset, neque ullus locus superesset præfato Joanni, illum ex horum Episcoporum albo libenter expungimus.



ximus. Cæterum Paulus inauguratus die 6. Junii ejusdem anni primum sacrum fecit in Cathedrali S. Petri, ut narrat Franciscus de Gratia in Chron. Sedit Paulus decem annis.

(„*Paulus Foscarus Joannis filius, vix inauguratus una cum Tybaldo Caprularum, & Petro Cretensi Episcopis S. Cassiani Ecclesiam consecravit die S. Jacobo Apostolo sacra 25. Julii 1367. eamque S. Joannis de Judaica an. 1371. Nimis rigidus Ecclesiæ suæ jurium propugnator multiplici contentione, gravissimisque litigiis Rempublicam exagitavit. Caverat ista ad tollenda, quæ frequenter oriebantur scandala, publico decreto, ne imposterum à defunctorum hæredibus exigerentur decimæ, nisi quas illi morientes sponte, ac libere legassent. Quod cum ægerrimè Paulus ferret, saluberrimæ sanctioni adversari cœpit, totisque viribus obluctari: atque jamdiu antea diremptam de primigenia Capellæ D. Marci exemptione ab Ordinarii jurisdictione litem redintegrare summa ope conatus est, impetratis literis Apostolicis de subjectione ejusdem Capellę Episcopatui Castellano. Cumque propriis viribus nihil proficeret, ad summum Pontificem Avenionem se contulit, ut geminatis veluti armis Rempublicam dirius impeteret: quam nullis precibus, nullis minis deterritus oppugnare non destitit, donec corpore prius, quam animo fractus ultimum spiritum a patria, & Ecclesia sua remotus exhalarit Romæ, ut ajunt, anno ad summum 1376. De eo plura scribit Angelus Maria, adeo tamen frequenter more suo claudicans, ut ea referre hic pigeat.*)



XLI. 41 JOANNES de Placentini[...] cognomento Lombardus, ante[...] vinus, mox Urbevetanus, in[...] scopatum Castellanum a[...]
a1376. in Servitarum templo [...]
b1376. vulgaris inscriptus la[...] *tembrio, in di de S.*[...] *pella per messer G*[...] *Venienia, in lo*[...] *Nadal Vescovo*[...] tipapæ assecla[...] rus est Presby[...] Termis, [...] rum. In libr[...]

A dem Antipapa Clemente in supradicto die, & anno, cum illius creationis omnes Cardinales recenserentur, inter illos septimo loco numeratur Joannes in hæc verba. *Joannes de Placentinis Episcopus Castellanus absens à Curia.* In eodemque libro notatur, cum Avenionensem Curiam adiisset die 20. mensis Maii 1387. Quamobrem constat, quis fuerit hic Castellanus Episcopus, quem nonnulli Joannem Amadeum Venetum appellant. Alij cum Joanne Archiepiscopo Corfiense inscitanter confundunt, quem Urbanus VI. Pontifex purpura decoravit anno 1378. ac crudeliter tortum inde morte mulctavit. Joannis etiam meminit Bernardus Vidonus in vita Clementis Antipapæ, cum illius Cardinales commemoraret, illum appellans Joannem de Placentinis Lombardum Episcopum Castellanum, seu Venetiarum. Ejusdem mentionem fecit Franciscus Bosquettus nostri seculi vir diligens, ac litteratus in notis ad eundem Vidonem è Fuxensi Bibliotheca erutum, cum enim electionem Be-
B nedicti XIII. recenseret, notam Cardinalium attulit, qui Clementi Antipapæ parebant, ac post ejusdem obitum Conclave ingressi sunt, inter quos noster hic Joannes in hæc verba nominatur. *Joannes de Parma Lombardus dictus Venetiarum, titulo s. Cyriaci in Termis.* Liber Oblig. reiicit ejus postremam diem in ann. 1405. 9. mensis Maii.

(„ *Curaverat jampridem Venetus Senatus æstuantibus cum Paulo Foscaro dissidiis, ut hoc ad aliam sedem translato novus Castellanæ Ecclesiæ daretur Pastor: quod cum à summo Pontifice obtinere non potuisset, defuncto tandem Paulo, Joannes de Placentinis, Parmensis, quem alii Jo. Amadeum Venetum perperam appellant, Cerviensis primum, deinde Patavinus, Urbevetanus demum Antistes viduatæ Ecclesiæ præfectus est non anno 1379. ut hic Ughellus, sed 1376. ut melius consultus affirmaverat in Urbevetanis. Quod etiam aperte colligitur ex allata ab Ughello inscri-*
C *ptione dedicationis in Servitarum templo adhuc prostante, in qua dedicatio dicitur facta à Joanne anno ejus Præsulatus primo Christi verò 1376. Ughellus perperam legit 1379. Nos inscriptionem plurios consuluimus, & revera 1376. scriptum manifeste deprehendimus. Exorto deinde schismate Antipapæ Clementis VII. partes secutus est Joannes, in cujus aulam commigravit. Cum autem illum viderim Castellanum adhuc Episcopum appellatum, dum anno 1385. ad Anticardinalatus purpuram ab Antipapa vocaretur, conjicio illū non sponte abiisse sed expulsum esse ab hac sede veluti schismati adhærentem a legitimo Pontifice Urbano VI. circa finem anni 1378. vel initium sequentis, eique attributum successorem, quem mox subjicio. De Joanne egit novissime Baluzius in vitis Paparum Avenionensium tom. 1. col. 1341.*

XLII. *NICOLAUS Maurocenus II. deposito Joanni datus est successor anno 1379. qui inauguratus paulo post decessit hoc eodem anno die 24. Novembris, ut proloquitur ejus Epitaphium supra allatum ab U-*
D *ghello* [...] *veram alteri Nicolao Mauroceno attribu*[...]



[...]NNES [illegible] nobilis Venetus

ad eandem sedem vocatus est anno 1385. cum S. Marci Primicerius esset, paucorum mensium Pontifex fuit: meritorum tamen, ac illibatæ vitæ famam posteris reliquit.

„ *Vacante Castellana Cathedra per translationem* „ *Angeli Corrarii ad Constantinopolitanum Patriar*„ *chatum electus fuit novus Antistes à Canonicis, &* „ *Capitulo postulatus, Joannes Lauretanus, D.* „ *Marci Primicerius anno 1390. qui paulo post facta* „ *sedium commutatione, 11. Kalend. Decemb. ejus*„ *dem anni ad Castellanam translato Francisco* „ *Faletrio Motonensi Episcopo, eodem die regendam* „ *suscepit Justinopolitanam, e qua ad Motonensem a*„ *bierat Ludovicus Maurocenus. Lauretanum fortasse* „ *nondum Castellani Episcopatus inierat possessio*„ *nem; siquidem electus dicitur Justinopolitanus ex* „ *D. Marci Primicerio, & Faletrius Angelo subro*„ *gatus enunciatur.*)



XLIII a Mauroceno successit an. 1379.

44 ANGELUS Corrarius, Venetus, Lauredano a successit anno 1386. Hic Theologica facultate insignis fuit, probatisque moribus spectabilis, à Bonifacio IX. Referendarius Apostolicus, & Nuncius ad Regem Ladislaum in Regnum Neapolitanum missus, sua auctoritate Neapolim, quæ Ludovici Andegavensis partes sequebatur in Regis fidem reduxit, simulque Ecclesiam ibi pastore destitutam administravit, ac deinde Piceni legatione perfunctus Castellanus Episcopus renunciatus est. Eam Ecclesiam administravit ad annum usque 1390. quo ab eodem Bonifacio translatus est ad Patriarchatum Constantinopolitanum, eodemque jubente Chalcidensem in Eubuea insula Græciæ, quæ tunc Venetis parebat, Ecclesiam commendatam habuit. Innocentius deinde VII. Senatoria purpura illum nobilitavit sub titulo S. Marci anno 1405. ac non multo post eidem Innocentio in Pontificatum successit, Gregorius XII. appellatus. Cæterum illius Pontificatum teterrimum illud schisma funestavit, in quo tres simul Pontifices de suprema sede certabant, & Gregorium quidem ipsum Concilium Pisanum deturbavit de sede, ac deinceps Constantiense, in quo per Procuratorem Pontificatui cessit, decessitque Episcopus Cardinalis Sabinensis, ut supra in primo tomo narravimus. Non defuerunt aliqui ex Ordine Cisterciensi historici, quibus olim credulus & ipse accessi, qui narrent hunc Angelum ante Castellanum Pontificatum Cisterciensem Monachum fuisse. Verum cum postea alios diligenter perlegerim, nihilque mihi legenti occurrerit unde cucullatum Angelum commode possem expiscari, nulli certo fundamento innixam narrationem damnavi, deprehendique dimanare potuisse errorem, quod aliquando hic Angelus aliquod Cisterciense nobile cœnobium purpuratus Abbas commendatum administraverit. Tametsi autem sub tonsuræ Cisterciensis institutum Angelus numquam fuerit professus, eas tamen jam inde ab adolescentia usque ad ærumnosum senium coluit virtutes, quæ probatissimum quoque Monachum viderentur posse decere. Eo vero sedente Congregatio S. Georgii in Alga sub Bonifacio IX. Venetiis a clarissimis viris Antonio Corrario, e Gabriele Condulmerio Venetis patritiis initium sumpsit, qui nihil præter animarum salutem, & Christi gloriam cupientes abjectis secularibus pompis, in propria Antonii domo cum aliis clarissimis viris vitam Apostolicam æmulari cœperunt, habitumque clericalem assumpserunt. Crescente in dies illorum fama Angelus ipse Episcopus benigne hospitio condonatos suscepit, quibus ob eorum sanctissimam vivendi formam multi alii viri nobiles se addiderunt. Qui Dei servi numero aucti ad Divi Nicolai in littore cœnobium accesserunt, quo in loco à mundi fluctibus elongati, soli Deo vacare studuerunt. Hac fama permotus Ludovicus Barbo patritius Venetus ecclesiæ S. Georgii in Alga prior ad illos cum accessisset, eosque rogavit, ut in suo monasterio collegialem vitam agere vellent, quod cum annuissent, a Bonifacio Pontifice obtinuit, ut prædicti Clerici in Canonicos ordinarentur; Ecclesiam, & Cœnobium Ord. S. Augustini, in collegiatam Canonicorum sæcularium transmutaretur. Quod cum fecisset Angelus Episcopus Chysamensis Bonifacii Pontificis delegatus ann. 1404. robur, & incrementum sancta hæc congregatio tantum accepit, ut viri ex ea clarissimi, ac sanctimonia insignes ad nostra usque sæcula claruerint: in quibus præ multis visi sunt Antonius Corrarius, & Gabriel Condulmerius fundatores, ille Cardinalis Episcopus Ostiensis, hic summus Pontifex renunciatus Eugenius IV. dictus est; Laurentius Justinianus primus Patriarcha Venetiarum sanctitate clarus, & inter Beatos relatus, Maphæus Contarenus, qui Laurentio in Patriarchatu successit, Ludovicus 9. Patriarcha, & alii, quorum res præclare gestas recensuit Joannes Jacobus Philippus Æmoniensis Episcopus, eruditorum hominum nostri sæculi longe clariss. in Annalium ejusdem Congregationis libro, quem nuper emisit in lucem.

(„ *Tam cito prærepto Nicolao Mauroceno secun*„ *do Castellani gregis cura demandata est exeunte* „ *anno 1379. Angelo Corrario, Patritio Veneto,* „ *morum sanctitate, ac rerum agendarum, sacra*„ *rumque litterarum peritia insigni. In aliquibus* „ *documentis an. 1380. adhuc electus appellatur.* „ *Ejus memoria in Patriarchali archivo ad annum* „ 1388. *protenditur. Præfuit ad annum* 1390. *quo* „ *ad Patriarchatum Constantinopolitanum trans*„ *latus est.* Hic confecit locum (*verba sunt Angeli* „ *Mariæ*) ubi nunc collocatur corpus Christi, ut „ patet in marmore ibidem antiquitus subscripto, „ qui locus usque in hodiernum diem videtur. „ Compo suit ordinationes Ordinis Canonicorum „ s. Georgii in Alga de mandato Ss. D.D. Bonifacii IX. Castellanus Episcopus fuit electus an. „ 1379. Iste fecit fieri mitram solemnem aurea„ tam, & pastorale argenteum, quo nunc utitur „ Ecclesia Castellana, & hæc verba in eo inscribi„ *D. Angelus Corrario hoc opus fieri fecit* 1386.)



45 * FRANCISCUS Faletrus, Venetus, summæ nobilitatis, ac prudentiæ vir, paulo ante Motonensis Episcopus ad hanc translatus Ecclesiam Angelo proxime est subrogatus anno 1390. 11. Kal. Decemb. à Bonifacio IX. Fato functus est anno 1392. ex lib. Oblig. Prælat. — XLV. * Ex Ann. tom. 5.

[„ *Hunc Faletrium D. Francisci regulam secu*„ *tum in Ordine Minorum asserit Vuaddingus in An*„ *nal. ad an.* 1390. *quod quidem mihi valde suspe*„ *ctum. Decessit die 27. Martii.*]

FRAN



XLVI 46 **LEONARDUS** Delphinus, Venetus patritius, & Archiepiscopus Cretensis, Faletrio sufficitur anno 1392. 3. Kal. Maii. Quam ille Ecclesiam administravit usque ad annum 1401. deinde à Bonifacio IX. translatus fuit ad Patriarchalem Sedem Alexandrinam, ex eodem lib. de quo alibi redibit sermo.



XLVII 47 **FRANCISCUS** Bembus, nobilis Venetus, ex Primicerio S. Marci Castellanus Antistes effectus est anno 1401. 6. Kal. Augusti. Cujus exaggeratas virtutes inscriptum in Cathedrali sepulchrum his carminibus abunde prodebat, cum fuisset è vivis exemptus anno 1416. quintodecimo anno, ex quo sedere cœpisset.

Quantos Bemba viros pariat generosa propago,
His Franciscus erit ventura in secula testis.
Qui pietate sacris imbutus legibus, annos
Quindenos Venetæ divinus Episcopus Urbi
Præfuit exemplar fidei, præceptor honesti;
Tum Christo moriens, pater optimus, omnia legat.

Bembo scripsit Gregorius XII. ut clerici infra ordinem subdiaconatus existentes, ac sine habitu, & tonsura tempore criminis incedentes, sint omnino clericali privilegio privati, ac sæculari foro subjecti, in hunc modum ex Patriarchali tabulario.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

D *Venerabili fratri nostro Episcopo Castellano salutem, & Apostolicam benedictionem. Debite nostræ mentis oculos convertimus adea, quæ salubriter dispenenda cognoscimus præsertim circa insignem locum Venetiarum Castellanę diœcesis nostræ originis, in quo etiam Pontificali dignitate resedimus: ubi per experientiam cognovimus, quod plures segerentes pro clericis non perferenda clericalem habitum, & tonsuram, quarum aliqui sæpe numero deprehensi pro suis criminibus vario declinant forum seculare, innitentes adminiculo privilegii clericalis non sine odibili turbatione in eodem loco. Quare volentes quieti ejusdem loci, & ne hujusmodi subterfugia locum habeant (quandoque falso inventa) providere, volumus, & ordinamus, ac sancimus: quod si quis clericus deinceps infra ordinem Subdiaconatus constitutus tempore criminis non deferebat habitum, & tonsuram per mensem ante immediatè crimen commissum, sive deprehensus fuerit sine habitu, & ton-*

A *sura clericali, ipso facto, & quod post crimen commissum, fecerit se insigniri prima tonsura, & ex tunc non portaverit continue habitum, & tonsuram, ita quod non appareat clericus, sint omni privilegio clericali privati, & foro seculari subjecti. Verum si tempore insignitionis hujus primę tonsurę crimen erat notorium, nolumus per delationem habitus, & tonsuræ sibi suffragari, sed subesse foro seculari, in cujus delusionem vehementer præsumitur se fecisse insigniri. Quam voluntatem, ordinationẽ, sanctionẽ extendimus dumtaxat ad præfatum locum de Venetiis Castellanæ diœcesis, speciali provisione tibi injungentes, ac mandantes has nostras litteras registrari faciat in archivo Castellano, ut perpetuis temporibus, quæ in eisdem continentur, debeant observari.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum 15. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno primo.

(„ Francîscus Bembus (*verba sunt Angeli Mariæ*) Primicerius S. Marci construxit altare s.
„ Andreę Apostoli cum marmoreo sepulchro in
B „ pariete posito prope januam sacrarii. Obiit die
„ 6. Septemb. 1416. Hic vir pro senatu Veneto plu-
„ rimum in Anglia, & alibi exercuit Legatio-
„ num.)



XLVIII. 48 **MARCO** deinde Lando, nobili Veneto, Castellanæ sedis detulerunt honorem, viro in primis nobili, docto, usuque rerum præcipuo anno 1417. Kal. Decemb. Martino V. sedente. Septem omnino annos sedit, decessitque 1425. sepultusque est in Cathedrali cum hujusmodi epitaphio ejus eximias virtutes referente.


Præsulis hoc Marci tenebroso clausa sepulchro
Ossa jacent, quem Landa domus generosa creavit:
Mente senex, ætate virens compescuit acri
Errantem Clerum studio, quæ mille laborum
Causa fuit, verum metuendi nulla pericli
Tempestas, aut vanus honor, non ulla potestas,
Hunc à justitiæ potuit divertere cursu,
Ecclesiæ sic jura suæ protexit, & auxit.
Quod mortale fuit morbo correptus in Urbe
Exuit, æthereas petiit pars cœlica sedes.

Obiit anno Domini *MCCCCXXV.*

(„ M. Lando (*de eo sic loquitur Angelus Maria*)
D „ Episcopus Ven. floruit ann. 1416. mens. Jan. die
„ 23. Indict. 4. Hic in Ecclesia Castellana jussit pro-
„ priis expensis fieri unam Capellam in honorem
„ omnium Sanctorum, quam etiam dotavit, & do-
„ navit quamplurima Ecclesiæ Castellanæ. Duas
„ domos pro duobus mansionariis fecit erigere.
„ Quibus pro quolibet annuatim 40. ducatos, uni
„ vero Clerico ducatos quinque, qui debeat perpe-
„ tuo illi altari deservire. Ecclesiæ Castellanæ
„ Missale Episcopale etiam dimisit, quo hodie us-
„ que Patriarcha omnis utitur. Prope sumptibus
„ propriis restituit tectum Ecclesiæ Castellanæ,
„ tam in media parte Ecclesiæ, quam in aliis par-
„ tibus: quæ quidem restitutio videtur cum suis in-
„ signibus usque in hodiernum diem. Hic etiam
„ murum circa hortum ex lateritiis parietibus ap-
„ poni fecit. Hic etiam dimisit Ecclesiæ Castella-
„ næ, seu Capellæ suæ omnium Sanctorum pan-
„ num seu cortinam de razio, quam fieri fecit in

par.

„ partibus Flandriæ cum historia naviculæ S. Petri fluctuantis ad similitudinem illius, quam Romæ vidit ipse in pinaculo cujusdam templi. Hic quamplura à Reverendiss. Vitale Patruo suo Cardinali recepit munera, & Reverendiss. D. Francisco Lando tit. S. Crucis in Hierusalem dignissimo S. Ecclesiæ presb. Cardinali vulgariter nuncupato patruo suo colendissimo. Habuitque avunculum D. Leonardum Mocenicum Procuratorem S. Marci. Habuitque fratres duos, videl. Marinum, & Petrum Landum. Obiit die 4. Martii 1427. *Fallitur tamen circa annum Landi obitus, cum certum sit illum decessisse an. 1425. at prologuitur Epitaphium. Minoritam fuisse asserunt Tossinianus, & Waddingus: quo jure, ipsi viderint.*)



XLIX. 49 **PETRUM** deinde Donatum, Cretensem Archiepiscopum, nobilem Venetum ad hanc patriæ sedem transtulerunt anno 1426. die 13. mensis Februarii, qui post duos suæ administrationis annos Patavinus evasit Episcopus, ut refert lib. oblig. sub Martino V. Pontifice. Cæterum eo ipso anno, quo Castellanus Episcopus effectus est, Perusinis jus dicebat, reperiturque scripsisse Senensibus cum de confinis inter ipsos, Pontificemq; lis æstuasset.

(„ *Petrum hunc Donatum prætereunt aulæ Patriarchalis picturæ, Sansovinus, & Angelus Maria, cum tamen ejus Castellani Præsulatus meminerint complura documenta. In Cancellaria inferiori in Codice rogitorum Anonymi plures, variæque leguntur acceptę pecuniæ cautiones ab ann.* 1426. *ad* Junium *mensem anni* 1428. *factæ à judicibus super decimis exigendis* constitutis per Rev. P. & D. D. Petrum Donato Dei gratia Episcopum Castellanum. *Ad Patavinam deinde transiit Ecclesiam eodem mense Junio, vel Julio ineunte: si quidem quæ leguntur in citato Codice Syngraphæ mensis Julii, factæ dicuntur* Sede Vacante.)



L. 50 **FRANCISCUS** Maripetrus nobilis Venetus, („ *Decretorum Doctor, prius Abbas S. Cypriani de Murano*) ex Archiepiscopo Spalatrensi, Castellanus Episcopus evasit anno 1428. 17. Kal. Augusti. Quarto deinde sui Præsulatus anno ab Eugenio IV. Pontifice ad Vicentinum Episcopatum translatus est 1432.

PATRIARCHÆ VENETIARUM.



1 **B. LAURENTIUS** a Justinianus clarissima Venetorum familia ortus, Bernardi gravissimi Senatoris, & Quirinæ filius, unus ex primis fundatoribus Congregationis Canonicorum sæcularium S. Georgii in Alga, sanctimonia vitæ, doctrina, ac rerum fluxarum contemptu longe clarissimus, ab Eugenio IV. invitus trahitur ad Pontificale fastigium, translatoque Francisco ad Vicentinam Ecclesiam, anno 1432. die 11. Maii Castellanus eligitur Episcopus, ætatis suæ quinquagesimo primo, qui cum non semel nnus, & honorem ex humilitate detrectasset, obedientia tandem victus Episcopatum suscepit. Extant Laurentii ad Eugenium, & Eugenii ad ipsum de hac re conscriptæ Epistolæ, quæ dignę visæ sunt, ut hic verbatim recenseantur. LI

a De quo Bollandus in Actis ss. Januarii t. 2. p. 540. & seqq. inter sanctos relatus est ab Alexandro VIII.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quamprimum audivimus vacationem Ecclesiæ Vicentinæ, ex obitu bonæ mem. P. Episcopi Vicentini, perspeximus advenisse tempus, quo desiderio cordis nostri satisfieri poterit. Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Fr. Episcopum Castellanensem à vinculo, quo Ecclesiæ Castellanensi tenebatur, absolvimus, & ad præfatam Ecclesiam Vicentinam transtulimus. Te vero in Episcopum, & Pastorem præfatæ Ecclesiæ Castellanensis de consilio fratrum nostrorum præfecimus. Hortamur itaque, velut à Deo vocatus tanquam Aaron, huic ordinationi consentire velis, ac pro honore Dei, ac animarum salute, & animæ tuæ merito hoc onus assumere. Non enim ignoramus quantum verbo, auctoritate, & exemplo illi civitati valiturus sis: & præsertim sanctæ Congregationi tuæ, prout de hac re alias tibi particularius scribemus. Nos vero, qui onera nostra tecum libenter partiti sumus, omni opera, & industria curabimus tibi favori, & auxilio esse. Propterea veluti obedientiæ filius, quod tibi Dei voluntate injunctum est, parato animo suscipe. Nam (ut inquit B. Gregorius) sicut non licet talia appetere, ita nec vocatum ad ipsa pertinaciter recusare. Ex his enim consequeris benedictionem à Domino, & gratiam à Deo salutari tuo. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo capitum Principum Apostolorum, die 11. Maii, Pontificatus nostri anno tertio.

Laurentii responsio ad Eugenium ita ex humilitatis spiritu scripta legitur.

Laurentius Justinianus Beatissimo Papæ Eugenio Quarto. Sanctissime, ac Beatissime Pater omnium Christi Jesu Domini nostri universalis Pastor.

Quanto mœrore sit oppressum cor meum, quot singultus, quotve obortæ sint lachrymæ, ex hoc, quod vilitatem meam Ecclesiæ Castellanensi præficere intendit Sanctitas vestra, novit ille testis, & judex, cui notissima absque ambiguitate sunt omnia. Ad

quod

quod quidem onus portandum eum prorsus me sciam impotentem, & indignum, coram Sanctitatis vestræ prostratus pedibus tamquam filius, licet immeritus, à clementissimo Patre postulo, quatenus parumper cæteris à coede sepositis curis dignetur Sanctitas vestra patienter audire, revolvere animo, synceraque examinatione rationibus meis, quas sub compendio dicturus sum, accommodare consensum, si qua erga vilissimum filium inest paternalis affectio, si qua ad ulterorum compassio, si qua erga oneribus conscientiæ gravatum pia miserandi intentio. Horrent namque omnia interiora animæ meæ cum materiam hanc discutio, nec ullo modo patitur tanto se ingerere periculo, quum notissimum sit secundum interiorem hominem me privatum esse scientia, à virtutibus Prælatis congruentibus alienum, atque à tali experientia extraneum, secundum vero exteriorem continuis pene languoribus laborantem, ta seniumque vergentem. Quæ universa Pastoribus Ecclesiæ nullatenus congruunt, imo supra modum adversantur. Quanti autem ponderis sit regimen hujus diœcesis, in qua plurimum deordinatus est Clerus, vitia innumerabilia adulta, creberrima lucta, & quotidiana contradictio Nobilium, ac potentium optime considerare valet Sanctitas vestra. Hinc animus diffidit aliquam utilitatem posse perficere. Consideratis etiam persecutionibus, laboribus continuis, & modicis profectibus Sanctorum Præsulum, qui in Domino quieverunt, quorum utinam dignus essem deosculari vestigia. Præterea quis non merito scandalizetur cum viderit, seu audierit Laurentium post annos triginta in monasterio sub obedientia conversatum, cum parvitate victus, ac vestitus, sedula semper intentione hominum consortia declinasse, nunc expositum esse turbis, audire caussas secularium, conversationem habere cum ipsis, quibus mea conversatio omnino non convenit, & colloquia facere, quæ servis Christi non competunt? His aliisque rationibus vereor majus detrimentum debere insurgere in subditos per promotionem hanc, quam commodum. Postremo cum attendo diligenter fratrum nostrorum in me amorem, conjunctionem, & syncerum charitatem, ipsosque tentationes cordis superasse, me præstantiores eos esse conspicio. Ideoque Sanctitas vestra dignetur hoc opus injungere alteri, qui magis, quam vilitas mea, Dominico gregi prodesse valeat. Sunt enim in consortio nostro quamplurimi, quibus cum propter vitæ meritum, ac scientiæ ornamentum, tum propter abundantiam cœlestis gratiæ istam conferre poterit dignitatem Sanctitas vestra, quam Dominus ad sui gloriam in utroque homine incolumem custodire dignetur. Amen.

Datum Venetiæ ex cœnobio S. Georgii in Alga.

Eugenius servus servorum Dei, &c.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Receptis literis charitatis tuæ, & intellectis iis, quæ per dilectum filium Georgium Eremitam nobis dici mandasti, nihil novi de proposito tuo suscepimus. Arbitramur enim id præcipuum esse menti tuæ, ut soli otio vacares. Sed quoniam te in meliorem sortem dari posse conspeximus, ex multorum consilio Ecclesiæ Castellanensi te in patrem dedimus. Consuluimus saluti patriæ, in qua originem duximus, consuluimus & tibi in majus meritum animæ tuæ. Quum igitur ad hoc amplius bonum à Deo vocatus sis, non satis conspicimus quomodo cum Deo dissentire gestias. Neque ad hoc satisfaciunt, quæ pro te inducis. Primum te novimus quantum secundum utrumque hominem per annos triginta profeceris, & idcirco in hanc Rempublicam pastorem te induximus. Neque existimamus, quod in sententiam tendas, quoniam non corpore, sed animo laborandum est; sed & multos habebis, præsertim confratres tuos, qui in omni officio, favori, & auxilio tibi erunt. Habebis & nos ipsos, & Apostolicam Sedem, quorum nihil, aut parum habuerunt prædecessores tuoi. Simulque considera, quod non regnum suscipis, sed ministerium Christi, non honorem, sed onus, non divitias, sed dispensationem multiformis gratiæ Dei. Neque id existimes, quod nonnulli (ut scribis) hoc fortasse refugerint, quoniam varia sunt dona discipulorum Christi. Multos enim virgines dedit, multos in solitudinem contulit, te vero cum utriusque vitæ participem fecerit, jure ad hoc subeundum onus te astrictum esse intelligis. Ita enim pene omnium Castellanensis Ecclesiæ summa expectatio est, ut te in patrem, & pastorem habeant. Quare de re vocationem tuam modo agnosce, nec velis ex humilitate, bonum humilitatis, & obedientiæ perdere: quoniam sicut non licet pertinaciter recusare. Et sic te hortamur iterum, atque injungimus. Leva in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Super te enim orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur. quoniam (ut indubie speramus) propitio Deo, in hos velutì in terram bonam semina sparges, & afferet fructum centuplum in patientia. Datum, &c.

Alias scripsit epistolas Eugenius ad S. Georgii in Alga Canonicos, qui humiliter per supplices libellos Eugenium exoraverunt, ne sibi patrem, & antesignanum suum auferret, qui dulcissimis verbis eos consolatus est, rationibus insuper gravissimis, & sacrorum Patrum exemplis admonuit, ne divinæ voluntati adversarentur. Non valuit igitur Laurentius Pontifici ter jubenti non obedire, jugumque Domini suscepit, Episcopatum iniit sine fuco, & pompa, statimque operam dedit, ut Cathedralis Ecclesia superiorum Antistitum, aut incuria, aut avaritia neglectu, pro dignitate sedis excoleretur, Canonicorum ordinem ad nihilum pene reductum restituit, addiditque Sacerdotes, & sanctiores leges instituit, eandemque circa alias ecclesias adhibuit curam. Mores deinde cleri castigavit, deque iis edidit constitutiones pulcherrimas. Pari cura prosequutus est monasteria, ac præcipue sacrarum Virginum juxta præscriptas leges ab Eugenio, collegia restituit, novaque construxit. Perpulchrum hujus rei testimonium est, quod initio sui Præsulatus viginti circiter cum reperisset, moriens quinque supra triginta reliquit. Populum sibi commissum assiduo verbo Dei pavit, pauperes fovit, ac velut eorum pater divitias in eos dispersit, divinis meditationibus, ac bonis operibus semper intentus. Episcopale munus eximie adimplevit. Hinc ab Eugenio, Cardinalium Senatu audiente, aureis illis verbis salutatus, ac laudatus est Bononiæ; *Salve decus, & gloria Præsulum.* Pari amore dilexit illum Summus ille Pontifex Nicolaus V. & in illo ornando cum Eugenio certavit. Nam sicut ille Episcopum Patriæ quamprimum potuit fecit, ita hic Patriarcham, cum primum oblata occasio fuit, creavit. Gradense, inquam, Patriarcha mortuo, Gradensis nobilis Patriarchatus dignitatem transtulit Venetias, suppresso utroque titulo Gradensi, & Castellano, primumq; Venetiarum Patriarcham adlegit. Hujusmodi autem translatio facta est anno Domini 1451. 8. idus Octobris. Diploma autem extinctionis Patriarchalis sedis Gradensis, nominisque Castellani Episcopi, ac institutionis Patriarchalis sedis Venetiis, Laurentiique electio in Patriarcham est hujusmodi.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei
ad perpetuam rei memoriam.

Regis æterni, ac Pastoris illius cœlestis, & animarum Christi, à quo singula gratiarum dona, vicem licet immeriti gerentes in terris, cum simus ab eo in eminenti Ecclesiæ militantis specula constituti, tum ad omnes Christi fidelium nationes, loca, & personas, ut pro meritorum qualitate honorentur, intenti sumus, tum ad eorum dignitatem, & honorem pervigili cura extendimus nostras cogitationes, quorum devotio erga nos fervore fidei, & plurimarum virtutum merita videntur exposcere, ut amplioris dignitatis titulo decorentur. Sanè mentis nostræ intuitu considerantes, quanta sit dignitas, & magnitudo Reipublicæ Venetorum, quanta populi multitudo, quantus civium ornatus, & amplitudo, quanta illius magnitudo dominii, quanta rerum magnificentia existat; advertentes quoque animum ad singula-

rum

rem ipsorum erga nos, & Romanam Ecclesiam devotionem, nimirum ipsorum quasi requirentibus meritis, ad ea agenda, & concedenda impellimur, quibus tales, & tam egregiæ civitates, & civium nomen, & gloria, pro suæ quoque Ecclesiæ majestate, & amplitudine illustretur. Cum itaque Ecclesia Patriarchalis Gradensis in dominio ipsius Reipublicæ Venetorum existens, quæ per obitum bonæ memoriæ Dominici ultimi illius Patriarchæ, extra Romanam Curiam defuncti pastoris est solatio destituta, sita sit in loco dissito, & destituto cultoribus, adeo ut nullus jamdudum ibidem Patriarcha residere valuit, ex quo tantæ dignitatis splendor sordescere existimatur. Nos considerantes, quod si in Civitate Venetiarum dignitas Patriarchalis sedis institueretur, civitas ipsa tanquam planta fructifera radicibus suis altius in solo suo uberi defixis, in immensum fere suæ dignitatis ramos expandet, & amplificationem recipiet digniorem; quodque ex eo devotio civium, & religio fidei, ac divinus cultus majorem fructum pariet animarum ad omnipotentis Dei laudem, & exaltationem Ecclesiæ suæ sanctę, & ut civitas ipsa Venetiarum digniori in spiritualibus titulo decoretur, dignitatem, & titulum Patriarchalis Ecclesiæ Graden. necnon titulum, & dignitatem ipsam Episcopatus Venetiarum, qui à nomine loci in ambitu ipsius civitatis existens, Castellum nuncupatur; in quo illius Ecclesia Cathedralis sita est, episcopatus Castellanus nominatus existit, cæteras quoque dignitates personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, ac alia beneficia ecclesiastica, in prefatis Graden. & Castellan. Ecclesiis, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, ac de potestatis plenitudine auctoritate Apostolica supprimentes, & penitus extinguentes, prefatam Castell. Ecclesiam Patriarchalem sedem, & dignitatem, cui venerabilem fratrem nostrum Laurentium, antea Castell. Episcopum, in Patriarcham, & Pastorem preficere intendimus, cum omnibus, & singulis Patriarchalibus insignibus, dignitatibus, praeminentiis, privilegiis, juribus, & honoribus, tam ipsi olim Patriarchali Graden. Ecclesiæ, quam illius Patriarchis concessis, erigimus, constituimus, & deputamus. Graden. vero Provinciam cum omnibus illius suffraganeis Episcopis, in Provinciam Patriarchalis Ecclesiæ Venetiarum, constituimus, & erigimus, volentes, & decernentes, ut deinceps Ecclesia Patriarchalis Venetiarum futuris perpetuis temporibus appelletur; quodque tam dictę quondam Graden. cum omnibus ecclesiis sibi unitis, quam Castell. ecclesiarum dictæ prefatæ Patriarchali Ecclesiæ Venetiarum unitæ sint, & una dumtaxat, eademque diœcesis censeatur. Omnes vero, & singulas dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, ac beneficia, quæ erant in præfata olim Castell. Ecclesia cum omnibus eorum possessionibus, mobilibus bonis, & immobilibus, juribus, actionibus, obventionibus, & emolumentis ad illam spectantibus, nec non fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem, ac cum illis Canonicorum Capitulum in omnibus, & per omnia, prout in dicta olim Ecclesia Castellana esse consueverunt in Patriarchali Ecclesia hujusmodi per nos erecta de novo creamus, & instituimus, ac illis, qui ipsam pro antea obtinebant, conferimus, & de eisdem providemus. Illis vero, qui Canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, & administrationes, officia, & beneficia in olim Graden. suppressa prædicta obtinebant, quod ipsorum fructus, redditus, & proventus, donec & quousque vixerint, integrè exigere, & percipere, ac in suos usus, & utilitatem convertere liberè, ac licite valeant, & possint perinde, ac si suppressio, extinctio, & alia supradicta per nos facta non fuissent. Concedimus præterea etiam omnia, & singula dominia, feuda, possessiones, fructus, redditus, proventus, census, jura, actiones, & alia mobilia, & immobilia bona quæcumque olim Graden. & Castell. Ecclesiarum, & aliorum in dicta Graden. suppressorum præfatæ Patriarchali Ecclesiæ Venetiarum pro ejus mensa perpetuo donamus, concedimus, applicamus, appropriamus, & assignamus, volentes & eisdem scientia, & auctoritate statuentes pariter, & decernentes, quod ex nunc in antea in perpetuum ipsa Ecclesia sic erecta Patriarchalis Ecclesia, ac diœcesis, & provincia Venetiarum sit, & etiam nuncupetur, quodque in eadem quondam Ecclesia Graden. prout hactenus consuevit, per unum, vel plures presbyteros, quibus de illius proventibus per Patriarcham Venetiarum pro tempore existentem, necessaria congruè ministrentur, & animarum cura, si qua illi immineat, diligenter exerceatur, ac inibi laudabiliter deserviatur in divinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę erectionis, decorationis, suppressionis, extinctionis, incorporationis, constitutionis, creationis, institutionis, collationis, provisionis, concessionis, donationis, applicationis, appropriationis, assignationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Domini MCDLI 8. Idus Octobr. Pontif. nostri an. 5.

Cæterum Laurentius cum iis omnibus privilegiis, ac gratiis, quibus Gradensis fuerat nobilitatus, fere quatuor annos novam Patriarchalem sedem sanctissime administravit, obdormivitque in Domino anno 1455. sexto idus Januarii, prophetiæ spiritu, sanctitate vitæ, ac miraculis clarus, in Cathedrali humatus fuit cum hoc epitaphio.

B LAURENTIUS JUSTINIANUS PRIMUS PATRIARCHA VENETIARUM DIE VIII. JANUARII MCCCCLV.

Beati viri vitam Bernardus Justinianus ejus nepos conscripsit. Idem vero B. Laurentius ad ædificationem simplicium devotissima opuscula edidit, quæ Venetiis nuper impressa sunt. Sixtus IV. & Leo X. Beatum nuncuparunt, Clemens VII. Beatum declaravit in literis ad Antonium Contarenum Patriarcham. Clemens VIII. Beatum, & aliquando Sanctum nuncupavit. Serenissima Venetorum Respub. sacra Beatissimi Præsulis lipsana ex voto, regio sumptu ara constructa, & Sacellum quotannis celebri ejus die, Principis, & purpuratorum Senatorum præsentia colit.

Anno vero 1632 Federicus Cornelius S. R. E. Card. & Venetiarum Patriarcha, quod meritis, & intercessione B. Laurentii, patriam à teterrima pestilentia liberatam vidit, ex voto in Patriarchali Ecclesia hoc ex marmore perpetuum statuit monumentum.

Beato Laurentio Justiniano Primo Venetiarum Patriarchæ Stirpis claritudine Augusto sanctimoniæ gloria longe augustiori Tutelari Numini beneficentissimo, ad sacros cujus cineres Templum hoc illustrantes Civitate in pestilentia Sancti Civis, auxilium experta, quot annis ejus die perpetua festivitate celebrando Senatur Religiosissimus venerationis ergo ex voto accedit, Federicus S. R. E. Cardinalis Cornelius Maximi cultus minimum Argumentum Dic.

Hæc pauca de Beatissimo Laurentio primo Venetiarum Patriarcha dixisse sufficiat, qui vero majorem cognitionem de virtutibus, ac sanctimonia illius, rebusque præclare gestis haurire desiderat, adeat inter multos, Jo. Philippum Tomasinum dignissimum Æmoniæ Episcopum in Annalibus Congregationis sæcularium Canonicorum S. Georgii in Alga, ubi plura inveniet scitu dignissima. Ejusdem cum laude meminere Trithemius, Sabellicus, Blondus, Volaterranus, Bellarminus, aliique plurimi: novissime vero sparsim ejus divinas virtutes enarravit actiom, & medicinæ doctor insignis Paulus Zachias Romanus in eruditissimo opere Medico Legali. Cæterum non prætereundum hic putavimus Eugenii IV. Pontificis diploma temporibus Laurentii tunc Castellani Episcopi cu-

sum,

sum, cum multum faciat, tum ad rectam institutionem Canonicorum, aliorumque clericorum Castellanæ Cathedralis, tum vero ad asserendam Patriarcharum Venetiarum jurisdictionem, ac dignitatem; sic enim se habet ex tabulario ejusdem Ecclesiæ.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctum nobis, licet meritis imparib. Apostolicæ servitutis officium nostram mentem continuo excitat, & inducit, ut circa quarumlibet Ecclesiarum, præsertim Cathedralium, & insignium, & in eis divinis obsequiis deditarum personarum omnium statum utiliter, & prospere dirigendum paternis, & sollicitis studiis intendamus, ipsæque Ecclesiæ per nostræ provisionis ministerium, concedente Altissimo ad ejus laudem, & gloriam, populique devotionis augmentum in divinorum exhibitione, ac aliàs multipliciter in spiritualibus & temporalibus augeantur, opem, & operam, quantum cum Deo possumus, favorabiliter impendamus. Accepimus siquidem nuper, quod Ecclesia Castellan. in qua ultra illius Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Primiceriatum, qui dignitates inibi existunt, novem canonicatus, & totidem præbendæ instituti fore noscuntur, a multis citra temporibus ab his, qui dignitates, & canonicatus, & præbendas prædictas interim obtinuerunt, in divinorum exhibitione plurimum neglecta remanserit, & quod modernis temporibus ultra quatuor ad plures ex Canonicis, ac dignitates obtinentibus, hujusmodi apud eam non resident, quodque reliqui eorumdem, illa quasi neglecta, seu derelicta in aliis suis ecclesiis, seu plebibus moram trahunt. Cum autem negligentia, & obmissio residentiæ hujusmodi ex eo principaliter provenisse, & provenire videatur, quod canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum prædictarum etiam certi fructus, redditus, & proventus, qui communes existunt, æqualibus portionibus inter Canonicos, & dignitates pro tempore obtinentes in Ecclesia prædicta, tam apud eas residentes, & inibi servientes, quam etiam non residentes, & debita obsequia non præstantes, distribui, & assignari consueverunt. Nos igitur consuetudinem prædictam eidem Ecclesiæ damnosam, & præjudicialem fuisse, & esse reputantes, & tam super hoc, quam etiam aliàs statui, & indemnitati dictæ Ecclesiæ, & ut in ea per illius pro tempore Canonicos, ac dignitates obtinentes, aliasque personas debita præstentur obsequia, providere, ipsamque in personarum numero inibi continuo servientium adaugere volentes, ex præmissis, & aliis pluribus rationabilibus causis nobis notis, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, sex perpetua officia, quæ subcanonicatus nuncupari volumus pro totidem ecclesiasticis personis ad illa idoneis, necnon unum collegium perpetuum duodecim pauperum clericorum, ac pro eis totidem loca, necnon unum in grammatica, & alium in cantu ad .... in prædicta Ecclesia auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium perpetuo instituimus, facimus, atque creamus, ac tribus primis diaconales, & reliquis tribus officiis, subdiaconales, acenon cuilibet ex novem canonicatibus, & præbendis, prædictis presbyterales ordines dicta auctoritate annectimus, & annexos esse volumus, & nihilominus, quod omnes, & singuli canonicatus, & præbendas, & officia prædicta pro tempore obtinentes infra annum, qui quoad præsentes Canonicos ab intimatione præsentium eis facienda, & quoad singulos alios ex tunc in antea canonicatus, & præbendas & officia obtinentes hujusmodi ab illorum pacificæ assecutionis earundem diebus, computari debeat ad illos ex ordinibus præfatis, qui suis tunc præbendis, & officiis hujusmodi annexi sunt, se promoveri facere teneantur, ac etiam, quod nullus de cetero aliquos, seu aliquod ex canonicatibus, & præbendis, seu officiis Ecclesiæ hujusmodi, ac plebanatum, seu aliam principalem dignitatem, aut parochialem ecclesiam, vel aliquod beneficium curatum, aut personalem residentiam requirens in loco de Venetiis Castellanæ diœcesis, seu canonicatum, & præbendam in ecclesia S. Marci de dicto loco in simul, ultra mensem, personis tamen similia præsentialiter Canonicatus obtinentibus dumtaxat exceptis, tenere valeat, alioquin tam illi, qui infra annum prædictum non promoti fuerint, ut præfertur, eodem anno elapso, sui canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Castellan hujusmodi, quam etiam quilibet, qui in Castellan. & S. Marci ecclesiis canonicatus, & præbendas, seu plebanatum, vel principalem dignitatem, aut parochialem ecclesiam seu alias curatū benefic. vel personalem residentiam requirens beneficium hujusmodi in simul pro tempore obtinuerit, ut etiam præfertur post lapsum dicti mensis præfati ambobus per eum obtentis prædictis absque eo, quod monitiones, seu vocationes desuper fiant, privati existant: Illaque omnia, & singula per privationem hujusmodi vacare censeantur, & per illos ad quorum collationem, provisionem, ea spectare noscuntur, aliis Canonice conferantur, seu conferri possint, ac ulterius, quod omnes, & singuli fructus, redditus, & proventus introitus, census, decimæ, oblationes ex Archidiaconatu, Archipresbyteratu, Primiceriatu, Canonicatibus, & præbendis, ac officiis Castellan. Ecclesiæ hujusmodi, & illius mensa capitulari, ac ex bonis mobilibus, præsentibus, & futuris cujuslibet eorumdem, necnon ex funeralibus cera, & aliàs quomodolibet in dicta Ecclesia, ac illius, & aliorum prædictorum omnium ratione ex nunc in antea proventuri, quos omnes per ipsorum veros annuos valores præsentibus haberi volumus pro expressis, una massa fiat, illique omnes inter Archidiaconum, Archipresbyterum, Primicerium, Canonicos, subcanonicos pro tempore existentes, & personaliter residentes, ac divinis officiis interessentes, & servientes in dicta Ecclesia Castellan juxta statuta, & ordinationes venerabilis fratris nostri Laurentii Episcopi, ac dilectorum filiorum Capituli Castellan. vigore præsentium super hoc facienda, & edenda pro distributionibus quotidianis dumtaxat distribuantur, & non aliàs, & eis realiter assignentur, ac distribui, & assignari debeant, ita quod illi ex Archidiacono, Archipresbytero, Primicerio, Canonicis, & subdiaconis, tam præsentibus, quam futuris Castellan. Ecclesiæ hujusmodi, qui residentiam non fecerint apud ipsam Castellan. Ecclesiam, nec diurnis pariter & nocturnis divinis officiis interfuerint, neque servierint in eadem interim quod absentes fuerint, & non servierint ut præfertur fructibus redditibus, & proventibus, censibus, decimis, oblationibus, & aliis præmissis penitus careant, & nihil ex illis percipiant, nec percipere debeant, neque etiam aliquis eorumdem non residentium, neque servientium Canonicorum massariatus officium in præfata Ecclesia Castellan. habere, seu exercere valeat. Quodque etiam Episcopus Castellanus pro tempore existens in omnibus, & singulis Dominicis, ac etiam B. M. necnon Apostolorum omnium, & aliarum solemnium festivitatum diebus missis majoribus in ipsa Castellanen. Ecclesia personaliter interesse, dictique pro tempore Can. & subcan. nostri tam in præfatis quam in aliis festivis duplicibus, & quadragesimalibus, nec non in magnorum anniversariorum, & exequiarum diebus hujusmodi majores missas cum diacono, & subdiacono, dalmatica, & tunicella tunc indutis per se ipsos perpetuo celebrare teneantur. Præterea quod Canonici pro tempore existentes Castellanen. Ecclesiæ hujusmodi in quibuscumque processionibus, & aliis actibus Ecclesiasticis, ac etiam in conventionibus publicis omnibus, & singulis aliis ecclesiasticis personis in hujusmodi loco de Venetiis dignitates etiam principales in plebibus, ac ecclesiis collegiatis, ac parochiales ecclesias, & quæcumque alia cum cura, & sine cura ecclesiastica beneficia obtinentibus, & quod illi ex eis, qui prius recepti fuerint aliis postmodum receptis in dicta Castellanen. Ecclesia Canonicis: acnon Subcanonici pro tempore prædicti, qui etiam almutias pellibus schirolinis foderatas gestare possint,

claudèrent extremum, liberaliter concessit hoc instrumento, quod ex Patriarchali regesto proferimus.

In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis MCCCXXXII. Indict. XV. die XXV. mensis Augusti Venetiis in Episcopali palatio Castellan. in anticamera R. Patris D. Castellani Episcopi infrascripti, præsentibus venerabilibus viris Dominis Francisco de Bitifal decretorum doctore præposito Ravennat. & D. Thadæo de Frabaldis de Padua Canonico Veronen. ambobus Vicariis Episcopi infrascripti, Bonaventura de Frabaldis de Padua notario, & scriba Episcopalis curiæ Castellan. F. Michaele Salamone de contracta Canaregli de Venetiis, Benedict. Diacono S. Apollinaris testibus ad hæc habitis, & rogatis, & aliis citatis, & requisitis specialiter ad infrascripta Archipresbyrero, Primicerio, cæterisque Canonicis tam residentibus, quam non residentibus in civitate tamen, & diœcesi Castellana moram trahentibus qui ad capitulum die & hora præsenti deberent in Episcopali palatio congregari, & expectatis itaque eisdem usque ad horam debitam, qui præsentes reperti sunt, ad capitulum convenerunt. In quo quidem capitulo interfuerunt R. in Christo pater, & D. D. Angelus Dei gratia Episcopus Castellan. Domini Petrus Bachari Primicerius, Nicolaus de Fabris, Franciscus Michael, Bertuccius Quirino, Bertuccius Nani, & Franciscus Delphino Canonici Ecclesiæ Castellan. qui omnes faciunt, & constituunt totum Capitulum Ecclesiæ Castellan. occasione certæ partis decimarum, quæ Parochiali Ecclesiæ debetur, cum defunctus moritur. Super qua multæ quæstiones sunt ortæ per tempora retroacta inter Capitulum Ecclesiæ Castellan. & alias parochiales Ecclesias, quarum domicilia defunctus videtur, seu dicitur dimisisse ante mortis aventum, prætendentes dictum capitulum dictam partem cum moritur defunctus extra civitatem Venet. & diœces. Castell. nullum habens domicilium in eisdem ex consuetudine sibi deberi, petierunt prædicti Capitulum & Canonici jus dictæ partis eisdem & dicto capitulo conferri, & largiri, & in melius reformari, & considerata maxime indigentia, & paupertate dictæ suæ Ecclesiæ Cathedralis, & Canonicorum prædictorum secundum quod eidem patri visum fuerit convenire, & expediens fuerit. Qui Reverendus Pater post plures tractatus, & collationes habitas cum prædictis participato quoque consilio sapientum, & deliberatione solemni præmissa considerans fidelitatem, & laborem prædictorum Canonicorum, & Capituli, qui submissis humeris assistendo eidem patri divinis officiis tam diurnis, quam nocturnis insistunt quotidie; Considerata insuper paupertate allegata per eos, & tenuitate redditruum ipsorum Canonicorum debi-

A tum esse conspexerit, ut ipsi per gratiarum largitionem propensius de bono in melius inducantur; attendens igitur dictus D. Episcopus, quod aliquæ decimæ, de quibus supra per eos extitit supplicatum extra limites, seu confines certarum parochiarum tamen in diœcesi Castellan. ut quum cives oriundi, aut incolæ civitatis ejusdem Venet. domiciliis vel habitationibus solitis, seu antiquis, aut suorum majorum meando, aut peregrinando, vel alias evagando per mundum extra dictam civitatem & diœces. diem claudunt extremum, aut alio quocumque modo, quæ alias nulli alij parochiali Ecclesiæ debentur, persolvendæ occurrunt, quæ de jure in ordinatione, & dispositione totali ejus D. D. Episcopi consistere dignoscuntur, quas ad usum suum possit etiam retinere, de speciali munificentia ex causis præmissis eidem capitulo, & canonicis residentibus ad supportandum expensarum onera, quæ jugiter oportet eos pro ipsorum necessitate subire, quibus decenter non sufficiunt ejusdem

B Ecclesiæ beneficia, donavit, concessit, & dedit medietatem dictarum decimarum, & jus quodlibet percipiendi easdem cum plena, libera, & generali administratione ipsarum sine contradictione ejusdem D. Episcopi, & successorum suorum, & cujuslibet alterius retenta omni pro se & ad usum suum, & successorum suorum alia medietate omnium decimarum prædictarum, sicut hactenus consuevit percipere, & habere idem D. Episcopus, & prædecessores sui; & ponens dictum capitulum in possessione dictæ medietatis decimæ, & jurium ipsius sic concessorum & donatorum ipsum in locum suum procuratorem constituit, ut in rem suam, ut possit agere, experiri, & defendere, excipere quodlibet jus, prosequi, consequi, & exigere, prædicta & omnia, facere cartam etiam securitatis, & quietatis juxta morem, sicut & quemadmodum ipsemet D. Episcopus facere posset modo tamen, & forma

C infrascripta, scilicet quod dictum capitulum, & ipsi Canonici teneantur, & debeant totam decimam integram tam in judicio, quam extra suis sumptibus, & expensis petere, & exigere, nec ad aliquid aliud idem D. Episcopus teneatur, nisi ad constituendum procuratorem pro sua medietate simul cum dictis Canonicis, vel separatim sicut utilius fuerit pro eisdem.

Ego Jacobus Venet. providi viri D. Antonij publicus Imperiali auctoritate, & patriarchalis curiæ Venet. notarius suprascriptam copiam ex authentico originali librorum curiæ Patriarchalis fideliter sumpsi, & accopiavi, & in fidem me subscripsi cum signo, & nomine meo consuetis.

Hoc eodem anno 1332. SS. Hermacoræ, & Fortunati Ecclesiam solemniter consecravit, pluriesque deinde memoratus invenitur in antiquis documentis ad annum 1335. Obiit, ut puto, an. 1336. quem ejus electioni perperam attribuunt aulæ Patriarchalis picturæ, & Sansovinus.)

D 38 BARTHOLOMAEUS Quirinus hujus nominis, & cognominis secundus, deposito Jacobo Albertino, eandem sedem assequutus est ao. 1322. (1) Joanne XXII. Papa. Sedit annis decem, fatoque sublatus est anno 1332. ac tumulatus apud Cathedralem S. Petri cum hoc epitaphio.

Ecclesiæ Rector constans certamine Præsul
Dux juris, factis indefessus sic venerandus.
Inclytus, & grandis virtutum Plebis amator
Bartholomæus audens, Venetorum semper & urbis
Quirinus generis magnorum tutor, & alto
Hic jacet, hic tegitur, cubat hic, silet, astra meretur,
Anno Domini MCCCXXXII.

MI-

(1) Bartholomæus Quirinus, hujus nominis, atque cognominis secundus, dicitur, ut supra diximus, ab anno 1209. ad an. 1209. Tertius hic esset Bartholomæus Quirinus Castellanus Episcopus, si revera per hæc tempora hanc cathedram occupasset, quam Jacobum Albertinum tenuisse ad an. 1315. [illegible] ad an. 1316 ex invictis documentis clarissime [illegible] ostendimus. Epitaphium, quod a Sansovino desumptum hic profert Ughellius, renovata Cathedrali evanuit. Bartholomæi Quirini primi illud fuisse [illegible], & pro MCCLXXXXI. litteris forte antiquitate corruptis, ostentum Sansovinum legisse MCCCXXXII. Nil vel [illegible] hunc [illegible] non [illegible] temporis, quo Bartholomæus [illegible] obierit, [illegible] quo D. Marci Procuratoris, [illegible] [illegible] Castellana [illegible] ex ejus [illegible] comperimus, eidem posuerint monumentum.



39 MICHAEL (1) Calergus nobilis Venetus Quirino subrogatus est, ex Ordine Erem. S. Augustini, ut refert Leander Albertus, ad hunc gradum honoris assumptus anno 1332. de quo nil reperi in Vaticanis regestis quod viderim.



XXXIX, 40 NICOLAUS Maurocenus, nobilis Venetus, Antistes fuit anno 1338. vir doctrina, prudentiaque longe clarissimus, cui Clemens VI. Pontifex ad pacem iniendam inter Ducem Andream Dandulum, & Commune Venetiarum, & Joannem è Valetaro Januensis Reip. moderatorem, & Commune ipsorum, litteras exhortatorias misit anno 1351. quas hic exprimendas duximus, cum iis Nicolai prudentia, virtus, & in rebus agendis dexteritas recenseatur.

Clemens Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Episcopo Castellano salutem, & Apostolicam benedictionem. Amara nobis est discordia gravis, quam inter dilectos filios nobilem virum Andream Dandulum Ducem, & Commune Venetiarum, necnon dilectos filios, nobilem virum Joannem e Valetaro Gubernatorem Januensium, & civitatis eorundem commune, pacis æmulus suscitavit, in ea namque particularia nostra, & illorum incommoda, & damna deflemus, in ea communia fidei Christianæ dispendia, & pericula, quæ non tam verisimiliter, quam palpabiliter imminere sentimus, pro dolor! deploramus, quibus more patris, usu artis, quem non prætereunt filiorum incommoda ob jura salubriter cupientes apud eos, & illos pro hujusmodi, præstante Deo, supputanda discordia, & concordia reformanda desudavimus. Iteratis sæpe vicibus accersitis etiam utriusque partis coram nobis propterea nunciis, nunc verbo, nunc litteris, nunc etiam adhibitis nunciis diligenter, & quamvis eodem pacis æmulo satagente, instantia nostra, in prosequutione tam salubris, & utilis negocii obtinere nequiverit desiderii nostri votum: sperantes tamen de nostri gratia Redemptoris, quod ipse potentiæ suæ virtute, machinamenta, & dolos hominis inimici prorsus annihilans, artemque fallens, & tam gravibus ejusdem fidei obvians detrimentis in hujusmodi supputatione discordiæ, ac pacis sibi gratæ, ut credimus, & mundo perutilis, sicut scimus communibus nostris, & fidelium Christi votis condescendet: fra-

A *ternitati tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus sub spe illius, qui concordiam in sublimibus suis parat, & ad ejus nutum stat spiritus procellarum, præfatum Ducem, & Commune Venetiarum studeas salubribus monitis, & salutaribus inductionibus tuis, juxta datam tibi à Domino gratiam, & virtutem ad concordiam cum præfato gubernatore, revocare, quod eo, qui pacis, & salutis actor, & auctor est . . . ente, imminentibus finis imponatur omnino malis, atque periculis, & futuris, quæ Deus avertat, salubriter obvietur, & ex ea unitate, & concordia Christianus populus partium Orientis, quem ex supradicta dissensione opportunitate captata immanius persequitur, & affligit furor durus paganicæ servitutis, lætati respirent, & in eorum opportunitatibus ac necessitatibus nullis præsidia solita sentientes persequentium dolos, & machinamenta confutent.*

Datum apud Villam Novam Avinionen. diœcesis 9. Kal. Nov. an. 10.

B Anno deinde 1354. obtinuit Nicolaus ab Innocentio VI. confirmationem antiquæ, approbatæ consuetudinis, decimarum divisionum, quæ inter Episcopos Castellanos, plebanosque, civitatis, aliosque pari pietate distribuebantur unicuique, prout consuetudo dictabat, quam perpetuo valituram hoc diplomate, deprecante Nicolao, asseruit Pontifex ex reg. Vatic.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exhibita nobis, pro parte venerabilis fratris nostri Nicolai Episcopi Castellani petitio continebat, quod in loco de Venetiis Castellanæ diœcesis, de antiqua consuetudine à tempore, cujus contraria memoria non existit hominum, obtentum est, & etiam observatum, quod Episcopus Castellanus, qui est etiam pro tempore, suo ac Rectorum seu Plebanorum, & aliorum Prælatorum, qui sunt pro tempore, & capitulorum, & fabricatorum ecclesiarum, & pauperum loci prædicti nominibus per se, & alios
C *per ipsum Episcopum ad hoc deputatos, exigit, & recipit decimas pecuniarum omnium, & mercimoniorum, & aliorum bonorum mobilium civium, & habitatorum loci prædicti pro tempore decedentium, cujuscumque sexus, vel ætatis existant, illis pecuniarum summis dumtaxat exceptis, quæ per decedentes eosdem communi dicti loci Venetiarum mutuatæ fuissent, quæ* imprestita *vulgariter nuncupantur, ipsasque decimas in quatuor dividit æquales portiones, quarum una ipsius Episcopi, alia vero dilectorum filiorum Rectoris, & Plebani, aut alterius Prælati, & Capituli parochialis ecclesiæ, cujus idem defunctus parochianus fuit, alia quoque fabricæ ipsius ecclesiæ parochialis existunt, ita tamen quod de dicta quarta portione, quæ fabricæ debetur, idem Episcopus detrahit quartam partem, quam in utilitatem fabricæ Ecclesiæ Castellanæ convertit, & de alia quarta portione prædicta, quæ debetur pauperibus, demit etiam quartam partem, quam inter alios pauperes loci distribuit supradicti. Quare pro*
D *parte ipsius Nicolai Episcopi nobis extitit humiliter supplicatum, ut quod ipse Nicolaus, & successores sui Episcopi Castellani, qui pro tempore fuerint, etiam ex commissione Apostolica facere valeant in futurum, eis concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi precibus annuentes, Nicolao, & ejus successoribus supradictis Episcopis, ut dictas decimas, ut præfertur, exigere, & accipere, illasque dividere, & distribuere juxta consuetudinem supradictam libere, & licite valeant, auctoritate Apostolica concedimus . . . . parochialis ecclesiæ S. Bartholomæi loci, & diœcesis prædictorum competit in præmissis, nullum volumus præjudicium generari. Nulli ergo, &c.*

Datum apud Villam Novam Avenionen. Diœcesis non. Aug. Pont. nostri an. 3.

Confirmatum postea est idem privilegium ad Pauli

(1) Hunc quoque Michaelem Calergum, monumentis veteribus ignotum, non patitur hæc Cathedra, qua per hæc tempora Angelus Delphinus potiebatur.

Pauli Episcopi Nicolai successoris preces à Gregorio XI. dato diplomate 6. Kalend. Februarii anno 9. Nicolaus interea cum bene hanc rexisset Ecclesiam fere triginta annos ultro se abdicavit, tandem in senectute bona mortem appetiit anno 1379. die 24 Novembris, cujus in veteri Cathedrali spectabatur sepulchrum cum sequentibus carminibus.

Doctor opus decreta legens egi, eligor Urbe
Hac Præsul, Papæ jam Prothonotator, acerbi
Dum belli ad finem penes hostes oro superbos,
Evocor ad superos, cum fastibus ossa relinquens.
Bis decima, & quarta Nicolaus luce Novembris
Mauroceno aurat liquit, tunc mille trecentis
Atque novem, septem decies labentibus annis.

Hujus etiam Præsulis memoria extat in perantiquo lapide apud ecclesiam S. Antonii Viennensis Ordinis, cujus primum lapidem cum Andrea Dandulo Duce posuit anno 1346. Hanc condidit ædem Franciscus *a* de Abbatibus Florentinus, primus ejusdem loci Prior.

a Franciscus.

(„ *Nicolaus Maurocenus Castellanus Episcopus* „ *electus est à Veneto Senatu die 27. Augusti 1336.* „ *cujus anni die 6. Octobris à Guidone Concordiensi* „ *Episcopo consecratus post Missarum solemnia Patriarchæ Gradensi juravit fidelitatem, ut testatur documentum in Patriarchali archivo adservatum. Ajunt Cortusii de Novitatibus Paduæ lib. 7. c. 14. Benedicti Pontificis mandato Nicolaum Patavinos ab interdicto exemisse an. 1338. die 17. Septembris. Anno 1346. facultatem concessit Zoto de Abbatibus hospitale, & Ecclesiam S. Antonio de Vienna dicatam construendi, cujus etiam primum lapidem una cum Andrea Dandulo Duce solemniter posuit. Concessionis documentum ex Patriarchali regesto transcriptum tale est.*

„ In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis MCCCXLVI. Ind XIV. die ultimo mensis Octobris Venetiis in Episcopali Palatio Castellano, & in camera infrascripti D. Vicarii Castellani, præsente R. in Christo patre D. Fratre Stephano Dei gratia Episcopo Tirien insulæ Sctcereni, D. Jacobo de Fugaciis de Bononia, Decretorum Doctore Vicario R. in Christo Patris, & D D. Nicolai Dei gratia Episcopi Castellani, D. Ioanne de Parmarinis decretorum Doctore plebano Ecclesiæ s. Mariæ Formosæ de Venetiis, D. Presb. Jo: Grido Ecclesiæ s. Samuelis de Venetiis, & aliis testibus rogatis, R. in Christo Pater, & D. D. Nicolaus Dei gratia Episcopus Castellanus audita, & intellecta supplicatione Ven. viri D. Fratris Zoti de Abbatibus de Florentia Prioris, seu præceptoris cujusdam domus de lignamine coopertæ de cupis nuper ædificatæ ad ejus instantiam ad honorem, & reverentiam B. Antonii Viennensis super terreno novo elevato in velmis, & aquis communis Venet. à pauco tempore circa super puncta S. Helenæ Castellan. diœcesis supra, seu juxta Canale Magnum, quod discurrit à dicto Monasterio s. Helenæ versus s. Marcum de Venetiis, & à s. Marco versus Monasterium s. Helenæ dictæ diœcesis nulli alii terreno coniuncto, sed aquis ab omnibus partibus circumdato infra Castellan. diœcesim, inter cætera continentur, quatenus dignaretur licentiam concedere super dicto territorio, & in dicta domo sibi dicto nomine Prioratus spectante Ecclesiam, & hospitale construendi, & elevandi ad honorem B. Antonii Viennen. ubi etiam cæmeterium esse possit, quæ omnia per Priores, seu præceptores, & Fratres dicti loci ad prædicta deputatos per superiores suos debeant gubernari, justis petitionibus annuens, & cupiens divinum cultum augeri, dicto præceptori, sive Priori suo nomine, & successorum suorum licentiam concessit, & liberam facultatem super sæpedicto terreno, & domo erigendi, & construendi ecclesiam, & hospitale, quæ sint unum corpus sub nomine, & vocabulo s. Antonii de Vienna, ubi possint esse altare, & altaria, campanile cum campanis, & Fratres, qui missas celebrent, & dicant die, noctuque divina officia: possint etiam præceptores, seu priores dicti loci, seu locum eorum tenentes facere ibidem celebrare per presbyteros seculares à D. Episcopo prædicto, vel a successoribus petita, & obtenta licentia, & cæmeterium ordinandi, & faciendi, in quo quilibet fidelis possit sibi eligere sepulturam, & admitti, & domos & ædificia facere necessaria pro habitantibus ibidem præsentialiter, & in futurum auctoritate ordinaria causa cognita omni modo, quibus melius potuit, concessit potestatem plenariam, & indulsit non intendens Ecclesiam prædictam parochialem facere, sed sibi, & successoribus suis. . . . . . potestatem parochiam super toto dicto terreno novo elevato, & quod continue actualiter elevatur, disponendi, & Parochialem Ecclesiam ordinandi, quando Domino dante erit elevatum, & habitatum, & multiplicatum in personis, & domibus; ita tamen quod Fratres sacerdotes dicti loci possint sibi invicem, & familiaribus propriis, & infirmis in hospitali ministrare omnia Ecclesiastica sacramenta. Et in signum, & recognitionem auctoritatis Episcopalis teneantur ipse Præceptor, sive Prior, & successores singulis annis in perpetuum in festo S. Antonii de Vienna dare, & præsentare ipsi D. Episcopo, vel successoribus suis unam libram ceræ, & annunciationem festivitatis prædictæ octava die ante festum prædictum scil. duas anglastarias boni vini ipsi D. Episcopo, vel ejus successoribus facere præsentare, & dimittere annis singulis perpetuo juxta morem festivitatum Ecclesiarum civitatis Venetæ & diœces. Castel. retinens ipse Dominus sibi, & successoribus suis omnimodam potestatem declarandi, & dilucidandi, corrigendi semel & pluries omnia gesta dubia, ambiguitates, obscuritates, si qua, vel si quæ occurrent in prædictis, seu aliquo prædictorum quaque ratione, vel causa, seu quovis tempore proximo, vel longinquo.

„ Ego Bonaventura de Frabaldis imperiali auctoritate notarius publicus, & Curiæ Castellanæ scriba suprascriptis omnibus & singulis interfui, & rogatus scribere scripsi.

„ *Triginta omnino annos hanc rexit Ecclesiam Nicolaus, cujus memoria in antiquis hujus temporis chartis creberrime perennatur Vale dixit huic sæculo die 27. Februarii 1367. De eo hæc pauca Angelus Maria.* Nicolaus Maurocenus, Protonotarius Apostolicus, & Archidiaconus Castellanus, Decretorum Doctor, deinde Castellanus Episcopus fuit Avenioni cum sanctissimo Papa nostro Innocentio VI. & instituit Vicarium suum generalem Plebanum s. Leonis. Tempore hujus Episcopi lis maxima versabatur inter ipsum, & episcopum Patavinum super quarumdam decimarum perceptione. Sepultus est in Ecclesia Castellana in Capella s Martini. Obiit die penultimo Februarii 1367. *Epitaphium, quod ex Sansovino refert Ughellus alterius est Nicolai Mauroceni, de quo infra.*)

41 PAULUS Foscarus, nobilis Venetus, ex XL
Episcopo Coronensi translatus fuit ad Castellanam Ecclesiam anno 1367. Nonis Aprilis, successitque immediate Nicolao, ut habet Varic. reg. cui in Episcopatu Coronensi subrogatus est Petrus Cornarus, seu Cornelius Venetus Ord. Minorum eodem anno 18. Kal. Maii. Hinc haud scio, unde in historia Seraphica hauserit Rodulphus Tossignanus, quendam Joannem Barbum (1) Ordinis Minorum hujus Ecclesiæ Præsulem fuisse anno 1349 Cum luce clarius sit, Paulum successisse Nicolao, ut di-


xi-

(1) De hoc Joanne Barbo, quem solo Patriarchalis picturæ ad an. 1349. Sansovinus in Chronico ad an. 1348. Castellanis Episcopis inserunt, nihil prorsus inveni. Cum autem huic Ecclesiæ Nicolaus Maurocenus ab an. 1336. ad 1367. præfuisset, neque ullus locus supersit præfato Joanni, illum ex horum Episcoporum albo libenter expungimus.



ximus. Cæterum Paulus inauguratus die 6. Junii ejusdem anni primum sacrum fecit in Cathedrali S. Petri, ut narrat Franciscus de Gratia in Chron. Sedit Paulus decem annis.

(„*Paulus Fostarus, Joannis filius, vix inauguratus una cum Tybaldo Caprularum, & Petro Cretensi Episcopis S. Cassiani Ecclesiam consecravit die S. Jacobo Apostolo sacra 25. Julii 1367. eamque S. Joannis de Judaica an. 1371. Nimis rigidus Ecclesiæ suæ jurium propugnator multiplici contentione, gravissimisque litigiis Rempublicam exagitavit. Caverat ista ad tollenda, quæ frequenter oriebantur scandala, publico decreto, ne imposterum à defunctorum hæredibus exigerentur decimæ, nisi quas illi morientes sponte, ac libere legassent. Quod cum ægerrimè Paulus ferret, saluberrimæ sanctioni adversari cœpit, totisque viribus obluctari: atque jamdiu antea diremptam de primigenia Capellæ D. Marci exemptione ab Ordinarii jurisdictione litem redintegrare summa ope conatus est, impetratis literis Apostolicis de subjectione ejusdem Capellæ Episcopatui Castellano. Cumque propriis viribus nihil proficeret, ad summum Pontificem Avenionem se contulit, ut geminatis velati armis Rempublicam dirius impeteret: quam nullis precibus, nullis minis deterritus oppugnare non destitit, donec corpore prius, quam animo fractus ultimum spiritum à patria, & Ecclesia sua remotus exhalarit Romæ, ut ajunt, anno ad summum 1376. De eo plura scribit Angelus Maria, adeo tamen frequenter more suo claudicans, ut ea referre hic pigeat.*)



XLI. 42 JOANNES de Placentinis, Parmæ natus, cognomento Lombardus, antea Episcopus Patavinus, mox Urbevetanus, inde elatus est ad Episcopatum Castellanum anno 1379. *a* Quo ipso anno in Servitarum templo sacellum dicavit, ut ibidem vulgaris inscriptus lapis prodit. *An.* 1379. *b di Setembrio, in di de S. Michel, fu sagrada questa capella per messer Giovanni de Placentini Vescovo di Veniexia, in so primo anno, & per meser Piero Nadal Vescovo di Jesolo.* Hic Clementis VII. Antipapæ assecla ab ipso anno 1385. die 12. Julii creatus est Presbyter Anticardinalis titulo S. Cyriaci in Termis, voluitque appellari Cardinalis Venetiarum. In libris Obligation. Sacri Collegii sub eo-

a 1376.
b 1376.

A dem Antipapa Clemente in supradicto die, & anno, cum illius creationis omnes Cardinales recenserentur, inter illos septimo loco numeratur Joannes in hæc verba. *Joannes de Placentinis Episcopus Castellanus absens à Curia.* In eodemque libro notatur, cum Avenionensem Curiam adiisset die 20. mensis Maii 1387. Quamobrem constat, quis fuerit hic Castellanus Episcopus, quem nonnulli Joannem Amadeum Venetum appellant. Alij eum Joanne Archiepiscopo Corfiense inscitanter confundunt, quem Urbanus VI. Pontifex purpura decoravit anno 1378. ac crudeliter tortum inde morte mulctavit. Joannis etiam meminit Bernardus Vidonus in vita Clementis Antipapæ, cum illius Cardinales commemoraret, illum appellans Joannem de Placentinis Lombardum Episcopum Castellanum, seu Venetiarum. Ejusdem mentionem fecit Franciscus Bosquettus nostri seculi vir diligens, ac litteratus in notis ad eundem Vidonem è Fuxensi Bibliotheca erutum, cum enim electionem Be-
B nedicti XIII. recenseret, notam Cardinalium attulit, qui Clementi Antipapæ parebant, ac post ejusdem obitum Conclave ingressi sunt, inter quos noster hic Joannes in hæc verba nominatur. *Joannes de Parma Lombardus dictus Venetiarum, titulo. Cyriaci in Termis.* Liber Oblig. reiicit ejus postremam diem in ann. 1405. 9. mensis Maii.

(„ *Curaverat jampridem Venetus Senatus æstuantibus cum Paulo Fostaro dissidiis, ut hoc ad aliam sedem translato novus Castellanæ Ecclesiæ daretur Pastor: quod tam à summo Pontifice obtinere non potuisset, defuncto tandem Paulo, Joannes de Placentinis, Parmensis, quem alii Jo. Amadeum Venetum perperam appellant, Cerviensis primum, deinde Patavinus, Urbevetanus demum Antistes viduatæ Ecclesiæ præfectus est non anno 1379. ut hic Ughellus, sed 1376. ut melius consultus affirmaverat in Urbevetanis. Quod etiam aperte colligitur ex allata ab Ughello inscriptione dedicationis in Servitarum templo adhuc*
C *prostante, in qua dedicatio dicitur facta à Joanne anno ejus Præsulatus primo Christi verò 1376. Ughellus perperam legit 1379. Nos inscriptionem pluries consuluimus, & revera 1376. scriptam manifeste deprehendimus. Exorto deinde schismate Antipapæ Clementis VII. partes secutus est Joannes, in cujus aulam commigravit. Cum autem illum viderim Castellanum adhuc Episcopum appellatum, dum anno 1385. ad Anticardinalatus purpuram ab Antipapa vocaretur, conjicio illum non sponte abiisse sed expulsum esse ab hac sede veluti schismati adhærentem à legitimo Pontifice Urbano VI. circa finem anni 1378. vel initium sequutis, eique attributum successorem, quem mox subjicio. De Joanne egit novissime Baluzius in vitis Paparum Avenionensium tom. 1. col. 1341.*

NICOLAUS Maurocenus II. *deposito Joanni datus est successor anno 1379. qui inauguratus paulo post decessit hoc eodem anno die 24. Novembris, ut*
D *proloquitur ejus Epitaphium supra allatum ab Ughello, & perperam alteri Nicolao Mauroceno attributum.*) XLII.



43 JOANNES Lauredanus nobilis Venetus XLIV

ad

ad eandem sedem vocatus est anno 1385. cum S. Marci Primicerius esset, paucorum mensium Pontifex fuit; meritorum tamen, ac illibatæ vitæ famam posteris reliquit.

„ *Vacante Castellana Cathedra per translationem* „ *Angeli Corrarii ad Constantinopolitanum Patriar-* „ *chatum electus fuit nonus Antistes à Canonicis, &* „ *Capitulo postulatus, Joannes Lauretanus, D.* „ *Marci Primicerius anno 1390. qui paulo post facta* „ *sedium commutatione, 11. Kalend. Decemb. ejus-* „ *dem anni ad Castellanam translato Francisco* „ *Faletrio Motonensi Episcopo, eodem die regendam* „ *suscepit Justinopolitanam, e qua ad Motonensem a-* „ *bierat Ludovicus Mauroceaus. Lauretanus fortasse* „ *nondum Castellani Episcopatus inierat possessio-* „ *nem; siquidem electus dicitur Justinopolitanus ex* „ *D. Marci Primicerio, & Faletrius Angelo subro-* „ *gatus enunciatur.*)



XLIII a Mauroceno successit an. 1379.

44 ANGELUS Corrarius, Venetus, Lauredano a successit anno 1386. Hic Theologica facultate insignis fuit, probatisque moribus spectabilis, à Bonifacio IX. Referendarius Apostolicus, & Nuncius ad Regem Ladislaum in Regnum Neapolitanum missus, sua auctoritate Neapolim, quæ Ludovici Andegavensis partes sequebatur in Regis fidem reduxit, simulque Ecclesiam ibi pastore destitutam administravit, ac deinde Piceni legatione perfunctus Castellanus Episcopus renunciatus est. Eam Ecclesiam administravit ad annum usque 1390. quo ab eodem Bonifacio translatus est ad Patriarchatum Constantinopolitanum, eodemque jubente Chalcidensem in Euboea insula Græciæ, quæ tunc Venetis parebat, Ecclesiam commendatam habuit. Innocentius deinde VII. Senatoria purpura illum nobilitavit sub titulo S. Marci anno 1405. ac non multo post eidem Innocentio in Pontificatum successit, Gregorius XII. appellatus. Cæterum illius Pontificatum teterrimum illud schisma funestavit, in quo tres simul Pontifices de suprema sede certabant, & Gregorium quidem ipsum Concilium Pisanum deturbavit de sede, ac deinceps Constantiense, in quo per Procuratorem Pontificatui cessit, decessitque Episcopus Cardinalis Sabinensis, ut supra in primo tomo narravimus. Non defuerunt aliqui ex Ordine Cisterciensi historici, quibus olim credulus & ipse accessi, qui narrent hunc Angelum ante Castellanum Pontificatum Cisterciensem Monachum fuisse. Verum cum postea alios diligenter perlegerim, nihilque mihi legenti occurrerit unde cucullatum Angelum commode possem expiscari, nullo certo fundamento innixam narrationem damnavi, deprehendique dimanare potuisse errorem, quod aliquando hic Angelus aliquod Cisterciense nobile cœnobium purpuratus Abbas commendatum administraverit. Tametsi autem sub tonsuræ Cisterciensis instituto Angelus numquam fuerit professus, eas tamen jam inde ab adolescentia usque ad ærumnosum senium coluit virtutes, quæ probatissimum quoque Monachum viderentur posse decere. Eo vero sedente Congregatio S. Georgii in Alga sub Bonifacio IX. Venetiis à clarissimis viris Antonio Corrario, e Gabriele Condulmerio Venetis patritiis initium sumpsit, qui nihil præter animarum salutem, & Christi gloriam cupientes abjectis secularibus pompis, in propria Antonii domo cum aliis clarissimis viris vitam Apostolicam famulari cœperunt, habitumque clericalem assumpserunt. Crescente in dies illorum fama Angelus ipse Episcopus benigne hospitio condonatos suscepit, quibus ob eorum sanctissimam vivendi formam multi alii viri nobiles se addiderunt. Qui Dei servi numero aucti ad Divi Nicolai in littore cœnobium accesserunt, quo in loco à mundi fluctibus elongati, soli Deo vacare studuerunt. Hac fama permotus Ludovicus Barbo patritius Venetus ecclesiæ S. Georgii in Alga prior ad illos cum accessisset, eosque rogavit, ut in suo monasterio collegialem vitam agere vellent, quod cum annuissent, à Bonifacio Pontifice obtinuit, ut prædicti Clerici in Canonicos ordinarentur, Ecclesiam, & Cœnobium Ord. S. Augustini, in collegiatam Canonicorum sæcularium transmutaretur. Quod cum fecisset Angelus Episcopus Chysamensis Bonifacii Pontificis delegatus ann. 1494. robur, & incrementum sancta hæc congregatio tantum accepit, ut viri ex ea clarissimi, ac sanctimonia insignes ad nostra usque sæcula claruerint: in quibus præ multis visi sunt Antonius Corrarius, & Gabriel Condulmerius fundatores, ille Cardinalis Episcopus Ostiensis, hic summus Pontifex renunciatus Eugenius IV. dictus est; Laurentius Justinianus primus Patriarcha Venetiarum sanctitate clarus, & inter Beatos relatus, Maphæus Contarenus, qui Laurentio in Patriarchatu successit, Ludovicus 9. Patriarcha, & alii, quorum res præclare gestas recensuit Joannes Jacobus Philippus Æmoniensis Episcopus, eruditorum hominum nostri sæculi longe clariss. in Annalium ejusdem Congregationis libro, quem nuper emisit in lucem.

(„ *Tam cito prærepto Nicolao Mauroceno secun-* „ *do Castellani gregis cura demandata est exeunte* „ *anno 1379. Angelo Corrario, Patritio Veneto,* „ *morum sanctitate, ac rerum agendarum, sacra-* „ *rumque litterarum peritia insigni. In aliquibus* „ *documentis an. 1380. adhuc electus appellatur.* „ *Ejus memoria in Patriarchali archivo ad annum* „ *1388. protenditur. Præfuit ad annum 1390. quo* „ *ad Patriarchatum Constantinopolitanum trans-* „ *latus est.* Hic confecit locum (*verba sunt Angeli* „ *Mariæ*) ubi nunc collocatur corpus Christi, ut „ patet in marmore ibidem antiquius subscripto, „ qui locus usque in hodiernum diem videtur. „ Composuit ordinationes Ordinis Canonicorum „ s. Georgii in Alga de mandato Ss. D.D. Bonifa- „ cii IX. Castellanus Episcopus fuit electus an. „ 1379. Iste fecit fieri mitram solemnem aureatam, & pastorale argenteum, quo nunc utitur „ Ecclesia Castellana, & hæc verba in eo inscribi. „ *D. Angelus Corrario hoc opus fieri fecit* 1386.)



45 * FRANCISCUS Faletrus, Venetus, summæ nobilitatis, ac prudentiæ vir, paulo ante Metonensis Episcopus ad hanc translatus Ecclesiam Angelo proxime est subrogatus anno 1390. 11. Kal. Decemb. à Bonifacio IX. Fato functus est anno 1392. ex lib. Oblig. Prælat. XLV. * Ex App. tom. 5.

[„ *Hunc Faletrium D. Francisci regulam secu-* „ *tum in Ordine Minorum asserit Vuaddingus in An-* „ *nal. ad an. 1390. quod quidem mihi valde suspe-* „ *ctum. Decessit die 27. Martii.*)



XLVI 46 LEONARDUS Delphinos, Venetus patritius, & Archiepiscopus Cretensis, Faletrio sofficitur anno 1392 3. Kal. Maii. Quam ille Ecclesiam administravit usque ad annum 1401. deinde à Bonifacio IX. translatus fuit ad Patriarchalem Sedem Alexandrinam, ex eodem lib. de quo alibi redibit sermo.



XLVII 47 FRANCISCUS Bembus, nobilis Vanetus, ex Primicerio S. Marci Castellaous Antistes effectus est anno 1401. 6. Kal. Augusti. Cujus exaggeratas virtutes inscriptum io Cathedrali sepulchrum his carminibus abunde prodebat, cum fuisset è vivis exemptus anno 1416. quintodecimo anno, ex quo sedere cœpisset.

Quantos Bemba viros pariat generosa propago,
His Franciscus erit ventura in secula testis.
Qui pietate sacris imbutus legibus, annos
Quindenos Venetæ divinus Episcopus Urbi
Præfuit exemplar fideo, præceptor honesti:
Tum Christo moriens, pater optimus, omnia legat.

Bembo scripsit Gregorius XII. ut clerici infra ordinem subdiaconatus axistentes, ac sine habitu, & tonsura tempore criminis incedentes, sint omnino clericali privilegio privati, ac sæculari foro subjecti, in hunc modum ex Patriarchali tabulario.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

D *Venerabili fratri nostro Episcopo Castellano salutem, & Apostolicam benedictionem. Debite nostræ mentis oculos convertimus ad ea, quæ salubriter disponenda cognoscimus præsertim circa insignem locum Venetiarum Castellanæ diœcesis nostræ originis, in quo etiam Pontificalis dignitate resedimus: ubi per experientiam cognovimus, quod plures segerentes pro clericis non perferendo clericalem habitum, & tonsuram, quarum aliqui sæpe numero deprehensi pro suis criminibus varie declinant forum seculare, innitentes adminiculo privilegii clericalis non sine odibili turbatione in eodem loco. Quare volentes quieti ejusdem loci, & ne hujusmodi subterfugia locum habeant (quandoque falso inventa) providere, volumus, & ordinamus, ac sancimus: quod si quis clericus deinceps infra ordinem Subdiaconatus consistens tempore criminis non deferebat habitum, & tonsuram per mensem ante immediatè crimen commissum, sive deprehensus fuerit sine habitu, & ton-*

A *sura clericali, ipso facto, & quod post crimen commissum, fecerit se insigniri prima tonsura, & extunc non portaverit continuo habitum, & tonsuram, ita quod non appareat clericus, sint omni privilegio clericali privati, & foro seculari subjecti. Verum si tempore insignitionis hujus primæ tonsuræ crimen erat notorium, nolumus per delationem habitus, & tonsuræ sibi suffragari, sed subesse foro seculari, in cujus delusionem vehementer præsumitur se fecisse insigniri. Quam voluntatem, ordinationē, sanctionē, intendimus dumtaxat ad præfatum locum de Venetiis Castellanæ diœcesis, speciali provisione tibi injungentes, ac mandantes has nostras litteras registrari facias in archivo Castellano, ut perpetuis temporibus, quæ in eisdem continentur, debeant observari.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum 15. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno primo.

(„ Franciscus Bembus (*verba sunt Angeli Mariæ*) Primicerius S. Marci construxit altare S.
„ Andreæ Apostoli cum marmoreo sepulchro in
B „ pariete posito prope januam sacrarii. Obiit die
„ 6. Septemb. 1416. Hic vir pro senatu Veneto plu-
„ rimum in Anglia, & alibi exercuit Legatio-
„ num.)




C 48 MARCO deinde Lando, nobili Veneto, Castellanæ sedis detulerunt honorem, viro in primis nobili, docto, usuque rerum præcipuo anno 1417. Kal. Decemb. Martino V. sedente. Septem omnino annos sedit, decessitque 1425. sepultusque est in Cathedrali cum hujusmodi epitaphio ejus eximias virtutes referente. XLVIII.

Præsulis hoc Marci tenebroso clausa sepulchro
Ossa jacent, quem Landa domus generosa creavit.
Mente senex, ætate virens compescuit acri
Errantem Clerum studio, quæ mille laborum
Causa fuit, verum metuendi nulla pericli
Tempestas, aut vanus honor, non ulla potestas,
Hunc à justitiæ potuit divertere cursu,
Ecclesiæ sic jura suæ protexit, & auxit.
Quod mortale fuit morbo correptus in Urbe
Exuit, æthereas petiit pars cœlica sedes.
Obiit anno Domini MCCCCXXV.

(„ M. Lando (*de eo sic loquitur Angelus Maria*)
D „ Episcopus Ven. floruit ann. 1416. mens. Jan. die
„ 23. Indict. 4. Hic in Ecclesia Castellana jussit pro-
„ priis expensis fieri uoam Capellam in honorem
„ omnium Sanctorum, quam etiam dotavit, & do-
„ navit quamplurima Ecclesiæ Castellanæ. Duas
„ domos pro duobus mansionariis fecit erigere.
„ Quibus pro quolibet annuatim 40. ducatos, uni
„ vero Clerico ducatos quinque, qui debeat perpe-
„ tuo illi altari deservire. Ecclesiæ Castellanæ
„ Missale Episcopale etiam dimisit, quo hodie us-
„ que Patriarcha omnis utitur. Propriis sumptibus
„ propriis restituit tectum Ecclesiæ Castellanæ,
„ tam in media parte Ecclesiæ, quam in aliis par-
„ tibus: quæ quidem restitutio videtur cum suis in-
„ signibus usque in hodiernum diem. Hic etiam
„ murum circa hortum ex lateritiis parietinis ap-
„ poni fecit. Hic etiam dimisit Ecclesiæ Castella-
„ næ, seu Capellæ suæ omnium Sanctorum pan-
„ num seu cortinam de razio, quam fieri fecit in

par-

„ partibus Flandriæ cum historiis naviculæ S. Petri fluctuantis ad similitudinem illius, quam Romæ vidit ipse in pinaculo cujusdam templi. Hic quamplura a Reverendiss. Vitale Patruo suo Cardinali recepit munera, & Reverendiss. D. Francisco Lando tit. S. Crucis in Hierusalem dignissimo S. Ecclesiæ presb. Cardinali vulgariter nuncupato patruo suo colendissimo. Habuitque avunculum D. Leonardum Mocenicum Procuratorem S. Marci. Habuitque fratres duos, videl. Marinum, & Petrum Landum. Obiit die 4. Martii 1427. *Fallitur tamen circa annum Landi obitus, cum certum sit illum decessisse an. 1425. ut prologuitur Epitaphium. Minoritam fuisse asseruat Tossinianus, & Waddingus: quo jure, ipsi viderint.*)



XLIX. 49 **PETRUM** deinde Donatum, Cretensem Archiepiscopum, nobilem Venetum ad hanc patriæ sedem transtulerunt anno 1426. die 13. mensis Februarii, qui post duos suæ administrationis annos Patavinus evasit Episcopus, ut refert lib. oblig. sub Martino V. Pontifice. Cæterum eo ipso anno, quo Castellanus Episcopus effectus est, Perusinis jus dicebat, reperiturque scripsisse Senensibus cum de confiniis inter ipsos, Pontificemq; lis æstuasset.

(„ *Petrum hunc Donatum prætereunt aulæ Patriarchalis picturæ, Sansovinus, & Angelus Macia, tum tamen ejus Castellani Præsulatus meminerint complura documenta. In Cancellaria inferiori in Codice rogitorum Anonymi plures, variaque leguntur acceptæ pecuniæ cautiones ab ann. 1426. ad Junium mensem anni 1428. factæ à judicibus super decimis exigendis* constitutis per Rev. P. & D. D. Petrum Donato Dei gratia Episcopum Castellanum. *Ad Patavinam deinde transiit Ecclesiam eodem mense Junio, vel Julio vacuate: si quidem quæ leguntur in citato Codice Syngraphæ mensis Julii, factæ dicuntur* Sede Vacante.)



L. 50 **FRANCISCUS** Maripetrus nobilis Venetus, („ *Decretorum Doctor, prius Abbas S. Cypriani de Muriano*) ex Archiepiscopo Spalatrensi, Castellanus Episcopus evasit anno 1428. 17. Kal. Augusti. Quarto deinde sui Præsulatus anno ab Eugenio IV. Pontifice ad Vicentinum Episcopatum translatus est 1432.

PATRIARCHÆ VENETIARUM.



1 **B. LAURENTIUS** a Justinianus clarissima Venetorum familia ortus, Bernardi gravissimi Senatoris, & Quirinæ filius, unus ex primis fundatoribus Congregationis Canonicorum sæcularium S. Georgii in Alga, sanctimonia vitæ, doctrina, ac rerum fluxarum contemptu longe clarissimus, ab Eugenio IV. invitus trahitur ad Pontificale fastigium, translatoque Francisco ad Vicentinam Ecclesiam, anno 1432. die 11. Maii Castellanus eligitur Episcopus, ætatis suæ quinquagesimo primo, qui cum non semel onus, & honorem ex humilitate detrectasset, obedientia tandem victus Episcopatum suscepit. Extant Laurentii ad Eugenium, & Eugenii ad ipsum de hac re conscriptæ Epistolæ, quæ digne visæ sunt, ut hic verbatim recenseantur. LI

a De quo Bollandus in Actis ss. Januarii t. 1. p. 549. & seqq. Inter sanctos relatus est ab Alexandro VIII.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quam primum audivimus vacationem Ecclesiæ Vicentinæ, ex obitu bonæ mem. P. Episcopi Vicentini, perspeximus advenisse tempus, quo desiderio cordis nostri satisfieri poterit. Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Fr. Episcopum Castellanensem à vinculo, quo Ecclesiæ Castellanensi tenebatur, absolvimus, & ad præfatam Ecclesiam Vicentinam transtulimus. Te vero in Episcopum, & Pastorem præfatæ Ecclesiæ Castellanensis de consilio fratrum nostrorum præfecimus. Hortamur itaque, veluti à Deo vocatus tanquam Aaron, huic ordinationi consentire velis, ac pro honore Dei, ac animarum salute, & animæ tuæ merito hoc onus assumere. Non enim ignoramus quantum verbo, auctoritate, & exemplo illi civitati valiturus sis: & præsertim sanctæ Congregationi tuæ, prout de hac re alias tibi particularius scribemus. Nos vero, qui onera nostra tecum libenter partiti sumus, omni opera, & industria curabimus tibi favori, & auxilio esse. Propterea veluti obedientiæ filius, quod tibi Dei voluntate injunctum est, parato animo suscipe. Nam (ut inquit B. Gregorius) sicut non licet talia appetere, ita nec vocatum ad ipsa pertinaciter recusare. Ex his enim consequeris benedictionem à Domino, & gratiam à Deo salutari tuo. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo capitum Principum Apostolorum, die 11. Maii, Pontificatus nostri anno tertio.

Laurentii responsio ad Eugenium ita ex humilitatis spiritu scripta legitur.

Laurentius Justinianus Beatissimo Papæ Eugenio Quarto. Sanctissime, ac Beatissime Pater omnium Christi Jesu Domini nostri universalis Pastor.

Quanto mœrore sit oppressum cor meum, quot singultus, quotve obortæ sint lachrymæ, ex hoc, quod vilitatem meam Ecclesiæ Castellanensi præficere intendit Sanctitas vestra, novit ille testis, & judex, cui notissima absque ambiguitate sunt omnia. Ad

quod

quod quidem onus portandum cum prorsus me sciam impotentem, & indignum, coram sanctitatis vestræ prostratus pedibus tamquam filius, licet immeritus, à clementissimo Patre postulo, quatenus parumper cæteris à corde sepositis curis dignetur Sanctitas vestra patienter audire, revolvere animo, syncerâque examinatione rationibus meis, quas sub compendio dicturus sum, accommodare consensum, si qua erga vilissimum filium inest paternalis affectio, si qua ad alterorum compassio, si qua erga oneribus conscientiæ gravatum pia miserandi intentio. Horrent namque omnia interiora animæ meæ cum materiam hanc discutio, nec ullo modo patitur tanto se ingerere periculo, quum notissimum sit secundum interiorem hominem me privatum esse scientia, à virtutibus Prælatis congruentibus alienam, atque à tali experientia extraneum, secundum vero exteriorem continuis pene languoribus laborantem, in senium que vergentem. Quæ universa Pastoribus Ecclesiæ nullatenus congruunt, imo supra modum adversantur. Quanti autem ponderis sit regimen hujus diœcesis, in qua plurimum deordinatus est Clerus, vitia innumerabilia adulta, creberrima lacta, & quotidiana contradictio Nobilium, ac potentium optime considerare valet Sanctitas vestra. Hinc animus diffidit aliquam utilitatem posse perficere. Consideratis etiam persecutionibus, laboribus continuis, & modicis profectibus Sanctorum Præsulum, qui in Domino quieverunt, quorum utinam dignus essem deosculari vestigia. Præterea quis non merito scandalizetur cum viderit, seu audierit Laurentium post annos triginta in monasterio sub obedientia conversatum, cum parvitate victus, ac vestitus, sedula semper intentione hominum consortia declinasse, nunc expositum esse turbis, audire caussas secularium, conversationem habere cum ipsis, quibus mea conversatio omnino non convenit, & colloquia facere, quæ servis Christi non competunt? His aliisque rationibus vereor majus detrimentum debere insurgere in subditos per promotionem hanc, quam commodum. Postremo cum attendo diligenter fratrum nostrorum in me amorem, conjunctionem, & syncerum charitatem, ipsosque tentationes cordis superasse, me præstantiores eos esse conspicio. Ideoque Sanctitas vestra dignetur hoc opus injungere alteri, qui magis, quam vilitas mea, Dominico gregi prodesse valeat. Sunt enim in consortio nostro quamplurimi, quibus cum propter vitæ meritum, ac scientiæ ornamentum, tum propter abundantiam cœlestis gratiæ istam conferre poterit dignitatem Sanctitas vestra, quam Dominus ad sui gloriam in utroque homine incolumem custodire dignetur. Amen.

Datum Venetiæ ex cœnobio S. Georgii in Alga.

Eugenius servus servorum Dei, &c.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Receptis literis charitatis tuæ, & intellectis iis, quæ per dilectum filium Georgium Eremitam nobis dici mandasti, nihil novi de proposito tuo suscepimus. Arbitramur enim id præcipuum esse menti tuæ, ut soli otio vacares. Sed quoniam te in meliorem sortem dari posse conspeximus, ex multorum consilio Ecclesiæ Castellanensi te in patrem dedimus. Consuluimus saluti patriæ, ex qua originem duximus, consuluimus & tibi in majus meritum animæ tuæ. Quum igitur ad hoc amplius bonum à Deo vocatus sis, non satis conspicimus quomodo cum Deo dissentire gestias. Neque ad hoc satisfaciunt, quæ pro te inducis. Primum te novimus quantum secundum utrumque hominem per annos triginta profeceris, & idcirco in hanc Rempublicam pastorem te induximus. Neque existimamus, quod in senium tendas, quoniam non corpore, sed animo laborandum est; sed & multos habebis, præsertim conservos tuos, qui in omni officio, favori, & auxilio tibi erunt. Habebis & nos ipsos, & Apostolicam Sedem, quorum nihil, aut parum habuerunt prædecessores tuos. Simulque considera, quod non regnum suscipis, sed ministerium Christi, non honorem, sed onus, non divitias, sed dispensationem multiformis gratiæ Dei. Neque id existimes, quod nonnulli (ut scribis) hoc forsasse refugerint, quoniam varia sunt dona discipulorum Christi. Multos enim virgines dedit, multos in solitudinem contulit, te vero cum utriusque vitæ participem fecerit, jure ad hoc subeundum onus te astrictum esse intelligis. Ita enim pene omnium Castellanensis Ecclesiæ summa expectatio est, ut te in patrem, & pastorem habeant. Qua de re vocationem tuam modo agnosce, nec velis ex humilitate, bonum humilitatis, & obedientiæ perdere: quoniam sicut non licet pertinaciter recusare. Et sic te hortamur iterum, atque injungimus. Leva in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Super te enim orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur, quoniam (ut indubie speramus) propitio Deo, in hos veluti in terram bonam semina sparges, & efferet fructum centuplum in patientia. Datum, &c.

Alias scripsit epistolas Eugenius ad S. Georgii in Alga Canonicos, qui humiliter per supplices libellos Eugenium exoraverant, ne sibi patrem, & antesignanum suum auferret, qui dulcissimis verbis eos consolatus est, rationibus insuper gravissimis, & sacrorum Patrum exemplis admonuit, ne divinæ voluntati adversarentur. Non valuit igitur Laurentius Pontifici ter jubenti non obedire, jugumque Domini suscepit, Episcopatum iniit sine fuco, & pompa, statimque operam dedit, ut Cathedralis Ecclesia superiorum Antistitum, aut incuria, aut avaritia neglecta, pro dignitate sedis excoleretur, Canonicorum ordinem ad nihilum pene redactum restituit, addiditque Sacerdotes, & sanctiores leges instituit, eandemque circa alius ecclesias adhibuit curam. Mores deinde cleri castigavit, deque iis edidit constitutiones pulcherrimas. Pari cura prosequutus est monasteria, ac præcipue sacrarum Virginum juxta præscriptas leges ab Eugenio, collegia restituit, novaque construxit. Perpulchrum hujus rei testimonium est, quod initio sui Præsulatus viginti circiter cum reperisset, moriens quinque supra triginta reliquit. Populum sibi commissum assiduo verbo Dei pavit, pauperes fovit, ac velut eorum pater divitias in eos dispersit, divinis meditationibus, ac bonis operibus semper intentus. Episcopale munus eximie adimplevit. Hinc ab Eugenio, Cardinalium Senatu audiente, aureis illis verbis salutatus, ac laudatus est Bononiæ; *Salve decus, & gloria Præsulum*. Pari amore dilexit illum Summus ille Pontifex Nicolaus V. & in illo ornando cum Eugenio certavit. Nam sicut ille Episcopum Patriæ quamprimum potuit fecit, ita hic Patriarcham, cum primum oblata occasio fuit, creavit. Gradense, inquam, Patriarcha mortuo, Gradensis nobilis Patriarchatus dignitatem transtulit Venetias, suppresso utroque titulo Gradensi, & Castellano, primusq; Venetiarum Patriarcham adlegit. Hujusmodi autem translatio facta est anno Domini 1451. 8. idus Octobris. Diploma autem extinctionis Patriarchalis sedis Gradensis, nominisque Castellani Episcopi, ac institutionis Patriarchalis sedis Venetiis, Laurentiique electio in Patriarcham est hujusmodi.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Regis æterni, ac Pastoris illius cœlestis, & animarum Christi, à quo singula gratiarum dona, vicem licet immeriti gerentes in terris, cum simus ab eo in eminenti Ecclesiæ militantis specula constituti, tum ad omnes Christi fidelium nationes, loca, & personas, ut pro meritorum qualitate honorentur, intenti sumus, tum ad eorum dignitatem, & honorem pervigili cura extendimus nostras cogitationes, quorum devotio erga nos fervore fidei, & plurimarum virtutum merita videntur exposcere, ut amplioris dignitatis titulo decorentur. Sanè mentis nostræ intuitu considerantes, quanta sit dignitas, & magnitudo Reipublicæ Venetorum, quanta populi multitudo, quantus civium ornatus, & amplitudo, quanta illius magnitudo dominii, quanta rerum magnificentia existat; advertentes quoque animum ad singula-

rum

rem ipsorum erga nos, & Romanam Ecclesiam devotionem, nimirum ipsorum quasi requirentibus meritis, ad ea agenda, & concedenda impellimur, quibus tales, & tam egregiæ civitates, & civium nomen, & gloria, pro suæ quoque Ecclesiæ majestate, & amplitudine illustretur. Cum itaque Ecclesia Patriarchalis Gradensis in dominio ipsius Reipublicæ Venetorum existens, quæ per obitum bonæ memoriæ Dominici ultimi illius Patriarchæ, extra Romanam Curiam defuncti pastoris est solatio destituta, sita sit in loco diffito, & destituto cultoribus, adeo ut nullus jamdudum ibidem Patriarcha residere valuit, ex quo tantæ dignitatis splendor sordescere existimatur. Nos considerantes, quod si in Civitate Venetiarum dignitas Patriarchalis sedis institueretur, civitas ipsa tanquam planta fructifera radicibus suis altius in solo suo uberi defixis, in immensum ferè suæ dignitatis ramos expandet, & amplificationem recipiet digniorem; quodque ex eo devotio civium, & religio fidei, ac divinus cultus majorem fructum pariet animarum ad omnipotentis Dei laudem, & exaltationem Ecclesiæ suæ sanctę, & ut civitas ipsa Venetiarum digniori in spiritualibus titulo decoretur, dignitatem, & titulum Patriarchalis Ecclesiæ Graden. necnon titulum, & dignitatem ipsam Episcopatus Venetiarum, qui à nomine loci in ambitu ipsius civitatis existens, Castellum nuncupatur; in quo illius Ecclesia Cathedralis sita est, episcopatus Castellanus nominatus existit, cæteras quoque dignitates personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, ac alia beneficia ecclesiastica, in prefatis Graden. & Castellan. Ecclesiis, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, ac de potestatis plenitudine auctoritate Apostolica supprimentes, & penitus extinguentes, prefatam Castell. Ecclesiam Patriarchalem sedem, & dignitatem, cui venerabilem fratrem nostrum Laurentium, antea Castell. Episcopum, in Patriarcham, & Pastorem preficere intendimus, cum omnibus, & singulis Patriarchalibus insignibus, dignitatibus, praeminentiis, privilegiis, juribus, & honoribus, tam ipsi olim Patriarchali Graden. Ecclesiæ, quam illius Patriarchis concessis, erigimus, constituimus, & deputamus. Graden. verò Provinciam cum omnibus illius suffraganeis Episcopis, in Provinciam Patriarchalis Ecclesiæ Venetiarum, constituimus, & erigimus, volentes, & decernentes, ut deinceps Ecclesia Patriarchalis Venetiarum futuris perpetuis temporibus appelletur; quodque tam dictę quondam Graden. cum omnibus ecclesiis sibi unitis, quam Castell. ecclesiarum dictæ prefatæ Patriarchali Ecclesiæ Venetiarum unitæ sint, & una dumtaxat, eademque diœcesis censeatur. Omnes vero, & singulas dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, ac beneficia, quæ erant in præfata olim Castell. Ecclesia cum omnibus eorum possessionibus, mobilibus bonis, & immobilibus, juribus, actionibus, obventionibus, & emolumentis ad illam spectantibus, nec non fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem, ac cum illis Canonicorum Capitulum in omnibus, & per omnia, prout in dicta olim Ecclesia Castellana esse consueverunt in Patriarchali Ecclesia hujusmodi per nos erecta de novo creamus, & instituimus, ac illis, qui ipsam pro antea obtinebant, conferimus, & de eisdem providemus. Illis vero, qui Canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, & administrationes, officia, & beneficia in olim Graden. suppressa prædicta obtinebant, quod ipsorum fructus, redditus, & proventus. donec & quousque vixerint, integrè exigere, & percipere, ac in suos usus, & utilitatem convertere liberè, ac licite valeant, & possint perinde, ac si suppressio, extinctio, & alia supradicta per nos facta non fuissent. Concedimus præterea etiam omnia, & singula dominia, feuda, possessiones, fructus, redditus, proventus, census, jura, actiones, & alia mobilia, & immobilia bona quæcumque olim Graden. & Castell. Ecclesiarum, & aliorum in dicta Graden. suppressorum præfatæ Patriarchalis Ecclesiæ Venetiarum pro ejus mensa perpetuo donamus, concedimus, applicamus, appropriamus, & assignamus, volentes & eisdem scientia, & auctoritate statuentes pariter, & decernentes, quod ex nunc in antea in perpetuum ipsa Ecclesia sic erecta Patriarchalis Ecclesia, ac diœcesis, & provincia Venetiarum sit, & etiam nuncupetur, quodque in eadem quondam Ecclesia Graden. prout hactenus consuevit, per unum, vel plures presbyteros, quibus de illius proventibus per Patriarcham Venetiarum pro tempore existentem, necessaria congruè ministrentur, & animarum cura, si qua illi immineat, diligenter exerceatur, ac inibi laudabiliter deserviatur in divinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę erectionis, decorationis, suppressionis, extinctionis, incorporationis, constitutionis, creationis, institutionis, collationis, provisionis, concessionis, donationis, applicationis, appropriationis, assignationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Domini MCDLI 8. Idus Octobr. Pontif. nostri an. 5.

Cæterum Laurentius eum iis omnibus privilegiis, ac gratiis, quibus Gradensis fuerat nobilitatus, fere quatuor annos novam Patriarchalem sedem sanctissime administravit, obdormivitque in Domino anno 1455. sexto idus Januarii, prophetiæ spiritu, sanctitate vitæ, ac miraculis clarus, in Cathedrali humatus fuit eum hoc epitaphio.

B. LAURENTIUS JUSTINIANUS
PRIMUS PATRIARCHA VENETIARUM
DIE VIII. JANUARII MCCCCLV.

Beati viri vitam Bernardus Justinianus ejus nepos conscripsit. Idem vero B. Laurentius ad ædificationem simplicium devotissima opuscula edidit, quæ Venetiis nuper impressa sunt. Sixtus IV. & Leo X Beatum nuncuparunt, Clemens VII Beatum declaravit in literis ad Antonium Contarenum Patriarcham. Clemens VIII. Beatum, & aliquando Sanctum nuncupavit. Serenissima Venetorum Respub. sacra Beatissimi Præsulis lipsana ex voto, regio sumptu ara constructa, & Sacellum quotannis celebri ejus die, Principis, & purpuratorum Senatorum præsentia colit.

Anno vero 1632 Federicus Cornelius S. R. E. Card. & Venetiarum Patriarcha, quod meritis, & intercessione B. Laurentii, patriam à teterrima pestilentia liberatam vidit, ex voto in Patriarchali Ecclesia hoc ex marmore perpetuum statuit monumentum.

Beato Laurentio Justiniano Primo Venetiarum Patriarchæ Stirpis claritudine Augusto sanctimoniæ gloria longe augustiori Tutelari Numini beneficentissimo, ad sacros cujus cineres Templum hoc illustrantes Civitate in pestilentia Sancti Civis, auxilium experta, quot annis ejus die perpetua festivitate celebrando Senatus Religiosissimus venerationis ergo ex vota accedit, Federicus S. R. E. Cardinalis Cornelius Maximi cultus minimum Argumentum Die.

Hæc pauca de Beatissimo Laurentio primo Venetiarum Patriarcha dixisse sufficiat, qui vero majorem cognitionem de virtutibus, ac sanctimonia illius, rebusque præclare gestis haurire desiderat, adeat inter multos, Jo. Philippum Tomasinum dignissimum Æmoniæ Episcopum in Annalibus Congregationis sæcularium Canonicorum S. Georgii in Alga, ubi plura inveniet scitu dignissima. Ejusdem eum laude meminere Trithemius, Sabellicus, Blondus, Volaterranus, Bellarminus, aliique plurimi: novissime vero sparsim ejus divinas virtutes enarravit artium, & medicinæ doctor insignis Paulus Zachias Romanus in eruditissimo opere Medico Legali. Cæterum non prætereundum hic putavimus Eugenii IV. Pontificis diploma temporibus Laurentii tunc Castellani Episcopi cu-

sum,

sum, cum multum faciat, tum ad rectam institutionem Canonicorum, aliorumque clericorum Castellanæ Cathedralis, tum vero ad afferendam Patriarcharum Venetiarum jurisdictionem, ac dignitatem; sic enim se habet ex tabulario ejusdem Ecclesiæ.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctum nobis, licet immeritis imparib. Apostolicæ servitutis officium nostram mentem continuo excitat, & inducit, ut circa quarumlibet Ecclesiarum, præsertim Cathedralium, & insignium, & in eis divinis obsequiis deditarum personarum omnium statum utiliter, & prospere dirigendum paternis, & sollicitis studiis intendamus, ipsæque Ecclesiæ per nostræ provisionis ministerium, concedente Altissimo ad ejus laudem, & gloriam, populique devotionis augmentum in divinorum exhibitione, ac alias multipliciter in spiritualibus & temporalibus augeantur, opem, & operam, quantum cum Deo possumus, favorabiliter impendamus. Accepimus siquidem nuper, quod Ecclesia Castellan. in qua ultra illius Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Primiceriatum, qui dignitates inibi existunt, novem canonicatus, & totidem præbendæ instituti fore noscuntur, a multis citra temporibus ab his, qui dignitates, & canonicatus, & præbendas prædictas interim obtinuerunt, in divinorum exhibitione plurimum neglecta remanserit, & quod modernis temporibus ultra quatuor ad plures ex Canonicis, ac dignitates obtinentibus, hujusmodi apud eam non residens, quodque reliqui eorumdem, illa quasi neglecta, seu derelicta in aliis suis ecclesiis, seu plebibus moram trahunt. Cum autem negligentia, & obmissio residentiæ hujusmodi ex eo principaliter provenisse, & provenire videatur, quod canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum prædictarum etiam certi fructus, redditus, & proventus, qui communes existunt, æqualibus portionibus inter Canonicos, & dignitates pro tempore obtinentes in Ecclesia prædicta, tam apud eas residentes, & inibi servientes, quam etiam non residentes, & debita obsequia non præstantes, distribui, & assignari consueverunt. Nos igitur consuetudinem prædictam eidem Ecclesiæ damnosam, & præjudicialem fuisse, & esse reputantes, & tam super hoc, quam etiam alias statui, & indemnitati dictæ Ecclesiæ, & ut in ea per illius pro tempore Canonicos, ac dignitates obtinentes, aliasque personas debita præstentur obsequia, providere, ipsamque in personarum numero inibi continuo servientium adaugere volentes, ex præmissis, & aliis pluribus rationabilibus causis nobis notis, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, sex perpetua officia, quæ subcanonicatus nuncupari volumus pro totidem ecclesiasticis personis ad illa idoneis, necnon unum collegium perpetuum duodecim pauperum clericorum, ac pro eis totidem loca, necnon unum in grammatica, & alium in cantu ad .... in prædicta Ecclesia auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium perpetuo instituimus, facimus, atque creamus, ac tribus primis diaconales, & reliquis tribus officiis, subdiaconales, necnon cuilibet ex novem canonicatibus, & præbendis, prædictis presbyterales ordines dicta auctoritate annectimus, & annexos esse volumus, & nihilominus, quod omnes, & singuli canonicatus, & præbendas, & officia prædicta pro tempore obtinentes infra annum, qui quoad præsentes Canonicos ab intimatione præsentium eis facienda, & quoad singulos alios ex tunc in antea canonicatus, & præbendas & officia obtinentes hujusmodi ab illorum pacifice assecutionis earundem diebus, computari debeat ad illos ex ordinibus præfatis, qui suis tunc præbendis, & officiis hujusmodi annexi sunt, se promoveri facere teneantur, ac etiam, quod nullus de cetero aliquos, seu aliquod ex canonicatibus, & præbendis, seu officiis Ecclesiæ hujusmodi, ac plebanatum, seu aliam principalem dignitatem, aut parochialem ecclesiam, vel aliquod beneficium curatum, aut personalem residentiam requirens in loco de Venetiis Castellanæ diœcesis, seu canonicatum, & præbendam in ecclesia S. Marci de dicto loco in simul, ultra mensem, personis tamen similia præsentialiter Canonicè obtinentibus dumtaxat exceptis, tenere valeat, alioquin tam illi, qui infra annum prædictum non promoti fuerint, ut præfertur, eodem anno elapso suis canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Castellan hujusmodi, quam etiam quilibet, qui in Castellan. & s. Marci ecclesiis canonicatus, & præbendas, seu plebanatum, vel principalem dignitatem, aut parochialem ecclesiam seu alias curatū benefic. vel personalem residentiam requirens beneficium hujusmodi insimul pro tempore obtinuerit, ut etiam præfertur post lapsum dicti mensis præfati ambobus per eum obtentis prædictis absque eo, quod monitiones, seu vocationes desuper fiant, privati existant: Illaque omnia, & singula per privationem hujusmodi vacare censeantur, & per illos ad quorum collationem, provisionem, ea spectare noscuntur, aliis Canonice conferantur, seu conferri possint, ac ulterius, quod omnes, & singuli fructus, redditus, & proventus introitus, census, decimæ, oblationes ex Archidiaconatu, Archipresbyteratu, Primiceriatu, Canonicatibus, & præbendis, ac officiis Castellan. Ecclesiæ hujusmodi, & illius mensa capitulari, ac ex bonis mobilibus, præsentibus, & futuris cujuslibet eorumdem, necnon ex funeralibus cera, & alias quomodolibet in dicta Ecclesia, ac illius, & aliorum prædictorum omnium ratione ex nunc in antea proventuri, quos omnes per ipsorum veros annuos valores præsentibus haberi volumus pro expressis, una massa fiat, illique omnes inter Archidiaconum, Archipresbyterum, Primicerium, Canonicos, subcanonicos pro tempore existentes, & personaliter residentes, ac divinis officiis interessentes, & servientes in dicta Ecclesia Castellan juxta statuta, & ordinationes venerabilis fratris nostri Laurentii Episcopi, ac dilectorum filiorum Capituli Castellan. vigore præsentium super hoc facienda, & edenda pro distributionibus quotidianis dumtaxat distribuantur, & non alias, & eis realiter assignentur, ac distribui, & assignari debeant, ita quod illi ex Archidiacono, Archipresbytero, Primicerio, Canonicis, & subdiaconis, tam præsentibus, quam futuris Castellan. Ecclesiæ hujusmodi, qui residentiam non fecerint apud ipsam Castellan. Ecclesiam, nec diurnis pariter & nocturnis divinis officiis interfuerint, neque servierint in eadem interim quod absentes fuerint, & non servierint ut præfertur fructibus redditibus, & proventibus, censibus, decimis, oblationibus, & aliis præmissis penitus careant, & nihil ex illis percipiant, nec percipere debeant, neque etiam aliquis eorumdem non residentium, neque servientium Canonicorum massariatus officium in præfata Ecclesia Castellan. habere, seu exercere valeat. Quodque etiam Episcopus Castellanus pro tempore existens in omnibus, & singulis Dominicis, ac etiam B. M. necnon Apostolorum omnium, & aliarum solemnium festivitatum diebus missis majoribus in ipsa Castellanen. Ecclesia personaliter interesse, dictique pro tempore Can. & subcan. nostri tam in præfatis quam in aliis festivis duplicibus, & quadragesimalibus, necnon in magnorum anniversariorum, & exequiarum diebus hujusmodi majores missas cum diacono, & subdiacono, dalmatica, & tunicella tunc indutis per se ipsos perpetuo celebrare teneantur. Præterea quod Canonici pro tempore existentes Castellanen. Ecclesiæ hujusmodi in quibuscumque processionibus, & aliis actibus Ecclesiasticis, ac etiam in conventionibus publicis omnibus, & singulis aliis ecclesiasticis personis in hujusmodi loco de Venetiis dignitates etiam principales in plebibus, ac ecclesiis collegiatis, ac parochiales ecclesias, & quæcumque alia cum cura, & sine cura ecclesiastica beneficia obtinentibus, & quod illi ex eis, qui prius recepti fuerint aliis postmodum receptis in dicta Castellanen. Ecclesia Canonicis: necnon Subcanonici pro tempore prædicti, qui etiam almutias pellibus schiriolinis foderatas gestare possint,

eisdem Canonicis dumtaxat, exceptis mansionariis, ac
omnibus aliis, & singulis personis Castellanen. Ec-
clesiæ hujusmodi, Magistri vero pro tempore præfati
mansionariis præd. ac etiam pro tempore dictus Ar-
chidiaconus Vicario in spiritualibus generali dicti
pro tempore Episcopi in ipsius Episcopi præsentia,
dumtaxat in choro dictæ Castellanen. Ecclesiæ præ
ponantur, ut præferantur, ac præponi, & anteferr-
ei debeant. Et insuper quod omnium, & singulorum
seu officiorum collatio, & provisio, ac clericorum, &
magistrorum deputatio ad præfatum Laurentium
Episcopum hac prima vice, & successive perpetuis
futuris temporibus quoties eu per cessus, vel decessus,
aut alius quibusvis modis simul, vel successive
eu tunc in antea vacare contigerit, Canonico-
rum & subcanonicorum electio ad Capitulum, con-
firmatio vero electionum pro tempore factarum ad
Canonicatus, & præbendas, ac officia hujusmodi ad
dictum Episcopum pro tempore existentem, necnon
deputatio clericorum, & magistrorum eorumdem ad
eosdem Episcopum pro tempore, & Capitulum libere
spectent, atque pertineant, & quod nullus aliquod
officiorum eorumdem retinere, ac ad illud recipi va-
leat, nisi de civitate Castellana, aut præfata, seu Tor-
cellan. vel Clugien. diœcesis oriundus existat. Quod-
que de cætero canonicatus & præbendæ Ecclesiæ Ca-
stellan. hujusmodi pro tempore vacantes nisi subcano-
nicis pro tempore prædictis dumtaxat conferri, & as-
signari, & alii ad illos eligi, recipi, seu admitti ullo un-
quam tempore minime possint, neque debeant. Ac e-
tiam ulterius quod gramaticæ, & cantus magistri,
necnon omnes & singuli clerici pueri pro tempore præ-
dicti singulis diebus in missis majoribus, & aliis omni-
bus divinis horis canonicis in præfata Castellana
Ecclesia continuo interesse, & servire, ipsique pueri
clerici super pelliceis induti, ac bini per ordinem, &
non alias eodem magistro gramaticæ in dicta Ca-
stellanen. Ecclesia pro serviendo in missis, & di-
vinis hujusmodi singulis vicibus intrare, & quod
Capituli prædictorum, ac fabricæ ejusdem Ca-
stellanen. Ecclesiæ præsentes, & futuri procurato-
res omnes, & singulos fructus, redditus, & proven-
tus ad collegium puerorum, clericorum hujusmodi,
eorumque collegialem mensam, nec non magistros
prædictos pro tempore spectantes, & pertinentes
recipere, & juxta ordinationes, & statuta à Lau-
rentio Episcopo, & Capitulo præfatis vigore præsen-
tium hujusmodi, etiam desuper facienda, & edenda
clericis, & magistris prædictis, & eorum singulis
realiter persolvere, tradere, & assignare, ac alias
in illorum usus, & utilitatem commutare teneantur:
quodque nullus in collegio clericorum hujusmodi nisi
octavum suæ ætatis annum tunc attigerit, recipi,
vel admitti, nec in eo receptus, vel admissus post
completum quintumdecimum dictæ ætatis annum
permanere possit. Magistri vero pro tempore præfa-
ti ad alia, quam ad puerorum clericorum instructio-
nem, ac missarum, & divinorum celebrationem jux-
ta tamen statuta, & ordinationes desuper facien-
das hujusmodi intendere non valeant, auctoritate
Apostolica, ac motu, & scientia prædictis harum se-
rie statuimus, decernimus, ordinamus, declaramus,
volumus, atque concedimus, districtius inhibentes
omnibus, & singulis personis dignitates ecclesiasti-
cas, ac beneficia in loca de Venetiis pro tempore ob-
tinentibus hujusmodi ne ullo unquam tempore con-
tra statutum, decretum, declarationem, & volun-
tatem nostram prædictam canonicos pro tempore exi-
stentes Ecclesiæ Castellan. hujusmodi vel ipsorum
aliquem præcedere audeant, vel præsumant. Et in-
super pro dote, & sustentatione puerorum cleríco-
rum, ac magistrorum pro tempore prædictorum,
plebanatum plebis s. Joannis Eleemosinarii, quæ
dignitas inibi principalis existit, & ut etiam accepi-
mus, parvam præsertim civium Venetorum anima-
rum curam habet, cujusq; sexaginta seu ottamsi ad il-
lum consueverit quis per electionem assumi, necnon u-
num ex tribus beneficiis presbiteralibus in dicta plebe
s. Joannis innumtis primo vacaturum, quorum cu-

A juslibet viginti duorum, ac etiam S. Marci Bochalame
in suis structuris, ac ædificiis penitus dirutam, &
collapsam, ac S. Jacobi de Rivoalto sine cura eccle-
sias præfatæ diœcesis, quarum nonaginta ducatorum
auri de Venetiis fructus, redditus, & proventus,
secundum communem æstimationem, valorem an-
nuum, ut similiter accepimus, non excedunt, cum
omnibus juribus, & pertinentiis suis collegio puero-
rum clericorum, & eorum collegiali mensæ pro ipsis,
& magistris pro tempore supradictis dumtaxat perpe-
tuo incorporamus, annectimus, & unimus, ita quod
simul, vel successive cedentibus, vel decedentibus ple-
bano plebis s. Jo. ac beneficiato in eadem ad beneficium
necnon rectoribus S. Marci, & S. Jacobi ecclesiarum
hujusmodi, liceat præfatis procuratoribus per se, vel
alium, seu alios corporalem possessionem unicendoram,
juriumque, & pertinentiarum prædictorum, aucto-
ritate propria, libere apprehendere, & perpetuo
retinere, ac illorum omnium, & singulorum fructus,
redditus, & proventus in puerorum clericorum, ac
B magistrorum pro tempore præfatorum juxta statuta
desuper facienda prædicta usus, & utilitatem con-
vertere, & expendere, diœcesani loci, & alterius cu-
juscumq; super hoc licentia minime requisita. Postremo
Laurentio Episcopo, ac Capitulo præfatis quæcumq;
quotcumque, & qualiacumque salubria, rationa-
bilia, & utilia, missarum, & aliorum divinorum
celebrationem, ac servitiorum impensionum per Ar-
chidiaconum, Archipresbyterum, Primicerium, Ca-
nonicos, & subcanonicos, magistros, & pueros cle-
ricos, & mansionarios, & alias personas pro tem-
pore hujusmodi faciendae in dicta Castellan. Eccle-
sia, necnon omnium, & singulorum fructuum, red-
dituum, atque proventuum, & aliorum etiam ex
hujusmodi collegio proventurorum prædictorum di-
stributionem, & assignationem, ac alias statum, di-
rectionem, & conservationem, & bonum regimen
Castellanen. Ecclesiæ, ejusque pro tempore Archi-
diaconi, Archipresbyteri, Primicerij, Canonico-
rum, subcanonicorum, mansionariorum, puero-
C rum, magistrorum, & personarum prædictarum
concernentia statuta, & ordinationes, auctoritate
nostra edendi, condendi, & faciendi, ac hactenus inibi
edita, condita, atque facta statuta, & ordinationes in
toto, vel in parte tollendi, cassandi, minuendi, ad-
dendi, & corrigendi, prout vigore præsentium condi-
ta, edita, facta, cassata, diminuta, addita, & correcta
fuerint, inviolabiliter perpetuo servari decernimus,
plenam, & liberam, auctoritatem, & motu prædictis,
facultatem concedimus, & etiam potestatem. Non ob-
stantibus privilegiis, litteris, indultis, Castellan. &
aliis Ecclesiis, ac plebibus prædict. eorumq; præsenti-
bus, & futuris Canonicis, & personis etiamsi nostri, vel
Apostolicæ Sedis familiares, etiam continui commen-
sales, vel officiales nunc, & pro tempore fuerint per
nos, vel Sedem prædictam in genere, vel in specie, sub
quibusvis formis, aut verborum expressionibus, & cum
quibuscunq; effectui præsentium derogatoriis clausulis
concessis, & concedendis, quorum omnium tenores, ac si
de verbo ad verbum insertis forent hujusmodi præsen-
D tibus haberi volumus pro expressis, & quibusque ad
hoc specialiter derogamus, necnon aliis constitutioni-
bus, & ordinationibus Apost. ac Castell. ac aliarum col-
legiatarum ecclesiarum, ac plebium prædictarum, ju-
ramento, confirmatione Apost. vel quacunq; firmitate
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque
contrariis quibuscunq; Aut si aliqui super provisioni-
bus sibi faciendis de dignitatibus principalibus, ac
hujusmodi speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in
illis partibus, generales præfatæ Sedis, vel legatorum
ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitio-
nem, reservationem, & decretum, vel alias quomodoli-
bet sit processum, quas quidem litteras, & processus ad
unienda hujusmodi, vel eorum aliquod volumus non
extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionē di-
gnitatum, vel beneficiorum aliorum prejudicium gene-
rari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgētiis, & lit-
teris Apost. generalibus, & specialibus quorumcunque
tenorum existant, per quæ præsentibus non expres-

sum,

sam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso, quod plebanatus, & ecclesiæ unienda hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed eorum debite supportentur onera consueta; & insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ institutionis, creationis, statuti, ordinationis, declarationis, incorporationis, annexionis, unionis, constitutionis, concessionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Florentiæ anno Incarn. Dom. MCCCCXLI. IV. Kalendas Januarii, Pontificatus nostri an. XI.



LII. a MAPHAEUS Contarenus ex vetusta Veneta nobilitate, Dominici filius, B. Laurentii olim discipulus, & collega, ecclesiastica disciplina excultus, prudens, pius, doctus, pii magistri virtutum imitator, omnium summa consensione suffectus est Patriarcha 10. kal. Februarii anno 1455. *a* Præerat tunc temporis Maphæus cœnobio D. Petri Brixiæ, cum antea non semel ejusdem congregationis Generalis fuisset. Legi in M.S. codice Bibliothecæ Barberinæ, inter opuscula, & epistulas Maphei Valleressi Archiepiscopi Jadrensis, epistolam unam, quam ad Contarenum dedit, cum primum illum ad Patriarchale solium accepisset evectum; quæ quidem quanta fuerit Contareni apud omnes existimatio, & virtutum fama, facile prodit, & nos hic libenter damus, ut ex tanti viri testimonio Maphæi gloria perennetur ad posteros.

a More Veneto, & juxta vulgarem computum 1456.


Reverendiss. Patri Maphæo Contareno Patriarcha Venet. electo Maphæus Archiepiscopus Jaderensis.

Superioribus diebus relatum mihi est, cum post obitum, & animam cælo reditam Beatissimi viri Laurentii Justiniani olim Patriarchæ Venetiarum, de novo Pastore eligendo Senatus, & ordo patrum conscriptorum ad consultandum conveniret, multique in medium essent adducti, & quidem probatissimi viri eligendi, consideratis tamen, ac diligentissime discussis vestris magnificis virtutibus, rerumque omnium summa prudentia, & vitæ maxima integritate, ac sanctimonia: in solam Reverendiss. Paternitatem vestram vox omnium, & consensus totius Senatus conversus unanimiter inhæsit, sic in pastorem, & gubernatorem animarum tam excellentissimæ civitatis, ita laudabiliter, & gloriose eadem R. P. V. electa, illico, & jam per Max. Pontif. rite, & feliciter consumata est. Quis hic dubitet Christi voluntatem operatam, ut lucerna jam diu accensa non sit deinceps in occulto, sed palam, & super candelabrum, ut qui ingrediuntur domum Dei, & egrediuntur lumen virtutum vestrarum videant, & exemplar vitæ perfectionis accipiant. Sed quamvis eidem R. V. P. istud onus laboriosissimum, & periculosissimum admodum si perfunctorie agatur visum fuerit. Tum ipsam V. P. Dei voluntatem in se recognoscens cervicem suam jugo Domini humiliter inclinavit, ac subivit, quod & ego pro parvitate ingenioli mei, ac judicii inopia laudo, atque magnopere approbo id asserverans, quod dicunt sapientes, majoris perfectionis esse pro omnibus gentibus si fieri possit, vel salvandis, vel conservandis, vel juvandis, maximos labores, molestiasque suscipere, quam in solitudine Deum orare, quia juxta Platonis sententiam: Non nobis solum nati sumus, sed partim patriæ, partim amicis, & proximis, quibus nolle prodesse si possis immanissimum est. Virtutis enim locus omnium in actione consistit. Hæc licet R. P. V. melius intelligat, tamen dicta velim ad meam consolationem, quæ quidem consolatio ex hac dignitate vestra, nobis cælitus, ac humanitus collata: mihi exorta, & mirum in modum aucta probavit causam has litteras scribere, quibus gaudium, & lætitiam meam vobis filiorum more significarem tam virtuti, quam honori vestro congratulans, quam patriæ meæ, quæ talem, ac tantum auspicem sortita est, qualis ætate nostra haberi possit nemo. Valeat Reverendiss. P. V. cujus orationibus meam imbecillitatem commendo.

Ex Jadera die 5. Aprilis 1456.

Integerrime, sanctissimeque Patriarchalem dignitatem gessit Maphæus annis quinque, extremumque diem vitæ suæ clausit 26. Martii anno salutis 1460. corpus suum in Divi Georgii æde condi testamento mandavit; ut usque in diem novissimum ibi quiesceret, ubi meliorem vitæ partem egisset. Corpus itaque defuncti in sacello B. Laurentii, quem præceptorem coluerat, magno populi concursu repositum fuit, cui additus hic titulus.

Hic situs est Maphæus Contarenus per obedientiam Patriarcha II. Venetiarum. Qui cum non minus paupertatis, quam continentiæ propositæ auctus Patriarchali dignitate egregium specimen dedisset, & Ordine hoc suo, & Laurentio Justiniano Præcessore dignus concessit ad Superos MCCCCLX. die xxvj. Martii.



3 ANDREAS Bondulmerius, Venetus patritius, ex Canonico Regulari S. Augustini, Maphæo in Patriarchatu successit anno 1460. Sedit annos quinque, & boni pastoris laudem promeruit. LIII.


(,, *Andreas Bondulmerius, Marinum patrem,*
,, *matrem verò Franciscam Barbaro sortitus in lu-*
,, *cem editus est die 17. Jann. 1391. Inter alios usus*
,, *est præceptore Emmanuele Chrysolora, cujus au-*
,, *diendi causa Florentiam se contulit. Græcis, La-*
,, *tinisque litteris optime imbutus, Ecclesiasticæ mi*
,, *litiæ nomen dedit inter Canonicos Regulares s.*
,, *Augustini receptus, Cœnobium ordinis sui fundavit*
,, *in insula, quam s.* Spirito *appellant & hodie Fran-*
,, *ciscani Fratres incolunt. Hinc, defuncto Maphæo*
,, *Contareno, ad Patriarchatus Veneti grave onus*
,, *subeundum evocatus fuit à Veneto Senatu, clero,*
,, *populoque plaudente an. 1460. die 7. Aprilis hora*
,, *23. Renuit constantissime humillimus vir oblatum*
,, *sibi honorem attingere, modo adversam corporis*
,, *valetudinem, nunc votum nullam suscipiendi di-*
,, *gnitatem à se in Religionis ingressu emissum præ-*
,, *tendens, donec repetitis litteris à Pio II. summo*
,, *Pontifice VI. sanctæ obedientiæ jugo collum sub-*
,, *mittere jussus est his verbis.*
,, Pius II. Papa dilecto filio Andreæ Bondimerio
,, electo Patriarchæ Venetiarum. Dilecte fili salu-

,, tem, & Apostolicam benedictionem. Intelleximus non sine admiratione te nondum acceptasse promotionem ad Patriarchatum Venetiarum, quam de te fecimus; eo præsertim quod Deo primum, deinde concivibus tuis. . . . animæ vero tuæ persalutare futurum existimamus. Qui animarum concivium tuorum curam suscipiens, eisque, ut in tua providentia maxime confidimus, optime consulens, dignum pro tam bono opere præmium apud Deum consequeris. Nec te adversa corporis valetudo retrahere debet; cum bona, & integra mens adsit, quæ sola in hujusmodi gubernationibus, & curis spectanda est. Frequenter enim videmus senes, & valetudinarios magnis regiminibus præfectos commissam sibi provinciam summa providentia regere supra vires, & votæ. Quod si forte te in Monasterii ingressu id non deserturum, aut dignitatem aliquam non accepturum promisisse, & ex emisso voto, dicas, scis non propterea potuisse te auctoritati Apostolicæ sedis, & Vicarii Christi derogare, cujus mandatis obtemperare omnino debes. Proinde per præsentes in virtute S. obedientiæ tibi mandamus, ut provisionem, ad quam, Deo disponente, a nobis vocatus es, Patriarchatumque præmissum, omnibus excusationibus rejectis, accepetes, munus tibi injunctum suscipias, saluti animarum tibi commissarum consulas. Ita enim Deo rem pergratam efficies, qui & infirmitati tuæ robur divinæ gratiæ præstabit. Dat. Maceratæ Senen. Diœc. sub annulo Piscatoris die x. Maii 1461. Pontificatus nostri anno 2.

,, *Paruit Andreas Pontificiis mandatis, & secum in Patriarchalem aulam detulit, quas in Monasterio comites habebat, virtutes; præcipuè verò humilitatem, pietatem, mansuetudinem, charitatem. Causarum Patronos, quorum mos erat lites in lucri spem protrahere, maxime odit, eosque à sua curia exulare jussit, cujus etiam ministros, ac officiales, exclusis Clericis, laicos instituit. Severissimus fuit criminum, ac præsertim impuritatis vindex. Pontem marmoreum Castellanum, qui situs primum erat [illegible], secus principem Ecclesiam, ubi in præsentiarum inspicitur, transferri, ac de novo suis sumptibus refici curavit. Fundamenta novæ turris Campanariæ jecit, quam, deficiente vita, perficere non potuit. Quadriennio igitur suæ villicationis summa integritate, ac pietate exacto, obdormivit in Domino an. 1464. die 6. Augusti hora antelucana. Celebratis in Cathedrali solemnibus inferiis ejus corpus in Ecclesiam S. Spiritus delatum est, ibique terræ mandatum: atque successu temporis ejus sarcophagum à Patribus in meditullium Ecclesiæ translatum est cum hoc brevi Epitaphio.*

,, Andreæ Bondimerio cœnobii hujus fundatori Venetiarum Patriarchæ Fratrum pietas posuit 1465.

,, *Erat Andreas vir mediocris staturæ, pallidam semper faciem gerens tum ob jejunia, & elucubrationes, tum ob literarum studia. Anno 74. vitæ obiit, sanctitatis, & veritatis plenus.)*



LIV. 4 GREGORIUS Corrarius, nobilis Venetus,

A paulo ante Vicentinus Episcopus, ad Venetum Patriarchatum translatus est anno* 1464 Brevis Pontifex eodem anno defunctus est, quo pridie Kal. Decemb. Veronæ in Monasterio Zenoniano, cujus erat Commendatarius fato cessit, cujus corpus Venetias translatum in Ecclesia S. Georgii in Alga sepelitur. Suum condiderat testamentum 29. Novemb ejusdem anni Ind. xvi. die Jovis, quod extat in Zenoniani Archivii tabulario. Illius meminit Pius II. in suis Commentariis lib. 2. Fuit hic Gregorius pronepos Gregorii XII. Pont. Max. nepos que Cardinalis Antonii hujus cognominis Episcopi Ostiensis.


* Ex App. tom. 5.

(,, *Gregorius Corrarius ex Joanne Corrario q. Philippi D. Marci Procuratoris filio, ac præclarissima fœmina Cæcilia Contarena nobilibus parentibus ortus est, Pueritiam, atque adolescentiam in politioribus præcipuè e discendis litteris insumpsit, atque eo quidem profectu, ut nondum decimum octavum ætatis annum egressus, nobilissimam Tragædiam* Progne *ediderit, quæ absque Auctoris nomine ex Academia Veneta primum prodiit an. 1558. Romam profectus in aula Antonii Corrarii Cardinalis patrui sui substitit, cujus [illegible] suasu ad sacras litteras, [illegible] animum convertit. Mortuo Cardinale patruo Romæ adhuc permansit, ubi Prothonotarius primum Apostolicus, mox Abbas Commendatarius S. Zenonis Veronensis, ac Episcopus Vicentinus dictus est. Demum a Veneto Senatu Andreæ Bondulmerio Patriarcha jam defuncto omnibus suffragiis fuit suffectus an. 1464. Atque hic ille Gregorius, quem sanctissimus Laurentius Justinianus ut post se in Venetum Antistitem eligerent, Senatores fuerat hortatus. Hunc etiam deinde Maphæus Contarenus iisdem commendaverat, ac Andreas Bondulmerius hunc potius quam se ipsum ad Patriarchale onus sustinendum dignum indicaverat. Verum nondum inita oblatæ dignitatis possessione supremum diem obiit eodem anno 1464. secunda noctis hora 13. Kal. Decemb. Defuncti corpus in Castellanam Ecclesiam primum delatum est, cui cum Dux ipse Senatusque Venetus cum toto Clero solemniter parentasset, in ecclesia S. Georgii in Alga devectum, & ibidem in Capella ejus sumptibus erecta conditum fuit cum hoc Epitaphio.*

,, Sepulcrum Gregorii Corrarii Gregorii Papæ XII. pronepotis, atque Antonii Corrarii Cardinalis ex fratre nepotis, prisca gravitate, miraque integritate viri, qui studiis, & otio suo contentus, scribensque, ex postulatione civitatis Patriarcha IIII. Venetiarum datus naturæ concessit XIII. Kal. Decembris Anno salutis MCCCCLXIIII.

,, *Gregorii admirabilis ingenii vis, ac propemodum divini inerat. Complura scripsit tum soluta, tum adstricta oratione, quæ auream viri eloquentiam abunde testantur. Elucubravit Epistolam longe prolixam ad quendam tyronem Carthusiensem de Commodis vitæ Regularis: Orationem non mediocrem ad Sigismundum Imperatorem de Concilio Basileensi. Tragædiam, cui titulus est Progne, versibus quam ornatissimis; Epigrammatum librum non parvum ad Martinum V. Pontificem; Hymnum ad pueros & Virgines piissimum; carmen aliud Lyricum; aliud Bucolicum, quod Ephæbus sub præceptore edidit: ad Andream fratrem, quomodo educari, & erudiri debeant pueri, librum Didascalicum. Extant item ejusdem satyrarum liber ad Victorinum Feltrensem præceptorem suum: de obitu Antonii Cardinalis Patrui soliloquium ad Deum, in quo plura de sui ipsius & Cardinalis patrui vita enarrat; Fabularum liber ad Philippum Corrarium; & Epistola ad Virginem lectissimam Cæciliam Gonzagam de sæculo fugiendo. Hæc pene omnia inedita collegit, & servat antiquitatis vindicandæ studiosissimus Camaldulensis Abbas D. Petrus Cannetus.]*

JOAN-




LV. 5 JOANNES Baroceius, Venetus, Episcopus Bergomensis, nobilitate generis, scieutia, ac virtutum omuium præstautia elarus, quintus Venetiarum Patriarcha effectus est auno 1465. eodemque anno decedens, non parum patriæ mœrorem attulit. De quo vide supra io uostro catalogo Bergomensium Præsulum. Joauoi perpetuo subjecit Paulus II. monasterium Monialium S. Margaritæ de Torcello Ord. Cistereieusis, ut iufra dicemus in Torcellanis Episcopis.

[„ *Joannes Baroccius Ludovicum patrem, matrem vero Polixenam Mauro habuit. Elegantioribus, ac severioribus exeultus disciplinis Romam se ceatulit, ubi brevi tempore tantum gratiæ apud Pontificem collegit, ut dum adhuc juvenis 30. esset annorum, in Bergomensem Antistitem fuerit electus. Vacaute deinde Patriarchali sede a Veneto Senatu in Præsulem postulatus est, & à Paulo II. Joanais patruo confirmatus an. 1465. Erat Joannes mediocris staturæ, vultus teretis, ac eoruadi, & nativo colore rubentis, adeoque hilaris, & jucundus, ut sempee ridere videretur: iuerat viro simplex animus, ac ingenuus nulli serviene versutiæ, justus, ac rectus, quem nullus affectus transversum ageret: impertereitus, atque invictus, quem à suscepto coasilio nulla vis posset dimovere: acre, atque promptum illi ingenium, mens vivida, & præsens, sed pervicax voluntas, quæ quod ipse sentiret, nunquam quod alii suaderent, vellet. Sex & trigiata Ministros Cueiales in Patriarchio, donec vixit, adhibuit, quos sericis, aut purpureis indumentis, Romanæ curiæ stylo, omnes vestire jussit: quatuor præterea Capellanos Secretarios apud se semper habuit. Is autem ferè semper purpuream cappam deferebat, & sericeum in latus loculum, seu peram pecuniariam gestare solitus erat. Acerrimus immunitatis Ecclesiasticæ vindex extitit, pro qua streuuè defendenda non semel viriliter decertavit. Clericorum facinora severissimis pœnis est insecutus, eosque, ac illis ad victum necessaria à quocumque sæculari onere immunia esse voluit noa dissentiente piissima Republica, quæ tandem ad avertendas fraudes, cum eorum nomine non tantum Ecclesiasticarum personarum res, sed & Laicorum merces aon solutis vectigalibus in urbem deferrentur, a Pontifice impetravit, ut Clerici noa minus quam laici publicis oneribus tenerentur obnoxii. In Cathedrali autem exornanda, ac decoranda valde fuit sollicitus: duo candelabra argeatea, aliaque duo Damasceno opere in sacrario reposuit, atque in Sacerdotum usum nonnulla sericea iadumenta. Statuerat etiam Ecclesiæ principis faciem innovare, eamque areæ Castellanæ partem, quæ vergit ad littoris marginem, muro circumdare, sed & Patriarchalem Cathedram in Ss. Joannis, & Pauli delubrum transferre, ni repentina mors plura meditantem abripuisset feria quarta majoris hebdomadæ summo mane an. 1466. eo ipso die, quo anno superiori Patriarchalem sedem fuerat iagressus. Feria insequenti defuncto justa honorificè persoluta sunt, ejusque cadaver sepultum fuit in eodem tumulo, in quo Bartholomæus Quirinus ejus antecessor in Ecclesia Castellana olim conditus fuerat. Apoplexia, an veneno disperierit, incertum. Porro Pauli summi Pontifici Bulla, qua Veneto Patriarchæ Monasterium Monialium S. Margaritæ de Torcello subjecit, talis est ex regesto Patriarchali.*

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Monialibus Monasterii S. Margaritæ Torcellan. Cistercien. Ordinis salutem & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ sedis benignitas prudentes virgines, quæ se paraut accensis lampadibus obviam sponso, tanto propensiori studio prosequitor charitatis, quanto majori propter fragilitatem sexus indigere suffragio dinoscuntur. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati vos tam præsentes, quam futuras, & Monasterium vestrum, quod ut accepimus dilectis filiis Abbatui, & conventui Monasterii de la Folina dicti Ord. Ceneten. Diœcesis subesse dinoscitur, cū omnibus & singulis bonis mobilibus, & immobilibus ac rebus aliis ad vos communiter, necnon ad dictum monasterium legitime spectantibus, & pertinentibus, etiam præsentibus, & futuris ab omnimoda jurisdictioue, potestate, dominio, visitatione, & charitativi subsidii subventione & exactionum quarumlibet præstatione dicti filii patris Abbatis monasterii Cister. diœces. Cambilonen. monasterii della Folina, aliorumque Prælatorum, aut superiorum vestrorum quocumque nomine censeantur, seu nuncupentur, auctoritate Apostolica tenore præsentium peoirus eximimus, et totaliter liberamus: vosque tam præseutes, quam futuras Patriarchæ Venetiarum pro tempore existenti cum bonis ac rebus prædictis totaliter subiicimus, & de cætero subesse debere eadem auctoritate decernimus: ita quod Abbates, & alii Prælati, seu superiores dicti Ordinis hujusmodi decreto in vos tam præsentes, quam futuras, nec non monasterium, res, & bona prædicta nullam potestatem, jurisdictionem, Dominium, aut superioritatem aliquam etiam ratione delicti, contractus, aut rei de qua ageretur, vel alias specialiter, vel generaliter exercere, aut sententias excommunicationis, vel interdicti promulgare possint, decernentes ex nunc omnes, & singulos processus, excommunitionis, suspensionis, & interdicti sententias, quos, & quas contra vos, monasterium, res, & bona hujusmodi haberi contigerit, seu etiam promolgari, irritas, & inanes, nulliusque roboris, & momenti. Nolli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis; subjectionis, constitutionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Apostolorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursorum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domin. 1465. Idus Decemb. Pontif. nostri anno primo.]



6 MAPHAEUS Gerardus, a nobilis Venetus, LVI

a De eo

Ciaconius Oldoini t. 3 col. 132.

Monachus, & Abbas S. Michaelis de Murano ex Ordine Camaldulensium, Baroccio sufficitur anno 1466. Hic à primis annis excoluit pietatem, professusque Camaldulense institutum, adeo simpliciter, pieque monasticam vitam instituit, ut quandoque stultitiæ propior videretur posse haberi. Quod si unquam alias, tum maxime in senium vergens ætas hanc illi labem inspersit. Cum enim Patriarcha evasisset, eundemque Innocentius VIII. Pontifex creasset Cardinalem anno 1489. Patresque post fatum Pontificis, tametsi nondum palam denunciatum, decrevissent conclavi excipiendum, Maphæus Venetiis profectus Romam cum selectissimis consiliariis à Veneto Senatu sibi attributis, dum creando novo Pontifici circumferunt urnam, senex oblitus prudentiæ, Alexandrum VI. suo suffragio juvit, indignante scilicet Veneta Publicare, ut Garimbertus scribit, quæ ante discessum senem monuerat, ut alienæ magis, quam suæ inniteretur prudentiæ. Cæterum cum à comitiis Venetias reverteretur Maphæus, lethifera dissenteria ventris apud Interamnas decessit anno 1492. die 14 mensis Septembris, 22. fere hora illius diei, optimi magis Monachi, quam prudentis Pastoris relicta fama. Hujus prolixe meminit Petrus Delphinus quondam Generalis Ordinis Camaldulensis ejus alumnus, Garimbertus, qui libero ore eundem insimulat, stultitiæ, Alphonsus Ciaconius, nosterque doctus amicus Andreas Victorellus in additionibus ad eundem, qui eam repuerascentis animi vecordiam tanquam calumniosam anxie refellit. Inde collige Lector, quam vere à Divino sapiente fuerit prolatum; *Deridetur justi simplicitas*. Corpus autem hujus Cardinalis Patriarchæ relatum Venetias, in Patriarchali honorifice sepelierunt cum hoc epitaphio.

Maphæus Gherardus Patriarcha Venetiarum Dalmatiæq. Primas S. R. E. *Cardinalis* MCCCCLXXXXII. *Locus carnis proprius terra est.*

[,, *Maphæo Girardo parentes fuere Joannes, qui Provisoris, & Oratoris munus quam sæpissime pro Republica gessit, ac Christina Barbadica soror Hieronymi, qui juris scientia, ac legationibus egregie claruit. Maphæus autem Camaldulensis disciplinæ institutum in cœnobio S. Michaelis adulta ætate, invitis parentibus amplexus est, ubi quantum profecerit in via Domini, satis superque Petrus Delphinus in Epistola ad Antonium Contarenum Patriarcham tradidit. Quibus viri præclaris virtutibus permota Respublica cum unanimi suffragiorum consensu Patriarcham elegit an.* 1466. *& Joanni Baroccio subrogavit. Quam quidem electionem Paulus II. approbare noluit. Dissidio inde exorto, ut Senatores à sententia dimoveret, quatuor ipsis Præsules proposuit Pontifex ad Patriarchatum evehendos, Hieronymum Landum Cretensem Archiepiscopum,* Petrum Foscarum D. Marci *Primicerium, Laurentium Zane Episcopum Brixiensem, ac Petrum Donatum Episcopum Æmoniensem. Eos cum perstans in sententia Senatus eligere renuisset, neque Cardinalis S. Angeli Legatus Pontificis quicquam profecisset, litteris etiam, & nuntiis hinc inde frustra missis res diutius protracta est. Quo tempore non defuere qui Maphæo fugam suaderent, sanctorum exempla proponentes, ut quieti suæ, & publicæ consuleret tranquillitati. Indicto tandem per Suffraganeum, qui tunc Patriarchatui præerat, jejunio,* Paulus II. *Girardi electionem probavit, à qua nunquam se recessuros firmiter Senatores statuerant, in eam quoque adducti sententiam Patriarchas è Claustralium religiosorum numero in posterum eligendos esse: quod & diu observatum est, ob inclementes mores Jo. Baroccii Antecessoris, quibus multorum animos offenderat. Notus Maphæi virtutes cognovit & Pontifex Max. qui ei & plura contulit gratiarum munera, & Vicarios duos addidit Aloysium de Medicis, & Andream de Crema juris consultos. Humili cultu in Patriarchatu usus est Girardus, & morum sanctimoniæ ac monasticæ professioni omnino consentaneo. Delatores maxime odit, quæ tunc hominum pestis in Clero vigebat. Clericos comam, aut barbam nutrire non est passus. Campanariam turrim à* Boudulmerio *cœptam, à Baroccio auctam, ad summum usque produxit, perfecitque opere non ignobili, ac lapide peregrino; Ecclesiam vero Patriarchalem sacerdotalibus indumentis, plurimisque muneribus ditavit. Palatii atrium quoque instauravit, ac perfecit. Pauperibus amantissima viscera per continuas largitiones nunquam clausit. Duos secum habuit ex Canonicis* S. *Georgii in Alga, cum arctiori tunc claustri lege sui teneretur Camaldulenses. In sacrum Cardinalium collegium cooptatus titulum SS. Sergii & Bacchi obtinuit. Fuerunt ex Cardinalibus, qui in eum intenderent, cum eligendo* Pontifici *conclave ingressi fuissent: verum cum is de suffragiis sermonem habere renuisset, statim simplicissimi ingenii vir habitus est. Hinc derideri cœpit justi simplicitas, cujus cor machinationes non admiserat. Hinc iniqui in eum rumores: hinc petulanter in ejus nomen omni digna veneratione mordacissimus Garimbertus insurrexit, quem inconsulto secuti sunt Ciaconius, aliique. Hos tamen Sanctissimi Antistitis famam contumeliosè vellicantes redarguunt Auctarius Ciaconii, Atticby in hist. Cardin. tom. 2. pag.* 400. *cæterique optimæ notæ scriptores, & præcipuè Petrus Delphinus Maphæi discipulus, & Romani itineris comes in suis Epistolis. Delato post obitum Venetias cadavere, & Castellana in Ecclesia sepulto super ejus tumulum Thomas Donatus successor purpureum pileum appendi jussit.*]



7 Fr. THOMAS Donatus, nobilis Venetus, Ordinis Prædicatorum, septimus extitit Patriarcha Venetiarum anno 1492. Vir cum nobilitate generis, tum rarissimis virtutibus plane dignus, in quem omnium dignitatum ornamenta tuto possent conferri. Theologica, philosophicaque cum oratoria facultate fuit insignis, eaque cum laude probitatis, prudentiaque Venetam Ecclesiam administravit annis duodecim, ut elatus anno 1504. omnium ordinum exciverit lachrymas. Apud S. Dominicum tumulatus est, ubi ejusdem Sancti institutum cœperat profiteri. Thomæ vero Alexander VI. potestatem confirmavit reformandi, ac corrigendi monasterium sanctimonialium S. Maphæi de Majurbio Ord. Cisterciensis, cui tandem curam, & successoribus detulit, Abbatissæ autem, & Monialibus facultatem fecit eligendi confessarium, qui eas ab omnibus noxiis, & censuris posset absolvere, in hunc modum. LVII.

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Venetiarum.

Alexander Papa VI.

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Intelleximus, quod alias felic. record. Paulus Papa II. prædecessor noster bonæ memoriæ, Maphæo tunc Patriarchæ Venetiarum, & prædecessori tuo per suas litteras infrascriptas in forma brevis dedit in mandatis, ut curam reformandi, & cor-

ri-

rigendi monasterium monialium S. Maphæi de Majurbio, Ord. Cistercienfis, Torcellanæ diœcesis susciperet, prout in illis plenius continetur. Nuper etiam dilecta in Christo Abbatissa moderna, & moniales dicti monasterii timentes, quod dicta concessio tantum ad vitam ipsius Maphæi, non autem ad successores suos Patriarchas, se extenderet, nobis humiliter supplicari curarunt, ut dictum mandatum, & omnia in eisdem litteris contenta ad te extendere, ac eisdem Abbatissæ, & monialibus juxta privilegia Ordinis Cisterciensis, & monasteriis utriusque sexus dicti Ordinis per Sedem Apostolicam hactenus concessa, & observata, absque alicujus superioris licentia eligendi unum Confessorem, qui earumdem Abbatissæ, & monialium confessiones audire, & pro commissis pœnitentiam salutarem injungere possit, prout eis pro tempore videbitur expedire, de benignitate Apostolica licentiam concedere dignaremur. Nos igitur, dictarum Abbatissæ, & monialium statui compatientes, ac earumdem saluti, & quieti, quantum cum Deo possumus, providere volentes fraternitati tuæ tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus curam reformandi omnia, quæ in dicto monasterio tibi reformanda videbuntur, suscipias, & reformes, & si tibi videbitur, dictum monasterium visitare, gubernare, regere, & quæ corrigenda fuerint, corrigere, cæteraq; omnia, quæ ad honorem, & exaltationem divinæ laudis expedire, & saluti animarum dictarum Abbatissæ, & monialium in eo degentium, consulere cognoveris, valeas, dictisque Abbatissæ, & monialibus eligendi Confessorem, qui earumdem confessiones audiat, & à quibuscumque reatibus, & censuris absolvat, pro commissisque pœnam salutarem impendat, quoties expedierit, prout moris est, alicujus licentia minime requisita, tenore præsentium tibi, & successoribus tuis Patriarchis, ac ipsis Abbatissæ, & monialibus licentiam concedimus, & facultatem, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum Ordinis, & monasterii juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die 21. Mali MCCCCLXXXXVI. Pontificatus nostri anno quarto.

Eidem etiam Patriarchæ indulsit, ac mandavit idem Alexander VI. Pontifex, ut in clericos criminosos etiam iæsæ Majestatis reos intra Venetum Dominium inventos, procedere posslt, Literæ datæ sunt in forma brevis, extantque in Patriarchali tabulario.

Alexander Papa VI.

Venerabili fratri Patriarchę Venetiarum salutem, & Apost. bened. Cum intelligamus presbyterum Franciscum Venetum Pœnitentiarium nostrum ob crimen læsæ Majestatis contra statum istius inclyti Dominii captum, & ad forum tuum per Consilium decem Venetorum per te puniendum, remissum esse, cum id crimen se commisisse fassus sit: non volentes, ut tam detestabile facinus impunitum remaneat, fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut contra ipsum presbyterum Franciscum procedas, ac quod canonicum, & justum fuerit, decernas, dantes tibi potestatem, & facultatem, ut in posterum contra omnes, & singulas personas ecclesiasticas in casibus tantummodo crimen hujusmodi læsæ Majestatis sapientibus procedere, easque punire possis, & valeas, justitia mediante, non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarium facientibus quibuscunque.

Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die 25 Januarii 1497. Pontificatus nostri anno quinto.

,, *(Fr Thomas Donatus, ex nobili Venetorum*
,, *familia ortus, patre Hermolao optimo Senatore,*
,, *matre Marina Lauretana lectissima fœmina, bonis*
,, *imbutus moribus, ac litteris eruditus, decimo*
,, *sexto ætatis suæ anno sæculi hujus illecebras, ac*
,, *vanitates contemnens ad sacrum Prædicatorum*
,, *Ordinem se contulit, in quo pietate, ac scientia*
,, *tam naturali, quam Theologica brevi multum pro-*
,, *fecit. Eloquentia plurimum valuit, ut juvenili*
,, *adhuc ætate in pluribus Italiæ civitatibus summa*
,, *omnium admiratione Verbum Dei satis docte, ac*
,, *ferventer enunciaverit, pluresque sermonum li-*
,, *bros ab ipso conscriptos posteris dereliquerit. Duos*
,, *supra quadraginta circiter annos vixerat Domi-*
,, *nicani instituti assecla, vel animarum lucro concio-*
,, *nando intentus, vel suorum Fratrum regimini*
,, *pluribus in cœnobiis addictus, cum à Veneto Se-*
,, *natu in Patriarcham eligitur die 1. Octobris 1492.*
,, *Ab Alexandro VI. non diu post confirmatus sedem*
,, *Patriarchalem primo adiit solemni ritu die 28.*
,, *Novembris ejusdem anni, atque sequenti die S.*
,, *Andreæ Apostolo sacra fuit consecratus. Restituit*
,, *hic primum XII. Canonicos, ex urbis parochis as-*
,, *sumendos, quorum electio lapsu temporis in desue-*
,, *tudinem abierat. Cathedralis Organum refecit,*
,, *ejusque redditus, ac supellectiles auxit. D.*
,, *Joannis Baptistæ sacellum aulæ Patriarchali fi-*
,, *nitimum à fundamentis erexit: parietem horti-*
,, *li vetustate consumptum reparavit; mensæ pro-*
,, *ventibus non spernendum attulit incrementum:*
,, *nobile palatium in agris Comenzaginensibus apud*
,, *Miranum 1000. aureis Patriarchatui acquisivit,*
,, *maximisque deinde sumptibus ampliavit, exor-*
,, *navitque: aulam ipsam Patriarchalem multimo-*
,, *dè restauravit, novasque scalas, easque percom-*
,, *modas apposuit: nihilque denique omisit, quod*
,, *concreditum sibi munus exquirere videretur. Eo*
,, *laudabiliter perfunctus est duodecim ferme annor,*
,, *& die festo S. Martini anno 1504. sexagenarius*
,, *vitam commutavit. Fuit Thomas severus in ma-*
,, *los, propitius in bonos; in causis definiendis ju-*
,, *stissimus, ac expeditissimus: erga pauperes, vi-*
,, *duas, & pupillos pius, & liberalis; in perfe-*
,, *rendis morbis, quibus fere semper vexabatur,*
,, *podagra præsertim, ac cæcitate, quibus per se-*
,, *xennium fuit obnoxius, summa usus tolerantia,*
,, *ac animi tranquillitate. Dum ei suprema solveren-*
,, *tur, pro concione laudatus est à Jacobo Boldù Ve-*
,, *neto Patritio, cujus pervenusta oratio edita est ty-*
,, *pis Venetis Joannis Tacuini. Defuncti cadaver in*
,, *sacellum S. Jo: Baptistæ illatum est: Sepulchro*
,, *deinde insculpta fuit hæc brevis inscriptio.*
,, Tho. Don. Patriarchæ Ven. VII. Ben. m. posuit.
,, *Thomæ petitionibus annuens Alexander VI. Pa-*
,, *triarchali Ecclesiæ privilegium concessit, ut in per-*
,, *vigilio Nativitatis Domini divina officia, quæ no-*
,, *cte media solent per orbem Christianum celebrari,*
,, *prima noctis vigilia in ea celebrarentur. En pri-*
,, *vilegium desumptum ex Patriarchali regesto, in*
,, *quo omnia & singula Episcopatus Olivolensis po-*
,, *stea Castellani, Veneti denique Patriarchatus pri-*
,, *vilegia, jurisdictiones, ac jura colligi, membranas-*
,, *que vetustate putrescentes describi hic idem Tho-*
,, *mas Patriarcha curavit.*
,, Alexander Papa VI. Vener. fratri Patriarchæ
,, Venetiarum. Vener. frater salutem & Apo-
,, stolicam benedictionem. Exponi nobis fecisti,
,, quod cum Ecclesiæ S. Marci de Venet. & S.
,, Francisci a vinea tuæ diœcesis concessum sit, ut
,, in vigilia Nativitatis Domini nostri divina offi-
,, cia tali celebretur hora, quod personæ ad Ec-
,, clesias ipsas ex devotione confluentes valeant
,, devotionē suam adimplere, a qua impedirentur,
,, si nocturno tempore celebrarentur; & cum Ec-
,, clesia Patriarchalis tibi commissa principalior
,, in civitate ipsa habeatur, ut populus ad eam
,, concurrere devotius & facilius possit pro divinis
,, officiis in vigilia ipsa audiendis humiliter suppli-
,, cari fecisti, ut de dignitate Apostolica dignare-
,, mur eamdem facultatem inibi celebrandi in ipsa
,, vigilia Nativitatis præstare, quam dictæ Eccle-
,, siæ S Marci, & S. Francisci observant. Nos
,, igitur tuis justis petitionibus inclinati tibi con
,, cedimus, ut in dicta Ecclesia Patriarchaii idem

ri-


„ ritus, & modus in dicta vigilia Nativitatis Do-
„ mini servetur, qui in præfatis Ecclesiis S. Mar-
„ ci, & S. Francisci observatur, constitutionibus,
„ & ordinationibus Apostolicis, ac quacumque
„ consuetudine, cæterisque in contrarium facienti-
„ bus non obstantibus quibuscumque. Datum Ro-
„ mæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 14.
„ Decembris 1495. Pontificatus nostri anno 4.)



LVIII 8 ANTONIUM deinde Surianum, nobilem Venetum, atque ornatissimis moribus, ex Carthusiano claustro, ubi rerum divinarum commentationi totum se tradiderat, vel reluctantem Venetam provexerunt ad sedem anno 1504. die 27. mensis Novembris, Julio II. sedente. In eo Episcopalium curarum æstu ita liber animi fuit, ut de vita contemplativa, ac solitaria, in quam, unde semel ardentius intenderat animum, tractatum proferre potuerit. Non minus quatuor annis Venetam Ecclesiam eximie, ac sancte rexit, decessitque anno 1508. Sepultusque est apud S. Andream sui Ordinis templum, cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Antonio Suriano Patriarchæ Venetiarum
Antonius Eques, & Augustinus Fratres
Michaelis filii Patruo Benemerito P. vixit
ann. LII. M. V. D. XXIV. obiit MDVIII.
anno Patriarchatus sui IV.

„ (*De Suriano consulendi Gaddius de Scriptori-*
„ *bus tom. 2. pag. 324. Tutinus in Prospectu hist.*
„ *Ord. Carthus. p. 132. & Ghillinus in Theatro vol.*
„ *2. p. 28* Manlosius.]



LIX. 9 LUDOVICUS, vel Aloysius Contarenus, Moysis filius, Canonicus sæcularis S. Georgii in Alga, ex Priore S. Mariæ ad Hortum Venetiis, ingenti totius urbis lætitia, Patriarchæ dignitatem suscepit regendam, Surianoque successit anno 1508. die 7. mensis Junii, qui 17. Kal. Septembris à tribus Episcopis Romæ initiatus, pauloque post Venetiis vitam cum morte commutavit, ob summam pietatem longiori vitæ usu dignissimus, sepultus in sacello majori S. Mariæ ad Hortum. Fratrem habuit Leonardum Apostolicum Prothonotarium, ac nepotem Sebastianum Equitem viros clarissimos.

(„ *Ludovicus Contarenus ex nobilissimis paren-*
„ *tibus Moyse Contareno, & Catharutia Maurocena*
„ *Venetiis prodiit. Decimum sextum ætatis agens*
„ *annum inter Canonicos S. Georgii in Alga voluit*
„ *adnumerari, quos inter plures præfecturas, ac*
„ *Ordinis Generalatum consecutus est, & egregie*
„ *administravit. Defuncto Susiano eidem Castella-*
„ *nam Ecclesiam regendam commisere Veneti Pa-*
„ *tres die 19. Maii an. 1508. Nec abnuis summus*
„ *Pontifex hujusmodi electionem adprobans die 7.*
„ *Junii insequentis. Degebat Ludovicus in Veneto*
„ *Monasterio S. Mariæ in Horto, cum ad thronum Pa-*
„ *triarchalem subvectus est, atque in ejus Ecclesia*
„ *consecrationis munus accepit die 15. Augusti ejus-*
„ *dem anni: quo itidem die solemni pompa in Pa-*
„ *triarchalem aulam ingressus est. Nihil deinde a*
„ *pristina vivendi norma remisit; iisdem cibis, iis-*
„ *dem vestibus, ac si adhuc in cœnobio viveret, ute-*
„ *batur, & nudis etiam pedibus semper incedebat.*
„ *Constituit, ne Clericus comam, vel barbam nutri-*
„ *ret, neve pretiosis, aut nimis delicatis vestibus*
„ *uteretur, & capucium, & corrigiam teneretur*
„ *deferre. Cathedralis Ecclesiæ tectum prolapsum*
„ *fere, & ruinam undique minitans propriis refecit*
„ *sumptibus antequam Patriarchatum iniret. Cle-*
„ *rum quoque ordinare, atque literis instituere de-*
„ *creverat, statutis in sex urbis partibus totidem*
„ *præceptoribus, nisi eum propera mors è vivis abri-*
„ *puisset die 16. Novembris ejusdem anni 1508. A-*
„ *liquot super Psalmos composuit opuscula, & de me-*
„ *dicina spirituali libellum.*)

10 ANTONIUS Contarenus Petri, & Ursæ Barbo filius, ex Canonico Regulari Congregationis S. Salvatoris de Bononia, Prioreque S. Salvatoris Venetiarum, Ludovici prædecessoris affinis, eidem subrogatur anno 1508. die 30. mensis Novembris. Fuit in Antonio cum natalium nobilitate magna, & summa humilitas, scientiæ excellentia, ac morum probitas, & prudentia, quibus virtutibus prudentissime Venetum Patriarchatum annis decem, & sex gessit. Hic Patriarchale palatium propemodum à fundamentis erexit, diligenterque suos prædecessores variis ex monumentis erutos, in ejusdem principe aula pingendos curavit, ut inscriptio ibidem apposita docet. LX

Quos spectas Antistites, ex iis unus Antonius Contarenus Patriarcha X. tibi spectandos piamente curavit MDXVIII. suo XI. Hi namque sunt omnes, qui ab hac urbe condita fuere. Hoc forsan scire volebas.
Abi nunc, & vale.

Sanctissimæ Eucharistiæ sacellum, ut ibidem è vivis excedens sepeliretur, ut postea evenit anno 1524. in Patriarchali erexit perpulchre, sacrisque reliquiis nobilitavit, hac marmorea in tabula proloquente inscriptione.

Sacellum hoc quisquis accedis venerare, cancellis ferreis Crux clauditur, tribus ex barba Christi decorata pilis, clavo, calice quo discipulos propinavit, miraculosa gutta sanguinis, Coronæ aculeo, Virginis vestimento, & veræ Crucis fragmento: à quo Ant. Cont. Patriarcha aram nuncupari voluit. Monumentum sibi posuit, à fundamentis expensis propriis erexit, dotavitque pietatis, & religionis documentum.

Ad lævam vero hæc alia legitur.

Cum in altero templi latere Crucis ligno Ant. Cont. Patriarch. aram instituerit Christo Jesu, qui in illo humanum redemit genus, sedem in altero dicari debere proprio ære pissime judicavit. MDXVI. Caveas inter hos parietes quis monumentum sibi constituere, Christi enim est.

Canonici vero S. Salvatoris in sui Ordinis templo hujus optimi Patriarchæ defuncti effigiem ita inscribendam curarunt.

Antonii Contareni Patriarchæ Venet. memoriam, virtutis, pietatisque causa Concanonici hac imagine solari perpetuo voluere.

Hu-

Hujus item Patriarchæ temporibus cum Græca gens olim ob Turcarum tyrannidem tamquam ad salutis portum Venetias profugissent, cumque nullam propriam haberent ecclesiam, ubi juxta eorum morem divina audire, ac celebrare possent, ex Senatu, ac Antonii Patriarchæ assensu, ecclesiam Sancti Georgii, quam Græcorum vocant, pulcherrime construxerunt, & hanc privilegiis, & indultis exornarunt Leo X. & Clemens VII. Pontt. Maxx. quorum diplomata ex authentico copiali hic duximus exscribenda.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis nobilibus mercatoribus, & aliis hominibus, & personis Græcis in civitate Venetiarum commorantibus, & pro tempore in posterum commoraturis.

Dilecti filii, salutem, & Apost. bened. Pro parte vestra nobis nuper expositum fuit, quod licet plerique vestrum ob tyrannidem, & invasionem Turcarum, qui optimam Græciæ partem retinent occupatam, ab ipsa patria vestra profugi in civitate Venetiarum non in parvo numero degatis, tamen in eadem civitate nullam nationis vestræ ecclesiam habentis, præter quoddam altare capellam nuncupatum, situm in ecclesia S. Blasii Venetiarum, in quo missas, & alia divina officia juxta ritus vestros, ab aliquot annis celebrari facere, & audire consuevistis. Cujus quidem altaris spatium, sive amplitudo non est vestri, tot hominum istuc quotidie confluentium capax. Et etiam quia dicta ecclesia S. Blasii Latinorum propria est, Vobis ibi missas, & alia divina officia, aut nullo modo, aut extra tempus, & incommode audire cogimini, idcirco per vos pro divini cultus augmento, & vestra in divinis audiendis majori commoditate, & animi attentione, atque quiete, unam ecclesiam, sive capellam in eadem civitate sub invocatione S. Georgii Martyris, ad quem singularem geritis devotionis affectum in aliquo loco, & præsertim à civitatis Dominio vobis assignato, ad id idoneo à fundamentis construi facere, illamque libris, calicibus crucibus, vestibus sacerdotalibus, paramentis, aliisq. ad divinum cultum necessariis ornamentis fulcire, & ornare vestris sumptibus desideretis, super quo nobis de opportuna licentia humiliter supplicari curastis. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis dictam ecclesiam, seu capellam cum campanili, campanis, cœmiterio, & aliis officinis sub dicta invocatione Sancti Georgii Martyris in eadem civitate Venetiarum in aliquo loco, ut præfertur, assignato, & idoneo construi faciendi, ac unum presbyterum Græcum ad nutum vestrum amovibilem, qui ibi quotidie, vel diebus per vos statuendis missas celebrare vobisque & pro tempore existentibus in dicta civitate hominibus, & personæ dictæ nationis, quæcunque ecclesiastica sacramenta juxta vestros ritus ministrare possit, deputandi tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus. Dictamque ecclesiam, ac illi pro tempore servientem presbyterum prædictum, cum omnibus, & singulis suis bonis tam spiritualibus, quam temporalibus ab omni Ordinarii loci jurisdictione, superioritate, & dominio perpetuo eximimus, ac nobis, & Sedi Apostolicæ sub annuo censu in recognitione veri dominii, quinque librarum ceræ candidæ immediate subjicimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac privilegiis contra exemptos, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 3. Junii 1514. Pontificatus nostri anno secundo.

CLEMENS PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Provisionis nostræ debet provenire subsidium, ut suum jus cuilibet conservetur. Hinc est quod nos tenorem quarundam litterarum, & fel. rec. Leonis Papæ X. prædecessoris, & secundum carnem fratris patruelis nostri, in forma brevis, à vero ipsius prædecessoris litteris, quas in secretaria nostra diligenter inspici, & examinari fecimus. Extractumque proeo, quod sicut natio Græca nobis exposuit, ipsa hujusmodi tenore ex certis causis dinoscitur indigere. De verbo ad verbum transcribi & ad ipsius nationis supplicationis instantiam præsentibus annotari fecimus, qui talis est. Leo Papa X. ad perpetuam rei memoriam. Accepimus nuper quod licet dudum in Concilio Florentino sub fel. rec. Eugenio Papa IV. prædecessore nostro. In quo inter cæteros Principes, & Prælatos Imperator tunc Græcorum, & quamplurimi Prælati nationis Græcæ pro unione facienda de Orientali Græcorum cum Romana Ecclesia. Res tamdiu à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, ac tota Christiana republica desiderata interfuerant. Inter alia statuta, ac ordinata, nationem prædictam in quibusdam eorum ritibus, & observantiis; quæ non imputabantur hæresis permaneret. Et inter cætera scilicet, quod presbyteri in fermentato celebrare, ac sub alia forma quam Romana baptizare videlicet, baptizatur servus Dei, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti amen. Item quod ordinati in sacris matrimonio ante ipsorum sacrorum ordinum susceptionem contracto uti, ac barbam nutrire, venerandumque sacramentum sub utraque specie omnibus etiam pueris ministrare possint, per dictam Concilium statutum, ordinatum, ac decretum, sive permissum fuerit. Tamen ordinarii locorum Latini ipsam nationem super dictis ritibus, & observantiis in locis ubi prædicti Græci morantur, quotidie molestant, perturbant, & inquietant, cogentes pueros ipsorum, & alios contra morem baptizatos, iterum more Romanæ Ecclesiæ rebaptizari, datumque sacramentum sub utraque specie ministrari omnibus etiam pueris, prædictis ministrari debere, neque barbam nutrire, neque fermentato, sed azimo celebrare, ac ordinatis in dictis sacris ordinibus matrimonio non uti. Propter quæ, & nonnulla alia quotidie in populo diversa scandala exoriuntur in dies, nisi de opportuno remedio per nos aut sedem prædictam provideretur exoriri contingeret. Considerantes autem nos, quam operæ pretium, piumque fore, ac necessarium, ut unio prædicta multo labore quæsita, ac per Romanos Pontifices sollicite conservetur, & dictorum Græcorum molestiis, ac impedimentis hujusmodi obvietur, atque ipsorum quieti, & animarum consolationi in præmissis opportune consulatur, necnon ritus, & observantiæ in eorum ecclesiis, & alibi juxta antiquam ipsorum consuetudinem perseverentur. Motu proprio non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dictis Græcis tam Prælatis, quam aliis personis nationis Græcæ, & eorum cuilibet, ut eorum ritibus, & observantiis, sive consuetudinibus, ut præmittitur, uti, ac illas observare, missasque, & alia divina officia secundum eorum antiquam consuetudinem celebrare. Necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis Græcis, ut inter eosdem Græcos, ubi Archiepiscopi, Episcopi, & alii Prælati Latini jurisdictionem habent, Pontificalia libere exercere, officia, ac à sacris ordinariis officiis ecclesiis, ac piis locis, & oratoriis super hujusmodi rituum observantia per Latinos Antistites, & Prælatos, etiam locorum ordinarios, & Dominos temporales, & Magistratus seculares in judicium, vel alias inviti minime trahi. Necnon quicunque clerici Græci, ac aliæ personæ nationis Græcæ undecunque venientes in locis ubi Archiepiscopi, Episcopi, & alii Prælati Latinorum, & Domini temporales sunt, ab ipsis tam Græcis, quam Latinis eleemosynas petere, & recipere libere, & licite possint, motu, & scientia similiter tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Et insuper quod nullus Archiepiscopus, & Episcopus etiam ordinarius clericos Græcos, ad sacerdotium promovere valeat, ac quod in diœcesi ubi Latini, & Græci habitant, & solum Archiepiscopum, sive Episcopum Latinum ordinarium habent, dictus Archiep. sive Episc. circa negotia, & causas dict. Græcorum Vicarium Græcorum ipsis, Græcis gratim, vel per

ipsos Græcos eligendum. Ex quo Græcus vir melius Græcos mores novit, quam Latinus: eorum stipendio, & salario retinendum deputare. Quodque in causis appellationis ad Metropolitan. qui forsan Græcus non esset, Metropolitanus similiter in dictis causis judicem Græcum deputare teneatur. Et insuper cum in parochialibus ecclesiis ipsorum Græcorum ex antiquissimo, & hactenus observato ritu non nisi semel in die per unum sacerdotem celebrari liceat, & tamen nonnulli sacerdotes Latinorum dimissis ipsorum propriis parochialibus ecclesiis, ut præfatos Græcos injuria afficiant, & ad disturbandum eorum ritus, & consuetudinem hujusmodi, nescitur quo spiritu ducti interdum altaria dictarum parochialium ecclesiarum præoccupant, & inibi contra voluntatem eorumdem Græcorum missas, & forsan alia divina officia celebrant, adeo quod dicti Græci sæpenumero sine auditione missarum, cum magna animorum molestia, festivis, & aliis diebus, quibus missam audire consueverunt remaneant. Nos autem ad obviandum scandalis, & providendum, ne in futurum molestiæ hujusmodi Græcis ipsis inferantur, Sacerdotibus Latinis prædictis ne de cætero missas, & alia divina officia in dictis aliis ecclesiis eorumdem Græcorum celebrare, magistratibus vero si qui sunt, ne dictis sacerdotibus auxilium, & favorem præstent. Necnon ut nullus ritus, & ceremonias Græcorum in dicto Concilio Florentino, vel alias approbatas blasphemare, aut reprobare, ac ibi duo unus Latinus, alter vero Græcus ejusdem loci prout in Cephalonia, & Jacyatho, & forsan alibi sunt Episcopi. Episcopus Latinus de personis ecclesiasticis, & sacerdotibus Græcis, ac de jurisdictione Episcopi Græci, vel aliis quibuscunque ad Episcopum Græcum, quomodolibet spectantibus, nullatenus se intromittere præsumat. Sed Episc. Latinus Latinorum, Episcopus vero Græcus Græcorum dumtaxat curam, regimen, ac jurisdictionem respective habeant, & exerceant. Et insuper quod presbyteri, & clerici Latini in ecclesiis Græcorum neque celebrare neque funeralibus, nuptiis, ac baptismis, & aliis Græcorum actibus publicis, & privatis interesse, aut se immiscere, nisi ad hæc specialiter per ipsos Græcos vocati fuerint audeant, & præsumant. Quodque clerici, & presbyteri seculares, & Monachi Græcorum, eorumque ecclesiæ, & monasteria, & bona quæcumque omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, ac indultis, ac gratiis quibus clerici, presbyteri, & Monachi Latini eorum ecclesiæ monasteria, & bona quæcumque de jure sive consuetudine, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant. Necnon Abbates, & Monachi Græci, eorumque monasteria, loca, & bona quæcumque omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, indultis, gratiis, & prærogativis in bulla Mare magnum noncupata contentis, fratribus Ordinis Minorum regularis observantiæ, eorumque monasteriis, locis, seu conventibus, tam per dictam bullam, quam alias quomodolibet concessis, & concedendis, etiam uti, potiri, & gaudere possint. Necnon viduæ presbyterorum, vel clericorum Græcorum in castitate juxta ritum Græcorum voventes eisdem immunitatibus, exemptionibus, privilegiis, quibus viventibus eorum viris presbyteris, seu clericis gaudere poterant, gaudeant, & fruantur. Paribus motu, & scientia, & potestate concedimus, & declaramus, ac ita per Archiepiscopos, Episcopos, & alios Prælatos, & clericos Latinos pro dictis, & quibuscumque aliis, eis videlicet Prælatis majoribus, sub suspensionis à divinis, aliis vero inferioribus sub excommunicationis latæ sententiæ, privationis beneficiorum ecclesiasticorum quæ obtinent, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, ipso facto per quemlibet contrafacientem incurrere pœnis præcipientes mandamus quatenus præsentes litteras ac omnia in eis contenta inviolabiliter observent. Sicque per quoscumque judices in Romana curia vel extra, ea in quacumque instantia judicare, sententiari, & diffiniri debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, sententiandi, & diffiniendi facultate, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus venerabilibus fratribus nostris Casertanen. ac Fesulanen. Episcopis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus quatenus iisdem Græcis tam prælatis, & clericis, & religiosis prædictis, quam secularibus, & aliis personis dictæ nationis Græcæ efficacis defensionis præsidio assistentibus faciant per se, vel alium, seu alios prænominatos, & quemlibet ipsorum concessionibus, indultis, gratiis, ac indulgentiis, necnon statutis decretis, & ordinamentis prædictis pacifice ac perpetuo frui, & gaudere. Non permittentes eos, & eorum quemlibet in præmissis aliquo quæsito colore molestari, impediri, aut perturbari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per dictas, & quaslibet alias censuras, & pœnas ecclesiasticas eos aggravando, & reaggravando, interdictumque ecclesiasticum consilio de non tuto accessu apponendo, & alia opportuna juris remedia, appellatione postposita, compellendo. Invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, ac provincialibus, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilij Generalis de duabus dietis, ne quis extra suam diœcesim ad judicium trahatur, ac statutis, & consuetudinibus etiam ex fundatione, & juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, & indultis, necnon omnibus illis de quibus eorumque totis tenoribus specialis specifica, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma servanda foret. Quibus illis omnibus in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque, aut si dictis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis & Dominis temporalibus, & quibusvis aliis personis communiter, vel divisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et quoniam difficile foret præsentes litteras ad singula quoque loca deferri, volumus, & simili motu mandamus quatenus transumptis præsertim alicujus publici notarij confectis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, ea prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitę vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 18. Maij 1521. Pontificatus nostri anno nono. Cæterum ut earumdem litterarum tenor prædictis sic insertus omnimodam rei, sive facti consuetudinem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eandemque vim, & eundem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ supradictæ, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocunque, & ubicunque, sive in judicio, sive alibi ubi fuerit exhibitus, vel ostensus. Et eidem tenori firmiter stetur in omnibus sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ: per hoc autem nullum jus denuo cuique acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 26. Maij 1526. Pontificatus nostri anno tertio.

Idem Clemens Papa eodem an. die 5. Septembr. ea omnia confirmavit, quæ superius Leo Græcis indulserat, & confirmaverat sub die 26. Maii. Conservatores jussit esse in ejusdem litteris Altobellum Episcopum Polensem tunc apud Rempub. Venetam Apostolicæ Sedis Nuncium, Vicarium Epis-

copi Patavini, & Abbatem S Georgii Venetiarum. Prohibuit omnibus ecclesiarum parochialium Venetarum Rectoribus, vel quibuscunque aliis deinceps Græcos ipsos quomodolibet indebite molestari.

Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die 5. Septembris 1526. Pontif. tertio.


Antonio prætcrea Patriarchæ scripserat idem Clemens VII. Pontifex, suoque diplomate certiorem fecerat, se Laurentium Justinianum ob vitæ merita, ac miraculorum gloriam illustrem titulo Beati insigoivisse, ac ex Apost. plenitudioe potestatis indulsisse, ut singulis annis decurrente die obitus ejusdem, Sancti missam, & officium, tanquam de uno Sancto Confessore per totum Venetorum Dominium celebrari posset.

Venerabili fratri Antonio Patriarchæ Venetiarum Clemens Papa VIII.

Venerabilis frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Illius qui semper in Sanctis suis mirabilis est, vices licet immeriti gerentes in terris, piis fidelium, præsertim Ducam, & nobilium votis, quæ ad Dei laudem, & gloriam, ac Sanctorum venerationem cedere dignoscantur, libenter annuimus, eaque favoribus libenter prosequimur opportunis. Exposuit nobis nuper dilectus filius Marcus Foscarus, Dominii Venetorum Orator ad nos destinatus, pro parte dilecti filii nobilis viri Andreæ Gritti, Ducis, & Dominii Venetorum hujusmodi; quod licet ex processu super canonizatione Beati Laurentii Justiniano de mandato felicis recordationis Sixti Papæ Quarti prædecessoris nostri, ad tunc Ducis, & Dominii Venetoram instantissimas preces habito, & ad Romanam Curiam transmisso verisimiliter credi posse, omnia, quæ ad ipsius B. Laurentii canonizationem necessaria erant plane, ac sufficienter probata fuisse; tamen cum processus ipse casu quodam igne crematus fuisset, piæ memoriæ Leo Papa Decimus etiam prædecessor noster, ad tunc Ducis, & Dominii Venetorum hujusmodi supplicationem, ejus tunc Nuntio, & bonæ memoriæ Episcopo Cremonensi tunc in humanis agenti in civitate Venetiarum commorantibus, de venerabilium fratrum suorum, de quorum tunc numero eramus, consilio, per suas in forma brevis litteras commisit, ut ad inquisitionem negotii canonizationis hujusmodi procederent. Qui cum ad inquisitionem hujusmodi procedere cœpissent, ac prædictus Leo prædecessor, sicut Domino placuit, fuisset vita functus, recolendæ memoriæ Adrianus Sextus similiter prædecessor noster ad supplicationem Oratorum prædicti Dominii Venetorum, qui ad Sedem Apostolicam pro præstanda sibi obedientia, destinati fuerant, tibi (frater Patriarcha) & venerabilibus fratribus, Thomæ Feltrensi Nuntio Apostolico, & Paulo Nemosiensi Episcopis per suas in forma brevis litteras mandavit, ut processum canonizationis aliae inchoatum, prosequi deberetis, ac si dicti Leonis Papæ litteræ super directæ fuissent. Cum autem præfatus Adrianus prædecessor noster processu minime absoluto fuerit vita functus, & processus hujusmodi non ita de facili valeat expediri, ac idem Marcus Orator pro parte Ducis, & Dominii prædictorum Nobis humiliter supplicaverit, ut pro æterni Regis laude, & gloria, ac ipsius Beati Laurentii Confessoris reverentia, necnon Ecclesiæ decore, ac Catholicæ fidei splendore, & populorum dicti Dominii devotione, liceat singulis annis in die, qua dictus B. Laurentius migravit ad Dominum, festum, & officium de uno Patriarcha Confessore, cum oratione unius Episcopi Confessoris sub nomine ejusdem B. Laurentii Patriarchæ in sua, & aliis Ecclesiis dicti Dominii Venetorum ab omnibus celebrari. Nos qui fideles quoscumque ad Sanctorum Dei venerationem, ac jugem erga eos devotionem, prout possumus, libenter excitamur, cum ad præsens aliis gravibus præpediamur impedimentis, & negotiis, canonizationisque hujusmodi negotio intendere non valeamus, ipsorum Ducis, & Dominii devotis supplicationibus inclinati, ut tam in sua Patriarchali (ubi ipse B. Laurentius Patriarcha fuit) quam in quibusvis aliis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, ac collegiatis, ac parochialibus quorumcumque locorum, etiam religiosorum ecclesiis totius Dominii Venetorum, officium in memoriam ejusdem B. Laurentii Patriarchæ de uno Episcopo Confessore, sub nomine ejusdem B. Laurentii, annis singulis die, qua migravit ad Dominum, celebrari, ac in eorum missis, & matutinis, ac vesperis commemoratio sub nomine B. Laurentii Patriarchæ recitari possit ab omnibus, qui illud celebrare, & recitare voluerint, & ejus imago in ecclesiis, sive Christi fidelium personarum domibus depingi (sine tamen diademate, & non tanquam canonizati, sed tanquam Beati) libere, & licite valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod præter præmissa dictus B. Laurentius catalogo Sanctorum ascriptus minime censeatur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 18. a . . . . . 1524. Pontificatus nostri anno primo.

a Mensis in omnibus exemplaribus desiderantur.



11 Fr. HIERONYMUS Quirinus, nobilis Venetus, Ordinis Prædicatorum, avita nobilitate, scientia, & regulari disciplina clarissimus, Fratri Thomæ Donato suo antecessori amicissimus, ac individuus comes, à Clemente VII. ex Senatus sententia Patriarcha confirmatus est anno 1524. die 21. mensis Octobris. Triginta omnino annis præfuit cum laude prudentiæ, ac probitatis singularis: decessitque anno 1554. Ejus corpus, ex ejusdem jussione, tumulatum est apud suos Dominicanos prope Thomam Donatum cum hujusmodi epitaphio. LXI.


Hieronymus Quirinus, ne servi cadaver
inferretur, ubi corpus conficitur Domini,
hic voluit humari,
qui adolescens in Thomæ Donati
verba primum juravit,
quem in monastica dignitate subsecutus,
et Patriarcha Patriarcham justi tenax imitatus,
obiit anno salutis MDLIV.
id. Decembris.



12 PETRUS Franciscus Contarenus, Thad- LXII.

dæi

dæi filius, ex Senatore, ac Reipublicæ Censore ad ecclesiasticam vitam ageodam vocatus, delectusque Quirini successor, à Paulo IV. Pontifice Patriarcha Venetiarum coofirmatur die 27. mensis Augusti an. 1555. insecutoque anno mortalitatem explevit, magno de se apud omnes desiderio relicto.




LXIII 13 VINCENTIUS Diedus, nobilis Venetus, in Veoetæ Reipub. publicis sustinendis muneribus vir clarissimus, Patriarchalem evasit ad sedem anno 1556. die 24. mensis Januarii. Postremam obiit diem 6. Id. Decembr. 1559. Corpus jacet ante fores Ecclesiæ Patriarchalis sub magno lapide, paucis his verbis.

VINCENTIUS DIEDUS
PATRIARCHA VENETIARUM

Cujus laudes hoc breve elogiom in eadem Patriarchali Ecclesia affinum concinne proloquitur.

Vincentius Diedas amplis. magistratibus
domi, forisque ad quinquagesimum ætatis
annum admirabili sapientia, atque integri-
tate perfunctus en Præfectura Patavinu
ad hujus civitatis Patriarchatum electus,
cum in templi ædiumque adjucentium repa-
rationem, & Cleri institutionem, operam,
atque impensam per quadriennium non fru-
stra contulisset, multis religionis, & pruden-
tiæ præclarissimis exemplis editis, magno
totius Civitatis mœrore sexagenarius obiit
anno salutis MDLIX. VI. Id. Decembris.



LXIV 14 JOANNES Trevisanus, nobilis Venetus, Abbas S. Cypriani de Muriano Ordinis S. Benedicti expresse professus, Vincentio successit anno 1560. die 15. Feb. Interfuit Tridentino Concilio. Præfuit anois triginta, mortuusque est io senectute booa, jacet in Patriarchali Ecclesia. Inscriptio illius tumuli talis est.

Joannes Trevisanus Jur. Utr. Doct.
Patriarcha Venetiarum Divi Cypriani Abbas
omni virtutum genere ornatissimus,
& in obeundo munere Episcopali
præstantissimus,
hanc aram Divi Joannis Evangelistæ dicavit,
dotavit, & sepulchrum sibi vivens posuit
CIↃ. IↃ. LXXVIII.
Patriarchales proventus valde auxit

A *annexa Abbatia S. Cypriani Sixti V. Papæ*
auctoritate, ac Senatus favore.
Vixit annos lxxxvii. Patriarcha xxx.
Abbas lx. Decessit iii. Non. Aug. CIↃ. IↃ. XC.

Porro unio cœnobii S. Cypriani mensæ Patriarchali Venetiarum facta est à Sixto V. anno 1587. Cujus diploma hic exhibemus ex originali.

Sixtus Episcopus servus servorum Dei.
Venerabilibus fratribus Veronen. & Vicent. Episcopis, necnon dilecto filio Primicerio ecclesiæ S. Marci Venetiarum salutem, & Apost. ben. Hodie à nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis.
Sixtus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici muneris sollicitudo, divina dispositione nobis licet immeritis delegata, indesinenter requirit, ut ad Ecclesiarum quarumlibet, præsertim Patriarchalium, statum, nostræ considerationis intuitum propensius prætendentes, quæ pro illarum Præsulum B *necessitatibus sublevandis, & felici earundem ecclesiarum, ac monasteriorum, & aliorum Regularium locorum quorumlibet directione, opportuna remedia fore intelligimus, quam primum adhibeamus, ac his pastoralis officii nostri partes interdum per unionis, & annexionis monasteriorum eorundem ministerium favorabiliter interponamus, ac aliter desuper disponamus, prout rerum, locorum, & temporum qualitatibus undique pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè cum venerab. frater noster Joannes Patriarcha Venetiarum commendæ, in quam monasterium ss. Cornelii, & Cypriani de Murano Ordinis s. Benedicti Torcell. diœc. qui antequam de persona sua Ecclesiæ Venetiarum, tunc certo modo pastoris solatio destitutæ, Apostolica authoritate provideremus, ut ipsius monasterii Abbas ordinem prædictum expressè professus, præsidebat, & cum quo postmodum in provisione ejusmodi, & una in ipsa Ecclesia monasterium prædictum in commendam ad ejus vitam retinere valeret, sub certis usu, modo, & forma expres-* C *sis, dicta authoritate dispensatum extitit, ex hujusmodi dispensatione abstinebat, necnon omni juri sibi in regimine, & administratione dicti monasterii, vel ad illa quomodolibet competenti in manibus nostris in favorem dilecti filii Joannis Emi Clerici Venetiarum cum reservatione omnium, & singulorum dicti monasterii fructuum, redditu*um*, & proventuum per ipsum Joannem Patriarcham, quoad viveret, propria authoritate, exceptis dumtaxat ex eis centum ducatis monetæ Venetæ pro dicto Joanne Emo, & successoribus suis, monasterium prædictum in titulum commendæ administratione, vel aliter quomodolibet obtinentibus percipiendorum, necnon postquam reservatio fructuum hujusmodi cessaret, quarumdam pensionum pro certis personis assignandarum, aut alias sponte, & libere cedere intenderet, libellumq; supplicem nobis desuper porrigi curasset, & dilecti filii Paulus, & Vincentius, quond. Petri Dominici Gradenici, Cives, & Patritii Venetiarum, asserentes juspatronatus, & præsentandi, seu nominandi personam idoneam ad* D *dictum monasterium, dum pro tempore vacat, ad ipsum, eorumque posteros legitimè pertinere, cessioni, & aliis præmissis, habita illorum notitia, se opposuissent; ac eidē monasterio de alicujus persona aliquē ad ipsorum præsentationem, seu nominationem, aut saltem de eorum consensu provideri, vel aliter de illo disponi non posse, neque debere contenderent. Nos de monasterii prædicti, illiusque bonorum, & rerum statu, etiam qualitate, necnon prætenso jure patronatus, & præsentandi, vel nominandi hujusmodi voluimus edoceri, & inter alia deprehendimus monasterium prędictum civitati Venetiarum finitimum, & competentibus redditibus dotatum, & pro tempore existentem Patriarcham Venetiarum, illiusque regimini, & administrationi, tam in spiritualibus, quam in temporalibus utilem, & commodum existere, & propter facultatem suæ mensæ Patriarchalis augustam, & pro loci, & personæ dignitate, sine fructuum ipsius monasterii subventione decenter sustentari,*

nou

non posse; & licet juspatronatus hujusmodi legitimè verificatum non existeret. vacatione tamen ipsius monasterij occurrente, desuper dubitari, & graves lites, & controversias multis difficultatibus obstructas oriri posse.

Quocirca nos, qui dudum inter alia voluimus, quod petentibus beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur expedire verum annuum valorem, & beneficij, cui aliud uniri peterent, & semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, quique etiam decernimus, & intentionis nostrę esse declaramus, quod deinceps per quascunque gratias, seu literas Apostolicas pro mandatis, & declarationibus quibusvis etiamsi motu proprio, & ex certa scientia à nobis emanarent, nulli jus sibi quæsitum quomodolibet tollerent, his, & aliis nobis magis notis suadentibus causis, litium, & controversiarum anfractibus obviare, ac prædicti Joannis, & pro tempore existentis Patriarchæ Venetiarum congruæ subventioni, monasteriique hujusmodi salubri directioni consulere, necnon dilectis filiis nobilibus viris B *Duci, & Reip. Venet. quorum inveteratum erga nos, & Sedem Apostolicam devotionis, & reverentiæ studium, grati animi propensione jugiter amplectimur, rem gratam, & acceptam facere cupientes, necnon quarumcunque unionum, annexionum, & incorporationum eidem mensæ Patriarchali hactenus factarum tenores, illiusque fructuum, redditum, & proventuum annuum valorem; verumq; & ultimum dicti monasterij vacationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio, & in corpore juris clausa resultet, præsentibus pro expressis habentes motu, & scientia similibus, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, juspatronatum, & præsentandi, seu nominandi personam idoneam ad dictum monasterium, Paulo, & Vincentio, eorumque posteris, & suæ familiæ ejusmodi, ut præfertur, vel aliter quomodolibet minime competisse, nec competere Apostolica authoritate declaramus, illudque penitus, & omnino supprimimus, extinguimus, & abrogamus, ipsumq; monasterium ab illo liberum, & exemptum esse, & fore decernimus,* C *necnon prædictum monasterium, à quo hodie per alias nostras literas certam partem illius bonorum, & jurium dismembravimus, & separavimus, illique certum Prioratum per nos erectum subjectis modo, & forma tunc expressis applicavimus, & appropriavimus prout in dictis literis plenius continetur, cujus, & illi forsan annexorum fructus, redditus, & proventus ad ducentos, & octaginta florenos auri ante dismembrationem prædictam in libris Cameræ Apostolicæ taxari imponuntur, secundum vero communem extimationem quatuor millium ducatorum auri similium, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut accipimus, non excedunt, illiusq; Abbatialem dignitatem, cum omnibus, & singulis annexis, juribus, obventionibus, emolumentis, proprietatibus, bonis, jurisdictionibus, & pertinentiis suis, exceptis dumtaxat bonis, & juribus, ut præfertur, dismembratis prædictis eidem mensæ Patriarchali dicti Joannis Patriarchæ, ad hoc expresso accedente consensu, etiam* D *perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Itaque liceat ipsi, & pro tempore existenti Patriarchæ Ven. prædicti monasterii, illiusq; regiminis, & administrationis, ac reliquorum bonorum, ac proprietatum hujusmodi, corporalem, realem, & actualem possessionem per se, vel per alium, seu alios mensæ Patriarchalis hujusmodi nomine, propria authoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumq; fructus, redditus, & proventus, jura, & obventiones, ac emolumenta quæcunque percipere, exigere, & levare, ac in suos, mensæq; Patriarchalis, & monasterij hujusmodi usus, & utilitatem convertere; necnon omnia, & singula prioratus, præposituras, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum clericalia ad collationem, provisionem, præsentationem, institutionem, electionem, & confirmationem, & quamvis aliam dispositionem pro tempore existentis Abbatis dicti monasterii quomodolibet spectantia, personis idoneis conferre, & de illis etiam providere, similesq; personas ad illam præsentare, & eligere, & præsentatas, & electas instituere, & confirmare, necnon monasterium, illiusq; res, & bona hujusmodi tam in spiritualibus, quam in temporalibus regere, & gubernare, ac sedem, locum, ac præeminentiam Abbatis tam in choro, quam in capitulo, & conventu, & aliis quibusvis publicis, & privatis actibus ipsius monasterii habere, & ibidem præsidere, cæteraq; omnia in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna facere, & exequi in omnibus, & per omnia, prout ipsius monasterii Abbates, qui pro tempore fuerunt, & exequi potuere, seu etiam debuerunt, cujusvis licentia desuper minimè requisita, curam, regimen, & administrationem ipsius monasterij eidem Patriarchæ pro tempore existenti in eisdem spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Decernentes unionem, annexionem, incorporationem, & alia præmissa, ac præsentes literas* B *sub quibuscunque revocationibus, suspensionibus, vel derogationibus similium, vel dissimilium gratiarum, per sedem ipsam quomodolibet faciendarum, non comprehendi, sed ab illis semper exceptas esse, & quoties illas suspendi, revocari, aut eis derogari contigerit, toties etiam sub posteriori datas, per eos, quorum intererit, eligendo de novo concessas, ac in pristinum statum restitutas, & ad hoc, ut sub revocationibus, suspensionibus, ac derogationibus ejusmodi minime comprehendatur; ex nunc vere, & non ficte suum plenarium, & integrum effectum sortita esse, illaque non de vacaturo, sed de vacante monasterio ejusmodi facta, & per illa vere, & non ficte jus plenum in re, & ad rem acquisitam existere, & Patriarcham per tempora existentem, etiam regulis de non tollendo jure acquisito, ac de annuali, & trieanali possessionibus gaudere debere, ac præsentium literarum suspensiones, revocationes, derogationes, & alias contrarias dispositiones, pro novis illarum concessionibus, & restitutionibus habere, &* C *censere, minusq; easdem præsentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu institutionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, annullari, aut ex eo, quod nulla, aut minus justa, & legitima causa subsistente, ac extra Concistorium emanarint, causaq; ipsæ juris ordine servato, & coram loci ordinario, vel alibi examinatæ, & justificatæ, aliterq; præsentibus literis expressa, vel exprimen. probata, & verificata, & alii, quorum interest, vocati, & auditi non fuerint, nec illis consenserint in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcunq; juris, facti, aut gratiæ remedium impetrari posse, sed illas, & in eis contenta quæcunq; valere, & plenam roboris firmitatem obtinere, ac perpetuo inviolabiliter observari debere, in omnibus, & per omnia perinde, ac si de unanimi venerabilium fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium consilio, & consensu concistoriali, ut moris est, servatis quibuscunque servandis emanassent, & quæcunque* D *ad illarum valetudinem, efficaciam, & perpetuitatem quomodolibet requisita formaliter, & individue nihil omisso intervenissent, ac observata, & facta fuissent, sicque per quoscunque Judices, & causarum palatii Apostolici Auditores, ac prædictos Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debeat, irritum quoque, & inane si secus super his, à quocunque quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, voluntate, ac intentione, & declaratione nostes predeces. necnon Lateranen. novissime uniones perpetuas, nisi in casibus a jura permissis, aut extra Concistorium fieri, aut Turonen Conciliorum uniones perpetuas beneficiorum fieri, & beneficia unius beneficio, seu loco alterius diæces. uniri prohibentium, ac fel. mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cavet, ne quis extra suam civitatem, vel diœcesim, nisi*

A *in certis exceptis casibus, & in illis ultra dietam, ac fines suæ diœc. ad judicium evocetur, seu ne Judices à Sede Apostolica deputati, extra civitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere quoquomodo audeant, vel præsumant, & in Concilio generali, editas de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus, & etiam in universalibus Conciliis editis spiritualibus, ac generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon monasterii, & ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis, coram Abbatibus, conventibus, superioribus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibuscunque derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritationibus, & aliis de-*
B *cretis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem, & motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & etiam consistoriali, & contra uniones, annexiones, & incorporationes perpetuas, dismembrationes, & separationes, etiam aliter quomodolibet in genere, vel in specie concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio addenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliter in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat motu, & scientia paribus, specialiter, & expresse derogamus, quodque monasterium prædictam extra civitatem, & diœc. Ven. consistat, contrariis quibuscunque. Volu-*
C *mus autem, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, monast. prædictum debitis non defraudetur obsequiis, sed illius, & dilectorum filiorum conventus congruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, suppressionis, extinctionis, abrogationis, unionis, annexionis, incorporationis, derogationis, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1587. Idibus Martii, Pontificatus nostri anno tertio. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dilecti filii Joannis, & pro tempore existentis Patriarchæ*
D *Ven. desuper fueritis requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciatis authoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter observari, ipsumque Joannem, & pro tempore existentem Patriarcham Venet. unione, annexione, & incorporatione, & aliis præmissis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, unquam à quibuscunque indebite molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, & legitimas super his haberi, servatis processibus, sententias, censuras, pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si dilectis filiis, conventui, & vassallis dicti monasterii, vel quibusvis aliis communiter, ac divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indultu hujusmodi mentionem.*

Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarn. Dominicæ 1587. Idibus Martii, Pontificatus nostri anno 3.

(,, *Antequam ad Patriarchalem sedem evaderet*
,, *sequens Laurentius Priolus concessit Sixtus V.*
,, *summus Pontifex 30. Decemb. 1590. ut Venetia-*
,, *rum Clerici possent ad sacros ordines promoveri,*
,, *beneficii, pensionis, seu patrimonii titulo licet ca-*
,, *rentes, dummodo alicujus Ecclesiæ servitio es-*
,, *sent adscripti, sequens Bulla.*
,, Ven. fratri Patriarchæ Venet. Sixtus Papa V.
,, Ven. frater salutem, & Apostol. benedictionem.
,, Romanum Pontificem, quem Dominus Eccle-
,, siæ suæ sanctæ præesse, & prodesse voluit,
,, assidue invigilare decet, ut in Ecclesiis magna-
,, rum præcipue civitatum non desint, qui ministe-
,, rio divino ascripti ad Dei gloriam, & hominum
,, religionem augendam designentur. Relatum si-
,, quidem nobis nuper fuit in ista civitate Venetia-
,, rum nobilium, & populi frequentia celeberrima
,, perpauca esse beneficia, sub quorum titulo mul
,, ti pauperes Clerici patrimonii sufficientis titulo
,, carentes juxta constitutionem nostram possint
,, promoveri. Hos igitur singularum Ecclesiarum
,, particulariter id exposcentium necessitatibus,
,, utilitatibusque providere desiderantes, fraterni-
,, tati tuæ, ut omnes, & singulos dictæ civitatis
,, Clericos, qui vita, moribus, ætate, legitimi-
,, tate, & aliis qualitatibus à jure requisitis per te
,, idonei reperti fuerint, etiamsi titulo beneficii
,, Ecclesiastici, vel pensionis annuæ non sint pro-
,, visi, aut patrimonialia, aliaque bona non pos-
,, sideant, dummodo alicui Ecclesiæ dictæ Civita-
,, tis de consensu ejusdem Ecclesiæ Rectoris fue-
,, rint ascripti, pro celebratione Missarum & di-
,, vinorum officiorum, ex quorum servitio, ac
,, eleemosynis à piis Christi fidelibus elargiendis
,, aliquid ad sustentationem victus capere possint,
,, & ab eadem Ecclesia, cui ascripti fuerunt, nul-
,, lo umquam tempore amoveri, vel ipsi ab ea re-
,, cedere possint, & debeant, nisi illis de compe-
,, tenti beneficio, aut pensione super fructibus Ec-
,, clesiasticis assignanda provisum fuerit, vel ita
,, eorum exigentibus demeritis ab ipsa Ec-
,, clesia amovendi veniant, ad quatuor mino-
,, res, nec non sacros etiam presbyteratus Ordines
,, debitis temporibus, servatisque Concilii Triden-
,, tini decretis promovere libere & licite valeas,
,, licentiam Apostolica auctoritate tenore præsen-
,, tium concedimus, & facultatem, prædicta, ac
,, quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationi-
,, bus Apostolicis, cæterisque contrariis non ob
,, stantibus quibuscumque.
,, Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Pis-
,, catoris die 30. Decemb. 1590. Pontificatus no
,, stri anno 5.)



15 LAURENTIUS *Priolus*, Joannis filius, Patritius Venetus, cum generis claritudine, tum pro publica Veneta re strenuis obitis legationibus ad Magnum Etruriæ Ducem, Reges Hispaniarum, LXV


ac

ac Galliæ, Pontificesque Maxx. Gregorium XIII. ac Sixtum V. clarissimus vir, Patriarchalem sedem est assecutus, Gregorio XV. sedenre anno 1591. mense Januario. A sæculi negotiis ad ecclesiasticam dignitatem, Dei nutu, vocatus, gregis dilecti saluti mirifice profuit, zelo sacro percitus, læsis clericorum moribus sanandis operam navavit, collapsam fere disciplinam ecclesiasticam erexit, sacrarumque suæ ditionis Virginum instituta, prisco nitori restituenda curavit, disciplinam reddidit meliorem. Ardua negotia pastorali pectore, acri judicio feliciter perfecit; synodns diœcesanas bis celebravit, constitutiones saluberrimas edidit, clericorum Seminario ædes attribuit, eorumque studia vigili cura provexit, clericos omnes spiritualibus ornamentis, & Theologiæ moralis scientia excultos esse voluit: quem deinde Clemens VIII. senatoria purpura decoravit anno 1596. acceptoque Romæ roseo pileo, titnlove S. Mariæ Transpontinæ, cum acclamatione bonorum, reversus est in patriam, Ecclesias restauravit, templique Patriarchalis faciem adduxit, ut viator in templi facie legere potest.

Domus Dei ædificata super firmam petram in longitudine dierum anno sal. MDLXXXXVI. Clemente VIII. Pont. Max. Laurentii S. R. E. Cardinalis Priuli Patriarchæ Venetiarum pium monumentum anno sui Patriarchatus sexto, Marino Grimano Duce Venetiarum.


B. Laurentii Justiniani lipsana ex urna ad insignem aram ecclesiastica pompa religiose transtulit. Sedem sibi commissam ita administravit annis novem, ut optimi Pastoris in paucis famam promeruerit. Anno 1600. excessit è vivis die 26. Januarii, cineribus in Patriarchali æde locus sepulturæ datus, ubi hæc in marmore prostant verba.

Laurentii S. R. E. Card. Priuli Patriarchæ Veneti pium monumentum anno sui Patr. VI. Marino Grimano Duce Venetiarum.



LXVI 16 MATTHÆUS Zane, Venetus, Patritii generis ad eandem Sedem promotus est anno 1601. Quatuor annos hanc administravit Ecclesiam, decessitque cum fama virtutis, ac vigilantiæ eximiæ anno 1605. Jacet in Patriarchali Ecclesia sub magno marmoreo lapide hoc brevi epitaphio insculpto.

Ossa Matthæi Zane Patriarchæ Venetiarum.
Obiit MDCV. IX. Kal. Augusti.



LXVII 17 FRANCISCUS Vendramenus ex familia

A virorum Senatorii ordinis apud Venetos secunda, quæ dedit olim Andream magnum lumen, qui clavum Reipublicæ tennit. Is præclara inter Senatores pro patria obtinuit munera, deinde in sublimiorem ordinem divinitus evocatus Patriarcha electus est, & à Paulo V. Pontifice confirmatus anno 1608. die 22. Maii. Quem Reipub. legatum prudentia, eloquentia, & senatoriis aliis virtutibus ornatum agnovere Dux Sabaudiæ, Hispaniarum, Gallorumque Reges, Cæsar, & supremus Ecclesiæ Pastor Romanus Pontifex. Venetus Populus pastorem pium, prudentem, benignum, à fastu alienum, in pauperes liberalem expertus est. Tantum virum Paulus V. Pontifex Max. dignum censuit, quem Cardinalitio galero exornaret, atque magnificaret anno 1616. Apud suos pie cessit è vita Presb. Cardinalis tit. S. Joann. ante portam Latinam, plenior gloria, quam ætate anno 1619. die 7. Octobris. Cadaveri Venetiis in Patriarchali templo tumulus fuit, nulla proloquente inscri-
B ptione; proloquitur tamen ejus pietas, & devotio erga sacratissimam Deiparam Virginem, cujus miraculosam imaginem ex prophanis ædibus in sacrum Virginum templum D. Mariæ Formosæ solemni ritu, ornatuque transtulit, ubi hæc extat inscriptio à Francisco Pola Veronensi eruditissimo viro concinnata.

Testimonium hic esto immortale propensi huic domui cæli in hac parietis parte depictum Mariæ Virginis matris simulacrum suum præstantissimum numen variis eximiis miraculis significavit, probavit; quod uti religiosius coleretur, & sanctius Franciscus Vendraminus Patriarcha circumspectissima sanctione ex hisce privatis præfatis ædibus ad illam publicam sacram ædem, quæ Formosæ Mariæ dicata est, rite transferri curavit, ad aramque donatam collocari

CIↃ. IↃ C. X.

C *Aloysius hunc* F *Donatus titulum*
memoriæ causa, & venerationis.



D 18 JOANNES Theupolus Venetus, ex ordine Senatorio, cum esset S. Marci Primicerius, Venetiarum Patriarcha evasit anno 1619. die 20. Novembris. Hic præcipua pietate, ac pastorali cura enituit, adeoque recondita, ac salutari doctrina, ut ea ingenii monumenta producere potuerit, quæ illius numquam desituram famam extendant ad posteritatem. Pie, ut vixerat, decessit an. 1632. die 7. Octobr. testamento condito sepulchrum habuit in æde Patriarchali. Si quæris quid sibi velint litteræ quatuor repositæ ad tumulum D. D. D. D. cogita *Domini Dilexi Decorem Domus tuæ*. Meminit Joannis amicus noster eruditus & pius Hippolytus Maraccius Cong. Regularium Matris Dei alumnus in bibliotheca Mariana, ubi ejusdem in Beatissimam Virginem Mariam recensuit edita monumenta, quem virum insigni doctrina, & religiosis moribus conspicuum vocat. Ejusdem elogium scripsit doctus Abbas Hieronymus Ghilli- LXVIII.

nus Alexandrinus in suo theatro, recensuitque monumenta ejus hactenus edita.

LXIX 19 FEDERICUS S. R. E. Cardinalis Cornelius, ubi Vicentina Ecclesia de retinendo, Patavinaque de acquirendo eminentissimæ virtutis Episcopo decertare videbantur, Joanni Theupolo Patriarcha Venetiarum sæviente pestilentia ab humanis ad cælum evocato successit; liberata autem civitate, omnium ordinum acclamatione, & cleri pompa longe de more solemniori sedem Patriarchalem ingressus anno 1632. dejectam Ecclesiam in spem felicitatis erexit. Pro salute communi Deo Optimo Max. gratias pie egit, votum solvit, & marmoreis tabulis, supra relatis, testimonium reliquit in Cathedrali. Castellanam Principis Apostolorum Basilicam Cathedralem à D. Magno Episcopo extructam, à prædecessore Theupolo in meliorem faciem redactam instruxit, & solemni ritu sacravit, ut marmorea tabula ibidem proloquitur.

Federicus tit. S. Marci S. R. E. Presb. Card.
Cornelius Patriarcha Venetiarum Dalmatiæque Primas Castellanam Principis Apostolorum Basilicam à D. Magno Episcopo extructam in amplissimi templi forma religiosa Jo. Patr. Theupoli munificentia redactam instruxit. Francisco de Grassis Clod, & Vinc. Milano Caprul. Episcopis suffraganeibus solemni ritu consecravit, sacro reliquiarum thesauro ditavit, Sacrarium, & D. Justi M. sacellum collapsa restituit. Anno sal. MDCXLII. dedic. die xii Sept. qua visitantibus templum ipsum quotannis centum dierum indulgentiam concessit Urbanus VIII. Pont. Max. Franc. Ericio Duce Venet.

Pia sua liberalitate Federicus pro conventualis missæ in Cathedrali celebratione annuam eleemosinam tribuit, cum antea pro capitularis mensæ tenuitate, quotidiana essent incommoda in Divinis. Palatii Patriarchalis ædes in augustiorem formam redegit. Cancellariæ archivum contagiosæ luis, & temporis injuria profusum summa diligentia composuit, distinxit, amplificavit, cancellariam exornavit, constructo prope oratorio sub invocatione S. Ivonis pauperum advocati, quorum pariter advocatum, cum antea non haberetur in curia, quotannis eligi mandavit. Post demolitionem ædium Seminarii, ad D. Mariæ Salutaris Basilicam Senatus ex voto ob luem ibidem ædificandam alias assignavit Abbatiæ scilicet S. Cypriani de Murano, Joannis Trevisani Abbatis, & Patriarchæ cura mensæ Patriarchali perpetuo unitæ, ubi prostratum clericorum collegium denuo erexit, & nobilium adolescentum Academiam, præcessoris studio erectam, pestis vero insolentia dejectam, & incultam, restituit, & diutino zelo, ac vigilantia juventutis animos literarum, ac pietatis studiis excoli curavit, tantæ rei institutum fovit, & admovit, adeo ut Muriani habitatio alias patrimonialis ad id statis diebus in delitiis potissimum haberi videretur, non tam animi gratia, quam ad uberiores spirituales fructus in vinea Domini colligendos. Cum vero intelligeret pius Pastor ob Patriarch. palatii residentiam in extrema urbis parte positam, ac populi commoditati parum accomodatam, deligendum esse per Patriarchas ex visitatione Apostolica locum aliquem in medio civitatis, ubi duobus saltem diebus in hebdomada viros spirituales, & quosvis alios cupientes admitterent, & paterna erga omnium generum homines charitatem, & rationem exhiberent, Palatium residentiæ etiam aliud perpetuum habuit apud S. Paulum, quod erat Joannis Cornelii Venetiarum Principis, & parentis optimi, adeo ut omnia omnibus, & regia supellectile, & familia ubique residere videretur, & Patriarchalem ipsam dignitatem amplificare ad excubandum in gregem, cujus salutem dicebat Christum pariter operatum in medio terræ.

In universi cleri studiis, populi cura, & disciplina ecclesiastica promovendis, in divinorum officiorum, sacrarum actionum omnium, & rituum recta ratione restituenda, & retinenda, totus fuit, sacrorum ordinationem statis ab Ecclesia temporibus nullam omisit, quin initiandorum, minorum etiam puerorum examini mira sollicitudinis charitate, & zelo pertinaci patientia personaliter assistere semper solitus erat; maxime curandum ajebat de novæ sobolis delectu, & eruditione ad redimendam contagii perniciem, & ad antiquam si minus esset idonea sine remedio magis opportuno, coadjuvandum; adeo ut ejus aula perpetuum virtutis gymnasium fuerit, & eruditis, piisque viris Ecclesiam suam brevi ornaverit. Pro Republica apud Urbanum VIII. speciali expeditione egit ad Alexandri Papæ III. elogium in aula regia Vaticani restituendum, quod ab Innocentio X Pont. Max. successore feliciter ad ipsius Reip. gloriam impetravit. Venetiarum Ecclesiæ præfuit ad annum usq; 1644. qui ingravescentis ætatis, & podagræ impedimento vexatus in exercitio Patriarchalis sollicitudinis, bene Ecclesia jam ordinata, de successore cogitavit, & ab Ecclesiæ vinculo absolutionem impetravit, summo urbis, & Cleri mœrore, ut in publica marmorea tabula, eorum de abscessu optimi Antistitis mœstitiam perpetuo testatam voluerunt, quæ cæterarum etiam ejus virtutum testimonium perhiberet.

Federicus tit. S. Marci S. R. E. Presb. Card.
Cornelio urbis Patriarchæ religiosissimo, Joannis Cornelii celebratissimæ memoriæ Venetiarum Principis optimi pietatis studio, moderatione animi nato dignissimo, mira dexteritate, amplitudine, prudentia, vigilantia, clementia, tota virtute eminentissimo Pastori, Patrono, Patri benemerenti; ab Ecclesiæ Patriarchalis vinculo, cujus dignitatem ornavit, Apostolica impetrata auctoritate, ad ecclesiasticæ Reip. ampliora commoda absoluto communis mœroris, & amoris, publicæ fastaræ immortale simulacrum, mansuræ tutelæ, summæ beatitudinis æternum votum Clerus Venetus addictissimus, mœstissimus P. P.

Cæterum optimus purpuratus Princeps, senio, virtute, ac prudentia venerabilis, clarus meritis vivit in Romana aula, dignus quippe ut Nestoreos expleat annos ad Reip. Christianæ decus, & ornamentum, in cujus modo laudem satis fuisset dicere, æmula virtute referre magnum illum Federicum Cornelium seniorem, & quinque alios ejus clarissimæ gentis Cardinales amplissimos, quorum simulacra nuper idem Federicus exhibuit in nobili pulcherrimoque sacello Divæ Teresiæ sacro, ab ipso excitato Romæ in ecclesia S. Mariæ apud Victoriam, ubi & sepulchrum sibi vivens paravit hoc addito epitaphio.

Federicus S. R. E. Cardinalis Cornelius
Joannis Venetiarum Ducis filius
à Clemente VIII. inter Apostolicæ Cameræ
Clericos adlectus,
à Gregorio XV. Bergomatum infulæ,
ab Urbano VIII. Romanæ purpuræ admotus,

mox


mox Vicentinus Antistes,
tum Patriarcha Venetus creatus,
cum postremum hoc munus altera voluntate
susceptum sua deposuisset,
depenendi quoque corporis memor D. Teresiæ
immortalem aram
sibi ante aram tumulum mortalitatis suæ
custodem posuit,
atque in partem obsequii erga Virginem
Discalceatorum matrem
vocatis cum parente sex aliis ex Cornelia gente
Cardinalibus
inducens pro exuviis corporum spirantia
vultuum simulacra,
previdit vivens quomodo extinctus obsequium
æternaret
Anno salutis MDCXLVII. *ætatis suæ* LXVIII.



LXX 20 JOANNES Franciscus Maurocenus summo apud Venetos sanguine natus, Jo. Francisci Mauroceni ex fratre nepos, Abbas secularis, magnæ auctoritatis, & prudentiæ vir, summa omnium consensione Patriarcha renunciatus anno 1644. Pergit in dies tot sacrorum Præsulum gentis suæ clarissimorum acta imitari, & singulari pietate, & diligentia creditam sibi ecclesiam administrare, cui Nestoreos annos precamur.

ADDITIO.

,, *In bene formando Clero, & largissime profun-*
,, *dendo ære decessoris sui, alterumque majorum præ-*
,, *clara gesta æmulatus 34. annos cum præfuisset fa-*
,, *tocessit an. 1678.*



LXXI ,, ALOYSIUS *Sagredo, nobili apud Venetos*
,, *sanguine natus, in presbyteratus ordine dum esset*
,, *constitutus, suæque virtutis in multis præclara*
,, *exhibuisset experimenta, Patriarchatus hujus*
,, *onus obtinuit 3. Octob. 1678. Decem regiminis un-*
,, *nos exegit dignissime, excessitque 1688.*

LXXII ,, JOANNES *Baduarius, ex nobilissima per-*
,, *vetustaque Participatia familia Venetiis natus,*
,, *exacta pueritia, ad Albertum Baduarium Cremo-*
,, *mensem Antistitem patruum suum se contulit, quò*
,, *ejus animus præstantissimi exemplaris intuitu ad*
,, *omnem pietatem, atque virtutem informaretur.*
,, *Clericalem cum assumpsisset habitum, Cremensis*

A



,, *Cathedralis Archidiaconus primùm effectus est, ac*
,, *S. Petri de Colle Abbas Commendatarius, Pata-*
,, *vinus deinde Canonicus, & mox D. Marci Primi-*
,, *cerius. Qui in munere morum honestate, pruden-*
,, *tia, ac pietate tantam collegit gratiam, ut à Ve-*
,, *neto Senatu dignus habitus sit, qui in sublimiori*
,, *throno, Patriarchali videlicet sede collocaretur*
,, *16. Septemb. 1688. Quantos autem in optima mune-*
,, *ris suscepti administratione labores exantlarit,*
,, *mirum, præ oculis solum & semper habens Dei*
,, *maximi honorem, atque sibi concreditarum ani-*
,, *marum salutem. Præcipua vero ejus cura fuit in*
,, *restituendo clero debito nitori atque dignitati: il-*
,, *lum enim & arguendo & obsecrando ad puriorem*
,, *vivendi normam, atque ad Ecclesiasticam discipli-*
,, *nam religiose servandam traduxit, scandala ubi-*
,, *que evellens, & corrigens, qui inoleverant, abu-*
,, *sus; doctrinis quoque excolendum curavit apertis*
,, *ludis litterariis, & in proprio Palatio duabus Aca-*
,, *demias, quarum altera* de' Teattenuti *appellata*
,, *est, altera S. Caroli Congregatio. Neque defuit*
,, *Christianæ fidei rudimentis non pueris tantum,*
C ,, *sed adultis etiam propinandis, Idiotarum Cate-*
,, *chismo in publicis Ecclesiis instituto, & delectis*
,, *ubique eruditis Clericis, atque presbyteris, qui*
,, *præcipua nostræ religionis mysteria rudi populo*
,, *enuclearent. Domum pœnitentium mulierum,*
,, *quas undique conquisitas è libidinis cœno ad melio-*
,, *rem frugem pertrahere ab aliquibus matronis,*
,, *piisque viris adjutus sollicite contendebat, erexit:*
,, *D. Laurentii Justiniani cultum promovit, in octo*
,, *Sancti festum proxime sequentes dies Dominicos*
,, *producta in Cathedrali ejus solemni memoria: SS.*
,, *Eucharistiæ Sacramentum ut augustiori pompa in-*
,, *firmis deferretur illud singulis prope diebus ce-*
,, *reum accensum in manibus gerens prosequi solitus*
,, *curavit. Pauperibus charitatis viscera adeo ex-*
,, *pandit, ut in ipsis fovendis amplissimos redditus*
,, *hilariter profunderet. Infirmos, quocumque vo-*
,, *caretur, & sua præsentia, & impertita piacula-*
,, *ri benedictione nunquam destitit consolari. Labo-*
,, *rum ultra quàm ejus corporis constitutio ferret pa-*
D ,, *tientissimus nihil unquam omisit, quod ad*
,, *majorem Dei gloriam, gregisque sui spiritua-*
,, *le emolumentum conducere videretur. Jam-*
,, *que decem & octo annis summa pietatis fama*
,, *Venetam Ecclesiam rexerat Joannes, cum Cle-*
,, *mens XI. die 17. Maii 1706. illum in sacrum Car-*
,, *dinalium cœtum cooptavit, atque ad Brixiensem*
,, *transtulit cathedram, collacrymantibus præ læ-*
,, *titia simul ac mæstitia Venetis, qui suum Pasto-*
,, *rem & ad tantum evectum gratularentur hono-*
,, *rem, & sibi ereptum condolerent. Non parum il-*
,, *li Brixiæ fuit elaborandum in evellendis errori-*
,, *bus, quibus impius Beccarellus urbem, atque*
,, *diœcesim late infecerat, ad cantandam publice*
,, *palinodiam coacto falsorum dogmatum auctore,*
,, *brachioque sæculari post decretum illi perpetuum*
,, *carcerem tradito. Virtutibus, meritisque onustus*
,, *animam Deo reddidit 17. Maii 1714. non sine ma-*
,, *gna sanctitatis opinione.*



LXXII. „ PETRUS *Barbadicus, clarissimo apud Venetos ortus loco, cum insitum à natura in pietatem proclivem animum sortitus esset, adolescens literis, optimisque disciplinis excultus clericali militiæ nomen dedit. Coadiutor Canonicus in Patavina Cathedrali Ecclesia adscitus primum inibi altioris dignitatis jecit fundamentum. Primicerius deinde S. Marci creatus quoddam veluti in illo munere strenue obeundo amplioris Ecclesiasticæ præfecturæ illustre posuit tyrocinium; udeoque in demandata provincia eximie administranda inclaruit, ut translato ad Brixiensem infulam Badueio gravissimum Patriarchalis sollicitudinis onus ejus dorso fuerit impositum, Numine quidem sese aperte prodente. Æstuabant etenim Comitia pro eligendo novo Pontifice, cumque Petro proposito ad colligenda suffragia urnæ emitterentur, Columba repente totam semel atque iterum circumvolitans aulam tandem super humerum Joannis Barbadici Petri fratris, qui electores inter assederat, conquievit, manumque extendenti sese ultro capiendam obtulit, quæ deinde in monasterio Monialium Spiritus Sancti usque ad obitum servata fuit. Rei novitate permoti Patres omen accepere, datisque calculis in Petri electionem convenere die 8. Maii anno 1706. renunciatum Antistitem lubentissime approbante Clemente XI. die 25. Junii ejusdem anni. Inauguratus est die 5. Septembris sacrum munus peragente Eminentissimo Georgio Cornelio Cardinali, & Episcopo Patavino, adstantibus Jo. Francisco Barbadico Veronen. & Marco Justiniano Torcellano Episcopis. Solemnem autem sedis possessionem ingenti totius Cleri, populique plausu cum inisset die 12. Septembris proximè secuti, nihil e vestigio omisit, quod ad reformandos Cleri mores, ad Ecclesiasticam restaurandam disciplinam, & ad augendum religionis sibi commissæ cultum, & nitorem proficere videretur. Manum deinde admovit repetendis Ecclesiæ suæ juribus; pro quibus cum diu multumque nullis parcens expensis decertasset, ovicit tandem, ut illæsa sibi, suisque successoribus perpetuo remanerent. Et ne ulla illustris facti soriem o posterorum memoria ætas aboleret, illam in Patriarchalis palatii aula in marmore descriptam apponi curavit. Lustratis denique diligenter sibi subjectis Ecclesiis synodum indixit, & celebravit saluberrimis editis sanctionibus, quæ e Caroli Bonarrigi prælis lucem aspexere. Pergit autem optimus Antistes in gregis, & Ecclesiæ suæ commodum omnem curam, atque sollicitudinem impendere, utque diu, ac incolumis præsit, prositque, Deum optimum deprecamur.*

PRIMICERII
S. MARCI.

SEries Primiceriorum Ecclesiæ Ducalis S. Marci, quorum memoria extat in monumentis ejusdem Ecclesiæ ab an. 1180. ad nostram usque ætatem.

Dignitatem instituit Joannes Baduarius Venetiarum Dux anno Domini 829. (t)

(„ *Joannes presbyter Primicerius Ecclesiæ B.* I.
„ *Marci subscripsit an. 982. donationi insulæ S. Geor-*
„ *gii Monachis Benedictinis ex documento supra ci-*
„ *tato col. 1202.*
„ *Capuanus presbyter, & Primicerius complevit* II.
„ *quamdam permutationis chartam stipulantibus*
„ *Maria relicta Joannis Monetario, & Joanne Mar-*
„ *zano plebano S. Moysis an. 1038. ut ex documento in*
„ *ejusdem ecclesiæ chartalario adservato.*
„ *Bonoaldus Primicerius S. Marci subscripsit an.* III.
„ *1152 sententiæ ad favorem plebani & Ecclesiæ S.*
„ *Mariæ de Muriano, ut infra in Torcellanis c. 1376.)*
1 Benedictus Faletrus Venetus, electus an. 1180. IV.
primus est Primiceriorum, quorum extet memoria.
(„ *An. 1201. ad Patriarchatũ Gradẽsem evectus est.)*
(„ *Simeon Andradus videtur Faletro successisse.* V.
„ *Ejus memoria ad an. 1205. habetur in Catalogo*
„ *Benefactorum Monasterii Benedictini Padolironis*
„ *Mantuani, qui Catalogus legitur in fine Evange-*
„ *listarii eodemmet anno scripti, & à Comitissa Ma-*
„ *thilde eidem donato monasterio. Codex extat pe-*
„ *nes doctissimum virum Jo. Baptistam Recanatum*
„ *nobilem Venetum.]*
2 Andreas Canalis Venetus electus an. 1208. VI.
3 Leonardus Quirinus Venetus ao. 1229. („ *Pa-* VII.
„ *triarcha Gradensis an. 1238. evasit.)*
4 Jacobus Belegous Venetus an. 1251. cui ac successoribus Innocentius IV. indulsit usum pontificalium. („ *Tenor Bullæ est hujusmodi.*
„ Innocentius Episcopus servus serv. Dei dilecto
„ filio Primicerio Ecclesiæ S. Marci de Venetiis salutem & Apostolicam benedictionem. Consuevit interdum Apostolica sedes Ecclesias honorabiles, & personas conspicuis decorare insigniis, & speciali privilegio gratiæ honorare: quia dum membra sic in suo capite insigniri merentur, ipsum quoque caput & splendidius fulget in eis, & ab ipsis & aliis devotius etiam honoratur. Attendentes igitur, quod Ecclesia S. Marci de Venetiis, ut nobile in corpore universalis Ecclesiæ membrum pro grandi devotione dilectorum Venetorum, quam semper ad sedem habuerunt, Ideo & sacrosancta Romana Ecclesia, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & magistra digna inter omnes honore meretur eximio exaltari, nos dilectorum filiorum nobilis viri ducis, & eorumdem civium Venetorum devotis supplicationibus inclinati tibi, tuisque successoribus, ut mitra, & annulo ac baculo pastorali uti deinceps temporibus congruis libere valeatis auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo &c.
„ Dat. Mediolani 4. Kal. Aug. Pont. nostri an. IX.
(„ *Leonardus Quirinus secundus erat S. Marci* IX.
„ *Primicerius an. 1281. si credimus Zabarellæ in*
„ *historia familiæ Quirinæ pag. 68.]*
5 Petrus Corearius Venetus 1284. X.
6 Simeon Maurus Venetus 1287. („ *Inde Castel-* XI.
„ *lanus Episcopus.)*
7 Bartholomæus Quirinus Venetus ann. 1292. XII.
(„ *Seu potius an. 1291. Et hic paulo post Castellanus*
„ *Episcopus electus est.)*
8 Marcus Paradisus an. 1294. („ *Vel melius an. 1293.)* XIII.
9 Matthæus Venerius Venetus 1326. XIV.
(„ *Constantinus Lauretanus erat D. Marci Pri-* XV.
„ *micerius an. 1331. quo Angelus Castellanus Episco-*
„ *pus composuit lites inter ipsum & Petrum Scuta-*
„ *rium S. Geminiani plebanum vertentes. Vidimus*
„ *documentum in tabulario ejusdem Ecclesiæ S. Ge-*
„ *miniani. Anno 1343. Cittanovanus Episcopus*
„ *fuerat renunciatus, licet ejus electionem reproba-*
„ *rit summus Pontifex, ut dicemus in X. tomo, ubi*
„ *de Episcopis Civitatis novæ.*
„ *Joannes Boniolus, Legum Doctor, vivebat an.* XVI.
„ *1347. memoraturque in documento quoddam An-*
„ *dreæ Danduli Ducis eodem anno 20. Septemb. In-*
dict.

(t) Dignitatem Primicerii Ducalis Capellæ etiam ante conditam D. Marci Basilicam extitisse evincit documentum ab Ughello supra relatum col. 1190. scriptum anno 819. per Dimitrium Tribunum notarium, & ducalis Capellæ, quæ tunc erat S. Isidori, Primicerium.

„ *dict. 1. exarato. Extat in Trivisaneo Codice.*)

XVII 10 Joannes Lauredanus Venetus anno 1385. Episcopus Castellanus. („ *Joannes habetur jam D. Marci Primicerius ab an. 1357. in postulatione Petri de Baone ad Tarvisinum Episcopatum supra in Tarvisinis relata col. 557 Anno 1390. Episcopus Castellanus effectus est, inde Justinopolitanus.*)

XVIII a 1390. 11 Franciscus Bembus anno 1391 a. inde Episcopus Castellanus.

XIX. 12 Joannes Lauredanus Venetus obiit an. 1407

XX 13 Bartholomæus de Ricoveratis Venetus 1407. („ *Huic, & ejus successoribus indulsit Alexander V. an. 1409. ut Rocheto uti posset, indulgentiam quadraginta dierum post solemnis missæ celebrationem adstantibus impendere, & D. Marci clericos prima tonsura insignire. Ecce diplomata.*

„ Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Bartholomæo de Recovratis Primicerio Ecclesiæ S. Marci, loci de Venetiis Castellanæ diœcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Exponit tuæ devotionis sinceritas, ut tam te, quem speciali dilectione prosequimur, quam successores tuos Primicerios Ecclesiæ S. Marci loci de Venetiis Castellanæ diœcesis, qui erunt pro tempore condignis favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque sicut accepimus, Primicerium Ecclesiæ prædictæ existentem pro tempore, quæ inter alias dicti loci Ecclesias notabilior existit, & in qua corpus ejusdem Sancti venerabiliter quiescit, ex speciali sedis Apostolicæ privilegio in Pontificalibus Missas, & alia divina officia in certis annis festivitatibus celebrare consuevit, nos ad ampliorem ipsius Ecclesiæ decorem, te, & eosdem successores peramplius honorare volentes, ut tu, & prædicti successores in ipsa Ecclesia, & extra eum Rocheto, sive super indumento albis uti, illudque gestare valeatis, auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo &c.

„ Datum Pistorii Idibus Novembris Pontificatus nostri anno primo.

„ Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Bartholomæo de Recovratis Primicerio Ecclesiæ S. Marci loci de Venetiis Castellanæ diœcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Injunctum nobis à Domino Apostolicæ servitutis officium tunc digne peragimus, dum Ecclesiis & piis locis, ut incrementa suscipiant, in ipsisquoque uberior fervor devotionis accrescat; speciales favores Apostolicos impertimur. Cum itaque, sicut accepimus, ad Ecclesiam S. Marci loci de Venetiis Castellanæ diœcesis, quæ inter alias dicti loci Ecclesias notabilior existit, & in qua corpus ejusdem S. Marci venerabiliter requiescit, cujusque Primicerius existens pro tempore ex speciali sedis Apostolicæ privilegio in Pontificalibus Missas, & alia divina officia in certis anni festivitatibus celebrare consuevit, utriusque sexus homines dicti loci habitatores confluant, ut divinis jussionibus aptius se coaptent, nos cupientes ut hujusmodi Christi fidelium devotio ad eamdem Ecclesiam ferventius augeatur, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberius conspexerunt se refectos. ut tu, & tui successores dictæ Ecclesiæ Primicerii, qui erunt pro tempore, quotiescumque Missas, & officia hujusmodi in dictis Pontificalibus celebrabitis, omnibus vere pœnitentibus & confessis in eadem Ecclesia tunc præsentibus quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxare valeatis, tibi, & ejusdem successoribus auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Pistorii Idibus Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

„ Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Bartholomæo de Recovratis Primicerio Ecclesiæ S. Marci loci de Venetiis Castellanæ diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter singulas Ecclesias, quas cœlestis agricolæ mira benignitas in horto plantavit militantis Ecclesiæ, Ecclesia S. Marci loci de Venetiis Castellanæ diœcesis dum adhuc minori fungeremur officio paternæ pietatis affectu, & sincera charitate diliximus, ad statum ejus feliciter promovendum solicitis studiis intendentes, nec minuit utique, sed auxit potius curam ipsam præhabitæ dilectionis affectum nostra subsecuta promotio ad apicem Apostolicæ dignitatis, cum tanto propensius ad ipsius Ecclesiæ S. Marci intendamus augmentum, quanto nobis præstantior facultas fore dignoscitur cœlitus attributa. Nos igitur volentes Ecclesiam S. Marci prædictam, quæ, sicut accepimus, inter alias dicti loci Ecclesias notabilior existit, & in qua corpus ejusdem Sancti venerabiliter quiescit, cujusque Primicerius existens pro tempore, ex speciali Apostolicæ sedis privilegio in Pontificalibus Missas, & alia divina officia in certis anni festivitatibus celebrare consuevit, peramplius honorare. Tibi, & successoribus tuis Primiceriis dictæ Ecclesiæ, qui erunt pro tempore, in sacerdotio constitutis, ut tu, & ipsi scolares in ipsa Ecclesia pro tempore beneficiandos ad hoc voluntarios dumtaxat in forma Ecclesiæ consueta clericali caractere insignire, ita tamen quod proinde nihil omnino detur, aut recipiatur, libere valeatis, diœcesani loci, vel cujuscumque alterius licentia minime requisita, plenam & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam elargimur, constitutionibus Apostolicis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo &c. Datum Pistorii Idibus Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

„ *Joannes item* XXIII. *eidem, & successoribus ejus concessit, ut solemnem benedictionem etiam sine Pontificalibus insigniis posset elargiri hac edita Bulla.*

„ Joannes Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Bartholomeo Primicerio Ecclesiæ S. Marci de Venetiis Castellanæ Diœcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Dum clara devotionis merita, laudabilia quoque virtutum insignia, de quibus apud nos fidedignorum testimonio se commendant, debita consideratione pensamus, dignum ducimus, ut illa te prærogativa prosequamur honoris, per quam Ecclesiæ S. Marci de Venetiis Castellanæ diœcesis, cujus Primicerius existis, ac etiam tuis successoribus ejusdem Ecclesiæ Primiceriis honor accrescat, ad ipsam quoque Ecclesiam etiam fidelium devotio augeatur. Hinc est. quod nos tuis, cui & eisdem successoribus dudum ut in Ecclesia præfata mitra, annulo, & aliis pontificalibus insigniis uti possitis, speciali Apostolicæ sedis privilegio concessum extitit, ac etiam dilecti filii nobilis viri Michaelis Steno Ducis Venetiarum nobis super hoc humiliter supplicantis, in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, & prædictis successoribus, ut quotiescumque te, & ipsos Missarum solemnia, & alia divina officia in eadem Ecclesia contigerit celebrare, Benedictionem solemnem etiam sine ejusdem Pontificalibus insigniis super populum, dummodo in benedictionis hujusmodi datione aliquis legatus sedis prædictæ, seu Episcopus, vel Superior præsens non existat, elargiri valeatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, Constitutionibus Apostolicis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo &c.

„ Datum Romæ apud S. Petrum V. Idibus Maii, Pontificatus nostri anno secundo.)

14 Polidorus Foscarus Venetus 1425. („ *Quo vivente Martinus V. an. 1427. D. Marci Capellanis concessit, ut Almutiis Canonicorum more uti possent. Privilegium est hujusmodi.* XXI

Mar-

Martinus Episcopus servus servorum Dei &c. ad perpetuam rei memoriam. In eminentis Apostolicæ dignitatis specula superni dispensatione consilii licet immeriti constituti, votis illis ferventius annuere satagimus, per quæ loca singula divino dedicata cultui, illorumque personæ potioribus venustatis, & honoris adminiculis, sint suffulta. Hinc est quod nos dilecti filii nobilis viri Francisci Foscari Ducis Venetiarum asserentis se ad Capellam suam S. Marci Evangelistæ loci de Venetiis Castellanæ diœcesis singulorem gerere devotionis affectum, in hac parte supplicationibus inclinati, ut igitur Capellani Capellæ prædictæ præsentes, quorum viginti quatuor numero sunt, & futuri in capella ipsa officiis insistendo divinis, & etiam extra illam in singulis, que ab Ecelefiafticis ibidem fient processionibus pro tempore almutiis de plebibus variis uti illaque libere, & licite valeant eis auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. nostræ concessionis infringere &c. Si quis &c. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos octavo idus Martii an. decimo MCCCCXXVII.

XXII. 15 Petrus Foscarus Venetus 1473 à Sixto IV. creatus S.R.E. Cardinalis.

XXIII 16 Nicolaus Vendraminus Venetus an. 1477.

XXIV 17 Petrus Dandulus Venetus 1478. Episcopus postea Vicentinus.

XXV 18 Hieronymus Barbadicus Venetus 1501. fuit Pauli III. Cubicularius, & Prothunotarius Apo. licus. Obiit 1548.

XXVI 19 Franciscus Quirinus Venetus 1548.

XXVII. 20 Aloysius Diedus Venetus 1563.

XXVIII. 21 Joannes Theupolus Venetus 1600. creatus Patriarcha Venetiarum 1619.

XXIX 22 Marcus Antonius Cornelius Venetus 1619. inde Episcopus Patavinus.

XXX. 23 Benedictus Er zzus Ducis Venetiarum nepos, successit Cornelio 1633.

XXXI [*Hieronymus Delphinus 1656.*

XXXII. *Daniel Justinianus 1664. Bergomensis posten Episcopus.*

XXXIII. *Jo. Baptista Sannutus 1666. Tarvisinus Episcopus creatus est.*

XXXIV. *Jo. Badanries 1681. Hinc Patriarcha Venetus, S.R.E. Cardinalis, & Brixiensis Episcopus.*

XXXV. *Petrus Sagredus 1689. Anno insequenti 1690. concessit Alexander VIII. ut D. Marci Primicerii præter primam tonsuram etiam quatuor Ordines Minores conferre possent, & ad hos, sive etiam ad Ordines majores dimissoriales litteras concedere sequenti privilegio.*

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Ad Apostolicæ dignitatis fastigium, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam effecti, circa statum omnium Ecclesiarum præsertim insigniatum, quarum Nobis à Domino commissa est sollicitudo, personarumq; in eis primarias dignitates obtinentium propensis studiis jugiter intendimus, earumque decori, & dignitati de paterna benignitate libenter consulimus, sicut personarum, & locorum qualitatibus maturè consideratis salubriter expedire in Domino arbitramur. Cum itaque accepimus insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Marci Venetiarum, quæ ab Ordinarii jurisdictione exempta, Sedique Apostolicæ immediatè subjecta extitit, Primicerius pro tempore existcos, qui dignitatem inibi principalem obtinere dignoscitur, quamplurimis hucusque per Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessis privilegiis decoratus invenitur, adeò ut inter cætera vigore privilegiorum hujusmodi Primam Tonsuram personis eidem Ecclesiæ inservientibus conferte, ac prætere a in omnibus actibus solemnibus, atque etiam processionibus Mitra, & Baculo, aliisque Pontificalibus insigniis in Ecclesia præfata, & aliis Ecclesiis illi subjectis uti, & indumenta, ac ornamenta Ecclesiastica quæcumque, in quibus unctio Sacra adhibenda non sit pro usu earumdem Ecclesiarum benedicere; nec non in prædicta S. Marci, & aliis illi subiectis Ecclesiis solemnem benedictionem supra populum impendere possit. Quinimo etiam ulterius ab immemorabili tempore idem Primicerius personis Ecclesiarum hujusmodi servitio addictis Litteras Dimissoriales ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines concedere, nec non Presbyteros, quos prævio examine per se, vel alium, seu alios ad sacras Christi fidelium Confessiones audiendas approbandos duxerit, pro iisdem dictorum Christi fidelium ad Ecclesias præfatas confluentium coafessionibus excipiendis deputare, iisq; opportunam ad id licentiam concedere hactenus consueverit. Nos considerantes &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine eidem moderno, ejusque successoribus Ecclesiæ supradictæ Primiceriis in perpetuum, ut eisdem personis, quibus de præsenti vigore privilegiorum prefatorum, Primam Tonsuram conferre possunt, etiam quatuor minores Ordines, dummodo aliàs idoneæ sint, personæ prædictæ similiter conferre: nec non ad majorem cautellam, & quatenus opus sit, ut idem modernus, & pro tempore existentes Primicerii prout hactenus consueverunt personis hujusmodi Litteras Dimissoriales ad clericalem characterem, & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines ad effectum illos extra tempora ad id a iure statuta, vel non servatis temporum interstitiis, si licentiam à Sede Apostolica desuper obtinuerint, aut in vim decretorum Concil. Tridentini, & in casibus ab eodem Concilio concessis intra annum, annique curriculo non expectato, a quocumque quem maluerit Catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente suscipiendi concedere, necnon, prout hactenus similiter consueverunt, Presbyteris, qui ab iisdem moderno, & pro tempore existentibus Primiceriis per se, vel alium, seu alios prius ad sacras Christi fidelium Confessiones audiendas examinati, & approbati fuerint quarumcumque utriusque sexus personarum ad præfatam S. Marci, & alias illi subjectas Ecclesias, devotionis causa confluentium confessiones audiendi, iisque salutari pœnitentia, & aliis injungendis iniunctis absolutionem impendendi licentiam impartiri libere, & licite possint, & valeant tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur. Decernentes. &c.

Aloysius Rezzinus 1696. Bergomensis Episcopus. deinde effectus.) XXXVI. XXXVII.

Jo. Franciscus Barbadicus 1698. Veronensis primum, nunc Brixiensis Antistes. XXXVIII

Petrus Barbadicus 1698. Patriarcha Venetus. XXXIX.

Vincentius Michaelius 1706. XL.

Joannes Cornelius 1713. Obiit 1718. XLI.

Petrus Diedus electus an. 1718.

CAPRULENSES EPISCOPI.



CAPRULAE (vulgo *Caorle*) Venetæ oræ insularis est civitas ad ostia Lemonis amnis, cum portu, condita à Concordiæ civibus, qni Attilæ Hunnorum Regis immanitatem metuebant; procedente deinde tempore, anno scilicet Domini 841. à subita Sclavorum manu ex Illyrico profecta sede vallata, ac diruta, hodie infrequeotissime colitur, estque dumtaxat nantarum sedes, atque piscatorum, cęlo ob vicinas paludes gravis, non plusquam quadraginta milliariis à Venetiis distat, & Venetæ Reipublicæ paret. Episcopatus hic erectus est mille quingentis fere abhinc aoois. Anno enim Domini 605. Joaones Episcopus Concordiæ, ne Aquil. Episcopo Longobardorum opera sine Romani Pontificis auctoritate creato snbesse cogeretur, sed Gradensi Patriarchæ legitimo Aquilejensis Sedis successori tamquam Metropolitano obsequium præstare posset, sedem snam Caprulas ad æstuarium transtulit. Cathedralis Basilica iovicto Prothom. Stephano consecrata, antiquæ structuræ tribus navibus, octo utrinque colossis suffulta est, ex diuturniori ætate modo peoe collabitur, ex quo enim an. 1038. illam erexerunt, nnlius deinceps benevolus repertus est, qui labenti adiutrices admoveret manns. Sex argenteis tabnlis, crucibus, & vasibus supra loci conditionem ornata est, Reginæ cujusdam illac prætereuotis munere, ut incolæ affirmant. Sunt in ea sacræ reliqniæ; caput S. Stephani Prothomartyris, si vera traditio, brachinm S. Margaritæ, Giberti Confessoris, cuius festnm 4. Febrnarii est, & marmorea hydria, quam unam ex iis esse ferunt, in qua Dominus aquam in vinom coovertit. Cultui Divino promovendo necessariis destituitur rebus, neq; ibi quicquam visendū occurrit, præter pręaltam sacram turrim, quam nullæ hactenus injuriæ temporum potueruot dirnere. Archipresbyteratu solum condecoratur, cui animarum cura incumbit, qui duos capellanos sibi asciscit coadiutores. Diebus festivis tantum ob paupertatem, egestatemque cleri, canonicæ horæ celebrantur. Prope Cathedralem S. Mariæ templum exurgit, ubi baptismali fonte abluuntur infantes, xenodochiomque cum sex oratoriis ibi visitur, nullumque præterea religiosorum spectatnr cœnobium. Mensæ Episcopalis redditus tennissimi centum viginti aureorum, patrimonio Ecclesiæ superiorum Præsulum incuria profligato, ac distracto, ex quo quinque aoreorum millia annua percepta seniores loci affirmant. Taxa hnjns Episcopatus 33. florenorum est in libris Cancellariæ Apostolicæ. Itaque ea egestas in causa est, cur ibi divinom opns minus bene procedat. Diœcesis fere palustris tota per quindecim passuum millia Orientem versus usqne ad Tiliaventnm amnem petens, ad Occasum vero oram maritimam continet ab ipso Porto Caprulano per decem milliaria osque ad flovinm Liquentiam (vulgo *Livenza*) quo in tractu nniverso duæ tantum perexiguæ ecclesiæ nautis, & piscatoribus venerabiles spectantur. Episcopi illius sedis sunt, qui seqnuntur, à nobis non sine labore reperti.

„ *N. . . Ex Pannoniis veniens, ut testatur* I.
„ *D. Gregorius l. 7. Epist. 10. ante an. 598. primus*
„ *Caprulæ sedit Episc. qui Patriarcharum Gradensium aliorumq. Venetiæ, & Istriæ Episcoporum schismati adhęrens à plebe ad unionē Ecclesiasticam accedere volente expulsus est. Hęc cum D. Gregorio Pontifici à Caprulensi populo Catholicum Episcopum postulante innotuissent, Gregorius cum Mariniano Antistite Ravennate per literas egit, ut ejectum Episcopum ad unionem Ecclesię hortaretur, qui si pervicax in schismate perstitisset, Orthodoxum Episcopum Caprulanis consecraret;* „ eamque insulam, *inquit*, in sua diœcesi habeat „ quousque ad fidem Catholicam Istrici Episcopi „ revertantur, ut & unicuique Ecclesiæ suæ diœceseos jura servemus, & destituto à Pastore populo non desit protectio, & cura regiminis. „ *Atque ea sunt vera initia Episcopatus hujus insulæ, quæ tamen tabulæ Ughelli tom. 5. ex Dandalo statuunt ad an. 605. quasi Episcopus Concordiæ nolens schismaticis communicare eò cum plebe se receperit. Vide Cardin. Norisium in dissert. hist. de V. Oecum. Synodo cap. 9. §. 5.*

„ *N. . . . expulso schismatico Episcopo,* II.
„ *fuerat jam ordinatus an. 598. ut colligitur ex citata D. Gregorii Epistola X. lib. 7.*)

1 IOANNES Concordiensis Episcopus anno 605. sedem suam traostulit *a* Caprulas, ut supra narravimus, post quem qui in ea sede per aliquot sæcula floruerint, haud expiscari potuimus.

2 LEO Caprulensis Episcopus, quoniam à III
Ioanne VIII. Pontifice Ravennam ad Concilinm advocatus in tempore non adfuit, communione privatus, & Ducis precibos restitutus legitur anno 875. Extat epistola ejusdem Ioannis VIII. ad Leonem Episcopum Caprulensem, seu Caprensem, ac Dominicum Olivolensem, datam Ind. 10. Post hunc multi desiderantur Episcopi.

3 IOANNES anno 1043. *b* testis subscriptus re- IV.
peritur cuidam donationi Ducis Venetiarum, ejosdemque civitatis Episcopi, in favorem monasterii S. Nicolai de Littore.

(„ IOANNES *Tervisanus, nobilis Venetus,* V.
„ *Caprulensis Episcopus erat an. 1118. de quo Lucius* „ *de regno Dalmatiæ p. 119. sed jam antea an.* „ *1116. interfuerat documento relato à Muratorio in* „ *Antiq. Ital. & Esten. par. 1. pag. 283.*

„ PERTUS *sedebat in hac Cathedra an. 1127.* VI.
„ *quo interfuit synodo Provinciali Torcelli habitæ,* „ *ut infra in Torcellanis.*

„ JOANNES *an. 1152. subscripsit sententiæ* VII.
„ *Patriarchę Graden. ad favorem plebani S. Marię* „ *de Muriano: quam infra referemus, ubi de Torcellanis Episcopis.*)

4 DOMINICUS vixit anno 1179. ex chrooic. VIII.
Francisci de Gratia. Testis donationis, quam fecit Vualterus Patriarcha Aquilejensis cœoobio S. Nicolai in Littore anno 1205.



5 JOANNES Maripetrus, nobilis Venetus, IX.
septimus Prior S. Salvatoris de Venetiis Ord. Canonicorum Regularium S. Augustini, hujus Ecclesiæ adlectus Episcopus anno 1210. & consecratus, ex eadem chronica.

a Hæc relicimus ex citato Notisio.

b Post an. 1043.

X. (,, ANGELUS *Caprulanus Episcopus an 1216. cujus mentio habetur in documento ejusdem anni supra relato in Concordiensibus.*

XI. ,, NATALIS *vivebat an. 1239. ut ex conventione cum Leone Sanuuto Insulæ Præfecto, quam ex Trivisaneo codice hic exhibemus sic descriptam.*

In nomine Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi Amen. Anno Nativ. ejusdem MCCXXXVIIII. Mense Aprili Ind. XII. Cum altercatio, sive quæstio inter vener. patrem D. Natalem Dei gratia Episcopum Caprulanum ex una parte verteretur, & D. Leonem Sanuto de mandato D. Ducis Venet. Caprulanum Potestatem ex altera super eo videl. quod à Potestate dicebatur, quod in aquis sive paludibus Episcopatus Caprulæ erant paludes, sive aquæ, quæ Priolatico pertinebant, super qua quæstione, sive altercatione concorditer simul convenerunt tali ordine, quod per sacramentum quæratur ab illis, qui in dictis aquis sive paludibus piscantur, & secundum dictum illorum per sacramentum qualibet pars conservare teneatur in perpetuum. Dicta verò illorum per sacramentum talia sunt; quod ora de Bevirada major, Cona de plius, Coronel major ante rivum majorem, Coronel rotundus, Amas de fossato, Arga dura de Bragniano, Salvonayra major, & Lama Salvonayra, Cona de fossato, & Cona Scrutayra, Pantanellus, Ragadura de Coyro, Grummus de Conia, Dossus de Cavallo, Codon, Passera, paludes Jampestem, Salvoncellus major, & Salvoncellus minor, Lamza de riga dura, Canal de meiro, Reduada, Peschayra Mezulini, Lame de rivo Duse, Ancona major de Canal de intro, Cona de nozere, fosollæ ambæ, Lama louga, & Lama de sossola, Cona tagliada, Morzalbircolus, Lograpus de Tortola, omnes istæ sunt de Episcopatu Caprulano tali ordine, quod dictus Episcopus Caprulanus affictat, & dat ad suam voluntatem tantum quantum est à festo Paschæ D. Resurrectionis usque ad festum S. Michaelis, à festo autem S. Michaelis usque ad festum Paschæ Resurrectionis remanent in Priolatico scilicet d. Duci. Reliquæ omnes aquæ sive paludes sunt de Priolatico. De quibus aquis, & paludibus, quæ sunt de Priolatico, omnes qui in ipsis piscantur pro unaquaq; barca persolvunt pro grisolis solidos Venetos octo, & pro pertegariis & avibus sol. Venetos quinque. Quapropter nos Natalis dei gratia Episcopus Caprulanus plenam & irrevocabilem securitatem facimus de voluntate & consensu nostri Capituli sive conventus, scil. Jo. Tencula, Matthæi presbyterorum, Pauli & Miorti Diaconorum Canonicorum Ecclesiæ Caprulanæ cum nostris successoribus in perpetuum vobis D. Leono Sanudo de mandato & ex nomine Communis ipsius Civitatis Caprulanæ & vestris successoribus, quatenus in aquis sive paludibus superius nominatis, quæ sunt, & pertinent nobis, & nostro Episcopatui, licitum sit vobis, & vestris successoribus in perpetuum dare & affittare scil. à festo S. Michaelis ad festum Paschæ D. Resurrectionis secundum quod superius determinatum apparet per juratores, qui super hoc dicta sua deposuerunt; & à festo Pascha dicto usque ad S. Michaelem nobis, & nostris successoribus perpetuo remaneat ad affittandum, & ad nostrum velle faciendum sine vestra & vestrorum successorum contrarietate. De reliquis autem aquis sive paludibus, quæ sunt de Priolatico, sive etiam de quantocumque ad dicendum, vel ad inquirendum habuimus super ipsis paludibus, quæ sunt de Priolatico ab initio usq; modo per aliquam hujusmodi rationem tam cum carta quam sine carta, & ex omnibus partibus & rationibus & per omnia, & in omnibus, & etiam desuper omnibus exinde nos foris facimus, & in nostram plenissimam virtutem & potestatem refutamus, atque transactamus, cum omnibus suis habentiis, & cum introitu, & exitu suo amodo intromittendi, habendi, tenendi, vendendi, dandi, donandi, commutandi, & in perpetuum possidendi, vel quidquid inde nomine ipsius ducis vobis placuerit faciendi cum omnibus suis cartis novis & veteribus, & cum suis juribus & rationibus universis, atque cum omni ratione, & actione reali, & personali, quas habemus, vel habere videmur in dictis aquis, sive paludibus de Priolatico nullo nobis homine contradicente amodo nomine Communis Caprulæ inde securitatem & quietationem ..... in perpetuum: quia nihil inde remansit, unde vos, vel dictum Commune amplius requirere, aut compellere valeamus per ullum ingenium. Insuper tam nomine nostro, quam nomine dicti nostri Episcopatus renunciamus omnibus litteris à sede Apostolica impetratis, & impetrandis super prædictis, & omnibus exceptionibus, & actionibus, & omni juri tam Ecclesiastico, quam civili, cum quibus valeamus vos, & dictum commune molestare, vel convenire. Quod si umquam contra hanc refutationis cartam ire tentaverimus tunc emendare debeamus cum nostris successoribus vobis nomine dicti communis, & vestris successoribus auri libras quinque: & hæc securitatis carta maneat in sua firmitate.

Ego Natalis dei gratia Episcopus mm. ss.

Ego Jo. Tencola presb. mm. ss.

Ego Paulus Mauro Diaconus.

Ego Matthæus Pompo presb.

Ego Giroto Gispando Diac & Canonicus.

Ego Donatus S. Mariæ Matris Domini presbyter & notarius complevi & roboravi.)

XII. 6 RAYNALDUS Episcopus Ithien. à Capitulo Caprularum postulatus, de quo scribit Innocentius IV. Episcopo Civitatis Novæ, & Abbati S. Mariæ de Piave, ut illum confirment, si fructuosum translationi judicaverint 8. Cal. Octob. anno pontif. primo, salutis vero 1243. ex reg. Vatic. epist. 113. fol. 23. Hic altare majus Cathedralis consecravit an. 1247. reclusitque in eo plurimas Sanctorum reliquias, ut ex subjecta inscriptione in plumbea lamina habetur, quæ reperta est anno Domini 1646.

† *Anno Domini MCCXLVII. Ind. vi. die XIII. intrante Decembris dicatum est hoc altare à venerabili Raynaldo Dei gratia Caprolano Episcopo ad honorem Dei omnipotentis, & Beati Stephani Prothomartyris, ac istorum Sanctorum, quorum nomina inferius scripta sunt. De vestibus B. Mariæ Virginis, & s. Stephani Prothomartyris, Andreæ Apostoli, Thomæ Apostoli, Jacobi interceisi, Blasii Martyris, Abdon & Senen, Eustachii Martyris, Panchratii, & Calimeri, Sanctorum Processi, & Martiniani, s. Sebastiani, & Romani Martyris, s. Mauritii, & s. Quintini, Sancti Mauri, s. Antonii Confessoris, Savini Episcopi, & Confessoris, Agapiti Martyris, s. Valeriani, Cataldi Confessoris, Laurentii Martyris, Ambrosii Confessoris, Nicolai Episcopi, & Confessoris, Simeonis Prophetæ, Hieronymi presbyteri, Sabæ Abbatis, & Confessoris, xi. millium Virginum, s. Fuscæ Virginis, Sanctæ Elenæ, Sanctæ Anastasiæ virginis, s. Mariæ Magdalenæ, s. Agathæ virginis, Agnetis virginis, & aliorum quamplurimum Martyrum, Sancti quoque Eutropii Martyris.*

XIII. 7 BONUM ajunt fuisse hujus Ecclesiæ Episcopum; tempus vero quo vixerit ignorant, cujus ossa requiescunt in Cathedrali sub lapide prope ostium, ubi hæc leguntur.

Non bonus hic Bonus requiescit corpore solum.
Spiritui requiem det Deus omnipotens
Pastor erat dictu, sed mercenarius ut tu
Tali parce pie deprecor ipse miser.

XIV. 8 NICOLAUS hujus Ecclesiæ Episcopus, compromissarius Gradensis Capituli in novi Patriarchæ electione anno 1297. ex reg. Vatic. Præsens fuerat translationi brachii s. Georgii Venetiis anno 1296.

XV. [„ Fr. JOACHIM *sedebat an. 1299. quo indulgentiam concessit invisentibus reliquias sacrarii s. Antonii Patavini, ut testatur Polydorus in Memoriis religiosis ejusdem Ecclesiæ p. 48.*)

XVI. 9 JOANNES Obiit an. 1331. [„ *Joannes Zane, nobilis Venetus, hanc Ecclesiam regebat anno 1318. ut ex Bulla indulgentiarum in Æmontensibus relata. Anno 1320 testis fuit sententiæ, quam tulit Dominicus Patriarcha Gradensis super contentione duarum Abbatissarum S. Antonii de Torcello. Extat charta in ejusdem cœnobii tabulario: in qua Joannes è familia Zane enunciatur.*]



XVII. 10 ANDREAS Georgius (1) Venetus, subrogatur Joanni à Pontifice Max. Joanne XXII. anno 1331. 13. Kal. Martii. Mortalitatem explevit ante annum 1350. ex reg Vatic. Post cujus obitum Capitulum hujus Ecclesiæ quendam fratrem Gerardum Ord. Minorum in Episcopum postulavit, quem consecravit Andreas Patriarcha Gradensis, Pontificiæ reservationis ignarus; detecta vero reservatione Clemens VI. quendam Bartolinum Crapulensi Ecclesiæ præfecit, & cum Gerardus jam Episcopalibus honoribus insignitus, absque ecclesia remansisset, paulo post factus est Episcopus Civitatensis ab Innocentio VI. Pontifice; rem totam narrat idem Pontif. in literis ad eundem Gerardum, quæ extant in reg. Vatic. lib. 2. fol. 48. in hunc modum.

Venerabili Fratri Gerardo Episcopo Civitaten.

Summi dispositione Rectoris, &c. Ecclesiæ universæ, & præsertim ad Ecclesiam Romanam nullo medio pertinentes, ut statu prospero floreant, & accrescant, quod tunc recte perficitur, cum ecclesiis ipsis suorum Pastorum gubernatione carentibus personæ, &c. feliciter gubernare. Dudum siquidem fel. rec. Clemens Papa VI. prædecessor noster cupiens Ecclesiæ Crapulen. cujus tunc regimini bon. mem. Andreas Episcopus Crapulen. præsidebat, cum eam quovis modo vacare contingeret, per Apostolicæ Sedis providentiam idoneam præesse personam provisionem ejusdem Ecclesiæ ordinationi, & dispensationi suæ ea vice specialiter reservavit. decernendo ex tunc, &c. contingeret attentari. Ac deinde præfata Ecclesia per obitum ejusdem Andreæ Episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, Pastoris solatio destituta dilecti filii Capitulum ejusdem Ecclesiæ reservationis, & decreti prædictorum ignari, te Ordinis Fratrum Minorum professorem, in sacerdotio constitutum, in Crapulen. Episcopum, licet de facto, alias tamen canonice concorditer elegerunt, tuque reservationis, & decreti præfatorum etiam inscius electioni hujusmodi de superioris tui licentia consentiens, obtinuisti per venerab. fratrem nostrum Guidonem Episcopum Portuen. tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem in partibus illis Apostolicæ Sedis Legatum, auctoritate Legationis suæ electionem

A *hujusmodi confirmari, ac per bon. mem. Andream Patriarcham Graden. de mandato ejusdem Legati munus consecrationis ritè tamen alias tibi impendi. Postmodum vero idem prædecessor de persona ven. fratris nostri Bartolini Episcopi Caprulen. ipsi Caprulen. Ecclesiæ de consilio fratrum suorum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, auctoritate Apostolica providit, & eum præfecit eidem Ecclesiæ in Episcopum, & Pastorem, & sic tu nullius Ecclesiæ Episcopus remansisti: ac deinde dicto prædecessore nostro, sicut Domino placuit, de hac luce subtracto, & nobis ad apicem summi Apostolatus assumptis Ecclesiaque Civitaten. ad eandem Romanam Ecclesiam nullo medio pertinente, ex eo Pastoris solatio destituta, quod nos vener. fratrem nostrum Thomam Callien. tunc Civitaten. Episcopum apud Sedem Apostolicam constitutum, à vinculo quo tenebatur eidem Civitaten. Ecclesiæ, cui tunc præerat, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Ecclesiam Callien.* B *tunc vacantem duximus transferendum præficiendo eum eidem Callien. Ecclesiæ in Episcopum, & Pastorem. Nos ad celerem expeditionem ejusdem Civitaten. Ecclesiæ, ne qua nullus præter nos hac vice disponere potest, pro eo, quod nos ante vacationem hujusmodi ipsius Civitaten. Ecclesiæ provisiones, &c. Post deliberationem, quam de, &c. diligentem: Demum ad te consideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus personam tuam Altissimus insignivit, convertimus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua ipsi Civitaten. Ecclesiæ providimus, ut per tuæ cooperationis ministerium votivis jugiter proficiat commodis, & successis prosperis augeatur, ac tu proinde divinam, præfatæ Sedis, & nostram benedictionem, & gratiam uberius consequi merearis. Dat. Avenion. 8. Idus Novembris anno primo.*

11 BARTHOLOMÆUS, seu Bartolinus successit Andreæ anno 1353. 8. Idus Aprilis. Obiit anno 1365. XVIII

C 12 THEOBALDUS Episcopus Coronen. huc translatus Non. Novembr. anno 1365. („ *Vivebat adhuc an. 1368. die 14. mensis Julii, quo Commissarius dicitur in testamento cujusdam Floris uxoris Dominici de Pago ex codice Rogitorum Jo. de Todeutco in Cancellaria inferiori.*) XIX.

13 DOMINICUS successor Theobaldi translatus est ad Iaderensem Archiepiscopatum ab Vrbano V. anno 1368. a 13. Kal. Ianuarii. XX

a Post. an. 1368.

14 ANDREAS ejusdem sedis erat Antistes anno 1390. Hic postea à Bonifacio IX translatus fuit ad Ecclesiam Petenensem. [„ *Hic Fr. Andreas Bonus, filius Jacobi, de confinio S. Margaritæ appellatur, & statuitur Commissarius an. 1393. in testamento fratris sui Stephani, quod legitur in Codice presb. Conte de Bertoldis existente in Cancellaria inferiori. Ejus institutum mihi ignotum. Ad Petenensem transiit an. 1394*) XXI

15 NICOLAUS ad hanc eandem sedem fuit promotus an. 1394. 14 Kal. Martii ex lib. Prov. Præl. XXII.

D 16 Fr. ANTONIUS de Caturcis Ord. Prædicatorum, exauthorato Nicolao, à Joanne XXIII. suffectus est anno 1412. Kal. Octobris, qui eam mulctam à Pontifice tulerat, quod Apostolicis spretis monitionibus, Ecclesiam sibi creditam per quatuor ipsos annos deseruerat, ut narrat idem Provis. lib. Antonius vero protulit ætatem usque ad annum 1431. excessitq; cum fama boni pastoris. XXIII

17 ANDREAS de Monticulo eandem sedem assecutus est anno 1431. 5. Id Maii, qui deinde anno 1434. translatus fuit ad Ecclesiam Forosempronienfem. XXIV

18 Fr. LUCAS Mudatius, ex Ordine Minorum, eadem dignitate nobilitatus est 1434. 4. id. Septembris. Excessit an. 1451. XXV

19 GOTHARDUS electus 4. Id. Maii eodem anno 1451. XXVI

Lll 2 PE-

(1) Hic Andreas Urbevetanum se dicit in suo testamento an 1348. confecto in rogitis Jacobi de Soja presb. Ecclesiæ s. Mariæ Magdaleneæ. Fuisse vero Fratrem Ord. Servorum B. Mariæ edocemur alio testamento Bartholomei de Molino an. 1343. quo ei legat solidos denariorum Venetorum grossorum decem. Extant ambo testamenta in Cancellaria Inferiori.

XXVII 20 PETRUS eidem successit 1473. 4. Id. Junii A
(,, *Petrus Carli, seù Carolus, Venetus, Caprulanus*
,, *Episcopus ann. 148a Commissarius decernitur in*
,, *testamento Catharinæ matris suæ relictæ Nicolai*
,, *Carli de confinio S. Paterniani, ut constat ex ro-*
,, *gitis Antonii Zio in Cancellaria inferiori. Obiit*
,, *anno circiter 1513.)*

XX VIII. 21 DANIEL de Rubeis de Burano hujus Eccle-
siæ Episcopus requiescit in Cathedrali cum hoc
epitaphio.

Reverendiss. Domini D. Danielis de Rubeis
de Burano Episcopi Caprularum hic requie-
scunt ossa. Sebastianus nepos Episcopus Ca-
prul. posuit.

(,, *Daniel de Rubeis electus est ann. 1513. Oneri*
,, *libere cessit an. 1538.)*

XXIX 22 SEBASTIANUS Rubeus de Burano succes-
sit Danieli; mortuus est anno 1542. (,, *Ex Schedis*
,, *Consistorialibus hunc invenimus ad hunc Episco-*
,, *patum assumptum an. 1538. die 30. Octobris, fuis-*
,, *seque Canonicum Ecclesiæ B. Mariæ Oppidi Civi-* B
,, *tatis nuncupati Austriæ Aquilejensis*, Decretorum
,, *Doctorem, cum retentione Canonicatus, & Ar-*
,, *chipresbyteratus parochialis Ecclesiæ S. Bartholo-*
,, *mæi de Bornaco Brixiensis diœcesis*. Lucen.)

XXX *a Falcetta.* 23 ÆGIDIUS Falconetta *a* Picenus, e Cingu-
lo nobili Oppido, electus est Episcopus Caprula-
rum anno 1542. die 15. Martii. Quem transtulit
Pius IV. ad Ecclesiam Bertinoriensem anno 1563.
de quo supra in 2. tomo.

XXXI 24 Fr. JULIUS de Miaoo, Acciensis antea E-
piscopus, ad hanc Ecclesiam translatus an. 1563.
die 3. mensis Januarii. Postremum diem obiit anno
1585. (,, *Cujus ad tumulum sequens Epitaphium po-*
,, *nendum curavit Joannes Trivisanus Venetus Pa-*
,, *triarcha, ex quo Julii familiam, patriam, atque*
,, *institutam licet colligere.*
,, Julio Superchio Mantuano ex Carme-
,, litana familia Episc. Caprularum Chri-
,, stiana facundia insigni Joannes Trivi-
,, sanus Venetus Patriarcha P. C. MD- B
,, LXXXV. 16. Kal. Decemb.)

XX XII. 25 HIERONYMUS Reiectinus, (1) Tarvisi-
nus, ex Canonico Regulari ad eandem sedem fuit
assumptus anno 1586. die 24. mensis Januarii: fato
functus est anno 1593. *b* Venetiis: de quo Bartho-
lomæus Burchelatus in historia Tarvisina. *Valuit*
(ait) *admodum in designando, & quod mirandum*
magis, sinistra manu, insula Tremitana Canonico-
rum suorum Regularium D. Augustini, urbs Geneva,
Ginevea *vulgo, Roma denique universa, quam Six-*
to V. summo Pontifici obtulit, illum admirabilem præ-
monstrarant: unde & Episcopatum recepit; parerga
autem Romæ hujus, atque ingeniosa ornamenta ad
nutum Pontificis explicata illum, & scriptorem, &
doctorem percelebrem declararant.

b Burchelatus sic illum obiisse Venetiis anno 1598.

XX XIII. 26 Fr. ANGELUS Casalinus, seu Casatinus
Ord. Prædicatorum, patria Tarvisinus, in judi-
ciaria, & genethliaca fuit præterito ævo plusquam
peritus, Episcopus hujus Ecclesiæ electus est à Cle-
mente VIII. anno 1593. die 21. *c* mensis Julii. E vi- D
vis exemptus in patria anno 1600 *d* sepultus ad D.
Nicolai ædem infra claustrum. Sub Episcopi statua
iconica vivum illum inquam assimilante, hoc legi-
tur cenotaphium.

c Die 9. Julii.
d Kalend. Martii vanorum 99. è libro Emortuali b Mariæ Formosæ.

M. M. M. M. M.

Quid vis vive? Loqui defuncto fiste, quid urges?
Quis sit hic? Excelsi pars quotacumque poli.
Quis fuerit? fuit Angelus: ex qua stemmate natus?
Ex Casatinis civibus. Unde? solo.
Qualis? Mytratus. Cujus? Caprulensis. an istic
Vixerit? haud vixit. Quomodo? vivit adhuc.
Qui sic? Quod fato nil dignum gesserit. Oeva
Grandis? dic quatuor lustra, sed adde decem.
Qua fuerit vita? sancta. qua veste professus?
Hac, quæ fert summi mystica verba Dei.
An tibi sit præsens? præsens. quid nam velit tanam, A
Ut moriens discas vivere? Lector abi.
Fr Jo. Franciscus Marchett Tar. Ordin.
Prædic. observantiæ ergo
S. S. S. S. S.
M. D. C.

Et ne quid obscurum adeo maneat, ut à nemine
intelligatur ex auctoris mente suprascriptos quin-
que characteres inferre.

Mortalis Monumenta Monent Mentem Moriendam.

Postremos vero. *Suo Sumptu Sepulchrum Statuen-*
dum Studuit.

27 Fr. LUDOVICUS de Grigis ex Ordine Mi- XX XIV.
norum districtioris observantiæ adlectus fuit Epi-
scopus an. 1601. die 15. *e* Januarii. Decessit autem
anno 1609.

e Die 24. Januarii.

28 BENEDICTO de Benedictis deinde eun- XX XV.
dem detulerunt honorem anno 1609 *f* die 18. Au-
gusti, qui hanc Ecclesiam administravit usque ad
annum 1636 quo ipso anno è vivis discessit. (,, *At*
,, *ex Actis habetur vivens se hoc onere exsolvisse an.*
,, 1629. Lucen.) B

f 1610.

29 Fr. ANGELUS Castellatius. Venetus, Or- XX XVI.
dinis Minimorum S. Francisci de Paula, Benedi-
cto successit anno 1636. *g* Obiit anno 1641.

g 1640. 27. Septemb. ex Actis.

30 VINCENTIUS Milanus Venetus electus XXX VII.
die 1. Julii anno 1641. (,, *Ad Pharensem deinde ca-*
,, *thedram translatus est.)*

31. * Fr. JOSEPH MARIA Pizzinus, Vene- XXX VIII.
tus, Ord. Prædicatorum, sub Innocentio X. evasit
Episcopus Caprulanus, Vincentio Milano succes-
sit anno 1645. è vivis eximitur Venetiis anno 1653.
sepultusque est in ecclesia Ss. Joannis & Pauli apud
suos Dominicanos.

** Ex App. tom. 9.*

32 GEORGIUS Darminus (,, *Tiniensis, I. U.* XX XIX.
,, *D. Canonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Agiensis)*
successit Iosepho Mariæ die 24. Novembris 1653.
translatusque est ad Æmoniensem Ecclesiam die
30. Augusti 1655.

33 Fr. PETRUS Martyr Ord. Conventualium XL.
S Francisci successor Georgii, hujus Ecclesiæ Epi-
scopus renunciatus est 10. Ianuarii 1656. B

A D D I T I O.

(,, *Fr. Petrus Martyr Rusca, Venetus, in sacra*
,, *Theologia Magister, Patavinæ Inquisitionis Vica-*
,, *rius, & Inquisitor in civitate Adriensi, Darmino*
,, *subrogatus, Cathedralem suam consecravit, atque*
,, *in ea altare D. Antonio Patavino sacrum erexit,*
,, *sub cujus invocatione duodecim Sacerdotum socie-*
,, *tatem fundavit, aliquot eisdem redditibus attri-*
,, *butis. Mensam item Episcopalem adauxit, & mo-*
,, *riens an 1674. omnium lachrymas promeruit.*

,, Fr. FRANCISCUS *Antonius Boscaroli, Ve-* XLI.
,, *roli, Veronensis diœcesis, ejusdem Ordinis Mino-*
,, *rum Conventualium, s. Theologiæ Magister, va-*
,, *riis in suo ordine muneribus egregie functus huic*
,, *gregi datus est Pastor 17. Decembris 1674. Quatuor*
,, *cum absumpsisset in ea cura pervigil custos annos,*
,, *abiit ad superos an. 1679.*

,, DOMINICUS *Minius in insula Buriano* XLII.
,, *æstuarii natus, I. V. D. qui Cerviensis Epis-* D
,, *copi cum extitisset Vicarius generalis, ejusdemque*
,, *Ecclesiæ Archidiaconus, & insimul Torcellano abs-*
,, *que vinculo residentiæ Canonicatu potiretur, æta-*
,, *tis annorum 55. hac dignatus est sede 24. Aprilis*
,, 1684. *Decessit an 1698.*

,, FRANCISCUS *Strata Venetus, Clericus Re-* XLIII.
,, *gularis de Somascha, deinde Caprulensis Episco-*
,, *pus dictus est an. 1698. qui vix accepto hujus ele-*
,, *ctionis nuncio fato raptus est postridie nonas Octo-*
,, *bris ejusdem anni, sepultus in Ecclesia s. Cypriani*
,, *de Mariano cum hac brevi Epigraphe.*

D. O. M.

,, P. D. Franciscus Strata C. R. S. tec Se-
,, minarii hujus Rector, & Episcopus
,, electus Caprularum, obiit anno 1698.
,, ætatis suæ IL. octavo Idus Octobris.

,, JOSEPHUS *Scarella, Patavinus, hujus gre-* XLIV
gis

(1) Hic, teste Celso de Rosinis in Lyceo Lateranensi tom. 1. p. 399 perperam dicitur Rejectinus, nam verè dicendus Hieronymus Righettus; ob corporis tamen exiguitatem communiter Righettinus vocabatur. Vide citatum Rosinum. Mandosius.

„ *gis cura post Stratam demandata est, qui antequam*
„ *consecraretur, Romæ obiit an.* 1700.
XLV. „ FRANCISCUS *Andreas de Grassis, nobilis*
„ *Clodiensis, ex patriæ Cathedralis Decanus, ac Vi-*
„ *cario generali Clugiensis Episcopi, ad hanc sedem*
„ *evectus est* 30. *Martii* 1700. *Præsul pietate illustris*
„ *Cathedralem cœlato argento, variaque supelle-*
„ *ctili instruxit, Ecclesiam D. Michaeli sacram, &*
„ *S. Marci Oratorium à fundamentis refecit, Epi-*
„ *scopium vetustate fatiscens instauravit, amplia-*
„ *vitque, atque pervigili sedulitate mensæ Episco-*
„ *palis reddiens non parum auxit. Immatura morte*
„ *oppressus animam Deo reddidit ann.* 1712. *mense*
„ *Januario.*
XLVI „ DANIEL *Sansonius, Venetiis ex honestissimis*
„ *parentibus ortus, cum pietate litterisque non mi-*
„ *nus proficeret quam ætate, Ecclesiasticæ militiæ*
„ *nomen dedit, nostræ s. Moysis Ecclesiæ servitio ad-*
„ *scriptus. Elegantioribus disciplinis egregie ex-*
„ *cultus totam se expoliendum severioribus tradi-*
„ *dit, ac præcipuam Pontificio, Cæsareoque juri*
„ *navavit operam, cujus etiam utriusque Lauream*
„ *solemniter est consecutus. In foro Ecclesiastico de-*
„ *inde causas cœpit patrocinari, nec diu post Aposto-*
„ *licis in hac urbe tribunalis Advocatus Fiscalis di-*
„ *ctus est. Non parvo Sanctæ sedis ejusque Legato-*
„ *rum usus cum fuisset, ejusque laboribus non se-*
„ *mel respondissent summi Pontifices, illum tandem*
„ *ex Subdiacono titulato præfatæ s. Moysis Ecclesiæ*
„ *in Caprulensem Episcopum elegit Clemens XI. die*
„ 11. *Julii* 1712. *Quinquennio post ad Æmoniensem*
„ *thronum translatus est* 14. *Junii* 1717. *è quo pieta-*
„ *tis, doctrinæ, ac sollicitudinis pastoralis radios*
„ *longe, lateque diffundit. Nostrum studium in*
„ *extricanda Æmoniensium Antistitum Ughellia-*
„ *na implicita serie non leviter adjuvare dignatus est.*
XLVII. „ IOANNES *Vincentius Philippi, Ordinis*
„ *Servorum B. Mariæ, Zacynthi, & Cephaloniæ*
„ *Episcopus, ad Caprulanum Ecclesiam translatus*
„ *est* 1718. *die* 11. *Maii, quam summa vigilantia fe-*
„ *liciter administrat.*)

FOSSÆ CLODIÆ,

SEU

CLUGIENSES

EPISCOPI.



cxxv. CLODIA (vulgo *Chiozza*) antiquissima est civitas in æstuariis Venetis xv. *a* à Venetiarum urbe milliario. Fossa Clodia Ptolomæo, Biondo autem Clugia nuncupata, ædificata primum à Clodio Duce Albanorum, auctore Festo; multis post seculis à Pipino Caroli Magni filio, dum in Venetos classem infestam adduceret, occupata; Hunnicis deinde temporibus ab Atestis, & Montis Silicis civibus hinc profugientibus amplificata, altera haud procul hinc urbe extructa, quam parvam nominavere Clodiam, quæ Ligustico bello intercidit, cum ante id tempus tanta utriusque Clodiæ celebritas fuisset, ut in his censerentur hominum promiscui sexus, & ætatis capita quindecim millia, cum hodie quinque non amplius censeantur. Sed quantum ex illo Ligustico bello frequentiæ amisit, tantundem laudis, & gloriæ à fide in Venetos, & felici re-

A rum successu nacta est; siquidem Ligures parta victoria intemperanter abutentes, victi demum ex victoribus facti sunt, & pro triumpho cladem, & captivitatem ad extremum habuerunt. Memorabile autem fuit Clodiense bellum non modo prudentia, ac felicitate Venetorum, sed præterea novo, & insitato bellici tormenti genere, Bombarda appellato, quod in hoc primum bello à Venetis adhibitum Italia vidit. Verum ut ad rem redeam, Clodiensis civitas posita est in ea æstuarii parte, qua Medoacus amnis, quem Bacchilionem nunc vocant, stagnis se immiscet, à quibus alterno fluxu refluxus, retractus, vel repulsus in ipsam fossam Clodiam se exonerat, portumque efficit omnium regionis hujus profundissimum. Civitas cum littore, quod Palestina, & Corrigium nuncupatur, Methamauco sita est in littore. Caput vero aggeris, & Lauretum sunt loca palustria, illud Athesi, ab Eridano hoc interfluitur. Civitatem ambiunt undique euripi, seu canales navigabiles, rivus mediam

B intersecat. Circuitus ejus est duo millia passuum; forma est oblonga, & per longitudinem media secatur via regia, quæ utrinque ad latera multa habet diverticula, adeo ut spinam piscis imitari videatur. Extant etiam nunc, & in mediis visuntur aquis vestigia pontis, qui quatuor stadiorum longitudine civitatem hanc parvæ Clodiæ jungebat. Triplici autem fere hominum genere Clodia colitur. Namque alii nauticam exercent, alii piscatoriam, alii cultui hortorum dediti sunt. Regio enim suburbana Clodiensis omnium, quæ in Veneto ducatu sunt, regionum est humano cultu frequentissima. Quicquid enim soli inter mare, & Paludes a Brundulo ad Clodiam patet, miro omnium studio colitur, Olitorii horti interiectis vitibus, & promiscuis arboribus longe, lateque insulam obtinent. Uliginosum solum accolarum ingenio, magis quam locorum natura ferax; foveis, aggeribusque arcent aquarum alluvionem. Cæterum incredibilis inde vis omnium olerum, omniumque hortensium her-

C barum Venetias convehitur, adeo ut in urbe illa alioqui ob assidua commercia rerum omnium opulentissima nulla fit uberior annona. Casæ palustri calamo pleræque, nonnullæ etiam cæmentitiæ sparsim in prædiis visuntur, quæ ibidem operantium sedulitatem arguunt. Multis canaliculis, & quasi cultioribus semitis circumjecta civitatis stagna navigantur, & salinæ interjectæ; unde grande Veneto Senatui vectigal accedit, adeo ut Clodiensis civitas Venetis pepones, cucurbitas, brassicas multiplices, cinaras, atque omnis demum generis olera, & salem ipsum, necessarium mensis condimentum, large suppeditet; imo etiam pisces; stagna siquidem supra hæc loca late discurrunt creberrimis vallis; sic enim spatia quædam arundine vallo septa indigenæ vocant, ad piscationes quæsita. Haud procul à Clodia spectatur illa memorabilis fossa, quam paucissimis horis Franciscus Carrarius Patavii regulus irrequieto opere, ut Clodiæ laborantibus subveniret, Ligustico bello effodit.

D Episcopatus antiquus inter recentiores erectus ante annos prope quingentos quinquaginta, anno scilicet 1100. vel 1110. Methamauco insula, & civitate in terræ motu fluctibus maris submersa, Episcopi sedes Clodiam est traducta, cum reliquiis Sanctorum, quæ in Cathedrali Basilica asservantur. Translatio facta asseritur temporibus, ac auctoritate Ordelaphi Falerii Venetiarum Ducis: cujus decretum ita Clodienses conservant ex copiali.

In nomine Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno ab ipsius incarnatione millesimo centesimo die decimo Aprilis Indictione tertia Rivoalto. „ *Quo-*
„ *niam quæ sub antiqua nominis, & dignitatis ce-*
„ *lebritate magnopere fuerunt, senescente seculo*
„ *quædam sublimia patriæ nostræ loca temporibus*
„ *nostris defecisse conspicimus, In redintegrationem*
„ *ipsius dignitatis, & nominis habilem positionem*

„ ad augmentum ipsius loci solerter providere cura- A
„ vimus. Siquidem Ecclesia Methamaucensis Epis-
„ copalis, quæ hactenus inter Ecclesias nostræ patriæ
„ maximè præfulgebat, plurimis periculis penitus
„ diruta, marisque profligatione, & incendii deva-
„ stationibus miserabiliter submersa & dignitatem
„ & locum amisit, diligenti investigatione, & solli-
„ citudine publica cura nostra ad honorem Dei &
„ patriæ nostræ statum honestam positionem infra
„ suam parochiam sibi stabilivit: etenim si quæ an-
„ tiquitate ruinam minantur, studio præsidentium
„ nullatenus renovarentur, nequaquam in solemni-
„ tate tanti honoris haberentur, quam nunc tam
„ gloriosa & præcipua sub populosa frequentatione
„ celebrantur. Igitur nos quidem Ordelaphus Pha-
„ letro dei gratia Dux Venet. & Imperialis Pro-
„ tosevastos cum nostris judicibus, & populo Ve-
netiæ, cum nostris successoribus, & hæredibus ab
hodie in antea sub perpetuo jure concedimus, atque
tradimus vobis quidem Enrico Granchariolo venera-
bili Methamaucensi Episcopo, & Dominico Bello Clu- B
giensi Gastaldioni, & cuncto clero & populo Clugiensi,
atque universo clero, & populo Methamaucensis diœ-
ceseos, & vestris successoribus, & hæredibus trans-
mutationem fieri Ecclesiæ vestri Episcopatus de Me-
thamauco in civitate Clugiæ majoris in quocunque lo-
co melius ibi visum fuerit cum consilio, & velle ipso-
rum convicinantium. Quam transmutationem sic ut
invitamus unitam, & nos maxima necessitate, & ra-
tione facere concordamus: ita penitus cuncta quæ ad
præfatum Episcopatum quocumque modo pertinent
inviolabili traditione contradimus: contradimus
namque in præfata civitate Clugiensi novum scil. E-
piscopatum, corpus s. Felicis Martyris, & corpus s.
Fortunati, & cunctum thesaurum, auri, & argenti,
& omnia pallia majora, & minora, & omnia indu-
menta ecclesiastica, & omnes libros, tam diurnales
quam nocturnales, & omnes piscarias, & acquas,
& paludes, & vineas, & sylvas, & saltuas, & cun-
ctum territorium: Quæ omnia pertinuerunt anti-
quitus, & nunc pertinent ad præfatum Episcopa- C
tum Methamaucensem. „ Quæ videl. omnia sicut
„ Ecclesiam prædicti Episcopatus transmutamus in
„ civitate Clugiensi cuncta prædicta, quæ fuerunt,
„ & videntur pertinere in prænominata Methaman-
„ censi Ecclesia transmutari, & traduci decernimus
„ in infrascriptam Clugiensem civitatem; Clericos
„ autem totius Methamaucensis diœceseos tam Clu-
„ gienses, quam cæteros omnes aliorum locorum,
„ sicut Canonica instituta exigunt, sine omni nostra
„ contradictione libere, & quiete sub manu jam di-
„ cti sui Episcopi, & suorum successorum secundum
„ Ordinum varietates permanere, & militare diju-
„ dicavimus. Debita vero universa, & obsequia,
„ & subjectiones, & prandia tam contra Monaste-
„ ria, quam omnes Ecclesias & plebes prædicti E-
„ piscopatus Methamaucensis ipsi Ecclesiæ Metha-
„ maucensi, & Episcopo per tempora constituto face-
„ re solebant, totum simili modo & ordine supras-
„ criptæ Ecclesiæ Clugiensi nunc novo episcopatui
„ facere debeant sine omni occasione. Quare exequen- D
„ tes nostrorum judicum auctoritatem, & providam
„ judicis dispensationem inviolabiliter sancimus &
„ collaudamus, quatenus de rebus, & bonis qui-
„ buscumque jam dicti Episcopatus Methamauc. ali-
„ quid habere, vel servare, vel retinere videtur,
„ totum integre præfato novo episcopatui reddere
„ absque aliqua tergiversatione debeat. Hæc autem
„ omnia secundum nostram designationem perpetuis
„ temporibus inviolata, & immobilia persistere de-
„ crevimus. Si quis igitur hujus præsentis decreti
institutioni obviare præsumpserit, vel contumax huic
nostræ sententiæ judiciariæ extiterit, vel de omni-
bus suprascriptis, minime obtemperaverit, sciat se
cum suis hæredibus, & successoribus compositurum
suprascripto Enrico Venet. Episcopo, & suprascri-
pto novo Episcopatui, & ejus successoribus auri obri-
zi libras centum: & hæc nostra judicialis pagina in
sua maneat firmitate, quam scribere mandavimus

A per infrascriptum Joannem de Molino presbyterum,
& nostri Palatii notarium,
„ Ego Ordelaphus Falledro Dei gratia Dux.
„ Ego Andreas Michael judex.
„ Ego Dominicus Badovarius judex.
„ Ego Petrus Badovarius.
„ Ego Stephanus Maciamano.
„ Ego Jo. Mauroceno.
„ Ego Jo. Baduarius.
„ Ego Stephanus Storнato.
„ Ego Dominicus Michael.
„ Ego Ursus Justinianus.
„ Ego Petrus Delphino.
„ Ego Petrus Michael.
„ Ego Dominicus de Camelo judex.
„ Ego Don Ziani.
„ Ego Thomas Bageffo.
„ Ego Dominicus Baduarius de Spinale.
„ Ego Blasius Casiolo.
„ Ego Leo. . . . .
B „ Ego Alexander Bragadin.
„ Ego Petrus Justo.
„ Hi omnes & singuli in suprascripto decreto sub-
scripsere.

Meminit hujus translationis Andreas Dandulus
in chronic. anno 8. Ducis Ordelafi, qui incidit in an-
num 1110. Dux (inquit) devastationi urbis Metha-
maucensis, & Episcopalis sedis compatiens, requi-
rente Dominico Granciariolo Ecclesiæ Præsule decre-
vit, ut eadem sedes cum corpore S. Felicis, & capi-
te S. Fortunati, thesauro, & omnibus suis honorifi-
centiis in majori Clugia transferretur. Cæterum Ca-
thedralis Basilica titulo Nativitatis Deiparæ Vir-
ginis, omnibus ad divinum cultum necessariis refe-
cta, illustratur corporibus eorundem SS. Martyrum
Felicis, & Fortunati, qui sub Diocletiano, & Ma-
ximiano Aquileiæ coronati fuerunt, necnon aliis
insignibus reliquiis brachio S. Georgii Martyris, ca-
pita, & crure SS. Sergii, & Bacchi. Sacris in ea
ministrant Canonici 20. e quibus duo dignitate emi-
C nent Archidiaconus, & Decanus. Est autem Ar-
chidiaconus Archipresbyter Methamauci, ubi Epis-
copalis quondam sedes erat. In civitate Clodiensi
præter Cathedralem, in qua animarum cura ad
Capitulum spectat, & per unum è Canonicis exer-
ceri solet sunt parochiales ecclesiæ duæ, in quibos
Canonici deputati sacramenta administrant. Reli-
giosorum cœnobia quatuor, sanctimonialium se-
pta totidem, laicorum sodalitia nonnulla, & hos-
pitale pro infirmis, & peregrinis. Non longe ab ea
in littore maris pietate civium ante annos centum
viginti quinque constructa fuit ecclesia beatissimæ
Virginis Mariæ, ob miraculosam ibidem inventam
Imaginem, nautis, peregrinis finitimis, cæte-
risque Christi fidelibus celebrem, & miraculis co-
ruscantem. Diœcesis angusta; censentur in ea op-
pida quatuor in vicino littore sita, Palestina, Cor-
rigium, & Methamaucum, vulgo Malamocco in
æstuariis, & Lauretum, vulgo Loreo. In oppido
Methamauci est cœnobium sanctimonialium. In
D æstuariis Clugiensibus, nobile, ac vetustissimum
D Benedicti monachorum cœnobium de Brundulo
constructum fuit, & Ecclesia sanctissimæ Trinita-
ti, ac Michaeli Archangelo sacra, quod anno
1229. auctoritate Gregorii IX. Ordini Cisterciensi
traditum est incolendum, nunc vero exactis Mona-
chis, injuria Commendatariorum solo æquatum;
visitur tamen ecclesia ab Archangelo Michaele
(teste Dandulo) consecrata temporibus Caroli Ma-
gni Imperatoris. Mensæ Episcopalis annuus census
ducat. Venet. 800. taxatur vero Ecclesia hæc in li-
bris fisci Apostolici flor. 68. Antistites autem, qui
in ea fuerunt, sequentes sunt.

1. DOMINICUS, quem alii Henricum vo- 1.
cant, Granciariolus, vel Grancagiolus Metha-
mauci postremus Episcopus, Fossæque Clodiæ
primus Antistes, cum illuc ob injuria freti coactus
fuisset sedem transferre anno Domini 1110. ut dixi-
mus, de quo nil aliud retulit Dandulus in chronic.

Hunc

Hanc constanter Henricam appellant documenta: qui cum statim ac cathedram Episcopalem Clodiam transtulisset, minime oblitus antiquæ suæ sedis illic Archipresbyterum ordinavit, privilegiisque auxit, ut ex sequenti constat documento, quod ex historia Clodiensi Petri Morarii Justinopolitani Episcopi ms. excerpsimus hujus tenoris.

Universis Christi fidelibus per nostram diœcesim constitutis Henricus Granzaliolo Dei gratia novæ Clug. Ecclesiæ Episcopus salutem in Domino sempiternam. Ad perpetuam rei memoriam una cum venerabilibus viris DD. Canonicis Clugien. infrascriptis deducimus per præsentes. Cognoscentes igitur nobilitatem, & dignitatem ecclesiæ Methamauticensis, a qua sedes nostra Episcopalis suam traxit originem, & primitivam dignitatem, licet propter diluvium aquarum, & tempestates maximas dicta civitas Methamauticensis, & possessiones Episcopatus nostri interierint, & submersa sint in mari; propterea que illustris & inclytus D. Ordelaphus Falero nobilis Dux Venetiarum una cum suis nobilibus judicibus, & consiliariis dictum Episcopatum Methamauticen. in novum Episcopatum Clugiæ transtulit, cum solemnitate qua decuit; considerato itaque quod translato Sacerdotio conveniens est, ut legis translatio fiat, ex quibus necesse est, ut dicta Methamauticensis Ecclesia aliquibus privilegiis, seu prærogativa aliqua decoretur, & perpetuò exornetur, attendentes illud extra de constit. c. 5. *Prudentiæ tuæ innititur, qui ea, quæ tibi agenda, vel dicenda veniunt, Patrum decretis præponit.* Quapropter nos Henricus Episcopus præfatus congregare fecimus ad sonum Campanæ venerabiles viros DD. Nicolaum Longo, Petrum Blanco, Christophorum Balduario, Stephanum Maurocenum, Petrum Venerio, Franciscum de Canali, Petrum Lombardi, Joannem Basegium, Clementem Dolfini, Nicolaum Manno, Martinum Episcopi, Antonium Bolli presbyteros, Paulum Grasso, Felicem Regis Diaconos, Nicolaum Trivisanum, & Petrum Genum Subdiaconos omnes unanimiter Capitulum facientes; quibus congregatis nostram proposuimus intentionem, prout superius est allatum de Mauthemacensi Ecclesia in hunc modum. Primò nobis utile videtur propter primam sedem constituere in dicta Methamaucensi Ecclesia unum Archipresbyterum, qui esset de gremio nostræ Ecclesiæ, vel aliunde sufficientem in tantum quod aliquis Canonicorum Clugiæ dictum Archipresbyterum vellet acceptare, ipsum, suosque successores libertatibus, privilegiisque infrascriptis perpetuo ditando; primò videlicet quod dictus Archipresbyter, ejusque successores debeant esse tanquam Archidiaconus, & suus dexter oculus Episcopi in visitationibus, & respiciendo loca, in quibus servatur Corpus Domini, Chrisma, S. Oleum, & infirmorum, Baptismum, Calices, libros, paramenta, tobaleas, & linteamina, altaris vasa, & omnia alia, quæ spectant ad decorem domus Dei, & de mandato nostro audiendi confessiones, & pœnitentias reconciliando casibus reservatis exceptis. Item quod dictus Archipresbyter debeat in cœna Domini venire personaliter ad Chrisma sanctum conficiendum, & dicere Evangelium ipsa die. Si vero dictus Archipresbyter legitima, & justa excusatione dicto officio interesse non poterit, tunc dictus Archipresbyter teneat dare unum par bonarum gallinarum, & 50. ova plebano Pupiliæ, qui dictum Chrisma, Oleum Sanctum, & infirmorum debeat reverenter portare dicto Archipresbytero; & dictus Plebanus debeat nobis dare medietatem prædictam gallinarum, & ovorum. Item quod dictus Archipresbyter non teneatur ad aliquam visitationem, seu Parochiam faciendam, prout Abbates, Archipresbyteri, & alii plebani tenentur. Jam quotiescumque dictus Archipresbyter Clugiam venerit in celebratione ordinum, ipse debeat omnes ordinandos præsentare, & ipsos de scientia diligenter examinare, utrum sint idonei, & sufficientes ad sacros ordines suscipiendos. Præfati verò Canonici auditis, & intellectis per nos ipsis propositis dixerunt se velle habere consilium: & subito consilio habito præsentaverunt nobis vener. virum D. Nicolaum Longo Canonicum Clugien. alias Methemauticensem, ipsumque in dicta electione consentientem. Omnes verò prædicti, & Capitulum facientes, unanimiter & concorditer consenserunt omnes libertates, & Constitutiones per nos superius allegatas, privilegia, exemptiones in personam dicti Archipresbyteri, & successorum suorum promiserunt, approbaverunt, ratificaverunt pro se & suis successoribus promiserunt ad S. Dei Evangelia perpetuis temporibus observare, nec modo, seu aliquo ingenio, dolo, vel fraude per se, vel alios contravenire, salvo quod si quis in futurum eligeretur extra gremium Ecclesiæ Clugien. in Archipresbyterum Methemauticensem præfati Canonici, & Capitulum nolunt, quod dictus Archipresbyter habeat vocem in aliqua electione in Clugia, sicut Canonici. Nos igitur Henricus Episcopus præfatus considerata fidelitate, & sinceritate dictorum Canonicorum, & Capituli, necnon sufficientia dicti D. Nicolai in Archipresbyterum sic electum, ipsum auctoritate ordinaria servatis solemnitatibus in talibus consuetis confirmavimus in Archipresbyterum Ecclesiæ Methemauticensis, juramento fidelitatis ab ipso recepto, & ad osculum pacis. Mandantes plebano Pupiliæ, ut dictum Archipresbyterum in corporalem tenutam, & possessionem dictæ Ecclesiæ, & fructuum, & possessionum ipsius inducat, & defendat inductum. Libertates vero, constitutiones, privilegia, & exemptiones per Canonicos nostros, & Capitulum (ut supra dictum est) approbatos, & ratificatos auctoritate, qua fungimur, in personam dicti Archipresbyteri, & successorum suorum ratificamus, & approbamus, ac eidem de novo concedimus pro nobis, nostrisque successoribus in perpetuum duraturas. Et ut prædicta majori firmitate roborentur nos Henricus Episcopus, & Canonici omne Capitulum facientes Ecclesiæ supradictæ Clugien. rogavimus, & requisivimus providum, & discretum virum Rodulphum Cancellarium, & Notarium D. Ducis Venetiarum, ac Notarium Imperialem, ut de prædictis Constitutionibus faceret publicum instrumentum, & se subscriberet in testimonium præmissorum.

Acta fuerant hæc in domo Episcopali Clugiæ an. ab Incarn. D.N.I.C. MCVI. 16. die Mensis Martii Indict. 4. præsentibus venerabilibus viris Fr. Petro Abbate S. Erasmi, Nicolao Abbate S. Gregorii de Fossono, Gregorio plebano Pupiliæ, & Dominico Roto plebano omnium sanctorum de Pelestrina, & quamplurimis aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Ego Rodulphus de Parma sacra Imperiali auctoritate notarius, & Cancellarius nobilis Venetiarum Ducatus de mandato R.P. in Christo D. Henrici Granciarioli Episcopi, & Canonicorum Clugiæ supradictorum, præfatas Constitutiones, & privilegia sic approbatas in publicam formam redegi, manu propria scripsi, & meum consuetum signum apposui in testimonium præmissorum.)

2. FELIX. II.

3. DOMINICUS. III.

[,, JOANNES *Faletrus vivebat anno 1162. ut ex sequenti constat documento ex originali existente in tabulario Monialium s. Joannis de Torcello desumpto, quo Petro Lapari, & Dominico ejus filio quandam terram, & aquam concedit in hunc modū.* IV.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo secundo mense hoctobris indictione undecima in Cluja. Scribere rogavi Johannem Paulum presbiterum & notarium hanc documenti paginam. Nos quidem Johannes Faletrus Dei gratia Clujensis Episcopus cum meis successutibus trado, & concedo, vobis quidem Petrus Lupari, & Dominicus diaconus filio tuo, & tuis successoribus, & heredibus tuis, hac proheredibus, seu & posterisque vestris prosuturis usque in perpetuum, ad possidendum, hoc est cuntam, & supertotam ipsa terra, & aqua, que fuit de Dominicus Centracus muto, quam ipse cum uxor sua in nostra Dei Matris Ecclesia dadit, & dimisit propter . . . . . . animas per firmitatis cartam, sicut in ea legitur. Et est cum omni longitudine & latitudine sua. Et firmat uno latere in fundamento de rivotorto: alio latere in gaybo populari: uno capite firmat in partim in rivotorto, & partim in gaybo da Castello: alio capite in jam dicto fundamento de rivotorto. Et est cum omni suo ingressu, & regressu, & cum piscationes, & aucccllationes suas, & cum omnibus suis habenciis, & pertinentiis ab intus, & foris, vel sicut ad bone memorie Dominico muto, & ad uxor ejus cum cartula, & sine cartula, & ad nostra Dei matris Ecclesia possessio & dominata fuit. Ita in omnibus vobis do, & concedo plenissimam potestatem habendi, tenendi, vendendi, donandi, comutandi, & usque in perpetuum possidendi, & dominandi, & quodcumque inde vobis placuerit faciendi nullum vobis hominē contradicentem non propincum neque extraneum. Tamen vero statutum est inter nos omnique anno in adsumptione s. Marie de Mense Augusti debeatis vos, & tuis heredibus, hac proheredibus, & successoribus nobis, & in nostra Dei matris Ecclesia dare, & persolvere duas lib. de oleo mihi, & meis successoribus hac prosuccessoribus usq; in perpetuum. Et si unquam tempore de ipsa terra & aqua ad venūdandū veneritis, nos, vel nostra Dei matris Eccl. inde requirere debeatis, si eam emere voluerimus, & si eam emere noluerimus, cui vobis placuerit vanumdare debeatis salvo tamen suprascripto incenso nobis & nostris successoribus, vel in predicta nostra Dei matris Ecclesia perpetuis temporibus. Quod si quocumque tempore contra hanc doc. cartam yre temptaverimus, aut aliquid exinde vobis subtraere, vel minuere presumpterimus, tunc componere promitimus cum nostris successoribus vobis & tuis heredibus, & successoribus, auri libras quinque; & hec doc. carta maneat in sua firmitata.

† Ego Johannes Faletrus Dei gratia Clujensis Episcopus mm. ss.

† Ego hods presbyter m. m. scripsi.

† Ego Leo presbiter Silvius, & notarius m. m ss.

† Ego Orabona Diaconus mm. ss.

Ego Johannes Paulo presbiter & notarius complevi & roboravi.

V. 4. MARINUS, ille idem, qui Lateranensi Concilio interfuit sub Alexandro III. anno 1179.

(Marinus Ruibolus defuncto Joanni successit anno circiter 1163. nam ann. 1165. mense Januario Henrico Gradonico concessit in feudum duas amphoras vini, quæ annuatim percipiebantur ex quadam terra posita in territorio Pelestrinæ, ut sequens prologuitur instrumentum ex authentico existente in eodem archivo Montalium s. Jo de Torcello descriptum, in quo & Joannis Phaletri antecessoris habetur memoria.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo quarto Mense Januarii Indictione terciadecima in Clugia. Manifestus sum ego quidem Marinus ruybolus dei gratia Clugiensis Episcopus. Tibi namque henricus gradonicus filius dominici gradonici de confinio S. Johannis confessoris, & tuis heredibus quoniam pro tuo multo bono servicio, quod fecisti, & facere promittis nostro Episcopatui, per presentem manifestationis cartam do, & concedo tibi, & tuis heredibus in vita mea fictum nomine feudi, duas amphoras de vino optimo, quas ego habui, & meus antecessor de una petia de terra posita in territorio Pelestrine, que est de jure, & possessio nostri Episcopatus perantiquis temporibus: quam peciam de terra dedit Johannes Faletri bone memorie Episcopus antecessor meus ad Angelo filio Steno Boylo, & ad Johannes filio quondam Martino Boylo per concessionis cartam sicut in ea legitur: quod fictum est predicte due amphore vini optimi de Clugia omniq; anno in vindemia. Quod si quocumq; tempore contra hanc manifestationis cartam yre temptavero, componere promitto ego tibi, & tuis heredibus auri libras quinque, & hec manifestacionis carta maneat in sua firmitate.

† Ego Martinus ruibolu Dei gratia Clugiensis Episcopus mm. ss.

Ego hods. presbiter tt. manus meas scripsi.

† Ego Stephanus Botti Diaconus mm. s. tt.

Ego Johannes presbiter Martini & notarius complevi, & roboravi.

VI. 5. ARALDUS anno 1183.

(„ Clugiensi Episcopo committit Innocentius III. cognitionem causæ Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ Ferrariea. ut habetur in textu de constit. l. 1 tit. 2. c. 9.)

VII. 6. N cujus nomen ingrata voravit vetustas. Hujus Præsulatus tempore Brondulense nobile cœnobium Ordini Cistercicnsi traditum est à Gregorio IX. anno 1229. ac Abbatis Clarevallis de Columba Placentinæ diœcesis jurisdictioni submissum. Diploma Gregorii, quod in archivo Columbæ servatur, est hujusmodi.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & Conventui monasterii de Columba Cisterciensis Ordinis Placentinæ diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Gratam gerimus, & acceptam sollicitudinem dilectorum filiorum G. de Monte Crucis, & Abbat. de Monte Silicis Priorum Paduanen. diœc. dignis in Domino laudibus commendantes, quod sidem sicut ex ipsorum intelleximus continentia litterarum tam auctoritate nostra, quam dilectorum filiorum Abbatis S. Justinæ Paduanensis, & collegarum suorum, quibus super hoc Apostolicas litteras miseramus ad monasterium S. Trinitatis de Brondalo, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, tam in spiritualibus, quam in temporalibus instata Ordinis S. Benedicti diu enormiter deformatum juxta formam à Sede Apostolica eis, & præfatis judicibus, qui ipsis in hac parte commiserant vices suas traditam accedentes, habito prudentum, & religiosorum virorum consilio, ipsum quia per monachos nigros reformari non poterat, reformare per fratres Cisterciensis Ordinis decreverunt, illud vestro monasterio concedentes. Nos igitur, quod ab eis factum est in hac parte ratum, ac firmum habentes, illud auctoritate duximus Apostolica confirmandum, firmiter devotioni vestræ per Apostolica scripta mandantes, quatenus sublatis cujuslibet allationis, contradictionis, & appellationis obstaculis, possessionem apprehendentes monasterii cum suis pertinentiis memoratis, Abbatem, & Conventum de monasterii vestri fratribus, qui juxta Cisterciensis Ordinis instituta ipsum reformare debeant, transmittatis, ibidem de Abbatia eadem habituri curam de cætero tamquam de filia speciali. Nos etenim si quid circa hujusmodi reformationem extitit, quod obviare videatur Cisterciensis Ordinis institutis, duximus ex officio nostro supplendum. Scientes nos prædictis Abbati S. Justinæ Paduanen. G. de Monte Crucis, & Abb. de Monte Silicis Prioribus Paduan. diœc. nostras dedisse litteras in

man-

mandatis, at contradictores si qui fuerint, & molestatores eorum, quos illuc duxeritis destinandos, censura ecclesiastica, appellatione remota, compellantur. Nulli tamen propter hoc in eodem monasterio jus habenti præjudicium volumus generari.

Datum Perusii 14. Kal. Junii Pontificatus nostri anno 3.

Abbas de Colomba, cui scripsit Gregorius, fuit Raynerius de Canossa vir, & nobilitate generis, & pietate clarus, qui Brondulano recepto monasterio primum ibi præfecit Abbatem Zilium Cisterciensem sui monasterii monachum pari pietate, ac virtute illustrem, qui diu novellæ plantationis curam gessit, ac pie decedens ibidem tumulatus est.

VIII. 7 N. Equilinus Episcopus ad hanc sedem postulatus, an. 1236 de quo scribit Gregorius IX Patriarchæ Gradensi, ut si hujusmodi fructuosam inveniat translatione confirmet. Ex reg. Vatic. epist. 265. Dat. 15. Kal. Decemb.

IX. („ FELIX *sedebat an. 1275. quo tempore graves exercuit lites cum capitis Aggeris Clero, qui a Clugiensi Episcopo renuebat visitari: ut testatur Morarius in hist. Clugien. Mss. ad dictum annum.*)

X. 8 MATHÆUS Clugiensis Episcopus obiit anno 1284.

XI. 9 UBERTUS Abbas de Brondulo Ordinis Cisterciensis, per Gradensem Patriarcham consecratus hujus Ecclesiæ Episcopus ann. 1284. paulo post diem suum obiit. Defuncto namque Matthæo, magna orta fuit contentio inter Canonicos in electione futuri Episcopi; una pars illorum T. Sardicensem Episcopum, alia Aleronem s. Joannis Chrysostomi de Venetiis plebanum, alia vero cum Sardicensis Episcopos præbere noluisset consensum, Ubertum hunc Abbatem evexit ad sedem, qui de facto per Gradensem Patriarcham, ut diximus, consecrari, & intrudi se fecit, pauloque post, lite pendente, diem obiit, eoque sublato, Leonardus dictus Faletrus Venetus invasit Ecclesiam, contra quem Honorius IV. Pontifex Castellano Episcopo per epistolam districte mandavit, ut illum in ordinem redigeret, eisdemque Ecclesiæ de legitimo Pastore provideret. Amoto itaque Leonardo, Castellanus Episcopus Simeonem de Mauro plebanum S Barnabæ de Venetiis Episcopum designavit, ab Honorio confirmatum, qui dignitatem libens, volensq; recusavit; Honorius vero sequentem Stephanum evexit ad sedem. Rem hanc totam narrat idem Pontifex in epist. 43. fol. 141. & epist. 219. fol. 188. an. 2. in reg. Vatic.

XII. 10 STEPHANUS Besnnus plebanus S. Samuelis de Venetiis ex delectu Honorii IV. ut diximus, ad hanc sedem evectus est anno 1287. 3. Id. Januarii. Duobus tantum annis Pontifex fuit, decessitque anno 1289.

XIII. 11 Fr. HENRICUS Ord. Minorum successit Stephano anno 1289. Obiit anno 1302.

XIV. 12 Fr. ROBERTUS Ordinis Eremitarum S. Augustini, electus à Bonifacio VIII. Episcopus Clodiensis anno 1302. Kal. Octob.

XV. 13 Fr. OTHONELLUS ex ord. Prædicatorum vir doctissimus, adlectus fuit Episcopus hujus Ecclesiæ circa annum Domini 1314. de quo mentio in lib. Obligat Prælatorum.

XVI. 14 ANDREAS è nobilissima familia Docta Patavina, quam hodie de Doctoribus vocant, Episcopus Clodiensis pronunciatus fuit à Joanne XXII an. 1322. Quindecim annis hanc rexit Ecclesiam, & translatus est ad Patriarchatum Gradensem anno 1337. ut habetur in regest. Vatic. Narrat Scardeoneus in suo lib. Patavinarum Antiquitatum, Andream Fossæ clodiæ Episcopum fuisse, annoque 1353. ad Gradensem sedem transiisse. Sed ordine pene toto annorum disconveniunt tempora, ut legentibus constat. Et Augustinus quidem Superbus de viris illustribus Patavinis, duos item Andreas numerat inter hujus Ecclesiæ Præsules, quorum alterum narrat fuisse doctissimum, illumque appellat Andream Polum, alterum sine cognomine nominat, & nullum indicat tempus, quo uterque floruerit. Mihi certe hujus civitatis Episcopus unus dumtaxat Andreas est, e Docta Patavina Familia.

XVII 15 Fr. MICHAEL Episcopus Molopotamiensis (cujus Ordinis incertum) ad hanc sedem translatus legitur in reg. Vat. anno 1342. Non Octob.

„ [*Ex ordine Prædicatorum fuisse Michaelem, Patria vero Veronensem testatur Fontana in Theatro Dominicano. Sed de ejus instituto nullam dubium est, cum in Ecclesia SS. Jo: & Pauli Venet. olim ad ejus tumulum sequens legebatur inscriptio, ut eam refert Palpher in collectione inscriptionum urbis Venetiæ, quæ apud clariss. Apostolum Zenum ms. & authographa servatur.*

„ MCCCXLVI. Hic jacet B. Fr. Michael Ord. Prædicatorum Episcopus Clodiensis.)

XVIII 16 NICOLAUS hujus Ecclesiæ Præsul post Michaelem, inde translatus ad Molopotamiensem Ecclesiam anno 1344 8. Kal. Junii, ex reg Vatic.

XIX. 17 PETRUS successit Nicolao anno 1344. translatus deinde est ad Ecclesiam Molopotamiensem, *a* pauloque post fuit Episcopus Concordiensis ex reg. Vatic.

a Melphiensem.

„ [*Et hunc fuisse ex Prædicatorum Familia asserit Morarius in hist. Clugien. ms. ad Episcopatum deinde Melphiensem, non Melopotamiensem, inde ad Concordiensem translatus est.*]

XX. 18 Fr. BENEDICTUS ejusdem sedis Antistes successit Petro anno 1348. quem Innocentius VI. transtulit ad Episcopatum Polensem anno 1353. 15. Kal. Februarii ex eodem regest.

XXI 19 LEONARDUS Episcopus Polensis huc translatus eodem anno, & die apud idem regest. Defunctus est anno 1369.

XXII. 20 JOANNES ex plebano S. Antonii de Venetiis, eligitur in locum Leonardi 11. Kal. Martii anno 1369. ut habetur in eod. Vat. reg. Archangelus Gianius in Servorum fratrum Annalibus meminit cujusdam Joannis de Forolivio Servitæ Episcopi Clugiensis, cujus electionem incidisse narrat in ann. 1373. at in Reg. Vatic. neque in lib. Oblig. Prælat. nullam de hoc Joanne Servita mentionem invenimus; oportet Servitam alterius Ecclesiæ fuisse Episcopum. Porro Joannis hic noster ex Plebano S. Antonii ad hunc Episcopatum vocatus obiit anno 1375.



XXIII 21 NICOLAUS Foscarenus Nobilis Venetus successit Joanni anno 1375. de quo mentio in lib. Oblig. Prælat. 26. Januarii anno 1376. & in tabulis ejusdem Ecclesiæ an. 1384.

XXIV 22 SYLVESTER hujus Ecclesiæ Episcopus fuit anno 1394. defunctus est 1401. ex eod oblig. lib.

„ [*Sylvestri memoria habetur in inscriptione, quæ legitur Clugiæ supra Portam Ecclesiæ S. Martini, hujus tenoris.*

„ Ad honorem Dei, & SS. suorum Mar-
„ tini Episcopi, & Matthæi Apostoli, ac
„ Antonii Abbatis ann. ab Incarn. 1394.
„ die 4. Mensis Februarii tempore Rev. in
„ Christo P. D Fratris Sylvestri Episco-
„ pi Clugien. & egreg I, & generosi D.D.
„ Albani Baduario honorandi Potestatis
„ Clugiæ, & prudentis viri Jo: Justinia-
„ no, & Petri Mazzagallo amborum Pro-

,, curatorum Ecclesiæ, hæc Ecclesia in-
,, cœpta fuit ædificari de bonis trium Ec-
,, clesiarum, quæ sub vocabulo dictorum
,, Sanctorum constructæ, olim fuerunt in
,, Clugia Minore, & de bonis Commissa-
,, riorum providorum virorum Ser Franci-
,, sci, & Ser Bartholomæi de Ursis Car-
,, nelis olim de dicta Clugia, & aliquot
,, aliorum personarum M. T. N. T.]

XXV. 23 PAULUS Joannis Ecclesiæ Castellanæ Archidiaconus eligitur Clugiensis Episcopus à Bonifacio IX. anno 1401. 5. Kal. Martii. Hujus mentio habetur in monumentis cœnobii S. Thomæ de Torcello Ord. Cisterciensis anno 1406. 26. Februarii. Translatus deinde fuit ad Metonensem Ecclesiam anno 1410. die 24. Januarii ex eodem lib. Oblig.

XXVI 24 CHRISTOPHORUS Zenus nobilis Venetus ad hanc sedem pervenit die 3. Kal. Mensis Martii an. 1410. deinde translatus fuit ad Ecclesiam Justinopolitanam anno 1411.

XXVII 25 Fr. PETRO Selena Ord. Minor. Joannes XXIII hanc eandem Ecclesiam administrandam concredidit anno 1411. die 17. kal. Augusti. Decessit vero anno 1414. ex eodem lib.

XXVIII. 26 BENEDICTUS de Mansredis civis, & Canonicus Clugiensis, patriæ sedem assecutus est anno 1414. pridie Id. Martii. Fato functus est ann. 1421. In tabulis ejusdem Ecclesiæ memoratur Stephanus quidam Episcopus anno 1416. forte intrusus à Benedicto XIII. Antipapa, vel à Gregorio XII. cum nulla de eo in citatis Vat. libris habeatur mentio. Benedictus vero fato functus est anno 1421.


XXIX 27 PASCHALINUS (*Centeferreus*) Clugiensis civis, Episcopus renunciatus anno 1421. die 27. mensis Augusti. Quam Ecclesiam administravit triginta sex ann. E vivis exemptus est anno 1457.

XXX. 28 NICOLAUS de Crucibus, S. Juliani Ecclesiæ Venetiarum plebanus, ad hanc sedem pervenit ann. 1457. die 21. m. Octob.

XXXI. 29 NICOLAUS de Inversis ann. 1465. (*Obiit* 1480.)

XXXII 30 SYLVESTER Nicolao successit *a*, decessitque dum Romæ commoraretur anno 1487.

a 1480.



XXXIII 31 BERNARDUS *b* Venerius de Pirano, Canonicus collegiatæ S. Georgij de Pirano Justinopolitanæ diœcesis, hujus Ecclesiæ adlectus Episcopus est anno 1487. die 24. Januarii. Præfuit quadraginta, & octo annis, factusque decrepitus, à S. Sede Apostolica, cum potestate resignandi Ecclesiam, missionem impetravit, brevique deinde decessit. Cujus Præsulatus tempore Beatissimæ Virginis Mariæ imago non longe ab hac civitate in maris littore miraculis cœpit coruscare, unde piorum eleemosynis, ac Bernardi pervigili cura templum ibidem magnificum, ac prænobile cœptum est ædificari, ut proloquitur ad parietes marmorea inscripto, quam nos ipsi exscripsimus, dum devotionis gratia illuc accederemus.

b Al. Bernardinus.

Mariæ imago hæc XV. Maij MDXV.
anno inventionis VI.
hoc in templo sibi eleemosynis fabricato
reponitur,
Bernardo Venerio Clodien. Pontifice
& Pancratio Justiniano Prætore
Petro Falconetto, Joann. Jacob. Re-
preconsulibus.

XXXIV. 32 JOANNES de Tagliacozzis, Piranensis, eandem dignitatem assecutus est ann. 1535. die *c* 24. mensis Decembris. Synodum habuit, saluberrimaq; ad Cleri morum rectam institutionem edidit: quinque omnino annos optime hanc rexit Ecclesiam. Christiano Orbi eripitur ann. 1540.

c Die 20. Octob. ex Actis.

XXXV. 33 ALBERTUS Paschalius, Utinensis, sacræ Theologiæ doctor insignis, successit Joanni anno 1541. prima die Aprilis. Is etiam synodum celebravit in Cathedrali, pluresque leges condidit, ecclesiasticæ utilitati profuturas. Postremam diem obiit anno 1544.

XXXVI. 34 Fr. JACOBUS Naclantius, Florentinus, ex Ord. Præd. S. Mariæ Novellæ cœnobii alumnus, à Paulo III. Pontifice ad hanc sedem subvectus est anno 1544. die *d* 3. mensis Junii. Vir sane laude ingenij, monumentisque, quæ posteritati reliquit, longe clarissimus. Concilio Tridentino suo suffragio juvit, clerumque suum ad normam ejusdem, statutis salubrioribus decretis, instituit, decessitq; post suæ optimæ administrationis vigintiquinque an. die 6. mensis Martii anno 1569. sepultusque est Fossæ Clodiæ apud suos Dominicanos in sacello S. Thomæ, quod magnifice exornaverat, in sepulchro à se parato cum hoc epitaphio.

d Die 10. Jan. ex Actis.

JACOBUS NACLANTIUS
ORD. PRÆDICAT.
EPISCOPUS CLUGIENSIS.

Hujus elogium Leander Albertus enarravit in lib. de viris illustribus Ord. S. Dominici, ejusdemque meminit Seraphinus Razzius, aliique, qui Jacobi raras virtutes jure collaudarunt. (,, *quos inter Pocciantius in Catalogo Script. Florent. p.* 85.
,, *Fontana in Theatro Domin. p.* 174. *Altamura in*
,, *Bibl. Domin. p.* 340. *Ghillinus in Theatro part.* 1.
,, *p.* 73. *Sixtusque Senensis in Bibliotheca Sancta l.*
,, 4 *p.* 251: Mandosius.)


XXXVII. 35 FRANCISCUS Pisani, nobilis Venetus, Archiepiscopus Naxiensis, ad hanc eandem translatus fuit Ecclesiam an. 1569 die 29. mensis Julii. Urbem solemni ritu ingressus est die 3. Martii sequenti anni, fatoque functus anno 1573. *e*

e 1571.

XXXVIII 36 HIERONYMUS Nigrus, Veronensis, Juris utriusque doctor insignis, ex Prothonotario Apostolico Francisco successit anno 1573. *f* die 18. mensis Octobris. Quinque laudabiliter omnino annos præfuit, ultroque eo munere se abdicavit, Romamque profectus, ibi post multum temporis vitam liquit, sepultusque est apud S. Vitum cum sequentis epitaphio:

f 1572. 22. Octob. ex Actis.

HIC HIERONYMI NIGRI
VERONENSIS
EPISCOPI CLUGIENSIS
OSSA REQUIESCUNT.
CAROLUS SANNUTUS F. F.
AN. DOM. MDLXXXVI.



XXXIX. 37 Fr. MARCUS Medices, *g* filius Ludovici patritii Veronensis, ex Ordine Præd. Theologica

g De quo

fa-

Sanfovinus de familiis p. 205. Fontana in Theatro Dom. p. 194. & Curte in hist. Veron. par. 3. p. 411. Mandos.

A facultate clarus, inque Tridentino Concilio Episcopi Cenetensis Theologus, ex Generali Venetiarum in causis fidei Quæsitore, adlectus fuit Episcopus Clugiensis à Gregorio XIII. an. 1578. die 15. mensis Decembris; possessionem adeptus est die 13. Junii anni sequentis. Ab omnibus laudatus, eam Ecclesiam quinque adm nistravit annos, decessitque non sine sanctitatis opinione, cum religiose, ac integerrime vitam traduxisset ab ipsis incunabulis ad mortis diem, quæ incidit 30. mensis Augusti anno 1583. annum agens 67. omniumque mœrore, & conlachrymantibus populis terræ mandatus est.

XL

a De eo Albericus in Catalogo script. Venet. Mandosius in Bibl. equestri Mi. Rossius in Lyceo Later. 1. p. 111. & Ghilinus in Theatro 1. p. 65.

38 GABRIEL Flamma, *a* Venetus, Canonicus Regularis Lateranensis, rarissimus, atque eloquentissimus orator, cum per plures annos in suggestis nobilioribus verbum divinum cum ingenti animorum jucunditate, & fructu enunciasset, à Gregorio XIII. Pontifice laudatissimo ad banc sedem subvectus est ex Generali sui Ordinis anno 1584. die 23. mensis Januarii. Statimque atque Gabriel ad suam pervenit Ecclesiam, ut erat erga Deiparam B Virginem studiosissimus, & præcipua devotione propensus, ut templum in ejus honorem ad littus maris jamdiu inceptam absolveretur, pios Clodienses cives exoravit; completum, atque munificentissime exornatum solemni pompa 15. Kal. Martii anno 1585. consecravit: in cujus facti memoriam Clodienses supra fores in marmore extare voluerunt hæc monumenta.

Templum hoc Deipaoæ Virginis
immensis miraculis conspicuum
ab Italis, cæterisque populis
in venerationem habito
anno MD. LXXXIV.
Stadio, & labore Gabrielis Flammæ Episcopi
Jo. Legii Ande. proc. Jo. Præt.
muneribus omnibus absolutum,
& civitatis Clodien. ingenti beneficio
aactu, atque ornata, & Antistitis,
& peæt. munificentia, cæterisque fidelibus
egregii animi signum ostenderent,
monumentum hoc erigicurarunt.
Oper. præerant Vincentius Nudius,
& an Oesolais.

C Ad parietes vero majoris sacelli ita legitur,

Templum hoc Deo, & B. Virg. dicavit,
& consecravit R. D. D. Gabriel Flamma
Dei, & Apostolicæ Sedis gratia
Episcopus Clodien. reposuitque in altaei majori
de reliquiis B. Matthæi Ap. & Evang.
S. Viti, & Ss. XL. Martyrum.
Cur. D. Joan. Legio Peæt. Andr. peot.
F. *Jac. Eq & peonep. Viarello Viarello,*
& Paulo Falconetto Peocue.
Anno Domini MD. XVC.
xv. Kal. Martii.

Ceterum Gabriel cum in demandatam sibi curam incubuisset ardentius 17. mense sui Episcopatus excessit è vita, lachrymantibus cunctis, qui per id tempus musas amœniores excolebant, die 14. mensis Julii anno 1585. sepultusque est apud ecclesiam D Charitatis Venetiarum. Scripsit Sanctorum vitas tribus voluminibus distinctas, concionum insigne volumen, morales sermones, considerationes in sacra Biblia, septem verba in Cruce à Christo prolata concionibus comprehensa, Psalmorum expositionem, Dictionarium Theologicum, pia, & Etrusca carmina suis commentariis illustrata, in laudem sanctissimæ Deiparæ conciones tres, aliaque monumenta, quæ ejusdem felicitatem ingenii facile produnt. Elogium Flammæ erudite vernacula lingua scripsit doctus Abbas Hieronymus Ghilinus in suo Theatro virorum illustrium, cujus meminit noster Marianæ pietatis coriphæus Hippolytus Marraccius in sua Mariana bibliotheca, Pennottus, aliique.

XLI

b De eo Franchinus in Bibliosophia p. 411. Beniaminus

39 Fr. MAXIMILIANUS *b* Beniamus honesta Cotnnei nobilis oppidi familia natus, Cremæ puer educatus, Divi Francisci regulam apud Conventuales Minores professus, Cremensis sibi nomen ascivit; omniumque scientiarum genere perbelle eacultus doctor insignis evasit. Apud Tridentinos patres missus orator, ob egregios mores, atque doctrinam illustrium Præsulum sibi conciliavit gratiam, & famam sui nominis peperit immortalem, atque Patavinę civitatis fidei Quęsitor evasit, quam Provinciam cum diu perbelle sustinuisset, à Sixto V. dignus habitus est, ut Gabrieli Flammæ clarissimo Præsuli in Clugiensi Episcopatu succederet, anno salutis 1585. die 9. mensis Septembris. Decem, & septem omnino annos hanc optime administravit Ecclesiam: egregium de eo testimonium, quod officii sui magis duxerit, pietatem colere, quam sæcularia negotia tractare. Vita excessit die 10. mensis Martii anno 1601. in Cathedrali ecclesia sepultus. Extare ajunt Cotonei in patria sepulchralem inscriptionem, quam sibi vivens Maximilianus paraverat, ut aliquando deferretur, ubi mortalem susceperat vitam, ibique requiesceret B à novissima tuba excitaturus ad gloriam. Cæterum Cotonei (vulgo Codoguo) oppidum frequentissimum, in Laudensi ditione situm, jurisdictionis est Herculis Principis Trivultii, ex quo præter Maximilianum, alii multi prodiere viri clarissimi, nostroque hoc seculo dedit Petrum Franciscum Passerinum Apostolicum Prothonotarium Græcis, Latinisque literis, omni eruditionis genere cultissimum, qui nuper schediasmata Academica doctissima ab eruditis laudata viris in lucem dedit, dabitq; plura sui ingenii præclara monumēta.

† perperam appellatur à Vvaddingo de script. Ord. Min. p. 257. Mandos.

40 LAURENTIUS Prezzatus, Venetus, Juris utrinsque candidatus, ad hanc Ecclesiam promotus die 4. mensis Junii 1601. cujus Episcopatus initt possessionem septima Septembris ejusdem anni. Vir ecclesiasticæ immunitatis acerrimus propugnator, Archipresbyteratus dignitatem alteram in Cathedrali erexit, Odeum pro clericis in eadem sua pecunia fabricari fecit, Romanos ritus, ac cæremonias una cum Episcopali cancellaria instituit. C Præfuit novem omnino annis non sine laudis fama. Venetiis vitam hanc caducam amisit anno 1610. die 30. Octobris, ibidem tumulatur. XLII.

41 RAPHAEL Ripa, Venetus, Ord. Prædic. Curzulanus antea Episcopus, ad hanc Ecclesiam translatus est die 14. Novembr. an. 1610. Iniit possessionem sibi creditæ Ecclesiæ die 17. Aprilis 1615. quo ipso anno vita functus est die 9. mensis Iulii. XLIII

42 Fr. ANGELUS Baronius, Venetus, Ord. Præd. Episcopus Catarensis, olim Bononiæ studiorum Magister monasterii S. Dominici, sacræ Theologiæ insignis doctor, translatus fuit ad hanc Ecclesiam an. 1611. die *c* 13. mensis Octobris; e lacunoso aere brevis Pontifex fuit, siquidem fato functus est anno 1612. mensis Septembris, ibidem sepultus. XLIV

c Die 31. Augusti ex Actis.

D

43 BARTHOLOMÆUS Cartolarius, nobilis Veronensis, Christopbori I. V. clarissimi, & Luciæ Saibantæ filius, natus 29. Septembris 1546. Patavinæ Academiæ celebris alumnus, utriusque Iuris laureatus, ab Augustino Card. Valerio Episcopo Veronensi Bovulæ Archipresbyteratu, mox S. Sebastiani Veronæ, & Porcariciæ de insula Provica- XLV.

A rii officio exornatus, Canonicusque Cathedralis effectus, Generalis commissarius, & inter consultores S. Officii ascitus, ita se gefsit, ut præstantissimi viri apud omnes tulerit famam. Ejus prudentia illectus Ranuceius Parmæ, & Placentiæ Dux, suum à secretis intimum adlegit anno 1602. Eam provinciam decem omnino annos sustinuit eximie, nec eo cogitante Paulus V. Pontifex die 24a. Martii 1613. Clugiensem Episcopum pronunciavit. Vix elapso anno ab administratione venerabilis senex, ac virtute, & pietate spectabilis mortalitatem explevit die 17. Novembr. 1614. nec sine lachrymis in propria Cathedrali humatur.

a Die 12. Febr. ex Actis.

XLVI 44 PETRUS PAULUS Milotus b, Vicentinus, Canonicus secularis S. Georgii in Aiga, Romæ S. Salvatoris in Lauro Rector, à Paulo V. Clodiensis Episcopus creatus anno 1615. die c 17. Aprilis. Tribus annis hanc Ecclesiam summa omnium benevolentia eximie rexit, postque celebratam synodum, legesque præclaras ad Cleri formam sancitas, decefsit die prima ineuntis Novembris anno B 1618. Vir suavissimis moribus, sacræ Theologiæ paginis, mox concionandi studiis addictus, ad Congregationis suæ magistratus translatus, post Generalis titulos, digne hos honores promeruit, in quibus ita se gessit, ut perennem sui memoriam in Clodiensium animis reliquerit. Iacet in Cathedrali in communi Episcoporum ossuario.

b De eo Capodalensis in Utino illust. p. 148. Manuscr.

c Die 9. Febr. ex Actis.

XLVII 45 PASCHALIS de Grassis Fossæ Clodiæ civis, Iuris utriusque candidatus, Patriæ sedem est assecutus d anno 1619. die 14. Iulii solemni ritu possessionem adivit eodem anno. Novam fere Cathedralem restituit, Clerum ad puriorem vivendi normam adduxit, synodum habuit, Ecclesiamque sibi creditam omni majori sollicitudine administravit, pauperes fovit, vitam egit Præsule dignam, ex hac vita emigravit anno 1636. die 13. Decembr. ætatis suæ 53. Iacet in Cathed. Hinc maximæ gratiæ habendæ sunt, qui huic nostræ scriptioni aliqualem lucem protulerit, tametsi monumentis, scripturisque ea Ecclesia maxima ex parte destituatur. C

d Die 29. Aprilis ex Actis.

XLVIII. 46 FRANCISCUS de Grassis, Paschalis Germanus frater, eidem successit anno 1640. die 17. mensis Ianuarii. Hic summa vigilantia Episcopalia munia hactenus administrat, curatque ut Clerus in officio contineatur, populusque devotione augeatur, cujus prudentia, & integritas salus subditorum erit.

A D D I T I O.

(„ *Franciscus de Grassis, J.V.D. Paschalis germanus, eidem successit die 17. mensis Januarii 1640. hujus Ecclesiæ dum esset Decanus, & eius s. Andreæ Apostoli Vicarius Curatus, atque Paschalis generalis Vicarius in Spiritualibus, & sede vacante Vicarius Capitularis, & legum peritia, & morum suavitate præditus, ut nil opportunius Clodiensibus contingere poterit, quam eum in animarum Pastorem habere. Perficiundæ Cathedralis quamvis reluctante seculari genio ultimam manum admovit, aris etiam, & sacellis magnifico opere substructis: binas synodos promulgavit, & ad earum normam sibi subjectam plebem* D *traduxit. Omnibus bene vivendi exemplar factus, acerrimus Ecclesiasticæ libertatis defensor, ad cœlestia evolavit die 3. Aprilis 1669. ætatis 64. tumulatus in Cathedrali. Capellaniis, ac piis Legatis Capitulum ditavit, aliisque piis operibus insignem erga Deum, & Ecclesiam suam amorem testatum reliquit.*

XLIX. „ ANTONIUS *Baldo, Venetus, Clericus Regularis Congregationis de Somascha eximius Theologus, & singularis eruditionis successit 15. Julii 1669. Cathedrale templum solemni ritu consecravit: populum fovit, pavitque frequentius divini Verbi evulgatione de sublimi suggestu nobili, & invidioso opere extructo. Excessit ab his humanis die 8. Octob. 1679. Sepelitur in Cathedrali prope altare Deiparæ ad æthera assumptæ.*

L. „ STEPHANUS *Rosata e Palestrina suburbio civitatis Clodiensis, ejusdemque civis, J.U.D. hac infula dignatus est 3. Julii 1684. cum jam 30. annos suam operam fidelissimè navasset in Cancellaria Apostolica Venetæ Nunciaturæ, plurimis beneficiis, & Ecclesiasticis pensionibus affluenter ditatus. Canonicorum chorum nobilitavit translatis sedilibus affabre elaboratis ex Abbatia olim suppressa ab Alexandro VII. s. Mariæ de Carceribus Patavinæ diœcesis Estensis districtus pro iisdem enumerata pecunia ex denario Clodiensis Ecclesiæ fabricæ. Eiusdem chori pavimentum ex vermiculato marmore substruxit, binis etiam sarcophagis in pariete excitatis piis manibus Francisci Clodiensis, & alterius Francisci Nonnensis Episcoporum. Horologium sacræ turri adjecit cum armonico campanarum concentu. Suo gregi summè proficuus obiit 21. Januarii an. 1696. terræ commendatus in sua Cathedrali.* B

LI „ ANTONIUS *de Grassis, J.V.D. decessorum Paschalis, & Francisci pronepos, dignusque successor adlectus 21. Maii 1696. ætatis suæ an. 52. Adolescens cum esset undeviginti annorum liberalium artium callentissimus, publicus earumdem Magister, à Clodiensi Concilio conclamatus fuit, dictusque dum in iis præclarissimè excelleret Dodoneus* C *Academicus, atque interim Poema heroicum digessit, edidit que in laudem Maurocenæ familiæ, ejusdem originem, nobilitatem, illustriaque gesta sex libris complectens. Ex resignatione Francisci fratris sui dein ad Archipresbyteratum Nonnensis Ecclesiæ assumpti Clodiensis Canonicus evasit an. 1666. Curiæ Episcopalis Procurator fiscalis, s. Officii notarius patentatus, & Ecclesiæ D. Jacobi parochus singula hæc munera sedulo cum impleret, intellexit ab Innocentio XI. ad Decanatum primam Cathedralis hujus dignitatem se evectum fuisse, tum Venetiis, tum in Clodiensi civitate moderandis monialibus à sacris confessionibus omnes vere sapientes, & de numero prudentum esse docuit. Sede Episcopali vacante per obitum Baldi, & dein Rosatæ communi totius Capituli plausu Propontifex electus est. Cum igitur ejus tantæ existimationis nomen innotuisset Innocentio XII.* D *hac sacra thiara promeruit redimiri an. 1690. Suum gregem instrando, verbo Dei, & fidei rudimentis per se instruendo, suffragia accelerando ad Fidelium animas è Purgatorii pœnis eruendas, ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum omnes inflammando, Pauperum amantissimus, & decoris domus Dei, viginti prope annis Ecclesiam suam summo zelo administravit, donec ad laborum premium evocatus animam exhalavit 14. Novemb. 1715. cum non parvam æris vim in pia legata, ac præcipuè ad Clericorum seminarium excitandum, dotandumque testamento reliquisset. Tumulum accepit in Cathedrali, in qua hæc prostat legentibus inscriptio.*

„ D. O. M.
„ Antonius de Grassis, Paschalis, &
„ Francisci Clodiæ Episcoporum pronepos, Francisci Nonnensis frater,
„ Francisci Caprulorum patruus, post

omnes

„ omnes patria in Ecclesia terdeno annorum circulo honorum gradus emensos, tertius ex familia Clodiæ Episcopus ab Innocentio XII. P. M. an. MDCXCVI. ætatis suæ LII. zelo, pietate, ac sollicitudine Ecclesiam rexit annos XIX. Vixit an. LXX. Obiit XVIII. Kal Decemb. MDCCXV.

LII. „ JOANNES *Sophietti, nobilis Chiensis, Congregationis Clericorum Regularium Minorum Sacerdos, pluribus Ordinis sui muneribus egregie* A *perfunctus, Bononiæ Præpositus domus s. Spiritus, dein s. Laurentii in Lucina de Urbe Novitiorum Magister, & à Confessionibus, Thinensis in Ægæo mari Episcopus erat designatus in consistorio secreto die* 8. *Julii* 1715. *cum reperté Insula à Turcis occupata Clodiensi Ecclesiæ præfectus est* 5. *Februarii* 1716. *Commissum sibi gregem pergit laudabiliter ad æterna pascua ducere, sapientiæ non minus, quam pietatis egregia edens specimina.*)

TORCELLANI
EPISCOPI.



TORCELLUM Marinæ Venetiæ civitas in Tota, seu Ducatu Venetiarum quinto ab urbe Veneta milliatio, cujus tamen urbis partibus adnumeratur Torcellum. Nam cum Venetiarum urbs in sex regiones distributa sit, harum unam Torcellum cum vicinis insulis Torcellanæ diœceseos constituit. Altinates post suæ civitatis excidium, qui è paludibus circa Venetias tutantes insulas occuparunt, Torcellum ædificarunt, illamque civitatem Torcellum, quasi Turricellum à sexta parte excisæ civitatis appellarunt. Ea nunc ob aeris gravitatem nullo fere habitatore colitur, nec quicquam fere ædificiorum vicinis ostentat. Episcopatus institutus est ante annos fere mille; anno enim Domini 635. cum Rotharis Rex Longobardorum octo Romanorum millia ad Scultennam cecidisset, plerique Venetiæ populi ejus metu ad æstuaria se receperunt. Itaque Paulus Episcopus Altinas sedem suam Episcopalem transtulit, Severino Romano Pontifice probante. Cathedralis Basilica titulo Deiparæ Virginis Assumptę antiqua, ampla, & magnifica structura condita est, marmoreis columnis, tessellato pavimento, & emblemate, ac vermiculato opere conspicua, & sacris reliquiis ornata, scilicet s. Fuscæ virginis, & martyrio coronatæ, simul cum s. Malicia *a* ejusdem nutrice, quorum corpora Ravenna, ubi palmam martyrii acceperant, Torcellum jam inde fuerunt translata. Torcellum etiam Ss. corpora Theonisti, Tabrę, & Tabratę, Heliodori Episcopi, Liberalis confessoris, cum brachio s. Jacobi Apostoli, aliisque Sanctorum lipsanis transtulit ex Altino Deusdedit Episcopus, quæ magna cum religione, ac decentissimo ornatu asservantur: ad ea veneranda statis diebus undique, ac Venetiis præsertim mortales multi confluunt. Tres ibi dignitates sunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & Primicerii, octoque Canonici, clerici pauci, & qui sunt, ob beneficiorum angustos proventus non levi laborant paupertate. Archipresbyter, ex munere suæ dignitatis quorundam paucorum piscatorum ibidem commorantium curam exercet animarum. Capitulum, nomina potius quam re, nullam habet mensam capitularem, nullos redditus, nulla bona, nullasque distributiones; in civitate Canonici non resident ob aeris intemperiem, ac paupertatem, Canonico uno, altero ex Capellanis sacrista, duobusque clericis exceptis, qui nec ipsi residerent, nisi Monialium mansionarii essent. Dominicis, festisque diebus tamen Canonici ad Cathedralem concurrunt omnes ad divinum pensum solvendum. In civitate sunt duo Prioratus, una nobilissima, atque ditissima Abbatia S. Thomæ Ord. Cisterciensis (vulgo Burgundionum nuncupata) redditus ducatorum quinque millia, quæ juris patronatus nobilissimæ Trevisanæ familiæ, apud Venetos clarissimæ,

a Mauro.

existit. Duo etiam sanctimonialium cœnobia visuntur, quæ Venetæ nobilitatis Parthenia vere dicere possis: unum D. Joanni Evangelistæ sacrum, Ord. S. Benedicti, ubi corpus veneratur S. Barbaræ virginis, & Martyris, aliorumque Sanctorum in pulcherrima eorum ecclesia, quam non sine animi nostri oblectatione, devotioneque vidimus, & admirati sumus, quod in deserta, ac pene desolata civitate, nullove fere habitatore frequentata, tam nobile, divesque cœnobium, pulcherrimaque ecclesia condita sit. Nec minus visendum alterum Virginum monasterium S. Antonii ejusdem Ordinis, ubi ferunt conservari unum ex clavis, quibus Christus Dominus noster in cruce affixus humanum genus redimere dignatus est, & corpus s. Christinæ virginis, & Martyris. Ex his cœnobiis nec dementia aeris, nec hominum infrequentia, nobilissimas arcet Virgines, quæ pro Dei amore accensæ, eaque in solitudine monasticam vitam ducunt, augentque mortalium devotionem. Diœcesis Torcellana, partim continenti, partim insulis constat; in continenti, seu terra firma patet ad 30. millia passuum, usque ad Liquentiam amnem, vallibus, amnibus, flugnis, paludibus, æstuariis maris impedita, utque insalubris, in octo distincta parochias. Insularis autem diœcesis usque ad urbem ipsam Venetiarum protenditur. Sunt in hac, præter alias insulas, tres maxime celebres. Prima est Buranum, quinque millibus habitata incolis, iisque fere piscatoribus sub uno parocho; Majurbium secundu, ubi trecentos piscatores, & olitores sub tribus parochis; tertiu est Muranum vitreis, & crystallinis vasis toto Orbe celebratum in quatuor parochias distinctum, ubi ad sex millia hominum censentur, qui fere omnes vitrarii sunt, aut piscatores, aut olitores. Hic est societas laicorum ditissima titulo s. Joannis, & Abbatia s. Cypriani a sancta Sede Apostolica mensæ Patriarchali Venetiarum unita annui census scutatorum sex millium. In universum autem in tota hac diœcesi censentur collegiatæ duæ, parochiales duodecim, sanctimonialium cœnobia sexdecim, quorum unum s. Margaritæ Ordinis Cisterc. in ea insula Venetiarum Patriarchæ ex Apostolico Indulto est subjectum, alterum Ord. s. Francisci districtioris observantiæ, reliqua ab Episcopo gubernantur, numerosa, & majori ex parte moniales Patritiæ Venetæ sunt. Census Episcopalis mensæ trium millium ducatorum est Veneti ponderis, taxaturque ea sedes in libris Cameræ Apost. floren. 200. Palatium autem Episcopale magnificum est, & mole ingenti Cathedrali contiguum, quale vel in celeberrima urbe esse deceat. Episcopus tamen ob aeris inclementiam Murani insula plerumque residere solet. Cæterum hujus Ecclesiæ jejuna monumenta hanc seriem nihilo pinguiorem nobis administrarunt eorum Præsulum, qui in ea floruerunt.

A D D I T I O.

(„ Torcellum, quod conditores suos Altinates ad æstuaria quinto, & exinde septimo Christi sæculo confugientes recolit, superioribus tamen etiam temporibus extitisse facile credi potest. Etenim si antequam Venetiæ coalescerent, plures eutantro in his æstuariis insulas agnoscunt Scriptores, quis ab eis Torcellum expunget? Extiterat sane nascentis Ecclesiæ primis temporibus, cum Joannem quemdam cognomento Bonum, seu Benedictum hujus loci incolam sanctos Marcum, & Hermacoram Aquileja Romam properantes familiari hospitio excepisse nonnulli referantur: deinde ante quartum Christi sæculum D. Heliodorum Altinatem Episcopum huc se se receptum asserant. Verum quia satis constat Torcellum ab una excisi Altini regione, vel porta nomen fuisse sortitum, in eorum sententiam facile descendimus, qui illud alio antea nomine appellatum volunt, inter quos Morarius in hist. Clodien. Ms. l. 2. c. 1. & Jo. Hieron. Savina in hist. Venet. pariter M. hoc ipsum DORCÆUM nominant. Sed potiora Torcellanæ antiquitatis videntur esse argumenta vetusti lapides, quos hic licet conspicere; in inferiori etenim palatii Prætorii aula sequens legitur.

Bernard. Justin. hist. Ven.

Hist. Ven. Ms. Bonif. hist. Torc. l. 1.

. . . CIUS
PATROCLUS
SECUTIUS
PIETATEM
COL. CENT.
HORTOS CUM
ÆDIFICIO JUNCTOS
VIVOS DONAVIT UT
EX REDITU EOR. LAR-
GIUS ROSÆ ET ESCE
PATRONO SUO ET
QUANDOQUE SIBI
PONERENTUR.

Super portam verò Ecclesiæ Baptismalis aliis literis scalpro abrasis, aliis muro coopertis, hæc tantum verba ostentat legentibus alterum monumentum.

Ortos Municipio Dedi.

Unde facile argui potest, quod etiam verosimile putet Bernardus Justinianus Venetarum antiquitatum diligens investigator, sua hic (præcipuè cum de hortis sermo sit) voluptatis ædificia Altinates habuisse, de quibus in suo Epigrammate lepidus Poeta.

Lib. 1 de Orig. Urb. Venet.

Æmula Bajanis Altini littora villis.

Utcumque tamen sit, certe cum per Altinates & dignitate, & nomine Torcellum adolevisse constet, si primævam ejus originem illis adscribere non placet, ipsius saltem incrementum eisdem inficiari non licet.

Constructa igitur & in urbem erecta Torcelli insula alios præter Altinates vicinos populos libenter excepit, Aquilejenses nempe proceres, & Heracleanos nono salutis sæculo, quorum cognomina apud Dandulum legere est: ex quo major urbi adcrevit dignitas, quæ deinde ex parte evanuit, cum nobiles incolæ ad insulam principem, Venetam scilicet urbem, posterioribus sæculis sensim recesserint. Civile urbis dominium cæteris Venetis insulis commune fuit, quousque an. 1197. Venetorum nobilium Consilio eligente datus est Prætor, qui singulis etiam districtus insulis (Murano excepto, cui alius Prætor) Ducis nomine præesset, primusque hoc honore Marcus Baduarius fuit insignitus. Et sic hodie Torcellum Veneto principi ut Venetiarum pars (ex quo Torcelli cives cives Veneti origine censentur) fideli famulatur obsequio, aliquandoque utiliter inservivit, præcipuè verò ann. 1410. cum hostes Hungaros Venetias temerario ausu per Caprulanorum littora progredientes in ipsis Venetiarum æstuariis non tam fugavit, quam cecidit. Neque minori fuit commodo Venetæ Reipublicæ, cum per civem suum, Rusticum scilicet, sacris D. Marci Evangelistæ lipsanis principem urbem ditavit, ut narrat Dandulus, aliique. Et propterea vel in antiquæ dignitatis obsequium, vel in præstitæ servitutis monumentum plurima ostentat privilegia Veneto Principe auctore, quorum illud utique est præcipuum ab Obelerio, ut fertur, obtentum, pluriesque exinde confirmatum, quod ad bonorum immobilium decimam, alias Principi debitam, exsolvendam Torcelli cives cogi minime patitur.

l. 9. c. 14.

Jo. Bapt. Cont. ... Ven.

Cathedralem porrò Ecclesiam titulo B. Mariæ Virginis in cælum Assumptæ placuit insigniri, ut nominis Altinatis Ecclesiæ videretur hæres, sicut est decoris. In tres distinguitur partes, quas vocant naves, quarum mediam 18. ex Græco marmore sustinent columnæ, & altitudine, & amplitudine non exigui valoris. Pavimentum tessellatum est, & opere vermiculato contextum: parietes verò interiores ut plurimum vel emblematibus teguntur, vel marmoreis undulatis lapidibus, ejus utique perfectionis, ut per ipsius venas oppositum elucescat lumen. Quin ubique ejusdem fenestræ

(quod

„ (quod sane rarissimum, & insuetatum est) marmoreis clauduntur tabulis. Lustralis insuper marmorea pila antiquis simulacris circumtexta conspicitur Veterum superstitionem redolens. Recensita ab Ughello SS. lipsana hic recoluntur præter corpus D. Fuscæ, quod in nobili sacello eidem dicato, Cathedralique affini conditum est: nec satis constat illud D. Mauræ nutricis asservari. Adsunt insuper plura SS. Innocentium corpuscula, Capita D. Theodori m. & S. Cæciliæ V. M., necnon ossa quædam D. Ambrosij Archiep. & Nicolai Episcopi præter non exiguum Ss. Crucis fragmentum. Præter tres dignitates, octoque Canonicos Capitulum statuentes, sex alii in casune ejusdem dignitatis, & conditionis, si vocem in Capitulo demas, quos supranumerarios appellant, eisdemq; inserviunt quatuor alii almutia insigniti, subcanonici nuncupati, clericique nonnulli in servitutis titulum ordinandi ex nuperrimo indulto regnantis Clementis XI. ad decennium obtento ann. 1707. indeque ad aliud decennium confirmato ann. 1717. Marco Justiniano moderno Antistite postulante. Quamvis autem inter Canonicos utraque præbenda desit, suas tamen distributiones habent ex duorum Prioratuum redditibus: imo & plerique suas habent præbendas quamvis exiguas, nempe tres dignitates, & quinque antiquiores Canonici. Ecclesiæ opera, seu fabrica congruis locupletata est redditibus, qui ab officialibus laicis annuatim à civitatis consilio electis administrantur. Cathedrali opposita visitur Ecclesia baptismalis, marmoreis & ipsa columnis, nobilique rotunda decorata. Nobiliorem rotundam extollit templum, seu sacellum D. Fuscæ, decemque non vulgaris æstimationis marmoreas columnas ostentat, & nobili circumclauditur porticu, columnis, & tabulis exornato. Præter duo monasteria ab Auctore memorata tria alia olim aderant, unum monialium Ordinis Cistercienfis D. Margaritæ sacrum, Monasterio s. Matthæi de Majurbio ejusdem ordinis unitum, sola Ecclesia nunc persistente, alterum D. Michaelis vulgo s. Arzolo di Zanpanigo, unitum an. 1439. antiquato monasterio D. Adriani desolatæ insulæ Constantiaci, hodieque in exiguum sacellum familiæ Venetæ Malvicinæ immutatum; tertium demum est Prioratus s. Petri vulgo Casacalba ordinis Canonicorum s. Augustini Capitulo Cathedralis adnexus. Alter quoque existebat Prioratus Monachorum Olivetanorum prope urbem in Insula vulgo Monte dell'Oro, eidem Capitulo pariter unitus. Nobile Episcopium antiquitus extructum, & à Jo. Delphino Episcopo an. 1563. instauratum, indeque temporum injuria, hominumque incuria penè deperditum in angustiorem formam nunc construitur. Sacra turris mirabilis structuræ illam D. Marci Ven. in ascensu adæquat, quamvis ejus cacumine, quod plumbeis laminibus cooperiebatur, sicut cooperitur adhuc Cathedralis, fatali fulmine disjecto, atque combusto anno circiter 1640. minoris sit altitudinis, & decoris. Superstat ejusdem portæ sequens antiquus lapis.

„ LAQUILLIUS
„ NARCISSUS
„ AUGUST.
„ BEL. V. S.

„ En insulis diœcesis BURANUM circiter 10000. hominum alit; & in ejus Ecclesia parochiali, D. Martino dicata sacra corpora Ss. Albani Episc. m. nec non Ursi martyrum, & Dominici coluntur. Tria monialium septa inibi sunt, unumque hospitale. Nec ab eo procul insidet in alia insula Cœnobium fratrum Franciscanorum Reformatorum, vulgo il Deserto, D. Francisci incolatu celeberrimum. MAJURBIUM præter Prioratum jurisdictionis Procuratorum D. Marci quatuor habet sacrum Virginum monasteria, quorum unum nempe D. Matthæi Veneto Patriarchæ paret. Duæ in eo sunt parochiæ, quamvis olim quinque essent, unde majoris hominum frequentiæ, majorisque amplitudinis fuisse conjici facile potest. Unum insuper aderat hospitale, quod omninò destitutum duabus non tam sanguine, quam pietate conjunctis sororibus dono datum an. 1684. pio sacrarum Virginum ad normam monialium s. Claræ voluntariè viventium adolescit incremento. Affinem habet maris æstu disjectam insulam modicæ amplitudinis, ubi olim monasterium Montal. ord. s. Benedicti vulgò S. Nicolò della Cavana viciniori monasterio s. Catharinæ de Majurbio unitum an. 1432. hodie nuncupatum monte del Rosario ex Ecclesia cum laicali fraternitate B. Virginis de Rosario nuper erecta. MURIANUM, ubi residet Episcopus, præter plurima Ss. lipsana Corpora Ss. Gerardi Sagredi Patritii Veneti martyrum, & Donati Episcoporum in matrici Ecclesia servat, & in D. Stephani Prothomartyris plurima. Ss. Innocentium corpuscula. Præter Abbatiam D. Cypriani, de qua Auctor, duo extant Collegiatæ Ecclesiæ ex quatuor parochialibus omnino sæcularibus, illa excepta D. Martino sacra, cui Moniales inserviunt. Insuper novem cœnobia visuntur: unum fratrum Prædicatorum, alterum nobilium fœminarum vulgo Le Dismesse, reliqua monialium. Insulæ huic cohærent duo monachorum Camaldulensium cœnobia nempe s. Michaelis, ubi corpora D. Claudii Comentauriensis, & D. Bassæ V. M. ac S. Matthiæ, ubi corpus Ven. Danielis a multis sæculis incorruptum servatur. Nec milliario procul distat conventus D. Jacobi vulgo del Paludo à Monialibus primum excultus, inde Fratribus Minoribus an. 1460. concessus. Tres aliæ insulæ diœcesim olim augebant, CONSTANTIACUM, AMIANUM, eisdem ferme temporibus ab Altinatibus erectæ, ac Torcellum, & LITUS MAJUS Prætoria dignitate exornatum; omnes sanè populi frequentia pluribusque cœnobiis celebres, quæ tamen vel mari absorptæ, vel in solitudinem redactæ nullum antiquæ nobilitatis præseferunt monimentum. Quamvis igitur olim diœcesis in universum frequentior esset, hodie tamen nihilominus amplior est. Desolatis namque Heraclea, Equilio, ac Civitate nova Episcopalibus Civitatibus (de quibus in X. tomo agendum erit) earum loca in hujus cesserunt augmentum, itaut ad 30. millia passuum se extendat, alatque 20. millia circiter mortalium. Amplectitur itaque duas Collegiatas, 13. parochiales Ecclesias, 24. cœnobia virorum, & mulierum, plures demum laicales societates, præcipue in parochialibus Ecclesiis, inter quas sicut in Insula Murani præeminet D. Jo. Baptistæ, ita in Burano, D. Albani, in Majurbio D. Margaritæ, & Torcelli D. Fuscæ Confraternitates cæteris antecellunt. Bonolus.]

I. 1 (1) PAULUS primus Torcellanus Episcopus anno 635. (2) nostræ salutis, qui ab excisa Altina civitate Episcopatum transtulit, una cum Sanctorum reliquiis, & thesauro, elapsoque mense uno à translatione mortuus est, ut refert Dandulus. Sunt qui eum Paulum Morum nominant.

II. 2 MAURITIUS successit Paulo eodem anno 635. Hic, teste Dandulo, de firmitate Ecclesiæ suæ in Torcello à Severino Papa, cum consensu Patriarchæ,

(1) Agnellus Torcellanus legitur interfuisse Concilio Romano sub Felice III. an. 487. quem Harduinus in Indice Conciliorum perperam inter Torcellanos locat. Torcellum nonnisi diu post sedes Episcopalis evasit. Dionysius Exiguus legit Telesinus: alii Telesinus. Alteri propterea sedi adjudicandus Agnellus. Bonolus.

(2) Inter Patres, qui an. 680. subscripsere synodali Epistolæ Agathonis Pontificis relatæ in Concilio Constantinopolitano habito an. 680. recensetur Paulus Altinas. Hunc verò non alterum fuisse ab illo, qui Altinatem Cathedram Torcellum transtulisse dicitur, illud mihi suadet, quod se Altinatis Ecclesiæ, non autem Torcellanum Episcopum appellet. Ni conjicere velimus diu etiam post translationem derelictæ Ecclesiæ titulum Torcellanos Episcopos retinuisse: & tunc præfatæ Synodi auctoritate post Julianum alter Paulus esset in hac serie adnumerandus. Mihi quidem, cui horum Episcoporum Chronologia nullo antiquiori monumento firmata facile labefactari posse videtur, illa sedet sententia, ad seriora tempora hunc Paulum esse revocandum, vel saltem dicendum post translationem factam adhuc in vivis egisse, & ea, quæ de Mauritio, & Juliano ejus successoribus enarrantur, nonnisi post an. saltem 699. contigisse. Bonolus.)

cha, & collaudatione populi, privilegium obtinuit. Hic etiam Divina revelatione sumpta, per littora suæ diœcesis sub plurimorum Sanctorum nominibus plures construxit ecclesias. Hoc etiam tempore, catholica Episcopo suadente, catholicæ mulieres vitam monasticam eligentes, cum favore multorum Procerum, monasterium sub Sancti Joannis Evangelistæ nomine devotissime condiderunt. Ita initium sumpsit nobile, divesque cœnobium, quod nunc extat, cujus supra mentionem egimus.

(„ *Hunc Bernardus Justinianus in hist. Veneta Maurum nuncupat; cui etiam favet sequens inscriptio inter claustra prædicti Monasterii S. Joannis seculo Christi decimo quarto posita, ejusdem monasterii originem juxta vulgarem opinionem præferens in hunc modum.*

„ Sexcentis deciesque quater currentibus annis
„ Ecclesiæ Papa Severino lora tenente
„ Eraclio s. Christicolis tunc imperitante,
„ Maximus [a] Ecclesiæ præerat Patriarcha Gradensi,
„ Torcellanus erat Antistes Maurus amænus,
„ Et duo Torcelli curabant sceptra Tribuni
„ Aurius, & Consors ejusdem legis Arator,
„ Grande monasterium fuit hoc tunc ædificatum.
„ *Bonolus.*)

[a] Tunc præerat Fortunatus, non Maximus.

III. 3 JULIANUS præfuit Torcellanæ Ecclesiæ post Mauritium, de quo Dandulus.
„ (*Eodem*, inquit, *tempore* (an. circiter juxta eundem Dandulum 650) *plurimi devoti Principes in diœcesi Torcellana consentiente Juliano Episcopo Ecclesias SS. Sergii, & Bacchi, ac Maximi & Marciliani devotissime construxerunt: locusque ille ab imperatoris nomine Constantiacus appellatus est.* Bonolus.)

IV. 4 DEUSDEDIT circa annum 697. successit Iuliano; quo tempore, inquit Dandulus: *Majores natu cum devota plebe diœcesis Torcellanæ, præsidente Deusdedit Episcopo, qui Juliano successerat, Ecclesiam Cathedralem S. Mariæ de novo construxerunt, corpora Ss. Heliodori Altinatis Episcopi, Liberalis confessoris, Tabræ, Tabratæ, & Theonisti Martyrum, cum brachio s. Jacobi Apostoli in ea reponentes.*

V. 5 GUITONIUS.
VI 6 HONORIUS.
VII. 7 SEVERUS.
VIII. 8 DOMINICUS.
IX. 9 JUSTUS: („ *Heracleensis, filius Angeli Participatii Ducis Venetiarum noni an. circiter 809. de quo Sansovinus*, Bonolus.)
X. 10 GUILLELMUS.
XI. 11 ADEODATUS; de quibus, præter nomen, nihil reperio in tabulis.
XII. 12 SENATOR patria Aquilejensis, Episcopus fuit Torcellanus, qui decessit anno 874. Illius meminit Sigonius lib. 5. de regno Italiæ, & Dandulus in chronic.
XIII. 13 DOMINICUS filius Leonis Caloprini. Hic Abbas Altini fuit, sibique amputavit genitalia, ut castius viveret, quem deinde Petrus Patriarcha Gradensis Episcopum Torcellanum ordinare renuit anno 874. de quo hoc legitur apud Dandulum. *His quoque diebus inter Ducem, & Patriarcham Venetorum discordia maxima suscitata est. Quia mortuo Senatore Episcopo Torcellano, Petrus Patriarcha confirmare, & consecrare renuebat Dominicum filium Leonis Caloprini Abbatem Altinatis monasterii, qui favente Duce in Torcellana sede subrogatus fuerat, dicens eum indignum, quia pro imposito sibi crimine virilia sibi absciderat in monasterio S. Hilarii, in quo tunc erat monachus, & patriam apostatando reliquerat. Cumque Patriarcha Duci obtemperare renueret, coactus Patriarchatum relinquens Romam ivit, & cum Joanne Papa Ravennam venit ad synodum congregandam; convocari fecit Petrum Equilensem, & Leonem Caprulensem Episcopos, & alios, qui in eadem provincia Episcopi electi erant, ut contentio, quæ inter Ducem, & eum erat, solemniter sopiretur; qui quia jam synodo completa venerant, à Papa communione privati sunt, sed postea interpellante Duce restituti. Tandem vero inter eos pax solidata est hoc modo: quod Dominicus electus Episcopus diebus . . . . . jure Patriarchæ careat consecratione Episcopali, tamen domo, & bonis omnibus ipsius Episcopatus interim possit, & valeat gaudere.* Extat in regesto Joannis Papæ VIII. epistola ad Dominicum vocatum electum Torcellanen. qua eum jubet sub excommunicationis pœna ad electionis suæ rationem reddendam Romam accedere, quæ data est anno 874.

(„ *Demum, ut testatur idem Dandulus, defuncto Petro consecratus est Dominicus à Victore Patriarcha Petri successore, illum redarguente, quod contra statuta Canonum dignitatem Episcopalem acciperet. Aliquot Joannis Pontificis Epistolæ tum ad Ursum Venetiarum Ducem, tum ad Dominicum vocatum electum Torcellanum, tum ad alios Venetiæ Episcopos ad contentionem super consecratione præfati* Dominici *spectantes legendæ sunt in novissima Harduini Conciliorum collectione.* Bonolus.)

XIV. 14 BENEDICTUS.
XV. 15 JOANNES Torcellanus Civis. („ *Sub initium decimi sæculi, Joanne forsan Torcellano Episcopo, Virgo quædam nobilis Patavina Margarita nomine, tribus aliis sociata Virginibus, belli furores, mundique illecebras fugiens in insulam Majurbii se se recepit, ubi erecto cœnobio DD. martyribus Euphemiæ, & sociis, quod adhuc extat, suoque ære ditato vivens sanctimonia, moriens vero miraculis præfulsit, inter Beatas adnumerata, ut narrant Scardeonius de Antiquitatibus Patav. l. 2. & Arnoldus Vuion in Appendice Martyrologii Monastici l. 3.* Bonolus.)
XVI. 16 GIBERTUS.
XVII 17 PETRUS.
XVIII 18 MARINUS. De iis quinque relatis Torcellanis Episcopis nil aliud, nisi nudum nomen reperitur in tabulis ejusdem Ecclesiæ, nec tempus, quo floruerint certum habetur.
XIX. 19 DOMINICUS (1) hujus Ecclesiæ Præsul obiit anno 959. teste Dandulo, qui hæc narrat in chronic: *Defuncto quoque eodem anno Dominico Torcellano Episcopo, Miacus* (forte Marcus) *natione Ven. ex Patre Tribuno Encinapo, vir ambitiosus nimis simoniace intrusus est, cui suasione Ducis à Venetis oculi eruti sunt; canoniceque post subrogatus Joannes natione Venetus ex patre Petro Aurio Tribuno de Vico Buriano.*
XX 20 JOANNES itaque Venetus successit Dominico anno 959. („ *Qui an. 960. seu 961. subscripsit sanctioni Petri IV Candiani Venetiarum Ducis inhibenti commercium de Mancipiis Christianis, & iterum an. 982. erectioni Monasterii S. Georgii Majoris supra in Castellanis relatis.* Bonolus.)
XXI 21 VALERIUS. Obiit, teste Dandulo, anno 1008.
XXII. 22 URSUS Urseolus, Petri Ducis Venetiarum filius, Episcopus Torcellanus Clero, & populo collaudante, ordinatus est anno 1008. *Hic cum favore paterno* (ait Dandulus) *Ecclesiam suam Cathedralem jam vetustate corruentem cum Episcopio renovare fecit. Filia quoque Ducis Felicia nomine S. Joannis Evangelistæ de Torcello similiter Abbatissa ordinata est. Hoc tempore supplicante Felicia Abbatissa, corpus S. Barbaræ virginis de Ecclesia S. Marci sumptum, ex collaudatione populi, in monasterio S. Joannis Evangelistæ de Torcello cum reverentia translatum est.* Peractam fuisse hanc translationem anno decimo [b] septimo Petri Urseoli Ducis, qui fuit salutis 1009. testatur idem Dandulus, & nuper inscriptio in nobili sacello ejusdem ecclesiæ, quam nos ipsi exscripsimus anno 1650. dum Abbatis

[b] Vel potius decimo octavo.

(1) Hic fuit Petri Candiani Ducis filius, quem cuidam Petro Andreardo [illegible] Gentilitiam familiam Candianam [illegible] Zabarella. Enunciatus Petrus hujus Dominici antecessor, si ulla fides Auctori, erit fortasse ille, quem superius ponit Ughellus n. 17. præcipue cum compertum minime sit, quo tempore floruerint præcedentes Episcopi. *Bonolus.*

tis majoris visitatoris in Italica Congregatione Cistercienſi munere fungeremur, ita ſe habet.

S. Barbaræ V. & Mart. poſt varios cruciatus an. CCXC. ab ipſomet impio patre Dioſcoro Nicomediæ ob Christi, & ſanctiſſimæ totius Trinitatis præclaram confeſſionem capite plectitur prid. Non decembr. cujus corpus ibidem ſepultum Juſtinus Junior Imperator anno DLXV. cum Constantinopolim deferendum curaſſet, illud idem poſtea Joannes Urſeolus Petri ſenioris Ducis filius una cum uxore Maria Arguropoli filia Baſilii, & Constantini Imperatorum nepte, & Othone Urſeolo fratre impetrant, quod Venetias anno M. III. deductum in S. Marci Baſilica deponitur, laudes Deo canentibus clero, & populo. Verum ſupplicantibus poſtea Urſo Torcellano Epiſcopo, & Felicitate Abbatiſſa Ducis ejuſdem chariſſimis quoque filiis ad hunc demum Sancti Joannis Evangeliſtæ ædem anno M. IX. defertur, ubi & honorifice conditum perpetuo caſtiſs. hujus loci virginum cultu ſummopere veneratur. Turpatam à vetuſtate aram, ac ſacellum hoc ipſum Cornelia Piſauro Abbatiſſa, & moniales anno MDCXXX. reſtaurarant, circumlatumque venerabiliter hanc per inſulam corpus ipſummet virgineum Marcus Zeno Torcellanus Epiſcopus ornatiori altari recondidit, confluente ex fortunatis hiſce inſulis, & Veneta urbe ingenti piorum multitudine feſto Trinitatis ſanctiſſimæ ſolemniſſimo, quo eodem & Sancti Siſinii Epiſcopi Corpus alio ad dexteram altari pientiſſime itidem repoſitum eſt vii. Kal. Junii Nicolao Contareno Venetiarum Duce, Dominico Piſano harum Contractarum Prætore.

Ad aliam partem ſacelli, hæc alia legentibus proſtrat inſcriptio.

Ut fidelius, Christianæ cultor, S. Barbaræ V. & Mart. corpus hoc in ſacello conditum veneveris, ſcito Joannem Baptiſtam Aguchium Apoſtolicum Nuncium præmiſſa per ſuum Auditorem Franciſcum Mariam Sinibaldum perquam diligenti è ſcripturis, libris, documentis, picturis, ſepulchro, inſcriptionibuſque priorum, ac poſteriorum temporum indagine, S. hujus corporis venerationem collaudaſſe, ob idque Sereniſſ. Princip. & Magiſtratuum Venetorum opem efficaciter imploraſſe, cum ſane ſibi perſpicue conſtiteſit vere corpus idem Sanctæ Barbaræ V. & Mart. exiſtere Dioſcori filiæ ſignis turris decoratæ Nicomediæ prid. Non. Decemb. paſſæ, olim Conſtantinopolim, atque inde Venetias delati in Sancti Marci Eccleſia depoſiti, ab eaque ad iſtam demum S. Joannis aſportati, ita certo haberi debere decrevit tertio Non. Julii anno MDCXXX. Ind. xiij. Pontificatus ſanctiſſimi D. D. N. Urbani Papæ VIII. ann. vij. præſentibus Marco Zeno Torcellano Epiſcopo, & Cornelia Piſauro Abbatiſſa, & monialibus.

In monumentis Reatinæ Eccleſiæ habetur, Barbaram ibidem paſſam fuiſſe martyrium, ejuſque corpus in Cathedrali temporibus Georgii Magni occluſum fuiſſe, quod deinceps Honorium III. anno 1225. die 11. Septembris poſt conſecrationem illius Eccleſiæ, iterum ſubaltari cum aliorum Sanctorum, Sanctorumque lipſanis condidiſſe. Plerique Heliopoli palmam martyrii ſumpſiſſe ferunt, ut ex Græcis Metaphraſtes, & Latinis Mombritius. *Verum*, ut ait Baronius, *quæ fideliora acta ejus videntur, ut quæ feruntur nomine Jo: Damaſceni, & alia, quæ extant in codice M. S. S. Mariæ ad Martyres, aliiſque perantiquis M. SS. Nicomediæ martyrio coronatam tradunt.* Et hæc ferme opinio valuit, cui aſtipulantur ea, quæ ſupra relata ſunt in inſcriptione, & M. S. Torcellana monumenta, quibus aſtipulantur Menologium Græcorum juſſu Baſilii Junioris Imp. Conſtantinop. ante annum ſalutis 977. conſcriptum, quod extat græco ſermone pulcherrimè conſcriptum in Vaticana Bibliotheca, cujus verſio latina Petri Arcudii viri doctiſſimi eſt apud me; hanc aliquando una cum notis, publici juris faciemus. Siſinnii vero Epiſcopi, de quo mentio in eadem inſcriptione, corpus honorificentiſſime in ea eccleſia aſservatur, cujus acta habentur apud Moniales, & tranſlationem recitant. Fuit hic Smyrnenſis patria, Epiſcopus Tei, quæ civitas Epiſcopalis eſt Joniæ inter Erythras, & Lebedum, vulgo *Sufor*, à Ptol. lib. 5. cap. 1. memorata. Hujus in Rom. Martyr. nulla habetur mentio, de quo Ferrarius in Catalogo Sanctorum die 13. Febr. & 14. Julii.

Cæterum Urſus Torcellanus Epiſcopus ad Gradenſem Patriarchatum tranſlatus eſt anno 1012. ut ſupra diximus in Gradenſis ſedis Patriarchar. ſerie.

,, (*Alteram D. Barbaræ corpus extat Venetiis in*
,, *Eccleſia S. Mariæ olim Cruciferorum, nunc Pa-*
,, *trum Societatis Jeſu Conſtantinopoli Venetias à*
,, *Raphaele Baſilio an. 1258. delatum: ſed hoc al-*
,, *terius D. Barbaræ Virginis, non Martyris putat*
,, *Fantinus Dandulus Epiſcopus Patavinus in ad-*
,, *ditionibus ad Sanctorum Vitas, firmans illud ejuſ-*
,, *dem S. Virginis, & Martyris Dioſcori filiæ in Ec-*
,, *cleſia prædicta S. Joannis aſſervari: quod etiam*
,, *luculenter probat Fortunatus Ulmus Caſinenſis*
,, *Abbas, in mſ. volumine exiſtente apud ipſas Monia-*
,, *les. Sane Venetiarum Civitas de ſuis Sanctorum*
,, *lipſanis, quibus abunde ditatur, valde ſollicita,*
,, *non illud, quod apud ſe habet, ſed illud, quod*
,, *Torcelli colitur tanquam verum celebrioris D. Bar-*
,, *baræ Dioſcori filiæ à die, qua libens ſe expoſtuvit,*
,, *perpetuò veneratur eſt; & ſic anno 1579. Sereniſ-*
,, *ſima Imperatrice particulam corporis D. Barbaræ*
,, *V. & M. à Veneto principe enixè poſtulante, non*
,, *Venetiis, ſed Torcelli illam quæſivit, prout ex*
,, *publico inſtrumento, quod hic ſupponimus, apud*
,, *ejuſdem Martyris aram exiſtente.*
,, In Nomine Domini Amen. Noverint univer-
,, ſi, & ſinguli præſentis publici documenti ſeriem
,, viſuri, lecturi, pariter, & audituri, Quod An-
,, no Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti mil-
,, leſimo quingenteſimo ſeptuageſimonono, indi-
,, ctione ſeptima, die vero Veneris, ſeptimo Men-
,, ſis Auguſti in mei Notarii publici, teſtiumque
,, infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitu-
,, tus Magnificus D. Hieronymus Ottobonus Du-
,, calis Secr. & expoſuit quatenus diebus nuper præ-
,, teritis juſſu, & mandato Sereniſſ. Principis ad
,, Monaſterium S. Joan. Evangeliſtæ de Torcello
,, acceſſit, in cujus Eccleſia verum, & veneran-
,, dum Corpus S. Barbaræ Virginis, & Martyris
,, repoſitum exiſtit, & Rev. D. Monialibus Ord.
,, S. Benedicti in eo reſidentibus expoſuit, quod
,, Sereniſſ. Princeps reliquiam aliquam ipſius Ve-
,, nerandi Corporis exoſsari deſideraret, ut talis
,, reliquia Sereniſſimæ Imperatrici ex devotione
,, maxima inſtanti requiſita concedi, & tranſmit-
,, ti poſsit; quare Rev. Moniales Sereniſſ. Princi-
,, pis, atque Sereniſſimæ Imperatricis pio, & de-
,, voto deſiderio omni alacri animo obſequi cu-
,, pientes per R. D. Anaſtaſium Surianum, colle-
,, giatæ, & Parochialis Eccleſiæ S. Trinitatis Ve-
,, netiarum Plebanum, & ipſarum DD. Monialium
,, Patrem Spiritualem reliquiam hujuſmodi ex
,, ipſo Corpore S. Barbaræ auferendam duxerunt;
,, & ita R. D. Plebanus, & confeſſor qui ibi ade-
,, rat, ſtatim id executor extitit. Unum enim ex
,, oſſibus prædicti B. Corporis, quod judicari po-
,, teſt eſſe de manibus, ea, qua decuit, reveren-
,, tia removit, & in tabernaculo argenteo deaura-
,, to repoſitum hodierna die Sereniſſimo Principi
,, devote ipſam reliquiam recipienti humiliter no-

mine Monialium præsentavit. Qui Sereniss. Princeps tabernaculum istud cum reliquia ipsa Venerando D. Lodovico Gagliardo Præposito domus Societatis Jesu Venetiarum de Humilitate nuncupatæ effectualiter designavit, ut per illum exhibeatur Clarissimæ D. Contarenæ de Caballis rel. Clariss. D. Petri Maripetro sorori Clariss. D. Sigismundi de Caballis apud Sac. Cæsaream Majestatem Oratoris Venet quam illam transmittendi eidem Clariss. ejus fratri curam habebit. Et ut Ser. Imperatrici, ac omnibus, & singulis devotiss. Christi fidelibus de tali reliquia fiat fides condigna, jam dict. R. D. Plebanus, & Confessor ipsum os ex venerando Corpore prædicto S. Barbaræ Virginis, & Martyris propriis manibus abstulisse fatetur, illamque veram reliquiam ipsius Corporis devotissime ab omnibus venerari posse, & debere attestatur, & fidem indubiam facit. Super quibus omnibus requisitus fui ego Notarius præsens conficere publicum Instrumentum.

B

,, Acta fuerunt hæc Venet. in Ducali Palatio præsentibus R. D. Narale Celega Canonico Ecclesiæ S. Marci Capellano, & D Lodovico Millano Camerario suæ Serenitatis testibus vocatis, & rogatis.

,, Ilico, & incontinenti R. D. Lodovicus Gagliardo suprascriptus exequendo mandatum Sereniss. Principis Tabernaculum cum reliquia suprascripta me Notario, & testibus infrascriptis presentibus, & videntibus Clariss. D. Contarenæ de Caballis rel. Clariss. D. Petri Maripetro reverenter, & devote recipienti consignavit.

,, Actum Venet. in Domo habitationis supradictæ Clariss. D. Contarenæ de Contrata S. Gregorii presentibus Hieronymo de Fabris, & Joanne Martini ambobus de eadem contrata testibus vocatis, & rogatis.

,, Ego Joannes Figolinus q. D. Alberti publicus Apostolica, & Veneta auctoritate Not. præmissa rogatus publicavi, & subscripsi cum signo mei tabellionatus &c.

C

,, *Nil igitur mirum, sorto dissidio an.* 1630. *Moniales inter & Patres Cruciferos, utro in loco verum D. Barbaræ V. & M. Nicomedien. corpus existeret, emanavit judicium Apostolicum in favorem Monialium, prout ex authentica exemplari sententiæ apud ipsam aram existente, quam hic omittimus. Nullam verò apud prædictas Moniales hujus Sanctæ Virginis translationis vetus monumentum habetur: duplici enim incendio vetustiora earum documenta absumpta sunt: nihilque quoad hoc, quod sapiat antiquitatem, proferri potest præter hæc lectionum fragmenta, quas illæ die translationis sacro recitabant, antequam peculiares Ecclesiarum ritus divina officia celebrandi tollerentur.*

Lectio Prima.

,, Hodierna festivitas translationis B. Barbaræ Virginis, & Martiria devotioni fidelium præstat cœleste solamen: Cujus memoriam celebrantes ejusdem meritis cœlestis patriæ participes fieri mereamur, ad quam per angustam portam solus introitus adhibetur. Nam virtutum præmium fideles incitat, & mirabiliter ad sanctorum obsequia promovet celebranda: Nec premio caret talis devotio, quæ bonorum transit in gloriam, & pravis conceditur in exemplum: ideo nobis sanctorum corpora committuntur, ut per eorum floridas actiones in nobis caritas urgeat, humilitas fulgeat, innocentia floreat, timor Dei, & amor proximi solidetur, moderetur pravorum malignitas, & boni sub placidu tranquillitate quiescant: Cupientes itaque de parte justorum fieri in certamine Judicis æterni non occultandum est talentum, quod nobis Divinu clementia propinavit, per quod gratiarum, & miraculorum suscipimus continuum incrementum: Neque laborem honestissimum, &

D

A

devotionem præcipuam, laudabilem quoque promotionem Illustrissimorum Regum, & Principum, qui hoc venerabile corpus per tempora varia, & loca diversa venerari dignati sunt, ipsum devotissime conservantes: Nam de Nicomedia Civitate a Costantinopoli milliaribus quinquaginta distante martirii palmam suscepit, pro intervallo temporis ad præfatam Urbem regiam eorumdem devotio mirifice transportavit, Cæterumque in progressu temporis, de Costantinopoli Venetiarum fuit in Ecclesia S. Marci solemniter collocatum, Postremo, & ultimo ad Ecclesiam S. Jo: Evangelistæ Turtiscellarum Diœcesis fuit repositione honorifici translatum. Ubi ad præsens permanere dignoscitur, sicut in hac præclara historia seris suia declarabitur. Adjuvante Salvatore nostro Domino Jesu Christo, cujus auxilium etiam in rebus ministerio est implorandum.

Lectio Secunda,

B

Factum est itaque,, quod Anno Incarnationis Domini quingentesimo sexagesimoquinto Justinus Imperator junior Christianissimus, & hujus Sacræ Virginis devotissimus in ejus mente disposuit, Civitatem regalem ex hoc sacro corpore redimere, ex quo multis conatibus, multisque laboribus insudavit. Demum de Nicomedia auferens Constantinopolim attulit, & in Ecclesia S. Salvatoris reposuit. *Bonolus.*]

23 VITALIS Urseolus, Ursi Patriarchæ ger- XXIII
manus, fratri successit in Episcopatu Torcellano anno 1012. Hic pro sua Ecclesia, juribusque conservandis strenue laboravit. Anno 1032. Legatus Constantinopolim missus fuit, ut inde ab exilio Othonem Ducem revocaret: interfuit deinde Concilio Venetiis celebrato ab Ursone fratre Patriarcha anno 1040. cujus meminit Dundulus.

24 JOANNES Bobrarius. XXIV

25 URSUS Baduarius Venetus. (,, *Vivebat* XXV
anno 1068. *quo Ind. sexta agitata fuit, atque decisa a Dominico Gradensi Patriarcha, Ursone Torcellano Antistite, aliisque Comprovincialibus Episcopis quæstio de obsequio, quod præstare debebat Ecclesia s. Salvatoris noviter ædificata Ecclesiæ Matrici S. Mariæ de Mariana, ut docet documentum, quod mox in Joanne Michaele referemus.* Bonolus.)

C

(,, STEPHANUS *Sylverius florebat anno* XXVI
1127. *Huic majoris Ecclesiæ Canonici obedientiam subtraxerant, pravoque jactati consilio variis insuper contumeliis pium pastorem affecerant, cum coacta Provinciali synodo, cui etiam interfuere Stephanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, & Dominicus Michael Dux Venetus fracta est inobsequentium contumacia, coactique sunt Canonici ad debitum Episcopo suo præstandum obsequium & honorem. Episcopi nomen factique seriem nobis servavit nobilissimum documentum, quod ex lacero, corruptoque Copiali, ut potuimus descriptum hic libenter exhibemus.*

D

,, In nomine Domini Salvatoris Nostri Jesu Christi Millesimo centesimo vigesimo septimo Mense Septembri Indictione sexta Torcelli.

,, Quoniam controversiarum inter partes determinatio nisi fuerit literarum notata titulo in oblivione mortalium majoris dissensionis esse facillimè poterit occasio: Eapropter nos quidem Joannes Dei gratia Gradensis Patriarcha, & Stephanus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis una cum inclyto Duce Venetiarum Dominicus Michael determinata inter Stephanum Silverium Venerabilem Torcellanum Episcopum, & Canonicos suos discordia in nostra presentia, litterarum harum in posteris denotamus pro removenda dubitatione scriptura. Conquestus fuit siquidem præfatus Stephanus Torcellanus Episcopus in nostra, cunctorumque Venetiæ Episcoporum astantia, quod majoris Ecclesiæ Canonici sibi subtraxerant obedientiam, & multas contulissent contumelias. Vocavi-

mus

mus itaque communiter cum Episcopis clericos, & eos de tali temeritate corripientes statuimus communiter, ut vel culpam profitentes de perpetrato facinore dicerent; vel canonice se non fecisse defenderent. Itaque Canonici eorum, quæ fuerant objecta, quædam commisisse confessi, quædam etiam præsentibus testibus sunt convicti. Ad hoc requisita dictorum perlectaque diligenter auctoritate eos damnandos ac deponendos esse communi sententia convenimus omnes. Ne igitur in majori scandali proromperetur occasione, præfatum Stephanum Episcopum convenimus, & ad misericordiam de tali judicio exoravimus. Nostris ergo precibus inclinatos Venerab. Episcopus eos benignissimè suscepit, & . . . . . perpetratas culpas indulsit, eo tamen tenore, ut si forte deinceps suis non obtemperarent mandatis, eidem subjacereot definirioni, & . . . . . incurrerent. . . . . ut præfatæ nostræ damnationi & Episcoporum subjacerent.

Ego I. dei gratia Gradensis Patriarcha huic constitutę.

Ego Stephanus dei gratia S. R. E. Diac. Car. ss

Ego Petrus dei gratia Capurlarum Episcopus ss.

Ego Jo: dei gratia Equilensis Episcopus.

Ego Aurius dei gratia Civitatis novæ Episc.

Ego Stephanus Methamaucensis Episcopus laudo, & confirmo.

Ego Aureus Archidiaconus & Plebanus laudo, & confirmo.

Ego Dominicus Gausoni Archipresbyter Torcellanæ Ecclesiæ manu mea subsc.

Ego P. Dondi Clericus Eccl. S. &c. . . . . cum plebano manu mea subsc.

Sylverio fortassis Episc. anno 1126. S. Donati sacra lipsana è Cephalenia Venetias translata in Ecclesia S. Mariæ de Muriano solemniter recondita sunt, à quibus deinde forsan mutuato nomine adque in hodiernam diem S. Donati Ecclesia communiter appellatur. Servatur in ea hujus sancti vita, è Græco sermone ut fertur, in latinum antiquitus translata; de quo etiam scribit Dandulus in Chronico l. 9. c. 12. et Natalis in Catalogo sanctorum. Bonoius.)

XXVII PETRUS *Michael subscripsit sententiæ Henrici Danduli Gradensis Patriarchæ pro plebano, & Ecclesia S. Mariæ de Muriano. Negabant enim Vicarius, & Clerici S. Stephani ejusdem insulæ debitam reverentiam, & obsequium præstare Ecclesiæ S. Mariæ eorum Matrici. Controversia Romam delata à Pontifice definienda commissa est Henrico præfato, qui convocata Provinciali Synodo, & in ea quæstione diligenter examinata anno 1152. sequens decretorium tulit judicium, quod ex authentico Copiali existenti in Archivo ejusdem Ecclesiæ descriptum hic exhibemus.*

In nomine Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo secundo mensis Januarii Indictione prima Rivoalti. Quia in sede æquitatis positi sumus, ideo ea, que justitie solerti cura, ac studio ad rectum tramitem ducere modis, quibus possumus, studere debemus, & lites, atque contentiones eatenus extinguere, quod discidia eainde ulterius non queant oriri. Quapropter nos quidem Henrichus Dandulus Dei nutu Gradensis Patriarcha dum in nostra aula resideremus, adhibitis nobis venerabilibus fratribus nostris Episcopis & maxima multitudine reverendorum Clericorum nostre patrie, venit ante nostram presentiam Angelus da Molinus Torcellensis Archidiaconus, & S. Marie à Murianis plebanus, & conquestus est de injustitia, quam predicta Ecclesia Murianensis S. Marie, & ipse patiebatur, scilicet quod Vicarius, & Clerici Ecclesie S. Stephani ejusdem loci subtrahere nitebantur illam justitiam, seu reverentiam, quam ceteri Vicarii, vel Clerici predicte Ecclesie S. Stephani exhibere soliti erant supradicte plebi S. Marie, & ceteris plebanis, quibus eadem Ecclesia regenda commissa extiterat per tempora. Hanc autem perobviationem nos, & nostri confratres Episcopi sepe audientes vocari fecimus coram nostra presentia jam dictum vicarium, & clericos prefate Ecclesie S. Stephani; ad quam vocationem tunc similiter in nostra presentia advenit prefatus Torcellanus Archidiaconus & plebanus Ecclesie S. Marie, & ostendit nobis unam breviarii chartulam testatam, & roboratam factam per curiam anno Incarnationis ejusdem nostri Redemptoris millesimo quinquagesimo tertio Mensis Januarii Indictione septima, quam scribere rogaverunt Martinus presbyter Siytadei, & Dominicus Michael, atque Adam Dandulo, & Pentani, sive Johannes Calasti, nec non & Dominicus Dandulo, seu Lugnanos Theodoro, & Johannes Venerio, atque relicta Martini Felix, sive & Florentius Clericus filius Johannis Florentii de Cletamis vel ordine Ecclesiastico, quod extitit inter suprascriptam plebem S. Marie & Vicarium Ecclesie presate S. Stephani protomartyris, atque Vicarium Ecclesie S. Martini pontificis, seu & Ecclesia B. Erasmi de litore Murianensis, nec non & Ecclesia B. Cypriani martyris, sicut & predecessores eorum soliti semper fuerunt facere predicte Ecclesie S. Marie in sacris festivitatibus secundum antiquam consuetudinem. In qua continebatur, quod ipsi omnes, quorumque nomina superius, & subtus adscripta ore testificabantur. & confirmabant, quod audiverant ex ore parentum suorum, & ipsimet postmodum semper facere secundum antiquam consuetudinem. Dicebant enim, quod primus omnium debet venire Vicarius Ecclesie S. Stephani, atque Vicarius Ecclesie B. Martini ad ecclesiam beate, & predicte gloriose Virginis Marie, in vigilia Nativitatis Domini ad vesperum, deinde ad Matutinum usque ad tertiam lectionem completam; postea in die ad Missam; inde pariter in vigilia Epiphanie ad Vesperas, & ad Matutinum ibi esse deberent, usque dum santificata fuerit acqua. & in die ad missam: ab inde initio quadragesime ad missam tantum. Item Dominica in ramis palmarum ad olivū, seu ad Missam. Sabbato Sancto, quod est vigilia Resurrectionis Domini ad officium, sive ad missam cum omnibus eorum clericis; in die Resurrectionis Domini ad Matutinum, & ad Missam: in festo Ascensionis Domini tantum ad Missam. Sabbato quod est vigilia Pentecoste ad officium, & ad missam, sive ad vesperum cum omnibus eorum Clericis: in die vero ad missam. In Assumptione S. Marie ad missam, & ad vesperum. Dominica prima de Adventu Domini tantum ad missam. Et quoniam predicti Vicarii veniebant ad missam ad suprascriptam plebem S. Marie, & eorum clerici, similiter Vicarius Ecclesie S. Stephani secundum antiquam consuetudinem in ejus festivitate, & in festo S. Stephani, & in Purificatione S. Marie, & octo diebus antecedentibus Annunciationem semper transmittebant Plebano S. Marie ampullas de bono vino plenas in predictis festivitatibus, & sexto die ante predictas festivitates veniebat, & deprecabatur plebanum jam dictum S. Marie, ut ibi ad Vesperum in vigilia festivitatis ejus pergeret. Veniente vero die statuta cum sua navi per unum de suis ordinariis eum elevare semper transmittebat, & honorifice cum campanis, & acqua sancta, sive incenso eum optime suscipiebat. Vespero vero expleto vigilias ei & ceteris ejus clericis, qui cum eo erant, faciebat. Postmodum autem cum sua navi eum cum honore ad suprascriptam plebem S Mariæ remittebat. Vicarius Ecclesie S. Martini secundum antiquam consuetudinem in ejus festivitate, idem in S. Marco, & in festivitate S

,, Pauli Apostoli similiter hec omnia per ordinem A
,, semper adimplebar, sicur superius legitur de Vi-
,, cario Ecclesie S. Stephani, & nec nnus Vicarins,
,, nec alius ad eorum Ecclesias scrutinium facie-
,, bant, nec festa initiabant, nec vigilias sonabant,
,, nisi in illorum festivitatibus tantum vigilias so-
,, nabant. In Dominicis diebus, vel in sacris fe-
,, stivitatibus missa ad eorum Ecclesias ante supra
,, scriptam plebem semper sonare debet. Matuti-
,, num vero, & Vesperum primitus plebi S. Marie
,, sonare debet, & postmodum in eorum ecclesiis,
,, nisi tantum in eorum festivitatibus; de quoti-
,, dianis vero diebus nec missam, nec vesperum an-
,, te predictam plebem sonare non debent secun-
,, dum antiquam consuetudinem. Vicarius Eccle-
,, sie B. Erasmi secundum antiquam consuetudi-
,, nem in prenominatis festivitatibus, que superius
,, leguntur, semper venire debet ad Missam ad su-
,, prascriptam ecclesiam S. Marie, sive ad offi-
,, cium in Sabbato Sancto, & in Sabbato, quod
,, est vigilia Pentecostes, sicut ejus Antecessores B
,, semper fecerunt. In festivitate S. Erasmi octo
,, diebus ante annunciatis semper mittebat pleba-
,, no suprascripte Ecclesie S. Marie ampulias de
,, bono vino repletas, & propter ejus precantiam
,, predictus plebanus in vigilia S. Erasmi ibat ad
,, vesperum, & cum campanis, & aqua sancta,
,, atque Incenso honorifice semper receptus erat,
,, & vigilias ei semper faciebat, & suis Clericis.
,, Ecclesia vero S. Cypriani hec omnia, que supe-
,, rius leguntur de ecclesia S. Erasmi, semper facie-
,, bat. Propterea testificabantur jam dictus Marti-
,, nus presb. stytadei omnia, que superius legun-
,, tur, sa audivisse ex ore Dominici presbyteri Ab-
,, batis magistro suo, qui habebat, quando defun-
,, ctus fuit, plures annos septuaginta, & ipse pres-
,, byter viderat oculis suis videi. per sexaginta an-
,, nos. Et prefatus D. Michaei testimonium per-
,, hibebat de omnibus, que superius leguntur, esse
,, per sexaginta annos. Supradicti vero Adam
,, Dandulo, & Joannes Pentani testificabantur C
,, hec omnia, sicut superius legitur, secundum
,, quod audiverunt ex ore parentum suorum, &
,, ipse viderat tunc per septuaginta annos ut testi-
,, ficabatur. Testificabantur etiam Joannes Bala-
,, sta, sicut & suprascripti testes per 70. annos, &
,, Dominicus Dandulo similiter testificabatur, si-
,, cut superius legitur, & Lugnanus Theodorus,
,, sicut & isti, ut ipse audivit de ore matris sue, que
,, quando ex hoc seculo migravit, habebat plures
,, annos centum, quod predicti Vicarii prefatum
,, obsequium ad supradictam plebem S. Marie sem-
,, per faciebant; in Ecclesia B. Martini in domi-
,, nicis diebus, vel in aliis festivitatibus tantum
,, una missa semper cantabatur secundum anti-
,, quam consuetudinem: sed & omnes Vicarii sem-
,, per ibant ad suprascripram plebem S. Marie ad
,, missam privatam, nisi tantum in festivitate S.
,, Martini, & in festivitate B. Pauli Apostoli. Te-
,, stificabatur etiam Johannes Venerio, qui audi-
,, vit ex ore patris sui, qui quando obiit habebat D
,, plures annos octoginta, & ipse per semetipsum
,, vidit, & sciebat hec, que superius leguntur de
,, Ecclesia S. Martini, & similiter testificabatur,
,, sicut & alii testes, qui superius suprascripti sunt;
,, testificabantur namque relicta Martini Felix,
,, que sciebat ab illo tempore, quando desponsata
,, fuit, & tradita marito, quod in predicta Eccle-
,, sia S. Martini in Dominicis, & in festivis diebus
,, cantabatur una missa excepto in festivitate S.
,, Martini, & in festivitate B. Pauli Apostoli se-
,, cundum antiquam consuetudinem. Sed & omnes
,, Vicarii ibant semper ad predictam plebem S. Ma-
,, rie ad missam privatam. Et Florentius Clericus
,, filius Johannis Florentii testificabatur per os
,, Marci Diaconi tantum sicut superius legitur, se-
,, cundum quod in prefatis chartulis continebatur.
,, Similiter ostendit nobis jam dictus Archidia-
,, conus, & Plebanus S. Marie duas promissionis
,, chartulas, & instrumenta, quas fecerunt om-
,, nes vicini prefate plebis S. Marie a Murianis,
,, clerus videlicet, & populus majores, medio-
,, cres, & minores, una quarum fuit facta per cu-
,, riam ann. dom. millesimo sexagesimo tertio men-
,, sis Octobris indictione secunda; altera fuit fa-
,, cta per curiam anno Dom. millesimo centesi-
,, simo nono Mensis Junii Indictione secunda. In
,, quibus ambabus promissionis chartulis contine-
,, batur sic. Nos omnes Vicarii S. Stephani ple-
,, bis Muriani, & clerus videlicet & populus
,, majores, & mediocres, & minores promittentes
,, promittimus, ut amodo in antea honorem, &
,, justitiam, & rectitudinem S. Marie nostre plebis
,, ita observare, retinere, & adimplere debea-
,, mus unanimiter sicut antiquis temporibus præ-
,, decessores nostri observaverunt, & eam liber-
,, tatem, & honorificentiam, quam illi supra-
,, scripte plebi retinuerunt, nos retinere debea-
,, mus, ita ut nulli hominum ejus justitiam . . . . .
,, amplitudinem minuere . . . . Quod si
,, aliquis nostrorum, qui ejusdem plebis vicinus
,, extitit, hoc quod supradiximus minime obser-
,, vare inventus fuerit, aut contra honorem, &
,, rectitudinem, & justitiam S. Marie nostre ple-
,, bis esse presumpserit, nos ad defendendum su-
,, prascripte plebis justitiam unum ad alium af-
,, frangere non debeamus quovis ingenio ab hoc,
,, quod supra dictum est, subscripsimus omnes,
,, qui propriis manibus subtus ascripti, & assigna-
,, ti esse videntur, componere promittimus om-
,, nia, que visi sumus habere in hoc seculo ad ho-
,, norem suprascripte plebis. Et si quis nostrorum
,, in defendendo honore nostre plebis aliquam in-
,, juriam, aut; damnum aliquod ab aliquo susti-
,, nuerit, nos & unus ad alium affrangere non
,, debeamus, sed unanimiter eam omnes defen-
,, dere promittimus. Quod si aliquis aliqun inge-
,, nio ab hac defensione se subtraxerit, & fuerit
,, inter nos clare factum, componat id quod supra
,, legitur: & hec sancta promissio maneat in eter-
,, num. Et insuper nos, quorum nomina infe-
,, rius adscripta nominata sunt, & spontanea, &
,, bona voluntate cum nostris heredibus & prohe-
,, redibus, & posteris nostris hanc sanctam pro-
,, missionem observare in perpetuum, & per nul-
,, lum quovis ingenio corrumpere, & minuere
,, debeamus: & ita firmamus breviarium, quo con-
,, tinetur obsequium, quod omnes nostre Ecclesie
,, cum suis clericis facere debent ad nostram ple-
,, bem secundum antiquam consuetudinem. Et
,, quicumque corrumpere hanc suprascriptam
,, promissionem voluerit, sit sub anathemate tre-
,, centorum decem & octo Patrum, & cum Juda
,, traditore Domini nostri Jesu Christi sit damna-
,, tus. Et nos supra crucem † Domini nostri Jesu
,, Christi sub jurejurando ab hac die firmamus, &
,, per quatuor Evangelia S. Johannis, & Marci,
,, sive Luce, atque Matthei jurejurando firma-
,, mus, & sic deus nos adjuvet, & illa sancta Dei
,, quatuor Evangelia ita observare, & retinere de-
,, bemus secundum, quod in promissionis char-
,, tula continetur.
,, Ad hec ostendit nobis jam dictus Archidiaco-
,, nus, & plebanus unam decreti chartulam fa-
,, ctam in curia anno Domini millesimo septuage-
,, simo a octavo mensis Aprilis indictione sexta,
,, quam fecit Dominicus gratia Dei bone memo-
,, rie S. Gradensis Ecclesie Patriarcha una cum
,, Ursone Venerabili Torcellano Episcopo, &
,, ceteris eorum confratribus Episcopis, in qua
,, continebatur, quod ipsi diligenter ventilaverant
,, contentionem inter Petrum Edolum plebanum
,, suprascripte Ecclesie S. Mariæ cum cuncto cle-
,, ro, & populo ejusdem loci insimul & Dominico
,, Mauro judice de ejusdem a Murianis de obsequio
,, Ecclesie Domini Salvatoris, quam ipse a funda-
,, mentis edificari fecit pro anima sua. Unde pre-
,, fatus Dominicus Patriarcha predecessor noster

a Sexagesimo.

cum

cum predicto Ursone Episcopo per judicium omnium Episcoporum suorum per ipsum scriptum ceteris notificabat, & inter eundem Dominicum Maurum, & plebanum S. Marie, atque cunctum clerum & populum à Murianis per judicium firmiter laudantes confirmaverunt secundum quod per antiquam consuetudinem relarum erat eis, & per suprascriptum breviarium restatum, & roboratum, ante eorum presentiam lectum, in quo continebantur suprascripta obsequia Ecclesiarum annuatim ad suprascriptam suam plebem per tempora faciendi equalem honorem, prefata plebs, & plebanus S. Marie, & ceteri suprascripte Ecclesie receperunt, & runc faciebant, & similiter facere deberent, ita predicta Ecclesia, quam edificavit prefatus Dominicus Mauro, rale obsequium facere deberet per tempora in predicta Ecclesia S. Marie plebis à Murianis, & plebano, qui per tempora ibi fuerit, quale faciebant alie supradicte Ecclesie. Et si quis Vicarius jam dictam Ecclesiam retinuisset, & ipsa obsequia in suprascripta plebe S. Marie non fecisset secundum quod predicte alie Ecclesie faciebant sub. . . . . Ecclesiastico & sub vinculo anathematis subjaceret. Et si plebanus suprascripte Ecclesie S. Marie tale obsequium non habuisset in Vigilia Domini & Salvatoris de suprascripta Ecclesia, quam edificavit suprascriptus Dominicus Mauro, quale sibi faciebant suprascripte alie Ecclesie, ut superius dictum est, tunc ipsa Ecclesia clausa, & privata ab omni officio esse debet per totum anni circulum usque ad sequentem festivitatem Domini, & Salvatoris, & ipse Clericus, qui eam retinuisset. Istud idem confirmavit præfatus Patriarcha predecessor noster cum prefato Ursone Torcelli Episcopo, & ceteris suis Episcopis, quod esset similiter in perpetuum in omnibus aliis Ecclesiis, que sunt vel fieri debent in suprascripto loco à Murianis. Quod si ipse plebanus hoc recipere noluisset, & clare factum fuisset, tunc prefata Ecclesia clausa, vel privata ab officio esse non deberet. Et si prefata Ecclesia Vicarium in tempus habuisset, talem honorem recipere deberet a plebano S. Marie à Murianis, & alius Vicarius facere noluisset secundum quod in ipsa decreti chartula continebatur.

Interea præfatus Vicarius Ecclesie S. Stephani cum suis Clericis sacrosanctam Romanam appellaverunt sedem, ad quam dum utraque pars perrexisset, Dominus Apostolicus causam ad nostram presentiam suas litteras sub sigillo sigillatas nobis rescripsit dicens, quod ipsam causam ante meam presentiam revocarem; & diligenter auditis, & intellectis causis, & rationibus utriusque partis canonico fini sine subterfugio appellationis eam tradere & definiri debeam. Secundum preceptum jam dicti Domini Apostolici causam ipsam ante meam presentiam revocari, & eorum confratribus, & Episcopis meis, & diligenter auditis, & intellectis causis, & rationibus utriusque partis eamdem causam canonico fini tradidimus, mandavimus, firmavimus, & volumus quod prefatum breviarium, in quo suprascripta capitula continentur, illud idem esset, super quod Clerus, & populus à Murianis juraverant. Et quia jam dictus Dominicus Patriarcha predecessor noster per predictum sui decreti chartulam judicio suorum Episcoporum confirmavit per sententiam, & ex judicio diximus, quod prefatum breviarium sacramento confirmatum esse deberet. Ad hæc accessit Aurius Venerius yconomus jam dicte plebis S. Marie, atque Martius Balbi presbyteri nostri ejusdem loci, & super sancta quatuor Evangelia juraverunt, & quod prefata breviarii charta eadem esset, super quam Clerus, & populus à Murianis juraverant, & quod nullam falsitatem cognoscebant in predictis chartis, quas jam Archidiaconus, & plebanus in suprascripto placito nobis ostenderat, & ostendebat. Tanta igitur certitudinis ostensione ante nostram, dictorumque Episcoporum presentiam facta decrevimus, atque censuimus, quod predicta breviarii charta eo ordine ut predictum est perpetuis temporibus firma, & stabilis permaneret in perpetuum, & deinceps in antea usque in perpetuum prefata Ecclesia S. Marie, & prefatus plebanus, vel sui successores, qui per tempora fuerint de predictis honoribus, vel subjectionibus nullam diminutionem habere debeat. Quod ut ita observatum, & adimpletum sit per hujus decreti chartam, in qua propriis manibus subscripsimus, firmiter observari censuimus. Et quicumque huic nostri decreti pagine obviare presumpserit predicte pene subjaceat, que superius denotata est in prefata decreti chartula Dominici Gradensis Patriarche, predecessoris nostris, scilicet quod tam prefata Ecclesia S. Stephani, atque Vicarii, & Clerici ejusdem Ecclesie, quam & omnes alie Ecclesie, que sunt, & fieri debent in predicto loco a Murianis, & Vicarius, & Clerici earumdem Ecclesiarum, que suprascripta obsequia eodem modo, ut superius denotatum est, secundum antiquam consuetudinem semper observaverunt per totum anni circulum, tam ipse, quam suprascripte Ecclesie clause, & private sint ab omni divino officio, donec idoneam satisfactionem exinde faciant suprascripte plebi S. Marie, & suprascripto Archidiacono, & plebano, & suis successoribus plebanis, qui per tempora in suprascripta Ecclesia constituti fuerint. Preterea sicut predicto Angelo de Molino Archidiacono, & plebano jam dicte plebis S. Marie. . . . . in plena curia à Domino nostro sanctissimo, & benignissimo Papa Eugenio interdicere concessum est ex litteris venerab. sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalium cognovimus, ita sibi, suisque successoribus plebanis in perpetuum plenissimam potestatem concedimus interdicere omne divinum officium, & beneficium tam Vicariis, quam Clericis omnium Ecclesiarum, que sunt, vel fieri debent in predicto loco Murianis, nisi prefate Ecclesie S. Marie, & sic sibi, suisque successoribus plebanis debita obsequia secundum quod supradictum est exhibuerint, & suprascripto Angelo de Molino Archidiacono, & plebano, suisque successoribus plebanis semper sicut suis plebanis obedientiam & reverentiam adimpleverit.

Ego Henrichus Dandulus Dei gratia Gradensis Patriarcha mm. ss.

Ego Johannes Pollanus Dei gratia Castellanus Episcopus mm ss.

Ego Petrus Michael Dei gratia Torcellanus Episcopus mm. ss.

Ego Dominicus Minio Dei gratia Equilensis Episcopus mm. ss.

Ego Bonfilius Dei gratia Civitatis nove Episcopus mm. ss.

Ego Johannes Dei gratia Caprulanus Episcopus mm. ss.

Ego Bonoaldus Primicerius S. Marci mm. ss.

Ego Dominicus. . . . Ecclesie S. Bartholomei Vicarius mm. ss.

Ego Johannes Fallerius dei gratia Castellanus Archidiaconus mm. ss.

† Ego Henrichus Novigajosus Archipresbyter S. Castellane Ecclesiæ mm. ss.

† Ego Nicolaus Mizulo Castellane Ecclesie Primicerius mm. ss.

† Ego Michael Caroso Ecclesie beate Torcel. Joan. Bapsitte mm. ss.

† Ego Petrus Arpo Vicarius Ecclesie S. Raphaelis mm. ss.

† Ego Vitalis Michael Clericus mm. ss.

† Ego Angelus Roana presbyter mm. ss.
† Ego presbyter Roduiphus mm. ss.
† Ego Leonard. S. Margarite plebanus mm. ss.
† Ego Marcus Fondola . . . . mm. ss.
† Ego Landus presbyter mm. ss.
† Ego Stephanus Natalis Subdiaconus mm. ss.
† Dominicus Venerius Diaconus, & Notarius m. sua scripsit.
† Ego presbyter Marcus Plebanus de Litoré alto mm. ss.
† Ego Andreas Michael presbyter mm. ss.
† Ego Johannes Maf. . . . Clericus notarius, atque Canonicus Eccl. S. Marie Mneiani mm. ss.
† Ego Petrus Greco Clericus Canon. mm. ss.
† Egn presbyter Petrus & Dom. Patriarche Cancellarius mm. ss.
† Ego Dominicus Subdiaconus Vicarius Eclesie S. Mauritii mm. ss.
† Ego Domiulcus Cytadeo Diaconus & Canonicus mm. ss.
† Ego Blasius presbyter, & notarius mm. ss.
† Ego Martinus presbyter plebanus D. Salvatoris mm. ss.
† Ego Martinus Aguello presb. & S. Martini plebanus mm. ss.
† Ego Johaunes Dondi presb. Ecclesie S. Matthei mm. ss.
† Ego Anolus Dondi presb. & Canonic. mm. subscripsi.
† Egn Stephanus Magno Diaconus Canonicus S. Marci mm. ss.
† Ego Paduarius presb. Canonicus mm. ss.
† Ego Nicolaus presb. mm. ss.
† Ego Simeon Beuedictus Diaconus mm. ss.
Ego Dominicus presb & notarius predictis interfui, & de mandato prefati D. Patriarche conplevi, & roboravi.

De hoc Petro nulla præterea mentio, nec compertum habemus quandiu deinde vixerit. Illud solum novimus ex c. Constitutis 23. de appellationibus, *quod, Alexandro III. Pontifice, vacante hac sede, electores in Episcopi electione plurimum inter se dissidiis pugnarint. Quemdam enim C. nominaverat Archidiaconus, quem veluti excommunicatum cæteri electores reiiciebant, appellatione, si id fieret, interposita. Devenit nihilominus Archidiaconus ad ejusdem C. electionem, & ne quid in ejusdem præjudicium moliretur, alteram in electi favorem opposuit appellationem. Primicerius vero cum cæteris aliis, majorem seu saniorem eligentium partem constituentibus electionem, & appellationem Archidiaconi tamquam juri minus consonas parvi pendens I. in Episcopum elegit. Utraque electione ad Alexandrum III. devoluta mandavit ille Patriarchæ Gradensi, & E. tit. S. Vitalis presb. Cardinali, ac Priori S. Crucis, quatenus utraque parte ante eorum præsentiam convocata, reique veritate diligenter inquisita, vel præfatum I. auctoritate Apostolica confirmarent, vel convocatis Gradensis Ecclesiæ suffraganeis causam audirent, & eam remoto appellationis obstaculo sine debito terminarent. Quid exinde evenerit, non liquet. Stat nobis hoc unum, sequentem Leonardum hisce temporibus electum, & sacratum fuisse, qui ex literis initialibus in textu à supradictis electis alter videtur, nisi placeat mendosum textum opinari, & facili errore I. pro L. irrepsisse. Cæterum non est, cur laboremus, an rescriptum Pontificis Gradensi Patriarchæ super electione Torcellanæ Ecclesiæ emanarit, cum hoc satis firmet Gonzalez in hunc locum.* Bonnius.)

XX VIII. 26 LEONARDUS hanc eandem sedem assequutus est. Anno 1177. reperitur subscriptus in quodam privilegio Friderici Imperat. Interfuit Lateranensi Concilio sub Alexandro III. celebrato anno 1179. Is ab Urbano III. anno 1186 pro sua Ecclesia amplissimum privilegium consecutus est, cujus exemplar exscripsimus ex lib. 1. de diversis formis Eugenii IV. fol. 60. sub iisdem verbis ab eodem Eugenio Papa, instaute Philippo Torcellano Episcopo, renovatum

Eugenius &c. Ad futuram rei memoriam.

Ex Apostolicæ provisione sedis provenire dinoscitur, ut Romanus Pontifex quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontif. gesta innovet, ac innovata restauret, & authoritate Apostolica fulciat innovata. Hinc est, quod nos ad instantiam venerab. fratris nostri Philippi Episcopi Torcellan. quasdam felicis recordationis Urbani Papæ III prædecessoris nostri literas in Cancellaria Apostolica inspici, examinarique diligenter, & earum, cum incipiant vetustate consumi, tenorem de verbo ad verbum subscriptionibus, & characteribus omissis, inseri præsentibus fecimus, qui talis est Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Venerab. fratri Leonardo Episcopo Torcellano, ejusque successoribus canonicè instituendis. Cum ex injuncto nobis à Deo Apostolatus officio, quo omnibus Christi fidelibus auctore Domino præeminemus singulorum paci, & tranquillitati debemus intendere præsertim pro illorum quiete oportet nos esse sollicitos, qui pastorali dignitate sunt præditi, & ad officium Pastorale promoti; nisi enim nos eorum utilitatibus intendentes Episcoporum jura in quantum, Deo permittente, possumus, integra conservemus, authoritate Apost. eos à pravorum invasionibus defendamus, de illorumque salute vere poterunt esse solliciti, qui sibi ad regendum Domino sunt disponente commissi. Hujus itaque rei consideratione frater Episcope provocati tuis justis postulationibus gratum impertimur assensum, & ad exemplar prædecessorum nostrorum bonæ memoriæ Paschalis, Adriani, & Alexandri Romanorum Pontificum Torcellanam Ecclesiam, cui Deo authore præesse dinosceris, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsenti scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet monasterium Ss. Felicis, & Fortunati Martyrum, monast. s. Joannis Evangelistæ, monast. S. Cypriani de Ammorianis, monast. S. Cypriani de Palude, hospitale S. Jacobi, hospitale juxta fluvium Palude, plebes per diversa loca constructas, Boven. scilicet, & Ammianen. quoque, cum omnibus capellis prope, vel longe ad eam pertinentibus, Majorben. & altera parte Equilen. civitatis, capellam S. Joan. Evangelistæ, & molendina ibidem adjacentia, Macen. quoque litus, & Boven. seu Albense, prædia etiam & possessiones cum censu, & quintello quæcumque ex vetusta traditione eidem debentur Ecclesiæ. Confirmamus etiam juri Ecclesiæ tuæ capellam S. Petri in parochia Tarvisin. apud Tertium, & quicquid juris habet in ecclesia S. Helenæ, cum territoriis, sylvis, pratis, pascuis, & paludibus, capellam S. Michaelis apud Quartum, villas, etiam prædia, prata, & pascua usque ad os Syletis juxta Dutiam, capellam S. Felicis cum pertinentiis suis, prædia, & possessiones, quæ sunt Altini juxta fluvium Plave, capellam S. Donati cum pertinentiis suis usque ad mare. In parochia Olivolen. capellam S. Samuelis juxta fluvium Liquentiam, plebem S. Laurentii cum capellis suis. Quæcumque præterea in Istria, vel in aliis locis eadem Ecclesia juste, & canonice possidet. Ad hæc statutis canonicis consentientes decernimus, ut nulli Patriarchæ, vel Episcopo facultas sit contra tuam sive successorum tuorum voluntatem in Torcel. diœc. in præjudicium tuum confirmationes facere, ecclesiarum, sive cleric. consecrationes, aut cætera ecclesiastica officia exhibere. Decreto etiam præsenti statuimus, ut si quis parochianorum tuorum vir, ac mulier in aliam diœcesim habitationem suam transtulit, aut transtulerit decimam bonorum suorum, quæ tempore quo recessit, vel recesserit habere constiterit,

ple-

plenarie tibi tribuere teneantur, facultasque sit tibi per canonicam eos ad hoc compellere disciplinam, nec quicquam eos donec faciant hoc, ad ecclesiastica officia contra sententiam tuam admittat. Decernimus *ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia illibata, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum &c cunctis &c. Amen.* Datum *Veronæ per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii 17. Kal. Martii* Ind. 4. *Incarnationis Dominicæ anno 1186. Pontificatus vero Domini Urbani Papæ 3. ann. 2. Nos ergo dicti Philippi Episcopi in hac parte supplicationibus inclinati litteras, & tenorem hujusmodi auctoritate prædicta innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, per hoc autem nullum cuiquam de novo jus acquiri volumus, sed antiquum si quod sit, tantummodo conservari. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.*

Datum Florentiæ anno Incarn. *Dominicæ 1436. prid. Non. Aprilis an. 6.*

[„ *E Donata gente Leonardum prodiisse testatur* „ *instrumentum quoddam alienationis, extans in* „ *archivo Monialium S. Jo. de Torcello, quo Anno* „ 1180. consentiente Leonardo Donato. *Abbatissa* „ *S. Joannis de Torcello alienat quasdam aquas posi-* „ *tas in Clodia.* Donasse *verò suis Canonicis quas-* „ *dam aquas inter Torcellum & Altinum jacentes col-* „ *ligitur ex locatione earumdem aquarum an. 1181.* „ *à Canonicis facta, & in eorum archivo existente,* „ *cujus initium tale est:* In nomine Domini Dei & „ Salvatoris nostri Jesu Christi; an. Domini 1181. „ mens. Octob. Indict. XV. Torcel. Manifesti sumus „ nos quidem omnes Canonici de Torcello cum no- „ stris successoribus, quia ab isto primo mense ven- „ turo Martii, quem ad præsens expectamus in „ annis usque ad quatuor annos, firmamus vobis „ Venerio Vasino, & Petro Vasino ambobus fra- „ tribus de Majurbio, & vestris successoribus, to- „ tam unam nostram aquam, quæ est posita inter „ Altinum, & Torcellum, quam aquam dedit no- „ bis D. Leonardus Torcellanus Episcopus, quæ „ donatio, ut in ea legitur, &c. *Hodie aquæ præ-* „ *dictæ ex Veneti senatus decreto communis sunt ju-* „ *ris. Visitur adhuc ejus Epitaphium in Cathedrali,* „ *quod etiam refert Ughellus infra n. 42 falsò putans* „ *alterius Leonardi esse.* Bonolus.)

XXIX. 27 STEPHANUS Capelizo.

XXX. 28 JOANNES Morus, de quo nil, quod referam, occurrit, nisi tantum quod ejus Præsulatus tempore, eoque permittente Rodulphus plebanus S. Thomæ Torcelli circa annum Domini 1190. devotione ductus ædificare cœpit (1) monasterium pro Monachis Cisterciensis Ordinis, cujus erat addictissimus, quos cum ab Abbate Roserii cœnobii in Burgundia ejusdem Ordinis sub Priore Laurentio suscepisset, defunctus apud ipsos humari voluit. Crevit cœnobium piis Venetorum eleemosynis, ac Monialium S. Joannis Evangelistæ præsertim, quæ nonnulla bona concessere, quibus adjuti Monachi cœnobium perfecerunt: quod cum deinde sanctitate, ac divitiis excrevisset, in nobilem evasit Abbatiam, à summis Pontificibus, Venetorumque Repub. Torcellanisque Episcopis privilegiis ac immunitatibus exornatam. Floruit per aliquot secula viris omnium genere virtutum clarissimis, extenditque palmites suos ad Orientem usque, pluraque cœnobia in Græcia construxit, ejus ditioni subjecta; sed cum deinde ex Commendatariorum incuria pristinum splendorem denudasset, elanguissetque in ea regularis observantia per Monachos ejusdem Ordinis congregationis Longobardiæ ad puriorem vivendi normam redacta est. Abbatia posita est ad Septentrionalem plagam ejusdem insulæ, quæ, cum eam fundassent Burgundiones monachi, vulgo, *San Thomaso de' Borgognoni*, appellatur. In ea ab hinc *a* centum quinquaginta, & amplius annis jus patronatus habet Veneta patritia familia Trevisana, cujus etiam ibidem majorum sepulchra spectantur. Abbates, qui in ea præfuerunt, sequentes sunt, ex monumentis ejusdem cœnobii à nobis expiscati, quorum memoria ne pereat, hic duximus exprimendos.

a Ab hinc 300 & amplius annis.

1 Laurentius Prior, de quo mentio anno 1200. Fit Abbas anno 1209.

2 Bernardus deinde Abbas, cui Petrus Zianus Dux Venetiarum multa bona contulit in Constantinopolitana civitate anno 1212.

3 Aymo Abbas an. 1217. de quo mentio usque ad annum 1230.

4 Nicolaus anno 1238. quo anno Gregorius IX. Pontifex hocce cœnobium sub sua, & Apostolicæ sedis gratia recepit his literis datis anno pontificatus 13.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & Conventui monasterii S. Thomæ Ordinis Cisterciensis Torcellanæ diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia devotos, & humiles filios ex affectus pietatis officio perpetuo diligere consuevit, & ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater suæ protectionis munimine confovet. Ea propter dilecti in Domino *filii, vestris postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & monasterium, in quo divino vacatis obsequio, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poterit adipisci sub B. Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem capellam S. Mariæ militum de Candiola, quam monasterium vestrum antequam Cistere Ord. institutum susciperet possidebat, Terras, redditus, possessiones, & alia bona sicut ea omnia juste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Proviso autem de ipsius capellæ proventibus sacerdoti perpetuo in ea Domino servituro congrua portio assignetur, ex qua commode sustentari valeat, & Episcopalia, & alia capellę onera supportare. Nulli ergo hominum, &c. Si quis, &c.*

Datum Laterani 10. Kal. Aprilis Pontificatus *nostri anno 13.*

5 Lambertus Abbas an. 1243.

6 Zilius Abbas 1253.

7 Albertus Abbas 1255.

8 Christianus Abbas 1279. Obiit Non. Novembris ex veteri Martyrologio ejusdem cœnobii.

9 Aymus 2. Abbas 1288. de quo mentio anno 1300.

10 Petrus Abbas 1303.

11 Ugo Abbas 1304.

12 Bartholomæus Abbas eodem anno successit

13 Petrus Abbas 1308. litem habuit cum Abbatissa S. Margaritæ de Torcello ejusdem Ordinis Cisterciensis: rexit Abbatiam anno 31. Obiit 8. Kal. Junii ex eodem Martyrologio.

14 Nicolaus Abbas 1339.

15 Ugo Abbas. Obiit 1348.

16 Petrus Abbas. Obiit 1349.

17 Jacobus de Pascua Abbas 1349. electus à Clemente VI. Pontifice ex Monacho Mirarorii.

18 Joannes de Capellinis Mediolanensis, ex Abbate Aquæ Longæ Papien. diœc hujus monasterii fit Abbas an. 1383. Obiit 8. Id. Martii.

19 Jacobus Abbas 1390.

20 Petrus de Venetiis, dictus Spiritus, Abbas hujus monasterii. Obiit ann. 1401.

21 Jacobus Abbas. Obiit anno 1405. 5. Kal. Maii.

22 Petrus Bellegnus monachus S. Michaelis de Mu-

(1) *Fundator, & Ædificator hujus Monasterii fuit Marcus Trevisanus, nobilis Venetus, qui anno 1202. defunctus in cœnobii Ecclesia tumulatus est, ejus pietatem posteris commendante hoc Epitaphio:* MCCII. *die 5 Mensis Maii* [illegible] *nobilis vir D. Marcus Trivisanus de confinio s. Joannis novi & ædificator & fundator hujus* [illegible]. Id [illegible] Bullis Gregorii IX. an. 1212. Episcopo Torcellano data, quæ apud Marci [illegible]. Atque eumdem locum hujus jus patronatus in Marci heredes derivasse.

rano Ord. Camaldulensis, fit Abbas S. Thomæ anno 1405. insecutoque libere Abbatiam dimisit in manibus Petri Basilicæ XII. Apostolorum Presb. Card. & Apostolicæ Sedis legati, die 26. Feb.

23 Barontius de Pisis monachus S. Thomæ, ac Sacræ Theologiæ professor eligitur Abbas anno 1406. Obiit Kal. Martii 1428. vir scientia, ac morum integritate illustris.

24 Hieronymus Trevisanus nobilis Venetus, monachus hujus monasterii, fit Abbas anno 1428. qui laudabiliter hanc rexit Abbatiam annis 44. obiitque 3. Id. Julii ann. 1472. ætate grandævus, & omni laude dignissimus, pater pauperum, & pietate non minus, quam sanguinis nobilitate illustris.

25 Michael Trevisanus Venetus, Canonicus Regularis, & Prior S. Salvatoris Venetiarum, à Sixto IV. Pontifice eligitur Abbas hujus monasterii ann. 1472. 4. Kalen. Augusti, habitum Cisterciensis Ordinis ex jussione Pontificis assumpsit, & cum Abbatiam administrasset annis fere tribus, ibidem mortuus est 6. Kal. Octob. anno 1475.

26 Hieronymus Trevisanus Venetus factus est Abbas hujus monasterii ex clerico anno 1475. à Sixto IV. ea tamen conditione addita, ut habitum Cisterciensem assumeret, & professionem ejusdem Ordinis emitteret. Rexit Abbatiam ad annum usque 1523. quo obiit 6. Kal. Martii, cum antea ad Episcopalem sedem Cremonensem assumptus fuisset. Hic fere totum cœnobium vetustate fatiscens renovavit, ac pene à fundamentis erexit, idemque monasterium Congregationi Longobardiæ ejusdem Ordinis tradidit reformandum anno 1497.

27 Sebastianus Trevisanus Venetus ab Adriano VI. Pontifice in locum defuncti Hieronymi Episcopi ex clerico electus est Abbas, ejusdemque jussione habitum Cisterciensem suscepit, emisitque professionem. Excessit an. 1543. die 6. Kal. Junii.

28 Guido Antonius Trevisanus hujus cœnobii Abbas commendatarius, cui Hieronymus Bardus dicat vitas Romanorum Imperatorum anno 1583. quo anno mortuus est 3. Id. Martii, ac in sepulchro majorum suorum in eadem Ecclesia S. Thomæ humatus est. Post hunc cæteri Abbates ex eadem familia, usque ad nostram ætatem commendatarii fuerunt, mensamque separatam habent à regulari Abbate, & monachis, qui ibidem divinum pensum exsolvunt. Præest nunc regularis Antistes in eo cœnobio Sebastianus Contarenus Venetus, olim S. Ambrosii majoris Mediolani dignissimus Abbas, cujus cum laude meminit Puricellus in descriptione Ambrosianæ Basilicæ, ac monasterii.

XXI. 29 **BONUS** Balbus, Venetus, patritii generis, hanc rexit Ecclesiam. Mortalitatem explevit anno 1215. sepultus ante sacrarium in Cathedrali sub marmore cum hoc epitaphio, quod adhuc extat.

Anno Domini MCCXV. die IX. intrante Septembris obiit Dominus Bonus Balbo Dei gratia Torcellanus Episcopus. Rogate Deum pro eo.

[,, *Anno 1214. Ecclesiam D. Mauro martyri dicatam concessit Bonus Calendrinæ, & Mariæ honestis mulieribus, unde piam Monialium, quod adhuc viget, emersit cœnobium. Donationis instrumentum apud ipsas Moniales asservatur, & est sequentis tenoris.*

,, In nomine Domini Dei & Salvat. nostri Jesu Christi anno Domini 1214. Mensis Madii Ind. 2. Torcelli. Quæ conceduntur scripto benè cuncta reguntur. Quapropter nos quidem Bonus Dei gratia Torcellanus Episcopus cum nostris successoribus concedimus vobis namque Calendrinæ, & Mariæ de confinio S. Margaritæ, & vestris successoribus in perpetuum Ecclesiam nostram S. Mauri de Buriano amodo in antea habendam, possidendam, tenendam & donandam liberè & absolutè, exceptis 15. denariis, quos nobis debet prædicta Ecclesia singulis annis pro marciatica, & exceptis angastaria una vini puri omni anno octo diebus, vel quatuor ante festum ipsius ecclesiæ, & excepto unum storium singulis annis, cum nos, & successores nostri pro festo S. Hermacoræ ad Gradum iverimus, & excepto quod Prælata ejusdem Ecclesiæ debeat nobis, & successoribus nostris facere obedientiam manualem. Ipsam verò ecclesiam concedimus vobis, & successoribus vestris hoc modo, ut ibi observare debeatis bonam religionem, & de cætero habeatis potestatem disponendi, & ordinandi de ipsa ecclesia, & rebus suis, & recipiendi in ea Fratres, & Sorores, prout melius visum fuerit. Quod si contra hanc concessionis chartam venire temptaverimus cum successoribus nostris tunc componere promittimus vobis, & vestris successoribus auri libras quinque, & hæc concessionis charta maneat in sua firmitate.

,, † Ego Bonus Dei gratia Torcellanus Episcopus manu mea scripsi.

,, † Ego Aurius Presbiter, & Canonicus Torcellanus Testis scripsi.

,, † Ego Joannes Presbiter, & Canonicus Torcellanus testis scripsi.

,, † Ego Romeus Quirinus Diaconus & Canonicus Torcellanus testis scripsi.

,, Ego Joannes Vitali Presbiter & Notarius complevi & roboravi.

,, *Sed & antea an. 1212. Monachis Camaldulensibus tradiderat Ecclesiam S. Michaelis prope Murianum, quod etiam eodem annuente plebani, & presbyteri Collegiatarum Ecclesiarum S. Mariæ & S. Stephani de Muriano à propria jurisdictione exemerunt. Documentum, quod ex Monachorum Archivo caps. n. 14. eruditissimi P. Abbatis Jo: Benedicti Taffii munere proferimus, tale est.*

,, In Nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnat. ejusdem MCCXII. mensis Aprilis Indict. XV. Rivoalti. Nos presbyteri & Clerici Ecclesie S. Marie plebis Muriani, & plebanus & Clerici S. Stephani de eadem Muriano & parochiani earumdem Ecclesiarum de auctoritate & consensu Dom. nostri B. Torcellani Episcopi eximimus a jurisdictione nostra Ecclesiam S. Michaelis positam in palude juxta canalem de Muriano cum omnibus suis pertinentiis eam refutamus, & quantum in nobis est, concedimus tibi Alberto Fratri Camaldulensi nomine ecclesie Eremi Camaldulensis pleno jure in perpetuum, salvo eo quod Prior, vel Prælatus, qui ibidem in Ecclesia S. Michaelis per tempora fuerit, dicte Ecclesie S. Marie octavo die ante festum S. Michaelis mensis Septembris, vel usque ad vigiliam ipsius festi duas ampullas boni vini, que teneant tres libras; & in vigilia Assumptionis S. Mariæ mediam libram boni incensi pro censu perpetuis temporibus solvere debeant. Quod si quocumque tempore contra hanc refutationem & concessionem carte ire temptaverimus tunc emendare debeamus cum nostris successóribus tibi & tuis successoribus libras denariorum Venetorum centum, & hec refutationis & concessionis carta maneat in sua firmitate.

,, Signum suprascripti D. B. Torcellani Episcopi, qui me notarium pro se scribere, & hec consensit & fieri rogavit.

,, Ego Philippus Berli presb. Ecclesie s. Marie Plebanus mm. scripsi.

,, Ego Petrus Trivisano presb. Ecclesie s. Marie plebis Murianensis mm. s.

,, Ego Dominicus presb. Dalmatinus mm. s.

,, Ego Jacobus Rambaldus Clericus Ecclesie S. Marie mm. s.

,, Signum Jo: Baldniny plebani Eccl. s. Stephani, qui pro se scribere rogavit.

,, Ego Jacobus Greci presb. Ecclesie s. Stephani de Murianis mm. s.

,, Ego Blasius Acilino Clericus Eccl. s. Stephani de Muriano mm. s.

,, Ego Bardolodo Aruti procurator Eccleſie s A
,, Marie de Muriano mm. ſ.
,, Ego Marſilio Balbi procurator Eccleſie s. Ma
,, rie de Muriago mm. ſ.
,, Ego Leonardo Marſario mm. ſ.
,, Ego Stephano Mari no mm. ſ.
,, Ego Joannes Beoedicto Subdiaconus Eccleſie
,, s. Srephani mm. ſ.
,, Ego Vital Greci oim. ſ.
,, Signum Veneraodi Marino procuratore Ec-
,, cleſie s. Stephani de Muriann, qui ſcribere
,, neſcit, pro ſe ſcribere rogavit.
,, Signum Martini Bollani qui ſcribere neſcit
,, pro ſe ſcribere rogavit.
,, Sigoum Jonathe Greci, qoi hec fieri rogavit,
,, & ſcribere pro ſe.
,, Ego Marco Acilino mm. ſ.
,, Sigoum Marci Mauro qui pro ſe ſcribere ro-
,, gavit.
,, Signum Marci Campulo proeurator s. Stepha-
,, ni qui ſcribere oeſcit pro ſe ſcribere rogavit. B
,, Ego Albertus Maruxu. presb. & uotarius ro-
,, gatus interfui, ſcripſi, complevi, & ro-
,, boravi. *Bonolas*.]



XXXII 30 **STEPHANUS** Lollinus, oobilis Ven. ſucceſſit Bono, qui corpus S. Fuſcæ iuvenit, tranſtulitque in ſacello ejuſdem ſanctæ, ubi ſupra fores pene corroſa inſcriptio legitur. C

Anno ab Incarnatione Domini
MCCXLVII.
die IX. intrante April.
corpus S. Fuſcæ virginis,
quod erat longo tempore ſub ipſius altari
artificioſe reconditum
à Stephano Epiſcopo præſentibus canonicis;
& Martino Caſulo Poteſtate,
cum quibuſdam parochianis, & quam-
pluribus Viris religioſis
diligenter & devote conquiſitum
Divina favente gratia inventum, & poſtmodum
die 3. ejusd. menſe prædicto ejus altare ſuper ejuſdem Virginis corpore honorifice collocato fuit a præfato Epiſcopo cum magna reverentia conſecratum.

(,, *Stephanus, non Lollinus, ut perperam aſſerit*
,, *Vghellus, ſed Natalis, ut conſtanter colligitur* D
,, *ex omnibus ejus documentis, quæ vidimus, anno*
,, *1216. 12. Martii Indict. IV. fidelitatis Sacramen-*
,, *tum preſtitit Angelo Baroccio Patriarchę Graden-*
,, *ſi, ut ex documento in Patriarchali archivo aſ-*
,, *ſervato. Donavit anno 1225. Eccleſiam S. An-*
,, *tonii Abbatis caldam presbytero Chriſtophoro; cu-*
,, *jus quidem donationis tenor ex authographo apud*
,, *Moniales ejuſdem S. Antonii talis eſt.*
,, In nomine Domioi Dei, & Salvatoris noſtri
,, Jeſo Chriſti. Anno Domini 1225. meuſis Junii
,, Ind. XIII. Torcelli. Quæ conceduntur ſctipto,
,, benè cuncta reguotur. Quapropter oos Stepha-
,, nus Natalis Dei gratia Torcellaous Epiſcopus
,, cum noſtris ſucceſſoribus concedimus tibi Chri-
,, ſtophoro presbytero Prioti Eccleſiæ S. Antonii
,, de Torcello, & tuis ſucceſſoribus, Ipſam vide-
,, licet Eccleſiam S. Autonii, amodo iu antea ha-
,, bendam, teuendam, & io perpetuum poſſideo-
A ,, dam, ac donandam cum omnibus ſuis habentiis,
,, ac pertinentiis, ut omnibua diebus vitæ tuæ San-
,, ctæ Matri Eccleſiæ S. Mariæ noſtri Epiſcopa-
,, tus, & nobis fidelis eſſe debeas, & prædictam
,, uoſtram Eccleſiam S. Antonii ſub jure, & domi-
,, nio noſtri Epiſcopatus, & uoſtro teuere debeas,
,, & officium diurnum, & nocturnum iu ipſa Dei
,, Eccl. S. Antonii ſecundú tuum ſcire peragere de-
,, beas. Item tu, & ſucceſſores tui debeatis nobis, &
,, ſucceſſoribus noſtris facere obedientiā manualē,
,, & ad ſedem noſtram venire debeat a, cum voca-
,, ti fueritis, & ſingulis annis in menſe Martii da-
,, re, & ſolvere nobis, & ſucceſſoribus noſtris
,, quindecim blaucos, & ſtorium unum omni auno,
,, cum nos, & ſucceſſores noſtri pro feſto S. Her-
,, macoræ ad Gradum venerimus, & omni anno
,, octo diebus, videlicet quarto ante feſtum ipſius
,, Eccleſiæ pro annunciatione ipſius feſti dare & ſol-
,, vere debeatis nobis, & noſtris ſucceſſoribus duas
,, ampullas viui puri duarum librarum, & omni
B ,, tertio anno octo diebus ante feſtum prædicti S.
,, Antonii iovitare nos ad ipſum feſtum, & paſtum
,, facere nobis, & noſtris Canonicis honorifice.
,, Ipſam verò Eccleſiam concedimus tibi, & ſuc-
,, ceſſoribus tuis hoc modo, ut de cætero habeant
,, poteſtatem diſponendi, & ordinandi de ipſa Ec-
,, cleſia, & rebus ſuis, & recipiendi In ea Fratres
,, prout melius vobis viſum fuerit. Quod ſi contra
,, hanc conceſſioois chartam ire temptaverimus,
,, obſervaote te, quæ ſupra leguutur, tunc emen-
,, dare debeamus cum noſtris ſucceſſoribus auri li-
,, bras quinque: & hæc conceſſionis charta ma-
,, ueat in ſua firmitata.
,, Ego Stephaous Natalis Dei gratia Torcella-
,, nus Epiſcopus mm. ſcripſi.
,, Ego Dominicus Natalis Diaconus teſtis.
,, Ego Gabriel . . . teſtis.
,, Ego Joannes Vitalis presb. & notatius comple-
,, vi, & roboravi.
,, *Hanc ipſam exinde Eccleſiam, obitu fortè Chri-*
C ,, *ſtophori deſtitutam, idem Stephanus Monialibus S.*
,, *Cypriani de Terra Ordinis S. Benedicti ann. 1246.*
,, *conceſſit, quę veteri cœnobio relicto novum inibi*
,, *conſtruxere, quod adhuc incolentium virginum*
,, *nobilitate non minus, quam regulari inclareſcit*
,, *obſervantia. Servant hujus conceſſionis originale*
,, *documentum in ſuo chartulario prædictę Montales,*
,, *hiſce conceptum verbis.*
,, In nomine Dei æterni Amen. Anno ab In-
,, carnatione D. N. J. C. 1246. menſe Junii ſexta
,, exeunte Indict. IV. Torcelli. In eorum præſen
,, tia, quorum nomina inferius apparebunt. D.
,, Stephanus Natalis Dei gratia Torcellaous Epi-
,, ſcopus ſuper translationem Monaſterii S. Cy-
,, priani de ipſa Torcellana diœceſi ad Eccleſiam
,, S. Antonii de Torcello ſuis Canonicis præſenti-
,, bus, & conſeutientibus videlicet Jacobo Corra-
,, do Archipresbytero, Nicolao de Girardo Pri-
,, micerio, Jacobo Marcati presb. & Leonardo
,, Deodato Subdiac. in ſcriptis hujuſmodi prooun-
D ,, ciavit ſic dicens. In nomioe Dei æterni Amen,
,, Nos Stephanus Dei gratia Epiſcopus Torcella-
,, nus couſentientibus noſtris Canonicis Torcella-
,, nis pro remedio animæ noſtræ ipſorum præde-
,, ceſſorum, ac ſucceſſorum concedimus, ac da-
,, mus Eccleſiam S. Antonii de Torcello tibi Olivæ
,, Abbatiſſæ & ſororibus tuis, ac ſucceſſoribus ve-
,, ſtris Monaſterii S. Cypriani de Terra cum omni-
,, bus poſſeſſionibus mobilibus, & immobilibus, &
,, omnibus juribus temporalibus, & ſpiritualibus
,, ad ipſam Eccleſiam in integrum pertinentibus
,, ſalvo omni jure Epiſcopali, & juribus, & con-
,, ſuetudioibus, quæ facere tenemini oobis, & ſuc-
,, ceſſoribus noſtris ſcil. quod tenemini dare omni
,, anno pro aoounciatione feſti S. Antonii duas am-
,, pullas vini, & omni tertio anno lovitare nos ad
,, ipſum feſtum, & procurare nos, & Canonicos
,, noſtros, qui nos ſociaverint, & omni anno ad
,, Gradum venerimus in feſto S. Hermacoræ te-

neamini nobis dare octo solidos pro adiutorio vie, & storium unum, & pro Marciatica obolos 15. & in omnibus subjacere nobis, & successoribus nostris lege diœcesana, sicut alia Monasteria ordinis nigri de Ordine S. Benedicti in visitationibus, correctionibus, & aliis consuetudinibus, & damus vobis licentiam, & potestatem transferendi vos ad dictam Ecclesiam S. Antonii cum omnibus possessionibus ad dictum Monasterium S. Cypriani pertinentibus; ita quod in dicto loco S. Cypriani non debeat esse ulterius Monasterium, sed ipsa Ecclesia S. Cypriani in tua, & successorum tuorum plena permaneat potestate, salvis juribus Episcopalibus nobis, & successoribus nostris in ipsa Ecclesia, & plebani S. Mariæ de Murianis, in cujus rei testimonium præsentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari propria manu nostræ, & fratrum nostrorum Canonicorum subscribentium eidem. Actum est hoc Torcelli in Episcopali palatio. Præsentes fuerunt D. Jacobus Archidiaconus Tarvisinus, Marcus Natalis plebanus Ecclesiæ S. Maximi de Constantiaco, Thomas Daturba, D. & Magis. Petrus medicus, atque Jo. Venerio de confinio S. Canciani, & alii multi.

Ego Stephanus Natalis Dei gratia Torcellanus Episcopus mm. scripsi.

Ego Jacobus Corrado Archipr. Torcell. mm. ss.

Ego Nicolaus de Girardo Primicerius Torcellanus mm. ss.

Ego Jacobus Marcatos presb. & Canonicus Torcellanus mm. ss.

Ego Jacobus Corrado Archipresb. Torcellanæ Ecclesiæ notarius interfui, & de mandato dicti D. Episcopi scripsi, & complevi.

Anno sequenti Ecclesiam S. Matthiæ Apostoli apud Murianum exactis Virginibus, Monachis Camaldulensibus tradidisse affirmat Augustinus Fortunius in hist. Camald. par. 2. l. 3. c. 5. In humanis autem adhuc egisse anno 1251. mense majo docet Prætorium urbis Archivum.

Stephano vivente his in partibus emicuit maximum Ecclesiæ lumen D. Franciscus, qui cum Venetias appulisset in insulam non longè à Buriano, quam il Deserto vulgus appellat, secessit, ubi extructa propriis manibus Ecclesiola diutius immoratus est. Nec diu postea locum sancti viri incolatu sacrum ejus sequacibus liberaliter concessit Jacobus Michael Insulæ Dominus, hoc edito instrumento, quod ex Archivo ejusdem cœnobii desumptum ad perennandam pii donatoris religionem hic libenter proferimus.

In Nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi 1233. quarta Mensis Martii Ind. sexta in Rivoalto.

Cum ad fulcimen totius Catholicæ Religionis Ordo Fratrum Minorum noviter in Ecclesia sit exortus, quorum exemplo, verbo & opere ad fructus pœnitentiæ efficiendos quamplurimi incitantur, qui vitam Apostolicam elegerunt relinquentes omnia, quæ super terram possederunt, solumque Jesum Christum Crucifixum sequuntur, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigentes, dignum creditur & Deo valde acceptum præsertim ad constructionem domus Dei, in qua quotidie ejus misericordia imploratur, & laudes conferuntur, quod si quis de suis bonis sive possessionibus aliquid duxerit eisdem conferendum scripturæ vinculo annotetur quorum facti Ordinem exigente tempore manifestius repræsentent.

Igitur ego quidem Jacobus Michael filius q. Joannis Michael de confinio S. Joannis Evangelistæ cum meis hæredibus facio manifestum quia vobis toto Ordini fratrum minorum & vestris successoribus in Dei & Christi Nomine do, dono, offero atque translato in perpetuum possidendum & habendum hoc est cunctam & super illam meam Insulam positam inter Buranum de mari, & littus quæ quondam fuit duarum Vinearum super quam Ecclesia B. Francisci est ædificata posita in diœcesi Torcellana. Hanc autem cunctam & super totam supradictam & prædesignatam meam Insulam vobis prædicto Ordini Fratrum Minorum do, dono, offero, atque translato cum omni longitudine ac latitudine sua cum capitibus, & lateribus suis cum Canalibus quoque & viis suis cum accessu, & egresso suo per terram, & per aquam & cum omnibus suis habentiis, & pertinentiis & intus & foris, quæ tam super terram quam subter terram adesse noscuntur ibidem amodo in antea plenissima virtute & potestate habendam, tenendam, donandam, cultandam, & quidquid volueritis in ea ædificandum, & faciendum, & in perpetuum possidendum cum omnibus ad ipsam pertinentibus & rationibus novis, & veteribus & eorum vigore & robore nemine vobis contradicente, quia per omnia exinde me foris facio: remanente mihi plena potestate ædificandi ante Ecclesiam S. Francisci ibi constructam domum, ut voluero ad standum in ea quando Quadragesimam ibi facere voluero & post mortem meam domos ibi constructa, quam fecero in eadem Ecclesia S. Francisci prædictorum Fratrum Minorum remaneat. Unde plenam & irrevocabilem securitatem facio ego Jacobus Michael cum meis hæredibus vobis supradicto Ordini Fratrum Minorum, & vestris successoribus quatenus de cuncta, & super tota supradicta, & prædesignata Insula semper inde securè & quiete permaneatis in perpetuum, quia nihil inde remaneat unde vos amplius requirere, aut compellere valeam per ullum ingenium. Si igitur contra hanc donationis & oblationis atque securitatis chartam ire tentavero, tunc enim dare debeam cum meis hæredibus vobis, & vestris Successoribus auri libras quinque, & hæc donationis & oblationis atque securitatis charta in sua firmitate permaneat.

Ego Jacobus Michael.

Ego Marcus Paulo Presb.

Ego Marcus Raronus.

Ego Petrus de Bononiano Presb. & Not. Ducalisque Aulæ Cancellarius complevi atque roboravi. *Bonolus*)

31 Fr. GOTIFREDUS Ord. Prædicatorum ab XXXIII
Innocentio IV. ad hanc sedem promotus est anno 1252. (1) & confirmatus ad Capituli petitionem, de qua re extat in regesto Vaticano epistola 779. folio 283. ejusdem Pontificis ad M. Hydruntinum Archiepiscopum, ut in favorem Gotifredi electi manus adjutrices apponat. Sedit annis omnino duobus, decessitque, apud suam Ecclesiam tumulatus. Post cujus excessum Torcellanum Capitulum quemdam Simeonem Maurum Plebanum S. Barnabæ de Venetiis vocavit ad cathedram. Hanc electionem cum reprobasset Innocentius, Archiepiscopo Cretensi, Taurinoque Episcopo literis dedit in mandatis, ut viduatæ Torcellanæ Ecclesiæ dignum legitimumque Pastorem darent; ita in regest. Vatic. epist. 122. fol. 13. ann. 11.

32 TAURANUS (2) Quirinus Venetus hujus Ecclesiæ Episcopus hocce tempore in tabulis XXXIV.
ejusdem Ecclesiæ vixisse habetur, de quo tamen in reg. Vatic. nullam invenimus mentionem.

(*Fr.* ÆGIDIUS, *Ordinis Prædicatorum, an.* XXXV.
1264. Torcellanæ Ecclesiæ jus dicebat: quo assentiente Aurea Eriolo Abbatissa S. Antonii de Torcello prædium quoddam Monasterii Gabrieli Marignono alienavit, ex documento apud eusdem Monia-

(1) Post annum 1252. siquidem Matthæus Hydruntinus Archiepiscopus, cui in Gotifredi favorem litteras dedit Innocentius IV. nonalis anno 1251. electus fuit, ut videre est in Hydruntinis. Anno certe 1254. mense Octobri die undecimo iuramento juravit Gotifredus electus Torcellanus fidelitatem Patriarchæ Gradensi confecto instrumento, quod adhuc in Archivo Patriarchali visitur. Hac eodem anno electum Gotifredum existimo. Bonolus.

(2) Hujus Præsulis nullum nobis occurrit monumentum, nec eum inter familiæ Quirinæ Episcopos adnumerat Zabarella in libro gentilitio, cui titulus Gallo. Bonolus.

niales exiſtente. Anno vero 1272. eodem præſule præſente, atque mandante exemplatum fuit quoddam donationis inſtrumentum, quo Epiſcopus Sythien. Cretenſis Archiepiſcopi ſuffraganeus Abbatiſſæ S. Marci de Amiano Torcellanæ diœceſis Monaſterium S. Nicolai in ipſa Creta inſulæ poſitum dono dedit. Placet illud hic ex chartulario Monialium prædicti S. Antonii referre ad excitandam duorum veterum Cœnobiorum memoriam, quorum alterum jam ante Monaſterium ſæpedicti s. Antonii unitum loci immerſione deperditum fuit, alterum Turcarum feritate dirutum.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno Domini 1228. menſis Junil Ind. 1. Rivoalti. Marcus Dei gratia Sythien. Epiſeopus vobis Abbatiſſæ Monaſterii s. Marci de Aymanis, & veſtro Conventul ſalutem in Domino. Ordo rationis exigit, & vigor amonet æquitatis, ut quod nobis juſte petitur, produci debeat ad effectum. Eapropter nos quidem Marcus Epiſcopus Sythien. divina faveute gratia per nos, & noſtros ſucceſſores vobis Abbatiſſæ prædicti Monaſterii recipienti vice, & nomine illius ſæpedicti loci B. Marci damus, & concedimus tibi ipſum monaſterium s. Nicolai poſitum in capite Salmone, quod in tempore Græcorum fuit Abbatia in diœceſi B. Mariæ Epiſcopatus Sythien. ad nos ſpectantis, & de jure pertinentis cum terris omnibus, rationibus, pertinentiis, habentiis, juriſdictionibus, uſantiis ſecundum quod in aliquo tempore Græcorum habuit vel habere viſus fuit, & nunc habere viſus eſt, & etiam cum ſuis obedientiis tam librarum de cera quinque pro quolibet anno in feſto B. Mariæ nobis, & noſtris ſucceſſoribus attribuatis. Quæ omnia concedimus vobis habere, tenere, poſſidere, & firma, & rata habere permittimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & inveſtitionis infringere, nec contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipoteotis Dei, & B.M. Virginis ſe noverit incurſurum, & noſtram. Et ad majoris firmationis cautelam ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum Candiæ civitatis inſulæ Cretæ ſub 1225. Indict. 13. de menſe Madii.

Ego Stephanus Adam presb. & Notarius hoc exemplum exemplavi ſupraſcriptum ex authentico literarum D. Marci Epiſcopi Sythien. ſub ſigillo ſigillato nihil addens vel minuens, quod ſententiam variet, complevi, & roboravi.

Ego Angelus Beaqua Clericus notarius, & aulæ inclyti Ducis Venet. Cancellarius hoc ſcriptum ſumpſi ex prædicti inſtrumenti exemplo manu Stephani Adam presb. & notarii ſignato & roborato, ſicut in eo reperi, nihil addens vel minuens, quod ſententiam mutet; & coram vener. Patre D. Ægidio de Prædicatorum ordine Dei gratia Torcellano Epiſc. judice ordinario prædicti Monaſterii s. Marci de Aymanis, & de mandato ipſius ſcripſi, et in publicam formam redegi, præſentibus nobilibus viris Bartholomæo de Mugla, & Petro Phaletrio, ac aliis currente anno ab Incarn. D.N.J.C. 1272. menſis Julii die 13. intrante Indict. XV. Actum in clauſtro Fr. Prædicatorum de Venetiis.

Ego Fr. Ægidius D. gratia Epiſcopus Torcellanus ſſ.

Duobus ſacrarum Virginum cœnobiis Aegidii Præſulatus tempore diœceſis exornata fuit. Et primo quidem an. 1280. Plebanus, & presbyteri S. Mariæ de Muriano Eccleſiam D. Matthæo Apoſtolo ſacram Mariæ Malipetro, & Marcheſinæ Superantio conceſſerunt, ut inibi Monialium cœnobium erigerent, prout ex ſequenti venditionis documento ex archivo ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ deprompto colligitur.

In Nomine Dei æterni. Amen. Anno ab Incarnatione D. N. Jeſu Chriſti 1280 menſis Martii die 11. Intrante, Indictione 8. Muriani. Poſt unam venditionem ſecutam, & promiſſionem certam, teſtatam, probatam, confectam per manum miniſtri infraſcripti Marci Gianelli publici Notarii factam eodem anno, menſe die 11. . . . . . . qua vos D. Andreas Sanſonus Plebanus, Donatus, Pantaleo, Stephanus, Bartholomæus, Leonardus, & Andreas Presbiteri, Andreas, Petrus, & Symeon ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ de Muriano Torcellanæ diœceſis manifeſtum feciſtis una cum veſtris ſucceſſoribus in Chriſti Nomine confirmante vobis D. noſtro Venerabili Patre D. Fratre Egidio Dei & Apoſtolica gratia Epiſcopo Torcellano dediſtis, vendidiſtis, atque tranſactaſtis nobis Mariæ relictæ Andreæ Malipetro, Marcheſinæ relictæ Laurentii Superantio ambabus de confinio S. Juliani omnibus de Venetiis & noſtris ſucceſſoribus quamdam proprietatem veſtræ prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Muriano, in qua noviter ædificium, quæ eſt Eccleſia vocata S. Matthæi Apoſtoli cum ſuo Campanili, & Campanis, & quædam Cella cum horto ſuo, in qua quoque ædificata eſt etiam quædam Taberna, & quædam Cavana, & etiam in eadem funditus puteus quidam, quæ quidem proprietas cum prædicta Eccleſia cum prædictis aliis omnibus ædificiis ſuis firmat ab uno ſuo capite in rivo, & ab alio ſuo capite firmat in Agnete magnum cavoli, ab uno ſuo latere firmat in uno Calli communi ut infrà in eodem, ad hunc videlicet uſum prædictam proprietatem nobis dediſtis, vendidiſtis, atque tranſactaſtis, quod in eadem proprietate poſſimus ædificare ſeu conſtruere Monaſterium Sanctarum Monialium ad honorem Dei & B. Matthæi Apoſtoli ſub regula B. Benedicti, vel aliæ cujuſcumque Religionis Monaſticæ, dum tamen ſit una de regulis S. Romanæ Eccleſiæ approbatis, & infra in eadem, quod Eccleſiæ prædictæ matrici ſuæ S. Mariæ de Muriano ſingulis annis in feſto B. Mariæ Aſſumptionis Abbatiſſa, & Conventus, ſeu idem Monaſterium cenſu, ſeu fictu, & reverentia duos Cereos trium librarum perſolvent, & octava die ante feſtum S. Matthæi duas ampullas vini tribuere pro Annunciatione B. Matthæi Apoſtoli debere præſentare in Eccleſia S. Mariæ Plebano, & Sacerdotibus, qui invenerunt præſentes, & in benedictione Abbatiſſæ ſeu conſecratione Eccleſiæ, Altarium, Monialium, moniales ejuſdem Monaſterii debeant invitare Plebanum, Sacerdotes, & Clericos Eccleſiæ S. Mariæ prædictæ per Abbatiſſam, & Moniales, & eis exhibere prandium honorabile ibi in Monaſterio, vel alibi in loco decenti. Si autem prædicta Abbatiſſa, & Conventus ejuſdem Monaſterii vellet aliquem Sacerdotem de foris pro dominis Eccleſiæ Sacramentis exhibeodis, & Miſſa celebranda eiſdem monialibus, accipient eum de Eccleſia B. Mariæ prædictæ pro ſalario ſuo libras 12. in anno exhibentibus Eccleſiaſticis Sacramentis, & celebrantibus officia divina eiſdem: hoc etiam prætermittendum non eſſe, quod ſi quocumque tempore prædictum Monaſterium ad tantam deſolationem, quod abſit, venire contingeret quod moniales non eſſent, vel habitarent, liberè nulla conditione obſtante, Eccleſia officiis, & beneficiis omnibus ſive cum toto ſolo, & omnibus habentiis & pertinentiis ſuis, & bonis mobilibus, & immobilibus & introitibus ſuis, & rationibus ſuis in perpetuum manere, in Eccleſiam matricem B. Mariæ reddere ut ad ejus dominium plene redditura ſint, quemadmodum olim ſub ipſius tamquam ſuæ Matricis Eccleſiæ dominio conſiſtebat, ut in ea legitur. Promittentes promittimus nos Maria relicta Andreæ Malipetro, Marchelina relicta Laurentii Superantii ambæ de confinio S. Severi, & Donata relicta Lucæ de confinio S. Juliani præcedentibus mihi devenire cum noſtris Succeſſoribus vobis Venerabilibus . . . . . D. Andreæ

dreæ Sansono Plebano, & Donato, Panthaleo, Stephano, Bartholameo, Leonardo, & Andreæ presbit. Andreæ & Jacobo Subdiaconis, Petro & Simoni Clericis suprascriptæ Ecclesiæ S. Mariæ de Muriano Torcellanæ diœcesis & juris omnibus recipientibus vestro nomine, & prædicti D. Episcopi Tnrcellani.

Anno deinde 1281. Ægidius ipse Episcopus alterum Monialibus Cisterciensibus locum concessit Majurbii ad construendum pariter monasterium, quod adhuc viget, & nuncupatur vulgo la Valverde. *Ecce concessionis documentum ab Authentico penes ipsas Moniales servato exaratum.*

In nomine Dei æterni. Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1281. mensis Novemb die 15. intrante indictione x. Majorbii in Monasterio s. Euphemiæ in præsentia Venerabilis Patris D. Jacobi Episcopi Millipotensis, Fratris Rolandini de Ord. Prædicatorum socii D. Episcopi Torcellani, Presb. Joannis Bnniolo presb Dominici, & Dominici Barbarico subdiani, & Michaelis Teupulo Clerici Canonicorum Ecclesiæ Torcellanæ, Armani, & Dominici diaconorum, & aliorum testium rogatorum. Venerabilis Pater D. Fr. Ægidius de Ord. Prædicatorum Dei gratia Episcopus Torcellanus dedit, tradidit, contulit, & concessit sorori Margaritæ tamquam Capiti & Priorissæ & ejus Consororibus Beatrici atque Odoricæ Monialibus Ordinis Cisterciensis locum illum positum in Parochia ss. Cosmæ, & Damiani de Majorbio in proprietate sua super proprietate, & possessione, quæ fuit Leonis Berengo de eodem Majorbio, & postmodum fuit Joannis Mudacin de confinio s. Angeli de Venetiis ad dedicandum sive ædificandum Ecclesiam & Monast ad honorem Dei & B. Mariæ Virginis & s. Leonardi Confessoris & erigendum ibi altare, & ad faciendum ibidem missas & divina Sacramenta celebrare, & omnia divina officia ibidem dicendum, psallendum, & cantandum sicut convenit Deo dicatis monialibus, & sorores atque moniales, Fratres & Conversos atque Conversas in dicto loco recipiendum, & instituendum ad serviendum Deo sub habitu Religionis secundum suam Regulam Ord. Cisterciensis, & ad recipiendum, & tenendum secum honestas mulieres Deo, & sibi famulantes & ad eligendum & postulandum sibi, & suo loco Abbatissam, seu Abbatissas, salvo quod electio seu postulatio præsentetur ipsi D. Episcopo Torcellano confirmanda, vel infirmanda secundum canonica instituta, dicens & confitens dictus D. Episcnpus Torcellanus, quod prædictus locus olim dedicatus Deo fuerat per se, & Capitulum suum Torcellanum de consensu & voluntate Nicolai Plebani seu sacerdotis Parochialis dictæ ss. Cosmæ, & Damiani. Reservavit tamen dictus D Episcnpus Torcellanus sibi & Ecclesiæ suæ, quod post quam dictæ sorores fuerint in loco prædicto numero duodecim aut plures, quod ea teneantur sibi, & Ecclesiæ suæ temporaliter facere, & exhibere, quæ sibi faciunt, seu facere tenentur Abbatissæ, & Conventus S. Euphemiæ, & S. Catherinæ de eodem Majorbio, quæ sunt dicti Ordinis Cisterciensis.

Ego Gerardus Maisaruto presbiter s. Vitalis, & notarius his interfui & rogatus scripsi, complevi, & roboravi.

Quamdiu autem Ecclesiam hanc administraverit Ægidius, non liquet. Solum nobis ex quodam vetere volumine, in quo Torcellanorum Canonicorum redditus recensebantur, constat adhuc præfuisse anno 1282. Hæc enim in eo leguntur. Sub anno Domini 1282. die penultima Novembris Indictione decima livellata fuit suprascripta terra per Capitulum Canonicorum Torcelli ser Jacobo Mazochn de Torcello tempore Reverendissimi D. Ægidii Episcopi dignissimi Torcelli &c. *Bonolus.*]

33 ALARONUS, Venetus, Papæ capellanus, quem supra commemoravimus electum, & XXXVI
intrusum fuisse in Clugiensi Episcopatu, à Nicolao IV. anno 1291. Torcellanus Episcnpus renunciatus est 16. Kal. Octobris, cum electionem celebratam à Capitulo Torcellano in persona Maynardi Bellunensis, Canonici Cenetensis abolevisset. Diu hanc Ecclesiam administravit Alaronus, excessitque sub Clemente V. de quo mentio in Vatic. regest.

(,, *Alaranus, seu Alionus, & Ayron interfuit Concilio Provinciali Gradensi an. 1296. celebrato, cujus constitutiones in sua diœcesi edidit, ut videre est supra in Gradensibus. In solitudinem autem vergente Insula Littoris minoris ejusdem plebem S. Salvatoris Archidiaconatui Torcellano perpetuo univit an 1301. ejusque juri attribuit. Unionis instrumentum ex copiali non leviter corrupto, quo potuimus, modo hic subjicimus.*

In nomine Dei. Amen. Anno ejusdem Nativitatis 1301. Indict. 14. die 13. intrante Augusti. In Sala Episcopatus Torcelli præsentibus D. Presb. Angelo . . . . Clementis Subdiacono . . . omnibus Clericis de Torcello. Venerab. Pater D. Alironus Dei & Apostolica gratia Episcopus Torcellanus de voluntate . . . Capituli nostræ residentis. . . Torcellan. videlicet D. Natalis Nareff. Primicerij Presb. Michaelis Teupulo & Presb. Armani Cestoni Cannnicorum Ecclesiæ Torcellanæ. . . . solito campanæ sonitu congregatorum ibidem præsente, & consentiente Vener. D. Dominico de Vrsis Canelo Plebano, seu Rectore Ecclesiæ S. Salvatoris de Littore minori Diœcesis Torcellanæ ipsam Ecclesiam s. Salvatoris seu Plebanatum vel Rectoriam ipsius cum omnibus suis juribus contulit & univit Archidiaconatui Ecclesiæ Torcellanæ in hunc modum dicens in scriptis. In nomine Dei æterni & Salvatoris Domini nostri Jesu Christi Sancti Spiritus adsit nobis gratia ✠ Nos Alirou Dei, & Apostolica gratia Episcopus Torcellanus considerantes quod Archidiaconale officium jurisdictione, honore, ac sollicitudine præcedit .... infra Episcopalem dignitatem, & in Ecclesia Torcellana ob tenuitatem reddituum vilescit in tantum quod vix per probum ...... acceptatum, immo plerumque pro simplici præbenda vel curata renunciatum, cum ipsam dignitatem desideremus augere, ac mandemus quod in suis juribus honoretur attendentes; & quia ....S. Salvatoris de littore minori diœcesis Torcellanæ vicina Ecclesiæ Torcellanæ Dei judicio depopuletur & deseratur, quæ olim erat Plebania & Parochialis ac pinguis & populosa.... sufficiat..... propter vicinorum paucitatem & intemperiem aeris & alia multa .... ad residentiam continuam, & salutem corpoream Sacerdotum..... habito consilio & diligenter.... cum nostro Capitulo Ecclesiæ Torcellanæ, & cum prudenti Viro Dominico de Vrsis Canello Rectore ipsius Ecclesiæ S. Salvatoris, ac etiam cum pluribus juris peritis & religiosis personis de consensu Capituli nostri residentis videlicet Natalis Nareffi Primicerii Presb. Michaelis Teupulo & Presb. Armani Cestoni Canonicorum nostræ prædictæ Ecclesiæ Torcellanæ, & ipsius Dominici Rectoris prædictum Plebanatum seu Rectoriam & Ecclesiam S. Salvatoris prædictam cum plenitudine omnium jurisdictionum jurium, & pertinentiarum suarum spiritualium Parochialium & temporalium conferimus, & unimus Archidiaconali dignitati, seu Archidiaconatui Ecclesiæ Torcellanæ salvo jure prædicti Rectoris dum vixerit. Volumus autem quod Archidiaconi Torcellani, qui per tempora fuerint, teneantur per se, vel per alium Sacerdotem in prædicta Ecclesia de littore personaliter residere, & continuò deservire, ita quod.... & remotio Sacerdotum, seu cura totius Plebis ad ipsum Archidiaconum omnimodè spectet salvis semper nostro jure diœcesis, & qua-

cnm-

A ,, cumque die in ipsa Ecclesia nos deservies, ut su-
,, pradictus cessante impedimento teneatur in uti-
,, litatem ipsius Ecclesiæ denarios 12. de prebenda
,, propria dispensare. Vacante verò ipso Archidia-
,, conatu... Sacerdos non erit, vicini ejusdem Pa-
,, rochiæ dispensent prædictos denarios 12. ....
,, de præbenda prædicta in utilitatem ipsius Eccle-
,, siæ, vel pro officiis celebrandis. Itidem ....
,, statuimus ut quolibet anno præstare nobis & no-
,, stris successoribus debeat pro annunciatione fe-
,, stis duas libras boni vini de tertio in tertium an-
,, num in dicto Festo, si fuerimus ibi. . . . nos, &
,, nostrum Capitulum præstate prandium, vel no-
,, bis offerre soldos duos denariorum grossorum te-
,, neatur, & dictus Archidiaconus persoualiter in
,, die Jovis sancto ad missam intereise in Ecclesia
,, Torcellana ratione ipsius Ecclesiæ S. Salvatoris:
,, alia verò nobis, vel Capitulo nostro debita eidem
,, remittimus, quia principale membrum est Eccle-
,, siæ Torcellanæ. Declarant tamen quod ipse te-
B ,, neatur solvere de collectis debitis collegij juxta
,, facultatem, vel exactionem ipsius. Insuper de-
,, claramus & pronunciamus provisionem, & insti-
,, tutionem Archidiaconatus prædicti ad nos, &
,, successores nostros liberè pertinere, & hæc omnia
,, & singula supradicta præcipimus districtè in vir-
,, tute sanctæ obedientiæ & perpetuum observari,
,, & si quis contra prædicta, vel aliquod prædicto-
,, rum præsumpserit aliquid attemptare, indigna-
,, tionem Omnipotentis Dei & gloriosæ matris, ac
,, omnium ejus sanctorum incurrat, & nostræ
,, animadversionis. . . . non evadet. . . . Itaq;
,, ac publicatis solemniter omnibus, & singulis su-
,, pradictis per Dom. Episcopum Torcellanum,
,, Capitulum prædictum residens prædictæ Ecclesiæ
,, Torcellanæ videlicet D. Natalis Primicerius,
,, Presb. Michael, & Presb. Armanus prædicti ibi-
,, dem præsentibus, consentientibus, & gratifi-
,, cantibus. . . . & expressè omnia, & singula su-
,, prascripta ex certa scientia & de consensu prædi-
C ,, cti D. Episcopi Torcellani nomine suo, & sui
,, Capituli, ac Ecclesiæ Torcellanæ dederunt, &
,, contulerunt omnia jura, jurisdictione, & actio-
,, ne, sibi vel dictæ Ecclesiæ, seu Capitulo perti-
,, nente, vel pertinente in dicta Ecclesia S. Salva-
,, toris, vel occasione ipsius eidem Archidiaconali
,, dignitati transferentes in ipsum Archidiacona-
,, tum omnia commoda, & incommoda, utilitates,
,, & onera spiritualia, & temporalia competentia
,, seu incumbentia eidem Capitulo seu Ecclesiæ
,, Torcellanæ in prædicta Ecclesia S. Salvatoris,
,, & omnibus pertinentiis suis & renunciaverunt
,, omnibus privilegiis & suis litteris apostolicis im-
,, petratis, & impetrandis, & omnibus aliis con-
,, cessionibus, donationibus, & unionibus, seu ju-
,, ribus, aut consuetudinibus, vel statutis, seu
,, actionibus & rationibus sibi vel dicto Capitulo
,, seu Ecclesiæ Torcellanæ pertinentibus, compe-
,, tentibus, vel competituris, vel quorum, seu
,, quarum auxilio, vel favore contra prædicta, vel
D ,, aliqua prædictorum posset aliquid attemptare,
,, confirmantes omnia. & singula suprascripta fie-
,, ri, & converti in utilitatem suam & Capituli,
,, atque totius Ecclesiæ Torcellanæ, & renuncian-
,, tes expressè beneficio restitutionis in integrum,
,, ac publicè consentientes quod onerosa .... Capi-
,, tulo vel Ecclesiæ Torcellanæ Ecclesia S. Salva-
,, toris prædicta. Insuper dictus D. Dominicus Re-
,, ctor ipsius Ecclesiæ S. Salvatoris gratificans om-
,, nia & singula ut supra remisit eisdem Canonicis,
,, ac Capitulo Torcellano omnia obsequia & servi-
,, tia personalia, quibus tenetur vel obligatur ....
,, eidem Ecclesiæ de littore minori, & si jurat. vel
,, quæcumque obligatio aut in scripto ex his appa-
,, ret, sive intervenisset, & ad omnium singulorum
,, supradictorum perpetuam firmitatem .... dictus
,, D. Episcopus suam auctoritatem interposuit &
,, decretum, ac jussit ex his omnibus fieri publicum
,, instrumentum.

A ,, Ego Joannes Albo filius Joannis Albi Impe-
,, riali auctoritate notarius prædictis omnibus &
,, singulis intersui rogatus, & scripsi.
,, *Anno sequenti 1302. die 4. Junii Thomasinam*
,, *Mauroceno in cœnobio D. Adriani de Constantin-*
,, *co monialem, postulantibus Monialibus S. Mariæ*
,, *Vallis viridis, in harum Abbatissam confirma-*
,, *vit, prout ex documentis apud ipsas Moniales ex-*
,, *tantibus edocemur. Paulo deinde supervixisse ex*
,, *sequenti Francisco colligitur, defunctus non sub*
,, *Clemente V. ut asserit Ughellus, sed sub Bonifa-*
,, *cio VIII.* Bonoius.)

XXXVII (,, Fr. FRANCISCUS *Dandulus, (cujus in-*
,, *stituti fuerit asseela, dubium-Suspicor tamen D. Be*
,, *nedicti regulam fuisse secutum)* Alarono *successit:*
,, *& exordia sui præsulatus piis honestavit auspi-*
,, *ciis, Monasterii Ordinis S. Benedicti D. Nicolao*
,, *Pontifici dicati erectionem apud Majurbium assen-*
,, *su suo confirmans anno 1303. die 14. Novembris.*
,, *Hujus erectionis authographum instrumentum in*
B ,, *vicinioris cœnobii S. Catharinæ ejusdem Majurbii*
,, *archivo, cui exinde monasterium hoc unitum fuit*
,, *an. 1432. asservatur his verbis exscriptum.*
,, In Christi nomine. Amen. Anno ejusdem à
,, nativitate 1303. indictione 1. die 14. intrante
,, Novembri presentibus D. Francisco D. Nicolao
,, Nicula, & D. Francisco dicto... Monachis Mo-
,, nasterii S. Nicolai de littore Diocesis Castellanæ
,, & aliis. Venerabilis Pater Dominus Frater
,, Franciscus electus ecclesiæ Torcellanæ una cum
,, suo Capitulo residenti Videlicet R. R. Viris D.
,, Dominico de Ursis Archidiacono, Natale Pri-
,, micerio, Presbytero Hermano Cestono, Pres-
,, bytero Angelo, & Memino Vanino Clerico
,, Canonicis Torcellanis præbendariis ad hæc in
,, unum, & in capitulum Campanæ sonitu con-
,, gregatis, & de ipsorum consilio & consensu depu-
,, tavit, & ordinavit posse fieri & ædificari in lo-
,, co la Cavana nova inter S. Jacobum de Palude,
,, & S. Catharinam de Majorbio Diocesis Torcel-
C ,, lanæ, ac construi Monasterium unum ad hono-
,, rem Dei & B. V. M. in honorem, & reveren-
,, tiam Beatissimi Confessoris Nicolai Pontificis,
,, in quo Monasterio vigilare debeat regularis ob-
,, servantia secundum Deum regulam & ordinem
,, S. Benedicti: ità quod illa, quæ in Abbatissam
,, præficietur, ibidem subsit Ecclesiæ Torcellanæ
,, seu episcopo præsenti & futuris canonice intran-
,, tibus cum ejus caterva sororum, quæ recipien-
,, tur ibidem in monachas, vel Conversas colle-
,, gium vel conventum & divina officia tam in
,, die, quam in nocte, & tam pro vivis, quam
,, pro defunctis perpetuis temporibus faciant sibi
,, & suis successoribus Episcopis Torcellanis ma-
,, nualem obedientiam sub jure, & dominio Eccle
,, siæ Torcellanæ. Ob hinc ad tres annos proxi-
,, mè nunc venturos ipsi Ecclesiæ Torcellanæ per-
,, solvant, & dent annis singulis pro marciatica
,, decem denarios parvos usualis monetæ, & ipsi
,, Episcopo, ejusque successoribus quolibet anno
D ,, libras tres vini puri ante translationem B. Ni-
,, colai, quæ est penultima die maii octo diebus pro
,, denunciatione ipsius Festi, ad quod festum
,, etiam annis singulis ipsum denunciatum epis-
,, copum & ejus successores perpetuis temporibus
,, invitare teneantur: & ipsis Episcopis euntibus,
,, & Capitulo residenti Ecclesiæ Torcellanæ no-
,, mine refectionis dare, & solvere teneantur soldos
,, duos denariorum grossorum hoc modo videlicet
,, episcopo Torcellano præsenti, & ejus succes-
,, soribus, qui intererunt officio missæ dicta die
,, festi translationis grossos 12, & Canonicis Tor-
,, cellanis residentibus, si dicto officio interderint
,, grossos 12, etsi episcopi non interessent. Et
,, quando Episcopus Torcellanus præsens vel fu-
,, turus ibit Gradum pro festo S. S. M. M. Herma-
,, coræ & Fortunati dabunt, & solvent eidem
,, octo soldos denariorum parvorum, & unum bo-
,, num sextorium; et quod vacante dicto loco Ab-

A batissa Capitulum, & Conventus dicti loci de consensu episcoporum Ecclesię Torcellanæ præsentis, & futurum futurum eligant Abbatissam secundum canonica instituta. Præterea Abbatissa vel Conventus dicti Monasterii, quæ, & qui per tempora fuerint in eadem absque licentia nostrorum Episcoporum nullam possint vel debeant recipere monacham, vel Conversam, seu Conversum, & quando Episcopus Torcellanus vadit Muranum in octava Paschatis Resurrectionis Dominicæ pulsabunt Campanam, seu Campanas suas eundo, & redeundo. Actum Torcelli in episcopali Palatio.

Et ego Stephanus Nuvellus filius Vecellonis Novelli Notarius de Tarvisio Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus interfui, & de mandato dictorum Dominorum Electi, & Capituli Torcellani scripsi.

Meruit eximias hic Præsul inventione capitis D. Theodori martyris insigniri, ut ex lacera schedula ipsi capiti in Torcellana Cathedrali existenti B *supposita sequentis tenoris licet colligere.*

Caput S. Theodori martyris inventu
per Vener. Patrem D. Fr. Franciscum
de Apostolica gratia Episcopum Torcellanum tempore nobilis viri D. Ser
Vincentii Secreto Potestatis Litoris
currente MCCCV. de Mense Augusti
die 19. intrante.

Ultimum suam voluntatem, quæ in libro testamentorum vulgo alla Procuratia d' ultra *pag. 56. legitur, ann. 1312. die X. Januarii conscripsit, eam roborante Francisco Urso S. Raphaelis Venetiarum alumno: in qua, ut quotidie in antiquata Capella sui Episcopatus D. Nicolao sacra in animæ suæ expiationem incruentum sacrificium litaretur per Capellanum a Canonicis Torcellanis eligendam, & qui divinis officiis in Cathedrali interesse deberet, mandavit. Extremum spiritum exhalasse videtur circa finem anni insequentis 1313. vel ineunte anno 1314. cujus die 12. Februarii* C *Natalis Narcissus Primicerius Torcellanus, uti Capitularis Vicarius, vacante per ejusdem Francisci obitum sede, capitulo S. Mariæ de Muriano copiam facit concedendi Monialibus S. Nicolai paludem quamdam eisdem Monasterio noviter erecta affinem, prout ex sequenti instrumento liquet.*

In Nomine Dei æterni. Amen. Anno ejusdem Nativitatis 1314. Indictione 12. die 12. Mensis Februarii. In Ecclesia S. Nicolai della Cavana Torcellanæ Diœcesis præsentibus D. Presb. Nicolao Blanco S. Marci, Magistro Gualterio Medico, seu Jacobo Trivisano de Mujurbio & . . . . . filio D. Andreæ Lidanii, & aliis. Nos Cardinal Maurocenus. Plebanus Ecclesię S. Mariæ de Muriano una cum nostro Capitulo d. Ecclesię V. C. Joanne Trivisano, Natale dicto Zotta, Marco Vituli, & Jacobo Provinciali Presbiteris ipsius Ecclesiæ S. Mariæ prædictæ constituti, ut Capitulum in Ecclesia S. Nicolai del- D la Cavana Torcellanæ Diœcesis, assentiente nobis Natali Narciso Primicerio, & Vicario Torcellano Torcellanæ Ecclesiæ, ecclesia ipsa vacante per mortem D. Fratris Francisci Danduloolim Episcopi Torcellani vobis Religiosis Dominabus Venerabili Luciæ Abbatissæ, Sorori Donatæ, Sorori Scolasticæ, Sorori Margaritæ, Sorori . . . . . ac Monasterio, eo loco prædicto S. Nicolai, tam pro nostra, quam nostrorum Prædecessorum, & Successorum animarum salute, quam etiam pietatis intuitu, & pro statu, & augmento dicti loci, ac divini cultus de palude suprascriptæ Ecclesiæ circa dictum Monasterium versus litus S. Erasmi, sicut se extendit facies parietis ipsius loci versus prædictum litus de prædicta nostra palude damus, concedimus, transfectumus in perpetuum ad tenovandum recognitionem dictæ concessionis in capite

A viginti novem annorum, quam paludem possitis relevare, ac super ipsam ædificare, & ædificare facere pro libito . . . .
. . . . dantes plenam, & liberam potestatem dictam paludem, & quidquid super illam ædificatum cum adjacentiis, & pertinentiis suis tàm suptus terram, quàm supra terram habendi, tenendi, vendendi, donandi, dominandi, commutandi, & in perpetuum possidendi, & quidquid vobis placuerit faciendi cum omnibus carris & juribus ad dictam paludem pertinentibus nullo vobis contradicente jure Ecclesiastico, vel civili, vel alicujus Civitatis statutis præsentibus, vel futuris. In signum autem recognitionis prædictæ gratis sic factæ prædicta D. Abbatissa & Sorores assentiente prædicto Vicario, stantes ibidem in præsentia præmissorum solemni stipulatione promiserunt singulis annis in perpetuum Ecclesiæ nostræ prædictæ de Murano in festo S. Nicolai de Madio festo illius loci octo diebus B ante, vel octo diebus postea duas libras vini, & unum doplerium sex librarum ceræ, ita ut si in solutione dictæ præstationis cessaverint in terminis prædictis, pro qualibet vice dicta præstatio duplicetur, nec aliquid in juribus suis præjudicium generetur, salvis in omnibus Ecclesiæ ipsius privilegiis, promittentes vobis vestrisque successoribus per nos, nostrosque successores prædictam paludem defendere, & guarentare à quacumque persona ecclesiastica vel sæculari, & quod nullo umquam tempore contra præmissa, vel præmissorum aliquod contraveniamus sub pœna prædicta.

Ego Vitardus quondam D. Guidonis publicus Imperiali authoritate Notarius his præsens omnibus interfui, & rogatus &c. *Bonolas.*)

34 DOMINICUS hujus Ecclesiæ Episcopus ad Patriarchatum Gradensem translatus est à Joanne XXII. anno 1317. *a* die 17. Kal. Feb. ex reg. Vatic. de quo supra. XXXVIII.

a 1318.

C 35 JULIANUS Monachus S. Benedicti, & Prior monasterii S. Georgii Majoris Venetiarum, cum ad Patriarchatum Gradensem a Canonicorum senatu vocatus fuisset, ac sponte electioni cessisset, à Joanne XXII. Torcellanæ Ecclesiæ præficitur eodem ann. 1317. *b* eodemque die quo prædecessor Dominicus ad Gradensem translatus fuerat, pauloque post è vivis excessit. XXXIX.

b 1318.

36 Fr. PTOLOMAEUS *c* Lucensis, Ord. Prædicatorum S. Thomæ Aquinatis alumnus, vir divinis, humanisque literis nobiliter eruditus, primum Vaticanæ bibliothecæ præfectus fuit, annoque 1318. ad Torcellanum Episcopatum assumptus, ad eam dignitatem vocatus à Joanne XXII. ut in libris Oblig. Prælat. habetur. Scripsit annales rerum, quæ acciderant ab anno 1060. usque ad annum 1303. quos elapsis annis Lugdunensia prœla emiserunt in lucem: item ecclesiasticam historiam in lib. 24. distinctam, quam novam vocavit; hæc typis edita non est, extatque M.S in celebri biblio- D theca Francisci Card. Barberini, ubi est liber de regimine principum S. Thomæ, à Ptolomæo vulgari sermone conversus, & completus, ut in calce membranacei codicis hisce verbis notatur. *Qui comple il quinto libro del Re, e del Regno comenzado dal venerabile Dottore S. Tomaso de Aquino del Ordine de Predicatori, poscia compido da fra Tolomeo da Lucca del medesimo Ordine, qual fu poi Vescovo di Torcello.* Hujus Episcopi meminit Blondus, Platina, Volaterranus, Baronius, aliique, & Michael Pius de Viris illust. S. Dominici, qui, ab errore non procul, vult floruisse ann. 1368. cum, ut narravimus, anno 1318. adlectus fuisse reperiatur, pluresque ejus sedis leguntur Episcopi usque ad un. illum, quem Michael Pius commemorat. Haud tamen satis constat, quando obierit, nisi quod reperi ad eandem sedem an. 1322. fuisse promotum quemdam Fr. Aegidium, annoque 1328. ejusdem sedis alter occurrit Episcopus, ita ut dicendum vi- XL.

c De quo Oudin. in supplem. de script. Eccles. p. 616. & alii apud eumdem, a S. Carolo in Bibl. Pontif. p. 446. & Fontana in Theatro Domin. p. 110. *Mandos.*

dea-

deatur, Ptolomæum fato fuisse functum circa annum Domini 1321.

Fallitur hic Ughellus, dum in hac Torcellana sede vixisse affirmat anno 1322. Ægidium de Galluziis, de quo mox dicemus. Ex pluribus enim documentis perspicuum habemus Ptolomæum diutius hanc Cathedram occupasse. Et quidem anno 1323. die 11. Septembris Biriola Zeno Abbatissa Monasterii S. Antonii de Torcello solitum fidelitatis juramentum Ptolomæo præstitit. Ortum fuerat pro ejusdem Biriolæ confirmatione gravissimum inter Ptolomæum ipsum, & Dominicum Patriarcham Gradensem dissidium. Nam cum per obitum Dariæ Moniales in novæ Abbatissæ electione trifariam discreparent, earumque pars Biriolam prædictam, pars Fontanam Lauretano, & nonnulli etiam Catherinam Gradonico postularent, re ad Episcopum delata, Ptolomæus interlocatorie ad favorem Fontanæ adjudicavit. Sed ab Episcopi sententia provocante Biriola ad Metropolitæ tribunal, Dominicus Patriarcha causa visitationis Torcelli commorans Abbatiam Biriolæ decretorio judicio an. 1320. die 3. Aprilis addixit. Ptolomæus Patriarchæ decretum parvipedens mandavit Jacobo Provinciali Torcellano Archipresbytero, ut nihilominus Fontanam in Abbatissam confirmaret. Hinc indignatus Dominicus suspensionis pœna Episcopum, excommunicationis autem cæteros culpæ conscios mulctavit: à qua absolutus non fuit Ptolomæus, nisi postquam coram Petro Abbate s. Thomæ Burgundionum tanquam judice ad hoc specialiter delegato suum confirmationis decretum revocaverit an. 1323. die 15. Martii. Sic Biriola legitime sacrata supradicto sacramento Episcopo se adstrinxit, quod ad rei, & temporum comprobandam veritatem hic adjicimus ex chartulario earumdem Monialium S. Antonii, in quo & reliqua totius dissidii documenta servantur, desumptum.

In Christi nomine Amen. Anno Dom. 1323. Indict. 6. die 11. intrante mensis Septembris præsentibus discretis viris DD. Armano Cestono Archidiacono, & Angelo Canonicis Ecclesiæ Torcellanæ, & discretis viris DD. Raynerio Zeno plebano, Laurentio presb. s. Ermacoræ, presb. Jo. de Oliva s. Cassiani, presb. Marco de Odorlico s. Leonardi de Venetiis Ecclesiarum diœcesis Castellan. testibus ad hæc vocatis specialiter, & rogaris, & aliis. Coram vener. in Christo Patre, & DD. Ptolomæo Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo Torcellano constituta religiosa, & honesta D. soror Biriola Geno Abbatissa Monasterii s. Antonii de Torcello ipsi D. Episcopo, & Ecclesiæ Torcellanæ de fidelitate, & obedientia sub hac forma præstitit solemniter juramentum.

In Christi nomine Amen. Ego soror Biriola Geno Abbatissa Monasterii S. Antonii de Torcello Ordinis S. Benedicti constituta coram vobis vener. in Christo P. & D. D. Fr. Ptolomæo Dei, & Apostolica gratia Episcopo Torcellano juro corporaliter ad sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens sanctæ Matri Ecclesiæ Torcellanæ, dominoque meo D. Fr. Ptolomæo Episcopo Torcellano prædicto, & ejus successoribus canonicè intrantibus, & quod non ero in consilio dicto vel facto, quod vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium quod mihi per se, vel per literas suas, aut nuncium manifestabunt, ad eorum damnum nulli pandam. Eorum nuncios, & familias honorifice tractabo. Vocata ad synodum nuncium mittam legitimum, nisi fuero canonica.... præpedita. Et singulis annis pro annunciatione festi S. Antonii dabo, & præsentabo Episcopo Torcel. & successoribus ejus, qui per tempora fuerint ad Episcopatum, duas ampullas vini, & omni tertio anno ipsum D. Episcopum, & ejus successores, qui perpetuo per tempora fuerint, cum Canonicis suis invitabo, seu invitari faciam ad ipsum festum, & honorifice procurabo de prandio. Et omni anno in perpetuum cum ipse D. Episcopus Gradum iverit ad festum BB. martyrum Ermacoræ, & Fortunati, sibi dabo sestorium unum, ac etiam solidos parvorum octo pro adjutorio itineris, & singulis annis de mense Martii pro Marciatico obulos quindecim, & in omnibus ipsi D. Episcopo, & ejus successoribus subjacebo lege diœcesana, sicut alia Monasteria Ordinis Nigri s. Benedicti in visitationibus, correctionibus, & aliis consuetudinibus. Hæc omnia, & singula suprascripta, & omnia alia debita obsequia, & honorificentias secundum.... justitiam & consuetudinem Ecclesiæ Torcellanæ faciam ipsi D. Episcopo, & ejus successoribus, nisi absolvar de eorum licentia. Bona immobilia, & thesauros dictæ Ecclesiæ, & Monasterii in quantum potero, augmentabo, & non alienabo meis Dominis Episcopis, & successoribus, Monialibus dicti monasterii inconsultis. Sic me Deus adjuvet, & hæc Evangelia sancta Dei. Actum in majore Ecclesia Cathedrali S. Mariæ de Torcello.

Ego Clemens Scarpazo olim filius Thomæ Scarpazo de Majorbio Imper. auctoritate notarius, & Episcopalis Curiæ Torcellanæ scriba his omnibus interfui rogatus, & scripsi, & de dicti vener. P. D. Episcopi Torcellani mandato in hanc publicam formam redegi.

Anno insuper 1324. & iterum 1325. idem Ptolomæus assentitur quibusdam permutationibus a Monialibus S. Jo. de Torcello faciendis, ut ex documentis in earumdem Monialium tabulario existentibus percipitur; videtur proinde ad finem anni 1327. vitam protraxisse, cui immediate successerit sequens Bartholomæus, Bonolus.)

37 Fr. AEGIDIUS de Galluziis Bononien. Ord. Prædicatorum, Torcellanus fuit Episcopus anno 1322. ex tabulis (1) ejusdem Ecclesiæ, narratque Seraphinus Razzius in lib. de Viris illust. S. Dominici, Piusque, ac Nicolaus Paschalis Alidosius de Viris illust. Bononiensibus. Cæterum hujus nulla mentio extat in lib. Oblig. Præl. Quamobrem apud præfatos auctores de hujusmodi re fides esto; non tamen me latet hunc Aegidium Cretæ fuisse Archiepiscopum. Bononiæque decessisse an. 1340. & apud suos Dominicanos fuisse tumulatum cum sequenti inscriptione, ubi nulla mentio fit Torcellani Episcopatus, cujus titulo fuerit aliquando insignitus.

Hic jacet Rev. Dominus
Fr. Ægidius de Galluziis de Bononia
Ord. Fratrum Prædicatorum
Dei gratia Archiepiscopus Cretensis
qui obiit anno Domini MCCCXL.
die VI. Decembris
cujus anima requiescit in pace. Amen.

38 Fr. BARTHOLOMÆUS de Piscialis, Bononiensis, Ord. Prædicatorum, Angelici Doctoris quondam nobilis auditor, ideoque suo ævo clarissimus Theologus, ac Magister sacri Palatii, adlectus fuit Episcopus Torcellanus à Joanne XXII. ann. 1328. quo anno die 28. mensis Februarii sacro Collegio solvit subsidium. Hanc Ecclesiam administravit usque ad annum 1333. Armeniæque evasit Archiepiscopus, ubi pie decessit. XLI.

(*Hic videtur Ughellus duos Bartholomæos in unum cogere. Nam exploratissimum est Bartholomæum Torcellanum Episcopum hanc sedem tenuisse ad annum 1335. quo obiit Venetiis tumulatus apud suos Fratres Prædicatores SS. Joannis, & Pauli, in quorum choro adhuc legitur sequens epitaphium.*

MCCCXXXV. Hic jacet D. Fr. Bartholomæus Ordinis Prædicatorum Episcopus Torcellanus.

Se-

(1) Aegidius, de quo Ecclesiæ Torcellanæ tabulæ, vixit in hac sede ab an. saltem 1264. ad 1282. ut supra diximus. Atque alter à Torcellano Episcopo censendus est Aegidius hic de Galluziis, qui fuit Cretensis Archiepiscopus, & decessit an. 1340. ut ex ejus Epitaphio hic ab Ughello relato. *Bonolus.*

,, *Sed et in Prætorio Torcelli archivo leguntur in actibus quibusdam testium depositiones asserentium se vidisse eumdem Bartholomæum demortuum in præfata Ss. Jo. & Pauli Ecclesia sepeliri; adeout nullum restet dubium, quin Bartholomæus Armeniæ Archiepiscopus a nostro sit longè diversus.* Bonol.)

39 Fr. MICHAEL Venetus (1), ejusdem Ordinis Prædicatorum alumnus, Bartholomæo suffectus est an. 1333. postquam egregie hanc sedem administrasset an. 13. Venetiis fato functus est, & sepultus apud ecclesiam SS. Joannis, & Pauli, ubi lac Religionis primum sumpserat, cum hoc epitaphio.

HIC JACET DOMINUS
FR. MICHAEL ORD. PRAED.
EPISCOPUS TORCELLANUS *a*.

a CLODIENSIS.



XLII. *b* 1346. *c* Nicolai.

40 JACOBUS Maurocenus, nobilis Venetus patritij ordinis, Michaeli successit, anno 1346 *b*. Extrema clausit anno 1351. sepultus in Cathedrali ante altare S. *c* Liberalis sub marmorea tabula, ubi habet hoc epitaphium, cum gentilitiis insignibus.

Hic jacet inclusus
Reverend. in Christo Pater & D.
Dominus Jacobus Maurocenus
quondam Episc. Torcellan.
qui obiit nunc Domini
MCCCLI.
die septimo mensis Maij,
cujus anima requiescat in pace. Amen.

(,, *Jacobus Maurocenus successit immediate Bartholomæo prædefuncto anno 1335. Ejus prima memoria mihi occurrit in tabulario Ecclesiæ s. Mariæ, & s. Donati de Muriano in sequenti originali documento, quo ejus mandato Marcus Pitattus Rector Ecclesiæ s. Stephani electus, & confirmatus in possessionem immittitur an. 1338. die ultima Martii.*

,, In Dei Nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo octavo Indictione sesta die ultima mensis Martii in infrascripta Ecclesia S. Stephani de Murano Torcellanæ diœcesis præsentibus nobili, & sapienti viro Domino Johannino Steno honorabile Potestate dicti Murani, Venerab. viro D. presbytero Stephano plebano S. Marie Jubanicho de Venetiis, & Joanne clerico dicte ecclesiæ S. Stephani, & aliis multis testibus ad hæc vocatis specialiter, & rogatis. Ven. & discreti viri Domini Petrus de Baono plebanus Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Murano prædicto, & presbyter Secundus Trivisano Canonicus Ecclesiæ Torcellanæ ex speciali commissione ei facta per Rever. in Christo patrem & Dominum Dom. Jacobum Mauroceno dei gratia Episcopum Torcellanum, ut de hujusmodi commissione patet publico instrumento confecto per me Nicolaum Notarium infrascriptum sub millesimo Indictione & die suprascriptis, accedentes ad Ecclesiam S. Stephani prælibatam, una cum Venerab. viro Domino presbytero Marco Pitatto rectore, seu plebano dictæ Ecclesiæ S. Stephani hodie confirmato per dictum D. Episcopum, ambo simul concorditer induxerunt, & posuerunt dictum presbyterum Marcum in corporalem possessionem supradictæ Ecclesiæ S. Stephani, seu rectoriæ vel plebanatus ejusdem ipsum ad altare majus dictæ Ecclesiæ inducendo, & pannos ipsius altaris elevando, & in ejus manibus tradendo, & ipsum altare osculari faciendo, eumdemque presbyterum Marcum in choro in sede rectoris, seu plebani installando, & ibidem sedere faciendo; ac ipsum in sacratarium perducendo, clavesque dicti sacratarii, & Ecclesiæ sibi tradendo, & assignando, ac demum immediate ipsum ad cellam sive domum rectoriæ seu plebanatus dictæ Ecclesiæ inducendo, ostia ipsius domus aperiendo, & claudendo, clavesque ejusdem sibi tradendo, & in ipsius domus & cellæ possessionem corporalem inducendo, & omnia alia faciendo, & narrando, quæ in talibus, & circa talia requiruntur de consuetudine vel de jure potestatis. Idem Dominus plebanus Sancte Marie nomine suo & dicte sue plebis quæ tunc ut asseruit hodie coram ipso Domino Episcopo, & nunc replicat in presenti, dictam Commissionem inducendi dictum presbyterum Marcum in possessionem dicte Ecclesiæ S. Stephani ipsi soli Domino plebano sancte Marie per dictum dominum Episcopum fieri debere & non alteri, & quia cum ipse solus ex commissione dicti domini Episcopi secundum tenorem sententiarum, instrumentorum, & aliorum jurium ipsius domini plebani S. Marie alias ostensorum ipsi domino Episcopo dictum presbyterum Marcum debuisset inducere in possessionem dicte ecclesie, omne jus suum sit sibi integre reservatum, & quod non prejudicet sibi nec ipsi presbytero Marco, si dictus dominus presbyter Secundus ex dicta commissione dicti Domini Episcopi interfuerit una cum ipso domino Petro plebano ad ponendum ipsum presbyterum Marcum in possessionem predictam. Actum in dictis Ecclesia cella & domo S. Stephani supradicti.

,, Ego Nicolaus S. Venture Notarii de Florentia publicus Imperialis auctoritate notarius predictis omnibus intersui & rogatus scripsi & publicavi, meo quidem signo apposito consueto.

,, *Anno 1339. die 7. Septemb. idem Maurocenus ab excommunicationis vinculo ut Commissarius Apostolicus absolvit Conradum de Bramasechis Cathedralis Tarvisinæ Decanum, urbemque ipsam Tarvisium, ut dictum est in Tarvisinis ex documentis in illo Capitulari archivo extantibus. Prostat adhuc supra portam Capituli celebris Monasterii s. Jo. Evangelistæ de Torcello hæc antiqua inscriptio, quæ docet hoc eodem Jacobo præsule illud cœnobium incendio consumptum anno 1343. fuisse insequenti anno reædificatum.*

,, Quadraginta tribus junctis post mille trecentos
,, Papa Clemente tunc sexto Pontificante
,, Danduleæ prolis Andrea rite Ducante,
,, Et Mauroceno Jacobo Præsule digno.
,, Torcelli S. erat prudens Thomasina Venero
,, Abbatissa loci, Simeon quoq; Dandulus hujus
,, Procurator fidus, quando igne crematur,
,, Anno qui sequitur speciosum quod renovatur.
,, *Bonolus.*)

41 PETROCHINUS Casalescus, Ferrariensis, Monachus cœnobij S. Barthulomæi ex Ordine S. Benedicti, Canonista, Theologusque clarissimus, primum Abbas fuit monasterij S. Cypriani de Muriano, deinde factus est Episcopus Torcellanus anno 1351 4. Id. Junii. Hic sub Innocentio VI. frænavit Flaminiam, annoque 1362. Ravennas Archiepiscopus effectus est, in quo ipso anno consecravit majus altare Eccl. S. Salvatoris de Rivoalto. XLIII

LEO-

(1) Hic fuit Episcopus non Torcellanus, sed Clodiensis, de quo supra in Clodien. dictum est. In errorem raptus est Ughellius ab Epitaphio, quod corruptum refert. Nam pro *Torcellanus* perspicue *Clodiensis* legitur. Prostat adhuc in choro Fratrum Prædicatorum Ss. Jo. & Pauli, & nos illud diligenter contulimus. *Bonolus.*



42 LEONARDUS(1) Donatus nobilis Venetus ad hanc ecclesiam promotus est anno 1362. Brevis Pontifex fuit, functusque fatu in Ecclesia Cathedrali humatus fuit prope altare S. Rocchi hac brevi inscriptione in marmore.

Ossa Leonardi Donati Vener. Episcopi Torcell.
ab. Sn. Coepiscopo secta pietate.

XLIV 43 JOANNES Episcopus Torcellanus obiit anno Domini 1366.

„ (*Fr. Joannes, cujus instituti ignoratur, Petrochino ad Raptnnatem insulam translato successor datus est eodem anno 1362. cujus præsulatus enordio Borincotius Abbas Monasterii S. Cypriani de Muriano, & ejus Vicarius Generalis facultatem dedit Philippæ relictæ q. Jacobi de Leze monialium cœnobium extruendi, quæ S. Augustini regulam sequerentur. Floret adbuc Muriani cum Ecclesia D. Bernardo sacra hoc nobile Monasterium, cujus institutionis documentum ex archivo Matricis Ecclesiæ S. Mariæ, & S. Donati de Muriano desumptum tale est.*

„ In Nomine Domini. Anno à Nativitate ejusdem 1362. indict. 15. die Sabbathi 12. Mensis Novembris. Actum in Monasterio S. Cypriani de Muriano Torcellanæ Diœcesis præsentibus religiosis viris Fr. Joanne Mnnacho Monasterii S. Joannis Evangelistæ Parmen. Diœcesis, & Benedicto Conventuali Monasterii S. Cypriani prædicti, ser Zambello de Padua Canepario ipsius Monasterii, Fr. Marci & aliis testibus ad hoc specialiter vocatis, & rogatis. Venerab. in Christo Pater D. D. Borincotius Dei, & Apostolicæ sedis graria Abbas Monasterii S. Cypriani prædicti Decretorum Doctor Vicarius in spiritualibus, & temporalibus Reverendiss in Christn Patris & D. D. Fr. Joannis eadem graria Episcopi Torcellani, nna cum quibusdam Patribus Collegii in solidum deputatus ad instantiam, & requisitionem D. Philippæ Uxnris quondam D. Jacobi de Leze de Venetiis, & filiæ D. Joannis Panli de Venetiis de confinio S. Barnabæ coram prædicto D. Abbate ut Vicario constituto, & eidem humiliter petenti ipsum D. Abbatem Vicarium licentiam concedere gratiosam quod super Territorium infrascriptum ædificetur, seu ædificari possit quoddam Monasterium Monialium ad honorem S. Bernardi, volens eidem D. Philippæ prædictam licentiam concedere gratiosam . . . . quæ modo & voleute, & consecuriente Præsb. Dominico Ecclesiæ S. Mariæ de Murano prædictn Syndico & Procuratnre, & syndicario & Procuratoris nomine Capitnli ejusdem Ecclesiæ S. Mariæ auctoritate ordinaria omnibus modo, via, jure, & forma, quibus melius potuit perpetuò deputavit, ordinavit & statuit quamdam Domum eidem Territorio cooperto, & discooperta positam in Contracta, & Parochia Ecclesiæ S. Mariæ præfatæ, quæ quidem erat ipsius D. Philippæ, & quæ confinat versus S. Andream cum Procuratoribus S. Marci de Venetiis in partim, & in parte cum juribus Hospitalis S. Joannis Baptistæ de Muriano prædicto, & partim cum quoddam de Cà Batagiis mediante quoddam rielo consortivo versus S. Salvatorem confinat cum juribus S. Salvatoris usque ad quamdam punctam ubi est quidam ponticellus de terra mediante via communi laritudinem pedum 5. quæ dedit jura præfati Monasterii S. Bernardi, & Territorium illorum de Cà Moro de Venetiis, & ab omnibus aliis partibus conferentibus in paludibus Molendinorum de Cà Mauroceno de Venetiis, vel si quæ aliæ forent cohærentiæ veriores ad ædificationem, & per ædificationem prædicti Mnnasterii sub vocabulo S. Bernardi, in quo quidem Monasterio Moniales, qui ibidem faciunt professionem, vitam ducant eremiticam secundum regulam S. Augustini utentes habitum grisum, existentes in dictn Mnnasterio semper inclusæ, totum usum & ordinem servantes, quod in Monasterio S. Mariæ de Angelis, & Monasterio S. Jacobi della punta dicti de Galicia ambabus de Muriano prædicto servatur seu de jure servari debet, possitque idem Monasterium habere Campanile, Campanas pulsanti sicuti Priorissa, quæ pro tempore erit eidem Monasterio presuerit, duxerit ordinem, quodque ipsum Monasterium habeat liberam sepulturam, salva tamen justitia debita Ecclesiæ S. Mariæ prædictæ, & aliarum Ecclesiarum, de quarum Parochiis sumerentur corpora ibi tumulanda, ita quod in Territorio suprascripto . . . . de auctoritate, & consensu ejusdem D. Abbatis Vicarii deputatn, & etiam in alio territorio hujusmodi Monasterio nunc, vel imposterum contiguo, & quod in futurum aquiri, seu fieri, vel conferri possit Priorissa, & Conventus, & Capituli dicti Monasterii dare per tempora esset, prædicta domos ampliaret, aliaque de novn construere ad libitum suum pro usu, & commodo Monialium in eodem Monasterio quandocumque voluerit . . . . censendum sub Ecclesiastica quoque protectione, & jurisdictione, & potissimum Ecclesiæ Torcellanæ in eadem diœcesi esse . . . de cætero sicut reliqua loca . . eidem Monasterio reservato prædicto D. Episcopo Torcellano, & Successoribus suis censu annuatim dare librarum duarum boni vini præstandarum & solvendarum & consignandarum per Monasterium, & Priorissam, & Capitulum, & Conventus, qui pro tempore essent vel eorum Monasterio perpetuis tempnribus præfato D. Episcopo, & eisdem Successoribus in Episcopali Curia Torcellana in festo S. Bernardi Mensis Augusti, vel infra octavam ante, vel post prædictum festum, reversusque Capituli Ecclesiæ S. Mariæ de Muriano prædictn in ejus parochia . . . construi, teneantur solvere, & præstare annuatim in festo S. Mariæ mensis Augusti, vel infra octavam ante, vel post prædictum festum duas Candelas de cera una libra pro qualibet candela; voluit insuper, decrevit & ordinavit prædictus D. Abbas Vicarius, quod si Priorissa ac Capitulum & Conventus, qui pro tempore essent in dicto Monasterio & voluerit facere celebrari Missas in præfato Monasterio teneantur requirere, seu requiri facere annuatim unum ex Præsbiteris Capituli S. Mariæ prædictæ qui prædictas Missas celebret in Monasterio antedicto, & dare, & solvere tot sui salarii tanta prædicto, quantum pro tempore alterum alteri daretur illi celebranti prædictas Missas, quod quidem si prædicta Priorissa, & Capitulum, & Conventus, qui pro tempore essent in dicto Monasterio facere neglexerint, ut nullus ex Præsbiteris Capituli prædictæ S. Mariæ licet pro Priorissa, & Capitulum, & Conventum, qui pro tempore essent requisitus prædictas Missas in dictn Monasterio celebrare voluerint, tunc en anno, quod talia causa invenerit, teneantur solvere, & dare Capitulo S. Mariæ prædictæ soli-

(1) Hic ille *Leonardus* Donatus, de quo supra Ughellus n. 36. qui 100. prope ante annos vixerat: cujus etiam est Epitaphium, ut supra diximus.

„ solidos septem parvorum Venetorum, & unam
„ libram thuris; insuper, quod prædictu Priorissa,
„ ac Capitulum & Conventus, qui pro tempore
„ essent in dicto Monasterio teneantur invitare,
„ seu invitare facere Capitulum S. Mariæ prædi-
„ ctæ ad omnes suas festivas solemnitates per
„ ipsam Priorissam, & Capitulum, & Conven-
„ tum, qui pro tempore erit in dicto Monasterio
„ fiendas: itidem voluit, & ordinavit prædictus
„ D. Abbas Vicarius quod si Priorissa, & Capitu-
„ lum ac Conventum, qui pro tempore essent in
„ dicto Monasterio, & voluerint in Monasterio
„ aliquem Capellanum causa celebrandi Missas
„ prædictas in dicto Monasterio, prædictus Capel-
„ lanus, qui pro tempore erit, seu morabitur in
„ dicto Monasterio, teneatur interesse in Ecclesia
„ S. Mariæ prædictæ horis debitis ad omnes festi-
„ vas solemnitates, ad quas cæteri Præsbiterorum
„ Patochialium de Muriano prædicto personaliter
„ interesse tenentur, reservato insuper dictæ D.
„ Philippæ & ejus descendentibus de gradu in gra-
„ dum juspatronatu.
„ Ego Franciscus Rosso quondam ser Antonii
„ Ecclesiæ S. Martini de Muriano Plebanus, &
„ Cancellarius Curię Torcellanæ Episcopalis pre-
„ dictæ copiam de authentico instrumento scripto,
„ & roborato ut supra manu Bernardini filii D.
„ Mansardini de Grimaldis de Mediolano publici
„ Imper. Not. sub eisdem millesimo, & die. *Bonolus*.]

XLV. 44 PAULUS Balardus, Faventinæ Ecclesiæ Præpositus, successit Joanni an. 1367. die 18. Kal. Februarii. Ex regest. Vatic. Hujus memoriam extare vidimus, sub nomine Philippi, in quadam pensili tabella ad altare sacrarum reliquiarum ecclesiæ S. Antonii Monialium Ord. S. Benedicti, ubi unus ex clavis sacratissimi Domini nostri Jesu Christi asservatur; in ea enim recensentur aliqua patrata miracula virtute ejusdem clavi, cujus initium est: *Reverendus in Christo Pater, & D. D. Philippus Balardo Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Torcellanus 1377. die I mensis Aprilis. Cum celebraturus ob reverentiam dicti clavi ad jam dictum monasterium accessisset, sacris peractis dictum clavum cum magna veneratione super altare portavit, & adstante D. D. Potestate, cum cunctis, qui devote accessissent, eodem clavo signasset, mulier quædam Francisca nomine de Trevisana uxor cujusdam Alberti de Trevisana, quæ maxima debilitate membrorum vim, & usum unius brachii permaxime, imo totius sinistri lateris amiserat accedens & ipsa reverenter dicto clavo per eundem D. Episcopum signata, ab omni protinus infirmitate secunda die liberata est.* Sequuntur deinde alia miracula eodem die patrata, memorantur. Item alia sequenti anno, eodemque Episcopo præsente post peractis sacris, facta. Quanto tempore Episcopus Balardus, quem regestum Vaticanum Paulum vocat, hanc administraverit Ecclesiam, non constat; habetur tamen ei successisse Philippum sequentem Nani.

„ *Hic Ughellus noster invitis Vaticano regesto,*
„ *& Ecclesiæ Torcellanæ monumentis, duos Balar-*
„ *dos Torcellanos Episcopos in unum confundit.*
„ *Paulus siquidem Balardus, de quo Regestum Va-*
„ *ticanum, successit Joanni an. 1367. ejusque memo-*
„ *ria frequens habetur ab eodem anno 1367. mense*
„ *Octobri ad 1372. in archivo prætorio Torcellano.*
„ *Decessit ante Majum anni 1374. Nam die prima*
„ *ejusdem mensis ac anni vacabat sedes, ut prodit*
„ *sequens vetusta inscriptio, quæ adhuc in marmore*
„ *insculpta visitur in fronte Ecclesiæ S. Stephani de*
„ *Muriano.*
„ MCCCLXXIIII. adi. XIIII. dauril.
„ Fò trovado. ĩ la prexente. Glexia. del
„ Santisimo. Protomartore. Stefano. du-
„ xento. e oltra. Corpi. de Santi. Mar-
„ tori. per lo. Venerabele. homo. misier.
„ Pre. Mafio. Fradelo della Gliexia Plo-
„ van. e la dita. Glexia. dapuo. adi primo.
„ de Mazo. ĩ. lo dito. ano.... Venerabe-
„ le. mẽtre. consegrada. per lo. Venera-
„ bele. Pre. e Signor. mis. Princivale. da
„ Dio e della postolica. gracia. Vescovo
„ decia: de licencia. del Venerabele. ho-
„ mo. Mis. Nicolò de Luca Canonego. e
„ Vicario. de Torcelo. vacando. la sega.
„ in. lo tempo. del Nobele. homo. mis. Si-
„ mon. darmer. honorabele Podestade. de
„ Muran. e de. i providi. homeni. s. Ja....
„ lo da Molin. e de s. Andrea Ca.... r Pro-
„ curatori. dela. dita Gle...

„ PHILIPPUS *deinde Balardus post Paulam* XLVI
„ *hanc Ecclesiam suscepit administrandam eodem*
„ *anno 1374. qui vix ejus arrepto freno synodum coe-*
„ *git, saluberrimasque edidit sanctiones, quas in*
„ *archivo prætorio civitatis inventas hic in lucem*
„ *edere operæ pretium ducimus.*
„ Philippus Dei, & Apostolicæ sedis gratia Epi-
„ scopus Torcellanus. Universis, & singulis Abba-
„ tibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbi-
„ teris, Primiceriis, Plebanis, Canonicis, Recto-
„ ribus, Ecclesiarum ministris, necnon Abbatis-
„ sis, Priorissis, & Monialibus cæterisque personis
„ Ecclesiasticis, sæcularibus & Regularibus utrius-
„ que sexus ac Clericis cujuscumque gradus, vel
„ conditionis existant in nostra Civitate, & Dio-
„ cesi Torcellana constitutis salutem in Domino
„ sempiternam. Obedientiæ subiectum esse homi-
„ nem volens Deus statim ut factus est, ipsum præ-
„ ceptis obstrinxit, et subsequenter inobedientes
„ punivit, cui nullus resistere potest: Obediens fi-
„ lius proprio sanguine obedientes redemit, & re-
„ muneravit gloria ineffabili sancto spiritu operan-
„ te. Cupientes itaque ipsi omnipotenti Deo, ac
„ sacrorum Canonum institutis viriliter obedire,
„ nobisque comissas animas per observantiam præ-
„ ceptorum in sæculo misero laborantes ad æternã
„ gloriam efficaciter invitare curavimus inquirere
„ omnia, quæ potuimus in nostra jurisdictione in-
„ hibenda, corrigenda, ordinanda, & statuenda
„ cognoscere, & videre. Quibus diligenter exami-
„ natis auctoritate ordinaria universis, & singulis
„ suprascriptis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub
„ pœnis infrascriptis iniungimus, & præcipimus
„ præsentes nostras Constitutiones inviolabiliter
„ observari, contrariis consuetudinibus, & omni-
„ bus corruptelis penitus revocatis, salva in omni-
„ bus Apostolicæ sedis auctoritate, & sacrorum
„ Canonum institutis.

De Vita, & honestate Clericorum.

„ Ut honestas Clericorum servetur, præcipimus
„ omnibus dignitates, Personatus, seu officia ha-
„ bentibus ac Plebanis, Canonicis, Ecclesiarum
„ Cathedralis, & Collegiatarum, & aliarum Re-
„ ctoribus & ministris, & aliis Clericis in sactis
„ Ordinibus constitutis, ut guarnachias, & alia
„ indumenta omnia desuper, exceptis mantellis
„ honesta & clausa deferant longa usque ad collum
„ pedis, pannis rubeis exterius, & viridibus non
„ utantur: Capucia quoque omninò clausa, & se
„ cundum maspilis, quorum becha non sit magis
„ longa, quam sint capucia prælibata, & ista ad
„ minus duobus digitis, biretaque, seu Capellos
„ super capucia, & subtellares cum puncta, ac bo-
„ tonos de quacumque materia, excepto de panno,
„ & fibullas argenteas, vel de quocumque metallo
„ in publicum portare penitus probibemus. Trans-
„ gressores autem incurrant pœnam solidorum
„ quinque parvorum pro quolibet prædictorum, &
„ pro qualibet vice applicandorum Cameræ nostrę
„ episcopali.

„ De Tabernis vitandis.

„ Prohibemus insuper universis, & singulis Ab-
„ batibus, Prioribus, Clericis, de Ecclesiasticis
„ personis cujuscumque status, gradus, ordinis,
„ vel conditionis existant, ut Tabernas prorsus
„ non intrent, nisi sint in itinere constituti, nec
„ sub porticibus Tabernarum bibant, seu aliquo
„ loco inhonesto; qui contrafecerit pro qualibet vice

sol-

A solvut decem solidos parvorum nostræ Cameræ applicandos.

De Ludo Taxillorum vitando.

Cum nonnulli Clerici, & personæ Ecclesiasticæ per ludum Taxillorum sæpius infamiã & damna incurrant, & Ecclesiarum contingant non modica detrimenta, statuimus, & mandamus quod nullus Clericus, nullaque persona Ecclesiastica Civitatis aut diocesis Torcellanæ ad azardum, vel alium ludum Taxillorum, excepto ad tabulas, & schacos, ad quas, & quos possint ludere, non tamen per logias, & plateas, nec publicè quomodolibet in publico vel occulto ludant. Et quicumque ad ludum azardum, vel alium ludum Taxillorum pro denariis contra hanc nostram prohibitionem præsumpserit ludere sicut superius est expressum pœna viginti solidorum parvorum nostræ Cameræ applicandorum pro qualibet vice incurrat ipso facto.

De Armis non portandis.

B Licet præcipiant Canonicæ sanctiones quod Clerici arma portantes excommunicari debeant, quia tamen plerique Clerici monitiones hujusmodi vilipendunt, & derogant plurimum Ecclesiasticæ honestati, præsenti Constitutione duximus statuendum quod nullus Clericus, nullaque Ecclesiastica persona sæcularis vel Regularis nostrarum Civitatis, & diocesis, nullus quoque Clericus advena vel Regularis nostrarum Civitatis & diocesis, nullus quoque Clericus advena vel Regularis habitans in præfatis Civitate, & diocesi Torcellanis portet arma offensionis absq; nostra seu nostri Vicarii licentia habita, & obtenta, nisi sit familiaris aut officialis noster, & Curiæ nostræ: Quod si quorumcumque Clericorum, vel Personarum Ecclesiasticarum sive Clericorum advenarum vel Regularium constiterit arma portare pro quolibet genere armorum præsenti nostra Constitutione condemnamus in libris quinque parvorum nostræ Cameræ applican-

C dorum.

De Clericis Usurariis.

Prohibemus insuper Clericis universis, & Personis Ecclesiasticis mutuare pecuniam ad Usuram per se, vel per alium: Et quicumque Clericus vel Persona Ecclesiastica contrarium in animæ suæ periculum facere præsumpserit, totum capitale cum prode perdat nostræ Cameræ applicandum, & Usuras omnes restituere teneatur, & nihilominus à dignitate, vel Prælatione, & beneficiis Ecclesiasticis, si quæ obtinet infra terminos nostræ Jurisdictionis sit suspensus per annum.

De Clericis Merchatoribus.

Sacros Canones imitantes statuimus, quod nullus Clericus, vel Ecclesiastica Persona cujuscumque gradus, status, ordinis, vel conditionis existat de Merchatoribus Secularibus nullatenus de cætero se intromittat per se, vel alium, seu alios vel interpositam personam publicè, vel

D occulte: Et quemcumque contrafacientem in centum libris parvorum applicandis nostræ Cameræ præsentialiter condemnamus.

De Religiosis.

Cum propter vagum, & effrænatum discursum Monialium nostrarum Civitatis, & Diocesis Torcellanæ scandalum multipliciter oriatur præsenti Constitutione statuimus, & mandamus omnibus, & singulis Monialibus nostræ Jurisdictioni subiectis, quatenus aliqua ipsarum cujuscumque gradus, status, vel conditionis existat extra Monasteria sua absque nostra, seu Vicarii nostri licentia habita, & obtenta præsumat exire, & si quæ vel si qua contra hanc nostram constitutionem ire præsumpserint, vel præsumpserit contra ipsam, & ipsas ex nunc prout, & ex tunc prout ex nunc excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, & nihilominus Abbatissa, quæ permiserit suas exire solidos quadraginta persolvat pro quolibet, & qualibet vice.

Item cum interdum, ut audivimos, sint aliquæ Abbatissæ inobedientiæ filiæ, si quæ sunt, sua temeraria audacia mandatorum suorum Prælatorum rebelles, statuimus quod quotiescumque aliqua Abbatissa fuerit requisita per nostros, seu nostri Vicarii Nuncios, ut tradat pignus, cum Moniales exiverint Monasterio absque licentia, vel alia quacumque de causa, & ipsa pignus dare negaverit, sit suspensa ab officio, & beneficio per unum Mensem ipso facto, cui Abbatissæ Moniales Monasterii, unde fuerit Abbatissa, non obediant, nec obedire teneantur, donec ipsa Abbatissa suspensa à nobis vel Vicario nostro ab ipsa suspensione absolutionis beneficium meruerit obtinere.

De vitando accessu ad Monasteria Monialium.

Honestati Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum tam sæcularium, quam regularium providere volentes, statuimus, quod nullus Clericus, vel Monachus etiam obtinens dignitatem, vel Ecclesiastica persona cujuscumque status, ordinis, gradus, vel conditionis existat ad aliquod Monasterium Monialium, vel fororum nostrarum Civitatis, & Diocesis Torcellanæ sine nostra, vel Vicarii nostri licentia speciali accedere præsumat: Quemcumque autem contra hanc nostram prohibitionem facere præsumentem in viginti quinq; libris parvorum nostræ Cameræ applicandorum præsentialiter condemnamus.

Statuimus & etiam ordinamus quod si aliqua Abbatissa nostræ Jurisdictioni subjecta Monasterium suum aliquem Clericum, & Ecclesiasticam personam, vel laicum quemcumque absque nostra, seu Vicarii nostri licentia habita, & obtenta intrare permiserit, incurrat pœnam librarum XXV. pro quolibet, & qualibet vice, quas volumus applicari nostræ Cameræ Episcopali.

Volumus præterea, & firmiter ordinamus quod singulis annis Feria quarta post Pentecostes celebretur nostra Synodus in majori nostra Ecclesia Torcellana, ad quam conveniant omnes Clerici, & Ecclesiasticæ Personæ, tam sæculares, quam regulares nostræ Jurisdictioni subjecti: Qui autem ad hujusmodi nostram Synodum dicta quarta Feria non venerit solidos xx. parvorum solvat nostræ Cameræ applicandos.

Ut autem præsentes nostræ Constitutiones non careant effectu, sed perpetuo observatæ melius memoriæ commendentur, & nullus prætextu ignorantiæ se valeat excusare, volumus, & mandamus quatenus Abbates, Priores, Capitulum nostræ Ecclesiæ, Plebani, Abbatissæ, & Priorissæ Civitatis, & Diocesis Torcellanæ sub pœna excommunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc quemlibet inobedientem volumus incurrere ipso facto usque ad duos Menses à publicatione præsentium proximè computando, procurent habere præsentes nostras Constitutiones in publicam formam redactas per manum Victoris nostri Notarii publici infrascripti, & nostri sigilli munimine roboratas. Quæ quidem omnia, & singula supra scripta per vos sub pœnis contentis in singulis Capitulis præcipimus, & mandamus inviolabiliter, & inconcussè servari, reservata nobis potestate plenaria omnia & singula suprascripta declarandi, addendi, & minuendi si quoties, & quando nobis videbitur expedire.

Lecta, & publicata fuerunt prædicta omnia sive lectæ, & publicatæ fuerunt prædictæ Constitutiones, & pronunciatæ, & approbatæ per Reverendum in Christo Patrem & D. D. Philippum Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopum Torcellanum & de mandato ipsius D. Epis-

copi

,, copi in præsentia Venerabilium Virorum D. D. Presbiterorum Bartholomæi Archidiaconi, Stephani Archipræsbiteri, & mei Victoris Canonicorum & Capituli Torcellani, nec non Fratris Jacobi Monachi Monasterii S.S. Felicis, & Fortunati de Aymanis pro se, & suo Abbate, D.D. Fratrum Leonardi S. Andreæ de Aymanis, & Jacobelli S. Cathaldi, & Jacobelli SS. Cornelii. & Cipriani de Burano maris Monasteriorum Priorum DD. Nicolai S. Petri de Majorbio, Nicolai S. Martini de Buriano maris, Dominici S. Petri de littore majori, Maphei Fradelo S. Stephani, Joannis Donati S. Martini, & Antonii S. Salvatoris de Murano Ecclesiarum Plebanorum. Præsbiteri Bertucii SS. Cosmæ, & Damiani, Leonardi S. Bartholomæi & Franceschini S. Angeli de Majorbio Ecclesiarum Rectorum, Præsbiterorum Antonii Nigri, Aotonii de la ture, Petri Zane Diaconi, & Joanini Subdiaconi S. Mariæ, Præsbyteri Donati, & Stephani S. Stephani, & Manfredi Subdiaconi S. Martini Ecclesiarum Beneficiatorum, & Joannis Prioris hospitalis s. Joannis Baptistæ de Muriano, ac Fratris Nicolæ pro Priore Monasterii S. Petri Casacalbo, ser Petri Taiapiera Procuratoris Monasterii S. Joannis pro Abbatissa & Conventu ipsius Monasterii, suprascripti Præsbiteri Stephani pro Abbatissa, & Monasterio S. Antonii, suprascripti D. Fr. Leonardi Prioris S. Andreæ pro Abbatissa, & Conventu Monasterii S. Angeli de Zampanigo de Torcello, prædicti Præsbiteri Stephani pro Abbatissa, & Monasterio S. Euphemiæ, Jacobi Maceman pro Abbatissa, & Monasterio S. Catherinæ, suprascripti Presbiteri Franceschini Ecclesiæ S. Angeli pro Abbatissa, & Monasterio S. Mariæ de Valle Viridi de Majorbio, suprascripti D. Nicolai Plebani de Burano pro Abbatissa, & Monasterio S. Mauri de Burano maris, suprascripti Donati S. Stephani pro Abbatissa, & Monasterio S. Maphæi, suprascripti Præsbiteri Antonii de la ture pro Priorissa, & Monasterio S. Jacobi de Galicia, suprascripti Præsb. Antonii Nigri pro Abbatissa, & Monasterio S. Nicolai de la ture supradicti Plebani S. Martini Presb. Joannia Donati pro Priorissa, & Monasterio S. Mariæ de Agnolis, supradicti Plebani S. Salvatoris pro Priorissa, & Monasterio S. Bernardi de Murano, suprascripti Prioris S. Andreæ pro Abbatissa, & Monasterio S. Laurentii, Præsb. Leonis Capellani Monasterii S. Christinæ pro ipso Monasterio & Abbatissa, & ipsius D. Stephanellæ Abbatissæ Monasterii SS. Apostolorum pro se, & suo Monasterio, D. Benvenutæ Priorissæ Monasterii S. Angeli de Aymanis pro ipso Monasterio & Abbatissa ipsius Monasterii, ac Barcha habitatoris Monasterii S. Adriani de Costanzago pro Abbatissa, & ipso Monasterio anno Nativitatis Dominicæ MCCCLXXIV. Indictione vero XII. die XXI. Mensis Iulii Pontificatus s. s. in Christo Patris & D. nostri D. Gregorii Divina Providentia Papæ XI. anno IV. In majori Ecclesia Torcellana præsentibus Venerabilibus Viris D. D. Ugone Raimundi Priore S. Petri de Aligno A-quen. Diocesis suprascripti D. Episcopi in spiritualibus ac temporalibus Vicario generali, Aymoneto Balardi Præposito Mooasterii S. Mariæ de Lumbiasto, Bartholomæo s. Spiritus de Che. . . . Taurinensis Diocesis, Federico de Ripalta Canonico Taurinen. Millono Canonico Asten. & Præsb. Francisco Capellano, Ecclesiæ s. Fuscæ de Torcello, & nobili Viro Martino quondam Antonii Balardo de Avillana Taurinensis Diocesis, & aliis pluribus testibus vocatis ad hoc specialiter & rogatis.

,, Ego Victor Gnielmi de Torcello publicus imperiali auctoritate Notarius, & præfati D. Episcopi, & ejus Episcopalis Curiæ Scriba prædictis publicationi, pronunciationi, approbationi, & omnibus aliis & singulis suprascriptis una cum prænominatis testibus, dum sic, ut præmittitur, agerentur, et fierent præsens fui, atque omnia, & singula de mandato præfati D. Episcopi scripsi, & in hanc publicam formam redegi, signum meum consuetum apponens in robur, & testimonium omnium præmissorum.

,, *Hujus Philippi mentio passim occurrit in monumentis præfati archivi ad an. 1405. quo die 26. Februarii adhuc in humanis egisse ex mandato procuratorio ab eodem cuidam Paulo Canonico Torcellano dato colligitur. Obierat jam mense Julio ejusdem anni: per cujus obitum cum spoliorum Collector Philippi bona Apostolicæ Cameræ vindicaret Venetus princeps die 7. Julii Prætori Torcellano mandavit, ut solutis prius creditoribus, quod reliquum erat, collectori assignaretur. Hunc pro Aymone Allobrogum Duce legatione ad Venetos functum fuisse anno 1381. pro conciliandis inter se dissidentibus eisdem Venetis ac Januensibus docet Sabellicus in historia Veneta decade 2. lib. 7. à quo pariter Allobrox dicitur Philippus, & de Avillana Taurinensis diœcesis extitisse ex sæpedicti archivi documentis deprehenditur.* Bonolus.)

45 PHILIPPUS Nani (1) nobilis Venetus Torcellanæ Ecclesiæ Episcopus fuit, decessit anno 1405. in Cathedrali sub marmoreo lapide cum effigie, & inscriptione prætereuntium pedibus pene exesa humatus.

Hic requiescit
Reverend. Dominus Philip. . . Nani
Dei & Apostolicæ Sedis gratia
olim Episcopus Torcellanus
qui obiit
anno Domini MCCCCV. . . . . . . Aprilis
cujus anima requiescit in pace

46 DONATUS de Greppa *a* plebanus S. Stephani de Murano, Philippo subrogatus est an. 1405. Fato functus est an. 1418. de quo mentio in lib. Obligat. Prælatorum. XLVII *a De Greppa.*

47 PETRUS Naol, oobilis Venetus, paulo antea Episcopus Aemonensis *b*, ad hanc sedem translatus est anno 1418. 14. Kalen. Maii. Præfuit usque ad ann. 1422. (2) Episcopatu se abdicavit. Mortuusque est anno 1426. XLVIII. *b Civitatis Novæ in Venetiarum Littore.*

48 PHILIPPUS Paruta, nobilis Venetus, in utroque jure doctor longe clarissimus, primo Aemonensis Episcopus fuit, deinde Torcellanam obtinuit sedem anno 1422. *c* 10. Kal. Maii. Quam ille Ecclesiam cum administrasset annos 26. ad Archiepiscopalem Sedem Cretensem translatus anno 1448. successit Fantino Valaresso die 21. Maii. XLIX. *c An. 1426.*

Cæterum eo sedente, in hanc Torcellanam civitatem translatum fuit corpus S. Christinæ virginis, & Martyris e monasterio D. Marci de Amiano, & in ecclesia S. Antonii monialium Ordinis S. Benedicti pulcherrima reconditum, concedente Eugenio IV. Papa anno 1431 *d*. pie sub ara ejus nomini dicata asservatur, nec sine intuentium stupore, post tot secula incorruptum cernitur, ibidemque hæc inscriptio in marmore incisa legitur. *d 1432.*

Christina claris parentibus Bulsenæ olim Tyri edita, variis tormentorum generibus pro Christi fide constantissime superatis, ab ipso Jesu Christo in mari Christinæ nomine (quid excelsius) baptizata, innumerisque illustrata miraculis, tribus tandem petita sagittis, ac una earum in corde transfixa, duplici virginis, & Martyris palma decoratur. An. Dom. CCLXXXXVII. Diocletiano Imperatore. Ejus corpus e mona-

(1) Philippus iste Nani nusquam reperitur Torcellanus Episcopus: & cenotaphium, quod refert Ughellus, creditur esse sequentis Petri Nani: ejus enim inscriptio in tumuli labro circumquaque exarata, sed detrita, atque ancisa hæc tantum legentibus exhibet: *Hic requiescit Reverend.* . . . . . *Nani Dei, & Apostolicæ sedis gratia olim Episcopus Torcellanus, qui obiit* . . . . *cujus anima requiescat in pace.* Bonolus.

(2) Nullo modo an. 1422. Episcopatu se abdicavit Petrus, nam anno 1421. 7. Septemb. præfuit Capitulo Monialium Vallis Viridis, aliaque deinde juris Episcopalis munia exercuisse reperitur in pluribus monumentis Prætorii archivi Torcellani ad an. 1426. quo è vivis exce sit. *Bonolus.*

nasterio D. Marci de Amiano, temporis injuria funditus everso, huic cœnobio unitso pia felicis recordationis Eugenii Papæ IV. concessione an. sal. quatringentesimo trigesimo primo a supra millesimum translatū, a *ibique conditum, nunc in augustiori quo cernitur tumulo, devotis fidelium oblationibus exornato, Anno Domini MDCII. honorifice conquiescit.*

a Dicendum erat 1431.

In alia ara e regione mirifico cultu asservatur clavus unus Christi, ut hæc parva inscriptio docet.

Sacrorum clavorum unus,
quo Christus Dominus noster
Cruci affixus fuit,
una cum plurimorum sanctorum reliquiis
hic asservatur.
Anno ejusdem Domini nostri Jesu Christi
M.DC.VI.

L. 49 DOMINICUS de Dominicis, Venetus, Decanus Civitatensis. Philippo suffectus est anno 1448. die 18. mensis Februarii, qui Torcellanæ Ecclesiæ præfuit ad annum usqua 1458. (1) quo munere libens, volensque abivit, negotiis implicitus ecclesiasticis. Episcopium vetustate pene deformatum restituit, ut insignia ejus ad parietes posita testantur. Anno vero 1464. Brixiensis Episcopus renunciatus est. De quo vide in illius Ecclesiæ Præsulum serie.

LI 50 PLACIDUS Pavanellus, b Patavinus, monachus S. Justinæ Ordinis S. Benedicti, apud Eugenium IV. commendatione virtutis tantam collegit gratiam, ut illum Abbatem Vallisumbrosæ celeberrimi in Etruria cœnobii, Generalemque illius Ordinis creaverit. Quo munere cum aliquamdiu summa sui nominis fama fuisset persunctus, Episcopali Biblensis Ecclesiæ titulo insignitus fuit, atque ad Parentinensem deinde translatus; anno vero 1458. c ex cessione Dominici evasit Torcellanus Episcopus. Vitam finivit anno 1460. d fere capularis senex apud suam Ecclesiam, & eodem loco in templo S. Joannis Evangelistæ sepelitur, cum epitaphio ad ejus tumulum inciso, quod in reparando veteri templo demolitum, & epitaphium ex incuria Vestalium ibi commorantium neglectum, & deperditum est. Hujus meminerunt Acta Concistorialia. Arnoldus Vvion. lib. 2. Ligni vitæ. Historia Vallisumbrosæ, & Scardeoneus lib. 2. Antiq. Patavin.

b De eo Portenarius in hist. Patav. p. 436. & Simius in Catalogo vir. illust. Vallisumbr. 1. p. 93. Mondep.

c 1464.

d 1471.

(Placidus Pavanellus e Parentina ad hanc Cathedram translatus est nonnisi anno 1464. die 14. Novembris, ut sequentes Pauli II. litteræ Torcellanis Civibus datæ luculenter testantur.

Paulus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Populo civitatis & diœcesis Torcellanæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie venerab. fratrem nostrum Placidum Torcel. tunc Parentin. Episcopum à vinculo quo Parentinæ Ecclesiæ, cui tunc præerat, tenebatur de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Torcellanam Ecclesiam tunc vacantem duximus auctoritate Apostolica transferendum, præficiendo ipsum eidem Ecclesiæ in Episcopum, & Pastorem, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eumdem Episcopum tanquam patrem, & pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debitas, ac devotas, ac ipsius monitis, & mandatis humiliter attendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios, & vos in eo per consequens patrem invenisse benevolum gaudeatis.

Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarn. Domin. 1464. 18. Kal. Decemb. Pont. an. I.

Ejusdem tenoris, & temporis extant aliæ litteræ ab eodem Pontifice Capitulo Torcellano scriptæ. Vivebat adhuc Placidus anno 1471. die 27. Januarii, quo Priorissa S. Jacobi de Muriano eidem sequens præstitit juramentum.

In Christi nomine Amen. Juro ego Marieta Ognibo Priorissa Monasterii S. Jacobi de Muriano Torcellanæ diœcesis, quod ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens S. Matri Ecclesiæ Torcellanæ, vobisque domino meo D. Placido Pavanello Episc. Torcel. & vestris successoribus Canonice intrantibus, & quod non ero in consilio, dicto, vel facto, quod vitam perdatis, seu perdant, aut membrum, seu capiamini, vel capiantur mala captione. Consilium quod mihi per vos, vel per se, aut per vestras literas, aut nuncios manifestabitis, aut manifestabunt, ad vestrum, vel etiam eorum damnum nulli pandam, vestros, vel eorum nuncios, & familiares honorificè tractabo, vocataque ad synodum veniam, vel nuncium mittam legitimum, nisi fuero canonicè præpedita. Et singulis annis de mense Martii dabo, & solvam Ecclesiæ Torcellanæ Marciaticam; & singulis annis per dies octo ante festum S. Jacobi vobis, & successoribus vestris præsentabo, seu præsentari faciam pro annunciatione ipsius festi duas ampullas boni vini puri, & similiter Capitulo Ecclesiæ vestræ Torcellanæ pro dicto festo duas alias ampullas boni vini, & in festo Paschæ Resurrectionis Domini, seu in die Jovis sancti dicto Capitulo unum cereum librarum sexdecim cum granis quinque incensi: & in octava Paschæ Resurrectionis Domini, quando veneritis Murianum, vos, & successores vestros honorabo cum campanarum pulsatione; & vobis, & successoribus vestris obedientiam faciam manualem, & omnia, & alia debita obsequia, & honorificentias, quas de jure, & antiqua consuetudine teneor vobis, & Ecclesiæ vestræ Torcellanæ prædictæ semper faciam bono fine, & sine fraude, nisi absolvar de vestra, aut eorum licentia. Bona autem mobilia, & immobilia, & thesauros dicti Monasterii, & Ecclesiæ in quantum potero, augmentabo, ea, & eos non alienabo, non livellabo, non infeudabo, & non impignorabo, nec alias quomodolibet obligabo absque auctoritate, & licentia S. sedis Apostolicæ. Sic me Deus adiuvet, & hoc ad sancta Dei Evangelia.

Actum in Ecclesia Monasterii S. Jacobi de Muriano coram altare majori coram præfato R. D. Episcopo præsentibus venerab. viris DD. Petro Joanne de Angelis plebano s. Mariæ de Muriano, presb. Laurentio titulato dictæ Ecclesiæ, presb. Angelo Dalaquila Capituli dictæ Ecclesię testibus, & aliis quampluribus in MCCCCLXXI. die 27. mensis Januar. Indict. IV.

Ego Franciscus Rubeus Archidiaconus Torcellanus, nec non Ecclesiæ S. Martini de Muriano Plebanus, publicus Imperiali auctoritate notarius, & judex ordinarius, prædictus omnibus in-

(1) Dominicus hanc sedem non dereliquit nisi ad Brixianam abiturus an. 1464. plura enim leguntur in archivo pretorio Torcellano ejus Episcopalis administrationis documenta ad dictum annum confecta. Anno 1463. Episcopii portam Cathedrali oppositam erigendam curavit. De præstantissimo hoc Pontifice plura Ughellus in Brixiensibus. Boselus.)

,, interfui, & rogatus tam à præfato R. D. Episco-
,, po, quam à præfata D. Priorissa scribere, scri-
,, psi, signumque meum consuetum apposui, & in
,, fidem omnium propria manu me ss.
,, *Extat hujus documenti authenticum exemplar*
,, *descriptum in libro Reddituum Canonicorum Tor-*
,, *cellan. Nec desunt in prætorio Torcellano archivo*
,, *complura monumenta hujus Episcopi viventis*
,, *mentionem facientia ab anno 1464. ad 1471. quo*
,, *debitum naturæ persolvit.* Bonolus.)

51 SIGISMUNDUS (1) successit anno 1460. Decessit vero 1472. Hujus Præsulatus tempore, cœnobium monialium S. Margaritæ de Torcello Cisterciensis Ordinis à jurisdictione Abbatis de Folina ejusdem Ordinis Cenetensis diœcesis perpetuo ademit Paulus II. Pontifex, subjecitque Patriarchæ Venetiarum, hoc ad Abbatissam, & moniales scripto diplomate, quod extat in Patriarchali tabulario.

Paulus Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & monialibus monasterii S. Margaritæ Torcelli Cistercien. Ord. salutem, & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ Sedis benignitas prudentes virgines, quæ se parant accensis lampadibus obviam sponso tanto propensiori studio prosequitur charitatis, quanto majori propter fragilitatem sexus indigere suffragio dignoscuntur, hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, vos tam præsentes, quam futuras & monasterium vestrum, quod ut accepimus dilectis filiis, & Abbati, & Conventui monasterii de Lafolina, dicti Ord. Cisterc. diœcesis Ceneten. subesse dignoscitur, cum omnibus, & singulis bonis mobilibus, & immobilibus, ac rebus aliis ad vos communiter, necnon ad dict. monast. spectantibus, & legitime pertinentibus, ac præsentibus, & futuris ab omnimoda jurisdictione præsente dominio, visitatione, & correctione, subsidiis, subventione, & exactionum quarumlibet præstatione dilecti filii præsentis Abbatis monasterii Cistercien. diœc. Cabilonensis, monasterii de Lafolina, aliorumque Prælatorum, aut superiorum vestrorum nomina censeantur, seu nuncupentur, auctoritate Apostolica tenore præsentium penitus eximimus, & totaliter liberamus, vosque tam præsentes, quam futuras Patriarchæ Venetiarum existenti pro tempore, cum bonis, & rebus, prædiis totaliter subjicimus, & de cætero subesse debere eadem auctoritate decernimus. Ita quod Abbates, & alii Prælati, seu superiores dicti Ordinis, hujusmodi decreta in vos tam præsentes, quam futuras, necnon monasterium, res, & bona supradicta nullam potestatem, jurisdictionem, dominium, aut superioritatem aliquam, etiam ratione delicti conventus, aut rei, de qua agitur, vel actus specialiter, vel generaliter exercere, aut sententias excommunicationis, vel interdicti promulgare possint, decernimus omnes, & singulos processus excommunicationis, suspensionis, interdicti sententias, & quas contra vos, monasterium, & bona hujusmodi haberi contigerit, seu etiam promulgari, irritas & inanes, nulliusque roboris, & momenti. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, subjectionis, constitutionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis *Dominicæ 1465. Idibus Decemb. Pontificatus nostri anno* II.

LII. (a Simeon. b 1472.) 52 SCIPIO a Contarenus, Venetus, ad hanc eandem sedem adlectus est an. 1472. b pridie Kal. Septemb. Vita functus est anno 1485. Ejus meminit sepulchralis inscriptio, quam ipse posuit alumno suo Bernardino Forti Romano, in Cathedrali sub confessione hisce verbis.



D. Cæli S.
Bernardino Forti Clerico Romano
alumno pientissimo benemerenti
Sy. Contarenus Ve. Pont.
vixit ann. XXV.
obiit XIX. Kalend. Jun.
Marmore Torcelli texit mors improba corpus
Ornatum lachrymis spiritus astra tenet.

(,, *Simeon, (hoc enim revera fuit hujus Episcopi*
,, *nomen) Contarenus, defuncto Placido Pavanello,*
,, *ad hanc Cathedram sublectus est anno 1471. cujus*
,, *anni die 21. Octobris Christophorus Mauro Dux*
,, *Venetus Francisco Leono Prætori Torcellano man-*
,, *dat, ut eumdem Simonem, vel ejus procuratorem*
,, *in temporalem Episcopatus possessionem immittat.*
,, *Litteræ in archivo urbis prætorio adservatæ sunt*
,, *hujusmodi.*
,, Christophorus Mauro Dei gratia Dux Vene-
,, tiarum &c. nobili & sapienti viro Francisco Leo-
,, no de suo mandato Potestati Torcelli fideli salu-
,, tem, & dilectionis affectum. Summus Pontifex
,, vacante Ecclesia Torcellana per obitum R. D.
,, Placidi olim Episcopi ipsius elegit, & præfecit in
,, Episcopum, & pastorem dictæ Ecclesiæ R. in
,, Christo patrem D. Simonem Contareno, nobi-
,, lem civem nostrum, ut literis, & bullis Apostolicis vidimus, & intelleximus. Quare vobis man-
,, damus, ut ipsum D. Simonem, nuncium, vel
,, procuratorem suum ad tenutam, & corporalem
,, possessionem ipsius Ecclesiæ & Episcopatus ad-
,, mitti, & de fructibus, redditibus, & proventibus
,, ipsius integraliter responderi faciatis juxta se-
,, riem, & tenorem ipsarum bullarum Apostolica-
,, rum. Datum in nostro Ducali palatio die 21. O-
,, ctobris Indict. IV. 1471. *Bonolus.*]

53 STEPHANUS de Taleazis, Archiepiscopus Antibarensis, & Patracensis, ad Torcellanam sedem fuit translatus, Archiepiscopali titulo retento anno 1485. die 5. mensis Septembris. Pontificii sacelli assistens fuit, interfuitque Lateranensi Concilio sub Julio II. celebrato; obtinuit coadjutorem, cum futura spe successionis Hieronymum Portiam, eidemque libere cessit sedem Episcopalem anno 1514. pauloque post fato cessit. LIII.

(,, *Hujus Præsulatus tempore erectum fuit an.*
,, 1496. *Monialium cœnobium Ss. Marci, & Andreæ*
,, *de Muriano; & Ecclesia Parochialis s. Martini*
,, *pariter de Muriano, sede Apostolica annuente, sacra-*
,, *rum Virginum cœtui concessa fuit an. 1501. die 17.*
,, *Julii.* Bonolus.]

54 HIERONYMUS Portia ex Comitibus Purliliorum à Julio II. primum attributus est coadjutor Stephani, die 5. m. Novembris anno 1511. eidem sub Leone X. successit anno 1514. die 6. mensis Aprilis. Postremam diem obiit an. 1526. egregiis virtutibus ornatus, & vitæ integerrimæ fuit. LIV.

55 HIERONYMUS Foscharus, nobilis Venetus, Hieronymo successit an. 1526. die 16. mensis Maii, cum prius Pontifex in ejusdem gratiam cavisset, ne minor ætas, quæ viginti annos non excedebat, obstaret, quin Episcopali sede posset potiri, LV.

(1) Unde eruerit Ughellus hunc Sigismundum, ignoro. Is siquidem nunquam fuit Torcellanus Episcopus, & Placido Pavanello immediate successit Simeon Contarenus, ut mox dicemus. Bonolus.

A



tirl, ea tamen conditione, ac lege, ut citra titulum cum primum per ætatem licuisset acquirendam, interim eandem sedem administrandam susciperet. Romæ fato functus est anno 1563. *a* sepultusque in ecclesia S. Mariæ de Populo cum sequenti brevissimo epitaphio. B

a Die 2. Januarii.

Hieronymo Foscaro Marci F. Episcopo Torcellano. Petrus Frater Po. Vixit an. LVII.
Obiit IV. nonas Junii b M.D.LXIII.

b Januarii.

56 JULIUS *c* Grimanus Venetus Foscharo successit die 4. mensis Junii anno 1563. cum illius antea coadiutor fuisset adlectus cum spe futuræ successionis, quæ tamen haud plures menses æquavit: obiit enim eodem anno 1563.

c Hic non fuit Episcopus Torcellanus ut mox dicendo.



LVI. 57 JOANNES Delphinus Venetus ad eandem dignitatem promotus est an. 1564. *d* die 30. mensis Januarii. Tridentino Concilio interfuit, annoque 1579. ad Brixiensem Sedem fuit translatus. Cæterum toto cœlo aberrat Ciaconius, & Petramellarius dum Cardinalem Zachariam Delphinum Torcellanum Episcopum faciunt, eundemque cum hoc Joanne confundunt.

d 1563. Jan.

[„*Defuncto Hieronymo Foscaro die secunda ineuntis anni 1563. à Capitulo postulatus est in Episcopum Torcellanum Joanes Delphinus die octava*
„ *immediate sequenti, ut colligitur ex actis capitularibus nunc in Episcopali archivo existentibus, sed*
„ *jam triduo ante, die scilicet 5. Januarii eundem Joannem prædefuncto Episcopo successorem dederat*
„ *summus Pontifex, qui per procuratorem adiit spiritualem possessionem die 13. ejusdem mensis, temporalem autem die 16 ut ex documentis in archivis Episcopali, & Prætorio adservatis. Binam*
„ *synodum celebravit, alteram 17. Aprilis 1563. alteram vero insequenti anno 1564. Episcopale palatium pene collapsum restauravit, ubi adhuc hoc*
„ *legitur monumentum.* D
„ Joannes Delphinus Episcopus Torcellanus hanc domum pene collapsam instauravit. MDLXIII. Kal. Julii.
„ *E quibus omnibus clare colligitur hunc Delphinum ad hanc dignitatem promotum fuisse an. 1563.*
„ *& Foscaro immediate successisse.* Bonolus.)



58 CAROLUS Pisaurus, nobilis Venetus, Abbas secularis, utriusque Signaturæ Referendarius, eandem obtinuit sedem anno 1579. die 26. Augusti. Decessit anno 1587. LVII.



59 ANTONIUS Grimanus, Venetus, ad Torcellensem Ecclesiam promotus est ann. 1587. die 26. mensis Octobris. Synodum celebravit, quam publici iuris fecit, diuque superstes fuit. Sub Paulo V. Florentiæ apud Ferdinandum, Cosmumque II. Magnos Etruriæ Duces Nuncium egit summa cum prudentiæ laude. Cumulaverat enim generis nobilitatem optimi Antistitis exaggeratis virtutibus, sicut apud omnes viveret gratiosus. Demum Patriarcha Aquilejensis renunciatus est, ubi postremam diem obiit anno 1628. ut supra narravimus. LVIII C

[„ *Antonio Episcopo postulante Clemens VIII.*
„ *Prioratum s. Petri* Casacalba *nuncupati Ordinis*
„ *s. Augustini Canonicorum Regularium Cathedralis Capitulo in augmentum distributionum univit*
„ *sequentibus Apostolicis litteris.*
„ Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Ad
„ perpetuam rei memoriam. Apostolicæ solicitudinis studium humeris nostris divina dispositione
„ impositum circa ea continuè versatur, per quæ
„ provisionis Ministerio singulis Ecclesiis, præsertim Cathedralibus, & Personis in illis assidue domino famulantibus congrua proveniant subventionis auxilia, ex quibus suis, ac Ecclesiarum D
„ earumdem necessitatibus, ac Divini cultus augumento opportunè valeant providere. Cum itaque Prioratus S. Petri de Casacalba nuncupati
„ Torcellanæ diœcesis ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium, quem alias commenda in-
„ quam quodam Camillus Trevisanus Clericus
„ Prioratum ipsum ad ejus vitam ex concessione
„ Apostolica obtinebat, per obitum dicti Camilli
„ extra Romanam Curiam defuncti, cessante adhuc eo quo ante commendam ipsam vocabat,
„ tunc quovis modo, quem haberi volumus pro expresso, vacantem dilecto filio Jacobo Sino Clerico Aquilejen. diœcesis familiari nostro per eum
„ quoad viveret, tenendum, regendum, & gubernandum apostolica auctoritate commendavimus, posteriore commenda hujusmodi, ex eo
„ quod dictus Jacobus illi, nec non omni, ac cujuscumque juri, & actioni sibi in dicto Prioratu, vel

A ,, ad illum quomodolibet competenti litteris apo-
,, stolicis desuper confectis, ac possessione habita
,, in manibus nostris sponte cessit, nosque cessio
,, nem hujusmodi duximus admittendam, cessante
,, adhuc eo quo ante posteriorem commendam hu-
,, jusmodi vacabat, modo vacaverit, & vacet ad
,, præsens, & sicut nobis exhibita nuper pro parte
,, Venerab. Fratris nostri Episcopi, ac dilectorum
,, filiorum Capituli Torcellan. petitio continebat,
,, si dictus Prioratus, quem alias prædictus Anto-
,, nius Episcopus provide considerans fructus, red-
,, ditus, ac proventus mensæ Capitularis Ecclesiæ
,, Torcellanæ adeo tenues existere, ut ad congruam
,, dilectorum filiorum Canonicorum ipsius Eccle-
,, siæ sustentationem minimè sufficerent, ea præ-
,, missis, seu certis aliis ex causis adductus, cum
,, primum illum priori commenda hujusmodi
,, cessante vacare contingeret, ac alias sub certis
,, modo, & forma tunc expressis eidem mensæ or
,, dinaria sua auctoritate univit, annexuit, & in-
B ,, corporavit, licet de facto eidem mensæ uniretur,
,, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profe-
,, ctò Canonicorum prædictorum commodiori su-
,, stentationi, ac divini cultus in prædicta Eccle-
,, sia manutentioni, & augumento non modicum
,, consuleretur. Quare pro parte Antonii Episco-
,, pi, ac Capituli, & Canonicorum prædictorum
,, asserentium dicti Prioratus, & illi forsam anne-
,, xorum fructus, redditus, & proventus ducento
,, rum ducatorum auri de Camera secundum com-
,, munem extimationem valorem annuum non ex-
,, cedere, nobis fuit humiliter supplicatum, qua-
,, tenus Prioratum hujusmodi eidem mensæ perpe-
,, tuò unire, annectere, & incorporare, ac aliis in
,, præmissis opportune providere de benignitate
,, apostolica dignaremur: Nos igitur, qui dudum
,, inter alia voluimus, & ordinavimus, quod pe-
,, tentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tene-
,, rentur exprimere verum annuum valorem secun-
,, dum extimationem prædictam, & Beneficii, cui
C ,, aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret,
,, & semper in unionibus comissio ad partes fieret
,, vocatis, quorum interesset, Antonium Episco
,, pum, ac singulares Personas Capituli hujusmodi
,, a quibusvis excommunicationis, suspensionis,
,, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
,, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis
,, occasione, vel causa latis, si quibus quomodo-
,, libet innodati existunt ad effectum præsentium
,, dumtaxat consequendum, harum serie absolven-
,, tes, & absolutos fore censentes, necnon qua-
,, rumcumque aliarum unionum, annexionum. &
,, incorporarionum de quibusvis aliis Beneficiis
,, Ecclesiasticis eidem mensæ quomodolibet facta-
,, rum, & inde secutorum quorumcumque, nec-
,, non commendæ dicto Jacobo factæ, & littera
,, rum desuper confectarum hujusmodi tenore præ-
,, sentibus pro expressis habentes, hujusmodi sup-
,, plicationibus inclinati Prioratum prædictum,
,, qui cura, & Conventu caret, quovis modo, &
D ,, ex cujuscumque persona, seu per liberam cujus-
,, vis resignationem de illo in Romana Curia, vel
,, extra eam, & coram Notario publico, & testi-
,, bus sponte factam, aut assecutionem alterius Be-
,, neficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati
,, vacet. & si tanto tempore vacaverit, quod ejus
,, collatio juxta Lateranensis statuta Concilii ad
,, sedem Apostolicam legitimè devoluta, ipseque
,, Prioratus dispositioni Apostolicæ specialiter,
,, vel generaliter reservatus existat, & ad illum
,, consueverit quis per electionem assumi, atque
,, cura jurisdictionis tantum immineat super
,, eo quoque inter aliquos lis, cujus statum præ-
,, sentibus haberi volumus pro espresso, pendeat
,, indecisa, dummodo tempore datæ præsentium
,, non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum, cum
,, annexis hujusmodi, ac omnibus juribus, & per-
,, tinentiis suis eidem mensæ pro augmento distri-
,, butionum quotidianarum juxta providam dispo-

A ,, sitionem, & ordinationem ab eisdem Canoni-
,, cis, & Ordinario desuper faciendam dicta apo-
,, stolica auctoritate tenore præsentium perpetuò
,, unimus, annectimus, & incorporamus; ità
,, quod liceat prædictis Capitulo, & Canonicis
,, nunc, & pro tempore existentibus dictæ Eccle-
,, siæ per se, vel alium, seu alios eorum, & dictæ
,, mensæ nominibus corporalem, realem, & actua-
,, lem possessionem Prioratus, & annexorum ju-
,, riumque, & pertinentiarum prædictarum pro-
,, pria auctoritate liberè apprehendere, ac appre-
,, hensam perpetuò retinere, illorum fructus, red-
,, ditus, proventus, jura, obventiones, & emo-
,, lumenta quæcumque, postquam tamen eorum-
,, dem reservatio per nos, & hodie prædicto Jaco-
,, bo per alias nostras litteras, prout in illis plenius
,, continetur, facta cessaverit percipere, exige-
,, re, levare, ac in augmentum distributionum
,, hujusmodi convertere diœcesani loci, vel cujus-
,, vis alterius licentia minimè requisita. Decer-
B ,, nentes unionem, annexionem, & incorporatio-
,, nem nostras hujusmodi, necnon præsentes litte-
,, ras de surreptionis, vel obreptionis, seu nulli-
,, tatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam
,, alio defectu notari, impugnari, aut alias quo-
,, modolibet infringi, retractari, invalidari, ad
,, viam, & terminos juris reduci, in jus vel con-
,, troversiam vocari, aut adversus eas quodcumque
,, juris & facti, aut . . remedium im-
,, petrari, vel concedi nullatenus umquam posse,
,, sed illas perpetuò validas, & efficaces fore, &
,, esse, ac ab omnibus, & singulis censeri, & in-
,, violabiliter servari, sicque per quoscumque ju-
,, dices ordinarios & delegata quavis auctoritate
,, fungantes judicari, & deffiniri debere. Irritum
,, quoque, & inane, si secus super his à quoquam
,, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
,, tigerit attentari, non obstantibus priori volun-
,, tate, & ordinatione nostris prædictis, ac Late-
,, ranensis Concilii novissimè celebrati uniones
C ,, perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri
,, prohibentis, necnon felicis recordat. Bonifacii
,, VIII. Prædecessoris nostri, & aliis apostolicis
,, constitutionibus, ac Prioratus, & Ordinis præ-
,, dictorum, necnon Monasterii, à quo ipse Prio-
,, ratus forsam dependet, & juramento, confir-
,, matione apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
,, boratis, statutis, & consuetudinibus contrariis
,, quibuscumque, aut si aliqui super provisionibus,
,, seu commendis sibi faciendis de Prioratibus hu-
,, jusmodi speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesia-
,, sticis in illis partibus generales dictæ sedis, aut
,, Legatorum ejus litteras impetrarint, & si per
,, eas ad inhibitionem, reservationem, & decre-
,, tum, vel alias quomodolibet sit processum, quas
,, quidem litteras, & processus habitos per eosdem,
,, & inde secuta quæcumque ad dictum Prioratum
,, volumus non extendi, sed nullum per hoc eis
,, quoad assecutionem Prioratuum, vel Beneficio-
,, rum aliorum præjudicium generari, & quibusli-
D ,, bet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris
,, Apostolicis generalibus, vel specialibus, quo-
,, rumcumque tenorum existant, per quæ præsen-
,, tibus non expressa, vel totaliter non inserta ef-
,, fectus earum impediri valeat quomodolibet, vel
,, differri, & de quibus quorumcumque totis teno-
,, ribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris
,, litteris mentio specialis. Volumus autem, quod
,, propter unionem, annexionem, & incorpora-
,, tionem nostram prædictam Ecclesia dicti Priora-
,, tus debitis non fraudetur obsequiis, sed ejus
,, congruè supportentur onera consueta. Nulli er-
,, go &c. Si quis &c.
,, Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat,
,, Dominicæ 1602. 10. Kal. Martii Pontif. nostri
,, anno 1a. *Bonolus*.)



LIX. 60 ZACHARIAS Vasolus, *a* Venetus (,, *I.V. D. & Protbonotarius Apostolicus*,) ad hanc ipsam Sedem adlectus fuit anno 1618. die 14. mensis Maii. Decessit antem anno Jubilei 1625.

a Vetulous vulgo della Vecchia.

LX 61 MARCUS Justinianus, Venetus patritius, Zachariæ successit anno 1625. die 19. mensis Februarii, ac post septem menses ad Ecclesiam Cenetensem translatus est, inde ad Veronensem.



LXI. 62 MARCUS Zenus, Venetus. Marci Antonii gravissimi Senatoris filius, Episcopus Torcellanus adlectus est anno 1626. die 19. mensis Junii. Hic anno sui Præsulatus quarto corpora Ss. Thabræ, & Thabratæ Martyrum, aliorumque Sanctorum reliqnias summa religione, & pompa transtulit ex veteri loculo Cathedralis ad aram Beatiss. Virg. & aliorum Sanctorum, ut constat ex eo, quod subiicitur, monumento ad cornu Evangelii posito in eadem Basilica.

Marcus Zeno Episc. Torcellanus corpora sanctorum Thabræ, & Thabratæ Martyrum ad B. M. V. aram, Theonesti Antistitis Martyris, & Heleodor. Episcopi Altinatis ad propriam, Innocentiumque puerorum ad suam cum Jacobi Zebedæi brochio, Theodori Martyris, & Cæciliæ V. & M. capitibus, Ambrosii Archiepiscopi, & Nicolai Episc. ossibus ex arcis ligneis aris execratis, ubi diu indecore jacuerant, magna pompa, majore pietate transtulit, sanctorum quorum ignorantur nomina reliquiis in sacrarie collocatis Urbano VIII. Pontifice Maximo, Joanne Cornelio Duce Venetiarum, Francisco Barbaro Civitatis Rectore die XXV. Novemb. MDCXXIX.

Præfuit Marcus eximie concreditæ sibi Ecclesiæ annis 16. Mortalitatem explevit Venetiis an. 1641. & in æde S. Francisci de Ferrariis *b* tumulatus est in nobili marmoreo sepulchro hoc epitaphio exornatus.

b Fratrum Conventualium, vulgo i Frari.

Marco Zene Torcellano Episcopo, qui doctus, pius, prudens, humanitate, integritate, & virtute supra ætatem ex Senatoria purpura ad sacram Episcopalem thiaram evectus, cœlum promeritus, pie sancteque ex hoc humano carcere evolavit, Dominicus Frater M. Antonii Patris Senatoris ampliss. mandato P. C. Vixit annos LV. m. V. Obiit anno M D. CXLI. octavo Idus Februarii.



LXII. 63 M. ANTONIUS Martinengus Brixiensis, ac Patritius Venetus, Torcellanus Episcopus renunciatus est anno 1643. die 13. Iulii. Præest nunc cum laude prudentiæ vir omni laude dignissimus.

A D D I T I O.

,, [*Marcus Antonius, Nobilis Venetus, ac Brixiensis, Hectoris eximii Comitis filius, prædefuncti*
,, *Marci locum obtinuit. Canonicatu in celebri Patavina Cathedrali antea insignitus fuerat, ubi*
,, *Vicarii Episcopalis munus egregiè persolvens,*
,, *episcopali infula, cujus onus deportabat, haud*
,, *immeritè dignatus est. Igitur Urbano VIII. pro-*
,, *movente, Ecclesiam hanc gubernandam suscepit*
,, *die 13. Julii 1643. eamque Pastoralis officii satis*
,, *conscius, adeo prudentia, & doctrina per triginta fermè annos, quibus præfuit, moderatus est,*
,, *ut prægrandem expectationem superaret eventus.*
,, *Diœcesi primum perlustrata Ecclesiasticā disciplinā*
,, *providis sanctionibus instauravit, indeq; habita synodo diebus 17. 18. 19. Augusti ann. 1648. opportunis aliis constitutionibus, quas in lucem edidit,*
,, *stabilivit; quin Monialium moderationi addictus*
,, *perutilibus bon. mem. Grimani prædecessoris Episcopi decretis tantorei eventu nova adjunxit, ut*
,, *successorum suorum auctoritate comprobata adhuc*
,, *in viridi persistant. Patavii tandem, quò valetudinis gratia identidem se conferre consueverat, in*
,, *osculo Domini expiravit, sepultusque est in Ecclesia Clericorum Regularium Theatinorum ejusdem Civitatis in choro superaddito ejus tumulo*
,, *sequenti brevi epitaphio.*

,, Marci Antonii Martinenghi Episcopi
,, Torcellensis Cineres, donec immuta-
,, tio venerit. Obiit anno sal. M. D. C.
,, L. XXIII. die XVII. Julii.

,, *Ejus pietatem testatur liber, cui titulus:* Tramontana alla servitù della Santiss. Vergine Maria nostra Avocata; *dum adhuc Canonicus esset in lucem editus; ejusque cum laude meminit Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixiensi part. 2.*



LXIII ,, JACOBUS V*ianolus, in Venetam Patricium*
,, *adoptatus, Augustini magni Venetæ Reipublicæ*

„ *Cancellarii filius, Marco Antonio successit. Famagustanis antea infulis condecoratus die 29. Junii 1656. nihil in eo, quod eximii Præsulis esset, desiderabatur præter gregem, quem inter Turcarum fauces deplorabat. Hinc Torcellanæ Ecclesię datus* Episcopus *die* 18. Decembris *ann. 1673. diœcesim suam & oculari visitatione, & salutaribus decretis uberrimè communivit. Expletis denique emeriti Præsulatus annis decem, & septem in Patrimoniali suorum domo Venetiis obiit die 21. Novembris 1691. & in Ecclesia s. Francisci de Vinea in Majorum suorum tumulo sepultus est.*



LXIV „ MARCUS *è nobilissima apud Venetos Justiniana familia, Hieronymi* D *Marci Procuratoris filius, viduatæ Ecclesiæ resignatus est Episcopus. Publicis Patriæ muneribus usque ad annos ætatis suæ 38 detentus sacram infulæ onus fœcundo sæcularium dignitatum honori antehabuit. Receptis electionis suæ bullis sub dat. 22. Martii 1692. privatam die 23. ejusdem adeptus est possessionem, & inde Romæ consecratus fuit die 30. immediatè sequenti.* Episcopalem *nactus administrationem nihil magis cordi habuit, quàm ut sibi commissus grex ad meliorem frugem traheretur: totam idcirco diœcesim perlustratus adeò insudavit, ut nihil restaurandum, moderandumque reliquerit. Ut dignius tamen præesset sub sui Presulatus primordiis auxiliarem sibi de cœlo vocavit* D. Laurentium *Justinianum Gentilem suum, quem in diœcesis Patronum,* Clero, *& Civitate annuentibus, deligi curavit. & ut novo Tutelari augeretur cultus, sacerdotum confraternitatem in Ecclesia Collegiata, & matrici S. Donati Muriani instituit, ejusque nomini nuncupavit, ex qua nobile eidem divo in eadem Ecclesia emersit Altare, quod pretiosis ejus reliquiis gloriatur. Eamdem quoque Ecclesiam s. Donati vetustate collabentem in meliorem formam redegit, majori Capella mirifice exornata, ubi monumentum sibi præparavit infrascripto epitaphio.*

D. O. M.

Quam instituta D. Laurentii Justiniani societate sanctiorem, ornata signis, & imaginibus ære majori, amplificato odeo, adjectis psallentium subselliis, statoque Sacerdotibus, qui interessent, reddito, ad Episcopalia munera obeunda, augustiorem fecit D. Donati Episcopi Ecclesiam, sibi quoq; ad requiem delegit Marcus Episcopus Torcellanus adhuc vivens die VIII. mensis Januar. anno M. D. C.C.

„ *Ejusdem Ecclesiæ* Collegium *duobus aliis titularibus beneficiis, suo ære ditatis, adauxit. Ad decennium privilegium pro* Clericis *à* Clemente *XI. obtinuit anno 1707. ut, nullo requisito patrimonio, ad titulum servitutis Ecclesiæ possent Sacris ordinibus initiari, quod exinde ad aliud decennium protrahi curavit anno 1717. Palatium & sibi, & successoribus* Episcopis *penes prædictam Ecclesiam S. Donati proprio ære coemit, sacrisq; picturis, aliisque ornamentis insignivit: quin publicum* Cancellariæ *archivum, quod antea privatis laribus vagabatur, in ipso palatio firmavit, huc illuc evocatis Episcopalibus digestis. Præest adhuc post viginti & octo ferme annos optimæ administrationis, pastoralis curæ unice anxius, pietate in Deum, charitate in pauperes numquam satis laudabilis, ita ut tanto Præsuli emeritam vitam ad annos plurimos universus diœcesanus Populus enixè precetur.* Bonolus.)



JADERENSIS METROPOLIS,

Cujus Suffraganei sunt.

Episcopatus (Auserensis. (Arbensis. (Vegliensis.





A JADERA Illyricæ Dalmatiæ civitas, Apolloniæ, & Salonæ vicina, cujus meminit Plinius in descriptione Liguriniæ, hodie *Zara*, Venetis subjecta, fidem Christi ab ipsis pene incunabulis suscepit, & Episcopali dignitate fuit exornata, Spalatensi Archiepiscopo diu suffraganea. Anastasius IV. anno 1154. illam Metropolim constituit, & suffraganeos ejusdem esse voluit Auserensem, Arbensem, & Vegliensem Episcopos; sub Patriarchatu tamen Gradensi Adrianus IV. esse mandavit, quem veluti Dalmatiæ Primatem, una cum Archiepiscopo, ij venerarentur Episcopi. Metropolitana ædes S. Anastasiæ Virgini, & Martyri sacra est, amplitudinis, atque magnificentiæ cum vetustate insignis. In ea præter multas Sanctorum B reliquias thecis argenteis inclusas, asservatur corpus S. Tarili presbyteri. Duodecim habet Canonicos, tresque dignitates Archidiaconatus scilicet, Archipresb. & Primicerii, aliosque promiscuos clericos, qui quotidie divinum pensum exsolvunt. Ex Canonicis unus est Pœnitentiarius, alter Theologus. Clericorum Seminarium prope ipsam Cathedralem constructum est, in quo clerici civitatis instituuntur. S. Simeonis ecclesia sub vetusto titulo S. Stephani Prothomartyris insignis collegiata est, ubi quatuor mansionarii, tres diaconi, totidemque Subdiaconi, & Acolythi cum plebano sunt, in eaque veneratur corpus S. Simeonis Prophetæ argentea arca inclusum, summaque veneratione non solum ab indigenis colitur, sed etiam ab exteris ex tota Dalmatiæ Provincia confluentibus. Asservat ecclesia S. Trinitatis intra civitatem posita sacra Donati Episcopi Jaderensis ossa. Altera collegiata ecclesia insignis habetur extra civitatem in Insula Pagi, S. Mariæ dicata, quæ à de- C cem Canonicis, Archipr. Primicerio aliisq; clericis religiosissime die, noctuque colitur. Religiosorum cœnobia in hac urbe quatuor recensentur, S. Chrysogoni Monachorum Casinensium, S. Dominici, Minorum districtioris observantię, & Tertiariorum: Monialium septa quinque, duo sub D. Benedicti disciplina, unum S. Dominici, alia duo sub D. Claræ regula. *In* oppido Pagi duo alia sanctimonialium cœnobia unum s. Dominici, alterum s. Francisci, extra vero hoc oppidum, alterum est monialium monasterium Benedictini Ordinis. In diœcesi, quæ lata est, extra comitatum tria alia religiosorum monasteria sunt, & rursus parochiæ triginta quinque, præter quatuor Insulæ Pagi, quæ omnes per sacerdotes Illyricos administrantur. Utuntur hi breviario, & missali Romano Illyrico idiomate ex concessione Romani Pontificis. Populus catholicus, & ad pietatem natus, plura habet oratoria, quæ confraternitates vocant, ubi divinæ preces statis diebus devote recitantur, („ *neque desunt in* „ *urbe Hospitale, & Mons Pietatis.*) Archiepiscopus domum habet suæ dignitatis satis condignam, ac privilegiis multis exornatur. Taxatur Ecclesia hæc in lib. Cam. Apost. ad florenos 400. [„ *Annuus* „ *autem census scutata* 1250. *ejus monetæ fere exe-* „ *quat.*) Porro Præsules, qui in ea floruere, sequentes tantum nostra industria ex variis monumentis concinnavit.

(„ FELIX *primus Jaderensis Episcopus, cujus* „ *memoria pervenerit ad posteros. Illi assedit Aquilejensi Concilio an.* 381. *quod contra Arrianam impietatem celebratum fuit, adstante s. Valeriano* „ *Aquilejensi, & s. Ambrosio Mediolanensi, aliisque* „ *Sanctissimis Episcopis. Interfuit pariter Synodo* „ *Mediolanensi an.* 390.] I.

s ANDREAS Episcopus Jadertinus interfuit Concilio sub Honorio Salonitano Archiepiscopo celebrato, Lampridij, & Orestis consulatu, ex hist. Salonitanorum Pontificum. II.

(„ SABINIANUS *deinde subsequitur, cujus* „ *meminit Magnus Gregorius l.* 7. *ep* 81. *an.* 597.) III.

a DONATUS Jaderæ Episcopus vixit Caroli Magni temporibus. Unus ex Legatis Dalmatorum recensetur in Annal. Bertinianis. Anno Domini 806. *Statim post natalem Domini* (ad Carolum scilicet] *Vulliaria, & Beatus Duces Venetiæ, & Paulus Dux Jaderæ, atque Donatus ejusdem civitatis Episcopus, Legati Dalmatorum, ad præsentiam Domini Imperatoris cum magnis donis. Et facta est ordinatio ab Imperatore de Ducibus, & populis tam Venetiæ, quam Dalmatiæ.* Forte hic ille Donatus est hujus Ecclesię Episcopus, quem Jadertini sanctum venerantur, cujus sacra lipsana requiescunt in ecclesia Sanctissimæ Trinitatis. *cujus dies festus celebratur in Ecclesia Jadertina 25. Februarii. Retu- IV.

*Ex Appe. tom.1.

lit

lit ex Oriente ossa S. Anastasiæ Virginis, & Martyris, & in arca marmorea in Cathedrali S. Petri reseravit, ut profert inscriptio in eadem arca exarata.

In nomine sanctæ Trinitatis. Hic requiescit corpus Beatæ Sanctę Anastasię: de Donis Dei & Sanctæ Anastasię Donatus peccator Episcopus fecit. Deo gratias.

Post translationem corporis S. Anastasiæ Cathedralis Ecclesia, quæ tunc D. Petro Apostolo dicata erat, ex nomine sanctæ cœpit denominari, ubi jacent etiam corpora SS. Virginum, & Martyrum Agapæ, Chionicæ, & Irenæ sororum S. Zoyli sacerdotis, cujus ossa in sacrario asservantur sub nomine Tarii, ut diximus, Historia translationis S. Anastasiæ vetusta recitatur in eadem Ecclesia.

V. (" VITALIS *ex Lucio de Regno Dalmatiæ l. 3. " c. 11. Joanne VIII. Pontificatum gerente Jadertinis præerat, à quo litteras accepit.*)

VI. 3 FORMINUS Jadertinæ Ecclesiæ Episcopus, ad quem scribit Leo Papa, cujus fragmentum recitat Chronica citata Salonitanorum Archipræsulum in hunc modum.

Leo Episcopus servus servorum Dei.

Formino s. Jaderensis Ecclesiæ Episcopo, & Gregorio s. Nonensis Ecclesiæ Episcopo, omnibusq; Episcopis per Dalmatiam commorantibus, &c. Quia gratiosa Dei omnipotentis misericordia vos in episcopali infula constituit, dignum est, ut vestro Metropolitano s. Spalaten. Ecclesiæ Archiepiscopo summam reverentiam exhibere delectemini, quatenus per ordinem, & per normam justitię gradientes, securi, & intrepidi valeatis ad divinam contemplationem pervenire. Nam quid deterius esse cernitur, quam Episcopum proprio Metropolitano inobedientem esse, cum scriptum sit in Affricano Concilio: Nihil Episcopum prę ter conscientiam proprij Metropolitani aliquid agere debere. Et si ita est, cum scimus, quia ita est, ut nullus Episcopus debeat proprium suum Metropolitanum ignorare; cur vos Dalmatiarum Episcopi contemptores, & quasi per latrocinium alienas parochias diripientes usurpatis vobis prophanum nomen, quod ab antiquis Patribus vobis ereptum esse cernitur? Unde monemus, ut omnes Episcopi in propriis limitibus sint contenti. Forminum cumque monemus, ita suam parochiam retinere, quemadmodum in antiquis temporibus mansit. Similiter Absarensis Ecclesiæ Episcopus, & Arbitorius, atque Roguitanus, & Spalatensis Archiepiscopus in Croatorum terra volumus, ut propriam suam para bialem retineant, quemadmodum antiquitus Salonitana Ecclesia retinebat; quia non potest parochia infra muros civitatis, sed per longinqua spatia terrarum in plebibus ex villis, & curtis, & ecclesiis, ut in populo antiquitus determinato. Gregorium vero, qui probitate temporis in Croatorum terra Episcopus effectus est, præcipimus in sola Scardonitana Ecclesia tantummodo ministrare. Alienas parochias ei præcipimus nullo modo amplius usurpare, quia si fecerit sine dubio à nostro Pontificio excommunicatus manebit. Pallium vero, & usum pallii Joanni S. Spalatensis Ecclesiæ Archiepiscopo, sicut antiqua consuetudo fuit commisimus. Cui volumus, ut tota mente obediatis: eumque ut verum patrem ametis, quia nunc Dei gratia subditos illuxerat cum suis Prępositis curam obedientiæ exhibere delectentur. Hactenus fragmentum chronici, quod extat in celebri bibliotheca Francisci Cardinalis Barberini.

VII. * Ex Append. t. 5. *4 BASILIUS fuit Jaderensis Episcopus an. 969. ut ex serie Jadrensium Episcoporum novissime nobis transmissa ab erudito, & docto viro amico nostro Dominico Caramella Panormitano, qui museum illustrium Poetarum emisit in lucem, ac plura digna sui ingenii monumenta propediem editurus est; seriem vero, pauculaque monumenta Jaderensis Ecclesiæ habuit ipse à Bernardo Flores vivente Archiepiscopo, & nos ex ipsa nostram jam antea excusam supplemus in hunc modum.

VIII. 5 ANASTASIUS Episcopus hujus sedis, qui vixit an. 986. post quem multi desiderantur Episcopi.

6 PRAESTANTIUS anno 1018. IX.

7 ANDREAS hujus nominis primus ann. 1029. X.

8 PETRUS primus. 1044. XI.

9 ANDREAS II. anno 1046. XII.

10 STEPHANUS primus vixit an. 1066. XIII.

11 BASILIUS II. anno 1069. XIV.

12 ANDREAS III. anno 1072. XV.

13 STEPHANUS II. an. 1075. XVI.

14 ANDREAS IV. anno 1091. XVII

15 GREGORIUS anno 1101. XVIII

16 MICHA Dalmatinus Cali Præstantij filius, Jadertiuus fuit Episcopus temporibus * Calisti II. ad hanc dignitatem vocatus an. 1124. obiitq; ante annum 1136. cujus ambitionis æstus recitat chronic. Spalatensis Ecclesiæ Præsulum. *Eo itaque* (inquit) *tempore* (defuncto scilicet Manasse Archiepiscopo Spalaten.) *Micha Episcopus Calo Præstantij filius Ecclesiæ Jadrensis. Avitæ promittebat Dabro Archidiaconus Archiepiscopatum Spalaten. Ecclesiæ. Quamobrem multa donaria, & xenia consequebatur ab eo. Sed quod de Pontificatu Spalatino ei promiserat, nolebat ducere ad effectum. Tunc instante Episcopo promisit Archidiaconus: talique ipsum calliditate decepit, statuitq; namq; diem, qua Spalatum veniens missam canet, admonitionem faciat ne tanto tempore sineret suam Ecclesiam pastore viduatam manere, & inter hæc verba pollicitus est Archidiaconus primam se vocem electioni de persona Episcopi emittere. Quid plura? Venit Episcopus, missam cecinit, admonitionem fecit. Sed is, qui se in ipsius electionem proclamaturum promiserat, nihil dixit. Videns autem Episcopus ab Archidiacono sibi fore delusum vehementer indignatus excessit proponens debitam subjectionem Spalatinæ Metropoli subtrahere, & ab ipsius jurisdictione se omnino eximere. Defuncto tamen Micha Episcopo successit alter in Ecclesia Jadren. qui decessoris sui sequens vestigia, inobediens Spalatinæ Ecclesiæ permansit.* Hucusque chronica. XIX. * Ex App. tom. 5.

XX * Ex Append. t. 5. *17 PETRUS Michæ successor an. 1138. Hunc, ait series, primum Jaderensem fuisse Archiepiscopum, quamvis nunquam pallium ille assecutus fuerit. Obiisse dicitur circa annum Domini 1144. Quis fuerit iste Michæ successor, non meminit Auctor Chronicæ; tamen videtur excessisse primis Eugenii temporibus.

XXI 1 LAMPRIDIUS, seu Lampredius, ultimus Episcopus, primusq; Jadrensis fuit Archiepiscopus anno 1144. Electionem recitat sæpe citata Chronic. *Interea, ait, vacante Ecclesia Jadrensi tres ejusdem Ecclesiæ clerici ad Pontificatus honorem certatim aspirabant, videlicet Lampredius Mirebenæ, Petrus Carnasii, & Martinus Manzarinii, Comes vero civitatis erat eo tempore Petrus. Hic cœpit favere partem Lampredij, sperans se cum eo suaviter vivere, eo quod, nec ipse per se superbus, nec erat de superborum sanguine procreatus. Tandem Lampredius iste Jadrensis Episcopus est effectus. Iste primus sub Patriarcha Gradensi pallium obtinuit ab Anastasio Papa anno Domini 1154. Erat eo tempore quidam Luracus filius Dulmi Ciblæ Archidiaconus Ecclesiæ Spalaten. Hic dolens, quod Jadrensis Ecclesia à Salonitana Metropoli se eximere laborabat, petiit à clero, & populo consilium, & expensas promittens se in persona propria ad Sedem Apostolicam accessurum, & privilegium Salonitanæ Ecclesiæ contra Jadrensium molimina allegaturum. Sed tanta erat invidia contra Archidiaconum supradictum, ut non acquiescerent dictis ejus, imo absque omni pudore in faciem ei responderunt, dicentes, nolumus, quod aliquid boni pro te lucretur Ecclesia Spalaten. Ad hanc responsionem perturbatus Archidiaconus siluit, nec de facto se ulterius intromisit, & quia tunc vacabat Archiepiscopatus Ecclesiæ Spalaten. facile Jaders sine contradictione potuerunt exemptionem obtinere suæ Ecclesiæ. Istis vero temporibus sicut ab antiquo insula Pharon, & Bracia erant diœcesis Ecclesiæ Spalaten. Archipresbyter vero erat in eis quidam Cormeta* * Ab Eugenio III. an. 1145. ex Lucio de Regno Dalmatiæ l. 3.

sa-

saverdos capellanus de Spalso. Prædicti autem clerici, qui ad Episcopatum anbelaverant ceperant inimicari Comiti ob favorem Lampredij, Qui volens sibi pacatos efficere, uniconsensit Episcopatum Absaren. quem cum duobus aliis Episcopatibus, scilicet Veglensi, & Arbensi à subjectione Spalatinæ Ecclesiæ subtraxeraat, Martinum vero fecit eligi ab insulanis expulso Archipresbytero Spalatensi. Nam Comes prædictus cum Venetis earumdem occupaverat dominium Insularum, & quamvis Martinus Jadrensis Comitis favore fuisset electus noluit tamen Jaderę consecrari. Sed profectus Ragusium consecrationem suscepit ab Andrea Archiep. Ragusino, & ab Episcopo Dalcianen. & Suaren. & nullam subjectionem faciebas Jadrensi Ecclesiæ, sed Spalaten. debitam reverentiam exhibebat. Hactenus chronic. Lampridius vero ab Anastasio IV. Papa anno 1154. suæ sedis primus Archiepiscopus constitutus, honorem pallij deinde ab Adriano IV. successore obtinuit, quem sub Gradensi Patriarcha submisit, ut supra retulimus. Hanc subjectionem ægre ferentes Jadertini, diu reluctati sunt, quousq; armis à Venetis prostrati, ut refert Dandulus, & imperium Venetorum, & Primatum Gradensis Patriarchæ super Jadertinum Archiepiscopum humiliter suscepere. Mortuus est Lampridius ante Lateranensis Concilij celebrationem, hoc est, ante annum 1179. vir egregiis moribus ornatus.

XXII. 2 N. . . . . cujus nomen non exprimit Dandulus, ex Episcopo Eugubino ab Alexandro III Papa factus est secundus hujus sedis Archiepiscopus circa annum Domini 1179. de qua electione hæc refert Dandulus: *Jadertini suæ sedis dedignantes subjectionem, ne Lampridij defuncti eligendus successor à Gradensi Patriarcha confirmationem susciperet, ab Alexandro Papa Eugubinum Episcopum ab cis electum Archiepiscopum obtinuerunt, cui in traditione pallij commisit Papa, ut Gradensi Patriarchæ obedientiam Primati debitam exhiberet, non intendens, ut scripsit, Juri Gradensi Ecclesiæ ex hoc aliqualiter derogare. Archiepiscopus Jadræ receptus, reverentiam Patriarchæ exhibere à civibus non solum prohibitus, sed etiam ut Ecclesiam suam eximeret, cum aliquibus civibus Romam accedere coactus fuit, qui iens apud Fossam malam infirmatur, literis, & nunciis Jadrensium propositum Pontifici enarrat. Papa igitur eam redarguens, inter cætera per epistolam ait. Venetiam vastare catholica laudabilis fictis, & fuit civitas refugij Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, qui de Lombardia, Tuscia, & Marchia à sedibus propriis, instante schismate, illuc divertere voluerunt. In reformatione quoque Ecclesiæ qualiter Sedem Apostolicam adiuverint, & honoraverint, ad tuam credimus notitiam pervenisse. Quia igitur tibi imminet subjectos à præsumptione sua compescere, cum non debeamus sequi populum, sed docere, mandamus quatenus infra tres menses post quam Jaderam iveris, pergens Venetias, eidem Patriarchæ obedientiam, & reverentiam Primati debitam promittas, & impendas, & Clerum, & populum tuum ad idem, sicut te decet, inducas, ita quod ipse Patriarcha contra te materiam conquerendi non habeat, nec inter Venetos, & Jadrenses gravis ex his, & periculosa discordia oriatur. Alioquin usum tibi Pallii interdicimus, & te consecrandi suffraganeos tuos, & ecclesias dedicandi auctoritate privamus, quæ Archiepiscopus rediens per Jadrenses elatos adimplere pertinaciter prohibuit.* Prosequitur inde Dandulus diversis in locis. Jadertinorum enarrare obstinationem, qui tandem sub Innocentio III. Papa, iterum à Venetis prostrati, hactenus quieverunt, eorumque Archiepiscopum siverunt Primatem Gradensem venerari. De secundo hoc Jadrensium Archiepiscopo, olim Eugubino Episcopo, nullam in nostro primo tomo in Eugubinis Episcopis fecimus mentionem. Videtur ille antecessor fuisse Monaldi, & successor Pechi, vel Petri, quorum meminimus ibidem. Quo vero tempore, quove loco obierit Jadrensis Archiepiscopus non inveni, inveni tamen sub Innocentio III. an. 1203. quendam ad eam dignitatem electum, cujus tamen nomen reticetur in actis ejusdem Pontificis.

3 * THEOBALDUS (1) forte idem ipse, qui antea fuerat Episcopus Eugubinus, dicitur in serie hanc Ecclesiam suscepisse regendam anno 1180. quod cohæret cum temporibus obitus Lampridii. * Ex App. tom. 5.

4 PETRUS II. Archiepiscopus an. 1190. XXIII

5 NICOLAUS Manzacinus ex Episcopo Lesinensi *a*, ad Jadrensem Ecclesiam translatus est anno 1198. Hunc deturbavit de sede Innocentius III. anno 1200. cum ille ante Pontificiam confirmationem, Jadrensis Ecclesiæ habenas suscepisset regendas, unde justam Innocentii Pontificis indignationem sustinuit. XXIV *a* Pharens.

6 LEONARDUS anno 1208. forte idem, quem diximus fuisse ad hanc dignitatem evocatum ex Abbate S. Felicis Venetiarum, XXV

[,, *Leonardus ex Abbate s. Felicis Venetiarum Ord.*
,, *s. Benedicti ab Innocentio III. electus Jaderensium*
,, *Archiepiscopus an. 1205. Et hic ut Iadertinis morem gereret, detrectavit obsequium exhibere Prima-*
,, *ti suo Gradensi, cujus inobedientiam fregit Innocen-*
,, *tius Papa differens ei Pallium mittere, donec quæ*
,, *justa essent, adimplerit. Hanc Ecclesiam Pasto-*
,, *store adhuc vacuam fuisse an. 1205. deprehenditur*
,, *ex Jo. Lucio citato p. 157.* Lucentius.] XXVI

7 JOANNES primus Gradiaca septimus fuit Iadrensis Archiepiscopus anno 1217. XXVII

8 THOMAS anno 1238. XXVIII.

9 DOMINICUS Franco 1239. XXIX.

10 LAURENTIUS cujus prima memoria habetur anno 1247. Obiit autem Laurentius anno 1289. In ejus loco ab una Capituli parte electus habetur quidam Campsonius Canonicus Patavinus, qui post longam litis exagitationem juri suo cessit.

11. Fr. JOANNES Ord. Minorum Patria Anagninus, successit Laurentio ad hanc dignitatem vocatus à Nicolao IV. an 1291. 2. id. Febr. ex reg. Vat. Translatus deinde est ad Archiepiscopalem sedem Tranensem an. 1297. 14. Kal. Iunii. XXX

12 Fr. HENRICUS de Tuderto Ord. Minorum subrogatur Ioanni anno 1297. 14. Kal. Iunii ex eodem reg. Vat. XXXI

13 * Fr. JACOBUS Fulginatensis Ordinis Minorum ann. 1301. ex illa serie (,, *Hujus memoria*
,, *habetur in documentis* 1302. & 1305. *exaratis,*
,, *quæ leguntur in statuto Jaderensi.*) XXXII. * Ex App. tom. 5.

14 Fr. ALEXANDER (cujus Ordinis fuerit, vel patriæ non exprimitur in serie illa) fit Archiepiscopus anno 1315 de quo nil habetur in lib. Oblig. XXXIII.

15 Fr. NICOLAUS *b* Ord. Prædicatorum Iadrensis renunciatus est Archiepiscopus anno 1312. ex lib. Provis. Prælat. XXXIV. *b* De quo Fontana de Rom. Pro. p. 319. *Mand.*

16 JOANNES de Butovane, nobilis Iadrensis patriæ Archiepiscopus fuit an. 1320. cujus clara memoria habetur in Cathedrali. XXXV.

17. Fr. NICOLAUS * II. de Matafaris, nobilis Iadrensis, Ordinis Minorum vir doctrina longe clarissimus à Joanne XXII. constitutus est hujus sedis Archiepiscopus an. 1333. Longo tempore eam administravit Ecclesiam. Vita functus est anno 1366. * Ex App. tom. 5. XXXVI. * Ex App. tom. 5.

18 Fr. DOMINICUS de Albania, Episcopus Cau- XXXVII.

(1) Fuisse immediatum Lampridii successorem hunc Theobaldum ex Dandulo clarissime deducitur: & Eugubina sedes per Theobaldum hunc tunc temporis regebatur, & eo anno vacasse dignoscitur ex præsentia Offreducci in Concilio Lateranensi. Quod si obstet asserere Theobaldum diem jam suum obiisse an. 1179. ut in Eugubinis refertur, eodemque anno eidem successisse Offredum, Offredus iste postquam Concilio Lateranensi interfuit an. 1179. ad Jadertinos transiisse asserere oportebit: post quem, annum nullo amplius certa emergit Offredi memoria. Sed omnem controversiam tollit Jo. Lucius de Regno Dalmatiæ c. 12. ex antiquis scripturis, dignisque monumentis. Ibi enim legitur. *Anno 1180. 14 Mali tempore Aurii Mastropetri Ducis, & Theobaldi venerabilis Jadrensis Archiepiscopi, Dominici Mauroceni Comitis &c.* Ex ipso igitur Theobaldi nomine, & Eugubino Episcopo ad hoc munus postulato æquissime judicium firmatur de Theobaldo Eugubino, qui nec obiisse ante an. 1179. & vitam diutius protraxisse in Cathedra Jadertina dicendum est. Anno autem 1190. Theobaldus jam decesserat. *Lucentius.*

Caulensis defuncto Nicolao, ad hanc Ecclesiam transfertur anno 1366. 13. Kalend. Januarii: cujus mentio in reg. Vatic. A

XX XVIII 19 PETRUS, de Matafaris Iadrensis Archiepiscopus testis fuit juramento, quod Carolus Siciliæ Rex Urbano VI. Summo Pontifici præstitit anno 1381. Is sub Bonifacio IX. Marchiæ fuit Rector. Numerum duodecim Canonicorum statuit in Metropolitana, pluraque alia pro bono suæ Ecclesiæ regimine gessit, quæ à Bonifacio fuerunt confirmata. Obiit ante annum 1399.

XX XIX. * Ex App. tom. 3. 20 * BARTHOLOMÆUS, cujus memoria extat in Cathedrali ann. 1399. in base majoris altaris Cathedralis, quod exornandum reliquit ex testamento eodem anno scripto.

XL. 21 JOANNES anno 1400. notatur in ea serie, quem nos prætermisimus in nostra, cum de eo nullam invenissemus memoriam in lib. Provis. Prælat. quemadmodum & de Bartholomæo prædecessore.

XLI. 22 Fr. LUCAS Fumanus, patria Firmanus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Generalis Procurator, omnium scientiarum genere, ac præcipue Theologica facultate exornatus, in Archiepiscopum consecratus est anno 1400. Sub Martino V. valedixit huic mortali seculo, de quo in eodem lib. B





XLII. a Die 3. Kal. Martii ex Episc. Polensi. 23 BLASIUS, aliis Basilius, Molinus nobilis Venetus ad hanc dignitatem vocatus fuit à Martino V. Papa anno 1420. die a 29. Martii. Septem fere annos hanc rexit Ecclesiam, deinde Patriarcha Gradensis effectus est, de quo supra.

XLIII 24. LAURENTIUS Venerius, Venetus patritius, Archiepiscopus electus est anno 1428. die 7. Febr. Præfuit summa cum sui nominis laude annos 21.



XLIV 25. POLIDORUS Foscarus, nobilis Venetus, ex Episcopo Bergomensi, Iadrensis effectus est Archiepiscopus anno 1449. die 19. Novembr. Sequenti anno mortalitatem explevit: de quo supra egimus in Bergomensium Episcoporum serie.





26 MAPHÆUS Vallaressus, nobilis Venetus, Canonicus Tarvisinus, successor datus est Polidoro à Nicolao V. anno 1450. 24. Iulii. Vir fuit omnigena eruditione clarissimus, nepos Fantini Vallaressi Archiepiscopi Cretensis eruditissimi, cujus epistolæ, & orationes M. ss. extant in celebri bibliotheca Francisci Card. Barberini. Diu hanc rexit Ecclesiam. * Fuit Coloniæ Apostolicus Nuncius, Palatium Archiepiscopale, & Cathedralem Ecclesiam fere à fundamentis restituit, donisque pretiosis exornavit. XLV. * Ex App. tom. 3.

27 JOANNES III. Robellus, Venetus, successit Vallarasso 1496. XLVI

28 ALEXANDER Alexandri VI. Papæ à Secretis, electus 1503. Romæ, defunctus est an. 1504. XL VII.

29 JOANNES Cipico, nobilis Traurinus, electus anno 1504. die 13. Febr. sequenti anno obiit. XL VIII.

30 FRANCISCUS Pisauro, nobilis Venetus, Joanni successit die ultima Martii 1505. Lateranensi Concilio interfuit sub Leone X. Ad Patriarchatum Constantinopolitanum translatus est anno 1530. XLIX C

31 ÆGIDIUS Card. Viterbiensis Patriarcha Constantinopolitanus, relicto Patriarchatu, hanc Ecclesiam suscepit (a.) anno 1530. 14. Decembr. regendam, quam ad mortem usque administravit, quæ incidit in annum Domini 1536. L.

32 CORNELIUS Pisauro, nobilis Venetus, Archiepiscopus Jadrensis a, defunctus ann. 1554. LI. a Electus 10. Novem. 1533.

33 ALOYSIUS Card. Cornelius hanc Ecclesiam habuit commendatam ann. 1554. die b 25. Junii, quam dimisit sequenti anno ad favorem Calinii. LII. b Die 2. Maii ex Actis.

34 MUTIUS c Calinius, Brixiensis, eques Hierosolymitanus, electus est Archiepiscopus anno 1555. die 27. Junii. Interfuit Concilio Tridentino, inde translatus est ad Ecclesiam Interamnensem anno 1566. die 12. Julii: de quo in primo tomo. (*qua eadem die in Consistorio Aloysius Card. Cornelius libere cessit juri regressus sibi reservato super hanc Ecclesiam, ut ex actis desumitur.* Lucentius) LIII. c De eo Cozzandus in Bibl. Brix. pa. 1. Mandel.

35 * ANDREAS Minutius, Saravalliensis, vir clarissimus à Pio V. an. 1569. d Archiep. Jadrensis creatus, sedit laudabiliter fere tribus annis: excessit an. 1572. sepultus in Cathedrali, ubi commune habet hoc elogium cum Minutio nepote successore. LIV. * Ex App. tom. 3. d Die 28. Novemb. 1569. ex Actis. D

Christo Redemptori.

Andreæ Minutio Saravallen. doc. rerum usu, relig. charit. innit. præstantiss. per Pium V. Pont. Max. Archiep. create, qui moriens incredibile sui desiderium bonique cognomentum apud Jader. reliquit. Minutius ejus ex Hieronymo fratre nepos longis peregrinationibus in pacis, ac belli studiis versatus, Bavariæ Ducibus a Consil. ab iis honoribus, & opibus auctus, ac tandem Ia-

(a) Nulla de hoc Ægidio in schedis, & actis Consistorialibus mentio habetur quoad regimen Jadrensis Ecclesiæ. In iis enim die 10. Novemb. an 1533. enarratur Franciscum Pisaurum Patriarcham CP. cessisse regimini hujus Ecclesiæ in favorem Cornelii nepotis sui. Igitur ante annum 1536. huic jam præpositus fuit, nullo verbo resonante Ægidii Cardin. qui si huic administrator datus fuit, cum ipse CP. Patriarchatum cessit Francisco Pisauro cedenti sibi Jadrense regimen, id sane fuit cum reservatione juris regressus, & ex cessione Ægidii rediisse ad hanc administrationem, & eam postea resignasse oportuit ad favorem nepotis, si Ægidii locum integrum servare volumus ex norma eorum temporum. *Lucentius.*

Innocentio IX. & Clem VIII. summ. Pontif. a secretis, confecta diuturnis laboribus valetudine, integra tamen ætate ab eodem Clemente, qui de Episcopis diligentius examinandis legem laudatissimam tulit, triginta post patruum anno, eidem Eccles. præfectus, & Abb. S. Chrysogoni donatus monament. P. altaria ædificavit & consecravit, locum totum exornavit, sepulchrum sibi designavit, atque quotidianum sacrum in patrui, parentum, fratrum, benefact. suique ipsius animæ salutem instituit. Ann. MDLXXXXVIII. Vix. Andreas an. LX. obiit MDLXXII. Vix. Minutius an. LIV. LIV. obiit MDCIV. summa apud Bavariæ Duces pro Repub. Christiana negotia pertractans.





LV. 36 MARCUS Lauretanus, nobilis Venetus, senator moribus, & doctrina clarissimus, ex Episcopo Nonensi fit hujus Ecclesiæ Archiepiscopus *a* anno 1573. 16. Novembris, cum antea eamdem commendatam haberet. Scripsit de vera felicitate. Ex hac vita migravit anno 1577.

a Administrator amovibilis veteris Ecclesiæ Nonensi. Ex actis.

LVI 37 NATALIS Venerius, nobilis Venetus, Archiepiscopus electus die 13. Novembris 1577.
(„ *Obiit anno 1589. mense Januario. Ex regestis* „ *majoris Consilii Venetiarum.*)

LVII. 38 * MARCUS ANTONIUS Venerius, Natalis frater germanus, eidem successit 1584. decessit 1590.

* Ex App. tom. 5.

„ (*Marcus Ant. Venerius, Decretorum Doctor. fra-* „ *tri successit 1589. 26. Aprilis. Obiit mense Martio* „ *1592. Ex citatis regestis Majoris Consilii.*)





LVIII 39 ALOYSIUS Baroccius, nobilis Venetus, die 13. Aprilis 1592. à Clemente VIII. designatus Archiepiscopus: defunctus est Patavii ante quam consecraretur, in æde S. Prosdocimi sepulchrum accepit, ubi hæc legitur inscriptio.

Aloysio Barocetio Nob. Ven.
Can. Pat a Clem VIII. Pont. Max.
Jaderensi Archiepiscopo designato
an. Domini M. D. LXXXXII. ter. Non. April.
qui ejusdem anni sex. Non. Maii
obiit Patavii an. æt. eius XXXXII.
Vincent. Baroc. frat. amantiss. C.C.C.

40 ALOYSIUS Molinus, nobilis Venetus, successit *b* Baroccio, is, qui paulo post Episcopus evasit Tarvisinus, anno 1596. de quo supra egimus in Tarvisinorum Præsulum serie. LIX.

b An. 1592. 6. Novem.

41 MINUTIUS de Minutiis, *c* Saravallensis ad hanc dignitatem vocatus anno 1596. die 7. Febr. Decessit anno 1604. Monachii in Bavaria; jacet in ecclesia S. Michaelis Archangeli in sacello D. Andreæ Apostoli hoc epitaphio exornatus. LX

c Edidit historiam de Uschochis. Mandos.

D. O. M.
Minutio de Minutiis Forojuliensi
Archiepiscopo Jadrensi, Præposito Oetingano
Innocentii IX. & Clementis VIII.
Pontif. Max. à secretis,
Guillelmo Bavariæ utriusque Duci
à Consil. viro nobilitate, doctrina eximio,
prudentia, ac rerum usu incomparabili,
post multos pro rep. Christiana
exantlatos labores, vi morbi extincto,
hunc quietis locum dedit idem Dux Bavariæ
benemerito.
Vixit annos LV. O. A. S. M. DCIV.

42 * VICTOR *d* Ragazzoni, nobilis Venetus, Iadren. Archiepiscopatum assequutus est anno 1606. *e* Decem fere annos hanc rexit Ecclesiam. LXI.

d Al. Victorius. e 15. Junii 1606.





43 LUCAS Stella, Venetus, Episcopus Rethimensis, ad hanc sedem translatus anno 1615. die 16. Novemb. paulo post *f* evasit Archiepiscopus Cretensis, inde Vicentinus, ac Patavinus, de quo ibi. LXII.

f Nonnulli an. 1624.

44 OCTAVIANUS Garzadorus, *g* nobilis Vicentinus, ex Episcopo Boviano deligitur hujus sedis Archiepiscopus an. 1624. die 11. Martii. Decem, & quinque omnino annos hanc Ecclesiam administravit, eamque libere dimisit anno 1639. LXIII.

g Laudatur ab Imperiali in Musæo hist. p. 209. Mandos.





45 BENEDICTUS Capellus, nobilis Vene- LXIV

tus,

tus, successor datus est Octaviano anno 1639. die 27. Martii. Translatus deinde fuit ad Ecclesiam Concordiensem anno 1641. die 21. Septembris.

LXV 46 BERNARDUS Flores ex Ordine Cruciferorum, Episcopus Caneę, translato Benedicto successit anno 1642. die 26. a Maii. Vivit.

a Die 28 Aprilis.

A D D I T I O.

„ *(Flores decessit Jaderæ 1656.*

LXVI „ THEODORUS *Balbi, nobilis Venetus, Præ-* „ *positus collegiatæ Ecclesiæ Ss. Nazarii & Celsi Bri-* „ *xiæ, huic ovili datus est Pastor 1656. 18. Septem-* „ *bris. Obiit an. 1669.*

LXVII „ *Fr* EVANGELISTA *Parzaghus, Cremo-* „ *nensis, Ordinis Minorum de Observantia, variis* „ *peractis præfecturis, & in divinis litteris eximie* „ *versatus ad hanc subvectus est Cathedram 19. Au-* „ *gusti 1669. Verbo, & exemplo religiosissime fovens* „ *demandatum sibi gregem obiit anno 1688.*

„ VICTORIUS *Priolus nobilis Venetus, Cano-* „ *nicus Regularis S. Salvatoris Ord. s. Augustini,* „ *Abbatiali præfectura jamdiu insignitus, pluribus-* „ *que præclare exactis sui ordinis muneribus, dum* „ *nomine ejusdem Orator esset in urbe apud summum* „ *Pontificem, Archiepiscopali hac infula dignatus* „ *est 20. Decembris 1688. scientiarum ultore, san-* „ *guinis claritudine, integritate vitæ coruscans* „ *extrema clausit Mense Novembris 1712.* LXVIII.

„ VINCENTIUS *Zmajevich, Archiepiscopus* „ *Antibarensis, translatus est ad Archiepiscopatum* „ *Jadrensem 22. Maii 1713.]* LXIX

PROTESTATIO AUCTORIS.

CUM Sanct. Mem. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & Universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Iulii 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui sanctitate; seu Martyrii fama celebres è vita migrarunt, gesta, & miracula, vel revelationes, seu quacumque beneficia, tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus sive ea impressa sint nullo modo vult censeri approbata. Idem autem sanctissimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea, quæ cadunt super mores, & opinionem cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides sit tantum penes auctorem. Huic decreto, ejusque confirmationi, & declarationi observantia, & reverentia, qua par est, insistendo, profiteor me haud alio sensu, quicquid hoc Quinto Tomo refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sedis Apostolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.



INDEX
CHRONICUS EPISCOPORUM
In Quinto tomo Contentorum.

TERGESTINORVM

TRIDENTINORVM.

VERONENSIVM.

An. Christ.			Column.
1337	53	Andreas Doctus.	1150
1351	54	Fortunerius Vasellus.	ib.
1355	55	Vrsus.	ib.
1367	56	Franciscus Quirinus.	ib.
1372	57	Thomas.	1151
1383	58	Vrbanus.	ib.
1389	59	Petrus.	ib.
1400	60	Petrus Chanche.	ib.
1406	61	Io. de Zambottis:	ib.
1408	62	Franciscus Landus.	ib.
1409	63	Leonardus Delphinus.	1152
1427	64	Blasius Molinus.	ib.
1439	65	Marcus Condulmerius.	1154
1445	66	Dominicus Michael.	ib.

VENETORUM.

773	1	Obelius.	1182
797	2	Christophorus:	1186
810	3	Christophorus.	1187
823	4	Vrsus Baduarius.	1192
855	5	Mauritius.	1196
866	6	Domin. Baduarius.	ib.
877	7	Ioannes Sanourus.	1197
880	8	Lauren. Timensdeum.	1198
905	9	Dominicus Maurus.	ib.
911	10	Dominicus David.	1199
929	11	Petrus Tribunus.	ib.
938	12	Vrsus.	1200
945	13	Domin. Talonicus.	1209
925	14	Petrus Marturius.	1210
964	15	Gregorius Georgius.	1212
965	16	Marinus.	ib.
992	17	Domin. Gradonicus.	1215
1025	18	Domin. Gradonicus.	1218
1044	19	Domin. Contarenus.	ib.
1078	20	Henricus Contarenus.	1219
1108	21	Vitalis Michael.	1236
1120	22	Bonifacius Faledrus.	1238
1133	23	Ioannes Polanus.	1240
1164	24	Vitalis Michael.	1245
1182	25	Philippus Casolus.	1247
1184	26	Marcus Nicola.	1247
1225	27	Marcus Michael.	1258
1235	28	Petrus Pinus.	1265
1255	29	Gualterius Agnusdei.	1268
1258	30	Thomas Arimundus.	1269
1260	31	Thomas Franco.	ib.
1274	32	Bartholomæus Quirinus.	1270
1291	33	Simeon Maurus.	1271
1293	34	Bartholom. Quirinus.	1272
1303	35	Lambertus Polo.	ib.
1311	36	Galassus Albertinus.	1273
1311	37	Iacobus Albertinus.	ib.
1319	38	Angelus Delphinus.	1276
1336	39	Nicolaus Mauroccen.	1279
1367	40	Paulus Foscarus.	1281
1377	41	Io. de Placentinis.	1283
1379	42	Nicol. Maurocenus.	1284
1379	43	Angelus Corrarius.	1285
1390	44	Ioannes Laurerianus.	1284
1390	45	Franciscus Faletrius.	1286
1392	46	Leonardus Delphinus	1287
1401	47	Franciscus Bembus.	ibid.
1417	48	Marcus Landus.	1288
1426	49	Petrus Donatus.	1289
1428	50	Franciscus Malipetrus.	ib.
1432	51	S. Laurentius Iustinianus.	1290
1455	52	Maphæus Contarenus.	1299
1460	53	Andreas Bondulm.	1300
1464	54	Gregorius Corrarius.	1301
1465	55	Ioannes Baroccius.	1303
1466	56	Maphæus Gerardus.	1304
1492	57	Thomas Donatus.	1306
1504	58	Antonius Surianus.	1309
1508	59	Ludovicus Contarenus.	ib.
1508	60	Antonius Contarenus.	1310

An. Chr.			Column.
1524	61	Hieronymus Quirinus.	1316
1555	62	Petrus Franc. Contaren.	ib.
1556	63	Vincentius Diedus.	1317
1560	64	Io. Trevisanus.	ib.
1591	65	Laurentius Priolus.	1322
1606	66	Matthæus Zane.	1323
1608	67	Franciscus Vendramenus.	ib.
1619	68	Io. Theupolus.	1324
1632	69	Federicus Cornelius.	1325
1644	70	Nicolaus Mauroccenus.	1327
1678	71	Aloysius Sagredo.	ib.
1688	72	Io. Baduarius.	1328
1606	73	Petrus Barbadicus.	1329

CAPRULENSIUM.

598	1	N. . .	1336
598	2	N. . .	ib.
875	3	Leo.	ib.
1044	4	Ioannes.	ib.
1118	5	Ioannes Trevisanus.	ib.
1127	6	Petrus.	ib.
1152	7	Ioannes.	ib.
1179	8	Dominicus.	ib.
1210	9	Ioannes Malipetrus;	ib.
1216	10	Angelus.	1337
1239	11	Natalis.	ib.
1243	12	Raynaldus.	1338
	13	Bonus.	ib.
1297	14	Nicolaus.	1339
1299	15	Ioachim.	ib.
1331	16	Ioannes.	ib.
1331	17	Andreas Georgius.	ib.
1353	18	Bartholomæus.	1340
1365	19	Theobaldus.	ib.
1368	20	Dominicus.	ib.
1390	21	Andreas Bonus.	ib.
1394	22	Nicolaus.	ib.
1412	23	Antonius de Caturcis.	ib.
1431	24	Andreas de Monticulo.	ib.
1434	25	Lucas Mudatius.	ib.
1451	26	Gothardus.	ib.
1473	27	Petrus Carli.	1341
1513	28	Daniel de Rubeis.	ib.
1538	29	Sebastianus Rubeus.	ib.
1542	30	Ægidius Falconetta.	ib.
1563	31	Iulius Superchius.	ib.
1586	32	Hieronym. Righettinus.	ib.
1593	33	Angelus Casalinus.	ib.
1601	34	Ludovicus Grigius.	1342
1610	35	Benedictus de Benedictis.	ib.
1629	36	Angelus Castellarius.	ib.
1641	37	Vincentius Milanus.	ib.
1645	38	Io Maria Pissinus.	ib.
1653	39	Georgius Darminus.	ib.
1656	40	Petrus Martyr Rusca.	ib.
1674	41	Franc. Ant. Boscaroli.	ib.
1684	42	Dominicus Minius.	ib.
1698	43	Franciscus Strata.	ib.
1700	44	Ioseph Scarella.	ib.
1700	45	Franc. And. de Grassis.	1343
1712	46	Daniel Sansonius.	ib.
1718	47	Io. Vincentius Philippi.	ib.

CLUGIENSIUM.

1110	1	Henricus.	1346
	2	Felix.	1348
	3	Dominicus.	ib.
1162	4	Ioannes.	ib.
1179	5	Marinus.	1349
1183	6	Araldus.	1350
1219	7	N...	ib.
1236	8	N...	1351
1275	9	Felix.	ib.
1284	10	Matthæus.	ib.
1284	11	Ubertus.	ib.
1287	12	Stephanus Besonos.	ib.
1289	13	Henricus.	ib.

An. Chr.			Column.
1302	14	Robertus.	1351
1314	15	Othonelus.	ib.
1322	16	Andreas Doctus.	ib.
1342	17	Michael.	1352
1344	18	Nicolaus.	ib.
1344	19	Petrus.	ib.
1348	20	Benedictus.	ib.
1369	21	Leonardus.	ib.
1369	22	Ioannes.	ib.
1375	23	Nicolaus Foscarus.	ib.
1394	24	Sylvester.	ib.
1401	25	Paulus.	1353
1410	26	Christophorus Zenus.	ib.
1411	27	Petrus Selena.	ib.
1414	28	Benedictus Manfredus.	ib.
1421	29	Pascalinus Centeferreus.	ib.
1457	30	Nicolaus de Crucibus.	ib.
1465	31	Nicolaus de Inversis.	ib.
1480	32	Sylvester.	ib.
1487	33	Bernardus Venerius.	ib.
1535	34	Io. de Tagliacozzis.	1354
1541	35	Albertus Paschalius.	ib.
1544	36	Iacobus Naclantius.	ib.
1569	37	Franciscus Pisani.	ib.
1572	38	Hieronymus Nigrus	ib.
1578	39	Marcus Medices.	ib.
1584	40	Gabriel Flamma.	1355
1585	41	Maximilianus Benlamus.	ib.
1601	42	Laurentius Prezzatus;	1356
1610	43	Raphael Ripa.	ib.
1611	44	Angelus Baronius.	ib.
1613	45	Bartholomæus Cartolarius.	ib.
1615	46	Petrus Paulus Milotus.	1357
1619	47	Paschalis de Grassis.	ib.
1640	48	Franciscus de Grassis.	ib.
1669	49	Antonius Baldo.	ib.
1684	50	Stephanus Rosata.	ib.
1696	51	Antonius de Grassis.	1358
1715	52	Io. Sophierzl.	1359

TORCELLANORUM.

680	1	Paulus.	1364
	2	Mauritius.	ib.
	3	Iulianus.	1365
697	4	Deusdedit.	ib.
	5	Guitonius.	ib.
	6	Honorius.	ib.
	7	Severus.	ib.
	8	Dominicus.	ib.
809	9	Iustus.	ib
	10	Guillelmus.	ib.
	11	Adeodatus.	ib.
874	12	Senator.	ib.
874	13	Dominicus.	ib.
	14	Benedictus.	1366
	15	Ioannes.	ib.
	16	Gibertus:	ib
	17	Petrus.	ib.
	18	Marinus.	ib.
959	19	Dominicus.	ib.
959	20	Ioannes.	ib.
1008	21	Valerius.	ib.
1008	22	Ursus Urseolus.	ib.
1012	23	Vitalius Vrseolus.	1370
	24	Jo. Bobrarius.	ib.
1068	25	Vrsus Baduarius.	ib.
1127	26	Stephanus Sylvestius.	ib.
1152	27	Petrus Michael.	1371
1177	28	Leonardus Donatus.	1377
	29	Stephanus Capelizo.	1379
1190	30	Jo. Morus.	ib.
1215	31	Bonus Balbus.	1381
1216	32	Stephanus Natalis.	1383
1252	33	Gotifredus.	1386
	34	Taurianus Quirinus.	ib.
1264	35	Ægidius.	ib.

An-

Da-

D

E

F

Fran-

Her-

I

Ve-

N

O

P

Q

R

S

T

V

Z

INDEX
COGNOMINUM
OMNIUM EPISCOPORUM

Qui in hoc Quinto Tomo continentur; ordine alphabetico descriptus.

Primus numerus Columnam, Secundus numerum Marginalem indicat.

A

B

C

D

F

N

O

P

Q

Tur-

V

Z



INDEX
MATERIARUM
ET RERUM NOTABILIUM
De quibus in hoc Quinto Tomo fit mentio.

A

B

C

D

Do-

G

H

I

M

N

O

P

Index Materiarum

V

X

Z

INDEX
SANCTORUM EPISCOPORUM
Hujus quinti voluminis.

F I N I S.

NOI REFFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di revisione, & approbatione del P. F. Tomaso Maria Gennari Inquisitore nel Libro Intitolato *Italia Sacra Auctore D. Ferdinando Ughello &c. Tomus Quintus, cum Additionibus;* non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro; niente contro Prencipi, & buoni costumi, concedemo Licenza à *Sebastiano Coletti Stampatore*, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in materia di Stampe, & presentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 20. Agosto 1719.

(Alvise Pisani Kav. Procurator Reformator.

(Z. Pietro Pasqualigo Reformator.

(Michael Morosini Riformator.

Agostino Gadaldini Segr.

R E G E S T U M.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. KK. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Sf. Tt. Vu. Xx. Yy. Zz.

Aaa. Bbb. Ccc. Ddd. Eee. Fff. Ggg. Hhh. Iii. Lll. Mmm. Nnn. Ooo. Ppp. Qqq.

Omnes sunt terniones præter *. KKK. Rrr. Sff. duerniones.

